nsiij Carta In folio Tabulis Bononie p famen folii .882
. j Zomus. Sⁱ. anni 6 Caterna. Solar. 1532. pud. .96.

adì 20 Novembre 1549 In roma

I





D. DIONYSII CARTHVSIANI OPERVM MINORUM Tomus Primus, cui hæc insunt.

Compendiū philosophicū Lib.I.
Compendiū Theologicū Lib.I.
De natura ęterni & ueri dei Lib.I.
De donis spūs sancti Tract.III.
De laudib. su plaudabilis dei Lib.I.
Laudes passionis amarissimæ IESV Christi Lib.I.
Instāmatoriū diuini amoris Lib.I.
De sacramento altaris Dialo.I.
Expositio MISSAE Lib.I.
De sacra communione frequētanda Lib.I.
De sacramento Eucharistiæ Sermones VI.
De munificentia & beneficijs dei Lib.I.
De distantia perfectionis diuinę & humanæ Lib.I.
De laudibus gloriosę uirginis MARIAE Lib.IIII.
Epistola, qua de quibusdam rationem reddit, I.
De autoritate Papę & generalium conciliorum Lib. IIII.
De regimine præsulum Lib.I.
De uita & regimine archidiaconorum Lib.I.
Cōtra pluralitatē beneficio℞ Li.I.
De Simonia Lib.II.
Contra ambitionem Lib.I.
De uita canonicorum Lib.I.
De plurium beneficiorum usurpatione Dialog.I.
De uita curam animarum habentium Lib.I.
De ueneratione sancto℞ Lib.I.
De institutiōe scholastico℞ Lib.I.
De prædestinatione Lib.I.
De particulari iudicio singulorum Lib.I.

Apud sanctam Vbiorum Coloniā Iohānes Soter excudebat, Anno M. D. XXXII.

B Cum gratia & priuilegio Cæsareo ad sexennium. A





Encomium D. Dionysii Carthusiani, cognomento doctoris extatici, autore Alardo Aemstelredamo.

Si bona pars sacræ scripturæ creditur esse
  Afflatus, superum numine proueniens,
Quo sine cœlestis frustra penetralia mentis
  Vestiges, acri præditus ingenio,
Iure sibi excelsam Dionysius occupat arcem,
  Qua sacer æthereo spiritus axe uenit.
Sæpius extaticus plus septem permanet horas,
  Viuit, & est uitæ nescius ipse suæ.
Haud equidē sine mente reor, sine numine diuū
  Corpore seclusa est mens fruitura deo.
Redditus inde sibi, cœlesti numine plenus,
  Plenus & afflatu, spirat ubiq; deum.
Tum sacra diuino diffundit pectore uerba,
  Quæ damus his doctis excutienda libris.

Eiusdem Phalecium.

Ne damnes, laceres'ue, rideas'ue
Quòd sit plana phrasis, stylusq; simplex,
Non ascitus, & hinc & inde sumptus,
Istis quo Dionysius libellis
Conscriptis rudiusculis sit usus.
Nam uili pretiosiora sæpe
Testa materiaq; conteguntur.
Ornari quid opus, modò doceri
Res contenta satis sit expetenti?



SANCTISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. CLEMENTI VII. Romanæ ſedis atq; uniuerſalis eccleſiæ diuina prouidētia pontifici, Frater Petrus Blomeuenna Leyden. Carthuſien. in Colonia Prior, & circa Rhenum Viſitator, poſt oſcula pedum ſanctitatis ſeſe cōmendat.

MIRVM FORTASSE MVLTIS VIdebit ſanctiſſime pater, quòd priuatus ego monachus, atq; adeo eremita, apoſtolicę auſim ſcribere celſitudini. Verū hac in re tam lōge à me eſt turgida quæuis præſumptio, q̃ à ſanctitate tua omnis abeſt elatio. Quare ſicut beatitudinis tuę excellētia filiū nō ſpernit: ita paruitatis meę humilitas patrem accedere nō metuit. Quis enī ad patrē filio acceſſum uetet? Quis filio iraſcat, patrem ſi diligat, ſi ſuggerat eidē, ſi deniq; quod in rem ſit utriuſq; conſulat? Mihi'ne formidem ut quis ſuccēſeat (ubi oēs & eccleſiæ mēbra & tui ſumus filii) ſi, ut corpori, ut fratribus meis, ut filiis tuis ægrotis, cura ſanitasq; à paternitate tua adhibeat, tuę ſupplicem ſanctitati? Quid uelim præſentit reor ſanctitas tua. Neq; enim meæ tantū, ſed multorū filiorū ne dicam omnium nomine, beatitudinem tuam conuenio. Curā quā expoſcimus, REFORMATIONEM uocamus ECCLESIAE. Ad quam licet permulta ſint quæ beatitudinē tuā nō tā inuitare debeant q̃ ſtimulare: operæpretiū tamē eſt, quid nos quoq; pioſq; omnes moueat, nō tacere. Cur audeamus oēs pro eccleſię integritate reparanda, concilium ut ſtatuatur generale, tuę ſanctitati ſupplicare, primum ſanè ac præcipuum eſt, quod cum omnes, tum potiſſime tuam debet excitare ſanctitatē, gloria dei. Quę enim (licet omnibus in dominicę uineæ cultura operandū ſit) adeo debet zelus comedere domus dei, atq; tuā ſanctitatē pater? Quippe cui rerū ſumma à deo cōmiſſa ē. Cui dictum eſt, Quicquid ligaueris ſuper terrā &c. Qui iuſſus es dominicas paſcere oues. Cui poteſtatis cōmiſſa eſt plenitudo. Qui Chriſti agis uicarium in terris, de cuius manu requiretur quæcūq; perierit anima. Quocirca uide beatiſſime pater, quanta ſint quæ te uel cogere debeant, ut pro animabus deo reducēdis conciliū ſtatuatur, idq; propter gloriam dei, ad quam tu præ cæteris quærendā tam es addictus, quantū mortalibus cunctis uerius tu omnium præſtas. Quid, quod ad tuū quoq; officium attinet ſcandalū amouere puſillorū, ignorantiū clamare aliud q̃, PAPA conciliū colligere metuit. Sanctiſſimus reformationē non quærit. Chriſti uicarius pōpas & puppas renuit deſerere. Cleri laſciuiam pontifex non corrigit. Animarum perditionē apoſtolicus nō ſentit. Rector eccleſiæ, cōcilii remedia nō admittit.

Hæ beatissime pater calūniç, quātū putas nos piosq; oēs, q de tua sanctitate longe aliter sentiunt, exulcerant: quantum'ue ediuerso eos, qui tuam sanctitatem ignorantes hæc credunt, scandalizant? Num propter gloriam dei non satius foret uel hoc scandalum tollere: & quàm iniuste derogetur sanctitati tuæ, quamq; plane mētiantur omnes, qui curiam tuam & auaritiæ & luxuriæ obnoxiam ferunt, omnibus nō tam conatu quā facto monstrare? Itaq; sit uel hoc nō inter nouissima, quod ad ecclesiç reformationē manū tibi admoueat, uidelicet famæ tuæ purgatio: quç uel propterea tam impie laceratur, conspuitur atq; traducitur. Adeo enim hæc opinio omnium penè gentium animos obsidet, ut nisi concilium institueris generale, aliud nunquam, quàm ecclesiæ reformationi aduersari papam credant. Quod quā foret impium, si uerum esset: imò quā inique in te dicatur, si (quod sentimus) fictum sit, tu pater cōsidera. Equidem taceo, quod à plerisq; tuæ sanctitati infestis, perperam euulgatur, non adsentiri posse ad seruandum concilium & papam & pontifices, utputa sacramento astrictos. Absit à piorum cordibus hæc credere. Est tamen aliud præterea, quod ad conciliū uniuersale congregādum æque urget, statuum uidelicet omnium generalis corruptio: cui haudquaquam medebitur quispiam, nisi concilium cōsensusq; coeat oīm. Quid enim in ecclesia non est contaminatum? quid non corruptum? quid non inuersum? Quid inter ecclesiasticos integrum hodie perseuerat? Quid inter nobiles manet decorum? quid syncerum inter plebeios? Confusa, collapsa, infecta, uulnerata, mutila & polluta sunt omnia. A planta pedis usq; ad uerticē capitis, non est sanitas. Vide ergo noster beatissime pater, quā sit necessariū sapientiū cōsilio, piorū adminiculo omniū, atq; adeo uniuersi cœtus fideliū unanimi consensu, mortua resuscitare, fracta reparare, restaurare abolita, exterminare impie introducta, destruere uitia, iniqua psequi, bona amplecti. Nō hic recēseo sectas & hæreses ab ecclesia discedentiū. Taceo dogmatū impietates. Calūnias hçreticorū p̄termitto. Hçc tātū ante oculos sint tuç beatitudinis quçso, quàm misera sit animarum strages, quàm impia simplicium seductio, quàm nulla in ecclesia obedientia, quàm nulla uirtus in hominibus, quàm corrupti mores nobilium, quā effrenis luxus sacerdotum, quàm detestabilis prçlatorū fastus, quāta monachorū petulātia, quāta plebeculæ cōmunis arrogātia, quàm otiosa, quā corrupta, quā deniq; pniciosa diuitum uita. Hçc pater sanctissime, nunquid nō sunt corrigēda? ꝓfecto maxime. Verum prohibebit fortasse sanctitas tua, ne hæc deinceps fiant. Quasi hæc nō fuerint iam olim uetita. Quando ecclesiæ defuere præcepta? Quæ leges, uitia non prohibent? Contra peccata omnia probe sancitum est, sed minus bene obtemperatur. Nunquam reflorebit eccclesia, si alterū absque altero existimabitur reformandum. Omnibus succurratur necesse est, quia omnia languēt. Id autem quomodo fiat, nequaquam melius quàm omnium statuum congregatione consultatur. Status statum, ordo ordinē, uir uirū

uir uirũ accuſat: ſed qui melior fiat, nemo eſt. Arguũt omnes, ſed nemo ſeipſum reprehendit. Reformationem optat unuſquiſq;, at à ſeipſo quis incipit? Quia igitur oẽs lapſi ſumus, & nemo ſeipſum erigit, colligamur in unũ uniuerſi, & ſub te patre potiora eccleſiæ membra quomodo corrigantur, omnes conſultemus. Abſit à patre, ut filiorum deſideria tam pia non laudet. Clamant pro concilio uniuerſi. Optant quò deo (cuius tu prouidentia pręſides) queant reconciliari. Non per te ſtet quo minus procedat quod unus maxime potes promouere. Moueat te dogmatum impiorum uarietas, moueant hęreſum claſſes, excitent te abuſionum fœditates, & ut multa ſimul dicam, bonarum inſtitutionum te uulnerent inuerſiones, legumq; ac traditionum ſanctarum transgreſſiones: Quibus omnibus aut in melius mutandis, aut planè abrogandis, ac nouis denuo inſtituendis, cõſulto opus eſſe generali concilio, negare quis poterit? Nã & ſi de his quæ fidei ſunt, de his quoq; de quibus ſemel pronunciauit eccleſia, dubitari non debeat: expedit tamen non raro, propter mutationes temporum & hominum, ea quoq; quæ olim & probe inſtituta fuerant & religioſe ſeruabantur, nunc aut moderari aut mutari, aut penitus tolli, præſertim ubi præcepta ſolum in animarum ſunt laqueum, puta quæ à nemine ſeruantur, aut ut uenatio pecuniaria poſſit ſuſpicari, pro nummis relaxantur. Certiſſimum eſt, quòd beatitudini tuę non minus ac piis omnibus bonarum inſtitutionum ſiue abuſus ſiue contemptus, æque ut impietates diſplicent: quãdoquidẽ tam multis bonæ etiã ſpei hominibus hęc anſam præbẽt ab eccleſię unitate ab obediẽtiaq; Rom. ut deſciſcãt. Hęc ita eſſe cũ nemo ignoret, qs eſt, q ſuas fœditates nõ propugnet, uel ſaltem mordicus teneat? Crebreſcũt mala, augenturq; quotidie. Spernitur clerus. Exoſa habentur monaſteria. Sed interim nihilominus ab omni clero ita uiuitur, ut uita eorum ſcandalizans, prorſus indigna ſit quę diligat. Præſtet laicis clerus bene uiuẽdo, & ſuis tũc gaudeat immunitatibus. Verum beatiſſime pater, hęc quidem lugemus, ſed mederi nõ poſſumus. Tuum eſt remedium ponere. Tuũ eſt ò pater, qui gregis dominici es paſtor & cuſtos, omnes ad uniuerſale incendium extinguendum, quemadmodum olim à patribus factitatum eſt, conuocare. Contagioſa hęc lues lõgius graſſata eſt, quàm ut abſq; generali reformatione poſſit eradicari. Adeſt nunc tẽpus ad hoc maxime opportunum: nempe quando cum hęreticis tũ omnes cõcilium uniuerſale deſiderant. Siquidem niſi mores corrigantur omnium ſtatuum, maxime autem prælatorum, fruſtra ſperatur ut hæreſes abrogentur. Accedit pręſidio, quòd Imperatorẽ habemus Chriſtianiſſimũ iuxta ac potentiſſimum: qui ut nemini iuſta negat, ita pontificibus & clero maxime, quæ ſunt illorũ, tribuit. Quẽ niſi haberemus beatiſſime pater, de fide, de dei cultu, de religione, de obedientia deniq; Romanæ eccleſiæ penitus iã actũ foret. Verũ ut dixi, Imperatorẽ habemus, cuius & boni ament uirtutẽ, & mali tremant potentiam. Nam quis à mille annis religione, iuſtitia,

tia, pietate, integritate, ut opes interim, potẽtiã regnaq; taceam, hunc Imperatorem uicit unquàm? Quis fide, mansuetudine, prudentia Carolum V. (quem diuina utinam uirtus faciat nobis immortalem) antecessit? Imò quis comparari meruit? Vt & hæc addamus, Romanam sedem quis adeo ueneratus est? Quanta pietas in deum uel inter hæc tempora pessima in eo hactenus enituit? Quanta religio, quàm syncera deuotio in ipso inter impios etiam, & in deum pariter ac ecclesiã perfidos perseuerauit? Hic cũ perinde cõciliũ desideret, nec illo plus ecclesiæ reformationẽ quispiã optet, utputa qui pro deo, pro fide, pro ecclesia, pro pace & tranquillitate imperii, & opes & uires, ultro impendat, labores & contemptum sustineat, inobedientiam atq; rebellionem suorum dissimulet: quid putas faciet, si uniuersę ecclesię cœtus conueniat: si de moribus sanctis, si de piis dogmatibus, si de abusibus tollendis, si de corrigendis uitiis tractetur? Hactenus ferè solus pro his à consorte imperii, à prolib⁹, à patria, ab amicis, à subditis penè exul, & sæpe inter inobedictes ut alienus, cũ sit princeps omniũ, desudat: q̃d faciet, cũ patrẽ ecclesiæ cũ Christi uicariũ propter ecclesiæ reformationẽ uiderit se humiliare, gloriã spernere, pecunias cõtẽnere, atq; seipsum quoq; & cardinales reformãdos cõcilio generali submittere? Quàm lõga in tẽpora ueniet tũc nomẽ ò pater beatissime tuũ? quot seculis adhuc huius Clemẽtis celebrabitur clemẽtia, si Curia tua, si clerus, si monachi, si deniq; oẽs te pastore, te pontifice reformẽtur? Hæc quomodo fiant, quõ instituantur, quomodo seruentur, beatissimus pater nostri ordinis Dionysius, secretorũ diuinorũ dum uiueret familiariter conscius, & in sacris literis non minus illuminatus quã doctus, probè conscripsit. Siquidem hanc necessitatem (quæ ipsius quoq; temporibus licet minor atq; modo nõ defuit) prouidit: scribens propterea statui omniũ quõ suum unusquisq; decorem seruet incõtaminatũ, stilum accõmodauit & tempori & professioni. Maior etiã illi cura fuit corda quàm aures mulcere: propterea stilo usus est scholastico, nec admodum exacto: in quo tamẽ quãta fuerit in uiro dicendi uis, quãta deuotio spiritus, quanta deniq; persuadẽdi efficacia, facile sentitur. Huius lucubrationes & opera (licet penè restent innumera) ut huic sancto ecclesiæ negotio nos quoq; inseruiamus, B. T. pater sanctissime offerimus, nostri cõmẽdationẽ & apostolicam bñdictionẽ à sanctitate tua humiliter postulantes. Quã omnipotens deus ad ecclesiæ renouationem confortet, atque incolumem diuq; felicem ad gloriam suam conseruet.

AMEN.

PROPOSITIONVM ARTICVLORVM'QVE, HOC EST, OMNIVM QVAE HOC PRIORE D. Dionyſii à Rickel Carthuſiani operum Tomo continentur, Elenchus.

COMPENDIVM PHILOSOPHIAE, SIVE ELEMENTATIO philoſophica, continet propoſitiones CXL.

1 PRECIOSIOR eſt ſapientia cunctis opibus. Procemium. fol. 1. a
Philoſophia uarijs modis accipitur, & iuxta hoc multipliciter diffinitur. Ibidem

2 Quēadmodū philoſophia multipliciter ſumitur, ita & uarijs modis atq; in multas partes ſeu ſpecies diuiditur. Eodem b

3 Philoſophia proprie ſumpta in tres partes diuiditur, puta in naturalē, ethicam ac mathematicam: ſtrictius uero accepta in phyſicā, mathematicam metaphyſicamq; partitur. fol. 2.

4 Septem ſunt artes liberales, inter quas nec artes mechanicæ, nec phyſica & metaphyſica computantur. Ibidem

5 Quinq; ſunt prædicabilia, decem prædicamenta, quatuor prædicata. Eodem b

6 Hæc nomina actus, potentia, cauſa, principium, habitus, eſſentia, ſubſtātia, eſſe, natura, uirtus, mēſura, forma, materia, primū, ſecundū & conſimilia multa, uarijs modis tam in philoſophia q̄ in libris theologicis accipiuntur. Ibid.

7 Actus multipliciter ſumitur. Ibid.

8 Potentia in potentiam actiuā ac paſſiuā diuidiť, ac pluribus ſumitur modis. Ibid.

9 Cauſa deſcribiť q̧ ſit, ad cuiꝰ eſſe ſequiť aliud. fo. 3.

10 Varijs modis cauſa diuiditur. Ibid.

11 Principiū eſt id, à quo aliquid incipit, producitur aut procedit. Ibid.

12 Habitus ſecundū unā acceptionem eſt unū decem prędicamētorū, ſecundū aliā eſt ſpecies qualitatis, ſecundum tertiā eſt poſtprædicamentū. Eod. b

13 Eſſentia appellatur id à quo fluit eſſe tanq̄ à cauſa intrinſeca ac formali principio. Ibid.

14 Subſtātia primo ac ꝓprie ſumpta dicitur res per ſe ſubſiſtens. Ibid.

15 Ens & eſſe multipliciter accipiūť ac diuidūť. fo. 4.

16 Vnū & uerū, ac bonū, conuertibilia ſunt cū ente & ratiōe, nō re diſtinguūť ab illo, atq; ab inuicē. Ibi.

17 Natura pluribus modis accipitur, diuiditur ac diffinitur. Eod. b

18 Virtus ſumitur multis modis. Ibid.

19 Menſura aliquando tranſcendenter accipitur. Ibi.

20 Forma à formando aut informando nomen accepit. Ibid.

21 Materia appellať quæ recipit eſſe à forma. fol. 5.

22 Primū & ſecundum correlatiue dicuntur. Ibid.

23 Quatuor ſunt cauſæ rei naturalis, & tria principia eius in fieri, ac duo in eſſe. Eod. b

24 Formæ ſubſtantiales naturaliū rerū uere aſſerūtur eſſe partim ab intra, & partim ab extra, difficillimū tamē eſt q̄liter hoc ipſum ſit intelligēdū. Ibid.

25 Omnium corporaliū rerū materia eſt aliquo modo una, & aliquo modo diuerſa. fol. 6. b

26 Materia aūt non eſt de eſſentia materialiū ſubſtantiarum, aut eſt pars minus principalis eſſentiæ earundem. fol. 7

27 Materiā primā nō poſſe ſtare nudā, communis aſſertio eſt Eod. b

28 Indiuiduationis principiū, cauſa ſeu ratio eſt id, à quo indiuiduum habet eſſe limitatū & ſingulare, unum numero. Ibid.

29 Elementa in mixtis quodammodo manent, & aliquo modo non. fol. 8.

30 In eodem cōpoſito non niſi unā conſiſtere formā ſubſtantialē, probabilis eſt opinio: quæ tamē multis rationibus & experimētis uideť cōtraria. Ibid.

31 Totum & pars uarijs modis accipiuntur & diuiduntur. eod. b

32 Formarum ſubſtantialium diuerſi ſunt gradus ac ordines. Ibid.

33 Mineralia nuncupantur quæ ex mineris gignunť in terra. fol 9

34 In corporibus mixtis non eſt perfecta cōmixtio, niſi concurrant & confluant quatuor elemēta. Ibi.

35 Reptilia, greſſibilia, uolatilia & natatilia, ab inuicē diſtinguuntur. Eod. b.

36 In omni ente creato, cōpoſitio, diſtinctio, ac multiplicitas aliqua aſſignatur. ibid.

37 Simplicitas duplex eſt, una actualitatis, alia potētialitatis. ibid.

38 Quæſtio iſta an eſſe & eſſentia in rebus creatis realiter diſtinguanť, uideť difficilis & pro utraquē parte probabilis: attamen uerius reor q̧ naturaliter idem ſint. Ibidem

39 Quædam ſunt difficulter cognoſcibilia, propter ſuę eminentiam entitatis, quædā ob ſuæ entitatis deficientiam. fo. 10. b

DE ANIMA.

40 ¶Cognitio animæ rationalis uehementer excellēter q; confert ad contemplationē creatoris, atq; totius notitiam uniuerſi. fol. 11. a

41 In anima rationali ſunt quinq; ſenſus exteriores, ac totidem (ut probabiliter fertur) interiores. Ibi.

42 Duplex intellectus conſiſtit in anima, puta agēs & poſſibilis. Eod. b

43 Anima humana uere eſt rationalis & intellectiua formaliter. Ibid.

44 Rationalis anima, nō ſic eſt corporis forma, quin etiam illud informādo eſt eleuata, & in ſe congruenter ſubſiſtens. fol 12. a

45 Nō eſt neceſſe hominē in omni actu intellectus phantaſma aliquod ſpeculari. Ibidem

46 Abſurdiſſimus fuit error Auerrois, in cūctis hominibus eundē numero intellectū ponentis. fol. 13. a

47 Rationalis anima ſecundū ueram philoſophiam eſt immortalis. Ibid.

48 Difficile eſt uere exprimere quid Ariſtoteles ſenſerit de animæ rationalis immortalitate. Eod. b

49 Rationalis anima eſt quaſi colligatio, horizon & cingulus entium ordinis uniuerſi. fol. 14. a

DE CORPORIBVS COELESTIBVS.

50 ¶Corpora cœleſtia Plato & eiꝰ prædeceſſores atq; ſequaces cōmuniter opinati ſunt eſſe naturæ elementaris: Ariſtoteles uero probauit tenuitq; oppoſitum. Ibid.

Materia

52 Materia proprie dicta in corporibus cœlestibus est ponenda. fol.15.a
53 Causam incorruptibilitatis cœlestium corporum ui detur Plato melius assignasse quam alij. Ibi.
53 Excellentiores philosophi corpora cœlestia animata dixerunt. eod.b
54 De motoribus ac motibus, & numero cœlestium corporum, multiplex existit opinio. fol.16.a
55 Praeterea de motibus cœlestiũ corporum multiplex & diuersa fuit philosophorum opinio. eod.b
56 De numero quoque orbiũ opiniones sunt uariae. Ibi.
57 Varij ac distincti sunt effectus cœlestium orbium luminariumque eorum. fol 17.b
58 De cœlestiũ orbiũ mutua propinquitate, spissitudine, gráditate, cõproportione, certas sentẽtias referare, imbecillitatem transcendit inquisitionis humanae. fol.18.a
59 Certum est sphaeras cœlestes esse perspicuas, non aũt sic certũ est an cœlũ uisibile sit. eod. b
60 Planetae coordinati sunt: locis, proprietatibus, coloribus coloriformibus'ue luminibus, influentijs, motibus effectibusque distincti. Ibid.

DE INTELLIGENTIIS.

61 Quod intelligentia in uniuersitate ac ordine creaturarum tenet primatum, tanquam inter creata primae causae similior, caeterisque perfectior. fol.19.a
62 Differentiae intelligentiarum ab inuicem penes hoc attẽdunt, quod magis aut minus fortitae sunt de actu aut potentia. eod.b
63 Quãuis intelligentiae simplices appellẽtur, aliqua tamen in eis compositio ponitur. Ibid.
64 In intelligentijs non uidetur materia proprie dicta esse ponenda. Ibid.
65 Intelligẽtia ẽ sua essẽtia, quod idiuiduatur ipsa. fol.20.a
66 Numerus intelligentiarum secundũ philosophos sumitur penes numerum cœlestium orbiũ quos mouẽt, aut penes numerum motuũ cœlestiũ corporum. Ibid.
67 Quod à theologis dicitur angelus, hoc à philosophis substantia separata & intelligentia nuncupatur. eod. b
68 Intelligentiae ab inuicẽ specifice distinguuntur, quemadmodum cœli & orbes planetarum. Ibid.
69 Intelligentia & anima rationali potẽtiae abinuicẽ & ab essentijs subiectorum suorum realiter distinguuntur. Ibidem
70 Non congruit in intelligentijs intellectũ agentem & possibilem tanquam realiter differentes potentias ponere: attamen intellectũ & uoluntatem in ipsis abinuicẽ realiter secernere, est rationabile. fo.21. a.
71 Omnis intelligentia ab euo intelligibilibus speciebus, itemque infallibilibus sciẽtijs extitit plena, per quas tam superiora quam inferiora cognoscit. Ibi.
72 Intelligentiae in cognoscendo assimilantur causae primae eod.b
73 Nulla intelligentia ex lumine naturali ac propria potestate intellectuali, ualet itelligere causam primã plene & cõprehẽsiue, seu quãtũ ad quid est. Ibid.
74 Ois intelligẽtia absolute loquẽdo finita est. fo.22.a
75 Non uidetur naturae rationalis animae repugnare, neque per naturã impossibile esse, intelligere in hac uita substantiam separatam clare & immediate quantum ad quid est. Ibidem
76 Beatitudo tam intelligentiae quam animae intellectiuae in actu intellectus & contemplatione primae causae consistit. Ibid.

DE DEO

77 Quod in uniuersitate rerum & causarum, atque mouentiũ ac gubernantiũ esse unum ens, primum, aeternũ & incausatum primũ, causas mouens ac regens, euidenter ac multipliciter demonstratur. eod.b
78 Deus est ipsum esse ac bonitas pura, incõprehensibilisque maiestas, cui cũ infinita excellentia inest & cõuenit quicquid (absolute loquendo) melius est inesse & habere quam deesse. Ibid.
79 Deum esse, aut est per se notũ, aut facillime copiosissimeque probabile. fol.23.a
80 Quemadmodum deum esse naturalibus rationibus demõstratur, ita & ea quae necessarijs rationibus ostenduntur, de inesse ac conuenire quęunque probari demonstratiue. Ibid.
81 Causa prima, uniuersa & singula in propria sua luce ac sapientia clarissime intuetur, perfectissimeque noscit, prouidentialiter ordinat ac disponit. eo.b
82 Ea quae de deo & creaturis dicũtur, non cõueniũt eis uniuoce, nec omnino aequiuoce, sed potius analogice. Ibi.
83 Perfectionalia nomina quantum ad naturã & rẽ per ea designatã, & secundũ se sumptam, eminentius, prius magisque proprie deo cõueniunt quam creatis, quãuis quo ad modum intelligendi quo ea cognoscimus, sit econtrario. Ibi.
84 Deus non est genus nec species, neque in genere aut aliqua specie, nec indiuiduũ aut persona in aliquo praedicamento contenta. fol.24.a
85 Causa prima per nihil superadditum indiuiduatur sed de se, ex se, per se, est maxime una & subsistẽs, ac primo & summe diuersa ab alijs. Ibi.
86 Deus est omnium prima causa in triplici genere causae. eod.b
87 Totum uniuersum à prima causa productũ est & profluxit emanatione intellectuali, liberali ac libera, nõ emanatione naturali aut emicatione essentiali ac necessaria. Ibid.
88 Prima causa in sapientia sua aeterna instituit ordinem uniuersi & per seipsam primo ac immediate executa est & digessit eum in creaturis. fol.25.a
89 Non uidetur creaturae repugnare ab aeterno esse creatam, absolute loquendo: quãuis ex suppositione ei repugnet quia de facto sic est: quod omnia simul cũ tẽpore, non ab aeterno producta sunt. Ibi.
90 Multipliciter dicitur aliquid unum. eo.b
91 Verum & ueritas uarijs modis dicuntur, ac multipliciter rebus conueniunt. Ibid.
92 Bonum cum ente conuertitur: sed sicut uerum superaddit enti cõparationẽ seu ordinem ad intellectum, sic bonum superaddit enti comparationẽ & habitudinem ad effectum seu uolũtatẽ. fo.26.a
93 Omne creatum inquantũ procedens à deo, in ratione triplicis causae sortit unitatẽ, ueritatẽ ac bonitatem. ibi.
94 Solus deus est essentialiter sanct9 & uirtuosus, ac impeccabilis ex natura: hinc res rationales & intellectuales indigent superadditis eis scientijs atque uirtutibus. eod.b

DE VIRTVTIBVS.

95 Quemadmodũ natura humana cõpositior est quam natura angelica, sic homo pluribus eget uirtutibus quam angelus. Ibi.
96 Moralibus uirtutib9 indiget homo in primis. Ibi.
97 Triplex est modus & status uitae humanae. fo.27.a
98 Homo tripliciter consideratur, & secundum hoc triplici eget prudentia. Ibid.

Virtu

99 Virtutes morales in gñe dicũt esse duodecim. Ibi.
100 Passio proprie est motus seu affectio sensitiui appetitus: quæ inquantũ est naturalis motio quędã, nec uituperabilis est neq; laudabilis. eod.b
101 Nomina passionũ multipliciter capiuntur. Ibid.
102 Anima prudens, sapiens, uirtuosa, est sicut regnũ bene dispositũ, regio pulchra, & quoddam uniuersum, ꝑpter qđ homo minor mũd⁹ uocat. fo.28.a
103 Virtutum quædam sunt intellectuales, quædã morales, quædam diuinæ, theologicæ quoq; nonnullæ, & aliquæ cardinales. Ibi.
104 Finis uirtutũ est felicitas, quã homo in omnibus debet præcognoscere, intendere ac summe appetere. eod.b

COMPENDIVM THEOLOGIAE CONtinet propositiones 159.

Comparate uobis sapientiam sine argento, & collum uestrum subijcite iugo eius. Procœmium

DE THEOLOGIA.

1 QVicquid in Elementatione philosophica de deo inductum est & probatum, in Elementatione hac theologica est tanq̃ uerum & ratum præsupponendum. fol.30.a

DE DEO.

2 ¶Rite ac clare intelligens quod Aristoteles in prima philosophia idonee subtiliterq; deduxit ac cõprobauit, puta ꝙ deus sit purus actus, faciliter capere ualet alia multa quę theologi diffuse ac prolixe in theologicis libris suis pertractant, probãt & prosequuntur. Ibid.
3 Deum esse simplicissimum esse puramq; bonitatẽ, æternam ueritatem, interminabilẽ maiestatẽ, ens quoq; omnifarie ac infinite perfectũ, & cætera tã expressa, euidẽter & copiose testat̃ scriptura. eo.b
4 Deus naturaliter, essentialiter, totaliter, pure ac infinite bonus est, & bonitas ipsa. Ibid.
5 Solus deus quomodolibet & omniformiter, substantialiter & per se bonus est. fol.31.a
6 Quemadmodum esse seu qui est, asserit ꝓpriũ nomen dei, ita & sanctũ hoc nomen tetragrámaton, itẽq; adonai. Ibid.
7 Quædam cõueniunt metaphorice deo, quædam proprie, quædam affirmatiue, quędam negatiue, quædã absolute seu substãtialiter, quædã relatiue, q̃dã substãtiue, q̃dã quodãmodo adiectiue. eod.b
8 Quatuor modis aliquid de deo cognoscimus. Ibi.
9 Etiã ea quæ proprie de deo prædicari ac affirmari dicuntur, magis proprie de ipso negantur & auferuntur. fol. 32 a
10 In libro de Theologia symbolica tractat sanctus Dionysius de his quę metaphorice cõpetunt deo: in libro aũt de Diuinis nominibus, de appellationibus quæ proprie ei conueniunt: in libro demũ de diuinis characteribus, de proprietatibus atq; nominibus ꝑtinentibus ad diuinas & increatas personas, ad emanationes quoq; adintra: in libro uero de Mystica theologia, de excellentissima dei cognitione & uita hac, quæ est per omnem ablationem & negationem de ipso. Ibid.
11 Quæstio magna est, an in uita præsenti possit homo intuitiua cognitione deum cognoscere. Ibid.
12 Sicut philosophi ex lumine naturali nouerunt ueræ & incõmutabilis deitatis unitatẽ, sic sancti theologi ex reuelatione diuina cognouerũt in simplicissimo deo uerã eẽ triũ ꝑsonaꝝ distĩctionẽ. eo.b
13 Quemadmodum superessentialis ac superpræstãtissimæ trinitatis notitia, nulla potuit unq̃ naturali ratione inueniri aut demonstrari, ita nec potuit philosophice demonstratiuis rationibus improbari. fo.33.a
14 In scriptis gentilium quędam leguntur, ex quibus nõnulli putarũt ipsis gentibus innotuisse superexcellentissimam trinitatẽ, aut saltem patris æterni eiusq; unigeniti deitatem. Ib.
15 Rationes quæ ad supgloriosissimæ trinitatis probationem inducuntur, nonminus idoneæ sunt & fortes ad probandũ intẽtum, q̃ illæ quæ ad oppositum proponuntur. eod.b
16 Argumẽta tam pro fide superessentialis trinitatis q̃ contra eandem inducta, solubilia sunt. fol.34.a
17 Deus pater intelligendo seipsum, suiipsius conceptum intra se profert, ac uerbum æternũ in se intellectualiter gignit. eod.b
18 Filius dei est consubstantialis deo patri. Ibid
19 Pater & filius intuendo ac diligendo seinuicem, producunt amorẽ quendã spiratum & increatum qui dicitur spiritus sanctus fol.35.a
20 Duæ sunt emanationes in deo adintra, una intellectus & per modum naturæ, alia uolũtas & per modum liberalitatis. Ibidem
21 Quædam cõueniunt diuinis & increatis personis proprie, quædam appropriate. eod.b
22 Quicquid absolute dicitur in diuinis, de qualibet superbenedicta persona singulariter prædicatur, similiter de duab⁹, & itẽ de trib⁹ simul acceptis. Ib.
23 Tres sunt in diuinis relatiões personales, seu proprietates personaꝝ constitutiuę: quatuor uero relationes, & quinq; notiones. Ibid.
24 Omnia iam prætacta sunt in deo una & eadẽ simplex essentia: iccirco tanta distinctio nec unitati, nec simplicitati diuinæ repugnat. fol.36.a
25 Inter attributa diuinæ naturæ non est realis neq; formalis distinctio, sed rationis dũtaxat: nec præter ac ultra personalẽ distinctionem est ponenda in diuinis ulla distinctio ex rei natura, ut aliqui opinantur. Ibid.
26 Summæ & increatę personæ abinuicẽ distinguuntur per solas relationes reales ac personales, non per aliqua absoluta. fol 37.a
27 In superbeatissimis personis est om̃is perfecta ac sancta ratio mutuæ dilectionis penitus infinitę, mutuæ quoq; cõplacẽtiæ superdulcissimę ac mutuæ perfruitionis interminabiliter gaudiose. eo.b
28 Quædam in diuinis interdum sumuntur absolute seu essentialiter, interdum relatiue seu notionaliter. Ibid.
29 Propositiones in quibus relatiua & notionalia in diuinis attribuuntur essentialibus & absolutis, sapienter & pie sunt exponendæ. fol.38.a
30 Simpliciter concedendum est, ꝙ deus genuit deũ & aduersarioꝝ obiecta faciliter confutant̃. eod.b
31 Absolute concedit̃, ꝙ deus est unus & trinus: attamen difficultas est in explanatione propositionis istius. Ibi.
32 Cum filius dicitur natus de substantia patris, propositio de, consubstantialitatem & habitudinem originis notat. Ibid.
33 In diuinis tres res relatiue acceptæ sunt una res absolute & substantialiter sumpta. fol.39.a
34 Filius à patre natus est non propria uoluntate

nec

nec necessitate, sed natura ac intellectu. Ibid.

35 Multiplex in deo assignatur potentia, quæ tamē in re est simplex & una, atq; in se uniuoce dicta: sed per comparationem ad actus distinctos, analogice dicitur. Ibid.

36 In incomprehensibili trinitate una persona non est alia prior. eod.b

37 Generatio filij dei mensuratur æternitate, & omne tempus excedit. Ibi.

38 Spiritus sanctus procedit à patre & filio, tāquam amor amborum. fol.40.a

39 Quamuis spiritus sanct⁹ procedat à patre ac filio per uoluntatem liberaliq; emanatione, non tamē ut creaturæ, nec ita q possit aut potuerit nō produci. Ibid.

40 Amor in diuinis tripliciter sumit, utputa essentialiter & notionaliter ac relatiue seu psonaliter. eo.b

41 Spiritus sanctus procedit à patre & filio in eo q unum sunt. Ibidem

42 Quemadmodum pater & filius & spiritus sanct⁹ sunt unus creator, & unum effectiuum uniuersorum principiū: sic pater & filius dici possunt unus spiritus sancti spirator, ac unum & idē eius principium. Ibidem

43 Spiritus sanctus est mutuus amor, quo se diligunt pater & filius, estq; nexus & osculū, cōmunio & amplexus ambo℞. fol.41.a

44 Duplex est missio spiritus sancti, puta inuisibilis ac uisibilis: & idē dicendum de filio. Ibi.

45 Persona in diuinis non dicitur absolute. eod.b

46 Idea est similitudo rei creabilis aut creatæ in diuina mente consistens. Ibidem

47 Solus deus perfecte est æternus. fo.42.a

48 Quemadmodū simplicissima dei essentia, omnē essendi perfectionē in se excellētissime cōprehendit, ac uarijs designatur nominibus: sic clarissima dei scientia omnem perfectionē & eminentiā cognoscendi includit, & per respectū ad diuersa obiecta ac uarios actus, appellatiōes plures sortit. Ibi.

49 Prima, principalis originalisq; causa seu ratio prędestinationis electo℞, ex parte dei sumēda ē. eo.b

50 Nec prouidentia dei mutabilibus ac contigētibus rebus, nec prædestinatio æterna rationabilib⁹ creaturis necessitatem imponit. f.43.a

51 Deus incircunscriptibilis & immensus uarijs modis est in rebus. eo.b

52 In deo liberrima est uoluntas. fol.44.a

53 Rationalis creatura suam uoluntatē conformare ac subdere debet uoluntati diuinæ. Ibid.

DE PRODVCTIONE RERVM A' DEO.

54 ¶ Temporale initium productionis uisibilium & inuisibilium creatura℞, spiritus sanctus per Moysen compendiose deprompsit: In principio, ingēs, creauit deus cœlum & terram. eod.b

55 Autoritas ista, In principio creauit deus cœlum & terrā, multipliciter potest exponi. Ibid.

56 Scriptura exordij libri Geneseos tractans de operibus sex die℞, tripliciter potest exponi. Ibid.

57 Doctrina dicētium spirituales creaturas uidelicet angelos, simul cum mundo sensibili esse creatos, uerior & rationabilior esse uidetur q̄ positio dicētium huius oppositum. fo.45.a

58 Quatuor coæquæua recte censentur. Ibid.

59 Cœlum empyreum sufficiēti autoritate sancto℞ esse cōuincitur, eod.b

DE ANGELIS.

60 ¶ Angeli in ordine uniuersi primū & summū obtinent locum secundū theologos, prout in Elementatione philosophica de intelligentijs dictum est secundum philosophos. fol.46.a

61 De distinctione angelo℞ abinuicem sunt opiniones diuersæ. Ibidem

DE HIERARCHIIS.

62 ¶ Angelorum tres hierarchiæ & nouem ordines assignantur. fo.47.a

63 Ordines mediæ hierarchiæ cœlestes dicuntur & sunt dominationes, uirtutes & potestates. eod.b

64 Principatus, archangeli & angeli, chori sunt infimæ hierarchiæ angelicæ. Ibid.

65 Cœlestiū hierarchia℞ dispositionē angelico℞q; ordinum distinctionem, aliqualiter capere possumus p ea quę in terreno cernim⁹ principatu. Ibid.

66 Assignatio distinctionis ordinū angelico℞ à Diuino Dionysio tradita, uerior subtiliorq; uidet. f.48.a

67 Ordo hierarchicus angelico℞ spirituū consistit in mutua cōmunicatione dono℞ ipsis distributo℞, & in purgatione, illuminatione & perfectione eorum adinuicem. eod.b

68 Angeli sancti mutuo colloquuntur modis partim nobis notis, partim incognitis. Ibid.

69 Ex præordinatione ac iussione omnipotentis cōuenit angelis homines custodire. folio 49.a

70 Inter angelo℞ creationē & lapsum aliqua extitit mora, q̄uis breuis & modica. Ibid.

71 An angeli in solis naturalib⁹ fuerint cōditi, an potius in supernaturalibus gratiæ donis & charitate, difficile ualde est certitudinaliter scire ac diffinire. eo.b

72 Aliqui angelorum mox post suam creationē per superbiam corruerunt. Ibid.

73 Etiam in dæmonibus quædam manet prælatio & aliquis ordo. fol.50.a

74 Ordo ac prælatio in angelis sanctis cessabunt, cōpleto extremo iudicio quo ad exteriora obsequia, non autem quantum ad distinctionē perfectionis in donis naturæ & gratiæ ac gloriæ. Ibi.

75 Angelo℞ sancto℞ quidam perhibentur ministrātes, alij assistentes. eod.b

76 Numerus angelo℞ ineffabiliter magn⁹ est & incōprehensibilis nobis in uita præsenti. Ibi.

77 Positio illa dicētium, q tot homines saluabuntur quot angeli stantes manserunt, uidet incerta. Ibi.

78 In angelis sanctis secundum theologos incomparabiliter maior est beatitudo, perfectio & gloria, q̄ in intelligentijs secundum philosopho℞ opiniones: non tamen uniformitas & immobilitas tanta in angelis est, ut in intelligentijs posuerunt philosophi. fol.51.a

79 Multiplex cognitio iest & cōuenit angelis sctis. Ib

80 De quolibet ordine angelo℞ aliq corruisse dicunt: uerūtamen multo plures stantes māserūt. eod.b

81 Homines electi & sancti ad angelo℞ ordines uarios post uitam hanc assumuntur, iuxta diuersitatem & congruentiam merito℞ suo℞. Ibid.

82 Inter angelos bonos & malos continua & propria dicta pugna consistit: sed inter angelos bonos pugna nō ē proprie, sed metaphorice sumpta. f.52.a

83 Esse in loco diuersis diuersimode attribuitur: deo uidelicet transcendenter & incircunscriptibiliter: angelis, diffinitiue: corporalibus rebus, commensuratiue

ſtratiue: ſupremo cœlo, per partes ſuas. Ibi.

84 Anima rationalis ab eodem eſt effectiuo immediate creata principio à quo & angelus, & ad eundem finem ſupernaturalē deſuper ordinata. eod.b

85 Rationalis anima in ratione formæ & donis naturæ angelo extat inferior: in ratione autem finis & donis gratiæ ac gloriæ, angelo eſt æqualis. ibid.

DE ANIMA RATIONALI.

86 De origine & finali inſtitutione animæ rationalis multo aliter docet ſcriptura, quàm philoſophorum phalanx. 53.a

87 Sicut de primordiali animæ rationalis inſtitutione ac fine, ita de totius mundi productione, duratione & cōſummatione, diuerſimode docuerunt philoſophi ac ſancti theologi. ibid.

DE CONDITIONE HOMINIS.

88 ¶ Primos generis humani parentes condidit deus, non ſolum in naturalibus, ſed & in gratuitis donis. eod.b

89 Sicut de angelis, ita de primis parentibus diuerſa habetur opinio, an in gratia gratū faciente & charitate ſint conditi. 54.a

90 Tam corpus Adæ ex limo terræ, q̃ corpus Euæ ex coſta Adæ ab omnipotente deo immediate formatum eſt miraculoſe. eo.b

91 Si primi parentes in paradiſo præuaricati non eſſent, proles utriuſq; ſexus ex ipſis genita ſeu gignenda, poſt egreſſum ex utero aut confeſtim, aut ſolito nūc curſu celerius habuiſſet pfectionē ſciētię ac ỽtutū in aīa ſoliditatē q̃q; ac robur in corpore. eod.

92 In paradiſo fuiſſet generatio per ſexuum unionem ſine libidine, non ſine delectatione. 55.a

93 In innocētiæ ſtatu homines à paradiſo terreſtri ad paradiſum cœleſtem ſine intermedia pœna ac morte fuiſſent ſigillatim completo uitæ ſuæ curriculo, mox tranſlati. Ibi.

DE PECCATO ORIGINALI.

94 ¶ Originale peccatum eſt priuatio originalis iuſtitiæ ac gratiæ debitæ ineſſe, ad quod multiplices pœnæ inflictæ ſunt & conſequutæ in homine. Ibi.

95 Peccatum originale formaliter unum eſt, materialiter plura. eo.b

96 Effectus ac pœnæ originalis peccati multiplices ſunt & graues. eo.

97 Originale peccatum dici poteſt peccatum naturæ, quemadmodum actuale peccat dicitur peccatum perſonæ. eo.

98 Originali peccato non debetur poſt uitam hanc pœna ſenſus, ſed pœna damni. 56.a

99 In ſtatu innocentiæ fuiſſet in paradiſo diſparitas hominum in naturalibus accidentalibus atq; gratuitis. Ibid.

100 Fuiſſet præterea in innocentiæ ſtatu ordinata prælatio. Ibid.

101 Paradiſus terreſtris eſt amœniſſim⁹ fructuoſiſſimus & quietiſſimus locus, parsq; eleuatiſſima terræ. eod.b

102 Diuerſitatem animarum rationaliū in aptitudine & capacitate, in inclinatione & ingenioſitate ad ſcientias & uirtutes aſſerunt quidam cauſari ex diuerſa corporis diſpoſitione, alij ex ingenita animarum inſtitutione. Ibidem

103 Animæ à corporibus ſeparatę, uarijs modis ac multa cognoſcunt, quæ antea non nouerunt. eod.

104 Antiqui ſacratiſſimi celeberrimiq; doctores eccleſiæ, tam Latini quàm Græci, euidētibus ſcripturæ canonicę autoritatibus moti, inducti, conuicti, concorditer faſſi ſunt uniuerſa cœleſtia corpora eſſe elementaris naturę, atq; ex primordiali materia in exordio creata, eſſe formata. 57.a

105 Cœli à diuerſis theologis diuerſimode numerantur. 58.a

106 Anima rationalis ad ſui creatoris imaginē ac ſimilitudinem eſt creata: ſimiliter & homo. Ibid.

107 Omnipotens deus in numero, pondere & menſura conſtituit uniuerſa. eo.b

108 Imago & ſimilitudo dei tanto eminētius reſplendēt in intellectualibus creaturis, quantò ipſæ intellectuales creaturæ ſunt excellētioris ſpeciei perfectiorisq; gradus, & ordinis altioris. 59.a

109 In omībus creaturis ſpecialiter manifeſtāt, reſplendent, & attendūtur tria hæc attributa, creatoris potentia, ſapiētia, bonitas. eo.b

DE INCARNATIONE CHRISTI.

110 ¶ Ad redimendum genus humanum, incarnatum eſt uerbum dei æternum. eod.

111 Multiplici ratione ſapientiſſime declaratur, nullā purā creaturā fuiſſe idoneā & condignā ad redimēdū totū genus humanū. 60.a

112 Saluatorem generis humani decentiſſimū fuit eſſe hominem uerum, ſanctum & innocentem, totius peccati expertem. Ibid.

113 Incarnatio uerbi æterni, maieſtati & puritati, incōmutabilitati, & excellētiæ ſuæ deitatis, in nullo eſt derogans, ſed charitati eius, bonitati ac pietati ſumme & ineffabiliter decēs & congruens. Ibid.

114 Sapientia, omnipotentia, bonitas, charitas, miſericordia, iuſtitia, liberalitas dei, in ſua incarnatiōe ac cęteris ſuæ humanitatis myſterijs eminentius, magnificentiusq; reſplendent, q̃ in creatione & gubernatione totius mundi. eo.b

115 Nō niſi uenuſtiſſimā, pulcherrimā & decoratiſſimā humanitatē decuit à uerbo æterno aſſumi. eod.

116 Eodem inſtanti quo deſuper creata eſt anima ſaluatoris exuberantiſſime eſt repleta cunctis excellentiſſimis ſupernaturalibus donis, eius ſtatum, dignitatem & perfectionem decentibus. 60.b

117 In Chriſto utraq; natura manſit integra & perfecta, idcirco communicatio idiomatū habet in ipſo locum in qua quid propter quid dicatur ſapientialiter eſt penſandum. 61.a

118 Humanitas Chriſti ſe habet ad perſonam uerbi aſſumentis ut inſtrumentum animatum, proprium, coniunctum & immediatum

tum

tum:quemadmodum corpus organicum se habet ad animam rationalem ipsum informantem, uiuificantem, mouentem & gubernantem. 61.b

119 Multa conueniunt Christo ratione naturæ assumptæ, ut esse prædestinatum, esse sacerdotem & sacrificium, esse aduocatum, intercessorem & mediatorem. ibi.b

120 Christus à primo suæ incarnationis momẽto promeruit excellentissime. 62.a

121 Christus caput est omnium electorum, ac totius militantis ac triũphantis ecclesię. ibi.a

122 Passio Christi ex parte passi, summe meritoria & fructuosissima fuit. ibi.a

123 Anima Christi tẽpore passionis fuit i maximo gaudio beatificæ fruitionis, in uehemẽtissimo itẽ dolore passiõis & cõpassiõis. 62.b

124 Effectus dominici passionis multi ac maximi sunt. ibi.

125 In saluatore tempore passionis nulla fuit redundantia consolationis à superiori animæ suæ parte in partem eius inferiorem, sensitiuã & corporalem. ibi.

126 Tempore passiõis separata est anima Christi à corpore suo, & econuerso: ideo uere mortuus est: utrumq; tamen mansit uerbo æterno ac diuinæ naturæ unitum. 63.a

127 Saluator sua humiliatione, crucifixione & contumeliosissima deiectione meruit glorificari, exaltari, & uiuorum ac mortuorum iudex constitui. 63.a

128 Christo absolute loquendo debetur latriæ cultus; attamen ei secundum naturã assumptam, debet duliæ uel potius hyperduliæ ueneratio sancta. ibi.

129 Christo conuenit natiuitas duplex, & filiatio solum una. 63.b

130 Incarnatio potissime decuit unigenitũ dei, non patrem nec spiritum sanctum. ibi.

131 Passiones animæ quæ sunt quædam affectiones appetitus sensitiui, fuerunt uere i Christo tempore passionis & ante: ac aliquanto postea. ib.b

DE INSTITVTIONE SACRAMENTORVM.

132 Dominus ac saluator euangelicæ legis dator & institutor, ante recessum suum a sæculo isto, per ascensionem in cœlum septẽ instituit sacramenta nouæ & euangelicę legis, tanq̃ septem medicinalia uasa, per quæ uirtus, gratia & meritum omnium horum quę assumpsit, fecit pertulitq; pro nobis, applicantur hominibus. 63.b

133 Baptismus est regeneratio spiritalis, & cæterorum ianua sacramentorũ. 64.a

134 De essentia sacramenti confirmationis sunt forma eius atq; materia: tamen ad consistentiam alia quatuor requiruntur. ib.b

135 In aliis sacramentis Christus uirtualiter per suos continetur effectus: in eucharistiæ autem sacramento, uere, substantialiter incõprehensibiliterq; consistit. ibi.

136 Pœnitentiæ sacramentum est nobis in hac uita maxime necessarium, & uelut alter baptismus, ac secunda post spirituale naufragium tabula. 65.a

137 Extrema unctio sacramentum est sapientissime institutum, ad quod quinq; concurrunt, & duo potissime ad eius essentiam pertinent. 65.b

138 Ordo ut est sacramentum ecclesiæ, est sacrũ signaculum & spiritalis potestas, data ministris ecclesiæ ad consecrandum, tractandũ amministrandumq; aliis ecclesiastica sacramenta ac documenta, ad prolificãdum spiritaliter in ipsa ecclesia. 66.a

139 Matrimonium sacramẽtum est cæteris partim carnalibus, nihilominus spiritale, & gratię cõtentiuum ac collatiuum. 66.b

140 Nunquam defuit humano generi remediũ contra originale peccatum. ibi.

141 Inter sacramenta ecclesiæ inueniuntur excedentia & excessa, unum tamen absolute loquendo est dignissimum. ibi.

DE GRATIA.

142 Gratia in scripturis & dictis sanctorum uariis modis accipitur. 67.a

143 Gratia gratum faciens, est qualitas ac habitus supernaturalis, essentiam intellectualis creaturæ perficiens, atq; in esse quodam supernaturali dei formi, accepto ipsi deo, & ad promerendum uitam æternam idoneo, eam constituens. ibi.

144 Gratiam gratum facientem & charitatem aliqui dicunt realiter esse idem, ac sola ratione differre ab inuicem, alii opinantur oppositum. ib.

145 Gratia pluribus modis diuiditur. 67.b

DE VIRTVTIBVS.

146 Multiplex est uirtutis diuisio. ibi.

147 Tres sunt uirtutes theologicæ & diuinæ, fides, spes, charitas, per quas anima rationalis deo in uita hac desponsatur atq; præcipue conformatur. 68.a

148 Fides catholica est uirtus diuina, radius primæ ueritatis, lumen sapientiæ increatæ, intellectum irradians & inclinans ad assentiẽdum firmiterq; adhærendum uniuersis quæ deus credi præcepit ac reuelauit. 68.a

149 Fides Christiana fundamẽtũ habet firmissimũ, & efficacissima ac copiosissima probamẽta. 68.b

150 Spes fidei ẽ cõdepẽdẽs, necessaria ualde, nequaq̃ defraudãs cõstanter in deo sperantem. 69.a

151 Timor ex spe aliisq; diuersis oriẽ causis, multipliciter quoq; diuiditur. 69.b

152 Charitas uirtutũ oĩm est suprema, & forma earum ac uita & imperatrix, sine qua nihil acceptum est deo. 69.b

De donis spiritus sancti.

153 Septẽ sunt dona spũs scti, q̃ inter habit⁹ aĩæ post uirtutes theologicas primatum in dignitate sortita sunt. 70.a

154 Ad hominem ut est animal rationale ac sociale, spectant uirtutes politicæ. 70.b

DE BEATITVDINIBVS.

155 Octo beatitudines assignantur. 71.a

DE FRVCTIBVS SPIRITVALIBVS

156 Duodeci sunt fruct⁹ ab Aplo assignati. ibi.

DE FINE MVNDI.

157 Quãuis

197 Quamuis finem mundi inferioris, & diem uniuersalis iudicij nemo queat determinate certitudinaliterq; præscire, attamen quædam illos præcedent, quibus uisis & cognitis, certum erit generationem & corruptionem in elementis & mixtis cito totaliter terminandas. eod.b

DE EXTREMO IVDICIO.

198 Vniuersale erit iudicium, quod Christus in natura assumpta efficiet. Ibid.

DE FINALI RETRIBVTIONE.

199 Sicut electi in cœlo empyreo omni felicitate & gaudio inexcogitabiliter implebuntur, sic reprobi & iniusti in inferno om̃i supplicio, calamitate, tristitia erunt perpetue inenarrabiliter adimpleti. 72.a

DE NATVRA AETERNI ET VEri dei continet articulos 62.

Scimus quoniam filius dei uenit & dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerũ deum, Prologus. 73.b

1 QVæ sit præsentis editionis intentio: & de modo procedendi in opere isto. eo.b

2 De utilitate cognitionis diuinæ, quæ per naturalẽ rationẽ acquiri põt & disci. 74.a

3 De causa motiua atq; finali huius lucubrationis. Ibi.

4 De cognitione dei infatigabiliter requirenda. eo.b

5 De moderamine in diuinorum inuestigatione seruando. 75.a

6 An deum esse sit per se notum. Ibid.

7 Qualiter ex cõsideratione motuũ atq; mobilium perducamur ad unius immobilis entis, & primi motoris, qui deus est, cõtemplationem. 76.a

8 In quo genere causæ posuerunt philosophi deum sublimem esse primum motorem. eo.b

9 Quo modo intelligendum est, quòd aliqui summi doctores deũ dicũt moueri, ac motum seu mobilem. 77.a

10 Quo modo ex ordine causarum atq; effectuum demonstratur esse diuinum. Ibi.

11 Demonstratio quòd deus est ex ordine rerum in perfectione. eo.b

12 Ostensio, ꝙ deum esse oporteat, ex contemplatione regiminis uniuersi. 78.a

13 Quotuplici uia conscendat intellectus humanus ad creatoris notitiam ex rebus creatis. eo.b

14 Explanatio quorundã nominum sine quorum notitia ista intelligi nequeunt, 79.a

15 Quod esse deo proprijssime conuenit: & de qualitate seu modo esse diuini. eo.b

16 Quod deus est essentialiter bonus: & ꝙ natura dei est bonitas: & ꝙ nulla res post deum sit essentialiter bona. 80.a

17 Quid sit prius ac principalius nomen dei bonum, uel ens. eo.b

18 Et est demonstratio per rationes naturales, ꝙ non sit nec esse possit nisi unus uerus deus. 81.b

19 Quod deus æternus est ueritas prima & exemplaris, omnisq; ueritatis creatæ causa fontalis. Ibid.

20 Cur deus dicitur actus purus, & q̃ utile sit hoc intelligere, eò ꝙ multa pulchra sequãtur ex hoc. 82.a

21 Quod deus proprie appellatur essentia, abusiue autem substantia. eo.b

22 An hoc nomen deus sit maxime proprium deo, uel communicabile etiam alijs: an sit nomen naturæ uel actionis seu operationis. 83.a

23 De nomine domini tetragrammaton. eo.b

24 Quod deus est infinitus, & ꝙ infinitas sit intrinseca proprietas diuinæ naturæ. Ibi.

25 An deus sit sibiipsi infinitus. 84.b

26 Quod immensitas dei quatuor respicit. Ibi.

27 De incircũscriptibilitate dei: & quomodo deus dicitur esse ubiq; per essentiam, præsentiam atque potentiam. 85.a

28 Quod solus deus æternus est secundum cõpletam æternitatis rationem. 86.a

29 De incomprehensibilitate diuinæ naturæ, & de uarijs rationibus incomprehensibilitatis diuini esse. eo.b

30 An cognitio quam de diuina natura per ablationem habemus, sit potior ea notitia quæ per positionem de deo habẽtur. 87.b

31 Et est introductio quæstionis difficilis, scilicet an aliquid de deo sublimi affirmatiue & substantialiter prædicetur. 88.a

32 Et est affirmatio responsionis inductæ ex testimonijs Damasceni & Hugonis atque doctoris deuoti. eo.b

33 Resolutio & concordia horum quæ dicta sunt, & sibi uidentur contraria. 89.a

34 Quod non obstantibus his quæ de diuinæ naturæ incomprehensibilitate & incognoscibilitate inducta sunt, ueram habeamus de deo benedicto & sancto notitiam. eo.b

35 De simplicitate diuini esse. Ibid.

36 De incommutabili stabilitate diuinæ essentiæ. 90.b

37 Quod deus æternus est uiuens uita, purissima, nobilissima, delectabilissima æternaliterq; perfecta. 91.a

38 Quam conuenienter deus dicatur intellectus uniuersaliter agens. eo.b

39 Quod intellectus diuinus cognoscit perfecte atq; distincte æternaliter & immaterialiter omnia genera, species & indiuidua, tã substantiæ q̃ accidentium: omnia quoq; quæ esse possunt. 92.a

40 Quod in deo idem sunt intelligens, intellectus, species intelligibilis, intellectio & obiectum. eo.b

41 Quod diuina cognitio uaria nomina sortitur secundum diuersitatem eorum quæ sub ea cadunt & comprehenduntur. 93.a

42 Quod in mente diuina sunt rerũ factarum ideæ. Ibi.

43 De libertate primi entis. 94.a

44 De uoluntate primi principij. eo.b

45 Quod quamuis absolute necessarium sit deum scire ac intelligere quicquid scit atque intelligit, non tamen absolute necessarium est eum uelle seu diligere quæcunque uult seu diligit. 95.a

46 An diuinæ uoluntatis possit causa seu ratio assignari: an etiam semper impleatur. Ibi.

47 An diuina uoluntas sit proxima causa rerum & propria. eod.b

48 An primum principium sit causa rerum per esse suum, seu per naturam: & qualis sit emanatio rerum à deo. 96.a

49 De regimine & prouidentia mentis diuinæ. Ibid.

50 De omnipotentia dei, & immensitate diuinæ potentiæ. 97.a

51 Confirmatio prædictorum de omnipotentia dei ex uerbis Dionysii, Augustini & Anselmi: de potentia quoque dei absoluta & ordinata. eo.b

52 Quomodo misericordia & iustitia in deo sunt. 98.a

53 De beatitudine & infinita delectatione ac syncerissima uoluptate supergloriosissimi & superbeatissimi dei. eo.b

54 De supersplendenti lumine, atque lucifluа claritate diuinę essentiæ. 99.a

55 An lux, splendor, lumen & radius proprie deo couenіant, uel potius transsumptiue seu metaphorice. eodem b

56 Confirmatio prædictorum ex uerbis Augustini, Anselmi & Hugonis. 100.b

57 De pulchritudine summæ naturæ & speciositate diuinæ essentiæ. Ibi.

58 De superexuberanti & supersuaui dulcedine bonitatis diuinæ. 101.a

59 De desiderabilitate diuinæ bonitatis. 102.a

60 De superessentiali & infinita sanctitate mentis diuinæ. eod.b

61 De incomparabili excellentia dei, eo quod de ipso & creaturis nihil dicatur uniuoce: In quo declaratur quod deus nõ est genus neque in genere, nec species neque in specie, neque indiuiduum uel suppositum sub aliquo genere prædicamentali contentum. Ibi.

62 De uarijs nominibus dei, quæ diuersimode sibi cõueniunt. 103.a

TRACTATVS PRIMVS DE DOnis spiritus sancti cõtinet articulos 18.

Quis hominum poterit scire cõsilium dei, aut quis poterit cogitare quid uelit deus, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum de cœlis? Procemium 104.a

1 DE numero & ordine donorum spiritus sancti. Ibi.

2 De triplici genere studiosorum. eo.b

3 An dona à uirtutibus realiter distinguãtur. 105.a

4 Cur dona hæc dicuntur potius dona spiritus sancti quàm patris uel filij, cum tamen opera trinitatis sint indiuisa. Ibi.

5 Cur potius hæc septẽ dicuntur spiritus sancti, quàm alia bona diuinitus data. eod.b

6 Quod inter uirtutes theologicas atque morales, dona in dignitate medio modo se habeant. Ibi.

7 De duplici rectore ac regula actuum humanorum. 106.a

8 Quod sicut uirtutes efficiunt hominem bene dirigibilem seu mobilem à ratione, sic dona à spiritu sancto. Ibid.

9 An dona spiritus sancti sint aliquid fixum ac radicatum in rationali creatura: uidelicet an sint habitus quædam. eo.b

10 De donis secũdũ doctrinã doct. deuoti. Ibi.

11 De numero & distinctione donorum inter se, secundũ traditionẽ doctoris sancti. 107.b

12 De connexione ac distinctione donorum secundum Anselmum. Ibid.

13 An spiritus sanctus detur eis quibus dona ipsius donantur. 108.a

14 An dona sint connexa sicut uirtutes. Ibid.

15 Quomodo intelligẽda est ramificatio gratiæ in uirtutes ac dona. eo.b

16 Quæ sit diffinitio doni. Ibi.

17 De subiecto donorum. Ibid.

18 De obiecto donorum. 109.a

TRACTATVS SECVNDVS DE donis spũs sancti, cõtinet articulos 36.

Per sapientiã sanati sunt quicũque placuerũt tibi dñe ab initio, Procemium. eod.b

1 QVod sacra scriptura de triplici sapiẽtia loquitur. Ib.

2 De triplici sapientia fallaci ac uana: quam reprobat diuina scriptura. 110.

3 De uaria distinctione supernaturalis sapientiæ. Ibi.

4 Quod sapientia supernaturalis ac theologica, ad intellectum duntaxat respiciens, nõ sit donum spiritus sancti. eo.b

5 De sapientia quæ uere ac proprie est donũ spiritus sancti. Ibi.

6 De bipartito iudicio. 111.a

7 Quomodo donum sapientiæ à cæteris donis distinguitur: quam uirtutem theologicam sapientiæ donum perficiat. Ibi.

8 De necessitate doni sapientiæ. eod.b

9 De effectibus doni sapientiæ. Ibid.

10 An sapientia quę est donum sit speculatiua uel practica. 112.a

11 Quod sapientiæ donum omnibus gratiam gratificantem habentibus inest, & eis duntaxat. eo.b

12 Quomodo sapientia appellatur timor uel charitas. Ibi.

13 Confirmatio omnium prædictorum ex dictis doctoris diuini. Ibid.

14 Qualiter sapientia ista dignissima acquiritur à domino: quomodo etiam augeatur ac perficiatur. 113.b

15 Quod donum sapientiæ & uirtus charitatis diuinæ, proportionabiliter crescunt simul atque decrescunt. 114.a

16 De triplici gradu doni sapientiæ. eo.b

17 De dignitate & laude testimonijsque scripturæ de dono sapientiæ. Ibid.

18 Quomodo dicat Apostolus, Noli altum sapere, &, non plus sapere quàm oportet. 115.a

19 De spirituali die atq; interno cõuiuio, quę donum sapientiæ gignit in mente, quæ sedes est sapientiæ. eod.b
20 Quæ beatitudo correspõdet dono sapiẽtiæ. 116.a
21 De multiplici acceptione intellectus. Ibid.
22 Quòd intellectus qui est donum spiritus sancti, realiter distinguatur ab intellectu qui est habitus intellectualis ac naturalis. Ibid.
23 In quibus intellectus qui est habitus intellectualis ac naturalis, & intellectus qui est donum spiritus sancti, differunt atq; conueniunt. eod.b
24 Quid sit ipse intellectus qui est donum spiritus sancti. Ibid.
25 Quòd donum intellectus radio solis optime cõparatur: & de effectibus seu actibus huius doni secundum doctorem diuinum. fol.117.a
26 Solutio dubitatiõis de unitate doni ĩtellect⁹. eo.b
27 De necessitate doni intellectus. Ibid.
28 Qualiter intellectus & fides simul haberi ualeant de eodem. 118.a
29 An intellectus qui est donum, sit speculatiuus an practicus. Ibid.
30 An donum intellectus omnibus gratiam gratificantem habentibus, insit. Ibi.
31 Quòd nemo habet donũ intellectus, nisi qui gratiam gratumfacientem à deo adeptus est. eod.b
32 De distinctione & conuenientia inter dona sapientiæ & intellectus. 119.a
33 De tribus in distinctione donorũ obseruandis. Ibi.
34 Qualiter donum intellectus obtineatur, conseruetur ac perficiatur. eod.b
35 De gradibus doni intellectus. Ibid.
36 Quæ beatitudo correspondeat dono intellectus: quomodo etiam fides dicatur fructus doni intellectus. 120.a

TRACTATVS III. DE DONIS SPIritus sancti continet articulos 50.

Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus, Procemium. eodem b
1 QVòd donum consilij non sit idem quod uirtus prudẽtiæ, nec sit ipsa εὐβουλία, uel σύνεσις uel γνώμη. Ibid.
2 De triplici acceptione consilij. Ibi.
3 De necessitate doni consilij: & quomodo consiliũ appelletur donum spiritus sancti. 121.a
4 Quid sit ipsum consilium quod est donum, & de triplici actu ipsius. Ibid.
5 De dono consilij secundũ doctorẽ diuinũ. eod.b
6 De aliquali elucidatione prædictorũ. 122.a
7 De gradibus boni consilij: & q; donũ istud omnibus gratiam gratumfacientem habentibus insit secundum aliquem gradum. Ibid.
8 De modo proficiendi in dono consilij. 123.a
9 An donum consilij perseueret in patria. Ibid.
10 Quæ beatitudo correspondet dono consilij. eo.b
11 De quinquipartita gratia circa consilium. Ibi.
12 De fortitudine prout est uirtus. Ibi.
13 De fortitudine secundũ quod donum, quomodo distinguatur à fortitudine quæ est uirtus: & cur ultra eam requiritur. 124.a
14 Quòd donum cõsilij fortitudinẽ dirigit: & de obiecto atq; subiecto fortitudinis q̃ donũ existit. Ibi.
15 Per quæ donum fortitudinis incrementum sortitur ad perfectionem. eod.b (Ibid.
16 De laude doni fortitudinis: & quã uirtutẽ pficiat,
17 De dono fortitudinis secundum doctrinam doctoris diuini. 125.a
18 De gradibus atq; effectibus doni fortitudinis. eo.b
19 Quomodo fortitudinis donum in patria perseuerat: quod etiam inter beatitudines ei correspondet. 126.a
20 De triplici scientia. Ibid.
21 An illa scientia qua fides saluberrima gignitur, nutrit, defendit, roborat, sit donũ spiritus sancti. eo.b
22 De scientia quæ donũ spũs sancti appellat Ibid.
23 De dono scientiæ secundum sublimem diuini doctoris doctrinam. 126.a
24 De subiecto, obiecto & causa doni scientiæ. eod.b
25 De gradibus atq; effectibus & necessitate doni scientiæ. Ibi.
26 Quomodo donũ scientiæ acquirat & pficiat. 127.a
27 An scientia sit speculatiua uel practica. Ibi.
28 Quæ beatitudo sciẽtiæ dono sit correspõdẽs. eo.b
29 De laude huius scientiæ ex testimonijs sacræ scripturæ. Ibid.
30 Quomodo donum scientiæ spiritalem diem facit in anima. 128.a
31 De interno conuiuio doni scientiæ. Ibi.
32 An donum scientiæ maneat in beatis. eod.b
33 De triplici acceptione pietatis. Ibid.
34 Quid sit pietas illa q̃ est donũ spiritus sancti. Ibid.
35 Qualiter pietas ista à pietate quæ est uirtus moralis distinguitur: quomodo etiam differt à latria & misericordia. fol.129.a
36 De dono pietatis secundum sententias diuini doctoris. eod.b
37 Quid de dono pietatis finaliter sẽtire oporteat. Ib.
38 Quod per donum pietatis deò singulariter cõformamur. 130.a
39 Quid in beatitudinibus & fructibus dono pietatis correspondet. Ibi.
40 De gradibus pietatis. eo.b
41 De essentia, obiecto atq; origine timoris. Ibi.
42 De speciebus timoris. Ibi.
43 Quis horũ timorũ sit donum spiritus sancti. 131.a
44 An timor filialis de quo communiter loquẽtes loquũtur, qui est charitatis effectus seu actus, sit donum spiritus sancti. Ibid.
45 De dono timoris secundũ doctorẽ diuinũ. eod.b
46 De effectibus doni timoris. fo.133.a
47 An donum timoris sit infimum inter dona: & de operatione donorũ in dignitate. Ibid.
48 Quomodo donũ timoris manet in patria, ac quæ beatitudo ei correspondet. eo. b
49 Quomodo quędã dona dicãtur locanda ad dexterã, quædã ad sinistram, & quomodo ex septem donis nascantur septem præclaræ uirtutes. 134.a
50 Per quẽ modum dona fuerunt in Christo. eod.b

DE LAVDIBVS SVPERLAVDAbilis Dei. Opusculum.

LAus dei ut bonus. fo.141.a
Laus dei ut ens. Ibi.
Laus dei ut uiuens eod.b
Laus dei ut sapiens Ibi.
Laus dei ut uerus & ueritas 142.a
Laus dei ut uiuus & unitas. Ibid.
Laus dei ut omnipotens. eod.b
Laus dei ut pulcher. Ibid.
Laus dei ut perfectus. fo.143.a
Laus dei ut simplex. Ibid.

Laus dei ut infinitus. Ibidem
Laus dei ut felix. eodem b
Laus dei ut incommutabilis. folio 144.a
Laus dei ut uolens & liber. Ibid.
Laus dei ut sanctus. Ibid.
Laus dei ut iustus eod.b
Laus dei ut misericors. 145.a
Laus dei ut amans. Ibid.
Laus dei ut æternus. eod.b
Laus dei ut incõprehensibilis & ineffabilis. Ibi.
Laus dei ut excellens. 146.a
Laus dei ut idea & exemplar. Ibi.
Laus dei ut prouidentiam habens. Ibi.
Laus dei ut prædestinator & reprobator. eod.b
Laus dei ut terribilis. Ibid.
Laus dei ut dulcis. 147.a
Laus dei patris. Ibi.
Laus filij dei. eod.b
Laus spiritus sancti. 148.a
Laus superbenedictæ trinitatis. eod.b
Laus uerbi incarnati. Ibid.
Laus dei de rationibus incarnationis. 149.a
Laus dei de pfectione humanitatis Christi. Ibid.
Laus dei de sapientia Christi eod.b
LAVDES DEI EX SCRIPTVRA CAnonica noui testamenti.
Laudes dei ex euangelio de Christi diuinitate. Ibi.
Laus dei ex euangelio de Christi præcursore. 150.a
Laus dei ex euãgelio de Christi incarnatione. Ibi.
Laus dei ex euangelio de Christi humana generatione. Ibid.
Laus dei ex euangelio de Christi baptismo, tentatione ac alijs. eo.b
Laus dei ex euangelio de sermone Christi ad Nicodemum. ibi.
Laus dei ex euangelio de Christi signis & uerbis documentisq; præcursoris. ibi.
Laus dei ex euangelio de uerbis Christi ad Samaritanam. 151.a
Laus dei ex euãg.de diuersis Christi miraculis. Ibi.
Laus dei ex euã.de sermone Christi in mõte. eo.b
Laus dei ex euang. de eodem. Ibi.
Laus dei ex euangelio de diuersis Christi miraculis. fo.152.a
Laus dei ex euangelio de sublimibus quibusdam Christi documentis. Ibid.
Laus dei ex euangelio de Christi diuinitate. eo.b
Laus dei ex euang.de dictis factisq; Christi. Ibi.
Laus dei ex euangelio de diuersis Christi uerbis, gestis & miraculis. Ibid.
Laus dei ex euangelio de uocatione interna & eucharistia alijsq; uerbis ac signis Christi. 153.a
Laus dei euangelio de Christi transfiguratione, doctrina, miraculis. Ibid.
Laus dei ex euangelio de uarijs doctrinis Christi. eo.b.
Laus dei ex euangelio de uarijs Christi documentis & uerbis. Ibid.
Laus dei ex euangelio de sublimi Christi doctrina atq; miraculis. Ibi.
Laus dei ex euangelio de Christi doctrinis & die iudicij. 154.a
Laus dei ex euangelio de aliquibus uerbis Christi sublimibus. Ibi.
Laus dei ex euan.de alta Christi doctrina. eo.b
Laus dei ex euan.de Christi diuinitate. Ibi.
Laus dei ex euang. de diuersis magnificentijs pro ramis palmarum. 155.a
Laus dei ex euã.de Christi doctrinis atq; opib⁹. Ib.
Laus dei ex euan.de Christi doctrinis. eo.b
Laus dei ex euan.de futuro iudicio. Ibi.
Laus dei ex euã. de Chr̃i doct. atq; mysterijs. Ibi.
Laus dei ex euan.de cœna domini. 156.a
Laus dei ex euan.de sermone Chr̃i post cœnã. Ibi.
Laus dei ex euang. de eodem. eo.b
Laus dei ex euang. de eodem. Ibi.
Laus dei ex euang. Ibi.
Laus dei ex euang. de eodem. 157.a
Laus dei ex euang. de passione Christi. Ibi.
Laus dei ex euan. de eadẽ Christi passione. eo.b
Laus dei ex euang. de Christi resurrectione. 158.a
LAVS DEI EX EPISTOLA PAVli ad Romanos. Ibi.
Laus dei epistola prima ad Corinthios. 159.b
Laus dei ex epistola secunda ad Corinthios. 160.b
Laus dei ex epist.b.Pauli ap̃li ad Galatas. 161.a
Laus dei ex epist. Pauli apostoli ad Ephesios. Ibi.
Laus dei ex epistola Pauli apostoli ad Philippenses. 162.a
Laus dei ex epistola Pauli ad Colossenses. Ibi.
Laus dei ex epistola prima ad Thessalonicenses. eodem b
Laus dei ex secunda ad Thessalonicẽses epist. Ibi.
Laus dei ex prima ad Timotheum epistola. 163.a
Laus dei ex secũda ad Timotheum epistola. Ibi.
Laus dei ex epistola ad Titum. eo.b
Laus dei ex epistola ad Hebræos. Ibi.
Laus dei ex Canonica Iacobi. 164.b
Laus dei ex prima Canonica Petri. 165.a
Laus dei ex secunda Canonica Petri. eo.b
Laus dei ex prima Iohannis Canonica. 166.a
Laus dei ex secũda & tertia Iohãnis Cano. eo.b
Laus dei ex epistola Iudæ. Ibi.
Laus dei ex Actibus apostolorum. Ibi.
Laus dei ex Apocalypsi. 167.a
Laus dei ex creationis opere. 168.a
Laus dei de ope distinctionis & ornatus. Ibi.
Laus dei de eodem. eo.b
Laus dei de angelicis spiritibus. Ibi.
Laus dei de cœlo empyreo. Ibi.
Laus dei de ordine Seraphin. Ibi.
Laus dei ex Cherubin. 169.a
Laus dei de Thronis. Ibi.
Laus dei de dominationibus. Ibi.
Laus dei de ordine Virtutum. Ibi.
Laus dei de ordine potestatum. Ibi.
Laus dei de ordine Principatuum. eo.b
Laus dei de ordine archangelorum. Ibi.
Laus dei de ordine angelorum. Ibi.
Laus dei de eius dignatione ad nos. Ibi.
Laus dei de hierarchijs communiter. 170.a
Laus dei de gradibus hoim electorũ in patria. Ibi.
Laus dei de numero & ordine cœlestium corporum. Ibi.
Laus dei de elementis, & mundi dispositione. eo.b
Laus dei de dispositione terræ. Ibi.
Laus dei de impressionibus. Ibi.
Laus dei de consummatione mundi. fo.171.a
Laus dei de beatitudine electorum. Ibi.
DE LAVDIBVS SANCTISSIMAE ET indiuiduæ

indiuiduæ trinitatis, per modũ horarum. eo.b
Laudes siue horæ de domini Iesu amarissima passione. 177.a

INFLAMMATORIVM DIVINI AMORIS continet articulos 20.

Quid dominus deus tuus requirit à te, nisi ut diligas eum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & omnibus uiribus tuis, & ambules in uijs ipsius,

Proœmium. 181.b
1 QValiter procedendum sit & ascendendum ad supergloriosissimi dei amorem. 182.a
2 Responsio hominis ad hæc. eo.b
3 Responsio & informatio Christi ad prætacta & obiecta. Ibi.
4 Inquisitio circa iam dicta, & cur non exaudiamur à domino iuxta uotum. 183.a
5 Quid sit contritio uera & pœnitentia salutaris, & quàm cito corruat in culpas mortales, q nõ extat solicitus uitare & fugere ueniales. eo.b
6 De compendio proficiendi & inflammandi in sancto ac spirituali amore. 184.a
7 De secundo modo ac medio excrescendi & inardescendi in dei timorem. eo.b
8 De tertio incentiuo & exercitamẽto ꝓfectus, atq; incendio diuini amoris. 185.a
9 De quarto instrumento ac medio profectus diuinæ dilectionis. eo.b
10 De quinto modo ac medio inflãmatiuo & augmẽtatiuo diuini amoris. 186.a
11 De sexto inflammatorio charitatis. eo.b
12 De septimo inflãmatiuo dilectionis diuinæ. eo.b
13 De octauo incentiuo diuini amoris. eo.b
14 De nono excitamento & exercitatorio proficiendi & incalescẽdi in sancto & spiritali deitatis amore ex eius effectibus. 187.a
15 Exercitatio & inflammatio suijpsius ad æstuantẽ dei amorem ex dictis. 188.a
16 Quid sit uere ex charitate diligere deum, & de actibus effectibusq; diuini amoris, ex quibus probabiliter noscitur, q deus salubriter diligaꝰ. Ibi.
17 Inuectio Christi in hominem. eo.b
18 Inuectio Christi in Christianum. 189.a
19 Inuectio Christi in religiosum. 190.a
20 Prosequutio increpationis istius, & conclusio huius dialogi. eo.b

DE SACRAMENTO ALTARIS ET missæ celebratione continet articulos 33.

Qvicunq; manducauerit panem hunc, uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis &c.

Proœmium. fo.191.b
1 DE diuersis noĩbus sacramenti altaris. 192.a
2 Cur hoc sacramentum eucharistia appellatur. Ibi.
3 Quod hoc sacramentum apertissime nominatur memoriale. eod.b
4 Qualiter sacramẽtũ istud sit cibus & potus. 193.a
5 De rationibus ob quas sacramentum hoc uiaticum appellatur. eo.b
6 Cur sacramentum hoc uocetur communio. 194.a
7 De rationibus aliorum quatuor nominum sacramenti. Ibi.
8 Diffusior declaratio prædictorum qualiter Christus secundum utranq; suam naturam, sit cibus rationabilium creaturarum: & q eucharistia sit sacramentum summi diuinissimiq; amoris. eo.b
9 Quod in mensa altaris Christus uere realiter assit, & cõtineat i forma assumptæ humanitatis. 196.a
10 Prosequutio huius materiæ. eo.b
11 De dignitate sacramenti altaris. Ibi.
12 De p̃clarissima dignitate potestatis ac ordinis sacerdotalis euangelicæ legis. 197.b
13 De præparatione ad celebrationem. 198.a
14 Quàm uirtuosa, sancta & exẽplaris debeat sacerdotum uita consistere. eod.b
15 Quod tota conuersatio sacerdotis debet esse cõtinua ac realis præparatio ad celebrationem, & gratiarum actio pro beneficijs dei. 199.a
16 De quatuor principaliter attendẽdis ante celebrationem, imò & in ea. eo.b
17 Quid sit deuotio, & de deuotione ad celebrandũ requisita & sufficiente. 200.a
18 De multiplici deuotione, & specialiter de deuotione supererogationis, quam celebrantem decet habere. 201.a
19 An deuotio semper oriatur ex dei amore. eo.b
20 De effectibus sacramenti. 202.a
21 Prosequutio huius materiæ, utputa de præclarissimis effectibus atq; fructibꝰ sacramẽti istius. 203.a
22 De modis Christi sub sacramento & effectibus, & de reductione eoꝝ quæ alij de ista materia dicunt ad prædicta. eo.b
23 Commendatio sacramenti huius ad celebrandũ & communicandum alliciens. 204.a
24 Meditatio deprecatoria ac deuota ad celebrationem fructuosam pręparatoria. 205.a
25 Oratio de eodem. eod.b
26 Oratio secunda de eodem. 206.a
27 Qualiter eucharistia sit sacramentum: & utrum sit unum sacramentum, uel plura. eo.b
28 An in forma uerboꝝ sacramẽti istius cõsistat aliq uis supnaturalis creata ad trãssubstãtiationẽ causaliter aliquo modo concurrens. 270.a
29 Inquisitio circa quædam contenta in tractatu cuiusdam deuoti. eo.b
30 De materia sacramenti huius. 208.a
31 De formis consecrationum corporis & sanguinis Christi. eo.b
32 Introductio uerborum quorundam ex tractatu cuiusdam uiri illuminati. 209.a
33 Alloquutio amorosa ad Christum, dispositiua ad cõmunicãdũ, & regratiatoria ꝑ bñficijs dei. 210.a

EXPOSITIO MISSAE, LIBER VNVS, continẽs articulos 39.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus: escam dedit timentibus se.

Proœmium. 211.a
1 QVid sit deuotio. Ibi.
2 De deuotione quæ ad digne celebrandum requiritur & sufficit ad salutem, non tamen ad perfectionem. eod.b
3 De deuotione pfecta & pura, quã decet habere celebrantẽ, propter tanti sacramẽti dignitatẽ. 212.a
4 De quatuor considerandis à sacerdote ante celebrationem. eo.b
5 De uitijs quibus specialiter carere oportet sacerdotes, quẽadmodũ in ueteri testa. figuratũ est. 213.a
6 De partibus missæ. eo.b
7 De lotiõe & cõfessiõe sacerd. & osculo altaris. Ibi.
8 De introitu missæ. 214.a
9 De kyrieeleeson. eo.b

10 De hymno angelico, Gloria in excelsis deo. f. 215.a
11 De salutatione & oratione sacerdotis ante epistolam. fol. 216.a
12 De Epistola & Graduali ac Alleluia. eod.b
13 De euāgelio & Symbolo. Ibi.
14 De secunda principali parte missæ, uidelicet de oblatione, 217.a
15 De intellectu præfationis quotidianæ, Vere dignū & iustum est. eod.b
16 De laude & cantico supernorum spirituum, Sanctus, sanctus, sanctus. 218.a
17 De intellectu præfationis supersanctæ trinitatis: Qui cum unigenito filio tuo &c. eod.b
18 De explanatione primæ partis Canonis: Te igitur. 219.a
19 De pleniori elucidatione præinductorum. eo.b
20 De secūda parte Canonis, & de modo commemorandi, pro quibus oratur. 220.a
21 De explanatione tertiæ partis Canonis, scilicet: Cōmunicantes &c. eod.b
22 De quarta parte Canonis, scilicet: Hanc igitur oblationem &c. 221.a
23 De explanatione quintæ partis Canonis, scilicet Quam oblationem tu deus. Ibid.
24 Qualis sit habenda deuotio in Canone, præsertim in hoc loco. 222.a
25 De elucidatione sextæ partis Canonis: Qui pridie quàm pateretur &c. Ibid.
26 De quibus sit tractandum in hac editione. eod.b
27 Solutio quorundam quæstionum utilium circa præsentem materiam. eod.b
28 De intellectu septimæ partis Canonis, scilicet: Simili modo postq̄ cœnatum est &c. 223.b
29 De solutiōe q̄rūdā quæstionū circa p̄dicta. 224.a
30 De effectibus huius sup dignissimi sacramēti. eo.b
31 De eo q̄ dictū est in cōsecratione sanguinis, mysterium fidei, & de certissima atq̄ firmissima fide habenda de hoc sacramento. 225.a
32 Declaratio octauæ partis Canonis, uidelicet: Vnde & memores domine &c. eod.b
33 De explanatiōe nonæ partis Cano. scilicet: Supra quæ propitio ac sereno uultu &c. 226.a
34 De intellectu decimæ partis Canonis, scilicet: Supplices te rogamus omnipotens deus. eod.b
35 De undecima parte Canonis, scilicet: Memento etiam domine. 227.a
36 De ultima Canonis parte, scilicet: Nobis quoque peccatoribus. eod.b
37 De oratione dominica & prologo eius. Ibid.
38 De ipsa communione usque ad ultimam partem Missæ. fol. 228.a
39 De ultima parte missæ, scilicet grat̄ actiōe. eo.b

DE SACRA COMMVNIONE FREquentāda tractatus continet articulos 7.

Qui præest, in solicitudine præsit. Procemiū. 229.a
1 Recitatio materiæ, cuius declaratio q̄rit. Ibi.
2 Introductio quorundam documentorum per modum præambulorū, pro declaratione & responsione in ista materia. eod.b
3 Quòd quilibet Christianus tenetur corā deo sic stare, & ita sentire, ac tale propositum coram deo habere, quod potius uelit mori, quàm deum offendere per mortale peccatum. Ibidem
4 De fundamento religiosæ conuersationis, imò & uitæ ueraciter Christianæ. 230.a
5 Quod oēs religiosæ ac spiritales personæ ad obedientiam potissimè obligantur. Ibid.
6 Quod ex iam dictis patet pro parte responsio ad quæsita. eod.b
7 Prosecutio respōsionis istius. 231.a

SERMONES SEX DE SACRAMENTO.

1 De sacramēto eucharistiæ, & triplici gradu honorantium illud. Sermo primus. eod.b
2 De institutiōe & dignitate sacramēti isti⁹. Sermo secundus. 234.a
3 De conuenieti & debita præparatione ad tanti sacramēti celebrationē ac sumptionē. Ser. ter. 235.b
4 De gratijs, fructibus atq̄ effectibus sacramenti. Sermo quartus. 237
5 De impedimentis celebrationis & communionis, & specialiter an hominibus passionatis, amaritudinem in corde gestantibus, liceat communicare aut celebrare. Sermo quintus. 238.b
6 De sacra cōmunione eucharistiæ frequenter deuote suscipiēda. Sermo sextus. 239.b

DE MVNIFICENTIA ET BENEFIcijs dei, continet articulos 33.

Anima mea desiderauit te in nocte ô unigenite patris æterni, sed & spiritus meus in præcordijs &c. Procemium. fol 241.a
1 Excitatio mentis in amorem unigeniti. Ibi.
2 Quemadmodū Christi humanitas ad deitatis cōtēplationē atq̄ amorem uia sit. Ibi.
3 Quemadmodum in incarnatione unigeniti paternæ charitatis ardor, & item clementiæ immensitas elucescant. eod.b
4 Qualiter in incarnatione filij dei incomprehensibilis dignatio spiritus sancti refulgeat. 242.a
5 Quod in incarnatione unigeniti, indicibilis ipsius exinanitio, clementia atq̄ dilectio eluceat. Ibid.
6 Et est inflammatio cordis ad imitandam Christi humilitatem. eod.b
7 Et est plenior mētis instructio ad contemplandū, itēq̄ sectandā exinanitionē unigeniti. 243.a
8 De inuestigabili diuinæ mentis consilio, ac incōprehensibili censuræ eius altitudine. Ibid.
9 Quēadmodum saluis dei benedicti æquitate atq̄ clementia, per temporalē particularemq̄ Christi mortem, mors mundi uniuersalis ac æterna ablata fit. eod.b
10 De unitate dei & humanitatis in Christo. 244.a
11 De donis naturæ homini à deo donatis. Ibi.
12 Admiratio diuinæ munificentiæ in donis gratiæ & supernaturalibus donationibus. eod.b
13 De supernaturali fidei dono. Ibid.
14 De spe. 245.a
15 De charitate. Ibid.
16 De amabilitate bonitatis diuinæ eo.b
17 De supernaturali felicitate, ob quam hominem deus ipse instituit. 246.a
18 Quòd uita Christi sanctitatis mēsura sit & perfectionis exemplar. Ibid.
19 De passione unigeniti, & cur talē prælegerit. eo.b
20 Quod stultā fecit deus sapiētiā huius mūdi. 247.a
21 De congruentia modi passionis Christi. eod. b
22 De quibusdam supernaturalibus diuinæ munificentiæ donis, quibus homines uehementer deificati sunt. 248.a
23 De ineffabili dignatiōe spūs scti ī eo q̄ tā supeffluēter humanis dignat⁹ ē mētib⁹ dari atq̄ ifūdi. eo.b

De mirabi

24 De mirabili diuinæ potestatis cõmunicatione, dũ hominibus omnipotens signorum miraculorũq; efficientiam præstat. 249.a
25 De eminẽtiss. sacerdotalis dignitatis munere. eo.b
26 De singularibus quibusdam diuinæ munificentiæ donis atq; beneficijs. eod.
27 De enormitate ingratitudinis atq; peccati. 250.a
28 De singularibus quibusdam circunstantijs, peccatum uehementer aggrauantibus. eod.b
29 Quàm sit sancto uir iustus amabilis, & quàm odibilis illi præuaricator consistat. eo.
30 De immensitate diuinæ clementiæ. 251.a
31 De horrenda æterni iudicis æquitate. eod.
32 De honore, quem deo altissimo exhibere debet intellectualis creatura. eo.b
33 De glorificatione corporum. eod.

DE DISTANTIA PERFECTIONIS DIuinæ & humanæ, cõtinet articulos 29.

Estote perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Procemiũ. 252.a
1 De natura & proprietate uirtutis ac pfectionis diuinæ. eod.
2 De summa pfectione mẽtis humanę. eo.b
3 In quo pfectio diuina cõuenit cũ humana. 253.a
4 De incessabili dependentia indigentiaq; pręmij, q̃ à creatore benedicto omnis creatura cum uniuersa sua perfectione depẽdet. eod. (deũ. eod.b
5 De interno atque secreto modo orandi affandiq;
6 Quod licet tota rationalis creaturæ pfectio sit cõformari deo, nihilominus multa possumus uelle, licite amare atque appetere, quæ deus non uult, nec cupit, nec diligit. 254.a
7 De uera ac profunda humilitate. eod.
8 Cum humilitas in sui ipsius uera cognitione consistat, quomodo uiri uirtuosi et boni se nihil reputare alijsq; uiliores arbitrari possunt, quibus tamen ueraciter meliores sunt. eod.b
9 De uarijs incitamẽtis & causis humilitatis. eo.b
10 Quòd perfecta atq; profunda humilitas apicẽ duplicis notitiæ exigit. 255.a. (uinę. eod.b
11 De superalta excellentia naturæ ac maiestatis di-
12 De naturali perfectione hominis. 256.a
13 De cõparatione perfectionis diuinæ, angelicæ atq; humanæ. eod.
14 Quod sola humilitas animæ Christi omniũ simul creaturarum humilitatem excessit, & nunc quoq; excedit, quia nũquam diminuta est, nec unquã minuetur. eod.b
15 Q̃d in diuina natura humilitas locũ nõ habet. eod.
16 Quod licet omnis creaturæ perfectio sit assimilari creatori, quædam tamen perfectiones deo conueniunt, quas creaturæ licite desiderare non possunt, neq; imitari debent. 257.a
17 Quod multitudo uirtutũ ac pfectionum q̃bus egem⁹, signũ sit impfectionis decliuitatisq; nr̃ę. eo.b
18 Quõ in angelis sit humilitas. 258.a
19 Quõ passiones actũ uirtutis impediunt, & de fortitudine rationis contra easdem. eodẽ.b
20 Quod licet deo proprium sit, ut proprium honorẽ & gloriam à creaturis requirat, interdũ tamen hominibus fas sit ut seipsos collaudent, & impẽsum honorem æquanimiter ferant. 259.a
21 Quæ uirtutes deo proprie insint, & quæ non. eod.
22 De nũero & subiecto ac distinctiõe passionũ, & q̃liter rõni subdẽdæ sint atq; ad deũ ordinãdæ. eo.b
23 De uita contẽplatiua atq; diuina. 260.a
24 De excellẽtia q̃rundã emeritorũ hoĩm eod.b
25 Quib⁹ uirtutib⁹ assimilemur Chr̃o ut hoĩ. 261.a
26 Quẽadmodũ p miam & iustitiã assimilemur deo. (262.a
27 De deiformi assimilatione p grã. 26?.a
28 De trãsformatione mẽtis in deũ p charitatẽ. eod.
29 De cõsummata & plena assimilatiõe diuina. eo.b

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGInis Marię libri 4. & 1. cõtinet articulos 38.

Quæ est ista q̃ progrediť quasi aurora consurgẽs, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorũ acies ordinata? Procemiũ. 264.a
1 De intẽtione, pcessu ac titulo hui⁹ op. eod.b
2 Qualis esse debeat contemplator et laudator præstãtissimæ uirginis. eod.
3 Quàm formidolose ac reuerẽter, q̃ amorose atq; hilariter ad contẽplãdũ, laudãdũ ac inuocãdũ sacratissimã uirginẽ Mariã debeam⁹ sp pcedere. 265.a
4 Q̃d ad cõtẽplandũ gloriosam incõparabiliq; Mariã, sit deiformiter procedendũ. eod.b
5 Quod ab infidelib⁹ quoq; amabilissima uirgo Maria sublimiter commendetur. 266.a
6 De illustri genealogia ac procreatione glorificandæ ac præamandæ Mariæ ex semine p̃riarcharũ, prophetarũ & regum, imò & sacerdotum. eod.b
7 De plena nobilitate gloriosæ ac b̃ndictæ Mariæ in aĩa & corpore, & q̃d sit nobilitas carnis. 267.a
8 An glorificãda & b̃ndicta uirgo Maria deifera, ex angelica nuntiatione ac miraculose cõcepta sit. et q̃d ueritatis contineat liber ille apocryphus reputatus, De ortu & uita Mariæ intitulatus. eo.b
9 De natiuitate illustrissimæ uirginis & gaudio glorioso quod tunc fuit in mundo. 268.a
10 De cõparatione uirginis summæ ad parẽtes sancti Iohannis Baptistæ. eod.b
11 Q̃d serenissima ac suauiss. uirgo Maria fuit à seculis multipliciter p̃signata ac prophetatã. 269.a
12 De oblatione ac commoratione uirginis benedictæ in templo. eo.b
13 Cur fili⁹ dei nõ elegit nasci ex uirgine opulẽta, potenti, temporaliterq; regnante. eod.b
14 Q̃d beatiss. & admirabiliss. uirgo Maria uerissime facta sit & existat genitrix ueri dei. 270.a
15 Q̃d dignitas & grã, puritas & excellẽtia Marię dulcissimæ, sit quodãmodo infinita. eod.b
16 Q̃d p hanc meratã diuiniss. q; Mariã sol & luna, imò cuncta cœlestia & elementa ac inferiora dignitatem præcipuam sunt sortita. 271.a
17 De supernaturali dignitate & admirabili puritate corporis sacratissimæ uirginis. & q; p illud dignificata sunt corpora omnium nostrum. eod.b
18 De dignitate & sanctitate singulorũ mẽbrorũ uirginę m̃ris. & de copiosa iucũditate ipsius in p̃sentia, cõtrectatiõe & deosculatiõe unigeniti sui. 272.a
19 Q̃d p̃fatę iucũditati b̃ndictę ac uirgineę m̃ris, admixt⁹ fuit frequẽter dolor & mœror multiplex et
20 Cõmẽdatio uteri uirginei ac m̃rni. 273.a. (ama. eo
21 De fœcũditate gloriosæ ac g̃nosæ Mariæ. 273.b
22 Quàm specialiter & ineffabiliter de⁹ hãc uirginẽ dilexit ac prędilexit, elegit & prętelegit. 274.a
23 Cõmẽdatio sacratiss. uberũ uirginis gloriosę. eo.b
24 De annũtiatiõe dñica facta uirgini gloriosę. 275.a
25 In q̃ actu & loco, & q̃li situ fuit gloriosa et præclarissima uirgo Maria, dum ei fiebat annuntiatio de conceptione filij dei, per angelum sanctũ. eo.b

Per quã

26 Per quam uirtutem electissima uirgo Maria potissime disponebat ad hoc, q facta e mr dei 276.a
27 De natiuitate sancti sanctorum ex dulcissima ac sublimi Maria. eodē.b
28 De mirabilibus dei in dulcissima ac pijssima Maria peractis. 277.b
29 Adhuc de mirabili excellentia benedictæ & glorificandæ Mariæ. Testimonium quoq; astrologi cuiusdam de ea. & qualiter ipsa adhuc in carne mortali uiuente, uiri sancti profundi sensus eam uidere optabant ac festinabant eod.
30 De dulcissima, familiari ac sancta cohabitatione Chri ac matris suę uirgineę in seculo isto. 278.b
31 De beatitudine Marię dulcissimę in hac uita 279.a
32 De florido lectulo spōsi cœlestis & eius singularis sponsæ uirgineæ genitricis. eod.b
33 De hilari mensa regis Messiæ ac eius genitricis uirgineæ. 280.a
34 De corporali pulchritudine benedictæ & gloriosæ Marię. eod.
35 De pręcipua bonitate harmoniæ & complexionis Mariæ dignissimæ. eo.b
36 An aliquis supernaturalis atq; sensibilis splēdor in beatissimæ Mariæ apparuerit uultu, suauitatisq; odor in sacratissimo corpore eius. 281.a
37 In qua ætate grōsissima uirgo cōcepit Chrm. eo.
38 Quòd ea quæ de incarnatione filij dei & excellentia sanctissimæ Mariæ asserimus, deitati non derogent. eodē.

LIBER II. DE LAVDIBVS GLORIOsæ uirginis Mariæ, cōtinet articulos 27.

Sapientia ubi inuenitur? & quis est locus intelligētiæ? Procemiū. 282.a
1 Qualiter intelligēdum sit uerbum sancti Anselmi, dicentis optimam pijssimamq; Mariam tanta puritate resplenduisse, q maior sub deo intelligi neqt. eo.b
2 Qualiter plenitudo grę inerat uirgini gloriosę. 283
3 De excellentia doni sapientiæ gloriosissimæ uirginis Mariæ. 284.a
4 De excellentia glorificandæ Mariæ in sapientia, q est donum gratiæ gratis datæ. eo.b
5 An deifera uirgo Maria habuerit etiā usum & ministerium præfatæ sapientiæ atq; scientię alios informando. 285.b
6 De naturali sapientia & scientia glorificandæ Mariæ. eod.
7 Quòd sacratissimæ Mariæ uita fuit maxime contemplatiua. 286.a
8 Quod mitissima atq; dulcissima uirgo Maria præ omibus sanctis post Chrm in hac uita altissimarū contēplationū splēdore resplēduit. eo.b
9 De speciebus cōtemplationis, & q gloriose in illis preminens fuit genitrix uirginalis. 287.a
10 Quod ad mysticę theologię perfectionē affectuosissima ac mitissima uirgo prę cunctis uiatorib[9] excellenter peruenit. 288.a
11 De excellentia contēplationis Marię mundissimę comparatione contēplationis aliorū eod.b
12 An glorificandissima uirgo Maria uidit deum per speciem in hac uita. 289.a
13 Obiectio cōtra prędicta & eius solutio. eo.b
14 Quod pie credendum sit, mitissimam ac tranquillissimā uirginem Mariā multa ab unigenito suo secum cōmorante, interrogasse ac didicisse. 290.a
15 De ingeniositate atq; ingenita bonitate Marię dulcissimę. eod.b
16 Quod laudabilissima uirgo Maria sermōes filij sui præ cunctis auidius audiuit, clarius intellexit, & amplius inde profecit. eod.
17 An beatissima uirgo Maria agnouerit trinitatem psonarū in deo anteq̄ filiū dei cōcepit. 291.a
18 Quod benedicta uirgo Maria dono prophetiæ fuit ornata. eod.b
19 An benedicta & gloriosa uirgo Maria habuit cętera dona gratię gratis datę, uidelicet grām sanitatum, operationē uirtutum. i. miraculorū, discretionem spirituū, interpretationem sermonum, genera linguarum. 292.a
20 Quod in donis intellectus & consilij, pręstātissima uirgo Maria post Chrm pfectissima fuit. eod.b
21 Quàm pręclarę prudentiæ fuit suauissima ac diulnissima uirgo Maria. 293.a
22 De perfectione scientię & cognitionis summę & benedictę Marię secundum quosdam. eod.
23 Qualiter benignissima uirgo Maria dicatur mundi saluatrix, ac filio suo cooperata in mūdi redemptione. eod.b
24 Quàm conuenienter Maria dignissima nūcupetur mūdi illuminatrix, & de beneficijs nobis p ipsam collatis. 294.a
25 Quod diuinissima uirgo Maria certissime pcognouit filium suum passurum. eod.
26 De excellentissimo Marię purissimę incremēto in donis spiritussancti, in missione & infusione eiusdem paracleti. eod.b
27 De profectu theorico contemplationis assiduę, & uehementissimo profectu quotidiano misericordissimę ac trāquillissimę uirginis Marię post ascēsionem filij sui. 295.a

LIBER III. DE LAVDIBVS VIRGINIS Marię, continet articulos 30.

Vna est colūba mea, pfecta mea. Procemiū. 295.b
1 De claritate & certitudine fidei præamādę & glorificandę Marię. eod.
2 De perfectione & excellētia spei in deiformi & serenissima uirgine Maria 296.a
3 De ardentissima atq; purissima charitate diuinę & gratiosæ Mariæ ad deum. 297.a
4 De naturali dilectione Mariæ illustrissimæ ad filiū suū unigenitū secundū naturā ei[9] assumptā. eo.b
5 De feruētissima charitate ad proximos, ac calidissimo zelo aiarū Marię sanctissimę. 298.a
6 Quàm plene & eminenter glorificanda & optima uirgo Maria, duo charitatis præcepta in hac uita impleuit. eodē.b
7 De amorosis & ignitis affectibus beatissimæ matris ac dominæ, quibus feruebat, sacra loca sui filij uisitando post ascensionem ipsius 299.a
8 Quod ad originalis iustitię perfectionē & eminentiam, illustrissima uirgo Maria præclarissime est perducta. 300.a
9 Quàm excellenter morales ac cardinales uirtutes erant ac præfulgebant in ipsa. eo.
10 De temperantia, honestate, pudicitia, modestia ac uerecūdia purissimę uirginis gloriosę Marię. eo.b
11 De fortitudine, constantia ac stabilitate inuictissimę ac uictoriosissimę Mariæ clarissimæ 301.a
12 De iustitia Marię rectissimæ. eod.b
13 De misericordia & pietate gloriosæ Mariæ. 302.a

De ma-

14 De magnitudine pietatis & misericordiæ admirabi
lis ac cœlestis Mariæ ex uerbis patrũ sctõrũ. co.b
15 De religione & deuotione benignissimæ ac sublimis
Mariæ. 303.a
16 De mãsuetudine & patientia excellentissimæ uirgi
nis Mariæ eod.b (altissimæ. 304.a
17 De ineffabili ac profundissima humilitate Mariæ
18 De obediẽtia, diligẽtia, ac quotidiano, imò assiduo
incessabiliq; pfectu sapiẽtissimæ ac deiformis Ma
19 De ueris, spiritalibus, copiosis ac indefi- (riæ 305.a
cientibus gloriosæ Mariæ diuitijs. eod.b
20 Quã amanda ac uenerãda sit nobis uirginea mater
salutis, q̃ multa ac magna sint nobis per eam colla
ta beneficia desuper. Ibid.
21 De dulcedine uirginis gloriosæ 307.a (simæ. co.
22 De supnaturali ac plena pulchritudine Mariæ dignis
23 De perpetua uirginitate Mariæ sanctissimæ, & de
immunitate eius ab omni peccato. co.b
24 De uehementissima affectuosissimæ Mariæ com
passione in filij sui passione. 308.a
25 An gloriosa & benedicta uirgo Maria, filio suo in cru
ce pendẽte, habuit gaudiũ ex cõsideratione fructus
dominicæ passionis. co.b
26 Cur Christus sapiẽtia patris, uoluit suam dilectissi
mã matrẽ, passioni suæ esse præsentem. 309.a
27 An sacratissima uirgo Maria fuerit baptizata. eod.
28 Vtrũ præstãtissima uirgo Maria cætera q̃q; euãgeli
cæ legis acceperit sacramẽta: & specialiter an cõfir (ma
29 De duodecim priuilegijs mitissimæ atq; (tæ. co.b
sanctissimæ uirginis Mariæ. eod.
30 De uirtute & efficacia nõis huius Mariæ. 310.a

LIBER QVARTVS, DE LAVDIBVS
gloriosæ uirginis Mariæ, cõtinet art. 18.

Positus est thronus matri regis quæ sedet ad dexte
teram eius, Prooemium. 311.a
1 Quod Christo per resurrectionẽ & ascensionẽ
glorificato, bñdictissima uirgo Maria cœpit
etiã i hac uita cœliformiter glorificari. eo.
2 Quod dignissima uirgo Maria cõpleto uitæ huius
curriculo, uere sit mortua: & de specialibus gratijs
ei circa mortem concessis. eo.b
3 De quatuor primis gratijs istis. co.
4 De quinta gratia circa mortẽ beatæ uirgini Mariæ
collata, q̃ scilicet corpore & anima sit glorificata,
& gloriosissime in cœlũ assumpta. 312.a
5 An ex uerbis magni & sancti Dionysii queat proba
ri, sacrosanctam dulcissimamq; Mariam in corpore
& anima esse assumptam. 313.a
6 Quã diu mũdissima uirgo Maria post Christi ascen
sionem uixerit in hoc mũdo. eo.b
7 Ex reuelationibus sanctæ Brigittæ, de modo & tẽpo
re assumptionis præstantissimæ uirginis. 314.a
8 Introductio testimonij Ioannis Damasc. de assum
ptione plenaria Mariæ pijssimæ. eod.
9 Qualiter supergloriosissima trinitas uenienti ad cœ
los electissimæ uirgini obuiauit, & q̃ incõparabiliter
gloriose eam suscepit & glorificauit. eo.b
10 De summa & ineffabili felicitate & gloria amantis
simæ Mariæ. 315.a
11 De processiõe illa solẽnissima, q̃ deus incarnatus, suã
præstãtissimã genitricẽ migrãtẽ à corpore, deduxit
cũ uniuersitate cælestis militiæ usq; i sũmũ cælũ. 316.a
12 Adhuc de eadẽ materia, & q̃ syncerissi. uirgo Maria
sup oẽs choros angelorũ sit eleuata, Christũ ore ad
os alloquẽs, & osculo ad osculũ intuens. 317.a
13 De ineffabili iucunditate, quã habet beatissima uir
go Maria in uisione corporali ac interiori humani
tatis filij sui. eod.b
14 De honore & gloria, quam deus incarnatus suæ di
lectissimæ matri coram uniuersis beatis in trium
phanti ecclesia incessanter impendit. 318.a
15 De dilectione ac ueneratione, quas uniuersa trium
phans ecclesia impendit reginæ cœli. eod. b
16 De iucũditate & gloria quã habet optima uirgo Ma
ria in cũctis electis & beatis. 319.a (ginis. co.b
17 De dotibus glorificatissimi corporis felicissimæ uir-
18 An præstantissima uirgo Maria triplici aureola, ac
triplici fructu decoretur in gloria. 320.a

DE MVTVA COGNITIONE SANCTO-
rum in patria, continet articulos 15.

Pater gloriæ det uobis spiritũ sapientiæ in agnitio
ne eius, Prooemium. Ibi.
1 Propter qd rationalẽ creaturã deus creauit. 321.a
2 Quod propter supernaturalẽ beatitudinẽ ra
tionalẽ creaturam deus cõdiderit Ibi.
3 Quomodo deus omnia in seipso cognoscit. 321.b
4 Quod beati deũ clare uidentes, nõ cõprehẽdũt deũ,
nec oĩa uidẽt in eo, q̃ in eius essentia splendẽt aut cõ
5 Quæ sint illa q̃ oẽs beati uident indefi- (tinent. co.b
nenter in uerbo. 322.a
6 Autoritates quædã sctõrũ, ex qbus alicui apparere
põt q̃ beati uideãt in deo, quicquid in toto ambitu
creaturæ, seu in toto mundo consistit: & quõ auto
ritates illæ sint intelligendæ. Ibid.
7 Quod sancti in regno cœlesti distinctissime noscũt
omnes secum in regno existentes: & de innumera
bili multitudine angelorum. eod.b
8 Quõ aĩa rationalis à corpore separata itelligat. 323.a
9 De dotibus beatorũ in patria cœlestis paradisi. co b
10 De claritate corporum glorificatorum: & an erunt
transparentia. Ibi.
11 Quod beati secreta conscientiarum & cogitationũ
suarũ in mutuo intuentur. 324.a
12 Solutio ad principale quæsitum. Ibid.
13 De essentia, pfectione ac maiestate dei æterni. eo.b
14 De ineffabili & inæstimabili gaudio præmij essen
tialis sanctorum in regno cœlesti 325.a
15 De accidentali præmio beatorum. eo.b

LIBER PRIMVS DE AVTORITATE
papæ & generali concilio cõtinet artic. 41.

Cõfiteor tibi pater dñe cœli & terræ, Prooemiũ. 327.b
1 De motiuo editionis huius tractatus. Ibi.
2 De uniuersali autoritate ac præsidentia pa
pæ super totã ecclesiã, seu uniuersos fideles
simul acceptos, secundũ sanctos catholicos docto
res, tam Græcos q̃ Latinos. 328.a
3 De mirabili excellẽtia & plenitudine potestatis do
mini papæ, ex uerbis sancti Bernardi ad Eugenium
papam, ex quibus præhabita confirmant eod.b
4 De potestate, dignitate ac præsidentia papæ secun
dũ Tho. in Sũma cõtra gẽtiles, & sup 2. Sent. 329.a
5 De dispẽsatione ecclesiasticæ hierarchiæ instar hier
archiæ angelicæ, secundũ diuũ Dionysiũ, S. Bernar
dũ, B. Thomã & Hugonẽ de sctõ Victore, ex qbus
probat, q̃ in tota eccl'ia unus summus psideat põtifex
6 De potestate & excellẽtia papæ, atq; de casibus (eo.b
ad ipsum specialiter pertinẽtibus ex Raymũdo, & ex
Summa Pisana, item ex Sũma confessorũ. 330.a
7 De excellentia, potestate ac præsidentia papæ secũ
dum Bonauenturam & Durandum de sancto Por
tiano, itemq; secundum Durãdum qui fuit ordinis
sancti Francisci. 331.a
8 De subordinatione, limitatione & subiectione po
testatis seu autoritatis papalis sub uoluntate, lege
atq; imperio Christi. Ibidem
9 Qualiter liceat summo põtifici dispensare. 332.a

10 De præcipua difficultate in negotio ecclesiæ iã uersante, uidelicet, an papa sit super gñale conciliũ, uel econtra: hoc est, an maior sit potestas concilij q̃ papæ, an uice uersa. eo.b
11 Probatio per scripturã canonicam, q̃ aliqui probãt ꝙ conciliũ generale sit super papã. Ibi. (mo.333.a
12 Quid obijci possit cõtra prædicta in articulo proxi
13 Probatio qua aliq probant cõciliũ esse super papã, ex uerbis sanctoꝝ patrũ atq; doctorum. eo.b
14 De autoritate generaliũ conciliorũ ex dictis summorum pontificum. 334.b
15 De autoritate conciliorum generaliũ ex his quæ in gestis conciliorum leguntur. Ib.
16 Introductio obiectionũ cõtra prædicta: ex qb⁹ apparet, ꝙ papa à cõcilio nõ possit iudicari neq; depo
17 Solutio obiectionũ istaꝝ. eod.b (ni.335.a
18 An omnis seu tota potestas & autoritas generalis concilij siue ecclesiæ sit à papa. 336.a
19 Solutio quæstionis istius, & de sex potestatibus ecclesiasticis. Ib.
20 De rationibus propter quas quidã iam tẽporis asserunt concilium esse super papã, & de modo loquẽdi aliquorum in ista materia. 337.a
21 Solutio siue discussio rationũ istarum. eo.b
22 Quõ summus pontifex dicatur filius & minister ecclesiæ, & ipsa ecclesia mater ac dña eius. Ib.
24 Quõ cõpetat Christo esse caput ecclesiæ. 338.b
25 An papa sit caput totius militãtis ecclesiæ, & q̃liter.
26 De mõ loquẽdi q̃rũdã circa materiã istã. eo.b (339.a
27 Determinatio difficultatis præcipuæ, an s. papa sit super concilium, an econtra. Ibid.
29 Declaratio exemplaris eorum, quæ in præcedenti articulo sunt inducta. 341.a
30 Quod uniuersæ potestates & dignitates ecclesiasticæ uirtualiter concurrunt & simul existũt in summo pontifice, etiã perfectiori sublimioriq; modo, q̃ in cæteris atq; principibus. Ibid.
31 Quæ sint illa in quibus potestas atq; autoritas concilij gñalis dicit esse super potestatẽ & autoritatẽ pa-
32 An & quõ ad summũ põtificẽ pertineat (palẽ eo.b symbolum fidei edere. Ibi.
33 An summo pon. sit magis obediẽdũ in oĩbus, q̃ cuicunq; alteri inferiori potestati seu prælato. 342.a
34 Quomodo papa possit à generali concilio iudicari atq; deponi. Ibi.
35 De rationibus & autoritatibus quas dominus Eugenius in quadam epistola allegat contra Basiliẽse, ut fertur, concilium. 343.b
36 Rñsio q̃rundã ad recitata in præcedẽti artic. 344.b
37 De utilitate generaliũ conciliorum. Ibid.
38 Qualiter decet esse gñaliũ cõcilioꝝ supposita. eo.b
39 qualiter admonendus & (si opus fuerit) etiã reprehendendus sit papa à uiris sanctis seu familiaribus sibi ad hoc idoneis: & de exhortatione facienda summo pontifici. 345.a
40 De his in quibus papa dispẽsare aut nõ põt aut debet: & an papa possit Simoniã cõmittere. eo.b
41 Demonstratio ꝙ papa est supra totã ecclesiã simul seu collectiue acceptam tanq̃ caput, pastor & põtifex eius. 346.a

DE AVTORITATE SVMMI PONTIFIcis & concilij generalis liber 2. conti. artic. 16.

Pro iustitia agonizare pro aĩa tua, & usq; ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te, Procemium. 348.b
1 Demonstratio ꝙ papa toti ecclesiæ militanti simul seu collectiue acceptę prędideat, ex dictis catholicoꝝ doctoꝝ. Ibid.
2 De autoritate & præsidẽtia summi põtificis sup totã ecclesiam simul sumptam, ex dictis summorum pontificum. 349.a
3 Demonstratio ꝙ summus pontifex uniuersæ militanti ecclesiæ collectim acceptæ præsideat, ex dictis Innocentij papæ & aliorum. 350.a
4 Summaria perstrinctio inconuenientiũ, quæ sequi uidentur ex hoc, ꝙ summus põt. sex dicit nõ præsidere toti ecclesiæ simul sumptæ. Ibid.
5 Quod necesse sit fateri papam toti simul acceptæ præsidere ecclesiæ, eo ꝙ tota sic sumpta ecclesia, sit exercitus dei. eod.b
6 Quod ordo ac unitas ecclesiasticæ hierarchiæ exigũt summũ pontificẽ præsidere toti ecclesiæ simul acceptæ. 351.a
7 Quod perfectio mystici corporis totius ecclesię exigat summum pontificem esse caput & præsidẽ totius ecclesię collectim acceptæ. eo.b
8 Quod cõplementũ regni militantis ecclesiæ exigit in ea esse ueꝝ rectorem, qui toti præsit ecclesiæ pariter sumptæ. Ibid.
9 Q. pfectio ecclesiæ, eo ꝙ dicit spõsa, exigit summũ potificẽ præesse toti ecclesiæ simul acceptę. 352.a
10 Quod ecclesia eo ꝙ nauis uocat, indiget uno summo gubernatore, qui totius nauis huius curã gubernationẽq; habeat. Ibi.
11 Probatio ueritatis eiusdem ex hoc, ꝙ tota ecclesia est una ciuitas, unaq; domus dei. Ibid.
12 An Papa toti ecclesiæ simul seu collectiue acceptę, præcipere possit, loquẽdo proprie de pręcepto, an scilicet habeat iurisdictionem super eam. 353.a
13 An Petrus Apostolus potestatẽ suam & autoritatẽ, potestatisq; plenitudinẽ immediate à Christo accepit & habuit. 354.a
14 De qbusdã uerbis fratris Vlrici in Summa sua. 355.a
15 Obiectio breuis cõtra phabita, & eius solutio. eo.b
16 Cũ quanta reuerẽtia loquendum sit de summo põtifice, & de dignitate papali, quã etiã reuerenter occurrendum ac deferendum sit ei. Ibi.

DE AVTORITATE SVMMI PONTIFIcis & cõcilij generalis, liber tertius, cõtinet artic. 55.

Verba sapientum quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistroꝝ cõsilium data sunt à pastore uno, Procemium. 356.b
1 De motiuo atq; materia tractati huius. Ibid.
2 Quæ sint illa in quibus quibusdam uideor in pręfatis opusculis deuiasse. 357.a
3 Confirmatio pędictoꝝ, uidelicet quòd papa pręsit toti ac uniuersali ecclesię etiã simul sũptę, seu collectiuę cõsideratæ, ex dict. s præclari doctoris reuerendiq; patris dñi Petri de Alliaco Cardinalis. Ibid.
4 Demonstratio earũdem ueritatũ, & de prælatione ac præeminẽtia beatissimi Petri super cęteros apostolos, & qualiter dñi Cardinales succedũt apostolis, ex dictis eiusdẽ doctoris, cuius scripta, coelesti reuelatione facta de sancta Clara, corroborãt. eo.b
5 De comparatione domini papę ad triplicem ecclesiam, ubi probantur quæ in primo libro induxi de potestate & iurisdictione summi pontificis, super ipsum quoq; generale concilium quantum ad aliqua, secundum pręfatum doctorem. 359.b
6 Confirmatio pędictorum, & de præsidentia summi põtificis super uniuersalem ecclesiam, ex dictis Cancellarij Parisiensis. 360.a
7 Obiectio contra præhabita ex dictis eiusdem doctoris, ubi agitur de autoritate generalis concilij. 361.a

De tripli-

8 De triplici regimine & triplici politia ecclesiæ, & quō in gubernatione ecclesiæ ista cōcurrāt, ubi partim soluunť præinductæ instantiæ. Ibi.
9 Quod in solo papa resideat subiectiue atq; formaliter, proprie & existentialiter uertex, supremitas & plenitudo ecclesiasticæ potestatis, & quō in gñali cōcilio & in uniuersali ecclesia esse dicať. 362.b
10 Cōfirmatio quorundā uerbo℞ in primo opusculo cōtento℞, ex dictis in præcedēti articulo. 363.a
11 Obiectio contra præhabita, ubi designať & ali⁹ sensus, secūdū quē potestas papæ ab aliquibus minor diciť potestate uniuersalis ecclesię ac gñalis cōcilij. Itēq; de concordantia & intelligentia q̃rundā uerbo℞ Cancellarij, quæ sibi uidenť contraria. eo.b
12 Cōtra eos qui dicūt nō præesse summū pōtificē toti ac uniuersali ecclesiæ, & de resolutiōe positionis illo℞ ac reprobatione eiusdem. 364.b
13 De multiplici acceptiōe ecc̃lię, & quō itelligēdū sit q; papa diciť pręesse toti ac uniuersali ecclesię. 365.a
14 Cōtra respōsionē q̃rundā, qua conanť plurimas rationes & autoritates euadere, quibus in præcedentibus opusculis est probatū, q; toti & uniuersali ecclesiæ præsit dominus papa. eod.b
15 Contra fundamēta eo℞ q dicūt papā non præesse uniuersali ecclesiæ coniunctim acceptæ. 367.a
16 Quō intelligēdū sit, q; ecclesia catholica diciť sctā: & an sit cōfirmata in gratia: & quō diciť non posse errare: & an non possit errare. Quō etiā intelligēdū sit, q; generale conciliū diciť infallibiliter regi à spū sancto, & non posse errare. eod.b
17 De plenitudine potestatis papalis, & de autoritate ac præsidentia summi pontificis super totā & uniuersalē ecclesiam, secundū Vbertinū: & de cōfirmatiōe q̃rūdā q̄ ait ex dictis Tho. ac Bonauent. 368.b
18 An summus pōtifex possit libere papatui renunciare ac cedere. 369.b
19 De eminentia & præsidentia summi pontificis, & an possit iudicari ab homine secundū Hugonem de sancto Victore, & Alexandrum de Hales. 370.a
20 De plenitudine potestatis & præsidētia summi pōtificis super uniuersalē ecclesiam ex dictis reuerēdi dñi Iacobi de Voragine archiepiscopi Ianuēsis. 371.a
21 De potestate & prælatione dñi papæ super uniuersam ecclesiam militantē, ex dictis sancto℞ patrum & excellētissimo℞ docto℞, Hieronymi, Ambrosij, Gregorij & Isidori: quo℞ dictis concordant uerba Origenis, & beatissimorum patriarcharum Cyrilli Alexandrini, & Cyrilli Ierosolymitani atq; Chrysostomi. eod.b
22 De præsidentia papæ super totā & uniuersalē ecclesiā, ex dictis catholicis diuerso℞ doctorum. 372.a
23 De prelatiōe & autoritate pari sup alios apost. 373.a
24 Quod oīs princeps, prelatus ac legislator per prius cōparetur ad totū populū sibi subditū & cōmissum coniunctim, q̄ ad eum uel aliquam eius partem diuisim. eod.b
25 De specialibus rationib⁹ propter quas cōcedi oportet, q; summus pontifex per prius cōpareť ad uniuersalē ecclesiā cōiūctim cōsideratā q̄ diuisim. 347.a
26 Rationes ducentes ad quædā incōueniētia & absurda & periculosa, si papa dicať non habere autoritatē & præsidentiā & iurisdictionē super totā ecclesiā simul acceptā & sup generale conciliū. eod.b
27 De negotijs quæ impertinētia & uitanda uidenť generali cōcilio, & cur in primo opusculo scripsit sic, q; concilium non erret in his, in quibus conciliariter procedit. 375.b
28 Quomodo omnia bona ecclesiæ sint summi pontificis, & qualiter etiam regna & imperiū ac cæterā bona terrena sint eius. 376.a
29 Quomodo summus pontifex possit à gñali cōcilio iudicari secundū quosdā doctores præcipuos. eo.b
30 De autoritate & utilitate generaliū cōcilio℞ secundū Augustinū & Petrum de Alliaco. Ibid.
31 An papa sit dominus ecclesiæ. 377
32 De specialissimis causis, propter quas pōtifex summus eiusq; curia & cæteri prælati maiores, incessanter conari debent ad reformationē ecclesiæ, & ut generalia concilia tempore opportuno salubriter celebrentur. eo.b
33 An sacratissim⁹ Petrus apost. fuit fundamētū. 378 a
34 De eminentia Petri ex scriptura Canonica. eo.b
35 Epilogus prædictorum, & contra quoddam dictū quorundam. Ibid.

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLum, liber unus, continet articulos 44

Attendite uobis & uniuerso gregi in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo Præfatio. 379.b
1 De excellentia dignitatis & autoritatis episcopalis. 380.a
2 Quam uirtuosa, exēplaris & sancta debeat pontificum esse uita. Ibid.
3 Quod episcopi in sua consecratione ad prætactam perfectionē solenni uoto se obligant. eo.b (381 a
4 De uirtutibus ad quas episcopi specialiter obligāť.
5 Qualiter in prætactis uirtutibus debeant episcopi esse perfecti. Ibid.
6 Quam sobrijssimos & castissimos oporteat esse episcopos. eo.b
7 De prudentia & sapientia ad episcopos ptinēte. Ibi.
8 Quā excellenter episcopi teneanť hospitales existere, actibusq; misericordiæ tam corporalibus q̄ spiritualibus esse intenti. 382.a
9 Quā incessanter ac charitatiue debeat præsul spiritalib⁹ misericordię actib⁹ occupari & insudare. 383.a
10 Quod episcopum oporteat in omni mansuetudine ac patientia esse perfectum. eod.b
11 Quod præsul debet esse singulariter iustus. 384.a
12 Quā feruidi & perfecti debeāt esse episcopi in charitate dei & proximo℞, maxime subdito℞. eod.b
13 Quod oīs auaritia sit episcopis maxīe fugiēda. 385.a
14 Quam timoratū, solicitum, custoditum, humilem oporteat esse antistitem. eod.b
15 Quam innumerabilia atq; enormia uitia incidant episcopi, negligenter, carnaliter & scandalose uiuentes. 386 a
16 De uarijs causis & rationib⁹, q̄ debēt episcopū oēm monere & iflāmare ad debitā & cōdignā sui officij
17 Q; oi episcopo ualde salubre ac ne(executionē. Ib. cessariū sit, seipsū q̄tidie secrete discutere, recolligere, & omnia ad quæ tenetur considerare. 387.a
18 De grandi ac deflenda deformatione ac ruina status antistitum temporis huius. Ibi. (eo.b
19 Cōtra irrationabilē q̃rundā pontificū excusationē.
20 Quod maior ac principalior cura & occupatio pręsulis debeat circa spiritalia ac diuersa uersari, ex Reuelationibus S. Brigittæ. 388.a
21 Cui rei comparetur malus episcopus ex uerbis uirginis gloriosæ. eo.b
22 Informatio, qua sacratissima uirgo Maria per sanctā Brigit. iformauit quēdā epis. de tota uita sua. Ibi.
23 Prosecutio iformatiōis istius, & q̄liter episcopo necessariæ sint patiētia atq; cōstantia cordis. 389.a
24 Declaratio plenaria uirginis gloriosæ, q̄liter episcopus exercere debet episcopale officiū. & de occursu

Iesu Christi omniumq́ꝫ electorum ad uerum & iustum episc. eo.b
25 De aliquibus uitijs quæ episcopis & prælatis ac cæteris præsidentibus solent se cōmiscere. 390.a
26 Quę debeat esse sūma solicitudo, pręcipua occupatio, & principalissima actio cuiuslibet ꝑsulis oi die. (Ibi.
27 Q. epūs à seipso, & à suis domesticis debeat reformationē salubrē incipere. eod.b
28 Qualiter deinde sit procedēdū ad reformationē archidiaconorum & cæterorum curā aīarum habentiū, ac religiosorum qui prædicant: eorum q́ꝫ qui in spiritualibus aut secularibus officijs positi sunt, & alios iudicare ac regere habent. 391.a
29 De diligētia & conatu pontificū circa reformationem quatuor ordinum. Ibi.a
30 Quā dilīgēs debeat esse antistes circa cōstitutos & cōstituēdos in officijs spūalib⁹ aut secularib⁹. eo.b
31 Q. prælati, præsertim episcopi, innumeris atq́ꝫ magnis uitijs inuoluūt, q pctā subditorum suorum nō satis acriter ac frequēter corripiūt & castigāt. Ibid.
32 Q. ecclesiastica beneficia nō sunt conferenda nisi uirtute præditis & literatis. 392.a
33 Quod ecclesiastica beneficia & bona sint iuste & æqualiter distribuenda. eod.b
34 Quā circūspecti & timorati debeāt esse pręsules & prælati cōferēdo bñficia curata seu parochiales ecclesias, & dispensando ut curati ponant in illis uicarios pro se. 393.a
35 Quales debeāt esse qui ad archidiaconatū possunt licite promoueri. Ibi.
36 De quibusdā malis per diligentiā episcoporum merito extirpandis & dictis doctorum. eod.b
37 Ex uerbis sanctorum contra carnales & uitiosos prælatos. 394.a
38 Quā districte consueuit incontinentia sacerdotum & clericorum olim puniri. eo.b
39 Q. præcipua causa deformatiōis & ruinę totius ecclesiæ ē defectuositas & ruina ꝑlatorum maiorum. 395.a
40 An liceat episcopatum appetere. Ibi.
41 An episcopi peccent mortaliter, bona ecclesiastica q̄ eorum cōpetēti sustētatiōi supsunt, nō dādo pauperibus: & an ad taliū bonorum restitutionē sint obliga- (ti. eo.b
42 Introductio exemplorum, ex q̄bus, patet q̄ periculosum sit episcopale officium. 396.a
43 Quod episcopi tenent aliquando celebrare. eo.b
44 Qualiter præsul ꝑ exercitia ꝟtuosa debeat iugiter ad deū cōfugere, ad impetrandū ab eo gratiā reformationis omni populo suo. 397.a

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORUM, continet articulos 28.

Iudiciū durissimū in his q ꝑsunt fiet, Præfatio. eo.b
1 DE actibus, q secundū iura ad archidiaconos (ptinēt. 398.a
2 De eadē materia ex Decre. eo.b
3 Quam exēplaris ac uirtuosa debeat esse cōuersatio archidiaconorum. 399.a
4 Elucidatio particularior de uirtutib⁹ & uirtutū pfectionibus, ad quas archidiaconi obligant. eo.b
5 Obiectio contra præhabita. 400.a
6 Solutio obiectionum istarum. eo.b
7 Cōsideratio specialis ex diuini Dionysii documētis ex qua conuincit q̄ ad susceptionē & usum seu executionē archidiaconalis dignitatis equirit bonitas, imò & sanctitas uitæ. 401.a
8 Expositio breuis uerborum Apostoli, ex quibus (ut tactū est) docet qualē esse oporteat quēlibet sacerdotē & archidiaconū atq́ꝫ episcopum. Ibid.
9 Prosecutio expositionis prætactorum ꝟborum Apostoli, qualiter ecclesiastici uiri nō debent esse auari, sed suis domibus bene præpositi. 402.b
10 De sapiētia atq́ꝫ prudētia ad archidia. ꝑtinēte. 403.a
11 Quam timorati ac diligenter debeant archidiaconi sua exercere officia. eo.b
12 Quā charitatiue, custodite atq́ꝫ humiliter in oibus habere se debent archidiaconi & uniuersi prælati. 404.a
13 De mō & forma ab archidiacono obseruādis in uisitādo. eo.b
14 De quibus uisitandi sint clerici ac curati & parochiani. 405.a
15 Qualiter uisitandi ac reformandi sint parochiani. (406.a
16 Ad qualē ac quantā scientiā teneantur presbyteri, curati & eorum uicarij, & ad quos libros habēdos sint per archidiaconos ac synodum inducendi. Ibi.
17 De diligētia in uisitando habēda, & q̄ uitiosum atq́ꝫ dānabile sit subditorum dissimulare peccata. 407.a
18 Quā archidiaconi debeant personaliter, nisi impedimento excusentur legitimo, uisitare: alioquin nō mittant ad uisitandū nisi idoneos. eod.b
19 Cōtra periculosā, uitiosam atq́ꝫ dānabilē cōsuetudinē uisitādi, & pecuniā recipiēdi à fornicarijs. 408.a
20 Contra incontinentiā sacerdotū & clericorum, & q̄ illa sit præcipue uisitāda ac digne corrigēda. eo.b
21 Quā ineffabiliter periculosa sit uita sacerdotū & clericorum incontinentium. 409.a
22 Quā districte prohibentur sacerdotes & clerici mulieribus cohabitare. eod.b
23 Quales pœnæ ac pœnitentiæ debeantur sacerdotibus ac clericis incontinentibus, secundum iura antiqua. 410.b
24 De pœnis nunc infligendis sacerdotibus clericisq́ꝫ incontinentibus. Ibi.
25 Contra promotionem insufficientium ad archidiaconatus officium. 411.b
26 Ex uerbis sanctorum de periculositate pluralitatis beneficiorum. 412.a
27 De clericis ex dictis sancti Bernardi. 413.a
28 Exhortatio ad contemptū omnium mūdanorum, ad desiderium æternorū, ad contēplationē diuinorū, ad puram, alacrem perseuerantemq́ꝫ executionem operum uirtuosorum. 414.a

CONTRA PLVRALITATEM BENEFICIORUM, continet articulos 19.

Lata est porta & speciosa uia quæ ducit ad perditionē, & multi sunt qui intrant per eā, Prologus. 415.a
1 DE causa motiua & materia, & de forma ac modo processus huius opusculi. eo.b
2 Ad qualem conuersationē quilibet Christianus obligatur. 416.a
3 Quam uirtuosa & exemplaris esse debet uita cuiuslibet Christiani. eod.b
4 De perfectione & excellētia euāgelicæ legis. 417.a
5 Ad qualē conuersationem teneant canonici. eo.b
6 Qualis esse debeat conuersatio sacerdotum euangelicæ legis. 418.a
7 Cōtra pluralitatem beneficiorum, ex his quæ in libro uniuersalis boni conscripta sunt. eod.b
8 Cōtra pluralitatem beneficiorum, ex dictis Gulielmi Parisiensis episcopi. 419.a
9 Contra pluralitatem beneficiorum, ex dictis sancti Thomæ. 421.a
10 Contra pluralitatem beneficiorum, ex Summa uirtutum & uitiorum. 422.a
11 De eadem materia ex Summa Vlrici. 423.b
12 De quinq́ꝫ casibus in quibus licet uni habere plura beneficia. 424.b
13 In quibus consistat honestas ministrorum ecclesię, & quid seu quantum debeat iudicari sufficere clerico pro competēti sustentatione ipsius. 425.a

An cleri-

14 An clericus qui de suo patrimonio seu bonis proprijs potest sustentari, licite possit bona ecclesiæ in suos conuertere usus. 426.a
15 Qua intentione sint impetranda seu suscipienda ecclesiastica beneficia. eodem a
16 Qualis debeat esse hospitalitas clericorum. 427.a
17 De periculositate pluralitatis beneficiorum. eodē b
18 Ex scriptis sancti Bernar. ad clericos ptinētib⁹. 428.a
19 Disputatio contra pluralitatē beneficiorum ex dictis sanctorum patrum. eodem b

DE SIMONIA LIBER PRIMVS continet articulos 18

Gratis accepistis, gratis date. Procemium. 429.a
1 Quid sit Simonia. eodem b
2 De alia descriptiōe Simoniæ, & de duplici Simonia e.
3 Quàm detestabile & enorme sit uitiū Simoniæ. 430.a
4 De origine Simoniæ & nominis ratione. eodem b
5 Qualiter Simonia diuersimode cōmittatur eodem
6 An liceat religiosis exigere aliquid à personis religionis ingressum petētibus, & de rationibus q nō. 431.a
7 Confirmatio rationū istarū ex dictis summorū pōtifi (cū. eodē b
8 Argumētatio ad partē oppositā. 432.a
9 De triplici ratione ad quæstionem hanc ipsam. eo. b
10 Quæ harum respōsionum sit tutior atq; securior, magisq; uideatur seruāda eodem
11 Quòd ille modus exigēdi aliqd tēporale à persona recipiēda, quā quidā religiosi utriusq; sexus nunc habēt periculosus sit atq; illicitus, & de improbatione opinionis quorundā præhabitæ, secundū unum sensum ipsius. 433.a
12 Demōstratio plenior, q nō liceat religiosis exigere aliqd tēporale à personis religiōis ingressum petētib⁹, nisi forsan (ut dictum est) post absolutam, gratuitam ac simplicem recepcionem ad ordinem. 433.b
13 Prosecutio disputatiōis istius ex alijs uarijs cōsidera (tionibus. 434.a
14 Solutio obiectionū ad partem contrariam inductarum eodem b
15 Qualiter religiosi consulte & caute ac pure habere se debent circa personas recipi cupientes. 435.a
16 De cautela ordinis Carthusiensis in uitando omnem simoniacam prauitatem. eodem b
17 De his q̄ cōsiderāda sunt religiosis, q sub paupertatis p̄textu dicūt se aliqua petere à recipiēdis siue receptis.
18 Qualiter religiosi regulare ac rectificare debēt (436.a suā intētionē, q̄rendo & recipiēdo aliqd tēporale pro spirituali à persona recepta aut alijs. eodem

DE SIMONIA LIBER SECVNdus continet articulos 10

Pecunia tua tecum sit in perditionem. Præfatio. 437.a
1 Recitatio scripti doctoris præfati. eodem b
2 Quòd intentio duarum constitutionum apostolicarum in præinducto scripto allegatarum, non est illa quam autor scripti illius assignat. 438.a
3 Qualiter ἐπιείκεια in legibus hūanis sit necessaria. 439.b
4 Quòd religiosæ personæ eo ipso quo alicui personæ recipi cupienti spiritualia primo gratis exhibent, obligent se ad sustentandū eandē personā, q̄diu cum ipsis est: Ideoq; contradictionē includat, q quidā religiosi dicunt sæpius gratis spiritualia exhibere, & tamē ante absolutā receptionē personæ, ad annualē probationem exigūt aliqd tēporale, sine cuius solutione seu exhibitione nolūt personā ad habitū ac probationem nouitiatus imò nec ad professionē recipere, q̄uis aliunde apta sit eodem
5 Confirmatio prædictorum ex doctrinis sanctorum patrum. 440.b
6 Roboratio p̄dictorū, quòd scilicet ab ingressuris aut ingressis religionē, tēporale nil exigendū sit ex his, quæ in Decreto ex sacris concilijs & summorum pōtificū canonib⁹ alijsq; scripturis introducūt eodē
7 Prædictorum affirmatio ex dictis præcipuorum doctorum. 441.a
8 Solutio rationum, quæ in scripto præfato inducuntur ad comprobādum, q à persona petente religionis ingressum possit temporale quid exigi, & super hoc pactio fieri, & certa exprimi summa. 441.b
9 Declaratio q istæ solutiones sint de mēte S. Thomæ ex uerbis eiusdem ac aliorum doctorum. 442.a
10 Adhuc confirmatio prædictorum ex uerbis sanctorum, & qualiter possint tēporalia exigi post gratuitam susceptionem personæ. eodem b

CONTRA AMBITIONEM LIBER, unus continens articulos 22

Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habēt super eos benefici uocantur. Procemiū 444 a
1 Ambitio quid sit. eodem b
2 Cur ambitio sit peccatum, & qualiter homo uarijs modis in hoc uitium incidat. eodem
3 De uarijs causis propter quas omnis Christi fidelis, præsertim religiosus, omnem ambitionem penitus abhorrere debet ac fugere. 445.a
4 Quòd ambitio ualde odienda sit ac repellēda omni Christiano, potissime autē religioso, propter ipsam eius enormitatem, fœditatē uilitatēq; in seipsa. eodē
5 De grauitate & uilitate ambitionis ex uerbis sanctorum eodem b
6 Quàm detestabilis atq; uitabilis sit ambitio, propter diuersa mala eam concomitantia & eidem annexa ex uerbis Gregorij. 446.a
7 De uitijs multis & magnis ex ambitione manātibus & de incorrigibilitate ambitiosorum. 447.a
8 De rationibus ex parte hominum sumptis, propter quas summe uitanda & odienda est oīs ambitio.
9 Cōfirmatio prædictorū ex uerbis (448.a sanctorum patrum. eodem
10 De rationibus detestandi ac repellendi omnē ambitionis insaniam, sumptis ex parte dei. 449 a
11 De causis fugiendi ambitionem ex parte loci quo degimus. eodem
12 De ratiōibus aspernādi ambitionē, sumptis ex parte temporis uitæ præsentis. eodem b
13 De uarijs rationibus propter quas ambitio specialissime ac uehementissime religioso omni est abhorrēda, ex doctrina sancti Dionysij. 450.a
14 De eadem materia ex dictis Cassiani. eodem b
15 De eodem ex sententijs Climachi. 451.a
16 De peruersitate & temeritate religiosorū ambitiosorū ex dictis sancti Bernardi. eodem b
17 Quàm grauia crimina oriantur frequenter etiā inter religiosos ex ambitionis stultitia. eodem
18 Contra eos qui cito post suam conuersionē aut religionis ingressum optāt præesse: & quod in officijs non sunt ponendi, nisi uirtutibus consolidati. eodem
19 De cauta ac uigilantissima euitatione totius statim ab exordio conuersionis, & de quotidiana atq; sollicita examinatione propriæ conuersationis. 452.a
20 De signis ambitionis eodem b
21 De remedijs ambitionis. 453.a
22 Contra ambitionem ex uerbis sancti Cyrilli episcopi eodem b

DE VITA CANONICORVM, CONtinet articulos 28

Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. Præfatio. 453.b
1 De originali institutione & prima inchoatione canonicorum. eodem b

2 Cōfirmatio prędictoꝝ ex uerbis ſanctoꝝ patrum, & cur clerici ſic uocentur, & quare data ſint eis à populo ſtipēdia uitę, & an licite habeāt propria. 454.a
3 Quod canonici obligentur ad uitā ualde uirtuoſam & exemplarem, caſtā & humilem. 454.b
4 De his quæ canonicis ſpecialiter iniunguntur. 456.a
5 Cur clerici ſeu canonici nō debēt arma portare, neq; bellare, nec comam laxare, nec uſurarij eſſe. eod.
6 Qđ corporis caſtitati mētiſq; puritati canonici teneanť eſſe intēti, ideoq; monialiū clauſtra frequentare nō debeant, nec earum clauſurā intrare. eod.b
7 De ſobrietate canonicis obſeruanda, omniq; crapula & ebrietate ipſis uitanda. 457.b
8 Qualiter prohibitum ſit clericis & miniſtris eccleſię negotiationi intendere ſeu ſecularia officia uel commercia exercere. 458.b
9 Cur clerici, canonici & in ſacris ordinibus conſtituti, debeant mimos & ioculatores ac hiſtriones uitare, ludūq; aleaꝝ & taxilloꝝ atq; tabernas. 459.a
10 Introductio uariaꝝ conſiderationū ſalubriū, ex quibus uniuerſi fideles, præſertim miniſtri eccleſię, contemnere debent omnem ſuperfluitatem & uanitatē ludoꝝ, iocoꝝ & delectationū inanium. 459.b
11 De condecēti ueſtitu eccleſiaſticorū, præſertim canonicoꝝ, & de multiplici eorū exceſſu in ueſtibus, & de cupiditate eis uitanda. 460.a
12 Ne cum canonicis fœminæ commorentur, demptis propinquis & uetulis. 461.a
13 Qđ caſtitas corporis & mūditia cordis ualde ſpecialiter decēt ſacerdotes atq; canonicos. eo.b
14 De impudentia & periculo ſacerdotū & canonicorū mulierib⁹ cohabitantiū, ex uerbis ſanctoꝝ. 462.a
15 De eadē materia ex reuelationib⁹ S. Catharinę de Senis, ac ſanctæ Brigittæ uiduæ. 463.a
16 Quā uirtuoſi & diuini teneanť eſſe canonici & oēs in ſacris cōſtituti ordinibus, ex uerbis diuini & magni Dionyſii. eod.b
17 De q̄litate canonicoꝝ, ex uerbis S. Bernardi. eo.b
18 De diſtricto ac metuēdiſſimo dei iudicio clericis iminēte, ex uerbis glorioſi Bernardi. 464.a
19 Qualiter ſit orandum, cantandum & pſallendum ac ſeruiēdum altiſſimo. eo.b
20 An diſcātus in diuino obſequio ſit commēdabilis, & de uitandis in cantu. 465.a
21 Cōtra excuſationē q̄rundā excuſantiū ſe ab obſeruatione eoꝝ q̄ dicta ſunt ad canōicos ꝑtinere, q̄a honeſtas eccleſię (ut dicūt) aliud iā req̄rit q̄ olim. eo.b
22 De periculoſitate pluralitatis beneficioꝝ. 466.a
23 Qualiter ſacerdotes & canonici debeant hoſpitalitatem ſeruare. eod.b
24 An canonici & miniſtri eccleſię, qui de ſuo patrimonio poſſunt ſe ſuſtentare, licite conuertant in uſus ſuos bona eccleſiæ. 467.b
25 Qualis eē debeat canonicoꝝ ꝓlat⁹, puta decan⁹. eod.
26 Contra ſuperbiam ædificiorū. 468.a
27 De quibuſdā antiq̄s iuribus de pluralitate beneficiorum uitāda, ſuper quæ nō cadit diſpenſatio, quantū ad id q̄d in eis eſt de iure naturali. eod.b
28 Exhortatio ad clericos. eod.

DIALOGVS BREVIS QVIDEM, SED breuitatem utilitate penſans, de pluriū beneficiorum uſurpatione. 469.

DE VITA ET REGIMINE CVRAM ANIMAꝜ hat entiū liber un⁹, cōtinet articulos 69.

Sacerdotes ſancti erunt deo ſuo, & non polluent nomen eius. Præfatio. 470.b
1 De ineffabili dignitate ordinis ſacerdotalis ſeu ſacerdotij euāgelicę legis, ex dictis Bernardi. 471.a
2 De ꝑtāte & excellentia ꝑfati ordinis ſacerdotalis, ex dictis ſanctoꝝ patrū & catholicoꝝ doctoꝝ. 472.a
3 Qualiter ſacerdotes tēpore ſacerdotij ſui repræſentāt Chriſtum, & configurantur eidem. 472.a
4 De quibuſdā alijs clariſſimiſq; proprietatib⁹ atq; nominibus, quæ ſacerdotibus conueniunt. eo.b
5 Quàm uirtuoſa, ſpiritalis atq; diuina debet eſſe cōuerſatio ſacerdotum, pręcipue curatoꝝ. 473.a
6 Qualis debeat eſſe cōuerſatio ſacerdotum, ex Decretalibus. 474.a.
7 De pręceptis & documētis apoſtolicis ad ſacerdotes (pertinētib. eod.b
8 De prudētia & ſciētia ad ſacerdotes & clericos ordinādos pertinente, & q libri ad curatos ſpecialiter ſpectēt, & qualis & quanta ſcientia requiratur ad ſacerdotes, curatos ac eorum uicarios. eod.b
11 Quod ſacerdotes & clerici, & pręſertim curati, debēt hoſpitalitati & cæteris actibus miſericordiæ inſudare, auaritiam quoq; prorſus euitare. 475.a
12 Quod ſacerdotes & clerici, maxime autē curati, debent ſuis domibus bene eſſe præpoſiti. 476.a
13 De moderato ac decenti ueſtitu ſacerdotum ac clericorum. eodem b
14 An ſacerdos ſeu alius ordinatus, in mortali peccato exiſtens, peccent mortaliter in omni actu ordinis ſui. 477.a
15 De præparatione ad celebrationem. eodem b
16 De eadem materia ex dictis ſancti Bernardi. 478.b
17 Quòd ſacerdos nō ſolū in celebratione, ſed etiā ante & poſtea debet eſſe cuſtoditus & deuotus in omnibus. 479.a
18 De quibuſdā uirtutibus pertinētibus ad ſacerdotes, inquantum curam habent animarum eodem b
19 Ad qualem uirtutum eminentiam ratione paſtoralis officij teneantur ſacerdotes curati. 480.b
20 Quomodo ſacerdos curatus habere ſe debēt in inſtruendo ſibi commiſſos de credendis. eodem b
21 Expoſitio ſymboli fidei ab apoſtolis editi. 481.a
22 Qualiter ſacerdos curat⁹ uel uicarius eius aut ꝓdicator, inſtruere debeat plebem ſuam circa diuinorum obſeruantiam mandatorum. 481.a
23 Quantū & qualiter diligēdus ſit deus ac etiā proxim⁹, & de uero ac ſpiritali amore dei ac ꝓximi. eo.b
24 De ſecundo præcepto. 484.a
25 De tertio præcepto. 485.a
26 De quarto præcepto. eodem
27 De quinto præcepto. eodem b
28 De ſexto præcepto. eodem
29 De alijs præceptis. 486.a
30 De quibuſdam generalibus documentis, quibus inſtruendi ſunt parochiani, imò & omnes communiter Chriſtiani ſubiecti. eodem b
31 De exhortatione fideliū ad opera miſericordiæ tam ſpiritalia quàm corporalia. 487.a
32 De inſtructione ſubditorum, qualiter mutuo ſe habere debent in uerbis. 488.b
33 De aliquibus documētis, quibus ſpecialiter inſtruēdi ſunt coniugati. 489.a
34 Qualiter curatus ſeu prædicator inſtituere & hortari debet patresfamiliâs ſeu parentes de modo habendi ſe ad filios ſuos & filias atq; familiam. 490.a
35 Quomodo curatus ſeu pędicator habere ſe debet in docendo corripiendoq; populum. 491.b
36 Qualiter temporalis dominus communitatis, ſcultetus ac ſcabini ſint inſtruendi. 492.b
37 Quomodo parochiani habere ſe debent circa curatum ſuum, ei reuerentiam & obedientiam imponēdo, oblationes quoq; ac decimas perſoluendo. 493.a
38 Exhortatio ſubditorum ad confitendum ſyncerites

ac ſre-

ac frequenter. 493.b
39 Qualiter habere se debet confessor circa confitentes in audiendo, instruendo, interrogando & absoluendo. 494.a
40 Quid sit peccatum, & quando est peccatum mortale, & quando ueniale. eod.b
41 Qualiter habere se debet peccator confitēdo peccata mortalia. 495.a
42 Qualiter curatus seu eius uicarius habere se debeat circa grauiter infirmantes, dum cito morituri putantur. 496.a
43 De exhortatione ad orandum frequenter & deuote, & de expositione orationis dominicæ. 496.a
44 Quomodo homo iuste se habere debet in emendo & uendendo. 497.a
45 De restitutione, quibus, quando & qualiter sit facienda. 497.b
46 De ludis & iocis, qualiter liciti siue illiciti sint, quid fieri debet de lucratis per ludum. 499.a
47 Quòd negotiatio sit clericis & sacerdotibus penit⁹ prohibita. 499.b
48 Quòd sacerdotes et clerici secularium negotiatorum procuratores esse non debent. 500.a
49 Quòd sacerdotes curati teneantur in suis ecclesijs personaliter residere, nec uere rationabiliter excusentur ac legitime. 500.a
50 In quibus casibus liceat curato uicarium pro se substituere, & q̃ enormiter peccent, insipientissime agant, qui insufficiētes uicarios sibi substituūt. 500.b
51 Qualiter a sacerdotibus & clericis uitandum sit uitium Simoniæ in petitione seu receptione temporalium pro spiritualibus, rectificando intentionē ac ꝗ propositum mentis. 501.b
52 Excusatio ab introductione quarundā materiarum utilium, eo ꝙ alibi competenter habētur. 503.a
53 Quàm districte præcipiant uiuere continentes omnes in sacris ordinibus constituti, potissime sacerdotes atque pastores ac præsules. Et contra detestabilem incontinentiam fœdissimamꝗ lasciuiam sacerdotū ac clericorum carnalū, ex his quę in Decreto hētur, tā ex cōstitutionibus generalium conciliorum quā canonibus summorum pontificum. 503.b
54 De eadem materia ex Decreto. 504.a
55 De eadē materia ex Decretalibus. 504.b
56 De pœnis ac pœnitentijs sacerdotum & clericorum incōtinentium secundū uiā antiquorum. 504.b
57 De prohibitione cohabitationis sacerdotū seu clericorum & mulierum. 505.b
58 Multiplex ac rationabilissima demonstratio ex principijs fidei, pandens q̃ indecentissima, debilissima atq; grauissima sint in sacerdotib⁹, & clericis uitia carnis 506.a
59 Prosecutio disputationis istius, ostendens quàm uitiosa atq; damnabilis sit uita libidinosorum sacerdotum præsertim ob hoc ꝙ populum & sibi commissos lamentabiliter scandalizant. 507.a
60 Contra incontinentiam abominabilem sacerdotū & clericorum, ex uerbis sancti Hieronymi. 507.b
61 Cōtra lasciuiā sacerdotum & clericorum, ex uerbis sanctorum. 508.a
62 Quòd uitiosi ac lubrici sacerdotes sint ꝓditores & hostes Chrī, & de horribili maledictione eorū ex libro cœlestiū reuelationū beatissimę Brigittæ uiduæ. 508.b
63 De uarijs donis collatis a Chrō sacerdotibus, & de ingratitudine & immunditia illorum. 509.b
64 De eadem materia ex doctrina cœlesti sanctissimæ uirginis Catharinæ de Senis. 509.b
65 Quantū uitādæ sunt sacerdotibus & clericis nō solū cōmixtiones sacrilegæ, sed etiā incautæ inspectiones, collocutiōes familiaresq; fœminarum. 510.b
66 De quibusdā propositionibus cuiusdam uiri deuoti ac sapientis de præsenti materia. 510.b
67 Rōnalis ꝑsuasio ad hoc, q; sacerdotes & clerici nō acqescāt cohabitare mulieribus, nisi secundum iura permissis. 511.b
68 De uarijs rōnib⁹ propter q̃s sacerdotes & clerici merito debēt fœdissimā uitare luxuriam. 511.b
69 De diuersis remedijs cōtra luxuriam. 512.a

DE MODO AGENDI PROCESSIONES sanctorumq; ueneratione liber un⁹, cōtinēs articulos 10

Zelus domus tuæ comedit me. Præfatio. 513.b
1 De materia & causa motiua cōpilationis huius tractatuli. 514.a
2 Quòd processiones ecclesiæ ex ueteri testamento ortū sumpsisse uidētur. 514.a
3 Declaratio ex his quæ in ueteri testamento facta legunt, q̃ deuote, ordinate ac reuerenter fieri debeāt processiones & deportationes sacrorum ac reliquiarum in ecclesia dei. 514.b
4 De ueneratione sanctorum reliquijs exhibēda, præsertim dum processionaliter circunferunt. 514.b
5 Qualiter quidam in processionibus & deportationibus sacrorum superstitiose & uitiose se hñt. 515.a
6 Contra pertractas abusiones, inordinationes & insolentias ex corpore iuris. 515.b
7 Reprobatio earundem abusionum, ex uerbis sanctorum doctorum. 515.b
8 Declaratio ex diuersis cōsiderationibus in scriptura fundatis ꝙ processiones præfatis abusionibus insolentijsq; fœdatæ, deo & sctis displiceāt. 516.a
9 Qd̄ praua consuetudo sit prorsus ac protinus extirpanda, non in autoritatem assumenda, uel pro argumento allleganda. 516.b
10 Quid sentiendū sit de hoc, ꝙ cōmunitas ista pfata dicit urbē suā ditari ac prospari ex processiōe sua, insolētijs, potatiōibus ac dissolutiōib⁹ assueta. 517.a

¶ De doctrina scholariū, liber unus, cōtinēs articulos 26

Quēadmodū Aristoteles ait in libro Politicorū: Sicut oim aialiū optimū est hō, &c. Procemiū. 517.b
1 Quā appetēda, nobilis & ꝑclara sit sciētia. 517.b
2 De ordiato mō ꝓficiēdi ac ordīe recto studēdi. 518.a
3 Quod scholares à pueritię suæ exordio nō min⁹ diligēter i ỽtutib⁹ ac morib⁹, q̃ i sciētijs sūt docēdi. ib.
4 De impedimētis scientiæ ac incremēti in ea. 519.a
5 De remedijs cōtra impedimenta prætacta. 519.b
6 Qualiter discipuli ac scholares debeant magistrorum suorum lectiones, doctrinas, ordinationes ac iussiones aduertere ac adimplere. 520.a
7 De ꝑclaro & admirabili studio philosophorum. 520.b
8 Quòd scholares correptionē & correctionē debēt patiēter ac libēter suscipere: & de peruersitate discipulorum corripi ac castigari nolētiū. 521.a
9 De insipientia parentum, qui filios suos debite corrigi nolunt à suis magistris. 521.b
10 Quàm necessaria sit discipulis humilitas. 522.a
11 Quòd magnum dei donū sit esse ingeniosum. 522.b
12 Quàm uitanda sit scholaribus gula. 522.b
13 Quā uehemētissime odiēda ac fugiēda sit oī scholari uilissima, turpissima ac sūme nociua luxuria. 523.a
14 Quod discipuli mgr̄is suis debēt eē grati pro uirib⁹, & ipsos ex corde diligere, atq; honorē ipsis īpēdere. 523.b
15 De his q̃ ualēt ad bñ discēdū. 524.a
16 Qualis debeat eē rector & magister scholariū. 524.b
17 Consideratio multiplex, qua elucescit, quàm diligens, exemplaris, studiosus ac iust⁹ debeat eē scholarium rector. 525.a

18 Qualiter rector debeat pueros informare. 525.b
19 Qualiter exercere debeat rector correptionem & correctionem in suis discipulis. ibi.
20 Quòd rector scholarium doceat pueros oia studia & exercitia sua ad ultimum finem ac ueram salutē principaliter ordinare. 526.a
21 Quòd interdum indulgendum atque utendū sit moderato solatio, recreatione seu ludo. eo. b
22 De socio fideli ac studioso habendo. ibid.
23 De his quæ ualent ad bene docendum. 527.b
24 Quod superiores in uillis seu urbibus debeant prouidere, ut i ipsis sint literati idoneique rectores scholarium. 528.a
25 De abusionibus breuiter, prout ad præsentem spectat materiam. eo.b
26 De pertinentibus ad magistros scholarium, & qualiter suam debent rectificare intentionem, ne pro actibus & communicationibus spiritalibus temporale aliquid intendendo aut exigendo Simoniacam incidant prauitatem. ibid.

DE PROVIDENTIA, PRAEDESTINATIONE & præscientia dei, q̄ ad hois æternā salutē, continet articulos 16

Quia oēs disputatio & determinatio incipi debet a nomine &c. Procemium, 529.a
1 In quo differunt prædestinatio & prouidētia. eo.b
2 Quomodo se habeat prędestinatio ad electionem dilectionem, gratiam & gloriam. ibidē
3 Quis possit prædestinare. ibidē
4 Quis possit prędestinari. 530.a
5 Quid sit prædestinatio. ibidē
6 Vtrum prædestinatio causam habeat, & specialiter prȩscientiam meritorum. ibidem
7 Vtrū pdestinatio ponat aliqd i prædestinato. eo.b
8 Vtrū prædestinatio sit certa, uel an falli possit. 531.a
9 Vtrū prædestinatorū numerus sit certus & finitus. ibi.
10 Vtrū alicui sit certa & finita sua prędestinatio. eo.b
11 Vtrum prędestinatio possit iuuari precibus & alijs bonis sanctorum. 532.a
12 Quid sit prędestinatio malorum. eo.b
13 Vtrum possit aliquis prædestinatus reprobari, & aliquis reprobatus prædestinari. 533.a
14 An sint plures prædestinati uel reprobi. eo.b
15 Quòd uoluntas dei reprobans malos non est irrationabilis, nec iniqua, nec iniusta et odiosa. ib.
16 Quòd deus nulli est causa peccati: & quomodo intelliguntur autoritates contrariæ. 534.a
¶Appendix eorum quæ in superiori libello de Prædestinatione dicta sunt, Venerabilis & eruditi patris D. Petri Bloemeuennę de Leydis, dignissimi prioris Carthusiæ Coloniensis. eodem b

DE PARTICVLARI IVDICIO SINGVLORū Collocutoribus Fratre & Dionysio, Dialogus, cōtinens articulos 40

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit, siue bonum siue malum. Prologus. 535.b
1 Quæstionis fratris circa prologum præinductum, & responsio ad easdem. 536.a
2 De loco ac tpe particularis iudicij aiarū credē. 557.a
3 De particulari iudicio aiarū, ex dictis b. Thom. eo.b
4 Ex dictis domini Bonauenturę, Alexandri de Hales & aliorum doctorum de eadem materia, & præsertim de modo, forma ac duratiōe particularis iudicij. 538.
5 Confirmatio eorum quæ dicta sunt de loco & tempore particularis iudicij, ex uerbis sanctorum patrum & præcipuorum doctorum. 539.a
6 Obiectiones cōtra prȩhabita, & rūsio ad easdē. eodē
7 Solutio instantiarum istarum. eod.b
8 Responsio ad autoritates, quibus aliqui probare conati sunt, q animæ iudicentur a Christo antequam egrediantur a corpore. 540.b
9 Declaratio ex reuelationibus sanctæ Brigittæ uiduę, q animę iudicētur post egressum a suis corporibus. eo.
10 Confirmatio prædictorum ex his quæ in libro de obitu sancti Hieronymi recitantur. 541.a
11 An Christus quasi in cruce positus appareat singulis ante mortem. eodē.b
12 Vtrum horum iudiciorum duorum uideatur magis horribile ac timēdum, particulare ne an gn̄ale. 542.a
13 Quàm metuendum sit particulare iudicium. eo.b
14 De pœnis purgatorij. 543.b
15 Solutio obiectionum præcedentis articuli. 544.a
16 Qualiter animæ separatæ ac dæmones possint affligi & torqueri ab igne corporeo 545.a
17 De quorundā doctorū positione, circa modū quo incorporei spiritus affligūtur ab igne materiali. 546.a
18 Quid uerius uideatur de modo quo animæ separatæ ac dæmones affliguntur ab igne materiali. eodem b
19 Prosecutio declarationis, qualiter animæ ac dæmōes possint tam dire affligi à corporeo igne. 547.a
20 Demōstratio p exempla, q̄ acerbissime patiātur animæ defunctorū ab igne purgatorij & inferni. eodē b
21 Quid sentiendū uideatur de uisione Tondali militis, & an uisio illa facta sit anima Tōdali in corpore, an eo ueraciter mortuo. 548.b
22 Introductio dubiorū quæ circa hæc oriūtur. 549.a
23 De quibusdā in uisione monachi Anglicani cōtētis. ibidem
24 De purgatorio sancti Patricij. 550.a
25 Dubiorum circa hæc orientiū propositio. eodē b
26 De triplici uisione. eodem
27 Ex quibus queat cognosci aut persuaderi, quòd uisiones & reuelationes, illuminationes & consolationes sint uerę à deo. 551.a
28 Quòd uisiones Tōdali et monachi Anglicani, & quę de purgatorio Patricij factæ sunt uideantur uerę & fide dignæ. eodem b
29 Solutio dubiorum quæ circa uisiones Tondali mota sunt supra articulo 22 eodem
30 An aiæ in purgatorio satis punitæ, & igne purgatorio satis purgatę mox euolēt i paradisū cœlestē. 553.a
31 Persuasiōes, ex quibus apparet quòd animæ in purgatorio satis purgatæ, primo ingrediantur paradisum terrestrem, deinde cœlestem. eodem b
32 An minima purgatorij pœna sit maior quacunque pœna uitæ præsentis 554.a
33 De acerbitate pœnarū purgatorij & inferni. eodē.b
34 De præparatione quotidiana ad mortem & ad mitę iudicium 555.a
35 Qualem debeat homo imaginationem de morte ac moriente suo cordi imprimere atque assidue diligenter reuoluere. eodem b
36 De tentationibus quæ agētibus in extremis accidere solent, & de remedijs contra eas. 556.a
37 Qualiter assistendum sit mox morituris, & quomodo ipsi se debeant habere. 557.a
38 Orationes à migraturo dicendæ, uel ab his qui assuerint ei. eodem b
39 De specialibus orationibus tempore mortis. 558.a
40 Quàm charitatiuum sit & benignum subuenire defunctis. 559.b

FINIS.

EXhibituri D. patris Dionysii à Rickel Carthusiani doctissima simul ac piissima aliquot opuscula, candide lector, non temere iis principem dedimus locũ, quæ ab eo sunt de philosophia pariter ac Theologia ut succincte ita & docte conscripta: habita in hoc nõ tã dignitatis quàm doctrinæ atq; adeo naturæ ratione. Iis siquidem pius ille pater lectoris animũ, priusq̃ ad altiora conscendat, componit ac format, & quo pacto utraq; sint tractanda studia, q̃ breuissime cõmonstrat. Nec est quod hic uerearis tibi obtrusum iri spinosas illas sophismatũ argutias, à quibus tam abest q̃ qui maxime: quin potius diuerso philosophandi more, quę uel sexcentis uoluminibus uixdũ alij cõsecuti sunt, pauculis quibusdã propositionibus, partim iis quas maximas dialectici uocant, quæ non possunt non esse certissimæ, partim definitionibus, quæ uel Aristotele teste, demonstrationũ sunt principia, præstitit. Atq; in hoc scribendi genere ut Mathematicarũ rerum scriptores est imitatus, ita & inscribendi nomenclaturã ab illis est mutuatus. Siquidẽ & illi suas lucubrationes Elementa ferè nominant, id quod apud Latinos, ut cæteros taceam, Iordanũ, apud Græcos Eucliden factitasse cõstat. Tu ergo quisquis tandem es, hæc elementa auidius perlegas oportet: sine iis enim cætera illius scripta assequi facile non dabitur. Vale.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, COMPENDIVM PHILOSOPHIAE.

PRETIOSIOR EST SAPIENTIA CVNCTIS opibus, & omnia quæ desiderantur, huic nõ ualent cõparari. Prouer 3. Increatam sapientiã dei cõstat uniuersis creatis in infinitum præstãtiorem consistere. Porro sapientia intellectualis creaturę est duplex: una philosophica, alia theologica: & de utraq; innumerabiles libri sunt editi: nec omnibus uacat aut libet legere omnes. Expedit ergo utrãq; compendiose perstringere, & de utraq; specialẽ summariumq; componi tractatum, in quo eminentiores comprehendantur sententiæ seu materię: quod quantũ desuper à totius fonte sapientiæ fuerit condonatũ, agere iam conabor. Cumq; philosophia ad theologiã sit dispositiua, à philosophica sapientia inchoabo: Vnde & opus hoc Elementationem Philosophicam reor intitulandum, in quo per propositiones procedam, quibus breuissima nectam commentaria.

Sapientia duplex

Tituli ratio

PROPOSITIO PRIMA.

PHILOSOPHIA uarijs modis accipitur, & iuxta hoc multipliciter diffinitur.] Quod est, quoniã diffinitio determinate atq; præcise exprimit & declarat diffinitum. Porro philosophia primo cõmunissime sumitur pro quacunq; rerũ notitia, & sic ita describitur: Philosophia est rerũ diuinarũ & inferiorum seu creatarũ cognitio. Vnde philosophi sunt uocati, qui quarumlibet rerum causas, rationes, proprietates, actiones & opera studuerunt agnoscere. Sicq; sumpta philosophia, theologiã includit, quoniã rerũ diuinarũ agnitio, theologia nuncupatur. Secundo philosophia cõmuniter capitur pro creatoris ac creaturarũ notitia, naturali ratione reperibili seu reperta, sicq; taliter diffinitur: Philosophia est entis increati aut creati scientia, naturali lumine innotescẽs: & ita distinguitur à credendorũ notitia. Tertio stricte accipitur, pro naturali rerũ agnitione formata, hoc est uirtutibus decorata, præsertim summi boni amore, saltẽ naturali & acquisito: iuxta quẽ sensum in Phædone loquitur Plato: Si quem uideris ægre ferre cum debeat mori, nequaq̃ philosophus fuit. Itemq;: Vir in philosophia ducens uitã, confidit cum debeat mori, maximis fretũ iri bonis. Et denuo: Non est, inquit, philosophi circa oblectamẽta tactus aut gustus uersari. Hinc octauo de ciuitate dei sanctus disseruit Augustinus: Verus philosophus dei amator est, quia philosophus amator sapiẽtię dicitur: deus autẽ uera ac summa sapientia perhibetur. Et rursus ibidẽ: Primũ, summũ ac uerum bonũ nominat Plato deum, iccirco philosophum uult esse dei amatorẽ: ut quoniã philosophia ad uitam tendit beatam, fruens deo, beatus sit qui deum amauerit. Postremo assignantur & aliæ quædã philosophiæ descriptiones, quæ ad præinductas faciliter reducuntur, ut dum in Didascalogon ait Hugo: Philosophia est disciplina, omniũ humanarũ ac diuinarũ rerum rationes plenarie inuestigans. Et iterum: Philosophia est amor sapientię quæ nullius est indigens,

Philosophiæ acceptiones

Theologia

Plato

Augustinus

Philosophiæ descriptiones

gens,uiuax mens,& sola re℞ primęua est ratio.Hęc diffinitio ad etymologiam pertinet rationis.Etenim philos Grece amicus Latine dicit,sophia uero sapiētia interpretať. Quod autē subiungitur,sapiētię,de increata sapiētia dictū uidetur,quę sola nullo eget, & uiua mens est omniūq; ratio prima:ratio inquā exēplaris,idealis ac summe causalis.Rursus: Philosophia est ars artiū,uniuerso℞ rationes probabiliter scrutans. Et item: Philosophia est meditatio mortis assidua.Hęc descriptio per effectū est tradita, atq; potissime ueris conuenit Christianis,qui seculi uanitate ac uoluptate calcatis,cōuersatione disciplinari & regulari instar cœlestis patriæ uiuunt, sapientiæ uirtutibusq; intenti. Hanc demū philosophiæ descriptionē beatus Ambrosius à Platone datā affirmat.Siquidem in Phædone Plato testať:Reuera philosophantes morti se præparant. Aduertant hoc & erubescant nostri philosophi ac studentes, ambitioni, locupletationi, carnalitati magis quàm ueritati atque uirtutibus insistentes.

φιλοσ σοφία

PROPOSITIO II.

Philosophiæ diuisio.

QVemadmodū philosophia multipliciter sumitur,ita & uarijs modis atq; in multas partes seu species ipsa diuiditur. Communis quippe philosophiæ diuisio est in philosophiam realē & rationalē.Philosophia realis appellatur,quę de obiecto reali tractat & loquitur.Obiectū quoq; reale,est opus creatoris siue naturæ.Philosophia uero rationalis tractat de entibus rationis,quę sunt humanæ rationis effectus,ut sunt uerba,propositiones,argumētationes.Deniq; philosophia rationalis diuiditur in grāmaticam,quę docet cōgrue loqui:in logicā, quę docet ue℞ à falso discernere:in rhetoricam,quę docet ornate effari.Hinc istę tres partes philosophię rationalis, etiā sermocinales dicuntur:quę adhuc multipliciter subdiuiduntur, utpote grāmatica in permissiuam & prohibitiuam ac pręceptiuam.Pręceptiua quoq; in orthographiā,etymologiā,diasyntheticam & prosodiam. Pręterea logica diuiditur in naturalē & artificialē. Artificialis in utentē & docentem.Docens in ueterem artē & nouam. Ad ueterem spectat liber pdicamēto℞, ad quē amminiculitatur liber prędicabiliū Porphyrij,& liber perihermenias. Ad nouam uero pertinent,liber priorum,qui est de syllogismo incontracto:liber posteriorum,qui tractat de syllogismo demōstratiuo, hoc est necessarie probatiuo: liber topico℞, qui est de syllogismo probabiliter cōcludēte:liberq; elencho℞,qui est de syllogismo apparenter solum probante.Rhetorica item in nouam ueterēq; partitur,de quibus in libris Tullij ac alibi agitur.At uero philosophia realis subdiuiditur in speculatiuam & practicā. Speculatiua est cuius finis immediatus & proprius est cōtemplatio ueritatis, circa quā uersať: quę in physicam,mathematicā,metaphysicāq; secatur. Physica de cōiunctis materię secundum rem & rationem pertractat. Mathematica de coniunctis materię secundū rem, & abstractis ab ea secundū rationē,uidelicet de quantitate continua & discreta determinat.Metaphysica de separatis secundum rem & rationem considerat principaliter ac directe.Insuper physicę quinq; sunt libri, secundum quod subiectum physicę, quod est ens mobile seu potius corpus mobile,quintupliciter consideratur: Primo scilicet incontracte seu in communi, de quo in libro agitur physico℞: Secundo contracte ad ubi, de quo fit mentio libro de cœlo & mundo: tertio ad formam simplicis elementi, de quo in libro de generatione & corruptione: quarto ad formam mixti imperfecti, de quo in libro meteororum. Quinto ad formam mixti inanimati, ut libro de mineralibus. Insuper libri physicę partiales ac speciales sunt libri de anima, liber de animalibus & plantis, libri quoque paruorum naturalium,puta de respiratione & inspiratione,de iuuentute & senectute, de breuitate & longitudine uitę,de sanitate & ęgritudine,de nutrimento & nutribili,de sensu & sensato,de memoria & reminiscentia,de somno & uigilia, de causa motus animalium. Amplius partes seu species mathematicæ sunt arithmetica, quæ tractat de numero secundum se: & musica, tractans de numero sonoro seu contracto ad sonum: estq; scientia arithmeticæ subalternata. Hinc arithmetica & musica sunt de quantitate discreta. Aliæ uero duæ partes mathematicæ sunt de quantitate continua,puta geometria, quæ est de quantitate continua secundū se: & astronomia, quę agit de quantitate continua contracta ad motum. Interea philosophia realis practica, cuius finis est operatio, diuiditur in actiuam & factiuam. Actiua in ethicam, œconomicam, politicam. Ethica est de regimine hominis per uirtutes morales, quo ad propriam suam personam, propter quod & monastica nuncupatur. Oeconomica uero est de regimine hominis per respectum ad domum siue familiam: hinc & domestica nominatur. Politica autem est de regimine cōmunitatis ciuilis,

seu

seu hoīs ut est caput aut pars cōmunitatis ipsius. Porro factiua partitur in septē artes mechanicas, quæ sunt ars lanificij, ars uenandi, ars militādi, ars nauigandi, ars agriculturæ, ars medicinæ, arsq; fabrilis, ad quas cęteræ reducūtur. Verum iam dictis obijci pōt, q̄ logica agit de prædicamentis, quæ sunt entia positiua realia: & ita non esset philosophia rationalis & sermocinalis, sed magis realis. Rńdetur, q̄ logica tractat de illis non inquantū sunt talia, imo sic agitur de ipsis in metaphysica: sed ut subſtāt actibus rationis, uidelicet ut sunt gñā generalissima: iuxta quod loquit̄ Auicenna, q̄ logica est de intētionibus secundis adiūctis primis, hoc est, prout fundatę sunt super primas, id est super ipsas rerū essentias seu naturas. Secundam demū intentionē uocat ipsos respectus seu logicas rationes ac habitudines per intellectum adinuentos, & fabricatos circa primas intentiones, ut sunt rationes specierū ac generū &c. inquantū huiusmodi puta huiuscemodi gñalitates quæ extra animā nihil sunt. Rursus obijcit̄ pręinductis, quia ut patuit, philosophia est amor ac studiū sapiētiæ, non eius quæ instrumentis explicat̄, ut est architectura, agricultura & consimilia: sed illius quæ sola rerū primæua est ratio. Et respondendū, q̄ idem actus potest pertinere ad philosophiam secundum suam propriam rationē, atq; ab ea excludi secundū suā administrationē: sic agriculturæ ratio extat philosophi, administratio rustici.

Artes mechanicæ septem.

Obiectio

Responsio

Alia obiectio.

PROPOSITIO III.

Philosophia proprie sumpta in tres partes diuiditur, puta in naturalē & ethicam ac mathematicam: strictius uero accepta in physicam, mathematicam metaphysicāq; partitur. Hinc diuisio philosophiæ præcedenti propositione inducta, datur de philosophia ualde cōmuniter dicta: Philosophia uero minus cōmuniter considerata quæ est notitia ex naturali lumine patens, tam de ente reali q̄ de ente per rationē formato, in naturalē, & ethicam ac mathematicam est diuisa: & de ea sic sumpta intelligitur diuisio ista. Vnde xi. de ciuitate dei loquit̄ Augustinus: triplicem diuisionē philosophiæ Plato primus dicitur inuenisse. Octauo quoq; de ciuitate: Celebriores, inqt, philosophi de deo senserūt, q̄ in ipso est causa subsistendi, ratio intelligendi & ordo uiuendi: quorū primū ad philosophiā naturalē pertinet, secundū ad rationalē, tertiū ad moralē. Deniq; in hac philosophiæ diuisione per naturalē etiā mathematica & metaphysica designant̄: Philosophiā uero stricte ac multū proprie sumptā, quæ est de ente naturali duntaxat, Aristotiles vi. metaphysicæ in physicam, mathematicā metaphysicamq; diuisit.

Philosophiæ diuisio

PROPOSITIO IIII.

Septem sunt artes liberales, inter quas nec artes mechanicę, nec physica & metaphysica cōputantur. Artes nanq; liberales sunt triuiū, id est tres scientiæ rationales grammatica, logica, rethorica: atq; quadruuia, id est arithmetica, musica, geometria, astronomia, quę artes uocatę sunt liberales: qm̄ liberas id est expeditas & exercitatas exigunt mentes: quia subtiliter de rerū disputant causis: & rursus, quia antiquitus liberi tantū, id est nobiles eis cōsueuerūt studere: Plebei uero & ignobiliū filij in mechanicis studuerunt ob operandi peritiam. Verū ex his sequi uidet̄, q̄ physica quoq; & metaphysica inter liberales cōputandæ sint artes, cum & septē præfatis artibus subtiliores, nobiliores & liberiores consistant, imo ad eas illę septē disponunt & ordinant̄. De hoc in suo Didascalon loquitur Hugo: Logica & mathematica ordine addiscēdi sunt priores q̄ physica, & ad eam quodammodo instrumenti uice funguntur, id est, per modū instrumēti disponūt, quibus unūquęq; primū informari oporteat, hinc in septē liberalibus artibus decreuerunt antiqui suos specialiter instruēdos, in quibus tantā utilitatē esse senserūt, ut qui harū scientiā primū firmiter accepisset, ad aliarū scientiarū notitiā facilius perueniret. Sūt etenim quasi optima quędam instrumēta ac rudimenta, quibus intellectui uia parat̄ ad plenā notitiam uerioris philosophiæ: hinc triuij atq; quadruuij nomē sortitæ sunt, eo q̄ his tanq̄ quibusdam uijs uiuax animus ad secreta philosophiæ introeat. Nemo tunc dignus magistri noīe uidebatur, qui non has septē artes nouisset: quas tam studiose didicisse leguntur, q̄ eas memoriter retinebant, atq; ex eis rationes regulasq; sumpserunt ad soluendū celeriter dubia quæq; eis proposita, ideo tūc tot sapientes fuerūt, q̄ plura cōscripserunt q̄ nos legere ualeamus. Porro scholares nostri aut nolūt aut nesciunt modū congruū in discēdo seruare: hinc multos habemus studentes, paucos sapientes. Ex his patescit pręfatas septē artes liberales uocari, nō q̄ cæteris sint scientijs naturalibus digniores, sed qm̄ ad digniores uidelicet physicā, metaphysicamq; præcipue conferunt ac disponunt.

Artes liberales septem.

Obiectio

Responsio

PROPOSITIO V.

QVinq; sunt prędicabilia, decē prędicamēta, quatuor prędicata.⌋ De prędicabilibus tractat in libro suo Porphyrius: de prędicamētis Aristoteles in libro Prędicamentorū: de prędicatis idē in libris Topicorū. In quibus uerbis non sumit prędicabile pro omni eo quod potest aut aptū est prędicari de alio: Nec prędicamentū pro omni eo quod assidue de aliquo prædicat: nec prędicatū pro omni illo q̄d actualiter prædicat de aliquo, sed secundū speciales ac proprias rationes ista sumuntur. Prædicabilia quippe dicuntur ac distinguuntur & numerantur secundum diuersos modos dicendi seu predicādi de inferioribus suis in quid aut in quale: siue inferiora illa cadant sub arte siue non. Prędicata uero distinguuntur penes uarios modos inhęrendi suis subiectis, de quibus per dialecticā artē possunt ostendi. Prędicamenta aūt sunt generalissima gñā, de quibus nil uniuoce enuntiat. Porro sufficientia quatuor prędicatorū sic assignatur: Omne prædicatū inest suo subiecto: aut ergo conuertibiliter, aut non: si cōuertibiliter, hoc cōtingit dupliciter: quia aut exprimit esse subiecti, & ita est diffinitio, quæ & terminus nominat, q̄m infra se quasi includit. i. significatiue terminat esse diffiniti: aut non indicat esse rei, & ita est propriū. Si secundū, hoc quoq; dupliciter accidit: q̄a aut est de essentia sui subiecti, & ita est genus: aut non, sicq; est accidens. Hæc tetigisse sufficiat, ut alibi tradita ad memoriā reuocentur. Cūq; de sex ultimis prædicamentis Aristoteles modice scripserit, Gilbertus Porretanus episcopus de eisdē diffusius in libro sex principiorū disseruit.

Prædicabilia.
Prædicata.
Prædicamēta.
Prædicatorū ratio uel sufficiētia.

PROPOSITIO VI.

HAEC nomina, actus, potentia, causa, principiū, habitus, essentia, substantia, esse, natura, uirtus, mensura, forma, materia, primū, secundū, & cōsimilia multa, uarijs modis tam in philosophia q̄ in libris theologicis accipiuntur.⌋ Quod est, quia secundū subiectam materiā loqui oportet: & sermo rei, non res sermoni debet esse subiectus. Eiusdem quoq; rei diuersæ ac multæ sunt proprietates: & quod respectu unius est primū atq; superius, & per modū actus se habēs, respectu alterius est secundū & inferius, seq; potentialiter habet: Quēadmodum anima rationalis per cōparationē ad substantias separatas, magnæ imperfectionis cōsistit: respectu aūt irrationaliū corruptibiliumq; formarū, grandis est excellentiæ. Istud infra frequenter patebit de singulis.

PROPOSITIO VII.

Actus

ACtus multipliciter sumitur.⌋ Actus nāq; ut est participium ab hoc uerbo agor, est idem quod factus siue productus: potest etiam esse nomen adiectiuum. Communiter uero accipit substantiue, estq; quartæ declinationis, & idē quod actio, ut cum dicimus: actus secundus præsupponit actum primū: quoniam agere pręsupponit esse: & rursus, q̄ substantia separata est indesinenter in actu intelligendi. Cumq; actus sic sumptus perfectio sit agentis, consequenter actus extense accipitur pro quacūq; forma tam substantiali, q̄ accidentali, suum subiectum intrinsece perficiente & actuante: & ita anima appellatur endelechia seu actus primus corporis, quod uiuificat, animat & informat. Deniq; quia res actuatur, perficitur & formatur, non solum à principio intrinseco formaliter ei inexistente, sed à principio quoq; extrinseco seu causa efficiente: hinc etiā causa prima uocatur actus imo & actus purus: & intelligentiæ actus dicuntur orbium quos mouent, atq; effectuū quos producunt, &c. Iuxta philosophum actus est principiū mouendi alterum secundum quod alterum: estq; transcendens, & in omni genere reperitur: nam & differentia perficit speciem. Similiter species naturam designat quæ est forma & actus, & item perfectio indiuiduorū suorum. Iuxta hūc sensum quicquid perficit, actuat, mouet aut alterat aliud, nuncupatur actus & forma illius: Vnde scientiæ & uirtutes sunt actus & formæ, perfectiones & ornamenta rationalium creaturarum. Nec actus ita acceptus differt directe ab habitu, sed eum includit. Iuxta præhabita deus secundum diuinū Dionysium est esse & forma omnium rerum: ac iuxta Philosophū motus cœli seu cœlum per suū motum est uita inferiorum, quod infra exponetur.

PROPOSITIO VIII.

POtentia in potentiā actiuā ac passiuā diuidit, ac pluribus sumit modis.⌋ Hoc euidēter ostendit. Nā & deus dicit potēs, ac sua potētia, cū in ipso sint idē essentia, potētia, actio: seu esse & posse, ac agere: q̄d nō nisi de actiua potētia ueritatē sortit. Materia q̄q; prima uocat potētia, imo potētia pura: quēadmodū deus dicit actus purus: q̄ de potentia passiua uerificatur, de qua testat Philosophus: Potētia est principiū mouēdi seu transmutādi ab altero secundū q̄d alterū: quod intelligēdū est de potētia trāscendēter

accepta

accepta, quæ in omni gñe inuenit, secũdum q̃ actus ex potẽtia diuidũt ipsum ens, unde uidet q̃ actus & actiua potẽtia reipsa coincidãt: & sicut actiua potẽtia est principiũ agẽdi in aliqd seu quippiã producẽdi, sic passiua potẽtia est principiũ & origo recipiẽdi motũ, impressionẽ & influxũ ab alio. Alio modo potentia cõtractius capit ut est species aut pars speciei p̃dicamẽti qualitatis, cuius secunda species, naturalis potẽtia uel impotẽtia noiat. Porrò diuinus Dionysius in omni re creata distinguit esse, posse & agere, seu essentiã, potentiã & opationẽ. Insup potẽtia frequẽter relationẽ includit, seu q̃dã relatio est secũdũ q̃ potẽtia p potestate, autoritate uel iurisdictiõe accipit: quã licet nõnulli nõ aliud esse dicant nisi spõtaneã subditorũ subiectionẽ, uerius tamẽ sentit esse realis relatio. Passiua demũ potẽtia pprie potẽtialitas appellat.

PROPOSITIO IX.

Causa describitur, q̃ sit, ad cuius esse sequitur aliud. Quod est, quoniã causa relatiue dicit ad causatũ sicq̃ q̃d ad esse, id est ad formalẽ causæ rationẽ sequit, esse effectũ, qui aliud est à causa, saltẽ in causatione realit in causis aũt & causationib' secundũ rationis considerationẽ non ita oportet, cum & differentia cõstitutiua sit speciei, de qua nihilominus prædicatur, species quoq; causa indiuidui nominet, inquantũ natura specifica in indiuiduo formaliter esse legit, & tale causatũ formaliter à sua causa distinguit, hoc est, secundũ rationẽ, nõ aũt realiter, cũ speciẽ de indiuiduo certũ sit p̃dicari. Insup ad esse causæ. i. ex causæ existẽtia & uirtute aliud sequit, puta effectus. Hinc causa respectu sui effectus, se habet per modũ perfecti, & fœcũditatẽ includit, ac ipsa causalitas alicuius pfectionis est signũ, atq; ex plenitudine quadã procedit. Propter q̃d unũquodq; dicit perfectũ, cũ põt sibi p̃si simile generare. Hinc iuxta Platonẽ, causalitas est diuina quędã proprietas: q̃m causæ est influere, seq; cõmunicare: unde & rationẽ boni sortit. Boni nãq; est se diffundere, & suam bonitatem communicare. Causa quid.

PROPOSITIO X.

Arijs modis causa diuidit. Primo quippe diuidit causa in causam increatã & causam creatã. Causa increata simpliciter prima est & una dũtaxat, quæ est de' omnipotens & excelsus, à quo omnibus deriuatũ est esse & uiuere, Aristotele teste. Porrò causa creata & secunda, multiplex perhibet, utputa uniuersalis & particularis. Causa uniuersalis uocat causa cõmunis & generalis, quæ pluribus influit & multa producit, præsertim quæ in unoquouis genere ac ordine prima est: iuxta q̃d dicit, q̃ in oĩ gñe primũ est maximũ atq; potissime causatiuũ, in causis directe essentialiter'ue subordinatis. Præcipue quoq; uniuersales causæ appellantur, quæ in omnia ista inferiora sub orbe lunæ cõtenta, puta in totam sphęrã actiuorũ & passiuorũ agunt ac imprimunt: de quibus causis tractat liber de Causis intitulatus. Quę etiã causæ nũcupant causę primarię, ac à philosophis quatuor esse feruntur, uidelicet deus, intelligẽtia, anima nobilis, cœlũ, seu uis causalis cœlestib' corporibus insita. Quatuor inquã sunt in cõmuni: Nã q̃uis prima causa sit simpliciter una numero tantũ, intelligentiæ tamẽ ac animæ nobiles secundũ philosophos, & orbes cœlestes sunt plures. Porrò causa particularis cẽset q̃ paucioꝝ est causa, & magis limitatã causalitatẽ sortita est. Iccirco nil phibet eandẽ causam respectu diuersoꝝ & uniuersalẽ nominari & particularẽ. Insuper causa diuidit in causam naturalẽ & supernaturalem. Causa naturalis asserit, quæ secundũ solitũ cursum ac ordinẽ rebus naturaliter inditũ, operatur. Causa uero supernaturalis, quæ altiori efficit modo, & supra cursum ac ordinem reꝝ: ut in miraculosis patet effectibus. Iteꝝ causa diuidit in causam per se, & in causam per accidens: In causam quoq; principalẽ & instrumẽtalẽ: Iteq; in causam directe agentẽ, & causam sine qua non. Et rursus in causas essentialiter subordinatas seu coordinatas & in causas accidẽtaliter connexas. In causam item intrinsecã, & in causam extrinsecã: atq; in causam in fieri, & in causam in esse. Postremo causa diuidit cõmuni diuisione in causam efficientem, finalem, formalem ac materi[illegible]em, de quibus infra dicetur.

Causę diuisio. Causæ primariæ quatuor. Causa particularis. Causa naturalis. Causa supernaturalis.

PROPOSITIO XI.

Rincipiũ est id, à quo aliqd incipit, producitur aut procedit. Quod est, q̃a principium antecessionem quandam designat, utputa durationis temporis, originis aut naturæ: & q̃uis causa principiumq; coincidant, principiũ tamen uidet esse cõmunius causa: ita q̃ omnis causa est suo modo principium, nõ econtrario: cum & punctus dicatur principium lineæ, cuius causa nõ est, nisi secundum imaginariũ fluxũ. Nihilominus principium diuidi potest quemadmodũ causa. Est nãq; increatum principiũ, à quo uniuersa cætera profluxerũt: nã & omnis multitudo ab uno manauit. Est quoq; principiũ

Principiũ quid. Principiũ & causa coincidunt.

creatū, quod multiplex esse constat, uidelicet generale & particulare, intrinsecū & extrinsecum, reale & prædicamentale: decem enim prædicamēta dicūtur decem principia rerum, sicq; deinceps proportionabiliter, sicut de causæ diuisione inductum est.

PROPOSITIO XII.

Habitus acceptiones

HAbitus secundū unā acceptionē est unū decē prædicamētorum, secūdū aliā est species qualitatis, secundū tertiā est postprædicamentū. Primo mō à Gilberto sic diffinit: Habitus est corporum, & eorum quæ circa corpus sunt, adiacētia. Secūdo modo accipitur pro qualitate difficulter remobili à suo subiecto, puta firmiter radicata in illo. Tertio mō importat habitudinē quandā, seu ordinationē aliorum gſm ad ipsam substantiā: quis eīn ex parte habentis sumat unū speciale prædicamentū q̄d dicit habitus, attamen ex parte rei habitæ speciale non ualet accipi prædicamentū, quia res illa in pluribus reperit prædicamentis, sed inde, hoc est à re habita, postprædicamentū suscipit: Nam & si res habita, secundū q̄ res naturæ nō sit de logica cōsideratione, nihilominus reductio eius ad suū prædicamentū, coordinatio quoq; ipsius ad habentē, spectat ad logicū: quæ coordinatio nomine habitus, prout est postprædicamentū, significat. Deniq; tria prima prædicamenta quæ sunt substātia, quantitas, qualitas dicūt entitatē simpliciter absolutā: quartū puta ad aliq̄d, dicit formaliter entitatē pure relatiuā: cætera sex, quāuis formaliter dicāt quid absolutū & quandā tenuem entitatē, tamē q̄d respectiuū includūt: causant quippe ex cōparatione quatuor aliorum ad aliqua. Actio eīn causat à naturali substantiæ potētia, cōparata ad illud quod agenti secundū potētiā talē subijcit: Passio uero ex naturali potētia passiua, cōparata ad agens: Quando aūt, ex adiacentia tēporis ad rē tēporalē: Vbi, ex circūscriptione actiua loci, atq; passiua locati: Positio, ex ordinatione partiū inter se in toto & in loco: Habitus aūt ex cōparatione rei habitæ ad habentē: sicq; designat applicationē rei habitæ ad habentē, secundū quā res habita figurat ad habētis figurā. Verum in cōmuni usu loquendi, sumimus habitū secūdo modo pacto, puta pro qualitate difficulter delebili: sicq; habitus est q̄d mediū inter potentiā atq; actū, ut sapiētia inter intellectū & contēplationem: hinc homo doctus dormiens, nec actu cōsiderans, dicit sapiēs habitualiter, non actualiter. Cūq; potētia perficiat per habitū, & habitus ordinet ad actū, recte potētia cōparat somno, in quo actus sensitiuæ potentiæ totaliter cessat: habitus aūt somno, in quo imperfectus est actus potentiæ: actio uero uigiliæ, in qua expeditus & liber est potentiæ actus.

Sex ultima prædicamēta unde consistunt

Collatio potētiæ, habitus & actionis

PROPOSITIO XIII.

ESSentia appellat id à q̄ fluit esse tāq; à causa intrinseca, ac formali principio. Quod est, quia essentia rei est uera ei⁹ natura ac ꝑpria forma. Porrò natura rei uocat, q̄d est ꝑpriū & intrinsecū eius: nil aūt est magis primū & propriū atq; intrinsecū enti, quā sua essentia seu natura: quanq̄ primū agēs, q̄d est deus oīpotēs, dicat intimius rebus per influentiā ac realē præsentiā, imò & per suæ supsimplicissimæ infinitatis incircūscriptibilē penetrationē: forma quoq; dicit quæ dat esse, hinc essentia, forma & natura coincidunt, quanq̄ distinctas habeāt rationes. Esse etiā rerum effectiue fluit ac deriuat à causa efficiente, formaliter uero ab essentia seu natura aut forma. Amplius, essentia abstractiue dicta uidet ab ente, quēadmodū humanitas ab hoc noīe homo: abstracta uero naturā & formā concreti, ac eius essentiā exprimunt. Cūq; ens primo ac principaliter de substantia prædicet, & secundario de accidente, palā q̄ essentia primo principaliterq; substātijs cōpetat, accidentibus uero secundū q̄d. Quēadmodum etiā substātiæ incorporales, intellectuales, perpetuæ, sunt nobiliores & eminentiores substantijs materialibus, ac sensibilibus rebus, ita nomen & ratio essentiæ principalius competit illis, quanq̄ substantia & item essentia logice fando uniuoce utrisq; conueniant. Veruntamen essentia abstractiue accipitur, non ab ente qualitercunq; sumpto, sed ab ente reali, cui soli conuenit habere essentiam: non aūt ab ente rationis aut priuatiuo: Nam & priuatio, ac negatio, atq; secundæ intentiones, & futura, aliquo modo entia nuncupātur, quæ tamen nequāq̄ perhibent habere essentiā. Essentia ergo dicit ab ente positiuo reali, q̄d in decē prædicamēta diuidit. Præterea cū diffinitio essentiā diffiniti enūtiet & designet, recte ipsa essentia etiā q̄dditas noīat, propter q̄d cōmuniter dicit, q̄ diffinitio exprimit q̄d est rei: & q̄ diffinitio est, q̄ q̄d est esse rei, significans.

Essentia, forma & natura coincidunt

PROPOSITIO XIIII.

SVbstātia primo ac ꝑprie sumpta dicit res per se subsistēs. Quod est, qm̄ substātia & accidēs diuidūt immediate & ꝑprie ipsum ens, analogica nō uniuoca diuisione: & sicut accidēs est q̄d alteri inest, innitit ac inhæret inhæsiōe informatiua, nil existēs

de

de subiecti sui essentia: sic substãtia dicit res p se subsistẽs, alteri aduẽtitie nõ inhærẽs. Hinc essentiales partes substãtiæ, nõ proprie sed reductiue appellãtur substãtiæ, & in pdicamẽto substãtiæ collocãtur, ut materia, forma substãtialis eiusdẽ, qd & de integralib. substãtię partibus uerificat. Porro substantiã Phũs diuidit in substãtiã primã, puta indiuiduũ, cuius est primo potissimũq; substare tã propriæ speciei ac gñi, q̃ accidẽtalibus formis. In substãtiã quoq; secundã, ut sunt species & gña prædicamẽti substãtiæ, q̃ secũdario. i. in indiuiduis, & p indiuidua sua accidẽtibus seu etiã supioribus suis substãt. Hinc nomẽ substãtiæ, pro ut à substãdo uocatur, primis substãtijs primo atq; potissime cõgruit: sed prout à substantiãdo noiatur, secundis substãtijs potius cõpetit. species nãq; & gña, esse specificũ ac genericũ largiũtur formaliter indiuiduis sub se cõtentis. Insup substãtia rationis sumitur pro ipsa rei essentia, aut etiã pro quacũq; entitate: ut cũ nomen describitur esse pars orõnis substantiã significãs. Substãtia quoq; uocatur possessio seu facultas: ut cũ in Euãgelio pater legitur filijs suis dedisse substantiã. Rursus substãtia sumitur pro stabili consistẽtia, seu uigorosa pmanentia, iuxta illud Psalmi. Infixus sum in imo profundi, & nõ est substantia. Præterea diuidi solet substãtia in materiã, formã atq; cõpositum ex utroq;. Rursus diuiditur in substantiã separatã, puta incorporalẽ, immaterialẽ, & in substantiã corporalẽ. In substantiã quoq; omino intellectualẽ, ut sunt intelligentiæ: in substantiã partim intellectualẽ partim q; irrationalẽ, uidelicet rationalẽ humanam, & in substantiã irrationalẽ, quæ ultra multipliciter potest subdiuidi. Corpora demũ cœlestia dixerũt philosophi aĩata. Postremo Albertus testat septẽ esse substãtias simplices, quæ sunt causa prima, intelligẽtia, aĩa, materia, forma, cœlũ & elementũ. Verũ his septẽ simplicitas ualde dissimiliter conuenit, imò quibusdam eorũ non analogice tãtum, sed & prorsus æquiuoce. ꝯ enĩ prima causa simplex asserit p totius potẽtialitatis & imperfectionis exclusionẽ: Materia uero per totius actualitatis atq; pfectionis carentiã. Cœlestia quoq; corpora & elemẽta, ex materia & forma cõposita demonstrãtur, q̃uis cõparatione mixtorũ quodãmodo simplicia queãt dici.

Substantiæ diuisio.

Psalm. 68.

Substãtiæ simplices septem.

PROPOSITIO XV.

ENs ꝯ esse multipliciter accipiũtur ac diuidũtur.⌋ Hæc qppe cõmunissima & absolutissima sunt, nec p priora & cõmuniora ualẽt notificari: imò ens est primũ secundum Auicennã, qd cadit in intellectũ: esse quoq;, ut in lib. de Causis expressum est, prima est rerũ creatarũ, & nõ est lati⁹ neq; cõmunius eo, qm̃ esse est ante uiuere, sentire & intelligere. Veruntñ possunt hæc aliquo modo describi & notificari, dicendo q̃ ens est qd habet aliquo modo distantiã ac recessum à nihilo, habẽs quid positiuũ nihileitati cõtrariũ: Esse uero est primus actus ipsius entis, actus utiq; substãtiuus, immanẽs & qetus, unde & esse uerbũ substantiuũ uocatur. Porro ens & esse diuidũtur in ens ac esse increatũ, qd est pfectionaliter infinitũ ac independẽs, penitus simplex & oĩmode unũ: atq; in ens ac esse creatũ, qd necessario est finitũ, depẽdens ac multiplex, in quo aliquid actualitatis & potentialitatis consistit. Rursus ens diuiditur in ens reale, & ens rationis. Ens uero reale diuiditur in decem prædicamẽta, & item in substantiam & accidens, seu in ens simpliciter, & in ens secundũ quod redit in idẽ. Accidens itẽ in nouẽ prædicamẽta secatur, nõ q̃ sit gen⁹ ad ea, aut uniuoce de ipsis dicat, cũ illa sint gña gñalissima. Insup esse diuiditur in esse essentiæ, & esse actualis existentiæ, de quibus infra tangetur.

Ens.
Esse.
Entis diuisio.

PROPOSITIO XVI.

VNum, & uerũ, ac bonum, cõuertibilia sunt cũ ente & ratione, nõ re distinguũtur ab illo, atq; ab inuicẽ.⌋ Quod est, qm̃ omẽ ens est unũ, hoc est indiuisum à se, ac diuisum ab alijs: imò qd aggregatiue est unũ, aliquam habet ac participat unitatem: similiter multitudo, similiter omẽ ens est uerũ: ꝯ quantũ habet de entitate, tantũ de ueritate. Hęc etenĩ ueritas rei conuenit omĩ enti, inquantũ habet naturã ac speciẽ correspondentẽ ac consonã, similẽq; ideæ seu rationi exẽplari quã habet in mẽte diuina, ad cuius imitationẽ producta est secundũ superdignissimi ac supersapientissimi creatoris pręordinationẽ ac institutionem æternam. Omne insuper ens bonum est bonitate naturę, nec quippiam est tam uile, quin aliquid habeat bonitatis, appetibilitatis ac utilitatis: quod euidenter pateret, si uniuersæ eius proprietates, uires & efficaciæ innotescerent nobis, cum & uenenosissima quædam, ut basiliscus, draco, cerastes, uirtutes mirabiles ac medicas in se uirtute materiasq; includant. Hinc optime dixit Philosophus, non posse esse aliquod purũ malum: & si tale quid esset, seipsum corrumperet, quod Plato quoque ac diuus Dionysius plenius expresserunt. Cumq; unumquodq; tam diu permaneat, quamdiu remanet indiuisum

Platonici. Proclus.

à se,& bonũ sit cõseruatiuũ rei in se,rectè dixerũt Platonici,bonũ & unũ coincidere,nec distingui ab inuicẽ,sed mutuo cõcomitari. Ad qđ insinuandũ Proclus Platonicus in Elemẽtatione sua theologica fassus est: Omne bonũ unitiuũ est participantiũ ipso,& ois unitio bonum,& bonũ uni idẽ. Bonũ nanq; est omniũ entiũ saluatiuũ,propter quod appetibile omnibus extat. Porro qđ saluatiuũ & contentiuũ est substantiæ singulorũ,est ipsum unũ: dispersio uero unũquodq; facit exire à substantia. Hinc rursus fatetur: Ois multitudo participat uno. Veruntñ unũ,& uerũ ac bonũ,adhuc aliter multipliciter capiũtur & diuidũtur.

PROPOSITIO XVII.

Natura unde dicta. Naturæ acceptiones.

NAtura pluribꝰ modis accipiť,diuidiť ac diffiniť. ⌋ Qđ est, quia nomẽ naturæ à uerbo hoc nascor deriuat: sicq; primo designat essentiã rei,prout ex ea actꝰ aut operatio oritur, & ita hoc nomẽ cõmune est tam increatæ essentiæ q̃ creatæ. Vnde ut asserit Hugo: Antiqui naturã primo sumpserũt pro ideali & exẽplari ratione rei creatæ in mẽte diuina. Idea quippe est factiuũ rerũ principiũ in summo opifice. sic quoq; taliter diffiniť: Natura est quæ cuilibet rei propriũ esse largiť. Secũdo natura limitatius sumitur pro quiditate rei specifica, & sic eã diffinit Boethius: Natura,inquiẽs, est unãquanq; rem informans specifica differentia.i.essentia distinguẽs specifice. Tertio appellatur natura uis causalis,consimiliũ procuratiua,& diffinitur hoc modo: Natura est uis insita rebus, ex similibꝰ similia procreãs,ut est uis generatiua. Quarto accipiť pro naturali seu innata inclinatione aut operatione,proprietate: sicut natura grauiũ dicitur ferri deorsum, & natura leuiũ ferri sursum, atq; natura cholerici est cito irasci. Quinto determinate, prout in Physicis repitur,ut cũ dicitur: Natura est principiũ motꝰ & quietis eius in quo est,per se. Sexto cõmunissime pro omi eo,qđ intellectu cõcipi potest,ut dũ ait Boethius: Natura est earũ rerum quæ cũ sint,intellectu quoquo modo capi possunt. Septimo pro quacũq; re,quæ uel agere potest uel pati,& sic tam forma q̃ materia noiatur natura. Cũq; naturale à natura nomen accepit,potest naturale tot modis dici quot natura,puta qđ alicui conuenit ex sua natura,aut ex innata dispositione,aut à creationis exordio. Rursus uocať naturale,qđ agitur aut,pcedit secundũ cursum,legẽ,ordinẽ'ue naturæ. Naturalia rursus dicũtur,de qbus naturales seu physicæ tractãt sciẽtiæ.

Idea quid. Natura quid.

Naturale.

Naturalia.

PROPOSITIO XVIII.

Virtutis acceptiones.

VIrtus sumitur multis modis. ⌋ Primo nãq; accipitur ꝑ extremo seu maximo de potentia,ut cũ ait Philosophus: Virtus rei pẽsatur penes maximũ in qđ potest. Secũdo pro actiua potẽtia seu naturali uigore. sicq; in omi re creata ponũtur essentia,potentia,actio: & sicut nihil est expers naturalis & propriæ opationis,aut actionis,aliter ad finẽ suæ institutionis nõ posset pertingere: sic nulla res expers est naturalis cuiusdã potẽtię seu uirtutis. Tertio pro habitu uirtuoso,quo uiuiť bene & laudabiliter agitur: & ita cõiter capitur,atq; in libro Ethicoꝝ diffinitur: Virtus est quæ habentẽ pficit, & opus eius bonũ reddit. Itẽq; Virtus est habitus intellectiuus in medio consistens &c. qđ tñ de morali accipitur. Veꝝ uirtus cõiter sumpta,in uirtutẽ intellectualẽ,moralẽ, cardinalem,theologicãq; diuiditur,ut infrà tractabitur. Quarto specialiter capitur pro fortitudine, quæ est uirtus cardinalis: ut cũ in libro Sapiẽtiæ legitur, ꝙ ipsa sapiẽtia tẽperantiã, prudentiã,iustitiã & uirtutẽ,i.fortitudinẽ docet. Quinto pro ope uirtuoso,forti seu strenuo,et iuxta illud Macchabæoꝝ: Vt uirtus de negotio iudicaret. Sexto pro causa totius nr̃æ uirtutis,sicut in Psalmo legitur: Diligã te dñe fortitudo mea. ubi alia litera habet, Diligã te domine uirtus mea. Septimo pro speciali choro & ordine angeloꝝ,q appellãtur uirtutes.

Virtus quid.

Virtutis diuisio.

Psalmo 17.

PROPOSITIO XIX.

MEnsura aliqñ trãscendẽter accipitur. ⌋ Quod est,quia in omi gñe ac ordine, primum dicitur esse mẽsura ac regula secundoꝝ ac cæteroꝝ in ordine illo: qa certificãtur & mensurãtur ꝑ primũ illud: nẽpe quo illi primo fuerunt uiciniora & similiora,eo in ordine illo sunt pfectiora. sicq; creator oipotens dicitur uniuersoꝝ mẽsura. Deinde mẽsura ad quãtitatem magis ptinere uidetur,cũ & tẽpus mẽsura tẽporaliũ reꝝ uocetur: atq; ut diuersa mẽsurentur ac certificẽtur eadẽ mensura,oportet eã cõsistere uniformẽ. Aeuũ uero quod pperuoꝝ & separataꝝ substantiaꝝ appellatur mẽsura, alterius est naturæ. Sũt etiã diuersæ corporales mensuræ ad suã categoriã spectantes.

Tempus.

Aeuum.

PROPOSITIO XX.

Forma unde dicta. Forma duplex

FOrma à formãdo aut informãdo nomẽ accepit. ⌋ Hinc duplex est forma, puta forma foris manẽs,seu seorsum & separatim existẽs extra id quod format, quẽadmodum forma sigilli permanet in sigillo extra cerã: sic quoq; deus,& intelligentiæ &

idea

ideæ mentis diuinæ ac formæ practicæ intelligentiaꝝ, per quas inferiora cognoſcunt, producunt & formant, formæ uocanť inferioꝝ: unde formę quæ ſunt in materia, à formis quæ extra materiā ſunt, dicuntur fluxiſſe, Alia eſt forma informãs, ut ſunt formę materialiū reꝝ: & illæ ſunt duplices, puta ſubſtantiales & accidentales. Inſuper forma ſubſtantialis eſt duplex, uidelicet forma partis, ut anima, quæ eſt corpis forma intrinſeca: & forma totius, ſicut humanitas eſt forma indiuidui hominis. Porro quod aliquid format aut informat, largitur & imprimit ei aliquod eſſe, ideo forma ſubſtantialis dat ſuę materiæ eſſe ſubſtantiale ſpecificū: formæ uero accidentales dant ſuis ſubiectis eſſe ſecundū quid, quod eſt eſſe accidẽtale. Hinc forma deſcribiť ita: Forma eſt quę dat eſſe: quod de formis informãtibus pcipue diciť Porro forma diciť informare dupliciter: Primo, p intrinſecã unionẽ, ut forma ſubſtantialis: Secūdo p ſubiectionẽ & inhęſionẽ, ut formę accidẽtales. Subiectū aūt formę ſubſtãtialis, diciť materia prima: ſubiectū uero formæ accidẽtalis, totū cōpoſitū. Cūq; forma cōferat eſſe, proprietates & actus eius ſunt agere & mouere, perficere, actuare, fulcire & cōſeruare. Propterea cū loquimur de re quacūq; ſecundū eius diſtinctam & propriam rationem, dicimur loqui de ea formaliter: ut ſi dicamus, albū diſgregat uiſum. Itaq; forma ſubſtãtialis eſt quaſi riuulus fontis primi, & tanq̃ ſcintillula ignis immenſi, & uelut radius lucis ſupremæ: eſtq; ornamentum & pulchritudo eius cuius eſt forma: Propter quod Plato metaphorice loquẽs, datorem formarum uocauit patrem, formam uero prolẽ, materiam autẽ materculã. Ariſtoteles quoq; diſſeruit formam eſſe quid diuinum & optimum ac appetibile. Amplius formarum ſubſtantialium aliquæ ſunt uitales, aliquæ nihil de uita participant: Vitaliū demum quædã ſunt irrationales, ut formæ brutoꝝ, quæ ſunt omnino immerſę materiæ: quędam rationales, quæ non ſunt totaliter corporibus ſuis immerſæ.

Forma quid

PROPOSITIO XXI.

MAteria appellatur quæ recipit eſſe à forma. Quod eſt, quia materia eſt tanq̃ paſſiua potentia expers actualitatis, & indigens forma ac naturali appetitu, appetens eam queãdmodum turpe pulchrum. Diuiditur quoq; in materiam primam & ſecundã. Materia prima nunq̃ in rerum natura per ſe eſt, nec unde conſiſtit, ſed per rationem conſiderata, quaſi abſtracta ab omni forma ſubſtantiali & accidentali, nominatur prima materia: quæ ut talis, non eſt quid, quia ſubſtantiale eſſe non habet: nec quanta, cum ut ſic à dimenſionibus ſit remota: nec qualis, quia ab omni qualitate eſt ſequeſtrata. Eadem uero materia ut formis ſubiecta & actuata, uocatur ſecunda: ſicq; realiter ſunt una materia, quẽadmodū homo iã nudus, deinde ueſtitus, ſubſtãtialiter idẽ eſt homo. Inſuper materia duplex eſt, puta priuatiōi annexa, ut generabiliū corruptibiliūq; materia: alia cuius capacitas propria ſua forma ferť repleta, ut materia cœleſtiū corpoꝝ. Quidã interim materiã diuidūt in corporalẽ & ſpiritualẽ, de qua re infra tangetur. Ex his innoteſcit, q̄ proprietates materiæ ſunt, pati, moueri, ſubſtare & ſubijci, recipere, perfici, actuari, indigere, dependere, conſeruari in eſſe: hinc nomen materiæ non ſolū attribuiť materiæ primæ & ſecundæ prætacto iã modo ſumptis, ſed rebus quoq; ex materia & forma ſubſtantiali cōpoſitis, quæ & reꝝ artificialiū extant materię, ſicut ferrū eſt materia claui, lignū lecti. Vnde & triplex aſſignať materia, ſcilicet in qua, ex qua, & circa quã, hinc ſubiectū ſcientię uocať eius materia, materia utiq; circa quã. Cōformiter obiectū potẽtię diciť eius materia, quãuis obiectū illud ſit forma, ut color qui eſt obiectū uiſus, imo quibuſcūq; aliquo mō cōueniunt prę inductæ proprietates materiæ, quodãmodo aſcribiť nomẽ materię, ſeu materialiter ſe habere: ita q̄ intelligentia per cōparationẽ ad primã cauſam potẽtialiter & materialiter habet ſe inquantum ab illa dependet, conſeruať, illuminať perficiť: & quando ſit ſermo de re ſecundum id quod eſt, non ſecundum completam ſeu formalem rationem ipſius, dicimur loqui de ea materialiter.

Materiæ diuiſio.
Materia prima
Materia ſecunda
Materia triplex
Subiectū, materia circa quã.
Loqui materialiter quid.

PROPOSITIO XXII.

PRimum & ſecundum correlatiue dicuntur. Primū eñ ordinẽ & habitudinẽ denotat ad ſecundū. Verūtamen in eo quod ſimpliciter & omnifarie ſeu uniuerſaliter primū eſt, nulla eſt ad inferiora atq; ſecunda, ſeu poſteriora realis relatio, ſed ecōtrario. Porro primū multipliciter dicitur, uidelicet uniuerſaliter ſeu ſimpliciter: & ita non eſt, niſi unū principiū, q̄d eſt deus æternus, qui uniuerſa præcedit dignitate, cauſalitate, æterna duratione, altiſſima dominatione, & breuiter concludendo, excellẽtia abſolute & penitus infinita. Dicitur quoq; primū particulariter & determinate, ſicut in omni gñe ac ordine reꝝ diciť eſſe unū primū: ſicq; eſt unū primū inter creata. Itẽ primum aliquid

Primum

aliquid appellatur ratione ecclesiasticæ dignitatis, seu prælaturæ aut principatus. Rursus dicitur aliquid primũ ratione cõmunitatis in prædicando. Quædã etiã dicũtur prima secundũ uiam generationis, quæ posteriora sunt ordine naturæ & perfectionis. Deniq; ex his facile est pensare, qualiter aliquid multipliciter nominetur secundum.

PROPOSITIO XXIII.

Causæ quatuor.

Quatuor sunt rei naturalis, & tria principia eius in fieri, ac duo in esse. ⌋ Quod est, quia res naturales dictæ naturales à natura, quæ est principium intrinsecũ motus & quietis, essentialiter constant, atq; intrinsece cõponũtur ex materia & forma, in quas & resoluunt: & illæ sunt causæ eius intrinsecæ essentialesq; partes. Causæ uero eius efficiens & finalis, sunt causæ extrinsecæ: similiter forma substantialis atq; materia sunt intrinseca ac substãtialia eius principia in essendo, & facto esse: Verũtamẽ cũ nil generet nisi substernat, & subsit subiectũ seu materia carens forma, ad quã generatio tendit ac terminat, idcirco priuatio quoq;, id est carentia formæ producendæ seu educendę cũ aptitudine existendi fertur principiũ rei naturalis in fieri, & causa sine qua non, & quasi per accidens: quia materia accidit esse forma priuatiua. Postremo finis appellatur maxima causa, & causa causarum, magisq; influit quàm finis mouet efficientẽ, efficiens materiã, qua mota inducitur forma: & ea adepta cessat motus quantũ ad rei productionẽ, procedit tamẽ per motũ & actionẽ ad finis adeptionẽ, qui processus est ad rei perfectionẽ.

Priuatio

Finis

PROPOSITIO XXIIII.

De substantialibus formis opiniones uariæ

Platonis opinio.

Auicennæ

Anaxagoræ

Formę substantiales naturaliũ rerum uere asserũtur esse partim ab intra, & partim ab extra: difficillimũ tamen est qualiter hoc ipsum fit, intelligendũ. ⌋ Quod est, quàm quidã philosophi opinati sunt formas huiusmodi esse omnino ab extra, quidã uero omnino ab intra. Plato nanq; dixit eas ab idealibus formis profluere, Auicenna aũt à datore formarum, hoc est ab intelligentia ultima sphęræ, actiuorum & passiuorum uidelicet, regioni elementorum atq; mixtorum præsidente. Anaxagoras uero asseruit, eas penitus esse ab intra, sic quod concreatæ seu cõnatæ & cõcausatæ sint ipsi materiæ, lateantq; in ea, & per generationem deducantur à latitatione & esse abscondito ad manifestũ ac euidens esse. Porro Aristoteles rationabilius tenuit & probauit, quod sint partim ab intra, & partim ab extra: non quod ipsæ formæ partẽ suæ essentię sortiantur à causa intrinseca aut à materia, partẽ quoq; suę essentię à causa extrinseca pura efficiente, cũ formę illę sint incorporales ac simplices: sed quod ante suam productionẽ in materia seu semine aliquo modo consistat, utpote potentialiter uel aptitudinaliter & incõplete, & per agentia uniuersalia ac particularia, hoc est per motũ & influentiam cœlestiũ corporum, & per causas particulares generatiuas producãtur ad esse actuale cõpletũ. Hanc mediam uiam Peripatetici sunt sequuti, & Christiani philosophi cõmuniter tenent. Nihilominus remanet difficultas, quõ istud sit intelligendum, an scilicet essentiam formę educendę ante suã eductionẽ, uere realiter in materia pręexistat aut aliqd ipsius essentię, quãuis secundũ esse incõpletũ, an non: & de hoc sunt duę opiniones famosę ac celebres: una affirmans formas naturales, substantiales à creationis principio in materia inchoatas, & habitualiter seu in habitu quodã cõfuso pręexistere secundũ esse formale, formale nondũ formatũ: quẽadmodũ secundũ logicã considerationẽ, differentię specierum existunt in genere indeterminate: sicq; formas esse ptinet ab intra, non sic quin hoc ipsum esse sit à causa prima efficiẽte ipsius materię creatore: deinde per causas efficiẽtes deduci ipsas formas ad esse cõpletũ formarum distinctas. Deniq; opinio alia dicit, formas non esse taliter in materia inchoatas, imò nihil essentię earundẽ realiter in materia ante eductionẽ existere. Itaq; primę opinionis motiua sunt, quia si formę non essent sic inchoatę, imò secũdum totã suã essentiam educerentur, uiderẽtur creari, quẽadmodũ anima rationalis: cũ creari sit ex nihilo rem produci. Rursus, quod nequaq̃ in alio est, nequit ex eo educi: ergo si nihil formæ educendæ in materia seu semine præfuit, forma nequaq̃ inde educit. Iterũ: Materia appetit formã, appetitus uero ex similitudine oritur, ergo materia iam aliquid formæ est sortita: imò si nihil, suæ essentiæ est in materia anteq̃ educat, esset tota ab extra. Idẽ uidet fuisse de beati Augustini intẽtione, qui super Genesim & libro de Trinitate fatet, materiã rationibus seminalibus atq; causalibus esse fœcundã: Quarto quoq; super Gensim: Omnia, inquit, hęc ex insitis ratõibus illis, quas tanq̃ seminaliter sparsit in mundo creator, prodire noscũt. Et alibi: Omniũ quippe rerum quæ corporaliter uisibiliterq; nascũt, occulta quædã semina in huius mundi corporeis latent elemẽtis: Ipse nanq; creator uniuersorum, conditor est inuisibilium seminum: quia quæcunq; nascendo ad nostros prodeunt oculos, ex occultis illis seminibus

Aristotelis

Opiniones Peripateticorum duæ

Prioris opinionis motiua

Augustinus.

nibus sumũt progrediẽdi primordia, ac debitę magnitudinis incrementa, & figurarũ distinctiones. Hinc innotescit, quod rationes hæ seminales sunt orginales, itemq́ causales rerum radices: & ita apparet, quod sint formæ in materia inchoatę, cũ nil aliud cernatur in materia assignabile, quod sit omniũ horũ nascẽtium tam radicalis coelemẽtalis atq; intrinseca causa. Verũtamẽ huic opinioni multa obijciunt: si eñ in materia ponat inchoatio ista formarum, rite inqrit: Vtrũ p formarũ inchoationẽ intelligẽdę sint ipsæmet formæ inchoatæ, an aliud: si ipsæmet formæ, quærendum, an forma sic inchoata sit realiter ipsa forma quę educet, ita q formæ inchoatæ & formæ educendæ sint numero una eademq́ essentia: Si sic, forma illa erit omnino ab intra, & tota præfuit in materia: et iuxta Anaxagorę æstimationẽ erroneã, quodlibet erit in qlibet: sicq́ reuera opinio illa ponit latitationẽ formarũ. Porro si forma inchoata & forma educenda non sunt realiter eadẽ forma, nec eiusdẽ essentiæ: ergo nihil essentiæ ipsius formæ in materia præerat, imo tota erit ab extra: Cũq́ forma sit in essentia sua simplex ac indiuisibilis, dici nõ ualet q pars suæ essentię, non tota sua essentia in materia extitit ante eductionẽ. Interim si dicat, q tota præfuit ibi, & tota (quantũ ad suã essentiã) sit educta, nõ tñ totaliter neq; cõplete, hoc multiplicit reprobat. Quia cũ esse ab essentia fluat, imo secundũ multos realiter sit idẽ cum ea: si tota essentia ibi sit, erit ibi proprius actus scilicet esse, cum formæ proprium sit dare esse. Sequitur itẽ, q forma substantialis, sicut & accidentalis, recipit magis & minus: nec ista positio distat ab Anaxagora, de quo constat q nõ dixit omnes formas substantiales æque cõplete inesse materiæ: imo etiã incidit in Pythagoræ phãtasiam, qui imaginabatur formã ligni tam perfectam q̃ formã leonis: sed propter materię indispositionẽ, exercere nõ posse in ligno operationẽ uitalẽ tamq́ excellentẽ, ut in leonis corpore faceret. Insuper formæ brutorũ ex sua natura uitales sunt: & ubicunq; realiter essentialiterq́ cõsistunt, realiter uiuunt, nec possunt realiter permanere in corporibus, in qbus amplius nequeũt operari: q̃d certũ est esse de mẽte Philosophi, alioqui immortales consisterent: Si ergo animæ mortales sunt in materia inchoatæ, sequitur q in eadẽ parte materiæ quæ successiue capax est omniũ animarũ seu formarũ illarũ, semel sint uniuersæ animę illæ etiam uiuæ: sicq́ in eadẽ portione materiæ simul realiter sunt innumerabiles animæ irrationales, brutorũ, terrestrium, pisciũ, auiũ, uere uitales ac uiuæ: ex quo alia plura prorsus absurda concluderẽtur. Hanc disputationẽ doctor solennis diffuse efficaciterq́ prosequit, asserens q in ueritate opinio illa inchoationẽ ponens formarũ, à positione Anaxagoræ non differt nisi in modo loquendi: quod & satis apparet ex hoc, q uenerabilis ac deuotus ille doctor diuinus Bonauentura in scripto secũdi sentẽtiarum quęstione decimaoctaua inter cętera profert: Constat rationẽ seminalẽ esse potentiam actiuam, materiæ inditam: & rationẽ hanc esse essentiam formæ, cum ex ea fiat operatione naturæ, quæ non producit quicquã ex nihilo. Deniq; in scripto secundi quinta distinctione asseruit, q sicut se habent globus rosæ & rosa aperta, sic forma inchoata & forma educta seu inducenda: ex quo euidenter cõsequitur, q essentialiter ac realiter idem sint, nec differant nisi secundũ esse cõpletum & incompletum: quod & doctor ille concedit, atq; in idem redire uidentur scripta Alberti, Vlrici & aliorũ ipsum sequentium atq; dicentium: Materia est primũ subiectũ formarũ, in quo est quedã habitualis potestas habitus ue confusus continens omnes formas de materia educendas. Hic quoq; habitus cõfusus essentialiter distinguitur à natura materiæ: distinguitur etiam à formis prout sunt in termino generationis, nõ essentialiter, sed penes esse: quia in habitu illo formæ sunt secundũ esse confusum: in termino autẽ generationis quælibet forma habet esse distinctũ ab alijs, qui habitus est materiæ concreatus, & tanq̃ splendor quidam totã generabiliũ & corruptibiliũ perlustrans materiam: Hæc illi: Vbi quærendũ occurrit, quid sit habitus ille confusus: An sit quid unum simpliciter, aut unum aggregatiue: & si est quid unũ simpliciter, non est realiter nisi unius formæ essentia: sicq́ illa educta habitus ille cessaret: si uero est unum aggregatiue, quæritur an sint multæ essentiæ, multarum formarũ educibilium: quo concesso mox sequitur quod iam illatũ & reprobatum est, puta omnes illas formas, quantum ad suas essentias, in quacunque parte materiæ contineri. Denique quicquid in rerum natura & extra animam est, ex ipsa sua essentia demonstratur esse quid unum, dicente Boëthio: Quicquid est, ideo est, quoniam unum numero est: ideo irrationabile uidetur ponere habitum talem confusum & indistinctum. Rursus secundum Albertũ, essentia & esse sunt idem in re: quid est ergo dicere, q forma in materia præexistit per suã essentiam, non quantum ad suum esse: nisi forsitan per esse intelligatur aliquis modus essendi ipsius formæ, quod in Anaxagoricũ cadit errorẽ ut patuit. Hinc alia tenet positio, q formæ

Prioris opinionis obiectiões.

Bonauẽtura.

Boëthius

mæ non sunt in materia æqualiter inchoatæ: imò nec proprie inchoatæ, nisi potentialitas seu aptitudo materiæ ad formã, seu receptibilitas formæ in materia, appellet inchoatio formæ: & q ratio seminalis non sit aliquid essentiæ ipsius formæ, quæ dicit inchoata & educẽda, sed sit uirtus actiua cũ suis passiuis, ut calor & frigus, uirtus & forma rei quæ primis rerũ indiuiduis primo collatæ sunt per opa sex dierũ, ut ex eis quasi ex quibusdã seminibus producerẽtur & multiplicarẽtur res naturales. Hinc Augustinus oẽs uirtutes actiuas & passiuas quæ sunt principia generationis ac motuũ naturaliũ rerũ, rationes seminales appellat. Hæ uirtutes ac rationes primo considerãtur ut sunt in deo secundũ rationes ideales: secundo ut sunt in elementis mundi in quibus simul à principio mũdi productæ sunt, in quibus sunt tanq̃ in uniuersalibus causis: Deinde tertio prout per tẽporũ successiones producũtur in hac plãta istoq; animali tanq̃ in particularibus causis: Quarto, ut sunt in seminibus quæ ex plantis & animalibus producũtur. Hæc & multa cõsimilia super hac quæstione scribit Thomas: Henricus uero in Quodlibetis: Ista, inquit, quinq; se habẽt per ordinẽ in eodem, materia, potentia, subiectũ, ratio seminalis & semẽ. Materia nominat quandã absolutã substantiã, inquantũ materia per essentiã suã differt à qualibet forma ac omni dispositione formali, estq; fundamentũ omniũ susceptionũ: potentia uero essentiã designat materiæ sub respectu ad formas suscipiẽdas, cũ indifferentia tamẽ ad omnes secundũ q non est in motu, nec transmutatione ad ipsas, neq; in actu sub aliqua earundẽ: nec ut dispositã ad transmutationẽ ad ullã formã determinatã: sicq; potentia notat respectũ in materiæ fundatũ essentia. Porro materia appellatur subiectũ, inquantũ est actu sub tali forma, quod per corruptionẽ illius unica transmutatione & immediate potest aliã recipere formã, quod non semper materiæ cõuenit: Sicq; Philosophus distinguit duplicẽ materiæ potentiã, propinquam scilicet & remotã, hoc est immediatã ac mediatã. Ratio aũt seminalis prout de ea uniuersi consentiunt, est aliquid in materia aliud ab eius essentia quod inclinat atq; determinat ipsam materiã in trãsmutationẽ ad actũ formæ: semen uero proprie nuncupat subiectũ quod est materia, habens in se rationẽ seminalẽ per alicuius formæ determinationẽ. Interim quælibet harũ opinionũ famosos habet defensores: attamẽ ista quam sanctus Thomas, Aegidius, Henricus, Richardus, & alij multi sequunt, rationabilior esse uidetur: nec sequit hinc, q formę quæ dicũtur educi, creẽtur: qm̃ ad earũ productionẽ præsupponitur atq; requirit materia cũ ui formatiua, & cũ alijs causis secundis causaliter concurrẽtibus. Ratio quoq; seminalis actiuũ extat principiũ. Ista hic breuiter tacta sufficiãt, de qbus super secundũ sentẽtiarũ distinctione septima, distinctione quoq; decimaoctaua diffuse cõscripsi, scripta iam nominatorũ doctorũ, Alexandri etiam de Hales, Gulielmi Parisiensis, Petri de Tarentasia, Vlrici, & Scoti plenius recitando.

Augustinus

Materia

Potentia

Subiectum

Ratio seminalis

Semen

Post sententias scriptus hic liber.

PROPOSITIO XXV.

OMnium corporaliũ rerũ materia est aliquo modo una, & aliquo modo diuersa. Nempe dum loquimur de materiæ unitate, loquimur de ea secundũ q ad ipsam sistit ultima resolutio materialiũ rerũ. Hinc de unitate materiæ cõtingit loqui tripliciter, secundum quod ad materiam tripliciter, fit & stat materialium resolutio ultimata. Naturalis nanq; generationem & corruptionem considerans, uersatur circa materiam, prout materia est generationis & corruptionis principium ac subiectum, iuxta quem modum materia in solis inferioribus reperitur. Cumq; omnia inferiora ista, uidelicet mixta & elementa sint inuicem transmutabilia, quorum omnium resolutio ultima sistit in materia prima priuationi formę annexa, ideo naturalis seu physicus inferior, qui circa generationẽ & corruptionẽ negotiatur, asserit ac fatetur uniuersorũ generabiliũ & corruptibilium materiam secundũ se consideratam esse eandẽ, id est eiusdẽ naturæ ac rationis. Porro Physicus uniuersalis superior, cõsiderans ipsam materiã seu naturam mutabilẽ, siue ad situm siue ad formam, perpendit omnem passionẽ seu mutationẽ in superioribus & inferioribus per quam mutabilia sunt ad situm esse ex partibilitate mobilis, cuius principium extat materia aut cõtrarietate, cuius subiectũ est materia ipsa: iccirco resoluit ad materiam cunctas corporaliũ passiones & motiones, atq; ob hoc affirmat uniuersorũ corporaliũ tam cœlestium q̃ inferiorũ eandẽ esse materiam in cõmuni secundũ se consideratam. Metaphysicus uero considerat naturã omnis creaturæ, præsertim substantiæ in qua attendit actus essendi, quẽ forma largitur & stabilitas existendi per se, quam cõfert id cui innititur forma, hoc est materia. Cumq; per se esse, quod est actus substãtię, in spiritualibus ac corporalibus dicat cõmunitatẽ non æquiuocationẽ, imò cõmunitatẽ generis ac rei, non analogicã duntaxat,

Triplex de materiæ unitate consideratio, naturalis

Metaphysica

taxat,iccirco oportet recurrere ad principiũ unitatẽ.Vnde secundũ metaphysicũ in oĩbus per se entibus consistit materiæ unitas.Itaq; physicus negat materiã esse eandẽ in uniuersis corporalibus,qm̃ nõ considerat materiã secundũ eius egentiã,sed quantũ ad eius esse, atq; ut est subiectũ p modũ prætactũ:certũq; est materiã aliq̊d esse habere in corruptibilib⁹,q̊d nõ habet in incorruptibilib⁹. Metaphysicus demũ attẽdit materiã nõ solũ quo ad eius esse, sed & quãtũ ad ei⁹ essentiã. Cũq; om̃i forma & esse abstractis nõ sit repire, imò nec fingere in materia diuersitatẽ,asserit materiã in oĩbus esse unã secũdũ essentiã suã & speciẽ. Deniq; qm̃ eminẽtiori modo inducat metaphysicus q̃ inferiores sciẽtiæ,hinc asserẽtes in oĩbus eandẽ esse materiã,altius eleuati sunt,& meli⁹ iudicauerũt.Materia nãq; dupliciter põt cognoscit:primo per oĩm formarũ & actualitatũ formaliũ priuationẽ & abstractionẽ tanquã intelligibilẽ tenebrã: Cognitio aũt per analogicã est cognitio p habitudinẽ quandã: Habitudo uero materiæ est per potẽtiã ad formã:et tq; cognitio ista p materię cõparationẽ ad formã, mediante potẽtia. [Materia dupliciter cognoscit] Potẽtia quoq; materię dupliciter põt cõparari ad formã:Primo inquãtũ materia prębet formæ fulcimẽtũ in ratione entis, & ita cõsiderat eã metaphysicus : aut sub ratiõe mobilis,sicq; eã cõsiderat naturalis. [Potẽtia materiæ dupliciter comparatur] Itaq; duplex mod⁹ iste cognoscẽdi & cõsiderãdi materiã,est ratio & origo pręfatę diuersitatis opinionũ de materiæ unitate in oĩbus: ideo p istã distinctionẽ & respõsionẽ poterit cõcordari opinionũ illarũ diuersitas. Hãc respõsionẽ sequutus est Bonauẽtura: Auicẽna q̊q; phibuit oĩm corporaliũ unã esse materiã,cui Cõmẽtator obiecit,qa materia quãtũ in ipsa est,est in potẽtia ad quãlibet formã,nec simul esse põt sub pluribus substãtialibus formis. *Si* ergo materia in cũctis corporalibus eqdẽ est ratiõis, posset cœlestiũ corporũ materia alias formas recipe.similiter materia inferiorũ, formas cœlestiũ.Huic opinioni Auerrois,sanctus Thomas cõsentit, dicẽs materiam ex sua natura esse passiuã potẽtiam:ideoq; distingui per propriũ actũ.i.formã substãtialẽ, ad quã directe ordinat,quẽadmodũ potẽtiæ distingui dicũt per actus & obiecta.Vtraq; opinionũ istarũ probabilis est:&huic secũdę opinioni magis cõsentiũt Richardus,Petrus,Vlricus,Durãdus,imò & Alexãder atq; Albertus.Verũtamẽ prima illa positio uerior rationabiliorq; uidet,ex qua etiã,ut apparet & tactũ est,põt cõpetẽs cõcordãtia assignari.Interim q̄ potẽtię dicũt distingui per actus, uerificat potius quantũ ad innotescentiã seu manifestationẽ distinctionis potẽtiarũ,q̃ quo ad distinctionis efficiẽtiã,cũ eadẽ sint principia essendi & distinguẽdi:& potẽtia una ab alia distingueret,quãuis operaret. Insuper si materiæ diuersorũ prætacto modo per ordinẽ et habitudinẽ suã ad proprias formas distinguerẽtur, materiæ primæ nobiliorũ formarũ,essent per se nobiliores materijs formarũ ignobiliorũ,et ita non essent purę potentiæ.De his super secundũ Sententiarũ, distinctione duodecima dictũ est plenius,

PROPOSITIO XXVI.

MAteria aut non est de essentia materialiũ substantiarũ,aut est pars minus principalis essentię earundẽ. Quod est,qa essentia rei appellat quidditas eius, quæ est forma totius,à qua profluit esse rei specificum,& ita est qd actuale,formale, fœcundũ.Cũq; materia sit passiua potẽtia,recipiens,nõ prẽstãs nec effluẽs esse, uidet quibusdã non pertinere ad essentiã substantiæ tanq̃ uera pars quidditatis,sed solũ ut intrinsecus terminus fluxus formæ substantialis actuantis informantisq; ipsam materiã. Hãc opinionẽ Albertus & eius sequaces sequuti sunt: [Alberti opinio] sed qm̃ iuxta Boëthiũ & cõmunẽ doctrinã,substantia in materiã,formã & cõpositũ ex utroq; diuidit,atq; materia pars essentialis seu substantialis ipsius cõpositi nuncupat, ita q̄ natura specifica materialiũ substantiarũ includit materiam tanq̃ partẽ sui essentialẽ,uidet alijs q̄ materia quoq; ad essentiã materialiũ spectet rerũ tanq̃ essentiæ pars,quãuis minus principalis:Nã & si per se sit passiua potentia non emanans nec exerẽs esse,attamen ut iã actuata & fœcundata à forma,stansq; in eius contactu,& esse ab ipsa forma sortita,cooperat,necessarioq; concurrit atq; confluit ad esse quidditatiuũ specificũ. Præterea sicut materia non habet esse nisi à forma, ita nec forma rationali anima dempta ualet existere sine materia, cuius est formę substare & eam fulcire ac sustentare.Hanc positionẽ Thomas, Aegidius ac alij plures sequuntur, argumentantes ex hoc,quia essentia est id q̊d per diffinitionẽ significatur: [Thomę opinio] diffinitio aũt naturaliũ seu materialiũ rerũ non formam solũ, sed et materiam cõpræhendit, ut cũ dicitur: homo est substantia seu animal constans ex anima rationali et corpore:Nec diffinitio talis datur per additamentũ,cũ res naturalis sit ens cõpletæ essentiæ.Hinc teste Boëthio sup prędicamẽta,usia.i. essentia seu natura,designat compositũ. Auerrois quoq; 7.metaphysicę: Natura inquit,gñabiliũ est quid mediũ.i.ex materia et forma compositum, [Natura] Auicẽna itidem fassus est, corporalium

quidditatẽ esse compositionem formæ & materiæ .i. quid unitum ex forma atq; materia: quod de illorum materia propinqua et propria rite accipitur.

PROPOSITIO XXVII.

Materia prima

Materiã primã nõ posse stare nudã, cõmunis assertio est. Quod est, quia materia prima est quedã potẽtialitas pura, et inter creata entitas simplicissima, per totius actualitatis ac formalitatis exclusionẽ: ideo per se sumptã sine forma in rerũ natura, actualiter esse impossibile reputat: præsertim qa diuinus Dionysius protestat, per se bonũ etiã à nõ ente participari .i. à materia, ut expositores elucidant, q̃d Plato quoq; asserit: Propter q̃d Proclus deprõpsit: Materia quidẽ ex uno subsistẽs, entis secundũ se expers est speciei: hinc Augustinus angelũ prope deũ materiã prope nihil cõditũ fatetur. Amplius forma est quę dat esse: quod dũ res suscipit, produci, creari generari'ue phibetur: corrũpi uero, dum ipsum esse amittit. Iccirco affirmant cõplures, φ materiã sine forma esse realiter, cõtradictionẽ sit implicãs: ita φ nec ab omnipotẽte fieri queat. Verũ his alij contradicũt, ut Henricus: oportet, inquiens, falsam quorundã imaginationẽ excludere, qui affirmant materiã de se non esse nisi purã potentiã, ita: φ si omni substantiali careat forma, mox cadit in nõ ens: sed quãuis creata sit prope nihil, & quasi mediũ quoddã inter ens & nõ ens, attamẽ in se est quædã natura entitasq; reales ac positiua, realis habẽs effectus, atq; substantia capax formarũ: iccirco possibilitas esse ipsius non sit simpliciter à forma depẽdens, sed potius econuerso: imo' est susceptibilis esse per se, tanq̃ q̃d per se creabile, ac propriã habens ideã in deo. Nec minus potens est deus materiã conseruare q̃ creare: Et sicut cõseruat eam in esse per formã, sic põt eam conseruare per propriã increatam potẽtiam, etiã magis q̃ accidẽtia, quæ plusq̃ materia distantã per se subsistente substantia. Deniq; q istud de materia negant, amplius id negarẽt de accidẽte, nisi oppositũ cõstaret ex fide. Hanc opinionẽ sequit Scotus: nõ est, dicẽs, contradictio, materiã esse sine oĩni forma: q̃m unũ absolutũ distinctũ, & prius alio absoluto, põt absq; contradictione esse sine illo. Materia aũt est huiusmodi absolutũ. Quod uero asserit, omne esse à forma procedere, intelligitur de esse cõpleto specifico. Huic positioni consentio quantum ad hoc quod ait istud non implicare. Postremo de his diffusius scriptum super secundum sentẽtiarum distinctione duodecima.

Forma quid

Materia, an sine forma realiter esse possit.

Hẽrici opinio

Scoti opinio

PROPOSITIO XXVIII.

INdiuiduationis principiũ, causa seu ratio est id, à quo indiuiduũ habet esse limitatũ & singulare, unumq; numero. Quod est, quia de ratione indiuidui est esse hoc aliquid: Cũq; in eodem non sit nisi unũ esse substantiale specificum, constat φ res ab eodem habet esse & hoc esse: nec esse & hoc esse rei distinguuntur realiter, sed ratione duntaxat. Deniq; certũ est, φ causa extrinseca & effectiuum principium ipsius esse rei indiuidualis, est causa producens .i. creans, generans aut educens: resq; producta eo ipso quo est terminus realis productionis, est quid singulare, indiuiduale signatũ: quoniam agere, pati, esse & fieri, sunt suppositorũ seu singularium rerũ. Rursus quicquid est in rerũ natura actualiter consistens, est quid numero unũ: solus quippe intellectus causat uniuersalitatẽ in entibus: ideo indiuiduari nulli conuenit rei, nec formę, nec speciei secundũ suũ esse reale, sed solũ secundũ esse abstractũ & logicũ, quo sibi competit ratio cõmunitatis seu uniuersalitatis, hoc est aptitudo existẽdi in multis seu cõmunicabilitas ipsa & fluxus indeterminatus, quorum nullũ conuenit rei secundũ suum esse actuale, existẽtiale, reale, imo' proprio suo esse existẽtiali determinata est & singularisata: Vnde esse dicitur suppositorũ: hinc neq; materia hæc, nec quantitas, est causa indiuiduationis naturæ aut formæ, nisi secundũ logicam consideratione seu abstractiue loquendo de formis. Porro' asserere, φ materia hęc materia resignata sit indiuiduationis principiũ, uidet oppositũ in adiecto, sermo incultus, & propositio falsificans semetipsam: cũ materia hæc & signata dicat quid indiuiduatũ, sicq; quod materiã ita signauit & limitauit, potius esset indiuiduationis principiũ. Insup materia de se est maxime indeterminata, potentialis, confusa & illimitata: Nõ ergo est limitationis & indiuiduationis principiũ, sed potius forma quæ distinguit & separat, materiamq; determinat & eius confusionẽ decorat. Rursus cũ cõpositio prima præcedat secundã, uidelicet unio formæ substantialis cũ materia sua unionẽ materię cũ accidente, consequẽs est, materiã prius determinari, signari & cõtrahi p formã substãtialẽ q̃ p quãtitatẽ & qualitatẽ. Amplius, sicut forma gñaliter sumpta fert esse in multis, & cõmunicabilis plurib' dicit, sic & materia. Itẽ, sicut forma dat esse materiæ, sic hæc forma huic materiæ largitur hoc esse: sicq; forma multo plus determinat indiuiduatq; materiam, quàm econtrario. Si autem obijciatur, φ forma de se communicabili

Singulariũ est agere, pati, esse &c.

Materia prius determinat p formã substantialẽ, q̃ per quãtitatem & qualitatem.

obiectio

municabilis est multis, et in materia recipit, atq; p hoc limitatur et indiuiduatur. Respōdendū, φ ista & consimilia obiecta ex apprehensione præcedunt phantasma. Nunquam.n. forma cōmunis sed solū singularis informat quācunq; materiā, estq; forma prius ordine naturæ singularis forma, inquātum est suo modo terminus realis productiōis, & existētiā habēs quam informet, actuet, determinetue materiam: sicut esse prius est quàm agere. Nec formā à materia determinat, īdiuiduat aut limitat, nisi in quātū impossibile est eā simul plures informare materias: uniuersalitatē aūt in formis ac rebus efficit intellectus. Respōsio.

PROPOSITIO XXIX.

Elementa in mixtis quodāmodo manēt, et aliquo modo non ⌋ Quod est, quia, ut ait Philosophus, mixtio alteratorū nō corruptorū est unio. Verūtamē hoc uerbū uidetur obscurū: Vnde nōnullis est uisum, φ elemēta in mixto substantialiter manēt remissa, quantū ad suas qualitates, & quo ad eas ad cōtēperantiā quandā redacta, nō autem quantum ad substantias suas remissa: attamē sic, φ formæ eorū substantiales in mixto non habent esse liberum sed ligatum, nec euidens & ornatum, sed latens & quasi confusum. Hanc opinionem sequutus est Auicenna: Secunda opinio est quam tenuit Cōmētator, φ elementa manent in mixto remissa secūdum suas substantias, seu quo ad formas suas substantiales, & item quantum ad formas suas accidentales: sicq; cōcessit Auerrois, φ formæ elementorum substātiales (eo φ impfectæ sint) suscipiāt magis et minus. Tertia opinio est, φ formæ elementorū in mixtis non manent realiter, sed uirtualiter tantum, eo modo quo formæ substantiales perfectiores dicuntur in se uirtualiter continere formas substantiales inferiores: ut trigonū in tetragono cōtinet, et uegetatiuū in sēsitiuo. Hāc opinionē Thomas atq; Aegidi⁹ sūt sequuti, quā ęstimo ueriorē. Quarta opinio est, φ formæ elemētorū quārum ad suas essētias in mixto nō pmanēt, sed ūtualiter pmanere ferunt, propter cōuenientiā formæ mixti cū formis elemētorū: quemadmodū q̄litates extremę dicūtur manere in qualitatibus medijs, ut albedo & nigredo in rubedine seu rubore: Nō φ rubor ex albedine & nigredine realiter cōstet, cū sit forma simplex, sed cōueniētiā habet cū illis. Hæc est opinio Scoti: qui etiā tenet ad cōpositionē mixti nō oportere elemēta realiter cōuenire atq; misceri. De his opinionibus super secundū Sententiarū Distinctione xv diffusius est tractatum. Materia quippe ista reuera difficilis, & disputationibus imo & contentionibus patens est, sicut & tanta tantorum declarat dissensio. Quanta uero in eo quod ait, elementa in mixti generatione replere nō concurrere, est Aristotili ac cōmuni doctrinæ euidenter contraria.

Mixtio qd. De elementorū mixtiōe. Prima. Secūda opinio. Tertia. Quarta.

PROPOSITIO XXX.

IN eodem cōposito non nisi unā consistere formā substantialem, probabilis est opinio: quę tamen multis rationibus & experimentis uidetur cōtraria ⌋ Quod est, quoniam forma substantialis dat esse simpliciter, ideo sicut in eodem nō est nisi unū esse & una natura specifica, ita probabile est, non nisi unā formam esse substantialē in uno cōposito: quod et de mente uidetur fuisse Aristotelis asserentis, φ formę substātiales inferiores & imperfectę ac præuiæ manēt uirtualiter in forma substantiali pfectiori sequente, quemadmodū in figuris in tetragono trigonū, atq; in numeris, minor numerus in maiori. Id quoq; quod aduenit enti in actu, accidens perhibet. Et rursus, generatio ab alteratione distinguitur, φ generatio est de nō esse simpliciter, ad esse simpliciter: alteratio autē de nō esse secundum quid, ad esse secundū quid. Sed & compositio secunda, quæ est accidentis cū substantia, cōpositionē primā, quę est materię cū forma substantiali, prȩsupponere fertur: nempe, materia cū sit pura potentia, nec origo, nec causa, neq; subiectū potest esse accidētiū accidētaliūue formarū, nisi formata & actuata forma substantiali, à qua suscipit esse: sine q̄ nec substare potest, nec agere, neq; causare. Veruntamē huic positiōi obuiāt multa q̄ rite pēsantem atq; acute cōsiderātem, uidētur ad aliter sentiendū quasi cōpellere. Sequit nāq; ex illa opinione, φ in omni corruptione fiat resolutio usq; ad primā materiā: sicq; nec eadem quātitas numero, nec eadē q̄litas maneat in mortuo & corrupto, quæ fuit ī generato et uiuo: sicq; uerbi gratia, in homine decollato, aut subito mortuo, nō remanet idē numero color, aut calor, eademue cicatrix: nec eadem numero dimēsio aut figura, imò eodem momēto q̄ anima recedit à corpore, educit ibi alia forma substātialis, quā siue p se, seu unā cū suo corpore oportebit fateri esse causā, etiā in instāti omnium accidētiū quæ apparēt, & sūt in mortuo & corrupto, q̄d nō uidet posse defēdi: q̄niā forma illa cadaueris et corporeitatis ī sua materia nequaquā reqrit figurā illā et dimēsionē staturāue talē, quę et q̄le apparēt et sūt in corrupto, neq; causa istā tanec ualet eas producere, imo nec talē colorē, nec specie eūdem calorē neq; huius

Generatio. Alteratio.

modi cicatricem. Præterea in hominis generatione, præparationes & dispositiones, qualifi catiões, figuratiões & organizationes multę procedūt, qb⁹ corpus seu caro, aut embryo, ad rōnalis aię infusionē aptat. Quæstio Quærit ergo an in ipsa hoīs gñatiōe, seu aię rōnalis infusione corrūpant̃ esseq́ꝫ desināt omnes illæ præcedentes ac præuiæ figurationes, organizationes, seu figurę & lineamēta, cōplexio, calor & dispositiones consimiles, an eędem numero maneant. Si corrūpunt̃, ergo in animæ infusione nouæ ac alię præcedentibus in specie similes instantanee producunt̃, imo & ꝑcedētes fuissent inutiles, q̄niā anima iā infusa per eas nil opatur, cū tñ omnia illa ꝑparamenta, organizationes, qualificatiōes ꝑcesserūt, quatinus anima per eas tanq̄ per organa & dispositiones suas exerceat operationes. Deniq́ꝫ si anima in sua infusione posset oīa illa de nouo producere, etiā in instāti aut subito, nō oportuisset embryonem p tot dies disponi, organizari & figurari. Nec aliquo modo ueritatē sortit̃, ꝙ anima in sua infusione pōt omnes illas accidentales formas, quantitatū & qualitatū producere, ad q̄s tot motus atq́ꝫ influx⁹ cœlestiū corpoꝝ necessarij sunt & concurrunt, imo nec illa instanta nec possent produci nisi per creationē & supnaturali uirtute, queadmodū corp⁹ Christi in beatissimę uirginis utero fuit organizatū ac pręparatū. Obiectio alia Amplius, ut testat̃ Auerrois, signū sapientiæ est, ut quę quis profert, experientiæ nō repugnent: Prætacta uero positio experimentis cōtrariatur. Hinc probabilius reor, ꝙ in eodē nō sunt simul plures formæ substātiales, nec formā corporeitatis, prout substantialem nominat formam, dico in esse corpori animato simul cū anima, sed ipsam in anima uirtualiter cōprehēdi, sicut & cæteras formas inferiores. Nihilominus dimēsionū, figuratiōū, & cęteras formas accidētales, q̄ uidentur in corpore corrupto aut mortuo remanere, easdē nūero manere, saltē ad temp⁹ cōsentio, nūq̄ tamē materia nuda cōsistit, nec sine dimēsionib⁹, ut quidā aiūt, interminatis, qa eodē instāti, q̄ pręcedēs forma desinit esse, ac materiā informare, educit̃ aut inducit̃ alia: propter q̄d gñatio unius, corruptio appellat̃ alterius, sicq́ꝫ idē est instans, q̄d nūcupat̃ ultimū instans existētię formę prioris, & primū instans nō esse ipsius, ac primū instans existētiæ, atq́ꝫ præsentiæ formę sequentis, q̄ & supplet uicē & locū formę prioris, sicq́ꝫ per æquiualentiam permanet prior forma, quoniam tantū est ac si maneret. Idcirco nec accidens migrat ab uno subiecto in aliud, cum tam materia quàm dimensio remaneat eadem, formaq́ꝫ sequens est uice alterius. Hinc nec compositio secunda primam præcedit, imo dignitate prima præcedit, & tēpore simul sunt ambæ. Hec sobrie dixerim, quia materia ista difficilis est nō parꝝ, in qua solenniores doctores diuersi inueniunt̃, propter quod infra certitudinē esse censetur. Vnde & imbecillitas humani patet ingenij, cum & ipsa anima rationalis ignoret, an ipsa sit sola in corpore suo, an & alias formas substantiales habeat secum, quod & de animabus doctissimoꝝ dico uirorum. De his super secundum sententiaꝝ scripsi diffusius.

PROPOSITIO XXXI.

Totū integrale Totum uniuersale Totū potestatiuum Totum essentiale Totū diffinitiuum

TOtū & pars uarijs modis accipiuntur & diuiduntur. Quoddā nanq́ꝫ est totū integrale, ut q̄d ex partibus cōstat quātitatiuis, ut domus: quoddā uniuersale, ut genus: quoddā potestatiuū, ut hierarchia, regnū, & etiam anima, cuius totius natura est atq́ꝫ proprietas, ꝙ in parte sua eminētiori contineat̃ cōplete: in partib⁹ uero cęteris per aliquā potestatis participationē: quoddā quoq́ꝫ est totū essentiale, ut quod in substantiales sui diuidit̃ partes, ut homo in corpus & animā. Iteꝝ totū & perfectū interdū pro eodē sumuntur, totū quippe & perfectū ac omne in una acceptione coincidūt. Est insuper totū quoddam diffinitiuū, utpote diffinitio ipsa ex genere ac differentia, tanquam ex essentialibus partibus cōstans: propter quod totū istud diffinitiuū ad totū essentiale reducitur. Etenī sicut materia & forma sunt partes reales cōpositi, sic genus & differentia secundū rationis exercitiū partes sunt speciei. Cūq́ꝫ totū & pars sint aliquo modo opposita, utpote relatiue, & quot modis dicit̃ unū oppositoꝝ, tot modis & reliquū, iccirco multiplex est pars, Pars multiplex sicut est multiplex totū. Est nāq́ꝫ pars integralis, ut paries, domus, pes hominis: Pars substātialis, ut anima animalis: Pars potestatiua, ut ducatus, regni: Pars subiectiua, ut species gñis: Pars diffinitiua, ut genus & differentia.

PROPOSITIO XXXII.

Formæ elementares FOrmaꝝ substantialiū diuersi sunt gradus ac ordines. Quędā enī sunt formæ pure elementares, ut formæ quatuor elementoꝝ, qbus non inest altior gradus intrinsecę atq́ꝫ specificę dignitatis: sed una eorū est q̄dditatiue dignior alia: utpote quo elemētoꝝ est simplicius, subtilius atq́ꝫ formali⁹, eo dignius actiuiusq́ꝫ cōsistit: aliæ sunt

sunt formæ mixtionales, ut formę mixtorum: non quod formę substantiales mixtorum sint mixtę, cũ omnis forma sit quędam pura & simplex essentia, sed quod mixta diuersitatẽ mixtionũ specificam formæ substantiales mixtorum specie distinguantur. Porro mixtorum quædam sunt mineralia, ut quæ in terræ uisceribus ex mineris gignuntur, quorum diuersæ sunt species & formæ specie differentes: Alia sunt pure corporea, nil uitę participantia, quorum formæ nequaq̃ uitales sunt: alia aliquid uitæ participant ut uegetatiua: alia uitã sortiuntur, eminẽtioris speciei ac ordinis, ut sensitiua: puta animalia in quibus sunt innumerabiles species, non tamẽ simpliciter infinitæ: Deniq; horum sunt quædã aquatica, quædã terrestria, quędã aëreæ: in quibus oĩbus tam diuersę ac multę sunt species, ut à nobis nequeant numerari, nec distincte cognosci: Nonnulla uero etiã rationalẽ & intellectualẽ sortita sunt uitã: de quorum diuersitate, gradu ac specie, uariæ extiterunt philosophorum opiniones: Platonici quippe calodæmones, cacodæmones, & catodæmones posuerunt, de quibus Apuleius in libro de deo Socratis tractat. Insuper tam isti q̃ Peripatetici cuncta cœlestia corpora animata esse philosophati sunt: De his infra distinctius differetur. Mixta multiplica

PROPOSITIO XXXIII.

Mineralia nuncupantur quæ ex mineris gignuntur in terra. Mineræ quippe sunt materialia & propinqua taliũ rerum principia: Et inter mineralia cõputãtur metalla: quorum species sunt aurum, argẽtũ, electrũ, stannũ, plumbũ, æs, ferrũ, quæ omnia generãtur ex uaporibus humidis ex terra resolutis, uirtute solis, ac syderum in terra retentis. Hinc metalla liquibilia, atq; ductilia perhibentur: Lapides uero & similia quæ nõ malleantẽ neq; fundũtur, ex exhalatione producũtur sicca infra terrã retẽta. Diuersificantur quoq; species metallorum secundũ maiorẽ aut minorẽ depurationẽ & puritatẽ materiæ, seu uaporis resoluti ac penes uarietatẽ digerẽtis caloris: inter quæ metalla purius atq; pretiosius fertur aurum, deinde argentũ: iuxta maiorẽ minorem ue depurationẽ sortiuntur metalla cõmuniter diuersas origines: Vnde aurum inuenitur frequẽter inter fluuiorum arenas, ob copiam & caliditatẽ arenæ huiusmodi: argentũ uero in uenis terrę aut lapidum: Porro gẽmæ ex sicca exhalatione magis aut minus depurata nascũtur. Verum in mineralibus istis mirę quædã inueniuntur uirtutes ac magnificæ actiones, quas ex quinta essentia dicuntur sortiri, qm̃ prorsus transcendunt elementarẽ & corporalẽ inferiorum uim ac naturã: non quod aliquid cœlestiũ corporum realiter huc descendat, rebusq; istis cõmisceatur, sed quod mineralia ista motu, lumine & influentia cœlestiũ orbiũ ac stellarum producta, uires quasdã secretas & operationes præclaras inde participant: nec solũ ab illis, imo & ex ipsorum quoq; motoribus: Etenĩ quædã huiusmodi uim habent lætificandi, ut aurum: quædã sanguinẽ constringendi, ut sapphirus: quædã acuunt intellectũ: quæda efficiunt castũ: quædã baiulantẽ inuisibilẽ reddere asseruntur: & quod mirabilius reputatur, quædam huiusmodi dicuntur dæmones refrenare: quod qualiter uerum sit, & de prætactis scripsi cõpletius super secundũ sententiarum hinc inde, & alibi. Mineralia que

PROPOSITIO XXXIIII.

IN corporibus mixtis non est perfecta cõmixtio, nisi concurrant & confluant quatuor elemẽta. Aqua nãq; cũ sit decies subtilior terra, in decupla proportiõe penetrat partes terræ, & decies ipsa terra est rarior: non tamen undiq; penetrat terrã perfecte, qm̃ aliquam habet grossitiem: Aer uero cũ sit decuplo subtilior aqua, & per consequens centuplo subtilior terra, in centupla proportione adhuc intimius se profundat, penetrantiusq; pmiscet in mixto: Ignis aũt cũ sit decies rarior aëre, ac per hoc cẽties rarior aqua, atq; millesies subtilior terra, in proportione millesia profundius, undiq; penetrat in corpore mixto usq; ad intima, ac potissime efficit motũ. Deniq; animaliũ corpora in se habent naturam quatuor elementorum, primo, ut sint ad sentiendũ idonea: Secũdo, quatenus ad motum sint apta: Tertio ut ad operationẽ multiplicẽ existãt disposita: Quarto, quatenus in ratione mixtionis consistant perfecta: Tactus quippe primus est sensuũ & aliorum fundamentũ, in quo prædominari oportet terrã quantũ ad molẽ. Ad hoc quoq; quod mixtũ sit ad sentiendum idoneũ, necesse est in eo prędominari ignẽ, quantũ ad suam uirtutẽ puta calorẽ: Calor quippe & spiritus, instrumenta sunt sensitiuæ uirtutis: Inchoat enĩ motus in omnibus sensibus per ignis subtilitatẽ. Requiritur ergo terra ut corpus sit solidũ: exigitur aqua, quæ partium continuationẽ cohærentiamq; efficiat: aer quoq; ut rarefactionẽ inducat: & ignis qui alteret, mobilitatẽ quoq; & agilitatẽ pręcipue conferat. Tactus sensuũ primus

PROPOSITIO XXXV.

Reptile

Greßibilia
Volatilia
Natatilia

REptilia, greßibilia, uolatilia, & natatilia, ab inuicē distinguuntur. Reptile nanq; uocatur, quod uno simplici motu processiuo toto se corpore rapit, nec utitur distinctis ac specialibus mēbris ad motū puta ala, pede, aut pennula. Greßibilia appellantur quæ pedibus gradiuntur: Volatilia alis feruntur: Natatilia pennulis tāq; remis procedunt. Porro reptiliū quædam extant terrestria, quædam aquatica: Reptile enim uocatur qm̃ repit & repēdo se rapit in motū, q̄d pluribus modis peragitur: Quædam equidē rapiūt se uirtute costarum, ut serpentes: quædā ui annulorum quorundā, ut animalia annulosa: quædā ui oris, ut uermes quidā qui ore terræ affixo, totū corpus suū post se trahunt: quędā se pennulis mouent, ut pisces: Insup in uolatilibus consistit in uolando diuersitas: quædam etenim nūc se ad altiora attollūt, nūc se ad inferiora deponūt, atq; eosdē ascēsionis motus frequētius repetūt: Alia nūc dextrorsum, iā sinistrorsum diuertūt, ita q̄ parum procedūt in ante: Alia grandi festinantia tendūt in anteriora: moxq; eadē celeritate reuertuntur in posteriora: & diu hoc ipsum cōtinuāt. Quædā se flectūt in gyrum, & subito ac frequēter hmōi mot⁹ exercēt, iā paulo latius, mō cōtractius: Nōnulla tremulis, ac sæpe reuerberatis alis se in eodē suspēdūt loco diutius: Alia mox ut se cōcusserint ad uolādū, expedite uolāt: celeriter q̄dā cōcussione alarum ac corpus motiōe se præparāt ad uolandū: uolantq; tarditer. Consimiles uarietates natandi considerari queunt in piscibus.

PROPOSITIO XXXVI.

IN om̃i ente creato, cōpositio, distinctio, ac multiplicitas aliqua assignatur. Quia ut patuit, extrema uniuersitatis simplicissima sunt, & p se ac primo diuersa, utpote deus supgloriosus, qui est purus actus in seipso infinite, oīformiterq; perfectus & materia prima. In cæteris inter ista extrema contētis, inueniuntur actus & potētia, hoc est aliqd habēs se per modū actus, seu actiui & formalis, ac motiui principij: aliqd q̄q; se habēs p modū potētiæ, passiui mobilis, pfectibilisq; principij, cuius est perfici & moueri: Vnde p modū materiæ habet se. Deniq; quāto creatū plus de actu seu de actualitate sortitū est, tanto primo ac summo enti propinqus atq; similius perhibetur, & magis perfectū censetur altiorisq; speciei. Quo aūt de potētialitate plus habet, eo imperfectius est, magisq; indigens, & speciei decliuioris. Interea quicqd perficit aliud, respectu illius se habet ut act⁹: & q̄d perficitur, se habet instar potētiæ: Hinc actus & potētia in diuersis diuersimode assignantur: In rebus enim corporeis forma substantialis est actus, materia uero potētia: q̄ duo realiter distinguuntur. Rursus in illis actus est natura specifica, seu forma totius, potentia aūt suppositū: q̄ cū de seinuicē affirmentur, non realiter, sed ratione distincta sunt. Amplius his concordat ductū illud cōmune, q̄ in omni re creata est cōpositio quædā, ex q̄d est & q̄ est intelligendū: per q̄d est potētiale principiū, seu ipsum subsistēs, & per quo est actū seu formā: Rursus in creaturis fertur esse cōpositio q̄dā ex esse atq; essentia, ita q̄ ipsum esse est actus essentiæ: sicq; esse esset quo est, & existentia q̄d est. Verum de hoc paulo post diligentius differetur, & an realiter distinguantur, scrutabitur. Præterea in rebus creatis distinguitur esse, posse & agere: ac ea ad diuersa spectant prædicamenta, quorum essentiæ impermixte dicuntur diuersę realiter.

PROPOSITIO XXXVII.

SImplicitas duplex est, una actualitatis, alia potentialitatis. Simplicitas nanq; spectat ad unitatē, & eam concomitatur: Cūq; non sit sine necessitate ponenda pluralitas, quanto qd minus eget alterius, tanto plus conuenit ei esse unū & simplex. Propterea primū & summū ens est pure ac omnifarie unū & simplex, cuius simplicitas est simplicitas actualitatis & perfectionis, per totius potētialitatis ac indigentię exclusionē: & quanto creatū de tali simplicitate plus participauit, tanto pfectius est, & primę causæ propinquius: sicq; intelligentiæ simplices appellantur. At uero simplicitas potētialitatis est, per carētiā actualis atq; formalis pfectionis: Et quanto qd hoc mō simplicius est, tanto indigētius impfectiusq; cōsistit. Iccirco in gn̄abilibus & corruptibilibus rebus cōpositiora sūt: simpliciora uero imperfectiora: Vnde homo est cōpositissimus, quia plura includens, pluresq; uires & actiones habens, ac inferiorum formas uirtualiter continens. Porro materia & elementa sunt simplicissima inter ista inferiora. In substantijs aūt separatis simpliciora sunt perfectiora, puta plus de actualitate & minus de potentialitate sortita.

Simplicitas potentialitatis

PROPOSITIO XXXVIII.

QVæstio ista an esse & essentia in rebus creatis realiter distinguantur, uidetur difficilis & pro utraq; parte probabilis: attamē uerius reor q̄ naturaliter idē sint. Hæc etenim quæstio uetus est, & ab antiquo solēnes pro utraq; parte habuit defensores

fensores, sicut & modo: Nã & Auicenna & Algazel opinati sunt, ꝙ realiter distinguanť ab inuicē in eodē, loquēdo de esse actualis existētiæ: quā opinionē sequuti sunt Thomas, Aegidius, Bonauētura, Gulielm⁹ ac alij plures. Porro Cōmentator uideť sensisse cōtrariū: & hāc opinionē sunt assequuti Albertus, Hēricus, Vlricus cū suis. Potissima aūt ratio primæ opinionis est, ꝙ res seu essentia, & natura, ac qdditas rei perfecte pōt intelligi, nō intelligēdo qc ꝗ de ei⁹ esse, imo uere intelligēdo ipsam nō esse: q̄d stare nō posset, si essent idē i re: Intelligūt nanq; essentia rosæ quidditasq; tonitrui dū diffiniunť, quāuis existentialiter nō sint, etiā in medio hyemis. Itaq; Thomas i tractatu suo De esse & essētia, arguit ita: Quicqd nō est de intellectu quidditatis & essentiæ, hoc est adueniēs extra, & faciēs cōpositionē cū essentia: qm̄ essentia sine his q̄ sunt partes essentię, intelligi neqt, sed oīs essentia intelligi pōt absq; hoc, ꝙ intelligiť aliq̄d de esse suo. Possumus em̄ intelligere qd sit homo aut phœnix, & tn̄ ignorare an esse habet in rerum natura, ergo esse est aliud ab essentia. Verum ad hoc dici possit, ꝙ esse & essentia realiter idē sunt, ideoq; impossibile est intelligi essentiā nō intelligēdo ipsū esse materialiter siue realiter, puta quantū ad id q̄d est: Nihilominus intelligi pōt essentia nō intelligēdo esse ipsius formaliter, hoc est, nō intelligēdo ipsum esse secundū propriā rationē q̄ diciť esse, queadmodū intelligimus cursum quantū ad suā qdditatē, prout est nomē significās ꝑ modū quietis, & ignoramus an qd actualiter currat: attamē cursus & currere realiter idē sunt. Præterea species non est de intellectu gn̄is. Nihilominus genus & unaqq; species eius realiter idē sunt, cū genus de q̄libet sua specie prædiceť. Rursus quāuis species nō sit de sui gn̄is intellectu, nō tn̄ facit realē cōpositionē cū eo, nec essentialē distinctionē ab ipso, cū sint idē realiter q̄uis non cōuertibiliter. Istud euidētius elucescit. Nihilomin⁹ Bonauētura, Gulielm⁹ Parisiēsis, Aegidius, & alij qdā ꝑtactā opinionē sequunť dicētes: Cū ome creatū habeat esse ab alio, & in potētia sit ad illud, ac ipsum esse participet, nō est ipsum esse: alioq esset esse in se & p se subsistēs nō receptū, & actus purus ac penitus simplex. Porro Hēricus in pluribus Quodlibetis & Sūma, his fortiter cōtradicit: Oportet ingens circa hæc primo excludere falsā imaginationē de participatiōe min⁹ esse: iccirco sciēdū ꝙ creaturā participare esse à deo, intelligi pōt dupliciter: primo ipsā creatā essentiā cōcipiēdo, q̄si substratū aliqd, ipsū ꝙ esse q̄d participat q̄si receptū in illa tanq̄ formā seu actū essendi q̄ diciť esse, prout corpus diciť albū, recepta in se albedinis forma, q̄d sonare uidenť ꝟba Boethij asserentis: In creaturis aliud est ipsa essentia creaturæ, aliud esse ipsius, propter q̄d aliq opināť, ꝙ creaturæ se habēt ad deū participādo esse ab ipso, queadmodū aër ad solē, recipiēdo lucē ab illo, ita ꝙ sicut aër de se obscur⁹ est, nec claritatis luce perfundiť nisi à sole, sic creatura est expers ipsius esse nisi à deo participet illud. Secūdo intelligi pōt, ꝙ essentia creaturæ accipiať, ut qd abstractū per intellectū indifferēs ad esse & nō esse, q̄d de se nō ens, habēs tn̄ formalē in deo ideā ꝑ quā est in deo ens quoddā antequā fiat ens in propria natura ac specie: queadmodū q̄libet res est ens in deo, iuxta illud: Quod factū est in ipso uita erat. Et tunc sit ens in actu, cū deus eā producit ad similitudinē ideæ quā habet de re illa in se: & ꝙ ex hoc diciť participare esse, q̄d est illius ideę similitudo, qa essentia creaturę inquātū est effect⁹ dei, est quedā similitudo ipsius. Nō aūt similitudo dei impressa rei, qua creatura participat esse, est aliqd præter essentiā creaturę realiter distinctū ab ea: iccirco erroneus est prim⁹ ille intellect⁹ participādi ipsū esse à deo, nec est intellect⁹, sed imaginatio magis phātastica. Nō em̄ imaginari debet essētia creaturę, sicut aër indifferēs ad obscuritatē & luminositatē, sed uelut radius qdā in se natus subsistere, productus à sole. Itaq; creatura participat esse dei, per hoc ꝙ in sua natura est q̄dā diuini esse similitudo: sicut imago sigilli, si in se subsisteret extra cerā, esset in sua essentia similitudo sigilli, nō ꝑ aliqd supadditū ei. Hinc in creaturis esse, nō ē aliud ab essentia. Nec in hoc est potius dubitādū de esse & entitate rei, q̄ de bonitate, ueritate & unitate ipsius, q̄ sunt realiter idē cū essentia rei, qm̄ ab eodē res hēt esse, & ꝙ sit bona ac uera, & una, uidelicet iquātū in sua essentia est qdā similitudo bonitatis, & ueritatis ac unitatis diuinæ. Vn̄ secūdū Philosophū quarto Metaphysicę, in nullo differūt homo & unus homo, & homo ens: ideo multū errauit Auicēna dicēdo, ꝙ ens & unū significāt dispositiōes essentiæ additas. Deniq; si esse est aliud ab essentia, aut est res increata aut creata: nō increata, cū de⁹ nō sit eē rerum creatarum, nisi causaliter, ergo est res creata: res aūt creata nō hēt esse à se, ergo hoc esse hēt esse participatū & acqsitū. Si ergo esse participatū & acqsitū est aliud ab eo cui⁹ est, q̄ro de illo esse an sit aliud ab eo cui acquiritur: sicq; procedetur in infinitū: aut denominetur ad aliquod esse q̄d non sit aliud ab eo cuius est: & qua ratione statur in una essentia & in eius esse, ita ꝙ unū & idem sunt, eadem ratione in alijs. Præterea esse illud aut est substantia, aut accidens: si sub

Argutia

Solutio

Hērici opinio

Creatura dupliciter participat esse à deo. Primo Boethius

Secundo

Auicēnę error

stantia,ergo aut forma,aut materia, aut quid ex utraq; cõpositũ: sicq; esset essentia aut pars eius: si accidens,ergo substantia habet esse,& accidens suũ,& non per se nec primo, imò accidens illud per quod habet esse, magis est ens per se,& primo q̃ substantia, quod est contra omnẽ philosophiã ac rationẽ:& si est accidẽs, dic in quo prædicamẽto? Præterea iuxta Aristotelis documenta, omnis entitas positiua realis, est in aliquo decem prędicamentorum, estq; uel substantia, aut accidens, nec est medium: & si dixeris q̃ esse habet se medio modo inter accidẽs atq; substãtiã, uidetur hoc esse figmentũ à nullo authenticorum prolatũ: Aut enĩ est per se subsistens, aut essentialis pars subsistẽtis,& ita erit substantia: aut est inhęrens alteriq; innitens, non ualẽs stare in se, neq; per se,& sic accidẽs esset. Rursus nihil agit nisi ut in actu, nec potest aliquid operari nisi realiter actualiterq; consistẽs: propter quod actus secundus dicit̃ pręsupponere actũ primũ, uidelicet esse: si ergo essentia realiter differt à suo esse, ipsa nõ poterit exercere, effluere, producere, causare, aut cõferre ipsum esse. Insup esse ẽ primũ inter creata & formalissimũ, cõmunissimũ, actualissimũq; eorum, ut in libro de causis asserit: uñ ipso sublato nil remanet aliorum: ergo nec forma substãtialis, imò nec forma sepata, ut intelligẽtia, remanet qd in actu, ipso esse sublato, sed forma ex propria atq; intrinseca ratione est actus: ergo hoc ei neqt auferri p ablationẽ extrinseci, saltẽ formę realiter à se distinctę. Postremo realiter distĩcta põt oĩpotẽs separe, separatimq; cõseruarẽ, potissime dũ nullũ eorum est accidẽs, nec pura potẽtia: põt ergo creator essentiã saltẽ ĩtelligẽtię cõseruare in rerum natura, sine actuali esse seu existẽtia eius: ergo hoc facto essentia intelligentiæ actualiter erit, puta permanens in rerum natura: & actualiter non erit, quia ab actuali existentia realiter separata: sicq; contradictoria simul stabũt. Rursus essentia ex propria ratione est recessus à non esse & aliquid positiuũ extra intellectũ, ac terminus productionis realis, ut hęc seu in supposito, imò per se sine reali adiuncto in separatis: ergo sine omni superaddito conuenit ei esse. Interim aduertendũ, quia ut in fine quinti Metaphysicæ suæ loquitur Auicẽna, duplex est esse creaturæ, uidelicet esse essentiæ, q̃d est esse quidditatiuũ, quod exprimit diffinitio rei,& cõuenit ei ex propria ratione, quod omnes concorditer fatentur realiter idẽ esse ipsi essentiæ: aliud est esse actualis existẽtiæ, cõpetens enti, ut est effectus creatoris & terminus productionis realis, de quo esse est præsens controuersia: Hinc (ut testatur doctor solẽnis) unũ & idem in re, uocatur & est essentia comparatũ ad deũ, consideratũ sub ratione causę exẽplaris formalis formantis, qui iuxta idealẽ suæ mẽtis conceptum præstituit, instituit,& præfixit unicuiq; rei essentiam & naturã specificam: & hoc idẽ uocatur & est ipsum esse seu actualis existentia, prout cõparatur & refert̃ ad deum acceptũ sub ratione causę efficiẽtis, cuius est rem ad extra producere. Est ergo Alberti & Henrici positio, q̃ esse atq; essentia nõ differunt in re, sed ratione, intẽtione, habitudine, seu relatione: ita q̃ esse quod est actus essentiæ, relatũ ad essentiã à qua fluit, uocat̃ esse essentiæ: inquantũ uero participatur ab eo quod est, quod accipit esse secundũ q̃ tangitur causalitate quadã causæ efficiẽtis, uocatur esse actualis existentiæ. Hinc Henricus decimo fassus est Quodlibeto: Essentia creata, inquantũ per seipsam absq; omni absoluto ei superadiuncto, est similitudo quædã diuinæ essentiæ acceptæ in ratione causæ formalis exemplaris, habet q̃ esse essentiæ cõuenit ei: inquantũ uero sic sumpta, est effectus diuinæ potentiæ sumptæ sub ratione causæ efficientis, habet q̃ conuenit ei esse existentiæ.

Esse creaturæ duplex.

PROPOSITIO XXXIX.

Quædam sunt difficulter cognoscibilia, propter suæ eminẽtiam entitatis, quædã ob suæ entitatis deficientiam. Quod est, quoniam sicut se habet res ad esse, ita ad cognosci,& quantũ unũquodq; habet de entitate, actualitate & formalitate, tm̃ & de cognoscibilitate. Hinc excellẽtiores essentiæ ut intelligẽtiæ, dicunt̃ manifestissima naturæ, hoc est euidẽtissimæ cognoscibilitatis ex sua natura. Sed qm̃ inter potentiam cognoscentẽ,& eius obiectũ oportet esse proportionẽ, mensq; humana in ordine intellectualium animorũ sit ultima, hinc ad illorũ sublimiũ & separatorum notitiã est defectuosa ac debilis, queadmodũ noctuæ uisus ad intuitũ solis. Aliqua demum sunt modicissimæ entitatis, ut materia prima & entia successiuę naturę, et eis annexa, ut motus et tẽpus, momẽtũ in motu, instãs seu nunc in tẽpore, punctũ in linea: iccirco de horum entitate et proprietatibus multæ fuerunt opiniones: propter quod Philosophus sensit, tempus partim habere suũ esse in rerum natura, et partim in anima. Sanctus uero Augustinus in libro Confessionũ opinatus est, tẽpus nil esse nisi protentionẽ intellectus seu animæ circa rem tẽporalẽ: alij putauerunt tẽpus esse ipsam tẽporaliũ rerum durationẽ, Porro Aristoteles diffiniuit

Augustinus Tẽpus quid

uit, ꝙ tēpus sit numerus seu mensura motus, secundū prius & posterius.i. quantū ad priorē posterioremq́ motus partē. Nonnulli imaginantur tēpus realiter esse motū, non cuiuscūq; rei, sed mobilis primi. Constat aūt ex his ꝙ quædā sunt res permanētis naturæ, quædā successiuę. Verū de tēporis entitate & proprietatibus distinctioneq́ eius ab æternitate & æuo, dictum est plenius super primum et secundū Sententiarum.

PROPOSITIO XL.

DE ANIMA.

COgnitio animæ rationalis uehementer excellenterq́ confert ad contēplationē creatoris, atq; totius notitiam uniuersi.⌋ Quod est, quia in anima rationali relucet conditoris imago, & tam superiora q̄ inferiora creata resplendēt, & uirtualiter seu similitudinarie continētur ac repręsentantur in ipsa: Anima quippe per cognitionē & dilectionē capax est dei, & suo assimilatur creatori per sapiētiam & charitatē ac uirtutū constantiā, & per cæteros habitus & actus intellectuales, ita ꝙ sicut superbeatissimi creatoris uita in seipso, & suiipsius & omniū contēplatio amorosa, atq; dilectio contēplatiua, sic uita animæ rite dispositæ est contēplatio ac dilectio creatoris ac creaturarū in ipso. Per actus quoq; iustitiæ, per directionē prudentiæ, per fortem & inauertibilē adhæsionē cū bono honesto, per puram occupationē in omni actu uirtutis, ac detestationē & fugam totius fœditatis, inordinationis & carnalitatis conformat, accepta et chara efficitur uniuersorū principio simplicissimo essentialiter sancto ac iusto & supersapientissimo deo. Deniq; anima cū formis substantialibus inanimatorū cōmunicationē & assimilationē habet in esse: cū formis uegetabiliū in esse & uegetabiliter uiuere: cū formis animalium in esse, uiuere, sentire, mouere ac informare: cū angelis & separatis substantijs, in intelligere intellectualiterq́ diligere, ac cæteris actibus scientiæ, sapientiæ ac uirtutū, imo` & in subsistentia per se ac immortalitate, cū superincōparabili etiam deo in actibus iam prætactis: & item, ꝙ sicut deus omnipotens & immensus se habet ad uniuersum illud regendo, uiuificando, conseruando, ac demū in ipso toto & in qualibet eius parte existendo, sic anima rationalis ad suum se habet corpus, existens tota in toto, tota in qualibet eius parte: nec sic corpus suum informat, quin & manendo in corpore sit aliquo modo sup corpus eleuata & libera, ac insuper ꝑ se subsistens, prout hoc infra patebit. Amplius, sicut creator altissimus cuncta constituit in esse naturali, sic anima ponit materialia cūcta in esse intelligibili: Quēadmodum etiam uniuersa in deo causaliter idealiterq́ relucent et continētur, ita in anima uirtualiter et similitudinarie omnia repręsentantur. Præterea omne ens, substantia accidens'ue consistit: omnis quoq; substantia aut corporalis est, aut incorporalis: conformiter omne accidens est uel materiale aut immateriale: et ecce hæc omnia in homine, qui potissime est suus intellectus seu anima inueniuntur. Recte ergo ac merito ipse homo minor mundus uocatur, et omnis creatura ipsaq́ anima est quodāmodo oīa. Itaq; qui animā rationalē hominem ue cognoscit, omnia aliquo modo intelligit: imo` per hoc ꝙ in anima intellectuali actū et potētiam consistere speculamur, scimus et assignamus, modū qualiter in intelligētijs ualeat esse, et sit gradus, ordo, pluralitas specierū, prout hæc infra elucidabūtur.

Animæ quo pacto uarijs formis essentialibus assimulet

PROPOSITIO XLI.

IN anima rationali sunt quinq; sensus exteriores, ac totidē (ut probabiliter fertur) interiores.⌋ Et quidē in numero sensuum exteriorum omnes concordant: attamen tactū multi affirmant unū materialiter, puta ex parte subiecti, quia per totū corpus extenditur, qui nihilominus formaliter diuersificatur, et in plures diuiditur species, secundum quod plurium contrarietatum est perceptiuus. Veruntamen omnia illa tactus obiecta in una communi conueniunt ratione tangibilis: propter quod magis apparet nonnullis, ꝙ tactus quoque sicut et uisus formaliter unus sit. Porro` de numero interiorum sensuum est duplex opinio: una, ꝙ quinq; sint, utpote sensus communis, cuius est exteriorum sensuum recipere species, et inter eas distinguere: et alius sensus, cuius est huiusmodi similitudines reseruare, quem aliqui imaginationem, alij phantasiam appellant: Tertius demum sensus interior ponitur, ad quem pertinet ex speciebus sensatis sensu exteriori elicere species forinsecus non sensatas, quemadmodum ouis uiso lupo, mox inimicitiam nocumentum'ue appręhēdit, et fugit: hæc uis in brutis æstimatiua, in hominibus cogitatiua nuncupat͛. Quarto uero sensus interior, memoria dicit͛: cui⁹ est huiusmodi species retinere. Porro` inter hos duos sensus ponunt nonnulli aliū intermediū sensum, qui formas imaginatas uarijs modis diuidit

De interiorū sensuū numero, opinio duplex
Prima
Imaginatio
Phantasia

Memoria

diuidit & componit formas ex eis similitudinē rei nunq̃ sensatæ, ut dū ex specie auri quod uidimus, & similitudine montis quē intuiti sumus, imaginamur aureum montē, quæ operatio homini inest, non brutis. Hanc opinionē sequutus est Auicēna & Algazel ac Albertus, qui inter imaginationem & phantasiam distinguūt: Auerrois uero ad hanc operationē ait sufficere uim imaginatiuā, quod & Thomæ probabilius uisum est. Assignantur itē quinq; sensibilia cōmunia, sic uocata, quoniam unūquodq; eorum pluribus exterioribus percipitur sensibus: nec sunt sensibilia per accidens, quia per se operātur ad modum sentiendi diuersa, quæ sunt magnitudo, motus, figura, numerus, & quies: hęc cū alibi habeantur undiq; diffuse, breuiter sufficiat tetigisse. Postremo qm̄ uis cogitatiua seu æstimatiua apprehendit aliquid tanq̃ conueniēs, seu nociuū: et rursus tanq̃ arduum seu difficile ad obtinendū, aut euitandum, hinc in hac potentia fundatur, atq; in eius organo subiectatur uis sensibilis appetitiua, quæ in concupiscibilem irascibilemq; diuiditur.

PROPOSITIO XLII.

Dvplex intellectus consistit in anima, puta agens & possibilis. Quod est, quia supremus actus animæ rationalis est immaterialia, uniuersalia ac diuina cognoscere: cūq; cognitio eius intellectiua interior ac uniuersalis ab exteriori sensitiua ac particulari inchoetur, depēdeat ac procedat, indiget quadā ui inorganica, immateriali ac libera, qua à sensibilibus speciebus ac phantasmatibus eliciat ac abstrahat species intelligibiles, generales, à materia saltem signata, & appendicib⁹ ac conditionibus eius depuratas ac liberas, quæ sint uniuersalium quidditatum repræsentatiuæ: sicq; anima intellectiua ex speculatione atq; notitia causatorum, & particularium tēporalium, & contingentium rerum ad primarum & uniuersalium causarum, ad necessariorum & inuariabilium diuinorumq; entium, imo & ad primi super altissimi omniū fontalis principiū agnitionem eleuetur, proficiat ac ptingat. Porro ista uis animæ intellectus agēs uocat: Cū em̄ intellectus humanus primo sit impfect⁹, nudus, capax receptiuusq; specierum, oportet in aīa intellectiua esse q̃dd actiuū principiū, p q̃d fiat actu intelligēs: natura nāq; nō deficit in necessarijs, imò unicuiq; rei largitur uirtutē exequēdi propriū actū. Vnde dixit Philosoph⁹ tertio de anima, q; in om̄i natura in q̃ est aliquid omnia fieri, etiā aliq̃d est omnia facere. Hinc rursus intellectū agentē comparat lumini, eo q; habeat se ad phātasmata sicut lumē solis ad colores: qm̄ sicut color luce solis pfusus mouet & actuat uisum, ita phātasma lumie intellectus agētis q̃si clarificatum, formatum, imbutū, irradiatum, diffusiuum est similitudinis depuratæ ad intellectum possibilem, cooperāte, ut tactū est, intellectu agente. Veruntamen materia ista multū extat difficlis: uerba quoq; Aristotelis sunt obscura, propter quod præcipui Peripatetici ea uarijs modis exposuerūt, & circa hoc diuersimode opinati sunt, et grauiter errauerūt. Et posset hic quęri utrum intellectus agens intelligit: Ad q̃d octauo Quodlibeto respondit Hēricus q; nō, cui obuiare uidetur, q; tertio de anima Aristoteles protestatur, q; intellectus agēs semper intelligit, & non nunc quidem intelligit, nunc uero non, quocirca expositores catholici asserūt, q; quantū in ipso est, semper intelligit. Pręterea actio quę phātasmate abstrahit speciem, est actio uitalis & intellectualis: ergo cognoscit quid agat, præsertim cū teste Philosopho, sit possibili intellectu præstantior, & actu ens ac separatus: Propter quod uidetur sup seipsū & super actū propriū reditiu⁹: si aūt ipse intelligit, nō erit necesse intellectū possibilē ponere. Quo circa dicendū uidetur, q; anima per sensū exteriorē & interiorē, per imaginationē & uim cogitatiuā gradatim ad purā & intellectualē proficiscens notitiā, p intellectū agentē tanq̃ per lumē spirituale sibi cognatū irradiat super phantasma, et abstrahit ab eodē intelligibilem speciē, ita q; ipsius intellectus agentis non est proprie intelligere elicitiue, sed potius depositiue, inquantū sic præparatorie cooperatur ad actū intelligendi formaliter. Dicitur etiā separatus, quoniā nō est organica materialisue uirtus: et itidē, quia est actu ens, cum sit essentia quædam corpori non immersa.

Intellectus cur separatus dicit.

PROPOSITIO XLIII.

Anima humana uere est rationalis & intellectiua formaliter. Quod est, quoniam omnis res creata speciē suscipit à pfectiōe sua essentiali, itrinseca, propria et suprema quā habet in sua natura: quę perfectio est species, id est pulchritudo eius interior, & essentialis ornatus superior. Homo autem rationalis est creatura, & rationale est differentia eius: atq; ex naturali ipsius uirtute cōuenit ei uis discursiua & intellectualis cognitio, imo & simplex appræhensio ueritatis in multis: contemplatio quoq; diuinorum & æternorū ac prorsus immaterialiū rerum: certumq; est, q; ad horum intuitū & amorem

per

per nullā organicā pertingere ualet potētiam, per nullā uim cognitiuā sensitiuam, per nullā corporalē aut materialē uirtutē: hæ etenī uires ultra gradū propriū nequeunt erigi, neq; ad insēsibilia eleuari: Ratio ergo inorganica et immaterialis est uis: similiter intellectiua potentia, uniuersaliū intuitiua: suntq; eadē uirtus innata, quę ut discursiua ex notis ad incognita, ratio appellatur: inquantū uero uerorū simplici mētis ictu interno apprehēsiua, intellectus uocatur. Deniq; istud unusquisq; ueraciter sapiēs in seipso assidue experitur, ꝙ utiq; ex sua natura exercere potest huiusmodi actus, & ita se eleuare ad separata & immaterialia illa obiecta, imò usq; ad contēplationem supersimplicissimi dei. Insuper unicuiq; creaturæ innata, & à primo suo effectiuo principio est collata uis exercendi propriam operationem, per quam pertingere potest ad naturalem & proprium suum finē, suæq; institutionis & productionis perfectionē finalē, ac eius obiectum: alioqui natura in necessarijs esset deficiens. Homo igitur in sua natura specifica substantialiq; forma, rationalis & intellectualis est potentię, & tam intellectū agentē, cuius est species intelligibiles denudare, abstrahere, illustrare: q̄ intellectū possibilē, cuius est eas recipere, conseruare, ac per eas cognoscere, habet in se, ut uere ingenitas uires in essentia suæ animę radicatas atq; ex eo fluentes, quēadmodum ignis in sua natura calorē habet ac leuitatem. Hinc elucescit, ꝙ intellectiuū principiū .i. anima rationalis intellectualis, est uere sudstātialis forma hominis humaniq; corporis, cui & immediate coniungitur, cū illud ad eius susceptionē sufficienter fuerit præparatum.

Ratio
Intellectus & ratio, uirtus eadem

Anima rationalis, est forma substantialis hominis

PROPOSITIO XLIIII.

RAtionalis anima, nō sic est corporis forma, quin etiā illud informādo est eleuata & in se congruenter subsistens. Quod est, q̄m naturalis potentia non est eminentior, liberior, independētior, q̄ essentia à qua fluit, atq; substātia cui innititur, & in qua subiectatur: Cū igitur iuxta probata intellectus sit uis inorganica simplex, nulli immixta, ad altissimorū intuitum eleuata, nequaq; ipsa substantia animæ corpori est immersa, neq; ab ipso totaliter comprehensa, sed esse eius in ipsa perseuerat quo ad suū supremum: nec sic illud communicat corpori, quin & in eodem ipsa per se uere subsistat. Quod quoniam anima rationalis uniuersas formas inferiores in se uirtualiter comprehendit, sicut numerus maior minores: iccirco substantiale esse animæ rationalis tam fœcundū, excellens & plenum est, ut & corpori communicetur, & illud essentiet & sustentet, uiuificet, moueat ac informet, secundum ꝙ inferiores formas uirtualiter in se complectitur, continet & includit. Nihilominus inquantum intellectualiter uitale, & cum separatis substantijs intellectualitatis habens consortium, in se liberū permanet, subsistens ac separatum: Nēpe id exigit uenustissimus ordo mundi, atq; pulcherrima rerū connexio, ut inter formas totaliter separatas in se libere subsistentes, ut sunt intelligentiæ, & inter formas immersas, materiæ inseparabiles, ab eadem sint formæ modo medio se habentes, ut tactum est, utpote animæ rationales. Veruntamen anima talis existens in corpore non proprie est persona, cum sit substantialis pars hominis, nec habens esse omnino in se & per se subsistens, quamuis subsistat per se aliquo modo, sicut expressum est. Propterea quod sanctus Gregorius Nyssenus frater beati Basilij in libro suo de Homine, protestatur animam etiam in corpore consistentem esse personam, quod Albertus quoq; allegat & approbat, moderandum censetur, non extendendum: ut dicatur persona, large sumpto hoc nomine, quia est rationalis essentia, per se aliquo modo subsistens. Postremo nec proprie uerum est, ꝙ homo sit anima rationalis, utens corpore: quanq̄ Plato id dixerit. Hugo quoq; de sancto Victore & alij quidam, asserentes materiam non esse aliquid essentiæ rei naturalis: homo nanq; est animal, anima autem non est animal, cum animal sit corpus animatum sensitiuum.

Anima persona quō sit

Gregorius Nyssenus.

Contra Platonem

PROPOSITIO XLV.

NOn est necesse hominem in omni actu intellectiuo phantasmata aliquod speculari. Quod est, q̄m agere sequitur ipsum esse à quo procedit: modus quoq; agēdi parificatur modo essendi: ideo sicut esse animæ rationalis, quantum ad gradum suum supremum, est liberum & super corporis existentiam eleuatum, subsistens & stans in se: sic actio animæ rationalis quo ad gradum suum diuiniorem, uidelicet cognitio intellectiua, contemplatio pura & intuitiua non reflexa, est absq; corporis communione & independēs, ab illa consistens & manens in simplici mente. Porro si instes, quoniam Aristotele teste oportet intelligentem phantasmata speculari, imò diuino & sacratissimo Dionysio protestāte: Impossibile est nobis resplendere diuinū radium, nisi circunuelatum

Ratio prima

Obiectio

Responsio — uelatū uarijs tegumētis sensibilium formarū: Dicendū, q̄ aliter iudicandū est de re, quo ad
suum exordiū, & aliter quo ad suū processum. Cūq; intellectiua nostra cognitio à sensitiua
incipiat, rite cōceditur, q̄ intelligentē in suæ intellectionis primæuo exordio, & in oblitorū
recordatione ac noua instructione, necesse sit speculari phantasmata: Cū aūt scientiam est
adeptus, & intelligibili specie informatus, potest uti scientia, & actualiter contēplari, intel-
ligere, considerare, nequaq̄ ad phantasma se conuertendo, imò hoc puritatē intelligentiæ
Alia ratio — impediret, contēplationisq; claritatē ac aciem offuscaret. Deniq; species illa intelligibilis à
materialibus appendicibus iam depurata, in intellectus lumine conquiescens, sufficienter
repræsentat suū obiectū seu naturam cuius est species, imò lympidius q̄ si ad phantasma
retorqueatur: ergo per ipsam natura intelligibilis clare & sufficienter conspicitur, queád-
Alia ratio — modū in ea satis pure relucet. Amplius sensibilia exteriora ab interioribus sensibus cogno
scuntur per species in interioribus sensibus reseruatas, etiā in exteriorū obiectorū absentia:
nec opus est species illas intus contentas ad exteriora reflectere. Cum ergo species intelli-
gibilis in intellectu persistens, clarior uigorosiorq; consistat ad repræsentandū suum obie
ctū seu intelligibile, q̄ species illa interioris sensitiuæ potētiæ ad repræsentandū obiectum
sensibile, constat non oportere in omni actu intellectiuo ad phantasma respicere: Cuius
Exemplum — aptū assignatur exēplum: Quoniam uolēs transnauigare, indiget naue: & uolens ascende-
re, eget scala: cum uero ad concupitū peruenerint locū, non indigent instrumētis & admini
Contradictio in uerbis quorundam — culis illis, ad manendum & agendum ibidē. Præterea iuxta Aristotelis documēta libro de
Anima & alibi: Si anima hominis nec habet neq; habere potest aliquam operationē intelle
ctualē à corporis cōmunione liberam & immunē, sentiendum est ipsam esse à corpore inse
parabilē ac mortalem: si uero habet huiuscemodi actionē, immortalis cēsenda est. Sed mul
ti, imò precipui horū qui dicunt animam sine speculatione phantasmatū intelligere non ua
lere, fatētur animā naturaliter immortalē: atq; hoc ipsum sensisse Philosophū: naturali etiā
ratione hoc idonee posse probari: ergo sibiipsis contrarij sunt, asserendo animā non posse
intelligere sine phantasmatū speculatione, & tamen eam immortalē existere, ac naturaliter
separabilē esse à corpore. Et item, si Aristoteles sensit q̄ anima rationalis sit immortalis, er-
go sensit q̄ iuxta sensum inductū sine phantasmatū aspectione intelligere queat. Quòd si
responderint sicuti solent, q̄ anima separata habet alium modū essendi, & per consequens
alium modū intelligēdi: iam in ista solutione est fallacia petitionis principij. Hoc quippe re
stat probandum, q̄ anima possit separari à corpore: nec potest probari, nisi probetur q̄ exi-
stens in corpore habeat actionē, in qua nō cōmunicet neq; concurrat corpus seu uirtus or-
ganica, aut sensus interior ac phantasma. Interim prēinducta magni & diuinissimi auctori
Ad diuinorū cognitionem ascensus duplex — tas Dionysii ipsas non adiuuat: certū est equidē, q̄ princeps ille Theologorū docuerit nos
ad diuinorū cognitionē duplici modo ascēdere, puta symbolicè & anagogicè. Symbolicus
ascensus est ex sensibilium & materialium rerū cōsideratione, ad immaterialiū ac diuinorū
Symbolicus — & superpurissimi primi entis speculationē assurgere. Anagogicus demū ascensus est, ex ir-
Anagogicus — radiatione theorici luminis intellectualisq; radij, & immaterialium essentiarū notitia, ad pri
mæ ueritatis ac diuinorū contēplationē erigi & perduci. De prima ergo assurrectione, non
de secunda hac superductione, suscipienda est illa auctoritas. Hinc primo capite mysticę
theologiæ edocet sanctus ille, ut in anagogica illa cōtēplatione ac mystica uisione relinqua
mus & transcendamus nosipsos, & sensibilia uniuersa ac cuncta creata, sicq; ad supersubstā
tialē diuinæ & increatæ caliginis radium eleuemur. Quibus consonat, quod præcipuus il
Platonis laus — le gigas, Platonē loquor, qui (ut octauo de Ciuitate dei disseruit Augustinus) cæteris gen-
tiū Philosophis longe lateq; prælatus est, docuit: Nēpe (ut nono de Ciuitate dei recitat san
ctus & subtilissimus Augustinus) summus deus secundū Apuleiū Platonicū, sic à Platone
laudat, q̄ ipse solus, qui nequit humani sermonis penuria uel modice cōpræhendi aut ex-
primi, uix à sapiētibus uiris, cū se uigore animi quantū possibile est à corpore abstraxerint,
contēplatur, ipsumq; interdū uelut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine, instar su
percandidissimi luminis intermicare: q̄d plane non nisi in pura & maxima à cunctis corpo
reis abstractiōe peragitur. Hoc & Aristoteles tetigisse uidet, dicēdo: q̄ uita nostra aliquan
do ad momentū talis est, qualis æternaliter est uita primi principij. Verūtamē sanctus Tho
mas in libris suis sæpissime fatet, hominē in hac uita intelligere non posse nisi speculando
phantasmata, imò in scripto secundi fatetur, mentē humanā ab angelo non posse immedi-
ate illuminationē ac reuelationē suscipere, sed per applicationē luminis mentis angelicæ ad
phantasmata sensus interioris: quia nec species in intellectu angelico existētes proportio-
natæ

natę sunt intellectui hominis:quod,ni fallor,stare nō ualet, qm̄ inter recipientē & receptū, & inter applicantē & eū cui se applicat,oportet esse proportionē,cōuenientiā & conformationē. Cumq; intellectiua uis animæ sit inorganica & immaterialis, super tempus atq; continuum eleuata, ac primæ & increatæ lucis signaculū & imago,incomparabiliter proportionatior cōformiorq; cōsistit menti angelicæ & lumini speciebusq; eius:capacior quoq; applicationis & irradiatiationis illius q̄ phantasma,quod est corporalis materialis'ue similitudo rei sensibilis,in interiori sensu consistens: potestq; angelus uniuersalitatē ac simplicitatē suarū intelligibiliū specierū per se immediate proportionare capacitati intellectus humani magis q̄ grosso illi phantastici. Præterea species & ideæ mentis diuinæ incōparabiliter simpliciores sunt in essendo & uniuersaliores in repræsentando, q̄ species intellectus angelici:nihilominus angeli sancti à deo immediate possunt illuminari, suntq; capaces irradiationis diuinæ immediate : ergo multo plus illuminabilis est mens humana immediate ab angelo. Adhuc aūt in prima parte Sūmæ 76. quęstione fassus est sanctus doctor:Anima humana in uniuersitate formarū in nobilitate suprema est:hinc sua uirtute in tantū excedit corporalē materiam, ꝙ habet potentiam quandam ac operationem,in quibus nullo modo cōmunicat corpus, uidelicet uim & actionē intellectualem : hoc ipsum affirmat & probat in Sūma contra gentiles libro secundo:& si ista ita se habēt,consequens est,ꝙ actualis intellectio est sine conuersione & speculatione phantasmatis,ita ꝙ ad eam non requiritur cooperatio & concursus sensitiuæ potentiæ interioris,nec represētatio & speculatio phantasmatis inibi existētis:alioqui corpus cū sua potentia in illa operatione cōmunicaret. Postremo hoc sensisse uidet' Boëthius circa finē de cōsolatiōe philosophię:Hominē,inquens,aliter sensus aliter imaginatio, aliter ratio,aliter intelligētia cōtuet':Sēsus em̄ figurā in subiecta materia,constitutā:Imaginatio uero solā sine materia,indicat figurā:Ratio uero hanc quoq; trāscendit,speciemq; quæ singularibus inest,uniuersali consideratione perpendit: Intelligentiæ aūt celsior oculus,simplicē formā pura mētis acie cōtuet'. Ratio q̄q; cū uniuersale qd respicit,nec imaginatione nec sensibus utēs est. Hāc positionē Platonici sunt sequuti,itēq; Peripatetici,q dixerūt hoīem in hoc statu separatas cognoscere posse substātias,quo ad qd, ut Auicēna, Algazel, Auerrois, Alexāder, Eu̇ēpote, Alphorabius, Abubather, Theophrastus, Themistius.

Phantasma qd

Boëthius. Hominē aliter cōtuet' sensus, imaginatio, ratio, intelligentia.

PROPOSITIO XLVI.

ABsurdissimus fuit error Auerrois, in cūctis hominibus eundē numero intellectū ponentis.⌋ Ideo nanq; ostensum est animā rationalē ex sua natura esse rationalē & intellectualē,quod & unusquisq; in seipso certissime experit'. Porro Auerrois refuga legis ac Christi hostis,Christianæ religionis sapiētiam detestabat',impijssime asserēs animam humanā esse mortalē, nec intellectualē potētiam realiter esse in ea, sed in substantia separata,quā finxit animabus nostris uniri per irradiationē super phantasmata:ex qua utiq; unione homo nequaq̄ formaliter ac elicitiue intelligeret,sed solū intelligeretur : Nēpe cū intelligere sit immanens actus in ipsa intellectiua potentia,uere,realiter inhesiue,formaliterq; cōsistit:& ipsam ac intellectualē essentiā,cuius est uis illa,denominat: estq; mirabile de homine illo,ꝙ tam uehementer errauit. Etem̄ supremam uim animæ existentem inhesiue in ea,putauit uim cogitatiuam, quæ & intellectus passiuus uocatur. Itaq; quod de Pythagora dixit Philosophus, ꝙ multa sciens ignorauit seipsum, de misero isto Auerroë dici potest.

Auerrois error

PROPOSITIO XLVII.

RAtionalis anima secundū ueram philosophiam est immortalis.⌋ Quod est, quia ut Anaxagoras dixit & Aristoteles approbat, intellectus separatus est & immixtus,nulli quid habens cōmune,puta immaterialis & inorganica uirtus, de quo Aristoteles loquens:Separetur,inquit,hoc ab hoc.i.intellectiuū à sensitiuo tanq̄ perpetuū à corruptibili. Hinc uniuersi Peripatetici atq; Platonici, qui cōcesserūt intellectū uere esse uim animę ei innatā,& formaliter ac intrinsece cōuenientē ac inhærentē, senserūt humanā animā immortalē:q̄d & Plato cæteris philosophis diuinior in Phędone & Mēnone ac Thimęo clarissime fassus est & probauit. Deniq; Proclus Platonicus in elemētatione sua theorica efficaciter ac subtilissime id monstrauit:Omne inquiens, ad seipsum cōuersiuū est incorporeū:nullū em̄ corporale ad seipsum est conuersiuū : alioqui unaquęq; pars eius cuilibet parti coniungeret',& totū toti: nec partes distarent ab inuicē,ac infinita pertransirētur. Ex his in alio theoremate Proclus adiecit:Omne ad seipsum cōuersiuū, habet substātiā ab omni corpore separabilē:si em̄ inseparabile sit à corpore,nō habebit operationē sepa

Proclus

ratam à corpore: Impossibile nanq; est substantiæ à corpore inseparabilis operationẽ esse separatã, aliàs operatio esset præstantior substantia à qua exit, & minus indigens, ac per se magis sufficiens: hoc idẽ in libro de causis asserit, & probat. Amplius huius immortalitatis animæ ponit Auicenna sexto de naturalibus decẽ signa: Primũ est, φ omnis uirtus organica, corpore destructo, destruitur: intellectus uero corpore deficiente, amplius conualescit. Secũdum est, φ nulla uis organica est ad seipsam reflexiua, nec actus proprij cognitiua: intellectus aũt redit ad se, & propriũ actum cognoscit. Tertium, φ intellectus agit immediate, seipso nõ organo mediante. Quartũ qm̃ recipit formã intelligibilẽ à materia & eius appẽdicib' ac cõditiõibus penitus depuratã. Quintũ, qm̃ potissima intellectus obiecta sunt prorsus immaterialia, incorruptibilia & æterna. Sextũ, quoniam uis intellectiua in senibus magis fortificatur: uis aũt organica in senibus assidue debilitatur. Septimũ, φ uis organica post fortiorũ obiectorũ apprehensionem minus fortis est ad suam operationem: intellectus uero econtrario. Octauum, φ nulla organica uis apprehendit & sentit qualitatem suo organo perfecte assimilatam: Calefactus quippe non sentit sibi simile calidum, nec ethicus propriũ calorẽ, quàmuis intensum: quia in habitũ sibi similẽ conuersus est: sed intellectus sibi magis assimulata, melius apprehendit. Nonum, φ intellectus concipit infinitũ & uniuersale, quod est ubiq; & semper, quod nulli organicæ cõpetit potentiæ. Decimum, φ intellectualis operatio melius & expeditius post separationem à corpore exercetur, imò corporis necessitudines plurimũ eam impediunt. Insuper sola intellectualis essentia est appetitiua boni, honesti, ac permanẽtiæ sempiternæ, naturali etiã appetitu: Anima uero rationalis est talis: cũq; naturale desideriũ nequaq̃ in toto frustret, aĩa huiusmodi rite ꝑpetua ꝓhibet. Postremo ad hoc sunt theologica argumẽta multo efficaciora: q̃a ad istud probãdũ ualẽt oĩa, q̃bus ostendit fides catholica esse à deo, & nouũ ac uetus testamẽtũ desuper esse datũ ac cõfirmatũ, imò iã tot in nouo præcipue testamẽto sunt à morte resuscitati, ut mõ nõ sit de horũ ueritate ambigendũ.

Immortalitatis animæ signa decem.

PROPOSITIO XLVIII.

De animæ immortalitate Aristoteles q̃d senserit.

Difficile est uere exprimere quid Aristoteles senserit de animæ rationalis immortalitate. Quod est, quoniã exercitatissimi in libris ipsius, & in philosophia doctissimi, ualde diuersimode sentiunt inde: Thomas etenĩ & Albertus, Aegidius ac alij plures, asserũt Aristotelẽ sensisse animã rationalẽ perpetuã & incorruptibilẽ esse, quod ex prætactis eius auctoritatibus probant: Alij ut Gulielmus Parisiẽsis, libro de uniuerso, ac alij multi præsertim hi qui Nominales uocant, fatẽtur Aristotelẽ tenuisse φ rationales animæ sint mortales, q̃d probant ex uerbis eius, nũc introducẽdis. Porrò Henricus disseruit in difficultatibus istis præcipuis, puta de mundi æternitate, animarũ immortalitate, prouidentia dei, de unitate intellectus in cunctis hominibus, & consimilibus nonnullis, toto studij sui tẽpore Aristotelẽ dubitasse, & inter utrãq; partẽ ex diuersis consideratiõibus fluctuasse, iã φ fauorabilius esse loquutũ pro una parte, iã pro alia, secundũ φ uno tẽpore fortiora sibi uidebat habere motiua pro parte una, & alia hora pro alia: Itaq; in Quodlibetis suis Henricus: Mihi ait nõ uidet mirũ, φ hoĩes dubitãt q̃d Aristoteles senserit de his, an intellectus sit idẽ numero in diuersis: & utrum intellectiua essentia sit corporis actus & forma: imò (ut arbitor) ipse Aristoteles super his semper in dubio fuit, nec inde unq̃ certũ quid diffiniuit. Hinc undecimo Metaphysicæ loquitur: Causæ mouẽtes præcedũt, q̃dã uero sunt simul, ut si homo est sanus: simul sunt homo & sanitas eius, hoc est, causa materialis atq; formalis. Si aũt aliq̃d manet, posterius inquirendũ: in aliq̃bus nãq; nil prohibet, ut si est anima talis nõ tota, sed intellectus. Rursus euidẽs est ipsum non asseruisse intellectiuũ principiũ esse actũ & formã materiæ, nec etiã id negasse: iccirco nõ cõstat, an posuerit unũ oĩm hominũ intellectũ, an plures pluriũ. De his scribit hic doctor prolixe, prout super secundũ Sententiarũ induxi, & tandem concludit, φ Aristoteles magis uidetur diuertisse ad hoc, φ sit idem numero intellectus in hominibus uniuersis, & quod anima hominis sit mortalis. Enimuero cum mundum dixerit esse æternum, si animas rationales sensisset immortales, concedere habuisset infinitas iam esse animas separatas: non enĩ concessit animas transcorporari. Non aũt admisit multitudinem actu infinitã in rebus permanẽtis naturæ. Firmiter quoq; dixit primo Cœli, nihil esse perpetuũ à parte posteriori, quod non fuerit cõperpetuũ à parte anteriori. Si ergo sensisset animã immortalẽ, concessisset omniũ hominũ animas ab æterno fuisse: quod non sensit, determinando in eodẽ formã non præcedere, nec fuisse ante materiam suã. Vnde cõstat, φ in naturali philosophia nunq̃ assertiue deprõpsit, animã immortalem ac separabilem esse corporis formam: alioqui in Metaphysica, in qua præsup-

Henricus.

ponit

ponit determinata in naturali philosophia, nequaq̃ hoc sub dubio & conditione proposuisset ac reliquisset. Deniq; sicut inter Christianos & latinos philosophos est cõtrouersia hæc de sentimẽto Philosophi de re ista, sic fuit & inter Græcos ac Arabes, etiam infideles. Auerrois enĩ, Alexãder & Abubiather dixerũt, sensisse Philosophũ, ꝙ anima sit mortalis: Auicẽna uero & Algazel pluresq; alij, dixerũt cõtrariũ. Postremo opinio illa dicentiũ, eundẽ numero esse in cũctis hominibus intellectũ, tã absurda, rudis & falsa est, ꝙ credere nequeo Aristotelẽ hoc unq̃ sensisse. In libris uero de secretis secretorum, & de morte & pomo, & in quibusdam suis epistolis, immortalitatẽ animæ fassus est euidenter.

PROPOSITIO XLIX.

Rationalis anima est quasi colligatio, horizon & cingulus entium ordinis uniuersi. ⌋ Quod est, qm̃ anima rationalis oẽs inferiores formas in se uirtualiter cõprehẽdit, & cũ oĩbus aliqd habet cõmune. Nã cũ ordo sit intimus rebus, hoc in omĩ rerũ gñe inuenit, ꝙ à distãti in distans fit transitus & cõnexio qdã per mediũ, qd cõueniẽtiã quandã præcipuã habet, tã cũ supremo gñis inferioris, & tamẽ illud in perfectione transcẽdit, q̃ cũ infimo gñis seu ordinis superioris, à quo infimo in perfectione deficit & occũbit. Sic qppe anima rationalis, cũ formis brutorũ, in qbus summa uis cognitiua est æstimatiua, in hac ipsa potentia cõuenit atq; in ea excedit. Vnde in anima rationali uis illa appellatur cogitatiua, quæ apprehẽdit naturã, ut in hoc particulari: propter quod etiã nominat intellectus passiuus. Insup cũ angelo seu separata substantia cõuenit anima in intellectualitate, in qua nihilominus imperfectior est etiã infimo angelo: Hinc ipsa rite uocatur ligamẽtũ ac nexus superiorũ ac inferiorũ, atq; horizon seu zona diuidẽs inter ea: cũ utraq; extremorũ partim cõueniẽs partimq; differens, plus habens de actualitate & minus de potẽtialitate q̃ inferiora: plus quoq; de potẽtialitate & minus de actualitate q̃ superiora: ideo species rerũ concatenatę, ac instar numerorũ se habere dicũtur, ita ꝙ sicut in numeris unitatis additio siue subtractio uariat speciẽ, ita in entibus uniuersi additio & subtractio essentialis perfectionis seu gradus, intrinsecę & quidditatiuę cõpletionis speciem mutat. Propterea diuinus Dionysius ait: Sapientia creatoris, fines primorũ nectit principijs secundorũ, puta infimum ordinis superioris cũ supremo ordinis inferioris. Et rursus disseruit: supremũ generis inferioris cũ infimo generis superioris conueniẽtiam grandem sortitur, non tamẽ perfecte attingit illud. Hoc in omnibus potest perpẽdi, puta in infima specie animalis, ac suprema specie plantæ &c. Hinc Proclus testatur: Omniũ diuinorũ ornatuũ summa ultimis assimilantur superpositorũ. In libro quoq; de Causis asseritur: Esse quod est post ęternitatẽ & supra tẽpus, est anima: quoniã est in horizonte æternitatis & supra tẽpus. Itemq;, inter rem cuius substãtia & actio sunt in momento æternitatis, & inter rem cuius substantia & actio sunt in momento temporis, existens est medium, & est illud cuius substantia est in momento æternitatis, & actio in momento temporis. Cum enim continuatio seu connexio non sit nisi in rebus similibus, necesse est ut inter extrema sit res tertia media. Hinc demũ in ordinibus rerum, secundum dicitur pactum in umbra primi, uidelicet intelligentia in umbra causæ primæ, & anima intellectualis in umbra intelligentiæ.

Cogitatiua uis in rationali anima.

Intellectus passiuus

Dionysius

Proclus

PROPOSITIO L.
DE CORPORIBVS COELESTIBVS.

Corpora cœlestia Plato & eius prædecessores atq; sequaces, cõmuniter opinati sunt esse naturæ elemẽtaris: Aristoteles uero probauit tenuitq; oppositũ. ⌋ Quod est, quia dixerũt cœlestia corpora esse ꝓducta ex primordiali & quasi informi materia, quæ interdũ aquæ nomine designat, ex qua orbes cœlestes cõstare dixerũt: Stellas uero & planetas igneæ esse naturæ sunt opinati. Nã & orbes in diaphaneitate & ꝑspicuitate aquis assimilari dicebant: Stellas uero igni in calore & luce. Porro Aristoteles libro de cœlo & mũdo sup his aliã philosophiã induxit, probãs cœlestia corpora alterius esse naturæ & elemẽtis simpliciora atq; nobiliora, ab omĩ quoq; cõtrarietate elemẽtariq; qualitate immunia, ita ꝙ nec grauia extãt nec leuia: cuiꝰ opinionis sumpsit occasionẽ ex speciali & proprio motu eorũ, puta circulari: & quia incorruptibilia, & ab omni peregrina impressione ac corruptiua in naturaliq; alteratione sunt aliena. Deniq; opinio ista inualuit, de qua tamẽ qd sentiẽdũ uideat, sup secũdũ Sẽtentiarũ expressũ est. Interim uero loquẽdo ut plures, sic põt teneri, quãq̃ ut oñsum est, beatissimi patres Ambrosius, Augustinus, Basilius, ex proposito reprobent illã positionẽ, & tã ipsi q̃ gloriosi doctores ecclesiæ Hieronymus, Athanasius, Gregorius Nazãzenus, Chrysostomus, Cyrillus,

Platonis & sequaciũ de cœlestibus corporibus opinio.

Opinio Aristotelis

Procerũ ecclesiæ opinio, Aristotelicæ contraria

Theophilus: Gregorius quoq; Nyssenus, imò & beatissimus papa Gregorius, Damascenus etiam, Beda, Strabus, Rabanus, sed & Magister in sentētijs, fateantur cœlestia corpora esse naturæ elementaris, quibus plus credo quā damnatis philosophis. Nonne etiam ignis in sphæra sua orbiculariter circulariterq; mouetur? Quod si dixeris ex agitatione motus orbis lunæ id ei accidere, non tamen fateberis id ei uiolentū existere: ergo ex sua natura cōpetit ei ita moueri. Qualis est igitur persuasiuncula illa, ꝙ uni simplici corpori non conuenit nisi unus motus simplex: & itē, ꝙ alius motus naturalis naturaliter conuenit elemētis, alius cœlis & stellis: ergo diuersæ sunt naturæ? quasi non etiam leuioribus elementis igni & aëri naturaliter congruat ferri deorsum in generatione mixtorum per respectū ad naturā uniuersalē, & propter conseruationē specierum uniuersi, ut Auerrois quoq; & Auicēna testāt. An non & superiori aëris parti & cometæ in ea, naturale est circūferri in gyro? Præterea primo mobili unus dūtaxat simplex cōpetit motus, inferioribus uero cœlestib⁹ corporib⁹ duplex: sed & planetas q̄ multiformes ac uarij insunt motus iuxta Ptolemæū, Albumazar, Albategu, Alphragaiū, ac cæteros, in orbibus suis in epicyclis atq; eccentricis iamq; retrogradi, iam stationarij, iam processiui feruntur. Nunquid idem planeta tam diuersarum est naturarum? Nam & Soli quidam quatuor, alij quinq; motus asscribunt. Conformiter aquæ naturaliter competit sursum moueri in clepsydra, ut uacuum euitetur. Nonne itaq; rationaliter posset defendi, cœlestia corpora sic in elementari natura ac proprietate esse proportionata, contēperata ac moderata, ut naturale sit eis nec sursum neq; deorsum, sed circulariter circumferri, quemadmodum & eorum requirit locatio & figura, præsertim per cōparationē ad uniuersalē naturā consistentiamq; uniuersi seruandā? Nec fingere potes nec dicere, hæc ex ignorantia uere philosophiæ proferri: cū & doctores scholastici in philosophia præclari sic senserint, & sic esse probauerint. Etenim Gulielmus Parisiensis libro de uniuerso: Ge-

Cælorū generationem ex aqua constare.

neratio, inquit, nouē cœlorum ex aqua est facta. Alioqui quid factum est de aqua illa, aut ubi permansit? &c. Et item in eodem: Declarabo, ait, firmamentū factū esse in medio aquarum: ꝙ si dixeris aquas ibi superuacue contineri, Respondebo tibi ꝙ sicut in mundo isto inferiori non sunt superuacuę aquæ, ex quibus facti sunt pisces, qui & conseruantur in aquis: sic nec superuacuæ sunt aquæ superiores, ex quibus facti sunt cœli. Veruntamen longe subtiliores materiæ ac dispositionis nobiliores sunt corpora illa cœlestia: in grauitate quoq; & leuitate sic moderata sunt, ut nec descendere neq; ascendere eis conueniat: quod tibi mirum uideri non debet, cum & apud nos quædam sint mixta ita contēperata, ut in medio quodā persistere ipsis sit naturale. His concordant scripta Gulielmi Antisiodorensis episcopi doctoris eximij, in Summa sua libro secundo. Sed & scripta doctoris irrefragabilis Alexandri in scripto secundi Sentētiarum dicentis: Firmamentū uidetur ex informi esse materia, de qua legitur Genesis primo: Spiritus domini ferebatur super aquas. Ista hoc loco non nisi breuissi-

Albertus.

me tango, quæ oīa super secundū Sententiarum diffusius introduxi. Insuper Albertus, quāuis de his hinc inde aliter scripserit, nihilominus sup secūdū Sentētiarum quasi euidētissima attestatiōe & auctoritate scripturę sanctę Geneseos territus & deuictus, nō aliter ausus est loq, aut scribere: Nobis, inq̄s, rationabilius dicēdū uidet, q̄d ait magister: Vtpote ex prima illa informi mole facta esse cœlestia corpora: & ꝙ materia illa in superiori sui parte rarior fuit atq; subtilior: de qua rariori puriorīq; parte putantur esse aquæ quæ super firmamentum esse dicuntur, hanc opinionē sequentes, dicimus aquas super firmamentum esse firmissime propter cœlū crystallinum, quod sancti ibi esse affirmant: & dicimus ꝙ materia huius cœli

Thomas.

rarior ac subtilior pars est illius primordialis informis materię. Prętereà etiā Thomas, quāuis ubertim firmiter asserat Aristotelē sequens, ꝙ cœlestia corpora non sint elementaris naturæ: attamen istā pertractans materiam, & quasi inter aquas deprehēsus, ac ueluti metuēs ne obruatur eisdem, si secus q̄ docet scriptura inde quid senserit, ait in prima parte Summæ: Augustino testante, maior est huius scripturæ auctoritas, q̄ omnis ingenij humani capacitas: iccirco dicēdū, ꝙ quomodocunq; aut qualescunq; aquæ sint super firmamentū, nequāq̄ dubitandum est eas ibi esse: & sunt aquæ corporales: quales uero sint, oportet inquirere. &c. Amplius (ut Bonauentura quoq; fatetur) non debemus sacram scripturam ad philosophorum dogmata retorquere, sed econuerso: Scriptura igitur ueritatis, quæ apertissime loquitur de his aquis & de productione firmamenti ex eis in medio earundem, non est ad Aristotelis retorquenda doctrinam. Veruntamen Philosophi nostri in his Aristotelem assequuti, assignant concordantiam quandā, dicentes ꝙ diuina scriptura ac sancti doctores corpora illa dixerunt elemētaris naturæ, propter similitudinem conuenientiamq; eorum cum

elementis

elementis in diaphaneitate & claritate, ac quibusdam affectibus. Veru concordantia ista nō est nisi ad aërē & apparentiam, non ad rem & ueritatē: quia hunc sensum sancti patres excludunt ac reprobant, beato Augustino libro de Trinitate dicente: Quidam præter humū & humorē.i. terrā & aquam, & præter aërem, & ignē, quintā nescio quā inducunt essentiā. Augustinus
Sancto quoq; Ambrosio in suo Hexameron: De natura & qualitate substantiæ cœli quid enumerem ea quæ disputationibus suis Philosophi texuerūt, cū quidam eorū quintā quandam inducant naturā, qm̄ elementa propriū habent motū, usum & cursum: sed non potuit ista opinio propheticæ obuiare aut præualere sententiæ, quā & Christus in Euangelio approbauit, qua dicitur: Initio tu domine terrā fundasti, & opera manuū tuarū sunt cœli: Ipsi peribunt & sicut uestimentū ueterascent. Nil igitur agunt qui ad defendendū cœli perpetuitatē quintū corpus inducunt, cū uideant unius mēbri partē dissimilem cæteris labē corporis magis afferre. Rursus in exordio sui Hexameron: Miror, inquit, quosdā homines tantū opinionis assumpsisse &c. Deinde multipliciter arguit contra eos, qui cœlestia corpora negare præsumpserunt elementaris esse naturæ: Quibus consonat in suo quoq; Hexameron Magnus Basilius. Hæc leuiter tango fidei zelo: Mosen equidē & prophetas spiritu sancto loquutos, certissime nosco: Aristotelē uero sensu humano in multis deceptū, non dubito: Sanctis ergo credendū est, præsertim in his quę assertissime atq; concorditer dicūt: & in talibus redigere in captiuitatē propriū intellectū debemus in Christi obsequiū. De his in Elementatione Theologica plenius disseretur. Ambrosius

PROPOSITIO LI.

MAteria proprie dicta in corporibus cœlestibus est ponenda. Quod est, quia, ut patuit, corpora illa sunt ex materia & forma uere cōposita: ac iuxta Philosophū, sol constat ex tota sua materia: quantitas quoq; sequit substantiā ratione, & ex parte materiæ: nec sola forma potest esse dimensionū subiectū. Præterea omne mobile, omne sensibile, omne corporeū habet materiā. Veruntamen Cōmentator libro de substantia orbis tenet oppositū, asserens cœlū esse corpus simplex, nō solū ut elemētū, quod quāuis ex materia & forma cōpositum simplex uocat, quia non mixtū, sed quia nō habet materiā proprie dictā, quæ sit pars essentialis cōpositi, & de se pura potētia: sumendo uero materiā prout subiectū accidentiū appellatur materia, concedit in cœlo esse materiā, seu potius ipsum esse materiā suorū accidentiū: sicq; fatetur, ꝙ cœlū secluso suo motore ac anima, sit actu ens, & nihilominus animatū consistat, atq; ex orbe & anima eius constet qd uere unū, cū tamen (teste Philosopho) ex duobus in actu nequeat fieri unū: Hinc illa opinio censetur absurda. Attamen Scotus circa hoc ait in scripto secundi: Iuxta intentionē Philosophi, cū omnis potētia passiua sit potentia contradictionis, ut in nono Metaphysicæ dicit, cœlū quoq; secundū Philosophū sit æternū, consequēs est, ꝙ iuxta intētionem Philosophi nihil in cœlo consistens sit in contradictionis potentia: iccirco non habet materiā: quā si haberet formaliter, corruptibile esset, quēadmodū ignis: quāuis enī ab extrinseco non posset corrūpi, quia nō haberet contrariū, attamē intra se haberet corruptiōis principiū, quo res potest esse & non esse. Hinc Auerrois melius habuisse uidet mentē Aristotelis de substantia orbis, q̄ alij ponentes in cœlo materiam. Ad quod respondendū, ꝙ non quæcunq; materia, sed priuationi annexa est corruptionis principiū: quamuis etiā materia secundū se sumpta esset in potentia contradictionis, tamen & actuata forma eius appetitū satiante ac quietāte, iam ad unū est determinata. Postremo secundū Philosophū etiam elementa quoad se tota, extant æterna, & tamen habent in se materiam proprie dictam & contrarietatem, imo & materiam priuationi annexam. Auerrois opinio Scoti obiec. Responsio

PROPOSITIO LII.

CAusam incorruptibilitatis cœlestium corporū uidetur Plato melius assignasse q̄ alij. Quod est, qm̄ omne iunctū atq; cōpositū dissolubile esse uidetur in ea ex quibus cōponitur, ut etiā asserit Damascenus; Cumq; cœlestia corpora cōposita sint, possent secundū hunc modū dissolui, præsertim si elemētaris esse naturæ ponantur. Porro causam indissolutionis, incorruptionis & perpetuitatis eorū, Plato in primo Timęi assignat uoluntatē creatoris, quē inducit loquentē ad orbes, planetas ac stellas, quos more suo nuncupat deos, imo & deos deorū comparatione inferiorū deorū, quibus ibidem ait creator: O dij deorū, quorū opifex paterq; ego: opera siquidē uos mea dissolubilia, natura: me tamen ita uolēte, indissolubilia: omne siquidē iunctū natura dissolubile est: Quapropter quia facti generatiq; estis, immortales nequaq̄, nec indissolubiles estis: nec tamē dissol- Plato

Damascenus

uemini,quia uoluntas mea maior est nexu uestro. Hinc quoque asserit Damascenus libro secundo: Omne creatũ uertibile, imò (ut addit) etiam angelus, secundũ gratiam, non ex natura habet immortalitatem. Verũ in his alij habent alium modum loquendi; dicentes quædam creata ex sua natura esse incorruptibilia, immortalia & indissolubilia, quoniã in sua natura non habent corruptionis aut mortalitatis principiũ aut radicẽ puta materiam priuationi annexam, neque contrarias qualitates in seinuicem actiuas & passiuas: Verũ ista faciliter poterunt concordari, nec est dissentio nisi in uerbis: Nempe, cum omne creatum in quantũ creatum sit ex nihilo, & in nihil uertibile, atque indesinenter indigeat creatoris conseruatione, qua si ad momentum priuaretur, protinus in nihilum laberetur: constat quod hoc respectu nullum creatum, secundum quod tale, sit indissolubile: nihilominus quædam creata in quantum sunt sine contrarietate ac priuatione, incorruptibilia asseruntur ex sua natura. Cumque prima omnium rerum causa sit omnipotens dei uoluntas, idque unicuique creaturę sit naturale, quod dei uoluntas sibi ab exordio uoluit & præfixit naturale consistere, palam quod Plato in uerbis iam habitis primam ac principalem incorruptibilitatis cœlestium corporum causam recte expressit, quamuis & proximæ causæ incorruptibilitatis sint aliæ.

PROPOSITIO LIII.

Plato
Aristoteles
Auicenna

EXcellentiores philosophi corpora cęlestia animata dixerunt.] Hæc etenim Plato asseruit in Timæo & alibi, quem in hoc Platonici sunt sequuti. Idem octauo Physicorum, & in libro de Cęlo & mundo Aristoteles probat ac sentit, imò libro de anima solem nominat patrem deorũ atque uirorum. Auicenna quoque nono Metaphysicæ suæ, testatur cęlum esse animal deo obediens. Hoc cæteri Peripatetici fassi sunt: Nempe in omni genere ac ordine rerũ primũ est per se & ante id quod accidens dicitur, imò & primũ tale est potissimũ & proprijssime dictũ in huiusmodi ordine: Cũque cęlũ sit mobile, primũ mouetur per se, hoc est à motore intrinseco, proprio & coniuncto, puta ab anima. Rursus cęlestia corpora cum sint cęteris corporibus digniora, causaliora ac separatis substãtijs propinquiora, perfectissime formis substantialibus informata uidẽtur. Hinc autor libri de Causis testatur: Omnis anima nobilis tres habet operatiões, uidelicet operationẽ animalẽ quoniã mouet corpus cęleste, & per illud corpora inferiora: operationẽ quoque intellectuale, quia scit res: & operationẽ diuinã, quĩ præparat naturã per uirtutẽ diuinã quã sortita est à prima causa. Hinc rursus Philosophus differẽtias positionis dicit ex natura rei ac proprię esse in cęlo. Veruntamẽ grandis est difficultas, qualiter corpora cęlestia cũ sint pura & simplicia, non organica nec cõplexionata, ab animabus ualeant actuari & informari, & animalia nuncupari, cũ animal sit substantia sensitiua. Porro animæ illæ non uidẽtur sensitiuas uires habere: qm̃ illæ operationẽ suã nequeũt exercere, nisi per corpora organizata & cõplexionata: forma uero solũ intellectiua nõ uidetur posse cõsistere intrinsecus substantialisque actus & forma materiæ, præsertim si ad intelligendũ non indigeat alicuius sensus obsequio, neque phantasmate, qbus animæ illæ nobiles, quibus sciẽtiæ concreatæ essent, nõ indigerẽt. De his ergo difficile est certũ quid diffinire, tãque philosophi quã theologi super his diuersa senserũt. Nam & Anaxagoras ab Atheniẽsibus pulsus est urbe, eo quod solẽ dixit lapidẽ lãpadem'ue ardentẽ, utpote nil uitæ aut deitatis in ipso cõsistere, prout 18. de Ciuitate dei recitat Augustinus: Rabbi Moyses uero & multi Hebræorũ doctores senserũt corpora cęlestia intellectualiter animata ac uiua: siquidẽ Rabbi Moyses in secũda collatione: Cęli, inqt, animalia sunt rationalia, creatorẽ contẽplantia: nec sunt solũ mota & nõ uiua, ut insipientes existimant, imò ut probauerunt philosophi, sunt animalia creatori obediẽtia & ipsum laudantia, cantantque ei canticũ grande ac laudẽ sublimẽ, quod etiam ex lege Moysi & prophetis ostenditur. His rabbi Moysi uerbis cõsonare uidetur quod gloriosus ait Hieronymus, illud Ecclesiastæ primo exponẽs: lustrans uniuersa in circuitu pergit spiritus. Per spiritum, inquiens, Salomon intelligit solẽ, eo quod animal sit, et spiret et uigeat, omnesque orbes suo expleat cursu. At uero Augustinus super Genesim atque in Enchiridio, ac libro de Ciuitate dei, istud magis relinqt sub dubio. Interea Thomas de hac re in diuersis locis diuersimode est loquutus: In scripto nanque secundi Sententiarũ, affirmat catholicæ fidei repugnare, asserere quod cęlestia corpora animata consistãt: et quod talis opinio idololatriæ fuit occasio: In Summa autẽ cõtra Gentiles libro 20. testatur nõ pertinere ad fidẽ, siue sic siue aliter sentiatur. Siquidem de his quæ fidei sunt, non licet ambigere: Augustinus autẽ istud sub dubio dereliquit. Verum in prima parte Summæ septima quęstione loquitur: Inter eos qui cęlestia corpora asserunt animata, et inter dicentes cõtrarium, differẽtia modica est aut nulla: quia secundum utrosque anima

Anaxagoras
Rabbi moyses
Hieronymus
Augustinus
Thomas

anima

anima cęli non est nisi intellectiua, ideoq; non potest corpori uniri ut forma substãtialis, sed solũ ut motor. Hinc corpora illa dici nequeunt animata nisi æquiuoce, & per similitudinem quandam, qua motores eorũ eis appropiantur & assistunt ad mouendũ, quemadmodum anima corpori, quod informat. Quibus uerbis repugnare uidetur quod in Summa contra Gentiles libro secundo deprompsit dicendo: Quia Auerrois opinionẽ suam, qua tenet eundem numero intellectũ in omnibus esse hominibus, ex dictis Aristotelis nititur roborare, restat monstrandũ, ꝙ secundũ Aristotelis documenta intellectiuũ principiũ uniatur corpori immediate ut forma. Deinde probat ibidem, ꝙ secundũ Aristotelem corpora cęlestia sint uere ac proprie animata (ut modo partim inductũ est) ex quibus concludit intentũ, ꝙ scilicet intellectiuũ principiũ seu anima intellectualis, nec sensitiuas nec uegetatiuas uires sortita, sit uere intrinseca substantialisq; forma corporis, utpote cęli. Verũtamen etiã Albertus libro de Coæquæuis concordat præhabitis uerbis Thomæ: Non est, inquiens, cõtradictio inter sanctos atq; philosophos de animatione cęlorũ: Nã dicimus ꝙ quædã intelligẽtię in orbibus deo sunt deseruientes in motibus orbiũ, & illę intelligentiæ dicuntur animæ orbiũ, nõ uniuoce cũ animabus hoĩm &c. Veruntamen, sicut dixi, cõcordatio ista nõ uidet̃ ad rẽ: cõstat em̃ ꝙ Peripatetici posuerũt intelligẽtias & animas nobiles realiter esse distinctas, imò animas illas ab intelligẽtijs esse productas, ut & Auicẽna opinat⁹ est, & in libro de Causis frequẽter asserit. Hinc quoq; Albertus allegat Auicẽnã sexto de naturalibus, in libro suo de Celo & mũdo dicentẽ, ꝙ cęlũ habet animã & phantasiã, cui obedit tota materia mũdi inferioris. Ex his patet huius materiæ difficultas, quia de hac re tot & tãti philosophi atq; theologi tã diuersimode sapuerũt, imo` & hi idẽ in scriptis suis distinctis. Nã & sanctus Basilius in suo Hexameron, Damascenus quoq; libro secũdo, fortiter astruunt cęlestia corpora animata non esse: ad quod item Hieronymus super Esaiam & alibi magis declinat. Deniq; sancti patres Ambrosius, Gregorius, Beda, Bernardus, duas rationales creaturas, uidelicet angelũ & hominẽ à deo creatas fatẽtur: nec inter huiusmodi creaturas cõputant cęlos. Hinc tutius reor secretũ istud creatori cõmittere, nec de incertis assertorie loqui: nã & cęlos asserere animatos, est articulus Parisijs excommunicatus à dño Stephano Parisiensi episcopo, theologię doctore, & ipsa uniuersitate. Hæc breuiter tacta modo sufficiant, de quibus super secundum Sententiarum quarta distinctione multo plenius scripsi.

Repugnantia in uerbis Thomæ

Albertus Virtion Thomæ cõcordãs

PROPOSITIO LIIII.

De motoribus ac motibus, & numero cęlestiũ corporũ, multiplex existit opinio. Ptolemęus in Almagesto affirmat nõ intelligentias, sed solã dei uoluntatẽ cęlos mouere. In idẽ redire uidet̃ q̃d Alpetragius in tractatu Sciẽtiæ secretorũ astronomiæ, quę sibi asseruit reuelata, testat̃, oẽs cęlos immediate moueri uirtute diuina, quã perhibet fortius operari in superioribus cęlis q̃ inferioribus, secundũ gradus minoris à deo distantiæ: His cõsonare uidetur, quod in scripto secũdo Sententiarũ Albertus ex uerbis sancti Ambrosii ac Damasceni cõcludit. Hinc dicimus, ꝙ omnia ista mouẽtur iussu ac dispositione diuina, atq; ꝙ deus omnipotens omniũ horũ est motor. Nihilominus alibi sępe fatet̃ Albertus, ꝙ quilibet orbis à propria intelligẽtia tanq̃ à speciali motore mouet̃. Porro` uniuersi q dixerunt animata esse cęlestia corpora, posuerũt ea moueri ab animabus suis tanq̃ à motoribus proprijs intrinsecis & coniunctis: ab intelligẽtijs quoq; tãq̃ à dirigẽtibus ac regulãtibus ipsas animas in mouẽdo, et itẽ à deo tãq̃ à causa prima uniuersali, efficiẽti nõ immediata, & sicut à causa finali summæ ac finaliter desiderata, quæ mouet oẽs, queadmodũ desideratũ mouet desideriũ seu desiderantẽ ac operantẽ, & finis agentẽ: sicq; philosophi posuerunt triplicẽ causam motus uniuscuiusq; orbis cęlestis, uidelicet deũ tanq̃ causam primã & uniuersalẽ: intelligẽtiam, tanq̃ causam specialẽ extrinsecã: & animã nobilẽ, ut causam specialẽ intrinsecã. Hæc fuit celebrior philosophorũ opinio, quã constat fuisse dẽ mẽte Aristotelis, Auicennæ, Algazelis, Auerrois, Alphorabij, Theophrasti. Nos uero qui non asserimus cœlos animatos, fatemur, ad eorum motus sufficere substantias separatas, quæ intelligentiæ & angeli nuncupantur. Postremo (ut recitat Bonauentura) aliqui opinantur ꝙ cœlum mouetur à propria forma substantiali, utpote à natura, qm̃ habet quantitatẽ & figurã, per quas abile est ad huiusmodi motũ: habet etiã lucis perfectionẽ ac formã, quę inter cæteras formas corporales est magis actiua, & quasi mediũ tenẽs inter formas corporales ac spirituales: sicq; per uirtutẽ huiusmodi formæ atq; naturæ mouẽtur cęlestia corpora motu orbiculari, multo fortius & sufficientius q̃ elementa motu recto. Nec oportet ministeriũ intelligentiæ aut animæ adhibere, queadmodum nec ad motũ elementi. Nec obstat

Motus cœlestis orbis triplex

Alia de cęli motu opinio

quod recedit ab eodem loco ad quem mouetur, quoniam cœlum proprie non mouetur ad locum, sed circa locum: nec pars existens in oriente, mouetur ad occidentem, quasi locum illum determinate intendat, sed quia intendit moueri orbiculariter, quod suæ naturæ conueniens est. Verum ista opinio communiter non tenetur, cum & motus naturalis successiue fiat intentior, motusque cæli sit uniformis: res quoque existens in loco sibi connaturali non mouetur à natura in eo, sed ad eum, si extra eum existat.

PROPOSITIO LV.

Platonis opinio

PRæterea de motibus cælestium corporum multiplex & diuersa fuit Philosophorum opinio. Etenim Plato in Timæo asseruit non ipsos orbes moueri, sed stellas in eis: nec ullam stellam esse fixam in orbe, imo moueri in eis sicut mouentur pisces in aqua, & auis in aëre: quam opinionem sequutus est Ptolemæus. Porro Aristoteles libro de Cælo expressit uniuersas stellas, ipsos quoque planetas in suis esse orbibus fixos instar claui in rota, nec moueri nisi orbium motu: Interim astrologorum communis opinio est, stellas in firmamento fixas consistere: septem uero planetas non esse in suis sphæris fixos, iccirco uocari erraticos non quod incerto, fortuito aut erroneo motu ferantur, sed multiplici ac difformi respectu aliorum cælestium corporum. Hinc & epicyclos atque eccentricos posuerunt, ut ea quæ in cælestibus apparent corporibus, queant saluare, puta retrogradationes, depressiones, eleuationes, stationes progressionesque planetarum. Aristoteles uero opinatus est unum orbem uelocius moueri quam alterum, sicque dum unus orbis multum præcedit, planeta eius uidetur planetam alterius sphæræ præcedere: Propter quod retrogredi alter uidetur. Hæc autem Philosophus dixit, ne cogeretur fateri sphæras secari seu diuidi, si planetæ proprio motu & quasi erratice mouerentur in eis. Veruntamen opinio astronomorum præualere uidetur: stella nanque quæ non nisi motu suæ sphæræ mouetur, non ualet nunc magis nunc minus terræ appropinquare, cum omnes sphæræ existunt concentricæ: sed per astrologica patet, & ab astrologis probatum est experimentum, quod planetæ iam amplius iam minus terræ propinquent. Hinc coacti sunt astrologi ponere motum planetarum in eccentricis circulis, quorum una pars ut aux seu eleuatio maxime remouetur & distat à terra: altera uero magis ad terram accedit. Conformiter de epicyclis patet hoc: si enim planetæ mouerentur duntaxat suarum motu sphærarum, cum sphæræ proprio motu moueantur ab occidente in orientem, sic si planeta quicunque aliqua nocte consisteret ex directo alicuius stellæ fixæ, sequente nocte eam præcederet, cuius oppositum frequenter in aliquibus planetis uidemus. Igitur præter motum sphærarum oportet in eis ponere motum retrogradationis, quod fit in epicyclis, in quibus planeta extat retrogradus, stationarius aut directus: Nec tamen sphæra diuiditur, quia eccentricus circulus ponitur inter duas superficies sphæræ, cuius una medietas magis accedit ad superficiem sphæræ concauam, altera ad conuexam: & mouetur hic circulus infra sphæram, cum sit sphæræ contiguus, motuque eius mouetur planeta, habens eccentricum sine epicyclo, ut sol. Porro si habet epicyclum cum eccentrico, epicyclus dicetur moueri in eccentrico, sicut eccentricus mouetur in sphæra. Epicyclus quippe est sphæricum corpus contentum infra eccentricum: propter quod potest in eccentrico proprium motum habere. Insuper alii dicunt demonstratiue non esse probatum, oportere eccentricas & epicyclos poni, sed interim sic teneri, quoniam nondum inuentus est modus quo conuenientius possint saluari ea quæ apparent in motibus planetarum, quod & sanctus Thomas fatetur. Sunt demum qui sentiunt omnia illa posse saluari per solam uirtutem motoris cuiuscunque planetæ. Nonne idem motor potest eandem rem motibus ualde uariis ac diuersis mouere in eodem spatio seu medio, & nunc eam eleuare, modo deprimere, regenerare & sistere, prout nouerit expedire: quanquam circa & contra hoc multa inquiri possint & obiici.

Opinio Aristotelis

Astrologorum opinio

Planetæ cur erratici dicti.

Epicyclorum & eccentricorum ratio

PROPOSITIO LVI.

Formæ multipliciter determinatur

DE numero quoque orbium opiniones sunt uariæ. Aliqui enim ponunt supra firmamentum, quod est cœlum stellatum, duos mobiles cœlos, ut Tebith. Formæ quippe multipliciter determinantur & contrahuntur, primo per materias in quibus recipiuntur: ad quod cum suo motu æstimant deseruire cælum nonum seu chrystallinum, totaliter uniforme. Verum cum prima rerum productarum sit esse illius, determinationem in inferioribus attribuunt quidam mobili primo. Determinantur quoque formæ in materiis uariis modis, per quantitates, magnitudines & figuras, lineamenta atque staturas: ad quod cælum stellatum deseruit, propter quod innumerabiles stellæ in eo sunt positæ. Rursus determinantur formæ in suis materiis per uarias qualitatum contemperationes: ad quod planetæ cum suis orbibus operantur ac influunt. Quamuis autem Auerrois totum corporeum sphæricum cingens elementa, quod est supra sphæram ignis dixit

Primo

Secundo

Tertio

Error Auerrois

dixit eſſe cõtinuum unũ : quod tam à naturalibus q̃ à mathematicis euidẽter improbatur: cõmuniter tamen tenetur, ꝙ ſub cœlo ſtellato ſeu firmamento ad minus ſunt ſeptẽ cœli & ſphæræ ſeptem planetaꝝ : ſed quia difficile eſt uidere quomodo planetæ, ſi in orbibus ſuis fixi non ſunt, imò proprijs motibus feruntur, circulos ſuos non diuidunt, quidã de ſphæris numeroq; ſphæraꝝ ipſorum planetaꝝ diuerſimode opinati leguntur. Nempe ut etiam Scotus in ſcripto ſuper ſecundũ Sententiaꝝ teſtatur, differentia triplex deprẹhenditur in motibus planetaꝝ: Vna in latitudine, quia non ſemper eidem planeta ab immobilibus polis æque diſtat: ſecunda in longitudine, quia diuerſi planetæ zodiacum æqualiter non percurrunt : tertia in eleuatione & depreſſione, quoniam idem planeta interdum plus centro terræ propinquat, quandoq; inde plus diſtat, ut probat Ptolemæus in Almageſto: & patet de Marte : qa dũ eſt in ſuperiori parte ſui orbis, auge, apparet notabiliter minor q̃ dũ eſt in oppoſito, in parte inferioris augis: Idem probatur de luna : quoniam ipſa ac ſole exiſtentibus prope caput & caudam draconis, eclypſis non ſemper æqualiter durat, ſed modo diutius, aliquando breuius: quod accidere nequit, niſi ꝙ luna quandoq; plus aliquando minus ingreditur umbram terræ, ſic ꝙ ubi tranſit diameter lunæ, diutius moratur umbra per ſe, cum ibi ſit diameter umbrẹ lõgior q̃ prope conum. Si etiam negaretur iſta eleuatio atq; depreſſio ſolis ac lunæ, nec ex parte unius neq; ex parte alterius poſſit aſſignari quantitas umbræ: ſemper etenim umbra in altũ æqualiter porrigeretur, & eſſet ibidem quantitatis ẹqualis: ſemper quoq; luna quando æqualiter eſſet prope conum, æque eſſet prope umbram. Itaq; ex his & alijs conſiderationibus Ptolemæi, ſupponẽda eſt eleuatio atq; depreſſio iam prætacta. Porro primam diſtantiam ſecundum duas differentias, utpote longitudinis & latitudinis, poſſit forſitan quis ſaluare, attribuendo planetæ unum cœlum per exitum polorum huius cœli, quemadmodum Alpetragius in ſuo tractatu niſus eſt ſaluare de qualitate cœleſtium motuum, ponens polos cœli ſtellati exire polos noni cœli, & per conſequens circa polos illos immobiles deſcribere circulos paruos, præter cœlum octauum, ſuper polos ſuos: non tamen contrario motu moueri motui cœli noni, ſed ad partem eandem : atq; ꝙ polus octaui cœli minus efficienter recepit influentiam illam quàm cœlum nonum, ideo polus ille nõ complet circulum, dum punctus in cœlo nono circulum complet. Cumq; polus cœli inferioris à completione deficiat, primam uocat interſtitionem quam ſecundum eum ſupplet motus cœli inferioris in polo illo. In cœlo autẽ octauo perfecte ſupplet quantum ad longitudinem, ſed quantum ad latitudinem neceſſario eſt differentia : nam polus exit polum : quoniam motus factus ſuper polum cœli inferioris, quamuis compleat motũ huius cœli circa polum ſuperiorem quantum ad longitudinem, tamen non ualet uere eſſe circulus alicuius ſtellæ motæ in circulo inferiore, ſed ſphæra: quia non redit ad punctũ eundẽ à quo motus incepit. Itaq; per diuerſitatem poloꝝ quorundam cœloꝝ ab alijs, & per interſtitionem primam & ſuppletionem, & ſpecialiter in quibuſdam ſtellis, per hoc ꝙ non ſituantur in medio cœli ſui, nititur dare fundamenta ad ſaluandum differentias lonɡ̇tudinis latitudinisq; in motibus planetaꝝ: & hoc nõ ponẽdo aliquod cœlũ inferius moueri contra motũ cœli ſui ſuperioris, ut talis, ſed ponẽdo cœlũ ſuperius moueri ad eandẽ partẽ ad quã inferius, attamen minus efficaciter: quoniã naturale eſt, ꝙ uirtus recepta in aliquibus naturaliter ordinatis, efficacius recipiatur in proximioribus. Hæc demũ doctrina ſatis uidet̃ naturalibus cõſonare principijs, ſi per eam poſſent ſaluari apparẽtia oĩa ſecũdũ lõgitudinẽ & latitudinẽ in motibus planetaꝝ: ſtatiões quippe & retrogradationes, proceſſionesq; in motibus planetaꝝ per eam forſitan poſſint ſaluari, ſicut & ipſe ſaluare conat̃ in quibuſdam de polis: Tertiã uero differentiã .ſ. depreſſionis & eleuationis impoſſibile eſt ſaluare, ponendo oẽs cœlos eſſe eccentricos: ſic em̃ ſi planeta non exit cœlũ ſuum, ſed tantũ partẽ eius, & illa pars cœli qualitercunq; moueatur, ſemper æque diſtat à centro, pro eo ꝙ totũ illud cœlũ mundo concentricũ, ubicunq; ſtella fuerit, ſemper æque eleuabitur & æque deprimet̃ per reſpectũ ad centrum ſuum. Quamuis deniq; neceſſariũ non eſſet propter duas differentias ponere epicyclos atq; eccentricos ſecundũ Ptolemæũ aliosq; aſtronomos, propter tertiam tamen differentiam neceſſariũ eſt: quo ſuppoſito ad propoſitũ concludit̃, nulli planetæ ad ſuum motũ ſufficere unũ cœlum. Accipiatur ergo uerbi gratia, cœlũ Saturni: ſi ponatur eccentricum mundo, cũ cœlũ octauũ ſit mundo concentricũ, moueaturq; cœlũ Saturni: ſuccedit ergo aux huius cœli oppoſito augis, ſi aux huius non intrauit cœlũ ſtellatũ, ut duo corpora eſſent ſimul, ſed tantũ attingebat oppoſitũ augis, & minꝰ eſt diſtãs à cẽtro terrẹ q̃ aux, q nõ attinget ſuperficiẽ concauã cœli ſtellati, uel erit uacuũ ibi. Nõ ergo põt uitare inconueniens

In planetarum motibus differentia triplex

Inæqualitatis eclypsiũ ratio

Alpetragius

Alpetragii doctrina rebus naturalibus quõ cõſonet.

ueniens

ueniens de scissione aut simultate uel uacuo, nisi attribuendo ad minus unicuiq; planetæ tres cœlos terrā circūdantes, quorum duo extremi habeāt superficies ultimas, puta supius cōuexam & inferius concauā. Habeant quoq; illæ duæ superficies alias duas, utpote superius concauā inferiusq; cōuexā, eccētricas mūdo: & inter illas duas superficies erit tertius orbis qui dicetur deferens, eccētricus illis duabus superficiebus deferentibus. Propter quod dū illi reuoluentes quācunq; partē moueantur, non sequitur uacuū, si spissior pars unius est cōtra partē minus spissam, ferens inter hos duos reuoluētes superiorē & inferiorē, sicq; ex motione eius nō sequitur uacuū neq; scissio, qm̄ superficies ambæ sunt eccētricę superficiebus intra quas continētur atq; mouētur: sicq; stella fixa in parte una huius deferētis quandoq; erit in auge, qunado uidelicet pars in qua est, directe supponitur parti spissiori inferioris reuoluētis, & superponitur parti minus spissæ superioris reuoluētis, quia tunc maxime à centro terræ distabit. Insuper cū Mercurius habeat deferens circa cuius centrū mouet, & non circa terrā ut deferens lunę, sed ex una parte describendo circulū paruū, ut patet in Almager distinctione sexta, sequitur q; orbis deferentis concentricus est reuoluentibus, sub primo uidelicet & infimo: iccirco est ibi ponere ad minus quinq; orbes reuoluētes & quatuor deferentes, imò & præter istos oportet epicyclos ponere, qui non sunt orbes magni terrā circūdantes, sed parui orbes situati in determinata parte orbiū circundantiū terram, & hoc qm̄ maior est eleuatio stellæ quandoq; q̄ aliàs: quæ eleuatio esse nequit ex sole deferente: Statio itē & retrogradatio facilius saluātur per epicyclū. Verum quicquid sit de epicyclis, cœli mobiles terrā circūdantes erunt ad minus 25. uidelicet 21. planetarum. Postremo cœlū non potest cædere stellæ, sed aër & ignis rebus per ipsos motis: cū omne corpus naturaliter incorruptibile, sit naturaliter indiuisibile. Hæc Scotus ex quibus elicitur quanta sit in ista materia opinionū uarietas, quæ citra certitudinē est. Nec mirum est, quia (ut scriptū est Sapiētiæ nono) difficile inuenimus q̄ in terra sunt: q̄ aūt in cœlo sunt qs inuestigabit? At uero Plato q; dixit stellas moueri in cœlo sicut mouet piscis in mari, & cœlū stare cōcedere, quasi innumerabilia corpora cœlestia ab inuicē re distincta, imò & indiuidua q̄ & retulit aiata. Cuius opinioni obsistit quod Iob 73. legit, Cœli solidissimi sunt quasi ære fusi.

PROPOSITIO LVII.

VArij ac distincti sunt effectus cœlestium orbium luminariumq; eorum.] Quod est, qm̄ peritissimi expertissimiq; astronomorum principes ac magistri per experimenta & exercitia multa ac diuturna repererunt oportere ponere cœlū crystallinū seu aqueū, deinde cœlū stellatū, atq; sub illo septē orbes planetarum: quāuis nanq; theologi quidā, aliqui quoq; astrologi testati sint firmamentū, hoc est sphæram octauā quæ dicitur cœlū stellatū, cū septē orbibus planetarum ad inferiorum productionē sufficere, rationabilius tamen tenet nonam etiā spherā requiri: apertū est enī in cœlo octauo duplicē esse motū: unū diurnū ab Oriēte in Occidentē, aliū lentum & longiturnū, qui magno in anno cōplet. Similiter in planetarum orbibus ac planetis uarij motus sunt: nec queunt eidē simplici corpori ab eodē motore uniformi (ut fert) inesse. Secundo quia cū cœlū stellatū sit tāta uarietate stellarum ornatū, tamq̄ diuersum in partibus, motibus & operationibus suis, nō condecet ipsum existere mobile primū, quod cū primo motore specialē debet conuenientiam possidere in suo genere, in simplicitate, uniformitate, motu & actione. Tertio, quoniā (ut in Timęo disseruit Plato) orbem cœlestē creator in circulos duos reflexit, puta in sphæram aplanes .i. in primū mobile, quod est unius simplicis ac uelocissimi motus, atq; in circulū planes .i. sphæram octauā motuū diuersorum, qui nequeūt esse sphæræ eiusdē. Motus nāq; aplanes est super polos mundi & super polos æque distantes ab æquinoctiali ad tropicū æstiualē & ad tropicū hyemalē. Motus uero planes est super polos circuli ęquinoctialis & super circulos ab ęquinoctiali ęque distātes ad partē utrāq;. Quarto quoniā cū in inferioribus sit diuersitas in figura: diuersitas quoq; generationis & alterationis ac motuū aliorum ad hęc causanda sunt orbes ac cœli difformes in partibus & in motu. Rursus in inferioribus est uniformitas quędā, seu cōuenientia in esse specifico, & itē in esse generico: oportet ergo q̄d sit cœlū aliquod uniforme influens uirtutē ad conseruationē speciei ac generis, quod oportet uniforme esse in partibus suis ac motuū, quod cœlū dicimus crystallinū. Deniq; multæ sunt difformitates in cœlo, uidelicet dextrū & sinistrū, ante & retro, sursum & deorsum: ad Austrū nāq; est ante, & retro ad Aquilonē: sursū uero & deorsum in eleuatione ac depressione præfatis: seu prout unus planeta præualet uirtuti alterius, & prout unus ascēdit in epicyclo, & alter descendit: & unus dirigitur, alter uero stat aut retrocedit, iuxta quod ait Albumasar

Cœlū crystallinū ab astrologis positū, ob multas causas Prima.

Motus duplex in octauo cœlo

Tertia.

Plato.

Quarta.

Multæ in cœlo difformitates.

bumasar: Quòd si sol ascẽdit super Mercuriũ & lunã, & adiuuatur à Marte, facit longitudinẽ serenitatis & senectutis: si ecõtrario fuerit, significabit humiditatẽ & pluuias lõgas. Denique Ptolemæus in Quadripartito, & Albumasar in Introductorio maiori, fatentur quòd fixarum sphæra stellarum mouet contenta in terra, ad imprimendũ eis multitudinẽ figurarum generabiliũ & corruptibilium rerum: sphæra uero Saturni propter siccũ & frigidum, quæ abundant & dominantur in eo causaliter, habet in omni generabili & corruptibili mouere ad consistentiã & retentionem: quia tam siccum quàm frigidum parit potentiã retentiuam: Sphæra autem Iouis per calidum & humidum, quæ dominantur in eo sicùt in signo, habet mouere calidum & humidũ, quæ sunt generationis principia in omni cõplexionato. Porrò sphæra Martis propter calidum & siccum dominantia in eo, mouet ad calidũ ustiuum, quod superfluorum est consumptiuum impedientium generationẽ. At uero sphæra solis propter lumen in eo prædominans, accedendo mouet ad generationẽ, & recedendo ad corruptionẽ. Sphera autẽ Veneris propter calidũ & humidũ quæ sunt in ea tẽperate, mouet humidũ cõplexionale, quod est quasi materia generationis & augmenti in inferioribus. Porrò orbis Mercurij, propter multiplices suos motus multũ difformes, mouere habet fluxibile humidũ, præsertim aëreũ, ad uniuersas figuras & formas. Sphæra demũ lunæ cũ sit infima, mouet humidũ elemẽtare aqueũ, ad hoc quòd moueat ad mixtionẽ generabiliũ & corruptibiliũ terrenorum. Itaque unusquisque orbiũ inferiorum cũ suo planeta mouet ad unũ in speciali, atque ad illud cõplendũ adiuuat omnium superiorum uirtutes sphærarum: quoniam generaliter uerum est in omni natura, quòd sicut superiora uirtutibus suis informant inferiora, sic inferiora restringunt atque determinant superiora ad aliquid speciale.

Saturni sphæra

Iouis.

Martis.

Solis.

Veneris.

Lunæ.

PROPOSITIO LVIII.

De cœlestium orbium mutua propinquitate, spissitudine, granditate, cõproportione, certas sententias referare, imbecillitatẽ transcendit inquisitionis humanæ. Quod est, quia humana cognitio à sensitiua apprehensione sumit exordiũ: cũque de nobis ipsis & infimis rebus tã modicã habeamus uerã ac certã scientiã, certũ est quòd de cœlestibus illis corporibus, quę uel solo uisu agnoscimus, uel (ut multi existimant) nec uisu nec alio exteriori apprehẽdimus sensu, permodicã habemus certã notitiã. Hoc quoque innotescit hinc, quòd hi qui in astrologia peritiores fuisse narrantur, tam dissentientes ab inuicem extiterunt. Denique quidam orbes illos se inuicem contingere opinati sunt: cuius opinionis omnes fuisse uidentur qui eosdem orbes dixerunt suo contactu & motu suauissimam facere melodiam, sicut in libro de Cœlo de Pythagora fertur, qui & sonum illum corporalibus auribus se audisse perhibuit: in quo constat eum fuisse deceptum, aut confinxisse hoc ipsum, quemadmodum & in eo quòd affirmauit animas transcorporari, seque recordari, quòd in bello Troiano fuit miles dictus Euphorbius, atque fuisse se ibidem ab Achille occisum, sic & præteritis temporibus se in diuersis fuisse corporibus. Veruntamen dixit sonum illũ à nobis non percipi, quia connatus est nobis, sic quòd ab exordio audiuimus eum. Amplius huius opinionis uidetur fuisse & Tullius sexto de Republica, somnum recitans Scipionis, quo legitur: Implebat aures eius sonus dulcisonus, qui pulsu & motu efficitur cœlestium orbium: quod exponẽs Macrobius, allegat Platonem in libro suo de Republica protestantem: Cœlestium motus sphærarum, numeris musicis exhibetur. Theologi quoque gentiliũ puta poëtæ, dixerunt nouem esse musas cœlestes, hoc est octo sphærarum harmoniacos sonos, unamque consonantiam maximam ex illis omnibus resultantem. Ad quod allegari possit quod Iob 38. expressum est: Quis enarrabit cœlorum rationem? aut concentũ cœli dormire quis faciet? Verum hoc & quædam iam tacta, de intellectuali consonantia spiritualique melodia exponitur, de qua Cassiodorus dicit: Harmonia cœli humano nequit explicari sermone, quam animo tantum ratio dedit, auribus natura non prodidit: & iuxta hunc sensum, motus cœlestium corporum inuicem cõmensurabiles & proportionales consistunt. Præterea alij quidam dicunt, orbes cœlestes ab inuicem multũ distare: Vnde in scripto secundi deprompsit Albertus: Nil de hoc uerius respondetur, nisi quod responderunt philosophi, quòd sphæræ ab inuicem multum distant, & una super aliam plurimum exaltetur. Porrò Rabbi Moyses plus adiecit, affirmans quod quælibet sphæra in spissitudine habeat uiam quingentorum annorum, tantumque spatij sit inter sphæram & sphæram: quod an uerum sit, nouit qui uniuersa in numero, pondere, & mensura constituit, imò & circa hoc grauis mox quæstio orietur: Cuius naturæ esset intermedium spatium illud, & utrum motu sphærarum diuidatur: quod si dicatur, corruptibile uideretur. Interim si minima

Quòd orbes se inuicem cõtingãt, quorundã opinio.

Cassiodorus

De distantia orbiũ opinio.

Rabbi Moysi opinio.

Quæstio.

minima stella uisibilis maior est tota terra, quid de sphærarum magnitudine sentire oportet? Nec dubiũ quin sicut unum elementum maius est alio, puta superius inferiore, sic orbis orbe: Verius aũt opinor, ꝙ inuicem se contingunt: et terĩ mediũ illud, aut elementaris aut cœlestis esset naturæ.

PROPOSITIO LIX.

CErtum est sphæras cœlestes esse perspicuas, non aũt sic certũ est, an cœlũ uisibile sit. Quod est, quoniam uidemus stellas in firmamẽto fixas per septẽ orbes planetarum: ergo sphæræ illæ perspicuæ sunt seu transparentes. Deniq; quidã (ut Gulielmus libro de uniuerso) imaginantur, ꝙ quantũ aër excedit aquã in raritate & subtilitate, aërem quoq; ignis elementaris: tantũ etiã orbis lunæ ignẽ: sicq; consequenter orbis cœlestis quanto altior, tanto sit rarior: quo concesso concludetur, ꝙ cœlũ exteriori uisui nequaq̃ extet uisibile. Verum his obijci potest, quia ut ait Auerrois, & sanctus Thomas frequẽter allegat, impossibile est per naturã aliquod corpus esse igne elementari rarius seu subtilius: euidẽter quoq; uisui nostro corporali obijcitur & apparet obiectũ quoddã corporeũ sphęricũ, terminans uisum: sed & galaxiam uidemus, & scriptura consonare uidet: Videbo inquiens, cœlos tuos. Et Esaias: Leuate, inqt, in excelsum oculos uestros, & uidete quis creauit hæc. Ad hæc quidã respõdent: ꝙ sicut non uidemus aërem purum, nec ignẽ elemẽtarem, ita nec cœlum, nisi in parte stellata: quia quo corpora sunt superiora, eo & nobiliora: & quo nobiliora, eo & rariora: ita quod uidemus, est quoddam confusum resultans, quantũ ad apparẽtiam uisus nostri, ex aëre, igne & cœlo: Quẽadmodum si corpora plura acciperemus, quorum unũquodq; esset tam tenue, ꝙ nullũ eorum per se uisum nostrum à remotis sufficeret terminare: sed plura simul id possent, si ita ordinarẽtur, ꝙ unũ eorum esset alio maius, distãtia inter ea existente: tunc etenim uisus à remotis respiciens, iudicaret ea esse unũ sensibile, nec apprehenderet inter ea distinctionẽ, appareretq; sibi quoddã confusum ex eis: ut si obijcerentur uisui plures parietes uitrei, unus ante aliũ diuersimode lumẽ participantes. Veruntamen siue uideamus cœlos, ut dicit una opinio, siue non, constat ꝙ in ista opinione cõtineantur aliqua falsa, quia nec sol est minoris nobilitatis q̃ planetæ eo altiores, imo multo maioris, nec uidetur rarior eis: Stella quoq; est densior pars sui orbis, nihilominus est nobilior pars illius. Alij dicunt, ꝙ id quod iudicat homo se uidere in parte cœli nõ stellata, simile sit colori, existens in parte cœli nõ stellata aut cœlo crystallino, causatũ ex naturali luce ipsius cœli & lumine quod capit à sole ac stellis: quia nec pars illa tantæ est densitatis, quod in ea possit lux aggregari, sicut in parte stellata: propter quã aggregationẽ non possumus in parte stellata uidere simile illud colori, quod uidemus in parte octauæ sphærę non stellata crystallino'ue cœlo: nec illa pars cœli quã uidemus simile illud colori, est tantæ raritatis, ut purus aër: propter quod potius potest in ea esse ęqua aggregatio luminis, q̃ in aëre puro: ideo pars cœli non stellata cęlum'ue crystallinum, magis ualet terminare uisum q̃ purus aër, aut ignis purus, quod & uidetur probabile.

Obiectio.

Responsio.

Comparatio

Alia opinio.

PROPOSITIO LX.

PLanetæ coordinati sunt: locis, proprietatibus, coloribus, coloriformibus'ue luminibus, influentijs, motibus effectibusq; distincti. Quod est, quia, ut patuit, omnes stellæ fixæ in eodem sunt orbe firmatę, quilibet aũt planeta propriũ habet orbem. At uero luna infimus est planeta, & proxima orbi Mercurij: lumen à sole sortitur, estq; probabile, ꝙ cæteri quoq; planetæ uniuersæq; stellæ, lucẽ suã à sole recipiant. In continua quadã mutatione est augmenti detrimẽti'ue luminis sui, in ea qua nos aspicit parte, cũ iugiter plena dicatur in superficie qua respicit solem. Maculas habet ob uicinitatẽ & cõmunionẽ eius cum orbe terrestri & elementari. Corniculata interdũ apparet, quia pars eius nõ illustrata celatur. Regina cœli uocatur, eo ꝙ sol tanq̃ medius planetarum, proprietates participet omnium, & eas cũ lumine suo transfundit ad lunã, quę receptas ad inferiora transmittit. Frigida extat & humida. Super aquas sortitur dominiũ, quẽadmodũ stellę pleiades. Fluxum & refluxum causat in mari & fluuijs, ac brachijs eius. Quolibet mense signa percurrit zodiaci, & ab eius motu accipitur mensis. Luminare maius appellat quantũ ad apparentiam, cum utiq; omni stella superioribusq; planetis sit minor. Deniq; post lunam ascendendo Mercurius proximus ponitur secundum Ptolemęũ aliosq; astronomorum magistros cõmuniter: quanq̃ Aristoteles opinatus sit, solem proximũ esse lunæ, quia à luna tantũmodo eclypsatur. Mercurius aũt cũ sole iugiter graditur, propter quod alijs minus uidetur, nec amplius quã triginta gradibus unq̃ à sole distare censetur. Eloquentiã dicit ministrare dispositiue

Lunę proprietates.

Mercurius

positiue, ac præesse seminibus, atq; trecētis 58. diebus cursum suum cōplere. Mercurio demū immediate superponitur Venus seu Lucifer, calidus humidusq; consistens: dū solem præcedit, Lucifer nuncupatur: dum sequitur, Vesper seu Hesperus nominatur. Cęteris planetis, dempto sole, ac stellis uidetur splendidior atq; maior, quāuis Iupiter in ueritate multo maior fulgidiorq; consistat: sed ob distantiam uehementer extensiorē non ita apparet. Cursum suum cōplet in 348. diebus. At uero sol in planetarū est medio, ueluti rex in regno: qui (ut cōmuniter fertur) est octies maior terra: secundū Ptolemæū uero centies & quadragies ea est maior: quem philosophus patrem uirorū ac deorum appellat. Luminosus & calidus, fonsq; sensibilis lucis, admirabile opus summi opificis. Primus in ordine lucidorū stellas illuminat, quas nihilominus luminis sui excessu offuscat. Accessu suo in zodiaco generationis est causa, & innouationis in terra, ueris atq; æstatis: recessu aūt suo corruptionis ac hyemis. In multis euidens est sui creatoris imago, & oculus mundi uocatur. In quolibet signo diebus triginta moratur & decē horis: cuius causalitates, uires & effectus: in terræ uisceribus, in generatione diuersorū metallorū & lapidum pretiosorū: & super terrā, in generatione terræ nascentiū & animantiū, pisciū, auiū, iumentorū ac bestiarum: in interstitijs aëris, in productione meteoricarū impressionū, in illuminationibus & influentijs cœlestiū corporū ac alijs distincte & plene capere non ualemus: ideo præclarū obiectū est speculandi excellentiam, omnipotentiam, sapientiā superpulcherrimi ac supersplendissimi cōditoris. Annū efficit proprio motu, diem aūt motu mobilis primi, i. quē habet à mobili primo. Vulnera lenit, corda exhilarat dum propinquat. Insuper Mars nociuus asseritur, quoniā siccus & calidus, ad irā & litem ac bella disponens, igneus & radiosus uidetur. In quolibet signo 40. diebus moratur: Veruntamen nec ipse nec alter planeta directe nociuus est, sed multipliciter conferens, ut in Elementatione theologica exponetur. Iupiter aūt instar lactis clarus & cādidus, in qualitatibus tēperatus, puta calidus & humid⁹, ad orbē Saturni ascēdēs & Saturno propinquans, pallorē uidetur contrahere. In quolibet signo moratur per annū. Post solem uocat maximū corpus inter sydera & planetas, atq; post ipsum stella nomine, inter uniuersales maxima, pulcherrima & efficacissima. In duodecim quoq; annis suū perficit cursum, & uitæ ac pacis amicus est. Postremo Saturnus cœlo stellato uicinior, est siccus & frigidus: ideoq; nociuus asseritur. Ex uicinitate eius ad solē, calor solis remittitur. Ex sua natura est pallidus, sed ex approximatione sua ad Iouem, redditur clarior. Infortuniorū & cladiū dicitur causa, ipsoq; dominante fœtus debilior nascitur. Nocumenta eius temperat Iupiter. In quibus signo moratur per menses triginta, ideo cursum suum cōsummat triginta annis.

Venus. Lucifer. Hesperus. Sol. Mars. Iupiter. Saturnus.

PROPOSITIO LXI.

DE INTELLIGENTIIS

INtelligentia in uniuersitate ac ordine creaturarum tenet primatum, tanquā inter creata primæ causæ similior, cæterisq; perfectior. Quod est, quoniā prima causa quæ est deus supergloriosus & benedictus, uniuersa instituit ac produxit, ut sua perfectio & maiestas in ipsis resplendeat. Cumq; ipse sit purus actus & simplicissima mens, essentialiterq; sapientia ipsa in se subsistens, in qua realiter idem sunt essentia intelligens, intellectiua potentia & intellectio actualis, constat ꝙ in primo ordine ac summo genere rerum produxit & collocauit substantiam separatam, intellectualem ac simplicem, incessabiliter intelligentē, cui concreauit ac indidit sapientiam atq; scientiam, in qua substantia non sunt nisi uires intellectiuæ, non sensitiuæ, & quæ non indiget suam perfectionem ex creaturis per corpus aut sensum acquirere: imò in se subsistens, à sui exordio in suo genere est perfecta. Deniq; omne agens producit sibi consimile: propter quod effectus dicitur participata suę causæ similitudo, omnis quoq; creatura dicitur radius creatoris: Causatum namq; præexistit in sua causa, nec aliquid dat alteri, nisi quod præhabet in seipso. Hinc dixerunt Platonici, ꝙ omnis processus secūdorum à primo, & cōuersio eorundem ad illud, per similitudinem efficitur utrorumq; adinuicem. Hinc prima & superiora in creaturis creator omnipotens decreuit & uoluit sibi esse similiora. Propterea huiuscemodi creaturas Peripatetici nominauerunt intelligentias, quia non uiuunt nisi uita intellectuali, quæ tantum prædominatur in eis, tamq; excellenter, indefinenter ac deiformiter, est, uiget ac floret in ipsis, imò tam gaudiose, tam feliciter & pręclare, ꝙ abstractiue intelligentiæ nuncupantur: Velut si quis tam sapiens esset, ꝙ sapientia diceretur: Ve-

Platonici. Intelligentiæ cur dictæ.

runtamen in ipsis realiter differunt substantia & operatio, & esse & agere. Iccirco de ipsis Aristotelis dixit, quod sunt entia simplicia, optimã uitã ducentia, & de suis sufficientia. Postremo superditissima causa prima naturaliter bona ac infinite liberalissima, mere gratis ac pura liberalitate uniuersa constituit & causauit, ut suam bonitatẽ, opulentiam, beatitudinem, perfectionem, rebus cõmunicaret: & hoc utique sapienter ac ordinate à summo cardine entium, & à primo creato usque ad infimũ. Intelligentiæ ergo quæ in primo ac summo rerum ordine sunt constitutæ, præ cæteris bonitatem, felicitatem, perfectionem atque diuitias gloriæ supergloriosissimi creatoris participauerunt exuberanter & copiose.

PROPOSITIO LXII.

Differentiæ intelligentiarum ab inuicẽ penes hoc attenduntur, quod magis aut minus sortitæ sunt de actu aut potentia.⌋ Quod est, quia ut dictũ est & supra expositũ, sola prima causa est purus actus, nil prorsus de potentialitate, materialitate & limitabilitate habens admixtum. Omnis uero intelligentia, eo ipso quo creata passiue & dependenter ac indigenter se habet ad causam primã, cuius manutenentia & influentia indiget incessanter. Verũ quantò uicinior ac consimilior est causæ primæ, seu immediatius ab ipsa procedens, eo plus habet de actualitate, formalitate atque intrinseca perfectione in sua natura ac specie, tantoque minus de potentia. Porrò quò distantior est ab illo, tantò plus habet de potentia, & tantò minus de actu: ac per hoc assignamus specificam differentiam inter substantias separatas, quod una in suo natura plus habet de intrinseca & essentiali actualitate quàm alia & minus de potentialitate: atque per hoc intellectualitas in una sublimior perfectiorque consistit quàm in alia, puta altioris gradus eminentiorisque ordinis. Hinc intelligentia non est actualitas pura aut illimitata, sed potentialitati coniuncta, dependens & limitata, ad genus speciemque contracta, ac sua essentiali differentia coartata & circunscripta: iccirco ubi finitur eius perfectio, ibi ipsius imperfectio inchoatur. Veruntamen has differentias & species specialissimas intelligentiarum, determinate, præcise ac distincte inuenire ac noscere non aut uix ualemus, sed hoc scimus, quòd quo` eminentiores sunt actualitatis & purioris intellectualitatis, eo` lympidius creatorem altissimum contemplantur, ac altiori modo seipsas & alia norunt.

Intelligentiarum differentias & species, homo asseqni nõ põt.

PROPOSITIO LXIII.

Quamuis intelligentiæ simplices appellentur, aliqua tamen in eis compositio ponitur.⌋ Quod est, quia in omni re creata sunt, quod est & quo est: seu actus & potentia, forma & esse, esse & essentia: quæ à diuersis diuersimode exponuntur, ut declaratum est supra. Porro` qui in intelligentijs spiritualem ponunt materiam, illam nominant quod est, & formam illius quo est: Qui uero in illis negant esse materiam, per quod est designant potentiam, per quo est actum. Porro qui inter esse & essentiam distinctionem fatentur realem, per quod est intelligunt intelligentiæ quidditatem, essentiam, seu naturam inquantum recipit esse à prima causa, atque per respectum ad eam se habet instar passiuæ potentiæ ac materialis principij: unde in libro de Causis, intelligentia fertur habere yliathym: Per quo est uero intelligunt ipsum esse: Potest quoque per quod est designari suppositum, per quo est natura specifica. Interim quia præhabitum est hoc rationabilius apparere, quod esse & essentia in creatis nõ realiter, sed ratione seu formaliter tantummodo distinguantur: Dicendum quod in intelligentijs inter actum & potentiam non est realis distinctio: Ipsa quippe intelligentię essentia, inquantum à primo ente dependens, influxum, conseruationem, illuminationem recipiens, finita, imperfecta ac indigens, rite uocatur potentia. Nihilominus appellatur & actus, inquantum est forma diuina perfectione ac primæ causæ influentijs fœcundata, exerens à se esse, atque sufficiens ad subsistendum in se, & formaliter prębens & exhibens sibi esse, uocatur actus. Attamen etiã realis distinctio in intelligentijs reperitur: quippe in quibus essentia, scientia, species intelligibilis, actus intelligendi, & actus uolendi, realiter ab inuicem differunt.

In intelligẽtijs quid sit quod est & quo est.

Forte legẽdũ, ũaar séme.

Actus & potẽtia in intelligẽtijs, quid sint.

PROPOSITIO LXIIII.

In intelligentijs non uidetur materia proprie dicta esse ponenda.⌋ Quod est, quia processus rerum à supersimplicissimo deo per assimilationẽ quandam efficitur: iccirco suprema creata non uidetur intantum à creatoris simplicitate occũbere, quod in ipsis sit realis diuersitas inter essentialia naturę eorum principia, cõpositioque realis ex materia & forma

& forma. Preterea forma est finis materię, quēadmodū perfectū imperfecti: nec eñ forma unitur materiæ, nisi indigeat ea ad essendū atq; agendū. Cum ergo intelligentia sit forma tam sublimis, deiformis, fœcūda & actualis, q per se sufficit atq; idonea est operari, subsistere ac manere, nulla ei necessitas est neq; cōmoditas, ut materiæ uniatur: præsertim cū actiones intellectuales per elongationem à materia expeditius ac liberius exerceātur. Nec sequitur, q in intelligētijs sit materia proprie sumpta: quia in ipsis sunt proprietates quędā materiæ, puta recipere, dependere, perfici, alterari: nō eñ uniuoce sunt in illis & in materialibus rebus. Nempe in intelligentijs sunt spiritualiter solum, & prout necessario consequuntur omnem entitatē, imò & omnem formalitatē ac perfectionē creatam. Etenim omne quod est citra deum, & causatum aut concausatum ab ipso, eo ipso quo tale necessario est dependens, indigens, ac quicquid est ac habet, à deo recipiens ac sortitum. Quod si ideo in intelligentia consistit materia, quoniā conueniunt ei proprietates prætactæ, accipio formā illius materiæ, & quæro, an in ipsa quoq; sit cōpositio ex forma & materia? Si sic, ergo in intelligētia una & eadē sunt plures formæ atq; materiæ, imò & infinitæ: nam ibitur in infinitū, accipiendo rursus formā illius materiæ: Si uero dicatur q non, probo q imò: quia & illi formæ eo, ipso quo quid creatū est, insunt proprietates materię, puta dependere, recipere, indigere, perfici, & suo modo moueri ad suam materiā, ad operationē & ad ultimū finē. Veruntamen magni philosophi, itēq; præclari theologi & ingeniosissimi tractatores senserūt oppositum, puta Origenes in Periarchon, Augustinus in pluribus locis, Plato etiā & magni Platonici, Proclus in elemētatione, Auicebron in libro fontis uitæ. Plotinus & Apuleus, quos sequuti multi doctores scholastici ac famosi theologi: siquidē Bonauētura, Petrus de Tarētasia, Richardus de media uilla, Scotus & alij quidā, dicūt spirituale materiam esse in angelis ac intelligentijs: Thomas uero, Albertus, Aegidius, Gulielmus Parisiensis, Henricus, Vlricus, Durandus cū suis tenent oppositū, quibus in hoc magis consentiendū uidetur: Cū & Philosophus 3. de anima intellectū humanū fateatur immixtū, immaterialē, inorganicū: quanto magis de intellectu intelligentiarū senſit hoc. De his super primū Sententiarū distinctione octaua & super secundū, distinctione 3. scripsi diffuse præfatorū scripta doctorū introducendo. Postremo ex eisdem ostēditur anima rationalis esse immaterialis & incorporalis, quod & Richardus de sancto Victore fatetur, de ipsis quoq; dæmonibus. Quorū omniū dicta roborantur ex hoc, q diuinus Dionysius angelos frequenter perhibet incorporales & immateriales. Quòd si anima dicatur cōposita ex materia spirituali ac forma, quærendum est, an anima dicat, & sit quid cōpositū ex materia & forma: & constat q imò, iuxta istā opinionē: quæretur ergo an forma huius cōpositi sit anima: & sic erunt in homine animæ duę: & utrū forma seu anima illa constet ex materia & forma: & arguet ut supra.

Quæstio.

Quæstio.

Responsio

Quæstiones aliæ.

PROPOSITIO LXV.

Intelligentia est sua essentia, quæ indiuiduatur seipsa. Quod est, quia intelligentia est simplex & per se subsistens: forma, cui ex propria perfectione & excellentia cōpetit non recipi in alio, ut formā informantē aut inhærentē. Indiuiduationē itaq; habet à causa prima effectiue: ex se uero formaliter, ut est ens tam excellens q cōpetit ei in se & ex se subsistere, ac per se stare sine fulcimento ac receptaculo. Rursus personalis discretio seu suppositalis distinctio conuenit intelligētijs, ut sunt termini realis productionis: ratione quoq; suæ existentiæ actualis, ut constat ex dictis superius de causa atq; principio indiuiduationis. Porrò uniuersalitatē in rebus non facit nisi abstrahens intellectus: singularitatē uero parit causa efficiēs, & alia quædā sicut expressum est. Hoc est quod in libro de Causis asseritur & probatur: Omnis intelligentiæ fixio & essentia est per puram bonitatem, quæ est causa prima. Itemq; omnis substantia simplex est stans per seipsam, id est per suam essentiam.

PROPOSITIO LXVI.

Numerus intelligentiarū secundū philosophos sumitur penes numerū cœlestium orbiū qui mouentur, aut penes numerū motuū cœlestium corporū. Hæc propositio Aristotelis est duodecima primæ philosophię, eò q secūdū eū cōnectio sit in entibus ordinis uniuersi, nec plures sint substantiæ separatæ q̄ exigit ordo ac motus cœlestiū, regimēq; & cōsistētia mūdi, puta tot quot sunt orbes aut cœlestiū corporū motus: nā & conformis est numerus mouētiū seu motorū atq; mobiliū. Hinc Peripatetici cōmuniter tradiderūt decē esse intelligētias simul cū ea quæ sphæræ præsidet actiuorū & passiuorū. Veruntamen argumentatio ista modici est uigoris: Non eñ principalis actus

Intelligentiæ secundū Peripateticos decē.

aut finis præcipuus intelligentiarum est orbes mouere, inferioraq; regere, sed primæ causæ contemplationi intendere. Porro numerus qui in substantijs ponitur separatis, non est numerus materialis ex cõtinua diuisione cõsurgens, aut corporaliũ diuersitate procedẽs, estq; de genere quantitatis, imo est numerus formalis, qui ex substantiali seu essentiali rerum distinctione aut personali discretione consurgit.

PROPOSITIO LXVII.

QVod à Theologis dicitur angelus hoc à philosophis substãtia separata & intelligẽtia nũcupatur. Quod est, quoniam sicut philosophi prima & excellentissima inter creata intelligẽtias appellarũt, ita hæc ipsa à theologis angeli nũcupantur: nihilo minus formaliter distinguunt. Intelligẽtiæ nanq; uocãt ab eminẽtia & perfectione intelligẽdi, atq; per cõparationẽ ad regimẽ uniuersi in ministerijs operibusq; naturæ prout sunt causæ uniformitatis cœlestiũ motuũ, & directiuæ, aut etiã effectiuæ ac executiuæ uniformitatis illius corpora mouẽt cœlestia, atq; per ea agũt in inferiora, lumine, motu & influẽtia: nec mouẽtur, imo secũdũ philosophos, loco & operatione extãt immobiles: neq; descẽdunt, nec in assumptis corporibus apparẽt hominibus, quod & de superioribus angelis diuinus testatur Dionysius. Propter quod retulit Auicẽna, quod substantiæ separatæ quæ in lege dicuntur deo assistere & superiores cẽsentur, à philosophis intelligẽtiæ nominantur: Angeli uero dicũtur, prout in ministerijs gratiæ altissimo obsequũtur, & supernaturali beatitudine perfruũtur, Hominibus quoque apparẽt, loquũtur, reuelãt, auxiliãtur. Quidã tamen (ut Albertus in cõmẽto super librũ de Causis, & in scripto secũdi) sentire uidetur, quod nõ sunt hæ eędẽ personæ, sed ex his patet cõcordia. Nihilominus dici fortassis posset quod nõ sint hę idẽ numero personę, sicut nec angeli qui assistũt, & angeli qui ministrãt ac emittũtur, prout in Elemẽtatione Theologica exponetur.

Intelligẽtia & angelus formaliter distinguũtur.

PROPOSITIO LXVIII.

INtelligentiæ abinuicẽ specifice distinguũtur, quẽadmodũ cœli & orbes planetarum. Istud à philosophis concorditer sic tenetur: Vnũquodq; etenim cœlũ ex sua tota constat materia, similiter unusquisq; planeta: estq; appropriatio grãdis & proportio ingẽs inter motores orbiũ ipsosq; orbes. Verũtamẽ de isto possit difficultas oriri apud theologos quorum nõnulli affirmant, uniuersos cœlorum motores de eodẽ choro ac ordine esse, oẽs quoq; spiritus supernos ad eundẽ ordinẽ pertinẽtes, eiusdẽ existere speciei: ex quibus consequi uideretur, oẽs intelligẽtias speciei esse eiusdem: sed de his in Elemẽtatione Theologica erit tractatus. Qualiter aũt forma eiusdẽ speciei indiuidualiter plurificetur, remanet quæstio: Et respõdetur, quod per id quod est indiuiduationis principiũ, quod (ut patuit) aliqui asserũt esse materiã, alij materiã signatã, alij quantitatẽ, quibus oibus cõtradictũ est supra. Hinc quidã doctor cõtra positionẽ sancti Thomæ obijciẽs: Hanc (inquit) Cõmẽtator secũdo de aĩa reprobat, quia indiuiduũ per hoc est indiuiduũ, per quod est in actu: quod non est ipsa materia. Auicenna quoq; 2. Metaphysicę suæ, eo quod materia indifferẽs sit & indistincta. Verũtamen obijci põt, quoniam 12. Metaphysicę ait Philosophus: Quæcũq; sunt plura numero, sub eadẽ uidelicet specie, materiã sortiũtur: quo dicto sistit, de hoc nil amplius addẽs: sicq; per uerba illa insinuat, quod in solis materialibus possibile est sub eadẽ specie plura indiuidua esse: & hoc nisi tota materia sub una forma sit cõprehensa, sicut in sole & luna. Vnde primo Cœli cõcludit, quod nequeũt esse plures cœli seu mundi, quoniam cœlũ & mundus ex sua tota constant materia. Ad quod poterit responderi, quod materia in rebus sensibilibus est principiũ indiuiduationis, quantũ ad manifestationẽ, non quo ad efficientiã aut causationẽ. Postremò qui dicũt materiam indiuiduationis principiũ, imaginantur in substãtijs separatis nõ posse esse plura supposita sub specie una: imò & esse in illis tot species quot indiuidua: quod ut cætera taceã, est articulus Parisius excommunicatus & condemnatus, & improbabitur postea.

Quæstio.
Responsio.

Obiectio Aristotelis.

Responsio.

Articulus Parisiensis.

PROPOSITIO LXIX.

IN intelligentia & anima rationali potentiæ ab inuicẽ & ab essentijs subiectorũ suorũ realiter distinguuntur. Quod est, quia ut diuinus Dionysius sæpius protestatur, in simplicissimo deo ob summã & infinitã ipsius simplicitatẽ sunt idem in re, esse, posse & agere: hoc est essentia, potentia & actio: quæ tria sunt in cæteris diuersa. Rursus quod operatur immediate per suam essentiã, eius operatio est idẽ quod sua essentia, ut uidemus in deo: si ergo in intelligentia rationaliq; anima, intellectus seu uis intellectiua esset realiter ipsa intelligentia & anima, in eisdẽ actuale intelligere, esset earum esse. Præterea sicut ait Magister Sentẽtiarum lib. primo: Intellectus & uolũtas sunt naturales uires & accidẽtia aĩæ, suntq; in genere qualitatis, similiter in intelligẽtiis: ideo esse nõ ualẽt realiter idẽ quod intelligẽtia & aĩa.

Insuper

Insuper cõmuniter dicitur, ꝙ fluũt ab essentia, & ita sunt eius effectus, nec realiter idẽ quod ipsa. Amplius distincti ac proprij actus à distinctis & proprijs actiuis principijs oriuntur: nã simile procedit à simili, & omne agens simile sibi producit. Cum ergo intelligere & uelle, sint actus specie differentes, progrediuntur à potentijs distinctis specifice. Præterea idẽ inquantũ idem non operatur diuersa, sed idẽ. Intellectiua ergo creata essentia non est immediata causa tam diuersoꝝ ac differentiũ actuum, secundũ ꝙ in seipsa est una & simplex, sed prout in suis uiribus multiplex est, & uarijs modis se habens. At uero iuxta Philosophum actus & potentia diuidunt ipsum ens, & quodlibet genus entis, & in eodẽ genere reponuntur: ergo intellectiua potentia & actualis intellectio eius in eodẽ sunt genere. Certũ est aũt ꝙ actiones intelligendi atq; uolendi non sint in genere substantiæ: ergo neq; potentiæ ex q̃bus procedunt. Adhuc aũt queadmodũ corpus ad diuersa opera exercenda eget mẽbris diuersis, quæ abinuicẽ realiter sunt distincta: ita intellectualis essentia ad actus differentes indiget potentijs ita distinctis. Insuper si in anima idem sunt esse & posse, tam incessabiliter erit in actu potentiæ, q̃ indesinenter est in actu uitæ. Hanc positionẽ in Summa sua libro secundo fortiter tenet Gulielmus Antisiodorensis episcopus, affirmans opinionẽ contrariã deo iniuriosam: quia attribuit creaturę quod deo est propriũ, puta ꝙ in creaturis sint idem esse & posse, quod soli cõuenit creatori. Veꝝ his obijciunt uerba beati Augustini, in quibus sentire uidetur, ꝙ uires animæ sint re in anima ipsa: ad quod Magister primo libro euidenter & sufficienter respondit, ꝙ scilicet idẽ dicuntur cũ anima, quia in eadẽ animæ fundant essentia. Attamẽ sicut in prima parte Sũmæ quæstione 79. Thomas declarat, Augustinus dicendo intellectũ, uoluntatẽ, memoriã esse idẽ in anima, non accipit tria illa, ut sunt potentię, sed pro actuali intellectione, uolitione & memoratione: certũq; est, ꝙ sic sumpta nõ sint realiter idẽ inter se, neq; cum anima, nisi iuxta responsionẽ Magistri. Obiectio. Responsio.

PROPOSITIO LXX.

NOn congruit in intelligentijs intellectũ agentẽ & possibilẽ tanq̃ realiter differẽtes potentias ponere: attamen intellectũ & uoluntatẽ in ipsis ab inuicẽ realiter secernere, est rationabile.⌋ Quod est, quoniã intelligẽtijs species intelligibiles sunt cognatæ, nec indigent eas à rebus phantasmatibusq; abstrahere, & abstractas in se recõdere ac seruare, imò indelebiliter sunt eis impressę: Hinc & si ponãt in eis intellectꝰ & agẽs intellectus possibilis, nõ hoc erit uniuoce sicut in nobis ponũt. Verũtamẽ quẽadmodũ causa prima uocat intellectus uniuersaliter agẽs, & supra omẽ genus ordinẽq; consistens, sic in intelligentia possit poni intellectus in certo genere agens & actiue se habens, ac propriũ actũ elicitiue producens, imò & idẽ intellectus per respectũ ad primam causam possit uocari possibilis, quia ad creatorẽ & primũ omnium illuminatorẽ intelligibiliũq; specieꝝ influxorẽ passiue se habet, sicut & omne creatũ. Intelligẽtia quoq; inferior ita quodã modo ad intelligẽtiã superiorẽ se habet, quoniã illuminatur ab illa, uultumq; suum proijcit super lumen illius, ut perficiatur ab ea, ut in libro de Causis narratur.

PROPOSITIO LXXI.

OMnis intelligentia ab æuo intelligibilibus speciebus, itemq; infallibilibus sciẽtijs extitit plena, per quas tam superiora q̃ inferiora cognoscit.⌋ Quod est, quoniam intelligentia ex sua natura ac specie tantæ est excellentiæ, ꝙ connaturale ac propriũ ei est actionibus intellectualibus incessanter intendere: ideo sicut igni cõnatus est calor ac leuitas, sic intelligentijs scientia & intelligibilis forma. Præterea intelligentia ab exordio felix est naturali felicitate, moxq; ut creata est, se creatam cognouit, atq; ad creatorẽ protinus se conuertit per contẽplationẽ syncerã, naturalẽ amorẽ & gratitudinẽ debitam secundũ Peripateticoꝝ philosophiã: ideo ab initio suæ cõditionis habuit ea quæ ad naturalẽ beatitudinẽ obtinendã exigebantur, utpote sapientiam intellectus, munditiã mẽtis, scientiam reꝝ totiusq; ordinis uniuersi, perfectionẽ quoq; uirtutũ heroicaꝝ multò sublimius q̃ ex naturalibus suis adipisci ualet homo mortalis. Recte ergo deprompsit Auerrois, Intelligentia est agens infallibilitate & non errans: Aristoteles quippe sensit nec in substantijs separatis, imò nec supra sphæram lunæ posse accidere malum, hoc est nec malũ culpæ, nec malũ pœnale: quanq̃ ueritas sacratissimæ fidei aliter protestet de angelis. Insuper intelligentiæ sunt causæ executrices & instrumentales, causæ primæ omnipotenti subseruientes in productione & gubernatione inferioꝝ. Causæ utiq; sapientiales intellectualiter operantes: ideo in se cõtinent formas intelligibiles practicas suoꝝ effectuum. Deniq; quò excellentiores sunt dignitate naturæ specificæ, eò primũ uniuersoꝝ principiũ superbeatissimum Auerrois. Aristoteles. Intelligentiæ sunt causæ executrices &c.

mum creatorē à suo primordio clarius agnouerunt, iocundius contēplatæ sunt, atq; intensius dilexerūt: deinde seipsas ac inuicē sed & per propriā essentiā unaquęq; intuet seipsam, suū etiā creatorē, inquantū illius maiestas in sua relucet essentia.

PROPOSITIO LXXII.

INtelligentiæ in cognoscendo assimilantur causæ primæ. Quod est, quoniā modus agendi parificatur modo essendi: ideo quò intelligentia per suæ naturæ nobilitatem, simplicitatē, actualitatē, propinquior est primæ causæ, eò similior ei est in intelligēdo. Porrò prima causa in qua summa consistit simplicitas & nulla diuersitas, seipsam & cūcta per propriā cognoscit essentiā, maxime unam ac simplicē: quę quāuis in se sit una, attamen uniuersorū est exēplaris ratio & idea, per quā uniuersa & singula distinctissime atq; plenissime intelliguntur à mente diuina. Hinc intelligentię quò primæ causæ sunt propinquiores, eò per pauciores & uniuersaliores formas seu species intelligibiles intelligūt plura, etiā magis distinctè q̄ intelligentiæ inferiores & à prima causa distātiores: non utiq; loco, sed dissimilitudine, per species plures et minus uniuersales. Cumq; species intelligibiles intelligentiarū deriuentur ac deducantur ab idealibus rationibus mentis diuinæ omnium causatiuis et repræsentatiuis, queunt et ipsæ intelligentiæ per species sibi à mēte diuina impressas non solū genera ac species rerū, sed particularia quoq; cognoscere, præsertim quantum ad perfectionem sciētiæ intelligentiarū requiritur, decet et pertinet. Hoc totū est quod in libro de Causis inducitur: Omnis intelligētia est plena formis: Veruntamen ex intelligētijs sunt quæ continēt formas plus uniuersales, et ex eis sunt quæ continent formas minus uniuersales: quod consequenter ibidem exponitur iuxta sensum nunc tactum. Verū de his super secundum Sententiarū distinctione tertia copiose cōscriptum est. Constat itaq; q̄ scientia intelligentiæ non est discursiua sed deiformis et intuitiua, ita q̄ intuendo genus intelligit species eius, et intelligēdo principia, intuet cōclusiones quæ deducūtur ex illis.

Causa prima cūcta per proprii cognoscit essentiam.

Intelligentiæ quomodo cognoscunt.

Intelligentiæ scientia nō est discursiua.

PROPOSITIO LXXIII.

NVlla intelligentia ex lumine naturali ac propria potestate intellectuali, ualet intelligere causam primā plene & cōprehensiue, seu quantū ad quid est. Quod est, quoniā causa prima est incomparabilis & infinitæ excellentiæ super omne creatum, & est supra omne genus ac super omnem ordinem rerū, quoniā ipsa est purus & incircūscriptibilis actus, & esse perfectionaliter ac penitus infinitum: Vnūquodq; aūt tantū habet de intelligibilitate, quantū de actualitate, formalitate & perfectione: Hinc prima causa est prorsus immensæ intelligibilitatis ac cognoscibilitatis: uis aūt intellectiua intelligentiæ est finita in se, & capacitatis finitæ: nō ergo est adęquata cognoscibilitati causæ primæ, imò infinite distat, deficit & occumbit ab illa. Rursus inter potentiam & obiectū oportet esse proportionē, quæ non est inter finitū ac infinitū, imò inter intellectū comprehensiue cognoscentē, id est, intelligentē obiectum tam clare ac plene, sicut ex sua natura cognoscibile est, necessario requirit proportio proprie sumpta: Ideo causa prima sibi soli est plene ac prorsus comprehensiue perfecteq; cognita: nec ulla creata essentia potest eam repræsentare, quantū ad quid est. Insuper scire est rem per causam cognoscere: quod uerū est de scientia mentis creatæ: siquidē deus supersublimis, quāuis causam sui non habeat, nihilominus scit perfecte seipsum: Intelligentia aūt est mens creata: iccirco non scit nec plene intelligit causam primam: ueruntamen intelligit & scit eam, prout ex creaturis potest cognosci, & per species creatas ac lumine naturali. Vnde in libro de Causis habetur: Omnis intelligentia scit quod est supra se, & quod est sub se: Veruntamen scit quod est sub se, quoniam ipsa est causa ei: & scit quod est supra se, quoniam acquirit bonitates ab eo. Postremo iuxta Philosophū intellectus noster se habet ad cognitionē separatarū substantiarū, quēadmodū uisus uespertilionis & noctuæ ad lumen solis: sed prima causa incōparabiliter plus excedit & uincit omnē mentem creatam q̄ intelligentia intellectū humanū: non ergo præualet lumine naturali ad intuitum lucis increatæ primæ causæ, prout in seipsa in propria luce & claritate ac puritate consistit, pertingere: quāuis iuxta sanctæ fidei documenta, uniuersi beati supernaturali cognitione illam facie ad faciē beatifice contēplētur. Hinc rursus in libro de Causis asseritur: Causa prima est superior omni narratione: quoniā ipsa est super omnē causam, & non narratur nisi per causas secundas.

PROPOSITIO LXXIIII.

OMnis intelligẽtia absolute loquẽdo finita est.⌋ Quod est, quoniã omne creatũ ad certũ gradum essentialis perfectionis contractũ est, qui gradus per essentialẽ & propriã eius differẽtiam designat. Rursus quicquid ex nihilo est productũ ac dependẽs, eo ipso quo tale potẽtiale est imperfectũ, finitũ ac indigẽs: Conformiter de omĩ eo q̃d in certo est genere & differẽtiã habet, est sentiẽdũ. Postremo uniuersa creata sunt inuicẽ coordinata & aliq̃d habent super se, nec unũ est alio infinite perfectius: aliàs in eodẽ ordine non essent contenta. Attamen in libro de Causis intelligẽtia dicit infinita inferius, & finita superius: qm̃ ipsa est simplex essentia in materia non recepta, nec corporali receptaculo limitata: sed hoc non est esse infinitũ, nisi secundũ quid atq; improprie.

PROPOSITIO LXXV.

NOn uidetur naturæ rationalis animæ repugnare, neq; p naturã impossibile esse, intelligere in hac uita substantiam separatã clare & immediate quantũ ad quid est.⌋ Quod est, quoniã ordo est intimus rebus intantũ, q̃ species rerũ se habent ut numeri atq; ut species numerorũ, in quibus unitas addita aut subtracta speciẽ mutat. Hinc anima rationalis in umbra intelligentiæ fertur creata, sic q̃ infimæ intelligẽtiæ maxime est propinqua: Descensus quippe & influentia intelligibilium specierũ à causa prima in mentes creatas paulatim & ordinate occumbit, & deficientior particulariorq; efficit intantum, q̃ animæ rationali, quæ sub infima intelligentia ponitur, atq; intelligentia obumbrata uocatur, naturale conueniensq; consistit corpori, ut formã substantiale uniri, & per eius ministerium per sensitiuas potentias species rerum haurire, recipere, ac per intellectũ agentem abstrahere ac depurare, sicq; in intellectu possibili depuratas reponere ac seruare. Porrò dum intellectus animæ fuerit naturalibus scientijs decoratus, ipsaq; anima uirtutibus purgati animi heroice perornata, sanctificata, exercitata ac eleuata, iã aptissima facta est lumini intelligentiæ, mox pure & immediate uniri, desuper illustrari, deiformiter intelligere ac contemplari, sicq; intantum luce intelligentię sibi propinquioris perfundi, & intẽtiones atq; impressiones ab ea tã copiose ac radiose suscipere, ut per eas intelligentiã ipsam clare conspiciat quo ad quidditatem ipsius: hoc nempe ordo earum, cõproportio et cohabitudo uidentur exigere. Præterea mens humana summæ et increatæ lucis imago est atq; signaculũ, ex sua specie super tempus et cõtinuum sublimata, diuinarumq; illustrationum tantò excellentius susceptiua, quantò per uirtutes consummatas ac supremos habitus intellectuales deiformior fuerit facta. Talis ergo effecta, tanquàm secretaria & consiliaria spirituum supernorum, ab eisdem est ordinate ualdeq; copiose illuminabilis, ac proxime eisdẽ unibilis. Insuper præcipuum contrariæ opinionis motiuũ est, q̃ anima in hac uita non possit sine phantasmatũ speculatione intelligere, quod improbatũ est supra. Hinc præcipui Peripatetici Auicenna, Algazel, Auerrois, Alexander, Alphorabius, Abubather ac alij quidam fassi sunt, probauerunt ac defenderunt, intellectum nostrum in hoc statu ac corpore ad huiuscemodi intuitionem substantię separatę posse cousurgere, non obstante, quòd quidam ipsorum ut Auerrois, Alexander, Abubather opinati sint, animam hominis esse mortalem, imò & intellectum animæ uim esse organicam putauerit Alexander: quanto magis qui animam immortalem fatentur, intellectum quoq; inorganicum recognoscũt, deberẽt huic obtẽperare doctrinæ: Veruntamen præfati philosophi in modo intelligendi substantiam separatam in hac uita, erant dissentientes: nec reor modum illum sufficere, quẽ quidã eorũ assignauerunt, prout hoc alibi est ostensum. De hac re Albertus in tractatu suo de intellectu & intelligibili subtiliter philosophatus uidetur.

Anima rationalis in umbra intelligentię creata.

Anima intelligentia obumbrata.

Mens humana imago et signaculũ increatæ lucis.

Propositione 45.

Albertus.

PROPOSIOTIO LXXVI.

BEatitudo tam intelligentiæ q̃ animæ intellectiuæ in actu intellectus & contẽplatione primæ causæ consistit.⌋ Quod est, quoniã beatitudo est optima actio nobilissimæ potentiæ ac uirtutis, circa præstantissimũ uersans obiectum: intellectiuã autẽ potentia cæteris uiribus extat præclarior, sine cuius directione atq; regimine uoluntas quoq; est cæca ac tyrãnizans. Deniq; ab intellectuali aut rationali perfectione tam intelligẽtia q̃ anima humana speciem suscipit ac sortitur, certumq; est omnẽ rem in cœlo & terra speciem sortiri ab eminentiori & ultimata sua perfectione essentiali intrinseca: quod totũ super quartũ Sentẽtiarũ & alibi copiose probatũ est. Hinc Philosophus decimo Ethicorũ felicitatẽ contẽplatiuã in contẽplatione optimi speculabilis affirmat consistere, & intellectũ phibet esse summã uim animæ: hoc ipsum egregius Plato in Timeo, Phedone,

Peripateticorum error. Memnone ac alibi frequenter testatus est. Veruntamen Peripatetici quidam constituerunt animæ rationalis naturalē felicitatē in cognitione substantiæ separatæ, à qua & animas hominū æstimabant immediate productas, uidelicet in contēplatione intelligentiæ ultimæ, quod totū censetur erroneū: attamen uerisimile est hoc non dixisse philosophos illos præcipuos, nisi in quantū anima per contēplationē intelligentiæ redderetur ad cognitionē primæ causæ magis idonea, cū & modicū id quod de ea cognoscere possumus, præstantius desiderabiliusq; consistat, q̃ tota cognitio quā de creaturis habere ualemus. Intellectus demū humanus bene dispositus in cognitiōe creaturę & effectus, nō qescit nec qetat, nec cōtētat.

PROPOSITIO LXXVII.

DE DEO.

Deus IN uniuersitate rerum & causarum, atq; mouētium ac gubernantiū esse unū ens, primū, æternū & incausatū primū, causas mouens ac regens, euidēter ac multipliciter demonstratur. Quod est, quia uidemus ad oculū, ordinē esse in rebus in toto uniuerso, & itē in genere entiū. In oñi aūt ordine deuenitur ad primū ac ultimū. In ordine itaq; rerū, est aliquod primū ac summū quod deum uocamus, quēadmodū etiam infimū ac ultimū entium est pura potentia, res indigentissima & imperfectissima, maxime quoq; dependens: sic primū summūq; entium est purus actus nullius penitus egēs, & omnino in seipso perfectus ac omnifarie independens. Idem ostenditur ex genere ac ordine causarū & causatorū. Cernimus quippe multa esse causata, quæ aliunde suū esse sortita sunt: est igit̃ deuenire ad aliquod causans incausatū: alioqui iret in infinitū, nec esset status nec ordo in causis: presertim aūt in causis essentialiter subordinatis oportet cōsistere statū. Porrò causans incausatū necessario est æternū, cum nil fuerit ante ipsum, nec aliquid queat causare seipsum. Præterea hoc probatur ex ordine mouentium atq; mobiliū, in quibus non pōt ascensus esse in infinitū, imò necesse est unū esse primū motorem tam in mouentibus efficienter q̃ in his qui mouēt per modū causæ finalis, qui motor est summus, solus ac uerus deus, summū, uere & incōparabile bonū ab oñibus suo modo finaliter desideratū, uniuersorū ultimus finis, motor non motus, efficiens non effectus, finis finiens non finitus, separatissima forma oīa formans, à nullo formatus, ab omni materiali proprietate pure immunis. Amplius hoc monstrat̃ ex ordine & natura regentiū, in quibus necessariū est esse unū primū summū gubernans, propria auctoritate præsidens, propria potestate cęteris dominans, ex propria sapiētia legē gubernandi instituens ac præfigens, atq; ex fonte prouidentiæ suę moderans ac disponēs uniuersa subiecta. Entia nēpe, ut dixit Philosophus, nolunt male disponi: Pluralitas quoq; principū mala, optimus uero principatus monarchicus: unus ergo est princeps, qui est deus excelsus & gloriosus, cui null⁹ dicere potest, quare sic facis? cū ipse sit regula prima ac summa mēsura totius iustitiæ ac uirtutis, quē scimus naturaliter & essentialiter pure infinitēq; bonū, sanctū ac sapientem.

Homeri dictū.

PROPOSITIO LXXVIII.

DEus est ipsum esse ac bonitas pura, incōprehensibilisq; maiestas, cui cū infinita excellentia inest & conuenit quicqd (absolute loquendo) melius est in esse & habere q̃ deesse. Quod est, qm̃ ipsum esse est actualitas prima ac fundamētalis formalitas, uniuersis & singulis appetibile, à cæteris cunctis bonitatibus, formalitatibus perfectionibusq; præsuppositū & tanq̃ pelagus infinitū oñia reliqua cōprehendens, includens & continens. Ideo ipsum dicit̃ primū nomen dei cuius esse omnē essendi nobilitatē, perfectionē, beatitudinē, cū superinfinita ac simplicissima eminentia habet & possidet, cui esse creatū si cōparet̃, magis non esse q̃ esse uidetur. Deniq; hoc esse, cum & ipsemet deo sit præamabilissimū oñiq; creato summe desiderabile & optandū, in quo nil defectuositatis, nil mali, nil imperfectionis potest esse admixtū, coniunctū, adueniens: cum in seipso sit infinitæ simplicitatis atq; æternæ incōmutabilitatis, in quē nullatenus cadit neq; recipit accidens, cōstat q̄ ipse sit totaliter, omniformiter, interminabiliter bonus, in tantū q̄ eius natura est bonitas pura: ideo omnē bonitatis perfectionē sine mēsura & sine cōplectitur. Interea huius entis maiestas, beatitudo & gloria, immensitas, pulchritudo, dulcedo, omnipotētia, sapiētia, liberalitas ac libertas, à nulla queunt mente creata plenarie cōprehendi: tum quia, ut tactū est, æternæ sunt, nec causam habent: tum ob infinitū suę actualitatis & cognoscibilitatis excessum: tum propter omnimodā suā simplicitatē, qua in deo ex natura sua penitus idē sunt: nec est inter eas formalis distinctio, ut qdā imagināt̃, sed solū secūdū rationē aut intentionē, ut sup primū Sētentiarū abundantissime est ostēsum. Postremo, qcqd in sua

ratione

ratione designat perfectionẽ simpliciter dictã, puta realitatẽ non includentẽ aliquid perfectioni repugnãs, hoc est materialitatẽ, potentialitatẽ, dependẽtiam, imperfectionẽ aut indigentiã, id conuenit deo cũ excellentia interminata, estq; in deo, imò potius est ipsemet deus, non prout est in rebus creatis, sed infinite perfectius atq; sublimius. Ecce q̃ supergloriosissimus ac superbeatissimus est dñs deus noster: ei igit totis congratulemur precordijs, eumq; totis uiribus ueneremur, formidemus ac diligamus, ammiremur, laudem⁹ & extollamus.

PROPOSITIO LXXIX.

DEum esse, aut est per se notũ, aut facilime copiosissimeq; probabile. Quod est, quia (ut asserit Damascenus) oĩbus naturaliter insita est cognitio existendi deũ: atq; (ut addit Anselmus) cũ deus sit ipsum bonũ perfectũ, & esse purũ ac infinitũ, quo nil maius aut actualius cogitari potest aut concipi, per se notũ est deũ esse, cũ ipse formaliter sit suũ esse, propter quod cogitari non potest non esse: Et si quis dicat aut cogitet deũ non esse, quẽadmodũ ait Psalmista: Dixit insipiens in corde suo, nõ est deus: nõ intelligit propriã uocẽ, nec aduertit sensum uerborũ suorũ, imò loquitur uelut brutũ, instar eorũ qui prima principia negauerunt. Huic positioni consentit Albertus super librum de Causis, Bonauentura quoq; in scripto primi ac breuiloquio pauperis, Aegidius etiam ut uidetur. Porrò Thomas, Henricus, Scotus ac alij multi, dicunt q; non sit notum per se, quãuis euidentissime queat probari. Deniq; uiuente adhuc sancto Anselmo quidam acuti ingenij scripsit contra argumentũ Anselmi inter cætera loquens: fertur esse quędam pulcherrima regio: hęc ergo uocatur.n. & arguitur hoc modo.n. est pulcherrima regio, ergo talis regio est: ita in simili deus est quo nil maius cogitari potest, ergo tale ens est. Nescio quẽ insipientiorem putabo, an insipientem qui dixit in corde suo non est deus, an eum qui putat argumentũ hoc sequi. Cancellarius item Ioannes fatetur discursum illũ Anselmi in ueritate esse sophisticum: quid aũt circa hæc sentiam, in scripto primi Sententiarũ expressi. Siquidem discursum illum puto uere idoneum esse, & de necessitate concludere, nõ tamen tenere in alijs huiusmodi argumentum: nec mirum, si in hoc aliquid singulare competat ei qui omnino & omnimode est perfectius, ac ipsum superplenissimum esse ideale separatũ in seipso subsistens. Præterea deum esse iam multipliciter probatum est: Nihilominus aliqui somniant id demonstrari non posse, quod falsum est, cum tota rerũ uniuersitas clamet: Ipse fecit nos & non ipsi nos: & omne imperfectum, cõmutabile ac dependens, necessario præsupponat ens absolute, perfectum, necessariũ, independens, à quo fluat & conseruetur: sic & omne cõpositum & unitũ præsupponit simplex & unũ. Omnis itidem multitudo deriuatur ab uno. Amplius quicquid alicui conuenit non secundũ q; ipsum, per aliquã causam cõuenit ei: q̃d enĩ causam non habet, est immediatũ & primũ: iccirco oportet q; sit per se, & secundum q; ipsum: & q̃d tale est, non excedit illud cui sic cõuenit. Hinc esse nõ potest duobus aut pluribus cõuenire per se & secũdũ q; ipsum, sed uni dũtaxat, alijs ṽo p participationẽ ab illo.

Psal.13.

Argutia

Psal.94.

PROPOSITIO LXXX.

QVemadmodũ deũ esse naturalibus rationibus demonstrat, ita & ea quæ necessarijs rationibus ostẽdunt, deo inesse ac cõuenire, queũt probari demõstratiue. Quod est, qa huiusmodi consequunt necessario ad hoc q; deus est. Demõstratũ est aũt q; deus est purus actus, & ipsum esse omnino perfectũ, indepẽdẽs, nõ indigẽs: Ex q̃ necessario seq̃t, q; deus est infinit⁹ & incircũscriptus: Nẽpe q̃d per potẽtiam coartat, aut per differentiã limitat, uel per materiã terminat, nequaq̃ est purus actus, sed potentialitati admixtũ est. Nec tale ens est absolute pfectũ, imò quo perfectio rei finitur, ibi eius imperfectio inchoat: Hinc deũ esse infinitũ in seipso, in sua essentia, in oĩpotentia, in sapientia atq; in omni perfectione & gloria, & ipsum quoq; per transcendentiam esse ubiq;, ac omnia penetrare, & uniuersorũ essentijs illabi, & itẽ unũ duntaxat essẽ, potest uerissime demonstrari, & multipliciter ac ostensiue iam ante probatũ: quãq̃ aliqui cõtradicunt, aliter sentientes, atq; in hoc cæcutientes. Deniq; quicq̃d cõuenit deo, cũ infinita utiq; excellẽtia conuenit ei, & cũ exclusione omnimoda sui oppositi: quẽ admodũ sapiẽtia tã infinite & perfecte conuenit deo omnipotẽti, q; nil prorsus insipientiæ aut minorationis sapientiæ potest in eo consistere. Simili modo cũ deus in sua natura sit prorsus perfecte infinite atq; purissime simplex, nequaq̃ potest in ipso esse aliqua distinctio formalis, seu non identitas ex natura rei inter essentialia attributa ipsius: Præterea cũ dictum sit, superprẹstantissimum, superessentialem & superincomprehensibilissimum deum ideo esse ac appellari purum actum, quoniam eius est cætera uniuersa mouere, actuare, perficere, neq; ab aliquo mo-

Deus est infinitus.

ueri, actuari aut perfici: hinc qui pro modulo suo clare intelligit quod deus est actus purus, saltem quantū ad quia est, etiā suo modo clare perpendit quod ipse sit penitus inuariabilis, intēporalis, illocalis, æternus, ac sibi in se supersufficientissimus, superdeliciosissimus, & superpulcherrimus ac eminentissime simplex: quæ omnia supercertissime constant de ipso.

PROPOSITIO LXXXI.

Causa prima, uniuersa & singula in propria sua luce ac sapientia clarissime intuetur, perfectissime noscit, prouidentialiter ordinat ac disponit. Quod est, quoniam sapiētia dei est eius essentia, ideoque perfecta & infinita, cuius intuitū nil euadit, atque in ipsa tanquam in primo causali principio cuncta exēplariter lucent, uirtualiter cōtinentur, idealiter, sapiētialiter ac prouidētialiter præsentātur, cōprehendūtur, resplendēt. Deus ergo omnipotentē suam uirtutē conspiciendo, cernit in eo omnia in quæ potest & quæ produxit, producit & producturus est. Similiter suam intuendo essentiā, uidet cuncta quæ relucent in ea, quæ una consistens & manens est uniuersorum, imo innumerabiliū ac infinitorum idea exēplaris ratio, similitudo aut species. Deus ergo est omnia regens: & sicut in libro de Causis probatur, omnia regit per finē decoris. i. cū summo decore: nec aliter machina uniuersi, in qua sunt tot contraria tamque diuersa, tam multa & magna, stabilis permaneret ac solitū cursum seruaret, prout de hoc fidelis Boëthius quarto & quinto de Consolatione Philosophiæ sapienter ac diffuse effatur. Etenim in omni gubernantiū multitudine oportet ad unū primū gubernans, imperialiter præsidens, generaliter dominās regendique legē alijs influēs deuenire: aliàs ubi multitudo, ibi cōfusio, non stabilis ordinatio.

Deus oīa regit

PROPOSITIO LXXXII.

Ea quæ de deo & creaturis dicūtur, non conueniunt eis uniuoce, nec omnino equiuoce, sed potius analogice. Quod est, quoniā deus multo plus, imò in infinitū magis excēdit omnē creatā substantiam, quam creata substantia accidens: nō enim una creata essentia transcendit aliam dignitate & perfectione specifica infinite. Deus uero omne creatū excedit in infinitū, & tamē tanta est eminētia substantiæ supra accidens, quod cōmune genus nō habēt, nec ens de eis prædicatur uniuoce, ideo multo minus de deo & rebus creatis quicquid uniuoce dicitur. Et si dixeris, imo: constat quod non, quia nec esse, neque per se subsistere, nec sapientē iustum'ue esse conuenit eis uniuoce. i. eadē ratione, imo deo conueniunt ista & consimilia per modū infinite sublimiorē quam alijs, utpote per se independenter, imparticipanter, essentialiter, non inhærēter: creaturis uero participatiue, imperfecte & in genere certo secundū gradū determinatū: nec creata substantia per se subsistit propria uirtute, nulli alteri innitendo, imo magis innititur uirtuti ac cōseruationi primæ causæ, & magis dependet ad creatorē quam accidens ad subiectū. Creatura quoque nō est essentialiter sua sapiētia neque iustitia. Veruntamen nō prorsus æquiuoce conueniūt ista ipsis, quoniam creaturæ aliquid ueræ entitatis, bonitatis substantialisque substantiæ ac sapiētiæ à creatore participant: nec aliter ex rebus creatis possemus aliquid uere & proprie ac affirmatiue de creatore cognoscere, concludere, enūciare, imo fallacia æquiuocationis accideret: nō analogice cōpetunt eis, hoc est deo per prius, creaturis uero per analogiam. i. habitudinē, proportionē ac ordinē quendā ad creatorē, qui suā bonitatē, perfectionē ac opulētiam ipsis cōmunicat secundū gradum & diuersitatē multiplicē, quāuis per modū infinite inferiorē quam in ipso sunt. Hinc quoque hæc attributa seu perfectionalia prædicata nō dicūtur de deo, nec cōpetunt ei solum per causam, ut dicatur bonus, sapiens, sanctus ideo tantū, quoniā causa est bonitatis, sapiētiæ & sanctitatis creaturarum: sic quippe dici posset etiam lignū & lapis.

Deus excedit omne creatū.

PROPOSITIO LXXXIII.

Perfectionalia nomina quantū ad naturam & rem per ea designatam & secundū se sumptam, eminētius, prius magisque proprie deo conueniunt quam creatis: quāuis quo ad modū intelligendi quo ea cognoscimus, sit econtrario. Quod est, quia ex creaturis deū agnoscimus duplici modo, uidelicet affirmatiue & negatiue: quicquid enim bonitatis & perfectionis in rebus uidemus creatis, creatori ascribimus tanquam fontali principio & exēplari ac perfectissimæ causæ, in qua supereminētissime cōtinetur & est, quicquid bonitatis & perfectionis in effectibus reperitur: ideo talia primæ causæ per affirmationem ascribimus. Veruntamē quia per modū infinite sublimiorē & perfectiorē quam capere possumus & quam in rebus creatis sunt, in ipso consistunt, in tantū quod de ipso & creaturis uniuoce nō dicūtur: iccirco iuxta diuinū Dionysium, uerius ac principalius auferuntur atque negantur de ipso. Itaque bonitas, ueritas, esse & uiuere, sapiētia & potestas ac consimilia, absolute loquēdo & quan

Deū ex creaturis dupliciter agnoscimus. Affirmatiue.

Negatiue.

& quantum ad rei naturē, harū́q; bonitatū perfectionē, ueritatē & eminentiā, primo & proprijſſime ac perfectiſſime deo cōueniūt, intantū ꝙ cōparatiue loquēdo nullus bon⁹, nullus ſapiens, nullus perfectus, potens, ens & uiuens, niſi ipſe: nec creaturis conueniunt, niſi participatione permodica tanq̃ riuuli atq; radioli. Porrò in ipſo ſunt unū ſimpliciſſimū ac ſuperditiſſimū eſſe, ſuperexuberantiſſimus ac ſuperſplēdidiſſimus fons incircūſcripta & ſuperpuriſſima lux, actualiſſima & beatiſſima uita ac fœcundiſſima cauſa.

PROPOSITIO LXXXIIII.

DEus non eſt genus nec ſpecies, neq; in genere aut aliqua ſpecie, nec indiuiduum ut perſona in aliquo prædicamento contenta. Quod eſt, quoniā ut iam frequenter innotuit, deus ſupergloriosus eſſentialiter ſanctus eſt, purus & illimitatus ac prorſus incircūſcriptibilis actus, indeterminabilis incontrahibiliſq; natura: genus autē deſignat ens indeterminatum, contrahibile ac perfectibile per differentiam contrahentem, cui ex ſua natura non repugnet conſideratio talis. Porrò ut patuit, talis conſideratio in deo ex ſua natura cū ſit actualitas pura atq; formalitas infinita, nullatenus conuenire cenſetur: nullatenus igitur genus eſt. Rurſus iuxta dialecticos, & Auicenna atque Themiſtius cæteriq; Peripatetici concorditer hoc teſtātur: Genus ſe habet per modū potentialis: ab eo quoq; quod per modū paſſiuæ potentiæ ac materialis principij ſe habet, in re, ſumit. Cūq; deus ſit ſuperpuriſſimus actus, omnē potētialē proprietatē ac materialē conditionē excludēs à ſe, nequaq̃ ratio gn̄is in eo locū ſortit. Deniq; nec de⁹ eſt ſpecies: Quēadmodū eñ genus importat naturā potentialē, cōtrahibilē determinabilēq; ex ſua natura, ſic ſpecies dicit naturā contractā, actuatā, determinatā: quod illimitate & incircūſcripte nō cōuenit deitati, non ergo eſt ſpecies. Amplius quod in gn̄e non eſt, ſpecies eſſe nequit, cū om̄is ſpecies ſit & contineatur ſub genere ſuo. Inſuper genus dicit naturā generalē ad diuerſas perfectiones ſpecificas ſe indifferenter habentē, & nullā earū actualiter includentē: ſpecies aūt deſignat naturā per certā & ſpecialē differentiā ad ſpecialē gradū eſſentialis perfectionis determinatā: deus aūt eſt illimitata eſſentia ad nullā ſpecialē perfectionem coartata, ſed uniuerſaliter illimitabiliterq; perfecta, nequaq̃ ergo eſt ſpecies. Si demū obijcias, ꝙ de⁹ iuxta Theologos prædicatur de tribus increatis perſonis, ſolo numero differentibus: atq; ꝙ ſecundū Theologiæ Magiſtros duo prædicamenta ſunt in diuinis, puta ſubſtantia itemq; relatio. Reſpondendū ꝙ tres illæ ſuperbenedictæ perſonæ non ſunt plura, ſed eſſentialiter unū: nec ſubſtātia, ſed relationibus diſtinguuntur: iccirco nec proprie in eo ꝙ quid eſt, ſed in eo ꝙ ad aliquid deus prædicatur de eis. Præterea dū duo prædicamenta aſſerunt eſſe in deo, nomē prædicamenti extenſe accipitur pro eo quod per modū prædicamenti ſe habet. Hinc innoteſcit ꝙ deus non ſit indiuiduū, neq; perſona in aliquo prædicamēto ponēda, cū nec generis nec ſpeciei ſibi cōueniat ratio. Iſtud quoq; magiſter Sentētiarū primo fatetur, & ex uerbis cōprobat Auguſtini quinto de trinitate, ut in Elementatione theologica inducetur. Præterea quia & hi qui deū in prædicamēto eſſe affirmāt, iā memoratas cōcedūt præmiſſas, conſtat ꝙ cōtrouerſia inter illos & huius poſitionis actores uerbalis ſit potius q̃ realis: aliter nanq; & laxius ſumunt prædicamentū, & genus ac ſpeciē. Veruntamē iſta doctrina uerior ſubtiliorq; conſiſtit, ac amplius ad reuerentiā pertinet deitatis, quā & profundiores philoſophi faſſi ſunt eſſe extra & ſupra omne genus ac ordinē rerū, quāto magis Chriſtianos hoc fari faterīq; decet, cū & diuinus ac magnus Dionyſius, præſertim in libro de Myſtica theologia tam euidenter edoceat hoc. Poſtremo probatū eſt paulo ante, deo & creaturis nil uniuoce cōuenire: Nō ergo in eodē ſunt gn̄e, cū gen⁹ dicat uniuoce de cōtētis ſub eo.

Deus nec eſt genus, nec in genere.

Deus nec ſpecies eſt, nec in ſpecie.

Obiectio.

Reſponſio.

Deus indiuiduū nō eſt aut perſona alicuius prædicamenti.

PROPOSITIO LXXXV.

CAuſa prima per nihil ſuperadditum indiuiduatur, ſed de ſe, ex ſe, per ſe, eſt maxime una & ſubſiſtens, ac primo & ſumme diuerſa ab alijs. Quod eſt, quoniam ipſa eſt purus actus in nullo receptus, atq; eſſentia excellentiæ infinitæ, uniuerſa & ſingula infinite, incōparabiliter improportionabiliterq; tranſcendēs: iccirco ſumme & ſine cōparatione conuenit ei ex ſe & per ſe, in ſeipſa incōmiſcibiliter incontaminabiliterq; ſubſiſtere, nec p differētiā proprie ſumptā, ſed per propriā eſſentiā à cūctis diſtinguit. Propter ꝗd in libro de Cauſis aſſerit, ꝙ cauſa prima p propriā bonitatē indiuidua eſt, & de ſe maxime hoc. Proclus quoq; Vnū inqt αὐτόθεος, hoc eſt p ſe deus, cui nec uniuerſa deorū catena cōparabilis ē, tātā ens illud in ſe & p ſe excellētiā eſt ſortitū. De ꝗ Porphyri⁹ quoq; diſſeruit, ꝙ ipſe eſt de⁹ altiſſimus, quē polus, tellus, pōtuſq; cōtremūt, ac ipſa numina phorreſcūt. Itaq; ſicut gn̄a generaliſſima dicūt ab inuicē primo diuerſa, & differētiæ ab inuicē p ſe differentes

rentes

rentes, & itē materia prima ab alijs seipsa distincta: ita, imo & incomparabiliter plus ac eminentius causa prima per se ab omnibus est diuersa: propter quod multoties ait Henricus, ꝙ deus est per se singularitas quædam separata, subsistens, diuersa ab omnibus. Infinita igitur fuit imperitia imo dementia Dauid de Dinanto perhibētis deū & materiam primā esse idem, eò ꝙ utrūq; simplicissimū quid consistat, neq; per differentiam aliquā ab inuicē distinguuntur. Ostēsum est nanq;, ꝙ eorum simplicitas sit extreme diuersa. Etem simplicitas dei est per totius potentialitatis exclusionē: simplicitas aūt materiæ primæ, per totius actualitatis priuationem. Consimiliter quod Socrates fertur dixisse, ꝙ deus sit anima mundi, nisi metaphorice intelligatur dictū, erroneū esset. Porro (ut sanctus testatur Gregorius) deus est ante omnia non solus, post omnia non præuentus, in omnibus non inclusus, extra omnia non exclusus, super omnia non elatus, infra omnia non oppressus, utpote in suipsius superessentiali simplicitate æternaliter, incōmutabiliter incircūscriptibiliterq; persistens.

Dauidis de Dinanto lapsus.

Deus non est anima mundi. Gregorius.

PROPOSITIO LXXXVI.

Deus est omnium prima causa in triplici genere causę. Quod est, quoniam ipse est omnium causa prima efficiens, à qua oīnibus deriuatū est esse & uiuere. Causa quoq; formalis seu exēplaris cuncta ideali ratione intellectualiter agens: Est item omnium causa finalis tanq̄ summū bonū, ad quod omnia ordinantur, & q̄d ad suiipsius maiestatem declarandū atq; ad propriam gloriam & honorē condidit uniuersa. Ipse ergo est omniū finis ac felicitas obiectalis. Participatio uero suæ bonitatis, contemplatio excellentiæ suæ, repræsentatio & relucētia suæ perfectionis in rebus est finis & beatitudo formalis. Deniq; istud nouerunt philosophi, & quidam eorum demonstratiue probauerunt: Nullū enī imperfectū mutabile ac finitū potest esse æternū & incausatū, seu ens per essentiam, nec ens per essentiam propriam, puta indepēdens pōt esse imperfectū, finitū ac indigens: quia quod conuenit rei ex se, propria scilicet ratione & ex sua natura, non ex alia causa non potest esse minoratū in eo, imo necessario cōuenit esse perfecte ac plene. Rursus omnis multitudo necessario est ab uno: similiter in causis est status. Est igitur una prima & maxima causa, à qua omnia simplici emanatione fluxerunt: nec huius oppositū conclusit Philosophus, quinimo (ut in libro de Substantia orbis Auerrois fassus est) nunq̄ Aristotelis intentio fuit asserere, ꝙ cœlū esset à prima causa solū per dependentiam & cōseruationē, & non etiam per realem productionē. Iccirco ꝙ aliqui dicūt Aristotelem id sensisse, deuiant ualde. Insuper ipsam quoq; primā materiam docuit Plato fluxisse ab ente primo, affirmans omnē pluralitatē ac multitudinē processisse ab uno, quod Proclus quoq; Platonis discipulus in Elementatione sua Theorica exprimens: Extremū, inquit, entiū .i. materia, simplicissimū est sicut & primū, quia à solo primo processit. & denuo: Materia quidē subiectū existēs omnium, ex omniū causa ens processit. Verum qualiter ista stent, cū his quæ libro secundo inducit Magister ex uerbis Ambrosii affirmantis, ꝙ Plato posuit tria increata, uidelicet opificē, deum, exēplar, materiā in collectis super secundū Sententiarum est introductum.

PROPOSITIO LXXXVII.

Totum uniuersum à prima causa productum est & profluxit emanatione intellectuali, liberali ac libera, nō emanatiōe naturali aut emicatiōe essentiali ac necessaria. Quod est, q̄m primo ac summo agente conuenit nobilissimo modo operari ac facere, quod est operari sapienter per intellectū, iuxta præconceptā operis rationem, quēadmodum in libro Fontis uitæ depromsit Auicebron. Vnde in primo Timæi disseruit philosophorum decor & flos Plato, ꝙ dei uoluntas sit omniū prima causa, & ꝙ uoluntate cuncta effecit. Auicenna quoq; & Algazel processionē rerum à primo principio comparauerunt productioni artificiatorum ab artifice. Veruntamen multi præcipuorum philosophorum imaginati sunt deū suā bonitatē cōmunicasse creatis necessitate quadā naturæ, nō libere, ita ꝙ non potuit eam ipsis non cōmunicasse, nec aliter fecisse quā fecit: nō ꝙ ui aut coactione impulsus sit ad creandū, sed ꝙ ex superabūdanti ac liberalissima sua bonitate nequiuerit se continere, siquidē eius uoluntas necessario uoluit, ꝙ intellectus & sapientia eius censuit & dictauit melius, decentius ac conuenientius esse, uidelicet suam bonitatē diffundere ac mundū producere, sicut & fecit. Deniq; cū ipse sit naturaliter bonus, naturaliter uult bona, nec potest ea nō uelle, nec decuit eū differre. Ista fuit philosophorum prudētia, & ut apparet, Aristotelis quoq; intētio asserētis, ꝙ unū & idē eodē modo se habens facit idē, atq; quod ab uno simplici inuariabiliq; agente nō procedit immediate nisi unū: Hinc opinati sunt mūdū ab æterno fuisse. Verum in his deuiasse noscuntur: quāuis.n. agens naturale eodē modo se habens

habens sit determinatũ ad unũ, attamen agẽs intellectuale sapientissime operans liber est ad utrunq;. Cũq; deus essentialiter sapiens sit & sapiẽtia ipsa, ac summa libertas, uniuersa & singula uno intuitu cõprehendens, ac simul non successiue æternaliter noscẽs ac intellectualiter operans, ideo conuenit ei plura simul producere libere prout uult, queadmodũ ea simul agnoscit, nec aliquid necessario uult, nisi propriã bonitatẽ, quæ est sibi ratio uolendi diligendiq; alia, quæ nec bona sunt ex se, nec aliter, nisi quoniã deus uoluit ea esse, ac suam bonitatẽ participare, sicq; uoluit ea non quasi bona ex se, sed quia uoluit ea, ideo bona sunt, q̃d non attenderunt prætacti philosophi.

PROPOSITIO LXXXVIII.

PRima causa in sapiẽtia sua æterna instituit ordinẽ uniuersi & per seipsam primo ac immediate executa est & digessit eum in creaturis. Quod est; quoniã ordo uniuersi est quid optimũ in eodẽ: iccirco à summo bono directe & effectiue profluxit. Rursus sapientis est ordinare & cuncta ordinate peragere. Item essentialis rerum ordo, & nexus ac colligatio uniuersi immediate consequitur naturas ac species rerum habentes se instar numerorum: Naturas autem & species entium instituere in se, ac constituere foris in rebus, solius est dei: ideo ipse per se immediate, nullo creato agente, concausante, condidit mundum. i. uniuersas intelligentias ac orbes cœlestes, & elementa ac rerum naturas, hoc est prima indiuidua specierum. Verum circa hoc etiam maiores philosophi grauiter errauerunt, opinantes à simplicissimo & inuariabili deo prorsus uniformiter se habente, nõ profluxisse per creationem immediate, nisi summam ac primam intelligentiam, atq; ab illa secundam intelligentiam esse creatam. Itaq; Auicenna nono Metaphysicæ suæ: In prima inquit intelligentia, eo ipso quo à primo agente creata est, necessario cœpit esse ac fuit possibilitas seu potentialitas quædam: Hinc intelligentia illa intellexit mox tria, uidelicet causam primam, & propriam actualitatem, propriam quoq; potentialitatem. Inquantum intellexit primam causam, processit ab ea intelligentia secunda: inquantum uero intellexit propriam actualitatem, produxit primam animam nobilem, quæ est anima primi mobilis cœli: inquantum autẽ intellexit propriam potentialitatem, creauit corpus cœli illius. Conformiter intelligentia secunda creauit tertiam, & secundam animam nobilem, ac corpus orbis eius, & ita deinceps usq; ad decimam & ultimam intelligentiam, à qua dixerunt creari animas rationales, & elementa inferioresq; formas de potentia educi materiæ. Itaq; isti philosophi asserebant, q͂ prima intelligentia, prout se intelligit conditam à summo deo, quam cernit cæteris clare, irradiatur & impletur lumine tanto, tam exuberanter, q͂ emicat se & splendorem quendam producit, qui est intelligẽtia secunda. Intelligens demum suam potentialitatem, eiecit quasi umbram à se, puta corpus cœli superioris. Verum ista positio nõ solum erronea est, sed item hæretica, cum solus deus creator sit, nec creare conueniat finitæ potentiæ: iamq; ostensum sit, q͂ sicut omnipotens deus plura, imò & omnia simul practice intuet, sic potest & eadẽ simul efficere: quia nec minor est eius potẽtia in exequẽdo & operando, q̃ sapientia sua in intelligendo ac disponendo.

Philosophorum error.

Auicennæ de intelligentiarum productione opinio.

PROPOSITIO LXXXIX.

NOn uidetur creaturæ repugnare ab æterno esse creatã, absolute loquendo: quãuis ex suppositione ei repugnet, quia de facto sic est: q͂ oĩa simul cũ tempore, nõ ab æterno producta sunt. Quod est, quia istud non implicat neq; impossibile deo est, nec creaturæ repugnat directe: non eñ de ratione effectus est hic aut nũc, nec oportet causam duratione præcedere suũ effectũ, cũ uideamus ignẽ eodẽ instanti quo generatur, lucere & splendorẽ emittere, ac calorẽ imprimere. Deniq; si sol ab æterno fuisset, radius quoq; ipsius æternaliter extitisset. Nec deus oĩpotẽs impotẽtior fuit ab æterno ad creandũ sine tẽporali exordio, q̃ sol ad sui radij diffusionẽ. Deniq; Augustinus in multis locis id protestat, ponẽdo exẽpla de pede atq; uestigio: Si pes ab æterno stetisset in puluere: de sole ac radio: de uirgulto & umbra eius in aqua: Naturalis quippe effectus coæuus est aut esse põt suæ causæ. Rursus sicut non implicat, hunc lapidẽ tota hac die fuisse, & tamẽ in primo instanti huius diei esse creatũ: ita nec implicat, creaturã ab æterno fuisse, & tamen in primo instante existẽtię suę cõditã esse. Istud q̃q; Plato, Aristoteles cũ suis sequacibus cõcesserũt: sufficit qppe ad rationẽ creationis aliqd uere esse productũ ex nihilo, ita q͂ nõ esse præcessit ipsius esse prioritate originis & naturæ: nec exigit ratio, q͂ præcesserit tẽpore. Veruntamẽ etiã qdã magni doctores tenẽt huius oppositũ, ut Alexãder, Albertus, Hẽricus & alij multi. Alij uero dicũt, q͂ nõ in reb⁹ pmanẽtis, sed successiue naturę istud repugnet: Ad

quod fortia habent motiua: imò rationes dicentium nõ esse possibile creaturam ab æterno fuisse, nõ minus sunt fortes rationibus philosophorum, qui mundi æternitatem ponebant: quãuis nec illæ nec istæ uideantur demonstratiuæ.

PROPOSITIO XC.

Vnũ diuersis diuersimode conuenit.
Primo.

MVltipliciter dicit aliquid unũ.] Quod est, quoniã unũ est transcẽdens, quẽad modũ ens: iccirco diuersis diuersimode cõuenit. Primo aũt & maxime, q̃ in se subsistens, nulla in se includit quæ ab inuicẽ realiter distinguant, imò nec aliqd habet in se, q̃d ab ipso realiter sit distinctũ: sicq̃ solũ ens primũ est unum ac simplex, quod substantialiter est id quod habet, puta sua potentia, sua iustitia ac sapiẽtia sua, & ita de uniuersis attributis & perfectionibus eius: Vnumquodq̃ etiam hoꝝ realiter idẽ est cũ quolibet alio attributo: etenĩ sua sapientia est sua iustitia, sua clementia, sua potestas. Porrò istud nulli cõpetit creaturę: quia nec intelligentiæ, in qua necessario realiter differũt esse & agere, essentia & sapiẽtia, sapiẽtia quoq; & iustitia, & consimilia multa, ut intelligere, uelle, gaudere, substantia, beatitudo, intẽtio. Quõ ergo uerificat quod prefati Peripatetici asserebant, à prima simplici & inuariabili causa non procedere immediate nisi unũ simplex: cũ in prima intelligẽtia tãta inueniat diuersitas, tãta cõiunctio, prẹsertim secundũ Auicẽnã & suos, dicẽtes esse & essentiã in intelligẽtijs realiter cõdistingui: nec dubiũ quin prima causa intelligẽtijs cõcreauit omnẽ quã habẽt perfectionẽ, & diuersitatẽ sapientię & uirtutũ, ac simul in eis produxit essentiã existentiãq̃ eaꝝ. Veruntamẽ post primã causam maior unitas in intelligẽtijs perhibet, in q̃bus nõ est essentialiũ partiũ, puta materiæ ac formę distinctio, cũ sint in se subsistentes ac simplices formæ, neq; realis diuersitas inter quod est & quo est, seu inter esse & essentiam, iuxta probabiliorẽ (ni fallor) opinionẽ, nec tanta sicut in cæteris differentia ac multiplicitas potentiaꝝ atq̃ habituũ, ac operationũ, tã immanẽtium q̃ extra transeuntiũ. Deniq; post unũ numero dicit unũ specie, & in q̃bus sunt tot species quot indiuidua, loquendo de speciebus specialissimis: non sunt plura actualiter unũ in specie, quãuis species illa abstracte cõsiderata dicat quãtũ in se est, cõmunicabilis multis. Tertiũ est unũ gñe, sicq̃ plures intelligẽtiæ, unũ sunt, siue solo numero, siue & specie distinguant: quia sub genere hoc quod est substãtia incorporea, continẽtur, imò & sub genere proximiori, quãuis illud nos lateat. Quartũ est unũ analogia prout substantia & accidens appellant unũ in ente. Quintũ est unũ aggregatione, sicut exercitus. Quod aũt affirmat Boëthius, omne q̃d est ideo est, quoniam unũ numero est: accipi potest de omni existẽtialiter ente: q̃m esse existentię suppositoꝝ est aut singulariũ. Insuper sicut quædã est simplicitas perfectionis qua deus & intelligentiæ simplices nominant per exclusionẽ potentialitatis aut materiæ: quędã uero est simplicitas imperfectionis per exclusionem actualitatis & formæ, qua materia prima & elementa dicuntur simplicia, quibus perfectiora sunt mixta: sic duplex est unitas. Nam & elemẽta & materia magis sunt unum unitate imperfectionis, quàm mixta. Certum est ergo, q̃ omne unum creatum subsistens, sit unum & nõ unum, hoc est, aliqualiter unum, & aliquo modo non unum, puta non pure & omnifarie unum, sed unum & item unitum, id est, ex pluribus constans, aut plura in se habens & continẽs. Hinc Proclus disseruit: Omne unitum alterum est à per se uno. Et rursus: Omne quod fit unum, participatione unius fit unum: secũdum autem quod sustinet participationem unius, unũ est. Itemq̃: Omne quod participat unum, & unum est & non unum.

Secundo.
Tertio.
Quarto.
Quinto.
Boëthii uerba quõ intelligenda.
Simplicitas duplex.
Vnitas duplex.
Proclus

PROPOSITIO XCI.

Verbum rei.
Veritas propositionis.
Veritas propositionis quid.
Veritas creata & increata.
Simile.
Aliud simile.
Veritas uitæ doctrinæ & iustitiæ.

VErum & ueritas uarijs modis dicunt, ac multipliciter rebus cõueniũt.] Quod est, q̃m quædã est ueritas rei quæ est ipsa natura, seu entitas eius: quædã est ueritas propositionis, quæ est in propositione tanq̃ in signo, in intellectu autẽ ut in subiecto: Vnde dixit Philosophus: Bonũ & malũ, sunt in rebus: ueꝝ & falsum, in intellectu. Hinc ueritas ista describit, q̃ sit adęquatio seu cõformatio intellectus ad rẽ intellectã. Deniq̃ est ueritas creata & ueritas increata: & sicut ab uno uultu in diuersis speculis plures refulgẽt, resultãt ac repręsentant similitudines: ita ab una æterna increataq̃ ueritate deriuãt, imprimunt ac fulgẽt uarię ueritates in creaturis ac reꝝ naturis: Quẽadmodũ etiam in eodem speculo multæ apparent similitudines diuersarum facierum inspicientium illud: sic omnium creaturarum ueritates in diuina refulgent essentia tanq̃ in superlucidissimo speculo, quæ ueritates in mente diuina sunt ideæ & exemplares rationes creaturaꝝ, de quibus in secũdo Timæi disseruit Plato: deus ut mens, cuius uisus contemplatioq̃ intellectus idearum genera contemplatur in intelligibili mundo. Amplius ueritas diuidi consueuit

uit in ueritatẽ uitæ, ueritatem doctrinæ, & ueritatem iustitiæ. Veritas uitæ, est conuersatio legibus atq; præceptis diuinis regulata ac conformata, rectęq; rationi ac uirtutibus consona. Veritas uero doctrinæ, est ipsa instructio, falsitatibus atq; erroribus carens. Veritas demum iustitiæ, est æquitas ipsa à fictione duplicitateq; aliena, seu uera iustitia, nec nimium rigorosa, nec nimis laxa: De his in compendio theologico seu elementatione theologica aptior locus est differendi. Est etiam ueritas quæ dicitur uirtus moralis, per quam quis in uerbis & factis se habet synceriter prout intus intendit. At uero ueritati rei quę essentialiter ueritas est, puta ueritati increatæ apponitur uanitas quædam, omni rei creatæ communis, quæ est defectibilitas à uero, pleno & incommutabili esse. Vnde Salomon loquitur: Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Hæc uanitas appellatur interdum labilitas creaturæ, quia de se labilis uertibilisq; consistit in nihil, sicut ex nihilo est creata, nisi desuper cõseruaretur. Postremo ueritas adhuc dupliciter sumit: Primo, prout falsitati opponit: Secũdo, prout opponitur permixtioni: iuxta quem modũ dicimus uerũ aurum, cui nihil metalli alterius est admixtum: sicq; soli conuenit deo, cui nihil de non esse, nihil priuationis, nil potentialitatis, nil diuersitatis aut extraneitatis admixtum est. Essentiæ quoq; seu naturæ rei ueritas dupliciratione ascribitur: Primo, quia per eam res ipsa ostendit se sicut est quantum est de se, quamuis hoc nullus cõsideret: sicq; ueritas est ratio per quam ens est ipsius intellectus obiectum: quoniam nisi res nata esset ostendere quod est, non posset intelligi: Veruntamen ratio illa non est primo intellecta, sed res absolute. Secundo inquantũ rẹs per suam essentiam conformat conceptioni intellectus diuini, & rationi suę exẽplari atq; ideæ quã habet in ea. Hinc loquitur Auicẽna: Veritas rei est proprietas sui esse, quod stabilitũ est ei.

Alia ueritatis diuisio.

PROPOSITIO XCII.

BOnum cũ ente conuertitur: sed sicut uerum superaddit enti comparationem seu ordinem ad intellectum, sic bonum superaddit enti comparationem & habitudinem ad effectum seu uoluntatem.⌋ Quod est, quoniam ens absolutius sumitur q̃ conuertibilia eius: hæc nanq; proprietatẽ aliquam enti superaddunt, & hoc in ratione seu intellectu cõsiderantis, nil autem reale in ipsa re, in qua nihilominus proprietatis istę ac uarię considerationes fundantur: Res nanq; creatã non precise sortitur à deo esse simpliciter dictũ, sed & conforme suo exẽplari in creatore ac appetibile uoluntati, imò & creanti qui diligit cuncta quæ fecit inquantum sunt bona: Itaq; solus deus est ens substantialiter bonum, & ipse est naturaliter infiniteq; bonus, ac bonitas separata, exemplaris, fontana, quomodolibet & omniformiter bona, cuius respectu alia sunt quasi non bona. Porro aliud est bonũ creatũ, certo gñe ac specie limitatũ, q̃d diuidi põt sicut & ens: & quantò quid plus habet de entitate tãtò plus habet de substãtiali hac bonitate participata. Alia est bonitas accidẽtalis, ut pulchritudo cõueniensq; cõplexio, acumen ingenij, p̃sertim naturalis dispositio & inclinatio ad profectũ scientię ac uirtutũ: unde nõnulli bonæ ac egregiæ indolis nũcupantur. Alia demum ac maior est bonitas spiritualis, mentalis, interior intellectualiũ habituũ & acquisitarũ, naturaliũq; uirtutũ & actuum earundẽ, ex quibus nõnulli quoq; gentiles boni & uirtuosi uocati sunt, imò & quidam eorũ leguntur fuisse uiri heroici, ut de Platone asserit Augustinus, & de Socrate & Hectore Aristoteles protestatur. Insuper alia est altior bonitas gratiæ ac infusarũ uirtutũ: altissima autẽ est bonitas gloriæ, de quibus in sequẽti editione deo præstante tractabitur. Præterea nullum est ens essentialiter malum, imò (ut probauit Philosophus) si tale quid esset, destrueret semetipsum: iccirco nequaq̃ ponendum est summũ malũ, tanq̃ ens positiuũ ac natura totaliter mala, imò unũ solũ est purũ, perfectũ, infinitũ & incomparabile bonũ, à quo quicquid entitatis, quicquid bonitatis in alijs est, deriuatur, iuxta illud Procli Platonici: Om̃ia qualitercunq; participantia bona, præcedit q̃d primũ bonũ, & quod nihil aliud est quã bonũ: cætera quippe aliquid defectibilitatis, potentialitatis & uanitatis habent admixtũ, iuxta sensum prætactũ: iccirco iuxta Boëthium, non sunt quomodolibet ac omniformiter bona. i. secundum omnẽ respectũ: quia nec cõparatione boni infiniti, nec respectu originis suæ, ex qua, utpote nihili, neq; inquantũ defectibilitati, uanitati & labilitati in nihil, admixta.

Deus substantialiter bonũ.

Bonũ creatũ.

Bonitas accidentalis.

Bonitas spiritualis.

Bonitas gratię

Bonitas glorię

Nullũ est ens essencialiter malum.

PROPOSITIO XCIII.

OMne creatum inquantũ procedens à deo, in ratione triplicis causæ sortitur unitatẽ, ueritatẽ ac bonitatẽ.⌋ Quod est, quia inquantũ emanat à deo accepto in ratione causæ efficientis, habet unitatem qua indiuisa est à se ac diuisa ab alijs, habens proprium esse, prout est terminus productionis realis, puta creationis à deo im-

Creatum tria à creatore sortitur, scilicet unitatem,

Veritatem. mediate aut mediate: Porro` prout fluxit à deo sub ratione causæ formalis seu exemplaris, sortitū est ueritatem, qua suo increato exemplari (ut patuit) conformatur, conformatione Bonitatem. qualiscunq; imitationis, non similitudinis naturalis. Postremo secundū q processit à deo in ratione causę finalis, adeptū est & participauit bonitatē, & ordinatur ad summū bonū ac ultimū finē: sic quoq; factū est in pondere.i.in eleuatione ad congruū finem: sed ut factū est à creatore per modū causæ exemplaris, constitutū est in mensura.i.in determinato gradu ac ordine suæ speciei ac generis: atq; ut prodijt à creatore in genere causæ efficientis, facta est in numerę essentialium partium quibus constat, seu actus & potentiæ, aut quod est & quo est, prout hæc in editione de Fonte lucis, & Semitis uitæ, & in opusculo de Venustate mundi ac pulchritudine dei, diffusius sunt expressa. At uero diuinus Dionysius perhibet etiam pulchrum conuerti cum ente: Siquidē in omni creato perfectio ipsa specifica quædam est pulchritudo. Hæc uero in Elementatione Theologica sunt plenius referanda.

PROPOSITIO XCIIII.

SOlus deus est essentialiter sanctus & uirtuosus, ac impeccabilis ex natura: hinc res rationales & intellectuales indigēt superadditis eis sciētijs atq; uirtutibus.⌋ Quod est, quoniā deus est ens simpliciter primū, simplicissimum in se & per se, omnimode omniformiterq; perfectum, nō ordinatum ad aliud: iccirco nō conuenit ei nec indiget perfici per aliquid superadditū ei, neq; per actū aut habitum ab eo distinctum, imo` sua essentia est sua sapientia atq; scientia, suaq; uirtus ac sanctitas: nec diuersificantur in eo bonitas naturæ bonitasq; uirtutis. Nec potest errare, deficere aut peccare, cū error, defectus seu culpa contingat per recessum ab ultimo fine, qui est ipsemet deus, qui à seipso recedere nequit aut elongari. Creaturis uero rationalibus ex sua natura peccabilitas inest & conuenit, eo ipso quo creaturæ sunt, puta factæ ex nihilo: iccirco ex seipsis habent uanitatem coniunctam, atq; ad culpam procliues sunt sibi ipsis relictæ, nec earę esse est perfectū in se, imo` habitibus actibusq; scientiarę ac uirtutū perfici egent potissime super naturalibus donis gratum facientes, uirtutibusq; infusis sicut patebit.

PROPOSITIO XCV.

DE VIRTVTIBVS.

QVemadmodū natura humana cōpositior est q̄ natura angelica, sic homo pluribus eget uirtutibus q̄ angelus.⌋ Quod est, quia ut dictū est, homo cū omni creatura aliquid habet cōmune, & ex carne mortali & anima rationali est cōstitutus, appetitū habēs sensitiuū ac intellectiuū. Anima quoq; rationalis in sua natura ualde est defectuosa & imperfecta, ita se habēs in uniuersitate ac ordine intellectualiū naturarę, sicut materia prima in ordine entiū, cū intellectus animæ in sui exordio sit tanq̄ tabula rasa. Caro item spiritui est rebellis, & sensualitas rationi: sed & ratio ad errores extat procliuis, nec minus prona est ad peccata uolūtas. Porro` angelus simplicis est naturę scientias & uirtutes sibi possidens concreatas. Itaq; quo homo in seipso indigentior imperfectiorq; consistit, & à creatore suo distantior, dissimilitudine tanta non loco, eo` pluribus eget auxilijs ad hoc q suo creatori iungatur ac beatificetur in ipso, & pluribus ac difficilioribus motibus & actibus ad ipsum pertingit, uitijs reluctatur, perfectionē sortitur: Hæc aūt auxilia, instrumenta ac media, sunt exercitia bona, scientiæ ac uirtutes, & assidui actus earum.

PROPOSITIO XCVI.

MOralibus uirtutibus indiget homo in primis.⌋ Quod est, quia uirtutes morales dicuntur per quas passiones sensitiui appetitus refrenātur, moderantur, laudabilesq; reddunt. Ipsa quoq; prudētia, cuius directione & discretione hoc fit, Virtutes morales quæ dicā. uirtus uocaē moralis. Appetitus quippe ex se cæcus est, indigens regi & rectificari lumine rationis, ne impetu suo feraē & ruat præcipitando seipsum. Ratio igiē per prudētiā informata, qualiter gubernādus sit appetit' inferior sensitiuus tāq̄ seruus, ut rationi obtēperet, in ipsum imprimit appetitū sensitiuū, reprimēs immoderatos motus ac impetus eius, & assuefaciēs ipsum ad appetendū moderate sua obiecta, & ad prosequendū ac tēdendū in ea secundū rectę rationis censurā. In hoc nanq; consistit regula & mensura refrenationis & rectificationis sensitiui appetitus, ut afficiaē & moueaē ad sensibilia sua obiecta, & eadē prosequaē aut fugiat, secūdū q expedit rationi & appetitui intellectiuo ad proficiendū in sapiētia, sciētia atq; ỽtutib' ad beatitudinē obtinēdā. Q; si aliter ad sensibilia, delectabilia, utilia aut honesta afficiaē aut tēdat, inordinate se habet, peccat & bestialiter agitatur, nisi forsitan modicus sit excessus.

PROPOSITIO XCVII.

Triplex

TRiplex est modus & status uitæ humanę.⌋ Quod est, quoniam homo est quasi horison & mediũ uniuersi. Cũ enĩ ex sensuali & intellectuali constet natura, per partẽ sensitiuã, hoc est per uires sensitiuas, cognitiuas ac appetitiuas, atq; p corruptibile corpus cõmunionẽ habet cũ irrationabilibus mortalibus creaturis, puta brutis. Porro p partẽ intellectiuã, p rationẽ & liberã uolũtatẽ immortalẽq; animã summi dei similitudine insignitã, cõueniẽtiã quãdã cũ deo & intelligentijs est sortitus: attamẽ per rationalẽ naturã in propria specie collocat, secundũ q̃ per naturale lumen & uim rationis discursiuus est, à notis ad ignotorũ cognitionẽ progrediẽs, sciẽtiãq; acquirẽs tã ex aliorũ instructione q̃ propria inuẽtione, præcipue tamẽ in exordio usus rationis suę, ex aliorũ doctrina, q̃re etiã multiplici adminiculo indiget, potissime in infantia, pueritia & adolescẽtia, imo & frequẽter deinceps, usq; in uitę finẽ. Hinc homo est naturaliter animal sociale, ciuile. Iuxta hæc distinguit triplex genus uitæ humanæ, uidelicet bestiale, ciuile, diuinũ. Nẽpe si homo passionũ impetũ insequat, cõcupiscẽtijs acquiescẽs, & delectationibus sensualitatis intẽtus, nec irrationabiles motus refrenãs, uitã ducit brutalẽ, uilẽ & fœdã, bestijs uilior, imò decies milies omni bruto deterior: quẽadmodũ enĩ homo ratione regulatus atq; uirtutibus ordinatus ac decoratus, est animal optimũ: ita si ratione deiecta uitijs passionibusq; deseruiat, est animal pessimũ. Interim si per rationẽ renitat peccatis, & passionibus dominet, aut saltẽ dominari incipiat, ac inter homines legaliter, pacifice, socialiter, iuste & laudabiliter cõuersetur, uitã ducit ciuilẽ: si aũt toto conatu intellectualibus uacet, diuina sectetur, cœlestia ac æternalia contẽpletur, uirtutes in termino perfectionis adeptus & uir heroicus iam effectus, uitã gerit diuinã, cõtẽplatiuã: ob quã ducẽdã etiã q̃dã philosophi in solitudine degere elegerũt.

Homo medium uniuersi.

Humanæ uitæ triplex genus.

PROPOSITIO XCVIII.

HOmo tripliciter consideratur, & secundũ hoc triplici eget prudẽtia.⌋ Quod est, quoniam homo primo consideratur ut est quædã particularis persona, sicq; indiget uirtutibus decorari moralibus, q̃bus perficiat circa seipsum ad bene regendũ suĳpsius personã: & eget prudẽtia ethica, de qua & prętactis uirtutibus tractat in libro Ethicorũ Philosophus. Secũdo cõsiderat homo ut caput, rector & dñs domus seu paterfamilias, & sic œconomica eget prudẽtia, q̃ docet efficaciter gubernare propriã domũ atq; familiã, de qua prudẽtia in libro Oeconomicorũ tractat. Tertio homo cõsiderat ut rector cõmunitatis: & taliter sumptus prudẽtia eget politica, quę cõmunitatẽ regere edocet de qua in libro Politicorum fit mentio.

Homo tripliciter consideratur. Primo.

Secundo.

Tertio.

PROPOSITIO XCIX.

VIrtutes morales in genere dicunt esse duodecim.⌋ Quod est, quoniã istæ uirtutes circa sensibilia uersant obiecta, circa quę refrenant ac ordinant appetitũ sensitiuũ tã concupiscibilẽ q̃ irascibilẽ, ne circa illa inordinate & immoderate afficiatur: aut sunt directrices in huiusmodi actibus moderandi, ut prudentia & species eius: aut circa operatiões humanas uersant, sicut iustitia. Deniq; harũ uirtutũ numerus & sufficientia uno modo sumunt ex parte subiecti, quia prudentia in ratione consistit, iustitia in uoluntate. Alię decẽ in appetitu sunt sensitiuo, aut essentialiter, aut per quandã impressionẽ, quæ uirtutes tendunt & ordinantur in bonũ rationis, quoniã moderatiuæ sunt passionũ, atq; custodiũt bonũ rationis, uitia remouendo. Hinc prout ex diuersis obiectis surgũt diuersæ passiones. Aut ex eodẽ obiecto diuersimode apprehenso accipiũt diuersę uirtutes morales, secundũ q̃ in passionibus istis aliud & aliud mediũ inuenit secundũ ordinẽ & iudiciũ rationis. At uero passiones surgunt & oriunt uel ex bono sensibili, aut ex malo huiusmodi: si ita, aut ergo ex bono aut malo sensibili simpliciter dicto, aut ex bono seu malo tali ut arduo: & si ex huiuscemodi malo, aut ergo ex malo tali ut futuro aut pñsenti: si futuro, sic gñant in nobis duę passiões, q̃ sunt timor & audacia: timor, dũ à malo refugimus: audacia, dũ illud aggredimur: q̃ duę passiões in irascibili collocãt. Inter q̃s ꝟtus moralis media ponit fortitudo, q̃ est medietas inter illas, potissime in periculis belli ac mortis: Si aũt passiones nascũt ex malo pręsenti nobis aut nostris illato, orit ira, appetitusq; uindictæ: à qua ira si decidat homo, gñat timiditas: Inter q̃s passiones mediat mititas, & ipsas refrenat, estq; in irascibili sicut & hæ passiones. Si demũ passiones nascant ex bono sensibili simpliciter sumpto: estq; distinguendũ secũdũ q̃ triplex ex huiusmodi bonũ, puta delectabile & utile ac honestũ: si ergo oriat passio ex bono tali præsente, uocat delectatio, quæ est in cõcupiscibili, sicut & uirtus eã reprimẽs q̃ tẽperãtia nũcupat: delectatio tamẽ ista est duplex, secũdũ q̃ duplex est delectabile tale, uidelicet secũdũ tactũ, aliud penes gustũ: Delectationẽ tact⁹ frenat castitas, aliã

Virtutũ sufficientia.

uero sobrietas: Si autē passio producatur ex bono huiusmodi ut futuro, uocatur concupiscentia, quam & castitas habet reprimere. Porro si passio generetur ex bono utili, nominatur cupido quis cupido potius dicat uitiū in hac re excessiuū q̄ solum naturalē affectionē. Circa huiusmodi autem passionis refrenationem ponitur duplex uirtus moralis, quoniam bonum utile duplex est, puta mediocre seu commune, & arduum: circa mediocre est liberalitas, circa arduū, magnificentia: estq; liberalitas in concupiscibili, magnificentia in irascibili. Si demum passio surgat ex bono honesto, uocari potest honoglisc entia: Circa cuius reformationem duplex est uirtus moralis, una circa mediocres honores, quæ honoris amatiua uocatur, atq; in concupiscibili ponitur: alia circa magnos honores quæ magnanimitas nuncupatur, & ab immoderato illorum restringit affectu, & in irascibili collocatur. Insuper quoddam est bonum sensibile hominis per respectum ad alios, prout communicamus cum proximis in uerbis aut factis: quantum ad communicationem in uerbis, ponitur uirtus moralis quæ dicitur ueritas, per quam recte se in suis habet sermonibus, ut nec iactator sit neq; fictus. Communicatio uero in actibus aut consistit in ludicris circa quæ eutrapelia uersatur, quæ in talibus medium tenet: aut in alijs quotidianis operibus, circa quæ affabilitas locum sortitur, ut nec nimis blandus sit homo, nec dyscolus. Hec superficialiter magis quàm magistraliter dicta sint, de qbus in speciali opusculo de passionibus animæ plenius scripsi.

PROPOSITIO C.

Peccatū quid Stoici.

PAssio proprie est motus seu affectio sensitiui appetitus: quæ inquantum est naturalis motio quædam, nec uituperabilis est neq; laudabilis. Quod est, quoniam propter ea quæ insunt nobis à natura non laudamur nec uituperamur. Peccatum quoq; est recessus ab eo quod est secundum naturam. Veruntamen Stoici asserebāt passiones has animæ morbos, & uituperabiles esse ac malas: quia per passiones intelligebāt irrationabiles motus atq; inordinatas sensitiuæ partis affectiones: Vnde & adiecerunt, q̄ non cadunt in sapientem: Et iuxta hunc modū etiam quidam theologi de passionibus sunt loquuti, præsertim qui in philosophia Platonicorū instructi fuerūt, Peripatetici uero dixerunt, sicut in propositione hac dictum est: uerum horum dicta faciliter recordantur, quoniam nomine passionis diuersimode usi sunt. Certum est autem, q̄ cibum & potum appetere, tēporalia affectare, honorem à subditis requirere, conthoralem amare, non sit malum in se, nec simpliciter uirtuosum, sed tanq̄ indifferens, quod per rationis diligentiam laudabiliter fieri potest: & itē immoderate, si rationis uigilantia desit.

PROPOSITIO CI.

Passionum nomina.

NOmina passionum multipliciter capiuntur. Quod est, quoniam nomina passionum sunt hæc, amor, concupiscentia, spes, delectatio, ira, timor, tristitia, timiditas, cupido &c. de quibus constat q̄ uarijs modis sumantur. Amor nanq; interdum pro charitate seu intellectuali amore suscipitur, unde & philosophia amor

Amor.

sapiētiæ appellatur: quandoq; uero pro inordinato affectu, iuxta illud: Amor & odiū peruertunt iudicium. Ali quando pro naturali complacentia boni sensualis præsentis, & ita est passio prima ac propria. Conformiter spes communiter dicitur esse theologica uirtus, nec ita est passio: sed prout designat tendentiam appetitus sensitiui in bonum sensibile nondū obtentum. Desideriū quoq; seu concupiscentia duplex est, utpote sensitiuum & intellectiuum. Nam & in libro Sapientiæ fertur: Concupiscentia sapientię dedecet ad regnum perpetuum. Atq; in libro Psalmorum: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Communiter tamen pro sensuali & inordinata affectione accipitur, iuxta illud: Post cōcupiscentias tuas non eas. Et rursus: Concupiscentia subuertit cor tuum. Consimiliter delectatio nonnūquàm in bono accipi solet, dicente Philosopho: Philosophia mirabiles delectationes habet sibi admixtas: Itemq; signum uirtutis est delectatio fiens in opere interdum in malo, ut cū uita bestialium hominum nominatur uoluptuosa. & rursus: Temporale est quod delectat, æternum quod cruciat. At uero ira frequentius in malo accipitur, & unum de peccatis mortalibus perhibetur: uerum inquantum passio, dicit simplicem ultionis affectum, qui bonus consistere potest & malus, secūdum q̄ uindicta inferri potest zelo iustitię & praua commotione. Vnde distinguitur ira in iram per zelum, & in iram per uitium. Præterea timor est multiplex ualde: est etenim timor naturalis, qua mortem horremus: timor sensualis, quo incōmoda corporis nimis ueremur: timor intellectualis, qua à summo bono & salubri perfectione elongari & separari metuimus. Hinc triplex timor distinguitur, puta seruilis, initialis

Spes.

Cōcupiscētia.

Sapien 4.

Psal.83.

Eccle.18.

Danie 13.

Delectatio.

Ira.

Timor.

tialis & filialis. Tristitia quoq; est multiplex, puta immoderata, secularis, absorbēs, de amissione atq; carentia boni terreni, carnalis, mundani. Vnde & Salomon fassus est: Spiritus tristis exiccat ossa. Et denuo: Sicut tinea uestimento, & uermis ligno, ita tristitia nocet cordi. Vnde in Ecclesiastico legitur: Tristitiam longe expelle à te, multos enī occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Alia est tristitia bona & ordinata, præsertim de culpa & propria defectuositate ac elongatione à salute & gloria. Hæc breuiter hic tetigisse sufficiat, de quibus in prætacto tractatu de Passionibus animæ diffuse conscriptum est.

Tristitia. Prouer. 17. & 25. Ecclesiast. 30.

PROPOSITIO CII.

Anima prudens, sapiens, uirtuosa, est sicut regnum bene dispositū, regio pulchra, & quoddā uniuersum, propter quod homo minor mundus ponat. Quod est, quī sicut in toto mundo est unus rector supremus, cæteris omnibus præsidēs, ita in anima rationali est ratio uis suprema, cæteris uiribus dominans: cui dū cæteræ uires recte obediunt, ipsa anima est totū potestatiuū laudabiliter ordinatū, in quo diuersæ sunt uires & actiones tanq̄ gentes rite dispositę. Hinc sicut in regno ac ciuitate est pax dum cuncti inferiores superiori suo congrue parent, ita in anima dum uires uegetatiuę ac sensitiuę per rationē uere prudentem ac sapientem quantum possibile est, efficaciter gubernant: quamuis enim obiectis suis sibi præsentatis, & applicatæ suis materijs, non queant non operari: ratio tamen eas potest suis obiectis atq; materijs applicare, & inde retrahere. Præterea sicut in uniuerso sunt regio cœlestis superior, in qua iugiter quies est: ac regio elementaris inferior, in qua meteoricæ impressiones sunt uariæ, inquietudo, tempestas, tumultus: Ita in anima rationali est portio intellectiua quasi cœlestis: quæ dū prudētia, sapientia atq; uirtutibus regitur, quieta, clara ac stabilis perseuerat: quanq̄ in parte sensitiua, tanq̄ in Elementorum regione, uariæ permutationes ac passionum strepitus oriantur, quæ partem intellectiuam nequeunt perturbare. Insuper sicut in uniuerso sunt substantiæ intellectuales & irrationales, ita in anima sunt uires rationales & irrationales, imò & quædam se medio modo habentes, quæ rationem participant, & aliquo modo ei obediunt: propter quod uitiorum & uirtutum subiecta dicuntur, ut de appetitu patuit sensitiuo. Itaq; anima prudens, sapiens, uirtutibus perornata, prenobilis ualdeq; splēdida ac deiformis est creatura: quæ aūt uitijs seruit, passionibus uincitur, deordinata consistit, omni bruto est uilior, omni mōstro deformior, omni cadauere abominabilior atq; fœtidior: ideo usq; ad sanguinem oportet concupiscentijs reluctari, tentationibus uitijsq; reniti, ac semper studere uirtutibus: quod qui nō facit, nequaq̄ condignus est philosophus nuncupari, ut in Phædone disseruit Plato, ubi & contestatur: Reuera philosophantes morti se preparant. Non est philosophi circa uoluptates escarum & potuum ac Venereorum uersari: uir in philosophia ducēs uitam, confidit cū mori debeat maximis fretum iri bonis. Anima philosophi uestimentorū contemnit ornatum, & ea quę corporis sunt, ipsumq; inhonorat ac despicit corpus, ac fugit pręcipue ab eodem, & pura intelligentia fruens, speculatur unumquodq; syncere.

Homo minor mundus. Plato.

PROPOSITIO CIII.

Virtutum quædā sunt intellectuales, quædā morales, quædam diuinæ, theologicæ quoq; nonnullæ, & aliquæ cardinales. Quod est, quī intellectus & uoluntas sunt uirtutū subiecta, & appetitus sensitiuus uterq;, ut aliq dicūt: quī in codē subiecto sunt uirtus & uitiū sibi cōtrariū. Veruntamē cū uirtutes sint spiritales qualitates, apparet alijs, q in appetitu sensitiuo, qui est uirtus organica, & cuius subiectū est materiale esse, non ualeant subiectiue atq; realiter, sed per impressionē ac redundantiā solū à parte intellectiua in sensitiuā. Virtutes itaq; morales quæ directe circa passionū refrenationē ac rectificationē uersant, in sensitiuo sunt appetitu, siue per inhęsionē, siue per impressionē: prudentia aūt in intellectu est practico: similiter ars: sapientia uero & sciētia, & intellectus qui est habitus principiorū primorū, in speculatiuo sunt intellectu: sunt quippe quinq; hi habitus intellectuales, qui & uirtutes intellectuales aliquando nominantur, large sumpto uirtutis uocabulo: proprie nanq; scientia, ars & intellectus præfato modo acceptus, uirtutes non sunt, quia ab eis non dicimur uirtuosi, imò uirtus & scientia ab inuicem distinguuntur, ac mutuo se perficiunt ac decorant, ita quòd scientia sine uirtute appellatur informis. Porro uirtutum moralium quatuor principales dictæ sunt cardinales, ut temperantia, fortitudo, prudentia atq; iustitia. Virtutes autem diuinæ dicuntur heroicæ ac perfectæ, seu illæ quæ immediate circa diuina uersantur. Platonici demum, præsertim Plotinus, qui (ut in libro de Ciuitate dei asserit sanctus Augustinus) melius intellexit Platonem, & Macrobius

Intellectus & uolūtas, uirtutū sunt subiecta. Virtutes morales quō sunt in appetitu sensitiuo. Habitus intellectuales quinque. Virtus & sciētia distinguūt. Virtutes cardinales quatuor. Virtutū diuisio secundū Platonicos.

crobius, distinxerunt uirtutes in uirtutes purgatorias, politicas, animiq; purgati & exemplares. Ista hic breuiter satis sit tetigisse, de quibus in Elementatione theologica diffusius est tractandum.

PROPOSITIO CIIII.

Felicitas hominis duplex.

FInis uirtutum est felicitas, quam homo in omnibus debet præcognoscere, intendere ac summe appetere. Quod est, quia uirtutes ad beatitudinem ordinantur, & ipsa felicitas est operatio optima uirtutis dignissimæ. Hinc de duplici hominis felicitate philosophi sunt loquuti, puta de felicitate politica uitę præsentis, in actu perfectæ prudentiæ constituta, quæ est ualde imperfecta felicitas, & admodum breuis ac inquieta, curis & distractionibns plena, attamen bono communi deseruiens, sicq; assimilās hominem præsidentem deo omnipotenti, omne seculum gubernanti ac bonitatibus adimplenti: Hinc causalitas ac prouidentia, communicatio quoq; bonorum desuper concessorum, sunt proprietates diuinæ. Alia est beatitudo maior & uerior, ac magis continua, quæ (ut decimo dicitur Ethicorum) est speculatio optimi speculabilis, quod est primum ens, ueritas summa, incomparabile superdignissimumq; obiectum: speculatio inquam non informis, nuda, insipida, algens: sed formata, undiquaque perfecta, id est, omni uirtutum perfectione constipata, ornata, dulcis, amorosa, præferuida. Nempe si uera prudentia sine cæteris uirtutibus non habetur, quanto minus sapientia ista, cuius actus est ista felicitas, quę & in uita hac aliqualiter obtinetur, inchoatur & prægustatur, atq; in regione cœlesti perpetue possidetur. Ipsa ergo est finis totius philosophicę exercitationis ac studij fructus, & prę mium uirtuosorum laborum, bonum finale, quod in cūctis intendere & optare debemus, ac eius amore à uitiorum spurcitijs abstinere, uirtutum splendore fulgere, peccatis & passionibus iugiter dominari. Etenim (ut in secundo Timæi clarissimum illud iubar philosophorum Plato disseruit) uictricibus animabus ad stellarum contubernium & mansiones sydereas patet ascensus, acturis ibidem uitam deinceps beatam. In Phædone quoque & Memnone, ac libro de Prophetijs fatetur, quòd anima recte philosophata & pure, hinc migrans, in genus & societatem scādit deorum: uictę uero & sordidæ descendunt in barathrum, dispo nente sic deo deorum, qui pater & iudex est omnium.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI PRINCIPI ET DOMINO, DOMINO Georgio Lubusianæ & Ratzburgensis Ecclesiarum Episcopo, Ioannes Romberch à Kyrspe Theologus & Prędicator. S. P.

INter cæteros Christianæ religionis utriusq;, Ecclesiastici nēpe & secularis status illustrissimos principes & dños Ecclesiæ proceres, hanc inclytam Vbioꝝ urbem Coloniam Agrippinam, cū inuictissimo Romanoꝝ Imperatore semper Augusto Carolo V. ac gloriosissimo Ferdinando eius germano Hungariæ tum & Bohemiæ, nunc quoq; hic iam electo & in Aquensi oppido cū maxima gloria & triūpho coronato Ro. Rege ingressos, nō sine animi delectatiōe plurima mihi obtigit dignissime præsul tecū, apud Reuerēd. in Christo patrē & dñm, dñ m Thomā Cāpegiū Episcopū Feltrēsem, atq; D. D. Ioānē Fabrū episcopū Viennensem, meos præcipuos & singulares amicos & fautores (id quod tum corā re ipsa cōprobasti) colloquiū, ubi tuus aspectus & dulcis sermo, quo non nihil propensus uidebare in rem meā, ac multū fa ueres homini hactenus facie ignoto, me profecto miꝝ in modū pellexere in tui obseruantiā & amorē: Postera aūt die calcar adiecit ultro currēti celeberrimus doctor Cōradus Vuimpina à Fagis, qui te adeo mihi cōmēdauit de moꝝ probitate & præclarissima uitæ sanctimonia simul ac multijuga eruditione, ut nō modo perbeatos censuerim Lubusianæ ac Ratzburgensis ecclesiaꝝ populos, quibus tam doctus, tamq; uigilans pastor, cuius multiplices uirtutes superent famā alioqui gloriosissimā, obtigisset: uerꝝ & Academiam illā nobilē Francofordiæ iuxta Oderā haud immerito gloriari de tāto principe, gubernatore, rectore & moderatore, priuilegioꝝq; conseruatore: qui ut fit oīm studiosorum fautor, amator & promotor, ita præcipue istęc conetur cū gratia Illustrissimi principis & dñi D. Joachimi Marchionis Brandēburgeñ. sacri Ro. Impij Archicamerarij & Electoris &c. doctissimos accersire uiros, qui iuuētutē in bonis disciplinis instituant, & sacris doctrinis erudiant, enutriāt & prouehant, ad Catholicæ fidei defensionē aduersus huius turbatissimi seculi ueritatis osores. Hinc (ni me mea fallat opinio) non tā uocabulo q̄ merito imitaris Mosen, imitaris & Aaronē, ut in tabernaculo dñi aut à deo discas, aut populū doceas, quę duo sunt Episcoporū opera, ceu q̄ diligentissime tecū reuoluas, tantā debere Pontificis conuersationē & eruditionē esse, ut oēs motus & gressus, & uniuersa eius opera notabilia sint: Nēpe qui ueritatē mente concipiat, & eam toto habitu resonet & ornatu, ut quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina sit populoꝝ. Hæc olim scripsit Aurelius Augustinus Episcopus Hipponensis, à quibus [illegible] & tu Lubusianus & Ratzburgen. antistes, nec pilū quidē latū discedis: utpote qui multo studio & labore in illa tua Academia Francfordiana (cuius nūc Cācellarius es) fundamētū uideare posuisse prælegēdo cū laudabili omniū auditoꝝ testimonio, sacros canones & patrū sanctiones, instituta & decreta: quibus mores hominū rite institueres, conformiter ad diuinā legē: quò ordinationes & constitutiones (quas uocant humanas) tanq̄ illi conformes nec usq̄ repugnantes, ducere q̄ maxime debebunt. Nunc uero populo tuo Pastor ab omnibus haberis præfectus, qui non teipsum (quod propheta pluribus exprobrat) pascas, sed gregē tibi cōmissum: ut nō tam nomen honoris q̄ operis, uidearis sumpsisse, quin poti⁹ humeris tuis impositū ferre. Quēadmodū barbatus ille Hieronymus faciundū putabat, ubi in Epistola 43. super illud Pauli ad Timotheū: Si qs episcopatū desiderat, bonū opus desiderat, dixisset: Opus (inquit) non dignitatē, labores nō delicias: opus per quod humilitate decrescat, nō fastigio intumescat. Audies itaq; te cū magna cōstantia uigilare super domesticas oues (quod Gregorius pernecessariū scribit in Capitulo Oportet dis. 81.) ne lupinis morsibus, id est diaboli stimulis la nient, ut duplici honore ob huiusmodi prēsidentiā dignus mihi uideare. Ne aūt hoꝝ quippiam non facile crederē, effecit tuæ, propriæ manus ad me syngrapha, p capellanū tuū missa, q̄ de uetustioribus authoꝝ approbatoꝝ libris tibi cōparādis solicitabare. Et q̄m his didici amatorē te esse prēcipuū sanæ doctrinæ, putabā officij mei esse te certiorē reddere, q. quoꝝ libri in hac urbe chalcographoꝝ typis procudāt: Id q̄d tū Reuer. pater & D. Thomas Cāpegi⁹ simul atq; tua dñatio in colloqis à me sciscitabamini: Et ut interim taceā ep̄las & oratiōes uarias (cuiusmodi est ornatissima illa funebris oratio p R. p. & d. Ioānē Fabrū corā C. M. & principib⁹ in exequijs Illustrissimę dñę d. Margaretę Archiducissę Austrię habita) & id genus alias: ex correctione nostra sub prælo sunt (præter opera præclarissima celeberrimi D. Cōradi Vuimpinæ) Cōmētaria D. Dionysii à Rickel Carthusiani (uiri diuino spiritu afflati, ut deuotissima studioꝝ eius monumēta ostendunt) in psalteriū: & diuersa alia eiusdē opuscula, non minus affectum ad superos sustollentia, q̄ intellectū erudiant: inter quæ oblatū est mihi hisce diebus posteaq̄ hinc Regē Romanoꝝ coronandū comitatus es cū cæteris principibus ad Aquisgranū opusculū quoddā perbreue, de Sacræ Theologiæ principijs, quod proinde Elementationē Theologicā uocat, quod centū quinquaginta nouē integrat propositionibus seu conclusionibus theologicis: de deo uidelicet, eius diuinitate, natura, nominibus, attributis & prædicatis, alijsq; diuinitatem ipsam & personarum pluralitatem concernentibus: de rerum creatione & angelorum conditione, natura & statu: de anima rationali, de protoplasto Adamo & illius casu, & pctō originali: de generis humani per Christi incarnationem & passionem redemptione: de sacramentoꝝ ecclesiæ institutione, essentia, uirtute & effectu: de gratia & uirtutibus, tum Theologicis cū moralibus, cæterisq; ad salutem hominum necessarijs: de fine mundi & extremo iudicio, atq; gaudijs beatoꝝ: adeoq;, ut compendio quodam uniuersam Theologiam complexus uideatur: Si quando sacratissime antistes à tot negotioꝝ occupationibus cū proprijs tum Ecclesiaꝝ tuaꝝ, & Illustrissimi ac serenissimi Marchionis, qui sedulo tuis utitur prudentissimis consilijs, te feriari uel ad suffuratā horulam contigerit, non te poenitebit forsan (post alios prēclarissimos authores, quibus refertissima tua bibliotheca scatet penè innumeris, huius authoris opera obiter perlustrasse: Nec deterreat te stili leuitas: quandoquidē ueritas ipsa uerboꝝ lenocinio nō egeat: & tu malis alta diuini spiritus sensa sub familiari eloquio & phrasi cōmuni, q̄ comatas sine fructu orationis folijs simillimas. Quòd si hæc pro tua humanitate boni consulas, animum mihi facies, ut studeam oportune in maioribus tibi gratificandum: Vale. Ex ædibus Prædicatorum in Colonia die Lunæ sextadecima Ianuarij, Anno post natum saluatorem M. D. XXXI.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, IN COMPENDIVM THEOLOGIAE.

PRAEFATIO.

COmparate uobis sapientiã sine argento, & collum uestrũ subijcite iugo eius. Ecclesiastici ultimo. Quàm uehemẽter ac summe cupienda & requirenda sit nobis sapientia, docuit atq; testatus est Christus sapientia dei patris, in actu sapientiæ beatitudinẽ rationalis creaturæ consistere per-
Ioan.17. hibens, cũ deprompsit: hæc est uita æterna, ut cognoscant
Prouerb.8. te uerũ deũ: hinc melior est sapientia cunctis opibus, & oĩa
Sapient.7. quæ desiderãtur, huic non ualent cõparari. Deniq; ipsa est speciosior sole, & super omnẽ dispositionẽ stellarũ luci cõparata, inuenitur prior: quod si de increata sapientia, quæ est unigenitus filius patris æterni, dictũ intelligatur, clarũ ac uerum censetur, quoniã ipsa omnipotẽti genitori pror-
Philip.2. sus æqualis est, imò substantialiter unũ cũ illo: Ego (inquiens) & pater unũ sumus. In cuius
Ioan.10. sapientiæ clara ac fruitiua uisione, uera & plena consistit felicitas: siquidem ipsa, & pater ac spiritus sanctus, unũ totius nostræ salutis obiectũ sunt, causa & dator, quẽadmodum unus,
Esa.11. solus ac uerus deus esse noscunt. Præterea sapientia illa creata, quæ inter septem dona spiritus sancti primatũ sortitur, præclarissimus habitus est, intellectũ illustrans, lumine solis splẽ
Iacobi.3. didior, omniq; astro micans lucidius, de qua ait scriptura: Quæ desursum est sapientia, primũ quidẽ pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis cõsentiens, plena misericordia & fructibus bonis: quò constat sapientiã hanc salubrẽ sine cæteris uirtutibus non habe
Ethi.6. ri: nec mirũ, cũ & teste Philosopho, prudentia (quæ uirtus est cardinalis) uirtuosis duntaxat
1.Rheto. insit hominibus: hinc tam de increata q̃ de creata sapiẽtia rite exponit quod sanctus Iob lo-
1.Moral.c.21. quitur: Sapiẽtia ubi inuenit, & quis est locus intelligẽtiæ: nescit homo pretiũ eius, nec inue-
Iob.28. nit in terra suauiter uiuentiũ. Nõ dabit aurũ obryzũ pro ea, nec conferet tinctis Indiæ coloribus, neq; lapidi sardonyco pretiosissimo, uel sapphiro: perditio & mors dixerũt, aurib⁹ nostris audiuimus famã eius. Insup est sapiẽtia quædã quæ à bonis & malis ab electis ac reprobis põt haberi, quæ sicut desuper potest infundi, sic & ab hominibus potest addisci: propter quod scholastica & acquisita aliquãdo nuncupat: unde & inter dona gratiæ gratis datæ cõ
1.Cor.12. putatur, de qua dixit Apostolus: Alij per spiritũ dat sermo sapiẽtiæ, alij sermo sciẽtiæ. Hæc est scripturarũ notitia, eruditio in Theologicis libris sanctorũ, in scriptis quoq; doctorũ, ac eminens quædam in lege diuina & resoluta peritia, qua fit homo idoneus ea quæ fidei sunt declarare, probare, tueri. Ab hac sapientia dicuntur doctores Theologiæ, seu magistri scripturæ, sumendo Theologiam prout ad informem quoq; & acquisitam diuinorum notitiã se extendit. Strictius uero theologia accipitur pro sola formata & sapida diuinorũ notitia, quæ realiter est sapientia ipsa, quæ donum est, quæ sapiẽtia quo ad gradum suum ac statũ perfectum, nominatur mystica theologia, de qua diuinus Dionysius in libro Mysticæ Theologiæ disseruit. Est item sapientia quædam naturalis, philosophica, acquisita, de qua tractãt philosophi: in cuius actu contemplatiuam felicitatem Aristoteles statuit decimo Ethicorũ qui & Metaphysicã Theologiã appellat. At uero increata sapiẽtia, uerbũ æternũ, unigenit⁹ patris, nostræ mortaliatis tegimẽ assumere est dignata, ac nostræ naturæ indumẽto operta, umbrã quandã proiecit à se ac diffudit in terrã, hoc est doctrinã suã & fidẽ, ac euãgelicã legẽ nostræ imbecillitati & capacitati cõtẽperatã, proportionatã, aptatã, tanq̃ infinitæ lucis ac luminositatis suæ radiũ, quasi obnubilatũ, atq; immẽsæ suæ supestuantissimæ dilectionis flãmã fumãtẽ ac scintillantẽ. Euãgelica quippe doctrina uarijs similitudinib⁹, parabolis & figuris est inuoluta, ipsaq; fides cognitio est obscura, quẽadmodũ nobis cõnaturale est p sensibilia ad immaterialiũ notitiã ac diuinorũ amorẽ ascẽdere ac deduci. Interim ex Christi documẽtis in quatuor Euãgelijs exaratis, tanq̃ ex fontibus saluatoris hausta, sumpta, deriuata & edita sunt innumerabilia pene uolumina patrũ & catholicorũ doctorũ, ex qbus fluxit riuus ingẽs, fluuius copiosus, aqua redũdãs ac lympida, puta liber Sẽtẽtiarũ, ex patrũ codicibus cõpilatus: ex quo demũ profluxerũt riuuli doctrinarũ, fluẽta sciẽtiarũ quã plures, uidelicet scripta & cõmẽtaria scholasticorũ doctorũ sup librũ Sẽtẽtiarũ, quorũ sapiẽtalia dicta nup in unũ collegi, q̃tuor uolumina grãdia ex eisdẽ cõpingẽs sup q̃tuor libros Sentẽtiarũ præclaros.

Postremo

Postremo quoniã omnia illa perlegere memoriterq́ꝫ tenere difficile est nec omnibus uacat, intẽdo in isto opusculo ex illis summatim quædã perstringere, utiliora & pulchriora in unũ redigere, ac Theologiæ cõpendiũ cõpilare, q̊d Elemẽtatio Theologica poterit appellari.

PROPOS. I. DE THEOLOGIA.

QVicquid in Elemẽtatione Philosophica de deo inductũ est & probatũ, in Elemẽtatione hac theologica est tãq̃ uerꝫ & ratũ p̃supponẽdũ. Quod est, qm̃ eadẽ nõ sũt infructuose sępi⁹ iterãda, nec irrationabiliter repetẽda, estq́ꝫ uitãda prolixitas, & breuitati studẽdũ. Deniqꝫ Philosophia ancilla ẽ Theologicę facultatis, utpote dispositiua ad eã: Multa quoqꝫ sunt, q̃ ptinẽt ad utrãqꝫ sub ratione ac respectu diuersis, uidelicet deũ esse, deũ esse oĩpotẽtẽ, inuariabilẽ & æternũ, aĩam rationalẽ cõsistere immortalẽ: q̃ ad naturalẽ spectãt philosophiã, inquãtũ ratione q̈unt probari humana: ad Theologiã uero, secũdũ ꝙ etiã sunt desup tradita, & in scripturis cõtẽta: Ex qbus habet́ aliqualis rñsio dubij huius, utrũ idẽ ualeat esse scitũ & creditũ. Rñdet́ nãqꝫ, ꝙ idẽ materialiter nõ formaliter cadere põt sub fide atqꝫ sciẽtia. Pręterea in Elemẽtatiõe Philosophica multipliciter est ostẽsũ ꝙ deus sit, & ꝙ ipse sit uniuersoꝝ primũ principiũ, causa suprema ac supgloriosus creator, cũcta in esse cõseruãs, gubernãs, mouẽs & ordinãs. Insup ꝙ ipse solus simpliciter sit pfectus, ac pfectionaliter, intẽsiue atqꝫ formaliter infinit⁹, in omni prorsus perfectione, excellẽtia, sanctitate & gł̃ia, in om̃i pulchritudine, dulcedine, trãquillitate, sapiẽtia, potestate ac supbeatissima libertate, & cõsimilia multa de ipso sunt introducta ac demõstrata, prout philosophica naturaliq́ꝫ ratione fieri põt aut solet. Verũtamen de his non sunt testimonia scripturarum subiuncta & allegata.

Propositione 77. deincept.

PROPOS. II. DE DEO.

RIte ac clare intelligẽs q̊d Aristoteles in prima philosophia idonee subtiliterq́ꝫ deduxit ac cõprobauit, puta ꝙ deus sit purus actus, faciliter capere ualet alia multa quæ Theologi diffuse ac prolixe in Theologicis libris suis pertractãt, probant & prosequunt́. Quod est, quia ut in Elemẽtatione philosophica patuit, quãuis actus & potẽtia multipliciter capiant́, proprie tamẽ sumunt́ secundũ ꝙ actus diffinit́ ac dicit́ esse principiũ mouẽdi, trãsmutandi, pficiendi ue aliud aut alterꝫ secundũ ꝙ tale. Potẽtia uero asserit́ esse principiũ mouẽdi, transmutãdi aut perficiendi ab alio. Ideo dũ quippiã mouet aut transmutat seipsum (secundũ ꝙ animalia perhibẽt́ mouere seipsa) ex alia parte, natura seu proprietate, cõuenit ei mouere & moueri, trãsmutare & transmutari, actuare atqꝫ perficere, & actuari & perfici. Itaqꝫ deus sublimis ac adorãdus fert́ actus purus, qm̃ ipse in seipso est simplex essentia ac separatissima forma, cui ex propria eminẽtia & natura conuenit cætera uniuersa producere, mouere, mutare, actuare, pficere, neqꝫ ab aliq̊ moueri, mutari, perfici aut qcq̃ recipere accidentale. Deniqꝫ ex hoc primo concludit́, imò & apud intelligẽtes irrefragabiliter demõstrat́, ꝙ supprę̃stãtissimus deus sit pfectionaliter infinitus, ita ꝙ infinitas hæc formalis & actualis, sit prima atqꝫ intrinseca deitatis proprietas puta diuinã naturã & increatã illã prorsus mũdissimã simplicissimãq́ꝫ essẽtiã imediate cõsequens ac directe. Hinc igit́ actus purus necessario est infinitus, qa in ipso nequaq̃ est materia limitans, nec differẽtia cõtrahẽs, neqꝫ potẽtia terminans, hoc est potẽtialitas seu differẽtia ad particularẽ & certũ aut circũscriptũ, aut determinatũ pfectiõis gradũ coartãs, imò actus hm̃õi uniuersaliter nõ particulariter, totaliter nõ partialiter, incircũscriptibiliter nõ terminabiliter, oĩformiter ac om̃ifarie est in seipso pfect⁹, ergo & infinit⁹: Quod enĩ pfectionaliter infinitũ est, atqꝫ in om̃i pfectione uniuersaliter sine mẽsura & fine cõpletũ ac plenũ, infinite pfectius est eo q̊d finitæ cõsistit pfectiõis. Ex his itidẽ cõstat deũ prorsus immaterialẽ incorporalẽq́ꝫ esse, nec loco circũscribi, nec tẽpore cõprehẽdi, ac prorsus immobilẽ inuariabilẽq́ꝫ cẽsendũ. Nec obstat ꝙ sc̃tũs Dionysius ac Plato dixerũt deũ moueri, qm̃ illud moueri nõ aliud intellexerũt, q̃ in actũ procedere. Hinc insup claret deũ essẽtialiter esse sanctũ, sapientẽ ac infinite potentẽ, & incõparabiliter simplicẽ, ita ꝙ ipse est suũ esse ac uiuere, & intelligere: itẽq́ꝫ ꝙ ipse sit purissima unitas, sũma & incõparabilis bonitas, superpulcherrima ueritas, honorãdissima metuẽdissimaq́ꝫ maiestas. Ex qbus amplius cõprobat́, ꝙ deus nequaq̃ in gñe sit, nec species, neqꝫ in specie, nec indiuiduũ aut psona alicuius gñis p̃dicamẽtalis, sed sup om̃e genus & ordinẽ rerꝫ interminabiliter & incõparabiliter eminẽs, p̃sidens ac sublimis: Vnde nec aliqd de ipso & creaturis uniuoce pręedicat́. Ex eodẽ oñdit́, ꝙ totũ uniuersum cõparatiõe supergloriosissimi creatoris, est tanq̃ puluis exiguus: & ꝙ ipse oĩa intra se cõtinet, ambit, imò & penetrat, ac ipsas entiũ qdditates illabit́, proximior rebus q̃ ipsęmet

Propositionib. 6. 7. 8.

Deus est actus purus.

Deus infinit⁹.

Ratio infinitatis.

Deus immaterialis.

Obiectionis confutatio.

Varia dei attributa.

Deus nõ est in genere.

Deus infinite excedit oĩm creaturam.

sibi ipsis: propter q̄d esse in oībus p essentiā, potētiā atq; pręsentiā phibet. Hęc oīa uarijs modis queunt probari, & in Elemētatione Philosophica sunt ostensa, ac cōsequunt ex hoc, q̄ deus est purus actus.

PROPOSITIO III.

DEum esse simplicissimū esse purāq; bonitatē, æternā ueritatē, interminabilē maiestatē, ens quoq; omnifarie ac infinite perfectū, & cætera iam expressa, euidenter & copiose testat scriptura. Quod est, quia ut recitat Exodi 3. cū Moses deū interrogasset, q̄d est nomen tuū? deus oīpotens per angelū ei respondit: Ego sum qui sum, hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Vnde elicit, q̄, ESSE, seu, QVI EST, sit propriū dei nomen, loquendo de ipso ESSE in sua omnimoda plenitudine, infinitate & excellētia sumpto: sic eīn abstractissime, simplicissime ac perfectissime consideratū, soli conuenit creatori, cū eminētia penitꝰ infinita, ita q̄ cōparatione illius increati, infiniti ac supperfectissimi esse, oīne esse creatū est quasi nō esse, quēadmodū respectu sapiētię dei, sapiētia naturalis humana est uelut insipiētia. Vnde ad Rom. ult. scripsit Apl's: Soli sapiēti deo honor & gloria. Hieremiæ quoq; decimo habet: Stultus factus est oīs à sciētia sua. Propterea sanctus Iob loqt deo: Quis pōt facere mūdū de immūdo cōceptū semine? nōne tu q̄ solus es? Itēq; deus inqt: Solus est, & cōgregationē eius qs auertere pōt? Sic & Hieremias testat propheta: Qui creauit oīa, ipse est. Porro (esse) cōsideratū in quadā logica abstractione, cū indeterminatione & gn̄alissima cōmunitate, nō est propriū deo, sed de ipso & creatis analogice dicit. Esse ergo diuinū & increatū, nō est particulare, quasi ad certū & determinatū gradū essendi cōtractū, nec uniuersale quasi indeterminatū & indistinctū ab alijs, tanq̄ uniuersorū esse formale. Nihilominus particulare, imò & singulare à qbusdā uocat, qm̄ uni soli cōueniēs, & per se à cūctis differēs ac distinctū, propria q̄q; superessentiali excellētia indiuiduū & separatissimū. Deniq; (esse hoc) dici pōt uniuersale, ratione suę summę & gn̄alissimę causalitatis, & rursus ratione suę incontractissimę & illimitatissimę perfectionis, qm̄ omnē perfectionē, nobilitatē eminētiāq; essendi in se, essentialiter ac simplicissime cōprehēdit: quæ oīa in ipso sunt unū infinitū superpurissimū esse, ut in libro de diuinis noībus magnus Dionysius protestat. Præterea octauo de Ciuitate dei uidet beatus Augustinus sentire, q̄ Plato per interpretē didicit Mosis libros, præsertim qm̄ præallegata uerba dei ad Mosen, Ego sum q̄ sum &c. Plato uehemēter tenuit ac diligētissime cōmendauit: nēpe in primo Timæi effat: At illi esse solū cōpetit, iuxta uerā syncerāq; rationē. Hinc & sctūs dixit Hilarius, esse, non est accidens deo, sed subsistēs ueritas, manēs causa, & naturalis gn̄is proprietas.

QVI EST. sue ESSE propriū nomen dei.

Iob 14.

Hier. 7.

PROPOSITIO IIII.

DEus naturaliter, essentialiter, totaliter, pure ac infinite bonꝰ est, & bonitas ipsa. Quod est, qm̄ bonū cū ente cōuertibile est, nec ei reale qd superaddit, sed respectū ac ordinē ad affectū, ita ut ens dicat bonū, inquantū ex sua natura & proprietate est appetibile. Porro natura dei ipsimet deo summe & incōparabiliter extat amabilis & amāda, cōplacētissima ac supdilecta, imò causa & ratio amādi q̄cūq; alia, cū nihil aliorū amabile sit, nisi inquātū aliqd diuinę bonitatis participat. Cūq; ens & bonū seinuicē cōsequat, qcqd dictū est de incōparabili & immēsa excellētia diuini increatiq; esse, uere pronūtiari pōt de eminētia bonitatis diuinæ, uidelicet ipsum altissimū deū tā infinitæ cōsistere bonitatis, ut eius respectu nil creatū sit bonū quātūlibet in suo gn̄e bonū dicat: quod in Euangelio Christus insinuās: Nemo, inquit, bonus nisi deus. Etenim ipse solus infinite amabilis ac appetibilisq; consistit. Deinde ipse cūctis creatis summe & incōparabiliter est amādus & affectandus: Primo & maxime, propter suā propriā purā & incōparabilē bonitatē. Secūdo, qa ab ipso oībus nobis deriuatū & cōmunicatū est esse & uiuere, imò quicqd boni habemus & sumus in donis naturæ & gratię. Tertio, qm̄ nec ad momentū sine ipsius auctuali conseruatione in his bonis persistere ac manere ualemus. Quarto, propter supernaturalia beneficia eius, potissimū propterea quę unigenitus dei pro nostra salute assumpsit, fecit ac passus est, ac propter uniuersas misericordias eius nobis gratiose ac prorsus ineffabiliter pie exhibitas. Quinto, ob præstātissima ac opulētissima ipsius promissa, quæ nec oculus uidit, nec auris plene audiuit, nec in cor hoīs ascēdit. Insuper bonū est quod cōmunicatiuū & diffusiuū est sui. Quid ergo tam bonū ut deus, q̄ mera liberalitate ac prorsus gratuite, & omnino pue niēte amore tā copiose, exuberāter, generaliter ac specialiter, tā multipliciter ac multiformiter suæ bonitatis diuitias cōmunicauit creatis per oēm gradū ac ordinē rerū, à summo usq; ad infimum, nec quicq; reliquit suæ bonitatis participatione totaliter expers. Inferioribus quoque de necessarijs abundanter prouidit, imò nec ipsis ingratis ac impijs prouidere,

Marc. 10.

Deus multiplici ratione nobis diligendus est.

1. Corin. 2.

parcere

parcere, benefacere cessat. Hinc Lucæ sexto ait Saluator: Ipse benignus est super ingratos & malos, qui (ut fertur Matthæi quinto) solē suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Recte ergo sanctus Dionysius protulit, ꝙ diuinus amor non reliqꝫ deū sine germine esse. Plato quoqꝫ, optimus inquit erat. Porro ab optimo inuidia longe relegata est: omnia ergo uoluit sibi similia esse, prout uniuscuiusqꝫ natura extitit capax. Præterea purā & infinitā suā bonitatē deus incōparabiliter plenius atqꝫ sublimius declarauit in cōmunicatione illa æterna ad intra, qua pater totā suæ deitatis plenitudinē, & omnes diuitias gloriæ suæ, per generationē æternalē cōmunicauit, & dedit unigenito suo, pater itē & filius per æternam processionē, spiritui sancto.

PROPOSITIO V.

SOlus deus quomodolibet ac omniformiter, substātialiter & per se bonus est. Quod est, quoniā id quomodolibet ac omniformiter bonū est, quod qualitercūqꝫ consideretur, atqꝫ secundū omnē sui habitudinē & cōsiderationē, est bonū: quod ei solūmodo cōpetit, quod non participatiue aut aliunde, sed substantialiter, per se & ex se bonū est, puta deo: quod qualitercūqꝫ uere consideretur, nulla ratio mali cuiuscūqꝫ, nulla defectibilitas, nulla imperfectio, potentialitas, indigentia aut possibilitas non essendi, in eo reperitur & hoc duntaxat conuenit enti increato, imparticipato, perfectionaliter infinito & independēti. Porro omne creatū quantūcunqꝫ formaliter bonū ex sua natura ac specie, effectiue tamen à deo profluxit, atqꝫ hoc ipsum quod formaliter bonū est, cōuenit ei inquantū conformatur rationi suæ ideali & exemplari quā habet in mente diuina, cui rationi creator omnipotens ipsum uoluit confirmari: sicqꝫ deus uoluit res, non quoniā bonæ, sed quia uoluit eas, ideo bonæ sunt. Quæ cum ita se habeant, constat ꝙ bona creata non sunt omniformiter & quomodolibet bona, quia ex nihilo sunt, & ex se laberētur in nihil, nisi desuper cōseruarētur, suntqꝫ potentialitati, imperfectioni & indigentiæ ac dependentiæ multiformi permixta. Quēadmodū etiā ubi eoꝝ perfectio terminatur, eoꝝ imperfectio inchoatur: sic ubi bonitas eoꝝ finitur, eoꝝ malū priuatiue aut negatiue acceptū, incipere perhibetur ac scitur. Ex his patet solutio quæstionis, quā in libro de Hebdomadibus mouet Boëthius, imò quā sanctus Ioannes Romanæ ecclesiæ diaconus, postmodū pontifex summus ac martyr à Boëthio sciscitabatur, qualiter scilicet substantiæ creatæ in eo ꝙ sunt, bonæ sunt: cū tamē non sint substantialia bona, seu substantialiter aut per essentiam bonę. Etenī omne quod est, in eo quod est, seu eo ipso quo est, bonū est, cū bonū & ens conuertantur, & entitas rei ac esse ipsius sit bonitas eius, ac bonitas quædā in se formaliter considerata. Ad quod iam patet solutio: Bona quippe creata sunt bona per participationē & effectiue ex deo: formaliter tamē, hoc est ex propria ratione & specie bona sunt. Veruntamen non sic, quin ex creatoris sapientiali & originali institutione simpliciter prima, hoc ipsum eis cōueniat. Itaqꝫ bona creata non sunt substantialia bona, aut per essentiam, seu substantialiter bona. i. bona imparticipata: nihilominus multa creata sunt substantialia bona. i. bona quæ sunt substantiæ, ut angelus, homo, lapis: & multa sunt accidētalia bona. i. bona quædā quæ sunt accidētia, ut in nouē ꝑdicamētis contenta. Consimiliter non sunt bona per essentiā. i. omnino ex se & imparticipanter: formaliter tamen sunt bona per essentiam. i. per propriā formam & speciem, quēadmodū homo per se formaliter rationalis censetur, quia ex sua ratione ac natura seu propria specie id conuenit ei. Dubitationis resolutio.

PROPOSITIO VI.

QVēadmodū ESSE seu QVI EST, asserit propriū nomē dei, ita & sanctū hoc nomē tetragrāmaton itēqꝫ adonai. Quod est, quia ut patuit ESSE seu QVI EST dicitur nomen dei, quia designat abyssalē ac infinitā plenitudinē, & absolutissimā perfectionē diuini increatiqꝫ esse, quod tanꝙ pelagus quoddam immensum, omnem nobilitatē & superexcellētiam essendi continet in se: & hoc idē designat dignissimū nomē istud tetragrāmaton יהוה diuinitus reuelatū, quod ut Rabi Moyses fatetur, penitus absolute designat diuinā essentiam, prout in seipsa est sine omni respectu & habitudine ad creata, atqꝫ ut alij contestantur, significat diuinā essentiam ut incōmunicabilē. i. inplurificabilē, & ut fari sic liceat, ut omnimode singularē. Deniqꝫ super illud Exodi sexto: Loquutus est dn̄s ad Mosen dicēs: Ego sum qui apparui Abraham & Isaac, & Iacob, & nomen meū Adonai non indicaui eis, dicunt expositores, ꝙ adonai notat uniuersale dominiū, & interpretatur omniū uniuersaliter deus, sicqꝫ soli cōuenit deo, qui per Esaiam deprompsit: Ego dn̄s, hoc est nomen meū. Etenī ipse solus propria imparticipata & illimitata Tetragrammaton. Adonai.

potestate uniuersorum liberrime dñatur, iuxta illud Psalmi: Qui dñatur in uirtute sua in æternū. Cui, ut ait scriptura, nullus dicere pōt: cur ita facis? De quo Iob 36. habetur: Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis ei dicere pōt, operatus es iniquitatē? Itaq; nomē istud adonai, est propriū deo, q̄uis nō tā absolutū, reuerētiale ac mysticū, ut nomē hoc tetragrāmaton. Propter q̄d linguæ Hebrææ periti, & in scripturis edocti, affirmāt Exod. 6. q̄ legit: Nomē meū adonai &c. scriptū nō esse adonai אדני, sed tetragrāmatō יהוה q̄d ab Hebræis tantæ sanctitatis ac reuerētiæ reputatur, ut nominari nō debeat, nisi à sūmo sacerdote, & solū in benedictionibus quæ fiūt in tēplo: ideo loco eius pronūtiatur hoc nomen adonai: uelut si apud Christianos hoc nomen deus tantæ honorabilitatis & sanctitatis consisteret, q̄d exprimēdū nō esset nisi à Romano pōtifice: atq; ob hoc, ubicūq; scriptū esset loco eius pronūtiaretur hoc nomē creator seu dñs. Hinc quoq; ut quidā non inepte dixerūt, hoc nomē QVI EST seu ESSE, est maxime propriū deo: primo ob suā significationē: designat nāq; non aliquā formā, sed ipsum esse: deus uero potissime est suū esse. Secūdo ob suā cōmunitatē: nā alia nomina sunt aut minus absoluta, aut min⁹ cōmunia, iccirco quasi informāt & determinant ipsum esse. Vnde & minus proprie cōpetūt deo, qui est simplicissimū ac separatissimū esse. Tertio ob suā consignificationē: designat etenī esse, ut in præsenti: deus autē æterna præsentia inuariabiliter est in seipso. Porrò hoc nomen bonus, propriissime conuenit deo secundū q̄ est principiū emanationis siue ad intra siue ad extra.

Qui est, dicitur propriū deo.

PROPOSITIO VII.

QVædā conueniūt metaphorice deo, q̄dā proprie, q̄dā affirmatiue, q̄dā negatiue, q̄dā absolute seu substātialiter, q̄dā relatiue, q̄dā substātiue q̄dā q̄dāmodo adiectiue. Quod est, q̄a in oñi creatura relucet aliq̄d pfectiōis diuinæ: q̄tū ad hoc, p eam deus pōt aliqualiter designari ac nominari: Veruntamē aliqua perfectionē talē significant, cū proprietate diuinæ perfectioni, puritati, bonitati ac simplicitati euidēter contrariante, ut materialia: ideo pdicantur de deo improprie, utpote metaphorice, transumptiue seu trāslatiue, hoc est per metaphorā aut similitudinē quandā: sic quippe deus dicitur leo, propter suū imperterribile ac insuperabile robur: & agnus, ob mansuetudinē: uitis, ob fœcūditatē: aliqua q̄q; huiusmodi mox in sua natura & proprietate, fœditatē, uilitatē, nociuitatē aut irrationabilitatē grandē includūt, ideo non dicūtur de deo, ut draco, canis, asin⁹, lutū, fimus, præsertim quę deformitatē culpę important, ut satanas. Porrò proprie deo conueniūt, quæ pfectionē simpliciter denotāt, ut esse, uita, sapiētia, uirtus, quæ in sua ratione impfectionē adiunctā non cōprehēdunt, & absolute loquēdo, melius est ea inesse & habere, q̄ ipsis carere, imò talia q̄tū ad rē & naturā, atq; pfectionē per ea significatā, uerius, excellētius magisq; proprie cōpetūt deo q̄ creaturis, quātū est ex parte rei, quāuis nō quantū ad modū quo nos ea intelligere possumus: Nēpe sicut iam prælibatū est, esse & bonitas tā eminēter ac uere deo cōueniūt, ut eius respectu nostrū esse sit quasi non esse, & nostra bonitas malitia uideatur: idē de uita & sapiētia constat. Deniq; quę sic proprie deo cōueniūt, affirmatiue de ipso enūtiantur: quæ aūt improprie, de eo aptius uerriusq; negantur, dicēdo deus nō est leo, agnus aut uitis. Absolute demū deo conueniūt, quæ eius essentiā exprimūt, & in prædicamēto substātiæ collocantur: relatiuæ uero, quæ habitudinē denotāt, quorum quædā designant relationē ad creaturas, quæ non est in deo realiter, in quo nec accidēs cadit nec depēdētia ad creaturas: quædā aūt relationē dicūt ad intra, ut pater & filius in diuinis, quæ & proprie cōpetūt deo. Demū substātiue enūtiantur de deo essentia, bonitas, intellectus. Adiectiue ut sapiēs, iust⁹: de q̄bus constat, q̄ non secūdū rē, sed iuxta modū significandi aut supponēdi adiectiue dicuntur de ipso. Item aliqua prędicantur de deo in cōcreto, aliqua in abstracto: quędā ab æterno, quędā ex tēpore, ut quæ denotant actu q̄d in creatura: quę aūt insinuant effectū in creatura, habitu aut potētia, ut misericors, clemēs, eternaliter deo conueniūt. Postremo noīa relationū consequētiū actionē immanētē, intellectus uolūtatisq; dei, æternaliter cōpetūt deo, ut pdestinatio, pscietia, prouidētia & idea.

PROPOSITIO VIII.

QVatuor modis aliq̄d de deo cognoscimus. Quod est, quia ut sctūs Dionysius in pluribus scribit locis, primo aliq̄d ascribimus deo affirmatiue, dicēdo: deus est bonus. Secūdo negatiue, dicēdo: deus non est à creatura cōprehensibilis. Tertio causaliter, ut dū dicimus: deus est fortitudo & spes nostra. i. causa totius fortitudinis nrę ac spei: & rursus dū oēm rerum pfectionē deo ascribim⁹, tāq̄ primæ oīm causę, atq; fontali uniuersorum principio. Quarto pręeminēter, nā quāuis uniuersorum pfectiones pręexistāt in deo, hoc tamē est p modū infinite eminētiorē q̄ capere ualeamus. Deniq;

niq; affirmatio minus apte conuenit deo q̃ negatio, eo q̃ ipse sit prorsus incōprehēsibilis ac ineffabilis nobis: sicq; conueniētius dicimus, deus nō est irrationabilis neq; insipiens, q̃, de⁹ est rationabilis & sapiens. Hinc primo mysticę Theologiæ ca. magnus Dionysius: Necesse est, inquit, omnem perfectionem in deo fateri ac ponere, tanq̃ in primordiali entium causa: & rursus easdem principalius remouere & negare de ipso, tanq̃ super omnia existente ac superessentialiter superposito uniuersorum principio. Hoc nanq; est deum uere cognoscere & laudare, ipsum supersubstantialē ac infinite omibus celsiorē, per omnium ablationē & abnegationem ab ipso supersubstantialiter contueri, glorificare ac hymnizare.

PROPOSITIO IX.

Etiam ea quæ proprie de deo prędicari ac affirmari dicūt, magis proprie de ipso negant & auferūt. Quod est, qm̃ qđ sit deus penitus ignoramus, prout hoc in Elemētatione philosophica declaratū est & ostensū: imò quicqđ ei cōuenire asserimus, multo aliter & infinite eminētius conuenit ei q̃ intelligere possumus: iccirco prędicata & attributa quantūcunq; perfectionalia, uerius ab eo negantur q̃ de ipso affirment, loquēdo de ipsis secundū q̃ nos in statu præsenti cognoscere ea ualemus. At uero de deo cognoscimus qđ non est, & quia est, & q̃ oīs perfectio cōpetit ei: sed qđ sit in seipso, determinate & distincte agnoscere, omnē naturalē superat rationē: sicq; intelligēdū est q̃ diuinus Dionysius ult. mysticę Theologię dicit ca. q̃ deus nec est uita, nec uiuēs, nec lumē, nec lucēs, nec bonus, nec bonitas, nec uerus, nec ueritas, nec deus, nec deitas, nec unus, nec unitas, nec trin⁹ nec trinitas: nō q̃ ista nō cōueniūt ei uere & sūme, ac proprie ex parte rei significatæ, sed qa non cōpetunt ei per modū quo apprehendimus ea, neq; ut sunt in rebus creatis, neq; uniuoce cū eisdē, imò p modū oñi mēti creatæ incōprehēsibilē, cōprehēsione proprie dicta: Nec eñ per creatā formā aut speciē intelligibilē cognosci pōt deitas clare, ut in propria luce cōsistit, sed oīs similitudo creata à clara & plena ac adęquata repręsentatione superpurissimæ deitatis occūbit ac deficit infinite.

PROPOSITIO X.

IN libro de Theologia symbolica tractat sanctus Dionysius de his quæ metaphorice cōpetūt deo: in libro aūt de diuinis noībus, de appellationibus quæ proprie ei conueniūt: in libro demū de diuinis characteribus, de proprietatibus atq; noībus ptinētib⁹ ad diuinas & increatas personas, ad emanationes quoq; adintra: in libro uero de Mystica theologia, de excellētissima dei cognitione & uita hac, quæ est per omnē ablationē & negationē de ipso. Quod est, qm̃ symbolū dicit signū alicui⁹ significatiuū, aut certe aliq̃rũ adinuicē collectio, quēadmodū articulorũ fidei in unū collectio symbolū fidei appellat: & ut ipse sacratissimus Dionysius interpretat, symbolū est sensibile aliqđ pro intelligibili designando assumptū: sicut panis & uinū pro spirituali & diuina refectione accipiunt: cōmuniter autē dicit symbolū, quicqđ est rei spiritualioris significatiuū. Itaq; symbolica theologia est sermo seu sacra sciētia uel scriptura, docens & declarās qualiter noīa corporaliū rerũ ac motuū, simplicissimo deo conueniant, ut leo, agnus, uitis, ira, furor, figura & mēbra, de qbus & consimilibus in symbolica theologia, id est in libro sic intitulato tractatur. Porro in libro de diuinis nominibus, de intelligibilibus dei appellationibus agitur, puta qualiter bonus & ens, uiuens ac sapiens nuncupetur: quæ nomina proprie ei attribuuntur, propter quod appropriate diuina uocata sunt nomina. Porro character dicitur signū distinctiuū, præsertim signū spirituale, immateriale, configuratiuū: Vnde & quædam sacramēta characterem imprimere affirmantur. Ad Hebræos quoq; ubi de unigenito dei filio dicitur: Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, In Græco habetur, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, i. Character substantiæ eius. Hinc diuini characteres nominant in summa & superbeatissima trinitate, proprietates personales ac notiones, quibus supergloriosissimæ increatæ personæ ab inuicem distinguuntur: de quibus & quarũ emanatione adintra in libro de diuinis characteribus determinatur. Postremo mystica theologia est secreta, sancta & profunda deitatis agnitio, ac abditissima mētis cū deo loquutio, qua deo unit tāq̃ prorsus incognito, quantū ad quid sit, eo q̃ agnoscat uniuersis infinite sublimior, ac incōprehensibilis penitus, cum scire sit rē per causam cognoscere: ipse aūt q solus uere æternus est, causam non habet.

Symbolum.

In sacramento Eucharistiæ remanent tantū species panis & uini mutata substantia.

Theologia symbolica.

Hebræ. I.

I. Poste. ʃ

PROPOSITIO XI.

QVæstio magna est, an in uita præsenti possit homo intuitiua cognitione deum cognoscere. Quod est, quoniā sanctus Dionysius in epistola ad Gaiū monachū ait: Si quis uidens deum intellexit quod uidit, nōipsum uidit, sed aliquid eorum quæ sunt, hoc est aliquid diuinorum effectuum. Itemq; diuinæ tenebræ, quas inuisibilem &

Dionysius.

incomprehensibilẽ abundantiã lucis increatæ appellat, cooperiuntur omni lumini, & absconduntur omni cognitioni. Damascenus quoq; primo libro ita inquit: Oportet singulũ eorum quæ de deo dicuntur, non æstimare significare quod secundũ substantiã est, sed quod non est: ostendere aũt habitudinẽ quandã, aut aliquid eorum à quibus separatur atq; distinguitur, aut aliquid eorum quæ assequuntur naturã aut operationẽ. Insuper generatim contestantur profundiores theologi & philosophi, quod deus quãtum ad quid est, sit prorsus ignotus: non ergo eum in uita hac intuitiue agnoscimus, quod multi concedunt dicẽtes, quod deũ in præsenti nõ noscimus, nisi quia est, & in cõmuni, non cõceptu quidditatiuo & intellectione distincta ac propria, quẽadmodũ qui cognoscit de homine solũ quod animal sit. Verũ istis obijcitur, quoniam intelligere est quoddã spiritale intueri: multa aũt de deo intelligimus, quæ ei soli duntaxat conueniũt, ut cũ dicimus: deus est actus purus, deus est esse increatũ, actualissimũ, infinitũ: deus est ens absolute perfectũ. Quãuis aũt ista non intelligimus tam perfecte & clare, sicut ex sua natura intelligibilia sunt, nec clare per speciem sicut in patria cognoscuntur, attamẽ aliqualiter intelligimus ea, atq; hoc ipsum intelligere est aliquid intueri: ergo intuitiua cognitione cognoscimus eum ita, quod intellectus noster ipsum attingit, & aciem suã directe figit in ipsum. Præterea cũ dico, deus est actus purus, esse plenũ & increatũ, ens infinite perfectũ, aliquid est harum intellectionũ obiectũ, in quod figitur intellectus, & quod utiq; apprehẽdit: nec aliqua harum aut consimiliũ enuntiationũ uerificatur de aliquo obiecto creato, ergo mẽs intelligendo hæc, fertur in ipsum uerum deũ, & pertingit in ipsum, quod est intuitiue cognoscere eum, quod & alij quidã concedunt: quãuis intuitio ista sit per similitudines speciesq; creatas, ac multum obscura, præsertim cõparatione beatificæ uisionis in regno. Difficile ergo est istud problema elucidare: etiãsi concedatur, quod deũ prætacto modo intuitiue intelligimus: uidetur quod eius essentiã pariformiter intueamur, cũ ipse sit sua essentia, quãuis qd ipsa sit nequaq clare intelligamus. Qui igitur hãc secundã positionẽ cupit tueri, ad auctoritates inductas poterit respondere, quod intelligentes deũ in uita hac, dicũtur non ipsum deũ intellexisse, sed aliqua horum quæ circa ipsum sunt: qa nõ cõspexerũt deum sicuti est in seipso in propria deitate & luce, & qd sit, sed prout ex suis põt cognosci effectibus & donis gratiæ ac naturæ.

Damascenus.

Confutatio.

PROPOSITIO XII.

SIcut Philosophi ex lumine naturali nouerũt uere & incõmutabilis deitatis unitatẽ, sic sancti Theologi ex reuelatione diuina cognouerunt in simplicissimo deo ueram esse trium personarum distinctionẽ. Huius theorematis prima pars ex deductis in Elementatione philosophica patuit copiose: alia pars declaratur, quoniam gloriosi Apostoli ex ore dei incarnati didicerũt adorandæ trinitatis mysteriũ, tam ante uerbi incarnati passionẽ, præsertim in sermone facto post cœnam quam postea, maxime quãdo in monte Thabor post resurrectionẽ, ante suã in cœlũ ascensionẽ precepit eisdẽ: Euntes in mundũ uniuersum prædicate euangeliũ omni creaturæ, baptizantes omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Porrò post ascensionẽ misso in die sacratissimo Pentecostes desuper spiritu sancto, edocuit eos aliosq; discipulos hanc fidei ueritatẽ, ac cætera euangelicæ legis mysteria luculẽtissime per illuminationẽ clarissimã paracleti spiritus sancti, quẽadmodũ post cœnam spopondit atq; deprompsit: Multa (inquiens) habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare modo: Cũ aũt uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnẽ ueritatẽ. Itẽq;, paracletus spiritus sanctus quẽ mittet pater in nomine meo, ille docebit uos omnia. At uero beatissimũ Paulũ Apostolũ post hoc conuersum, docuit trinitas summa in raptu, quãdo tribus diebus ac noctibus iacuit soporatus spirituq; absorptus, audiens uerba arcana quæ non liceat homini loqui. Marcus demũ & Lucas Euangelistæ creduntur fuisse de numero septuaginta discipulorum, cũ apostolis quoq; spiritũ sanctũ accepisse. Præterea in ueteri testamento electi prophetæ superbenedictæ trinitatis secretum diuinitus didicerunt, & in suis uoluminibus quidam eorum multifarie expresserũt, pro ut magister Sentẽtiarum libro primo distinctione secunda partim ostendit, atq; in lib. Dialogorum de fide Catholica diffusius est inductũ. Postremo in Euãgelica lege fides hæc trinitatis euidentius est descripta & propalata quam olim in ueteri testamento: nec enim oportuit neq; expediens fuit rudi populo Iudæorum ad plurium deorum cultũ procliui tantæ profunditatis mysteriũ plenius reuelari, quin potius obscuritatibus tegi ac tegumentis inuolui, ita tamen quod nihilominus studiosoribus in lege peritis satis daretur intelligi.

Propositionibus 19.77.

Trinitas personarum cognoscitur ex scripturis Ioan 15. deinceps. Matth.28.& Marci.16. Actorum.2.

Ioan.6.

Actorum.9. 2.Corin.12

Iste author in libro Dialogorũ probat ex scripturis trinitatẽ personarum.

PROPOSITIO XIII.

Quemad-

QVemadmodū superessentialis ac superpręstātissimæ trinitatis notitia, nulla potuit unq̄ naturali ratione inueniri aut demonstrari, ita nec potuit philosophicæ demonstratiuis rationibus improbari. Quod est, q̄m fides catholica, potissime articulus fidei de trinitate personarū in deo, omnē transcēdit inuestigationē humanā naturaleꝗ rationē, quia deus trinitas creaturas non produxit quatenus in personis distincta, sed ut in essentia ac potestate simplex & una, ac indistincta in deitatis natura. Fides quoq; non habet meritū, cui humana ratio præbet experimētū. Insuper uoluit creator oīpotens ut rationalis creatura se totā suo subijciat creatori mactans se illi in sacrificiū salutare ac uiuū, intellectū propriū auctoritati scripturę per fidē plene subdendo propter dei reuelantis reuerētiā ac sanctitatē qui nec falli ualet nec fallere. Vnde dixit Apostolus: In captiuitatē redigētes omnē intellectū in obsequiū Christi. Deniq; in uniuersitate entis creati nullibi inuenimus personalē distinctionē & unā numero in personis distinctis essentiā. Amplius in nulla re uidet personalis distinctio ita repugnare secundū naturalis rationis censurā simplicitati ipsius rei, sicut in deo: imò in nullo ente uidet distinctio psonarū sic contrariari naturali ratione, sicut in simplicissimo primo principio deo omnipotēte: difficillimū qppe est cernere qualiter simul stent simplicissima unitas & realis distinctio. Quō etiā in puro actu possit generatio esse passiua, & quomodo tres personæ distinguant realiter relatione, ac unū sint in essentia & deitatis natura, cū tamen relatio in diuinis nil reale superaddit essentię? Postremo tanq̄ maxima est in oīni philosophia, nec ab ullo philosophorū negata, q̄ quæ eadē sunt uni tertio singulari, sunt eadē inter se: in qua etiā maxima omnis (ni fallor) syllogisticus fundat discursus: quæ tamē uidetur fallere in diuinis, cū tres supersublimes personæ sint, eædē uni numero diuinæ essentiæ, & nihilominus ab inuicē realiter sunt distinctę. Non igit æstimandū, q̄ aliquis unq̄ philosophus seu alia persona humana, in lumine pure naturali repperit aut cognouit trinitatē aut pluralitatē personarū in simplicissimo esse deo. Verūtamen quantūcunq; hæc fidei Christianæ assertio uideatur mirabilis, irrationabilis & incomprehēsibilis esse, nulla tamē unq̄ potuit humana & naturali ratione conuinci, imò oīm Hæreticorū & philosophorū infideliūq; obiecta, à sanctis patribus catholicisq; doctoribus uere & efficaciter sunt soluta. Cūq; hæc diuinissimæ fidei doctrina sit desuper reuelata, & per innumerabilia signa, miracula, prodigia, uirtutes ac testimonia approbata, & roborata, ut alibi copiosissime est probatū, constat q̄ contra eam nulla queat demonstratio introduci aut militare: Vero nanq; non uerū, sed falsum opponitur.

Trinitas nō potest naturaliter demonstrari. I. ratio.
Gregorius. II. ratio. III. ratio.
2. Corin. 10. IIII.
V.
VI.
VII.
Conclusio.
Trinitas nō potest efficaciter impugnari.

PROPOSITIO XIIII.

IN scriptis gentiliū quędā legūtur, ex qbus nonnulli putarunt ipsis gētibus innotuisse superexcellētissimā trinitatē, aut saltē patris æterni eiusq; unigeniti deitatē. Quod est, qa in libro confessionū beatus recitat Augustinus, se in lib. Platonicorū repperisse atq; legisse quantū ad sensum, quāuis sub alijs uerbis, initiū Euāgelij sancti Ioannis, In principio erat uerbū, usq; ad id: Fuit homo missus à deo. Decimo quoq; de Ciuitate dei disseruit quendā dixisse Platonicū, q̄ exordiū Euāgelij sancti Ioannis merito aureis literis scriberet, & in eminētioribus ecclesię aut tēplorū locis suspēderet ad intuēdū à cūctis. Pręterea Trismegistus in libro de uerbo perfecto: Dn̄s, inqt, uniuersorū & oīm factor deorū, secundū fecit dn̄m: quia hūc fecit primū post se, & solū ac unū, & bonus uisus est ei atq; plenissimus oīm bonorū, & in eo lætatus est. Hic est filius dei benedict⁹, cuius nomē humano ore nō pōt nominari, nec ab hoībus indagari, sup hoīes eīn est: hūc de⁹ dilexit unigenitū. Hinc denuo est loquut⁹: Monas genuit monadē, & in se suū reflexit ardorē: in qbus uerbis etiā spm̄ sctūm, q ardētissimus amor est patris ac filij, tetigisse uidet. His cōsonat q̄d lib. de Ciuita. August. refert dixisse Silbyllā: Ipsum uestrū cognoscite dn̄m dei filiū esse. Amplius in eodē uolumine sctūs August. ita inqt: Magnus ille Platonicus Plotinus, q pręceteris Platonē melius intellexisse laudat, manifeste cōscripsit in lib. suo de trib⁹ sūmis substātijs, de deo patre & nū. i. mēte paterna, à patre primo producta: quod de patre ac filio dictū uidet. Itē glosa Exod. octauo. Magi, inqt, Pharaonis defecerūt in tertio signo, q̄m ad notitiā tertiæ personæ in diuinis pertingere nequiuerūt. Nēpe de totagon idest summo patre & nū. i. mēte profluēte ab ipso, philosophati sunt: unde apparet q̄ saltē deitatē patris & filij cognouerūt. Deniq; decimo de Ciuita. dei Augustinus enarrat, q̄ Porphyrius in libris Eglion posuit tria principia, puta deū patrē, deū filiū, & mediū utriusq; quę obscure expressit. Verū ad hęc iuxta pħabita rn̄det, q̄ nulli pfatorū innotuit ex lumine naturali ac propria pscrutatiōe trinitas sūma, neq; q̄ de⁹ pater unigenitū habeat sibi cōsubstātialē, coęternū & coęqlē: q̄ si aliqd inde nouerūt, fuit

Augustinus. I.
II.
III. Mercurius Trismegistus.
Augustinus. IIII.
V.
Solutio rationū.
Ad primum.

Philosophi nō cognouerūt trinitatē ex proprio naturali lumine.

fuit aut ex reuelatione, aut alterius instructiōe: ut em̄ in libris de Ciuitate & Doctrina Christiana recitat Augustinus, Plato curiosus & studiosus in addiscendo quæcunq; utilia, descēdit à Græcia in Aegyptū ac Iudæam, ut uideret libros Moysi ac prophetarum, & Salomonis, quos per interpretem didicit, & multa ex eis accepit ac suis inseruit libris: sicq; de patre & filio aliqua potuit nosse. Nam & sacratissima Catharina in sua contra philosophos disputatione, legit Platonē allegasse de incarnatione unigeniti dei, dicentē: deus est certus, rotundus & decurtatus. Porrò q̄ Augustinus in libris Platonicorum ait se reperisse initiū euāgelij sancti Ioannis, quidā soluunt dicendo: q̄ uerum est, sumendo uerbū pro ratione ideali, prout Auicebron Platonicus in libro Fontis uitæ affirmat deum omnia operari per uerbū intus conceptū, non pro persona intellectualiter nata. Cui solutioni obijci possit: quia sic uerum nō esset quod asserit Augustinus, se legisse in libris illorum hoc ipsum quod significat per uerba initij euāgelij sancti Ioannis. Ideo dici pōt, q̄ Platonici qui in libris suis sensum initij euangelij illius expresserunt, habuerunt hoc non ex propria adinuētione, sed aliquo modo prętacto. Nam & Salomon Prouerbiorum octauo de æterna generatione increatæ ac genitæ sapientiæ dei patris, quæ est uerbū æternū, multum expresse loquutus est, ipsa sapientia per ipsum loquente: Dominus possedit me initio uiarum suarum, anteq̄ quicq̄ faceret à principio: ab æterno ordinata sum: ante colles ego parturiebar: quando præparabat cœlos, aderam. At uero uerba Trismegisti inducta non uidentur per omnia consonare sacræ scripturę de deo patre ac filio: quia non dicimus filiū dei factū, sed genitū: nec esse secundū deum aut dn̄m, sed eundē deum cū patre. Hoc nihilominus possit saluari, dicendo q̄ Trismegistus accepit facere multū extense, prout se extēdit ad gignere: siquidē etiā Prouerbiorum octauo ubi nostra habet translatio, Dn̄s possedit me, alia translatio continet, dominus creauit me. Et dicūt quidā expositores ibidem, q̄ creare sumit ibi extense, prout se extendit ad generare. Filiū quoq; dicat secundū deū, secundū q̄ nos fatemur filiū esse secundā in diuinis personā: & si tamen recte sensit de filio dei, non hoc habuit ex seipso, imò hoc Prouerbiorum 30. Salomon est effatus: Quis (inquiens) suscitauit omnes terminos terræ, quod nomen eius, & quod nomen filij eius, si nosti? Interea uerbū illud: Monas genuit monadē, quidā asserunt dictum ad designandū, q̄ unus uerus deus genuit unum mundū propter sui ipsius amorem. Veruntamen agnoscendū, q̄ Platonici posuerunt à summo deo, quē patrē uocabant, immediate fluxisse productamq; esse mentē quandā præ cæteris cunctis deo ualde consimilē & perfectā, oim̄ rerum rationibus plenā, & uniuersorum speciebus refulgentē, deiformē ac splendidā quā νοῦν ac dei filiū nuncupabant, ut infra plenius referet. Plotinus demū per tres summas substantias intellexit deū patrē, & νοῦν ac animā mundi: & forsan hæc ipsa uocauit Porphyrius tria principia. Nos aūt tres adorandas personas unū principiū, non tria principia appellamus: sicut & unū deū unūq; creatorē, non tres deos, tres ue creatores. Postremo quod primo cœli ait Philosophus: Trinarius oīs i. perfectus est numerus: & nosipsi adhibuimus nosmetipsos magnificare unū deū, creatorē eminentē, proprietatibus eorum quę creata sunt, non est dictū q̄ in deo sit trinitas personarum secundū Philosophū, sed q̄ gentiles in sacrificijs & orationibus cultus diuini trinario utebantur, propter illius numeri perfectionē, & quia perfectio rerum cōmuniter in trinitate quadā consistit. Veruntamen uerba illa Philosophi sunt obscura, & à diuersis diuersimode exponunt. Nā & uerbis illis præmisit Philosophus: hic numerus est omnis i. perfectus, & rerum significat trinitatem: nos uero non extraximus eum nisi à natura rerum, & retinuimus ipsum similem legi earum.

Ad secundū. Confutatio. Alia respōsio. Ad tertium. Ad quartū. Ad quintū.

PROPOSITIO XV.

Rationes in speciē pugnantes cōtra trinitatē diluūt propositione proxima. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.

RAtiones quæ ad supergloriosissimæ trinitatis probationē inducūtur, non minus idoneæ sunt & fortes ad probandū intētū, q̄ illę quæ ad oppositū proponunt. Quod est, quia nec istæ nec illæ sunt demonstratiuę, ut patuit: uerum utręq; uidentur probabiles. Porro instantiæ quæ in oppositum inducuntur, pro parte breuiter tactæ sunt, ut q̄, quæ uni tertio singulari realiter idem sunt, inter se realiter idem sunt, neq; realiter distinguuntur: pater ergo & filius nequaq̄ abinuicem realiter sunt distincti, quin uterq; realiter idem sit quod deitas seu diuina essentia, quæ est quid singulare seu numero unum. Rursus uero deo cum sit purus actus, nullatenus uidetur competere generari, produci, spirari. Præterea de ratione dei est quod sit ens primū, independēs, incausatū, quod non conuenit personæ productæ ac generatæ. Insuper actiuū est præstātius passo, pater ergo generās & filius generatus, nequeunt dignitatis esse æqualis. Amplius, deus est ens uniuersaliter simpliciterq; perfectū: si ergo pater & filius sunt duæ distinctæ personæ,

sequitur

sequitur ꝙ nullus eorum sit summe ac uere perfectus: Aut enim in nullo differunt, & sic nō
essent duæ personę, sed una tantū: Aut in aliquo differunt, & sic neuter esset perfectus, cum
unius perfectio alteri personæ deesset. Adhuc aūt quicquid producitur de se, est in potētia vi.
ad esse & imperfectū: quod nequaq̄ conuenit uero deo. Itē diuina essentia est res intelle- vii.
ctualis naturæ, & quid unum numero per se subsistens, ergo est persona: non ergo est com viii.
municabilis alteri, ut filio atq; spiritui sancto. Postremo res genita & res ingenita non sunt
realiter idē: filius ergo non est diuina essentia, quæ nequaq̄ est genita. Ista & consimilia con Pro afferenda trinitate.
tra fidem superdignissimæ trinitatis obijciūtur. At uero pro fide hac nō minus idonee ac i.
robuste arguitur. Primo, quoniā exuberantia bonitatis est ratio cōmunicationis & diffusi-
onis: cumq; in deo sit superplenissima imò omnino immēsa exuberantia, plenitudo ac opu-
lentia bonitatis, palā ꝙ in ipsa sit communicabilitas infinita: ergo potest proportionatū sibi
germen, puta infinitū producere. In deo quoq; idem & simul sunt posse & agere: omnis ue ii.
ro creati entis productio centralis est & punctalis, comparatione cōmunicabilitatis immē-
sæ: igitur præter eam est productio in deo ad intra. Præterea omne ens in meliori est dispo iii.
sitione dum est in actu sibi ex propria sua natura conueniente, & ad quam aptitudinem ha
bet naturalem, q̄ dum non est in huiuscemodi actu: deus autē æternaliter in optima sui di-
spositione consistit, ex propria quoq; suæ interminabilis bonitatis exuberantia & natura
inest & cōuenit ei immēsa cōmunicabilitas, sicut expressum est: ergo ęternaliter est in actu
plenario communicabilitatis illius, puta producens germen sibi æquale. Insuper in deo est iiii.
omnis perfectio, ergo summa fœcunditas, paterna autem fœcunditas extat præcipua, si-
cut & ipsa generatio est emanatio magis perfecta: quia in ea id quod emanat assimilatur
perfectius suæ emanationis principio: est ergo in deo incōparabiliter perfecto. Rursus in v.
deo est omnis & plena syncerę ac sanctæ delectationis ac gaudij ratio, quod esse non posset,
nisi in eo essent charitatis delicię, ad quas requiritur diligens & dilectus ac condilectus: qm̄
charitas magis proprie dicitur esse ad alterum q̄ ad seipsum, imò & magis sentitur ad alte-
rum, & fortissima quoq; est dum adest tertius, scilicet condilectus, qui sit quasi nexus & uin
culū mutuæ dilectionis amboꝝ. Præterea quid iocūdius, qd dulcius pōt excogitari, q̄ ꝙ in vi.
supgloriosissimo deo sit triū ęternaꝝ ac inuariabiliū psonaꝝ sotietas inuariabilis & ęterna
inter quas sit propinquissima & omnifarie summa cognatio, sicq; psonalis distinctio, ut ta
mē sit inter eas substantialis identitas ac numero una uolūtas: Propter q̊d neq; discordia,
neq; dissentio inter eas ualet oriri aut esse: quæ item cū infinita delectatione seinuicē indesi-
nenter intueantur, & clare ac penitus cōprehensiue intelligant, immensam quoq; cōplacen
tiam mutuo habeant, atq; cum dilectione intensiue infinita ac superardentissima se inui-
cem complectantur, in quibus sit plena, naturalis ac superliberalissima prorsus communio,
superdulcissima pax ac omniformiter infinita beatitudo. His delicijs deum priuare conat,
qui personarum in eo denegat trinitatem.

PROPOSITIO XVI.

ARgumenta tam pro fide superessentialis trinitatis, q̄ contra eandē inducta, solubi
lia sunt. Quod est, qm̄ neutra demōstratiua existūt, q̊d de obiectis cōtra hāc fi i.
dē inductis patescere in pręsentiaꝝ sufficiet: Nēpe q̊d primo obijcit, q̄ eadē sunt
uni tertio singulari, sunt eadē inter se: uerū est, si cōuertibiliter idē sit illi tertio sin-
gulari: nulla aūt increata adorāda psona est cōuertibiliter idē q̊d diuina essentia, aut deitas
uera, neq; econtrario. Ad secūdū dicēdū, ꝙ in deo q est purus actus nō est passio aliq̄ uera ii.
ac proprie dicta, q̄uis productio filij atq; spiratio seu processio spiritus sancti passiue signifi
cent, qm̄ ex nostri intellectus imbecillitate aliter eas capere & exprimere nō ualemus, imo
q̄libet increata psona est pur⁹ actus: ab emanatiōe q̊q; diuina ad intra remouēda est oīs im-
pfectio q̄ in creaturaꝝ emanatiōibus repit, oīs uidelicet potētialitas, depēdētia, inferioritas,
posterioritas ac indigētia. Ex q̄bus patet solutio tertij. Etenī q̄libet psona increata est uere iii.
ens primū, æternū, puta uerus de⁹, ens q̊q; indepēdēs, nec sibiipsi etiā relicta esset aut fieret
nihil, nec in nō esse dilaberet, sicut nec facta est ex nihilo: nec in eā nō esse p̄cedit esse, cū idē
numero habeat esse q̊d psona à qua procedit, & eandē essentiā. Nec nomē causę in diuinis lo
cū sortitur, qm̄ causa uocat ad cuius esse sequitur aliud. Græci tamen extensius sumunt no-
men causæ, prout includit principiū, dum unā personā in diuinis fatentur causam alterius.
Itaq; tres adorandæ personæ sunt unum ens primum, sicut & unus deus, & unū uniuersoꝝ
principiū: quia in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil magis aut minus. Veruntamē Athanasius in Symbolo fidei.
prioritas originis admittit in diuinis, q̄ nō est prioritas tēporis aut duratiōis, nec dignitatis.

Ad

Ad quartum. Ad quartum respondetur, quod actiuum est præstantius passo proprie sumpto, quod scilicet de potentia transit in actum, & per modum indigentis se habet, ac perfici indiget ab agēte, Ad quintum. quod in diuinis constat non esse. Ad quintum respondeo, quod quælibet diuina persona est absolute ac infinite perfecta, nihilominus una per realem relationem differt ab alia, & quāuis relatio unius personæ secundū suum nomen & rationem actum & proprietatē non sit in alia, attamen secundum id quod realiter est, in qualibet est persona: siquidem unaquæque in diuinis relatio est substantialiter ac realiter ipsa diuina essentia deitatisque plenitudo: quę cū in qualibet sit increata persona, uere ac plene, omnē prorsus imperfectionē ab unaquaque excludit. Aliqui uero aliter respondent ad istud, sed ista responsio aptior reputatur. Ad sex Ad sextum. tum solutio est, quod quicquid producitur .i. de non esse ad esse perducitur, est in potentia & Ad septimum imperfectum. Ad septimum respondetur, quod diuina essentia posset iuxta ueterem modū loquendi dici persona, ut libro de Trinitate loquitur Augustinus, eo modo quo Iudæi & Gētiles philosophi loquuntur de ratione personæ in deo, uidelicet absolute: Theologi uero utuntur nomine personę in diuinis relatiue, ut infra pandetur. Nihilominus diuina essentia ratione suæ infinitatis & exuberantiæ penitus infinitæ, manet cōmunicabilis, quod in crea Ad octauum. turis nō inuenit. Ad ultimum respondetur, quod in diuinis res generans scilicet pater, & res genita puta filius, distinguuntur realiter puta suppositaliter, uterque tamen est diuina essentia: cui proprie fando nec generare conuenit nec generari, sed absolutissime designatur, quam & pater habet ex se & non aliunde, atque eandem numero communicat filio, ideo de utroque prædicatur: quoniam alia ac alia ratione cōuenit personis nomen personæ & nomen essentiæ: nec inconueniēs est in eadem diuina essentia, ob suam fontalē infinitatem & exuberantiam perfectionalē prorsus immensam, esse & fundari tam id quod distinctionis est ratio, quam illud quod identitatis est causa.

PROPOSITIO XVII.

Deus pater intelligendo seipsum, sui ipsius conceptum intra se profert, ac uerbū æternum in se intellectualiter gignit.⌋ Quod est, quoniam deus est simplicissima ac supersapientissima mens, incōmutabilis & æterna: ideo seipsum æternaliter & inuariabiliter intuetur, atque quod intra se de seipso intelligit & cognoscit, hoc intra se dicit & exprimit: quod aūt sic intra se loquit, uerbū ipsius uocatur, uerbum utique intelligibile & internum, emanans & immanens, hypostaticum & subsistens, consubstantiale ac plenarie repręsentans, in quo quicquid patris est, plene omnino ac lympidissime splendet ac declaratur, iccirco imago patris perfecta ac naturalis censetur. Filius quoque patris rite ac proprie nuncupatur, quia secundum rationem similitudinis procedit ac gignitur. Progreditur quippe à patre per intellectum, cuius perfectio cōsistit in assimilatione seu conformitate intelligentis ac intelligentię suæ ad rem intellectam. Denique cum deus omnipotens cognoscat perfecte seipsum, ipse est in seipso sicut cognitum in cognoscente. Cognitū aūt secundum rationem qua est in cognoscente, est species, ratio, similitudo & uerbum cognoscētis ac cogniti, hoc est, uerbum, similitudo & ratio: quam cognoscēs habet de seipso cognito aut alijs. Cūque pater æternus seipsum & omnia cætera unico actu intelligēdi plene ac perfecte agnoscat, unico uerbo se & oīa inter se loquit: propter quod uerbū hoc est patris imago, & cæterorum exēplar, species ac ratio: nec sunt plura principia, plures ue filij in diuinis.

PROPOSITIO XVIII.

Filius dei est consubstantialis deo patri.⌋ Quod est, quia in simplicissimo deo realiter idem sunt essentia, potentia & actio: iccirco filius à patre sic immediate generatur, quod inter patrem generantē & filium, nullum est mediū re distinctum à patre: & quāuis in solo patre sit generatiua potētia ad generandum actiue, hæc tamen in re est ipsa patris substātia & actio: hinc de substantia patris filius immediate dicit natus. In rebus uero creatis genitū procedit à generante per potentiam & actionem realiter differētes ab inuicem, atque à generante & ab eius essentia: Hinc in creaturis non est eadem numero substantia seu natura in generante & genito, seu patre & filio. Denique in generali loquendo de ratione patris proprie sumpti, est quod sit res de sua substantia producēs simile sibi: Hinc & patri in diuinis id conuenit, & omne generans naturam suam cōmunicat genito, & essentialem similitudinem sui imprimit ei, hoc est similitudinem specificam suæ naturę producit in illo, sicut & ignis ignem producendo. Porro agens creatum in alienam agit materiam, iccirco natura sua multiplicat in genitis, estque solum eadem specie in gignente & generato. Itaque & pater in diuinis filio suo naturam suam, ueram uidelicet deitatem communicat &

Prima Respōsio.

Secunda rňsio:

Tertia rňsio.

dat

dat,quemadmodũ filius in Euangelio protestatur:Pater quod dedit mihi,maius omnibus est. Vnde subiũxit:Ego & pater unũ sumus.Cumq; in diuina essentia omnis perfectio includatur,puta oĩpotẽtia,infinita sapiẽtia,pulchritudo immẽsa,beatitudo et gloria interminata, filius ait ad patrem:Omnia tua mea sunt,& mea tua sunt.At uero pater æternus filiũ generãdo non agit in aliud,neq; in materiã imprimit alienã, sed imaginem sui ipsius perfectam, pulchram & plenã in seipso producit,actione immanente,non ad extra progrediente:iccirco essentia patris eadem numero est,& manet in filio.Præterea cõmuniter uerũ est,q natura rei relucet in sua imagine:id quoq; quod intelligitur resplendet ac repræsentat in uerbo ac specie seu forma intelligibili,intelligẽtis ac intellectus.Cumq; deus pater seipsum intelligendo pariat filium, qui est ipsius imago & uerbum, imo & species ac idea omnis rei creatæ,constat q patris essentia in unigenito suo relucet, repræsentatur & continetur plene & clare,quemadmodum ipse filius est naturalis, perfecta & plena patris imago: in filio igitur patris essentia uere est.Cumq; diuina essentia cum sit actus purus,multiplicari nõ possit, sicut nec uera deitas, prout in Elemẽtatione Philosophica est ostensum, certum relinquitur, q in patre ac filio eadem numero essentia deitasq; consistant. Ioan. 17. IIII. ratio. Propositio 77 & deinceps.

PROPOSITIO XIX.

Pater & filius intuendo ac diligendo seinuicẽ,producunt amorem quendam spiratum & increatum, qui dicitur spiritus sanctus. Quod est, quoniã pater æternus & unicus filius eius intelligendo ac intuendo seinuicem,superclarissime ac æterne complacentiam habent in inuicem,intensiue immẽsam & superdulcissimam,ut infra probabitur. Cũq; in utroq; sit una uoluntas, quemadmodum una essentia, ex prætacta intuitione superlympidissima & complacentia mutua scaturit & emanat,diffunditur ac spiratur,exilit & procedit amor communis,liberalissimus & subsistẽs,qui recte appellatur spiritus sanctus. Amor quippe intensus ac uehemens est, tanq̃ tendentia & impulsus,uiuax & unitiuus amantis in dilectum, quæ tendentia atq; impulsio nomine spiritus ac spirationis innuitur,quo nomine flatio designatur. Hinc filius post resurrectionem suam insufflãdo in discipulos & dicendo(Accipite spiritum sanctum) declarauit spiritum procedere à se sicut à patre. Deniq; nec intellectualibus & rationalibus creaturis amor ab amãte progreditur, nisi per uerbum conceptum seu apprehensionem, cum & bonum intellectualiter cognitum sit uoluntatis obiectum.Insuper cum natura sit operationis principium,& uoluntas sit immediata dilectionis origo, atq; in patre & filio sit numero eadem natura ac uoluntas, nõ irrationabiliter credimus & fatemur spiritum sanctum à patre & filio tanq̃ ab uno principio sempiterne procedere,nec esse creatum,sicut nec uerbum æternum:cum non de nihilo sit in esse productus, sed de spirantis substantia: non tamen dicendus est filius, quoniam non procedit secundum rationem assimilationis & conformationis,potius uero secundum rationem cuiusdam impulsionis & unionis,aut affectionis ad alium,ideo appellatur amor: haud dubium,quin spiratus ac spiritus sanctus sumendo complexum hoc in uirtute dictionis unius, possetq; uno nomine nuncupari zelus,id est,uehemens amor in alium. I. ratio. Ioan 20. II. III. Modus procedendi spiritus sancti. Spũs põt dici zelus.

PROPOSITIO XX.

Dvæ sunt emanationes in deo adintra, una intellectus & per modum naturæ,alia uoluntatis & per modum liberalitatis. Quod est,quoniam intellectus & uoluntas sunt digniores & simpliciores potentiæ quæ in rebus inueniuntur creatis & diuinioribus,quæ & præcipue ac excellentissime sunt in deo,cuius natura est intellectualis,operatio quoq; & emanatio ad intra,per intellectum conuenit ei per modum naturę,cuius est aliquid sibi simile procreare: Hinc productio uerbi æterni generatio nominatur,estq; emanatio naturalis in ratione conformationis consistens.Porro effluctio uolũtatis ad intra est amoris productio,& uocatur actiua spiratio, per modum liberalis donationis se habens, quia ad uoluntatem spectant liberalitas,datio,amor,amplexus & unio: non q spiritus sanctus à patre & filio sic libere ac liberaliter sit procedens, q contingenter emanet,aut usq̃ potuerit non procedere à patre & filio:sic enim potuisset non esse,nec esset uerus deus,nec necessarium esse habẽs.Verum & ipsa uoluntas est quædam natura, & per respectum ad ultimum finem seu summum bonum se naturaliter habet, necessarie tendẽs in illud.Productio ista etiam consequenter dicitur naturalis & necessaria, quemadmodum productio uerbi æterni cõcomitanter uocatur uolũtaria, summeq; placita patri, puta summe conueniens & placentissima ei. Postremo generare ac spirare proprie competunt ipsis personis, sicut & agere dicitur esse suppositorum, tanquàm his quæ agunt:intellectui ue- Probatio primæ partis. Probatio secũdæ partis. Generare & spirare cõpetũt proprie personis.

ro & uolūtati attribuuntur, tanq̃ ei quo agit ipsa persona, quemadmodum Socrates est qui uidet atq; intelligit. Vis autem uisiua est quæ uidet, seu uis per quam uidet: conformiter intellectus est quo intelligit.

PROPOSITIO XXI.

Quædam conueniunt diuinis & increatis personis proprie, quædā appropriate.⌋ Quod est, nam illa dicuntur proprie cōuenire, attribui & inesse diuinæ personę, quæ ei duntaxat conueniunt, & id per quod in esse & proprietate constituit personali: in diuinis quippe per relationes personæ constituuntur, atq; ab inuicem distinguuntur: hinc paternitas, personæ patris conuenit proprie: filiatio filio: processio seu passiua spiratio, spiritui sancto. Cumq; pater à nullo sit, appropriatur ei ęternitas, & etiā primitas, itēq; potentia, unitas quoq;. Aeternum nanq; uocatur sine principio, & primus ante quem nullus. Ab unitate quoq; deriuatur omnis pluritas: sic à patre cætera cuncta. At uero quoniam filius procedit à patre per intellectum, iccirco quæ ad intellectum specialiter pertinēt, sunt filio propria aut appropriata: Propria quidem, ut illa quę cōueniūt ei soli, ut uerbū, imago, proles interna, ars nata, sapientia genita. Appropriata uero, ut æqualitas, sapientia, ars, idea, pulchritudo. Præterea, quoniam spiritus sanctus profluit ab utroq; per uolūtatem: hinc ad uoluntatem spectantia propria sunt aut appropriata spiritui sancto: Propria, ut amor spiratus, donum secundum unam acceptionem, amplexus ac nexus patris & filij: Appropriata, ut pax, tranquillitas, iocunditas, unctio, paracletus, communio, bonitas, benignitas, munificentia ac dulcedo. Deniq; pulchritudo ad intellectum, ueritatem & sapientiam spiritaliter ac specialiter pertinet, quemadmodum bonitas, liberalitas, pietas ad effectum: ideo æternitas dicitur esse in patre, species in imagine, id est pulchritudo in filio, qui est ueritas ac sapiētia dei patris: nam & pulchrum uocamus quod uisum oblectat: Filius autē patri simillimus est, splendor gloriæ, candor lucis æternæ, immaculatissimum speculū radiantissimusq; character substātiæ patris: Recte igitur filio pulchritudo seu species appropriatur. Postremo usus est in munere, id est communicatio in dono seu spiritu sancto, qui est commune profluuium patris & filij, flumen pacis, communicator & dator omnis boni creati, ens summe proficuū & cōmunicatiuū, pax, osculū, ac iocundissimū & uere dulcissimū bonū, quo pater filiusq; fruuntur atq; deliciant, æternaliter quoq; congratulantur.

Appropriata patris.

Filii propria.

Spūssancti propria.

Pulchritudo appropriatur filio.

1. Corin. 1

Sapien. 7.

Communicatio spūisancto.

PROPOSITIO XXII

Qvicquid absolute dicitur in diuinis, de qualibet superbenedicta persona singulariter prædicatur, similiter de duabus, & itē de tribus simul acceptis.⌋ Quod est, quoniam in diuinis sola relatio distinctionis realis est ratio: Essentia aūt est ratio unitatis: Personæ uero relatiue dicūtur adinuicem, ideo una non est alia: quicquid uero absolute sumitur ibi, unum manet & indiuisum, nec plurificatur. Deniq; duo tantummodo prædicamenta in deo ponuntur, quæ proprium modum seruant: cętera ut quantitas & qualitas, quamuis per modum quantitatis aut qualitatis significēt, attamen in substantiam transeunt, nec quantitatiue aut qualitatiue ibi tenentur. Itaq; pater est diuina essentia, pater est æterna sapientia, pater est omnipotentia: similiter filius: itemq; spiritus sanctus, pater quoq; & filius. Conformiter pater & filius ac spiritus sanctus sunt ipsa deitatis essentia, & unus deus ac deitas ipsa, imò sunt unus dominus, unus immensus, unus æternus, unus omnipotēs, unus iustus, sanctus & sapiens, iuxta illud in symbolo: Non tres omnipotentes, sed unus omnipotens: quod uerum est, sumendo substantiue hæc adiectiua. Porro si adiectiue accipiantur, cum adiectiua à suis substantiuis numerum sortiantur, cōcedendum est: pater & filius sunt duo immensi, pater autem & filius & spiritus sanctus sunt tres immensi, id est, tres immensæ seu infinitæ personæ.

Prædicamenta in deo.

Athanasius.

PROPOSITIO XXIII.

TRes sunt in diuinis relationes personales, seu proprietates personarū cōstitutiuę: quatuor uero relationes, & quinq; notiones.⌋ Quod est, quia relatio in diuinis dicitur personalis: quia cōstitutiua est certæ personæ, ut paternitas ipsa personę patris: filiatio, constitutiua est filij: processio spiritus sancti, quæ relationes dicuntur & proprietates personarū constitutiuæ, eo φ unaquæq; ipsa cōueniat tantum uni personæ. Veruntā duæ diuinæ personæ realiter producuntur a personis non à relationibus neq; à proprietatibus istis, puta filius à patre, spiritus sanctus à patre ac filio: Proprietates uero & relatiōes dicunt̄ p̄sonarū cōstitutiuæ secūdū modū causę formalis, & iuxta cōsiderationē

Relationes.

rationis

rationis, quemadmodum differentia cõstitutiua est speciei, quæ tamẽ in re est species ipsa, sicut rationale est homo. At uero quatuor relationes sunt in diuinis, puta paternitas, filiatio, processio communis spirationis, qua pater & filius referuntur ad spiritum sanctum, cuius sunt unus fons, unus spirator, quemadmodum pater & filius & spiritus sanctus sunt unus rerum creator. Quinq; demum sunt notiones, quę ita uocãtur, quia per eas innotescũt personæ, suntq; rationes cognoscendi distincte personas: pater nanq; primo cognoscit per hoc ꝙ nõ est ab aliquo: sicq; notio eius est innascibilitas seu inprincipiabilitas, prout innascibilitas nõ solum excludit natiuitatẽ (sic quippe conueniret etiã spiritui sancto, qui nõ est natus neq; nascibilis) sed omnẽ principiabilitatem seu producibilitatem ab aliquo. Secundo pater agnoscitur per hoc, ꝙ est principiũ filij: sicq; paternitas est notio eius. Tertio per hoc, ꝙ est una uel unum cum filio principium spiritus sancti: & ita communis spiratio est notio utriusq;: unde non appellatur proprietas hæc ipsa communis spiratio, quia non conuenit uni duntaxat personæ. Præterea filius cognoscitur per hoc, ꝙ est à patre nascendo: & sic eius notio est filiatio, atq; per hoc ꝙ alius uidelicet spiritus sanctus est ab eo: sicq; innotescit communi spiratione, ut est dictum de patre. Postremo spiritus sanctus innotescit per hoc ꝙ est à patre ac filio: sicq; notio eius fertur processio seu passiua spiratio. Nec inde accipitur alia notio spiritus sancti proprie loquẽdo, ꝙ nulla persona diuina est ab eo: notio enĩ cõcernit pſonã quę nomẽ est dignitatis, nõ aũt spectat ad dignitatẽ, nõ esse principiũ increatę personæ.

De notionib⁹

Innascibilitas.

Paternitas.

Cõmunis spiratio.

Filiatio.

Processio.

PROPOSITIO XXIIII.

OMnia iam prætacta sunt in deo una & eadem simplex essentia: iccirco tanta distinctio nec unitati, nec simplicitati diuinæ repugnat. Quod est, quoniam in diuinis nulla est compositio realis, nulla distinctio substantialis, nec ulla accidentalis additio, nec essentialis diuersitas: sed quicqd in deo est, simplicissima unitas ac una purissima existit essentia. Nec enĩ realis relatio in diuinis aliquid in re superaddit essentiæ, nec personæ ex substantia & relatione quasi ex diuersis realitatibus constant. Essentia & relatio differunt seu distinguũtur ratione: sed una relatio realiter differt ab alia, quẽadmodum una persona ab alia. Porro distinctio illa rationis inter absoluta & relatiua in deo, fundamentum habet in re: quia diuina essentia quò in seipso est prior ac ditior, eò plures perfectiones in se simplicissime comprehẽdit, ac pluribus considerationibus satisfacit. Ideo & quod absolutę est rationis, & substantialis perfectionis, & item quod relatiuæ est proprietatis respectiuæq; actionis, in ipsa fundatur atq; fontaliter continetur, & ipsa est id quod paternitas, secundum ꝙ est in patre à nullo: in filio autẽ est id quod filiatio, prout per generationẽ filio cõmunicatur: sic & in spiritu sancto est id quod processio, prout per communẽ spirationẽ à patre & filio cõmunicatur spiritui sancto: nec in his distinguit nisi per relationes, quæ non cõstituunt substantialẽ, sed personalẽ inter personas distinctionẽ.

PROPOSITIO XXV.

INter attributa diuinæ naturæ non est realis neq; formalis distinctio, sed rationis duntaxat: nec præter ac ultra personalẽ distinctionem est ponenda in diuinis ulla distinctio ex rei natura, ut aliqui opinantur. Quod est, quia ut sancti edocuerunt & contestantur, quicquid præter personarũ distinctionem in deo consistit, supersimplicissima atq; purissima unitas est ac mera identitas, nec est in hoc ex natura rei non identitas aliqua. Porro attributa in deo dicuntur prædicata perfectionalia & absoluta, quæ ex natura rei magis eminenter ac proprie competunt deo q̃ creaturis, quãuis conueniant & creatis, ut sunt bonitas, sapientia, uita, potestas, iustitia: Itaq; inter hæc quidam imaginantur esse distinctionem ex natura rei, hoc est ex propria ipsorum attributorum natura, seclusa omni cõsideratione intellectus creati: quã distinctionẽ uocãt formalẽ, ac mediũ inter distinctionem realem distinctionemq; rationis, & esse quandam non identitatem. Quibus primo obijcitur, ꝙ inter distinctionem realem & rationis non uidetur media esse: quoniam idem & multa, idem & differẽs, passiones & proprietates sunt entis: sed nil est nec esse potest nisi ens reale, quod habet esse præter operationẽ animæ, & ens rationis quod habet esse per solam animæ actionem: ergo præter distinctionem realem & rationis alia non est. Ratio I. Præterea quicquid conuenit rei ex sua natura, conuenit ei remota omni operatione intellectus: Si igitur inter attributa dei sit formalis distinctio ex rei natura, omni operatione intellectus seclusa, illa esset realis, quod nullus admittit. II. Insuper non est sine necessitate ponenda in eodem pluralitas: ideo iuxta philosophos, compositio rei est indigentiæ signum & argumẽtum: si enĩ cõpositum in altero cõponẽtium totam suam perfectionẽ haberet, altero cõponẽtium non III.

Cõtra Scot. uide Bartho. Mãzolũ Bona. in li. de formalitatib. cap. 10. itẽ Clypeum Tho. quæst. 10. et 12. Itẽ Herue. qli. 1. quæst. 2. & qli. 3. q. 8.

egeret, & esset simplex: quemadmodum ergo diuini esse perfectio est pura, mera ac penitus
infinita, ita & eius simplicitas est mere ac pure immẽsa: in sua igiẗ pura & sũma simplicitate
simplicissime habet & possidet omnem prorsus perfectionẽ, ita ꝙ attributaliũ perfectionũ
IIII. in ipso contentarum nulla consistit distinctio ex ipsorum natura. Deniq; si in deo & simpli-
cissimo esse diuino una attributalis perfectio esset formaliter distincta ab alia, nulla earum
esset in se simpliciter uniuersaliterq; perfecta, nec aliarum in se simplicissime contentiua: quo-
niam nulla res in se in omnimoda simplicitate continet & includit perfectionem formaliter
V. ex natura rei distinctam à se. Amplius quemadmodum sapientia dei omnem mentis creatę
capacitatem, & omnem creatam sapientiam infinite excedit, sic & simplicitas dei: ergo dire
cte ei repugnat omnis non identitas, & omnis ex natura rei distinctio: cum omnis mens be
ne disposita dictet ac protestetur id esse simplicius, in quo nulla est non idẽtitas, nec ulla ex
VI. sua natura distinctio q̃ id in quo est. Praeterea interminabile esse dei est sua immensa simpli
citas, sua infinita perfectio, & sua immensa opulentia prorsus illimitata, ita ꝙ omnia ista ex
sua natura sunt summa ac superpurissima unitas, totius non identitatis expers ac nescia: &
quicquid in ea est in oñifaria simplicitate, est absolute, extreme ac infinite perfectũ ac opu
lentissimum, nullo non eodem indigens, nec quid tale admittens: sicq; esse diuinum, aeternũ
& increatum est in seipso perfectio separata subsistens, illimitata, in omnimoda simplicitate
comprehendens, imò potius uere supersubstantialiter ac simplicissime cõsistens, quicquid
pertinere potest aut excogitari ad perfectionẽ, ita ꝙ sine omni distinctione & sine omni nõ
idẽtitate ex sua natura est infinita potẽtia, immẽsa sapiẽtia, interminabilis pulchritudo, in-
cõparanda dulcedo, uirtus & sanctitas, beatitudo, nobilitas, & quicquid huiusmodi poterit
VII. concipi. Adhuc aũt ista non stant simul, ꝙ in aliqua re ex sua natura sit summa, perfecta, pu
ra identitas talis ac tanta, ꝙ maior cogitari non ualet, imò infinite maior q̃ cogitari aut con-
cipi queat, & nihilominus sit in ea ex sua natura non idẽtitas aliqua aut formalis distinctio.
VIII. Amplius cũ supersimplicissimo deo conueniant infinita aut certe innumerabilia attributa,
essent in eo infinitae aut innumerabiles nõ idẽtitates, quae uni purissimae simplicitati ac sim
IX. plicissimae unitati nõ congruunt. Rursus, unumquodq; tantò perfectius ac purius tale est,
quantò impermixtius suo opposito: sicut aurum tantò est purius, quãtò minus habet adiũctũ
de alieno metallo: nec ista stant simul, ꝙ aliqd sit prorsus ac pure albissimũ aut aurum mũdissi
X. mũ, attamẽ aliqd alieni coloris aut metalli alterius cõtineat in eo. Multo q̃q; impossibilius est
aliqd esse albissimũ, & tamẽ innumerabiles distinctas coloreitates, seu nõ albedineitates sibi
esse adiunctas, conformiter impossibile oĩno uideẗ in simplicissimo esse diuino innumerabi-
XI. les non identitates, aut formales ex rei natura distinctiones consistere. Deniq; teste Philoso
pho, unũ in substantia facit idem: in quantitate, ęquale: in qualitate, simile: quẽadmodum er
go in deo in absolutis & essentialibus est summa atq; purissima unitas, ita & proportionata
5. Metaph. lec. S Tho. 17. sex. com. 20. simplicitas: Hinc fertur in libro de Causis in commento quartę propositionis: In esse puro
& uero, quod est deus, nõ est multitudo aliquorum modorum: multominus est ibi innume
XII. rabilis multitudo non identitatum ac formalium ex natura rei distinctionum. Iterum in
eodem asseritur libro: Primum est diues per seipsum, & diues in alijs: & significatio huius
est unitas eius, nõ quia unitas eius sit sparsa in ipso, imò unitas eius est pura, quoniam est sim
plex in fine simplicitas. Additur quoq; ibidem: Si quis uult scire ꝙ causa prima est diues in
se, projiciat mentem suam super res compositas, & inquirat de eis inquisitione perscrutata:
inueniet eñi omne compositum esse diminutum, ac indigens aut alio, aut rebus ex quibus
XIII. componitur: Res aũt simplex, quae est bonitas pura, est una & unitas: Hinc demum in Elé-
mentatione theologica Procli Platonici continetur: Omne unitum alterum est à per se uno:
Omne nanq; unitum participat aliqualiter uno, ideo unum est & nõ unum: quod uero per
se unum est, nequaq̃ unum est & non unum: quia est unum purum in quo nihil non unũ. Por-
ro de his super primũ Sentẽtiarum distinctione secunda scripsi diffuse, ac declaraui istud esse
de mente praecipuorum scholasticorum doctorum, Thomae, Alexandri, Alberti, Bonauenturae, Pe
Obiectiones. tri, Richardi, Aegidij, Henrici ac aliorum. Verum his obijci potest, ꝙ tot cõtradictiones & oppo-
sitiones de diuinis enũtianẗ, nẽpe essentia & psona, ad minus formaliter distingui uidẽtur:
I. Persona eñi in diuinis generat, uidelicet pater: Persona quoq; generaẗ, ut filius: essentia aũt
II. nec generat nec generaẗ: persona etiã multiplicatur, nõ essentia. Itẽ intellectus in diuinis est
productiuũ principiũ uerbi, nõ uolũtas: Volũtas etiã est principiũ productiuũ spũs scti, nõ
III. intellectus. Item cũ spũs sctũs sit ab utroq; eius processio, psupponit gñationẽ ṽbi ęterni, in-
tellectũ q̃q; uolũtas: ergo inter ista est ordo, & ex natura rei distinctio, psertim qa ab ęterno

sic

sic fuit, nec ratio aut consideratio hæc aliquid facit ad ista. Similiter inter ideas uidetur formalis distinctio, & deus ab æterno distinctis proprijsq; ideis cũcta cognouit quæ ab exordio condidit. Verum ad omnia ista & consimilia, quæ quibusdam ad contentionem procliuibus & singularitate gaudentibus, & quasi in sua subtilitate lætantibus, uidentur efficaciæ magnæ, est una solutio, puta q deus omnipotens omnifarie uniuersaliterq; perfectus, oẽm perfectionem in se simplicissime ac unitissime uel potius unissime ac identissime comprehẽdens suo superopulentissimo, superperfectissimo infinitoq; esse, uniuersis nostris considerationibus, conceptibus, imò & cõtradictionibus, hoc est affirmationibus & negationibus uerissime atq; plenissime satisfecit, ita q ual de distincta, uaria & diuersa ei conueniunt, secũdũ q ipse uarias perfectiones, imò innumerabiles in se habet, ita q aliquid conuenit ei secũdum q habet in se hanc perfectionem aut proprietatẽ quod non conuenit ei secundũ aliã, non q in ipso & suo supersimplicissimo esse sit ulla ex natura sua attributorum distinctio, aut modorum pluralitas, sed omnimoda totius perfectionis supersimplicissima plenitudo, & superditissima æternalis possessio. Itaq; dico, q huic superdignissimo, simplicissimo & superexuberantissimo deo conuenit ad intra æternaliter generare, secundũ q in se habet perfectionẽ foecundissimi intellectus: & spirare, prout habet in se perfectionẽ amorosissimæ uoluntatis: ordinare quoq;, secundũ q habet in se sapientiã summã: saluare & indulgere, secundũ q habet pietatẽ & misericordiam: punire, ut habens iustitiam, sicq; de alijs. Hinc sanctus fatetur Bernardus: Deus amat ut charitas, nouit ut ueritas, sedet ut æquitas, dominatur ut maiestas, regit ut principium, tuetur ut salus. Hæc hic breuiter tetigisse sufficiat, de quibus omnibus super secundũ Sententiarum plenius scripsi: hãcq; respõsionẽ auctoribus diuini Dionysii, Damasceni, Bernardi, Anselmi ac aliorum corroboraui ac declaraui. Postremo Ockam & alij quidam distinctionẽ formalẽ inter essentiam & relationẽ, seu inter absoluta & relatiua in diuinis concedunt. Doctor uero irrefragabilis Alexander & alij plures, tenẽt contrarium, quibus magis consentio: eos aũt qui inter attributa præfato modo ponunt distinctionẽ formalẽ, ad syncerã diuinæ simplicitatis contẽplationẽ, puto non attigisse. IIII. Dilutio. Bernardus.

PROPOSITIO XXVI.

SVmmæ & increatæ personæ abinuicẽ distinguuntur per solas relationes reales ac personales, non per aliqua absoluta. Quod est, quoniã sicut ostensum est, quicquid in diuinis dicitur absolute, cõmune est tribus adorandis personis, atq; in eis essentia continet unitatem: relatio statuit trinitatẽ. Hinc reprobatur opinio dicentiũ, relationes in diuinis extra affixas & assistentes, non inexistentes, quasi nõ uere sint in personis, sed foris adiunctæ per rationẽ, non q aliquid præter deum fuerit ab æterno, sed q relationes non essent quid reale in diuinis, sed superadderent personis tantũ respectum aut habitudinẽ rationis. Huius opinionis fuit Gilbertus Porretanus episcopus, qui in Remẽsi concilio in præsentia sancti Eugenij papæ atq; beati Bernardi, suum reuocauit errorẽ. In quẽ nihilominus aliqui posterorum incidisse censentur, dicentes personas in diuinis non distingui per relationes, sed per aliqua absoluta: cuius contrariũ sacratissimus Dionysius libro de Diuinis characteribus, sanctus Augustinus libro de Trinitate, Boëthius quoq; in suo de Trinitate tractatu, Damascenus etiã libro primo, itemq; gloriosus Bernardus libro de Consideratione: sed & Anselmus libro de Processione spiritus sancti, Hugo, Richardus ac doctores scholastici pene omnes cõcorditer docẽt. Nihilominus Gulielmus Parisiensis libro suo de Trinitate affirmat ac probare conatur, q personæ diuinæ distinguũtur per absoluta, & q relatio neq; in deo, neq; in creaturis aliquid sit reale: quẽ doctorem laudo, in hoc nõ laudo, imò hoc ultimũ eius uerbũ, q scilicet relatio nil dicat reale, contra excellẽtiores philosophos est atq; theologos, ut copiose & clare ostensum est alibi. Alij asserunt personas distingui per differentes modos habẽdi essentiam: quoniam pater habet eam à seipso, id est non ab alio: filius à solo patre, spiritus sanctus ab utroq;. Verum ab his sciscitandũ, quid dicant hos modos habendi essentiam: an quid absolutũ, an respectiuũ: si quid absolutũ, improbatur hoc dictum sicut prænarrata opinio: si respectiuum, coincidit cũ uera respõsione. Aliqui quoq; dixerũt, q relationes sunt ipsæ personæ: tamen in abstracto proferuntur, iuxta modũ loquendi quo dicimus: rogo tuam clementiã, i. te clementẽ: melius uero dicuntur ipsæ proprietates, quibus personæ constituuntur ac distinguuntur, quis in re sint ipsæ personę. Postremo contra opinionẽ illã erroneam, q personę per absoluta distinctæ sint, ita arguitur: Ea quę sola ratione, nõ realiter abinuicẽ distinguuntur, nõ sunt ratio realis ac suppositalis distinctionis in alijs: proprietates aũt absolutæ in deo nõ distinguũtur realiter, ergo nec personę per eas. Præterea

Error Gilberti. Personæ in diuinis nõ distinguũtur per absoluta. Ratio 1.

ii. rea si per proprietates absolutas distinguuntur personæ, hoc potissime erit per eas quæ appropriantur personis, & eis magis conueniunt, quemadmodum patri appropriatur potentia, filio sapientia, spiritui sancto clementia, per quas tamen non distinguuntur, cum unicuique diuinæ personæ conueniant. Denique cum authores opinionis istius non proferant quæ sint
iii. proprietates illæ absolute per quas distinguuntur personæ secundum eos, uidetur eorum opinio esse fictitia: si autem dicant quod ignorant, nec sine reuelatione queant agnosci, quæritur unde ipsi nouerint eas aut esse cognoscant, cum neque ex scripturis, neque ex sanctis doctoribus suam probent opinionem, imò ex scripturis & dictis sanctorum probetur oppositum, nec innitantur nisi persuasionibus propriæ rationis, & adinuentionibus argumentationis humanæ, quod in materia fidei ualde cauendum est. Hanc disputationem hic amputo, quoniam super primum Sententiarum distinctione 25. diffuse prosequutus sum eam.

PROPOSITIO XXVII.

IN superbeatissimis personis est omnis perfecta ac sancta ratio mutuæ dilectionis penitus infinitæ, mutuę quoque complacentię superdulcissimæ ac mutuæ perfruitionis interminabiliter, gaudiose.] Quod est, quoniam causę seu rationes dilectionis sunt bonitas cognitio, similitudo, propinquitas, beneficentia, pulchritudo, concordia. Cum igitur quęlibet superbenedicta persona sit bonitas perfectionaliter infinita, & unaquæque earum aliam clarissime ac penitus comprehensiue cognoscat, consimillimæ quoque sint seu absolute æquales, incomparabiliter quoque propinquæ intantum, ut non solum persona secunda genita sit à prima, & tertia ab utraque procedat, imò & substantialiter unum & idem sint in cunctis quæ absolute dicuntur de ipsis, & insuper deus pater totam suam essentiam deitatisque plenitudinem ac omnes gloriæ suæ diuitias unigenito suo æternaliter communicauerit prorsus plenarie, pater item & filius spiritui sancto, quælibet etiam adoranda persona sit pulchritudinis, amœnitatis & suauitatis interminatę, nec solum sint æternaliter inuariabiliterque concordes, sed etiam eiusdem numero uoluntatis, constat quod omnis ratio mutui superardentissimique amoris, complacentiæ quoque dulcissimæ atque fruitionis superdelectabilissimæ consistat cum infinita eminentia ac plenitudine in hac supergloriosissima & superreuerendissima, & superessentialissima trinitate. Itaque pater æternus incessabiliter intuens unigenitum suum superpulcherrimum sibi prorsus simillimum, & in omni bonitate ac perfectione æqualem, delectatur & complacentiam habet in eo prorsus infinitam: similiter filius cernens se totum quod est & habet suscepisse à patre, tanquam inmensam esse maiestatem & gloriam sui superdilectissimi patris, gloriatur in patre gloriatione intensiue immensa, ac cum iocunditate omnifarie infinita inspicit & amplectitur patrem, ac superdeliciosissime fruitur ipso: Conformiter pater & filius complacent sibi in spiritu sancto, ac diligunt eum tam infinite & superplenissime sicut seipsos, ipsoque superSuauissime perfruuntur sicut & ipse illis. Ecce quam superbeatissima est uita summæ & ineffabilis trinitatis simplicissimi & incomprehensibilis dei.

PROPOSITIO XXVIII.

QVædam in diuinis interdum sumuntur absolute seu essentialiter, interdum relatiue seu notionaliter.] Quod est, quoniam nomina quædam ac uerba quandoque designant id quod unicuique personæ diuinæ commune est, aliqua uero id quod cuilibet earundem est proprium aut certe duabus tantummodo conuenit: Nempe cum dicimus, deus creat, deus accipi potest tam relatiue quam absolute: quia creare est actus toti superSanctissimæ trinitati conueniens ac cuilibet personæ: iccirco cum dicitur, deus mundum creauit, deus est rerum creator, nomine dei potest intelligi simul trinitas summa, & item tam pater quam filius & etiam spiritus sanctus. Cum etem ait scriptura, deus omnia fecit per uerbum suum æternum, seu filium, accipitur deus relatiue pro sola patris persona. Porro dum asserit Augustinus, deus erat ubera lambens, & sydera regens, capitur deus relatiue pro filio solo. Cum autem in hymno cantatur: Veni creator spiritus: spiritus sanctus appellatur creator & uerus deus. At uero cum dicimus, deus intelligendo seipsum, intra se profert ac gignit uerbum æternum, deus capitur relatiue pro solo patre æterno, qui dicitur pater reali relatione, ac proprie dicta paternitate. Similiter intelligere sumitur ibi notionaliter, non absolute pro actu intelligendi, seu actuali intellectione: sic enim quælibet diuina & increata persona seipsam intelligit, non tamen uerbum & filium inter se profert & gignit: sed intelligere ibi accipitur pro interna & intellectuali conceptione fecunda adintra, propria soli patri: Filius autem intelligit patrem, similiter spiritus sanctus, quelibet quoque persona seipsam & alias duas, sumendo intelligere absolute & essentialiter. At uero nomen hoc uerbum: & uerbum hoc, dicere, in diuinis proprie capiuntur solum relatiue, seu

Margin notes: Probatio prima de patre. — ii. de filio.

ue, seu notionaliter, puta pro unigenito filio dei patris, & pro interna prolatione productione q; uerbi æterni. Quandoq; uero metaphorice atq; improprie pro apprehensione, cogitatione seu intellectione formata, aut intelligibili ratione, uel similitudine rei intellectæ: Vnde quidam philosophi loquuti sunt, deum omnia fecisse per uerbum intus cõceptum .i. per idealem rationem: & quod scriptum est. Genesis primo: Dixit deus, fiat lux: fiat firmamentum &c. Itemq; in Psal. Ipse dixit & facta sunt: de qualibet potest diuina persona ac simul tota supergloriosissima trinitate exponi: q̃uis de solo patre intelligatur, secundum quod dicere in diuinis notionaliter sumitur. Postremo amor & amare atq; diligere in diuinis aliquãdo absolute & essentialiter capiuntur, sicq; unaquæq; æterna persona est amor & amans, & diligit semetipsam ac alias, iuxta illud: Deus charitas est: sic quippe in amore & dilectione non designatur nisi habitudo amantis ad rem amatam: aliquando uero relatiue seu notionaliter, sicq; important habitudinem rei procedentis per modum amoris ad suum principium & econtra, intelligendo per amorem, procedentem amorem, qui est spiritus sanctus: & per diligere, ipsum spirare: & ita amor est nomen personæ, & diligere est uerbum notionale. Conformiter eadem dictio interdum designat notionem, seu relationem & proprietatem, aliquãdo actũ: ut hoc nomen processio, quod significat actũ, cũ dicitur, q̃ in diuinis est duplex processio: aliquando uero est nomen relationis personalis spiritus sancti. Rursus processio in diuinis aliquando extense accipitur pro emanatione adintra: & ita communis est generationi uerbi æterni, & effluxioni spiritus sancti: Vnde filius in Euangelio: Exiui (inquit) à patre: & denuo: Ego ex patre processi. Cumq; nomina ad emanationem ac nominationem spiritus sancti spectãtia, non sint nobis tam patula, ut ea quæ ad filij emanationẽ appellationemq; spectant, nomen istud processio emanationi spiritus sancti appropriatur. Interim hæc nomina, pater & generatio, etiam nonnunq̃ in diuinis minus proprie communiter q; sumuntur ratione creationis, adoptionis, iustificationis &c. Vnde & toti trinitati iugiter dicimus: Pater noster qui es in coelis. Et Iacobus ait Apostolus: Volũtarie genuit nos uerbo ueritatis.

Psal. 32. — In De spiritu sancto. — Ioan. 4. — Ioan. 16. — Ioan. 8. — Matth. 6. — Ia. obi. 1.

PROPOSITIO XXIX.

PRopositiones in quibus relatiua & notionalia in diuinis attribuuntur essentialibus & absolutis, sapienter & pie sunt exponẽdæ. ⁋ Quod est, quia in talibus absoluta pro relatiuis ponuntur, ut cum dicitur: deus genuit deum: sensus est, pater genuit filium. Similiter cum in symbolo patrum cantamus: Deum de deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero: quoniam filius est lumẽ natum de patre lumine sempiterno: nec tamen pater & filius sunt lumina duo, sed unum numero lumen: nec idem lumen genuit semetipsum, quia lumini increato non conuenit gigni nec gignere, nisi relatiue sumpto pro patre & filio: hinc diuinæ essentiæ quæ absolute & abstractissime sumitur, non conuenit generare nec generari, nec spirare neq; spirari. Veruntamen antiqui & sancti doctores ac patres, magis respicientes ad rem q̃ ad sermonis proprietatem, interdum loquuti sunt dei essentiam & naturam esse natam: ut cum in libro de Trinitate ait Hilarius: per generationem uiuentis naturæ ex natura uiuente. Augustinus quoq; septimo de Trinitate: Pater (inquit) & filius sunt una sapientia, sicut & una essentia: & singulatim sapientia est de sapientia, sicut essentia est de essentia. Ambrosius item, imò & diuinus Dionysius libro de diuinis nominibus, consimilia protulerunt: quæ omnia iuxta iam tacta sunt exponenda, ut sensus sit: Sapientia est de sapientia, & essentia de essentia, id est, filius qui est æterna sapientia ac diuina essentia, est de patre, qui est ipsa sapientia atq; essentia. Conformiter natura uiuens nata est ex natura uiuente, hoc est filius qui est uiuens natura ac deitas summa, est natus ex patre, qui est eadem uiuens natura ac deitas. Iuxta hunc sensum est intelligendum quod in libro de Fide ad Petrum disseruit Augustinus: Deus cum uerbum genuit, id quod ipse est genuit .i. pater genuit filium, qui est id quod pater .i. eadem essentia, non eadem persona. Veruntamen abbati Ioachim, Richardo quoque de sancto Victore, qui magistro Sententiarum fuerunt contẽporanei, uehementer displicuit, quòd ipse magister negauit essentiã generare essentiã & contra eundẽ scripserunt: postmodũ uero Innocentius papa in generali concilio determinauit pro magistro. Insuper quod libro contra Maximinum Arrianorum episcopum loquitur Augustinus: Filius dei non genuit, non quia non potuit, sed quia non oportuit: ita est exponendum: quòd filius non genuit, non quia non potuit, id est ex impotentia filij non fuit q̃ non genuit filium deum, seu uerbum æternum,

Symbolum Nicenum. — Hilarius. — Augustinus. — Ambrosius — Dionysius. — De Summa trinit. & fide catho. c. Firmiter & Damnamus

sed non oportuit.i.ei non conueniebat. Eadem quippe est potentia in patre & filio, sed non eodem modo: quia in patre est non ab alio, atq; ad generãdum actiue: in filio aũt est ab alio, puta à patre & ad generandũ passiue: non ꝙ essentia aut potentia generetur in filio, quoniã nõ est terminus gñationis, sed ꝙ per generationẽ filius accipit essentiã potentiãq; à patre.

PROPOSITIO XXX.

SImpliciter concedendum est, ꝙ deus genuit deum: & aduersariorũ obiecta faciliter confutantur.⌋ Quod est, quoniam deus pater genuit filium deũ. Cumq; obijcitur:

Obiectio. Si de⁹ genuit deũ, aut ergo genuit se deũ, aut aliũ deũ: si se deũ, ergo genuit semetipsum, quod intellectus abhorret: si alium deũ, ergo non est tantũ unus deus. Ad quod

Dilutio. respondetur, ꝙ neutrũ horũ est concedendũ: qm̃ deus non dicitur genuisse deum, nisi qm̃ persona genuit personã, pater uidelicet filium. Veruntamen quidam concedũt, ꝙ pater genuit alium deum, id est alium seu aliam personã quæ est deus, seu alium entem aut existentẽ

Obiectio. deum, qui tamen nõ est alius deus q̃ pater. Per quod soluitur, cũ ita arguitur: Si deus pater genuit deum, aut genuit deum qui est deus pater, aut deum qui nõ est deus pater: si primũ,

Dilutio. ergo idem generauit seipsum: si secundum, nõ est unus duntaxat deus. Et respondendum, ꝙ pater genuit deum, qui non est deus pater: non tamen genuit alium deum: ꝙ si replicet: Genuit deum, qui non est deus pater: Distinguendum est, quia aut sensus est, genuit deum, puta filium, qui non est deus pater: hoc uerũ est: aut sensus est, genuit deum qui nõ est deus pater .i. qui non est deus qui est pater: hoc falsum est, quoniam unus & idem deus est pater & filius ac spiritus sanctus.

PROPOSITIO XXXI.

ABsolute conceditur, ꝙ deus est unus & trinus: attamen difficultas est in explanatione propositionis istius.⌋ Quod est, qm̃ in diuinis sunt tres psonæ & una essẽtia, imò & unus tantũmodo deus: ideo asserit deus unus & trinus. Sed obijci po-

Obiectio. test, quia in diuinis nõ est nisi essentia & persona, sed nec diuina essentia est trina,

Dilutio 1. neq; persona: quia nec pater, nec filius, nec spiritus sanctus est trinus. Itaq; intuendum, ꝙ teste Isidoro trinitas dicitur quasi trium unitas: deus aũt interdũ sumitur absolute: quandoq; supponit pro una persona, ut cum dicimus, deus generat: interdum pro duabus, sicut cũ dicitur, deus spirat: nonnunq̃ pro tribus simul, ut ibi: deus est trinitas: quoniã una & eadẽ deitas est in patre ac filio, & simul in patre & filio ac spiritu sancto: iccirco cũ dicitur, deus est unus ac trinus, hoc nomẽ deus indistincte supponit pro tribus personis: & hęc dictio unus, supponit formã tantũ: atq; uox ista trinus, significat ternariũ theologicũ personarũ, prout indistincte supponuntur per nomen hoc deus: quia determinat illũ ternarium in personis, secundũ ꝙ sunt unius naturę. Insuper dici potest, ꝙ in hac propositione deus est unus & tri-

Alia responsio. nus, li deus supponit essentiã, ut in cõposito, in cõmuni seu indistincte: sicq; ratione essentię

III. responsio. dicitur unus, ratione aũt suppositorũ trinus. Iterũ dici posset, ꝙ deus supponit rem habentẽ in se deitatẽ, uidelicet deũ absolute consideratũ, qui est unus ratione indiuisibilis deitatis: et trinus ratione trium suppositorũ, quæ sunt tres personæ relatiue acceptæ, in quibus oĩbus est deitas una: Propterea deus est uere unus, ob immultiplicabilẽ deitatẽ: & trinus, ob triũ

Dubitatio. personarũ relatiuã distinctionẽ. Interim si quæratur, an deitas seu diuina essentia possit uo-

Solutio. cari trina: Respõdetur, ꝙ nomẽ hoc trinus, importat trinitatẽ ut in concretione: & ita quasi pluribus inhærẽtem: hinc de illo dicitur tantũ, quod concretiue unitatẽ importat, ut deus: iccirco conceditur ista: deus est trinitas: quia deus supponit personã, nõ deitas. Verũ obijci

Obiectio. potest illud in hymno: Te trina deitas unaq; poscimus. Ad q̃d poterit responderi, ꝙ abstra-

Dilutio. ctũ ibi ponitur pro concreto. Postremo dum in symbolo dicitur: Vnitas in trinitate, & trinitas in unitate ueneranda sit: nõ designatur numerus in unitate essentiæ, sed personæ numeratę dicuntur subsistere in unitate essentię, queadmodũ in creaturis supposita asserunt esse in natura sua specifica. Verũtamen nõ conceditur, ꝙ trinitas sit trina, quia insinuarẽtur nouem res esse in deo: Etenĩ cũ dicit trinitas est trina, ratione numeri importati significat multiplicatio eiusdẽ numeri in seipsum, cũ trinitas importat distinctionẽ in suppositis, de qbus simul sumptis enũciatur: estq; trinitas quasi nomen collectiuum in diuinis.

PROPOSITIO XXXII.

CVm filius dei dicitur natus de substantia patris, præpositio de, cõsubstantialitatẽ & habitudinẽ originis notat.⌋ Quod est, qa hæc præpositio de, multipliciter

De, præpositio in creaturis. in creaturis accipitur: quia interdũ pure materialiter, ut cultellus de ferro: quandoq; pure originaliter, ut cum dicitur, radius est de sole: aliquando pure ordinaliter

liter, ut de mane .i. post mane fit meridies: nõnunq̃ simul seu mixtim materialiter ac ordinaliter, sicut in creaturis filius est de substantia patris. In diuinis aũt nõ est materia, sed substãtia quæ est purus actus. Itaq; proportionabiliter loquẽdo in diuinis, de, aliquãdo capit substantialiter, ut filius de essentia patris: aliquãdo originaliter, ut filius de persona patris: interdũ ordinaliter, ut Christus de æterno factus, est tẽporalis: aliquãdo mixtim substantialiter & originaliter, ut cũ filius dicit natus de substãtia patris: qa in nomine substãtiæ cõsubstãtialitas designat atq; in noĩe patris origo natiuitatis exprimit. Porro in creaturis fili⁹ nascit ex substãtia patris, id est ex parte substãtiæ, nõ ex tota eius substãtia: nec est ibi cõsubstãtialitas naturę eiusdẽ in numero, sed in specie: quia in hoĩe patre, & filio eius, nõ est eadẽ numero substãtia atq; humanitas: in diuinis aũt fili⁹ est ex tota patris substãtia, estq; in utroq; eadẽ numero natura. De his dictũ est plenius super primũ Sẽtẽtiaꝝ quinta distinctione.

De præpositio, in diuinis.

PROPOSITIO XXXIII.

IN diuinis tres res relatiue acceptæ sunt una res absolute & substantialiter sumpta. Quod est, quoniam tres personæ relationibus solis distinctæ ac relatiuis proprietatibus constitutæ, uidelicet pater & filius & spiritus sanctus, sunt unus deus: & trinitas summa, est simplicissima deitas una: sed & quælibet increata persona est diuina essentia, similiter duæ simul, tres quoq; simul acceptæ sunt ipsa diuina essentia, & unus creator ac dominus. Hinc asserit Augustinus, q ipsa trinitas est quædam summa res, qua sola fruendũ est. Et quia magister Sẽtentiaꝝ istud asseruit, abbas Ioachim affirmauit eum insanisse, cum tamẽ ipse Ioachim insanierit magis: sed nequaq̃ est opinandũ, q summa res illa in diuinis sit aliquid ultra aut præter personas: cum sit diuina essentia, quæ non est nisi in personis, & quæ realiter atq; idẽtice ꝑdicat de omĩ illo q̃d est in deo realiter, q̃tũ ad id q̃d est in deo.

Augustinus.

Error abbatis Ioachim.

PROPOSITIO XXXIIII.

FIlius à patre natus est non propria uoluntate nec necessitate, sed natura ac intellectu. Quod est, quoniam filius est uerbum patris, quod est emanatio intellectus, hoc est persona nata à patre per intellectum ipsius: estq; emanatio illa penitus naturalis & intellectualis, non uoluntaria, ita q possit non esse, nec uoluntas est emanationis illius principium: attamen uoluntaria est quasi concomitanter, qm̃ summe uolita ac placita est uoluntati patris æterni, delectabilissima, connaturalissima ac delectabilissima ei, cui cõplacet omne bonũ, & qui summe uult omne bonũ, quod in ipso est, & omnẽ actũ quẽ agit, præsertim ad intra. Non est quoq; necessaria necessitate uiolentiæ ac coactionis nec indigentiæ: Necessaria etiam est necessitate naturæ & immutabilitatis, quẽadmodũ necessariũ est deũ esse ac generare, quia uolũtas nõ habet se antecedẽter nec principianter ad actũ essendi ac generandi, sed concomitanter. Præterea hæreticus de quo XV. de Trinitate recitat Augustinus, taliter arguebat: Si deus genuit filium, aut genuit uolens aut nolens: si uolẽs, ergo potuit nõ generare eundẽ, nec filius dei esset filius naturę, sed uolũtatis: si nolẽs, ergo miser extitit, aut coactus in generando. Hæreticus inquã ille non considerauit multiplicẽ distinctionẽ necessitatis, nec qualiter uolũtas dupliciter habere se potest ad uolitũ: icirco catholicus recte conuicit illũ hæreticũ sciscitando, utrũ deus pater sit deus uolens an nolens: si uolens, ergo uoluntate non natura est deus, & posset non esse deus: si nolens, ergo infelix est: qua interrogatione confusus & conuictus obmutuit ipse hæreticus.

Confutatio erroris.

PROPOSITIO XXXV.

MVltiplex in deo assignatur potẽtia, quæ tamen in re est simplex & una, atq; in se uniuoce dicta: sed ꝑ cõparationẽ ad actus distinctos, analogice dicit. Quod est, qa in deo est potẽtia ad actus intrinsecos, immanẽtes ac naturales absolute cõsideratos, puta ad intelligẽdũ atq; uolẽdũ: itẽq; potẽtia ad act⁹ interiores notionales relatiue acceptos, puta ad generãdũ & ad spirãdũ: & rursus potẽtia ad opatiões ad extra, hoc est ad creãdũ ac gubernãdũ. Itaq; potẽtia in deo dicit uno ac primo modo robur ac uis diuinę naturę ad essendũ ac ꝑmanẽdũ in se, & ꝑ se inuariabiliter in æternũ. Secũdo, potẽtia in deo uocat robur naturæ, in ꝑsona ad cõmunicãdũ se perfecte, nõ solũ ꝑ modũ naturæ & actũ intellectus, quæ uis uocat potẽtia generãdi, sed & per modũ amoris actũq; uolũtatis, q̃ appellat spirãdi potẽtia. Tertio, potentia in diuinis dicit respectu naturaliũ actionũ, q̃ sunt intelligere, uelle. Quarto, respectu operationũ ad extra, & q̃libet ista potẽtia est ipsa simplicissima deitatis essentia, nec inter eas est realis differentia nisi inter gñatiuã & spiratiuã prout relatiue sumũt: & q̃uis nomẽ potẽtię dicat de potẽtĳs istis uniuoce, prout sunt unũ in re. Attamen analogice dicit de eisdẽ consideratis secundũ rationes distinctas: Sic etenim prima dicitur illa, quæ est robur naturæ diuinæ, ad consistendũ æternaliter in se: quoniam

Potentia dicit uniuoce.

i.

ii.

iii.

iiii.

Potẽtia dicitur analogice.

i.

illa potentia est ipsa natura, à qua secundũ rationem intelligendi aliæ fluunt potẽtiæ. Cũq; naturales potẽtiæ immediatius cæteris fluant ab essentia seu natura, quẽadmodũ ipsa natu
ii. ra esse non ualet sine naturali operatione: Ideo illa est secunda potẽtia & prior secundũ ordinem intelligẽdi, q̃ potẽtia communicationis adintra, sicut prior est perfectio rei in se q̃ in
iii. respectu ad aliam. Tertia extat potentia, quæ uirtute naturæ est in persona ad actũ communicationis eiusdẽ naturæ, estq; naturali ordine prior q̃ creandi potẽtia: quia immediatius naturã consequitur cõmunicabilitas sui secũdum se, q̃ in participatione per similia. Potẽtia autẽ in diuinis analogice dicitur, præsertim respectu potentiæ actionũ adintra, & operationũ adextra. Verũ prout radicantur in una deitatis essentia, sic sunt potentia numero una atq; uniuoce dicta: sed per cõparationẽ ad actus diuersos est inter eas ordo analogiæ, quia per prius dicitur potentia de potẽtia productiua adintra, q̃ de potẽtia creatiua: sicut generatio
Obiectio. adintra est prior creatione. Et si instes & dicas, ꝙ cõmune & essentiale est ante proprium ac personale, cum hoc in essentiali fundetur. Cũ ergo creandi potẽtia cõmunior absolutiorq; consistat q̃ generatiua potẽtia, cum sit tribus personis cõmunis, nec relationem dicat reale, uidetur ꝙ prior sit illa. Et respondendũ, ꝙ in diuinis cõmune et essentiale seu absolutũ est ante propriũ & personale, seu relatiuũ secundũ rationem intelligendi, quando cõmune ac-
Dilutio. cipitur per se, non quando accipitur cũ respectu ad creaturas, imò tunc ratione respectus adiuncti est posterius proprijs personarũ. Postremo sicut in sole potẽtia lucendi in se illuminandiq; alia, resoluendi ac constringendi ex parte solis est eadem, & ex parte actuum differens analogiamq; habens: ita de potẽtia creandi & generandi censendum est.

PROPOSITIO XXXVI.

Ratio i. IN incomprehensibili trinitate una persona non est alia prior. Quod est, q̃m tres superbeatissimæ personæ sunt coæternæ, imò in tribus personis est numero una æterni
ii. tas, ante quã penitus nulla res est. Deniq; in ipsis est una essentia & natura, & quicquid dicitur absolute: ideo neq; essentia, nec natura, nec maiestate una est alia prior, simili-
iii. ter nec duratione, nec tẽpore, nec loco, nec situ, nec causalitate. Itẽ, personæ adinuicẽ dicũtur relatiue: Relatiua aũt sunt simul natura, imò posita se ponũt, & perempta se perimũt: nec unum eorũ est prius alio intellectu, cum unũ sit de ratione & intellectu alterius. Nihilominus pater est principiũ filij: pater quoq; & filius sunt principium spiritus sancti. Principiũ quippe appellatur à quo quid procedit: Non tamen conceditur, ꝙ pater sit filij causa: quoniam causa est ad cuius esse sequitur aliud: una uero diuina persona non est aliud q̃ alia, cũ aliud notet diuersitatẽ substantiæ: imò nec proprie conceditur, ꝙ filius sit principiatus à patre, ne putetur patre posterior. Verũtamẽ Græci fatẽtur, ꝙ pater sit filij causa, & itẽ, ꝙ filius
Obiectio. sit principiatus à patre, quia large nominibus his utuntur. Porro, si instes: q̃m implicare uidetur, ꝙ principiũ nõ sit prius illo quod procedit ab ipso: cum principium sit fons, & procedẽs à principio riuus: pater quoq; necessario est aliquomodo prior filio suo, & inter perso-
Dilutio. nas oportet aliquẽ ordinẽ esse. Dicẽdum, ꝙ ordo dicitur per cõparationẽ ad quoddã principiũ: Hinc sicut principiũ multipliciter dicitur, puta secũdum sitũ, ut punctus: secundũ in-
Ordo naturæ. tellectũ, ut principium demõstrationis: & secũdum singulas causas: sic ordo in diuinis designat principium secũdum originẽ, absq; prioritate omni prętacta, qui ordo dicitur ordo na
Augustinus. turæ secũdum Augustinũ: nõ quo alter prior sit altero, sed quo alius procedit ab alio. Dicit quoq; ordo naturæ, nõ ꝙ diuina natura ordinet, sed ꝙ ordo in personis secũdum naturalẽ originẽ attẽdatur: Nã ubi pluralitas sine ordine, ibi confusio. Rursus quãuis sint idem essentia & natura, potius tamẽ ordo naturæ q̃ essentiæ nũcupatur, quia natura quodãmodo ratione includit principij: Nam dicitur à nascendo, inquãtum ex ea quid oritur.

PROPOSITIO XXXVII

GEneratio filij dei mẽsuratur æternitate, & omne tẽpus excedit. Quod est, q̃m generatio illa est actio naturalis, nõ recens, neq; de nouo adueniẽs, nec ulli mutationi subiecta: hinc nõ est in fieri, neq; in facto esse, sed in inuariabili esse: aptius tamen exprimitur per præteritum, ne nondum perfecta aut incõpleta putetur, q̃ per futurũ: Nec sequitur, filius dei natus est, ergo incepit, & aliquid eo est prius, & fuit quando non erat. Actio nãq; naturalis est coæua agẽti, & multa sunt à quodã principio, nõ tamẽ illo posteriora, ut splendor à luce, radius à lumine, calor ab igne, umbra à uirgulto stante in
Error Arrii. littore, uestigium à calcante. Ideo excæcatissimus fuit sceleratissimus Arrius, negans filium patri coæternum, cum & secundum philosophos mundus fuerit à deo, & tamen à deo profluxit, à quo omnibus communicatum est esse & uiuere. Porro in his ubi materia & dispositio

tio præcedunt esse completum,& generatio est uia ac medium de non esse ad esse,non sunt simul generari & genitum esse.

PROPOSITIO XXXVIII.

SPiritus sanctus procedit à patre & filio, tanq̃ amor amborum.⌋ Quod est, quoniã processio adintra in diuinis non est nisi per actionem immanentem, quæ in natura pure intellectuali non est nisi actio intellectus & uoluntatis.Hinc sicut generatio filij est per modum internæ probationis mẽtalis,sic processio spiritus sancti est per modum liberalissimæ ac primæ gratuitę donationis,qua amor qui est primum donum in quo cætera dona ponantur,ab amante profluit in amatum,& ab amato refluit in amantem,tanq̃ amicitia mutua utriusq;: Etenĩ spiritus sanctus procedit in alium,& manet in seipso distinctus:nec ista opposita sunt:inquantũ enĩ refertur ad patrẽ & filiũ, ut ad unũ sui principiũ, sic manet in seipso ab utroq; distinctus per oppositionẽ relatiuã:Verũ inquantũ procedit in rõne personalis amoris,procedit à patre in filiũ,à filio q̃q; in patrem: Processio quippe secũdũ se non exigit nisi distinctionẽ procedẽtis ab his, à quibus procedit:attamen ratione specificationis, qua est per modũ amoris, conuenit personæ sic procedenti esse nexũ patris ac filij in uinculo amoris,qui est ipsemet spiritus sctũs. Hinc sanctus Ioannes in prima sua affirmat Canonica: Deus charitas est,& qui manet in charitate &c.Itaq; sicut pater generat uirtute naturæ,prout natura est & intellectus, prout natura dicit̃ uis insita rebus ex similibus similia procreans:sic pater & filius uirtute naturæ ut uolũtas est naturaliter amans summũ bonũ,spirat personalẽ amorẽ qui est spiritus sanctus.Nã & quãuis plures sint actus uolũtatis,principalis tamen inter eos est amor: ideo penes ipsum attenditur processio personalis, quæ etiã in se includit omne quod est uolũtatis, quẽadmodũ filius procedẽs, ut uerbũ intellectus includit in se omnẽ intellectualẽ apprehensionẽ,siue sit ueri siue boni.Deniq; in processione creaturarũ à deo duo considerãtur ex parte creatoris, puta diuina natura, ex cuius plenitudine & perfectione producit̃ & exẽplatur omnis perfectio creaturæ: & item uolũtas creãtis,ex cuius liberalitate non necessitate naturæ hæc omnia creaturis præstant̃. Pręsupposita aũt emanatione diuinarũ personarũ adintra, oportet illã esse rationem & causam omnis emanationis adextra. Hinc sicut processionẽ creaturarũ imperfecte repræsentantiũ perfectionẽ diuinę naturæ,reducimus in emanationẽ perfectę ac naturalis imaginis, plenissime continentis perfectionẽ diuinã, puta in filiũ tanq̃ in principiũ & exẽplar, ac rationem emanationis creaturarũ à deo secundum imitationem naturæ: ita oportet q̃ inquantũ processio creaturarũ est ex liberalitate uolũtatis diuinæ, reducatur in unũ principiũ, q̃ sit ratio totius liberalis collationis.Hoc aũt est amor, sub cuius ratione omnia à uolũtate cõferũtur: iccirco oportet in diuinis esse personam procedentẽ per modũ amoris,nẽpe pater & filius non solum secũdum q̃ unũ sunt,sed etiam inquantũ sunt distinctæ personę necessario sociantur quodã amicitiali amore, cũ teste Philosopho, amicitia sit beatitudo, aut beatitudo sine ea non est: q̃a nullius boni possessio iocunda est sine consortio,imò uniuersæ iocũditates atq; delic ꝫ æ rationaliũ creaturarũ super mutuũ fundantur amorem. 1. Ratio. 1. Ioan. 4. II.

PROPOSITIO XXXIX.

QVamuis spiritus sanctus procedat à patre ac filio per uoluntatẽ liberaliq; emanatione,nõ tamẽ ut creaturæ,nec ita q̃ possit aut potuerit nõ produci.⌋ Quod est, quia & ipsa uolũtas uult aliqua de necessitate, uidelicet finẽ, quẽ (ut dicit̃ in tertio Ethicorũ)naturaliter uolum⁹,nec est q beatus esse nõ uelit. Aliasq; scilicet media uult uolũtas nõ de necessitate: Hinc uolũtas cõparat̃ ad finẽ ut natura: ad media aũt ut uolũtas,inquãtũ secũdũ electionẽ fert̃ in ea.Deus itaq; secundũ modũ & actũ uolũtatis producit spiritũ sanctũ,inquantũ uult propriã bonitatẽ quæ aliorũ est finis:ideo emanatio spũs sancti necessaria immutabilisq; cõsistit,qm̃ bonitatẽ suã deus necessario & immutabiliter uult. Cõformiter pater & filius q sunt eadẽ bonitas sũma,se necessario ac naturaliter diligũt: unde & emanatio spũs sc̃ti cõcomitãter est naturalis, secũdũ q̃d uolũtas est quædã natura,imò appropriate loquendo, quẽadmodũ intellectus ut natura, est ratio principiũq; productionis filij:ita uolũtas ut prętacto modo natura dicit̃ principiũ ac ratio emanationis spũs sancti,q procedit secũdũ modũ uolũtatis,cõcomitãte natura seu ratione naturæ,tamẽ per modũ uolũtatis.Insup sicut per diuinã naturã ut nõ ab alio habitã seu acceptã,est fœcũditas in patre ad producẽdũ personã diuinã per modũ naturę, & detur natura ut est patris: ita per uolũtatẽ diuinã ut nõ acceptã per spirationẽ,est fœcũditas in patre & filio ad producendum personã per modũ uoluntatis de natura,ut est patris & filij,non per modũ naturæ. I. II.

Eadem

Eadem ergo natura dei quę est de ratione intellectus ac uoluntatis ipsius, ut est de ratione intellectus, est ratio productionis filij, quę productio ob omnimodam suam perfectionem adæquat totam naturæ diuinæ uirtutem: ideo impossibile est aliquam personam emanare Antypophora per modum uoluntatis ut naturaliter tantum agentis, sed liberaliter potius, directe & immediate, attamen etiam naturaliter ex consequenti, prout ipsa uolũtas natura est: neq; hinc sequitur, φ persona liberaliter sic procedens possit non procedere: quia productio comprehenditur in perfectione existentiæ, quam requirit diuina essentia: quoniam propter infinitam suam perfectionem atq; superexuberantissimam suam fœcunditatem, apta est taliter communicari duabus personis, & esse eadem numero in tribus relatiuis suppositis. Emanatio uero creaturæ non sic comprehenditur intra perfectionem existentiæ diuinæ essentiæ.
III. Præterea spiritus sanctus procedit ut amor: Primo, quoniam ipse est amor, & procedendo est mutuus amor amborum. Secundo, quia est quid productum ex essentiali amore in deo, secundum φ in diuinis actus essentiales sunt ratio personalium actuum seu emanationum ad intra, ut dictum est. Postremo, spiritus sanctus est mutuus amor procedens à patre in filium, & econtra, non quasi in subiectũ, sed ut in obiectũ: nec procedit per recessum ab uno in alium, sed ueluti per affectionis illocalem tendentiam seu impulsum.

PROPOSITIO XL.

Essentialiter. AMor in diuinis tripliciter sumit, utpote essentialiter & notionaliter ac relatiue seu psonaliter. Quod est, qm̃ omnis perfectio conuenit deo: icirco & amor, dilectio seu charitas: sicq; amor absolute consideratus conuenit unicuiq; diuinæ personæ, nec dicit relationem realem nec processionem, & tam duæ q̃ tres simul acce-
1.Iohan.4. ptę sunt unus amor ac eadem charitas, iuxta illud: Deus charitas est. Et sicut sapiẽtia dei est
Notionaliter. eius essentia, ita & amor seu charitas eius absolute & essentialiter sumpta. Secũdo accipitur notionaliter, & ita designat rationem processionis personæ spiritus sancti, estq; ipsa commu-
Personaliter. nis spiratio existens in patre & filio, qua & referuntur ad spiritum sanctum. Tertio capitur relatiue seu personaliter, sicq; importat processionem & relationem realem, atq; significat procedentem per modum amoris personam, uidelicet spiritum sanctum. Per istam distinctionem argumenta multa soluuntur, & quæ uidentur dissonantia, concordantur: Nam & amor primo modo acceptus, quãuis toti communis sit trinitati, tamẽ spiritui sancto appropriatur, quoniam ei plus competunt ratio proprietasq; amoris.

PROPOSITIO XLI.

I. SPiritus sanctus procedit à patre & filio in eo, φ unum sunt. Quod est, quoniam ratio producendi spiritum sanctum, est uoluntas fœcunda in patre ac filio, nõ accepta ab alio per spirationem: quæ uoluntas in patre & filio una & eadẽ est: ipsa quoq; uis
II. spiratiua quæ in patre & filio una & eadem est numero. Rursus cum agere sit suppositorum, eadem actio non procedit à duabus aut pluribus personis, nisi per id in quo uniuntur & unũ sunt. Verũtamen actio potest ascribi tã ipsi agẽti, q̃ formali seu proprio actionis principio: si agenti, sic spũs sanctus procedit à patre & filio ut sunt distinctę psonæ, quia ab eis pluribus ac distinctis procedit tanq̃ amor & nexus amborum, quibus non conuenit connecti nec mutuo se amare, nisi inquantum sunt duo: si autem actio ista attribuatur formali agendi principio, puta uoluntati fœcundę, aut spirandi principio, sic spiritus sanctus procedit à patre & filio inquantum sunt unum, sicut expositum est.

PROPOSITIO XLII.

I. QVemadmodum pater & filius & spiritus sanctus sunt unus creator, & unũ effectiuum uniuersorum principium: sic pater & filius dici possunt unus spiritus sancti spirator, ac unum & idem eius principium. Quod est, quia spirator nomen est substantiuum, creans uero adiectiuum: Hinc dicere possumus, φ pater & filius sunt duo spirantes, propter distinctionem suppositorũ, non aũt proprie, φ sint duo spiratores, propter unam atq; eandem spirationem: adiectiua quippe à substantiuis ac
II. S.tho.1.par.q.35.ar.4.ad 7. oppositũ II. sen dist.11.q.4. & alibi. Sed Pet. de Berg. soluit cõtradictionẽ in concordãtiis Dubio 1111. suppositis numerum sortiuntur, substãtiam uero à seipsis secundum formam significatam per ipsa. Cumq; in patre & filio sit una uis spiratiua, & una actiua spiratio, recte dicunt unus spirator. Rursus nomen uerbale significat agendi principiũ per modũ quietis, prout natũ est denominare suppositum. Cumq; una sit uis spiratiua in duobus, prout nata est dici de illis, icirco dicuntur unus spirator, quia spirator designat uim spiratiuam ut in persona per modum quietis. Veruntamen quidam tenent oppositum, imo aliqui magni in uno loco dixerunt, sicut nunc dictum est, & alibi dixerunt oppositum.

Propo

PROPOSITIO XLIII.

SPiritus ſanctus eſt mutuus amor, quo ſe diligũt pater & filius, eſtq; nexus & oſculũ,
communio & amplexus amborum.⌋ Quod eſt, quoniam iuxta prætacta ad ſum- i.
mam & perfectiſſimam dilectionem tres requiruntur perſonæ, puta diligens, dile-
ctus ac condilectus, qui ſit quaſi uinculum & fomentum dilectionis amborũ, quẽad
modum cernimus maritum & conthoralem intenſius inuicem ſe amare, dum prolem ha-
bent communem, nempe pater & filius neceſſario ſunt prima dualitas, eo modo quo conue
nit eis eſſe duos, cũ & paternã fœcunditatem oportuit eſſe primam, quemadmodum gene-
ratio quæ perfectiſſima eſt emanatio, neceſſario prima eſt: imperfecta nanq; ad perfectum
aliquid reducuntur. Hæc demum dualitas tertiam neceſſario exigit unitatem, quæ commu ii.
nis ſocietas ſit illius: hęc eſt primæ ſocietatis beatiſſimum fœdus, primi quoq; amoris exu- Spiritus donũ
berantiſſimus fructus primæuus, primus complexus, gaudiũ ac dulcedo, primæ pacis uin primum.
culum, ſempiterna inuariabiliſq; concordia ac primum complacitum. Et recte ſpiritus ſan
ctus uocatur donum primum ac æternale, infinitarũ diuitiarũ imminorabilis indeficiensq;
theſaurus, fons omnis gratiæ ac uirtutis, charitas qua ſe complectunť pater & filius, de qua
in uniuerſo exuberat ingens ſuauitatis ubertas. Quemadmodum uero fons & principium iii.
totius paternitatis ac generationis eſt pater ille primus ęternus: ſic unigenitus eius per ap-
propriationem fons & cauſa eſt omnium cognitionũ ac luminum, uerbumq; illud ęternũ
increatum, loquela & ſermo dei patris, origo, cauſa & inſtitutor eſt omnium loquelarũ: ſic
& omnium bonarum amicitiarum & concordiarum, omnium ſocietatũ, deliciarũ, compla-
centiarum ac fœderum fontale principium rite aſſeritur ſpiritus ſanctus. Deniq; pater & fi iiii.
lius ſeinuicem diligũt ſpiritu ſancto, prout diligere ſumitur in diuinis relatiue ſeu notiona-
liter. Poteſt enim res nominari per id quod procedit ab ea, & ſignificatur ut terminus actio
nis, quẽadmodum dicimus: arbor hæc floribus floret & ignis calefacit calore: ſicq; pater &
filius amant ſe mutuo ſpiritu ſancto. Poteſt quoq; res denominari propria actione, ut dici- v.
mus: arbor floret floritione: ſic etiam pater & filius ſe diligunt ſpiritu ſancto, prout diligere
eſſentialiter capitur in diuinis. Nã & ita unaquęq; perſona diuina eſt amor ſeu charitas, &
amans ſeipſam ac aliã per ſuã eſſentiã, per quã eſt & ſapiens atq; intelligens.

PROPOSITIO XLIIII.

DVplex eſt miſſio ſpiritus ſancti, puta inuiſibilis atq; uiſibilis: & idem dicẽndum Miſſio diuina-
de filio.⌋ Quod eſt, qñ ſpiritus ſctũs cũ ſit uerus deus, eſt utiq; incircũſcripti- rũ perſonarũ
bilis & immenſus, inuariabilis et prorſus in ſe ipſo immobilis: ideo miſſio eius nõ deſcribitur.
eſt intelligenda per ſuipſius mutationem, aut loci uariationem, ſeu localem re-
ceſſum aut motum, ſed mitti perhibetur ratione ſuorum effectuum, pręſertim gratuitorũ:
ſicut dum gratię ſuę infundit chariſmata, per quę mẽtem creatam ſanctificare & inhabita
re aſſerit. Dũq; infuſio talis ſit per ſenſibiliũ demõſtrationẽ, & apparitionẽ ſignorũ ſeu ſpe-
cierũ aut rerũ, uocať uiſibilis miſſio: inuiſibilis uero, qñ nil tale apparet forinſecus. Exterior
demũ apparitio ſigni uel rei adhibeť, ad oñdendũ alijs ipſam inuiſibilẽ miſſionẽ ſeu infuſio
nẽ paracleti. Porro in qualibet huiuſmodi miſſione dať intelligi mittẽs & miſſus, & termin⁹
miſſionis. In mittente quoq; notatur auctoritas reſpectu miſſi: Hinc pater quia à nullo pro- Pater nõ mit-
cedit neq; producitur, mitti non dicitur: Filius uero quia à ſolo eſt patre, ab eo ſolummodo titur.
mittitur: niſi ꝙ ſecundum naturam aſſumptam fertur miſſus à ſpiritu ſancto, quemadmo-
dum per Eſaiam fatetur: Et nunc dominus miſit me & ſpiritus eius. Itemq;: Spiritus domi- Eſaiæ.48.
ni ſuper me, eo ꝙ unxerit me, ad euangelizandum manſuetis miſit me. Imo ſic Chriſtus di Eſaiæ.61.
citur miſſus à tota ſuperbeatiſſima trinitate, à qua eius humanitas eſt producta, ac uerbo
æterno unita, quàmuis à ſolo ſit uerbo aſſumpta. Hinc & filius ſecundum deitatis potentiã Filius mittit
ac naturam miſit ſe ſecundum aſſumptam naturam: proprie autem loquendo, ſpiritus ſan- ſeipſum.
ctus non mittit ſeipſum, quia non habet reſpectu ſuiipſius auctoritatem ſeu productiuam
diffuſionem. Inſuper ſpiritus ſanctus dupliciter dicitur mitti, primo ad charitatis & gratiæ
infuſionẽ, ut in baptiſmo & iuſtificatione: Secundo ad infuſæ charitatis & gratiæ augmen- Spũs ſctũs
tationẽ. Cõformiter miſſio filij dei eſt duplex, inuiſibilis ſcilicet, qua & frequẽter ante incar mittitur.
nationẽ eſt miſſus: atq; uiſibilis, potiſſime per incarnationis myſteriũ. Rurſus quemadmo-
dũ opera filij & ſpiritus ſancti ad extra indiuiſa ſunt & inſeparabilia, ſic miſſio eorũ inuiſibi
lis: ſed appropriate dicitur filius mitti, dum ea fiunt in nobis, quorũ propria principia filio
approprianť, quando uidelicet illuminamur ad uerorũ ſalubriũ agnitionẽ, quæ eſt effectus

sapientiæ increatæ, quæ filio appropriatur. Spiritus sanctus uero mitti censetur, dum ea producuntur in nobis, quorum principia propria appropriantur spiritui sancto, ut dum accendimur charitate. Deniq; spiritus sanctus proprie dicitur dare seipsum, cũ & sponte ali quis donet seipsum: dat quippe ut deus, & datur ut donum: atq; qui habent charitatem ac uirtutes, & dona gratiæ gratum facientis, spiritum sanctum habere dicuntur, quo ad libitũ fruuntur nunc imperfecte & interdum, in futuro indesinenter in sempiternum. Postremo ministri ecclesiæ & prælati spiritum sanctum non dant nisi improprie, puta ministerialiter & dispositiue in sacramentorum exhibitione, aut alio modo disponendo hominem ad spiri tus sancti receptionem. Postremo de inuisibili missione spiritus sancti, scriptum est: Sẽsum tuum domine quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum de cœlis. De missione quoq; spiritus sancti in eodem legitur libro: Emitte illam (puta sapientiam) de cœ lis sanctis tuis.

Spũs sanctus dat seipsum.

Sapien. 9.

PROPOSITIO XLV.

PErsona in diuinis non dicitur absolute.⌋ Quod est, quia ut patuit, quod absolute accipitur in diuinis non multiplicatur, atq; de pluribus personis simul sumptis sin gulariter prædicatur, ut pater & filius sunt una essentia: sic autem dici non ualet, ꝙ pater & filius sint una persona. Nec etiam nomen personæ accipitur in diuinis pure relatiue instar alioꝝ quæ directe ex propria ratione relationẽ important: cũ & diui na essentia sit res & substantia intellectualis naturæ, per se subsistẽs atq; persona, prout phi losophi & Iudæi trinitatem in deo negantes, loquuntur de persona in diuinis, dicentes deũ esse personam. Vnde in libro de Causis asseritur, ꝙ causa prima est de se maxime hæc. Veꝝ (ut Augustinus septimo de Trinitate expresse fatetur) persona in diuinis consueuit accipi absolute: sed ad satisfaciendum importunitati hæreticorum, Catholici uti cœperunt nomi ne personæ ut relatiuo, & interim sic sunt usi Theologi, prout designat suppositum relati ua proprietate constitutum, & ab aliis personis distinctum: hinc aliqui protulerunt, ꝙ si gnificet relationem subsistentem in diuina natura: uel ut alij aptius dixisse feruntur, diuinã & increatam substãtiam relatiua proprietate distinctam: Sicq; persona in diuinis designat substantiam simul & relationem: substantiam, quasi per modum fundamenti ac materialis: relationem, per modum formalis & completiui: non ꝙ persona in diuinis composita sit ex diuersis realiter ue distinctis, quia relatio in diuinis nil reale superaddit essentiæ, quãuis sit realis relatio distincta realiter à suo correlatiuo.

Vide Capreo lũ 1. sen. di. 25. quæst. 1.

PROPOSITIO XLVI.

IDea est similitudo rei creabilis aut creatæ in diuina mente consistens.⌋ Quod est, quoniam supersapientissimus deus uniuersa sapienter operatur, & cuncta propriis ra tionibus noscit, nec eas accipit aliunde: sed propriam intelligẽdo essentiam omni per fectione plenissimam, conspicit eam uariis modis à creatis ac creandis & creabilibus imitabilem ac participabilem: sicq; diuina essentia à diuino intellectu taliter apprehensa & cognita appellatur idea: Imò una & eadem simplex essentia plurium est idea: estq; plu res ideæ, non propter pluralitatem, diuersitatem aut distinctionem existentem in deo, sed per comparationem & relationem ad ideata: quæ relatio ex parte dei ac idearum so lum est rationis. Etenim superbeatissimus deus unico simplicissimo actu intelligit suam es sentiam ab innumerabilibus, imo & quantum est ex parte ipsius, ab infinitis rebus partici pabilem: Ideo essentia diuina innumerabilium est idea. Infinitæ quoq; ideæ in deo esse di cuntur: Nempe secundum ꝙ deus essentiam suam intelligit, secũdum talem aut talem gra dum bonitatis aut perfectionis à suis effectibus imitabilem, secundum hoc diuina essentia perhibetur hoꝝ siue alioꝝ idea, similitudo, species, ratio & exemplar: Hinc deus om̃ipotẽs uniuersa & singula propriis ac distinctis rationibus seu ideis cognoscere fertur. Deniq; de us est entiũ causa triplici modo causandi, seu triplici genere causæ: Est nãq; omnium causa exẽplaris atq; efficiens, & finalis. Vnde in quantũ est causa exẽplaris, intuetur & cõcipit in se rationẽ ac speciẽ cuiuslibet sui effectus, ac ordinẽ reꝝ in seipso instituit, determinat & præ scribit, sponte ac libere in se statuẽs, quid cuiq; daturus sit. Quemadmodũ etiã plura, imo & omnia simul in se cõspicit & uult cũ uniuersis circũstantiis accidẽtiisq; eoꝝ, sic plura ac oĩa simul produxit aut cõdere potuit, & singula quęq; prout ęternaliter ordinauit, opportuno præstitutoq;

In diuinis plu res ideæ.

Ideæ infinitæ in deo.

præstitutoq́ tẽpore exequitur & producit. Ideo ordinem rerũ, diuersitatem effectuũ, multitudinem specierũ, causis secundis ascribere, & unum creatũ ab alio creato esse creatum asserere, stultũ est. Itaq; ideę sunt tanq̃ supersplendidissimi ac exuberantissimi fontes, ex q̄bus profluunt ac prosiliunt uniuersa, incommutabiles rationes, exemplaria fixa, formę æternę omnium formatiuę, nullorũ informatiuæ, puræ & separatissimæ in sola diuina mente consistentes, non extra & præter eam in se subsistentes, & abinuicem realiter differentes: imò omnes sunt una supersimplex essentia dei qui unica specie, puta propria essentia intelligit uniuersa. Patet ergo ex his ꝙ idea sit principium cognoscendi, inquantum exemplar, est quoq; principium producendi, cum sit ipsa diuina potentia ac natura. Postremo de ideis recte disseruit Augustinus: Ideæ sunt formæ principales, rationesq́ æternę ac incommutabiles, quæ ipsę formatę non sunt, ac per hoc æternæ consistunt: quæ diuina intelligentia continentur, ac iugiter eodem modo se habent: & cum ipsę nec oriantur neq; intereant, secundũ ipsas tamen producitur & formatur quicquid oritur & interit. Tanta demum uis cõstituitur in ideis, ut sapiens esse nemo queat, eis non intellectis.

Augustinus describit ideas.

PROPOSITIO XLVII.

SOlus deus perfecte est æternus. Quod est, quoniã ad æternitatẽ proprie sumptã incommutabilitas plena exigitur: propter quod diffinitur, interminabilis uitæ tota simul perfecta possessio. Solus uero deus simpliciter inuariabilis est. Omne nãq; creatum quodãmodo aliter habet se dum est, & anteq̃ fuit: estq́ in ipso depẽdentia, indigentia & compositio aliqua, cũ esse & posse ac agere distinguãtur in ipso: sed & successio atq; uarietas quarundam actionum in ipso reperiuntur. Nullum ergo creatum ad increati esse immutabilitatẽ, simplicitatem, uniformitatem & stabilitatem pertingit, imò infinite deficit & occumbit ab eis: ideo nec perfecte rationem æternitatis sortitur, sed aliqualiter eam participat, sicut & immutabilitatem, simplicitatem & uniformitatem. Nihilominus deus dicitur semper fuisse & fore: quia æternitas eius omne tempus includit, & ipse altissimus omni tempore coëxistit.

Boëthius.

PROPOSITIO XLVIII.

QVemadmodum simplicissima dei essentia, omnem essendi perfectionem in se excellentissime comprehendit, ac uarijs designatur nominibus: sic clarissima dei scientia omnem perfectionem & eminentiam cognoscendi includit, & per respectum ad diuersa obiecta ac uarios actus, appellationes plures sortitur. Qu od est, quoniam sola dei essentia penitus infinite perfecta est, ac perfectionaliter infinita, sicut ostensum est. Conformiter scientia dei cum substantialiter sit ipsius essentia, nequaq̃ minus perfecta est q̃ ipsa essentia. Enimuero hoc utiq; derogaret summo & incõparabili deo, ꝙ eius scientia diceretur minor aut inferior eo. Deus ergo uniuersa & singula tam quæ sunt, fuerunt & erunt, tam quæ possibilia sunt, imò & infinita quæ nunq̃ erunt, infinitasq; species numerorũ, & omnem contingẽtiam, circunstantiam, dispositionẽ, maneriem rerũ in seipso æternaliter & quasi præsentialiter distinctissime, perfectissime infallibiliterq́ cognoscit, cognoscendo sui ipsius essentiam, in qua omnia idealiter & exemplariter splendent: Propriam quoq; omnipotentiã in qua cuncta uirtualiter cõtinentur, atq; à qua indesinenter dependent & conseruantur, cognoscendo etiã propriam sapientiã prorsus immensam, à qua totus entium ordo, tota rerũ distinctio, uniuersa demũ cognitio, & omnis potentiarũ ac obiectorũ cohabitudo fontaliter ac sapientissime profluxerunt, institutæ sunt & manutenentur. Ideo ait scriptura: Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum, non considerat. Præterea deus sciendo omnipotentiã suam, scit utiq; omnia ad quæ illa extenditur quæ facit: & ideo nil prorsus eius subterfugit aut euadit intuitũ. Porrò hæc supergloriosissimi dei cognitio in se summe simplex, & una inquantum intuetur & noscit omnia quæ realiter & principaliter sunt, dicitur uisio seu uisionis scientia: inquantũ uero agnoscit ea quæ non sunt, nec fuerunt, nec erunt, sed sibi possibilia extant, appellatur cognitio simplicis intelligẽtiæ: Prout aũt cognoscit ea quæ bene, laudabiliter fiunt, approbatio nominatur: atq; ut noscit futura, pręscientia seu præuisio nuncupatur: inquantũ autẽ eorũ est quæ à deo agenda sunt, dicitur dispositio seu prouidentia: dicitur quoq; prædestinatio, respectu electorũ & saluandorũ: reprobatio aũt aut præscientia respectu damnandorũ. Nec sciẽtia dei causatur à rebus, imò potius causa est rerũ. Malorũ uero culpæ inquantũ huiuscemodi, nõ est causa effectiua, sed permissiua. Postremo cognitio dei, respectu suijpsius ac diuinorũ, sapiẽtia recte uocatur.

Psal. 19.

Sciẽtia dei sortitur diuersa nomina.

Visio.
Cognitio simplicis intelligẽtiæ.
Approbatio.
Præscientia.
Prouidentia.
Prędestinatio.
Reprobatio
Sapientia.

PROPOSITIO XLIX.

Pro intellectu eorum quę circa hanc propositionem dicuntur, & de ueritate ad defensionē S. Thomæ uide Capreolū 1. Sent. dist. 41 q 1. Roman. 6. 11. Ephe. 1. 2. 3. 4. &c.

PRima, principalis originalisq; causa seu ratio prædestinationis electorum, ex parte dei sumenda est. Quod est, quia nec electorum merita, nec pręscientia meritoꝝ illorum sunt prædestinationis causa aut ratio, sed gratia .i. gratuita bonitas, ac mera pietas seu pia uoluntas dei: ut ad Romanos atq; Ephesios docet Apostolus: Non enim temporale quid, aut operatio creaturæ est causa æterni, id est increatæ ac æternalis præordinationis diuinæ: nec illi qui confinxerunt merita hominum esse causam prædestinationis, intendebant ꝙ merita illa quæ sunt actus aut opera creaturæ, sint causa prædestinationis: sed ꝙ præscientia meritorum existens in deo, sit ratio ꝙ quosdam prædestinauit: quod super Ioannem & alibi ex proposito reprobat Augustinus. Attamen quidam magni doctores hoc opinati sunt, præsertim Alexander & Henricus, dicētes ꝙ deus decreuit quibusdam gratiam se daturum, quia præsciuit eos gratia bene usuros, quæ opinio super primum Sententiarum est reprobata. Alij ergo dixerunt, ꝙ loquendo de pręstinatiōe & reprobatione in generali, & simul de toto prędestinationis effectu, nulla sit causa aut ratio ex parte creaturæ, præsertim quantum ad propositum miserendi finaliter quo ad prædestinatos, & quantum ad propositum non miserendi reprobis: Nihilominus ex parte dei aliquam possumus assignare rationem loquendo in communi, cur aliquos prędestinauit uoluitq; saluari, & alios reprobauit: uidelicet ut misericordia sua in prędestinatis reluceat, in reprobis uero sua iustitia. Porrò loquendo de his in speciali, cur scilicet magis elegit & prędestinauit istum q̃ illum, nullam possumus causam rationem' ue assignare, nisi dei liberrimā uoluntatem, imo ut aliqui dicunt, in ueritate huius rei nulla est causa aut ratio, nisi mera ac libera summa dei uoluntas, quod & scriptura in multis locis uidetur prętendere: quemadmodum nulla alia apparet dabilis ratio, cur deus omnipotēs essentialiter sanctus & bonus, dedit uni parti materiæ nobiliorem formam quam alteri in prima rerum creatiōe: sicut & nulla est ratio, cur artifex lapidum æque dispositorum unum ponit sublimius, aliū bassius, nisi mera eius uoluntas: sed quia hæc horribiliter sonant, & superdignissimi dei uoluntas irrationabilis esse non queat, neq; tyrannica, nec personarum acceptor, neq; iniusta: præsertim cum ipsa dei superbenedicti uoluntas sit essentialiter id quod sapiētia atq; iustitia eius.

Alia opinio.

Hinc alij sentiunt, ꝙ uere in sapientia dei sit ratio recta & digna, etiam in speciali, cur istum magis q̃ illum prædestinauit: quamuis ratio illa interim lateat uiatores. Harum duarū opinionum primam sequuntur Thomas, Petrus, Richardus ac alij multi: aliam, Bonauentura & alij quidam. Porrò positio illa quam sequitur Thomas uidetur consonantior esse scripturis, cum & in Exodo dominus dicat: Miserebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Vnde Apostolus intulit: Ergo cuius uult miseretur, & quem uult indurat. Dicis itaq; mihi: quid adhuc queritur? Voluntati eius quis resistet? O homo tu quis es qui respondeas deo? Deniq; Christus in Euangelio prędestinationem & reprobationem ad dei patris retulit uoluntatem ac placitum: Confiteor (inquiens) tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: etiam pater, quoniā sic placitū est corā te.

Exo. 33. Roma. 9. Math. 11.

Reprobationis causa.

Interea si quæratur, an demerita reproboꝝ sint causa æternæ reprobationis eorū. Ad hoc Augustinus & Magister libro 1. præalligati quoq; doctores respondent, ꝙ non: Et addit ibi Richardus: Demerita hominis non sunt causæ suæ reprobatiōis, nisi quantū ad connotatū, quod est temporalis obduratio & futura damnatio: Obdurationis enim sunt causa effectiua & meritoria: futuræ uero damnationis sunt meritoria causa: Præordinatiōis autē ad æternā damnationē, ad quā ab æterno præordinatus est reprobus, non sunt effectiua causa nec meritoria. Hæc responsio roboratur authoritate Apostoli de Iacob & Esau ad Romanos scribentis: Cū nondū nati fuissent aut aliquid egissent boni aut mali, non ex operibus, sed ex uocante dictum est: Iacob dilexi, Esau odio habui.

Roma. 9. Obiectio. Dilutio.

Veruntamen obijci potest: Reprobatio qua deus ab æterno reprobauit præscitum, est præordinatio eius ad pœnam: sed præordinare aliquem ad pœnam damnationis, nisi propter ipsius demeritum est iniustū: hoc ergo non conuenit deo. Respondetur, ꝙ aliquem præordinare ad pœnā, ita ꝙ sine culpa detur ad illam, iniustū est: præordinare uero quenq̃ ad pœnā, ita ut sine suis demeritis non damnetur, & tamen ipsa demerita non sint ratio præordinatiōis ad pœnā, non est iniustū.

Instantia cōtra responsionē.

Verū his rursus obijcit: Quia dānatio non est bona, neq; àdeo uolita, nisi q̃n iusta: nō ergo deus uoluit aliquē reprobare aut ordinare ad pœnā, nisi propter ipsius culpā: Cūq; deus nō sit prius ultor q̃ aliqs sit pctōr: nō prius aliquē uult punire q̃ eū uideat pctōrē. Itaq; prim⁹ actus uolūtatis diuinæ nō uidet eē reprobare, q̄d ē uelle dānare:

alioqui

alioquin uideretur deus uelle punire sine præintuitu culpæ, quæ sit ratio uolendi punitionem: sicq; oportuit reprobum, puta Iudam aut alium, primo offerri uolūtati diuinæ sub ratione iniqui, anteq̄ deus uoluit ipsum punire, & priusq̄ eum reprobauit. Etem̄ considerādo eum in puris naturalibus nō reprobauit eum, ut sic ex ista instātia quæ fortis uidetur, Alexander & Henricus ad prætactam suam positionē uidentur inducti. Insuper contra respōsionē quam sequitur Thomas, sic arguit Bonauentura: Ambrosius in dei loquens persona, ad Romanos asserit: Dabo gratiam ei quē scio toto corde reuersurū ad me post errorē. Itaq; aduertendū, q̄ in hac quæstione non quæritur, utrū æternum dei propositū, seu electio aut reprobatio eius habeat causam, q̄tum ad uoluntatem dei seu actum eius, quem constat esse æternum: sed q̄tum ad ordinationē uoliti ad uoluntatē diuinam. Et si quæreretur ratio causalis aut meritoria, responderetur q̄ nō habeat causam. Si aūt quærat ratio congruitatis aūt condecentiæ, quidam respondent, q̄ uoluntas dei est sibi ipsi causa seu ratio: nec est alia ratio cur istū elegit, nisi quia ei sic placet: & hæc est sufficiens per omnia ratio, quoniā ipsa est causa causarū, & ratio rationū: & eo ipso quo ei sic placet, rectū est propter summā rectitudinē eius, quæ etiā est causa & regula omnis recti alterius: sed cauendum ne dum dei uolūtatē uolumus commendare, derogemus eidem. Si enim non esset alia causa, quare deus istum elegit non illū, nisi quia ei sic placet, iā dei iudicia non essent occulta sed manifesta: cū unusquisq; faciliter hanc possit intelligere rationem, nec dei iudicia dicerentur mirabilia, sed uoluntaria. De hac re scribit Bonauentura diffuse, de quibus pertranseo, quoniā super primū Sententiarū tam eius q̄ aliorū scripta diligenter ac copiose induxit. Postremo om̄ibus hinc inde pro uiribus solicite pscrutatis atq; pēsatis, cū Scoto cōcludo de istis opiniōibus ac ista materia, quia ad Romanos disputat Apostolus, ego in fine disputationis totum tanq̄ inperscrutabile derelinquo, cū ipso exclamans Apostolo: O altitudo diuiarū sapientiæ & scientiæ dei, q̄ incōprehensibilia sunt iuditia eius.

Vide solutionē in Capre. pri. Sen. dis. 41. quæst. 1.

Voluntas diuina est sibi ratio elegendi & reprobandi.

Diuina neque unt pscrutari. Roma. 11.

PROPOSITIO L.

NEc prouidentia dei mutabilibus ac contingētibus rebus, nec prędestinatio æterna rationabilibus creaturis necessitatē imponit. Quod est quoniā sapiētia dei æterna, est totius ordinis rerū ac differentiæ omniū spetierū causa fontalis, & ipsa instituit naturalē entium cursum: ideo uult, ut unūquodq; procedat, moueat, gubernet & operet secundū suā naturā, capacitatē & proprietatē: propter quod increata sapientia perhibetur attingere à fine usq; ad finē fortiter, atq; disponere uniuersa suauiter .i. secundū propriam eorū naturā. Cūq; differentiæ entis sint necessariū & contingens, naturale seu determinatū ad unū, & indeterminatū ac liberū, uniforme & mutabile: exigit ordo rerū, imò & actor naturæ id iubet, ut quædam necessario uniformiterq; proueniāt, quædā uero contingenter ac libere: itemq; difformiter. Deniq; uirtus & influentia superiorū causarū in inferioribus & causatis recipitur secundū dispositionē & modum inferiorū, in quibus materia est contingentiæ, radix & uaria habitudo, complexio, difformitas & influxus, diuersitatem causat multiplicem ac differentes effectus, ita q̄ influētiā una interdū impedit effectū alterius, imò per artem obuiatur & præualetur influxioni cœlesti: propter quod dictū est: Sapiens dominabitur astris: ut si planetarum influxus disponat ad febres, peritus medicus medicinalia applicādo illas repellet. Hinc & fata q̄uis inclinent, non tamen necessitant: imò per rationis censuram, per metū pœnarū & præmiorū promissa, per informationē prudētię studiumq; uirtutū, præsertim per auxilia gratię ac per diuina charismata penitus deuincūt immoderantiæ passionū, inclinationes uitiorū innatæ ex corruptione naturæ, & scelera ac peccata, ita q̄ corruptissimi ac pessimi integerrimi fiūt & optimi. Nec obstat q̄ deus om̄ipotens cuncta ab æterno certissime ac infallibiliter præcognouit, imò in ipso æternitatis momento quasi præsentialiter intuetur. Eius nanq; cognitio non tollit à rebus quod naturale est ipsis, præcipue cū practica eius scientia causa sit rerū. Deniq; cognitio cū sit actio cognoscentis non cogniti, nisi dum quis cognoscit seipsum, est secundū modū & naturam cognoscentis, non cognitæ rei: Vnde eandem rem aliter noscit sensus exterior, aliter sensus cōmunis interior, aliter imaginatiua, aliter cogitatiua, aliter ratio practica, aliter intellectus speculatiuus. Nec ex hoc res ipsa mutatur, nec q̄ suæ naturæ est, ei aufertur. Quāuis ergo superexcellentissimus deus uniuersa & singula iuxta incomparabilē eminentiæ suę perfectionē distincte ac plene, infallibiliter atq; certissime intueatur, prænoscat, disponat: nihilominus multa contingēter ac libere peraguntur, nec ordo rerū aufertur: & q̄uis per comparationē ad prouidentiā dei certus sit ordo causarū, attamen cōnectio illa agentiū in seipsa, & per re-

Sapient. 8.

Fata non necessitant.

Certitudo diuinæ scientiæ nō imponit necessitati rebus.

ſpectum ad inferiora manet ſuæ naturæ, puta mutabilis in contingentibus & rationalibus creaturis: ſicq; præuiſa, præordinata, prædeſtinata aliter queunt accidere, & prędeſtinatus poteſt damnari, præſcitus quoq; ſaluari, loquendo de eis materialiter & in ſenſu diuiſo, non autẽ loquendo de eis formaliter & in ſenſu compoſito: Eſtq; in talibus neceſſitas conſequẽtię, non conſequẽtis: neceſſitas quoq; conditionalis, non abſoluta. Poſtremo huius contrarium opinari, non ſolum errroneũ eſt atq; hæreticum, ſed & extremæ demũ amentiæ: cum unuſquiſq; in ſeipſo palam experiatur ſe liberi eſſe arbitrij incoactæq; uoluntatis: quod qui negat, pœnis magis q̃ ratione erudiri meretur. Quòd ſi omnia de neceſſitate acciderent, inutile eſſet conſulere: nec tormenta prauiſſimis, nec præmia deberentur uirtuoſis hominibus. De his nuper ſuper Boëthium de Conſolatione plenius ſcripſi, eundẽ literaliter ac ſpiritualiter ſeu myſtice exponendo.

PROPOSITIO LI.

Deus est in seipso. DEus incircũſcriptibilis & immenſus uarijs modis eſt in rebus. Quod eſt, quoniam deus inuariabilis & æternus, ęternaliter & incommutabiliter eſt in ſeipſo: quoniã in ſeipſo ſempiterne quieſcit, nec tendit in aliud, nec alteri rei innititur, nec indiget aliquo, nec aliud aliquid ſibi æquale eſt. Eſt quoq; in ſe tanq̃ in ultimo fine eo modo, quo ipſe ſibi ipſi eſſe finis aſſeri poteſt: quia nõ ordinatur ad aliud. Deniq; cum condidit mundum, non cepit eſſe in mundo per aliquam ſui mutationem, nec quaſi in

Trinitas est in seipsa. loco, aut aliquo ſibi commenſurato: ſicut nec mutaretur, ſi mundus eſſe deſineret. Inſuper ſuperbeatiſſima trinitas eſt in ſeipſa, ſicut & unaquæq; diuina perſona: quælibet quoq; increata perſona eſt in qualibet alia inconfuſibiliter & circuminceſſibiliter, cum quælibet ſit

vna persona est in alia. immenſa, & inſeparabiliter ſimul ſint adæquate nulla aliam excedente. Rurſus quælibet conſiſtit in alia, quoniam trium ſuperreuerendiſſimarum, ſuperſanctiſſimarũ & ſuper-

I. eſſentialium perſonarum eſt una eſſentia, & unaquæq; ipſarum eſt ipſa eſſentia: quæ cum

II. in qualibet ſit perſona, uere perhibetur unaquæq; perſona in qualibet alia eſſe. Præterea cũ perſonæ in diuinis correlatiue dicantur adinuicem, & unum relatiuorum diffiniatur per aliud, perſonæ iſtæ ſuperdigniſſimæ ſunt inuicem ſecundum q; una eſt de intellectu alte-

III. rius. Iterum perſonæ in diuinis producunt ſeu producuntur per emanationem adintra, actionemq; immanentem: ideo uerbum æternum à patre non gignitur per exitum & receſſum ab ipſo, ſed æternaliter manet in ſinu patris, imo in medio cordis paterni: conformiter

IIII. ſpiritus ſanctus manet in patre & filio, tanq̃ in uno principio, & ſicut mutuus amor amborũ. Sunt rurſus in ſe inuicem, ſicut cognitum in cognoſcẽte, ut fruitum in fruẽte, & ut amatum

Deus est in creaturis. in amante. Amplius, deus unus ſimplex & trinus in omnibus creaturis, ſecundum q; crea-

I. turæ ipſius ſunt uere, eſt per eſſentiam, præſentiam & potentiam: Per eſſentiam uero, quia ſua infinita & incircunſcripta eſſentia eſt in omnibus, & largitur omnibus naturam & eſſe: & per ſeipſum, non per cauſas ſecundas uniuerſa creauit, ac mundum ſenſibilem: Et item

II. per potentiam: quoniam ſuæ poteſtati cuncta ſubduntur, & ſua uirtute omnia manutenet

III. in eſſe, ſine cuius conſeruatione nec ad momentum poſſent ſubſiſtere: Et etiam per ſuam præſentiam, ita quòd uere & perſonaliter ac cognoſcitiue omnibus præſens eſt, omnia

Hebræ. 4. quoque nuda & aperta ſunt oculis eius. Hinc innoteſcit, q; ſupergloriosiſſimus deus in omnibus eſt per illapſum, ita q; eſſentijs rerum illabitur: nec ſolum infra terminos quantitatis, ſed & demũ infra terminos eſſentiæ earũ ſubſtantialiter adeſt & eſt, eſtq; proximior

Deus diuersimode est in diuersis. rebus q̃ ipſemet ſibi, aut eſſentialia earũ principia, quod ſibi ſoli eſt propriũ. At uero in uirtuoſis eſt uiatoribus per gratiã: in cõprehenſoribus & beatis, per gloriã: in Chriſto per hy-

Prouerb. 15. poſtaticam unionẽ, intelligendo hoc de uerbo æterno duntaxat. Porrò in impijs & dęmonibus ac damnatis non dicitur deus eſſe ſimpliciter, imò ut Salomon proteſtatur, Lõge eſt dñs ab impijs: Hæc quippe dicunt naturã ut deformatã per culpam. Dicitur tamen eſſe in illis cũ additamento, & ſecundũ quid, puta per iram ſeu ultionẽ, ut iudex: uel ut informiter cognitum in noſcente: in bonis uero eſt, ut formate cognitum & dilectum in cognoſcente ac diligente: atq; in ſacramentis eſt per multiplicem gratiam ſacramentalẽ. Specialiter uero in ſacramẽto euchariſtiæ eſt uerbi perſona ac deitas per concomitantiam quandã, ut infra dicet. Poſtremo quędam dicũt naturã cũ naturali deformitate, fœditate aut corruptiõe, in quibus propter indecentiã, horrorem aut uilitatẽ nõ dicitur deus eſſe, ut in ſtercoribus & cloacis. Nec dicimus deum eſſe in loco circũſcriptiue nec diffinitiue, quoniam nullus ei commẽſuratur, nec ipſum intra ſe claudit: nec ita in uno eſt loco, ut non ſit in quolibet alio.

Hinc

Hinc ipse solus est in loco transcendenter: atque in Moralibus super Iob sanctus fatetur Gregorius: Deus est ante omnia, non solus: post omnia, non preuentus: super omnia, nō elatus: infra omnia, non oppressus: inter omnia, non inclusus: extra omnia, nō exclusus: etsi adhuc innumerabiles infinitique mundi consisterent, omnes illos deus gloriæ, sua incircunscriptibili maiestate atque præsentia adimpleret. Nec tamen superſimplicissimi dei infinitas, magnitudo, maiestas ruditer imaginanda est per modū corporeæ aut quantitatiuæ extensionis, cū eius infinitas non sit nisi immēsa simplicitas, infinita sapiētia, sanctitas, gloria, beatitudo, perfectio. Dicimus item deum specialiter esse & habitare in cœlo empyreo, quoniam ibi eminentius operatur, clariusque conspicitur, & euidentius se præsentat. Gregorius.

PROPOSITIO LII.

IN deo liberrima est uoluntas.⌋ Quod est, quoniā solus deus seipsum plenarie diligit: hoc est tā perfecte intensiueque infinite, sicut ex sua natura amabilis est. Volūtas quoque ad felicitatē requiritur: quoniā felix uocatur cui assunt & insunt uniuersa quæ uult: & inordinate nil uult. Hinc sicut felicitas, ita uoluntas & sancta libertas excellentissime conuenit deo: in quē uiolentia cadere nequit, imò cui nullus potest resistere: in cuius ditiōe cuncta sunt posita, & qui nulli est obligatus, nisi fortassis inquantū diligentibus fideliterque colentibus eum, seipsum promisit in præmium & beneficium. Hinc quod quidam philosophi dixerunt in deo uoluntatem non esse, intelligendum est de uoluntate desiderij, quod est boni habendi nondum adepti nec habiti, non de uoluntate immobilis complacentiæ. Denique uoluntas dei prout in ipso deo consistit, estque uolitio eius, qua uult aliquid fieri aut nō fieri absolute, quæ & uoluntas beneplaciti solet uocari, semper & certe impletur. Distinguitur autem uoluntas dei in uoluntatem antecedentem, qua deus uult aliquid secundum unum respectum, sicut uult omnes homines saluari inquantum sunt rationales creaturæ, ad æternam felicitatem ordinatæ & conditæ, ac Christi sanguine liberatæ: & in uoluntatem consequentem, qua uult aliquid simpliciter seu absolute, omnibus hinc inde pensatis: & ita uult plures damnari propter eorum excessus. Rursus diuidit uolūtas dei in uoluntatē beneplaciti, & in uoluntatē signi: sicque uoluntas dei frequēter appellat iussio, prohibitio aut consultio eius: de quibus constat quod aliquando adimplentur, interdum non. Vnde oramus: Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Permissio quoque contra quam nil fieri ualet, imò nil fit nisi deo agente aut permittente: nec deus quicquam permittit nisi rationabiliter & iuste, secundum tenorem & ordinem prouidentiæ suæ. Ideo uoluntate beneplaciti simpliciter dicta, non uult fieri mala culpæ, inquantum huiusmodi: sed prout iniqui merentur iuste relinqui, ac de malo in peius corruere, suo modo uult ea, præsertim secundum quod ex malis illis ipse bonus, sapiens atque omnipotens deus decreuit multa bona elicere: Nam & ipse tam bonus ac sapiens perhibetur, quod non permitteret fieri mala, nisi uellet & posset inde elicere bona.

Voluntas dei multiplex. 1. Timo. 2. Matth. 6. Augusti. in libro confessionum.

PROPOSITIO LIII.

RAtionalis creatura suam uoluntatem conformare ac subdere debet uoluntati diuinæ.⌋ Quod est, quia & ipse superbenedictus creator hoc iubet & exigit, obedientia quoque requirit: estque iustissimum, & honorificentia dei consistit in hoc. Denique conformatio ista intelligenda est quantum ad actum uoluntatis creatę, non tamen semper in uolendo & nolendo ea quæ uult deus aut quæ non uult: imò frequēter uolumus & optamus opposita his quæ uult deus, & nolumus quæ uult ipse: quemadmodū deprecamur pro omniū infideliū cōuersiōe, pro uniuersorū salute, quorum multi sunt reprobi & præsciti. Cōsistit ergo cōformatio, obeditio, & subiectio ista in hoc, ut ea uelim⁹ q̄ deus uult nos uelle: & ea nō uelim⁹, q̄ ipse uult nos nō uelle: atque ut hęc uelimus seu nō uelimus, eo mō & fine ut ipse instituit, puta ordinate ad dei gloriā & honorē, & itē ex charitate. Præterea sicut fons omnis iustitiæ ac totius regula æquitatis deus altissimus uult quędā uno modo, non alio modo: & quædam uoluntate antecedente, non uoluntate consequente: & quædam secundum quid, seu conditionaliter aut quantum in se est, quædam uero simpliciter & absolute: ita de nobis est sentiendum: quamuis enim noscamus multos esse uocatos & reprobos, paucos uero electos: attamen modo prætacto optamus omnes saluari: & quamuis nobis constaret de certis personis quod reprobæ sint, nihilominus sub conditione, inquantum adhuc uiatores sunt, possemus earum optare salutem. Hæc demum de uoluntate proprie sumpta, non de appetitu solum naturali aut sensuali sunt suscipienda. Matth. 22.

PROPOSITIO LIIII.

DE PRODVCTIONE RERVM A' DEO.

Temporale initium productionis uisibilium & inuisibiliũ creaturarũ, spiritus sanctus per Moysen compendiose deprompsit: In principio, inquiens, creauit deus cœlum & terram. Quod est, quia de mũdi principio, duratione, causa, formatione & distinctione multi inter philosophos & poëtas fuerunt errores. Quidam eñi dixerunt, machinã mũdi atq; perpetuas incorruptibilesq; substantias non esse creatas, neq; productas à summo ac uero deo, sed tamẽ depende re ab eo in permanendo, mouendo ac operando: quod Henricus in Quodlibetis frequẽter Aristotelem affirmat sensisse: Veruntamen infra probabitur, id Aristotelẽ non sensisse. Porrò Epicurus cõfinxit innumerabiles esse mundos, ex fortuito atomorũ concursu formatos. Democritus quoq; hoc dixit de isto sensibili mundo. Empedocles demũ quatuor elemẽta asseruit omnium compositorũ materialia esse principia: Litem uero & amicitiam esse principia rerũ formalia effectiua: Cuius errorẽ impijssimus Manichæus & Marchion partim se quuti sunt, perhibentes duos esse deos, unum essentialiter bonũ ac lucidum, aliũ essentialiter malũ & tenebrosum. Nonnulli opinati sunt deum immediate nõ creasse nisi unã intelligentiam seu mentem splendifluam, à qua cætera essent creata immediate aut mediate. Hos consimilesq; errores exclusit exordiũ istud scripturæ canonicæ: In principio creauit deus cœlum & terram, tanq̃ dicat: Mundus non est æternus nec increatus, nec deo creatori coæternus, neq; ab aliquo ente citra & infra deum existente productus, neq; ex præiacente materia æditus: sed immediate ab uno summo deo de nouo creatus.

Pri. opinio. Epicurus. Democritus. Empedocles. Manichæus. Secun. opinio. Gen. 1.

PROPOSITIO LV.

Auctoritas ista, In principio creauit deus cœlũ & terrã, multipliciter potest exponi. Quod est, quia quod fertur in ea, In principio, tripliciter explanat: Primo, In principio. i. ante cætera, ne putetur aliqua creatura ante sensibilẽ mundũ esse producta, quę mundũ istũ produxerit, ut sceleratissimus Arrius hæresiarcha mẽtitus est, asserens summũ deum immediate & diu ante hunc mundũ creasse mentẽ quandã sublimẽ, & illã postmodũ deo iubente mundũ creasse. Secundo sic: In principio. i. in uerbo æterno, quod in Euangelio protestat: ego principiũ. Omnia quippe per ipsum facta sunt, nõ q̃ non sint immediate facta à deo patre, sed q̃m unigenito filio appropriat ratio exẽplaris, idea, ars, sapientia: Certumq; est, q̃ pater in sapientia & arte sua per exẽplarẽ idealẽq; rationẽ cõdidit omnia. Cæterũ pater & filius sunt unus deus, unũ principiũ & unus immediatus mundi creator, per quod excludit hæresis Manichæorũ, duos ponentiũ creatores, unũ inuisibiliũ, alium uisibiliũ corruptibiliũ rerũ. Tertio sic: In principio. i. in exordio tẽporis, ac simul cum tempore, creauit deus cœlũ & terram, atq; in principio tẽporis instanti: Creatio nanq; mundi instantanea fuit: quoniam supergloriosissimo omnipotenti, ac prorsus infinitæ potẽtiæ deo conuenit agere in instanti, cui nec impossibile neq; difficile est omne uerbũ. Sic itaq; in principio condidit cœlum & terrã. i. superiora & inferiora, intelligendo per hæc duo extrema etiam intermedia atq; contenta in cœlo & terra, hoc est spirituales & intellectuales substãtias, puta angelos & homines, quę in principio. i. in exordio seculi, & inter opera sex dierũ seu infra spatiũ illud producti sunt: sicq; per cœlũ specialiter potest intelligi cœlum empyreum, quod creatum eodem instanti sanctis angelis est repletum: sed de his plenius est dicendum.

Principiũ tripliciter sumitur. Arrius. Ioan. 8. Ioan 1. Manichæus. Lucæ 1.

PROPOSITIO LVI.

Scriptura exordij libri Geneseos tractãs de operibus sex dierũ, tripliciter potest exponi. Quod est, q̃m sermo diuinus ait: Qui uiuit in æternũ creauit oñia simul. Ex qua auctoritate sanctus Augustinus occasionẽ sumpsit dicendi, q̃ totus mundus sicut nunc stat, pariter in eodẽ momento ab omnipotente deo creatus sit, puta omnes angeli atq; cœlestia corpora, & quatuor elementa ac prima indiuidua specierũ, quarũ indiuidua deinceps ex maris & fœminæ commixtione gignũtur: successionẽ uero & interualla sex dierũ exponit de die spirituali, sic tamen q̃ expositio sua nihilominus literalis sit, nõ mystica, intelligendo per diem illustrationẽ à deo factã in mente angelica: Quemadmodũ eñi natura angelica recte uocatur lux, sic illuminatio eius dicitur dies: sic quoq; sex dies sunt unus dies, non quantitatiuus motu solis causatus, sed menti angelicæ præsentatus secundũ sex rerũ distinctiones, penes quas numeratur, hoc est illuminatio facta angelis de sex dierũ operibus, sic q̃ secundũ diuersa rerum cognitarum genera dies ille sic numerat: sic quoq; successio illa dierũ & ordo, non est temporis, sed naturæ. Deniq; expositio ista uidetur rationi

Eccle. 18. Oĩa in instãti creata asserunt secundum Augustinum.

oni plus consona, cum omnipotenti conueniat agere in instanti: Perfectissimoq́ꝫ actori competat opus perfectum, non confusum, indeterminatum, indistinctum, inornatum producere. Veruntamen quoniam expositio ista non uidetur textui Genesis consonare, ut patet textum ipsum inspicienti, magisq́ꝫ spiritualis & mystica q̃ literalis consistere, ideo omnes doctores sancti tam Græci q̃ Latini, qui ante Augustinum fuerunt uel ante eum scripturam istam exposuerunt, sequuti sunt literam, & textum literaliter, prout sonat exposuerunt, quod utiq; uidetur securius: quoniam in his quæ fidei sunt, ratio magis est retorquenda, flectenda, trahenda ad scripturam & eius intentionem, q̃ econuerso ipsa scriptura & fides ad rationem. Hinc sancti præfati, Gregorius quoq;, Beda, Strabus, Hugo & alij plures, fatentur res esse creatas per interualla sex successiuorum dierum. Verũtamen horum est duplex opinio: una dicentium, q̃ omnia fuerunt primo creata in materia confusa, sola forma corporeitatis informata. Alia, q̃ elementa fuerunt proprijs formis substantialibus à principio actuata, nondum tamen locis ac uiribus & proprietatibus secundarijs determinata, distincta ac decorata: sicq́ꝫ opus creationis temporaliter sit sequutum opus distinctionis, deinde opus ornatus. Hanc expositionem etiam magni doctores scholastici, Alexander, Bonauentura, Gulielmus Parisiēsis, & dominus Antisiodorensis cum suis sequuti sunt: Thomas uero, Albertus, Vlricus, & (ut uidetur) Aegidius, ad expositionem Augustini declinant: attamen sanctus Thomas fatetur, q̃ si lux & dies in spiritalibus metaphorice dicanẽ non proprie, expositio illa Augustini dici non posset literalis, sed mystica. Porro in prima parte Summæ alibiq; testatur, q̃ non proprie sed metaphorice in spiritalibus rebus dicantur: unde alicui posset uideri, q̃ sanctus doctor sequendo expositionem Augustini tanq̃ literalem atq; dicendo, q̃ lux, splendor & dies, non nisi metaphorice in spiritualibus rebus dicantur, uideatur sibi ipsi contrarius. De his super Genesim, & super secundum Sententiarum diffuse conscripsi. *Alia opinio.* *1. par. q. 67 art. primo.*

PROPOSITIO LVII.

Doctrina dicentium spiritúales creaturas uidelicet angelos, simul cũ mundo sensibili esse creatos, uerior & rationabilior esse uidetur q̃ positio dicentiũ huius oppositum. ⌋ Quod est, quoniam totũ uniuersum, quod & integer mũdus appellatur, est unum perfectum, totale, integrum & proprium opus primi actoris ac perfectissimi creatoris, quod simul, non diuisim aut separatim ab eo produci condecuit, saltem quo ad partes suas præcipuas. Vnde & scriptũ est: Qui uiuit in æternũ, creauit omnia simul. Istud demum scriptura hinc inde sentire uidetur, cum in Ecclesiastico scriptum sit: Primo omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. In Psalmo aũt asserit: Initio tu domine terram fundasti. At uero q̃ Græci dixerunt, spirituales substantias diu ante sensibilem mundum creatas, ne deus uideretur per tot milia annorum ante hunc mundũ solus immunificusq́ꝫ fuisse, & sine suo cultu ac honorificentia maiestatis suæ, modicum probat: quia nec ipse bonorum eget nostrorum, nec ex cultu & honorificentia nostra aliquid perfectionis aut gloriẽ in seipso ei accrescet: immunificentiam demũ & solitudinẽ excludit à deo emanatio illa æterna adintra ac superbeatissimæ societas & consistentia trinitatis, sed & quodammodo pluralitas idearum in ipso. Deniq; quantũcunq; perhibeantur angeli diu ante mundum sensibilem conditi, cum non fuerint ab æterno, possunt innumerabilia annorum milia imaginari præcessisse, quibus diceretur deus immunificus extitisse ac solus. Amplius, lapsi nunq̃ fuerunt diuinæ essentiæ clara per speciẽ uisione beati, aliàs non peccassent nec corruissent: creatio autem eorum non diu præcessit lapsum ipsorum, ut ostendetur: nec lapsi sunt ante sensibilis mundi productionem, cum e cœlo sint lapsi, in tartarumq́ꝫ seu aëre caliginosum præcipitati. Veruntamen opinio illa Græcorum non est irreuerenter abijcienda, aut tanq̃ erronea contemnenda, præsertim propter reuerentiam sanctorũ præsulum & doctorum Athanasii atq; Gregorij Nazanzeni: quorũ uterq; tantæ fuit auctoritatis in scripturis, q̃ nemo unq̃ contradicere eis præsumpsit. Gloriosus aũt Hieronymus & beatus Hilarius eiusdem fuerunt opinionis. Consimiliter uir angelicæ puritatis abbas Serenus, ut in collationibus patrum abbas Cassianus describit & approbat. *Eccle. 18.* *Sapien. 1.* *Psal. 101.* *Opinio Græcorum.* *Impugnatio. 1.* *II.* *Dicta patrum pie interpretãda.*

PROPOSITIO LVIII.

Quatuor coæquæua rectè censentur. ⌋ Quod est, quoniam coæquæua uocãtur, quæ in exordio mundi simul sunt facta, quæ sunt angelus, cœlũ, materia, tẽpus: non q̃ materia fuerit nuda producta, sed noĩe materiæ cointelligẽda est forma materiæ cõcausata, seu prima cõfusa materia, de qua cætera facta leguntur. Interea

Varia de coequaeuis sententia. Interea iuxta diuersas expositiones textus Genesis de prima rerum productione, oportet de his quatuor coequaeuis diuersimode loqui. Si enim Augustinū sequamur dicentē, mundum simul factū, distinctū, ornatū, sicut iam stat: tempus non fuisset ante motum, sed magis econtrario, tanq̄ causatum à motu. Hinc ista coequaeuorum enumeratio procedit secundū positionem dicentiū, informitatem materiae tēpore praecessisse eius formationē, iuxta sensum praehabitū, cuius praecessionis necesse est aliquam fateri mensuram: & ita tempus illud non fuit mensura motus primi mobilis, sed alicuius alterius corporis, cuius motu fiebat prima dierum distinctio. Vel tempus illud communiter sumitur pro mensura cuiuscunq; successionis aut mutationis, prout in angelicis actionibus & motibus ponit̃ tempus discretū. Sunt igit̃ quatuor coequaeua loquendo in generali, quantū ad angelū: quoniā angelorum species ac personae simul factę sunt plures ualde. Similiter iuxta Augustinū per coelum intelligenda essent uniuersa coelestia corpora, quae perhibet simul creata. Beda uero, Strabus, Rabanus, imo & Dubitatio. sanctus Gregorius, per coelum in exordio factū intelligunt coelū empyreum. Q si quaera Responsio. tur, cur locus & motus non dicuntur coequaeua, quēadmodum tempus dicere possumus, q nomine coeli satis exprimitur locus: cum coelū illud secundū Damascenū, sit continentia .i. locus contentiuus uisibilium & inuisibilium. Porrò locus proprie sumptus, ut est species quantitatis, est accidens substantiae continentis: sicq; nomine substantiae talis datur intelligi. Postremò, sicut iam patuit, tempus quod ponit̃ coequaeuū, est in plus q̄ motus propriē dictus: uel unū aliud comprehendit, seu designatur per aliud.

PROPOSITIO LIX.

Basilius. COElum empyreum sufficienti auctoritate sanctorum esse cōuincitur. Quod est, quoniam sanctus praesul diuinus Basilius in suo scribit Hexameron: Sicut damnati in exteriores tenebras abiguntur, sic pro suis iustitiis remunerandi restaurant̃ ac collocantur in ea quae extra sensibilem mū dum est luce, atq; ibidem quietis domicilium sortientur, quod rotunditate conclusum ac spissum est. Praeterea ut Bonauentura Bonauentura. quoq; testatur, de hoc coelo empyreo Damascenus exponit id Genesis primo: In principio creauit deus coelum & terram: Nec de alio coelo uerificatur, quod denuo asserit libro secundo: Coelum est continentia uisibilium & inuisibilium creaturarum, haud dubiū quin cūctarum. Hieronymus. Hieronymus quoq; in Sermone de Assumptione multa expressit, quae non nisi de coelo empyreo aptissime intelligūtur, imò & Paulus apostolus de eodem loquit̃: Scimus, quoniam si terrestris domus nostra dissoluatur, q aedificationem à deo habemus, domū nō manufa 2. Corin. 5. ctam in coelis. Et rursus: Praecursor pro nobis introiit Iesus in coelū. Itemq;: Nō in manufa Hebre. 6. cta sancta Iesus introiit, exemplaria ueterorum, sed in ipsum coelum, ut appareat nunc uultui dei pro nobis. Vnde & denuo dixit: Ipse ascēdit super omnes coelos. Nō dubium quin usq; ad coelū empyreum, in quo corporaliter residet Christus: & intra quod, quātū ad assumptā continet̃ naturam, uidelicet infra cōuexum: et intra concauū coeli illius, usq; ad quod se ra 2. Corin. 12. ptum perhibuit sanctus Apostolus. Hoc itaq; coelū empyreū & supremū est omnium corporum maximū, luce clarissimū, situ summū, perpetue, fixū, immobile, natura purissimū, regio beatorū, in quo facti sunt angeli uniuersi, & de quo proiecti sunt angeli delinquentes, sicut Luce. 10. testatur saluator: Vidi Satanā sicut fulgur de coelo cadentē. Quod optime correspondet tā beatis spiritibus q̄ corporibus glorificatis: Spiritibus inquā beatis per congruentiā, eo q inter corpora simplicissimae sit naturae, iugiter uniforme, incorruptibile, luminosum: sicq; exterior dispositio mansionis ac loci illius correspondet interiori dispositioni ciuiū supernorū, exteriori quoq; dispositioni corporū glorificatorū. Verūtamen corporale habitaculum illud gloriosis spiritibus necessariū nō est, neq; ad subsistendū, neq; ad contemplandū. Nihilominus decuit eos in tam nobilissimo poni throno: estq; locus contemplationis, quē Coelum luminosum. admodū ecclesia materialis est locus orationis. Interim de luminositate coeli empyrei uidetur incertum, an claritas eius sit corporali perceptibilis uisu. Etenim sanctus Basilius in tertio Pri. opinio. sui Hexameron uidetur sentire, q imò, affirmans coelū illud superradiare mobili coelo, nec tamen eius fulgorem penetrare hoc ipsum, propter ipsius densitatē, siue ob alias causas cōtingit hoc, quas super secundum Sententiarū tangit Richardus: Coelum, dicēs, empyreum nō est stellatū, sed per totū uniformiter luminosum: q̄uis luminositas illa lateat sensus mortalium: uel quoniā improportionalis est oculis non glorificatis: Vel qm̄ aquae quę super firmamentū sunt, non sunt traductiuę claritatis illius: uel ob nimiam eius distantiam multiplicatio sua non protenditur usq; ad uisum nostrum: uel quia non adest ei influētia dei ad hoc, Secun. opinio. ut scilicet multiplicet se sensibiliter usq; ad nos. Alii opinantur, q claritas coeli empyrei nō sit

sit perceptibilis uisu exteriori, sicut nec claritas ignis elementaris in propria sphæra: quoniam non est claritas condensata. Siquidem causa claritatis sensibilis est congregatio partium diaphani ut cernimus in crystallo. Insuper an cœlum empyreum influentiam habeat in hæc inferiora, dubium habet: de qua re opiniones sunt duæ: Verum de his & alijs materiam concernentibus istam, dictum est plenius super secundum Sententiarum, distinctiõe secunda. Postremo constat ex his, ꝙ cœlum empyreum esse, non solum habetur authoritate sancti Basilij, sed & Bedæ ac Strabi, quamuis quidam id dicant: Strabus quippe & Beda, ut allegatum est supra, fassi sunt cœlum empyreum mox ut factum est, sanctis angelis fuisse impletum: quod tamen intelligendum non est de corporali repletione, neq; de ea qua anima replet corpus, sed de proportionata & congruente decoratione, inhabitatione & distinctione, quantum ad mansiones patriæ per sapientiam dei ibi formatas. *Corollarium.*

PROPOSITIO LX.
DE ANGELIS.

ANgeli in ordine uniuersi primum & summum obtinẽt locum secundũ theologos, prout in Elementatione philosophica de intelligentiis dictum est secundum philosophos. ⅃ Quod est, quia ut docet scriptura, angeli sunt spirituales intellectualesq; creaturæ, quibus naturales scientię ac uirtutes sunt concreatæ, à uilitate materiæ & corporali contagione mundæ ac liberæ, nobilissimæ quoq; personæ: creatorẽ præ cæteris purius iugiter contemplantes, ac primo capaces illustrationis ac reuelationis diuinæ. Hinc deus omnipotens perhibetur angelũ condidisse prope se, id est similiorem sibi inter creata: materiam uero prope nihil. Hinc angel⁹ non est forma naturaliter unibilis corpori aut materiæ, tanq̃ forma substantialis informãs: quia ad exercendum seu obtinendum suas perfectiones & operationes naturaliter sibi cõuenientes, non indiget materiæ unione aut corporis cõmunione. Cumq; forma sit finis materię, non unitur materiæ aut corpori, nisi indigeat illis ad subsistẽdũ atq; agendũ quæ sibi conueniunt. Hinc constat angelũ ab anima rationali distingui specifice, & ei multipliciter præeminere: cum anima rationalis in sua natura tantæ sit decliuitatis, ꝙ naturaliter coniungitur corpori, ut per eius obsequium & ministerium sensuum adipiscatur scientias & uirtutes distincte, quarum confusi generalesq; habitus ac seminaria quædam concreati & innati sunt ei. Veruntamen quoniam species rerum instar numerorum connexæ sunt, angelus infimus & anima rationalis, quantum ad naturalia grandem habent conuenientiam in ordine & genere suo: propter quod anima in umbra intelligentiæ dicit̃ facta. Deniq; (teste Gregorio) angelus nomen officij est potius q̃ naturæ. Angelus nanque nuncius interpretatur. Cumq; uniuersi illi incorporei animi sint administratorij spiritus in ministerium missi propter electos, ut infra dicetur, omnes communi uocabulo angeli nuncupantur. Alio modo angelus nomen est speciale spirituum infimi chori superni, quorum est minima nunciare ac singulis præesse hominibus. Insuper uniuersi illi spiritus cœlestes communi nomine dicuntur uirtutes: eo ꝙ expediti sint & efficacis potentię ad exequendum faciliter, quicquid eis diuinitus iussum fuerit aut commissum.

Propõe 61.
Augustinus. Angelus ẽ forma subsistens.
Angelus & aĩa differunt.
Hebre. 1.

PROPOSITIO LXI.

DE distinctione angelorũ abinuicem sunt opiniones diuersæ. ⅃ Quod est, quoniam quidã quibusdã uerbis philosophi immoderatius inhærẽtes, dicunt in angelis tot species esse quot indiuidua: ita ꝙ quilibet angel⁹ à quolibet alio differt specifice, & impossibile sit plures eiusdẽ speciei cõsistere, eo ꝙ distinctio sumpta ex parte formæ, sit essentialis atq; specifica: distinctio autẽ sumpta ex parte materiæ, numeralis seu indiuidualis censetur. Hinc iuxta philosophũ, ea quæ ex tota sua constant materia, non multiplicantur, nec solo numero distinguuntur: propter quod non sunt plures mundi, nec plures soles: q̃tomagis immateriales substantiæ sub eadem specie specialissima nequeũt plurificari. Verũ ista opinio (ut cætera taceam) est articulus erroneus Parisiis condẽmnat⁹, atq; à dño Stephano Parisiẽsi episcopo, doctore in theologia eximio, approbãte uniuersitate doctorũ theologicæ facultatis, excõmunicatus. Nempe ut Quodlibeto II. narrat Henricus, præsul ille cũ sua uniuersitate circa hoc tres condemnauit articulos: Primus est

Primã opinio. S. Tho. 1 par. q. 50. ar. 4. Vide Paul. de Sõcino 12 meta. q 51. Et Caietanum super de Ente. & essencia ca. 5. q. 9.
Impugnatio opinionis.
Sed uide Capreo. 2. Sentẽ. distinct. 3. q. 1. cõclu. 5. ubi soluit oẽsia argumenta.

ꝙ

ꝙ deus non possit multiplicare indiuidua sub una specie sine materia: Secundus, ꝙ formæ non recipiunt diuisionem seu multiplicationem, nisi secundum materiam: nisi intelligatur de formis ex materiæ pontentialitate eductis: Tertius, ꝙ ex quo intelligentiæ non habent materiā, deus facere nō posset plures speciei eiusdem. His uerbis subiungit Henricus: Hinc sancti nostri testātur in qualibet specie angeli plura indiuidua esse. Eadem scribit Richardus: Alexander quoq; opinionem hanc reprobat: cui Bonauentura consentiens: Aliqui (inquit) dixerunt, ꝙ in angelis tot sunt species quot indiuidua: quorum opinio pręsumptuosa uidetur, cum ad hoc non appareat aliqua ratio cogens, & neq; per scripturas, neq; per dicta sanctorum, neq; per officia angelorum innotescat nobis tātam in eis esse diuersitatem: imò sicut in inferioribus conspicimus, quòd omne animal naturaliter appetit consortium consimilis sibi in specie, & delectabilius illi conuiuit: ita in angelis esse uidetur, quorum naturale desiderium frustrari non ualet. At uero secunda opinio est præfatæ opinioni primæ omnino contraria, asserens omnes angelos eiusdem speciei cōsistere: quam opinionem Albertus in scripto Secundi, & Gulielmus libro de Vniuerso, ac alij quidā sequūtur qbus obijcitur: Quia ut ait Magister libro secūdo, probabile est ꝙ angeli secundū gradum & perfectionem naturaliū suorū se primo conuerterūt ad creatorem: non enim per carnis fragilitatem sensualitatis ue passiones retrahebantur: si igitur uniuersi angeli eiusdē sunt speciei, unde tanta in eis distinctio gratuitorū, excellentiarū, præsidentiarū, officiorū & dignitatū? Ait quoq; Magister & doctores communiter, ꝙ distinctio ordinū & chororū in angelis partim fit & inchoatiue à natura, & partim ac completiue à gratia, ita ꝙ qui eminentiores sunt in donis gratiæ & glorię, excellentiores etiam sunt in donis naturę & perfectione specifica: nec apparentiam habet: ꝙ si omnes angeli eiusdem consisterent speciei, ꝙ tanta fuisset differentia in conuersione eorū ad creatorem, ꝙ quidam eorū essent de summis illis ordinibus Seraphim ac Cherubim, quidam de infimis. Rursus cum credibilius sit præter angelum & hominem, non esse aliquam rationalem & intellectualē creaturam, si omnes angeli eiusdem sunt speciei, non est nisi una species specialissima intellectualis naturæ altior natura humana, quod uidetur ualde absurdū, cum anima rationalis ita se habeat in ordine intellectualiū naturarū, quemadmodū materia prima in ordine entiū, ut in Elementatione Philosophica est deductū: quo constat, ꝙ ualde multæ sunt species intellectualiū creaturarū seu angelorū homine altiores: alioqui angelica natura non uideretur tam magnæ excellentiæ, cum in nullo suo supposito naturam humanam excederet, nisi in uno gradu dignitatis specifice. Præterea de primo illo apostata, qui & summus extitit angelorū, scriptū est: Tu signaculum similitudinis, plenus sapiētia, & perfectus decore. Quocirca sanctus scribit Gregorius: Angelus ille non ad similitudinē dei factus, sed signaculū similitudinis perhibetur: ut quò in illo subtilior seu sublimior est natura, eò similitudo dei in ipso euidentius insinuetur expressa: per quod ostenditur, ꝙ altioris extet naturæ q̄ alij. Hinc tertia ac probabilior restat positio, ꝙ angeli eiusdem chori ac ordinis, sunt speciei eiusdem, quemadmodū etiam Alexander, Bonauentura & alij multi senserunt: nec tamen asserere audeo, ꝙ omnes angeli eiusdem ordinis, eiusdem sint speciei specialissimæ: cum diuinus Dionysius in eodē ordine angelorū testetur esse supremos, medios ac infimos. Cum ergo obiicitur, ꝙ differētia sumpta ex parte formæ, specifica est, non indiuidualis, Respondet Albertus: ꝙ hoc non est uniuersaliter uerū, nisi in logicis & naturalibus tantum, non aūt in ciuilibus: In ciuilibus nanq; multiplicatio est ad ministeria per ordinationē politici sapientis: dispositio autem & ordinatio regni cœlestis atq; angelicæ hierarchiæ similior est politicis & ciuilibus, q̄ logicis & naturalib. Hinc sicut in ecclesiastica hierarchia, & principatu terreno decet supremos prælatos ac reges plures habere ministros eiusdem naturæ, ac dignitatis atq; officij: ita in principatu regis altissimi: quemadmodū etiam pulchrior esset sessio ac processio in qua plures essent archiepiscopi, plures episcopi, plures abbates & archidiacōi, multi quoq; reges, multi duces, multiq; comites ac barones, q̄ unus aliquis duntaxat taliū. Præterea fundamentū opinionis ꝙ in angelis tot sunt species quot indiuidua, est hoc, ꝙ principiū indiuiduatiōis est ipsa materia, seu materia signata aut quantitas, quod totū reprobatū est in Elementatione philosophica: cum & materia de se sit quid indeterminatissimū: Materia uero signata sit quid indiuiduatum, non indiuiduationis principium: quantitas quoq; sit accidens substantia posterius in esse causalitate ac dignitate. Cumq; solus intellectus in rebus causet uniuersalitatem, nec aliquid producatur nisi hoc aliquid aut ens particulare, formaq; sit quæ distinguit & separat forma, eo ipso est realiter quid particulare & indiuiduale quo est termi-

Secunda opinio, ꝙ omnes angeli sint eiusdē speciei. Impugnatio.

Propositione 4.

Ezech. 28.

Tertia opinio.

Ad primam rationem.

Vide Paulum de Soncino in metaph. q. 49. & 50. & 51. Propositione 18.

nus realis productionis siue creationis, & item ratione existentiæ actualis eo modo, quo cō
uenit ei produci & esse. Esse namq; est superpositorum & particulariū rerum, similiter age-
re: ideo forma nequit materiā actuare, formare, aut informare, nisi prius sit saltem priorita-
te naturæ. Hinc ꝙ opinio illa affirmat animas rationales indiuiduari per corpora sua, nihil
est: cū animæ illæ hoc ipso ꝙ sunt termini creationis à deo, sunt particulares indiuidualesq;
formæ: quod totum super secundum Sentētiarū & in Elementatione prætacta seu compen Propositiōe.28.
dio Philosophiæ declaratum est & probatum diffuse.

PROPOSITIO LXII.

DE HIERARCHIIS.

ANgelorum tres hierarchiæ & nouem ordines assignantur.] Quod est, quo I.
niam hierarchia sacer principatus interpretatur: Cumq; omniū deū colētiū
unus sit princeps summus, principalis, imo & immediatus, quantum ad api-
cem mentis seu uerticem uoluntatis, quæ à solo creatore immediate accendi
tur & impressionem sortitur, potest ex hac parte omnium tam uiatorum q̄
comprehensorum in charitate & gratia gratum faciente existentium, una hierarchia cēse- Augustinus.
ri ac nuncupari: quemadmodum Augustinus duas esse asserit ciuitates, unam dei, aliam Ba
bylonis: ciuitatemq; dei constitui charitate dei crescente usq; ad contemptum sui: ciuitatē
uero Babylonis, amore sui crescente usq; contemptum dei. Porro ex parte communitatis
subiectæ principi sancto, diuiditur principatus seu hierarchia in hierarchiam angelicam
seu cœlestem, & in hierarchiam ecclesiasticam seu terrenam & subcœlestē. Hierarchia ete-
nim ex parte subiectæ multitudinis dicitur una, quæ loquendo in generali uno & eodē mo
do suscipit gubernationem illuminationemq; principis. Cumq; homines directionē recti-
uam & illustrationem sumant à deo sub sensibilibus formis, similitudinibus & figuris, atq;
per fidem & ministerium angelorum: Angeli autē in intellectuali puritate, immateriali syn
ceritate & euidenti certitudine clara & deiformi notitia, constat has duas hierarchias abin II.
uicem esse distinctas. Interim angeli gloriosi & sancti, quāuis omnes immediate à superglo
riosissimo deo illustrentur beatifica uisione, atq; eorum cognitione quæ directe ad princi-
palem beatitudinem essentialeq; premium pertinent, aut protinus concomitantur uisionē
felicitatem: attamen quantum ad aliorum notitiam, & quantum ad rationes & causas, cir-
cūstantias & habitudines operum dei seu diuinorum effectuum, & quātum ad gratiarum
mysteria & eorum notitiam, quæ ad accidentale pertinent prēmium, omnes non illuminan
tur, nec edocentur à deo æqualiter nec æque immediate. Ideo quo ad hęc & horum cogni
tionem, perceptionem & dispensationem seu amministrationem, triplex assignatur hierar
chia in angelis, secundum ꝙ ista tripliciter seu sub triplici differentia cognoscuntur & reci III.
piuntur ab ipsis. Deniq; quo angeli sancti sunt deo propinquiores, cui tātò propinquiores
cōsistūt, quo nobilioris naturæ & actualioris sunt speciei, eo in cognoscendo & modo ac
medio cognoscendi sunt deiformiores, hoc est deo similiores: deus autē omnipotens in se
per unicam suam essentiam uniuersa & singula perfecte ac distincte intelligit. Cūq; opera
tiones angelorum ab eorundem intellectibus oriantur, palam ꝙ iuxta diuersum modum
intellectionis ipsorum sumatur distinctio hierarchiarum in illis, atq; diuersitas operationis
prælaturæ & ordinationes eorum. Præhabitum quoq; est ꝙ quemadmodum iuxta philo
sophos, omnis intelligentia plena sit formis, ita ꝙ intelligentiæ superiores habent formas
uniuersaliores, per quas plura noscunt & magis perfecte q̄ intelligentiæ inferiores, per for
mas, id est, intelligibiles species quas habent minus uniuersales: sic iuxta theologos omnes
angeli pleni sunt formis seu intelligibilibus speciebus sibi cōcreatis ac inditis, superioresq;
angeli uniuersalioribus formis. Veruntamen in cognitione rationum operum diuinorum,
& in contemplatione modi ac circūstantiarum, itemq; processuum & exequutionum, iudi
ciorum & mysteriorum, dispositionum & prouidentiarū altissimi proficere queunt ac cre
scere usq; ad extremi iudicij diem. Itaq; angelis primæ ac summæ hierarchiæ angelicæ cō-
uenit in ipso totius sapientiæ fonte supersapientissimo deo conspicere diuinorum operum
& eorum quæ tacta sunt, rationes: imo & propriarū actionum rationes & causas, quia per
eos deus inferiora dispensat ac regit. In hac demum hierarchia ordines tres ponuntur, qui Ordines primæ hierarchiæ.
distinguuntur penes tria, quæ in arte operatiua considerantur. Primum est ipse finis: secū-
dum ratio operis in mente artificis: tertium applicatio rationis huiusmodi ad effectum. Pri
mi igitur ordinis primæ hierarchiæ est in ipso deo, secundum ꝙ ipse est omnium ultimus

finis, rationes diuinorum operum conspicere, atque de his ab eo immediate doceri: sicque in ipso ualidius inflammare. Hinc primus ille chorus Seraphim appellatur, quod incendentes interpretatur: Finis nanque seu bonum, obiectum est appetitus & causa amoris. At uero ad secundum ordinem & medium chorum primae hierarchiae pertinet effectus & opera, iudicia & mysteria dei in ipsis eorum intelligibilibus & exemplaribus rationibus, prout in deo scientiarum domino sunt, contemplari: Hinc ordo hic Cherubim, id est, plenitudo scientiae. Ad tertium uero eiusdem hierarchiae ordinem spectat contueri in deo qualiter ipsemet deus à creaturis participetur per applicationem rationum operũ suorum ad suos effectus: Ideo angeli ordinis huius Throni, id est, sedes uocantur, ab inhabitatione & requietione dei in ipsis.

Seraphim. Cherubim. Throni.

PROPOSITIO LXIII.

De secunda hierarchia.

Ordines mediae hierarchiae coelestis dicũtur & sunt dominationes, uirtutes & potestates.] Quod est, quia ad hanc pertinet hierarchiam attendere & cernere diuinorum operum rationes, secundum quod in causis uniuersalioribus creatis considerantur & continentur. Hinc huius quoque hierarchiae tres ordines perhibẽtur, secundum tria quae ad uniuersales causas praesertim intellectuales pertinere noscũtur. Primum est praeordinare agenda: Propter quod supremus huius hierarchiae ordo, dominationes uocãtur: Dominorum quippe est, de agendis praeordinare atque praecipere. Vnde in artificialibus artes supremae & architectonicae, sunt praeceptiuae. Secundum est praecipua quędam uis exequendi quod iussum est, quod ad medium huius hierarchiae pertinet chorum, qui uirtutes dicuntur, ab efficacia, promptitudine & celeritate agendi & exequendi praecepta. Tertium est impedimenta exequutionis auferre, aduersariisque resistere, quod ad potestates quae sunt hierarchię huius chorus tertius creditur pertinere: ad quem spectat daemonum malignitatẽ compescere: ab effectu, ne quãtum uolunt & possunt, hominibus noceant ac rebus humanis. Veruntamen haec angelicorum officia ordinum, & alia, non sunt principales actus eorum: ideo non oportet ut praecise sint tot personae angelicae in quolibet choro, quot ad ista officia requiruntur atque sufficiunt, sicut errãtes philosophi putarũt, tot duntaxat esse substantias separatas seu intelligentias, quot sunt orbes aut coelestium corporum motus, ut in Elementatione Philosophica est narratum.

Dominatiões. Virtutes. Potestates.

PROPOSITIO LXIIII.

Principatus, archangeli & angeli, chori sunt infimae hierarchiae angelicae.] Quod est: Nam ad hierarchiam hanc spectat rationes perpendere operum diuinorum in ipsis effectibus, & prout applicantur eisdem, pręsertim rationalibus creaturis. Hinc & huius hierarchiae ordines sunt tres, puta principatus, ad quos pertinet communitatibus pręsidere, seu singulis gentibus directe pręesse: sicut Michaël uocatur princeps ecclesiae, qui & olim praefuit synagogae. Vnde in Daniele recitatur de principe Graecorum, principe quoque Persarum. Secundus Archangeli dicitur, quorum est nuntiare maiora & concernentia bonum commune: quemadmodum Gabriel archangelus nuntiauit beatissimae uirgini uerbi incarnationem aeterni, & Danieli certum tempus aduẽtus passionisque Christi, ac Zachariae natiuitatẽ pręcursoris illius. Archangelos etiam aliqui ferunt praelatis principibusque praeesse. Angeli demum proprie nuncupantur, qui minora denuntiant, & singulis praesunt hominibus, ac concernentia uniuscuiusque commodum & salutem prospiciunt, annuntiant & procurant. Denique ista coelestium hierarchiarum angelicorumque ordinum distinctio, multum est imperfecta & generalis, quemadmodum & ipsos penitus imperfecte cognoscimus. Qui autem angelicos spiritus & eorum naturas ac species, gradus, actus, officia, distinctius nosceret, eorum etiã ordines, operationes, obsequia posset plenius, determinatius, lucidius assignare: propter quod diuinus & sacratissimus Dionysius in eodẽ ordine perhibet esse summos, medios ac infimos.

Principatus. Dani. 10. & 12. Archangeli. Lucae 1. Daniel 8. Lucae 1. Angeli. Dionysius

PROPOSITIO LXV.

Coelestium hierarchiarum dispositionem, angelicorumque ordinum distinctionẽ aliqualiter capere possumus per ea, quę in terreno cernim' principatu.] Quod est, quia ecclesiastica hierarchia instituta est atque disposita instar angelicę hierarchiae, quãuis illã perfecte repraesentare nõ ualeat. Porrò in ecclesistica hierarchia tã spiritalis quam ciuilis regiminis cernimus aliquos subditorum officiũ, cõmissionẽ & amministrationẽ habere immediate circa praesidentis personam, cuiusmodi sunt cubicularii, consiliarii, secretarii assessoresque aut archipraelati regis: quibus assimilantur ordines primae hierarchiae

Cõparatio hierarchiae coelestis ad ecclesiasticam.

chiæ,quorum distinctio sumitur penes tres actus,qui ad perfectam cum deo unionem con
currunt & exiguntur,qui sunt feruens dilectio spectans ad Seraphim: clara cognitio,quæ
spectat ad Cherubim:firma tentio,comprehensio siue fruitio,quæ ad thronos est pertinẽs.
Veruntamen quodlibet huiusmodi ordinum suppositũ his tribus prẹditum est,licet quisq;
ordo ab eo sortiatur nomen,quod uel specialius aut eminentius cœlitus accepit.Quidã ue- Dominatiões
ro officiati,prælati aut principes deputati sunt gubernationi cõmunitatis in generali,quo-
rum quidam habent ordinare, disponere ac iubere quid alij agere debeant: quod in cœle-
sti hierarchia ad dominationes dictum est pertinere.Alijs competit auctoritas & potestas Virtutes.
exequendi per se siue per alios,quod in cœlestibus pertinet ad uirtutes:quibus quidã attri Potestates.
buunt signa & miracula perpetrare,aut etiam(ut aliqui opinantur)corpora cœlestia moue
re ac regere: Alijs competit arcere ac tollere impedimenta boni regiminis,quod in angeli-
cis spiritibus spectat ad potestates. Deniq; in principatu terreno quibusdam committitur
regimen certæ prouinciæ, aut certi oppidi,aut particularis personæ:sic in hierarchia,ut pa
tuit cœlesti ac infima.Interim circa hæc Gregorius & Bernardus aliam habuisse considera Aliorum sen-
tionem uidentur,assignando & distinguendo ordines mediæ hierarchiæ penes diuersita- tencia.
tem prælationum: ordines uero infimæ hierarchiæ penes diuersitatem ministrationum. Dominatiões.
Prælatio quippe in angelis triplex est:Vna qua superiores angeli præsunt,& iubent inferi-
oribus:quod secundum hos sanctos,pertinet ad dominationes: Alia quæ præsunt homini Principatus.
bus,quod pertinet ad principatus: Tertia qua principantur dæmonibus, quos refrenant: Potestates
quod spectat ad potestates.Cõformiter ministerium angelorum est triplex: Vnum in ope Virtutes.
rando,quod secũdum sanctos istos pertinet ad uirtutes,quarum est miracula facere: Aliud
in docendo ac nuntiando, & hoc uel maiora,quod est archangelorũ: aut minora, quod est Archangeli
officium angelorum. Itaq; Gregorius & Bernardus in expositione distinctionis officiorũ Angeli.
ordinum horum,magis attendunt exteriora obsequia:quia secũdum eos Angeli nominan
tur qui nuntiant minima: Archangeli,qui maiora:Virtutes hi,per quos miracula frequen-
tius fiunt:Potestates,qui aduersarios reprimũt spiritus:Principatus uero,qui & bonis præ
sunt spiritibus: Dominationes,qui alijs imperant.

PROPOSITIO LXVI.

ASsignatio distinctionis ordinum angelicorum à diuino Dionysio tradita, uerior
subtiliorq; uidetur.] Quod est, quoniam ipse inter ordines ipsos distinguit ex
acutissima consideratione significationis nominum, per quę ipsi ordines designã
tur, & prout à magistro suo beatissimo Paulo accepit: hinc in libro de Angelica
hierarchia dicit:Nomen hoc seraphim,denotat in spiritibus illis primi ordinis, incessabile Seraphim.
calidissimumq; acumen circa diuina, & excedentẽ feruorem sempiternæ motionis in deũ,
in quẽ attentissime & irremissibiliter & superferuidissime transferuntur,nunq̃ in aliud desi
derabile declinantes. Significat quoq; hoc nomen in ipsis clarificatiuam & illuminatiuam
uirtutem,qua inferiores angelos purgãt,illuminant ac sibi assimilant, ac magis accendunt
ex consideratione horum quæ illis reuelant: & quantum ad hoc, ipsos in deo magis sim-
plificant, reducunt ac figunt. At uero nomen cherubim, insinuat in mentibus chori illius Cherubim.
uim excellenter cognitiuam,diuinorum secretorum intuitiuam,atq; post seraphim exube
rantius susceptiuam illustrationis diuinæ, de cuius redũdantia inferioribus copiose diffun
dunt,ac sibi pro uiribus assimilant ipsos.Porro nominatio throni, pandit in spiritibus illius Throni.
tertij ordinis esse eleuationem sublimem ab omni subiectione indigna liberam, qua inuisi-
biliter superferuntur hierarchiæ secundæ,ac circa deum altissimum toto conatu in concus
sibiliter collocantur, tãquàm eminenter capaces inhabitationis & insessionis illius per tran
quillitatem immobilem, sicut uere deiferi,familiariter apti ad susceptionem superaduẽtus
dei in ipsos.Insuper nomen dominationum significat in spiritibus chori illius in media hie- Dominatiões.
rarchia supremi libertatem præcipuam ab omni seruitute indigna, subiectioneq; indecen-
ti ac promptitudinem ad sursum ferendum per primam hierarchiam:ita q; indissolubilem
sortiti sunt dominationem super angelos inferiores se,quibus ordinatissime præsunt per re
ductionem eorum ad totius dominij fontem ac principem: cui seipsos & illos assimilare in-
tendunt & satagunt,quibus præsident incessanter,nulla tamen tyrannica oppressione.De- Virtutes.
niq; nomen uirtutum designat in spiritibus chori illius robustam, & prorsus efficacem for
titudinem exercendi & prosequendi omne quod eorum ordini congruit,iuxta uires & gra
tias,quibus altissimo conformantur: nec unq̃ debilitari aut minorari in talibus, imò ad su-
persubstantialem dei uirtutem uigorose sustolli. Nomen etiam potestatum pandit in men Potestates.

tibus chori illius esse uim ordinariam, qua inconfusibiliter coordinantur uirtutibus & dominationibus, atq; ad influxiones diuinas suo ordini competentes connaturaliter quoq; se habent ad hierarchiam sequentẽ, ut eam sibi conforment quatenus capax est sursum agendo illam potenter, simul atq; benigne ad pleniorem diuinorum luminũ participationẽ. Praeterea nominatio principatuũ denotat principalitatẽ animorum chori illius respectu duorum ordinũ inferiorũ, & quod ordinatione conuenienti deducunt archãgelos ac angelos ad primũ principiũ uniuersæ ordinationis hierarchiæ, ac simul cũ illis cõuertuntur ad creatorẽ, & pariter cõformãtur eidem influendo & recipiendo, ac ordinate agendo in omnibus diuinæ ordinationis principatũ, perpulche repræsentant. Porrò nomen archangelorum insinuat in ipsis ordinis huius substantijs esse uirtutem, qua principatibus proxime uniuntur & supponuntur, ac angelis superponũtur cũ utroq; choro cõmunicãtes, ac medium inter eos tenentes. Quemadmodũ eñ à principatibus sursum agũtur in his quæ ex illorum illuminatione agnoscunt, & per hoc deo amplius conformantur, atq; ex eius effectibus accendũtur in ipso: ita & ipsi archangeli ad angelorum se ordinem habent ipsis cõmunicando & reuelando quæ habent & norũt. Postremo angelorum chorus est infimus & ecclesiasticæ hierarchiæ proxime superpositus reuelans hominibus, ac eis denũtians quæ à superioribus intellectualiter sibi notificãt. Quãuis eñ uniuersi beati deũ immediate in se ipso clare per speciẽ cõtemplent: nõ tamẽ oẽs æque multa cognoscũt in ipso, nec ęque clare: sed & eorundẽ diuinorum effectuũ plures rationes cognoscũt in deo angeli superiores quàm inferiores. Veruntamen nec superiores nec inferiores angeli in ea crescũt cognitione & dilectiõe, in qua beatitudo eorum principalis essentialiter sita est, hoc est in beatifica uisione & fruitiua dilectione superincõparabilis trinitatis, quæ est unicũ sũmũ & immediatũ obiectũ, causa & fons totius felicitatis.

Principatus. *Archangeli.* *Angeli.* *1.Corin.11.*

PROPOSITIO LXVII.

ORdo hierarchicus angelicorum spirituum consistit in mutua cõmunicatione donorum ipsis distributorum, & in purgatione, illuminatione & perfectione eorum adinuicem. Quod est, quia angelicæ mentes deo fruentes supra & ultra naturalem capacitatem & dispositionem factæ sunt deiformes, imò & deificatę, diuinę & increatæ bonitatis proprietatibus exuberantissime adimpletę: Cumq; proprietas boni sit se cõmunicare, impartiri, diffundere: constat quod beatissimi illi angelici spiritus copiosissime se cõmunicent ac diffundãt: superiores uero inferioribus: hinc quisq; quod in seipso nõ habet, in alijs possidet: & mutuo suauissime sibi congaudent tanto exuberantius, quanto seinuicem ardẽtius ac perfectius diligunt. Deniq; charitas uirtus est unitiua, communicatiua & diffusiua, quæ & amantẽ transfert & transformat in dilectum: quæ si perfecta sit, nõ retinet sibi aliquid proprium. Beatissimi ergo illi supermundani intellectus, ac splẽdidissimi animi supercœlestes, cum in omni sancta dilectione perfectissimi ardentissimiq; consistant, diuitias suas spiritales internas mutuo sibi impartiuntur, ac lucẽ sapientiæ suæ conciuibus suis communicant ac summe adimplent, quod princeps dixit apostolorum: Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrũ illam administrantes. Hinc superiores angeli dicũtur inferiores purgare, illuminare & perficere: Purgare inquã non à tenebris culpæ, neq; ab ignorantia aliqua culpabili, sed à perfectionis & cognitionis minoratione, & quadam dissimilitudine, reuelãdo illis aliquid de abditis atq; mysterijs diuinorum effectuum, iudiciorum operumq; magnalium, ex quorum agnitione etiã amplius accendũtur qui taliter illustrantur: sicq; perficiuntur & crescunt in spectantibus ad præmiũ & gaudium accidentale. Et quàuis superiorũ sit inferiores sic illuminare: uniuersi tamen adinuicẽ sibi loqui possunt spiritali loquutione, quam nec localis impedire ualet distantia.

Augustinus in speculo clericorum. *1.Pet.4.*

PROPOSITIO LXVIII.

ANgeli sancti mutuo colloquũtur modis partim nobis notis, partim incognitis. Quod est, quoniam angeli sancti mutuo sibi insinuant suos conceptus per mentis conuersionem & uolitionem, qua uolunt ut alteri innotescat quod conceperunt: & ad hoc habent inuisibilia signa, & nutus ac gestus intelligibiles, spiritales, nobis ignotos, quos tamẽ interdũ in imaginarijs uisionibus aut sensibilibus apparitionibus per sensibilia quędã ostẽdũt hoĩbus, quẽadmodũ recitat Zacharias propheta: Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursũ eius, & dixit: Curre, & loquere ad puerum istũ. In Daniele quoq; propheta angelus quidã superior ait ad Gabrielẽ: Gabriel fac istũ, puta Danielẽ intelligere uisionẽ: Angelus uero superior Michaël creditur extitisse.

Zacha.2. *Daniel.8*

Insuper

Insuper angeli sancti se inuicem in deo conspiciunt: & quę intra se habent & apprehendũt: sic contuentur in lumine increato per illustrationem in ipsis factam ab illo. Quãuis aũt nõnulli audeant dicere angelos superiores nunq̃ ab inferioribus aliquid discere, nec illuminari ab ipsis. Et itẽ ꝙ angeli superiores de omnibus quæ cognoscunt, inferiores illuminent: at tamen istud uidetur ualde incertum. Siquidẽ de his quæ certis angelis desuper spiritaliter committuntur, etiã specialia quædam eisdem insinuari credũtur: & quæ quosq; specialius concernunt, determinatius eis diuinitus reuelant. De quibus ipsi quãuis inferioris sint ordinis, poterunt superioribus pandere: quod nouerunt magis distincte q̃ illi, quemadmodum sacratissimus Gabriel de cõcernẽtibus dominicã incarnationẽ, ac beatissimæ uirginis personam nouerat quædam, quæ angeli multi eo superiores usq; ad Christi ascensionem ignorabant. Vnde & tunc inter se de talibus cõquerebantur, ut diuinus Dionysius protestatur, & sanctus Bernardus in epistola ad uenerabilem Hugonem de sancto Victore tetigisse probatur: imò & sic per apostolorũ prædicationem, potestates illæ supernæ aliquid didicisse monstrãtur ex uerbis Apostoli ad Ephesios asserentis, ut innotescat in cœlestibus &c. Postremo sicut natura illa angelica nostram transcendit notitiã, ita & modi quibus angeli gloriosi loquuntur adinuicem. Superiores quoq; angeli inferiores illuminant de omnibus quę cognoscunt quantum ex speciali aliqua causa & habitudine ad inferiores est pertinens, & hoc opportune.

Angeli inferiores nihil conferũt superiorib.

Ephe. 3.

PROPOSITIO LXIX.

Ex præordinatione ac iussione omnipotẽtis conuenit angelis homines custodire. Quod est, quoniam deus naturaliter bonus, & essentialiter charitas ipsa, quãuis per se solũ sine difficultate regere ualeat uniuersa, & mouere atq; producere cuncta, quæ producit & mouet per causas secundas: nihilominus ad pleniorẽ suæ bonitatis & charitatis declarationẽ cõmunicauit creaturis, præsertim intellectualibus, uim causalem & prouidentialem ac gubernatiuã: sicq; instituit, ut una creatura huiusmodi aliã regat, doceat, & cooperetur ei ad bonũ, quatinus per hoc inter eas amplius roboretur & foueat dilectio: Hinc & singulis hominibus præfecit angelos singulos in custodes ab exordio natiuitatis in utero, à quibus hoĩes ab infantia à uarijs præseruãtur periculis, & à multis ac grauibus peccatis, atq; ad utilia ac salutaria instigantur & diriguntur, docentur & illustrãtur, qui & intercedunt pro sibi cõmissis, ac angelis tenebrarũ resistunt, nec in toto deserunt sibi cõmissos quamuis ingratos & duros, durante hac uita: quãuis interdum ad tempus dicantur eos relinquere, dum in magna mala pœnæ aut culpæ labuntur. Deniq; Christus secundũ q̃d aliquo modo uiator, custodẽ habuit angelũ. Antichristus quoq; angelũ habebit custodem, per quẽ retrahet à quibusdã excessibus, nec deseret totaliter ab angelo illo, nisi forsitan dum in tantam elationẽ blasphemiamq; prorumpet, ꝙ deum esse se mẽtietur. At uero angelos sanctos qui cõmunitatibus pręsunt, aliqui dicunt de ordine principatuum esse, alij opinantur ꝙ angeli qui prælatis & principibus præsident, sint de principatuum choro: & qui prouincijs, de choro sint archangelorũ. Cũq; iuxta prehabita in quolibet ordine angelorũ sint primi, & medij ac ultimi, probabile est superiores spiritus in ordine principatuũ maioribus regnis atq; imperijs præsidere, & minores minoribus. Conformiter de archangelis respectu prælatorũ ac principũ, & de angelis respectu hoĩm pie potest credi, uel forsan magis electis hominibus præsunt angeli eminẽtiores. Postremo cum infimus ordo angelicus immediate superpositus sit hominibus, angeli isti sancti qui singulis pręsunt hominibus, de infimo ordine perhibent, quos & ualde feruenter diligere, inuocare & uenerari debemus, & regratiari eisdẽ specialiter, etiã unusquisq; angelũ sibi cõcessum. Habet itẽ quilibet angelũ malũ sibi in exercitium datũ, ut uictoriose illi reluctando gloriosius coronetur.

Christus habuit angelũ custodem.

PROPOSITIO LXX.

Inter angelorũ creationem & lapsum aliqua extitit mora, quãuis breuis & modica. Quod est, quia ut ait Magister libro secũdo, & cõmentatores ibidem, angeli non sunt mali creati neq; beati, neq; in primo suæ creationis instanti potuerunt peccare, ut communiter fertur. Cumq; post suã creationẽ protinus se ad deũ conuerterint, uel ab ipso auerterint, sequi uidetur ꝙ permodica fuerit morula inter eorũ creationẽ & lapsum. Verũ circa hunc punctũ sunt opiniones q̃plures ac uarię, nec est in hac re euidens certitudo, cum aliqui dicant illos protinus post primũ instãs creationis peccasse, & confestim cecidisse: ita ꝙ duplex fuit in illis ruina: Prima ab innocentia seu gratia in peccatũ: secunda quasi localis à cœlo in aërem caliginosum. Alij opinant, ꝙ ad aliquantulã duratione & morã fuerunt in

Vide b. Tho. 1. par. q. 63. ar. 6.

Capreolum 2. sen. dist. 7.

II. opinio.

cœlo, infra quam princeps tenebrarum ostendit angelis uniuersis suæ elationis conceptum, & eis persuadere conatus est ut sibi consentirent. Ipsi quoque de hoc deliberauerunt, & quidam eorum impijssimo dederunt consensum, alij renuerunt. Denique de isto quæsito aliter habent respondere, dicentes angelos fuisse creatos in charitate & gratia, & hi qui tenent oppositū, ut patebit. Alioqui demum imaginantur, inter creationem angelorum & lapsum plures morulas incidisse, in quibus paulatim ad grauiora prolapsi sunt crimina, ut paulo post (referabo.

PROPOSITIO LXXI.

AN angeli in solis naturalibus fuerint conditi, an potius in supernaturalibus gratię donis & charitate, difficile ualde est certitudinaliter scire ac diffinire.] Quod est, quia hæc quæstio est de facto, quod ex sola creatoris uoluntate dependet, nec ex scripturis canonicis de hoc habetur certa doctrina, aut clara responsio: Hinc super hoc diuersi sunt diuersimode opinati, quibusdā sanctorum auctoritatibus innitentes:

Pri.opinio. & quidam dixerunt, quod in gratia gratum faciente creati sint, dicente super Genesim Augustino, quod deus fuit in angelis simul condens gratiam, ac largiēs gratiā: Itemque: Bonam uoluntatem quis fecit in angelis, nisi qui eos fecit cum sua bona uoluntate, id est casto amore? Alij

II.opinio. tenent oppositum, cum idem denuo fassus sit Augustinus: Natura angelica primo informiter est creata. Porro dicentes quod in charitate & gratia sint producti, concedunt quod primus actus eorum meritorius fuit uitæ beatæ, puta ex charitate procedens & gratia: Quibus obijci

Obiectio. tur: quia sic nullus eorum peccasset, & omnes protinus beatitudinē accepissent pro præmio, præsertim quia (ut etiam isti fatentur) angeli beatitudinē sunt sortiti immediate post primā suam conuersionē ad deum per charitatem: nempe ad quod se primo conuerterūt, ad id se totaliter & integre conuerterunt. Ad quod isti respondent, quod primo omnes se conuerterūt

Dilutio. ex charitate ad deum, & beatitudinē meruerunt: non tamen protinus omnes beati effecti sunt, quoniā quidā eorum mox apposuerunt obstaculum transgrediendo. Quod nō uidetur idonee dictū: quoniā deus influit unicuique secundū suā capacitatem, dignitatē & meritū. Si

Confutatio. ergo angeli reprobi actualiter meruissent felicitatē æternā, deus ut apparet, eis protinus in-

I. fluxisset salutē, sicut & alijs: non enim eodem instanti potuerunt mereri aut demereri: ergo si peccauerunt, post instans meritorię conuersionis peccauerunt, & ita in eis præmium non fuisset immediate sequutum meritoriā conuersionem. Pręterea si Lucifer se cōuertisset pri

II. mo ad creatorem ex charitate, habuisset utique intensissimā actualem delectationem ad ipsum, & tanto præ cæteris perfectiorem & ardentiorem, quanto illis in naturalibus atque gratuitis fuit perfectior: sicque præ omni creatura tunc perfectissimus extitisset: quomodo ergo protinus in instanti & immediate post tantam charitatis & gratiæ sublimitatem, ad tantæ impietatis batathrum corruisset? præsertim cum à distanti in distans non fiat motus aut transitus, nisi per medium, ut sanctus Dionysius protestatur, atque ut in Periarchon loquitur Origenes: Nullus eorum qui in perfecto extiterit gradu, simul ac subito dissipatur

III. ac perditur, sed paulatim & per partes potest euacuari. Interim constat quòd angeli per sola naturalia non potuerunt supernaturalem felicitatem promereri, nec deo esse accepti, nec sine ueste nuptiali, quæ charitas est, nuptias gloriæ introire: ergo si in gratia non fue-

Mat.22. runt creati, obtinuerunt meruerunque eam de congruo, quod in ipsis erat, agendo, ante meritoriam suam conuersionem ad deum: imo, ut quidam affirmant, habuerunt & fidem, cū

Hebr.11. fuerint uiatores: nec sine fide uiator queat deo placere, nec sola naturali ratione potuerunt cognoscere mysterium superbeatissimæ trinitatis.

PROPOSITIO LXXII.

ALiqui angelorum mox post suam creationē per superbiā corruerunt.] Quod est, quoniā cognoscendo se & omnē excellentiam eis desuper condonatā, nō retulerunt se ad creatorem cum humili recognitione & uera gratitudine: sed in seipsis complacentiam uanam habentes, proprium appetierunt honorem, malentes iuxta propriam uoluntatē uiuere & regnare, quam se deo ordinate subijcere, eiusque lege atque imperio moderari ac gubernari. Hinc proprie loquēdo eorum peccatū fuit ambitio, in quo continentur & cōprehenduntur auersio mentis eorum à deo, cōplacentia uana in se, negligentia debitæ considerationis & relationis suipsorum numerumque suorum ad primum fontem munificentissimū deū. Deniq; ex sua elatione & uitiosissima ambitione cōsequenter ad inuidētiā sunt prolapsi: Nēpe ut moris est ambitiosorum, cōtra maiores murmurare, & illorum excellentiæ inuidere, ac illis aduersari, à quibus considerant ipsis posse resisti, seque optato primatu posse frustrari. Ita spiritus illi maligni à deo auersi, & ad suam honorificentiam excellentiamque

tiamq́ reflexi, proprio creatori inuiderunt quodãmodo, hoc est omnipotentiæ eius, ne eis obsisteret, eiusq́ honori ac gloriæ, ne ipse solus om̃ibus ad placitũ dominaretur, & ipsi obligarentur eius legibus regi ac coartari. Hinc priuatũ, usurpatũ inordinatissimũq́ uoluerũt assumere principatũ, impiã libertatẽ, tyrannicũ quoq́ imperiũ. Interim quamuis nonnulli doctores opinati sint, unũ quenq́ reproborũ angelorũ ex seipso sine alterius suggestione & instigatione suã concepisse superbiã, cõmunior tamen & uerior reputat doctrina dicentiũ, ꝙ unus & primus illorũ cõsideratione pulchritudinis ac eminẽtiæ suæ permotus, inductus & delectatus, primo nefandissimã ac prorsus intolerabilissimã concepit ambitionẽ & cupiẽs iuxta propriam uoluntatem cæteris uniuersis angelis dominari, præsidere, præcipere, sicut in naturalibus & forsan in gratuitis uidit se illis excellentiorem: Mox demum suam appetentiam alijs insinuauit, & ut sibi consentirent, seq́ sibi subijcerent, persuasit: quorum aliqui sibi mox adhæserunt, sub ipso & eius imperio se putantes maiorem habituros libertatẽ, q̃ sub dei dominio: hinc simul cũ suo principe corruerũt, ac eius sæuissimę dominationi iusto dei iudicio usq́ in præsens subiecti sunt. Vnde & angeli eius uocãtur, quẽadmodũ & Christus in euangelio reprobis se cõminatur dictũrũ: Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. In Apocal. etiã legitur: Draco pugnabit & angeli eius. Ex his elucescit ineffabilis enormitas peccati primi illius apostatæ, qui non solũ uniuersis angelicis spiritibus, sed toti etiã corporali creaturæ, totiq́ cupiebat mũdo præesse, & totũ uniuersum à superdignissimo creatore auertere. Deinde inuidit primo homini, & toti eius posteritati, quos pręuidit gloriã adepturos quã ipse amisit. Postremò sanctus Bernardus in sermonibus suis tangere id uidetur, ꝙ Lucifer specialiter inuidebat unigenito filio dei: quoniam filio appropriatur æqualitas patris, ad quã ille insipientissime anhelabat. Et rursus, ꝙ homini inuidebat: quia iam præuidebat humanã naturã assumẽdã à deo, à quo ipse potius cupiebat assumi: Circa quod multa possent inquiri, de quibus libro de Vniuerso magnã inducit digressionem Gulielmus. Postremo ex his probabilius esse uidetur, ꝙ Lucifer de supremo fuerit ordine angelorum, imò & primus in ordine illo, (& hoc sanctus Gregorius papa expresse determinat) & in cœlo empyreo fuerit factus: quanquam Damascenus libro secundo sensisse uidetur, ꝙ in cœlo aëreo sit creatus, & terrestri profuerit orbi, puta de angelorũ infimo choro existens. Augustinus autem super Genesim ista reliquit sub dubio. Sed determinatione sancti Gregorij æquum est consentire: Non enim uerisimile est, ꝙ impijssimus ille in tantam prorupisset superbiam, nisi se cæteris angelis uidisset præclariorem, qui ei quamuis sublimiori adhærendo, enormiter peccauerunt: quia in hoc rectum iustitiæ ordinem, ac debitam obedientiæ reliquerunt formam ac seriem: uelut si miles obediat militiæ principi contra regis edictum.

Luciferi psumptione cæteri apostatauerũt.

Matth. 25. Apocal. 12.

PROPOSITIO LXXIII.

Etiam in dæmonibus quædam manet prælatio & aliquis ordo.⌋ Quod est, quoniam ordo atq́ prælatio inter angelos partim & quasi inchoatiue ac materialiter est à natura, partim uero & completiue à gratia, quæ & in maioribus à natura maior creditur extitisse. Quamuis autem in dæmonibus non manserint nec sint charismata gratiarum, naturalia tamen in eis manserunt: & quantum ad hoc, ordo dignitatis specifice remanet in eisdem, ac quædam peruersa prælatio, quantum ad abusum multiplicem. Vnde qui ex natura & specie altiores consistunt, super inferiores quandam prælationem sortiti censentur. Deniq́ propositione iam patuit præcedenti, ꝙ angeli reprobi adhærendo ipsi Lucifero, suæ iniquitatis demerito subiecti sunt durissimo ac crudeli eius dominio: sicq́ & ipse inter angelos suos quasdam constituit prælationes, in quibus non est uerus ordo iustitiæ, sed falsa quædam similitudo: quemadmodum inter latrones eorumq́ principem. Itaq́ sicut primæ ad Corinthios tertio asserit glossa: Quandiu durat hic mundus, angeli angelis, homines hominibus, & dæmones dæmonibus præsunt: post diem uero iudicij, prælatio hæc dæmonum quantum ad exteriora cessabit.

PROPOSITIO LXXIIII.

Ordo ac prælatio in angelis sanctis cessabunt, cõpleto extremo iudicio q̃ ad exteriora obsequia, nõ aũt quantũ ad distinctionẽ perfectiõis in donis naturę & grãæ ac glorię.⌋ Quod est, qa cõpleto gñali iudicio, om̃ia erũt in beatis ad ultimã pfectionẽ redacta: & om̃is potẽtialitas erit in ipsis ad actũ reducta, nec amplius erunt in ipsis nouæ purgationes, illuminationes & perfectiões. Porrò dona, perfectiões & connexiones naturalium & gratuitorum, ac munerũ gloriæ in ipsis perpetue remanebunt,

 cum

1 Cor. 15. cum uetustissimo inuiolabiliq́; decore. Hinc patet qualiter intelligendum sit quod ad Corinthios scribit Apostolus: Christus euacuabit omnem principatum & potestatem.

PROPOSITIO LXXV.

ANgelorum sanctorum quidam perhibentur ministrantes, alii assistentes. Quod est, quoniam assistentes angeli appellantur qui sic diuini uultus contemplationi intenti sunt, sicq; incircunscriptibili supersanctissimi creatoris maiestati astãt & præsto sunt, atq; cum reuerendissima inclinatione, profundissima ammiratione, ac suauissima increatæ & infinitæ dulcedinis eius degustatione uacant & coassistunt, quod ad exteriora ministeria nunq̃ saltem regulariter loquendo mittuntur. Ministrant uero, qui sic beatissima deitatis uisione fruuntur, quod interdum ad exteriora quędã annuncianda, implenda aut exequenda mittuntur: certumq; est, quod ad superiores ordines spectet assistere, præsertim ad tres ordines summæ hierarchiæ, atq; ad dominationes: ministrare uero ad tres ordines infimę hierarchiæ, quorũ officia circa ecclesiasticam hierarchiam uersantur. Duo autem ordines inferiores mediæ hierarchiæ, uidelicet potestates & uirtutes, quasi medio modo se habent, ut ex præinductis elici potest: Nihilominus uerum est quod sanctus deprompsit Apostolus: Omnes administratorij spiritus sunt in ministeriũ missi, propter eos qui hęreditatem capiunt salutis. Superiores quippe mittuntur inuisibili missione ad angelos inferiores, quos illuminant, dirigunt, & eis quædã agenda committunt: Inferiores uero mittũtur ad operandũ aliquid forinsecus, circa corporeas inferioresq; creaturas. Itaq; quatuor sunt ordines angelorum assistentiũ, quinq; ministrantiũ: hinc in Daniele habetur: Milia miliũ ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei.

Hebr. 1.

Dan. 7.

PROPOSITIO LXXVI.

NVmerus angelorũ ineffabiliter magnus est & incomprehensibilis nobis in uita pręsenti. Quod est, quoniã principalis ratio creationis angelorũ est, ut in ipsis creatoris reluceat bonitas, repræsentetur maiestas, & ipsi maiestatẽ & gloriam eius conspiciant, admirentur, diligant, uereantur, collaudent: quod tantò excellentius sit, quantò maior est multitudo & numerositas beatissimorum illorũ angelicorum spirituum, inclytissimorum militum regis omnipotentis. Etenim si (ut Salomon dixit) in multitudine ministrorũ dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis: nonne regem gloriæ, principẽ dignitatis & excellentiæ infinitæ, decentissimum est in maximo illo empyreo cœli palatio inenarrabiliter copiosum habere exercitum angelorum ac ciuium supernorum? non tamen simpliciter infinitũ, quia in numero, pondere & mensura constituit uniuersa. Iccirco illud Iob: Nunquid est numerus militum eius per hyperbolen dictum, ad insinuandam inæstimabilẽ angelorum pluralitatem? Deniq; ut diuinus Dionysius loquitur: Quemadmodum cœlestia corpora excedunt quasi incomparabiliter in magnitudine corpora inferiora: sic angeli sancti in multitudine superãt numerum omnem inferiorum. Præterea uniuersi angeli custodijs hominum deputati, de infimo angelorum sunt choro: quo constat non pauciores in infimo angelorum ordine consistere angelos benedictos, q̃ iam in toto hoc mundo sunt homines, aut unq̃ fuerunt simul. Verum quis æstimare pręualeat, quot iam in mundo sint homines? At uero iuxta diuini & magni Dionysii documenta, quantò chori angelorum sunt altiores, tantò plures in se continent angelos uenerandos splendifluos: sicq; in ordine seraphim forsan in duplo sunt plures sacratissimæ mentes seraphicæ, q̃ angeli in ordine infimo. Hinc & sancta Brigitta in reuelationibus suis fatetur, quod numerus angelorum sanctorum intantum excedit multitudinem hominum uniuersorum, quod quamuis simul iam essent homines uniuersi qui unq̃ fuerunt, sunt & erunt, adhuc unicuiq; homini deputari possent ad minus decẽ angeli gloriosi, hoc est, quod adhuc in decuplo plures sint angeli beati q̃ homines cũcti.

8.

Prouer. 14.

Sap. 11.

Iob 25.

11.

Dionysius.

III.

IIII.

PROPOSITIO LXXVII.

POsitio illa dicentiũ, quod tot homines saluabũtur q̃t angeli stantes mãserunt, uidetur incerta. Quod est, quoniã si iam inducta de innumerosa angelorũ multitudine uera sunt, nequaq̃ tot homines sunt saluandi quot angeli perstiterunt. Attamẽ sanctus Gregorius dicit, quod æqualis sit numerus hominũ electorum & angelorum bonorum, probans hoc authoritate scripturæ Deuteronomij, quo habetur: Statuit terminos populorum iuxta numerũ angelorum dei: quocirca sciendum, quod Hebraica ueritas iuxta translationem Hieronymi habet sic: Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israël, quod ad literã exponitur de filijs Israel & populis in eorum circuitu demoratis, pro tempore introductionis Israëlitarum in terram promissionis sub Iosue. Vnde per Mosen ante iam dixerat:

8.

Gregorius.

Deut. 32.

A' de-

A deserto & Libano & fluuio magno Eufrate usq; ad riuũ Aegypti erunt termini uestri Deute.11.
Ipsi quoq; Iosue dominus iussit: Sorte eis diuides terrã: pluribus dabis maiorẽ, & paucioribus minorem. Probatio autẽ per scripturas nõ tenet, nisi ex sensu literali. Præterea quãuis iuxta præhabita angeli quinq; ordinũ inferiorũ mittantur, & angeli quatuor ordinũ superiorum assistant, nihilominus secundũ summi illius theologi d. Dionysii documẽta, plures sunt personæ angelicæ assistentes q̃ ministrãtes: quia, ut ait, quò chorus angelicus altior est, eo plures in eo sunt angeli. Etenim digniora in rebus magis intenta & multiplicata censentur, quod tamen non tenet in omnibus: cum & in militante ecclesia, quo prælati sunt dignitatis sublimioris, eo sunt numero pauciores. Hinc & positio illa Gregorij consonat Platonicorum doctrinis dicentiũ, q multiplicatio rerũ est per distantiam ac recessum à primo uno ac simplicissimo ente: sicq; perfectiora & superiora in rebus consisterent pauciora. Nihilominus dictis diuini & magni Dionysii reor magis consentiendũ, cum ab apostolo Paulo & apostolicis uiris fuerit super his informatus. Attamen positionẽ Gregorij multi magni doctores sequuntur, præsertim Gulielmus libro de Vniuerso: quoniam ut in Apocalypsi asseritur: Latera ciuitatis illius supernæ æqualia sunt. Cumq; ex angelis sanctis & electis hominibus construatur urbs illa cœlestis tanq̃ ex duobus parietibus, apparet q utriq; numero sint æquales. Consultissimum tamen opinor de his cæterisq; incertis cũ incauta assertione nil loqui.

Nume.33. Deute.1. Iosue 9. 11. Apoc.21.

PROPOSITIO LXXVIII.

IN angelis sanctis secundum theologos incomparabiliter maior est beatitudo, perfectio & gloria, q̃ in intelligentijs secundum philosophorum opiniones: non tamen uniformitas & immobilitas tanta in angelis est, ut in intelligentijs posuerũt philosophi. Quod est, philosophi in naturali lumine stantes, non ascripserunt substantiis separatis nisi naturalem felicitatem, naturales quoq; duntaxat uirtutes, & perfectiones nõ supernaturales, nec beatificam uisionem, qua deus superbeatissimus & immensus uidetur clarè per speciem, & immediate ac inreuelate in sua essentia. Peripatetici tamen dixerunt, substãtias separatas loco & operatione immobiles, & æternitate, id est æuo non successiuo mensurari. Theologi uero in lumine fidei ac gratiæ ambulantes, fatentur substantias illas supernaturalibus plurimis perfectionibus decorari, increataq; bonitate ac diuina infinita dulcedine in seipsa plene et contentatiue iugiter frui: et quantum ad hanc felicitatem, actionẽ et consistentiam, mensurãtur participata æternitate, utpote æuo, in quo non extat successio. Aliæ demum operationes circa obiecta creata, et quantum ad accidentalem eorũ beatitudinem ministeriumq; extremũ, conueniunt angelis: respectu quorũ tempore quodã discreto mensurari dicuntur, & successio aliqua, quamuis non temporalis continentia, ponitur in eisdem. Mittuntur nanq; & mouentur de cœlo in terram & de loco ad locum: q̃uis non sic successiue ut corpora, nisi forsan per accidẽs in assumptis corporibus. Aliqua quoq; de nouo circa prædicta intelligũt, & quantũ ad accidentale præmiũ crescũt atq; proficiũt usq; in diem iudicij.

PROPOSITIO LXXIX.

MVltiplex cognitio inest & conuenit angelis sanctis. Quod est, quia ut in Elementatione philosophica patuit, angelis concreatæ sunt scientiæ & uirtutes, & ab exordio suæ creationis impletæ fuerunt intelligibilibus formis exemplatis & deriuatis ab idealibus formis mentis diuinæ, per quas ordinẽ intelligunt uniuersi & particularia, atq; seinuicẽ ac suos effectus in inferioribus, quantũ ad ipsorũ spectat naturã & perfectioni congruit eorundẽ: per propriã quoq; essentiã & uirtutẽ causalẽ multa cognoscũt, imò et deũ secundũ q in suis relucet ac uidet effectibus. Interea de scientia angelorũ, quã ante conuersionẽ suã ad deũ & supernaturalẽ beatificationẽ habebant, opiniones sunt uariæ: quibusdã dicentibus, q non nisi naturalẽ habebant scientiã talijs, q & aliam multiplicem supernaturalem habuerunt notitiam, supersanctissimæ uidelicet trinitatis, incarnationisq; uerbi æterni: non tamen angeli reprobi suã præuiderunt ruinam. In conuersione autẽ ad deũ data est angelis electis beatifica uisio deitatis, & clara per speciẽ cognitio superdeliciosissimæ trinitatis. Cognitio quoq; rerũ creatarũ in deo, qua diuinam intuendo essentiã, conspiciunt in eadẽ de creaturis tantũ quantũ ad eorũ statũ, felicitatẽ, habitudinẽ perfectionemq; pertinet: ideo sciunt à quibus diligantur, inuocent, colant, & quicquid ad eorũ honorificentiã exhibet: Itaq; easdẽ res sciunt in uerbo & in diuina essentia, secundũ q illa est exẽplar, idea & ratio rerũ, speculũq; uolũtariũ, in q̃ uniuersa relucẽt: nõ q cũcta & singula in ipso resplẽdẽtia ab uniuersis beatis in ipso cernũt: qa ostẽdit se illis secũdũ q uult, & quãtũ uult, & qualiter uult, atq; secundũ dignitatẽ, capacitatẽ, dispositionẽ meritũq; illorũ.

Propõe 71.

Vide B. Tho. 1 par. q. 54. deinceps. Et Capreo. 2. sen. dist. 3. q. 2. de cognitione angelorum.

Hinc

Cognitio angelorum duplex. Gen.1. Hinc in angelis esse perhibetur duplex cognitio, puta matutina & uespertina: quæ distinctio ex uerbis sumitur Augustini, qui sex dies quibus deus describit produxisse hunc mundum, exponit de uno intelligibili spiritaliq; die, puta angelica cognitiõe, sex generibus rerum distincta: sicq; cognitio angelorum qua ipsas res uiderunt in deo ut sic, uocatur matutina: quoniam esse rerum ideale & primordiale in deo, præcessit esse earum in propriis suis naturis, & prius ac clarius est eodem, quemadmodum mane prius est uespera: cognitio autem qua noscunt res prout in seipsis subsistunt, & in suis naturis dicitur uespertina: quia ut sic, mitius clara est & sequitur illam, sicut effectus causam. Veruntamen angeli sancti uidẽt etiã in uerbo æterno creata, prout in seipsis subsistunt, & item per species concreatas. Nam idem cognosci potest per media plura: puta eadem conclusio per argumentum demõstratiuum & topicum: tunc tamen fertur esse alia & alia cognitio. Postremo cognitionem hãc angelorum aliqui asserunt triplicẽ esse, scilicet matutinã & uespertinã, ut dictum est, & meridianam qua deum conspiciunt in seipso, quæ instar meridiei uere ardentissima est atq; clarissima: & hæc cum cognitione matutina coincidere potest, cum eadem possit esse cognitio beatorum qua deum per suam essentiam uidẽt, & alia in ipso. Patet demum ex introductis, φ in angelis premium non precessit meritum, sed econtrario.

Cognitio triplex quorũdã opinione.

PROPOSITIO LXXX.

DE quolibet ordine angelorum aliqui corruisse creduntur: ueruntamen multo plures stantes manserunt. Quod est, quia ut patuit, primus cadentium de supremo extitit choro supernorum spirituum, cuius suggestiõi de singulis choris aliqui consenserunt, & secum ruerunt. Vnde & dæmones seu angeli lapsi, nominibus angelicorũ ordinũ designantur, dicente Apostolo: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Deniq; de primo illo apostata deprompsit Ezechiel: Tu cherub extentus & protegẽs, repleta sunt interiora tua iniquitate: & eieci te de monte sancto dei: qui quamuis de ordine seraphim fuerit, tamen cherub non seraphim appellatur: quoniam à diuini amoris ardore recedens, ex eminentia suę sciẽtię occasionem sumpsit elationis: Cherub quippe plenitudo scientię interpretatur. Idem probatur ex hoc quod 4. Regũ 6. Elizeus suo dixit ministro de angelis bonis: Plures nobiscum sunt q̃ cum illis. In angelis quoq; non fuit tantum incẽtiuum peccandi ut in hominibus, sed sapientia multo præclarior, & nulla carnis fragilitas fomitis ue corruptio: Iccirco non peccauerunt tam multi ut homines, imò in eis uerificatur quod dicitur: malum est ut in paucioribus, cum sit contra inclinationẽ naturæ: In hominibus uero ob nimiam pronitatem in malum & fomitis corruptionem, ac carnis fragilitatem, & intellectiuæ partis debilitatem, uerificatur quod ait Philosophus: Bonum est in paucioribus, malum in pluribus. Imò & quod ait scriptura: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Præterea ut in Euangelio loquitur Christus: Mulier per quam æterna sapientia designatur, habet drachmas decem, & unam amisit. Vnde elicitur φ unus angelorum ceciderit ordo: non φ de solo uno choro prolapsi sint, aut unquam decem fuerint ordines angelorum, sed φ tam multi ruerũt, ut unus chorus ex eis possit constare. Nec obstat φ in Apocalypsi asseritur draco tertiam partẽ stellarum traxisse post se in terram: quoniam ibi põnitur numerus determinatus pro indeterminato, ad insinuandum φ ualde multos deiecit. Cumq; tam innumerabiliter multi sint dęmones, ita ut comparentur multitudini atomorum quæ mouentur in aëre, constat q̃ inæstimabiliter multi sint angeli sancti.

Ephe.6. Ezech.28. Psal 13. Luc.15. Anthypophora Apoc.12.

PROPOSITIO LXXXI.

HOmines electi & sancti ad angelorum ordines uarios post uitam hanc assumuntur, iuxta diuersitatem & congruentiam meritorum suorum. Quod est, quoniam supernaturalis felicitas ad quam angeli & homines sunt creati, non confertur eis iuxta specificam dignitatem, sed secundum meritorum diuersitatem & gradum. Vnde dixit Saluator: In domo patris mei mansiones multæ sunt (hoc est) uarij gradus pręmiorum, secundum diuersitatem & exigentiam meritorum. Porrò angeli suam beatitudinem meruerunt una charitatiua conuersione ad creatorem. Cumq; possibile sit uiatores in huius calamitate exilij ad totam charitatem tanq̃ charitatiuam ad deũ conuersionem pertingere, saltem paulatim & successiue, quantam angeli ante suam beatificationẽ habebant: constat φ ipsis parificari queãt in gloria, imò & multis eorum præferri: q̃uis probabile sit, φ nemo omnibus illis præemineat, præter Christũ & eius dignissimã genitricẽ: Iccirco in Euãgelio ueritas protestatur, φ qui illi regno digni habebuntur, erũt sicut angeli dei. Deniq; istud ualde ratio-

Ioan.14. Matth.22.

rationabile est, cum innumerabiles homines boni pro illa felicitate tot annis, tantis tēporibus tam indefesse laborauerint, tam dura & immanissima tormenta perpessi sint, tam strennue contra animarū suarū inuisibiles hostes, imò & contra propriā uoluntatē & infectissimā carnē, immūdissimū quoq; ac deceptoriū mundū sint præliati: tot gemitus atq; suspiria, tot orationes & lachrymas feruētissimosq; affectus emiserint & obtulerint deo, ac eū tam syncerissime semper dilexerint, & pro eius honore ac honoratione ab aliis tam constanter fideliterq; conati sint, q̄ felicitatē angeli tam celeriter q̄ faciliter sunt adepti. Nec obstat uilitas & defectuositas conditionis humanæ: imò quò decliuior itemq; fragilior est natura, eo cōmendabilius & gloriosius ei est tam strennue, uirtuose, spiritualiter, diuturne, laboriose & prōpte, uictoriose ac feruide peregisse. Itaq; sicut de singulis angelorū ordinibus aliqui corruerunt, ita ad singulos eorundē aliqui homines sufficienter purgati eleuantur: prout etiā sanctus Gregorius in homilia de angelis euidēter affirmat, particulariterq; prosequitur & declarat. Sanctus quoq; Ambrosius super psalm̄. Beati immaculati: Vnde & B. Augustinus 12. de Ciuitate dei disseruit, q̄ in regno cœlesti una erit societas, et una ecclesia electorū, angelorū et hominū. Decepti sunt ergo, qui uel solas uirgines, aut solos perfectos ad angelorū æqualitatem perduci dixerunt. Propterea quoq; caute sumendum est quod in sermone de Assumptiōe gloriosissimę uirginis scripsit beatus Hieronymus: Quāuis sanctis hominibus similitudo angelicæ felicitatis promittitur, ueritas denegatur: quod satis obscure prolatū censetur. Postremo ex his quidam eliciūt, q̄ infantuli ab originali peccato purgati, qui nullum proprium meritum habuerunt, constituunt decimum chorū beatorū in triumphanti ecclesia: in cuius signum describitur mulier decem drachmas habuisse: ad quem etiam chorum pertinere creduntur naturaliter atq; totaliter stolidi ab originali mundati, qui nunq̄ personaliter meruerunt nec demeruerunt.

Gregorius. Ambrosius. Augustinus.

Corollariū primum.

Corollariū secundum.

Opinio quorūdam.

Luc. 15.

PROPOSITIO LXXXII.

INter angelos bonos et malos continua et proprie dicta pugna consistit: sed inter angelos bonos pugna non est proprie, sed metaphorice nūcupata. ⌋ Quod est, quoniam angeli boni et angeli mali sibiinuicem aduersantur: cum angeli boni satagant homines adiuuare, defendere et saluare, eosq; custodiant: Angeli uero praui ad oppositū studēt: nec tamen ex his ullus labor aut dolor accrescit angelis iam beatis. Hinc in Apocalypsi habetur: Factum est prælium in cœlo: Michaël & angeli eius præliabātur cum dracone. Porrò inter angelos sanctos, qui & angeli pacis uocātur, perpetua inuiolabilisq; cōsistit concordia, iuxta illud: Potestas & terror apud deum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Veruntamen inter ipsos pugna metaphorice sumpta existere fertur, dū unusquisq; pro bono eorum qui sibi commissi sunt, aduocat & patrocinatur. Interim quod Gabriel archangelus loquitur Danieli: Princeps regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus: exponit Hieronymus de angelo malo Persis ad exercitiū dato, qui restitit Gabrieli, populum Israëliticum ad uitia incitando, sicq; eius liberationem impediendo, pro qua Daniel tunc orauit: cuius preces Gabriel obtulit deo. Gregorius autem exponit hoc de angelo sancto Persarum custode, qui restitit Gabrieli tam diu, non per mentis dissensum & animi contrarietatem, cum omnes angeli sancti diuinæ sint uoluntati plenarie cōformati: sed inquantum causam populi sibi commissi persequebatur, & rationes allegauit pro eo quas ad diuinum referebat iudicium, & eius præstolabatur sententiam: Gabriel uero pro plebe Iudæorum sategit. At uero angeli tenebrarum quamuis in malis concordent, interdum tamen ex mera malitia contra seinuicē resurgere & pugnare leguntur, & quidā eorū à principe suo flagellati narrantur, quia non satis multa mala patrarint.

Apoc. 14.

Iob 25.

Dani. 10.

Hieronymus.

Gregorius.

PROPOSITIO LXXXIII.

ESse in loco diuersis diuersimode attribuitur: deo uidelicet transcendenter & incircūscriptibiliter: angelis, diffinitiue: corporalibus rebus, commēsuratiue: supremo cœlo, per partes suas. ⌋ Quod est, quoniā infinitus & superbeatissimus deus nullo circunscribitur loco, nulliq; deest loco: sed ubi eminentius operatur, euidentius se ostendit, præclariusq; refulget ac repræsentatur, ibi specialius esse & habitare asseritur. Porrò angeli & animæ separatæ in loco proprie non sunt, imò ut fatetur Boëthius, propositio apud sapientes nota per se est, q̄ incorporalia non sunt in loco: quod de existēdo in loco per commensurationem ad locum est intelligendum: nil quippe loco commensuratur & cōfiguratur nisi corporeū & quantū superficiē habēs. Verū substantiæ separatę cēsentur eē in loco

Deus in loco.

Angelus in loco.

loco diffinitiue: quia sic in uno sunt loco quod non in alio, pro eodē momento. Mittunt quoque de loco uno ad aliū, & ratione operationis suæ feruntur in loco consistere, atque in cœlo empyreo per congruentiā specialē, sicut præhabitū est. Ratione autē suæ incorporalis consistentiæ & immaterialis naturæ, non uidentur habitudinē aut determinationē habere ad locum: non quod eorum essentia non sit in se & in sua perfectione specifica terminata, sed quod nec in essendo nec in permanendo, neque in agendo actione immanente sibi naturali ac propria ad corpora ulla aut corporalē locū dependeāt: non igitur sunt ubique nec simul in pluribus locis, nec in loco punctali esse cōpetit eis: nec enim sunt magnæ quātitatis aut paruæ, sed prorsus in sua essentia inextensi: attamen quantitatis sunt uirtualis, & in ea unus est alio maior: atque per applicationē suæ uirtutis & operationis ad corporalia, in loco dicuntur esse maiori aut minori. Hæc est antiquorum doctorum doctrina, quibus obuiare uidetur articulus Parisiensis sub domino Stephano Parisiensi antistite condemnatus, quo dicitur substantiam intellectualē separatam, ut angelū aut intelligentiam, non esse in loco, nisi per operationē suā, error. Alius quoque articulus huic consimilis fuit ibi cōdemnatus. Hinc Henricus qui reprobationi articulorum illorum interfuit: Petrus etiā de Tharētasia, atque Richardus de Mediauilla, & alij quidā qui postea extiterunt, & Parisienses doctores fuerunt, simpliciter acquiescunt determinationi præsulis & uniuersitatis Parisieñ. concedendo angelū esse in loco & in uniuerso corporeo, etiam per suā substātiam, dato quod circa corporalia nil operetur: quod cum sit difficile capere, aliqui absolute respondent & tenēt sicut iam iuxta antiquos expressum est, adijcientes, quod excommunicatio pontificis se extra prouinciam non extendit .i. extra territorium iurisdictionis episcopi. De his super secundū ex doctoribus diffuse tractatum est. Postremo reipsa certum & planum est, infra cœlum empyreū omnia uisibilia & inuisibilia contineri: sed quæstio est, quid naturæ substantiæ immaterialis conueniat, ad quod & hic & in Elementatione philosophica est introducta responsio. Vniuersi demum doctores Græcorum sancti, qui angelos ante mundū sensibilē putabāt creatos, dixerūt, sicut iuxta antiquos modo expressum est.

Hi articuli quo ad doctrinā B. Thomæ reuocati sunt.

Capreolus 2. sen. dist. 2. q. 1.

PROPOSITIO LXXXIIII.

Anima rationalis ab eodem est effectiuo immediate creata principio à quo & angelus, & ad eundem finem supernaturalem desuper ordinata. Quod est, quia creare est proprium summo omnipotentique deo, cum sit actus infinitæ potentiæ, quæ sola potest de nihilo facere, quia non esse distat ab esse in infinitum. Quocirca inueniuntur errasse multi philosophi, quorum nōnulli putabant nil posse creari, nec aliquā causam posse creare, imò omne quod producitur dixerūt produci ex aliquo materiali principio: quod quamuis uerificetur de his quæ naturali seu physica fiunt productione & successiua mutatione, simpliciter tamen loquendo ueritatē non habet: quoniā omne imperfectum potentiale, materiale, corruptibile & mortale, imò & ipsam materiam necesse est profluxisse ab ente primo, actu puro inuariabilique agente, ut ante ostensum est: quod posteriores doctiores & meliores intelligentes philosophi, fassi sunt omnia quæ citra deū sunt, emanasse à deo, & hoc mediate aut immediate: incorruptibilia quoque creata corporea, simplici emanatione prodijsse à causa prima. Porrò in explanando modū emanationis rerum per participationem ab ente per essentiā, multipliciter errauerunt: siquidē quidā illorum causis creatis ac secundis, præsertim intelligentijs, uirtutem & actū creādi attribuerunt, dicentes unā intelligentiā creatā ab alia, & animas rationales ab intelligentia ultima, ut supra in ista editione, & ante in Elementatione philosophica est relatum ac improbatū. Iccirco catholice atque secundū uerā philosophiā tenendū est, quod uniuersæ animæ rationales à uero deo immediate creatæ sunt, creantur aut creabuntur: nec simul sunt cōditæ, & stellis comparibus positæ, sed successiue, id est una post aliā, & sigillatim corporibus earū sufficienter dispositis: quorū si aliqua in eodē sint instanti plene ad animarū susceptionē disposita, in eodem instāti animæ eorundem creantur & infunduntur, quemadmodū Augustinus testatur: Anima creando infunditur, & infundendo creatur: quia eodem instanti quo creatur, corpori suo infunditur. Præterea sicut prætactum est & plenius ostendetur, ad eundem finem supernaturalem, beatitudinem æternalem, beatificam dei claram & facialem uisionem, angelus & anima ab adorando creatore sunt ordinati & conditi.

1. phys. tex. cō. 33.

Vide Paulum de Sōci. 12 metaphy. q. 15.

Auicennæ opinio.

Augustinus.

PROPOSITIO LXXXV.

Rationalis anima in ratione formæ & donis naturæ angelo extat inferior: in ratiōe autem finis & donis gratiæ ac gloriæ, angelo est æqualis. Quod est, quoniam anima rationalis est inferioris gradus, & speciei ac ordinis quàm angelus,

naturaliter

naturaliter quoq; unibilis corpori, ut forma specifica pars'q; cōpositi, quatenus in corpore per ministeriū sensuū perficiatur scientijs, & adipiscatur uirtutes: Angelus uero multo altioris est speciei, nec indigens corpore ut dictū est plenius. Veruntamen quoniā ad beatitudinē ordinantur eandē quā sine gratiarū charismatibus adipisci nunq̄ quiuerunt, recte dicuntur in ratione finis & supernaturalibus gratiæ ac gloriæ muneribus pares. Nā etsi plurimi angeli sint in his animabus multis eminentiores, multæ etiā animæ sanctę pluribus angelorū agminibus in his superiores consistūt, quæ usq; ad supremę cœlestis hierarchię choros conscendunt, imò absolute loquendo, duę prędilectissimę animę, ut anima Christi & anima gloriosissimę uirginis, uniuersis angelicis spiritib⁹ prælatę sunt plurimū: imò anima Christi incōparabiliter. Quę beatissimę animę cunctos purgant, illuminăt, atq; perficiunt angelos benedictos: quia à deo copiosius de diuinis illustrant mysterijs: de quorū nonnullis ipsa itidē felicissima uirgo ab unigenito suo etiā secundū filij sui assumptā humanitatē, exuberanter illustratur. Postremo ex hac distinctione refulget, qualiter uerificetur quod Augustinus allegat & approbat, magnū illū Platonicū Plotinū asseruisse, animā rationalem non habere super se nisi diuinam & increatam naturam. Propōe 64.

PROPOSITIO LXXXVI.

DE ANIMA RATIONALI.

DE origine & finali institutione animæ rationalis multo aliter docet scriptura, q̄ philosophorū phalanx. Quod est, quoniā tam Platonici q̄ Peripatetici philosophati sunt, ab ęterno fuisse animā rationalē: Platonici autē uniuersas animas rationales dixerunt simul cū intelligentiis ab ęterno creatas, atq; in stellis animarū numero paribus collocatas: opportunis quoq; tēporibus sigillatim uniri corporibus. Peripatetici uero dixerunt in uno eodem'q; actū non pręcedere potentiā, nec formā substantialē suam materiā: ideo'q; animas rationales produci de nouo, dum suis uniuntur & infunduntur corporibus: Attamen quoniam mundū putabăt ab ęterno fuisse, posuerunt hominum generationē, ac animas ęternaliter extitisse. Porrò quid de animarū immortalitate ac naturali earū beatitudine, quā solam nouerunt, senserint, in Elementatione philosophica est expressum. At theologica ueritas animam rationalē protestatur nequaq̄ ab ęterno fuisse, sed de nouo creatam, infra aut post tēporale mūdi exordium: sic'q; primo corpori humano infusam: quod corpus non fuit motu cœlestiū corporū ex semine humano successiue modo naturali nunc consueto formatū, complexionatū, organizatum, sed omnipotentis dei uirtute repente, perfecte supernaturaliter'q; ex limo terræ paratum, cui tunc protinus anima à deo immediate creata unita est & infusa. Deinde ex costa & latere primi illius hominis facti in sexu, statura atq; ætate uirili, formatū est corpus primæ mulieris, uiro illi matrimonialiter sociatæ, ad propagandū genus humanū, tā propter complendū ordinē uniuersi, q̄ ad reparandū in cœlo empyreo ruinā creaturæ angelicæ, & ad obtinendū finaliter post huius uitæ decursum in cœlo empyreo felicitatē plenariā carnis & animæ. Interim hæc doctrina nequaq̄ naturali ratione inuenta est neq; innotuit, aut conficta est, sed diuinitus reuelata, & supernaturaliter tradita, ut infra pandetur. Gene. 1.

PROPOSITIO LXXXVII.

SIcut de primordiali animæ rationalis institutione ac fine, ita de totius mundi productione, duratione & consummatione, diuersimode docuerunt philosophi ac sancti theologi. Quod est, quia ut in Elementatione philosophica est ostēsum, philosophi mundū opinati sunt ab æterno fuisse, attamen esse increatū: quemadmodū, si sol æternaliter extitisset, splēdor seu radius eius ab æterno fuisset, nihilominus profluxisset & productus esset à sole. Asserunt quoq;, nō solū corpora cœlestia & elemēta, sed etiā generationes mixtorū, & corruptibilia eorū indiuidua sine fine durare eadē specie. Porrò secundū fidē & scripturas totus mūdus de nouo creatus est, & cōputat certū tēpus q̄ fuit, generatio q̄q; & corruptio, uniuersa'q; mixta secundū se tota, hoc est secundū formā & materiā corruptibilia destruent. Insuper sicut prætactū est, docet scriptura, corpora cœlestia & elemēta, ac prima mixtorū indiuidua per interualla sex dierū facta, distincta, ornata, & hominē sexto die: quæ tn̄ scriptura tripliciter potest (ut tactū est) explanari. Mundū demū sensibilē docet scriptura peracto extremo generali iudicio innouandū, maiori uidelicet claritudine uenustandū, ut infra cōpletius deducetur. Deniq; quāuis doctrina hæc fidei uisa sit philosophis irridenda intantū, q̄ beatissimo Paulo eā Atheniensibus prędicāte, irridentes loquuti sint: Nouorū dæmoniorū uidet esse annuntiator. Itē'q;: quid uult seminiuerbius hic dicere? Gene. 1. Act. 17.

i. Attamen documenta philosophorũ maiores difficultates, contradictiones, imo & absurditates sequuntur, q̃ hanc sacræ scripturæ doctrinã: Aristotelis nanq; doctrinã ineuitabiliter sequit, aut animas hominũ corruptibiles esse, aut eas nunc separatas esse numero infinitas: infinitas quoq; reuolutiones cœlestiũ motionũ iam præterisse: cũ tamen, teste ipso philosopho, infinitũ nequeat pertransiri. Nec Aristoteles ipse posset confingere, qualiter hominẽ naturaliter oporteat ex semine generari, ipsumq; semen ex homine descendi, & quid horũ sit prius: Etenim necessario sequi uidetur, ꝙ homo prior sit semine, & non nisi unus: aut ꝙ plures homines sint simul immediate à deo creati, & ita in uniuersitate generis humani sit dare hominẽ primũ, autẽ prima indiuidua: Vbi autẽ primũ & ultimũ, non potest esse nume
ii. ro infinitũ. Hinc ait Henricus 9. Quodlibeto secundũ intentionẽ philosophi: In infinitũ generatus est homo ex homine: nec aliquis fuit homo qui nõ sit generatus ex homine se priore: & hoc infinities in tẽpore infinito, ita ꝙ omnes opiniones, leges, religiones, sectæ, doctrinæ, hæreses quæ nunc sunt, infinities præcesserunt, & infinities erunt: quoniã infinities iterantur: & ita de aliarũ indiuiduis specierũ. Et quãuis ista fuit ipsius opinio, nihilominus tenuit, ꝙ naturaliter atq; simpliciter homo prior sit semine, ita ꝙ semen essentialiter potius procedit ex homine q̃ econtrario. Etenim 2. Metaphysicæ reprehendẽdo dicentes, ꝙ principia rerũ non sunt bonũ & nobile, quia principia sunt imperfecta, ut semina rerũ: bonũ uero & nobile seu perfectũ, sunt in generatis ex illis quę generata perfecta sunt entia: contra quos non est, inquit, uerũ quod æstimant: quoniã imperfecta, ut semina non sunt absolute principia perfectorũ, sed ecõtrario: sicq; naturali ordine oportuit hominẽ esse ante sperma, non illũ hominẽ qui generatur ex spermate, sed aliũ ex quo sperma. Itaq; hoc loco ipsa ueritate coactus euidenter testatus est, ꝙ secundũ ueritatẽ naturãq; rei simpliciter ac naturaliter homo prius factus sit semine: & ita necesse est ponere hominẽ aliquẽ à deo immediate
iii. productũ, aut unũ, aut plures, & ita de alijs primis suppositis. Hinc rursus 9. Metaphysicæ fassus est, ꝙ quãuis in eodẽ potentia actũ præcedat, sicut in hoc ouo potentia pręcedit actũ gallinę generatę ex ouo: simpliciter tamen & in diuersis, actus pręcedit potentiam: nec hoc procedit in infinitũ, sicut nec in subordinatis: imo stare oportet in gallina non habente esse ex ouo, sed om̃e ouũ pręcedit & omnẽ gallinã generatã ex ouo: sic quoq; de homine, equo, leone, & consimilibus est dicendũ. Veruntamẽ Aristoteles istud non concessisset: unde quidam concludunt, ꝙ uel non sensit mundũ ab æterno fuisse, uel ꝙ sibi ipsi contrarius fuit: siquidẽ 3. Physicorũ: Impossibile, ait, est infinita esse pertransita, ergo non pręcesserũt hũc diẽ
iiii. hodiernãq; reuolutionẽ, dies & reuolutiones infiniti. Rursus disseruit, ꝙ unũ infinitũ nõ est alio maius: & item, ꝙ infinito fieri nequit additio: & denuo, ꝙ pars maior est suo toto: quę omnia falsa consisterent, si mundus æternaliter extitisset, cũ præteritis reuolutiõibus & diebus quotidie quędã addant: totq; fuissent reuolutiones primi mobilis, cui dũtaxat inest & conuenit motus unus, quot firmamẽti aut lunæ: alioqui infinito additio fieret, & tot essent
v. reuolutiões eius, cui conuenit solũ una in specie, quot eius cui duæ seu plures. Amplius, Aristoteles non concessit multitudinẽ actu infinitã, intellectualẽ etiã animã perhibuit immortalẽ: aut ergo animas ratiõales sensit iam separatas numero infinitas, aut omnes corruptas. De his super secundũ Sententiarũ dictũ est plenius. Opinionẽ ergo Aristotelis sequuntur multæ difficultates & intricationes: hinc aliqui magni doctores scripserũt, ꝙ repugnet naturæ aut rationi creaturæ, ab æterno fuisse: & efficaciter possit ostendi, ꝙ uniuersum à deo de nouo creatũ sit: alij tamen oppositũ sentiunt: quidã uero imaginant, ꝙ in successiuis non in permansiuis opinio illa sit impossibilis. Postremo in hoc omnes concordãt, ꝙ mundũ incepisse ita de nouo (ut docet scriptura) puta infra tẽpus in ea expressum, sola fide seruet.

PROPOSITIO LXXXVIII.

DE CONDITIONE HOMINIS.

Gene. 1. & 2. PRimos generis humani parentes condidit deus, non solum in naturalibus, sed et in gratuitis donis. Quod est, quia (ut in Genesi recitatur) hominem primum extra paradisum plasmauit, & protinus in paradisum transtulit illum, adduxitq; coram eo animalia cuncta, quibus ipse cõuenientia illorum naturis imposuit nomina: quo probatur, ꝙ naturalium sciẽtiam sibi habuit concreatam. De ruina quoq; naturæ angelicæ, & modo colendi deum, ac causa finali suæ creationis fuit instructus excellentiori modo quàm coniunx ipsius. Insuper (sicut testatur
Eccle. 7. scriptura) deus fecit hominem ab initio rectum: quoniã originalem iustitiã cõcreauit ambobus,

bobus, per quā corpus animę fuit subiectū, & sensitiua pars ratiōi, ac ratio deo, ita φ si mens māsisset obediēs, nulla rebellio aut inordinata motio potuisset consurgere aut oriri in carne sensitiuaq; parte: hinc de sua nuditate non erubescebant. Vnde in Ecclesiastico legitur: Deus de terra creauit hominē, & secundū imaginē suā fecit illū: posuit timorē illius super omnē creaturā: creauit ei scientiā spiritus: sensu impleuit corda illorū: addidit illis disciplinam spiritus, & lege uitæ hæreditauit illos. Deniq; paradisus terrestris cū sit amœnissimus, pulcherrimus & tēperatissimus locus, in quo nec tēpestates, nec pluuiæ generātur, nec meteorologicæ fiunt impressiones, ualde cōpetebat proportionatusq; fuit primis parentibus & habitationi eorū: quia in magno conditi erant mentis & interiorū tranquillitate, & tēperatissima corporis cōplexione, ac quadā immortalitate, qua potuerunt non mori, si uidelicet non peccarent. Sic quippe fuerant instituti, ut in eis malū pœnæ non præcederet malitiā culpæ: quia non decuit rationali creaturæ tā sublimiter & supernaturaliter institutæ infligi pœnā anteq̃ incideret culpā: cum pœna sit effectus, merces & ultio culpæ in huiusmodi creatura. Attamen concreatio originalis iustitiæ, translatio in paradisum, mansio tā tranquilla, immortalitas quoq; iam tacta, erant supernaturalia dona: unde & propter trāsgressionē primorū parentū sublata sunt eis: naturalia uero quamuis per culpā aliquo modo lædantur & indisponantur, non tamen omnino tolluntur, cum & in dæmonibus māserint integra, ut quarto capitulo de diuinis nominibus magnus Dionysius contestatur. Eccli 17 / Dionysius.

PROPOSITIO LXXXIX.

Sicut de angelis, ita de primis parētibus diuersa habetur opinio, an in gratia gratūfaciente & charitate sint conditi. Quod est, quia de angelis opinati sunt quidā magni doctores, φ in naturalibus sint facti, non in supernaturalibus donis gratiæ gratumfacientis, atq; angeli prædestinati ea saltē de congruo promeruerunt ac susceperunt ante meritoriā suā ad deū conuersionē: ita hi ipsi doctores, ac alij quidam de primis scripserunt parentibus: Alij uero doctores non minores, testati sunt de utrisq;, φ in charitate, & fide ac gratia sint plasmati: nec de his uidetur sine reuelatione certitudo posse haberi, nisi quantū ex scripturis docetur. Veruntamē quicquid dicatur de angelis, de homine protoplasto, certius reor ac uerius, φ in gratia gratūfaciente formatus sit, quē teste præallegata scriptura, deus fecit ab initio rectū, id est iustū, quod non solet scriptura nisi de uirtuoso, charitatē, fidē gratiāq; habente, asserere: præsertim cum iustus ex fide uiuat, secundū scripturam. De utroq; etiā primo parente communis & cōcors doctrina est, φ in originali sint facti iustitia. Nihilominus diuersificant circa hoc ipsum dicentes, φ duplex est iustitia, quæ primo homini potuit conuenire ac tribui: una originalis, consistēs in debito ordine carnis sub anima inferiorūq; uiriū, sub ratione, rationis quoq; sub creatore. Hæc iustitia ordinauit & rectificauit humanā naturā ex diuina institutione & donatione in ipsius naturæ primordio, ad perficiendū naturæ participes: ideo primus homo si non peccasset, iustitiā istam in posteros transfudisset, non efficienter, sed per modū dispositiuæ ac meritoriæ causæ: quia cū transfusione naturæ iustitia ista simul collata & infusa fuisset à deo, in ipsius animæ creatione & unione cū corpore. Porrò alia est iustitia gratuita seu gratifica, charitati unita, quæ meritorios elicit actus, in qua hi qui dicunt primū hominē non esse creatum in gratia gratumfaciente, etiā sentiunt ipsum non esse productū, sed solū in prima illa originali iustitia: & addunt, φ iustitia illa gratuita non fuisset transfusa in posteros, quamuis primi parentes in originali iustitia perstitissent. Deniq; horū qui dicunt primos parentes in gratia gratum faciente conditos, quidā arbitrantur, φ nisi tentationi succubuissent, mox fuissent confirmati in gratia, ita φ ultra nō potuissent peccare, atq; φ posteri eorundē omnes nati, fuissent in gratia confirmati. Alij potius æstimant, φ quamuis primi parentes præualuissent primę tentationi, non tamen fuissent confirmati in gratia, quousq; fuissent translati in gloriā. Alij dicunt huius utriusq; dicti oppositū. Interim uerius æstimo, φ primi parentes fuerunt in gratia conditi, & in originali iustitia atq; gratuita in charitate, in fide cæterisq; uirtutibus ac donis spiritus sancti inseparabiliter charitati annexis: Nec enim sine charitate & fide potuerunt superiores uires animarū eorū deo esse sufficiēter subiectæ: neq; per sola dona gratiæ gratis datæ potuit in eis esse tam firma ordinatio, tamq; accepta subiectio carnis sub anima sensitiuæ partis, sub ratione, rationis item & uoluntatis sub deo: imò ad hoc fides, spes, charitas, prudentia, requirebantur. Vnde & sanctus Thomas fatetur: Radix originalis iustitiæ, in cuius rectitudine factus est primus homo, in supernaturali consistit subiectione rationis sub deo: quæ subiectio est per gratiā gratumfacientē. Hinc B. Gregorius in Morali- Homo in gratia creatus. / Abacuc 2. / Iustitia duplex. / Prima opinio. / II. / III. / Opinio authoris. / Gregorius.

bus super Iob loqtur: Si primũ parentẽ nulla peccati putredo corrupisset, nequaquam ex se gehennæ filios generaret: sed qui nunc per redemptorẽ saluantur, solum ab illo electi nascerentur. Qua authoritate probatur, quod si primi parentes non peccassent, nullus reprobus nasceretur, protoplastorumque posteri mansissent à peccato immunes, uirtute iustitię eis collatę, diuina prouidentia opitulante. Hinc & sanctus Anselmus in libro, Cur deus homo, effatur: Propter transgressionẽ primorum parentũ, posteri eorundẽ originali iustitia sunt priuati intantũ, quod filij iræ nascuntur, ergo & propter illorum obedientiã consequuti fuissent à deo originalem iustitiã. Et iterũ protestatur: Si primi parentes perstitissent, filios genuissent hęredes paternę iustitię. In libro quoque de conceptu uirginali: Si Adã (inquit) ad eos quos generaturus erat, nequiuisset iustitiã suam producere, nequaquam potuisset iniustitiã suam transmittere. Iterum idẽ fatet Anselmus: In hoc apparet magnitudo bonitatis diuinę & plenitudo gratię eius, quod qualis extitit primus homo iustitia & felicitate, tales genuisset: non quod sola propagatione existerent tales, sed quoniam propagati dono dei tales efficerentur. De hoc rursus libro, Cur deus homo, Anselmus conscripsit: Quamuis primi parẽtes uicta tentatione nondum prouecherentur ad illam angelorum æqualitatẽ, in quam manendo fuerant peruenturi, in illa tamen qua erant iustitia, si tẽtati pręualuissent, ita confirmarentur cũ omni sua propagine, quod ultra peccare non possent, quemadmodũ quoniam uicti, peccauerunt ita, quod sunt infirmati: ut quantũ in ipsis est, sine peccato esse non ualeant: Quis enim ualeat dicere, plus ualuisse iniustitiam ad ligandũ in seruitute, quam ualeret iustitia ad confirmandũ in spiritus libertate. Hinc demum 14. de Ciuitate dei sanctus asserit Augustinus: Nulli de posteris primorum parentum fuissent morituri, si primus homo non fuisset transgressus.

Anselmus. *Augustinus.*

PROPOSITIO XC.

TAm corpus Adæ ex limo terræ, quam corpus Euæ ex costa Adæ ab omnipotẽte deo immediate formatũ est miraculose. Quod est, quoniã miraculosi effectus totum ordinẽ & potestatẽ causalẽ naturæ creatæ transcẽdentes, creatori sunt proprij: quamuis circa quædã concurrentiã ad illos, & concernentes ipsos, causæ secundæ, ut angeli seu homines aliquod possint ministeriũ exhibere: Vnde & talia facere asseruntur dispositiue & ministerialiter, aut precibus ac meritis impetrando ut fiant, quẽadmodum dicimus, quod Iosue fecit stare solẽ & lunã spatio diei unius: sed solius omnipotentis imperio, seu uirtute fiunt talia immediate & effectiue: Sic quoniã corpus Adæ supernaturaliter est formatũ, organizatũ, complexionatũ repente, constat illud factũ immediate à deo: quod & de corpore Euæ ex latere uiri formato, rite sentitur, siue hoc factũ sit per suppletionem materiæ aliunde, siue per multiplicationẽ materiæ costæ in semetipsa. Præterea tã corpus Adæ quam coniugis eius fuit mixtũ ex quatuor elementis, in quibus corporibus terra prædominabatur, quo ad corporis molem & quantitatem, deinde aqua: ideo significata est materia illa nomine limo terræ, quantum ad uirum: aër autem & ignis prædominabantur in illis uirtute, sicut in cæteris.

Iosue 10.

PROPOSITIO XCI.

SI primi parentes in paradiso præuaricati non essent, proles utriusque sexus ex ipsis genita seu gignenda, post egressum ex utero aut confestim, aut solito nunc cursu celerius habuisset perfectionẽ scientiæ ac uirtutũ in anima, soliditatẽ quoque ac robur in corpore. Quod est, quia in prolibus illis dispositioni animæ proportionata fuisset & correspondens dispositio corporis: quemadmodũ ergo uerior uisa est positio dicentium, quod in paruulos illos transfusa fuisset originalis iustitia, unà cũ iustitia gratuita ac gratumfaciente, gratia & confirmatione in bono: sic & uerior nũc uidetur doctrina ponentiũ, quod proles illæ mox de uentre egressæ, sortitæ fuissent sufficiens robur ac consolidationẽ in suis corpusculis ad gradiendũ, & ad necessaria peragenda: aut si non statim, cito tamen, celeriusque ualde quam modo: & hoc beatus Augustinus in libro de Baptismo paruulorum, sensit ac persuadet credibile, exẽplo pecorum aliquorum, quæ nata protinus currunt ad pastũ. Primo tamen tenera fuissent illa corpuscula, ut egredi possent uiã angustã: usum etiã linguæ ad loquendũ paulatim discendo obtinuissent, quãuis celerius quam nunc. Veruntamen de his sunt duæ opiniones: quibusdã dicentibus, quod mẽbra illorum paulatim fuissent consolidata, & gressui apta effecta: & quod addiscendo & inueniẽdo acquisiuissent scientiã, & successiue profecissent in sciẽtijs atque uirtutibus. De his quippe 2. Sententiarum tractat Magister, & secundã istã opinionẽ magis approbare uidet, quẽ multi doctores sequunt: Iccirco in his & consimilibus quæ infra certitudinẽ sunt, non conuenit multũ assertorie loqui. Postremo aliqui opinantur,

Augustinus.

nantur, ꝙ quamuis paruuli illi non habuissent mox geniti usum scientiæ ac rationis censuram, scientiam tamen habuissent sibi innatam, qua tempore opportuno, imo & cito uti cœpissent. Nec dubium quin parentes illorum uirtutes lignorum paradisi scientes, applicatione & usu illorum paruulis suis profuissent in multis.

PROPOSITIO XCII.

IN paradiso fuisset generatio per sexuũ unionẽ sine libidine, non sine delectatione. ⌋ Quod est, quia transgressio non mutauit ordinẽ desuper institutũ: Cumq; sit naturale homines per commixtionẽ maris ac fœminæ nasci, id ibi quoq; fuisset. Vnde & ante transgressionẽ constituit actor naturę sexus distinctionẽ, proportionataq; organa ad emissionẽ susceptionẽq; seminis: sed quia pars sensitiua & caro fuissent rationis imperio obtemperantes, ad eius dictamen aptã accepissent dispositionẽ ad coitũ, quẽ tunc nunq̃ homines appetissent, nec exercuissent nisi desiderio prolis ad dei obsequiũ, atq; ad obtinẽdũ ęternam beatitudinẽ procreando. Deniq; delectatio pure naturalis, inquantum talis non extat culpabilis, imo si ad finẽ debitũ referat, cõsistit laudabilis, sed & meritoria unà cũ suo actu, dũ actus ille ex charitate procedit: ex qua in paradiso indeuiabiliter fuisset progrediẽs. Interim q̃ natura humana in paradiso fuisset uiuacior, purior, integrior, & in omi sensu pceptibilior, eò quoq; delectatio illa fuisset intensior, præsertim quia tunc homines cognouissent omnẽ cõmixtionis huiusmodi actũ esse fructuosissimum, puta prædestinati indiuidui procreatiuũ: Nec enim conuenissent infructuose aut sine prole sequente, nec post imprægnationẽ fœminæ, nisi post partũ. Hinc & probabiliter creditur, ꝙ æqualis fuisset uirorũ mulierumq; numerus: nec uirginitas fuisset tunc uirtus, nec conseruata ab aliquo. Postremo cõmixtio illa sine omni indecentia extitisset, neq; à spiritalibus actibus impediuisset, sicut nũc sua uoluptate rationem absorbet.

PROPOSITIO XCIII.

IN innocẽtiæ statu homines à paradiso terrestri ad paradisum cœlestẽ sine intermedia pœna ac morte fuissent sigillatim cõpleto uitæ suę curriculo, mox translati. ⌋ Quod est, qa tũc habuissent certã suę uiatiõis durationẽ, & incolatus illius mensurã sibi à deo præfixã, sicut & modo: ideo tẽpore illo cõpleto, transissent ad gloriã: nec purgatoriũ tunc fuisset. Deniq; deus unumquenq; electorum in æterna sapientia sua præordinauit ad certum beatitudinis gradum, & tempus præstituit, infra quod mereatur eundem: quo cõpleto, tollit eũ de seculo isto: ita & tunc fuisset peractum. Sic & de reprobis statuit, quantũ facinorũ pondus ab unoquoq; uelit sufferre: quo adimpleto, protinus auferũtur de medio. Vnde dominus dixit ad Abraham: Nondũ completæ sunt iniquitates Amorręorũ. Et apud Gene. 15. Hieremiã legitur Iudæis dictum: Non poterat uos dominus ultra sustinere, propter malitiam studiorum uestrorum. Christus item in Euangelio: Implete, inquit, mensuram patrũ Hiere 44. uestrorum. Veruntamen aliqui opinantur, ꝙ uniuersi in paradiso mansissent, quousq; cunctis procreatis electis, simul fuissent translati & glorificati, quod non reor: quia quandiu Matth 23. mansissent ibidem, fuissent in cõtinuo assiduo'ue profectu: sicq; priores ualde excreuissent in merito ultra postremos, deinde in præmio.

PROPOSITIO XCIIII.

DE PECCATO ORIGINALI.

ORiginale peccatũ est priuatio originalis iustitię ac gratię debitę inesse, ad q̃d multiplices pœnæ inflictę sunt & cõsequutę in homine. ⌋ Quod est, qa peccatũ ex sua ratiõe est quędã priuatio: sicq; originale peccatũ defect⁹ est priuatiuus primæ & primordialis iustitiæ primis parẽtibus sic collatę, ꝙ fuit in posteros transfundẽda: qbus posteris priuatio illa q̃dammõ imputaƭ àdeo, inquãtũ oẽs suo modo fuerũt in primo parẽte, ueluti in radice, in qua deformata & uitiata fuit ipsa natura: quemadmodũ & multa mẽbra in uno sunt corpore, & indiuidua multa in specie una. Veruntamen hoc peccatũ non sic posteris imputatur ut ipsimet Adæ, neq; ut propria & actualia eorũ peccata: Etenim Adã illa trãsgressione tanq̃ actuali peccato, dãnationem meruit sempiternã, sicut & posteri actualibus suis peccatis mortalibus. Posteri aũt Adæ illo originali peccato non meruerunt priuari, neq; priuantur aliquo bono naturæ, do no'ue gratiæ aut gloriæ, eis ex propria natura aut specie debito, sed quibusdã supernaturalibus bonis, quæ ex sola creatoris bonitate & liberalitate fuissent sortiti, si primi parẽtes nõ fuissent transgressi: quibus & ea conditione supernaturalia illa bona præstita erãt seu pro-

 missa,

missa, quod & posteris præstaretur, si ipsi parētes dei præceptū nō uiolarēt. Iccirco in isto originalis peccati imputatione & trāsfusione ad posteros, nulla prorsus posteris irrogatur iniuria. Cuius aptū assignatur exēplū: Vt si rex aut princeps terrenus præstet alicui militi castrum aut bonū feudale: huiuscemodi pacto, quod beneficiū illud deuoluatur ad posteros milites, dūmodo miles ipse principi suo māserit subditus ac fidelis: alioqui tā ipse quàm eius posteritas dono illo priuetur. Quod si miles ille pactū transgrediatur, & principis sui aduersarijs iniuriatoribusque consentiat, haud dubiū, quin tam ipse quàm sua posteritas beneficio iuste priuentur collato: quippe quod nec proprio eis iure, sed solo gratuito principis debebatur statuto. Deni que etiam iuxta iura ciuilia interdū filij pro solo patris sui excessu regno pelluntur & exhæredantur.

PROPOSITIO XCV.

S. Tho. 12. q. 83 artic. 2. Peccatū originale formaliter unū est, materialiter plura. Quod est, quia formaliter non est nisi præfata iustitiæ ac gratiæ originalis carētia: ita secundū nonnullos est immediate ac directe in ipsa animæ rationalis essentia, in qua etiā dicunt gratiā esse. Vnde ex immediata coniunctione animæ & carnis infectæ dicunt animā originale peccatū contrahere. Porrò materialiter peccatū istud plurificatur & plura cōplectitur, utpote quatuor uulnera animæ ex illo sequuta, quæ sunt ignorantia in ratione, malitia in uolūtate, concupiscentia in ui concupiscibili sensitiua, infirmitas in irascibili sensuali: quę quatuor uulnera sunt potius quædā habitualia mala & peccandi radices, quàm actualia peccata: ut malitia intelligatur pronitas ad mala culpæ: concupiscentia, procliuitas appetendi inordinate: ignorantia, pronitas deuiandi à uero salubri: infirmitas, debilitas resistendi iniquo: atque hoc modo fertur peccatū originale sitū in quatuor uiribus animæ, quæ sunt uitiorum & uirtutū subiecta, uidelicet ratio & uoluntas, ac uterque appetitus sensitiuus prænominatus: sic etenim unū est quasi aggregatiue tanquàm malorum congeries. Vnde de ipso ait psalmi

Psal. 50. sta: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Specialiter quoque uis concupiscibilis est infecta, uisque generatiua: Vnde & magis sentitur in eis, quàm in tactu.

PROPOSITIO XCVI.

Effectus ac pœnę originalis peccati multiplices sunt & graues. Quod est, quoniā in originali iustitia includebantur plurima bona, multaque bona fuerunt ei annexa: pertinebāt quippe ad illā essentialiter & per se ordinatio & subiectio carnis sub anima, sensitiuæque partis sub ratione, & rationis ac uoluntatis sub deo & lege diuina. Deinde annexa fuit tali iustitiæ impassibilitas & immortalitas aliqua corporis, quæ potuit non mori, ut patuit: habitatio paradisi, præsidentia ac dominiū super irrationalia: his omnibus priuati sunt primi parentes & posteri sui. Iam prædicta quatuor uulnera animę, expulsio à paradiso terrestri, incolatus huius exilij, uariæ pœnæ, calamitates & anxietates uitæ præsentis, fames, sitis, lassitudo, mors & consimilia quædā, sunt effectus & merces, pœna & ultio originalis peccati: quæ nihilominus naturalia sunt naturæ humanæ secundū se nude consideratæ, cum omne mixtū secundū se quantū ad naturalia sua sit corruptibile, et si uiuū

Gene. 2. sit, est mortale, passibile &c. De his pœnis aliquid tetigit deus in Genesi loquens Adæ: Maledicta terra in opere tuo &c. Et Euæ: Multiplicabo ærumnas &c. Hinc in Ecclesiastico le-

Eccl. 40. gitur: Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugū graue super omnes filios Adam, à die exitus de uētre matris eorū, usque in diē sepulturæ in matrē eorum. Hoc ipsum fas-

Iob 14. sus est sanctus Iob: Homo (inquiēs) natus de muliere, breui uiuēs tēpore, repletur multis miserijs. Hinc innotescit quàm felicē, tranquillā deliciosamque uitā duxissemus in paradiso, si nō interuenisset peccatū: iccirco superoptimo & supermunificentissimo creatori debemus intime regratiari, qui quantū in se fuit, tot ac tanta nobis bona largiri decreuit.

PROPOSITIO XCVII.

S. Tho. 1. par. q. 100. ar. 1. Originale peccatū dici potest peccatū naturæ, quēadmodū actuale peccatū dicitur peccatū personæ. Quod est, quoniā omne peccatū aliquo modo uoluntariū rite censetur, ergo & originale, quēadmodū enim est quoddā bonū concernēs naturā, & quoddā cōcernēs personā: ita quædā est culpa naturę, quędā personę: & sicut ad culpā personæ requiritur & concurrit uolūtas personæ peccātis, ita ad culpā naturæ, concurrit ac sufficit uoluntas in ipsa natura. Sic ergo defectus originalis iustitiæ collatę primis parentibus, rationē quandā culpę sortitur in posteris, secundū quod uoluntate contingit primi parentis, in quo ipsa natura primordialiter tota fuit. Cumque peccatū hoc non sit directe uitiū personę in posteris, sed uelut per accidens inquantū persona talē habet naturā, iccirco non sequitur quod sit in potestate prolium primorum parentum originali peccato carere.

Propo-

PROPOSITIO XCVIII.

ORiginali peccato non debetur post uitam hanc pœna sensus, sed pœna damni.⅃
Quod est, quoniã in peccato sunt duo, puta formale, quod est mẽtis deordinatio
à debito fine, seu eius à summo bono auersio, cui appropriate debet & correspon
det pœna dãni, quæ est diuinæ atq; beatificæ uisionis carentia: Aliud in peccato
est materiale, quod est inclinatio aut contractio mentis humanæ ad commutabile bonũ, ad
propriũ cõmodum aut honorem, uel negligẽtia siue omissio debiti boni: cui prauæ conuer
sioni debetur & congruit pœna sensus, hoc est sensibilis pœna, ob inordinatã delectationẽ
in re creata, iuxta illud Apocalypseos: Quantum glorificauit se & in delicijs fuit, tantum
date ei tormentũ & luctum. Porrò in originali peccato non est aliquis posterorũ proprius
actus nec delectatio, sed solũ iustitiæ originalis carentia: iccirco pœna dãni non sensus ei de-
betur: hec est doctorum cõmunis traditio. Aliqui tamen imaginãtur oppositũ quibusdam
uerbis beatorum Augustini atq; Gregorij innitentes, qui sancti patres circa hoc extreme Anthypophora
uidentur loquuti: nec obstat quod sanctus Iob dixit: Deus multiplicabit uulnera mea, etiã Iob.
sine causa: Nempe in præsenti, ubi est locus merẽdi ac demerendi, deus interdũ infligit pœ
nã, nõ pro propria patiẽtis culpa, sed pro incremẽto gratiæ eius & gl'iæ: itaq; pro pœna par
uulorũ innocẽtũ in originali decedẽtiũ, de⁹ altissim⁹ neq̃ probari crudelis, cũ nil subtrahat Correlarium.
eisdẽ, q̃d eis aliq̃ iure debet.

PROPOSITIO XCIX.

IN statu innocentiæ fuisset in paradiso disparitas hominũ in naturalibus, accidentali-
bus atq; gratuitis.⅃ Quod est, qm̃ una causarũ institutionis speciei humanæ est repa
ratio ruinæ angelicæ: de quolibet autẽ choro ac ordine angelorũ aliqui corruerunt,
ergo de numero hominum electorum in innocentiæ statu quidam promeruissent ad
singulos angelorum choros perduci. Cum ergo tanta sit differentia felicitatis ac gloriæ an i.
gelorum nouem chororum cœlestium, præsertim infimi ac supremi, constat q̃ proportio-
nabiliter grandis fuisset distinctio gradus, profectus & perfectionis hominum, ad tam di-
stinctos ordines angelicorum spirituum eleuandorũ. Præterea in statu innocentiæ corpo-
ra hominũ fuissent diuersæ cõplexionis, cœlestiũ quoq; corporũ influentijs subdita: sicq; ex ii.
naturalibus causis corporalibus tam intrinsecis q̃ extrinsecis fuissent ad uirtutũ ac scientia-
rũ profectũ magis & minus dispositi, inclinati, aptati, tamq; diuersimoda indole diuersi di-
uersimode usi fuissent: Hinc patet q̃ unus alio extitisset ingeniosior, pulchrior atq; robusti-
or. Insuper liberi fuissent arbitrij eminẽtiori modo q̃ nunc: ideo ex uarijs causis partim iam iii.
tactis, unus magis intense q̃ alius se dedisset ad spirituales profectus. Deus quoq; tunc sicut iiii.
& nunc unũ præ alio gratiose ac dulciter præuenisset, secundũ q̃ ad altiora charismata ac
gloriæ dona eum prædestinasset. Similiter angelicis inspirationibus ac diuinis instinctibus v.
unus præ alio acquieuisset perfectius: siquidem etiã in innocẽtiæ statu affuisset hominibus
angelorũ custodia, præsertim si homines non fuissent ibi confirmati in gratia: imò & si in ea
confirmanti fuissent, quia adhuc uiatores extitissent & potuissent proficere: nam & Chri-
stus angelum habebat custodem, & beatissima uirgo.

PROPOSITIO C.

FVisset præterea in innocentiæ statu ordinata prælatio.⅃ Quod est, quoniã in an-
gelicis hierarchijs sunt dominationes, prælationes & principatus, quantomagis in i.
paradiso. Deniq; sicut iam patuit, in statu innocentiæ unus fuisset alio in donis natu ii.
ræ & gratiæ, in sapientia naturali & acquisita, in sapientia quoq; infusa spiritali ac
supernaturali, in scientijs atq; uirtutibus maior & altior, & de sua exuberantia alijs commu
nicasset, fuissetq; ibi actus hierarchici purgatio, illuminatio, perfectio. Parẽtes quoq; sobo-
li amministrassent, & ad perficiendũ ardenter admonuissent: & quò in om̃ibus fuisset per- iii.
fectior dilectio tam fraterna q̃ diuina, eò copiosius sibi inuicem fuissent cooperati ad omne
bonum, secundũ q̃ statui illi congruisset. Veruntamen de prælatione charitatiua, ordinata
ac iusta quæ ad profectũ inferiorum non ad commodum præsidentiũ ordinatur ac tendit,
quæ nec libertati repugnat, intelligẽdũ est istud: nec in illa necessaria fuisset uis coercitiua
per pœnã, imò in statu illo pœna non potuit præcedere culpam. Porrò dominatio seu præ-
latio quæ ad proprium tendit commodum, & subditum in seruitutem redigit, uere liberta-
ti contraria pro peccato inflicta est, aut culpam sequuta: & quantum ad hoc uerificatur
quod sanctus deprompsit Gregorius: Si primus homo non peccasset, natura omnes genu Gregorius.
isset æquales.

PROPOSITIO CI.

PAradisus terrestris est amœnissimus, fructuosissimus & quietissimus locus, parsq; eleuatissima terræ. Quod est, quia ut patuit, congruebat innocētię statui, in quo fuisset omniū decor uirtutum, imperturbabilis tranquillitas, mentis incorruptibilitas, imò & impassibilitas corporis, incessabilis cultus dei, securitas sempiterna. Hinc libro secundo asserit Damascenus: Paradisus manibus dei plantatus, uniuersæ exultationis ac gaudij prōptuariū, est in oriente, omni terra excelsior, tēperato, tenuissimo atq; purissimo aëre circūfulgens, florentibus plātis comatus, bono plenus odore, repletus lumine uniuersæ pulchritudinis, & superexcedēs intelligētiam formę humanę. Est em̄ regio quędam digna diuina conuersatione & habitatione eius, qui ad imaginē dei fuit creatus: in quo nullum irrationabilium habitabat: in quo debuit homo hymnis & laudibus dei iugiter esse intentus. Qui paradisus altior creditur esse monte Olympo, propter quod aquæ diluuij nō deuenerunt ad eum: Nihilominus aptissimus fuit & est habitationi humanæ: quoniā fontē habet in medio suo irrigantem uniuersam superficiem suā: cuius humore & frigiditate tēperatur aër ibidem ut humanæ respirationi conueniat. Hinc q paradisus pertingere perhibetur usq; ad sphæram lunæ, non uidetur intelligendum de corporali extensione, sed imitatiua proprietate: quoniam locus est immortalitatis, quietis & pacis, in quo peregrinæ impressiones ac tēpestates nequeunt esse: quod sine melioris sentētiæ præiudicio dico de altitudine situs paradisi: qm̄ in antiqssimis libris habet, q beatissimus Thomas apostolus prędicauit paradisum usq; ad orbem lunę pertingere, quod dictum communiter ascribitur Bedę. At Strabo, qui & contestatur, q paradisus à nostra habitatione longo maris ac terrę distat protractu, abdita regione, quę creditur sita in oriēte ultra ęquinoctialē uersus meridiē, & sicut in Almagesto loquitur Ptolomęus de habitantibus ultra ęquinoctialē, an aliqui ibi sint, scientiam nō habemus: quia ex nostris regionibus nemo illuc peruenit. Porrò secūdus fluuius paradisi qui Gion dicit, & defluēs per Aegyptū, Nilus uocat, de plaga ultra ęquinoctialem descendit. Paradisum autē quidam intellexerūt spiritaliter solum, alij corporaliter tantum, alij uerius exposuerunt ipsum utroq; modo. Verūtamen Aristoteles libro Meteorore testatur regionem sub circulo ęquinoctiali esse inhabitabilē propter ęstum. Verum de his super secundum Sententiarū distinctione decima septima diffusius est tractatum.

Damascenus. Altitudo paradisi. Strabo. Gen. 2. Opiniones de paradiso.

PROPOSITIO CII.

DIuersitatem animarū rationalium in aptitudine & capacitate, in inclinatione & ingeniositate ad sciētias & uirtutes asserunt quidam causari ex diuersa corporis dispositione, alij ex ingenita animarum institutione. Quod est, quoniā species se habent ut numeri: ideo formę eiusdem speciei sunt ęque perfectę in sua natura, nec una est in gradu altiori q̄ alia ex essentialibus suis. Iccirco q unus homo est ingeniosior & indolis melioris q̄ alter, non uidetur posse contingere ex parte animę quātum ad naturalia sua, sed solum ex diuersa corporis dispositione. Sed his obuiare uidetur, q frequenter homines peioris complexionis sunt capaciores, & indolis melioris. Experientia quoq; uidetur docere, q anima unius constituta est in gradu altiori & potentiori quàm anima alterius. Vnde agere potest, influere atq; imprimere in alterius animā, & actionē illius ligare, operationem motūq; impedire, ut non solum Platonici, sed quidā etiam Peripatetici, Auicenna Algazelq; testati sunt. Huius secundæ opinionis, quantū ad causam diuersitatis prętactę in animabus humanis, fuit Magister Sentētiarū, quem Bonauētura, Richardus, Petrus & alij multi sequuti sunt: Thomas uero, Albertus, Aegidius & alij plures sequuti sunt primā opinionē, quæ & philosophiæ magis consonare cēsetur. Nihilominus pro secunda opinione militat Parisiensis articulus iste: Dicere q anima Christi non fuit altioris gradus melioris'ue dispositionis in sua natura q̄ anima Iudę, error est. Alius quoq; articulus qui ait: Ponere æqualitatē in animabus rationalibus, error est.

7. Metaph. Opinio II. S. Tho. 3. par. q. 59. ar. 1. ad 3. dicit q anima Christi est super oēs creaturas.

PROPOSITIO CIII.

I. ANimæ à corporibus separatæ, uarijs modis ac multa cognoscunt, quæ antea non nouerunt. Quod est, qm̄ modus agendi & cognoscendi sequitur modū essendi: Cumq; modus essendi animæ separatæ extet liberior, simplicior & intelligibilior q̄ animæ adhuc carni mortali coniunctę, consequēs est ut actibus intellectualibus liberius, acutius, indefinētius uacet, q̄ anima corpori iuncta. Deniq; uirtus quò magis

II. unita, eo' ad operandū censetur magis idonea: Cumq; in anima separata non maneant nisi

III. uires intellectiuæ, patet q ad actus suos magis sint uigorosæ. Rursus animabus in hac uita innumerabilia occurrūt impedimēta, contēplationū & intellectualiū uirtuosarūq; actionū, ex parte

ex parte corporalium necessitatũ,infirmitatũ,curarum,persequutionũ,concupiscentiarum & cęterarũ sensitiuæ partis passionũ,tentationũ atq; tumultuũ humanorum, à quibus omnibus animæ separatæ sunt liberæ:nisi quæ adhuc pœnis afficiuntur ob sua delicta quæ per supplicia & mœrores,per angustias & timores à puritate,acumine,libertate & perfectione intellectualium actuum non parũ retardantur,distrahuntur,impediuntur. Porro` purificatę & sanctificatę,ac fonti totius sapientiæ iam beatifice counitę,multa conspiciunt,tũ in speculo supersplẽdidissimę deitatis,tũ in sibi inditis speciebus,tũ ex illuminationibus & reuelationibus angelorũ & animarũ ipsis in gloria sublimiorũ. Ex sciẽtijs itẽ & memorijs ac intelligibilibus formis,secum ex hac uita delatis,multa queunt perpendere, imo` & spiritali collatione cũ spiritibus ex præsenti exilio illuc deductis. Deniq; animæ in purgatorio existẽtes ex reuelatione angelorũ ac ciuiũ supernorũ multa cognoscunt,imo` & ex alloquutione ac susurratione spirituũ malignorũ,itemq; ex denũtiatione animarũ illuc ueniẽtiũ:& breuiter sicut modus existẽtiæ ac natura separatorũ spirituũ nostrũ intellectũ pro maxima parte trãscẽdut,ita & modi q̃bus agnoscũt:q̃uis nõnulli de talibus satis audacter loquãt & de incertis nimis certo` pronũtiẽt. IIII.

Cognitio aliarũ separatarũ nobis incerta est.

PROPOSITIO CIIII.

Antiqui sacratissimi celeberrimiq; doctores ecclesiæ,tam Latini q̃ Græci,euidentibus scripturæ canonicę auctoritatibus moti,inducti,cõuicti,cõcorditer fassi sunt uniuersa cœlestia corpora esse elemẽtaris naturæ, atq; ex primordiali materia in exordio creata,esse formata. Quod est,quoniã sancti patres sua ingenia in captiuitatem humiliter redigentes in Christi obsequiũ,pensantes beatissimũ Mosen nõ sensu humano,sed instinctu diuino & ex spiritu sancto descripsisse mundi productionẽ: maluerũt uero ac simplici tenori scripturæ illius intellectus suos subijcere, q̃ tãtæ auctoritatis scripturarũ ad humanas ratiocinationes & philosophica documenta retorquere atq; deflectere. Cũq; scriptura canonica in sui exordio apte Mose describẽte affirmet: In principio creauit deus cœlũ & terrã:terra aũt erat inanis & uacua,& tenebræ erãt sup faciẽ abyssi,& spũs dei ferebať sup aquas. Dixitq; deus,fiat lux & facta est lux: & uidit deus lucẽ q̃ esset bona, & diuisit lucẽ à tenebris,appellauitq; lucẽ diẽ,& tenebras noctẽ: factũq; est uespere & mane,dies unus. Dixit quoq; deus:Fiat firmamẽtũ in medio aquarũ,& diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentũ, diuisitq; aquas quæ erãt sub firmamento ab aquis quę erant sup firmamẽtũ:uocauitq; firmamẽtũ cęlũ &c. Iuxta hũc modũ describũť ibidẽ,sol,luna ac sydera quarto die producta. Hinc antiq doctores cõmuniter docuerũt, primã rerum productionẽ cõpletã per interualla sex dierũ,ita q̃ prima die creata sunt cœlũ & terra, intelligendo noie cœli cœlũ empyreũ, q̃ eodẽ instãti quo conditũ est, sanctis angelis est repletũ:nonine aũt terrę intelligendo substãtiã quatuor elementorũ adhuc confusam, cõmixtã, & nondũ ornatã. Eodẽ quoq; die formata est lux.i.substãtia solis,nondũ plenitudinẽ suę luciditatis,caussalitatis atq; uirtutis sortita:quas(q̃m die quarta à creatore suscepit)quarta die factus, phibetur Genesis primo:& ita exponit diuinus & sacratissimus Dionysius ab Apostolo Paulo instructus,quarto capitulo de diuinis nominibus. Prȩterea à loco terrę quę in imo iacebat, alia tria elementa erant commixta, & usq; ad cœlum empyreum quasi uaporabiliter instar aquę porrecta,extenta & eleuata:sicq; secunda die fecit deus firmamentum.i.cœlũ stellatũ, ad diuidendum & mediandum inter aquas quæ sunt super cœlum,& eas quæ erãt sub cœlo. Vnde concluditur, q̃ firmamentum sit factum ex aquea illa materia sic diffusa. Et item secundum diuinum Dionysium: Lux illa seu solis substantia ex materia constet elemẽtari, primo die creata:sicq; tenuerunt Hebrȩorum doctores, etiam illi qui Christi præcesserunt aduentum. Vnde & Iosephus fidelis eorum historiographus in suo Geneseos primoq; Antiquitatum libro disseruit: In principio creauit deus cœlum & terrã:sed dum terra ad aspectum non ueniret, & profunditate aquarum à tenebris operiretur, deus iussit fieri lumen: post hoc secũda die cœlum super omnia collocauit & ei crystallum, id est, aquam instar crystalli solidam circũfigens,humidum eum & pluuialem, ad utilitatem quæ fit ex imbribus terræ congrue fabricatus est. Prȩterea his Iosephi uerbis consonant quæ libro secundo inducit Magister ex dictis catholicorum sanctorumq; patrũ: Simul,inquiẽs,uisibiliũ rerum materia, inuisibiliũq; natura est cõdita:Corporaliũ q̃dẽ materia cõfusa & p̃mixta, formã discretiõis & distinctionis nõ habẽs,donec postea formareť & distinctas reciperet formas ac species: Dicta est q̃ppe informis secundũ Hieronymũ,Gregoriũ,Bedã & alios plures: nõ q̃a omni caruerit forma,cũ nullũ corporeũ sine forma existere ualeat:sed q̃a in quadã cõfusiõe & permixtione subsistens,nondũ pulchrã, apertã & distinctã acceperat formã. Deniq; prima illa moles

Gen.1.

Dionysius.

Iosephus.

Petrus Lombardus.

moles ibi creata est, ubi modo formata consistit: terra quoq; tunc subsidēs erat in medio loco, ubi & modo est, cęteris tribus elemētis in una confusione permixtis: & erant circū quaq; in modum nebulę cuiusdā obpansa, suspensa atq; porrecta, quousq; nunc summitas corporeæ pertingit naturæ. i. usq; ad cœlū empyreum: quæ materia in superiori sui parte rarior, leuior atq; subtilor fuit, de qua esse credunt aquæ quæ super cœlos esse legunt. Lux quoq; quæ prima die legitur facta, corpus lucidum fuit, uelut splendida nubes, non de nihilo, sed de præiacenti materia factū, quod & creditur factū in partibus quas sol modo illustrat: potuitq; in aquis illis lucere, quę multo fuerant rariores q̃ modo, qm̃ nondum erant congregatę in loco uno. Itaq; factū est firmamentū in medio aquarū, in quo fixa sunt sydera: cui suppositę sunt aquæ quæ in aëre sunt, & terra, & cui superpositæ aquæ de quibus ait propheta
Psal. 103. ad dominū: Extendis cœlū sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius, hoc est cœlū sydereū, q̊d de aquis credit factū: Crystallinus etem̃ lapis (cui magna firmitas & perspicuitas inest) constat ex aquis: & certe author naturæ, qui sub cœlo ligat aquas in nubibus, ut non erumpant simul deorsum: potest & super sphæram cœli glaciali soliditate aquas suspendere, & ne fluant, firmare: quæ qualitercūq; ibi sint, eas ibi esse non dubitamus. Hæc pauca in secundo Sententiarū ex dictis sanctorum patrum & doctorū plenius continentur, quæ præta-
Psal. 148. ctis scripturę Canonicę auctoritatibus fulciuntur, consonant & concordant. Vnde rursus Psalmographus cecinit: Laudate eum cœli cœlorū, & aquæ quę super cœlos sunt, laudent
Daniel. 3. nomē domini. Atq; in Daniele: Benedicite aquę om̃es quę super cœlos sunt, domino. Hinc sanctissimi doctores Gręcorum Athanasius atq; Gregorius Nazanzenus, quorū uterq; tantę auctoritatis extitit in scripturis, q̧ nemo fideliū unq̃ ausus fuerit contradicere ipsis: sc̄tūs quoq; Basilius & frater eius Gregorius Nyssenus excellens philosophus, beatus Cyrillus, Chrysostomus, Theophilus, Didymus ac alij multi: doctores etiā Latinorū, gloriosus Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, Beda, Rabanus, Strabus, Hugo, cum alijs multis sequuti sunt textum Genesis, prout apertissime sonat. & fassi sunt cœlestia corpora elementaris esse naturę. Propter quod libro secūdo Damascenus testatur: In principio aqua super omnem terrā redundauit, & fecit deus firmamentū separans per medium aquam quæ erat supra firmamentum, & aquam quæ sub firmamento est. Huius aūt gratia deus super firmamentum esse aquā imposuit propter solis & ętheris calidissimū feruorē: mox em̃ post firmamentum ęther expansus est: sed & sol & luna cum stellis in firmamēto sunt: & nisi superiaceret aqua,
Damascenus. inflammatū iam utiq; esset à calore firmamentū. His uerbis Damasceni multorū uerba concordant sanctorū, præsertim magni Basilij in suo Hexameron. Beatus quoq; Ambrosius in suo Hexameron contestatur: Cum dicant uolui orbem cœli stellis ardentibus refulgentē: nōne diuina prouidētia necessario id prospexit, ut infra orbē cœli, & supra orbē redūdaret
Quintā inficiatur essentiam. aqua, quæ illa feruentis axis tēperaret: Ordinē seriem'q; scripturæ sequamur, quę ait: Dixit deus, fiat firmamentū & diuidat aquas ab aquis: sed illi, putaquidam philosophi quintum astruunt esse corpus: ne cogātur cœlum concedere corruptibile esse: sed hi nihil proficiūt, cū uideant portionē mēbri cęteris dissimilē, labem corpori magis adducere q̃ decorē. Scias ergo etiā aquas quæ super cœlos sunt, esse de harū natura aquarū quas nosti. Hæc & multa consimilia scribit Ambrosius ex intentione ac proposito reprobrans eos, qui præter naturas elementorum asserunt esse quintā essentiam, nec cœlum esse elemētaris naturæ, contra quos similiter loquitur Augustinus: ideo nihil agunt qui uerba sanctorū nituntur cū opinione Aristotelis concordare. Præterea inter doctores scholasticos præcipui, in scriptis suis super secundū Sententiarū his consonāt: Etem̃ irrefragabilis doctor Alexander in scripto secundi: Cœlū, ait, quod dicitur firmamentū, uidet esse ex eadē informi materia, de qua scriptū est Genesis primo: Spiritus domini ferebatur super aquas. Idem fatetur Antisiodorensis in Summa sua libro secundo, Gulielmus quoq; Parisiēsis libro de Vniuerso: Sed & Albertus fatetur in scripto secundi. Nobis rationabilius esse uidetur, quod ait Magister, tria uidelicet elementa fuisse cōfusa, permixta, & usq; ad summi cœli summitatē porrecta, & aquas
Propositione. super cœlū esse uerissime, ac cætera prout narrat Magister. Demū de his in Elementatione
Vide Capre. 2. Sen. dist. 12. q. 1. conclu. 4. & 2. &c. philosophica dicta sunt aliqua. Interim his obijci potest quod Thomas in scripto secundi affirmat, beatissimū Dionysium Aristotelē esse sequutū pene' in omnibus, atq; in isto, q̧ corpora cœlestia non sunt elementaris naturæ. Nam & quarto capitulo de diuinis nominibus loquitur: Cœlū & sydera ingenerabilē & inuariabilē habēt naturā. Ad quod uidetur dicendū iuxta nunc introducta, q̧ gloriosus præsul, doctor & martyr Dionysius, in ualde multis ab Aristotele recessit, etiā in ista materia: quia nec cœlū concessit ab æterno fuisse, nec eius motum

motũ perpetuum duraturũ: imò, ut modo monstratũ est, solem dixit primo die factum, ex prima illa informi materia, & quarto die formatum, per receptionẽ maioris lucis atq; uirtutis: quo constat, ꝙ Aristotelẽ non sit sequutus circa substantiam & naturam, ac inuariabilitatem cœlestiũ corpoꝝ. Nec dixit cœlũ prorsus ingenerabile esse, cũ & in Genesi scriptum sit: Istæ sunt generationes cœli & terræ. Deniq; etiã secundum philosophos elementa non sunt quo ad se, tota corruptibilia, neq; de nouo generabilia, nec iuxta præhabita, cœlestia corpora sunt proprie corruptibilia, eo modo quo mixta, in se cõtrarietatẽ habẽtia, q̃uis om̃e creatũ sit aliquo modo corruptibile, imò & annihilabile, atq; confestim in nihilũ relaberet, sicut ex nihilo est productũ, si ad momentũ om̃ipotẽtis dei cõseruatione destitueret. At uero etiã in alijs multis diuinus Dionysius Platonẽ magis q̃ Aristotelẽ est sequutus, ponẽdo bonũ ante ens, & asserẽdo ꝙ materia prima sit qd bonũ, q̃uis non sit ens. Postremo corpora cœlestia Plato dixit ex sua natura esse dissolubilia, quia cõposita: Omne (inquiens) iũctum, solubile: nunq̃ tamen dissoluẽda nec corrũpenda, quia creator omnipotens sic eoꝝ intrinseca coniunxit principia, ꝙ à principio instituit ac pręcepit ea ab inuicẽ nũq̃ disiũgi. Sic qppe inducit Plato in primo Timęi deũ ad cœlos ac sydera proloquentẽ: Opera mea uos, natura qdem dissolubilia: me tamẽ sic uolente, nunq̃ dissoluemini: qm̃ maior est uoluntas mea, nexu uestro. Quod dictũ sequit Damascenus libro secũdo. Hẽricus quoq; in Quodlibetis ualde id approbat, concordatq; uerbis sancti Ambrosii in Hexameron disserẽtis: Ego qui profundum maiestatis dei, exẽplarisq; artis eius excellentiam cõprehendere nequeo, nõ me disputatorijs libramentis cõmitto atq; mensuris, sed omnia in eius reposita æstimo potestate, ꝙ uolũtas eius fundamentũ sit uniuersorum, & propter eam mundus hic maneat. Quo cõstat hoc unicuiq; rei esse naturale, quod omnipotens, supersapiẽtissimus imperiosissimusq; creator ei uoluit, instituit, iussit consistere naturale. Ideo in Timæo asserit Plato: Dei uoluntatem si quis dixerit rerum certissimam esse originem recte eum putare consentiã. Amplius descriptioni sancti Mosi de reꝝ formatione ex cõfusa & indeterminata materia, Plato q̃q; in primo concordat Timæi: Omne, inquiẽs, uisibile corporeum, motu importuno fluctuãs, neq; unq̃ quiescẽs, ex inordinata iactatione redegit in ordinẽ, sciens ordinatorum formam confusis inordinatisq; pręstare: Nempe, ut in libro de Ciuitate dei sentire uidetur Augustinus, Plato in Aegypto per interpretem Mosi didicit libros.

PROPOSITIO CV.

COeli à diuersis theologis diuersimode numerant. Quod est, quia Apostolus ait se raptum usq; ad tertiũ cœlum, sicq; assignantur tres cœli, uidelicet cœlũ rationale, quod est homo iustus & sapiens, seu anima uirtuosa, quæ est tẽplum, & thronus ac sedes sapientiæ: congregatio quoq; fideliũ, frequenter cœlum uocat, & regnum cœloꝝ, præsertim in Euangelio & Apocalypsi. Secundum est cœlũ intellectuale, ut angelus sanctus, & angelorum exercitus, ordo & chorus. Tertiũ est cœlũ supersubstantiale, qd est superbeatissimæ trinitatis gloria, celsitudo, maiestas, om̃ia intra se continens, ambiens & transcendẽs: ad cuius claram contẽplationẽ raptus extitit Paulus Apostolus. Vel, primũ est cœlũ materiale: secundũ, spirituale: tertium, superessentiale. Alij dicunt tres esse cœlos principales, puta cœlũ stellatũ, quod dicit firmamentum: cœlũ crystallinũ seu aqueum, quod & nona sphæra uocatur: primumq; mobile: aliqui tamen opinant super hoc cœlum esse adhuc unum mobile cœlum, & esse decem mobiles cœlos, & cœlum empyreum quod est totum luminosum ac uniforme, ac si totum firmamentum esset tam clarum & splendidũ, sicut pulcherrima & radiantissima eius stella. Sub his cœlis sunt septem cœli planetarũ, quoꝝ utiq; planetaꝝ, cuilibet quidã tres orbes attribuunt, ut in Elementatione philosophica est expressum. Deinde cõputant adhuc aliq cœli, inquantũ proprietates cœlestiũ orbiũ in altitudine situs claritateq; lucis, causalitate aut capacitate participãt, quos aliqui asserũt esse sex, secundũ ꝙ tria ponũt interstitia, ignis terræq; aẽris: sicq; exprimunt cœlũ aẽreũ, æthereum, olympium &c. Omnes hi cœli ambiunt aquam & terram.

Gene. 1.

Luc. 17.

2. Cor. 12.

Propositione 60.

PROPOSITIO CVI.

ANima rationalis ad sui creatoris imaginẽ ac similitudinem est creata: similiter & homo. Quod est, qm̃ Genesis primo legitur deus dixisse: Faciamus hoiem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã: q̃d nequaq̃ ab oĩpotẽte prolatũ est ad designandũ ꝙ homo quãtũ ad corpis sui formationẽ & mẽbroꝝ lineamẽta sit fact⁹ ad dei imaginẽ & similitudinẽ: q̃si deus in propria suę deitatis essentia sit corporalis, aut corporaliter, figuraliter seu linealiter circũscript⁹, ut qdã rudissimi & idoctissimi putauerũt hęretici: imò & simi

& simplices quidam non ex malitia, sed imperitia tam grauiter delirantes, ut de nonnullis Aegyptijs monachis recitat Cassianus. Itaq; non in productione cœlestiũ corporũ, nec elementorũ, neq; mixtorum irrationalium, sed rationalis creaturæ, puta hominis, loquutus est deus, non utiq; ad angelos, sed deus in essentia unus ac simplex, & trinus in personis, loquutus est pluraliter: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostrã, i. ad maiorẽ nostræ perfectionis imitationẽ, seu in pleniore participatione nostræ perfectionis q̃ cætera creata corporea, ita ut præ illis nobis similior conformiorq; consistat: sicq; loquutus est ad insinuandum pluralitatẽ personarũ in se uel iuxta morem, quo excellentes personę loqui sic solẽt. Deniq; ista loquutio: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostram, dupliciter potest intelligi: Primo ut hæc præpositio, ad, terminum factionis determinet, eritq; sensus: Faciamus sic hominem, q in eo sit nostra imago, seu imago creata nos imitans seu nobis assimilata: & ita intelligitur de creata imagine: Secundo, q præpositio causam denotet exẽplarẽ, ut sit sensus: Faciamus hominem ad imaginẽ nostram, i. ita, q nostræ increatæ imagini assimiletur, puta diuinæ essentiæ seu trinitati personarum: sicq; imago improprie sumitur pro exemplari seu forma, ad cuius imitationem fit siue producitur aliquid. Præterea imago dei in anima specialiter potest attendi penes emanationẽ ad intra ac relatiua, & quantũ ad ipsas superiores animæ uires per aptitudinẽ & cõparationẽ earum ad suos actus, præsertim circa increatum obiectũ. Similitudo aũt animæ cum deo penes absoluta, ut anima rationalis inquantum omnium capax & deũ cognoscens ac diligens, dicatur ad similitudinẽ dei producta: item inquantũ est simplex, incorporalis ac intellectualis naturæ: Imago uero dei uocẽ inquantum per intellectũ possibilem generat intra se uerbũ & conceptũ rei intellectæ, atq; per uoluntatem diligit quod cognoscit, & eius amorẽ intra se spirat: Per intellectualẽ uero memoriam in se reseruat speciem rei ex qua actuali intellectione cessante, rursus formet ac renouet in se actualem notitiam. Itaq; sicut in summa trinitate ex patre nascitur filius, & ex utroq; spiritus sanctus: ita in anima ex mente procedit notitia ueluti proles mẽtis, & ex mẽte atq; notitia amor tanq̃ utriusq; nexus ac uinculum. Postremo imago & similitudo dei cõsistunt in anima à suæ creationis exordio imperfecte: Cũ aũt anima per exercitationẽ & informationem proficit, crescit, perficitur actibus ac habitibus scientiarũ & uirtutũ, imago & similitudo dei in ea ornatur, augetur & stabilitur. Cũq; supernaturalibus, gratuitis & infusis uirtutibus, donis & charismatibus, ac meritorijs actibus anima eleuatur ac decoratur, imago & similitudo dei in ea cõpletur, floret ac radiat ita, q quasi angelica ac deiformis efficiẽ: potissime uero hoc fit, dum per dona glorię inseparabiliter deo coniungiẽ, & tota in ipsum transformatur ac deificatur.

Gene 1.

PROPOSITIO CVII.

Omnipotens deus in numero, põdere & mẽsura constituit uniuersa.] Quod est, quia nec multitudine, nec magnitudine, nec ualore aut dignitate, neq; æternitatis duratione aliquid creatũ est simpliciter infinitũ. Porrò propositio ista Sapientiæ uudecimo scripta est: ideo ad intelligentiã eius fundamentalẽ ac literalẽ confert aduertere, qualiter & ad quid ibi introducatur: Fit equidem ibi narratio, qualiter deus puniuit Aegyptios propter eorũ facinora in filios perpetrata, & inter cætera actor libri loquitur deo: Inmisisti illis, puta Aegyptijs, multitudinem mutorũ animalium, i. minutorũ seu paruorum brutorũ in uindictã, uidelicet cyniphes, ranas, muscas, bruchos, locustas, atq; ut Iosephus addit, pediculos in uindictã: Non enim impossibilis, i. impotens erat omnipotens manus tua, immittere illis multitudinẽ ursorũ, aut audaces boues, aut noui generis ignotas bestias ira plenas &c. sed omnia in mensura, numero & pondere constituisti. Ex quibus uidetur, q uerba ista ad literã prolata sint, ad assignandum causam, cur deus omnipotens, iustus & sapiens, plagauit Aegyptios per animalia ista minuta, & infima ac uilia, ut scilicet Aegyptijs infligeret pœnas secundũ exigentiã culparum eorum, ita q omniũ Aegyptiorũ tormenta disposuit ministerio angelorũ in mensura, i. certa proportione: ut quò maiora erant peccata, eò & supplicia essent acerbiora: & in numero, i. certa multitudine, ut mereretẽ numerositas culpæ: quoniã nulla culpa permanet impunita: atq; in põdere, i. grauitate uindictæ: Nam quantò quis peccat ex maiori libidine, & intensiori affectu, eò acutiorẽ & intolerabiliorem meretur sortieturq; ultionẽ. Pręterea uerba ista per se sumpta, profundius ac multiplicius queunt exponi: Omnia nanq; creata simul sumpta constituta sunt in mensura, i. totũ uniuersum factum est in dignitate & esse specifico, in quantitate, qualitate ac potestate finitum, ac cæteris limitibus terminatum: in numero quoq;, quoniam numero unum est non

Alia expositio.

multa: nec innumerabilia, ut quidam philosophi imaginati sunt: & itē in pondere, quo oīa tendunt ad centrum, & in naturali inclinatione ad propriū finē. Insuper omnia singulatim ac diuisim accepta, constituta sunt in mensura.i.in esse limitato, & natura ad certū genus speciēq; contracta. In numero quoq;, quia in unoquoq; ente subsistēte, est multiplicitas aliqua, puta esse, posse & agere, materia & forma, seu actus & potētia, aut q̄d est & quo est: & in pōdere.i.inclinatione ad finē sibi conuenientē: propter q̄d sapientia increata perhibet attingere à fine usq; ad finē fortiter, & disponere cuncta suauiter. Deniq; his concordat q̄d Augustinus affirmat: Omnia esse facta in modo, specie & ordine: per modū designans mēsuram: per speciē, numerū: quia species rerū se habent ut numeri: per ordinē, pondus. Ad quę etiam reducunt quæ in libro 83. quæstionū commemorat dicēs: Quod constat, quod discernit, q̄d congruit: Vnū quodq; etenī per suū esse constat: per suam formam, cognoscit: per ordinem suū, congruit sibi ac alijs. Præterea cū deus sit uniuersorū causa in triplici gn̄e causæ, uidelicet efficientis & formalis seu exēplaris, atq; finalis: causat hæc tria in entibus secundū quandam appropriationē: quia inquantū causa efficiens, dat esse limitatum: inquantū causa exēplaris, influit speciem & numerū essentialiū intrinsecorū principiorū: inquantū causa finalis, largit pondus ac ordinem. Insuper ad hęc tria spectant tres proprietates entis, omni enti cōuenientes, & conuertibiles cū eodem, quæ sunt unitas, ueritas & bonitas: ita q̄ unitas pertinet ad numerū, ueritas ad speciem, bonitas ad ordinem: & causa prima in ratione causæ efficientis dat unitatē: in ratione causæ exemplaris, imprimit ueritatē: in ratione causæ finalis, bonitatē. In his tribus supergloriosissimus deus mundum constituit, regit et iudicat. In his ipse omnipotens iudex, nec cōprehendi pōt nec reprehendi. In horū clausura multa nunc latent abscondita, quæ clauibus sapientiæ et iustitiæ atq; iudicij dei, suo tēpore referabunt, quando et illuminabunt abscondita tenebrarū, et reuelabunt consilia cordiū. Amplius tria hæc in rebus actibusq; humanis speciali modo inueniunt: propter quod peccatum asserit esse corruptio modo speciei ac ordinis. Augustinus.

PROPOSITIO CVIII.

IMago et similitudo dei tanto eminentius resplendent in intellectualibus creaturis, quanto ipsæ intellectuales creaturę sunt excellentioris speciei perfectiorisq; gradus, et ordinis altioris. Quod est, quia quo aliqua creatura est deo propinquior, tanto est ei similior: angelus aūt in uniuersitate et ordine creaturarū primū et supremū locū sortitur: Vnde asserit Augustinus, q̄ deus creauit angelū prope se, materiā prope nihil. Pręterea ut in libro de angelica hierarchia diuinus Dionysius protestat: Angeli potissimū primæ ac summæ hierarchię sunt diuinissimi, animi propinquissimi creatori, et quasi in deitatis uestibulis collocati. Itemq; angelus (inquit) est deiformissimū, atq; mūdissimū speculū dei. Deniq; contestante in libro Diffinitionū Isaac Israēlita philosopho: Anima in umbra intelligentiæ est creata. Constat quoq;, q̄ in producendo uerbū mentale per intellectū et amorē internū, per uolūtatē, nec inde unq̄ cessando, angelica celsitudo multo perfectius ac deiformius habet se, q̄ imbecillis mens hominis. Sed et denuo clarū est, q̄ tam in donis naturæ q̄ gratiæ ac gloriæ, angelica creatura, præsertim ordinū altiorū multū præeminet creaturæ rationali intantū, ut in Euāgelio dixerit Christus: Qui minor est in regno cœlorū.i.infimus beatorū, maior est illo, puta Ioanne Baptista, ut adhuc fuit uiator. Veruntamen quibusdā est uisum, q̄ oībus hinc inde pensatis, et absolute loquendo, imago et similitudo dei expressius eminentiusq; in homine q̄ in angelo quocunq; resplendeant: queadmodū enī deus immensus est, tot⁹ in toto uniuerso, & totus in q̄libet eius parte: sic aīa rationalis tota est in toto corpore suo, & tota in qualibet eius parte: queadmodū etiam deus omnipotēs oīa ponit in esse naturali, sic anima omnia ponit in esse intelligibili. Rursus sicut deus est principiū omniū rerū & finis earū, sic homo primus principiū est totius gn̄is humani, ac finis rerū inferiorū. Sed ex his & consimilibus non probatur, q̄ loquēdo simpliciter, imago similitudoq; dei eminētius in homine q̄ in angelo luceant, sed quantum ad accidentalia quædam & per cōparationem ad creaturas: quantum uero ad ea in quibus directe & principaliter imago & similitudo hæc attenduntur, magis relucent in angelo. Verum ad discernendum in hac re, oportet agnoscere naturam specificam, uires, operationes, habitudines, efficacias, gradum & ordinem, tam angeli etiam summi q̄ animæ rationalis, certumq; q̄ ab angelorum, præsertim summorum, plena notitia in his prorsus deficiamus. Iccirco incircunspectionis uidet proferre, q̄ similitudo & imago dei, simpliciter fando, magis reluceāt in anima rationali, quàm in angelo summo.

Augustinus. Dionysius. Matth. 11. Imago dei perfectius relucet in homine. Nota.

PROPOSITIO. CIX.

Omnipotẽtia dei.
Sapientia.
Bonitas.

IN omnibus creaturis specialiter manifestantur, resplendent, & attenduntur tria hæc attributa, creatoris potentia, sapientia, bonitas.⌋ Quod est, quia in rerum creatione, atq; in creaturarum magnitudine & multitudine, considerat ac lucet dei omnipotentia: sapiẽtia quoq; summi artificis ac primi opificis, patet in rerum ordinatione, distinctione & gubernatione: Bonitas uero illius innotescit in entium conseruatione, & multiplici utilitate ac directione eorum ad finem unicuiq; conuenientem. Potentia actum elicit, sapientia dirigit, bonitas perficit: & sicut hęc tria in deo sunt unum, ita inseparabiliter operantur: Potentia nanq; sapienter & benigne elicit actum, & opus exercet: Sapientia potenter & benigne dirigit, ordinat, distinguit & regit producta: Sic & bonitas potenter ac sapienter conseruat, mouet, perficit, regit quæ condita sunt. Potentia tam sapiens & benigna est, ꝙ non efficit aliquid essentialiter malum, imò nõ nisi bonum: nec fineret fieri mala culpę, nisi posset, & sapientialiter ac prouidentialiter uellet inde elicere bona. Sapientia quoque tam potens & bona est, ꝙ in gubernatione rerum, nihil relinquit prorsus inordinatum: sic & bonitas dei tam potens sapiensq; consistit, ꝙ nil frustra neq; inaniter agit, nec ullum bonum uirtutis irremuneratum relinquit.

PROPOSITIO CX.
DE INCARNATIONE CHRISTI.

AD redimendũ genus humanũ, incarnatũ est uerbum dei æternum.⌋ Quod est, quia ut tactũ est, per primã & originalem primi parentis transgressionem in ipso hoĩe primo perijt eius posteritas, ita ꝙ originali iustitia iusto dei iudicio est priuata, dãnatiõi obnoxia facta, nõ solũ terrestris paradisi habitatiõe indigna effecta, sed cœlestis quoq; paradisi salute & glĩa destituta, ut supra etiã p exẽplũ est declaratũ. Porro` primus humanæ propaginis parens, originali peccato, quod in ipso etiam actuale extitit ac mortale, infectus, uitiatus, corruptus, hoc est in naturalibus læsus, atq; gratuitis destitutus ac spoliatus, nõ sic potuit sua pœnitentiali contritione, satisfactione ac meritis originalis iustitiæ conformitatem, innocentiæ donum, gratiam gratum facientem, charitatem, ac cæteros habitus uirtutum & donorum charitati annexos & necessarios, ad salutem sibi ipsi ac suæ posteritati recuperare ac promereri, sicut hæc ipsa spiritualia pręclara charismata potuit ante suam læsionem, corruptionem & lapsum sibi ac suis posteris tollere, demereri ac perdere: Nempe ante suam ruinam natura tota humana fuit in ipso pulchra & integra, tanq̃ in principio ac radice. Hinc illa persona ut talis & tanta, taliterq; à suo creatore honorificata & instituta, potuit habere & habuit actionẽ in seipsum, & in suam posteritatem redundantem ac transeuntem: imo` sicut per actionẽ præuaricatoriam & iniquam, redundauit in grauissimum nocumentum: sic per actionem triumphalem & obedientialem redundasset in potissimum ac saluberrimum bonum, ita ꝙ nullus posterorum ipsius perisset. Præterea genere humano sic perdito & damnato, supersancta & irreprehensibilis dei iustitia dictauit, imo` ab æterno instituit ac decreuit, non redimere nec iustificare ac saluare genus humanum, neq; originali illi peccato ignoscere, ac eius auferre reatum, nisi per satisfactorem, reconciliatorem & redemptorem tam dignum, efficacem & innocentem, ꝙ meritum eius charitas & iustitia redundarent & pertransire possent in uniuersum humanum genus, ita ꝙ tam accepta uel potius acceptiora magisq; grata & placita essent deo creatori, q̃ hominis primi demeritum, inobedientia, trãsgressio, displicuerũt eidẽ. Porro` talis satisfactor in genere humano, imo` in toto mundo inueniri nequiuit, sic ꝙ pura consisteret creatura, ut mox ostendet: Propterea deus pietatis & misericordiæ penitus infinitæ nolens genus humanum in toto perire, nec aliunde deceptos corporales ac frugales permittens omni auxilio atq; remedio destitutos, excogitauit & statuit in infinita sapientię suæ profunditate, congruẽtissimũ, superrationabilissimũ ac supersubtilissimũ modum succurrendi, medendi ac saluberrime prouidendi humano miserabili generi, puta per incarnationem uerbi æterni, quod in unitate personæ esset deus & homo: sicq; ex assumpta humanitate haberet promereri, satisfacere, pati, condolere ac mori. Ex hypostatica uero coniunctione, cũ increata diuina persona, puta uerbo æterno, pręsertim ex ipsa uerbi deitate, haberet omnem superabundantissimã, inexhausibilẽ, & quasi immensam idoneitatẽ, efficaciam, dignitatẽ, promerendi, satisfaciendi, subueniendi deperdito generi, corruptæ quoq; & destitutæ naturæ. Hac ratione sancta ecclesia & sacratissima fides Christiana fatet & euangelizat dei patris unigenitũ, incarnatũ, & uerum hominẽ factũ absq; omni derogatione suæ maiestatis.

Deus cur homo factus.

PROPOSITIO CXI.

Multiplici

MVltiplici ratione sapiētissime declarat, nullā purā creaturā fuisse idoneā & cōdignā ad redimendū totū genus humanū.⌋ Quod est, qm̄ sicut deus essentialiter ictus est dignitatis & honorabilitatis oīformiter infinitæ: ita transgressio preceptorū ipsius infinitā quodāmodo enormitatē sortit: siqdē quò maior ac dignior est pręceptor & legislator, eò grauioris iniqtatis est eius præuaricari pręceptū, contēnere sanctitatē, inhonorare bonitatē, dignationē, clementiam eius. Rursus quò plures ac fortiores sunt rationes obediendi & humiliandi se deo, eò iniquus est non obtēperare eidē. Oēs aūt pręcipuæ rationes obediendi alicui, q̄tū est ex parte eius cui obediendū est, cōsistunt in oīpotente, uidelicet summa auctoritas, maiestas altissima, paternitas uera, munificētia maxima: & qm̄ ipse nos fecit, & quicqd habemus boni, largitus est: Eius q̄q; beneficia in naturalibus & gratuitis, & promissa ipsius in gloriæ donis innumerabilia & ineffabilia sunt oīno. Quàm inæstimabilis ergo uitiositatis est talē ac tm̄ dn̄m nō curare & transgredi eius iussa? Rursus cū natura communis sit ex se cōmunicabilis illimitate in infinitū, patet ꝙ illimitate pro uniuersis eius indiuiduis satisfacere sit satisfactionis dignitatis & efficaciæ infinitę. Tanta quoq; est dignitas gratiæ gratū facientis & gloriæ electorū in patria, ꝙ nullo queunt merito creaturę puræ procurari pro specie tota: aptissimū igiť fuit gn̄i humano desuper prouideri ac dari saluatorē uirtutis, ac grā copiosissimę & immēsę, cuius uirtus & meritū, bonitatis, gratia, ualor, acceptabilitas tam incōparabiliter transcenderēt oē demeritū & offensa primi parētis, quatenus oīni ex parte abūdantissime succurrat fragilitati, indigētię, indignitati & insufficientiæ naturæ humanæ. Talē ergo & tantū mediatorē, saluatorē & auxiliatorē dignatus est pater æternus prouidere ac dare hoībus, ut per unionē & connexionem ad ipsum, ꝑ fidē, ꝟtutē meritūq; illius, gratiā & gloriā cōsequant, mediātibus sacramētis ipsius, si assit facultas ea recipiēdi.

PROPOSITIO CXII.

SAluatorē gn̄is humani decentissimū fuit esse hoīem uerū, sanctū & innocentē, totius peccati expertē.⌋ Quod est, qm̄ mediatorē & reconciliatorē cōgruit cōmunicare & cōuenire cū parte utraq;, ut manū suā possit ponere in ambobus. Cū ergo satisfactor et saluator iste sit recōciliator gn̄is humani cū deo, & inter deū offensū offensoresq; hoīes mediator, cōgruentissimū fuit, ut homo esset prorsus innoxius ꝑ oīa placēs: non angelus & deus, sed deus & homo: cū patre æterno in uera cōmunicans deitate: cū hoībus q̄q; in uera & sanctificatissima humanitate. Preterea eum q offendit, satisfacere cōgruebat: homo aūt offendit & ꝑdidit, ergo satisfactorē et expiatorē tanti piaculi esse hoīem cōuenientissimū fuit: q ut in oībus summe esset acceptus et placēs, debuit oīni culpa carere, oīni ꝟtutū ꝑfectione fulgere.

PROPOSITIO CXIII.

INcarnatio uerbi æterni, maiestati et puritati, incōmutabilitati, et excellentię suæ deitatis, in nullo est derogās, sed charitati eius, bonitati ac pietati summe et ineffabiliter decens et cōgruens.⌋ Quod est, qm̄ incarnatio .i. humanatio unigeniti uerbi ac filij dei, facta est et cōpleta in instanti totius superbeatissimæ trinitatis, omnipotente uirtute, et supernaturalissima oꝑatione, absq; omni cōmixtione et fœdatione, et sine omni mutatione, minoratione, ac coartatione naturæ diuinę & increatæ ꝑsonę, per eleuationē & assumptionē naturæ humanæ in deū, hoc est ad æterni uerbi personā, & per suppositationē naturæ assumptę inesse personali & hypostatico uerbi æterni sic, ꝙ in eodē esse hypostatico, increato, superplenissimo & immēso, in quo persona filij dei æternaliter est subsistens natura humana ab illo assumpta, à primo incarnationis instāti actualiter est cōsistēs, uere suppositata, sustentata & constabilita in illo: nō ut ipsa natura assumpta existat suppositū, sed cū natura diuina & assumēte eā persona suppositū unū cōstituēs: nō ꝙ natura assumpta personalitati uerbi quicq̄ ꝑfectionis adiecerit, sed qa persona illa increata ac adorāda, q̄ æternaliter subsistebat in sola natura diuina, ab incarnationis primordio fuit subsistēs etiā in assumpta natura humana, nihil noui ab illa recipiens, sed suā ꝑsonalitatē subsistētiāq; illi cōmunicās tūc & taliter, quando & qualiter ab æterno facere id inuariabiliter disposuit ac decreuit. Præterea cū charitas sit uis unitiua, transformatiua, imò & idētificatiua diligētis cū dilecto: Bonitatis quoq; proprietas sit se diffundere, cōmunicare, largiri: Pietatis itē proprietas sit cōpati, misereri, succurrere: constat ꝙ unigenito dei, qui essentialiter charitas est, & charitas utiq; infinita, ac bonitas pura, pietasq; immensa, excellētissime congruebat se suæ rationali creaturæ tam intime ac proxime inseparabiliterq; unire, & se ei tam exuberātissime cōmunicare, atq; tam benignissime ac munificentissime eidē auxiliari, parcere, mederi, ac de uera prouidere salute: & hęc fuit diuinę maiestatis dignatio summa, miseratio plena, cōmunicatio liberalissi

Obediendi rationes in deo consistunt.

Gratiæ gratū facietis dignitas.

Vnigenitus dei essentialiter est charitas, bonitas & pietas.

ma:cuius maiestatis quò maior est eminētia,eò & maior est dignatio benignitasq́ ipsius.

PROPOSITIO CXIIII.

SApientia,omnipotentia, bonitas,charitas,misericordia, iustitia,liberalitas dei,in sua incarnatione ac cæteris suæ humanitatis mysterijs eminentius,magnificentiusq́ resplendent,q̃ in creatione & gubernatione totius mundi. Quod est,qm̃ maius fuit diuinæ incircũscriptibilis maiestatis naturam atq; humanæ fragilitatis essentiam in unam counire personã q̃ res ex nihilo procreare. Nam q̃uis non esse et esse,seu nihil & aliqd dicantur infinite distare ab inuicem,tamen cum nil & non esse nõ sint aliquid positiuum,nõ habet realem distantiam ab esse & ente seu aliquo,sed imaginariam tantum:incomparabiliter quoq; plenius,mirabilius & indicibilius cõmunicauit,ostendit & declarauit deus dei filius suam bonitatẽ,charitatẽ,munificẽtiam,dignationẽ,misericordiã,humanitati assumptę, uniendo eam suæ deitati immediata,proxima & hypostatica unione,cõmunicandoq́ ei suã personalẽ subsistẽtiam eandẽ numero,suppositădo illã in suo esse personali increato,in quo ipse secundũ deitatẽ æternaliter est subsistens,q̃ cõmunicando rebus creatis dona & beneficia sua creata,ac seipsum solũmodo obiectiue ad intuendũ,possidẽdũ, fruendũ.Insup charismata gratię donaq; gloriæ à primo incarnationis instanti inæstimabiliter præclariora cõtulit assumptæ humanitati,q̃ alicui alteri creaturæ.Rursus incõprehẽsibilis altitudo sapientię creatoris,imperscrutabilisq́ profunditas consilij supergloriosissimæ trinitatis,super modo redẽptionis gñis humani,in incarnatione uerbi æterni ac cæteris eius mysterijs,incõparabiliter est refulgens:in quibus & iustitia dei patris monstrať,qui maluit unigenitũ suũ sic pati,crucifigi ac mori,q̃ peccata multa relinquere. Quod uero sine meritis nostris: imò & nõ obstãtibus infinitis demeritis nostris, tã copiosissime & sup̃misericordissime nobis subuenit,immẽsitatẽ pietatis suę cõmẽdat. Cõformiter sapiẽtia dei interminata declarať in hoc, q̄ nõ solũ p̃ uiã potẽtiæ,sed potius per cõtẽperationẽ misericordiæ atq; iustitię suę redemit nos:per Christi quoq; humilitatem,patiẽtiam,paupertatem,charitatem,expugnauit & uicit dæmonum ac sæculi huius superbiam,odium,opulentiam & rancorem.

PROPOSITIO CXV.

NOn nisi uenustissimam, pulcherrimã & decoratissimã humanitatẽ decuit à uerbo æterno assumi. Quod est,qm̃ inter uniẽdos decet esse proportionẽ:Vnde nec anima infundiť corpori nisi organizato & conuenienter disposito:nec aĩa à corpore separata perduciť ad beatificã uisionẽ, nisi p̃fecte ab om̃i macula culpę ac reatu purgata & libera. Cũq; unire increatę personæ,nõ solũ ad intuendũ ac perfruẽdũ, imò etiam ad subsistendum simul cum ea in eodem esse personali, sit prorsus incomparabilis,pręclarissima ac uicinissima unio creaturæ cum creatore,euidens est, q̄ ad eam exigatur incomparabiliter excellens puritas,decor,sanctitas, perfectio creaturæ taliter assumendæ, nunc q́ assumptæ à deo:non q̄ unio uerbi æterni cum humanitate ab ipso assumpta,non sit immediate facta in ipsa natura,& inter personam assumentem & naturam assumptam: sed q̄ in præconceptione mentis diuinæ decretum sit & decentissimum iudicatum,ut non assumeretur natura nuda & indecorata,sed cunctis charismatibus gratię donisq́ glorię pręexcellẽtissime,ac incomparabiliter perornata, pulchrior & radiantissima facta, usq; ad omnẽ suę capacitatis repletionem(saluo statu uiationis in carne mortali,puta quantum ad superiores animę uires per respectum ad increatum obiectum)& ita Christi humanitas(quãtum ad animam sic ornatam)ineffabiliter fuit splendidior,sanctior, nobilior omni mente angelica,imò seraphica & suprema,sic q̄ nullatenus indecens extitit naturam hãc tam supernaturalissime uenustatam & nobilitatam,hypostatice uniri uerbo æterno.

PROPOSITIO CXVI.

EOdẽ instãti quo desuper creata est aĩa saluatoris, exuberãtissime est repleta cũctis excellentissimis supernaturalibus donis,eius statũ,dignitatẽ & perfectionẽ decentibus. Quod est,qa in primo suę creatiõis instãti unita est uerbo ęterno,nõ solũ ad clarissime intuẽdũ,ac deliciosissime p̃fruẽdũ,sed itẽ ad subsistẽdũ in creato hypostatico esse uerbi,imò ordine dignitatis primo ad taliter subsistẽdũ,deĩde ad beatifice cõtẽplãdũ:sicq; eodẽ instãti exuberãtissime est lumine glię p̃impleta lympidissima toti⁹ supbeatissimæ trinitatis beatifica cõtẽplatiõe,cũ incõpabili excellẽtia supimpleta: proportionata q̃q; fruitiõe increatæ dulcedinis inebriata. Tũc demũ adimplet⁹ & decoratus est intellect⁹ aĩæ Christi multiplici sapiẽtia,puta sapiẽtia btõꝝ,q̃ oĩa uidit in uerbo ęterno,in q̃ à suo exordio uidit & nouit uniuersa,q̃ ipsũmet ṽbũ icreatũ seu de⁹ scit sciẽtia uisionis,uidelicet uniuersa, præterita

præterita, præsentia & futura, non autem scit simpliciter infinita: non enim scit omnia quæ deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, & quæ omnipotens uirtus ipsius facere potest. Tunc demum impletus est eminentissime intellectus animæ Christi, scientia indita seu infusa, qua omnia intra se noscit per species sibi concreatas, cuncta scilicet mysteria gratiæ ac salutis humanæ, opera item naturæ, & totum ordinē rerū, sed & naturalis scientia & experimentalis ascribitur ei. Amplius dona spiritus sancti ad intellectiuam uim pertinētia, & eā perficientia, ut sunt sapientia, scientia, intellectus, consiliū: Hæc sumendo secundum q̄ inter septē dona cōputant, pfectissime sunt in Christi intellectu à sui principio: gratia quoq; prophetalis notitiæ ac summa prudentia Præterea uolūtas animæ Christi iugiter fuit in omni charitate & dilectione dei & proximi, præ omnibus sanctis inæstimabiliter prorsus perfecta, donis quoq; pietatis, fortitudinis & timoris præclarissime decorata, sed & om̄i uera iustitia: nec in memoriam aīæ Christi ulla cadebat obliuio: profecisse tamen asserit Christus, quantū ad manifestationē & usum ac fructificationem suæ interioris perfectionis. Insuper essentia animæ saluatoris extitit plenissime decorata gratia gratūfaciente, q̄ fuit in ipsa grā capitis, inquantū ex gratiæ illius plenitudine mēbris suis influxit: & etiā gratia psonalis, inquantū psonā eius quo ad naturā adsumptā perfecit: quæ gratia q̄uis nō fuerit simpliciter infinita, puta creata essentia, phibet tamē quodāmodo infinita, qm̄ totā capacitatē aīæ Christi omnino impleuit, & totā gratię eminētiā cōprehēdit. Interdū uero dicit humanitas Christi sola gratia à uerbo assumpta: in quibus uerbis gratia pro increata gratia, hoc est pro diuina pietate & dignitate accipit: ex qua principaliter factū est, q̄ uerbū ęternū humanitatem assumpsit, quæ etiam gratia unionis interdū uocat, & antecedēter se habet ad incarnationē. Quandoq; uero præfata gratia capitis grā dicit unionis. Ex introductis innotescit q̄ fides & spes non fuerūt in Christo, cū fides obscuram & ęnigmatiuā dicat notitiam, spes aūt absentiam carentiamq; beatitudinis. Postremo uirtutes morales & cardinales & cæteræ quæ nullam in sua ratione imperfectionē includūt, fuerunt et sunt in anima Christi excellētissimæ secūdum statū perfectū quo in uiris heroicis esse censent, imò ineffabiliter eminētius q̄ in illis: siquidē omnis uirtus et habitus, omne donū charisma atq; perfectio quæ Christo attribuunt, conueniunt ei in plenitudine et excellentia tanta, q̄ creatura illorū capax nō est in eminētia ampliori, quēadmodū etiā quicquid cōuenit deo secundū deitatis naturam, cōuenit ei cum perfectione simpliciter infinita. Interim aduertēdum q̄ gratię gratis datæ appellant quæ ad cōmunē aliorū utilitatē, profectū, conuersionē et salutē ordinant ac dant, ex qbus et per quæ ea quæ fidei sunt, et supernaturalis doctrina persuadētur, confirmant atq; à deo esse monstrantur. Cūq; saluator fuerit euangelicæ legis institutor, catholicæ quoq; fidei euangelizator, et supernaturaliū ac incōprehensibiliū documentorū assertor, præcipue decuit eum dona gratiæ gratis datæ in excellētia summa habere, imò et talia suis cōferre discipulis. Vnde loquutus est eis: Infirmos curate, mortuos suscitate, dęmones eijcite. Itēq; eos qui crediderint hęc signa sequentur: In nomine meo dęmones eijcient, linguis loquent nouis, serpentes tollent, et si mortiferū qd biberint, non eos nocebit.

PROPOSITIO CXVII.

IN Christo utraq; natura māsit integra & perfecta, iccirco communicatio idiomatum habet in ipso locū in qua qd propter quid dicat sapiētialiter est pēsandū. Quod est, qm̄ Christus in unitate psonæ est uerus deus: ideo uerā, ęternā & incōmutabilē habet in se deitatē ut sui essentiam ac naturam, & uerus homo: propter quod uerā habet humanitatē ex anima rationali & humana carne constantē: nec aliqd uerbi in carnē mutatum est, ut dixit rudis & impius Apollinaris: nec ex utraq; natura cōstituta est tertia, ut Eutices finxit: nec per solā et excellētē gratię inhabitationē facta est unio ambarū naturarū in Christo, ut inimici dei Nestorius patriarcha Constātinopolitanus, Dioscorus quoq; patriarcha Alexādrinus, & ante eos Photinus Mesopotamiæ episcopus sunt mentiti: quorū perfidiam usq; in præsens Saraceni sequunt, dicētes q̄ Christus sit purus homo, nō uerus deus. Hinc fatemur, q̄ in Christo fuerūt & sunt duę operationes, loquēdo in generali, diuina uidelicet & humana. Qu itē in ipso sunt duo intellectus & duæ uolūtates, duæq; sapiētiæ, duæ scientiæ, duæ dilectiones, duæ itidē potestates, puta diuina, increata, immēsa, æterna & humana, creata, finita. Hinc sctūs Dionysi⁹ opationē Christi uocat θεανδρικὴν .i. deiuirilē. Vnde in Christo humana attribuunt deo, ut esse cōceptū & natū ex incōparabili et felicissima ꝟgine, esse passum, crucifixū, sepultū, esurisse, timuisse &c. Diuina quoq; homini ascribūtur: ut q̄ Iesus eduxit populū de Aegypto, mundū saluauit, creator est suę matris totiusq; orbis, & ab ipso Athanasius.

 spiritus

spiritus sctūs procedit: qm̄ Iesus seu Christus in his & cōsimilibus uerbis increatā supponit psonā: & hoc cōmunicatio idiomatū nūcupatᷓ, q sermones, q̄ diuina sunt exprimētes, hoī cōpetūt, & diuina de hoīe p̄dicātᷓ: sermōes q̄q; q̄ humana sunt designātes, cōueniūt deo, et enūtiantᷓ de eo. In qbus sapiēter oportet perpēdere, qd propter qd dicatᷓ. i. ratione cuius naturę hoꝵ quodlibet affirmetᷓ de Christo, uidelicet propter unitatē psonæ, & formaliter ratione alicuius specialis naturæ. Etenī quāuis humana deo sic ascribantᷓ, hoc tamen originaliter ac formaliter est ex parte humanitatis assumptæ, ut esse passum: cū deitas æternaliter inpassibilis pseueret: sic & diuina dicunᷓ de hoīe illo, ut cūcta creasse, proprie ratione diuinæ naturæ: Iccirco secundū Hieronymū utraq; natura in Christo opata est cū cōmunione alterius, quemadmodum & cū alterius communione fuit consistēs: nō tamen diuina in subsistendo & operando dependebat à natura humana, imò econtrario.

PROPOSITIO CXVIII.

HVmanitas Christi se habet ad personā uerbi assumentis ut instrumentū animatū, propriū, coniunctū & immediatū: queādmodū corpus organicū se habet ad aīam rationalē ipsum informantē, uiuificantē, mouētē & gubernantē. Quod est, qm̄ unigenitus dei patris factus est homo, quatinus per assumptā à se humanitatē operaretᷓ nostrā salutē in medio terrę, satisfaciēdo & moriendo pro nobis, exēplis etiā & doctrinis nos informando, & inter nos conuersando: certūq; est, q huiuscemodi actiones ac passiones diuinæ nequeant inesse aut cōuenire naturæ, nec diuinæ personæ ex parte naturę diuinæ: Iccirco uerbū æternū assumpsit naturā humanā in unitatē personæ, & societatē quādam atq; cōmunionē personalitatis propriæ, ut in ea & per eam tanq̄ per instrumentū sibi immediate cōiunctū suppositaliterq; unitū exerceret nostræ redēptionis mysteriū, queādmodū aīa nostra per corp⁹ suū exeqtᷓ suos actus. Insuper sicut aīa nostra efficit multa per diuersa instrumēta, separata, cōmunia, ut per securim, terrebellū, pugionē: ita & uerbū primū per diuersas creaturas tā uisibiles q̄ inuisibiles multa operatᷓ, tanq̄ p separata & cōmunia instrumenta.

PROPOSITIO CXIX.

MVlta cōueniunt Christo ratione naturæ assumptę, ut esse prędestinatum, esse sacerdotē & sacrificiū, esse aduocatū, intercessorē & mediatorē. Quod est, qm̄ prædestinari & pręordinari ad uitā beatā, hæc est prædestinatio passiua. Actiua uero prędestinatio, est præordinatio mentis diuinæ eoꝵ, quæ per gratiā cōsummatam sunt gerēda in tēpore. (Prædestinatio duplex.) Cūq; per diuinam pietatem & misericordiā, quę interdū nominatᷓ gratia increata, atq; per gratiam unionis & hypostaticam coniunctionem in tēpore factū sit gratiose, q homo est deus & summe beatus, deus quoq; sit homo: cōstat q Christus recte prędestinatus uocetᷓ, non quo ad diuinam naturam, sed quantū ad humanitatem assumptam: nō q illa proprie loquēdo sit prædestinata, uel dici possit filius dei: nam prędestinari cōpetit magis supposito. Vnde & Christo cōpetit ratione naturæ assumptę: nec solum hoc conuenit ei, sed etiam q cęteri electi & prędestinati dicuntur electi & prędestinati in ipso: quia diuinitus est decretum, ut effectū prędestinationis consequantᷓ per ipsum: Propter q̄d prędestinatio Christi dicitᷓ exēplar & causa nostrę prędestinationis, & hoc quantū ad effectum & terminum prędestinationis, non quo ad prędestinationis actum, qui est ipse deus ęternus prędestinans. Hinc ad Romanos dicit Apostolus: Qui prędestinatus est filius dei in uirtute: q̄d qdam sic exposuerunt: qui uidelicet Christus, existēs filius dei in uirtute (Rom. 1.) .i. filius dei naturalis omnipotens, prædestinatus est secundum naturā assumptam, sicut & passus, & mortuus fertᷓ secundū eandē. Alij dicunt per gratiā unionis peractū, ut filius ꝟginis sit dei filius naturalis. De hoc super tertiū Sentētiaꝵ, & super Epistolam ad Hebręos dictū est plenius. Amplius dn̄s & saluator ratione assumptæ naturę, appellatᷓ sacerdos & hostia: qm̄ (teste Apostolo) semetipsum obtulit deo patri oblationem & hostiam in odorē suauitatis. (Ephe. 5.) Iugiter quoq; intercessit pro nobis, estq; aduocatus noster apud patrē, cui ostendit latus & uulnera, imò totius cōuersionis ac passionis suæ in seculo isto meritū, gratiā ac ꝟtutē: & ita est propitiator & propitiatio pro nostris peccatis, ut in prima sua Canonica sanctus ait Ioannes. (1. Ioan. 2.) De sacerdotio aūt & pontificio Christi spirituali atq; perpetuo, nō legali, diffuse tractat Apostolus in epistola ad Hebræos. Deniq; tota uita & conuersatio Christi in carne mortali à primo incarnationis instanti usq; ad instans suæ expirationis in cruce, fuit quasi una continua missa ac celebratio, qua se indesinenter obtulit patri pro nobis, uolūtate promptissima, & effectuosissime orauit pro nobis: & quicqd deliberata uoluntate precatus est, impetrauit. Vnde apud Ioannē protestatᷓ ad patrē: Quoniam semper me audis. (Ioan. 11.)

Propositio

PROPOSITIO CXX.

CHristus à primo suę incarnationis momento promeruit excellẽtissime. Quod est, quia à primo illo instanti anima eius fuit in sapientia atq; scientia, ut est ostensum, perfecta, & nouit se esse creatã ac uerbo æterno unitã, ut per eam & corpus eius redimeretur genus humanũ, & omnia clare uidit in diuina essentia: Protinus ergo exequi cœpit & agere id, ad quod se uidit conditã taliterq; assumptã, hoc est superbeatissimã trinitatẽ clare per speciẽ contẽplari, eius beneficijs incõparabilibus regratiari, & specialiter uerbo ęterno, à quo uidit hypostatice se assumptã: Orare quoq; pro genere humano, & condolere hominibus, seq; paratissimã exhibere ad agendũ & patiendũ uniuersa & singula, quæ trinitas summa disposuit & præuidit eam facturã & passurã pro hominũ redemptione, gratia & salute. Deniq; Christus cõprehensor extitit & uiator, nec ut cõprehensori cõpetebat mereri, sed ut uiatori, inquantũ passibilis erat, in carne degens mortali, sic demũ efficacissimus fuit ad promerendũ, tum quoniã amãtissimus & acceptissimus fuerat deo patri, & in omi uirtute tam summe perfectus, ut capax erat natura creata: tũ quia in charitate dei & proximorũ singularissime feruentissimus fuit & consummatus: tũ quia indesinenter promeruerit actu, eò q nulla occupatio alia impedire potuerit mentẽ eius ab actuali consideratione & appetitione nostræ salutis: ideo nec ab oratiõe interna: tũ quia in ipso fuit gratia capitis atq; perfectio generalis, per quas summe fuit idoneus omnibus promereri. Pręterea uniuersa quæ egit & pertulit, ad nostrã ordinauit subuentionẽ ac dei honorẽ, ad patris gloriã & nostrã salutẽ: Iccirco per omnia illa nobis promeruit, multa et innumerabilia ac maxima bona, gratię et salutis beneficia, auxilia ac uaria prorsus charismata: et sicut pręhabitũ est, in omnibus his Christo homini seu eius humanitati inerat inæstimabilis idoneitas promerendi ex deitatis natura ac dignitate immensa. Insuper ut homo uiator meruit Christus sibi ipsi præmia quædã accidentalia, sui corporis glorificationẽ, sui nominis dilationẽ, et iudiciariã potestatẽ: quę nihilominus sibi cõpetebant ex hypostatica unione cum uerbo. Postremo merita Christi oportet hominib⁹ aliq mõ per fidẽ et sacramẽta seu aliter applicari, ut infra dicetur.

PROPOSITIO CXXI.

CHristus caput est omniũ electorũ, ac totius militantis ac triũphantis ecclesiæ. Quod est, quia quemadmodũ caput corporale eminet cęteris mẽbris, et omnes sensus in eo plus uigent, aliorũ quoq; membrorũ sensatio ac motio, uita et gubernatio à capite dependent: sic Christus eminet cunctis hominibus, atq; ex plenitudine gratiæ suæ influit alijs quorũ spiritalis sensatio, uita, motio et gubernatio dependent à Christo q dixit: Sine me nihil potestis facere. Nempe ab ipso est uita gratię ac motus, operatioq; uirtutũ, sensus spiritalis et gubernatio salutaris: pręcipue uero est caput habẽtium charitatẽ: Est itẽ caput angelorũ, quibus etiã secundũ assumptã humanitatẽ prælatus est & influit, imò & de multis eos illuminat. Porrò cum caput corporale ac naturale eiusdẽ naturæ sit cũ mẽbris suis, Christus quo ad hoc magis proprie caput hominũ, præsertim fideliũ, appellatur: Itaq; sicut multa mẽbra corporalia per neruos & alia inuicẽ copulata & uiuificata sunt unũ corpus naturale organicũ, cuius caput est pars eminẽs & suprema: sic uniuersi fideles fide, spe, charitate connexi, sunt unũ mysticũ corpus, cuius spiritale caput est Christus, cui secundũ animã suã conuenit esse caput angelorũ non proprie quantũ ad corpus. Postremo Christus secundũ naturã diuinã caput est principale omniũ electorũ, sicut & trinitas summa quæ unus est deus, principaliter influens omnẽ gratiæ ac gloriæ uitã, & omnẽ actũ uirtutũ, cũ & Apostolus fateatur caput Christi deus, Christi inquam ut hominis: secũdum assumptã uero naturã causa est gratiæ ac uirtutũ meritoria, secũdaria, instrumẽtalis.

Ioan. 15.

1. Cor. 11.

PROPOSITIO CXXII.

PAssio Christi ex parte passi, summe meritoria & fructuosissima fuit. Quod est, quoniã passionẽ & mortẽ ex perfectissima & feruentissima dilectione dei & hominũ acceptauit & pertulit, eãq; ad patris honorẽ & hominũ ordinauit salutẽ, æstuãtissime cupiens per eã recuperari honorificentiã altissimi creatoris, per cõuersionẽ & unionẽ hominũ cũctorũ ad ipsum, generisq; humani ruinã per fidẽ, pœnitentiã & gratiã consummatã: pręterea ex promptissima atq; humillima obediẽtia omnia tolerauit, inquantũ supgloriosissima & supsapiẽtissima trinitas pręordinauit & decreuit oĩa instaurare in Chr̃o, & p eius passionẽ cõplere humanæ redẽptionis mysteriũ & effectũ, beneficiũ ac medelã, antidotũ & emplastrũ, qd totũ in Chr̃i incarnatiõe extitit inchoatũ. In tota qq; cõuersatiõe, tribulatiõe ac patiẽtia eius in seculo hoc prosequutũ, & in passiõe ipsius cõpletũ. Vñ in cruce pẽdẽs & expiratiõi iã proxim⁹, dixit: cõsummatũ ẽ: inclinatoq; capite, cũ dixisset: Ioan. 19.

Luc. 23. Philip. 2. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, tradidit spiritũ, factus obediens usq; ad mortem. Insuper ex incomparabili misericordia, pietate, compassione, liberalitate, constantia, sustinuit cuncta ineffabiliter, malens illa omnia pati, q̃ genus perire humanũ: ideo liberalissime & se totum pro illius saluatione exposuit. Nec solum dignatus est mori pro causa tam salubri & pia, imò etiam ignominiosissimum ualdeq; diuturnum & acerbissimum genus mortis pati elegit, quatenus copiosius subueniret hominibus, & abundantiorẽ eis gratiam mereretur, perfectiora quoq; uirtutum exempla ipsis præberet, & suã ad eos dilectionem plenissimam exuberantius declararet. Præterea ex hoc passio sua incomprehensibiliter fuit meritoria, fructuosa, saluifica, q corpus suum & animam, uitam & sanguinem tam inęstimabilis dignitatis & acceptabilitatis, ex unione hypostatica cum uerbo æterno dedit in pretium nostrę redemptionis. Hinc passio Christi inquantum ex tanta charitate, pietate, obedientia, liberalitate, aliarumq; uirtutũ perfectione acceptata, tolerata & ad nostram salutem relata, atq; à saluatore tam præstantissimo & pretiosissimo ac deo patri summe dilecto assumpta fuit, totius supersanctissimæ trinitatis copiosissime placatiua, & pro originali peccato, cęterisq; excessibus generis humani superabundanter satisfactiua & redemptiua, puta deo multo plus placita, grata & honoratiua ipsius, q̃ primorũ parentum ac posteritatis ipsorũ offensa, iniuria, ingratitudo, impietas fuerat displicens, detestabilis & iniuriosa. Interim dolor interior compassionis Christi dolorem suæ corporalis passionis excessit: uehementissime quippe condoluit ingratis & perituris, suis quoq; discipulis spiritaliter lapsis, ac suæ dignissimæ & amantissimæ genitrici, in qua tunc dolor parientiũ extitit duplicatus.

PROPOSITIO CXXIII.

ANima Christi tempore passionis fuit in maximo gaudio beatificæ fruitionis, in uehementissimo item dolore passionis & cõpassionis.⌋ Quod est, quoniã Christus (ut patuit) fuit uiator & comprehensor: Viator quantũ ad carnẽ suam mortalem sensitiuasq; uires interiores & exteriores, in quibus omnibus intentissimẽ proprijs & distinctis patiebatur doloribus. Fuit etiam comprehensor quantum ad superiores animæ suæ potentias, per comparationem & respectum earum ad increatum obiectũ: sicq; in maximo fuerat gaudio fruitiuæ beatificæ uisionis. Nihilominus inquantũ uires illę fundatæ fuerant, subiectatæ & radicatæ in essentia animæ, quæ tunc tota extitit in dolorẽ, etiam in eas ut sic redundauit passio atq; compassio saluatoris: nec tam contraria simul fuerant in eodem secundum idem & respectu eiusdem: Nempe potẽtia animæ pati potest dupliciter, puta proprie & à suo obiecto læsiuo, ut dum tactus affligitur frigore aut calore: & sic superiores uires animæ Christi non patiebantur per respectũ earũ ad increatũ obiectũ. Secundo patitur uis animæ quasi per accidens, ratione sui subiecti, quemadmodum lęso organo auditus uis affligitur auditiua, uis itẽ uisiua, si uulneretur pupilla: sicq; potentiæ illę superiores tunc patiebantur, imò & gaudebant de passione, inquantum tam saluberrima fuit & fructuosissima.

Animæ potẽtia dupliciter potest pati.

PROPOSITIO CXXIIII.

EFfectus dominicæ passionis multi ac maximi sunt.⌋ Quod est, quia per passionẽ filij dei completum est totius nostræ saluationis remedium: ideo passionis illius effectus sunt deletio originalis peccati, ob cuius reatum sancti detinebantur in lymbo patrum, ita q originale illud peccatum non imputatur his quibus applicatur & communicatur uirtus, meritũ, seu gratia dominicæ passionis. Cumq; propter illius peccati demeritũ & reatũ genus humanum impediebatur à cœlestis regni ingressu: iccirco apertio ianuæ regni, & paradisi superni uocatur dominicæ passionis effectus. Similiter cæterorum deletio uitiorũ: & quia per culpam rationalis creatura creatori est displicẽs, debitrixq; supplicij: Hinc reconciliatio, satisfactio, redemptio hominũ, opus est passionis domini saluatoris. Rursus quia qui peccat seruus est peccati, & sub iugo diaboli: ob hoc liberatio à seruitute uilissima culpæ, atq; à iugo & potestate diaboli, effectus sunt passionis præfatæ. Similiter collatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro: imò & liberatio ab omni miseria, defectuositate & passibilitate, quas per originale peccatum & alias culpas incidimus, huius passionis saluberrimæ sunt effectus.

Dominicę passionis effectus.

PROPOSITIO CXXV.

IN saluatore tempore passionis nulla fuit redundantia consolationis à superiori animæ suæ parte in partem eius inferiorẽ, sensitiuam & corporalem.⌋ Quod est, quia ut passio sua esset acerbior & magis meritoria, ac subuentoria nobis, redundantiã talem uoluntarie suæ inferiori parti subtraxit, per quod suis fidelibus copiosam & piã meruit

ruit consolationem in persequutionibus ac tribulationibus suis. Doctrinã quoq; exhibuit salutarem ne diffidentia aut pusillanimitate frangantur, dum in tẽtationibus, afflictiõibus & exercitijs suis consolatione, dulcore, alacritate priuantur. Hinc pendens in cruce dixit: Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me. Mat.27.

PROPOSITIO CXXVI.

TEmpore passionis separata est anima Christi à corpore suo, & econuerso: ideo uere mortuus est: utrunq; tamẽ mansit uerbo æterno ac diuinæ naturæ unitum. Quod est, quia in puncto mortis anima Christi desiit informare & uiuificare corpus ipsius, & recessit ab eo realiter atq; localiter descendendo in lymbũ patrum sanctorum, quos protinus uisitans illustrauit sua presentia, qui eodẽ momento à superbeatissima trinitate repleti sunt lumine gloriæ, & deũ uidere cœperunt facie ad faciẽ, quia iam satisfactũ fuit per Christũ pro originali peccato, pro cuius reatu detinebantur ibidẽ: iccirco obstaculo illo deleto, mox in spiritali paradiso sunt constituti, hoc est, in diuinæ essentiæ saluberrima uisione. Vnde in cruce Christus dixit latroni: Hodie mecũ in paradiso eris. Luce 23. Porrò quod uerbũ æternũ semel assumpsit, puta animã rationalẽ & corpus nunq̃ deposuit, quãuis illa duo in triduo mortis abinuicẽ fuerint separata, atq; in resurrectionis momento denuo sibijnuicẽ counita. Hinc in triduo illo corpus Christi uirtute uerbi æterni mansit consistẽs sine alia forma substantiali informante, ut uerius creditur.

PROPOSITIO CXXVII.

SAluator sua humiliatione, crucifixione & contumeliosissima deiectione meruit glorificari, exaltari, & uiuorum ac mortuorum iudex constitui. Quod est, quoniã premiũ correspõdet merito quadã lance iustitiæ, & ei proportionatur æquitatis tenore. Hinc filius dei factus homo, se in hoc mũdo tã profundissime humiliãdo, meruit maxime exaltari: tãq; acerbissimã atq; turpissimã mortẽ patiẽtissime tolerãdo, promeruit in corpore celeriter præ cęteris glorificari: resurgẽdo & ascẽdendo: confusibilissimã quoq; dijudicationẽ & condemnationẽ ad crucis patibulũ mitissime & innocẽtissime sustinendo, meruit omniũ hominũ iudex cõstitui. Veruntamẽ omnia accidẽtalia ista pręmia, etiã Christo homini cõpetebant ex unione suę humanitatis cũ increata uerbi persona: attamẽ meruit ea sibi, ita quod pluribus modis ac rationibus sibi debebantur. Insuper tanta fuit beatitudo & glorificatio animę Christi in superioribus uiribus suis, quod & ipsa ab exordio redũdasset in corpus sensitiuãq; partẽ ipsius, sicut post resurrectionẽ cõmunẽ felicitas animarum sanctarum in earum corpora redũdabit, nisi deo sic ordinãte ac dispẽsante, dilata & suspẽsa fuisset redundantia illa usq; ad resurrectionẽ.

PROPOSITIO CXXVIII.

CHristo absolute loquendo debetur latriæ cultus: attamen ei secundũ naturã assumptã, debetur duliæ uel potius hyperduliæ ueneratio sancta. Quod est, quoniã latria est uirtus moralis, & inter morales pręstãtior, parsq; iustitię subiectiua deo, cultũ ceremoniasq; impẽdens, propter propriã, summã & imparticipatã maiestatẽ & dignitatẽ ipsius: ideo cultus latriæ proprie sumptæ, non nisi uero deo debetur, qui solus est proprie adorãdus, hoc est colendus & inuocãdus tanq̃ altissimus princeps, per se & propria potestate potens saluare: aliquando tamen adoratio latius sumitur pro duliæ cultu: sicq; Nathan legitur regẽ Dauid adorasse. Cumq; Christus sit uerus deus, constat quod cultu latrię sit condignus, imò cũ una persona sit uerus deus & uerus homo, ipsa persona homo consistens & in humanitate subsistẽs, est cultu latriæ honorãdus, nõ tamen seorsum humanitas eius, imò eius humanæ naturæ secundũ se, & Christo ut homini, puta secundũ naturã suã humanã cultus duliæ exhibetur: Dulia quippe est uirtus moralis, creaturis in aliqua sublimitate cõstitutis, honorẽ debitũ exhibẽs. Dulia quid. Hinc Christo homini & eius humanitati hyperdulia excellẽter debetur, deinde sacratissimę uirgini eius matri. Dicitur nãq; hyperdulia, ab ὑπὲρ quod est super, & δουλεία seruitus, quasi summa seruitus. Deniq; tota trinitas una & eadẽ adoratiõe colẽda est, puta unus, solus, uerus deus, cũ in ipsis personis sit una numero maiestas & deitas: nihilominus cũ unaquæq; increata persona sit in se uere subsistẽs persona, ac deus omnipotẽs uniuersorum creator, potest unusquisq; fidelis preces suas specialiter dirigere ad quãlibet diuinã personã, & eã secundũ se specialiter exorare: nõ tamen cũ actuali aliarum personarum exclusiõe, quasi ipsa sola sit adorãda. Hinc in missę officio orões ecclesię ad patrẽ specialiter effunduntur: interdũ ad filiũ, ut cũ dicimus: Fideliũ deus omniũ cõditor & redemptor: cõmuniter uero ad patrẽ, tanq̃ ad totius trinitatis principiũ, i. primã fontalẽ personã à nullo manantẽ: sic & aliquæ laudes, orationes, hymni, sequẽtiæ, ad spiritũ sanctũ specialiter depromuntur.

PROPOSITIO CXXIX.

CHristo conuenit natiuitas duplex, & filiatio solum una.⌋ Quod est, quia natiuitas concernit naturam: res etenim dicitur generari cum per realem productionẽ sortitur naturam secundum similitudinis proprietatem: filiatio uero concernit personam: non enim natura rei generatæ, sed persona seu hypostasis genita proprie nuncupatur filius generantis. Cumq́; in Christo sint duæ perfectæ naturę & una sola persona, patet ueritas theorematis huius. Aliquibus tamen apparet, ꝙ in Christo sit filiatio duplex, ratione duplicis naturæ duplici generatione acceptæ: Nam & persona proprie dicitur nasci seu gigni, non natura. Veruntamen quicquid horum potius defendatur, cauendum ne Christus dicatur filiȷ duo aut duo nati, cum unus & idem sit filius dei patris & uirginis matris. Interim posset Christus dici filius uirginis, non filiatiõe reali existente in ipso, sed reali maternitate existente in matre, & quia realiter ex ea est natus: quemadmodũ deus realiter est creator, non reali relatione existente in ipso, sed in creatura.

Duplex in Christo filiatio.

PROPOSITIO CXXX.

INcarnatio potissime decuit unigenitum dei, non patrem nec spiritum sanctum.⌋ Quod est, quoniam incarnatus est dei, ut sit inter deum & homines mediator. Cumq́; ab æterno fuerit persona media in diuinis, sibi specialiter congruebat ratio, opus, proprietas mediatoris. Rursus tam angelus q̃ homo immoderate optando similitudinem dei, unigenito patris filio specialiter derogauit, cum filio approprietur aut propria sit similitudo cum patre. Hinc pater quasi zelans pro filio damnauit utrũq;: quod cernẽs filius, zelans & ipse pro patris recuperando honore, instaurandoq́; damno, assumpsit formam serui, ut lapsum hominem repararet, atq; angelicam recuperaret ruinam. Præterea ei qui ab æterno extitit filius dei patris, magis competebant nomen & ratio filiȷ uirginis matris, ne in superbenedicta trinitate essent filiȷ duo. Insuper homo cum sit rationalis & intellectualis naturæ, unigenitus dei, qui est sapientia patris, & uerbum intellectus paterni, cum homine specialem quandam conuenientiam habet.

PROPOSITIO CXXXI.

PAssiones animæ quæ sunt quædam affectiones appetitus sensitiui, fuerunt uere in Christo tempore passionis & ante: ac aliquo modo postea.⌋ Quod est, quia huiusmodi passiones sunt motiones naturales, nec sunt in se defectus detrahibiles. Defectus autem detrahibiles Christus non assumpsit, sed indetrahibiles. Nihil quoque eorum quæ creator in nostra ab exordio plantauit natura, defuit Christo in natura assumpta: Hinc passione imminente expauit, & tristis fuit anima eius usq; ad mortem. Veruntamen cum uirtutes morales perfectissime in Christo extiterint, & anima eius à suæ creationis initio fuerit summe confirmata in bono, imò & hypostatice iuncta uerbo æterno, passiones prætactę nunq̃ fuerunt in Christo inordinate neq; immoderate, neq; iudicium rationis præuenientes, imò ex præuio rationis iudicio: propter quod in ipso uocantur magis propassiones q̃ passiones. Nec dubium quin in passionibus pœnalibus, ut sunt timor, dolor, tristitia, uehementer promeruit nobis. Deniq; legitur: Contristatus super cæcitate cordis eorum, circunspiciens eos cum ira, dixit. Porrò quod Esaias prędixit: Non erit tristis neq́; turbulentus: de inordinata tristitia dictum est. Postremo post resurrectionem non fuerunt in Christo passiones pœnales secundũ ꝙ tales, ut timor, tristitia, sed delectabiles saltẽ nõnullę.

Mat. 26.
Mar. 14.
Mar. 3.
Esa. 42.

PROPOSITIO CXXXII.

DE INSTITVTIONE SACRAMENTORVM.

DOminus ac saluator euangelicæ legis dator & institutor, ante recessum suũ à seculo isto, per ascensionem in cœlum septem instituit sacramenta nouę & euangelicæ legis, tanq̃ septem medicinalia uasa, per quæ uirtus, gratia & meritum omnium hoꝝ quæ assumpsit, fecit pertulitq́; pro nobis, applicantur hominibus.⌋ Quod est, quoniam Christus dominus uenit in hunc mundũ per humanitatem assumptam, ut genus curaret humanum ab omni labe, infectione & languore culpaꝝ, puta peccati originalis & personalis: peccati actualis & habitualis: peccati mortalis ac uenialis: quemadmodum itaq; medicus carnalis ac naturalis, accedẽs ad ægros multos uariȷs ægritudinibus laborantes, secum affert plura medicinalia uasa, in quibus diuersa continentur medicamenta uariarum ægritudinum curatiua: Sic medicus ille spiritalis, cœlestis, omnipotens, supersapiẽs, quẽ nil latet in carne mortali assumpta, inter homines

cõuersans ante suã passionẽ instituit septẽ sacramẽta, tanq̃ medicinalia uasa, saluberrimaq́ꝫ unguenta ad omniũ uitiorũ medelã & curã idonea, in quibus uirtus & gratia non solũ figu raliter, ut in sacramentis ueteris testamenti, designatur: uerũ etiã efficaciter atq; causaliter, modo admirabili, uix comprehensibili & effabili continet: Etenim uirtus & meritũ passionis Christi est sicut uniuersale remediũ contra omne peccatũ, quod ad curandũ diuersa uitia hominũ particularia opus est applicari & cõmunicari hominibus per instrumẽta uaria proportionata ad producendũ distinctos particulares effectus curationũ interiorũ, ac gratiarũ, donorũ, uirtutũ, fructuũ, beatitudinũ & perfectionũ. Interim quoniã rationalis creatura ex corporali ac spiritali cõstat substãtia, atq; p sensibilia ad spiritaliũ ac diuinorũ agnitionẽ deducit, Christus sacramẽta ista in sensibilibus signis materijsq́ꝫ instituit, in qbus spiritales gratiæ ac uirtutes curatiuæ, conseruatiuæ & præsentatiuæ continent. Postremo quãuis aliqua sacramenta euangelicæ legis ante saluatoris aduentũ instituta legant, ut matrimoniũ & pœnitentia in lege naturæ: nihilominus à Christo sunt instituta, secundũ q͂ sunt ecclesiæ sacramenta gratię contentiua, signatiua & effectiua. Postremo sacramenta ista desuper in septenario numero sapientissime sunt statuta: nam & septenario uniuersitas designatur: Hæc autẽ sacramenta tam pauca uniuersorũ procedentiũ sacramentorũ uirtutes & efficacias continent, septẽ quoq; donis spiritus sancti correspondent, & septẽ, imò uniuersa ejciunt & expellũt dęmonia. i. peccata mortalia. Primũ horũ sacramentorũ puta baptismus est introeuntiũ ecclesiã militantẽ: Secundũ, ut confirmatio, est præliantiũ in eadẽ contra aduersarios suæ salutis: Tertiũ puta Eucharistia, cibus est atq; uiaticũ utrorumq́ꝫ: Quartũ, id est pœnitentia, est reuiuiscentiũ ac resurgentiũ à peccato: Quintũ, uidelicet extrema unctio, est exeuntiũ presens exiliũ: Sextũ, scilicet ordo, est ministrantium in ecclesia, ac amministrantiũ alijs ecclesiastica sacramenta: Septimũ, est prolificantiũ ad participandũ sacramenta præfata, ut matrimonium quo conseruantur fideles. Sacramentorũ catalogus.

PROPOSITIO CXXXIII.

Baptismus est regeneratio spiritalis, & cæterorũ ianua sacramentorũ. Quod est, De Baptismo. quoniam sicut in uita naturali & corporali primo coportet rem de non esse ad esse naturæ procedere: ita in uita spiritali gratuita, necesse est hominẽ nondũ spiritaliter existentẽ esse ac uiuere spiritale acquirere, quod fit primitus in baptismo: uel realiter & exequutiue susceptο, aut mente intento ac uoluntatis affectu atq́ꝫ proposito iam assumpto: Etenim in adultis mox ut ueraciter pœnitẽt, peccatũ omne (quantũ ad culpam) dimittitur, non sine gratiæ gratũfacientis infusione, dummodo ipsa sacramenta ecclesiæ accipere tẽpore opportuno cupiant ac proponant. Hinc triplex assignatur baptismus, uidelicet baptismus fluminis, id est aquæ, qui necessarius est simpliciter nondum adultis, nisi forsan pro Christo interficiantur: seu propter fidẽ, ut innocentes ab Herode perempti: tales ergo baptismo sanguinis fiunt salui: aut sanctificent in utero, sicq́ꝫ baptismo flaminis emundantur. In baptismo aqua est materia saltẽ remota: & ipsa ablutio uel intinctio in aquã, materia est propinqua, atq́ꝫ realiter & essentialiter ipse baptismus: forma uero ista uerborum: Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti, est forma sacramenti istius: Nẽpe in omni sacramento nouæ legis sunt materia & forma, seu aliquid materiale & aliquid formale. Deniq́ꝫ prætactã formã uerborũ non licet mutare sine dispensatione diuina, seu familiari cõsilio spiritus sancti, sicut in primitiua ecclesia apostoli & alij quidã ad tẽpus baptizabant in nomine Christi, ut nomẽ eius inter homines efficeret celebrius. Græci q̃q́ꝫ baptizãt sub hac forma: Baptizet seruus Christi in nomine patris & filij & spiritus sancti. Insuper ad baptismũ concurrit trina in aqua immersio: q̃uis nec immersio, nec immersionis trinitas necessario requiratur, imò superfusio aquæ sufficiat: attamẽ sine rationabili causa non debet quisq́ꝫ baptizans consuetudinẽ & ritũ ecclesiæ suæ relinquere. Exigit itẽ recta intentio baptizantis, hoc est intentio specialis ac propria, quæ est baptizandũ ad suã baptizare salutẽ: uel saltẽ intẽtio generalis, puta facere q̃d facit ecclesia. Porrò in necessitate, quicũq; homo siue sit uir siue sit mulier, poterit baptizare, eò q͂ sacramẽti huius susceptio sit maximæ necessitatis. Vnde & materia eius est uera & simplex aqua nõ mixta, quę facilius potest ubiq́ꝫ haberi. Queadmodũ demũ in alijs sacramẽtis, sic in baptismo quędã sunt de necessitate atq́ꝫ essentia ipsius, ut forma & materia eius &c. quædam uero spectant ad solennitatem eiusdẽ; ut q͂ fiat in loco sacro, & in aqua consecrata seu benedicta, & à sacerdote. Insuper in hoc sacramento aliquid est solummodo sacramentum, ut ablutio ipsa exterior, quæ est sacramentum & sacrum signum interioris mundationis à culpa: aliquid autem est res tantum, Baptismus triplex. Græcorum baptismus.

ut gratia baptismalis: aliquid res & sacramentũ, puta character, qui ponitur in genere qualitatis. Vnde si quis ad baptismum fictus accedat, quamuis effectum baptismi salutarẽ non sortiatur, non tamen rebaptizatur, quoniam fictione cessante mediante charactere, consequitur baptismi effectum. Originale etiam peccatum in baptismo deletur, ita q̃ baptizato nõ imputatur ad culpam neq; ad pœnam: imò mox euolat, si anteq̃ peccet decedat: Fomes tamen seu inclinatio ad praua non penitus tollitur, sed debilitatur. Postremo in receptione baptismi infunduntur etiam paruulis gratia gratũfaciens, uirtutes theologicę, dona quoq; & uirtutes charitati & gratiæ inseparabiliter counitæ: quo constat, q̃ animæ paruulorum baptizatorũ ualde pretiosis & speciosis, imo pulcherrimis & supernaturalibus ornamentis sunt decoratæ.

PROPOSITIO CXXXIIII.

De confirmatione.

DE essentia sacramenti confirmationis sunt forma eius atq; materia: tamen ad cõsistentiam eius etiam alia quatuor requiruntur.⌋ Quod est, quia materia confirmationis est sacrum chrisma: Forma autem ipsius est ista uerborum complexio iuxta usum communiorẽ: Consigno te signo crucis: Confirmo te chrismate salutis. Concurrunt autem & alia quatuor ad esse ipsius, duo ex parte ministri, uidelicet dignitas pontificalis, quia à solis episcopis exhibet, atq; intentio debita confirmantis: Duo quoq; ex parte suscipiẽtis, ut scilicet baptizatus existat: & determinata pars corporis, quæ est frons, in qua chrismatum unctio exercetur. In hoc sacramẽto datur spiritus sanctus ad robur, ita q̃ gratia in baptismo collata in huius sacramenti susceptione augetur & roboratur. Cumq; in hoc sacramento sicut in cæteris gratia conferatur, nisi ex parte suscipientis sit impedimẽtum, hoc est incapacitas seu indignitas ad eandem, puta mortale peccatum: ideo confirmandus confiteri debet anteq̃ confirmetur: quamuis hoc non oporteat de necessitate sacramenti. Q, si opportunitatem confitendi non habeat, proponat firmissime cõfiteri celerius quo quiuerit. Imprimitur quoq; character, id est specialis quædam potestas & cõfiguratio uirtualis ad Christum in sacramento hoc, quemadmodum in baptismo & ordine sacro: Vnde nec iteratur, sicut nec illa. Hinc sicut baptizatus mediante charactere baptismali consequitur baptismatis gratiam fictione seu alia culpa mortali, in qua hora suæ baptizationis fuit per contritionem deleta, ita de indigno confirmato tenetur. Deniq; per cõfirmationis sacramentum fideles ad spiritalem ascribuntur militiam, atq; ad fidei defensionem, ut in campo seculi huius contra aciem uitiorũ, & cõtra inuisibiles itemq; uisibiles Christi ac suæ salutis hostes strennue prælientur: iccirco chrismate unguntur in fronte, tanquã in loco pudoris, ne nomen domini confiteri ac tueri uerecundentur. Ad genam quoq; cæduntur, in signũ q̃ præliaturi sint, & multa passuri. Postremo q̃ confirmandus præsuli per aliquem præsentetur, teneatur, & linteo quodam ad frontem ligetur, ad bene esse & condecentiam, non ad necessitatem huius pertinet sacramenti. Postremo in triplici sacramento, unctio chrismatis tribus fit modis. In baptismo quippe exercetur in uertice, ad susceptionem fidei designandam: quia in uertice est cellula rationalis hoc est potentiæ sensitiuæ rationi pręsertim deseruiẽtis: In cõfirmatione fit in fronte, ad denotandũ confessionis audaciã, cuius impedimenta sunt timor & pudor, qui in frõte per ipsius pallorẽ & ruborẽ panduntur: in ordinis autem susceptione fit unctio ista in manibus, ad figurandam potentiam consecrationis dominici corporis, quia per manum designatur potestas.

Tripliciter fit unctio chrismatis.

PROPOSITIO CXXXV.

De sacramẽto Eucharistiæ.

IN alijs sacramentis Christus uirtualiter per suos cõtinetur effectus: in eucharistiæ autem sacramento, uere, substantialiter incõprehensibiliterq; cõsistit.⌋ Quod est, quia in omni uniuersitate & genere, ubi plura inueniuntur talia per participationẽ, est unũ tale per se & suam essentiam. Cætera uero sacramẽta sunt sancta, non perfecte formaliter, quia subiectum gratiæ ac uirtutis & sanctitatis, non est nisi rationalis intellectualisq; creaturæ: Veruntamen gratia in alijs sacramentis aliquo modo est, sicut prætactum est, per esse remissum uirtuale ac debile. Porrò in hoc sacramẽto fons omnis gratię ac uirtutis Christus dominus, deus uerus & homo perfectus, uere realiter adest, cuius anima plenitudinẽ continet gratiarũ formaliter. Præterea sacramentum hoc cibus est atq; refectio communicantis: cibum uero oportet cibando realiter applicari, uniri, inuiscerari. Amplius istud est sacramentum summę & perfectissimæ charitatis, certumq; est quòd huiuscemodi charitas talis ue amator, nequaq̃ contentus est sua communicare dilectis, nisi communicet, donet ac intime uniat illis etiam semetipsum: Christus ergo in hoc supermirabili sacramento est dator & donũ, sacerdos & hostia. Cum etenim propter nos incarnatus sit, & omnia passus ac ope-

ac operatus, decentissimum & rationabilissimum fuit, ut quicquid de nostro assumpsit & habuit, nobis communicaret & rependeret ad nostram salutem, omniq; modo possibili liberalissime converteret, exhiberet ac largiretur. Ideo sicut semel se in cruce uisibiliter obtulit deo patri pro nostra reconciliatione, gratia & salute, ita instituit se quotidie in hoc sacramento inuisibiliter pro eisdem causis usq; in finem seculi immolandum, cõsecrandum, tractandum, sumendum, edendum, ad maximum & excellentissimum dei honorem, laudem & gloriam, totiusq; suæ ad nos dilectionis, pietatis, munificentiæ, commemorationem & regratiationem, ob multiplices quoq; animarum nostrarum profectus, opes, & gratias, ineffabiliter grandes & copiosas. At uero materia sacramenti huius sunt panis triticeus & uinum uitis, ita q panis transsubstantiatur omnipotenti creatoris uirtute in Christi corpus, & uinum in sanguinem eius, sic q directe & per se ex ui conuersionis sub specie panis tantum est corpus dominicum: concomitanter uero & directa sequela, sunt ibi sanguis & anima CHRISTI, ac deitas eius, seu increata uerbi æterni persona. Conformiter sub specie uini ex ui conuersionis & sacramenti est sanguis Christi: concomitanter uero corpus, anima & deitas eius. Denique Christus in sacramento hoc est corporalis, dimensionatus, imò tantus ut in terris conuersans, in cruce pendens, atq; in summo cœlo iam residens: nec minus clarus & fulgens in manibus sacerdotis, quàm in throno & sinu altissimi patris. Verum tamen in sacramento non est quantitatiuo, corporeo ac diuisibili modo: nempe ad propriũ locum comparatur, & in eo collocatur, circunscribitur, continetur per propriam quantitatem, dimensionem, figuram: Ad existentiam uero in sacramento ratione conuersionis, & per species alienas panis uiniq; remanentes, quæ quandiu ueraciter manent, manent sub eis corpus & sanguis redemptoris: ad quas species per prius comparatur substantiæ corporis Christi ac sanguinis eius, quàm propria quantitas eorum: deinde propria quantitas horum cõcomitanter, cum non sit realiter separata ab illis: propterea in qualibet parte specierum panis & uini totus est Christus. Insuper species illæ in hoc sacramento sunt sacramentum tantum: corpus autem & sanguis Christi, sunt sacramentũ & res: signantur nanq; per species illas sacramentales, & signant mysticum Christi corpus, quod est in sacramẽto, hoc est res tantum: Gratia quoq; sacramentalis et incorporatio transformatioq; in Christum, seu uisio beata, potest uocari res tantum sacramenti istius: Hinc trahitur, q sacramentum hoc tripliciter accipi potest: Primo sacramentaliter tantum, sicut qui sumit indigne ipsum sacramentum: Secundo sacramentaliter & spiritaliter, ut qui digne accipit illud, rite uidelicet præparatus: Tertio spiritaliter solum, ut qui fide & charitatis affectu accipit illud sine reali præsentia sacramenti. Interim quoniam uerbum æternum tam incomprehẽsibiliter & gratiosissime assumpsit corpus humanum, congruentissimum fuit & est, ut tot & tanta mirabilia prorsus incomprehensibilia operetur in illo & per illud, quod omnem fandi, intelligẽdi & regratiandi superet facultatem. Hoc ergo est sacramẽtum fidei & spei & charitatis: Fidei, quia in ipso fides potissime locum sortitur, inenarrabiliter promeretur, ac maxime necessaria esse cognoscitur: Spei, quia uiaticum est ad patriam beatorũ, pignus & arra nostræ salutis, & ex ipso perpendimus, quid dominus & saluator daturus sit in futuro suis electis, quibus se in ista peregrinatiõe taliter præstat: Charitatis, quia in illius institutione & exhibitione, ac iugi permansione nobiscum, ostendit nobis clarissime: certissime quoq; ac fidelissime noscimus quàm indicibiliter nos dilexit. Vnde hoc diuinissimum sacramentum tractando, sumendo, uidendo, colendo, debemus diuino amore ac fraterna dilectione miro modo accendi, gaudere, proficere: Etenim quicquid corporalis cibus ac potus operatur in corpore, id efficit sacramentum hoc in anima. Porrò forma sacramenti huius sacerdotibus nota est, nec alijs eam pandere est necesse. Coniunctio autẽ hæc, ENIM, in forma illa posita, non est de necessitate sacramenti, sed à sacratissimo archiapostolo conuenienter est intermixta. Hoc ergo est sacramentum sacramentorum, sacramentum summum & incomparabiliter dignissimum ac diuinum, purissima mente sumendum; quod qui sumit indigne, reus erit corporis & sanguinis domini, iudiciumq; sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.

Eucharistiæ sacramentũ tripliciter capi potest.

1. Cor. 11.

PROPOSITIO CXXXVI.

Poenitentiæ sacramentum est nobis in hac uita maxime necessarium, & uelut alter baptismus, ac secũda post spirituale naufragiũ tabula. Quod est, qm̃ heu, heu, in innocentia gratiæ baptismalis paucissimi permanent: imò facti adultæ ætatis, in mortalia plurimi dilabuntur, spiritualiterq; merguntur fluctibus uitiorum, atq; in

De sacramẽto pœnitentiæ.

turbulentiſſimo ſeculi huius oceano incurrunt animarum ſuarum naufragium, in quibus damnabiliter occiduntur: omne eſſe gratiæ gratumfacientis amittunt, ſicq; in uiliſſimum nihilum rediguntur, non tamen irrecuperabiliter omnino, durante uitæ huius curriculo, in quo mors eſt terminus merendi ac demerendi. Hinc ſupermiſericordiſſima bonitas ac ſuperoptima prouidentia ſaluatoris nobis prouidit de remedio alio, ne poſt baptiſmum lapſi, & inſtar canis ad uomitum ſuum reuerſi deſperemus & in ſordibus maneamus. Por-

Pœnitere qd.

rò remedium hoc eſt pœnitentiæ ſacramentum. Pœnitere uero, eſt pœnam tenere, id eſt interiorem dolorem de malo culpæ habere ac poſſidere, ſi non continue, ſaltem aſſidue. Dole

Pœnitẽtia eſt multiplici iure neceſſaria.

re uero ſeu conteri, & contritionem de peccato habere, eſt de iure naturali: quia hoc ratio dictat, quum peccatum maxime ſit nociuum, dei offenſiuum, & à felicitate quam homo na

Leui.5.& alibi. Mat.3. Luc.3.13.24.

turaliter appetit, impeditiuum. Eſt quoq; de iure diuino, cum & ſcriptura id iubeat, & deus præcipiat: attamen pœnitentia prout eſt ſacramentum euangelicæ legis, à Chriſto eſt inſtituta: quod uerum eſt de pœnitentia quæ per uerba exprimitur ſacerdoti, cuius pœnitẽtiæ partes ponuntur contritio, confeſſio, ſatisfactio, tanquam integrales partes ipſius, quæ ad eſſe perfectum pœnitentiæ ſacramentalis concurrunt: in qua exterior illa ſubiectio, qua confitens ſe ſubiicit confeſſori per exteriora uerba & ſigna, ſunt ſigna interioris ſubiectionis & recognitionis propriæ culpæ, qua ſe ſubiicit deo. Deniq; ad pœnitentiã ueram requiritur, ꝙ reus doleat de peccato prout offenſiuum eſt dei, puta ex zelo iuſtitiæ, non ſolũ pœnæ timore: ſed & uera contritio non ſine charitate habetur, imò ſimul ſunt tempore, quãuis ſecundum uiam & ordinem generationis præcedat contritio. Hinc quemadmodum ſummum bonum, dominum deum, tenemur toto corde diligere ſuper om̃ia, & plus quàm nos ipſos incomparabiliter, ſaltem appretiatiue, ita ꝙ mallemus propriam uitam & cætera cũcta creata amittere, quàm ſuperpræſtantiſſimum & ſuperamabiliſſimum deum per mortale peccatum offendere: ita oportet nos de malo culpæ ſaltem mortalis, magis dolere, quàm de quocunq; damno ſeu malo, ſolum pœnali: & hoc loquendo de dolore ſeu contritione qui in ſuperiori eſt appetitu ſeu uoluntate, ita quidem ut plus nobis diſpliceat culpa quàm quodcunq; aliud eamq; magis deteſtemur: non tamen oportet ꝙ ſit maior, intenſior & perceptibilior dolor, quàm qui eſt in appetitu ſenſitiuo: porrò ille eſt paſſio, non autem eſſen-

Forma abſolutionis. Vtilitas confeſſionis.

tialiter ipſa contritio, ſed conſequens eam. At uero forma ſacramenti iſtius eſt: Ego te abſoluo: atq; ut aliqui dicunt etiam iſtud: in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Multa etiã in ſacramentali confeſſione ualent & conferunt ad culpæ, imò & aliquo modo ad pœnæ

I.

remiſſionem, puta humiliatio confitentis, qua ſe propter deum ſubijcit confeſſori & eius paret iudicio, pœnam quoq; ſeu ſatisfactionem ab illo iniũctam humiliter ſuſcipit & adim

II.

plet: accuſatio etiam qua accuſat ſeipſum, ac pudor & erubeſcentia, qua de uitiorum ſuorũ turpitudine, frequentia, enormitate coram deo & confeſſore perfunditur atq; affligitur:

III.

oratio item & abſolutio confeſſoris: & demum uis clauium. Sed & confeſſorem neceſſe eſt

Cõfeſſori neceſſaria.

habere authoritatem & iuriſdictionem quandam in confitentem, cuius iudex eſt in foro interiori conſcientioſo: Proprie autem concernit hoc ſacramentum peccata mortalia, per

Ad dignam cõfeſſionẽ requiſita.

quæ peccans incurrit naufragium. Itaq; homo cupiens confiteri, ante confeſſionem conſcientiam ſuam uigilanter examinet, uitam ſuam ſcrutetur, culparum multitudinem magnitudinemq; perpendat ſimul cum circunſtantiis aggrauantibus culpam: & ita cum præcordiali contritione, grandi pudore, intenſiſſima ſuiipſius aſpernatione ac pleno emendationis propoſito, diſtincte confiteatur, ſatisfaciat & emendet: à recidiuo quoq; abſtinere ſolicitus ſit & conetur: cum & pœnitentia in mortali exhibita ſit iteranda, niſi forſan actualiter

vide B.Tho.3. par.q.84.ar.10 & alios doctores alibi.

ceſſando effectum relinquat in corpore, ut ieiunium & abſtinentiæ quædam.

PROPOSITIO CXXXVII.

EXtrema unctio ſacramentum eſt ſapientiſſime inſtitutum, ad quod quinq; concurrunt, & duo potiſſime ad eius eſſentiam pertinent.⌋ Quod eſt, quoniam in extremis homo ſeipſum non multum ualens iuuare, & nihilominus in grauiſſimis tunc exiſtens periculis, gratioſiſſimis eget ſubſidiis, ut & corporalis ſua miteſcat moleſtia, ſicq; ratio roboretur in deo, tentatio quoq; debilitetur, atq; infirmitas ex præcedentibus culpis contracta ſubleuetur, ac uenialia dimittantur, & æger taliter confortatus ac cõſolatus ad patriam expeditius perducatur. Cumq; ſacramentum hoc propter hæc omnia

neceſſaria ad extremam unctionem.

impetranda ſit inſtitutum', conſtat quàm piiſſime ac ſapientiſſime Chriſtus ipſum nobis prouiderit, inſtituerit ac donauerit, ad cuius conſiſtentiam & amminiſtrationem exiguntur hæc

tur hæc quinq; : Sacerdos inungens, recta intentio, oleum infirmorum, tanquam materia & forma uerborum, uidelicet: per istã unctionem, aut similis: & partes corporis inungendæ, in quibus uis sensitiua, motiua, loquutio, concupiscentia uigent. Qui inungendi. Deniq; solis letaliter ægris datur hoc sacramentũ, cum sit decedentiũ & exeuntiũ medicina, in ægritudine mortis potissimũ opportuna, nec iteratur in eadẽ infirmitate continua, nisi ultra annũ continuetur. Si autẽ eadẽ infirmitas renouetur, aut diuersæ infirmitates succedant, infra annũ poterit iterari: ueruntamen non nisi desiderantibus postulantibusq; confertur. Præterea in hoc sacramento id quod solum est sacramentum, est exterior unctio: res autẽ & sacramentũ, est unctio quædam interior, puta consolatio & perlinitio gratiosa interna: uerum res tantũ, est confortatio cordis seu spiritalis curatio, & itẽ sanitas corporalis, si uncto expediat, imo ad minus aliqua releuatio eius. Insuper sicut primo Regũ legitur, Dauid ter unctus est in regem: primo in domo paterna, secundo in Ebron sup tribũ Iuda duntaxat: tertio rursus in Ebrõ, super Israël uniuersum: Sic Christianus primo ungitur in baptismo, secundo in confirmatione, tertio in sacramẽto hoc ipso, in quo non imprimitur character, quemadmodum nec in aliis quæ licite iterantur. Christianus ter ungitur.

PROPOSITIO CXXXVIII.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Ordo ut est sacramentum ecclesiæ, est sacrum signaculum & spiritalis potestas, data ministris ecclesiæ ad consecrandum, tractandũ amministrandũq; aliis ecclesiastica sacramenta ac documenta, ad prolificandum spiritaliter in ipsa ecclesia. Quod est, quia in innumerabili isto exercitu Christianæ politiæ oportuit esse quosdam spirituales patres & superiores, quorum sit inferiores gubernare, docere & conseruare in esse gratiæ ac uirtutum, quod per sacramentum hoc agitur, quod est supernaturalis potestas: estq; totum quoddam potestatiuum, quẽadmodum hierarchia regia ue potestas: Vnde & septem sunt partes ipsius, quæ per analogiã ordines nuncupantur, puta sacerdotium, diaconatus & subdiaconatus, qui & ordines sacri uocantur, in quibus & character imprimitur, & habentes eosdem ad continentiã sunt astricti: Alij sunt quatuor ordines minus principales, satis noti, in quorum quolibet character imprimi perhibetur. Septem sunt ordines. Porrò actus principalis sacerdotij est consecrare uerum corpus & sanguinem saluatoris, in quo actu omnes presbyteri sunt æquales: deinde soluere & ligare in pœnitentiæ foro, docere, perficere, qui actus respiciunt mysticum Christi corpus, puta fideles. Aequalitas & differẽtia sacerdotum. Sacerdotalis quoq; potestas & uis clauiũ in foro confessionis sunt idem in re, sed differentes habent effectus: iccirco in ui clauium & usu earum omnes sacerdotes non extant æquales, nisi in necessitatis articulo. Porrò episcopatus non dicitur proprie ordo, sed eminentia quædam in ordine. Episcopatus non est ordo. Ad sacramentum etiam ordinis sex concurrunt: Primum est potestas ordinantis, quem oportet præsulem esse. Secundum est unctio & contactus eorum qui ordinantur, & tangendorum in ipsa ordinatione. Requisita ad sacramentũ ordinis. Tertium, ordo & tenor uerborum ab ordinante proferendorum. Quartum, intentio ordinantis ac ordinati. Quintum, sexus uirilis: quoniam mulier capax non est ordinis sacri, cum sexus fœmineus sit sexus subiectionis, & in omni ordine ordinatus aliquo modo præficitur alijs. Sextum, q; ordinandus sit baptizatus. At uero in sacramento hoc aliquid est res & sacramentum, puta character: aliquid sacramentum tantummodo, ut materiale quo potestas ordinis tradi monstratur ut calix, clauis aut liber: aliquid est res tantum, ut gratia quæ ordinato confertur. At uero trium sacrorum ordinum actus sunt priuilegiati: ideo quicunq; aliquem huiusmodi actum cum conscientia peccati mortalis exercet, peccat mortaliter, imò secundum diuinum Dionysiũ, est dei irrisor & tanq̃ blasphemus: Actus sacri ordinis in peccato exercẽs peccat. Quo constat quàm innumerabiliter atq; enormiter peccent mortaliter, potissime sacerdotes incontinenter uiuentes. Deniq; qui indigne, hoc est in mortali peccato existens facit se ordinari, mortaliter peccat. Hinc sanctitas uitæ necessaria est ad susceptionem ordinum, non de necessitate sacramenti, quia & impij ueraciter ordinantur, sed necessitate præcepti & congruitatis.

PROPOSITIO CXXXIX.

DE MATRIMONIO.

Matrimonii quid.

MAtrimonium sacramentum est cæteris partim carnalius, nihilominus spirituale, & gratiæ contentiuum ac collatiuum.⌋ Quod est, quoniam matrimonium diffinitur, q̃ sit legitima coniũctio maris ac fœminæ, indiuiduam seu inseparabilem uitæ consuetudinem communionemq́ seruans: sicq́ ad carnalem ordinatur propaginem, attamen ad dei obsequium ordinatur. Hoc sacramentum per mutuum consensum animorum uiri ac fœminæ expressum per uerbum de præsenti cum dicitur: Accipio te in meam &c. essentialiter fit: Similiter per uerba de futuro, carnali copula subsequente: ueruntamen ante copulam illã non consummatur perfectione esse sui completi: ideo ante copulam illam separationem admittit per religionis ingressum, non autem post copulam, quantum ad ipsum indissolubile uinculum. Deniq́ tria sunt matrimonij bona, quibus in se & in suo actu honestatur, & à culpa fit immunis ipsa copula coniugalis: Primum est fides, id est fidelitas mutua inter maritum & coniugem, ita q̃ ab alieno prorsus abstineant thoro: uel fides ipsa catholica & diuina religio: quia disparitas cultus soluit aut solubile reddit coniugium, nec inter infideles est connubium secundũ perfectam eius rationem, ut est ecclesiasticum sacramentum: quia sic inseparabilitatem habẽs, signum est & figura unionis Christi populiq́ fidelis, gratiam quoq́ continet ac largitur. Interim coniugati se possunt accedere primo ad soluendum debitum carnis, & ita est actus iustitiæ: secundo desiderio prolis ad dei obsequium, & ita est latriæ actus: tertio pro euitatione incontinẽtiæ in conthorali, sicq́ opus pietatis uocatur: uel in semetipso, quod est cautelæ, aliquid tamen incontinentiæ habens admixtum, secundum Augustinum, nec carens totaliter ueniali peccato. Quarto desiderio uoluptatis, & hoc est mortale, si procedat ex cõcupiscentia prædominante: sic quippe est libido extra terminos matrimonij se extendens: Si uero oriatur ex concupiscentia non prædominante, sed infra matrimonij limites coartata, ita q̃ commisceri conthorali nollet nisi legitime essent coniuncti, uenialis est culpa: Et sicut omne opus uirtutis ex charitate mouente & imperante est exequendum, ita actus cõiugalis, ut uere sit actus matrimonialis non meretricalis, & impleatur quod ait Apostolus: Honestum connubium est thorus immaculatus. Postremo matrimonij impedimenta tanguntur his uersibus:

Matrimonii bona.

Multiplex cõtrahentium finis.

Impedimenta matrimonii.

Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, ius, ordo siue ligamen:
Si sis affinis, si forte coire nequibis:
Hæc socianda uetant connubia, iuncta retractant.

Veruntamen scire oportet, quòd quædam sunt de matrimonij ipsius essentia, ideo impedimenta illis contraria impediunt matrimonium contrahendum, dirimuntq́ contractum, quia non fuit matrimonium uerum. Alia sunt de matrimonij solennitate, & impedimenta illis contraria non dirimunt matrimonium iam contractum, sed impediunt contrahendũ, ut prohibitio ecclesiæ tempusq́ feriatum. In uersibus uero inductis, per errorem, ignorantia: per uim, uiolentia: per ligamen, associatio cum alio legitimo conthorali, signatur: De his alibi copiose habetur.

Vide 4. sen. dist. 27. S. Thomam, & alios ibidem & deinceps scribentes.

PROPOSITIO CXL.

NVnq̃ defuit humano generi remediũ cõtra originale peccatũ.⌋ Quod est, quia fons gratiæ multo nun⁹ deficit in necessarijs ad salutẽ, q̃ natura in necessariis ad operationẽ. Queadmodũ aũt sub euãgelica lege cõtra originale peccatũ remediũ est baptismus, sic olim sub lege circũcisio in maribus posteris Abrahæ: Filiæ uero nondũ adultæ, fide, oratione & sacrificio parentũ iuuabantur & purgabant. Porrò in lege naturæ cæteris utriusq́ sexus infantulis, fide & sacrificiis parentum seu maiorum subueniebatur, prout circa quartum Sententiarum ex uerbis sancti Gregorij & Hugonis, doctores diffusius tradunt. Qui autem in lege ante octauum diem moriebantur aut perierũt, aut ex dispensatione ante diem octauum circuncidebantur, quemadmodum filii Israël geniti in deserto sub Moyse, manserunt incircuncisi usq́ ad præsidentiam Iosue.

PROPOSITIO CXLI.

INter sacramenta ecclesiæ inueniuntur excedentia & excessa, unum tamen absolute loquẽdo est dignissimũ.⌋ Quod est, quia secundũ cõsideratione & proprietatẽ unũ sacramentũ est eminẽtius alio, & secundũ aliã cõsideratione ac proprietatẽ est ecõuerso: Absolute nãq́ loquẽdo, prçstantissimũ est eucharistiæ sacramentũ, quoniã substãtialiter

aliter continet Christum, estq; finis & cõsummatio aliorum: Matrimonium autem dicitur maximum sacramentum significatione, quoniam unionẽ designat Christi atq; ecclesiæ, animæ quoq; cum deo. Porrò baptismus est sacramentũ maximũ necessitate seu etiã utilitate, cum in ipso omẽ deleatur peccatum: Ordo demum maximum asseritur dignitate, potestate & efficacia: Cõfirmatio præeminet dignitate ministri, qa à solo exhibetur episcopo. Poenitentia etiam sua indesinente iteratione potissime suffragatur ac prodest: Vnctio autem extrema, adeptione proxima finis præfulget.

PROPOSITIO CXLII.

DE GRATIA.

GRatia in scripturis & dictis sanctorum uarijs modis accipitur. Quod est, quia nonnunq̃ pro ipso totius uirtutis, liberalitatis atq; gratuitæ donationis fonte, hoc est pro gratia increata seu pietate diuina gratis donante accipitur quemadmodũ & natura quandoq; pro natura sumitur naturante, quæ deus est, sicq; uerbum æternum sola gratia naturam assumpsit humanã. Aliquando uero gratia appellatur omne bonum & donũ desuper pie seu gratis collatũ: & sic dona naturæ etiam gratiæ dei & gratiosa munera diuinæ prouidentiæ nominantur. Interdũ gratia dicitur quod ad obtinẽdum gratiam gratum facientem ac ueram felicitatem homini cõdonat, siue sint prospera siue aduersa, siue inspirationes & alloqutiones internæ in somno aut uigilia factæ, seu admonitiones humanæ, uel instinctus angelici uel diuini. Deniq; magis proprie gratia gratis data uocatur donum quodcunq; supernaturale aut supernaturaliter datum ad communem aliorum utilitatem, ad proximorum ædificationem, ad fidei persuasionem & roborationem, ut sunt miracula, apostolatus, prophetia, discretio spirituum, &c. quæ gratiæ sine charitate & gratia gratum faciente queunt haberi: Vnde dixit Apostolus: Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad utilitatem.

(Margin: II. — III. — IIII. — 1. Cor. 12.)

PROPOSITIO CXLIII.

GRatia gratum faciens, est qualitas ac habitus supernaturalis, essentiam intellectualis creaturæ perficiens, atq; in esse quodam supernaturali deiformi, accepto ipsi deo, & ad promerendum uitã æternã idoneo, eam constituens. Quod est: Nã sicut in naturalibus res primo per formam suam substãtialem ponitur in esse specifico: per eam quoq; efficitur ad operationes suas sibi connaturales apta & efficax: ita rationalis intellectualisq; creatura per gratiam gratũ facientem, in essentia sua perficitur, spirituale ac deiforme esse sortitur, per quod diuino & increato esse supernaturaliter conformatur ac placita redditur, atq; ad meritorie operãdum fit apta & potens: nã esse est ante agere. Deniq; iuxta hanc considerationem subiectũ immediatum ac propriũ gratiæ gratum facietis est ipsa rationalis creaturæ essentia, & manet in patria, & quasi ramificare perhibetur in habitus uirtutum atq; donorum: non q gratia realiter aut effectiue producat uirtutes & dona, sed quoniam naturali ordine, non tempore ea prȩcedit, & ab ipsis supponitur, imò & connexionem habent ab ea.

PROPOSITIO CXLIIII.

GRatiam gratum facientem & charitatem aliqui dicunt realiter esse idem, ac sola ratione differre ab inuicem, alij opinantur oppositum. Quod est, quoniam gratia ista & charitas in multis conueniunt, imò & eosdem actus uidentur habere: siquidem etiam charitas infusa, supernaturalis, diuina, deiforme & spiritale esse largitur, & uita est animæ, decor & splendor, reddens eam creatori amabilem & acceptam, ad promerendum quoq; idoneam: cumq; omnia quæ gratiæ gratum facienti ascribuntur, per charitatẽ queant saluari & fieri, nec sine necessitate pluralitas sit ponẽda, probabilius istis apparet, q charitas & gratia sint eadẽ qualitas quæ gratia nuncupatur, inquãtum desuper gratis confertur, ut uirtus secundũ q perficit mentẽ ad bene agendũ. Deniq; si dicantur distingui realiter, difficile erit exprimere quid absolute loquendo censendũ sit inter ea prestãtius. Verũ alij opinãtur, q propter pretacta motiua sint re & subiecto actibusq; distincta, ita q essentia intellectualis substantiæ subiectum sit gratiæ & cõmune

(Margin: Opinio prima — Opinio II. S. Tho. 1. 2. q. 110. art. 3.)

principium esse uitæ internæ, cunctisq; uirtutibus ac donis influere, & ramos in illos extendere, ac ipsam essentiam rationalem in seipsa primo ornare, uiuificare, spiritaliter ac supernaturaliter, substantificare, sint actus speciales & proprij gratiæ: Charitas uero directe ac proprie uoluntatē habet perficere, actuare, mouere: deinde alias uires atq; potētias: Cumq; positio ista diuini Dionysii documentis consonātior, itēq; subtilior uideat, amplius placet.

PROPOSITIO CXLV.

Gratia pluribus modis diuiditur.] Quod est, quoniā quędam est gratia gratūfaciens, cui annexæ sunt uirtutes formatæ id est charitate ornatæ, & charitas ipsa, septemq; dona spiritus sancti, quæ omnia nominant dona & habitus gratiæ gratumfacientis, quoniā spectant ad gratiā istam, & inseparabiliter ei annexa sunt, inquantum sunt uirtutes habitus' ue infusi, & quia per gratiā istam & habitus ei annexos, ordinatur, proficit ac pertingit ad sui ipsius salutem: est quoq; gratia gratis data, ut patuit. Rursus diuiditur gratia per gratiam operantem & cooperantem: & iterum, per gratiam præuenientem & subsequentē: itemq; per gratiam inchoantem, prosequentem & consummātem, seu etiā consummatam: nec oportet has gratias differre realiter, sed penes actus diuersos: Gratia quippe multos actus sortit, specialiter quinq;: Nā primo, curatā uitijs: secundo, facit hominē bona uelle: tertio, eadē prosequi & implere: quarto, facit perseuerare in bonis: quinto, ad regnum perducit cœleste. Itaq; in istis effectibus & consimilibus gratia uocatur præueniens, inquātum actum producit priorē: & subsequens, prout actum causat sequentem. Deniq; gratia secūdum q largitur spiritale & gratuitum esse, dicitur operās: inquantum uero actum exteriorem producit, nuncupatur cooperans. Adhuc aūt gratia multipliciter sumitur: Primo, pro dilectione, ut cū dicitur: iste habet gratiā principis sui, id est, acceptus & charus est illi: secūdo pro dono seu beneficio gratis collato, ut cum dicitur: iste hanc gratiam fecit illi: tertio pro recōpensatione huiusmodi doni, prout quis dicitur uicem rependere benefactori, seu gratias agere illi.

Actus gratiæ.

PROPOSITIO CXLVI.

DE VIRTVTIBVS.

Multiplex est uirtutis diuisio.] Quod est, quia hoc nomen uirtus multis modis accipitur, ut in Elementatione philosophica est expressum: Nunc aūt uirtus accipitur pro bona animi qualitate habituq; laudādo, qua commendabiliter operamur ac uiuimus: & uirtus sic sumpta, multipliciter diffinitur: Quo circa sciendum, q uirtus primo diuiditur in uirtutē naturalē & acquisitam, quæ per naturalem rationem & studium potest acquiri, de qua loquunt philosophi: & uirtutes huiusmodi multi habuerunt gentilium: & in uirtutem supernaturalē infusam, ut sunt fides, spes, charitas. Deniq; uirtutes quædam naturales acquisitæ, ut mititas, continentia, tēperantia, etiam per infusionem possunt haberi: Dicuntq; aliqui, q sic & sic habitę distinguātur specifice. Quædam ergo descriptiones uirtutis conueniunt soli uirtuti infusæ, ut dum asserit Augustinus: Virtus est bona qualitas mentis qua recte uiuitur, qua nullus male utit, quam deus in nobis sine nobis operatur. Virtute quippe nemo directe utitur male, cū usus uirtutis sit actio eius elicitiue ex ea procedens, quam certum est malam esse nō posse, cum et Christus testetur: Non potest arbor bona fructus malos facere. Et q̄uis qui creauit nos, non iustificet nos adultos sine nobis, hoc est sine nostra cooperatione dispositiua, & liberi cōsensu arbitrij, saltem secūdum cursum communē, non tamē ei cooperamur in productione habitus uirtuosi in nobis: imò ipse solus effectiue causat in nobis uirtutē supernaturalem infusam: Aliquæ uero descriptiones uirtuti acquisitæ & infusæ conueniunt, ut dum denuo loquitur Augustinus: Virtus est habitus mentis bene institutæ: & item, uirtus est ordo amoris. Similiter descriptio Philosophi protestātis: Virtus est dispositio perfecti ad optimū: in qua descriptione dispositio extense accipitur, prout habitum quoq; includit. Dicitur ergo uirtus dispositio perfecti, id est, qualificatio potentię per uirtutem perfecte ad optimum, id est, ordinate ad actum suū & felicitatē. Diffinitio autē qua dicitur: Virtus est habitus electiuus in medietate consistēs, quo ad nos determinatus recta ratione, prout sapiēs determinabit: de uirtute morali naturali data uidetur, in qua ratio statuit medium: Quemadmodum, uerbi gratia: Abstinentia ut est uirtus moralis acquisita, consistit in hoc, ut tantum de alimētis sumat, quantum requirit natura ad expeditum exercitium rationis: abstinentia uero infusa superaddit, ut etiam aliquid subtrahatur naturæ pro carnis afflictione & concupiscentiarum

Propositione 18.

Augustinus.

Matth. 7.

Vide 7. phy. c. 18. 19. & 2. ethi. lect. S. Tho. 5. 7. 8

tiarum domatione, in satisfactionemq; culpæ. Insuper secũdum Tulliũ: Virtus est habitus rationi consentaneus, in modum naturæ operans. Diuiditur demũ uirtus in uirtutẽ theologicam, moralẽ, intellectualẽ, cardinalem: itemq; in uirtutẽ ciuilem siue politicam, in uirtutẽ purgatoriam, & uirtutem purgati animi ac exemplarem, ut infra tangetur.

PROPOSITIO CXLVII.

TRes sunt uirtutes theologicæ & diuinæ fides, spes, charitas, per quas anima rationalis deo in uita hac desponsatur atq; præcipue cõformatur. Quod est, quoniam anima rationalis per uires suas superiores, in quibus superbeatissimæ trinitatis consistit imago, habet immediatũ respectum, ordinationẽ ac reditionem ad deum altissimum, à quo solo immediate profluxit & condita est, cuius imaginem & similitudinẽ sibi gerit impressam. Hinc in solo omnipotẽti & uero deo consistit uera & plena animæ beatitudo, atq; ad ipsum est reuersiua reditione cõpleta per actiones intellectus & memoriæ intellectiuæ ac uoluntatis, ad quas actiones prompte exercendas tribus eget uirtutibus, per quas ad ipsum conuertatur, puta fide, spe, charitate: Nempe cum deus sit prorsus incomprehensibilis, & omnem creaturam infinita excellentia omnino transcendens, ita ꝗ nulla mens creata ad eius clarum, facialem & immediatum intuitum naturali uirtute, ac per sola naturalia ualeat pertingere: ipse tamen superoptimus & superdulcissimus deus, suam immensam felicitatem & gloriam intellectualibus creaturis supernaturaliter & copiosissime communicare uolens, ad obtinendum sui ipsius claram uisionem per speciẽ, hoc est ad contemplandum immediate & clare suam increatam essentiam, deliciosissime in seipsa instituit & creauit rationalem creaturã: Cumq; beatitudo illa supernaturalis & eius obiectum sub ratione obiectali beatitudinis tãtæ, ac ea quæ nobis reuelauit de ipso obiecto, deo uno ac trino, naturalem rationem excedant, nec lumine naturali ualeant inueniri, necessaria nobis est fides ad ea credenda: spes quoq; ad ea adipiscenda: & charitas, ad ea iã desideranda atq; ad laborãdum strenue pro eisdem: sicq; harum trium theologicarum uirtutum est obiectum unum & idem materialiter, distinctum formaliter: Deus nanq; inquantum ueritas prima obscure per speculum cognita, non euidenter nec demonstratiue, sed potius per auctoritatem & signa seu reuelationem obiectum est fidei: idemq; deus inquantum summa & obiectalis beatitudo, nondum obtenta, sed expectata, obiectum est spei: Et rursus, deus secundum ꝗ bonitas summa, incomparabiliter præamanda, nondum possessa perfecteq; fruita, sed finaliter concupita, obiectum est charitatis in uia. Porrò in patria idem superdignissimus deus obiectum est trium quæ succedunt actibus theologicarum uirtutum in patria, sub alijs rationibus, puta beatificæ uisionis, quæ fidei & actui eius succedit, prout est ueritas prima per speciem cognita, & in sua essentia immediate ac lympide uisa. Tentionis uero seu comprehensionis, quæ spei succedit, obiectum est, inquantum beatitudo summa plene, ut sperabatur, adepta: porrò fruitionis extat obiectum, secundum ꝗ summum bonum iam feliciter degustatum.

Gene. 1. Roma. 8. 1. Corin. 13. Deus obiectũ uirtutũ theolog. Dotes animæ succedunt uirtutibus theo.

PROPOSITIO CXLVIII.

FIdes catholica est uirtus diuina, radius primæ ueritatis, lumen sapientiæ increatæ, intellectum irradians & inclinans ad essentiendum firmiterq; adhærendum uniuersis quæ deus credi præcepit ac reuelauit. Est igitur oculus mẽtis dirigens ac deducens ad patriam claritatis æternæ: ac iuxta Apostolum: Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium: Substantia inquam, id est, inchoatio quædam & fundamentum, puta obscura notitia diuinorum, quæ in patria clare conspicere modo confidimus. Argumentum non apparentium, id est, probatio quędam inuisibilium: quia cũ fidei quæ est uirtus, non subsit falsum, eo ipso ꝗ aliquid cadit sub fide, probatur sic esse ac desuper profluxisse. Deniq; fides certitudinẽ habet adhærentiæ, scientia uero certitudinẽ euidentię. Maior quoq; est certitudo fidei ꝗ̃ scientię, ex parte subiecti, puta credentis, qui firmius certiusq; adhæret his quæ fidei sunt, ꝗ̃ scitis: Scientiæ uero certitudo est maior ex parte obiecti, quod non intantum excedit capacitatem intellectus ut creditum: Fides ergo increatæ ueritati innititur, nec aliquid credit, nisi prout à prima ueritate descendit aut reuelatur. Interim de eadẽ re põt aliquid credi & sciri, sicut de deo credimus ꝗ trinus sit in psonis, & scimus saltẽ à posteriori, ꝗ in essentia unus sit & æternus: sicq; idẽ cẽset obiectũ fidei atq; sciẽtię, idẽ plane materialiter, puta eadẽ res, nõ formaliter, qa sub alia & alia ratione: Porrò act⁹ fidei est protestatio credẽdorũ, ꝗ̃ necessaria est ad salutẽ loco & tpe opportuno. Rursus dicit esse triplex fidei act⁹, uidelicet credere deo, credere deũ, & credere i deũ. At ũo

Hebræ. 11. Fides & sciẽtia differunt. Eadem res põtest esse credita & scita. Roma. 10. Actus fidei.

charitas

Iacobi.2 charitas appellatur forma, uita, decor, complementũ & perfectio fidei. Fides etenim sine charitate spiritali mortua perhibetur, informis & indecora: charitati uero adiuncta uocat formata. Hinc duplex asseritur esse fides, puta informis & formata: estq; essentialiter & habitualiter eadem numero fides, accidentaliter differens penes perfectum & imperfectum. Praeterea fides una est ex parte obiecti, sicut ait Apostolus, una fides: sed ex parte subiectoꝝ numero est diuersa. *Ephe.4.* Fides demum superdignissimæ trinitatis incarnationisq; filij dei à principio necessaria fuit, saltem implicite: & ita sufficit simplicibus, qui credebāt quæ & maiores, qui inde habebant fidem explicitam. Vnde ad minus semper necessarium fuit credere breue illud fidei symbolum, quod ad Hebræos deprompsit Apostolus: Accedentē, inquiēs, ad deum oportet credere quia est, & quia exquirentium se remunerator fit. *Hebræ.11.*

PROPOSITIO CXLIX.

Fides Christiana fundamentum habet firmissimum, & efficacissima ac copiosissima probamēta.⌋ Quod est, quoniā fides nostra increato lumini innititur, & eā deus omnipotens abundātissime atq; clarissime roborauit: Non enī naturali ratione inuenta est, nec philosophicis probationibus persuasa hominibus, sed desuper reuelata, & per innumerabilia miracula, etiam soli omnipotenti deo possibilia, confirmata: & hoc ipsum, loquendo in genere, est unum argumentorum fidei Christianæ ac Euāgelicæ legis: atqui loquēdo in speciali, tot sunt huiusmodi fidei nostræ argumēta, quot ad eius roborationem huiuscemodi miracula sunt ostensa & uere peracta, quæ in scripturis canonicis, in legendis sanctoꝝ & chronicis, in historijs & historialibus speculis copiosissime cōtinent. Nec potest quis fingere ea facta non esse, cū in suis effectibus, hoc est in totius mundi conuersione, ad tam admirabilem & incōprehensibilem fidem, ac arduissimam legem lympidissime innotescant ac fulgeant, imò & usq; in præsens renouentur, atq; per sanctos dei ubertim undiq; perpetrētur. *Fides est per solā reuelationē diuinam.* Neq; enim armoꝝ uiolentia, aut tyrannoꝝ potentia, nec magicis artibus, nec philosophicis subtilitatibus introducta est primo hæc fides: imò potius uirtute fidei huius contrita sunt arma, armati quoq; in bellis prostrati sunt, ac potentissima regna deuotissime receperunt hanc fidem. *Hebræ.10.* Deniq; quo' reges sæuissimi crudelissimiq; tyranni & præsides uehementius ac uiolentius nisi sunt fidem hanc extirpare immanissimas mortes inferendo fidelibus, eo' fides hæc gloriosius creuit, & mirabilius aucta est, supergloriosissimo, uero, omnipotenteq; deo legem suam ac fidem protegēte, & suos beatissimos martyres in eorum martyrijs ac postea tot ac tantis mirificante miraculis, ꝙ frequēter in unius martyris passione quadraginta milia infidelium sunt conuersa, imo' nōnunq̄ & ipsi tyranni. *Fides persequutionibus ꝑficit.* Demū & ipsi callidissimi artium magicaꝝ magistri cernētes se aduersum fidem & crucē Christi nil posse proficere, ac inde euidentissime superari, multoties sunt conuersi, & breuiter, q̄ diu Christiani Christiformiter iuxta legis suæ tenorē uixerunt, Gentiles, Iudæi, Hęretici, passim & copiose conuertebantur ad Christum, signis, prodigijs, miraculis, prophetijs, uictorijs, charismatibusq; supernis abundauerunt, ita ꝙ iuxta magnitudinem incōprehensibilitatis eoꝝ quæ credimus, multiplicata sunt toto orbe terraꝝ prætacta miracula ac diuina charismata, & supernaturalia dona. *In oēm statū Christianę religionis torquet culpa persequutionū.* Itaq; cum ueritas duobus possit modis probari, puta naturali ratione, et diuina attestatione, seu miraculoꝝ ostensione, constat ꝙ fidei nostræ tanto' maior est certitudo, quanto' plura & præclariora sunt patrata miracula pro huius sacratissimæ ac saluberrimæ fidei roboratione. *Veritas bifariā probatur.* Interim si pēsemus quales extiterint qui huiusmodi sunt prodigia operati, luce splēdidius innotescet, q̄ immunissima fuerint hæc omnia ab omni Magicæ artis permixtione: *Miraculorum perpetratores.* Hi nanq; fuerunt uiri in omni humilitate, patiētia, mititate, abstinentia, continentia summi in dei & proximoꝝ charitate æstuantissimi, uniuersam magicam artem, gloriamq; inanem & laudem humanam uehementissime abhorrentes: qui quantò firmiores & feruentiores fuerunt in fide, tanto' ad agenda miracula erant potentiores: *Biblia his plena sunt.* hi mortuos plurimos suscitauerunt, cæcos, surdos, mutos, claudos à natiuitate mirabiliter curauerūt, quoꝝ nōnulli etiam solem stare & retroire fecerunt, prauissima biberunt uenena illæsi, cordium agnouerunt ac patefecerunt secreta, atq; futura mere cōtingētia prædixerunt. *Miracula fidelibus peculiaria.* Deniq; nulla fides, nulla lex alia, habet ista aut huiuscemodi miracula. Et si obijciat, ꝙ in ueteri lege fuerunt, hoc pro nobis est: nō enī alia est fides nostra q̄ patrum sanctoꝝ, qui in lege scripta, uel lege fuerunt naturæ, quāuis sit modo magis explicita: *Cauillationis in sententiam retorsio.* hinc & libros ueteris testamenti pro nostræ fidei cōfirmatione, declaratione & probatione solenniter legimus: Vniuersa quoq; quę credimus, ex illis probamus, & Christi mysteria ex prophetis ostendimus diuinitus reuelata & prænuntiata fuisse. Amplius quod uehementissime est pro nobis, à tempore quo

lex

lex Christi undiq; cœpit prædicari, lex Moysi orsa est infirmari, & omnis gloria diuinorũ charismatum, miraculorum, prophetiarũ atq; cœlestium gratiarum, quibus olim abundauit Synagoga, Iudæis ablata est, & per Christi apostolos ad ecclesiam ex gentilitate pro maxima parte conuersam translata, imò reuera quasi incõparabiliter exuberantius data Christifidelibus q̃ antea Israëlitis. Rursus hoc demonstratur ex hac infelicium Iudæorum captiuitate, derelictione finali, quæ iam per mille quadringentos & amplius annos durauit. Insuper idem monstratur ex irreprehensibili perfectione euangelicæ legis, quæ tota spiritalis est & diuina docens, priuatum amorem plenissime extirpari, diuinum amorem eminentissime adipisci, omnipotenti cum summa reuerentia, humilitate & puritate seruiri, & eos qui agunt hoc, cernimus desuper gratiosissime exaudiri, suauissime uisitari, rapi, atq; in deitatis oceanum absorberi, suo creatori tam familiares, charos & intimos esse, ut nõ immerito eius secretarij & consiliarij appellentur. Vnde & angelicorum spirituũ apparitionibus, alloquutionibus, informationibus sunt assueti, dæmonibus potentissime dominantes, prçualentes, & maxime displicentes. Postremo & si plura eorum quæ credimus, per se sumpta uideantur ualde mira & quasi incredibilia, tamen dum omnia simul pensantur, rationesq; credendorum & prætacta eorum argumenta comportantur, nexus quoq; ordo, consonãtia & cohabitudo cunctorum sapientialiter considerantur, clarissime constat nil uerius, rationabilius, diuinius esse fide & lege Christianæ religionis. Hæc breuiter tacta sint hic in communi de rationibus, argumentis & certitudine fidei Christianæ, de quibus in alijs multis opusculis, præsertim in Dialogo de Fide catholica, & in tractatu contra Alchoranum atq; in Dialogo contra perfidiã sceleratissimi & sordidissimi Mahumeti multo plenius est tractatum.

Hebræ. 7.

Apertissima pro fide Christianorum argumẽta

Epilogus.

PROPOSITIO CL.

SPes fidei est condependens, necessaria ualde, nequaq̃ defraudans constanter in deo sperantem. Quod est, quia ex actu fidei oritur actus spei. Quãuis enim uisio dei per auxilium gratiæ eius possit acquiri, attamen qui non credit hoc ipsum, non sperat beatitudinẽ illã acquirere: iccirco ꝙ spes dicit nasci ex fide, de actibus harũ uirtutum est intelligendum: siquidem tam fides q̃ spes est uirtus infusa. Est quoq; spes multũ necessaria ad salutem, propter ꝙ deus in scripturis ubertim nos iubet sperare in ipso. Cũq; ipse fidelissimus liberalissimusq; consistat, ad excellentiã & bonitatem pertinet suam, ut sperantem in se non relinquat: iccirco in omni euentu immobiliter in ipso speremus. Deniq; cum beatitudo æterna, quam credimus, sit supernaturalis, non ualet humanis & proprijs uiribus obtineri: Hinc opus est in deo sperare, expectando beatitudinẽ illam immensam adiutorio eius nobis præstãdam. Spes igitur principaliter & directe respicit bonum illud increatũ, deinde media illa, per quæ tanq̃ per causas secũdas, instrumẽtales, amminiculantes, iuuantes & cooperantes, tanta obtinetur beatitudo: sicq; in beatissima uirgine & alijs sanctis, & in gratia dei speramus: & ita spes sicut & fides, conuenit quædam creata per comparationem ad ultimum finem. Amplius sicut duplex dicitur fides, puta informis & formata, ita & spes, quæ tamen est eadem uirtus. Cumq; spes sic diffinitur: Spes est certa expectatio futuræ felicitatis ex gratia dei meritisq; sperantis prouenniens: intelligitur diffinitio illa de spe formata, imò potius de actu ipsius. Certitudinem demum spei aliqui dicunt similem certitudini opinionis, quæ formidini de opposito est admixta. Verũtamen cum opinio proprie loquendo, non habeat certitudinem, uerius dicitur ꝙ spes sortitur certitudinem ex parte obiecti, uidelicet dei promittentis ac præmiantis: cum certum sit, ꝙ ex parte ipsius non erit nostræ salutis defectus. Ex parte subiecti, puta sperantis, certitudo non est, sed formido, cũ ignoremus an simus in charitate, sine qua nihil est meritorium uitæ æternæ: & quãuis sciremus nos in charitate existere, non tamen certe agnosceremus, an in charitate & meritorijs actibus finaliter perseuerabimus. Hinc etiam certitudo spei potest uocari certitudo ex hypothesi, seu suppositione aut conditione. Præterea subiectum spei est appetitus superior, puta uoluntas cuius est beatitudinem præstolari. Interim quamuis aliqui dicant, fidem & spem in animabus beatis manere inquantum sunt quædam ornamenta, uerius tamen censetur ꝙ non: nec essent ornamenta in illis, cum obscuritas fidei atq; carentia spei perfectioni derogent beatorum: Nec dubium quin quçdam sint in uiatoribus ornamenta, quæ in cõprehensoribus essent deformitates.

i.

ii.

iii.

Spes duplex.

iii. sen. dist. 26. uide bea. Tho. ibidem.

Opinio.

Confutatiõ.

PROPOSITIO CLI.

TImor ex spe aliisq; diuersis oritur causis, multipliciter quoq; diuiditur.] Quod est, quoniã nemo sperat nisi quod optat: & quod optat ac sperat adipisci, ueretur non obtinere aut perdere: sicq; timor procedit ex spe. Profluit etiã ex amore: non etenim malũ timetur, nisi quia oppositum bonũ amatur: imò ex amore oritur & spes, cum omnium affectionum prima origo sit amor. Itaq; quoniam de æterna beatitudine acquirenda spem habemus, & de non adipiscenda timemus: præsertim cum aliorum respectu pauci saluẽtur. Hinc spes & timor sunt duæ molę, inter quas oportet nos spiritaliter mo-

Matth. 5. Matth. 11. li, ne grandes simus in oculis nostris, sed pauperes spiritu .i. humiles, atq; in solo deo fixa sit nostra fiducia: sicq; tumor omnis superbiæ frangatur in nobis ac cordis duritia, dũ nequaq̃ de uiribus nostris præsumimus, æterna quoq; damnationis supplicia solicite formidamus. Deniq; timor est proprie fuga & abominatio mali: cũq; malũ sit multiplex, est & multiplex timor: Est enĩ malũ culpæ, & malũ pœnæ, malũ etiã mixtũ quid habens de utraq;. Et rursus est pœna tẽporalis, pœna corporalis, pœna spiritalis, pœna uitæ præsentis, pœna uitæ futuræ tã purgatoria q̃ infernalis, in quarũ utraq; est duplex punitio, puta damni & sensus. Con-

Timor multiplex. formiter quidã est timor filialis ex charitate dei scaturiens, quo peccare ueremur, ne uultũ benignissimi patris cœlestis in aliquo offendamus, & ne elongemur aut abiiciamur ab eo:

I. q̃uis ergo obiectũ timoris sit malũ, nihilominus deum, qui pura est bonitas, & iustos timere asserimur, ne ab ipsis nobis malũ quod metuimus infligatur. Hic timor filialis est nobilissimus timor, castus, sanctus & manens in patria, præsertim prout est unũ septẽ donorũ spiri-

II. tus sancti. Secundus est timor intialis, quo mala uitamus, & deum ueremur offendere, partim amore iustitiæ, partim pœnarum formidine, principaliter tamen ex charitate. Tertius

III. est timor seruilis, quo aut solum aut principaliter malũ uitatur intuitu pœnæ. Quartus est

IIII. timor carnalis, quo quis proprie pelli timet immoderate, & quæ afflictiua sunt carnis, fugit

V. & abiicit, sicut qui digna pœnitentiæ opera facere renuit. Quintus est timor mũdanus, quo mala sæculi huius pœnalia seu temporalia dãmna immoderate timentur. Sextus est timor

VI. naturalis, qui in se nec uituperabilis est, nec uirtuosus, quo mors & quę corruptiua sunt abhorrentur. Hinc passionem & affectionem timoris semper moderemur & rectificemus in nobis: prorsus enim peruersum magis timere malum pœnæ q̃ malum culpæ: & sicut mor-

S. Tho. 2. 2. q. 19. arti. 2. tale peccatum est magis diligere creaturam q̃ creatorem, ita & magis timere illam q̃ illum:

Prouerb. 29. ideo teste scriptura: Qui timet hominem cito corruet: qui uero timet deum, nil negligit.

PROPOSITIO CLII.

CHaritas uirtutum omnium est suprema, & forma earum ac uita & imperatrix, sine qua nihil acceptum est deo.] Quod est, quoniam charitas immediate deo cõiungit, & intellectualium creaturarum uoluntatem creatoris uoluntati conformat ac subdit: ipsam quoq; omnipotens primo & maxime requirit à nobis, & prę-

Matth 22. cipit nobis eam inesse: Diliges (inquiens) dominum deum tuum ex toto corde tuo &c. Et proximũ tuum sicut teipsum. Eadem quippe est charitas habitualis qua deum proximũq; diligimus: quoniã bonitas dei est ratio ob quã diliginus proximos. Charitas ista supernaturalis infusa est pretiosissimũ balsamum deitatis, specialiter quoq; supernaturalis similitudo spiritus sancti, mẽtem creatam increatæ menti potissime supernaturaliterq; conformãs, qua deum propter propriam suam superincomparabilem bonitatem pure & summe diligimus, imò & incomparabiliter appretiatiue, ita q uniuersis quæ sunt & esse possunt, præponimus & præeligimus eum: quia & minima charitas hoc modo plus diligit deum, q̃ maxi-

Psal 118. ma cupiditas mundum, & ait deo: Bonũ mihi lex oris tui, super milia auri & argenti. Deniq;

Diligenda ex charitate. hac charitate diligenda sunt quatuor, uidelicet deus & proximus, proprium corpus & ipsemet diligens, intelligendo per proximum omnem rationalem intellectualemq; creaturam, felicitatis capacem, seu actualiter iam beatam. In his quatuor etiam ordo diligẽdi cadit sub præcepto: quia tenemur primo & maxime deum diligere, deinde nosipsos: quia (ut ait Sal-

Matth. 16. Mar. 8. Lucæ. 9. uator) quid proficit homo si uniuersum mundum lucretur, seipsum autem perdat. Tertio proximos, circa quos etiam rectus ordo seruandus est, ut primo inter eos diligantur parentes, deinde propinquiores, & hoc cæteris paribus. Porro maioritas dilectionis pensetur ex parte boni, quod amãs uult & cupit dilecto, certum est q plus diligere, hoc est, magis bonũ uelle possumus & debemus aliquibus creaturis, potissime humanitati Christi, sacratissimæ

Gradus charitatis. I. uirgini & sanctis apostolis, q̃ nobis ipsis. Amplius charitatis sunt tres gradus: quoniã infusa meretur per exercitationem augeri, & aucta per dignum profectum perficitur: estq;

infimus

infimus gradus charitatis, ut sic deus toto corde ametur, q̃ nihil diuino amori contrarium admittatur. Secundus gradus est, ut desiderio proficiendi in charitate etiam illa abijciãtur, quæ quãuis in se praua non sint, attamen occasionaliter ab incremento & perfectione diuinæ dilectionis multum impedire atq; retrahere solent, ut sunt diuitiæ, deliciæ & honores, propria quoq; libertas, & humana ac mundana societas. Tertius gradus est, ut priuato & carnali amore iã prorsus euulso, conemur quantũ in hac uita possibile est, indesinenter aut saltem assidue deo altissimo actualiter esse intẽti, feruidissime iuncti, inseparabiliterq; uniti, transformati & quasi absorpti in ipsum, contemplando, gustando, experiendo q̃ dulcis est dominus, q̃ pulcherrimus, amabilis & superamabilis ipse sit: Vniuersorum quoq; salutẽ totis cupiendo præcordijs & satagendo, quãtum in nobis est, ut deus debite honoretur ac diligatur ab omnibus. Insuper amor est multiplex, puta naturalis, mundanus, sensualis, carnalis, socialis, spiritalis, diuinus. Media uero proficiendi in charitate dei sunt, proprium cor ab omni iniquitate seruare illæsum, imò & à uenialibus & quotidianis culpis diligenter abstinere, atq; pro ipsis quotidianis quotidie satisfacere: in deitatis cognitione formata proficere: deum pro suæ charitatis augmento anxie ac frequentissime inuocare: ad ipsum suspirare ac gemere: ei in omnibus uigilantissime obedire: & quicquid in creaturis pulchrum, dulce, amabile occurrit, ad ipsius referre ac ordinare amorem. Interim sine hac charitate cæteræ uirtutes censentur informes: uiuificãtur autem, excitãtur imperialiterq; mouentur à charitate, quę omniũ est regina. Veruntamen tanta est similitudo naturalis amoris ad infusum, q̃ inter eos discernere nõ ualemus. Postremò ad charitatem, præsertim ad eius profectum & perfectionem, omne bonum quod agimus, & cuncta quæ laudabiliter patimur, ordinare debemus tanq̃ ad finem: omnia item ponere sub ordine diuini amoris, ita ut nihil quæramus, optemus aut timeamus, nisi in quantũ per illud in dei amore proficere possumus: Ideo dixit Apłus: Finis præcepti est charitas, de corde puro & cõsciẽtia bona, & fide non ficta.

II. — III. — Regula augendæ charitatis. — 1.Corin 13. — 1 Corin.10. — 1.Timoth 1.

PROPOSITIO CLIII.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI.

SEptem sunt dona spiritus sancti, quæ inter habitus animæ post uirtutes theologicas primatum in dignitate sortita sunt.⌋ Quod est, quia cum habitus & uirtutes à suis obiectis accipiant dignitatem, uirtutes theologicæ, quæ habent deum pro immediato obiecto, ab omnibus asseruntur donis cæterisq; uirtutibus digniores. Deinde dona quæ sunt habitus supernaturales infusi, per quæ anima rationalis efficitur bene & prompte mobilis, docibilis ac dirigibilis à spiritu sancto, quæ etiã dona ut solennior tenet opinio, à uirtutibus realiter distinguũtur, & eas expediunt, id est, dona perficiunt ipsas uirtutes, ita q̃ uirtutes donis adiutæ expeditius operantur. Porrò donorum istorum primũ & summũ est sapientia, non utiq; philosophica, informis, naturalis, nec sapientia spectãs ad dona gratiæ gratis datę, per quã ea quæ fidei sunt persuadentur, declarãtur ac defenduntur, de qua deprompsit Apostolus: Alij per spiritum datur sermo sapientiæ: sed sapientia salutaris formata, quę esse non potest informis, de qua scriptura fatetur: Dedit illi scientiam sanctorum. Iacobus quoq; apostolus: Quę de sursum (inquit) est sapientia, primum quidem pudica est, pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis. Per hanc sapientiam cognoscimus deum & ea quę dei sunt per gustum internum, & recte iudicamus de ipsis per cõnaturalitatem & conformitatem affectus ad ea, sic q̃ cognitio affectui est conformis, quemadmodum uir castus & continens iudicat bene de castitate. Deniq; sapientia ista charitati inseparabiliter est coniuncta: & quãtò quis amplius crescit in charitate, tantò & in sapientię dono, imò & iuxta triplicem charitatis gradum iam assignatum, triplex est gradus sapientię huius, quam nemo in mortali existẽs peccato habet. Insuper dono sapientię associatur donum intellectus, hoc est habitus intellectiuus infusus, in potentia intellectiua existens, & eam perficiens ad recte & clare intelligendum ea quæ fidei sunt, puta ipsa credenda, aspiciendo articulorum fidei rationes, & argumenta saltem nonnulla: perfecti etenim uiri habent fidem certissimã cum rationibus credendorũ, & purificatæ mentis intelligentia: Cæteri quãuis adhuc pusilli & imperfecti, aliquam tamen habent ac intuentur rationem cur credunt, uidelicet uel propter miracula, aut quia sic tenet & credit tota ecclesia, seu quia sancti sic docuerunt. Preterea consilium secundum q̃ donum, denotat habitum supernaturalem infusum, non actũ

opinio S.Tho. — Dona distinguuntur à uirtutibus. — 1.Corin.12. — 1. Sapientia. Sapien 10. — Iacobi 3. — II. Intellectus. Propositione 152. — Ratio credendi — III. Consilium.

prudentiæ moralis politicæ: quo habitu fit mens efficaciter capax directionis spiritus sancti in consulendo, præsertim in spiritalibus & diuinis ac transcendentibus rationem: quia ut ait scriptura: Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ sunt prouidentiæ nostræ. Ideo indigemus supernaturali motore, & ineffabili directione ac habitu huius consilij. Hinc (ut in Ecclesiastico dicitur) Anima uiri sancti enunciat sæpe uera, plus q̃ septem speculatores sedentes in excelso ad speculãdum. Fortitudo quoq; ut donum, est habitus quo roboramur à spiritu sancto ad agendum & patiendum in his, quæ fidem & euangelicam respiciunt legem: quia (ut fatur Gregorius). Sanctorum fortitudo est carnem domare, spiritum roborare, propter Christum uictoriose pati & agere: quæ eminentius fiunt per fortitudinem, quæ est donum, q̃ per uirtutes morales. At uero scientia quæ est donum, non diuersificatur penes creata obiecta, quãuis circa illa uersetur, sicut naturales scientię: sed est habitus supernaturalis infusus, nunq̃ informis, quo per conformitatem affectus & mentis saporem, rite sentimus & iudicamus de rebus creatis, q͏ in ipsis non sit finis ultimus statuendus, præsertim in transitorijs & caducis: quoniã omne creatum in se & secundum se sumptum, est radicaliter uanum, instabile, indigens, atq; in nihil uertibile, nisi desuper conseruetur. Interim donũ pietatis est donum quo monemur succurrere poximis, quia ad dei imaginem & similitudinem sunt creati: & sic pie ad ipsos afficimur, condolemus, succurrimus, secundum gratiæ legem: Virtus autem misericordiæ condolet & succurrit, ut sunt proximi & egeni. Postremo timor, secundum quòd donum, habitum dicit quo ex inspectione propriæ imbecillitatis ac paruitatis, potissime ex intuitione incircũscriptibilis maiestatis dei in propriam nihileitatem resilimus, attoniti coram illo, & cum ingenti reuerentia astantes ei dem, omneq; malum culpę penitus detestantes: Hinc donum hoc quãtum ad actum istum manet in patria, & fuit ac est in anima Christi. His donis tanq̃ septem pulcherrimis atque clarissimis stellis, decoratur & radiat anima iusti, quibus ut perornemur, ab omni carnalitatis & iniquitatis squalore purgemur & abstineamus. Veruntamen quidam opinati sunt hæc dona à uirtutibus non distingui realiter: sed ista positio uerior reputatur, prout in opusculo de Donis plenius est ostensum.

Sapientiæ.9.
Eccli.37.
IIII. Fortitudo
Gregorius.
V Scientia.
VI. Pietas.
VII Timor.
II. Opinio.

PROPOSITIO CLIIII.

AD hominem ut est animal rationale ac sociale, spectant uirtutes politicæ: inquantum uero spiritalis effici incipit & ad immaterialia ac diuina consurgere, pertinẽt ad eundem uirtutes purgatoriæ, quæ adhuc circa passionum refrenationẽ & rectificationem partim sunt occupatæ, partim quoq; ad diuina erectæ sunt. Porro uirtutes purgati animi ad hominem pertinent iam diuinum, contemplatiuum, heroicũ excellenterq; reformatum. Itaq; sicut secundo super somnium Scipionis ait Macrobius, Plotinus inter philosophiæ professores cum Platone princeps, partitur uirtutes in uirtutes exemplares seu ideales, & in uirtutes politicas seu ciuiles, in uirtutes quoq; purgatorias, & in uirtutes purgati animi. Etenim uniuersæ uirtutes in deo exemplariter idealiterq; consistunt: & prout in ipso sunt, exemplares uocantur, ita q͏ ratio idealis operum dei in mente splendens diuina, nuncupatur exemplaris prudentia, quam imitatur omnis creaturæ intellectualis prudentia, si fuerit uirtus uera: imò quicquid participatæ prudentiæ apparet in brutis, à fontana illa impressum est & profluxit prudentia. Temperantia demum in deo, est moderatrix & moderantissima illa concupiscibilis conuersio intentionis diuinæ ad seipsam reflexa: Fortitudo autem in deo, est incommutabilis omnipotentia eius in omni bono: Iustitia uero in deo est obseruatio legis æternæ in suis operibus. Veruntamen uirtutes istæ morales & cardinales stricte & proprie sumptæ, prout circa passiones uersantur, non sunt in deo, ut nono Ethicorum probat Philosophus. Prӕterea diuisio ista uirtutum in uirtutem politicam, purgatoriam, animiq; purgati, non est diuisio uirtutis in species differentes: Sed diuisio uirtutis eiusdẽ secundũ status & gradus distinctos, ita q͏ eadẽ uirtus secundũ gradũ suũ infimũ, quo pertinet ad incipientes, uocatur politica. Purgatoria uero secundũ gradũ medium, quo spectat ad proficientes, atq; secundum gradum suum tertiũ ac supremũ, quo concernit perfectos, appellatur purgati animi uirtus: Nẽpe tres status seruoꝝ dei ponunt, puta status incipientiũ, proficientiũ, perfectorum: ita q͏ incipientium est à uitijs passionibusq; recedere, assumendo & inchoando iam opera bona: Proficientiũ uero est incremẽtis atq; profectibus uirtutum principaliter insudare: Perfectoꝝ aũt in termino excellẽtiæ stare. Nihilominus omnes isti indigent indefinenter q̃ diu in præsenti degunt exilio, à culpis se cum

Macrobius.
Prudentia.
Temperantia.
Fortitudo.
Iustitia.
Aristoteles.
Eadem uirtus sortitur diuersas appellatiões
Status diuersi.

ſe cum diligentia & conatu abſtrahere,ſaltem uenialibus, cum non ſit homo ſuper terram qui non peccet. Quis enim ab omni diſtractione & negligentia ſe plenarie reprimat in diuinis? Rurſus ad ſtatum incipientium,uia pertinet purgatiua:ad ſtatum proficientium, uia illuminatiua:ad ſtatum perfectorum,uia unitiua, ad quam etiam pertinet myſtica theologia. Conformiter ad incipientes,ſpectat ſtatus animalis:ad proficiẽtes,ſtatus rationalis: ad perfectos,ſtatus ſpiritualis.

PROPOSITIO CLV.

DE BEATITVDINIBVS.

OCto beatitudines aſſignantur.⌋ Quod eſt, quia beatitudo uiæ eſt diſpoſitio,inchoatio,meritum atq; præambulũ beatitudinis patriæ ad quam aſcenditur,itur ac peruenitur per octo beatitudines uiæ: Oportet nanq; impedimenta ueræ beatitudinis remouere, quæ impedimenta ſunt diuitiæ,deliciæ & honores ac alia multa: ideo cõtra primum impedimentorum illorum di-
xit ſaluator:Beati pauperes ſpiritu: Paupertas equidem ſpiritus eſt uoluntaria diuitiarum math. 5.
deſpectio, ſpontanea quoq; perpeſſio penuriæ quãtum fieri poteſt propter deum.Rurſus, i.
quia initium omnis peccati extat ſuperbia:& ibi oportet aſcẽſum incipere,ubi ceſſauit ruina:Hinc per paupertatem ſpiritus accipi poteſt humilitas, quę tutum & optimum ſpiritualis perfectionis eſt fundamentum,& ne quis ex amiſſione,ſubtractione aut carentia tempo
ralium rerum,ad iram aut impatientiam moueatur.Secunda beatitudo ſubiungitur: Beati ii.
mites:Mititas quippe eſt uirtus moralis,paſſionem iræ refrenans:impatientia uero propinqua eſt iræ.Contra delicias quoq; carnales ſubditur tertia beatitudo:Beati qui lugent: ſua iii.
aut aliorum peccata deflendo,aut ex aliis rationabilibus piisq; cauſis.Prætera ne in his acti
bus uirtuoſis efficiamur remiſſi,frigidi, inconſtantes, additur beatitudo quarta: Beati qui iiii.
eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: Attamen ne in ipſo zelante iuſtitia relinquatur miſericordia,
mox ſequitur quinta beatitudo:Beati miſericordes: Sed cum deus omnipotẽs cordium ſit v.
inſpector, nec ex operibus forinſecus exhibitis beatificet quenquam niſi puritas aſſit cor-
dis,recte annectitur ſexta beatitudo:Beati mundo corde. Ex qua ſequitur mentis tranquil vi.
litas in ſe,& procuratio pacis atq; concordiæ inter alios: unde ſeptima beatitudo ſubiungi
tur:Beati pacifici. Verum cum laborantes pro aliorum concordatione & pace multa ſole- vii.
ant pati aduerſa, adiungitur beatitudo octaua: Beati qui perſequutionem patiuntur pro- viii.
pter iuſtitiam. Itaq; beatitudines iſtæ ſunt actus uirtutum, & ut uidetur quibuſdam, ſunt actus excellentium,præſertim heroicarum uirtutum, cum beatitudo ſit operatio optima: adaptantur etiam donis:Extenſe autem loquendo,quælibet actio uirtuoſa poteſt beatitudo uocari,& poteſt unaquæq; actio talis ad aliquam beatitudinem præfatarum reduci.

PROPOSITIO CLVI.

DE FRVCTIBVS SPIRITVALIBVS.

DVodecim ſunt fructus ſpiritus ab Apoſtolo aſſignati.⌋ Quod eſt,quoniam fructus ſpiritus eſt delectatio ſeu dulcedo in actu uirtutis cõſiſtens, ſeu ipſa actio uirtuoſa,iocunda,ex gratia ſpiritus ſancti procedẽs, & ex ſpiritu rationali elicita & producta: Hinc diſtinctio ac numerus fructuum attenduntur penes ordinationem & tranquillationem mentis in deo, quod primo cõtin-
git per dilectiõem,ideo primus fructus ponitur charitas,id eſt,actualis dilectio dei, in quo i.
ſolo cõſiſtit uera pax cordis:deinde per ſpiritualem exultationem charitati annexam,hinc ii.
ſecundus fructus dicitur gaudium: Et ne gaudium iſtud turbetur ab aliis, tertius fructus iii.
pax nominatur: pax nanq; eſt gaudium imperturbatum. Cumq; inordinata triſtitia tran- iiii.
quillitati mentis plurimum obſit,quartus fructus patientia collocatur,cuius eſt paſſionem triſtitiæ fœdare ac reformare. Patienti demum neceſſarium eſt, ne ex diuturna dilatione
boni optati præmiiq; ſperati deiiciatur,iccirco quintus fructus longanimitas nuncupatur. v.
Interim quoq; debet homo beneuolus eſſe ad proximos, propterea bonitas ponitur fru- vi.
ctus ſextus: atque hanc ipſam beneuolentiam opere proſequi tempore congruo, ſicq; be-
nignitas ponitur ſeptimus fructus. Sed nec ex improbitate & ingratitudine aliorum vii.
debet iraſci: hinc manſuetudo dicitur fructus octauus: nec proximis dolo nocere, viii.

ob hoc nonus fructus ponitur fides, id est fidelitas: quanquam per fidem, fidei certitudo possit intelligi. Insuper tranquillitati & ordinationi mentis in deo, prorsus contrariantur inquietudo & turbulentia in exterioribus gestis: ideo decimus fructus appellatur modestia: interior quoque irrefrenata libido, siue ad contthoralem siue ad alienam: hinc castitas & continentia fructus uocantur.

PROPOSITIO CLVII.

DE FINE MVNDI.

Qvamuis finem mundi inferioris, & diem uniuersalis iudicii nemo queat determinate certitudinaliterque præscire, attamen quædã illos præcedent, quibus uisis & cognitis, certum erit generationem & corruptionem in elementis & mixtis cito totaliter terminandas.⌋ Quod est, quoniam CHRISTVS
Matth.24. Luc.21. in euangelio protestatur: De die illa & hora nemo scit: Nihilominus tangit aliqua signa, secundum suum aduentum ac diem iudicii præcessura: aliqua quoque prædixit
Mat.24. futura antequam uenient signa illa, quæ proxima erunt secundo eius aduentui, puta Antichristi aduentum, fallacias, & acerbissimas persequutiones, quas per se ac suos satellites inferet Christianis: quibus narratis, adiecit: Statim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit splendorem suum: & tunc apparebit signum filii hominis in cœlo, & erit consummatio. Veniet ergo Antichristus, sed quando, non ualemus determinate nec certò prænoscere: Veniet inquam, & præ cunctis persequutoribus ac tyrannis ecclesiam atrocissime persequetur, ac plures decipiet per simulatam sanctitatem, per apparentẽ & deceptoriam allegationem scripturæ: per crudelissimas mortes quas infliget constantibus Christianis: per dona & promissa, temporalesque prosperitates, quas deceptis à se largietur. Porro signa quæ faciet, omnia erunt mendacia, quoniam ad fallendum ac mentiendũ ordinabuntur ab ipso ac suis: Aliqua tamen faciet uera signa, non utique simpliciter miraculosa, hoc est totam facultatem naturæ creatæ transcendentia, nisi forsan præstigialiter tantum.
1.Cor.10 Interim quia omnipotens deus non permittit homines tentari totaliter ultra uires, iccirco in tantis periculis pie succurret, atque ad prædicandum cõtra Antichristum duos mittet efficacissimos testes, sanctissimos uiros, prophetas egregios, in paradisum translatos, nondum defunctos, beatissimos Heliam & Enoch, qui Antichristi detegent falsitates: Iudæos quoque pro maxima parte ac alios multos conuertent, ac tandem ab Antichristo occidentur, & paulopost etiã sceleratissimus Antichristus, uirtute domini nostri IESV CHRISTI repente interficietur. Quo facto pene omnes ab ipso decepti resipiscent & credent in
Mat.17. Christũ, qui in euangelio cõtestatur: Helias cum uenerit, restituet omnia. Veruntamen quidam induratissimorum satellitum Antichristi in sua manebunt impietate, dicentes: Quamuis princeps noster occisus sit, nos tamen pacem habemus. De quibus scripsit Apostolus:
1.Thess.5. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Saluator quoque:
Mat.24. Sicut in diebus Noë erant comedentes & bibentes, donec uenit diluuium & tulit omnes:
Luc.17. Obiectio. ita erit aduentus filii hominis. Si autem obiicias, quia ordo atque perfectio uniuersi consistit in speciebus & permanentiis rerum, non ergo totaliter destruentur hæc inferiora & mixta.
Dilutio. Dicendum quod plantæ & bruta ac mixta non uiua, non sunt de integritate & perfectione uniuersi, nisi secundum statum mutabilitatis præsentis. Postremo sicut persequutio Antichristi erit grauissima, sic & erit breuissima, in qua cultus Christianitatis maxime deprimetur atque latebit, tamen ad modicum tempus: sed & Antichristo occiso aliquanti dies concedentur deceptis ab ipso ad pœnitendum, & pauci ut creditur.

PROPOSITIO CLVIII.

DE EXTREMO IVDICIO.

i. Vniuersale erit iudicium, quod Christus in natura assumpta efficiet.⌋ Quod est, quoniam homines in hac uita peccant in corpore & anima, ideo in utroque
ii. simul iudicabuntur & punientur, aut glorificabuntur. Denique etsi interim unusquisque particulariter iudicetur in morte secundum animam, ut determinata persona: condecet tamen ut in generali iudicio iudicetur, ut pars to-
iii. tius generis humani ac uniuersi cum cæteris. Et rursus, ut deus altissimus ab omnibus tũc simul clarissime agnoscatur esse iustissimus iudex, & sua maiestas tunc omnibus excellen-
iiii. tissime referetur. Itemque, ut Christus propter homines ab hominibus impiis ignominiosissime

sunt

ſsime iudicatus & trucidatus, tunc glorioſiſſime in præſentia omnium honorificetur: Itaq; imminente generali illo iudicio, omnipotenti dei uirtute uniuerſi mortui ſuſcitabuntur in eiſdem corporibus, in quibus uixerunt in ſeculo iſto, & erunt tunc pulueres corporum defunctorum in obedientia prorſus pleniſſima, ita q̨ omnipotentis dei imperio ac miniſterio angelorum, redibunt quiq; ad loca & membra ac corpora ſua: Reprobi quoq; ſuſcitati ad locum iudicij ab angelis deferentur, ſancti uero ui ſuæ agilitatis aduenient: mox nanq; ut ſua receperint corpora, beatitudo animarum earum redundabit in corpora, ipſaq; corpora deo effectiue agente glorificabuntur, & quatuor dotibus ornabūtur. Corpora uero impiorum iacebunt in terra, luto & plumbo grauiora, fœtidiſſima, imò & turpiora quàm dum erant in ſepulchris, pro media parte corroſa, intantum q̨ obſtupeſcent ſuper tanta ſuorū miſerrimorum corporum fœditate, deformitate & abominabilitate. Interim aduentum ac faciem ſupermetuendiſſimi iudicis præcedet ignis conflagrationis, qui mundum iſtum inferiorem exuret & purgabit, & quæ in eo uiua inuenerit conſumet, ac ipſo durante incendio, Chriſtus cum omnibus ſanctis deſcendet, & diſceptabit contra iniquos, ac ipſos conuincet: nec ignis ille in corpora aget ſanctorum, ſed inflāmabit in circuitu aduerſarios dei. Deniq; omnipotenti iudicis ſummi potentia cito complebitur illud iudicium, dicetq; Chriſtus electis: Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum. Ad reprobos autem: Ite maledicti in ignem æternum: moxq; ignis conflagrationis inuoluet iniuſtos, & cum omni ſuo calore, fœtore, immunditia deſcendet cum illis in tartara: quod uero lucis, puritatis & amœnitatis in ipſo extiterit, ad ſuperiora aſcendet. Poſtremo eodem momento electi cum inæſtimabili gloria, cernentibus reprobis conſcendent cum Chriſto in cœlum empyreum, & innouabitur mundus, ita q̨ non ſolum cœleſtia corpora, imò etiam elemēta uenuſtiori ac ampliori lumine, pulchritudine, amœnitate decorabuntur.

Reſuſcitabūtur mortui ante iudicium.

Ignis cōflagrationis præcedet iudicium.

Mat. 25.

PROPOSITIO CLIX.

DE FINALI RETRIBVTIONE.

SIcut electi in cœlo empyreo omni felicitate & gaudio inexcogitabiliter implebuntur, ſic reprobi & iniuſti in inferno omni ſupplicio, calamitate, triſtitia erunt perpetue inenarrabiliter adimpleti. Quod eſt, quia uniuerſi electi erunt in ſummo cœlo, quod eſt locus digniſſimus atq; pulcherrimus, & corpus admirandæ & ualde incognitæ uirtuoſitatis: ac ibi erunt immediate uniti, profundiſſime quoq; immerſi, itemq; calidiſſime, ſuauiſſime, inauertibiliter ac prorſus totaliter abſorpti in fontem totius boni, in obiectum opulētiæ infinitæ, in ipſam ſupereſſentialem dulcedinem increatam, in ſuperamœniſſimum, ſuperamabiliſſimum ac ſuperpulcherrimum deum: cuius bonitatis fruitione, cuius ſuperſplendidiſſimæ ueritatis intuitione, cuius potentiæ participatione tam feliciſſime ac abundantiſſime replebuntur, tam ſuauiſſime afficientur, tam feruentiſſime ac immobiliter inardeſcent, quòd plus apparere non ualebunt. Denique ſicut quis totus ac totaliter repleretur doloribus ac tormentis, ſi in medium æſtuantiſſimæ fornacis proijceretur ac teneretur: ſic beatiſſimæ illæ creaturæ creatori tam plene ac proxime counitæ, inæſtimabiliter delectantur, feruentiſſime diligunt, præcordialiſſime regratiantur, deuotiſſime ac iocundiſſime laudant: atq; ut probabiliter creditur, in glorificatis hominibus laus erit uocalis, inenarrabiliter concors, dulcis, iocunda. Inſuper clare contemplabūtur, delicioſiſſime ſapient, uoluptuoſiſſime perfruentur ac ſentient ſupergloſioſiſſimæ trinitatis cōmunicationē & emanationē ad intra, mutuā intuitionē, fruitionē, dilectionē amplexā, in quibus omnibus indicibiliter, inuariabiliter ac penitus contentatiue gloriabuntur, ſic q̨ amplius affectare nequibunt. Hæc eſt eſſentialis ac principalis omnium electorū beatitudo & gloria, cuius comparatione uniuerſa iocunditas in obiectis creatis conſiſtens, eſt tanquam punctus & ueluti gutta permodica ad totum Oceanum: quanquam & illa lætitia, illud præmium accidentale, merces illa accidentalis, ſecundaria & adiecta, ineffabiliter omnia huius mūdi gaudia ſuperet & excedat, potiſſime ſpeculatio humanitatis uerbi æterni ac præclariſſimæ matri eius, deinde omnium ciuium ſupernorum. Denique tres erunt dotes animarum felicium, uiſio, tentio, fruitio: quæ

quæ quanto fuerint eminentiores in illis, tantò præclariores erunt. Insuper & quatuor dotes in earum corporibus erunt, nempe impassibilitas, claritas, agilitas atq; subtilitas, quæ utiq; corpora, etiam suauissimi erunt odoris. In tanta demum beatitudine erit secura æternitas & æterna securitas. Verum in infelicissimis reprobis & damnatis omnia se habebunt opposito modo, in quibus erit grauissimũ & pœnalissimum odium dei ac detestatio omnis boni honesti, mutuus quoq; importabilis rancor, inconuersibilis à summo bono auersio, summe permœstissima mens, desolatissimus animus, perpetua & intolerabili desperatione plenissimus, sulphureum, inextinguibile afflictiuissimumq; incendium: sed & intensissimum frigus, infelicissimum inuidiosissimumq; consortium, maledictio atq; blasphemia supersanctissimi creatoris, pœna sensus & pœna damni. Postremo in solo originali peccato defuncti, erunt in lymbo seu loco suo absq; sensibili pœna, naturali felicitate contenti. Vt ergo tantas reproborum euadamus miserias, tamq; indicibilem electorum beatitudinem consequamur, coram creatore & saluatore nostro indefinenter timorati, custoditi, feruentes atque soliciti simus, ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Pœna damnatorum.

Exhortatio bona.

ELEMENTATIONIS THEOLOGICAE D. DIONYSII, FINIS.

ERRATA.

Fo.2 a.li 9 lege, secundas intentiones li 15 sic[illegible] li 28 quadruuiũ.fo 5.27 nec nude eo.b 6 sunt causæ 36 essentia.40 mobile. 43 formarũ.54 nascũt.fo.6 26 semel sint.56 sua existẽtia eo.b.1 materia essentialiter.fo. 7.1 principu ẽ modo iudicat.11 analogiã . 20 eiusdẽ est.30 q̃uis nil. 47 coinsluit.eo.b.17 realis ac positiua, reales.43 neq; materia, bis legendũ.45 materiaue fig. fo.8.2 procedũt phantastica.31 tione realiter non 55 & q̃les.eo,b 2 procedũt. 20 dimẽsionẽ figurationẽ.fo.9.2 q; iuxta.34 & iuxta.45 millesima.eo b. 16 corporis.14 potentiæ 1.32 dictũ.33 intelligẽdo p.16 essentia q̃d 38 dicunt.1.48 sunt pfectiora:55 q; realiter idẽ fo.10.26. p minus, ipsius. eo b.2 esse per accl.12 exercere.14 est sui ipsius 27 & tota eo.b.1 formãs 28 aliqd est q̃ est.36 qua à. 46 dispositiue.fo.12.53 illo. fo.13 [illegible] Iã nãq; 52 sua theologica. ibi cõuersiuũ.eo.b.3 gis 52 perpetuũ fo 14. 21 utroq; 38 factũ. eo.b.13 planetis rationabiliter.fo.15.1 effect. 42 tũ ut.eo.b.17 Hoc.26 perfectissimis.53.li 2 fo.16.3 appropriant 43 mouet.fo 17.29 uocat intercisionẽ.eo.b. 27 Iob.37. 29 cõpertũ.11 tãq̃ fo.18. 16 ad diuer fo.19.27 ter uniuersas stellas ma.32 In q̃libet.fo 20.25 fatet fo.21 34 agẽs &.fo 22.b.12 causans fo.23.b.14 exẽplar.36 subsistẽtiæ 38.ideo analo.fo 25.32 præ cæteris eo.b.6 illi q̃d in.fo 26.8 opponit.25 affectũ.27 proprietates.47 primæ.eo. b 5 i.1 in inclinatione.8 in numero 25 donis gratiæ gratũfaciẽtis.fo.27.51 est distin 53 triplex est.eo.b.42 deducet.fo.28.10 mũdus necat.fo 30.b.16 & cogitationẽ eius.fo.32.21 cõformari.fo.34.41 idẽ sint.fo.35.b.2 est quo 21 affectũ.fo.30 .9.ab alio.eo b.42.simplicitatis.fo.37.9 satisfact.21 autoritatibus.fo.40.7 pro[illegible]actionis.9 dona donant. 43 Alia.54.& de natura.fo.42.48 & præsentialiter sunt. fo.43.20 induxo.fo. 47.2 suppositorũ.eo.b.2 inflãmari. 6 sciẽtiæ nominant.fo.50.28 præfuerit.eo.b. 1 uenustissimo.20 uenerentur. fo.51.b.52 ad tantã charitatẽ tãq; fo.52.44 insurgere.fo.53.44 creatũ.eo.b.9 aut prima.fo.54.b.17, ita sunt.fo.55.b.25.quẽadmodum & in tactu.33 sui Ideo.fo.57.23 scripturã.47 ac teneb. eo.b.11 sydereũ.fo.58.b. 40 filios Isrẽl.44 audaces icones. 47 & infirma. 48 omnia.56 ac certis.fo.59.21 hoꝝ triũ clausu.25 modi.eo.b.li.ult statis prorsus immensæ.fo.60.19 bonitas.20 offensam.eo. b.9 habẽt. 41.multa.32 uniri.50 increato.61.14 ipso.23 ænigmaticã.eo.b.24 uerbũ æternũ.49 cõuersatiõis.62.b.4 talissime se 63.b.16 deus.64. 11 & præseruatiuæ.67.49 & uirtus.69.43 concernat quẽdã eo.b.12 utroq;.71.44 .p. gaudiũ istud, pax ista.72.36 plus appetere.44 amplexum.55 matris.

EXIMIO SACRARVM LITERARVM, ET TOTIVS PHILOSOPHIAE PROFESSORI M. ARNOLDO Lude Tongrensi, insignis ecclesiæ collegiatæ ad gradus diuæ Mariæ uirginis Colonien. Canonico, uiro omnium uirtutũ pręclarissimo F. Theodoricus Loer à Stratis, domus Carthusiorum in Colonia monachus & Vicarius S. P. D.

VNiuersa D. Dionysii à Rickel Hasbaniensis, nostrę professionis monachi, in omni scripturarũ genere haud minus eruditi q̃ deuotissimi opera, ex maiorũ meorũ iussu & imperio in lucem reuocaturus, ne quid temere agerem, tibi omnium theologorũ & philosophorũ nostri æui facile principi, simul atq; aliis doctissimis huius academiæ Agrippinẽsis theologiæ professoribus adamussim discutienda prius ut par erat, cõmittere uolui: quatenus uestro iudicio uel in publicum prodirent, uel certe domi delitescerent. In qua re, pfecto in primis gratias immortales habemus uobis oĩbus insumpti laboris: & tibi præsertim uir humanissime, q tu non modo operã impẽderis huiusmodi examini, quin etiã haud mediocre suffragiũ illis excudẽdis præstiteris. Congratulamur interim quoq; & ordini nostro, qui & illud cũ aliis multis fulgẽtissimũ lumẽ, huic nostro seculo iamiam irradiaturũ, olim produxerit: maxime, quia uobis grauissimis in re literaria censoribus (q̃d lætabundi oẽs accepimus) testantibus, huius authoris uolumina nedũ absq; periculo euulgari poterunt, sed & haud parũ conductura sunt ecclesiæ catholicæ: modo pios nanciscantur lectores. Nempe quæ rudi licet Minerua, seu (ut aiũt) leui cothurno, hoc est cõmuni ac facili scholasticorũ stylo, ueluti sub palea sanctæ eruditionis nobilissima cõtineant grana: unde panis uitæ & intellectus pro deuotis quibusq; confici queat: ut nec ulli deinceps multum sit de integritate eius doctrinæ solicitandũ: ubi tamen exprimendi codices ad archetypum synceriter collati fuerint. Quare illis emendãdis, quò elimatiora sub prælum mittantur, & nostram adhibemus diligentiam, & uestræ facultatis theologum approbatum, nostro iudicio ad hãc rem satis appositum, nobis cooperatorẽ conciliauimus Io. Romberch Kyrspen. Qui pro suo in ordinem nostrum pio adfectu, hactenus nobis fideliter porrexit manum adiutricem: nulli parcẽs studio aut labori, quatenus à scriptorũ erroribus hæc opera liberentur, quæ insup undequaq; suis flosculis exornare molitur: ut in Commentariis Psalmorum, in Elementatione Philosophica, in Elemẽtatione Theologica, & in libello de Natura dei atq; aliis, facile conspicies. Quod si impressores eius laboribus (quibus ipsum in reliquis recognoscendis speramus non defuturũ nobis) atq; nostris pari diligentia responderint, nihil dubito omnibus uere Christianis huiusmodi librorũ editionem haud minus gratam fore q̃ profectura sit. Inter quos ex multis iam à prælo absolutis, Tractatulum de Natura æterni & ueri dei, tibi cum meo, tum maxime Reuerendi patris D. Petri Bloemenuenæ Leydensis, dignissimi domus nostræ Prioris nuncupamus: uel eo potissimum, q communis omnium nostrum fautor & amicus habeare: & uiri illius præcipue, quem frequenter dimidium animi tui ob uirtutum præstantiam, quibus & tu maxime polles, protesteris: & de rebus theologicis, singulariter de natura æterni & ueri dei ipsiusq; amore & laudibus, non raro dulcissima colloquia cum uiro commiscere soleas. Ad hæc tum remur nostrum Dionysium ab æmulis satis defensum iri, si tãtum mereatur patronum. Accipe itaq; hoc munusculum & si perexiguum, in perpetuum tamen mutui amoris & nostrę in te obseruantiæ pignus, ne intercapedo loci uel temporis, pium in nos tuũ adfectũ obliteret: ubi oportuerit te à nobis ablongari ad iussum & decretum Reuerendiss. in Christo patris illustrissimiq; principis ac domini, D. Erardi de Marka, Sanctę Romanæ ecclesiæ tituli S. Chrysogoni presbyteri Cardinalis, Archiepiscopi Valentiæ, & Episcopi Leodien. &c. Qui quo sedulius modestissima tua iuxtà & doctissima perfruatur p̃sentia, te istuc ab hac inclyta studiorũ academia tum facilius auocandũ putauit, si tibi in ecclesia sua cathedrali Leodiensi nouã faceret prouisionem. Congratulamur quidem honori tuo, simul atq; amicis qui tui ibidem præstolantur pręsentiã: inter quos cognatus meus Theodoricus Hezius doctissimus theologus te ut patrem filius, ut præceptorem discipulus, ut canonicus confratrem canonicum anxiosissime (quod literis eius didicimus) expectat. Atqui interim hinc mœrore consumimur & torquemur mirum in modum, si tam splendidum lumen, inter cæteros ueluti hesperus inter sydera coeli coruscans, hic præbenda resignata, à nostra academia penitus auferri debeat: Quamuis non possimus non probare tanti principis quam miramur prudentiam, qua passim plurimos nobili illi collegio S. Lamberti, in quorum albo tu es, uiros doctiss. adscribendos uigilantissima cura procurat: ac grãde quippiam uiris illis, quibus ecclesiam suam exornat, effecturus sit in posterum. Quamobrem & suæ gratiæ hunc nostrum Dionysium ex sua ditione olim natum, nunc uero post tot secula renascentem, per te commendatum iri cupimus: quò liberior tanti principis fauore stipatus, in publicum prodeat. Qui & proculdubio tam doctrinarum ubertate, q̃ uoluminum copia maximo sit ornamento, nedum ordini nostro, sed & omnibus & toti ecclesiæ, præcipue tamen & genti suę & patriæ futurus. In cuius libris nihil fucatũ, nihil tumidũ, nihil habetur à bonis moribus alienũ: sed eruditio tam lucida q̃ abundans, adeo ut nihil lectori desiderandum restet, nisi fortassis elegãtia uerborum stylusq; uenustior. In quo tamen excusari potest, quippe qui suo scripsit seculo, suæ ætatis hominibus, atq; eo tempore, quo lingua latina (præsertim politior) neq; in usu neq; in pretio doctis fuerit. Habet nihilominus (quod sæpe solet dicere R. T.) Dionysius tantum eloquentiæ, quantum à Theologo requirere par est tonatq; solidis scripturarum fundamentis, oracula ueritatis æternæ. Bene uale amice & pater in Christo colendissime.

D.Dionysii

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI, LIB. VNVS.

PROLOGVS.

1.Iohan.5 SCIMVS QVONIAM FILIVS DEI VENIT
& dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerũ deum: Ipse
enĩ unigenitus dei patris in hoc natus est & ad hoc uenit
in mundum, ut testimonium perhibeat ueritati. Quid autẽ
est ueritati testimonium perhibere, nisi mentes rationales
à reb⁹ creatis atq; caducis ordinate abstrahere, & ad unius
summæ ueritatis æternæq; bonitatis cognitionẽ amoris
plenã attollere? Finis igit aduẽt⁹ filij dei ali⁹ prorsus nõ est,
nisi cognitio dei altissimi formata & amore referta, quẽad
modũ ad patrẽ loquẽs unicus atq; charissimus filius eius:
Iohan.17 Hæc est, inqt, uita æterna, ut cognoscãt te solũ uerũ deũ, &
quẽ misisti Iesum Christũ. Hoc equidẽ est quod alibi scri-
Sap.15 ptũ est: Tu deus noster suauis & uerus es. Nosse te, consummata iustitia est: & scire iustitiã
& uirtutẽ tuã, radix est immortalitatis. Vnde doctor diuinus in libro Spiritualis desponsa
tionis fatetur & ait: In supernaturali & spirituali uisu uniuersa salus nostra consistit. Et Au
Augustinus. gustinus: Visio inquit, est tota merces. Deniq; Aristoteles primo Ethicorũ: Contẽplatiuã fe
Aristoteles 1. Ethic.ca.8 licitatẽ in speculatione optimæ ueritatis seu præstãtissimi speculabilis constituendã pro-
Plato fessus est: quod Platonẽ quoq; non latuit, ait enim: Quoniã nõ solũ mentes cœlestes, sed ra
tionales etiã animas opifex mũdi molitus est, quatenus ab incorporea atq; corporea intel-
lectuali substantia scilicet homine & angelo, agnosceretur & laudaret. Palam est itaq;, quia
deum benedictũ & sanctum cum affectu cognoscere & pura mente laudare, finis rite cen
setur omnis intellectus creati. Omne igitur exercitiũ, omnẽ conatũ & affectũ, omnẽ indu-
striã & diligentiã uniuersamq; uitã nostrã ad hunc finẽ infatigabiliter ordinemus, quẽ nõ
Mat.5 nisi purgata mẽti sortiri poterimus. Iccirco, Beati mũdo corde, qm̃ ipsi deũ uidebunt.

Articulus primus. Quæ sit præsentis editionis intentio: & de modo procedendi in opere isto.

QVoniam itaq; benedicti dei agnitio tam magnũ tamq; salubre bonũ est, ut ipsa
Psal.90 protectionẽ mereat diuinam, quẽadmodũ deus æternus per os diuini Dauid te
statur: Protegam, inquiens, eum: cur utiq;, nisi quoniam cognouit nomen meũ?
Psal.79 Vnde in dei contẽplatione sciens propheta felicitatẽ cõsistere, orat: Osten-
de faciẽ tuã, & salui erimus. Deniq; Christus in euãgelio Iohãnis suiipsius manifestationẽ,
Iohan.14 id est euidentẽ & clarã notitiã pro oim meritorũ prẽmio repromittit dũ ait: Qui diligit me,
1.Cor.13 diliget à patre meo: & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum. Nũc enĩ uidemus per spe
culũ in ænigmate .i. per formas seu species creatas in quadã obscuritate: tũc uero manifesta
bit se Christus sctis pijsq; cordibus, qñ facie ad faciẽ .i. clare & immediate uidere cœperim⁹,
nõ per similitudines deũ obscure & imperfecte reprẽsentãtes, quales sunt oẽs formæ atq;
naturæ creatæ, quæ utiq; à diuina pfectione infinite occũbunt, & ideo eũ ænigmatice rep
sentant: sed per speciẽ increatã, quæ est ipsamet ueritas prima seu diuina essentia, quã pror
sus necesse est omni menti creatæ loco intelligibilis formę immediate uniri, si deũ sublimẽ
Modus procedendi in hoc opere debeat beatifice speculari, uel sicuti est, intueri. Propterea operis hui⁹ intentio est, de unius
summi dei natura ac proprietate tractare nõ qualitercunq;, sed secundũ naturalis rationis
processum, ea duntaxat de diuina essentia considerando, quæ per naturalẽ rationẽ inuesti
gari possunt atq; probari. Veruntamen ne consideratio talis reputet infirma, funiculo tri-
Eccl.4 plici qui difficile rũpit, stabiliet ac fulciet. Est nẽpe ppositi ea quæ de deo glorioso & uiuo
tractanda sunt, tripliciter cõprobare, uidelicet autoritate scripturæ canonicæ, autoritate
quoq; catholicorũ doctorũ, & item autoritate pilosophorũ. Si nanq; diuina natura philoso-
Rom.1 phis prorsus ignota fuisset, Apostolus non diceret: Inuisibilia dei à creatura mundi per ea
quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur: sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas: deus enĩ
Damascenus reuelauit illis. Iccirco ut Damascenus 4. lib. affirmat: Si ab his q foris sunt .i. à philosophis,
fructificare utile aliquid poterimus, non abiectabile est: datũ quippe est illis philosophari
propter nos: nam eis labor appositus est, nobis autem seruatus est fructus.

Articulus

Articulus II. de utilitate cognitionis diuinæ, quæ per naturalem rationem acquiri potest & disci.

CErtum præterea est, quoniam ad futuri seculi beatificam dei uisionem nemo pertingere ualeat, nisi qui modo per ueram ac gratificãtem dilectionem summo bono uehementius quam uniuersis creaturis intendit, unitur, adhæret. In uita ergo præsenti, tota ac summa perfectio est in diuino amore accendi, procedere, stabiliri: & quæ nos ad actualem dei amorem amplius prouehunt, ea utique utiliora ac desiderabiliora consistunt. Quum ergo cognitio sit causa & uia dilectionis: cognitio enim menti ostendit, cur aliquid diligatur: Propterea naturalis & acquisita cognitio intantum optãda est ac utilis, inquantum cooperando animam ad dei amorem & cultum erigere atq; perducere potest. Porrò naturalem dei agnitionem appello, quæ ex consideratione naturę & ordinis rerum creatarum elicitur: res enim creatæ sunt quædam participatæ similitudines creatoris, ex quarũ cõsideratione creator cognoscit: queãdmodũ ex speculatiõe effectus dinoscit causa. Qui igit naturali notitia dei perfecte ornat, intellectũ suũ ad dei cõtẽplationẽ facillime atq; uberrime extẽdere potest: qm̃ quicqd ex rebus mũdi sensibilis exterioribus sensibus eius obijcit, hoc intellectui protinus materia, id est obiectũ atq; imago cõtẽplandi creatorem efficitur: Didicit nanq; creaturas tanq̃ simulachra creatoris aspicere: & quicquid in eis apparet, ad supersapientis opificis admirationem referre. Quum ergo teste sancto Cyrillo, totus sensibilis mundus sit schola: & rationibus sapientiæ plena sint omnia, constat ꝙ prædictam dei cognitionem sortitus, in cunctis & singulis etiam minimis creaturis causam ac speciem habeat atq; reperiat contemplandi deum altissimum. Vnde beatus Antonius, cui prædicta dei cognitio partim quidem ex naturalis ingenij claritate, partim uero ex diuina illuminatione innotuit, cuidam philosopho interrogãti, qualiter tanta cognosceret quum libros non haberet: respõdit: Meus o philosophe liber est ipsa rerum natura, totaq; seculi machina. Insuper habitus est, quo quis quum uoluerit facillime utitur ac operatur: est enim habitus uelut altera natura. Qui ergo habitualem fuerit diuinorum agnitionem adeptus, prompte, frequenter ac subito in omni loco & tempore atq; negotio poterit cor suum ad deum dirigere, ipsasq; diuinæ naturę proprietates, prout in rebus creatis multiformiter naturaliterq; relucent, subtiliter speculari, seriatim contueri, profunde scrutari, delectabiliterq; pensare. Deniq; naturalis ista cognitio dei ad gratias gratis datas pertinet: ideo & bene & male ea uti quilibet potest. Quemadmodum igitur in uiro uano ac tumido, inflationis & indignationis seu aliorum contemptus est causa: ita in uiro gratioso ac humili meritoria perhibetur, salubris & maxime utilis: hæc siquidem dei cognitio actus est sapientiæ, quæ est habitus naturalis & acquisitus: iccirco in se meritoria non est, sed dum gratia informatur, & charitate perficitur ac imperatur, tunc deo sit placita, æternæ uitæ meritoria & diuina.

Perfectio hoĩs in hac uita.

Naturalis dei agnitio eleuat nos in ipsius amorem.

Probatio prima.

Cyrillus.

Antonius.

Secunda.

Tertia.

Articulus III. de causa motiua atq; finali huius lucubrationis.

MVltos interim etiam religiosos itemq; deuotos à iam dicta diuinorũ notitia naturali optanda ac requirenda retardat & abstrahit, ꝙ cernunt plurimos in prędicta cognitione tam excellentes, uanos esse, elatos ac uitiosos, absque timore mundiq; amatores, quum tamen nonnulli simpliciores ac tardioris ingenij deuoti & humiles inueniantur. Vnde superfluum uidetur eis & uanum, talia tam inhianter exquirere, tam studiose addiscere, quibus multi tam parũ proficiunt, imò tam multum deficiunt. Verum ut dixi, istud nequaq̃ scientię sed abusioni scientis imputare oportet. Non ergo uanorũ negligentiũq; in diuino obsequio uitiosa abusio, pura piaq; corda à prædicto retrahat studio: quoniã teste Augustino: Scientia charitate adiũcta plurimũ prodest. Porrò quia scientia rationem concernit ac perficit: uirtutes uero morales passionum reformatrices appetitum sensitiuum respiciunt atq; perornant: nõ autem possibile est rationem ueraciter perfici, nisi appetitus sensitiuus inferior antea perficiatur. Oportet nanq; ab inferiori ordiri, & paulatim ac ordinate ad superiora progredi perfectionemq; sortiri: Quoniã contestante Apostolo: Non prius quod spiritale, sed quod animale, deinde quod spiritale. Iccirco qui fructuose & prouide cupit in cognitione dei naturali, profunda, subtili proficere, primo atq; precipue omnem laborem solicitudinemq; impẽdat ad passiones refrenãdas, uitia depellẽda, & ad uirtutes morales, humilitatem, mansuetudinẽ, patientiã, temperantiã, adipiscẽdas. Hoc est quod Cassianus docet & ait: Duplex est sciẽtia, puta ethica seu moralis, cuius finis non est scire, sed uirtutes acquirere, prout 1. Ethicorũ Aristoteles scribit: Quid

Malorum abusus à bono auocare nõ debet.

1.Cor.15.

Morũ probitas necessaria.

Cassianus.

1.Ethic. cap.9.

est uirtus, scrutamur, non ut sciamus, sed ut uirtuosi & boni efficiamur: Alia uero est scientia theorica seu contemplatiua, cuius finis est ueritatis agnitio. Qui ergo theoricam cupit scientiam adipisci, primo in ethica exercitetur. Quoniam igitur mi frater charissime, & in uisceribus syncerissimæ charitatis unice prædilecte, atque super milia auri & argenti semper cordialissime præamande, uitæ tuæ exercitia optime nosco, & deuotissimæ mentis tuæ circa diuina affectum singulariter scio: ita ut non inaniter confidere possim te prædictæ sapientiæ salubriter fore capacem: atque tantundem miti ac humili animæ tuæ eam consistere fructuosam, quantum uitiosis elatisque cordibus eam scio nociuam: Propterea eximia charitate tua inductus, hoc opus aggredior: Hoc enim charitas perfecta deposcit, ut amans dilecto omne quod ualet bonum communicet. Finis uero huius operis est, ut simul ex consideratione inuisibilium dei, ex contemplatione sempiternæ uirtutis altissimi, ex agnitione diuinitatis æternæ, delectemur in domino, abstrahamur à seculo, inflammemur in deo, moriamur carni & uitio, donec feliciter consummemur in Christo. Ob hæc nempe cōditi sumus, mundum reliquimus, Carthusienses effecti sumus. Hoc est quod doctor ait diuinus: Vt rationalis creatura unionem dei sublimem ualeat adipisci, & supernaturaliter possidere, deus
Gen. 1. cœlum & terrā & cuncta plasmauit. Ob hoc deniq; deus ipse factus est homo, uixit in mun-
Philip 2. do, docuit uiam uiuendi, ac formam deo inhærendi in semetipso nobis monstrauit. Porrò
Dionysius. quū ipse diuinus & magnus Dionysius libros suos unice sibi dilecto uidelicet Timotheo cōscribat, nulli uideatur ineptum, si ego peccator & paruus Dionysius sub pedibus illius longe prostratus infime iacens, ista tibi mihi in æternū charissimo dilectiōe urgēte conscribo.

Articulus quartus de cognitione dei infatigabiliter requirenda.

Psal. 104. Augustinus. LAetetur cor quærentium dominum: quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper. Quemadmodum decimoseptimo de Trinitate Aurelius Augustinus disseruit, id quod semper quæritur nunquam inueniri uidetur: quomodo ergo lætabitur & non potius contristabitur cor quærentium dominum, si quē quærunt, inuenire non queunt? Et tamen deum posse inueniri Esaias testatur qui monet:
Esa. 55. Quærite dominum dum inueniri potest. Et Psalmista: Prope (inquit) est dominus omni-
Psal. 144. bus inuocantibus eum. Si ergo quæsitus potest inueniri, cur dicitur, quærite faciē eius semper: nisi quia inuentus quærendus est? Sic enim incomprehensibilia sunt requirenda, ne se reputet nil inuenisse, qui q̄ sit incomprehensibile quod quærebat, inuenire atq; agnoscere potuit. Cur itaque amplius quærit, si incomprehensibile esse deprehendit quod quærit: nisi quia cessandum non est, quandiu in ipsa incomprehensibilium rerū inquisitione proficitur & melior semper efficitur quærens bonum tam magnum, quod & inueniendum quęritur, & quærendū inuenitur? Nam & quæritur ut inueniatur dulcius, & inuenitur ut quæratur
Eccl. 24. auidius. Vnde in Ecclesiastico sapientia ait: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me,
Iohan. 4. adhuc sitient. Sed obuiare uidetur quod apud Ioannem dicit saluator: Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet unq̄. Sed hoc referri potest ad uitā futurā: tunc enim replebitur
Psal. 16. in bonis desiderium nostrū: Satiabor, inquit, quum apparuerit gloria tua. Itaq; prædilecte
Psal. 52. quæramus & læti quæramus faciē domini dei nostri: Deus nēpe de cœlo prospexit super filios hominū, ut uideat si est intelligens aut requirēs deū. Nec terreat nos incōprehensibili-
Hilarius. tas eius, sed pensemus uerba Hilarij: Ego, ait, non cōprehendo, & consolabor me tamē. Angeli nesciunt, archangeli non audierunt, secula non tenent, propheta non sensit, apostolus non interrogauit, filius ipse non edidit. Nihilominus credendo incipe, percurre, persiste: & si me non esse peruenturum agnosco, tamen gratulabor profecturum. Qui enim infinita pie per-
Psal. 33. sequitur, quis non contingat, tamen prodeūdo proficiet. Hoc est quod ait Psalmista: Acce-
Iohan. 6. dite ad eū & illuminamini, & facies uestræ non confundent. Atque unigenitus filius: Eū qui
Cyrillus. uenit ad me, non eijciā foras. Vnde Cyrillus: Sēper, inquit, disce, & in extremis horis sapientiæ stude: nihil enim est homo sine sapientia. Sed uera sapientia est, quæ sanctę simplicitatis innocentia decoratur: unde semper oportet addiscere, & in extremis horis fundū sapiētiæ desiderabilius inuestigare: Finis enim prudentis sapientia est: ideo quò ei uiciniores efficimur, eò maiori auidiorique impetu ad eius amplexū curramus. Si enim non proficimus mox
Sapientia uera. deficim⁹. Igit̄ donec in semita fueris, semp disce, nec unq̄ putaueris satis esse: nēpe si steteris, retrocedis. Sed teste magno Cyrillo: Vera sapiētia ea est mētis ueritas, qua summū bonū, q̄d deus est, recta fide conspicit, & casta dilectione tenet. Deniq; ad adipiscendam diuinorum notitiā, ad sapientiæ (quę est summi dei agnitio) adeptionē, ipsi quoque meliores philosophi om̄e studiū omnēque inferiorum rerum scientiā ordinabāt: Vt ñ Aristo, cui, teste Hieronymo, pene totū

totum id reuelatum est quod naturaliter sciri potest, 16. de Animalibus ait: Modicum illud quod de diuinis substantijs & præsertim utiq; de uero deo cognoscere possumus, desiderabilius est atq; præstãtius omnibus quæ de corporeis entibus ualemus agnoscere. Quod etiam Plato in Phędone insinuasse uidetur. Quapropter beatus Apostolus: Omnia, inquit, arbitror detrimentum esse propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi. Philip. 3.

Articulus V. de moderamine in diuinorum inuestigatione seruando.

SIcut deniq; gustui corporis dulce est mel, sic gustui mentis dulcis est dei agnitio: Sed sicut qui nimium comedit mel, non est ei bonum, sed euomit illud: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Iccirco quemadmodum primo capitulo de diuinis nominibus Dionysius astruit, & Damascenus primo libro inducit: Non est audendum nec licitum, aliquid de superessentiali diuinitate asserere, preter ea quę nobis in sacris traduntur eloquijs: sed neq; hæc ipsa debemus nimium uelle discutere, profundare, scrutari. Verum iuxta Dionysii dogma sursum respiciamus, quantum sapientia in scripturis radians seipsam immittit, nosq; ad diuinos splendores deducit, ita ut siue docentes siue discentes, maneamus semper inter terminos ueritatis ac nostræ possibilitatis sancte ac temperate constricti, sequentes leges hierarchicas, quæ exigunt unumquenq; ad diuina exerceri sine præsumptione & negligentia, secundum q capax est & præstitutũ à deo. Itaq; ueneremur diuinum secretum inscrutabilibus & sanctis reuerentijs mentis, honoremusq; indicibilia dei casto silentio, extendentes nos ad æternæ sapientiæ splendifluos radios nobis in sacra scriptura fulgentes atq; propositos: sicq; affectualiter accendamur ad cognoscendas ac enuntiandas laudes diuinas, quatenus secundum nostram capacitatem lumina intueamur diuina cœlitus reuelata, seu ueritates diuinas, sciamusq; deum laudare tanq̃ principium omniũ luminum nobis diuinitus apparentium, prout Colossenses hortatur Apostolus dicẽs: Pax Christi exultet semper in cordibus uestris, cantantes & psallentes in cordibus uestris domino semper: Omne quodcũq; facitis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi agite: gratias agentes deo patri per ipsum. Porrò hãc humani intellectus imbecillem capacitatem sapientialiter esse pensandam, præsertim dum diuina tractantur, Plato, quem Augustinus nobilem, Hieronymus doctum appellat, in primo Timæi pulchre ostendit, dum ait ad Socratem: Memẽto tam me qui loquor quàm uos qui auditis homines fore: atq; ita in rebus sublimibus mediocrem elocutionem magni cuiusdam esse onus laboris.

Pro. 25. Dionysius. Damascenus.

Omne studiũ hominis in deum referendũ.

Col. 3.

Articulus VI. an deum esse, sit per se notum.

POrrò secundum Thomam dupliciter dicitur aliquid notum per se: Primo secundum se & quantum ad nos, quando uidelicet terminis cognitis statim ueritas innotescit: sicq; prima principia sunt per se nota: ut omne totum est maius sua parte. Secundo dicitur aliquid per se notum secundum se, non tamen quantum ad nos, quando uidelicet prædicatum includitur in ratione subiecti: ut homo est animal: talis quippe propositio est per se nota secundum se, uel ex sua natura. Si uero quis nesciat quidnam sit quod subiectum atq; prædicatum designant, non erit quod dicitur per se notum quantum ad illum: Itaq; Thomas affirmat, q deum esse, sit per se notum secundo modo: quoniã deus est ipsum suum esse: non autem primo modo, quia ignotum est nobis quid sit esse diuinum. Quamuis autem Ioannes Scotus, qui & doctor subtilis uocatur, ac Petrus de Aquila eius secutor, in conclusione uidelicet, q deum esse non sit per se notum, cum Thoma concordent: nihilominus distinctionem beati Thomæ præinductam reprobare nituntur: sed quoniam rationes quas afferunt non conuincunt, iccirco distinctionem Thomæ admitto: Sentio tamen quod & eximios uiros sensisse ostendam, uidelicet quod deum esse, sit per se notum utroq; modo. Et quidem Anselmus hoc ipsum non solum astruit sed insuper probat. Damascenus quoq; 1. libro euidenter testatur, q deus nequaquam reliquit humanum genus in omnimoda diuinitatis ignorantia: quoniam omnibus naturaliter est inserta cognitio deum existendi: ergo utiq; etiam quantum ad nos per se notum est deum esse, quũ nihil sit notius eo quod naturaliter innotescit. Primo igitur introducenda est ratio sancti Anselmi quæ talis est: Deus est quo nil maius seu dignius cogitari potest, quum deus sit ens summe perfectũ: sed tale ens non esse concipi nequit: imò unicuiq; ratiõe sana utẽti, certissimum est ipsum esse: Quod enim in sola ratione existit, nec in ueritate rerum subsistit, nequaquam est tale ac tantũ, ut nil eo cogitari queat pręstantius, uel esse perfectius: Quod

Vide s. Tho 1. par. q. 2. ar. 1. Cõtra Gen. li. 1. ca. 10. De ueri. q. 10. ar. 12. & alibi.

Vide hic capiẽ olũ 1 Sen. dist. 2. q. 2 cõclusione tertia. S. Tho 1. par. q. 2. arti. 1. ad prim um.

Ratio Anselmi.

enim in sola rationis apprehensione consistit, est imperfectum ac debile, atq; decliuius illo quod etiam reale ac uerum esse sortitum est. Quum igitur is qui uere cognoscit quid hoc nomen deus significet, in eo quod dicitur DEVS, ens perfectum ac summum, et quo nil maius concipi ualet, intelligat: clarissime elucescit, quod nihil sit notius aut certius quam deum esse. Idem dicit Albertus super librum de Causis. Constat ergo, quod deum esse sit utroq; modo per se notum. Preterea arguo ita: Id cuius oppositum apprehendi non potest, notissimum est: sed huius quod dicitur deum esse, oppositum apprehendi non potest: quum enim deus sit ipsum perfectissimum atq; plenissimum esse, quicunque deum non esse affirmat, nescit quid dicit, imò propriam uocem nullo modo intelligit: quoniam esse perfectum ac plenũ dicitur per meram atq; omnimodam fugam, recessionem, abnegationem eius quod est nõ esse: Quicunq; itaq; asserit deum non esse, amplius deuiat, quàm qui negat nihil non esse, uel terram non esse terram. Deniq; deum non esse implicat immediatam & claram contradictionem: quia, ut dictum est, deus est naturaliter plenum summumq; esse: & tale esse non esse ad extra, contradictionem includit sicut ostensum est: quod autem immediatam & claram contradictionem implicat, apprehendi non potest: Vnde secundum Philosophum, contra negantes prima principia non est disputandum: eò quòd tales propriam non intellexerant uocem: Ergo deum esse adeo certum est, ut eius oppositum apprehendi, cogitari, concipi nequeat. Quid est ergo quod ait scriptura: Dixit insipiens in corde suo, non est deus? Plane secundum Augustinum hæc tanta amentia est paucorum. Quemadmodum igitur non sequitur illud primum, communissimum certissimumq; principium: De quolibet affirmatio uel negatio, de nullo uero simul: iccirco non esse per se notum, quoniam quidam antiquorum philosophorum ipsum negabãt: ita non sequitur, deum esse non fore notum per se, quia insipiens qui bestiis comparatur, ipsum stultissime negat. Et cur deum esse negat, nisi quia non intelligit quid hoc nomen deus importet? & cur id non intelligit, nisi quoniam nõ aduertit? & cur non aduertit, nisi quia malitia excæcauit animam eius? & quod dicit, non secundum rationis iudicium dicit, sed secundum uolitam, electam liberamq; malitiam, sicut qui negat quod sensui constat. Insuper quod aliqui dicunt deum esse, non esse per se notum quantum ad nos: quoniam ignoramus quid sit esse diuinum, stare nõ potest: sic enim nulli in uita præsenti quantumcunque edocto, esset per se notum, deum esse: quũ nullus in uita hac, quid sit deus agnoscere ualeat: imò nec substantiis separatis secundum naturalem ipsarum perfectionem esset per se notum deum esse: quoniam naturaliter diuinam essentiam quo ad quid est, capere nequeunt, sicut in libro de Causis, & in Elementatione theologica Procli Platonici comprobatur: Ad hoc ergo quod deum esse, uel quodlibet simile, sit per se notum, sufficit ut quid termini signent ueraciter cognito, prædicatum tam euidenter subiecto conueniat, ut nemo ratione perfungens, de ueritate ambigere possit. Vnde quod aliqui dicunt, nil esse notum per se, nisi quod cadit sub sensu, ueritatem habere non arbitror: quum ueritas primorum principiorum sit nota per se, quam liquet sub sensu directe & primo non cadere. Sed nunc uidendum, an præinducta opinio Damasceni authoritatem efficaciter soluat: ait equidem ita: Debere uerbum Damasceni exponi, ut omnibus naturaliter inserta sit notitia deum existendi, secundum rationem confusam atque communem, inquantum uidelicet deus est beatitudo quam omnes naturaliter appetunt: uidetur autem ista expositio Damasceni proposito non esse concordans: Damascenus nanque primo primi libri capitulo authoritatem ita inducit: Omnibus cognitio existẽdi deum ab ipso naturaliter inserta est. Tertio autem capitulo eam sic repetit: Cognitio existendi deum, naturaliter inserta est nobis: Quia uero intantum præualuit diaboli perniciosa malitia hominum naturæ, ut quosdam in irrationabilissimum omnium malorum pessimumq; perditionis deduceret barathrũ, ut dicant deum nõ esse, placuit deo per apostolos miracula facientes eos ad ueritatem reducere. Ex his Damasceni uerbis patet, non solum naturaliter nobis esse innatam notitiam, deum essendi, secundum rationem communem qua dicitur beatitudo: quum etiam pessimi quique beatitudinem appetant, secundum Augustinum in libro de Trinitate: quam nequaquam appeterent, nisi eam esse putarent. Itaque ultra hanc rationem communem inserta est nobis de deo quædam agnitio, quo ad id quod deo est proprium, sicut quod deus est ens perfectum, uel simile aliquid. Hoc tamen cum beato Thoma opinor, non esse omnino per se notum, an hoc ens quod est deus, sit finitum uel infinitum, corporeum uel incorporeum, sed quod ipsum sit, omnino certissimum est.

Margin notes: S. tho. 1. par. q. 2. ar. 1. — Psal. 13. 52. — vide Tho. Caieta. super 1. par. S. thomæ q. 2. ar. 1. — Corollarium. — Hæc solutio S. Thomæ 1. par. q. 2. ar. 1. ad primum. vide Clichthoueum ibidẽ super Dama.

Articulus VII. qualiter ex consideratione motuum atq; mobilium perducamur ad unius immobilis entis & primi motoris, qui deus est, contemplationem.

DEniq; motus est uia atq; tendentia ad aliquam formam: quemadmodum instructio est uia ad doctrinam: Forma uero est rei perfectio, ut anima corporis: quod ergo mouetur, ad perfectionem tendit, & nondum perfectum est, unde secundum Philosophum: motus est actus entis in potentia: quod autem mouet, est in actu: Nil uero est simul in actu & in potentia secundum idem: nil ergo potest esse mouens & motũ secundum idem. Aliqua tamen mouẽt seipsa quemadmodũ animata, sed non secundum idem, quia per animam mouent: anima enim est principiũ uitæ & motus formale atq; intrinsecũ: Per corpus uero mouentur, quia materiæ est moueri & pati. Veruntamen in his motor seu anima mouetur per accidens: nã motis nobis, mouentur oĩa quę in nobis sunt: Oportet igitur tandẽ uenire ad unũ primum motorẽ separatum ac prorsus immobilẽ: nam motor coniunctus qui mouetur per accidens, non habet à seipso uirtutẽ mouendi, sicut nec essendi: ut eñ probat Philosophus, extra actũ & potentiã seu formã & materiã oportet esse causam efficientẽ ac unientẽ unum cũ alio: potentia quippe seu materia nec unit nec mouet seipsam ad formã, quum omnis motus à forma causetur: forma quoq; non unit seipsam materiæ, nec actus potentiæ: non eñ præcedit eam, sed in eodẽ simul incipiunt, quamuis non semper simul desinant. Cũ itaq; conspiciamus in mundo sensibili multa esse mobilia, diuersos motores atq; cõuenientẽ ordinẽ obseruari in eis: elemẽta nanq; inferiora à superioribus elementis mouẽtur & alterant: & infima sphæra mouet altius elementũ scilicet ignẽ: sphæræ quoq; seu orbes inferiores à superioribus circũferũtur: ante omnia igit ista mobilia est unũ omnino immobile mouens, omnibus uirtutẽ efficaciãq; mouendi originaliter ac immobiliter influẽs, non eñ itur in infinitũ: hoc aũt est deus benedictus & sanctus. At uero nullũ mobile est sibiipsi finis, sed præsupponit aliquid ante se prius ac dignius ipso, quod sit finis ipsius: motus eñ ordinatur ad finis adeptionem seu copulam: unde quod mouetur, distat à fine, & fert ad ipsum: & sicut testatur Philosophus in libro de Cœlo & mũdo: Quod fini propinquius est, uniformiori simplicioriq; motu ad ipsum pertingit: Quemadmodum substantiæ separatæ uno ac simplici actu conuertuntur ad deum uel auertuntur ab ipso: quoniam iuxta Isaac Israëlitã philosophum, substantia separata in umbra diuinæ lucis seu proxime deo creata est: Vnde Augustinus in libro Confessionum ad deum eloquia ponens: duo (inquit) creasti ô domine, unum prope te, scilicet angelum, aliud prope nihil, puta materiam. Intellectus uero humanus qui secundum Augustinum & Isaac in umbra ultimi angeli factus est, multis diuersisq; motibus ultimo fini uidelicet deo excelso coniungitur: nam in ordinibus intellectualium essentiarum à deo maxime atque longissime distat. Liquet igitur, quoniam ante uniuersa mobilia esse oportet ens quoddam immobile, quod sibi ipsi sit finis ad quod omnia ordinentur. Tale quoque ens nec errare, nec peccare, neq; deficere potest: quoniam omnis error, omne peccatum ac omnis defectus propter recessum seu deordinationem à fine contingit. Cum itaq; primum ens sit sibiipsi finis sicut à seipso separari non potest nec referri ad aliud, ita nec error nec culpa, neq; defectus in ipso accidere ualent. Porrò omne creatum deficere potest, quoniam indiget conseruatore: annihilari etiam potest, quia ex nihilo conditum est: omnis autem intellectualis natura citra deum nedum deficere, sed & peccare errareq; potest, quia à fine ultimo distat: Hoc Thomas super secundum Sententiarum pulchre deducit. Amplius ubicunq; inuenitur mediũ ex extremis compositum, etiam reperiuntur extrema simplicia: hæc autem propositio ab Aristotele sumitur, & ab Alberto Magno frequenter inducitur, cuius exemplum est: Nam quũ sit ens ex actu potentiaq; cõpositum, ut homo, lapis, cœlũ: necesse est esse aliquid quod sit potentia tantũ, quod appellatur materia prima: aliquid quoq; quod sit actus tantũ, quod est deus: quum ergo sit aliquid mouens motũ, ut animatũ, quod mouetur & mouet, quoniã mouet seipsum: oportet fateri, quia sit aliquid quod est mouens tantũ, & aliquid quod est motum tantum. Quemadmodum igitur omnes testantur, id quod est motum seu mobile tãtum, fore ens infimũ atq; uilissimũ, puta materiam primã, quæ secundũ Philosophũ Septimo Primæ philosophię, nec est quid, nec quale, nec quantũ: ratio eñ ipsius cõsistit in abstractione ab omni forma tam substantiali q̃ accidentali: Sic uniuersi intelligũt id q̃d est mouẽs tantum

1. phy. t. c. 6. & alibi.

2. Top. l. c. 11.

1. de Cœl. & mũdo. t. c. 59.

Augustinus.

2. Sen. dist. 24.

7. Metaph. t. c. 8.

tantũ esse ens summũ ac prorsus dignissimũ, quod est deus gloriosus & felix: Constat ergo clarissime, quoniam cũcta mobilia antecedit ens quoddã altissimũ nullatenus mobile. Hæc aũt propositio introducta, præsertim in essentialiter subordinatis ueritatẽ sortitur: Essentialiter uero subordinata censentur, quorũ unum sine alio causare nõ potest, ut elementũ, cœlum, intelligentia: Talia quoq; sunt ipsa mobilia atq; mouẽtia: nam motus terrestriũ dependet à motu cœlestium: Oportet (ait) Philosophus totũ hunc mundum esse contiguũ lationibus superiorum, ut tota eius potestas inde gubernetur. Postremo in istis aliter subordinatis nunq̃ uenitur ad aliquod determinatũ ac præsens, nisi sit aliquid primũ à quo motus & actio originẽtur: infinita nanq; pertransiri nõ queunt: Id uero quod mouetũr per accidẽs, esse non ualet principiũ motus simpliciter primũ: Nã quum idem secundũ idem non sit mouens ac motum, de necessitate oportet fontale ac penitus primũ motus principiũ fore omino immobile: quod Plato quoq; in Phædone denuntiat: est igitur in uniuersitate rerũ ens quoddã omnifarie quomodolibetq; immobile. Possent interim aliæ multæ rationes ad idẽ adduci, sed quoniã in editione præsenti deuotioni potius q̃ subtilitati uacare propono, dignum non reor his quæ à philosophis plenissime ostẽduntur, nimium immorari: sed mediocriter atq; faciliori quo potero modo talia tangere. Nunc ergo o' frater ex ordine mouentiũ atq; mobiliũ ad primi motoris contẽplationẽ feramur, ad immobilis entis admirationẽ ducamur, ad primi mouentis (quod à seipso omnẽ mouendi modũ, omnẽq; mobiliũ legem adinuenit atq; instituit) dilectionẽ ardentius incitemur: ex mobiliũ imperfectione immobilis entis perfectionẽ pẽsemus: ex mobilium labore ac fatigatione immobilis entis quietem noscamus: ex mobiliũ uicissitudine ac instabilitate, immobilis entis stabilitatem ac uniformitatẽ subtiliter consideremus: Nam opposita iuxta se posita euidentius elucescunt: sicq; deuote & uere sciamus, q̃ uere de deo ac domino nostro dicat scriptura: Tu aũt idẽ ipse es: & quoniã mille anni ante oculos tuos tãq̃ dies hesterna quę præteriũt: & in pace in idipsum dormiam & requiescã. Ipse equidẽ deus noster dignissimus, uerissime dicit idipsum, in quo mentẽ nostram ab omni distractione uanissima, ab omni phantasia indigna, ab omñi occupatione culpãda dormire oportet, atq; ab omni anxietate, formidine, solicitudine, labore, mœrore fiduTialiter suauiterq; quiescere. O uere idipsum, quod à propria stabilitate nunq̃ mutatur: quod à summa rectitudine nunq̃ deflectitur: quod à perfecta beatitudine nunq̃ mouetur: Dicat illi anima nostra sitibunda & amore flãmigera: adhesit anima mea post te: & in deo salutare meũ: &, gloria mea deus auxilij mei: &, spes mea in deo est. Quis unq̃ tam dulcẽ uersum audiuit? quis poëtarũ tam suaue carmen deprompsit? quis rhetorũ tam uenustũ sermonẽ profudit? quis philosophorũ tam salubre eloquium edidit? Nonne beatissimus noster Philosophus sanctus diuinusq; Dauid omnes illos elingues mutosq; efficit? Contẽplemur insuper in motu cœlestiũ, in uelocitate, uniformitate, incessabilitate circũuolutionũ cœlestiũ orbium super ineffabilẽ potentiã super inæstimabilẽq; sapientiã adorandi atq; æterni opificis, unius summi immobilisq; motoris, qui stabilis manens dat cuncta moueri. Perpendamus q̃ infinita milies milia miliaria sol, stellæ, planetæ, omni die perambulant: q̃ ordinate percurrant, q̃ obedienter deseruiant: Hanc nẽpe contẽplationẽ solitario cõuenire, quæ etiã beatissimis patribus nostris Benedicto itẽq; Francisco plurimũ placuit. Magnus Basilius pandens: Stat, inquit, solitarius frater nocturnis tẽporibus cœlos prospiciens: hinc per labia oris psalmi canũtur: hinc oculis corporis cursus astrorũ cernuntur: hinc oculis mentis creator ac motor agnoscitur, admiratur, laudatur, ac toto affectu amplectitur.

2. de Cœ. mũ. tex. cõ. 50.

8. Phy. cõ. 67. & 68 & pri. post c. 6.

Vide Paul. de Sancino 12. Metha. circa tex 35 Et doct. ibid. tom. de Ianduno &c.

2. de Cœl & mũ. tex. cõ. 40. Psal. 101

Psal 69.
Psal. 4.

Psal. 62.
Psal. 61.

Boethius lib. 3. de Con. phi. metro nono.

Articulus VIII. in quo genere causæ posuerunt philosophi deum sublime esse primum motorem.

Aliter demum mouet efficiens causa atq; aliter causa finalis: Causa nanq; efficiẽs est principiũ immediate motũ producẽs: causa uero finalis non immediate motũ producit uel elicit, sed mouet efficientẽ: efficiens aũt motus à fine mouet mobile atq; materiã: finis nanq; est primũ in intentione: quia efficiens non nisi propter finẽ operat ac mouet: Sicut in bellicis rebus uictoria seu fauor regis est causa finalis pugnandi, & mouet milites ut fortiter pugnent: Quẽadmodũ deniq; secundum philosophos finis est causa causarũ: sic motio eius est prior, fortior atq; præstantior motione causæ efficientis, imò cuiuslibet aliæ causæ. Aristoteles ergo & Plato cũ suis sequacibus, astruunt deum non esse primũ motorem alicuius orbis cœlestis in genere causæ efficiẽtis, sed finalis: ita q deus est finis propter quẽ singuli orbes à proprijs circũferuntur motoribus, qui motores mouẽtur à deo secundum q appetitus mouetur à fine, seu desiderans à bono desiderato. Vnde

Deus mouet ut finis.

Auicenna testatur, φ deus est agens ac mouens extra omne genus ac ordinē: Et Auerrois dicit, φ deus mouet uniuersos orbium motores eo modo, quo rex sedens in throno mouet subiectos. Hæc autem positio sacræ scripturæ & sanctis doctoribus consonat: Scriptum est enim: unus est altissimus creator omnium omnipotens, rex potens & metuendus nimis, sedens super thronum. Sancti quoq; doctores Augustinus, Gregorius, asserunt totam creaturam corpoream dispensari ac moueri à deo per creaturam spiritualem, ita φ singulæ sphæræ cœlestes proprios sortiuntur motores: uideturq; Thomę in Summa contra Gentiles, φ ad spiritus medij ordinis mediæ hierarchiæ, uidelicet ad uirtutes, pertineat orbes mouere. Porro confirmatio horum est quod Iohel ait: Multa sunt nimis castra dei, fortia, & facientia uerbum eius. Per castra etenim dei intelliguntur angeli sancti: unde Iacob obuiantibus sibi angelis sanctis dixit: Castra dei sunt hæc. Veruntamen deus dici potest causa efficiens lationum mediata ac prima, quum ipse sit conditor motoris & mobilis, quorum est motus: Quod autem est causa causę, est causa causati, imo prima causa est potior causa quàm quæcunq; causa secunda. Auicenna. Auerrois. Eccli. 1. Con. Gen. li. 3. ca. 8. & 4. Sen. dist. 45. q. 1. ar. 4. & alibi. Iohel 2. Gen. 32.

Articulus IX. Quo modo intelligendum est, φ aliqui summi doctores deum dicunt moueri, ac motum seu mobilem.

De increata insuper sapientia quæ est uerus deus uerìq; dei unigenitus filius, quū ipsa sit candor lucis æternæ & emanatio pura claritatis diuinæ scriptum est: Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. Dionysius quoq; primo Angelicæ hierarchiæ capitulo: Omnis, inquit, patre moto processio luminū in nos optime prouenit. Si itaque sapientia quæ deus est, nedū mobilis, sed cunctis mobilibus extat mobilior: & si pater æternus mouetur dum lumina gratiarū largitur: quo modo primum ens est motor omnino immobilis? Et respondendū, φ motus uno modo accipitur proprie pro uicissitudinata siue continua quadam egressione entis in potentia ad actum, sicut sanatio: Secundo accipitur communiter pro quacunq; operatione: sicq; secundum Dionysium quarto cap. de diuinis nominibus, angelicæ mentes intelligendo dicuntur moueri in deum. Primo igitur modo non competit motus deo, sed secundo, inquantū de nouo aliquid agendo dicitur moueri, quia procedit ad actū: quæ tamen processio recensq; actio nil nouitatis aut mutabilitatis ponit in deo, sed in creaturis nouitatem ac mutationē inducit. Cū ergo sapientia increata sit maxime suæ illustrationis diffusiua, suæ bonitatis cōmunicatiua, suiq; operis productiua, ideo maxime mobilis appellatur. Quod uero iste sit sensus scripturæ, ex uerbis sequentibus innotescit: Causam nanq; mobilitatis istius quasi assignans: Attingit, inquit, haud dubium quin sapientia ubiq; propter suam munditiā: & cū sit una, omnia potest: & in se permanens oīa innouat, & per notiones in animas sanctas se transfert, amicos dei ac prophetas constituit. Simili sensu Dionysius patrē ait moueri, eoq; moto dona diffundi. Vnde Hugo uerba Dionysii pulchre exponit: Mouetur, inquiens, deus non turbatione sui, sed miseratione nostri: mouetur non se concutiens, sed nos colligens: mouetur nō se euacuans, sed nos replens: mouet ad nos ueniēs, à se nusq̃ recedens. Pari deniq; modo intellexit Plato dū primū motorē asseruit mobilē: Optime nanq; agnouit deū non esse mobilē motu proprie dicto: quoniam deum ponebat esse agens formale, maxime separatum ac superexaltatum: Vnde Aristoteles Platonem in hac positione redarguens, non mentem sed uerba Platonis impugnat, quod utiq; sæpius facit. Vide Tho. 1. par. q. 9. ar. 1. & 2. Sap. 7. Ibid. Hugo. Plato. Aristoteles.

Articulus X. Quo modo ex ordine causarum atq; effectuum demonstratur esse diuinum.

Hoc a nōt doctoribus constat, φ sicut esse diuinū cognoscere quantū ad quid est, est penitus impossibile naturaliter: sic ipsum cognoscere quantū ad quia est, sit maxime facile: Videmus eñ plurima esse in rebus quæ esse suū sortiunt ab alijs: oportet igitur deuenire ad aliquod ens q̃d nō est ab alio, alias nō esset status in rebus, uel entia causarent se mutuo: Quod autem non est ab alio, est utique ab æterno, estq; ens per essentiam à nullo dependens: tale uero ens omnes nominant deum: Sed an possint esse plura huiusmodi entia, maiori eget scrutinio: de quo inquisitio postea fiet, dum de unitate diuini esse tractabitur. Denique ens æternum quum sit sibi ipsi ratio existendi ac finis, indissolubile est atq; perfectum: non enim ordinatur ad aliud, nec indiget alijs, sed stat ad seipsum conuersum, in semetipso sufficiens: palam est autem, quoniam tale ens deus existat. Præterea in omni genere causarum essentialiter subordinatarum necesse est esse unā causam simpliciter primam, quemadmodum in genere causæ materialis inuenitur materia prima S. Tho. 1. par. q. 2 ar. 2.

prima quæ est omnium formarum primũ subiectũ: In genere quoq; causæ formalis est aliqua forma informans penitus, prima uidelicet forma primi compositi quodcunq; fit illud: Pariformiter ergo in genere causæ efficientis est unũ effectiuum principium simpliciter primũ, atq; in genere causæ finalis, est unus primus, summusq; finis ad nihil referibilis, ad quẽ cœtera omnia referuntur: id uero quod est prima omniũ causa efficiens, primusq; ac summus ac ultimus finis, omnes deum esse fatentur: ex consideratione itaq; ordinis causarum atq; effectuum conuincitur esse deum. Adhuc aũt queadmodũ est ostẽsum, nihil produci ualet nisi sit aliquod primũ, à quo fluxus incipiat: est ergo in causis aliqua prima causa unde om̃is causalitas fontaliter manat. Rursus nisi in omni genere causæ esset una causa simpliciter prima, nec demõstratio esset neq; sciẽtia: quia demõstratio est syllogismus faciẽs scire: scire aũt est rem per causam cognoscere: si ergo infinitæ sint causæ, quum infinita relinquantur ab arte secundum philosophos, nulla erit scientia. Ex his itaq; atq; similibus multis argumentis cognouerunt meliores philosophi, esse in entium uniuersitate unum uerum atq; altissimũ deum, qui est omnium rerum prima causa ac ultimus finis, in cuius uirtute om̃es causæ secundæ operãtur & causant intantum, ut causalitate et potestate primæ causæ abstractis, nulla causa posterior uel minimũ quippiam producere posset.

1. Post. t. c. 5. 1 Post. lec. 38.

Articulus XI. Demonstratio quod deus est ex ordine rerum in perfectione.

MErito demum sacra scriptura eos redarguit, qui deum ex rebus creatis inuenire nequibant: quum ordo rerum factarum sit scala qua ad creatoris notitiam intellectus faciliter scandere potest, unde scriptũ est: Vani sunt omnes homines quibus non subest scientia dei: & de his quæ uidentur bona, non potuerunt intelligere eum qui est artifex: magnitudine em̃ speciei creaturæ poterit cognoscibiliter horum creator uideri: nempe queadmodũ ex pulchro ædificio mox omnibus sapientia innotescit artificis, ita ex mundi huius intuitu, ex cœlorum ac syderum atq; cœlestium motuum contẽplatu potest faciliter cunctis excellentia patere primi opificis: Omnia em̃ hæc suo motu ac ordine, sua diuersitate ac indigẽtia unanimiter protestãtur & clamant: Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos. Videmus nanq; quod in entibus sit ordo in bonitate ac perfectione: nam quedã quibusdã sunt perfectiora, actualiora, formaliora ac simpliciora: magis aũt & minus nõ accipiuntur nisi secundum accessum ad unũ primũ atq; perfectum, quod sit cæterorum mensura ac regula, sic quod quantò amplius ad ipsum accedunt, tantò perfectiora consistant: & quò lõgius distãt, eò impfectiora mox fiant: Est ergo in rerũ ordinibus deuenire ad aliqd ens pfectũ, actualissimũ, formalissimũ & simplicissimũ: hoc autẽ est deus sublimis & benedictus. Deniq; in omni ordine est aliqd primũ & summũ, itẽq; aliqd ultimũ & infimũ: Ordo nãq; est debita habitudo supernorum ac inferiorũ adinuicẽ: est itaq; in ordine entium ens primũ ac summũ. Rursus extrema seu termini cuiuslibet multitudinis maxime distant: quũ ergo in rerum uniuersitate descendendo perueniat ad ens minimum atq; uilissimũ, quod est materia prima, quæ est pura passiua potentia, primũ subiectũ & prope nihil: oportet ascẽdendo quoq; pertingere ad ens maximũ atq; dignissimum, quod sit prima forma omnia formans, nilq; informans, purus actus, nullius subiectum, & super omnia entia in semetipso independenter ac pure subsistens. Præterea ordo uniuersi in speciebus mundi consistit: species autẽ rerum conuenienter coordinatæ connexæq; sunt: habent se em̃ ut numeri secundũ Philosophũ, quod etiã sensui constat. In omni aũt multitudine ordinata, inferiora omnia ad supremũ aliquod conuertuntur, ut conseruentur uel perficiãtur ab ipso: aliter ordo ille non esset necessarius, neq; stabiliter permanẽs: omnes ergo naturæ ac species rerũ conuertuntur ad primũ ens ut bene se habeant perfecteq; sint: conuersio autẽ tendit in id, à quo processio facta est: Nam quod ad aliud naturaliter conuertitur, naturaliter indiget eo, ideo nanq; conuertitur ut in essendo atq; agendo perfectionẽ sortiatur. Omnes ergo naturæ seu species mundi indigent primo ente, non autẽ eo egerent, nisi ab eo procederent: nam ab eodẽ sortitur res esse & bene esse, seu esse, posse & agere: imò si esse rei à nullo dependeat, ergo nec posse, nec agere, nec permanere. Si em̃ à seipsa esse habẽt, indissolubile est: ergo omni alio nõ existente nihilominus permanebit. Cũq; nil in rerũ natura sit ociosum, & frustra, non utiq; poterit potentia, & operatione carere. Indissolubilis itaq; ordo rerũ in essendo, ac operãdo, atq; causando euidenter demonstrat, esse supra omnia entia sub ordine comprehensa ens quoddam æternũ, perfectum, primum operans atq; efficiens, à quo omnia in ordine mundi inclusa tam esse q̃ bene esse, tam naturam q̃ operationem, tamq; uirtutẽ q̃ causalitatẽ adepta sunt

Sapien. 13. Psal. 99. 8. Metaph. tex. com. 10.

sunt. Hæc aũt ratio ex dictis Platonis & Procli colligitur: & alibi eam diffusius introduxi, multa argumenta ex ea eliciens. Postremo, talis est entium ordo, ꝙ quæ dã raro ꝓueniũt, quędã frequenter, nonnullaq; semper, & aliqua contingentia sunt, aliter se habere potẽtia. Est ergo aliquod ens omnino necessariũ atq; incõmutabile esse habens: alioq totũ uniuersum dissolueretur & confunderetur: tale uero ens deũ fatemur. Hãc quoq; rationẽ Damascenus primo lib. tangit: Omne, inquiẽs, increabile seu æternũ inuertibile est & inalterabile: omne uero creabile, uertibile atq; alterabile est: contrariorũ nanq; sunt proprietates cõtrariæ: et quorũ esse à uersione incipit, hæc uersioni subiecta sunt: Omnia aũt citra deũ huiusmodi sunt: Nã inferiora multiplici mutationi subdũtur, superiora uero uel localiter uel secundũ electionẽ uariabilia cõprobant: Omnia ergo creata, mutabilia sunt: & solũ increatũ ens, prorsus inuariabile est. Verũ hæc ratio Damasceni dictis Platonis innititur: Peripatetici nãq; affirmãt, intelligẽtias immutabiles esse atq; immobiles: nec aliquo modo posse peccare neq; errare, quãuis à primo ente procedant. Et hos sanctus Thomas sequens ait, ꝙ in rebus creatis dici potest aliquid absolute necessariũ: nõ tamen sequit eos in hoc, ꝙ astruũt intelligentias nec errasse nec peccare potuisse: quod asserentes Aristotelici, dęmones esse negabãt. Sed Plato aliter sensit: inducit quippe 2. Timæi summũ deum causis secundis cœlestibus, quos more suo deos appellat, ita loquentẽ: O dij deorũ quorũ opifex idem paterq; ego: opera siquidẽ uos mea dissolubilia, natura: me tamẽ ita uolente, indissolubilia. Sed dubitatio oritur: Dictum est enim, ꝙ deum esse sit adeo per se notũ, ut omni homini facillime possit ostendi deum esse: imò hoc quilibet sanæ mentis de facili considerare atq; elicere ex ordine entium ualeat. Huic uero contrariari uidetur q̃d Plato in 1. Timæi inducit dum ait: Igitur genitorem opificẽq; uniuersi tã inuenire difficile, q̃ inuentũ impossibile profari cõdigne. Et respondendũ, ꝙ opificẽ mundi inuenire difficile est, non quidẽ absolute, quantũ ad hoc quod sciatur esse, sed ut sciatur per modũ quo est uniuersorũ causale principiũ: Nõ enĩ est parum difficile determinare queadmodũ mundi sit instituta molitio. His itaq; uiis agnouerunt philosophi ex consideratione ordinis rerũ, esse unũ summũ uerũq; deũ: Vnde Aristoteles secundo primæ philosophię fatetur, quia id quod est maxime uerũ & ens, puta deus, sit cæteris uniuersis causa ueritatis & entitatis.

Vide Paulũ de Sonc. 12. me-ta. q. 70.

Dubitatio

Solutio

2. meta. tex. cõ. 4.

Articulus XII. Ostensio, quòd deum esse oporteat, ex contemplatione regiminis uniuersi.

GVbernatiuus insuper superiorũ in hunc mundũ influxus, sapientissimũ, primum ac summũ esse principẽ in uniuersitate rerũ demonstrat: nempe in omni gubernãtium multitudine ad quoddã primordiale gubernans oportet recurrere, statumq; esse, quod Aristoteles quoq; in Politicis dixit. Quũ ergo inferiora & corruptibilia à cœlestibus causis mouẽatur atq; regantur, ut orbes à suis motoribus, opus est ascẽdẽdo pertingere ad summũ rectorẽ primũq; principẽ, quẽ deũ rite censemus. Adhuc aũt, ea quæ uita carent, ut elementa & mineralia: ea quoq; quæ uitã habẽtia cognitione priuantur, ut plantę: & itẽ quæ cognitionẽ habentia ratione nõ pollent, ut bruta, recte reguntur, quia ad certũ finẽ mouentur, quẽ etiã ut in pluribus adipiscũtur. Quũ ergo nec finem agnoscant, nec raro eueniant, liquet utiq;, quoniã nec à casu neq; à seipsis mouentur. Vnde Damascenus libro tertio affirmat, ꝙ potius agantur q̃ agant: quia secundũ impetũ naturæ feruntur nil deliberando. Oportet ergo fateri, fore actorem naturæ, qui eis finem præstituit legemq; mouendi ac operandi ingeniauit siue impressit: quod nulli nisi altissimæ causæ cõpetere potest, quæ sola iuxta sapientiã suã immensam, ordinẽ rerũ instituit, queadmodũ scriptũ est: Quàm magnificata sunt opera tua dñe: omnia in sapientia fecisti: etenĩ quæ finem nequaq̃ agnoscunt, non ferunt in finẽ, nisi aliquo cognoscente regant. At uero sicut demonstrat Philosophus, entia nolunt male disponi: naturalia enim desideria rerũ tendũt ad bonũ: quũ ergo pluralitas principũ mala sit, queadmodũ beatissima Barbara nondũ baptizata decore probauit contra idololatras, posset enim inter eos oriri dissensio: qua orta, totus confunderet ordo regiminis: Vnus ergo est omniũ princeps, qui omnia regit, queadmodum in libro de Causis habet: Causa prima regit res omnes creatas, præterq̃ quod cõmisceatur cũ eis: quod Plato in Phædone clare testatur, ubi asserit animas defunctorũ primum quidẽ in causam portari, an bene ac sancte uixerint, an minime. Postremo & est ratio Damasceni primo libro: Contraria nõ iungunt se mutuo, imò separari conant ab inuicem: quõ ergo contrariæ naturæ uidelicet ignis & aquæ, terræ ac aëris, ad unius mundi cõstitutionem adinuicẽ conuenissent indissolubilesq; mansissent, nisi quædam omnipotẽs uirtus

Damascenus

Psal. 103

12. meta. in fine.

Plato.

eas

eas copulasset, & semper indissolubiles cōseruaret? Quid est quod statuit cœlestia atque terrestria, & quæcunque in elementis existunt? Quid est quod hæc mouet ac agit incessabili & sine prohibitione motu? Nonne artifex horum, & qui rationem imposuit omnibus, secūdum quam machina mundi fertur, itemque deducitur? Quis autem est artifex horum? nonne qui fecit hæc & ad esse deduxit? Non enim casui dabimus talem uirtutem. nam & si generatio erat à casu, cuius erit ordinare, cuius erit obseruare & custodire omnia secūdum proprias rationes? Ipsa ergo creaturarum permanentia & conseruatio ac gubernatio docet nos, quoniam est deus qui hanc uniuersitatem consistere facit & continet atque conseruat, semperque ei prouidet. Hoc est quod de deo loquēs scriptura ait: Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Et alibi: Vniuersorum (ait) finē ipse considerat, & omnia quæ sub cœlo sunt respicit.

Iob. 34
Iob. 28

Articulus XIII. Quotuplici uia conscendat intellectus humanus ad creatoris notitiam ex rebus creatis.

Opinio S. Th. Rom 1. lec. 1. col. 5. & 1. p. q. 12. ar. 12.
Tribus uiis cognoscit deus

Oportet demum in primis propter dicenda aduertere, quot modis aliquid deo attribuamus, & quot uijs eum agnoscere ualeamus. Quidā aūt affirmat, quod quāuis in particulari diuersis uijs utuntur ad dei cognitionē adipiscendā, reducūtur tamen ad tres, puta ad uiam eminentiæ & ablationis atque causalitatis, dicēs Dionysium 7. ca. de Diuinis nominibus hoc dixisse. Et utique uerum est, quod ex uerbis Dionysii istud elici possit: nihilominus diuersos Dionysii libros solicitius perlustrando, cōuenientius dicendum inuenio, quod quatuor uijs in dei nominationē atque notitiā ascendamus, quæ tamen ad duas reducunt. Cognoscimus enim deum primo per positionē, affirmando de deo quæ absolute loquēdo dignius est inesse quam non inesse: sicque ascribimus deo esse bonū, esse uitā, esse substantiā. Secundo per ablationē, negando de deo quicquid in creatis entibus inuenitur, tanquam ab eo, qui omnia in infinitū transcēdit. Tertio per causalitatē, quoniam considerando naturam & modū rerum creatarum, pertingimus ad hoc, ut pēsemus esse unū primū atque fontale uniuersorum principiū, & quod perfectiones in creaturis inuentæ creatori nō desint. Sed quia effectus, præsertim nō uniuoci sed æquiuoci atque creati, causæ perfectionē diminute ac deficienter participant: ideo quarta uia est per eminentiam, quando uidelicet creaturarum perfectiones seu nobilitates deo ascribimus, nō eo modo quo in creaturis existūt, sed eminentiori puriorique modo. In creaturis quippe inuenitur iustitia, sapientia, uita, esse ac bonitas: sed omnia hæc uel accidentaliter insunt & ad subiectum labunt, uel dependent ab alio, & ad certum limitata sunt gradū ac ordinē. Dum itaque ista atque similia deo tribuimus, debemus abijcere atque relinquere id quod imperfectionis includūt: id uero quod nobilitatis cōprehendunt ac retinent, deo excellētissime attribuere congruit. Denique constat, quod uia causalitatis ad uiam positionis reducitur: in utraque siquidē aliquid de deo affirmamus. Via autem eminentiæ ad ablationis reducitur uiā: hæc enim eminētia negationē includit, quia designat attributa aliter creatori competere quam creaturæ. Damascenus etiam primo lib. testat quædā de deo per superabundantiā enuntiari, uim negationis habentia: sicut dū dicimus, deū esse tenebras: non quod deus sit simpliciter tenebræ, sed quoniā non est lux uisibilis aut cōprehensibilis, sed super omnē lucē. Et iterum dicit lux, quia non est tenebræ. Vnde Dionysius in epistola ad Dorotheū: Diuina (inquit) caligo inaccessibile lumē est. Lux ergo diuina propter propriæ claritatis superexcedentē atque immensum splendorē, caligo seu tenebræ appellatur: diciturque inuisibilis, propter suam excellētē claritatē & inaccessibilis per superexcellentiā superessentialis luminū manationis, id est ratione superexaltatæ suæ plenitudinis, à qua tanquam à superessentiali lucis fonte oīa lumina manāt. In hac deus caligine habitat, quia ponit tenebras, id est incōprehensibilē claritatē, latibulū suū, id est occultā mansionē, nā propter suæ plenitudinē lucis incōprehensibilis perhibet. Porrò hæc esse de mente Dionysii nunc breuiter demonstrare incūbit. Prędicta aūt opinio uiam positionis omittit, quā tamē Dionysius primo mysticæ Theologiæ capitulo palā insinuat: Oportet (inquiens) omnium entium dicere positiones in deo, sicut in omniū causa: quod primo quoque Angelicæ hierarchiæ capitulo & alibi sępe fatetur. Quòd aūt deum per ablationē noscamus, Dionysius secundo mysticæ theologiæ capitulo declarās: Hoc est (ait) deum uere uidere supersubstantialē, supersubstantialiter per omniū entiū ablationē laudare. Et idē septimo de Diuinis nominibus asserit. Has quoque duas uias deū cognoscendi Damascenus primo libro describit: alias uero duas uias Dionysius toties referat, ut tędij sit specialia loca astruere. Et quia nūc deum quantum ad quia est, per uiam causalitatis inuenimus: consequēter de ipso quid sit, prout

Quatuor uiis cognoscit deus
I.
II.
III.
IIII.
Dionysius
Damascenus

prout in statu pręsenti fieri potest, per uiam positionis scrutari oportet: deinde hoc idē per uiam ablationis, quæ dignior extat agendum est.

Articulus XIIII. Explanatio quorundam nominum sine quorum notitia ista intelligi nequeunt.

FRequēter interim orthodoxi doctores, q̄ scriptis suis theologicis naturalē philosophiā admiscēt, utunť noībus apud philosophos assuetis ac notis, sed lectoribus in philosophia minus expertis, non adeo planis: expedit ergo nomina talia prout pręsens deposcit editio, paululū explanare: sæpe nanq; occurrunt nomina ista actus, potētia, forma, materia, operatio, habitus, esse, posse, et agere, causa, principium atq; similia: quorū nonnulla satis ni fallor sunt nota. Quædam uero si perfecte intelligi debeant, maxima expositione atq; grauiore egent tractatu. Sed nunc compendiosius quò fieri potest referentur. Aduertendum igitur quia secundū philosophum nono primæ philosophiæ, actus & potentia diuidunt ens, inueniunturq; in omni genere entis seu prædicamento, & exposito distinguuntur: Actus enim proprie dicitur principium operandi, mouendi ac transmutandi aliud secundū quod aliud: Non enim accipitur hic actus ut sit idem q̄ factus: neq; sic ut sit idem q̄ actio, quæ est unū decē prædicamentorū: nec sumitur pro operatione uel aliquo accidente duntaxat, sed secundum cōmunitatem qua ambit omne genus: ita q̄ quælibet res atq; natura quę est actiuū principiū agendi uel mouendi seu transmutandi aliud inquantū aliud, siue sit in genere substantiæ siue accidētis, actus ualeat nuncupari. Vnde deus qui omnia condidit, mouet ac regit, actus uocatur. Intelligentia quoq; seu angelus qui est actiuū principiū cœlestium motuū: Anima etiā quę corpus informat, regit ac perficit, actus dicitur. Quælibet insuper forma est actus suæ materiæ: & color est actus parietis quē colorat. Dicitur autē in definitione actus, aliud secundū quod aliud. Nā quædā agūt in se & mouent atq; transmutant seipsa queadmodū animate, sed non secundū idē mouent & agunt, mouentur & aguntur. Mouent nēpe & agunt, inquantū aliquid de perfectione primi actus utpote dei participant: mouentur uero itēq; aguntur propter imperfectionē sibi annexam, uel propter sui distantiā à primo immobili ente. Porro potētia uno modo actiue accipiť, scilicet pro potestate seu ui, sicq; in deo inuenitur: nec ita ab actu distinguitur. Secundo autē potentia sumitur quasi passiue & differt ab actu: est eñ passiuū principiū trasmutandi seu mouendi ab alio secundū quod alio. A' potentia primo modo accepta dicitur aliquid potens: Sed à potentia secundo modo sumpta, aliquid appellatur possibile. Omne ergo quod ab alio perficitur mutatur, mouetur uel actuatur, potentia nominatur uel habens potentiā. Non ergo potētia sumitur nunc prout differt ab essentia ut operatione, uidelicet pro quadam accidentali ui entis quæ inter essentiam operationēq; mediat: neq; pro qualitate secundū quod in prædicamētis naturalis potētia uel impotentia dicitur secunda species qualitatis: sed prout in omni genere entis reperitur: ita ut quælibet entitas imperfecta ac mobilis potentia appellať: Sic eñ materia prima uocatur potētia, quia à forma perficitur & ad eam mouetur. Omne quoq; genus se habet ad propriā speciē sicut potentia ad actū: Genus eñ designat naturā quātū ad perfectionē cōmunē ac illimitatā quā cōplet ac perficit species. i. cōpleť in se per differentiā. Demū sicut ens diuidiť in actū & potētiā, ita secundū aliquē modū substātia cōposita diuidiť in formā atq; materiā: Forma eñ est quæ dat esse rei: Materia uero est formæ subiectū, & recipit esse ab ea. Actus itaq; & potentia se habent in plus q̄ forma & materia: nam inueniūtur in separatis seu incorporeis atq; corporeis: Materia autē & forma in solis corporalibus inueniunť substantijs, quāuis forma uicissim in separatis esse dicať: Diciť eñ in libro de Causis, q̄ intelligentia est plena formis. Et Boëthius in libro de Trinitate Platonē sequēs, Formę (inquit) quæ in materia reperiunť, à formis quæ extra materiā sunt deriuāť: Diciť nāq; forma nō solū ab informando, sed etiā à foris manendo. Duplex ergo est forma, puta informās, qualis est omnis forma corporaliū rerū: & foris manēs, quæ est origo & causa formę materiā actuātis. Sicq; deus forma dici potest: quippe qui oīa superno ducit ab exēplo: omna secūdū ideales rationes producēs, formās atq; distinguens, ut Rabi Moyses ait: Sic quoq; intelligētiæ quū sint separatæ naturæ & immateriales essentiæ, appellatæ sunt formæ. Aduertendū uero q̄ noīa ista, actus & potētia, forma & materia, multū solent extendi atq; cōmuniter accipi, intantū ut oīne perfectum respectu imperfecti, omne principiū respectu principiati, oīne agēs respectu patientis se habere dicať per modū actus & formæ: & illa p̄ modū potētię atq; materię seu potētialiter atq; materialiter. Id quoq; q̄d secundū unā cōsiderationē seu cōparationē se habet ut forma & actus, secundū aliū modū

9. Meta. t. c. 4.

Actus.

5. meta. t. c. 55.

Deus intelligentia & aia dicunť actus.

Potentia.
I.
II.

Materia & genus dicuntur potentia.

Forma.
Materia.

Proclus.
Boethius.

Forma duplex.
Boë. de consola. phi. li. 3. met. 9.

Moyses.

Nota.

se habet per modū potentiæ siue materiæ: ut anima rationalis quantum ad corpus cui dat esse, dicitur actus sed per cōparationē ad deū à quo recipit esse: & omne quod est appellat potētia: Et idem est de intelligentia. Vnde in omni ente creato inueniunt actus & potentia eo utiq; modo quo Boëthius in libro de Hebdomadibus asserit, in omni ente citra deū esse cōpositionē ac distinctionē ex quod & quo est: Etem̄ per quod est, intelligitur potentia uel materia: Per quo est, forma seu actus. Verū an ista compositio atq; distinctio sint reales, an secundum rationem duntaxat, difficilis quæstio est quæ hic solutionē non exigit. Quid autē sit habitus & quo modo aliquid conuenit rei uel actualiter ut scientia consideranti: uel potētialiter ut beatitudo bonæ indolis puero, de quo dici solet ꝙ sit felix puer: uel medio uidelicet habitualiter: sicut de equo ueloci ad præsepe ligato dicimus quia uelociter currit, & de uiro erudito ac dormiente asserimus ꝙ sit magnus cōtēplator & multa cognoscit, nō utiq; actualiter sed habitualiter. Inter potētiā em̄ & actū, habitus mediat ut inter uolūtatē & dei dilectionē est charitas media. Itē, inter essentiā & operationē potentia media perhibet sumēdo potentiā pro naturali ui entis creati: nā inter animā & cognitionē mediat intellectus. In oībus uero creaturis diuersificari dicunt essentia, potentia, operatio: seu esse, posse & agere: nam in angelicis quoq; spiritibus, in quibus minus sic esse uidet, hæc diuersificant. Vnde 4. capitulo angelicæ hierarchie Dionysius diuidit angelos in essentiā, uirtutē & operationē. Hæc itaq; pro intelligentia dictorū ac dicendorū tacta sunt magis q̄ dicta.

Vide Pau. de Sonc. 9. meta. q 1.

Habitus accipitur multipliciter. 5. metaph. t. com. 25.

Dionysius.

Articulus XV. Quòd esse deo propriissime conuenit: & de qualitate seu modo esse diuini.

Vide S. Tho. 1. p. q. 11. & alibi in multis locis.

VNumquodq; præterea tanto cōprobatur esse plenius id quod est, quanto fonti suæ perfectionis ac existentiæ amplius appropinquat: In omni etem̄ ordine primū est perfectū: queadmodū primū calidum scilicet ignis perfecte est calidū: et primū lucidum scilicet sol perfecte est lucidū. Quū ergo deus æternus & summus, sit ens per essentiam, ens per seipsum, ens indepēdēs, oportet ut esse diuinū sit prorsus perfectū ac plenū: Id em̄ quod enti per se cōuenit nō potest esse minoratū uel diminutū in ipso: Nā propter recessum à primo perfectionis principio, diminutio & imperfectio in posterioribus oriunt: queadmodū Proclus Platonicus pulchre demōstrat. Ipsum igit esse cōuenit deo secūdū omnē plenitudinē, nobilitatē ac perfectionē essendi: ita ut teste Anselmo in Monologio: Omne quod absolute loquēdo dignius est habere q̄ non habere, deo attribuamus: Queadmodū em̄ lux oīs creata quantūcunq; præclara diuinæ lucis respectu est uelut caligo ac tenebra, sic om̄e esse creatū quantūcunq; perfectū p cōparationē diuini esse, potius non esse seu nihil q̄ aliquid fore uidet. Nunc ergo ò nobilis anima contēplare opificē tuū in nomine suo q̄d est esse seu qui est: Cōtēplare esse diuinū: quō cū summa simplicitate omnē nobilitatē cū immēsa plenitudine cōprehendit. Quū nāq; esse diuinū sit ęternū à nullo depēdens, iccirco est primū: & quia est primū, ideo est maxime causans atq; dignissimū: imò omnis causalitatis & bonitatis ac fœcunditatis fontale principiū. Rursus quū esse diuinū sit primū, oportet ut sit simplex ac purū: aliter posset resolui in aliquid prius, nec esset simpliciter primum atq; perfectum nisi simplex esset ac purū. Quum uero sit simplicissimum, quicquid in ipso est, nō est nisi ipsummet esse diuinum: & quia est purū, nil habet de nō esse, de potentialitate, de minoratione seu terminatione essendi admixtum: Propterea est uere immensum & omnino plenissimū. Et sicut non esse seu nihil dicitur per meram fugā omnis entitatis totiusq; essentiæ, sic esse perfectū, esse diuinum, esse simpliciter dictū, accipitur per omnimodā fugā totius non esse: atq; per immensum recessum à nō ente. Tale uero esse quū sit ab omni potentialitate se motū, est uere actualissimū: & quū sit ab omni materiali contagiōe ac proprietate liberrimū, est uere formalissimū: & quū sit ab om̄i specificāte seu cōtrahente differentia elongatū tanq̄ omniformiter quomodolibetq; perfectū, iccirco est uere illimitatū, interminabile, illocale, intēporale, incircūscriptū. Deniq; ut Bonauētura testatur, ipsum esse adeo extat certissimū, ut nequeat cogitari non esse. Idē dicit Albertus: Nil em̄ habet de nō esse nec actu, neq; potētia, nec secūdū ueritatē, neq; secūdū æstimationē. Si ergo deus noīat esse primariū, ęternū, pfectū, impossibile est cogitare ipsum nō esse. Quo deuoti doctoris testimonio confirmat positio: qua ante disserui ꝙ deū esse sit omnino per se notū. Elucescit ergo ꝙ esse diuinū sit æternū ac primū maxime causans, præstātissimū, simplicissimū, purissimū, immēsum, plenissimū, actualissimū, formalissimū, illimitatū, per cūcta incedēs oīa penetrās, immutabilissimū ac præsentissimū. Vnde beatus Hilarius 7. de trinitate ipsum esse deo potissime cōpetere docens, Esse inquit, nō est accidēs deo, sed subsistens ueritas, ma

Bonauentura.

Albertus.

Hilarius.

tientis causa & naturalis proprietas. Et diuinus Dionysius quinto capitulo de diuinis nominibus, deū in nomine suo præclaro quod est esse cōtēplans ac laudans: Laudemus (inquit) diuinam bonitatē et existentē, & omibus entibus existentiā exhibentē: ipsa equidē substātificatrix & causa est totius esse secundū supersubstantialē suā uirtutē: estq; creatrix omnis existētis substantiæ, personæ atq; naturæ: oīm seculoꝝ principiū & mēsura: nō eñ dicitur deus aliquo particulari modo existēs, sed simpliciter, uniuersaliter, indefinite & incircūscripte, qa essendi plenitudinē in seipso accepit: propter q̄d rex seculoꝝ uocaꝰ, tanq̄ substitutor cuiuslibet particularis entis ac esse. Insup ut sciaꝰ cur esse tā proprie cōpetit deo, pēsemus qd de ipso esse creato secūdū se atq; cōmuniter sumpto dicūt philosophi. De ipso nēpe noster gloriosus Philosophꝰ fidelis Boëthius dicit, ꝙ esse sit actualissimū: imo ipsum est actualitas omniū perfectionū posterioꝝ: qa nec uita, nec sapiētia, neq; cognitio, nec natura, nec gratia, aliquid actualitatis seu perfectiōis sortiꝰ nisi inquantū participat esse seu rationē entis includit. Propterea Auicēna in sua Metaphysica astruit, ꝙ esse uel ens est primū q̄d cadit in intellectu: nil eñ intelligiꝰ nisi inquantū est ens: Vnūquodq; nāq; intelligiꝰ secūdū ꝙ est in actu: unde non ens seu nihil intelligitur per ens uel aliquid. Ens quoq; in potētia intelligitur per ens in actu. Esse ergo secundum propriam rationem nominat actualissimam perfectionem summe communem atq; causalem. Iccirco in libro de Causis habetur: Esse est prima rerum creataꝝ: & nō est ante ipsum creatū aliud: quod Proclus in Elemētatione Theologica, Dionysius quoq; 5. de diuinis noībus cōtestanꝰ, causam hm̄odi assignantes: qm̄ cæteræ participatiōes diuinę bonitatis, uidelicet uiuere, sentire, cognoscere, sapiētia, pietas, sanctitas, ac reliquæ bonitates creatæ, præsupponūt ipsum esse, & participant ipsum. Quū ergo noīa creaturarum ad perfectionem spectantia deo præsertim conueniant, constat ꝙ esse deo potissime conuenit. Vnde Damascenus 1. lib. fatetur, ꝙ esse seu qui est, uidetur primū principale q; nomen dei: quia uelut pelagus quoddam totum in se comprehendit substantiæ infinitum & indeterminatum.

Dionysius. | Esse creatū qd. | De esse uide Pau Sonc. 4. met. q. 12. & 13. Caieta. super de ente & es. sen. c. 5. q. 10. | Auicenna. | Proclus. | Dionysius. | Damascenus.

Articulus XVI. Quòd deus est essentialiter bonus: & ꝙ natura dei est bonitas: & ꝙ nulla res post deum sit essentialiter bona.

Bonum insuper teste Philosopho est quod omnia appetunt: Bonum quippe est appetitus primum obiectum. Quanto igitur aliquid ex seipso appetibilius inueniꝰ, tanto melius perhibetur: nil eñ appetitur nisi uel uere bonū uel bonū apparēs: nam malum sub ratione mali nunq̄ appetitur. Omnia autē propriam perfectionē ac fixionem desiderant. Quemadmodum ergo nihil secūdorum fine diuina bonitate communicante ac conseruante esse uel bene esse aut permanere ualet, sic deus gloriosus & fortis, omnibus rebus est primum ac summe optabilis, & omnia ipsum finaliter appetunt naturali affectu: deus ergo prime ac summe bonus existit, nō particulariter uel quantū ad certū genus, sed uniuersaliter & absolute. Deniq; bonū uocaꝰ quod proprię perfectionis diffusiuū est: Bonū eñ secundū Dionysiū diffundit seipsum. Quū ergo deus æternus & felix, perfectus, nulliusq; egens ob propriæ bonitatis plenitudinē, ob propriæ perfectionis liberalitatē, ob propriæ dilectionis exuberantiam cuncta cōdiderit, uniuersa conseruet, singulisq; prouideat, liquet ꝙ ipse naturaliter bonus sit: ita ut eius essentia sit bonitas pura: quēadmodum quarto capitulo de diuinis nominibus Dionysius copiose deducit: introducēs exēplū de sole corporeo qui æterni atq; intelligibilis solis anima illustrātis euidēs est imago. Quēadmodū itaq; sol iste uisibilis nō promissa deliberatione neq; præhabita electiōe, sed ex ingeniti luminis fœcunditate seu principali suæ naturæ proprietate, radios suos circū quaq; diffundit, & singula sicut capacia sunt ornat atq; irradiat, & si aliquid non illuminaꝰ, non est defectus ex sole sed ex propria improportione: sic bonitas diuina incōparabiliter super solē perfecta bona ac plena, uniuersis se creaturis cōmunicat, & cuncta capacia radijs ornat: atq; quātū in se est nil imperfectū seu tetrū ac luminis expers relinquit. Deus ergo ex seipso & naturaliter atq; totaliter bonus est: ita ꝙ secūdū nullā cōsiderationē, cōparationē uel possibilitatē est non bonus. Hoc aūt nulli bonitati creatę, nulli bonitati finitę, nulli bonitati depēdēti cōpetere pōt. Oīs eqdē bonitas talis, bonitatē participat: & diuina sūmaq; bonitate per intellectū paulisper subtracta, nequaq̄ bona manebit. Res ergo creatæ nō sunt substantialiter bonę, nec substātialia bona, ut in libro de Hebdomadibus tractat Boëthius: sed per participationē duntaxat. Nec sunt bona per se sed per aliud. Verūtamē secundū Thomā in prima parte, Bonū creatū quāuis nō ualeat dici bonū p se, nihilominus dici pōt unū seu ens per suā essentiā: qm̄ tantū indiuisionē designat: & ens actū essendi importat: quę rei per pro-

Dionysius. | Deus est sibi diffusiuus. | Deus est absolute bonus. | Bonitas creaturę est participata. | Boëthius.

priam naturam conueniunt non utiq; efficienter sed formaliter: quẽadmodũ homo est animal per se formaliter: quoniam esse animal est de ratione hominis, non aũt efficienter: quia omne creatũ de se, in se, & per se nihil est effectiue loquẽdo. Bonũ uero superaddit enti perfectionẽ quandã, in qua ratio boni cõsistit: uidelicet rationẽ appetibilis & perfecti: Perfectio aũt per operationẽ acquiritur: iccirco nõ dicitur res creata per se bona sed per aliquid aliud. Ideo itaq; solus deus sic naturaliter, independẽter atq; totaliter, quomodolibet ac omniformiter bonus est, ut natura eius sit bonitas: quia nulla positione possibili facta sequitur ipsum non esse: Et uniuersis naturis creatis destructis, ipse æque perfectus manet ac bonus: nec bonitas eius terminũ habet: non fine concluditur: non minorationẽ admittit: sed uere plena immẽsaq; fertur. Iccirco qualitercũq; consideretur aut cõparetur, semper perfectissima atq; ditissima manet: Propter quod quomodolibet ac uniformiter bona cẽsetur. Vnde Plato in 1. Timæi deũ naturaliter bonũ designans, discendũ inquit, cur conditor, genitorq; uniuersi uniuersum mundũ instituendũ putauerit? Et respondẽs optimus, inqt, erat. Ab optimo porrò inuidia lõge religata est. Itaq; sui similia prout uniuscuiusq; natura capax esse poterat, cuncta deus effici uoluit. Quã quidẽ dei uoluntatẽ originẽ rerum certissimam si quis ponat, recte eum putare cõsentiam. Hæc uerba Platonis Damascenus sectatus primo libro dicit: Bonus existens deus & omnis boni tributor, nõ utiq; inuidiæ aut passioni alicui extat suppositus: longe enim à diuina natura quæ impassibilis & sola bona est, distat inuidia. Deus igitur tanquam omnia sciẽs, & quod cõfert unicuiq; prouidẽs, id quod utile est nobis, cognoscere reuelauit: quod aũt non poteramus ferre, celauit ac siluit. Hæc uerba Damasceni pulchra sunt & sensu plenissima. Porrò prædictã bonitatẽ ac cõmunicabilitatẽ declarãs doctor diuinus, Deus ait, est quoddam fluens ac refluens mare, quod incessabiliter in oẽs suos fluit dilectos secundũ uniuscuiusq; indigentiã ac dignitatẽ: & est refluens atq; in se trahẽs uiuersos quos implet ac ditat cũ omnibus quæ habet aut possunt. Hoc quippe à suis postulat deus ut cũ laude & gratiarum repensione refluant redeantq; in ipsum: & sibi semper adhæreant. Nunc ergo mi frater dilecte, si quæ in nobis est lux mentis, si quæ cognitio ueritatis, si tenebræ non obcæcauerunt corda nostra, aduertamus, atq; pensemus, quo charitatis calore, quo sanctæ affectionis ardore, quo diuini amoris feruore, qua mentis munditia contẽplandũ, affectandũ amandũ ac amplectendũ sit hoc bonũ æternũ, bonũ diuinũ, bonũ immensum. Enimuero si unũquodq; intantũ extat amabile quantũ sortit de bonitate, nõne hoc bonũ quod essentialiter, totaliter atq; infinibiliter bonũ & pulchrũ, suaue ac splendidũ, uiuũ atq; beatũ cõsistit, incõparabiliter & indesinẽter est amãdũ, reqrẽdũ, ac cõtẽplandũ? Mũdemus ergo ei aĩam nr̃am inordinatos spernẽdo affectus, & pueriles actiones, instabiles, uanas ac uiles. Nõne prorsus cæci atq; miserrimi sunt qui ista quæ de diuino esse diuinaq; bonitate præhabita sunt certissime noscũt, nõ tamẽ deũ sicut deũ glorificant, timorate & pure obsequẽdo altissimo dño, sed carnaliter & negligẽter uersant in creaturis, cõsolari quærẽtes, nec se totos ad creatorẽ uertẽtes. Isti gẽtilibus deteriores censendi sunt: de qbus ait Aplus, quod cũ deũ cognouissent nõ sicut deum glorificauerunt: sed euanuerũt in cogitationibus suis, & seruierũt atq; per amorẽ adhæserunt creaturis potius q̃ creatori. Quorum uestigia heu multi Christianorum philosophi damnabiliter infeliciterq; sequuntur.

Deus est sua bonitas.

Plato.

Damascenus.

Dionysius.

Exhortatio ad diuinũ amorẽ.

Rom. 1.

Articulus XVII. Quid sit prius ac principalius nomen dei, bonũ uel ens.

AMbiguitas porrò qua quæritur, quid prius ac potius deo cõueniat, bonũ uel ens, seu esse uel qui est, originẽ sumit ex dictis magnorum uirorum qui sibi in isto contrarii uidentur. Sacratissimus enim ac theologorum princeps diuinissimus Dionysius 4. capitulo de diuinis nominibus, astruit bonũ esse primũ atq; potissimũ nomen dei: & quod dei natura sit bonitas pura. Vnde Dionysius diuina nomina pertractando, primo tractat de bono uidelicet 4. capitulo: deinde de ente 5. capitulo de diuinis noĩbus. Huic aũt cõsonat uerbũ saluatoris: qui adolescenti sibi dicẽti, Magister bone, quid faciẽs uitã æternã possidebo? ita respondit: Quid me interrogas de bono? nemo bonus nisi solus deus: quasi deo sit propriũ esse bonũ: quod utiq; Christo cõuenit: quũ ipse sit uerus deus: sed hoc adolescens ille de Iesu quẽ prophetã putauit, non sensit nec credidit: ideo increpationẽ hãc meruit. Sed his obuiat quod Damascenus primo libro inducit: Videtur inquiẽs, omnibus quæ de deo dicuntur nominibus, principalius esse qui est: quẽadmodum ipse oraculo loquens Moysi in monte ait: Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israël: Qui est misit me ad uos. Hanc demum contrarietatem sanctus Thomas prima parte dissoluere uolẽs, asserit quod absolute loquendo ens sit prius secundum rationem quàm bonum: primum enim in intellectu cadens

Opinio Dionysii.

Matt. 19.

Opinio Damasceni.

Exod. 3.

Vide 1. p. q. 5.

cadens est ens. Veruntamen Dionysius primo tractat de bono in loco prætacto, quia tractat de diuinis noibus prout respectū seu habitudinē causæ circa deum designant: quia ex rebus creatis deum cognoscimus & nominamus: Bonū aūt spectat ad causam finalē: nam bonū & finis coincidunt secundū Philosophū. Vnde Cyrillus: Amamus inquit, uniuersa propter bonū: Et finis omniū desiderabiliū ac summū amabiliū est bonū: Ens aūt seu esse, ptinet ad causā efficiētē. Quū itaq; causalitas finis prior sit causalitate efficiētis, efficiēs eñ nō agit nisi motus à fine, quū finis sit primū in intētione, icci rco bonū q̄tū ad rationē causandi prius est ente: sicq; Dionysius ordinat bonū ante ens. Deniq; Bonauentura in itinerario mentis in deum hāc difficultatē plenius soluens, Duo inquit, sunt modi seu gradus contēplandi deū: quorum unus uersat circa essentialia dei: alius circa propria personarum. Primus modus primo & principaliter defigit aspectū in ipsum esse dicens q, QVI EST, est primū nomē dei: Secūdus uero defigit aspectū in bonū, dicens q ipsum sit primū nomen dei. Primū spectat potissimū ad uetus testamentū q̄d maxime prædicat diuinæ essentiæ unitatē: unde dictū est Moysi: Ego sum qui sum: Et: Audi Israël, deus tuus deus unus est. Secundus aūt ad nouū q̄d determinat personarum pluralitatē baptizādo in noīe patris & filij & spiritussancti. Ideo magister noster Christus, uolens adolescentē qui legē seruauit ad euangelicā leuare perfectionem, nomen bonitatis principaliter atq; præcise deo attribuit: Nemo inquiens, bonus nisi solus deus. Damascenus ergo sequēs Moysen dicit q, q est, sit primū nomē dei. Dionysius aūt sequēs Christum dicit q bonū est primum nomen dei: Hæ uero responsiones quodāmodo in idē redire uidentur: hoc nēpe ambæ prætendunt, q deus considerari potest dupliciter: Primo secundū se: sicq; primū nomen eius est ens, uel qui est seu esse: Secundo prout est principiū emanationis siue adintra siue adextra: & ita primū nomen eius est bonū. Et quāuis responsiones istæ sint pulchræ, nō tñ cōtentant neq; quietant solicitū inuestigatorē: Dionysius eñ & ante eū Hierotheus, quē Dionysius intantū cōmendat, ut dicat apostolos quoq; sapiētiā eius fuisse miratos, concorditer astruunt q participatio boni extēditur usq; ad non ens, ita q non ens participat bonū, & appetit ipsum: per non ens aūt materiam notat, quæ secundū se nec est quid, nec quale, nec quantū, quum sit pura potentia: substantificatur eñ per posse secundū Auerroim & Albertū. Itaq; secūdum Dionysii intentionem, bonum est prius & latius atq; cōmunius ente: nam ad plura extendit se. Dico igitur q secundū intentionem Dionysii simpliciter & absolute loquendo, bonū est primum atq; pręcipuū nomen dei, nō Qui est. Et in hoc Dionysius Platonicos sequit: qui ordinabant bonū ante ens, dicētes materiam esse non ens, propter actualitatis carentiā: sed tamē dicebant eā esse bonū quia appetit bonū scilicet formā: Appetitus nanq; ex similitudine nascit. Nisi ergo materia aliq̄d de bonitate participaret, nequaq̄ appeteret bonū. Igit q̄d Thomas super secundū Sententiarum affirmat Dionysiū pene in oībus quantū ad naturalē philosophiam pertinet, Aristotelē esse secutū, quāuis in multis ueritatē possit fortasse sortiri, in multis tamen instantiā patit, sicut & in loco præsenti: Quæ eñ nūc de cōmunitate & prioritate boni ante ens, & non entitate materiæ dicta sunt, in Elementatione theologica Procli Platonici inueniunt conscripta. Et eñ secundū Platonē & Proclum, ipsa primordialis materia quāuis æterna sit, tamē à summo bono hoc ipsum q̄d habet & est, participauit sortitaq; est. Sed dicet forsitan quispiam: si Dionysius absolute intendit q bonū sit per prius nomē dei q̄ ens, quid ergo tenendū est? Et respōdendū q utiq; non est facile determinare hoc ipsum. Veruntamen dico q quū deū incōprehensibilē ac superessentialē ex creaturis noscamus & nominemus, icci rco id in quo diuina perfectio plenius puriusq; resplēdet, primo atq; potissime deo conuenit: & ipsum principaliter nominat. Hoc aūt bonū esse uidetur. Bonū eñ includit ipsum ens, superadditq; ei rationē appetibilis ac perfecti, sicut in libro de Hebdomadibus Boëthius tangit: Et ideo in nomine boni diuina perfectio excellētius fulget. Nec obuiat quod Moysi dictū est: Ego sum qui sum: & Qui est, misit me. Per hoc eñ innuit, q soli deo cōpetit esse secūdū pfectā ac plenā rationē essēdi: nō aūt q esse sit primū nomē dei atq; pręcipuū. Sicut nec sequit, q immortale uel potens sit primū nomē dei, quāuis dicat Apostolus: Beatus & solus potēs deus, qui solus habet immortalitatē & lucē habitat inaccessibilē: nil quippe insinuatur per hoc, nisi q immortalitas atq; potētia soli deo perfecte cōueniunt. Deniq; natura cuiuslibet entis principalissimo explicanda est nomine: cur ergo natura dei dicitur bonitas pura potius q̄ pura essentia, purus intellectus, uel puritas uera, nisi quoniam bonum est principalius nomē dei q̄ reliqua? Hæc tamen magis tangendo q̄ determinando induco: Nam quæstionē hanc plene discutere, ampliori eget examine.

Contēplandi deū modi duo.

1. Timo. 6.

Articulus XVIII. Et est demonstratio per rationes naturales, q̄ non sit nec esse possit nisi unus uerus deus.

Licet interea multæ queant rationes adduci ad diuini esse uniusq; ueri dei unitatē probandā, illa tñ potissima atq; certissima est & itē facilima, quā magni philosophi & præclari quoq; theologi introduxerunt: Si nāq; sunt duo uel plures ueri dñ, uel in omnibus cōueniūt, uel in aliquo differunt: si in oībus cōueniūt, nequaq̄ sunt duo seu plures: cōueniētia em̄ pluralitatē non facit. Si aūt in aliquo differūt, ergo unius pfectio alteri deest: non ergo uterq; pfectus est: unde nec uerus deus. Hāc rationē Damascenus, et auctor libri de Causis inducūt: & ipsa à Platone formata est: Deniq; deus est pfectus & simplex: qa ergo perfectus, oīs ei nobilitas inest: qa uero simplex, ipse substātialiter est sua pfectio. Si ergo sunt plures dñ differentes, quū uterq; sit substantialiter sua simplex ac summa; imo immēsa perfectio, utriq; deerit sūma atq; immēsa pfectio: sicq; neuter erit uerus deus. Amplius ex ordine reꝝ, ex ordine q̄q; causaꝝ, atq; ex ordine gubernantiū probatū est esse unā primā essentiam primāq; causam, ac primū rectorē. Prima aūt essentia primaq; causa, ac primus rector est uerus deus: nō ergo est nisi unus uer⁹ deus. Preterea mūdus ab uno principio emanauit: nec potuit idē mundus à pluribus essentialiter distinctis creari: nō est ergo nisi unus creator qui solus adorandus digne censet. Possent aūt aliæ multe rationes produci: quas qa alibi plenius posui, hic omitto. Postremo elucescit ex his error Rabi Mosis & Varronis dicentiū unitatē dei non esse demōstrabilē sed solū per legē ac fidē innotuisse. Insup unitatem dei uetus & noua lex concorditer astruunt: Scriptum est enim: Audi Israēl, deus tuus, deus unus est: & Deut. 32. Videte q̄ ego sim solus, & nō sit alius deus preter me. Apl̄us quoq; ad Hebræos: Mediator inquit, unius nō est: deus aūt unus. Et alibi: Vnus dn̄s, una fides, unū baptisma. Præterea de⁹ est maxime unus: unū em̄ cū ente cōuertit: nilq; reale ei superaddit, sed indiuisionē dūtaxat: dicit em̄ unū quasi ens indiuisum. Quū ergo sit deus maxime ens, tanq̄ omnē plenitudinē essendi cōplectens ac possidens, sicq; potissime indiuisus à se, sicut qui summe simplex inuariabilisq; consistit, atq; per propriā suā purā bonitatē ab om̄ibus differens, cōstat q̄ sit maxime unus. Nec solū est unus & unū, sed unitas prima, pura, exēplaris ac summa. Vnde Dionysius ultimo cap. de diuinis noībus: Vnus inqt, dicit de⁹: qm̄ unitiue est omnia secundū plenū unitatis excessum. Quòd uero unū cū ente conuertat hinc liquet, q̄ Dionysius protinus addit. Vnum est inegressibilis omnium causa: nihil est enim existentium quod non participet uno: sed quemadmodum numerus participat unitate: nam dicitur unus ternarius: unus denarius: sic omnia uno participant. Vnum quippe uniuersaliter sumptum, est causa omnium rerum formalis, sicut & genus est causa speciei: unū uero per se primo, ac separate subsistēs quod est deus benedictus & sanctus est omniū causa efficiens exemplaris atq; finalis. Deniq; non est aliqua multitudo que non participet uno, quemadmodum Proclus subtiliter probat: Et Dionysius decimotertio capitulo de diuinis nominibus inductiue demonstat cum ait: Quæ multa sunt partibus, sunt unum toto: & quæ multa sunt accidentibus sunt unum subiecto: & quæ multa sunt numero, sunt unū in specie, & quæ multa sunt specie, sunt unum in genere, quæ uero sunt multa processibus, sunt unum principio. Et si auferas unum, neq; totum erit, neq; totalitas, neq; pars neq; partialitas, neq; aliquid existentium erit. Ideo Proclus: Omnis ait, multitudo secūda, est ab uno: & iterum: Omnia entium procedunt ab una causa prima.

Deut. 6.

Ephe. 4.

Articulus XIX. Quòd deus æternus est ueritas prima & exemplaris, omnisq; ueritatis creatæ causa fontalis.

Proinde quum esse diuinum sit maxime illimitatum seu incontractum atque perfectum, iccirco nomina communissima, qualia sunt ens & conuertibilia secum: nomina quoque quæ perfectionem simpliciter dictam includunt, uidelicet sapiens, felix, sublimis, omnipotens, deo præsertim conueniunt. Quum ergo bonum & ueꝝ ac unum conuertantur cum ente, deo maxime competunt: nil nanq; reale addūt ad ens, sed aliquid secundū rationē: Ens em̄ dicit bonū in ordine ad appetitū, quia appetibile dicit etiā ueꝝ in ordine ad intellectū, qa cognitioni cōformabile. Dicit quoq; unū, qa à seipso indiuisum. Omne igitur ens est unū & ueꝝ ac bonū: sed quēadmodū esse & bonū ac unū deo potissime cōgruunt propter rationes inductas, ita & ueꝝ. Oportet ergo aduertere q̄ duplex est ueritas: Est enim ueritas naturæ seu rei quæ aliud nihil est nisi essentia rei. Et est ueritas intellectus

Veritas duplex.

intellectus seu propositionis, quæ est enũtiatio intellectualis ueritatis. Veruntamẽ utriusq; ueritatis ratio in quadã conformitate seu adæquatione uel æqualitate consistit. Veritas eqdem intellectus est adæquatio ipsius intellectus ad rem intellectam: ueritas autẽ naturę seu rei est adæquatio, uel conformitas rei ad intellectum uel cognoscentem uel certe causantẽ. Quẽadmodũ nempe nostri intellectus cõceptio dicitur uera inquantũ ęquatur seu conformatur naturæ uel proprietatibus rei, sic res ipsa dicitur uera inquantum conformatur exẽplari rationi quã habet in mente sui authoris, ut astruit Auicẽna. Dicitur enim uera domus quę talis est in re ad extra, sicut in mente artificis erat concepta. Quemadmodum aũt oĩa artificialia comparantur ad intellectum humanum qui uidelicet est causa ipsorũ, sic uniuersa naturalia comparantur ad intellectũ diuinũ. Vnde sic artificialia appellantur uera, quoniam perfectionem debitam assequuntur secundum præconceptionem artificis: sic naturalia uera dicuntur, quia perfectionem specificam suæ naturæ adipiscuntur secundum ordinationem sapientiæ dei, seu ad imitationem idealium rationum mentis diuinæ, ut dicatur uerus homo, uerus lapis, uerus leo: quoniam naturas habent specificas naturaleq; esse secũdum dispositionem causalem mentis diuinæ. Enimuero esse diuinum seu deus utroq; modo excellẽtissime uerus perhibetur: ueritas enim intellectus deo optime conuenit, cũ ipse æternaliter & quasi præsentialiter, clarissime ac infallibiliter atq; distincte cognoscat. Veritas quoq; naturæ seu rei deo excelso præcipue competit, cum esse diuinum sit summe perfectum ac diuino intellectui summe conforme & adæquatum uel potius unum. Vnde secũdum Auicennam in sua metaphysica, ueritas rei uocatur secundum q res actum seu perfectionem suæ naturæ cõsequitur, & nata est facere ueram æstimationem in intellectu. Cum igitur solius dei esse sit plenum & purum atq; perfectum, soliq; menti diuinæ perfecte comprehensum seu cognitum, elucescit q deus utroq; modo sit maxime uerus. Porrò ueritas mentis diuinæ est causa fontalis ac prima omnis ueritatis creatæ: quoniam deus gloriosus & felix nil sine certissima ratione producit, sed omnia secundum ideales exemplaresq; rationes molitus est: quippe qui omnia in sapientia condidit, atq; in mensura, numero ac pondere cuncta constituit. Propterea quoq; intellectus diuinus est mensura seu regula omnis ueritatis creatæ: ita ut ideo unumquodq; sit uerum uel falsum, quia à deo tale censetur: imò quicquid deo apparet, necesse est uerum consistere: sicut & ars uel ratio artificis dicitur regula artificialium rerum. Sed quoniam artifex errare potest & falli in opere suo, iccirco nõ est necesse artificiata semper conformari iudicio sui artificis: interdum enim non fiunt directe propter eius errorem. Intellectus uero diuinus nec errare potest nec decipi: ideo semper oportet cuncta creata diuino conformari iudicio: imò si quis insensatus affirmet intellectũ diuinũ posse falsum esse, uel deũ posse à ueritate recedere, tunc uerum non erit uerũ, & falsum non erit falsum: & uerum erit falsum atq; econtrà: peruertetur q; omnium entiũ ordo, & discolorabitur protinus omnium rerum ornatus, pulchritudo ac species. Quum ergo in omni ordine primum dicatur perfectum, & posteriorum mẽsura & causa deus adorandus & uiuus, quum sit simpliciter primus ac simplex, est maxime naturaliter uerus & ueritas ipsa, omnisq; ueritatis secundæ causa originalis, origo idealis, idea æternalis, inuiolabilis regula, certissimaq; mensura. Hoc autẽ sacra scriptura ubertim testatur. Scriptum est enĩ in psalmo: Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Et Psal. 144.
Danielis tertio: Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & gloriosum nomen tuũ in secula: uniuersa opera tua uera, & uiæ tuæ rectæ, & uera sunt omnia iudicia tua. Et Apocalyp. XV. Etiã domine deus omnipotens, uera & iusta iudicia tua. Et hęc quidẽ de ueritate intellectus accipi possunt. Demum q ueritas naturæ seu rei deo conueniat, patet Iohannis I. Erat, inquit, lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et Christus de se loquens Iohannis decimoquarto: Ego, ait, sum uia, ueritas & uita. Prædictis insuper consonat quod secundo Primæ philosophiæ Aristoteles introducit dum ait: Id qd est maxime uerũ & maxime ens uidelicet deus, alijs omnibus causa est entitatis & ueritatis.

Articulus XX. Cur deus dicitur actus purus, & q̃ utile sit hoc intelligere, eò q multa pulchra sequantur ex hoc.

OPortet præterea præhabitorũ reminisci, ubi distinctio inter actũ & potentiã explanata consistit. Quum enim actus sit principium transmutandi, influendi atq; mouendi aliud, potentia uero sit principium transmutandi seu mouendi ab alio recipiendo illius influxum, constat quod actus dicatur illa natura quæ in se ita perfecta est, quod in aliud agere potest. Potentia uero uocatur illa essentia quæ in se im-

perfecta existens, influentiam capit ab alio. Porrò purum id dicitur quod suo contrario est impermixtũ: ut purũ albũ quod nil habet de nigro adiunctũ. Dicitur itaque deus esse purus actus, quoniã ipse in seipso ita perfectus & diues ac plenus est, ꝙ in omnia alia agere potest, producendo, transmutando, influendo, conseruando, gubernando: ita ꝙ ipse nulla ꝑfectione est expers nulliusq́ꝫ eget, sed eo potius omnia indigent. Quũ ergo nulli secundorum hoc cõpetat, palã ꝙ solus deus sit purus actus. Dicitur nẽpe actus, qm̃ aliorum est causalis atq; motiuus. Et dicitur actus purus, quia de potentia seu de potentialitate, cuius proprietates sunt moueri, recipere, perfici, nil habent adiunctũ. In hoc ergo ꝙ Aristoteles deũ disseruit purum actũ, ipse cognouit & nobis patefecit, ꝙ deus est uere incommutabilis, ęternus, perfectus, simplex, immensus: Nil enim mutatur nisi impressionẽ mouentis recipiat. Mouentis autẽ impressionẽ recipere, potentiæ conuenit non actui puro. Nil etiã incipit nisi sit in potẽtia ad esse dependeatq́ꝫ ab alio: quod palam est actui puro nequaquam competere. Iterum quod est purus actus, omni actualitate ac nobilitate ornatur: aliter esset aliquo modo in potẽtia: quia perfici posset: actus igitur purus est omnino perfectus. Est etiã maxime simplex, nam prima cõpositio est ex actu atq; potentia. Cum itaq; purus actus totius potentiæ admixtione penitus careat, sequitur ꝙ prima cõpositione & per consequens omni cõpositiõe sequenti sit carens ac per hoc innotescit ꝙ deus sit quædã natura incorporalis & immaterialis intẽperalis & illocalis. Quod enim caret potentia, caret materia: quũ materia sit pura potentia: & quod caret materia, immateriale est & incorporale. Vnde Iudæi atq; hæretici qui diuinæ naturæ corporalia lineamẽta attribuebant, multò detestabilius senserũt de deo q̃ gẽtiles philosophi. Itaq; sicut materia prima appellaꝉ pura potẽtia, quia secundũ seipsam nude & absolute accepta, omni actualitate ac formali proprietate priuaꝉ, sed est in potẽtia ad omnes formas substantiales & accidentales, ad oẽs motus ac alterationes, sic deus beatus & immortalis dicitur purus actus, quia in sua natura immunis & liber est ab omni potentialitate ac materiali proprietate: ita ꝙ nil ei de nouo accidere potest: nec eius natura aliquo mõ recipere quicq̃ aut perfici ualet. Deus enim & materia, sunt duo extrema summe distantia, atq; à seinuicẽ primo diuersa, non per differentias aliquas, sed seipsis, ꝑ propriasq́ꝫ naturas. Porrò alia multa sequunꝉ ex hoc ꝙ deus est actus purus: de quibus seorsum tractabitur. Nec puto Aristotelẽ unquã tam subtile & utile uerbũ esse loquutũ, sicut ꝙ dixit deũ esse purum actũ: q̃d eum 12. Primę philosophiæ dixisse recordor.

Articulus XXI. Q deus proprie appellatur essentia, abusiue autem substantia.

VT aũt VII. de Trinitate Augusti. testatur, Essentia dicitur ab esse, substantia uero à subsistere. Quẽadmodũ ergo esse deo tam proprie cõpetit, ut ei duntaxat plene perfecteq; cõpetat, sicut & Iob sanctus fatetur, Quis potest facere mundum de immundo conceptũ semine, nõne tu qui solus es? Sicut itaq; esse deo soli propriissime conuenit, ita & ipse aptissime dici potest essentia. Deniq; tam proprie deo essentia quæ Græce uocaꝉ οὐσία ascribitur, ut Augustino testante fortassis solũ deũ oporteat dici essentiã: Vere eñ solus est qui prorsus incõmutabilis existit. Vnde Hieronym⁹ ad Marcellã ait: Deus solus qui exordio caret, uere essentiæ nomen tenet: cuius natura propter suã immutabilitatẽ nec præteritũ nouit neq; futurum: Non est enim in deo successio. Subsistere uero dicunꝉ, in quibus quasi in subiectis sunt aliqua: Subsistere nanq; est sub alio esse. Quod secundũ Augustinũ VII. de Trinitate rebus mutabilibus atq; cõpositis congruit, quũ ipsæ accidentiũ fiãt subiecta. Quũ igiꝉ dei natura simplicissima inuariabilisq́ꝫ consistat, in quam nec motus nec accidens cadere ualet, sicut ipsa nulli subijcitur accidenti aut formæ, ita nec substantia proprie appellatur: sed potius abusiue, sumẽdo substantiã pro essentia. Sed quæri potest, an intelligẽtia proprie nominetur substantia? Et respondendũ, ꝙ in omni natura intellectuali creata diuersificantur esse, posse & agere. Intelligẽtia igitur dici potest substãtia, quũ eius natura sit subiectũ suæ potentiæ & potentia actionis. Intelligẽtia quoque quũ habeat esse limitatũ, receptũ atque specificũ, poniꝉ in categoria seu prædicamento substantiæ: non autẽ deus cuius natura prorsus immensa illimitataq; est, super omne genus ordinemq; existens. Iccirco intelligentia proprie dici potest substantia non deus. Nihilominus qm̃ usus doctorum est deũ appellare substantiã, decet nos consuetudinẽ assequi, & nomẽ substantiæ congruenter interpretari, non prout à subsistendo accidentibus diciꝉ, sed prout à ꝑ se stando nomen sortitur: Etenim substantia dicitur res nulli subiecto inhærens nec alteri innitens, quod deo præcipue competit: quum ipse sit bonitas separata, idealis atque ꝑfecta.

Subsistere.

Deus quõ sit substantia.

Articulus

Articulus XXII. An hoc nomen deus sit maxime proprium deo, uel communicabile etiam aliis: an sit nomen naturę uel actionis seu operationis.

AGnoscendum quoq; q nomen deitatis seu nomen hoc deus non est communica
bile multis secundũ ueritatẽ, quum diuina natura sit purus actus qui multiplicari
nõ potest. Quum ergo hoc nomen deus designet naturam excellentissimã atq; Deus ẽ nomẽ
perfectam, secundum rem plurificari non ualet, nec est communicabile multis se incommunicabile.
cundum uerum ipsius intellectum: sed solum secundum uanam & falsam errantium opi-
nionem multos deos ponentium: uelut si quis asserat multos esse soles: tunc nomen solis cõ
mune fit multis secundum opinionem: tamen nomen dei incomparabiliter incommunica- Deus dicitur nomen incõmunicabile.
bilius est quàm nomen solis. Veruntamen aduertendũ q quum sacra scriptura utatur plu-
raliter nomine dei iuxta illud: Dij fortes terrę uehementer eleuati sunt, Et alibi, Diis non Psal.46.
maledices, iccirco hoc nomen deus secundum similitudinem seu participatam proprieta- Exo.22.
tem communicabile dicitur multis: Sicut enim quis dicitur canis propter furorem, uel lu- Primo.
pus propter uoracitatem, sic sancti perfectiq; uiri, dicti sunt dii propter diuinę uitę assimi-
lationem quæ in contemplatione ac dilectione consistit. Rursus quia hoc nomen deus ha- Secundo.
bet modum significandi communem, quemadmodum homo uel lapis, propterea commu
nicabile dici potest quantum ad modum significandi, non autem quo ad rem significatam.
Vnde considerando rem significatã hoc nomine deus, Thomas fatetur q hoc nomen deus 1.par.q.13.ar.8.
est magis proprium nomen dei quàm Q_VI EST, quum sit magis incommunicabile: sed Exo.3.
considerando modum significandi & consignificandi, sic qui Q_VI EST magis proprie po
nitur nomen dei q̃ hoc nomen deus: Nam Q_VI EST designat ipsum esse secundum se, q̃d
maxime cõpetit deo: designat quoq; ipsum esse ut in præsenti, quod item deo est propriũ,
quũ ipse solus sit perfecte inuariabilis atq; æternus. Præterea difficultas consurgit an deus Dubitationis secundæ resolutio.
sit nomẽ naturæ uel operationis: Ambrosius enim in libro de Trinitate asserit, q sit nomẽ
naturæ: Damascenus uero primo libro clare testatur q sit nomen operationis, affirmans q Ambrosius.
Q_VI EST sit primum nomen dei, esse diuinum seu naturã significans: Deus autem sit no- Damascenus.
men secundum scilicet operationem importãs: Nam ut ait, deus dicitur à θέειν quod est cura- Deus unde dicatur.
re uel fouere, omnium enim deus curam habet: uel ab αἴθειν quod est ardere: quoniam deus
est ignis innocue ardens, omnemq; prauitatem consumens: uel à θεᾶσθαι, quod est omnia con-
siderare: Deus enim est omniũ contẽplator, quẽ nulla cogitatio latet. Porrò dissonantiam 1.Reg.16.
istã sanctus Thomas prima parte satis concordat atq; determinat. Docet equidẽ q in aliq Heb.4.
bus idem est id à quo nomen imponitur & cui nomen imponitur: sicut in his quę per seipsa Vide 1.par.q.13 in diuersis articulis.
noscuntur, quemadmodũ qualitates sensibiles, ut color, calor & lumen: Hæc enim nomina
ab ipsa essentia imponunt: in alijs uero differunt cui nomen imponit, & à quo nomen impo
nitur, puta in his quæ non per seipsa, sed per operationẽ aut proprietatẽ aliquã innotescũt,
ut substantiæ quæ per accidentia cognoscunt: Accidentia enim magnã parte conferunt ad
cognoscendũ q quid est. Quẽadmodũ ergo in nomine lapidis aliud est à quo nomen im-
positũ est, scilicet læsio pedis, & aliud cui nomẽ impositũ est, scilicet ipsa essentia lapidis: ita
considerandũ est in hoc nomine deus: Quantũ enim ad id cui nomen imponitur, est nomẽ
naturæ: sed quo ad id à quo est nomen impositũ, dici potest nomen operationis: imponitur
nanq; hoc nomen deus ad designandã substantiã summã, perfectã, diuinã, sine respectu ad
alia. Videtur autẽ mihi superfluũ, multũ immorari huic materiæ, quũ de quid nominis dis-
putare superuacuum æstimetur: & quæ dicta sunt satis congruenter sonare uidentur. Ve-
rum est nanq; q deus ita uocatur & nomen sortitur ab uniuersalissima & prima omniũ re-
rum prouidentia & causalitate: Nam prouidentia atq; causalitas, sunt proprietates dei in-
quantũ est deus, saltẽ quo ad id à quo nomẽ imponitur: Id enim singuli etiã barbari deum
appellant, q maxime causa & rector est entium: Ideo Dionysius XII. capitulo de diuinis Dionysius.
nominibus, Deitas, inquit, est quæ omnia speculatur prouidentia generali & bonitate per-
fecta. At uero q hoc nomen deus sit omnium creatori proprium & incommunicabile aliis,
contestatur scriptura, sicut in psalmo cantamus: Quoniam quis deus præter dominũ? Aut Psal.17.
quis deus præter deum nostrum? Et iterum: Quoniam omnes dij gentium dæmonia. Apo Psal.95.
stolus quoq;: His ait, qui natura non sunt dii seruiebatis. Imò Platonici, quamuis multos po Gal.4.
nebant ordines deorum, nihilominus asserebant unum solum esse uerum ac summum deũ, Plato.
qui secundum Proclum tanta dignitate cunctos excellit, ut omnis catena deorum ei cõpa- Proclus.
rari non queat, sicut & in psalmo habetur: Quoniam quis in nubibus æquabitur domino, Psal.88.
similis erit domino in filijs dei?

Articulus

Articulus XXIII. De nomine domini tetragrammaton.

vide Armãdũ trac.3. de terminis difficilibus ca.4. deinceps.

RAbi Moses denique in lib. de deo benedicto, et alibi de diuinis nominibus tractãs: Aliqua, inquit, nomina dicunt de deo per respectũ ad creaturas, ut creator, prædestinator & dñs: quædã aũt nomina enuntiãtur de deo per modũ qualitatis circa diuinã essentiã, ut sapiens, pius, omnipotens: quædã per modum quantitatis, sicut immensus, incircunscriptus, magnus: aliqua quoque per modũ aliarum proprietatũ quãuis transeant in diuinã substantiã quantũ ad rem significatã. Porrò nomen dñi quod est tetragrãmaton, significat diuinã essentiã absolutã, purã ac nudã prout in seipsa subsistit omni alio circunscripto: idcirco est nomen maxime incommunicabile appropriatũ soli deo: quia designat ueritatẽ diuinæ essentiæ in se. Vnde secundũ Thomã nomẽ tetragrãmaton est magis incommunicabile & magis propriũ creatori quàm hoc nomen deus: quia significat diuinã essentiã ut incõmunicabilẽ: atque ut sic liceat fari, tanquam singularẽ singulariterque subsistentem. Hæc autẽ ita intelligenda non sunt, quasi diuinã essentiam uel nominare uel agnoscere ualeamus absolute & pure, & sicut in seipsa consistit quantũ ad quid est, sed solũ quantum ad quia est. Præterea super illud Exodi VI. Ego apparui Abraham & Isaac & Iacob in deo omnipotenti: & nomen meũ magnum Adonai non indicaui eis, dicit Nicolaus de Lyra quod Adonai significat generale dominiũ: & non ponitur, uel potius non scribitur in loco præsenti quũ dicitur: Nomen meũ magnũ &c. sed scribitur nomen dñi tetragrãmaton, loco cuius pronuntiatur hoc nomen Adonai: quoniã nomen istud tetragrãmaton tantæ sanctitatis ac reuerentiæ reputatur apud Iudæos, quod nominari non debet nisi à summo sacerdote: & solũ in bñdictionibus in tẽplo fiendis. Propterea loco illius tam sanctissimi nominis pronuntiatur Adonai, quod hic tamen non scribitur: sicut si apud nos hoc nomen deus tantæ esset dignitatis, ut ubicunque scriptũ inueniretur, loco eius diceretur hoc nomẽ dñs. Nostra ergo translatio habet nomen quod pronuntiat, non aũt quod scribit. Postremo istud nomen tetragrammaton reuelauit dñs Moysi, non tantũ quo ad uocẽ, sed quantũ ad rem significatam: qñ uidelicet uidit diuinã essentiã in raptu sicut & Paulus: quemadmodũ Augustinus in libro de Videndo deum testatur.

[Margin: יהוה — 1. par. q. 13. ar. 9. — אדני — Exo. 33.]

Articulus XXIIII. Quod deus est infinitus, & quod infinitas sit intrinseca proprietas diuinæ naturæ.

ALiter aũt infinitas cõuenit deo atque aliter creaturis: sed & rebus creatis infinitas diuersimode cõpetit. Dicitur enim materia secundũ se infinita, quia in sua natura est indeterminata & illimitata tanquam omniũ formarum susceptiua. Quũ uero recipit formã, tunc determinat atque finit per eã: quia ad esse specificũ & indiuiduale cõtrahitur. Forma quoque secundũ se infinita uocat, quia cõmunicabilis multis: sed dum in materia certa recipitur, determinat & quasi finit. Infinitas ergo materiæ est propter carẽtiam uniuersæ perfectionis formalis: ut ideo ista infinitas ad imperfectionẽ pertinet: infinitas uero formæ est propter cõmunicabilitatẽ ipsius quæ in materia coartat. Ista ergo infinitas ad perfectionẽ utique spectat. Porrò nec forma, neque materia, neque aliqua creatura est sic infinita, quod eius essentia sit illimitata uel perfectionis infinitæ contentiua: quũ omnis creata essentia contineatur sub aliquo genere, & determinetur ad speciẽ certã: habeatque terminũ perfectionis & certũ gradũ ordinẽque essendi. Omnia quippe in modo, specie & ordine constant: quia in numero, mensura & pondere facta sunt. Vnde nulla creatura appellanda est simpliciter infinita: sed solus deus est uere & absolute infinitus infinitate formali ad perfectionẽ pertinente: non autem infinitate materiali quasi terminus seu finis uel aliquid eius sit extra ipsum. Huius igitur ratio prima est: nam uti præhabitũ est, Qui est seu esse, dicitur principale & propriũ nomen dei: quia designat ipsum esse absolute tanquam infinitũ pelagus perfectionis essendi. Quũ ergo esse deo conueniat secundũ omnẽ nobilitatẽ plenitudinẽque essendi, liquet quod esse diuinũ sit penitus infinitũ. Præterea omne finitũ, terminũ perfectionis sortitur: ubi autẽ perfectio terminat, ibi imperfectio inchoat: ut ubi esse finitur, ibi non esse orditur. Tñ eñ unicuique deest quãtò caret. Si ergo diuinæ naturæ pfectio terminũ habet, etsi cẽ diuinũ, limitẽ recipit, nequaquam est deus omniformiter simpliciterque perfectus: cuius oppositũ Aristote. & Auerrois quinto Primæ philosophiæ concorditer astruunt. Denique quod enti per se & naturaliter cõpetit, non potest esse minoratũ in ipso: Quod enim est per se, est primum: primũ autẽ in omni ordine est perfectũ. Natura etiã cuiuslibet rei in indiuisibili consistit, sicut & ratio numeri: Nã sicut unitas addita numero uariat speciẽ, ita perfectio addita generi aliã efficit speciẽ. Natura igitur rei in eo perfecta existit quod ad essentialẽ pertinet perfe-

[Margin: Materia dicit infinita. — Forma dicitur infinita. — Sap. 11. — Deus est solus infinitus. uide S. Tho. 1 par. q. 7. in diuersis articulis. — Prima rõ. — Secunda. — Tertia.]

perfectionẽ ipsius. Quũ itaq; dei natura sit bonitas, & deus benedictus sit substantialiter ac independenter ipsum esse, elucescit q bonitas dei & esse diuinũ, ab omni minoratione & fine ac imperfectione longius distent. Quod autẽ finitũ est, ab infinito in infinitũ minoratur ac deficit: nullatenus ergo deus finitus est. Insuper sicut ostẽsum est, id quo maius atq; pręstantius cogitari non ualet, est deus: non est ergo finitus: quũ omni finito maius & dignius cõcipi queat. Adhuc autẽ ostensum est, q omne esse citra deũ à deo per creationẽ effluxit: & q totus mundus conseruetur, ordinetur & gubernetur à deo: quũ ergo creatio sit de non esse ad esse, productio nulli finitę potentię cõpetit: quoniã non esse & esse in infinitũ à seinuicẽ distant. Si ergo potentia dei immensa est, tũc utiq; eius essentia finẽ ignorat. Vnde positio quorundã quantũ ad pręsens, in tribus merito displicet. Asserũt enim q deũ esse infinitę potentię demonstrari non possit sed persuaderi: Et item, q mundũ esse creatũ, non sit nisi creditũ: atque, q non esse & esse, infinite non distant: Nunc enim de necessitate probatum est, q deus sit omnimode infinitus: & q nullũ ens pręter deum sit à seipso uel independens: imo si independens consisteret, & à seipso ac naturaliter id quod est fingi non posset, cur primo ente imperfectius esset? quia ut Proclus demonstrat, nil imperfectũ conuincitur nisi inquantũ à fonte suæ perfectionis elõgatur. Et ergo, quod sibiipsi est causa & ratio existendi, imperfectum esse non potest nec aliis indiget, neq; de necessitate sub ordine cadit. Porrò si mundum esse creatum est solum creditum, quomodo gentiles philosophi hoc agnouerunt? Nonne Auicenna & Algazel omnia esse creata testantur? Nonne Alpharabius ac Theophrastus, omne bonum deficiens à pura bonitate quæ deus est emanasse fatentur? Nonne Plato mundum sensibilem à mundo illo mundissimo, à mundo utiq; exemplari, ideali atque archetypo qui in mente diuina est, processisse disseruit? Nonne Commentator in libro de substantia orbis affirmat, quod nunquam erat de intentione Aristotelis dicere, quòd cœlum dependeret à primo principio non solum quantum ad conseruationem, sed etiam quantum ad productionem? Vnde in libro de cœlo & mundo, Ab hoc inquit, ente omnibus deriuatum est esse & uiuere. Nonne postremo Proclus in Elementatione theologica ait, quòd totus mundus ab intellectu haud dubium quin diuino substantiam habet, & ab ipso procedit ac semper dependet? Præterea quòd non esse & esse in infinitum distant, omnes pene philosophi asserunt: quum enim in nullo conueniant, in infinitum utiq; distant. Amplius, deus & creatura in infinitũ distant, & tamen in aliquo conueniunt, maxime secundũ Scotũ, qui ponit ens uniuoce prædicari de eis: cui tamen in hoc consentiẽdum non est. Si itaq; creator & creatura conuenientes in aliquo, in infinitũ nihilominus distant, quomodo non ens & ens quæ in nullo conuenientiã sortiũtur, in infinitũ non distãt? Veruntamen Scotus unũ dicit circa præsentẽ materiã ualde subtile & pulchrum, quod mihi semper complacuit: Inter omnes ait, conceptus perfectionum quæ deo conueniunt, conceptus entis infiniti est perfectior atque simplicior: quia infinitas dicit gradum intrinsecũ in natura, facitq; per se unum cum ea. Vnde esse infinitum magis intrinsece & prius atque intimius competit deo, q̃ esse æternum: ita q infinitas secundum rationem præcedit æternitatem in deo. Ex quo elucescit q̃ beatus & superbeatus sit deus æternus & adorandus, cuius opulentia tam extat immensa: cuius diuitiæ tam quomodolibet infinitę: cuius beatitudo est prorsus intermina. Qui in hac contemplatione non delectatur, nec deo intime congratulatur, deum non diligit: sed ingratus atque ignobilis est. Sed nec uere diligit qui pure & religiose non seruit: amicorum enim esse debet una uoluntas & compar affectio. Hanc igitur infinitatem dei sublimis, magni philosophi agnouerunt. Auicebron enim Platonicus in libro Fontis uitæ eam professus est: Et author libri de Causis: Omnes inquit, uirtutes quibus inest finis, pendentes sunt per infinitum primum quod est uirtus uirtutum. Aristoteles quoque octauo Physicorum testatur, quòd primus motor sit infiniti uigoris: actus quippe non terminatur nisi per potentiam: quum ergo deus sit actus purus, & esse subsistens, & ideale separatumq; bonum, nulla ratione esse uel dici potest finitus. Quod etiam sacra scriptura edisserit quemadmodum in psalmo cantamus, Magnus dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. Et Hieremiæ uicesimotertio: Putas'ne è uicino ego sum dicit dominus, & non deus delonge? Si occultabitur uir in absconditis, & ego non uidebo eum dicit dominus? Nunquid non cœlum & terram ego impleo dicit dominus? Vnde adinsinuandum diuinæ maiestatis immensitatem, Esaiæ quadragesimo scriptum est: Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Et Iob undecimo: Excelsior cœlo est & quid facies? profundior inferno & unde cognosces? longior

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Opinionis cõfutatio.
I.
II.
III.

Deus demonstratur esse infinitus.

Mundum esse creatũ cognouerunt philosophi naturali lumine ducti.

Lib. I. tex. co. 100.
Proclus.

Esse & nõ esse distant in infinitum.

Scoti dictum subtile.

Psal. 47.

Dionysius. longior terra mensura eius & latior mari, iccirco tertio capitulo de diuinis nominibus Dionysius ait, quod deus est omnibus æque immediatus: sed nō omnia sunt ei æque immediata & proxima. Tunc aūt uero ei immediati & proximi sumus, quū ei castissimis precibus puraq; mente coniūgimur. Deus ergo sanctus & uiuus omnia penetrat cunctisq; intimus est, atq; intimior q̄ aliquid sibijpsi, uel ipsa essentialia rei principia ipsi met enti: solus quippe illabi-
Gregorius. tur uniuersis essentijs rerū. Propterea Gregorius optime dixit: Deus est ante omnia non solus: post omnia non præuentus: supra omnia non elatus: infra omnia non oppressus: extra omnia non exclusus: intra omnia non inclusus.

Articulus XXV. An deus sit sibijpsi infinitus.

Comprehendere autē aliquid proprie dicitur is qui illud quodāmodo ambit atq; includit, & quasi clausum intra se tenet: Apprehendere uero dicitur, qui licet rē plene non capit, tamē eam attingit. Omne itaq; cōprehensum est finitū. Si igitur deus seipsum perfecte cōprehendit, finitus est sibi. Sed quod deo est tale, simpliciter est tale: si ergo deus est sibi finitus, est simpliciter dicendus finitus: Nam quod intellectus diuinus de aliq̄ censet, hoc ei simpliciter atq; uerissime cōpetit. Rursus si deus seipsum non comprehēdit, ergo nec seipsum perfecte cognoscit: quod nephas est dicere. Et si deus sibiipsi infinitus est, ergo nō capit se totū, sed aliquid eius cognitionē ipsius excedit ac latet. Et respondendū quod deus benedictus est simpliciter infinitus, & tamen perfecte cōprehendit seipsum: Nam sicut eius essentia quæ diuini intellectus obiectū est infinita existit, ita intellectus diuinus infinitæ uirtutis est in intelligendo. Deus igitur sic se comprehendit, quoniam se perfecte cognoscit: non autē se comprehendit quasi diuinus intellectus sit aliquid ab essentia diuina distinctū, illā in se recipiens & intra terminos suos concludens ac retinēs. Vnde quemadmodū istæ propositiones, Deus est sibiipsi causa & ratio existendi, Deus est in seipso atq; consimiles, negatiue sunt exponēdæ ut sit sensus: Deus est sibiipsi causa essendi: uel, causa prima exhibet sibiipsi existere: id est non habet esse ab alia causa. Et deus est in seipso, id est non continetur ab aliquo alio. Sic ista locutio, deus cōprehendit seipsum, negatiue exponitur: id est, nil sui suā cognitionē euadit. Conformiter ista, Deus est sibiipsi finitus, intelligenda est secundū similitudinē quandā proportionis: sic enim se habet deus non excedendo propriū intellectū, quemadmodū habet se aliquod finitū non transcendendo capacitatē intellectus finiti. Non autē est deus sibiipsi ita finitus quasi intelligat se esse aliquod bonū finitū: imò quantū ad hunc sensum, est sibiipsi infinitus, quia uere cognoscit se esse infinitū: & hoc cognoscit infinito intellectu cum claritate prorsus immensa. Non autē est deus sibi infinitus, tanq̄ aliquid eius intuitum ipsius euadat aut lateat.

Articulus XXVI. Q; immensitas dei quatuor respicit.

Deus quadrupliciter cōsideratus. I. Considerare insup possumus deū quadrupliciter: Primo quantū ad seipsum, sicq; infinitus uocat: Quēadmodū eñi deus est causa efficiēs nō effecta, causa q̄q; formalis, formās, nō formata, ita est entiū causa finalis omnia finiēs, nullo finita: imò quū diuina essentia sit ipsa diuina potētia, sicut diuina potētia secundū suā absolutam potestatē potest infinitos mundos producere & creare, ita diuina essentia potest infinitos mundos, si essent, replere: eo utiq; modo quo mundū hunc replet. Et sicut diuina potentia nec fecit nec facere potest tanta quin facere ualeat infinities plura, sic diuina essentia nec est nec esse potest in tot entibus, quin esse queat in infinities pluribus. Nequaquā enim opinandū est quod deus quantū ad suā naturā pertinet, aliquā sortiatur uel habeat habitudinē ad locū uel tempus aut certe determinationē ad hunc mundū uel quodcunq; creatum: imò infinita celsitudine cuncta transcendit. Iccirco si innumerabiles seu infiniti mundi consisterent, uniuersos penetraret, repleret & contineret. Non igitur magis cōpetit deo esse in cœlo empyreo q̄ in inferno: uel in mundo q̄ extra mundū, nisi quoniā magis operatur & ostēdit atq; cōmunicat se in cœlo q̄ in inferno: & in mundo q̄ in nihilo. Vnde quēadmodū esse diuinæ naturæ quod in infinitū omni spiritu creato extat simplicius, non nobilitatur neq; perficitur, quia est in rebus dignissimis, sic neq; inficitur nec ignobilitatur, quia est in rebus uilissimis: quippe quū nil ipsum contingat corporeū, nil inquinet uitiosum siue immundū. Veruntamē mens imaginationibus inuoluta, mens rudis, impura atq; carnalis, ueritates tā
II. splendidas syncere contemplari non potest. Porrò secundo consideratur deus in cōpara-
III. tione ad intellectū creatū: sicq; incōprehensibilis nominatur. Tertio cōsideratur deus sublimis in ordine ad locū: & ita incircunscriptibilis appellatur, sicut Ambrosius ait: Nihil præscriptū aut circunscriptū, nihil dimensum diuinitas habet: non loco clauditur, non æstimatione

tione concluditur, non ætatibus uariatur: & ideo 3. Reg. Salomon dicit: Cœlũ & cœli cœlorum te capere non possunt. Quarto cõsideratur deus in comparatione ad duratione͂, & ita æternus asseritur. Sed dicere quispiã potest: Si deus quia loco non clauditur incircũscriptibilis dicitur, tunc substantiæ separatæ seu angeli incircunscriptibiles erunt: non enim loco terminantur, nec sunt in loco circunscriptiue sed diffinitiue. Vnde secundũ Boëthiũ in lib. de hebdomadibus, incorporalia non esse in loco, est propositio apud sapientes per se nota. Et respondendũ, ꝙ Anselmus in prosologiõ concedit angelicos spiritus dici posse incircũscriptos propter ratione͂ prętactam, & etiã circunscriptos: quia in pluribus locis simul existere nequeunt. Veruntamen melius arbitror ut cum Damasceno primo libro dicamus, ꝙ solus deus incircunscriptibilis est. Siquide͂ Damasceno testante, quis angelus corporaliter non comprehendatur quum careat figura sitq́; incorporea ac intellectualis natura, tamen intelligibiliter circunscribitur ubi & operatur: Non enim potest secundum idem in diuersis locis operari. Iterum secundum Damascenum incircũscriptibile est, quod nec loco, nec tempore, nec comprehensione continetur: Circunscriptibile uero, quod aliquo horum cõtentum est. Sic autem esse incircunscriptũ deo est proprium: quippe qui solus est sine principio & fine fine, & omnia continens, & nulla comprehensione contentus. Angelus uero te͂pore circunscribitur, quia esse incepit & loco, intelligibiliter salte͂ & comprehensione, quoniam unus angelorum alium plene cognoscit. Deniq; addã quod cui placet accipiat: quia & si aliqua spiritualis creatura ab æterno fuisset, & tantæ dignitatis actiuitatisq; esset, ꝙ totum mundum sua pręsentia adimpleret, uel etiã extra mundũ foret, quæ omnia deo possibilia extant, adhuc creatura talis incircunscripta non esset: dato quoq; ꝙ nullus angelorũ eam comprehendere posset. Licet enim nec loco, nec tempore, nec comprehensione contineretur, tamen propriæ essentiæ terminis finiretur: Nam eoipso quo creatura esset, necessario poneretur in aliqua specie entis, & haberet genus atq; differentiã, quę totam eius terminarent essentiam, & ad determinatũ gradum essendi contraherent. Ideo nanq; secundum philosophum definitio rei quæ ex genere & differentia constat, terminus appellatur: quia sub certis limitibus essentialem rei perfectionem exprimit atq; constituit. Postremo, quãuis prædicta distinctio incircũscripti & infiniti idonea sit, uicissim tame͂ unũ pro alio sumit.

III. Obiectio. — *Boëthius.* — *Dilutio.* — *Nulla creatura incircũscripta est.* — *vide b. Tho. su per libro Peri herme. lect. 4.*

Articulus XXVII. De incircunscriptibilitate dei: & quomodo deus dicitur esse ubiq; per essentiam, pręsentiam atq; potentiam.

Vide b. Tho. 1. par. 9.

Dum igitur aciem mentis ad diuinæ contemplationem naturæ erigimus, procul ab animo loca corporum, & corporum loca propellamus. Discedat ab interiori intuitu omne quod situs differentiam recipit: omne quod temporalem uicissitudinem sustinet: omne quod finem admittit. Deus enim æternus & sanctus, sibi ipsi est locus: & in seipso inuariabiliter æternaliterq; subsistit: & ante mũdi productionem erat ubi nunc est: & nunc est ubi tunc erat: nec tamen tunc erat in mundo in quo nunc est: quoniam esse in mundo, nullam mutationem aut nouitate͂ in deo constituit, sed in ipso utiq; mundo. Deniq;, sicut si mundus esse desineret, deus sine mutatione sui (esse) in mundo esse cessaret, sic sine sui mutatione in mundo esse incepit. Nec aliquo mõ opinari fas est, ꝙ deus ante mundi constitutionem potius aut uerius erat ubi nunc mundus creatus atq; locatus est, quàm foris extra quæcunq; imaginabilia spatia extra mundum. Vnde quantum ad hoc tenere concedi potest quòd deus sit extra mundum per spatium imaginabile infinitum: tamen præpositio extra non denotat ibi præsentiam actualem ad locum, sed potentiale͂ duntaxat, quæ utique sine mutatione deitatis reduceretur ad actum si infiniti existerent mundi. Porro quum deus gloriosus & felix sit maxime simplex, sic ubiq; esse asseritur, ut tamen in singulis rebus sit totus. Vbiq; ergo est deus & nusquam: sicut & semper & nunquam. Est enim ubiq; & semper, quoniam nulli deest loco aut tempori: & nusquam ac nunquam est; quia nec capitur loco, nec tempore clauditur. Considerandum uero ꝙ circa creatorem in comparatione ad condita, triplex extitit error. Quidam enim quamuis omnia faterentur creata, deum tamen dicebant non nisi unam spiritualem substantiam immediate creasse, & illam cætera condidisse: quem errorem Arriani secuti sunt: fuitq; error iste antiquus & magnus ac latus: Nam à Platonicis sumpsit exordiũ, imo ab Hermete Trismegisto qui & Mercurius dicitur ortus uidetur. Auicena quoq; & Algazel eum secuti sunt: Posuerunt nanq; (ut Macrobius refert) Platonici summum deum quem omnium patrem uocabant primo omnium creasse mentem quandam, in qua omnium rationes entium relucerent quam νοῦν appella-

Primus error.

appellabant: quam ultra dicebant mundum creasse. Et hanc mentem Arrius atque Eunomius posuerunt esse unigenitum filium dei dominum nostrum IESVM CHRISTVM, quem puram esse creaturam mentiti sunt. Contra hunc ergo errorem dicitur deus esse in omnibus rebus per essentiam, ita quod ipsemet deus qui est sua essentia, per seipsum uniuersa, cœlum, terram & maria, uisibilia inuisibiliaque in ipso mundi exordio est molitus. Secundus error erat, quòd quidam diuinam prouidentiam uel omnino negabant, uel usque ad ista mutabilia extendi nequaquam putabant: & contra hos dicitur deus esse in omnibus rebus per præsentiam, ita quod omnia diuino lumini innotescunt, quemadmodum ait Apostolus: Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Et alibi de deo ait scriptura: Aequaliter ei cura est de omnibus. Tertius error fuit Manicheorum duo rerum principia ponentium: qui ista uisibilia à per se malo creata dicentes, negabant ea boni dei potentiæ fore subiecta. Vnde contra hos dicitur deus esse ubique per potentiam: ita quòd eius imperio cuncta ad nutum subduntur ac protinus parent. Sed si deus ubique est atque in omnibus, ergo & in diabolo est: quod dici non decet. Et respondendum quod diabolus nominat naturam uitio deformatam, & ideo deus non est in diabolo esse dicēdus, nisi cum additamento: ut in diabolo esse dicatur inquantū diabolus est creatura uel intellectus seu simile aliquid. Præterea in omni intellectuali creatura tā bona quàm mala est deus obiectiue secundū quod ab eis cognoscitur. In bonis uero est nō solū sicut obiectū intellectus, sed etiā tanquam uoluntatis obiectū quia ab eis amatur: Et in uiatoribus quidē esse perhibetur per gratiā: in cōprehensoribus uero per gloriā: in reprobis quoque est per iram atque uindictam. Sunt demum alii modi quibus deus multiformiter esse fertur in rebus, qui reduci possunt ad istos. Sed quæstio ingens se offert, qualiter deus immutabilis & simplex, sit in rebus tam multipliciter atque difformiter, quum tamen in libro de Causis conscriptum sit, quod causa prima est in omnibus rebus secundum unam dispositionem: sed omnia non sunt in ea secundum unam dispositionem: Cui Dionysius consonat dicens, quòd deus in omnibus est secundum unum modum, non autem econtrario: Et idem Proclus affirmat. Et respondendum quod existentia dei in rebus est una & simplex ad deum relata: si uero comparetur ad res ipsas, tunc diuersificatur & multiformis efficitur secundum uariam capacitatem & dignitatem atque distinctionem rerum, quæ diuinæ bonitatis influxum, illuminationem, gubernationem participant. Vnde in commēto libri de Causis habetur: Et diuersitas quidem receptionis non fit ex causa prima, sed propter recipiens: quò enim recipiens magis accedit ad deum, tantò de bonitatibus eius plenius participabit. Confirmatio quoque horum existit, quod Damascenus primo libro inducit dum ait: Igitur deus quidem immaterialis existens, in loco non est: ipse enim suiipsius locus est omnia implens, & super uniuersa existens, & ipse continens omnia. Dicitur autem in loco esse, *et* dicitur locus dei, ubi manifesta eius operatio fit: Nam ipse quidem per omnia immiscibiliter pertransit, & omnibus tradit secundum uniuscuiusque aptitudinem & susceptiuam uirtutem. Dicitur ergo dei locus, qui plus participat operatione & gratia eius. Sed adhuc nescio quis his non contentus instabit *et* dicet: Quum deus per sapientiam suam immensam sit causa ordinis distinctionisque entium, sequitur quòd diuersitas ista sit originaliter ex parte dei: sitque referendum ad deum quod ipse in rebus esse multiformiter perhibetur. Et respondendum quod sapientia dei utique institutrix atque origo est distinctionis ac ordinis rerum: ueruntamen operatio dei qua ipse omnia edidit, & edita regit atque dispensat, actio quoque propter quam esse in rebus censetur, una & simplex est per comparationem ad deū: diuersificatur autem & multiplicatur quantum ad terminos. Operatio enim dei aliud non est nisi deus agens. Sed ab hac operatione diuersi fluunt effectus in quibus deus est: & multipliciter & uno modo seu secundum unam dispositionem. Multipliciter quidem propter diuersitatem effectuum; uniformiter uero propter suiipsius incommutabilem simplicitatem. Multiplicitas enim quæ conuenit deo per respectum ad creaturas, non est in deo nisi secundum rationem: in creaturis autem est secundum rem: sic quippe in deo dicuntur multæ ideæ. Nam relatio dei ad creata in qua multiplicitas ista fundatur, in deo est secundum rationem duntaxat: in creatis autem secundum rem. Quoniam igitur multiplicitas ista diuersitatem facit in rebus, in deo autem nec mutabilitatem neque diuersitatem constituit, ideo deus esse in rebus secundum unum modum asseritur. Huius demum solutionis ueritas, ex uerbis Damasceni fulcitur:

Deus

Confutatio erroris. Secūdus error. Confutatio. Heb. 4. Sap. 6. Tertius error. Confutatio. Obiectio. Diſſolutio. Dubium. Solutio. Damasc. Obiectio. Diſſolutio.

Deus inquit, ubiq; ens & super omnia, ubiq; & secundum idem differēter operatur una & simplici operatione. Et rursus: Sciendum ait, quoniam deus impartibilis est, totus totaliter ubiq; est, & nō ens in parte corporaliter diuisus: sed totus in omnibus & totus super omne.

Articulus XXVIII. Q solus deus æternus est secundum completam æternitatis rationem.

AEternum deniq; quasi extra terminum interpretatur. Terminus autem est duplex: principium scilicet & finis. Quum ergo omnis essentia præter diuinam naturam à prima causa de non esse ad esse translata sit, constat q̄ sui esse exordium habet: unde nec æterna censetur. Præterea Trismegisto testante sola monas est α & ω fine α & ω: solus igitur deus principio caret fineq;. Amplius autem æternitas est mensura entis plene simpliciterq; perfectiq; esse, ue ro huiusmodi entis omni necessario, uicissitudine ac dependentia, omni quoq; compositione & protensione est carens: sed tale non est nisi diuinum esse, quod est totum simul & increatum, simplicissimum, non distentum. Iccirco Boëthius subtilissime ait, q̄ æternitas est interminabilis uitæ tota simul & perfecta possessio. In eo quippe quod ait, interminabilis, insinuatur id cuius æternitas est mensura, esse non inceptum ac independens. In eo autem quod ait, tota simul, innuitur ipsum non esse distentum secundum essentiam uel operationem: sed in ipso æternitatis momento immutabiliter esse, habere & agere quicquid est, habet & agit. In eo quoq; q̄ ait, perfecta possessio, demonstratur æternitas nulli enti composito conuenire, quum nullum compositum sit perfectum: indiget enim partibus suis, unaq; partium se habet per modū actus, & alia per modum potentiæ. Aeternitas ergo est possessio, diuturnitas siue duratio perfecta & tota simul: uitę interminabilis, id est esse uitalis: quod enim non uiuit, imperfectum putatur. Itaq; ad æternitatem perfectam tres conditiones inseparabiliter requiruntur: uidelicet interminabilitas, propter cuius defectum corruptibilia non sunt æterna: Inuariabilitas, ob cuius carentiam incorruptibilia puta orbes & sydera, non extant æterna: uariantur enim secundum situm & ubi: Atq; simplicitas, propter cuius absentiam nec intellectuales substantiæ creatæ æternæ sunt, quoniam diuersificantur in ipsis esse, posse & agere secundum beatum Hierotheum atq; diuinum Dionysium. Verum nulla harum trium conditionum alicui cōpetit creaturæ stricte loquendo. Porro æternitas taliter diffinita, aliud nihil est nisi deus æternus. Sed & nunc, quod secundum Boëthium semper stando & nunq̄ fluendo æternitatem causat. Et quando, quod secundum rationē, enti æterno adiacet & quasi in eo ex æternitatis præsentia, adhæsione seu mensuratione relinquit, realiter idem sunt quod ipsa æternitas. Substantialiter ergo idem sunt deus, æternitas, nunc æternitatis & quando æternitatis: Nec dicitur ipsum nunc stans æternitatem causare, uel æternitas (quando æternitatis) producere, nisi secundum nostram apprehensionem. Nam æternitatem aliter intelligere non ualemus, nisi per oppositum modum ad nunc temporis. Vnde quemadmodum nunc temporis semper fluendo causat tempus, ita opposito modo accipimus rationem æternitatis dicentes, q̄ nunc semper immobiliter stans æternitatis est causa. At uero tempus & oēs differentiæ temporis deo æterno attribuuntur: Dicimus enim, deus est hodie, deus fuit ab æterno, deus erit in æternū: non q̄ tempus sit mensura diuinæ durationis uel cadat in deū, sed quia æternitas omne tempus comprehendit atq; includit: Neq; enim uniuoce, neque secundum eundem sensum dicitur deus fuisse, & hodie esse, & semper fore, & res transitoria atq; caduca. Nempe dum dicimus, deus fuit, sensus est secundum magistrum primo Sentētiarum, Deus nunq̄ esse desiit: deus erit, id est nunquam esse cessabit. Iccirco quod Hieronymus ad Marcellam, & Anselmus in monologio afferunt deo competere esse, non autē fuisse aut fore, intelligendum est q̄ non uniuoce competunt deo nec proprie temporales differentiæ. Quod etiam Plato in primo Timæi pulchre fatetur, Dicimus (inquiens) de diuina natura, fuit & erit. Ast illi esse solum competit iuxta ueram synceramq; rationem: fuisse uero & fore deinceps non competit, quippe cui mansio perpetua & immutabilis: ergo neque iunior, neque senior se nec fuit nec erit: nec patietur aliquid eorum quæ sensibilis natura patitur: sed hęc omnia sunt uices temporis genitureq; temporis propria. Sed dubitatio nascitur quomodo æternitas deo sit propria, quum in libro de causis scribatur, Omne esse superius, aut est superius æternitate & ante ipsam, aut est cum æternitate, aut est post æternitatem & supra tempus, cuius expositio in commento adiicitur: Esse inquit, quod est ante æternitatem, est causa prima, quoniam est causa eius: Esse autem quod est cum ęternitate, est intelligentia, quoniam est secundum unam habitudinem, & non alteratur neq; de-

Vide s. Tho. 1. par. q 10. Prima ratio.

Mercurius Trismegistus. Secunda ratio.

Boëthius li. 5. de consol. prosa 6.

Conditiones æternitatis. I. II. III.

Nunc & quando sunt idem in æternitate.

Tēporis differētiæ attribuū tur deo.

Petrus Lōgobardus. Hieronymus. Anselmus.

Plato.

Obiectio.

struitur, sed parificatur æternitati. Esse uero quod est post ęternitatem & supra tempus, est anima, quoniam est in horizonte æternitatis. Per animam autem intelligit animam cœli, quam uocat animam nobilem: Nam corpora cœlestia ponit animata, sicut & Socrates, Plato, Aristoteles, omnesq; & eorum sequaces: quibus & magni consenserunt theologi, inter quos sunt Origenes & Rabi Moyses: & si sanctus Thomas non mentitur, tunc ipse quoque beatissimus noster Hieronymus eis consentire uidetur. Et respondendum sicut & Thomas in prima parte respondet, quod æternitas uicissim accipitur pro æternitate creata & participata, quæ solito nomine æuum uocatur: de qua Augustinus in libro 83. quæstionum testatur, quod deus est author æternitatis. Quemadmodum enim deus gloriosus & uoluptuosus suam immutabilitatem, ita & suam æternitatem creaturis aliquo modo communicat. De hac igitur æternitate loquitur author libri de Causis, & ante eum Proclus Platöicus: ex cuius Elementatione theologica totus liber de causis excerptus est, sicut & Thomas affirmat: quãuis Albertus aliter putet. Pręterea, nedum substantiis separatis, sed etiam inferioribus rebus æternitas secundum quandam participationem ascribitur: Quædam enim in scripturis dicuntur æterna, quia semper erunt, non obstante quod materialia mutabiliaq; consistant: Vnde in Ecclesiaste dicitur: Terra in æternum stat. Et in psalmo: Eleuamini portæ ęternales. Et: Annos ęternos in mente habui. Quędam demum appellantur æterna propter durationem longissimam prout Moses ait: De pomis collium ęternorum. Interdum quoq; accipi solet ęternitas pro seculo, quod est periodus certa cuiuslibet rei: Nam secundum Philosophum, Omnia corruptibilia habent certam periodum, id est certam temporis durationem: Et ita in Exodo legitur: Dominus regnabit in ęternum & ultra: Alia nanq; translatio continet, Dominus regnabit in seculum & ultra. Postremo esse superius de quo author libri de causis effatur, Albertus describens, Esse, inquit, superius est quod neq; magnitudine distenditur, neq; motu distrahitur, neq; materia contrahitur, neq; priuatione ad malitiam inclinatur. Verum quoniam deus excelsus & sanctus est uere immensus, realem mensuram non habet, presertim cum ipse sit omnium entium prima mensura. Aeternitas ergo mensura dei perhibetur quantum ad nos uel secundum rationem: quoniam considerando deum sub proprietate rei eodem modo se semper habẽtis, ipsum cognoscimus atq; ab aliis seque stramus: Nunc enim ęternitatis est esse diuinum ut uniformiter stans, in quo consideratio nostra rationem ęternitatis fundat ac stabilit. Non est equidem inconueniens idem considerare atq; cognoscere per seipsum secundum diuersa quę ei conueniunt. Ex hoc enim quod scio hominem rationalẽ, elicio quod sit disciplinę susceptiuus & ammiratiuus, itemq; risibilis.

1 par q 70. ar 3. Dilucio. 1 par q 10. ar. 3. Creaturæ dicũtur æternæ. Eccl 1. Psal 23. Psal 76. Deu 33. Exo 15. Esse superius quid sit. Nunc æternitatis.

Articulus XXIX. De incomprehensibilitate diuinę naturę, & de uariis rationibus incomprehensibilitatis diuini esse.

Vide s. Tho. 1. p q 12. & alibi. Ratio prima.

PORRO deum incomprehensibilẽ & quo ad quid est incognoscibilẽ esse, omniũ tam philosophorũ quàm theologorũ compar & una extat sentẽtia. Et huius quidẽ prima ratio hęc est: Vnũquodq; enim scitur atque cognoscitur per propriã causam: quũ ergo deus adorandus & benedictus causam nõ habeat, quippe quũ ipse sit omniũ entiũ prima fontanaq; causa, constat quod nec sciri, nec cõprehendi, neq; cognosci queat quo ad quid est. Et hanc rationẽ assignat author libri de causis dum ait: Et quidẽ res non cognoscitur neq; narratur, nisi ex ipsa sua causa. Quũ ergo res est causa tantũ & non est causatũ, non scitur per causam priorẽ neq; narratur. Itaq; eoipso quo diuina natura seu esse diuinũ à seipso est non dependens neq; procedens, sed prorsus æternum, eo in quũ ipso deus sublimis & gloriosus est prorsus ignotus, incõprehensibilis, imperscrutabilis, inuisibilis, inenarrabilis, penitusq; nescitus. Vnde in libro de causis habetur: Causa prima est superior omni narratiõe, quoniã ipsa est supra omnem causam, & non narratur nisi per causas secundas quæ illuminantur à lumine causę primę: Causa enim prima est lumen purum, supra quod non est aliud lumẽ ideo ipsa non illuminatur à lumine alio. Deniq; alia ratio diuinę incognoscibilitatis est ipsa excellentia diuinæ naturę. Vt enim Boëthius docet, quædã cognitionẽ nostram effugiunt propter sui esse imperfectionẽ, suæq; entitatis defectum seu paruitatem, quemadmodum materia prima, motus, tempus, punctũ, instans, momentũ, atq; similia. Quędã uero capacitatem nostram euadunt propter suę essentiæ dignitatẽ, plenitudinem & perfectionem: sicut secundo primæ philosophiæ Aristoteles asserit. Quia sicut se habet noctuæ uisus ad solis splendorem, ita se habet mẽs rationalis ad manifestissima naturæ, id est ad cognoscendum substantias separatas: quæ quantum in se est sunt maxime cognoscibiles propter actualitatis suæ eminentiam: sed à nobis cognosci non posse feruntur propter nostri intellectus debilitatẽ

Ratio secũda. 2. metaph.

debilitatem:ficut & lumen folis ex fua natura eft maxime uifibile, fed oculus ob fuā impro portionē in ipfum figi non ualet. Quoniā igitur deus eft purus actus puraq; bonitas,& ens fimpliciter quomodolibetq; perfectum, elucefcit ꝙ ob fuam excellentiam omnino & peni tus fit ignotus. Et hanc rationem Proclus Platonem fequens tangit pulcherrime in Elemē tatione fua theologica: in qua fecundū beatū Thomam pene totā mentē magiftri fui Platonis expreffit. Ait equidem Proclus: Ens diuinū ipfum quidē propter superfubftantialē unitatē indicibile & incognofcibile omnibus fimul fecundis fubftantijs, à participantibus autē capabile eft & cognofcibile: propter quod folū primū eft penitus ignotum tanq̃ ametectum ens feu incaufatum. Caufam quoq; huius incōprehenfibilitatis diuinæ naturæ clarius pandēs, Omnis inquit cognitio entiū eft, deus autem eft ultra omnia entia: nullatenus itaq; agnofcibilis eft. Et hāc rationē Diony. 1. cap. de diuinis nominibus: & Damaf. 1. li. in ducūt. Vnde Diony. in epift. ad Dorotheū teftat, ꝙ lux diuina propter fui fplēdoris uigorē inuifibilis eft. Propter q̄d etiā appellat diuina caligo, quoniā penetrari nō poteft, adeoq; deus inacceffibilem lucem inhabitare perhibetur. Infuper alia ratio incomprehēfibilitatis diuinæ, eft ipfa dei æterni & gloriofi fumma fimplicitas: quæ tanta eft, ut intellectum creatum omnimode uincat. Quis enim illam naturā cognofcet, cuius effentia eft fua actio, quæ nunq̃ in feipfa odiofa eft: & tamen operationem à fubftantia procedentem naturaliter fcilicet non habet, quę femper in actu eft, & nunquam actionem producit, fed eft fua actio: nil enim producit feipfum. Quis etiam apprehendat qualiter dei uoluntas fit libera, & libere omnia plafmans, conferuans ac moderans: quo modo quoq; intellectus diuinus cuncta in feipfo prædeterminet atq; difponat, prædeftinet, eligat, reprobet (reddendo fingula fingulis) non neceffario fed libere: quū nihilominus diuina uoluntas & intellectus diuinus aliud nihil fit nifi effe diuinum, quod omniformiter neceffarium extet incommutabile atq; immobile. Poftremo quarta & fumma ratio, cur incomprehenfibilis & incognofcibilis deus dicatur, eft infinitas primæ caufæ. Quum enim fecundum philofophum, cognitio fiat per quandam affimilationem inter cognofcentem & cognitum, oportet inter intelligentem remq; intellectam proportionem exiftere. Finiti uero ad infinitum nulla cenfetur proportio. Quum ergo fit deus uere, tamq; uehementer & intenfiue immenfus, ut quicquid ei conueniat, cum infinita plenitudine, interminabiliq; perfectione ipfi infit & competat, liquet ni fallor ꝙ deus noftram cognitionem & capacitatem in infinitum excedat: imo quicquid ei afcribitur, infinitam quo ad nos incomprehēfibilitatem & inacceffibilitatem fortitur. Itaq; diuina natura, quæ limitem nefcit: diuinum effe, quod circūfcriptionem ignorat: diuina potentia, quæ coartari non poteft: diuina fapientia, cuius nō eft numerus: diuina magnitudo, cuius non eft finis: diuina felicitas, iocunditas, iuftitia, pietas, fimilefq; proprietates noftræ mentis Ifmio omnis creati ingenij perfpicacitatem, & naturalē uirtutem in infinitū excedūt, reuerberant, latent. Sed hoc animæ contēplatiuæ ac fanctæ fumma debet effe delectatio: ꝙ deus eius tantæ dignitatis beatitudinifq; confiftit. Vnde Dionyfius primo capitulo de diuinis nominibus: Sicut inquit, intelligibilia incōprehenfibilia funt corporeis fenfibus, & fimplicia ac infigurabilia figuratis, fic ueritas diuina quæ eft fuper omnem mentem atq; fubftantiam, excedit omnem notitiam: Omnis enim uera eius fcientia et contemplatio, omnibus exiftētibus impenetrabilis: per hoc quod ab omnibus fuperfubftantialiter fe gregat. Propterea Damafcenus optime dixit: Infinitus eft deus et incomprehēfibilis: et hoc folum eius comprehenfibile, infinitas et incōprehēfibilitas: id eft, hoc folum de deo comprehendere poffumus, quod uere eft infinitus et incomprehenfibilis. Ideo Auguftinus quoq; xv. de trinitate differuit: Sic funt incomprehenfibilia requirenda, ne fe exiftimet nihil inueniffe, qui q̃ fit incomprehenfibile quod quærebat, inuenire iam potuit. Hanc incomprehenfibilitatem primi principij Proclus profunde fatetur dum ait: Neq; ergo opinabile eft diuinum, neq; meditabile, neq; intelligibile, neq; opinio eft ipfius, neq; fcientia aut mens, neq; intelligentia. Prȩterea iftam dei incomprehenfibilitatem diuina fcriptura copiofe infinuat: Scriptum eft enim: Ecce hæc ex parte dicta funt uiarum eius: et cum uix paruam ftillam fermonum eius audierimus, quis poterit tonitrum magnitudinis eius intueri? Et iterum: Ecce deus magnus uincens fcientiam noftram. Et fequenti ca. Nos ait, inuoluimur tenebris digne eum inuenire non poffumus: & enerrari non poteft. Et Hieremias: Domine deus, ecce tu fecifti cœlum & terram in fortitudine tua magna: fortiffime, magne, potens, dominus exercituum nomen tibi: magnus confilio, & incomprehenfibilis cogitatu: cuius oculi aperti funt fuper omnes filios Adam, ut reddas unicuiq; iuxta uias fuas. Hinc Ioannes ait:

Dionyfius. i.Timo 6. Ratio tertia. Ratio quarta. Pfal 145. Pfal 144. Dionyfius. Damafcenus. Auguftinus. Iob 36. Iob 36. Hiere. 32.

Ioh.1. Exo 33. Roma 11. Deum nemo uidit unquam. Et in Exodo: Dixit dominus Moysi: Faciem meam uidere nõ potes: non enim uidebit me homo & uiuet. Vnde diuinus Apostolus: O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius. Qui igitur hanc dei incomprehensibilitatem attendit, propriamq; paruitatem perpendit, nequaquam profunda dei rimabitur, nec maiestatẽ scrutabitur, ne à gloria opprimatur. Vere etenim dico, quia nil deo præsentius, & nil eo ignotius quoad quid est.

Articulus XXX. An cognitio quam de diuina natura per ablationem habemus, sit potior ea notitia quæ per positionem de deo habetur.

IN præinductis autem declaratum recordor, quemadmodum ex creaturis ad creatoris notitiam duplici potissimum uia erigimur: puta per positionem affirmãdo de deo quæ eius dignitati non derogant: atq; per ablationem abnegando de deo quæ suæ perfectioni non congruunt. Dionysius. Deniq; secundum sacratissimum Dionysium capite secũdo mysticæ theologiæ, in harum uiarum processu opposito modo progredimur: Oportet inquit ablationes contrarie positionibus laudare. In uia enim positiones, à præstantissimis inchoamus per media usq; ad ultima descendendo: & quæ priora digniorạq; sunt, deo benedicto & summo prius principaliusq; conueniunt. In hac itaq; uia dicimus deum in primis esse bonitatẽ, esse essentiam, esse ueritatem, uitam, sapiẽtiam, & ita de reliquis. Sic quoq; in libro de diuinis nominibus Dionysius deum laudat per intelligibiles nominatiões. Porro in uia ablationis ab infimis inchoantes, per media usq; ad summa conscendimus, omnia auferentes de deo tanquam ab uniuersorum principio cunctis in infinitum superposito. Veruntamẽ prius & magis proprie atq; principalius abnegamus de deo inferiora & uilia, quàm superiora atq; nobilia. Aptius nanq; dico: Deus non est corpus, quàm deus non est substantia. Deus non est sensus, quàm deus non est mens seu intellectus. Deus non est anima, quàm deus non est forma. Deus non est stultus, quàm deus non est sapiens. Nihilominus in uia ablationis omnia hæc atq; similia abnegantur de deo: & quantò magis ascendimus, tantò sermo amplius abbreuiatur, donec tandem omnia etiam summa de deo negantes, ipsam ingrediamur superlucidam diuinam caliginem: uniamurq; deo sicut omnino ineffabili atq; ignoto. Dionysius. Hoc enim Dionysius capite tertio mysticæ theologiæ deducit: Ibi inquiens, scilicet in uia positiua à superiori ad ultima descendens sermo, secundum quantitatem descensionis dilatabitur. Nunc autem uidelicet in uia ablatiua ascendens sermo secundum ascensionis mensuram corripitur, & post omnem ascensionem totus sine uoce erit, & totaliter ineffabili unietur. Dubitatio. Est igitur quæstio ingens, quæ harum notitiarum de deo sit maior & clarior atq; perfectior. Solutio. Et respondendum secundum beatissimum theologorum ducem ac principem Dionysium, quòd illa cognitio potior est qua deum per ablationem dinoscimus. Et quidem ueritas huius certissime elucescit ex omnibus in præcedenti articulo introductis. Si nanq; ut ibi ostensum est, deus omnino quantum ad quid est, ignotus est, incõprehensibilis, imperscrutabilis, ineffabilisq; existens, tunc palã est quòd de deo melius scimus quid non est quàm quid est: imò quid est, penitus ignoramus. Notitia ergo dei per abnegationem prȩstantior est q̃ per affirmationẽ existens. Ratio secũda. Deniq; omnis nostra intellectualis cognitio ex creaturis, imo ex sensibilium apprehensione exordium sumit secundum Dionysium & Aristotelem, quamuis Plato in Memnone aliter tradat. Cum ergo sit deus super omnia sensibilia atq; creata exaltatus & eleuatus, per seipsum à nobis cognosci non potest nec nominari: sed prout in suis creatis effectibus relucet, cognoscitur, & creaturarũ nominibus explicatur. Quia igit̃ deus gloriosus uniuersa creata superessentialiter & infinite trãscendit, constat q; ex creaturis sciri nequeat quid sit, sed quid non sit: sicq; per omnium quæ in creaturis reperiũtur ablationem excellentius noscitur. Melius ergo atq; profundius dico: Deus non est bonitas, uita, sapientia, beatitudo, &c. quàm deus est bonitas, uita, sapientia, beatitudo. Nam in prima quasi designatur deus esse aliquid, & rebus creatis in aliquo similis esse, qui tamen super omnia est: atq; ab omnibus suis effectibus infinita disparitate & eminentia segregatur. In secundo uero innuitur deus non esse sic bonitas, uita, sapientia & beatitudo, ut cætera, & ut nos intelligere æstimareq; possumus: sed cum supersubstantiali excessu, cum fontali causalitate, cum infinita & prorsus incognita atq; incomprehensibili plenitudine insinuatur esse bonitas, uita, sapientia, beatitudo, & alia quæ ei proprie æstimãtur competere. Dionysius. Vnde secundo mysticæ theologiæ cap. Dionys. Hoc est ait deũ uere uidere & cognoscere, supersubstantialẽ supsubstantialiter p omniũ entiũ ablationẽ laudare. Et in epist. ad Caiũ monachũ: Inuisibilis inquit est deus propter excellentẽ suã claritatẽ. Quod tamen

tamen secundo Angelicæ Hierarchiæ cap. clarius pādit. Negationes (inquit) in diuinis sunt ueræ, id est, proprie atq; ueraciter dictæ: affirmationes autem incompactæ, id est, non cohærentes, nec propriæ ut Hugo exponit. Vnde alia translatio habet inconuenientes. His quoq; consonat Damascenus primo libro dum ait: Familiarius magis est ex omnium ablatione facere rationem. Nihil enim eorum quæ sunt est deus: non ut non ens, sed ut super omnia ens & super ipsum esse ens. Et istud philosophi quoq; præcipui, Alphorabius, Auicenna, Quatuor libri de causis, & alij multi testantur: Naturalis enī ratio dictat hoc. Damascenus.

Articulus XXXI. Et est introductio quæstionis difficilis, scilicet an aliquid de deo sublimi affirmatiue & substantialiter prædicetur.

ALiqua deniq; sicut ex dictis clarescit, de deo dicuntur per respectum ad creaturas ut dominus, creator, gubernator: aliqua autem negatiue, ut dum dicitur, Deus est incorporeus. Palàm est autem horum nullum de deo substantialiter dici, sed relationem eius ad creata designant, aut ab eo aliquid remouent. Quædam uero absolute & positiue deo attribuuntur, ut esse bonum, esse uitam, sapiētiam, ueritatem. De talibus igitur quidam opinati sunt, quod nec positiue nec substantialiter enuntiētur de deo, sed magis inuenta sunt ad aliquid remouendum ab eo, sicut dum dicimus, Deus est intelligens, Deus est uiuens, sensus sit: Deus non est eo modo quo non intellectualia & non uiuentia sunt. Et hæc erat opinio Rabbi Moysi. Quidam uero dixerūt, quod nomina talia instituta atq; reperta sunt ad insinuandam causalitatem creatoris ad creata, ut dum dicitur: Deus est bonus, sit sensus: Deus est causa bonitatis in rebus. Has opiniones Thomas in prima parte quæstione 13. recitat, atq; ineptas & falsas affirmat, Primo sic arguens, quia secundum eas ratio non est cur potius unum nomen dicatur de deo q̄ aliud: cum enim sit deus omnium causa nec aliquid omnium, sequitur æque omnia ueraciter prædicari de eo. Vnde sicut ueraciter dicimus, Deus est bonus quoniam causa est bonitatis, & quia non est ut ea quæ bona non sunt, ita uere dici posset, Deus est corpus seu lapis & aqua, cum ipse sit causa eorum, nec talem habeat modum essendi ut ista. Secundo Thomas arguit sic: Nam secundum positiones prædictas nomina perfectionalia prius dicerentur de creaturis q̄ deo, cuius oppositum ante innotuit: quoniam esse & bonum atque similia, deo potissime competunt: adeoq; perfecte, ut ei duntaxat secundum perfectam rationem conueniant: præsertim cum omnis creaturarum atq; effectuum perfectio excellētius inueniatur in deo omniū creatore & causa, quàm in rebus productis. Tertio arguit: Hæ nanq; positiones contrariantur intentioni de deo loquentium: Dum enim dicimus, Deus est bonus, uiuens, intelligens, intendimus dicere quod deus in seipso propriaq; natura sit talis. Veruntamen quamuis beati Thomæ non minimus imitator, amator & fautor existam, tamen salua in omnibus tanti doctoris reuerentia, quantum iudicare præualeo, has positiones & maxime primam, uidelicet Rabbi Moysi, qui erat maximus philosophus atq; theologus insufficienter resoluit, determinat, reprobat: quod diligenter declarare oportet. Occurrat ergo memoriæ quod superius introduxi Rabbi Moysen dicere: quædam nomina prædicari de deo per respectum ad creata: quædam per modum quantitatum, ut immensus, incircunscriptus: quædam per modum qualitatum: quæ omnia secundum eum transeunt in diuinam substantiam. Deniq; dicit hoc nomen tetragrammaton significare diuinam essentiam puram ac nudam prout in seipsa subsistit, omni uidelicet alieno penitus circunscripto. Non ergo Rabbi Moyses tam absolute, tamq; simpliciter astruit nil positiue ac substantialiter dici de deo, ut recitat Thomas: præsertim cum Rabbi Moyses sępius dicat omnium creaturarum perfectiones excellentissime & unitissime, seu simplicissime summo ac sancto creatori inesse. Breuiter ergo positioni eius intantum consentio, inquantum documentis Dionysij & catholicorum doctorum petero eam esse concordem ostendere. Erat nempe ni fallor Rabbi Moysi intentio, quod nihil substantialiter aut positiue deo conueniat proprie, & prout nos illud intelligere possumus, uel quantum ad quid est, aut quantum ad modum significandi, seu iuxta modum quo in creaturis consistit. Quòd enī his modis nil affirmatiue aut substantialiter enuntietur de deo excelso, ex doctrina Dionysij primo sic comprobo: Quicquid uerius atque subtilius negatur de deo q̄ affirmetur de eo, nec substātialiter nec affirmatiue prædicatur prædictis modis de eo: sed omnia præinducta quantūcunq; perfecta, magis proprie, magisq; uere auferuntur de deo quam ei conueniant: Et hoc quidem in præcedenti articulo plenissime, ratione atq; auctoritatibus Dionysii & Damasceni ostensum est: non ergo substantialiter nec

Prima opinio de prædicatis diuinis.

Secūda opinio. Vnde be. Tho: ibid per duodecim arti. illius quæstionis.

Vide Capreo. Thomę defensorem, & Thomā Caietanū ibid super S. Thomam.

Intentio Rabbi Moysi.

Prima probatio.

affirmatiue enuntiantur de deo secundum modos prætactos. Præterea etiam, præstantissima nomina Dionysius ult. mysticæ theologiæ cap. aufert seu negat de deo: Rursus inquit ascendentes dicamus, quod omnium causa nec intellectus est, nec intelligẽtiam habet, neq; ratio neq; intelligẽtia, nec dicit nec intelligit, nec stat neq; mouet neq; habet potẽtiã neq; potẽtia est, neq; lumen est, neq; uiuit: nec uita est, neq; substãtia, neq; sciẽtia: nec ueritas, neq; regnũ, neq; sapientia, neq; unũ: nec unitas, neq; deitas, neq; bonitas, neq; spũs: nec aliud aliqd nobis aut alicui cognitorũ: neq; entia cognoscunt ipsam secundum quod ipsa est: neq; ipsa cognoscit entia secundum quod entia sunt. Hucusq; uerba Dionysii pro Rabbi Moyse militant. Porro sequentia aliæ opinioni fulcimentum ministrant. Addit nanq;: Neq; ratio est ipsius scilicet dei, neq; nomen, neque cognitio, neque tenebræ, neq; lumen, nec error, nec ueritas, neq; est ipsius uniuersaliter positio, neq; ablatio: sed eorum quæ post ipsam positiones & ablationes facientes, ipsam nec ponimus neque auferimus: qm̃ ipsa est super omnem positionem, sicut omnino perfecta omniũq; unitiua causa, & super omnẽ ablationẽ superexcellentia ab omnibus simpliciter absoluta. Insuper primo capite de diuinis nominibus Dionysius de deo fari orsus, Est inqt irrationabilitas nõ intelligibilitas, & innominabilitas per excessum rationis & intelligentiæ ac nominationis: & est omnibus causa essendi. Ipse uero est non existens per excessum existentiȩ. Et iterũ ait: Cũ tota uirtute nos unierimus diuinis theorijs, tunc omnia resecantes immittemus nos ad supersubstantialem radiũ: quẽ neq; cogitare possibile est, neq; dicere, nec aliquo modo contẽplari: eo quod sit ab om̃ibus segregatus, & in seipso supersubstantialiter collocatus tanq̃ in incomprehensibili uirtute super omnes mentes cœlestes. Porrò secunda opinio fortissime roboratur auctoritate Dionysii secundo cap. de diuinis nominibus: Diuina inquit & inuisibilia dei, per solas ipsorũ participationes cognoscimus: & dum dicimus deum esse uel substantiã uel uitã aut lumẽ seu mentem, aliud his nominibus non intelligimus, nisi processus dei in nos participationesq; diuinæ plenitudinis, quibus nos iustificat, substantificat, uiuificat uel sapientificat. Insuper ad idem facit quod nunc ante à Dionysio dictũ mõstraui: uidelicet quod affirmationes de deo dictȩ sunt uere negationes: & quod hoc est supersubstantialẽ uere cognoscere, eum per omnium ablationem supersubstãtialiter laudare. Sunt aũt & alia plurima ualde Dionysii testimonia quæ induci possent: sed propter prolixitatem uitandam ista sufficiant.

Articulus XXXII. & est affirmatio responsionis inductæ ex testimonijs Damasceni & Hugonis atq; doctoris diuini.

Roborantur demũ præhabita auctoritate Damasceni qui primo lib. sic ait: Quæcunq; de deo affirmatiue dicimus, non naturam sed ea quȩ sunt circa naturã eius ostendunt: Etenĩ si bonũ, si iustũ, si sapiens, & si quodcũq; dixeris, non naturã dicunt sed ea quȩ sunt circa naturã. Et iterũ planius loquens 12. primi lib. cap. Oportet inquit singulum eorũ quæ in deo dicuntur, non quidem quod secundum substantiã est significare æstimare, sed quod non est: ostendere autem habitudinem quandã aut aliquid eorum à quibus separatur & distinguitur: aut aliquid eorũ quȩ assequuntur naturã aut operationẽ. His uerbis tam Rabbi Moysi q̃ aliorum opiniones iam recitatȩ manifeste stabiliuntur: Imò uidetur Damascenus utranq; astruere. Si enĩ quæ de deo dicuntur non dicunt naturã eius nec quid est sed quid non est, apparet quod non proprie prȩdicentur de deo substantialiter & positiue. Rursus si non designãt dei naturã sed aliquid circa eam & habitudinẽ quandam, sequi uidetur quod per causalitatem de deo dicantur. Denique consonant uerba Hugonis super angelicam Hierarchiã: Audi inquit magnũ sacramentũ: Quid est deus? Super omne est. Et cũ quæraĩ quid est hoc? Dici nõ potest, quia cogitari non potest. Quod enĩ cogitatur, uel in rebus est uel secundũ aliquid rerũ. Deus aũt nec est in rebus quasi aliqd rerũ, quia creatura non est: nec secundũ res est, quia creator earũ. Quod ergo deus est, nec in istis inueniri potest quod est, nec secundũ ista intelligi ualet quale est. Si enĩ aliquid horũ dicitur, aliud est: & si secundũ aliquid horũ dicitur, aliter est. Quid ergo dicendũ est q̃d deus est? Solũ hoc dici potest, quia aliud est: & quid est, dici non potest. Habemus ergo quod dicamus, Non est hoc deus. Sed non habemus quod dicamus, Hoc est deus. Qm̃ omne quod habemus uel inuenimus, hoc nõ est deus: & omne quod dici & cogitari potest, minus est & infra est q̃ quod deus est. Et si dixerimus de deo nobiliora, ueritatẽ dixisse putamur sicut dum dicimus, deus est spiritus: deus est sapientia: & tamen hæc sunt tãtum figuræ & signa ueritatis, non ueritas ipsa. Alia quo plura his paria asserit Hugo. Porrò doctor diuinus in libro spiritualis despõsationis idem fatetur: Alta inquiẽs dei natura conspicitur, quõ ipsa est inaccessibi

Ioannes Ruysbroch.

inaccessibilis altitudo, abyssalis profunditas, incōprehensibilis latitudo, æterna longitudo, caliginosum silentium seu tenebrosa taciturnitas, uoluptuosumq; desertum. In libro quoq; de perfectione filiorum dei testatur: Quēadmodum summa dei cōtemplatio aliud non sit nisi intentio quædam caliginis, quam Dionysius irrationalem & amētem appellat propter excessum rationis & mentis: nempe in hac diuinæ caliginis quę est supersplendidissimū ac inuisibilissimum lumen, intuitione: diuinæ claritatis splendor purissimus aciem mentis reuerberat, uincit, obtenebrat, penitusq; obcæcat. Propterea deo sicut prorsus ignoto coniungitur, & in diuinarum tenebrarū speculatione deficiendo demergitur, liquescit & deliquescit, profundatur & deprofundaf, in superlucidissimas diuitiarum dei opulētias assurgere cupiēs sed figi nō ualens. Postremo omnium horum confirmatio est quod sanctus Dionysius in prima epistola ad Caiū monachū scribit: Diuinæ tenebræ cooperiunf omni lumini, & abscōduntur omni uisioni: & si quis uidens deum intellexit quod uidit, nō ipsum deum contemplatus est, sed aliquid ipsorum ab ipso existentium & cognitorum. Ipse aūt super animū & super essentiam supereßentialiter superpositus est uniuersaliter, nō cognoscēdo neq; uidēdo. i. in hoc quod nō cognoscif neq; uidef: Vnde in libro de causis subtiliter dictū est: Causa prima est super omne nomen quod noiaf, & nō pertinet ad eam diminutio neq; cōplemētum.

Articulus XXXIII. Resolutio & concordia horum quæ dicta sunt & sibi uidentur contraria.

QVoniam uero non minus difficile est præinducta uerba Dionysij, Damasceni, & aliorum intelligere atq; saluare, q̄ positionē Rabbi Moysi & alterius opinionis, idcirco utile reor, tantorum uirorum de deo profunde loquētium doctrinales sentētias paulisp pro uirib⁹ explanare & cōcordare. Nullatenus em̄ puto tā summos doctores circa dei naturā errasse: quod tamen esset si sibi mutuo repugnantia docuissent. Aduertendum ergo quod aliquid dici potest de alio substantialiter & positiue dupliciter: Primo proprie scilicet qm̄ designat & exprimit quid sit ipsa natura, uel in specie uel certe in genere, aut saltem secūdum uniuocum aliquod, sicut dum dico: Homo est animal: homo est corpus: homo est substantia. Secundo improprie uel minus proprie seu quantum ad nos: quando uidelicet prædicatum nequaq̄ significat subiecti essentiam, seu quid sit ipsum subiectum secundum quod in propria natura est & in seipso subsistit, sed solum eo modo quo à nobis cognosci potest: uel quia designat ea quæ ad ueritatē essentiæ cognoscendam magis accedūt. Cū ergo secundū oēs pene antiquos theologos atq; philosophos deus nec sit species, neq; in specie, nec genus, neq; in genere, neq; de deo & creaturis aliquid uniuoce prædicetur, elucescit quod secūdum primū modū nihil de deo substātialiter seu affirmatiue dicaf in statu pręsenti, sed potius insinuatur in tali pręedicatione uocetenus positiua quid deus nō sit, uel qd ab ipso sit, seu quid circa ipsum sit: quēadmodū ex plurimis testimonijs prædictorum doctorum inductis clarissime liquet. Nō aūt signaf qd deus sit, qui secūdū substātiam omnino atq; omnimode extat ignotus. Et hęc erat mens Rabbi Moysi, affirmātis nil substātialiter uel affirmatiue enūtiari de deo incōprehēsibili & excelso. Et ad idē redit secūda opinio: cuius assertores fassi sunt ea quę de deo dicuntur, habitudinē causę significare: sicq; per causalitatem de ipso enuntiari: Nam eo ipso quo ita loquuti sunt, agnouerunt utiq; omnes entium perfectiones deo excellentissime conuenire tanq̄ uniuersorum primo principio & creatori altissimo. Cur ergo dixerunt prędicata perfectionalia de deo non dici substantialiter sed magis causaliter, nisi quod deo nō cōpetunt eo modo quo in rebus inueniunf atq; à nobis agnoscuntur, sed per modum nobis imperscrutabilem & à nobis innominabilem. Enimuero ita intelligendum opinor quod Dionysius ait, iamq; præhabitum est quod dum bonitas, esse, uita, sapientia &c. de deo dicūtur, nil aliud significaf nisi processus dei in nos & participationes perfectionis diuinę. Hoc em̄ ita dictū nō arbitror, quasi hæc noia solū causaliter & neq̄quā substantialiter prædicentur de deo neq; significēt deū, sed effectus dūtaxat diuinos: sic nāq; pręinductæ obiectiōes procederēt. Quid igif Dionysius affirmare intēdit, nisi q̄d istis noībus nō designef nec intelligaf deus secūdū id q̄d est, nec prout inseipso existit, sed prout eius natura atq; pfectio in suis effectib⁹ innotescit atq; resplēdet. Secūdū hūc q̄q; sensum uerba Damasceni sumēda sunt: qbus nil de deo dictū substātiā dei significare fatef, sed aliqd circa eā, & quod singulū eorum quæ de deo dicūtur, non quid est, sed quid nō est importat: uidelicet qm̄ nullū nomen exprimere potest diuinā naturā, seu esse diuinū secundum propriam subsistētiam, sed secundum aliquam proprietatem, qua uel in rebus creatis quasi in speculo refulget & declaratur, uel ad eas refertur, uel ab ipsis distinguitur, seu simili

Duob⁹ modis prædicaf aliqd de altero positiue.

Nihil prædicaf de deo positiue.

Sentētia Rabbi Moysi.

ſimili modo: nam uti oſtēſum eſt, deum ex ſuis effectibus agnoſcimus & nominamus: Idcirco prout in creaturarū perfectionibus uarijs modis diuina reſplēdet pfectio, iuxta hoc deū multiformiter contēplamur ac nominamus: ſed ſicut om̄is creata eſſentia ab increatæ eſſentiæ perfectione in infinitū occumbit ac diſtat, ſic omnis intelligibilis forma creata, à perfecta repræſentatione diuinæ naturæ in infinitum deficit & recedit. Nullum ergo nomen ex creaturis receptū & deo tributū, exprimit quid deus eſt: imò ab hoc infinite & incōparabiliter deficit. Subſtantialiter tamen dici de deo conceditur ſecundū diſtinctionē prætactā: præſertim cū Auguſtinus & Boëthius aſſerant quædā dici de deo ſubſtantialiter, & aliqua realiter. Poſtremo quantū intelligo, ad iſtud reducitur Thomæ poſitio: qui Rabbi Moyſi contradicens, ait prædicta nomina de deo ſubſtātialiter dici, eiuſq; ſubſtantiam deſignare: non tamen perfecte, & ſicut in ſe eſt eam deſignant, ſed id potius innuunt, quod perfectiones ſignificatæ per nomina altiori modo conueniant deo q̄ rebus creatis. Hoc autem prædictis non obuiat.

Vide Tho. Caietanum ſuper prædicto articulo bea. Tho. hic ſuperius articulo 31. allegato & Capreo. pro defenſiōe Thomæ.

Articulus XXXIIII. Quod non obſtantibus his quæ de diuinæ naturæ incōprehenſibilitate & incognoſcibilitate inducta ſunt, ueram habeamus de deo benedicto & ſancto notitiam.

HOc porrò quod ſecundum magnū Dionyſium dictū eſt, non cognoſcere nos deū ſicut eſt, nec eſſe notitiam, ſcientiā uel ſapientiā de ſupereſſentiali & ſuperignota diuinitate, dubitationē facere poteſt. Qui em̄ rem aliter intelligit q̄ eſt, falſe intelligit: immo nō cognoſcit eā, ſed errat: ſi ergo deus omnino ignotus eſt, neq; cognoſcimus eum ſicuti eſt, falſe cognoſcimus. Et reſpondendū quod operatio ſequit operātis naturā: Idcirco ſecundū Boëthium, cognitio quæ eſt operatio interior cognoſcentis, eſt ſecundū naturā & modum cognoſcentis nō cogniti: Quēadmodū ergo deus uniuerſa cognoſcit nō ſicut illa ſunt, ſed ſecundum ſuæ diuinitatis excellētiam, intelligit nanq; tēporalia æternaliter: ſenſibilia inſenſibiliter: mutabilia inuariabiliter: ita & nos diuina cognoſcimus non ſicut illa in ſe ſunt, ſed ſecūdum noſtræ paruitatis potētiam, noſtriq; intellectus conditionē. Vere tamē diuina cognoſcimus, quāuis obſcure, imperfecte & aliter q̄ in ſeipſis ſint: qm̄ iſta obſcuritas imperfectio & alteritas nō eſt referēda ad obiectum, ſed ad cognoſcentis potentiam. Si em̄ deū dicerem corporalem conſiſtere aut corporaliter eſſe, errarē: ſed ſi incōprehenſibilem cōprehendere nequeo, quin potius ſecūdum meam capacitatē eum conſidero, nō erro, neq; eius dignitati in aliquo derogo: qm̄ quicquid imperfectionis cōtingit in contēplatione & appellatione qua eum cōtemplor & nomino, hoc totū proprie imperfectioni aſcribo, certiſſime ſciens deum nobiliſſimo modo ſubſiſtere. Hoc eſt quod Hugo ſuper angelicam hierarchiam inducit dum ait: Minus eſt deo quicquid de eo dicis: & tamē de ipſo hoc dicis, non ut ad ipſum accedas, ſed ut ei propinques. Magnum eſt homini nūc ad ipſum ire, & ſi nō detur peruenire in hoc ſtatu: dabitur em̄ poſtea: nūc uero interim totum imago eſt. Quāuis em̄ quædam deo ſint propria, & quaſi totum quod deus eſt exprimentia, ut eſſe infinitū, eſſe ſimpliciter perfectum, eſſe purū, bonū, tamē ſecundū quod nos iſta cognoſcere poſſimus, inferiora atq; minora ſunt eo quod deus eſt: & ideo ſecundum autorem libri de cauſis, nec complementum conuenit deo: quoniam omnis perfectio prout à nobis apprehēdi ualet, indigna eſt ei cuius eſſentia noſtram capacitatem in infinitū tranſcendit.

Dubitatio.

Reſolutio.

Hugo.

Articulus XXXV. De ſimplicitate diuini eſſe.

SIcut præterea ex Elementatione Procli eluceſcit, eſt quædam ſimplicitas per carentiam totius perfectionis: & hæc eſt ſimplicitas materiæ primæ, quæ eſt pura potētia tanq̄ totius actualitatis formalitatiſq; expers: talis ergo ſimplicitas imperfectiſſimo entium conuenit. Alia uero extat ſimplicitas per totius imperfectionis carentiā: & iſta eſt ſimplicitas primi principij quod eſt purus actus, tanq̄ uniuerſæ materialitatis admixtione & potentialitatis conſortio carens. Deus ergo ſicut omnino perfectus cenſetur, ita ueraciter ſumme ſimplex, immo ſua ſupereſſentialis ſimplicitas perhibetur. Inſuper omnis cōpoſitio indigentiæ ſignum eſt. Si em̄ compoſitū in uno eorū quæ in ipſo ſunt totam ſuam perfectionē haberet, nequaq̄ alio indigeret nec ipſum haberet: cum nō ſit pluralitas ſine neceſſitate ponēda ſecundū Philoſophum. Si ergo eſſet in diuiua natura cōpoſitio, diuerſitas aut nō identitas aliqua, nō eſſet in deo ſumma perfectio, ſed unū eorū quæ in ipſo eſſent, aliquo indigeret. At uero ubicunq; cōpoſitio inuenitur, unum perficit aliud: idq; quod perficit, rationem actus ſortitur: quod aūt perficitur, proprietatē habet potentię atque materiæ. Niſi em̄ unum perficeret aliud inaniter iungerētur: eſſetq; in eodem multitudo ſine cauſa.

De Simplicitate uide S. Tho. pri par. q. 3. per octo arti. & in pri. lib. cō. gen. ca. 20. & alibi.

Secunda ratio.

Ariſto. 2. phy. tex. cō. 56.

Cum

Cum ergo superius demonstratum sit, quod deus est purus actus, esse nõ potest in eo cõpositio aliqua, sed simplicitas plena. Adhuc autem extrema seu ultimi termini omnis multitudinis, sunt maxime indiuisibiles, summeq; simplices. Cũ ergo purus actus q deus est, & pura potẽtia puta materia, sint duo extrema & termini rerũ, oportet utrũq; in sua natura simplicissimũ esse: nã aliàs componẽtia utriusq; essent ante ipsa cõposita, sicut principia sunt ante principiata: & tũc deus nõ esset simpliciter primũ nec causa simpliciter prima, sed unũ eorũ ex quibus cõponeretur: nec esset ens penitus independens: quæ omnia absurdissima sunt. Deus ergo ut ait Anselmus, adeo purus & simplex est, ut nec re nec intellectu diuidi queat. Deniq; ante probatũ est quod deus nõ solũ est unus sed unitas prorsus purissima: & quod non est quid unitum, nec fit in ipso aliqua unio: sed quod ipse est simplicissima unitas omnes entium diuersitates in ordinẽ redigens, simplificãs atq; unificans. Deus ergo in fine totius simplicitatis est simplex. Nõ est itaq; in deo forti & glorioso compositio ex esse & essentia, ex actu & potentia, ex forma & materia, ex quod est & quo est, ex natura & supposito, ex genere & differẽtia uel ex aliquo alio: sed quicquid in deo est, est ipsemet deus: & quicquid deus habet, hoc ipse est: unde in deo idem sunt essentia, uirtus & actio, esse, posse & agere, intelligens, intellectus, intelligere, natura, persona, sapientia, beatitudo & omnis perfectio: imo ipsum esse diuinum est simplicissime omnia ista, quæ nec sunt neq; dicuntur multa uel omnia nisi quantum ad nos qui esse diuinum in seipso & sicuti est agnoscere non ualemus: sed per species rerum creatarum ipsum multiformiter consideramus atq; exprimimus, secundum quod diuinæ naturę perfectio quæ in se una & simpla est, in rebus uarijs modis relucet. Elucescit demum ex his quod deus non est corpus, nec uirtus corporea, nec corporis uirtus, nec uirtus in corpore: sed est esse ab omnibus superessentialiter separatum, nulli miscibile, cum nullo componibile, in nullo terminabile: sed intra cuncta existens, ab omnibus infinita distantia non locali sed perfectionali segregatur: itemq; distinguitur estq; ab omnibus seipso primo & immediate diuersus. Vnde constat pessimus error ponentiũ, quod deus sit esse formale omnium rerum, uel anima mundi, aut simile aliquid. Veruntamẽ Dionysius de diuinis nominibus dicit, & idem asserit Damascenus, quod deus est esse omniũ entium, & uita uiuentium, & uirtus agentium: sed hoc intelligendum est causaliter seu efficienter: qm ipse est creator & causa omnium secũdorum, nõ autem formaliter tanq̃ sit intrinsecum rei principium sicut est forma. Aduertendum uero pro intellectu dictorũ, quod uirtus corporea dicitur quæ in corpore maiori est maior, & in minori minor: quemadmodũ calor, frigiditas, siccitas: sed corporis uirtus est quæ secundũ dispositionẽ complexionis seu harmoniæ conditionẽ agit, & est actus seu perfectio organi secundũ Rabbi Mosen, ut uis uisiua & auditiua. Virtus uero in corpore nominat quæ nõ est corpori quasi subiecto de necessitate innitens, quãuis sibi formaliter uniat quẽadmodum intellectus, qui à corpore separat sicut perpetuũ à corruptibili secũdũ Philosophũ. Porro deũ esse simplicẽ, Damascenus pri. lib. testatur adijciens quod ea quæ de deo per modũ differẽtiarũ dicunt, ut incorporeũ, intẽporale, immortale, æternũ, iustũ &c. nõ sunt distinctæ nec substãtiales differẽtiæ dei meq; designãt deũ ex multis cõnexũ. Anselm⁹ quoq; in Prosologion: Quid es (inqt) dñe qd es? certe uita es, sapientia, ueritas, bonitas, beatitudo, æternitas & omne bonum es. Multa ait sunt hęc: sed non potest angustus meus intellectus tot simul uno intuitu uidere, ut omnibus simul delectetur. Quõ ergo es dñe omia hæc? An sint partes tui, an potius unũquodq; eorũ est totũ quod es? Vtiq; dñe, unũquodq; eorũ est totum quod es & quod sunt reliqua omnia. Omnia uero hæc roborantur testimonio Dionysij, qui nono cap. de diuinis nominibus ait: Deo attribuitur identitas æterna, inconuersibilis, in seipsa supsubstãtialiter manẽs, mũda, immaterialis, simplicissima, nullius indigens: sed semper per se perfecta, omnibus supersplendens ut conuenienter eam participent. Innotescit autem ex his quàm sit inconueniẽs quorũdam opinio, qui distinctionem formalem ponũt in deo præter personalem distinctionẽ. Est nẽpe opinio aliquorũ quod in diuinis sit distinctio perfectionũ attributalium ex natura rei, circũscripto omi intellectu creato: ita quod inter attributa diuina sit quædã nõ identitas ex natura rei quæ dici potest distinctio formalis siue modalis: estq; intelligẽda nõ per positionem sed per abnegationẽ, prout hoc formaliter nõ est hoc. Vnde secundũ eos aptius est uti hac negatiua nõ idem q̃ distinctum. Hæc opinio ueritati demõstratę repugnat. Ostẽsum est em̃ quod deus sit simplicissima unitas & unitissima uel potius ut sic loquar, unissima atq; purissima simplicitas. Est ergo in deo quantum ad perfectiones attributales omnimoda, summa & pura atq; perfecta idẽtitas. Non est igit in deo ex natura rei quãtũ ad attributa

Tertia ratio.

Anselmus.

Cõpositio nulla in deo est.

Virtus corporea.

Virtus in corpore.

Damascenus.

Anselmus.

Dionysius.

Opinio Scoti.

Cõfutatio opinionis.

buta, aliqua nõ idẽtitas seu formalis distinctio. Deniq; iuxta Philosophũ, unũ in substantia facit idem: in quantitate æquale: in qualitate simile. Vbi ergo est pura unitas, est pura identitas & nulla formalis distinctio. Cum ergo deus dicatur incõparabiliter purissima unitas ac plena simplicitas, non est in eo ex natura rei talis distinctio. Ista quoq; opinio directe repugnat Anselmo qui in prosologion ad deũ deuotissime atq; uerissime loquẽs, Nullæ inque partes sunt in te domine nec es plura, sed sic unum quiddã & idẽ tibi ipsi ut in nullo sis tibi ipsi dissimilis: imò tu es ipsa unitas nullo intellectu diuisibilis. Nescio qd planius dici queat: sed nõ est propositi in hoc opere isti materiæ immorari: habet em̃ alibi locum conuenientiorem. Postremo qm̃ Albertus & Thomas in istis consentiunt, ideo quod Thomas ponit in diuinis distinctionem rationis rei rationalis, nõ aũt Albertus, sed solum ponit ibi distinctionẽ rationis ratiocinantis, nõ est difficile cõcordare: In nominibus em̃ duntaxat dissentiunt, sed in ipsa ueritate cõcordant. Cum aũt Damascenus primo libro testetur, quod deum esse compositum affirmare extremæ impietatis est, tantò unusquisq; extremæ impietati magis propinquat, quantò à uera dei simplicitate, unitate & identitate magis recedit. Dicta autem opinio asserit, quod attributales perfectiones in deo, scilicet sapientia, pietas, misericordia, æquitas, beatitudo, potẽtia &c. formaliter distinguuntur seu ex natura rei sint nõ idem: ita quod omni actu creatæ mẽtis secluso, unũ formaliter nõ sit aliud. Istud cõtrariatur Augustino qui apertissime in libro de trinitate de diuina simplicitate loquẽs, Deus inquit & si multipliciter dicatur, uere tamen & summe simplex est. Dicit em̃ magnus, bonus, sapiẽs, beatus, uerus, & quicquid aliud nõ indigne dici uidetur: sed eadẽ magnitudo eius est quæ sapiẽtia: & eadẽ bonitas quæ sapiẽtia & magnitudo & ueritas. Vndecimo quoq; de ciuitate dei, Ideo ait deus simplex uocatur, quia hoc est quod habet: excepto quod relatiue una persona ad alterã dicitur nec est ipsa. Omnia ergo quæ in deo sunt, omnino unũ & idem sunt, ubi nõ obuiat oppositio relatiua: Quod in libro de trinitate Boëthius quoq; fatetur. Cũ ergo attributa in deo relatiuam oppositionẽ nõ habeant, constat quod ex natura rei sint penitus unũ & idem. Amplius secundum omnem doctrinam Dionysij, Deus ideò simplex cẽsetur, qm̃ esse diuinum omnium creaturarum perfectiones in seipso cũ immẽsa plenitudine & infinita perfectione atq; perfectissima ac superessentiali simplicitate cõplectit. Ideo ualde opposita deo conueniunt secundum diuersas perfectiones, quas sua in se essentia comprehẽdit. Quid ergo opus est aut expedit distinctionem formalẽ somniare in deo? Aug. demum 5. de trinitate, dei simplicitatẽ declarãs, Intelligamus ait deum quantum possumus sine qualitate bonũ: sine quantitate magnum: sine indigentia creatorẽ: sine situ præsidentem: sine habitu continẽtem: sine loco ubiq; totum: sine tempore sempiternum: sine ulla sui mutatione mutabilia facientem nihilq; patientem. Quisquis deum sic cogitat, & si nondum potest inuenire quid sit, pie tamen caueat quantum potest aliquid de illo sentire quod nõ sit. Hilarius insuper 8. de trinitate de diuina simplicitate sic dicit: Non humano modo ex compositis deus est, ut in eo aliud sit quod habetur, & aliud ipse qui habet: sed totum in ipso uita est, natura uidelicet perfecta & infinita, & non ex disparibus constituta: sed uiuens ipsa per totum. Veruntamen ut in lib. de fide ad Petrum Augustinus testatur, hæc facile dici possunt & credi: uideri aũt nisi puro corde omnino non possunt. Propterea frater charissime, ut huius diuinæ simplicitatis simus nõ uaniloqui assertores ut multi, sed synceri contẽplatores ut prodolor pauci, simplificemus corda nostra abstrahendo nostrum affectum à rebus carnalibus atq; caducis, & ipsum diuino ac incõmutabili bono fortiter affigendo: Vnum em̃ est necessariũ: Totaq; nostra perfectio est deiformis simplificatio .i. amorosa mentis ad simplicitatem diuinam conuersio: cui tantò integrius tantoq; purius copulamur, quantò à multis atq; compositis lõgius separamur, pro solis diuinis solliciti, & in dei obsequio fideles, puri ac feruidi.

Anselmus. — *Vide in lib. de formalitatibus Thomistarũ.* — *Exhortatio.*

Articulus 36. De incommutabili stabilitate diuinæ essentiæ.

Omnis porrò mutatio aut est alicuius nouæ dispositionis adeptio, aut pristinæ dispositionis abiectio. Cũ ergo sit deus uere simpliciterq; perfectus, nec dispositionem quam habet amittere potest, nec nouam acquirere, est ergo incommutabilis deus. Deniq; dictum est quod deus est unitas pura ac summa simplicitas, & quicquid in deo est, est ipsemet deus, nil ergo recipere ualet de nouo, nilq; amittere. Si em̃ quicq̃ amitteret, se totũ amitteret & esse desineret. Si uero quicq̃ reciperet, non esset ipse quicquid in ipso est: quia quod aduenit, non est id q̃d antea inerat. Insuper omne q̃d aliquo modo mutatur, est potentialitati admixtum, sicut frequenter iam patuit: Deus uero est purus actus, quod item sæpe innotuit. Nequaq̃ ergo mutabilis est. Hoc etiam patet ex his quæ de æternitate

De immutabilitate dei uide b. Thomã 1. p. q. 9. in duobus articulis. — *Secũda ratio* — *Tertia ratio.*

nitate dei præhabita sunt. Itẽ ostẽsum est q̃d deus beatus & uerus, est ipsa sua supessentialis infinititas: si igit̃ aliqd p mutationẽ amitteret infinitã pfectionẽ amitteret: & si aliqd reciperet ei q̃d ex om̃i parte infinitũ est, additio fieret: q̃d Aristoteles impossibile testat̃. Adhuc autẽ, nullum mutabile est essentialiter quicquid est, neq; totaliter inuariabiliterq; beatũ: Deus autem est ens per essentiam naturaliterq; beatus: non est ergo mutabilis. Vnde quod deus uicissim aliquid dixit futurũ quod tamẽ non euenit, hoc secundum causas inferiores asseruit, non aũt secundum causas superiores: & in talibus dicitur mutare sentẽtiam, quę dicit respectum ad ipsa negotia, non autẽ consilium, quod mentem consiliantis concernit, atq; in deo æternaliter sint. Dicit autem Damascenus, quod solus deus est inuertibilis & inalterabilis: omne uero creaturale, uertibile atq; mutabile. Nam intellectuales substantiæ secũdum electionem mutabiles sunt, & illuminationem atq; profectum in bono recipere possunt. Om̃e quoq; quod ex nihilo factum est, ex sua natura defectibile est & in nihilum redigibile. Esse igitur immutabilem omnino & plene deo est proprium. Propter quod in Phedone ait Plato: Diuinum immortale est & intelligibile, itemq; uniforme, syncerum & indissolubile, & semper similiter simul secundum idem se habens. Præterea quicquid deus in tempore agit, ab æterno operari disposuit: nec est aliquid nouitatis in ipso propter temporalem recentemq; effectum creatum: sed ipse æternus & stabilis manens, temporalia condidit ac cuncta moueri concedit. Ipse quippe sibi ipsi est finis: Idcirco non ordinatur neq; mouetur ad aliquid. Ipse etiam omnium aliorum est finis. Propterea omnia suo modo ad ipsum mouentur, tanq̃ à quo conseruari ac perfici indigẽt: quoniã sicut in libro de Causis habetur. Om̃es uirtutes quibus est finis, sunt pẽdentes per infinitum principium quod est uirtus uirtutum. Et secũdum Dionysium 9. cap. de diuinis noĩbus dicit̃ deus idẽ, sicut in Psalmo cantat̃: Tu aũt idem ipse es: q̃m semper secundum eadem & eodem modo se habet, omnibus eodẽ modo pręsens, in se firmus, in optimis summitatibus incõtaminabiliter collocat⁹: datq; seipsum inflexibili uirtute conuertentibus se ad ipsum ut deificẽtur ab eo. Hanc aũt immutabilitatẽ sacra scriptura ubertim commẽdat. Scriptum est em̃: Non est deus ut homo ut mutet̃, neq; ut filius hominis ut mentiatur. Et alibi: Ego sum deus & nõ mutor. Rursumq;: Porrò triumphator in Israël non parcet, & pœnitudine non flectetur. Huic diuinæ immutabilitati pro uiribus conformari conemur: scriptum est enim: Estote perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Porrò huic diuinæ incommutabilitati assimulamur, dum non circunferimur omni uento doctrinæ: dum studemus esse non sicut arundo flatibus agitata: dum nec uana iucunditate resoluimur, neq; inordinato mœrore opprimimur: dum nullus rei creatæ immoderato ligamur affectu, sed uirtutibus inhęremus corde, ore, effectu. Qui em̃ passionum impulsu à medio rationis abducitur & uoluptatis amore à uirtute distrahit̃, deiformem nequaq̃ immutabilitatem sortitur: nec dicere potest illud diuini Apostoli: Quis nos separabit à charitate Christi? Nec illud beati Iob: Iustificationem quam cepi, tenere nõ deseram: & donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

Quarta ratio.
Deus mutat sententiam.
Damascenus.
Plato.
Quinta ratio
Dionysius.
Psal. 101.
Num 23.
Mal. 3.
1. Reg 15.
Mat. 5.
Ephe. 4.
Rom. 8.
Iob 27.

Articulus XXXVII. Quod deus æternus est uiuens uita, purissima, nobilissima, delectabilissima, æternaliterq; perfecta.

Apud nos autem uiuere perhibentur quę mouent seipsa: unde secundum Philosophum: Nil mouet seipsum nisi animatum. Si igit̃ deus gloriosus & fortis rite uocatur omnium entium prima causa primusq; motor, tunc utiq; ipse potissime uiuit & est omnis uitæ fontana origo: inestq; ei fontaliter totius uitalis perfectionis plenitudo. Quomodo em̃ omnis uita ab ipso efflueret, & uniuersa uiuentia atq; mouẽtia, uirtutem mouendi seipsa aut alia ab ipso susciperent, nisi ipse utiq; plenissimam & superditissimã in seipso uitam originaliter possideret? Deus ergo est primum uiuens & omnis uitæ principium. Præterea dictum atq; ostensum est, quod deus altissimus est purus actus, simplicissima unitas & maxime simplex. Quicquid ergo in deo est, & quicquid deus habet, hoc est ipse deus. Cum igitur deus sit uiuẽs, sequitur quod essentialiter atq; totaliter uiuit: sitq; substãtialiter ipsa sua uita. De⁹ ergo uiuacissima uita uiuit, & ipse realiter est mera plenaq; uita: ita q̃d nihil in eo est quod non sit omnimode uiuẽs, & integra, infinita ac simplicissima uita. Nil itaque non uitæ, nil de imperfectione minorationeq; uitæ, uitæ admiscetur diuinæ: sed est deus sublimis & uerus, secundum se totum uiuens, imò immensa uitæ totalitas. Idcirco uita primi principij extat uere ac prorsus purissima. Purum est enim cui nil alienæ aut repugnantis naturæ adiungitur: ut purum dicitur aurum, quod de alieni metalli natura nil habet

Purum quid dicitur.

 bet

het admixtum. Cum ergo sit deus purus actus, & simplicissima unitas, substantialiter atque totaliter uiuens, imo cum infinita plenitudine, uiuendi perfectionem complectens ac possidens, liquet quod uita diuinę naturę purissima sit, uel potius puritas ipsa superessentialis, uitalis ac separata. Porro nobile appellatur quod à propria & debita dignitate in nullo recedit, deficit neque degenerat. Cum igitur iuxta præhabita deus sit omnino immutabilis & penitus simplex, à naturali dignitate & propria perfectione nusquam degenerat, ideo uera & summa ipsi nobilitas conuenit. Vita igitur primi entis nobilis est & nobilissima penitus: cumque deus immensus atque perfectus, sit ipsa sua immensa perfectio ac perfecta immensitas, patet quod uita primi entis sit immensę, omniformiterque perfectæ nobilitatis: imo immensa quomodolibetque perfecta nobilitas. Insuper quod rei conueniens est ac connaturale, hoc delectabile nuncupatur. Conueniens quoque est cui nil contrariæ dispositionis misce tur. Connaturale uero, quod secundum propriam rationem atque essentiam competit. Cum ergo deus adorandus & summus, sit purissime simplex & simplicissime purus, elucescit quod uita sua sit sibi summe conueniēs. Item cum deus sit sua essentia, & à seipso, & substantialiter quicquid est, constat quod quicquid in ipso est, connaturale est sibi: Sed & propter plenissimam diuinæ naturæ perfectionem fateri oportet, quod quicquid in deo est, cum infinita plenitudine ei inest. Vita ergo beati & incommutabilis dei, non solum delectabilis est sed uere delectabilissima: imo delectatio intensiue & penitus infinita. Innotescit quoque ex dictis, quod deus sit uere solus æternus, simpliciterque perfectus, & superessentialis æternitas, ac supersubstantialis perfectio. Vita ergo dignissimi dei æterna & incessabilis, est in qua non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Quicquid itaque uitalis perfectionis in creaturis existit, in creatrice essentia cum infinita eminentia inuenitur, omni imperfectione quæ uitæ creatæ adhæret sublata. Et quemadmodum esse deo est proprium, prout dicit infinitum pelagus perfectionis essendi, sic uita deo est propria prout designat quandam immensam abyssum uitalis perfectionis, ex qua orit omnis uita creata. Vnde Dionysius sexto cap. de diuinis nominibus: Deus inquit uita dicitur, ex qua est per se uita, & omnis uita immortalis, est uita cœlestium animorum, & indestructibilitas sempiterni motus ipsorum. Et quidem diuina uita, est superuiuens & uiuificatiua & substantificatiua totius uitæ, tam supermundanorum intellectuum quàm animalium & plantarum, quæ secundum ultimam uitæ resonantiam diuinam uitam participant. Extenditur quoque uita diuina per bonitatis redundantiam ad dandam dæmonibus uitam. Omnia uero uiuentia & animalia, ex diuinæ uitæ participatione uiuificantur & florent. Ipsa ergo est superuiuens & princeps uitę & omnis uitę causa generatiua, adimpletiua, discretiua & conseruatiua, & ex omni uita laudanda est secundum exuberantissimam fœcunditatem, & superabundantissimam bonitatem: qua etiam nos à se recedētes, ad seipsam conuertit & reuocat. Ideo Aristoteles duodecimo primę philosophię testatur, quod uita intellectus diuini sit sempiterna atque perfecta & semper in actu. Et in libro de Cœlo dicit, quod operatio dei est immortalitas. In Ethicis quoque fatetur, quod deus uoluptuosissimam uitam ac sibi in se semper sufficientissimā ducit, unaque simplici operatione delectatur & gaudet, eo quod eius natura sit simplex: quò enim natura rei simplicior & purior fuerit, eò operatio erit magis simplex ac pura. Postremo quod uita deo proprissime cōgruat, sacra scriptura affirmat. Dixit enim Archiapostolus Christo: Tu es filius dei uiui. Et in Ioanne scriptum est: Pater habet uitam in semetipso. Denique quod factum est, id est, omnis creatura, in ipso, id est, in deo uita erat. Quod enim in alio est, est in eo secundum modum eius in quo est. Cumque deus sit uita & mens, omnia in eo uitaliter intellectualiterque existunt secūdum rationes æternas, ideales & exemplares, & ideo omnia deo uiuunt: Nil enim uariabilitatis in ipso contingit propter uarias rerum mutationes.

[Margin notes: Tertia ratio. — Quarta ratio. — Quinta ratio. — Sexta ratio. — Iacob. 1. — Dionysius. — Oīa uiuētia participant uitā à deo. — 10. Ethicorum cap. 11. — Matt. 16. Ioan. 5. — Ioan. 1.]

Articulus XXXVIII. Quàm conuenienter deus dicatur intellectus uniuersaliter agens.

Manifestum demū opinor ex dictis, quod deū sublimē neque cognoscere neque appellare ualemus nisi nominibus secundorum & creatorum. Quo ergo natura & nomen rei creatæ præstantius fuerit, eò in ipso atque per ipsum creator lympidius cognoscitur, conuenientiusque exprimitur: quoniam diuinæ bonitatis excellentia in huiuscemodi creatura copiosius splendet, euidentiusque resultat. Porro in creaturarum ordinibus, substantiæ separatæ quæ intelligentiæ appellantur, primatum sortitę sunt. Ipsę enim Dionysio teste, deiformem intellectum adeptæ sunt, nec indigent conuersione

[Margin note: Dionysius.]

fione ad corpora,sed in naturalibus perfectionibus à sua creatione perfectę fuerũt.Nullius
igiť creaturæ noïe deus aptius noïať nisi noïe intelligẽtiæ ut intellectus dicať:quia nõ inue-
niť in rerũ natura perfectio intellectu sublimior. Et istud Proclus,& autor libri de Causis:
Anselmus quoq; in Prosologion asserũt.Diciť igiť deus intellectus & mens iuxta illud Pla-
tonis in 2.Timæi. Deus est mẽs,cuius uisus cõtemplatioq; intellectus.Aristo.quoq; 12.pri- 12.metaph.tex. com.51.
mæ philosophię ait,φ deus est sempiternus,purus,simplicissimus & honoratissimus intelle
ctus ab oĩbus finaliter desideratus.Cur aũt adiectũ est uniuersaliter agẽs,nisi q̃d solus deus
oĩbus influit,cuncta illuminat,& supra om̃ia gñ̃a rerũ subsistẽs,uniuersis rerũ ordinibus im
primit,prouidet,præeminet,omnẽq; entitatẽ,uirtutẽ & operationẽ fontaliter administrat:
quod nulli causę secũdę cõpetere palã est:talis etem̃ causa in certo rerũ ordine operať,estq;
finitæ uirtutis,nec ex proprijs influens,sed à primo principio om̃e q̃d est,põt,agit & habet,
recipiẽs.Cõueniẽter itaq; deus diciť intellectus uniuersaliter agẽs: estq; nomẽ hoc propriũ
sibi.Sumitur aũt intellectus seu mẽs quãdoq; pro intellectuali substãtia: & ita iam sumitur.
Quandoq; uero accipitur pro potẽtia talis substantiæ, ac alijs modis.

Articulus XXXIX. Quod intellectus diuinus cognoscit perfecte atq; distincte
æternaliter & immaterialiter om̃ia gñ̃a, species & indiuidua, tã substãtiæ
q̃ accidentium: omnia quoq; quæ esse possunt.

AMplius deniq; liquet,q̃m omnis essentia,omne esse,& quicquid entitatis in rebus De scientia dei
inueniť,ac diuina natura processit, nec aliud est nisi participatio quædã bonitatis uide b. Tho. 1.
diuinæ.Quicquid aũt à causa procedit,depẽdet & cõseruať,siue mediate siue im par.q.14.per.
mediate,hoc utiq; in causa uirtualiter contineť,& quodãmodo prexistit in ipsa. 16.art. Et
Om̃e ergo creatũ qualecũq; sit illud,in deo uirtualiter ac originaliter cõtineť,& præexistit Capreolum 1.
in ipso:Ideo em̃ Proclus dicit:Omne causatũ manet in sua causa,& procedit ab ea,& cõuer- sen. dist. 35. q.
titur ad ipsam.Manet quippe in ea uirtualiter,procedit ab ea essentialiter,cõuertiť ad ipsam 2. & alibi.
finaliter.Quicquid aũt contineť & præexistit in aliquo, cõtineť & pręexistit in ipso secũdũ
naturã & proprietatẽ seu modũ eius in quo est.Nã & receptũ,est in recipiẽte secundũ cõdi
tionẽ recipiẽtis,nõ recepti.Cũ ergo deus sit uita & mẽs ac honoratissimus intellect⁹,res cau
satæ continẽtur ac præexistunt in eo uitaliter & intellectualiter diuinoq; modo.Quod aũt
alicui intellectualiter inest,ab ipso cognoscitur.Om̃ia ergo causata quęcunq; sunt illa,cogno-
scũť à deo secũdũ id totũ q̃d sunt,uel eis accidere põt.Quò em̃ de re plures proprietates sci
untur,eò perfectius nosciť.Nisi ergo omne quod rebus accidere põt conspiceret deus,eas
perfectissimo modo nõ intelligeret. Pręterea,omne causatũ causę secũdę est magis causatũ Secunda ratio.
causæ primę q̃ causę secũdæ:quẽadmodũ Proclus,& autor libri de Causis demõstrant. Oẽs Proclus.
ergo effectus secundarũ causarũ excellẽtius continẽtur & pręexistũt in causa prima, q̃ in ali
qua secũdarũ causarũ.Clarius ergo perfectiusq; cognoscunť à causa prima q̃ ab aliqua causa
secunda. Insuper uirtus habitudinẽ seu respectũ designat ad ea quę eius causalitati subiecta Tertia ratio.
sunt. Virtus nanq; seu potẽtia, est principiũ operandi & aliud transmutandi ut dictum est.
Quod aũt respectum habet ad aliqua perfecte non scitur nisi & illa sciantur. Cũ ergo deus
propriam uirtutẽ seu causalẽ potẽtiam plenissime noscat,oportet ut omnia illa intelligat ad
quæ se diuina uirtus extendit:quæ cum sit infinita, non tot facit nec facere potest, quin in
infinitum plura producere queat.Non solum ergo agnoscit deus cuncta quę sunt fuerunt
uel erunt, sed omnia quoq; quę esse possunt: imò & infinita quę nec fuerunt nec sunt neq;
futura sunt.Omnia nanq; quę deus facere potest,in sua uirtute continentur,& in ea intelle-
ctualiter splendent:& ideo deo æternaliter innotescunt. At uero sicut esse diuinũ perfectũ
nõ esset nisi omnes essendi perfectiones & gradus in se eminẽtissime comprehenderet, ita
diuini intellectus scientia non utiq; foret perfecta,nisi omnes perfectiones sciẽtiarum quæ
in mentibus creatis esse queunt,excellẽter includeret.Quicquid itaq; ad decorem & perfe-
ctionem sciẽtiarum mẽtium creatarũ spectat,hoc diuinæ sciẽtiæ competit:ueruntamen per
modum sublimiorem & perfectiorẽ:cognitio autem mẽtis creatę,confusa,uniuersalis & in-
distincta,est maxime imperfecta:si ergo deus nõ cognosceret creata nisi in cõmuni & indi-
stincte,imperfecte eas cognosceret:cognoscit ergo eas distincte ac proprie: Vnde Philoso Primo metaph.
phus ait,φ si deus ignoraret ea quæ nos scimus,insipiẽs esset:& primo de anima contra Em
pedoclem asserit,φ si deus lucem nesciret imperfectus existeret.Nihilominus circa pręsen
tem materiam Philosophi communiter inueniuntur errasse,non tamen æqualiter: Themi-
stius enim & Auicenna & Algazel,concesserunt deum cognoscere aliqua à se etiam in par-
ticulari,sed non quantum ad omnes singulares circunstantias & proprietates: Auerrois ue

ro peius errauit. Sed omnes positiones istæ atq; consimiles uanæ & falsæ sunt: Omnis enim entitas quæ est uel esse potest, quantum de entitate participat, in diuina essentia idealiter splēdet sicut in primo fonte, cuius perfectionem aliquo modo participat atq; consequitur: cum nil in creaturis diuinæ bonitatis participatione destituatur. Rursus, quicquid fieri potest, hoc in diuina uirtute causaliter, exemplariter relucet: omnia ergo hæc deo perfectissime innotescunt, nec ex hoc uilescit intellectus diuinus ut Auerrois fingit: imò cum opposita iuxta se posita clarius elucescant, quantò deus aliquorum imperfectionem, gradum & ordinem atque naturas, uariabilitates & motus lucidius distinctius'que cognoscit, tantò propriam perfectionem ac dignitatem excellentius atque perfectius intelligere comprobatur. Si autem cognosceret res secundum quod in seipsis sunt, uel ex rebus cognitio eius dependeret aut gigneretur, hoc dignitati diuini intellectus utiq; derogaret. Ideo Aristoteles duodecimo primæ philosophiæ testatur, q intellectus diuinus nil extra se cognoscit: quia uidelicet nō per obiectum aut speciem aliunde acceptam cognoscit, sed per essentiam propriam, in qua sicut in luce purissima uniuersa refulgent. Præterea habitum est, q deus benedictus & felix, est ueritas prima, exemplaris, perfecta atq; immēsa. Quemadmodum ergo omne esse creatum, in diuino esse originaliter & excellentissime continetur, sic omnis ueritas secundorum in diuina ueritate fontaliter & eminentissime comprehenditur, & in ipsa cognoscitur: cumq; in deo non sit mutatio aut uicissitudo, sed sempiterna, summa & inuariabilis perfectio, constat q quicquid intellectus diuinus cognoscit, in ipso æternitatis momento cognoscit: Idcirco præterita atq; futura tanq̄ præsentia conspicit: fertur'q; & intuetur temporalia omnia, sicut nos ea aspicimus quæ in nostra geruntur pręsentia. Porrò cognitio omnis fit secundum naturam & modum cognoscentis: modus nempe agendi parificatur modo essendi: nam eandem rem aliter cognoscit uisus, aliter imaginatio, aliter intellectus, quemadmodum quinto de consolatione philosophiæ pulchre Boëthius deducit. Cumq; intellectus diuinus sit æternus, immaterialis, impotentialis, insensibilis, sequitur q temporalia & tempora omnia cognoscat intemporaliter & æternaliter: materialia immaterialiter: potentialia actualiter: sensibilia insensibiliter: & simili ratione diuisibilia cognoscit indiuisibiliter: contingētia necessario uariabilia inuariabiliter: corruptibilia incorruptibiliter: creata increate: imperfecta perfecte: uilia nobilissime atq; dignissime. Et istud author libri de Causis, & Proclus manifeste declarant. Quod autem deus inferiora & actus humanos cognoscat, Plato in Phædone testat, ubi astruit animas defunctorum primū in causam portari, sicq; diuinitus præmiari. In primo quoq; Timæi deum inuocās sic inquit: Hoc meis precibus cōprehēsum, ut ea dicant potissimum quæ deo placēt. Porrò omnia nūc inducta, ex uerbis Dionysij 7. cap. de diuinis nominibus fulciunt. Laudemus inquit deum sicut sapientem & sicut per se sapiētiam, omnisq; sapiētiæ substantificatorem seu fundatorem: nam deus non solum est omni sapiētia superplenus, ita q sapiētię eius non est numerus, sed collocatus est super omnem rationem & mētem & sapiētiam. Oportet uero nos eam aspicere stantes nos supra nos ipsos, tota uirtute deo unitos, prout scriptum est: Leuabit se supra se. Diuinā igit sapiētiam excedēter laudantes dicimus, q ipsa est causa omnis mētis & rationis omnisq; sapiētię. In ipsa quoq; omne cōsiliū: & ab ipsa om̄is cognitio & prouidētia atq; prudētia: suntq; in ea absconditi omnes thezauri sapiētiæ & sciētiæ: omnem etiā angelicam mētem immaterialē & mundam ipsa illuminat. Mens ergo diuina omnia continet, & ab oībus segregata omnium substantiā in seipsa pręaccepit, secundū quod ipsa est omniū causa, cuncta sciens & in esse producēs. Diuina nanq; sapientia in quantum seipsam cognoscit, uniuersa intelligit: materialia immaterialiter: diuisibilia indiuisibiliter: & multa unitiue. Non enim deus habet unam propriam suiipsius notitiam & aliam aliorum, sed cognitione sui uniuersa cognoscit: quoniam ipse secundum unam simplicem causam omnibus esse communicat. Ex his Dionysius tandem concludit, q deus cognoscit existentia non scientia existentium, sed suiipsius scientia: nam seipsum contemplans, omnia intuetur quæ ab ipso sunt esse'ue possunt.

Boëthius quinto de consol. philosophiæ.

Dionysius.

Threni 4.

Articulus XL. Quòd in deo idem sunt intelligens, intellectus, species intelligibilis, intellectio & obiectū.

DEum pręterea esse simplicissimā unitatē, & actū purū in seipso omnino perfectū, ex præhabitis liquet: in deo igitur omnia unum & idem sunt quæ ad diuinæ naturæ perfectionem concurrunt, cum aut obiectum sit perfectio potentiæ, aut potentia essentiæ: operatio quoque utriusque. Non enim esse potest essentiæ nullam

sortita

sortita potẽtiã, neq; potẽtia sine operatione perfecta est secũdũ Dionysiũ octauo cap. de diuinis noĩbus. Species etiã intelligibilis ad actũ intelligẽdi exigit, eo ꝙ forma sit totius opationis principiũ. In simplicissimo igit deo oĩa hæc unũ ac idẽ rite censentur: sed considerare oportet qualiter secundum rationem distincta sunt, ut tam uarijs appellentur nominibus. Aduertendũ itaq;, quia sicut deũ cognoscimus, ita diuina exprimimus: imò grossius exprimuntur q̃ intelligantur: secreta eñ diuina melius atq; subtilius agnoscuntur q̃ explicẽtur secundum Gregorium. Nostra aũt agnitio à sensibilibus sumit initiũ: sensibilia uero composita sunt. Porrò in reb⁹ cõpositis id quod subsistit nõ est forma tm̃, sed ex materia & forma coniunctũ: tota tamen pfectio fluit à forma quæ est q̃dã simplex essentia: diuinæ aũt naturę perfectio, quia in uno uel paucis repræsentari sufficienter nõ potuit, in multis ac uarijs rebus multiformiter participat, & diuersimode innotescit. In rebus q̃q; cõpositis id q̃d subsistit, significatur per nomẽ cõcretũ ut homo, leo, iaspis: Forma aũt q̃ dat esse cõposito, designat per nomen abstractũ sicut humanitas. Exprimimus ergo deũ per nomina cõcreta insinuãdo ꝙ ipse uere & perfecte subsistit: per noĩa abstracta q̃q; innuẽdo ꝙ ipse in seipso sine diuersorũ unione sit pfectus & simplex. Inquantũ ergo deus est psona seu res quę agit, dicit uolens, intelligẽs, creans: inquantũ uero est immediatũ & proximũ operationis principiũ, appellat potẽtia, intellectus, uoluntas. In rebus creatis potentia inter essentiam & operationem est media. Inquantum insuper deus seipsum cognoscit & diligit ac uult atq; alia om̃ia in se, sic diuina essentia nominatur obiectum diuinæ uolũtatis & diuini intellectus: inquantum uero deus cognoscit se per se nõ per similitudinem aliam uel adiunctã, sic diuina essentia appellatur intelligibilis forma seu species diuini intellectus. Inquantũ autẽ diuina essentia in seipsa adeò perfecta est ac diues tanq̃ purissimus actus, ꝙ non indiget per operationẽ à se distinctam actuari & perfici, sic ipsa dici potest operatio sua. Omnia itaq; ista in deo substantialiter identificant, & incomparabiliter amplius q̃ nos ualeamus concipere. Patet ergo ex his ꝙ deus per unã intelligibilẽ speciem quæ est sua immensa essentia, seipsum & alia uniuersa cognoscit. Idcirco uno simplici æterno intuitu seipsum & omnia simul intelligit: ea nanq; simul uidentur quæ per eandem speciem repræsentantur. Deniq; quanto intellectus creatus altior & deo propinquior fuerit, eò & ipso per pauciores species perfectiori modo cognoscit q̃ inferior intellectus. Verũ quia obiectum uoluntatis dicit bonũ, obiectũ uero intellectus uerum, propterea diuina essentia prout uoluntatis obiectum est, dicitur bonitas summa: sed prout est intellectus obiectum dicitur ueritas prima. Hæc uero quæ dicta sunt, ita sunt uera & certa, ut à philosophis & theologis consona uoce dicantur.

Articulus XLI. Quod diuina cognitio uaria nomina sortitur secundũ diuersitatem eorum quæ sub ea cadunt & comprehenduntur.

SCientia deniq; dei à nostra sciẽtia differt, qm̃ ipsa est causa rerum: & ideo nõ diuersificatur secũdum diuersitatem scibilium nisi secundũ nostram apprehẽsionẽ: nostra aũt scientia à rebus nascitur & secũdum obiecta diuersa distinguitur: secãtur eñ scientiæ sicut & res de quibus sunt secundum Philosophum. Dei ergo scientia quãuis in se una & simplex sit, quippe quæ aliud non est q̃ diuina essentia, diuersa accipit nomina secundum quod ratio nostra eam ad diuersa refert & comparat. Inquantum ergo deus cognoscit seipsum, sic eius cognitio dicitur sapientia: inquantũ uero creata cognoscit, uocatur scientia. Vnde Apostolus inter sapientiã & scientiam dei distinguens exclamat: O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei. In quantum aũt diuina cognitio est eorum quæ in mundo fiunt uel sunt, dicitur uisio: sed prout est eorum quę nec fuerunt nec sunt nec erũnt, appellatur simplex intelligentia: talia equidem dicitur deus cognoscere cognitione simplicis intelligẽtiæ. Inquantum autẽ diuina cognitio est eorũ quæ bene fiunt, dicit approbatio: sic eñ deus fertur malos nescire, quia non approbat eos. Cognitio quoq; dei prout est futurorũ, nominatur præuisio: prout est gubernandorũ, dicit prouidentia: prout est faciendorũ à deo, dicitur dispositio: prout est saluandorũ, dicta est prædestinatio: quæ est preordinatio alicuius ad gloriã: prout est damnãdorũ, reprobatio appellatur. Hæc Magister Sententiarũ primo libro plenius euidentiusq; pertractat.

Articulus XLII. Quod in mente diuina sint rerũ factarum ideæ.

AVgustinus in lib. 83. quæstionũ de ideis effari orsus, Ideas inqt Plato primus posuisse perhibet. Idea autẽ Græce, Latine Forma seu species interpretat. Deus eñ æternus & gloriosus, uirtute suæ naturæ uniuersa producit, & luce suæ ueritatis cuncta cognoscit. Itaq; diuina essentia prout est principiũ cognoscẽdi & produ-

Gregorius

Rom. 11.

cendi creata, nominatur idea rei creatæ. Vnde diuina essentia ut imitabilis intellecta, uocatur idea. Omne quippe creatum aliquid diuinæ bonitatis participat: sicq; prout intellectus diuinam essentiam apprehendit, ut imitabilem seu participabilem à creatura diuina essentia nomen & ratione ideæ sortitur. Eadem ergo dei essentia diuersarum rerum idea est, secundum quod diuersimode suam perfectionem rebus communicat. Sunt enim in deo plures ideę: eo q deus omnia distincte cognoscit & cuncta proprijs rationibus efficit: Alia enim ratione condidit angelum, alia hominem, alia terram. Sed hæc pluralitas diuinæ simplicitati non obuiat: Idea enim relationem dicit ad ideatum remq; formatam: idcirco secundum distinctionem ideatorum distinguuntur ideæ: sed sicut relatio dei ad creata non est nisi secundum rationem in deo, realiter uero in creatura, ita pluralitas idearum non ponit in deo nisi pluralitatem rationis: in creaturis autem ponit pluralitatem realem. De his ideis Augustinus sic ait: Ideæ sunt principales formæ seu rationes rerum stabiles & incommutabiles, quæ ipsæ factæ non sunt, ac per hoc æternæ sunt, semper eodem modo se habentes, quæ in diuina intelligentia continentur: & cum ipsę neq; oriantur neq; intereant, secundum ipsas tamen formatur omne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur ac interit. Secundum has diuinæ mentis ideales rationes, totus hic mundus molitus: secundum has cursus rerum peragitur: elementa subsistunt: cœli feruntur: & singula proprijs legibus currunt. Hæc Augustini eloquia Platoni per omnia consonant, dempto quòd Plato (ut ei imponitur) posuit formas separatas quas appellauit ideas & uniuersalia ante rem. Quicquid autem sit de hoc, an ita posuit sicut ei imponitur, & sicut uerba eius sonare uidentur, hoc constat q etiam in mente diuina ideales rationes seu formas constituit: Ait nempe in primo Timæi, Operi formam dat opifex suus. atq; post ostendens & probans quòd opifex primus mundum produxit non ad similitudinem exemplaris aliunde sibi ostensi aut facti, sed secūdum imitationem increatæ atq; æternæ rationis seu ideæ, Certe inquit dubium non est ad cuiusmodi exemplum animaduerterit mundani operis fundamenta constituēs, utrum ad immutabile an ad factū & elaboratum. Nam si, ut quidem est, incomparabilis pulchritudinis mūdus est opifexq; & fabricator eius optimus, perspicuum est q iuxta syncerę atq; immutabilis proprietatis exemplū, mundi sit instituta molitio. Insuper in secundo Thimæi sic disseruit: At uero deus ut mens cuius uisus contemplatioq; intellectus idearum genera contemplatur, intelligibili mundo quæ ideæ sunt illi animalia & quasi quidam fontes, continentur in mente diuina in qua est mundus archetypus idealis, exemplaris & intelligibilis: ad cuius enucleationem factus est iste mundus sensibilis. Vnde secundum Platonem, mundus iste dictus est mundus quasi purus: quoniam à mundo illo mundissimo diuinæ mentis profluxit. Concludit igitur Plato, q opifex deus uniuersitatis machinam fecit non secundum elaboratum exemplar, sed potius secundum suæ increatæ atq; æternæ sapientiæ rationem: non aliunde instructus, neq; à quoq; adiutus: eo q ipse operis sui ratione atq; prudentia sit utiq; optimus. Huic autem concordat maior authoritas. Hinc enim in Esaia scriptum est: Quis adiuuit spiritum domini? aut quis consiliarius eius fuit & ostendit illi? Cum quo init consilium & instruxit eum? Vnde Apostolus: O altitudo diuitiarum sapientię dei: quis prior dedit illi & retribuetur ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Elucescit ergo ex his, q duo attribuuntur ideæ: primo q est ratio cognoscendi alia: secundo q est principium productiuum illius quod eius similitudinem recipit. Ea ergo quæ fiunt à deo, secundum utrunq; horum sortiuntur ideam in deo: quæ uero nullatenus fiunt uel sunt nec fuerunt nec erunt, non habent ideam nisi quantum ad primum, uidelicet prout cognoscuntur à deo. Porrò secundum Thomam indiuidua habent proprias ideas præter ideas specierum: eo q diuina prouidentia usq; ad indiuidua extendatur. Genera uero nō habent ideas præter ideas specierum: prout idea est principium productiuū. Genera nāq; extra species nec esse nec fieri possunt. Materia uero qm̄ esse nō potest, sine forma habet quidem ideam, non tamen aliā ab idea compositi. Vnde aliqui asserunt eam quasi coideatam: similiter esse dicit de accidentibus inseparabilibus: sed accidentia separabilia dicit habere proprias ideas. Veruntamen Scotus affirmat omnino contrarium, asserens materiam, genera, accidentia, proprias habere ideas. Dicit nāq; q idea sit res obiectiue cognita: sicut itaq; à deo cognoscitur, ita & proprias sortiūtur ideas. Verum an hoc dictis Augustini & recte rationi, his quoque quę bene inducta sunt consonet, boni lectoris reseruo iudicio: Illud postremo adijciēs, quoniam quæ de ideis secundum Platonem & Augustinum præhabita sunt, consentit fidelis noster Boëthius dum ait:

Augustinus.

Plato in Timæo.

Esaiæ 40.

Rom. 11.

O qui

O qui perpetua mundum ratione gubernas:
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus: uerum insita summi
Forma boni liuore carens. tu cuncta superno
Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens: similiq; ab imagine formans. &c.

Articulus quadragesimus tertius. De libertate primi entis.

Liberum dicitur secundum Aristotelem quod est causa sui. Cum ergo deus sit maxime causa sui, quippe qui causam priorem non habet, constat q libertas ei conueniat: imo cum homo appelletur dominus actuum suorum, q ipse causa sui operetur, multomagis deus excelsus & adorandus dominus est omnium operationum suarum ad extra. Præterea deus immunis est ab obligatione quæ contingit ex parte causæ materialis: & coactione quæ est ex impressione causæ efficientis: & ineuitabilitate quæ est ex influxu causæ formalis: & authoritate positionis quæ est ex conditione causæ finalis: quoniam deus nullam habet harum causarum: est ergo omnino liberrimus. Amplius: irrationalia & naturalia aguntur & mouentur potius quàm agant & moueant, quemadmodũ Damascenus demonstrat, non est enim in eis agere & non agere, nec habẽt actus sui dominium, sed secundum naturalem instinctum impelluntur, & illum de necessitate sequuntur. Hunc autem instinctũ ab authore naturæ sortita sunt. Author ergo naturæ libere agit tanquam primus institutor totius proprietatis atq; naturæ in aliis. Si autẽ quis instet & dicat, *Obiectio prima.* q quicquid in deo est, est esse diuinum: sed esse diuinum est necesse esse om̃ino & maxime: *Secunda.* nõ ergo est liberum, neq; libertas competit deo: sed magis perfecta & pura necessitas. Rursus, omne liberum uidetur esse mutabile, potest enim agere & non agere: deus autem incõmutabilis est: non ergo est liber. Et respondendum q sicut esse diuinum omnem perfectio- *Dilutio prima* nem superessentiali ac supersimplici modo complectitur, sic diuersa attributa ipsi conueniunt secundum quod diuersæ perfectiones in eo pensantur. Esse ergo diuinũ ad seipsum relatum, non potest non esse: sed est penitus necesse esse. Veruntamen non habet necessariam dependentiam aut inseparabilem habitudinem ad creata: idcirco per comparationẽ ad ea dicitur liberum: non enim de necessitate ea producit, conseruat & regit, sed prorsus liberrime: nisi loquamur de necessitate hypotesis, quæ est necessitas ex suppositione: quia enim deus testatus est se uelle etiam conseruare & regere, ideo necessarium est ea non destrui, sed in æternum manere. Ad aliud respondendum est, q in deo ast agere & non age- *Dilutio secunda.* re, sic q in sua natura non est determinatus ad alterum: sed non est in eo mutatio de uno in aliud, quia quod semel dictat agendum, non omittit. Itaq; quoniamquidem inuenitur necessitas quæ libertate melior est atq; præstantior: melius nanque est non posse corrumpi, peccare, deficere, indigere, quàm habere libertatem ad ista: & iterum quædam reperitur libertas necessitatem quandam in dignitate præcellẽs. Nobilius enim est secundum propriæ uoluntatis beneplacitum beneficia elargiri, quàm ex necessitate naturæ: & item præstantius est producere alia sine indigentia & dependentia ad ea quod est libere operari, quàm aliter: ideo deo summo atque perfecto libertas necessitasq; conueniunt. Illa enim necessitas quæ ad nobilitatem pertinet, illa quoq; libertas quàm dignius est habere, quàm necessitatem oppositam, deo insunt & congruunt. Vnde Peripatetici quidam deum dixerunt esse liberalissimum siue largissimum secundum illam largitatis speciem quæ magnificentia nominatur. Hæc enim uirtus illi conuenit qui in optimis fluit nec deficit: eo quòd omnium sufficientiam bonorum in seipso possideat. Denique sacra scriptura deum libere operari professa est: Ait enim Apostolus ad Ephesios secundo: Deus omnia operatur secundum consilium uoluntatis suæ. Sed iterum aliquis potest obijcere: Omne æternum necesse est esse: quicquid autem in deo est, æternum est: nil ergo in deo est liberum. Rursus: quicquid deus creando producit, ab æterno producere disposuit: non ergo aliquid libere agit: quia si libere ageret, posset non agere, quod ab æterno operari decreuit. Et respondendum, quod operatio qua deus omnia condidit, non est quid distinctum aut additum diuinæ naturæ: nil igitur in deo est quod potest non esse in eo quantum

ad id quod est: nihilominus liberrime agit ad extra. Et quamuis uoluntas atq; propositum taliter operandi ab æterno in deo extiterit, non tamen necesse est deum talem uoluntatem ac tale habuisse propositum, loquendo de necessitate absolute dicta, sed solum secundũ necessitatem hypotesis: quamuis enim uoluntas creandi sit deus uolens, tamen diuina uoluntas ad creandum necessitatem non habet, & ergo uoluntas creãdi non est de necessitate in deo: quia respectus creatoris ad creaturas non ponit aliquid reale in deo ad creaturã depẽdens: Nullatenus enim sequitur, deus est sua uoluntas, sed uoluntas creandi est diuina uoluntas: ergo sicut deus non potest non habere uoluntatẽ, ita non potest non habere uoluntatem creandi: est enim ibi manifesta fallacia. Nam & necesse est hominẽ habere uoluntatem, non tamen necesse est hominẽ habere uoluntatẽ cantandi aut ambulãdi. Postremo ex dictis diligenter obseruandũ est, ꝙ illa necessitas ad perfectionẽ pertinet & libertatẽ excellit, quę est in his in quibus perfectio rei consistit: ideoq; libertas perfectionẽ concernit, quę est circa ea quæ ad perfectionẽ agentis non exiguntur. Propterea necesse est deum esse & agere actiones proprias & immanentes, sicut seipsum diligere atq; cognoscere: non autem necesse est eum operari ad extra, nisi ex suppositione: & ideo absolute loquendo, hoc libere conuenit deo.

Articulus XLIIII. De uoluntate primi principij.

Alberti dictũ expendit.

REfert Albertus super librũ de Causis, quosdã præcipuos Peripateticorũ, uidelicet Aristotelẽ, Theophrastũ, Porphyriũ, Auicennã atq; Auerroim uoluntatem in deo negasse: Veruntamẽ nisi Albertus hoc dictũ suũ melius profundiusq; resolueret, mirabiliter satis sonaret: constat enim aliter se habere: quemadmodum namq; Aristoteles asserit deum seipsum intelligere, sic dubium non est quin agnouit atque concessit deum seipsum diligere, quod est actus uoluntatis. Deniq; ipse Albertus alibi allegat Auicennã dixisse, ꝙ deus in hoc cõprobatur omnipotẽs, quia omnia agit ut uult. Oportet ergo aduertere, ꝙ perfectiones omniũ secundorũ sunt in deo per modũ unitũ & eminẽtem: imperfectio enim quæ ipsis cohæret & itẽ diuersitas, relinquendæ sunt dum deo eas ascribimus. Cum ergo intellectuales creaturæ habeant uoluntatẽ tanq̃ excellentẽ potentiam, liquet quia creator uoluntate non caret, sed uolũtas creaturæ diuersos actus sortitur: quorum nonnulli ad imperfectionẽ, aliqui autẽ ad perfectionẽ pertinere noscuntur: quia enim uoluntas creata ab alia causa perficitur, ideo competit ei desiderare atq; moueri: desiderat namq; propriã perfectionẽ & mouetur ad eam. Desiderare autẽ & moueri, imperfectionẽ includunt, uidelicet indigentiã & à propria perfectione distantiã: sicut uero uoluntas perfectionẽ nondũ adeptã desiderat & ad eam mouetur, sic adeptã diligit & in ea delectatur. Cumq; deus sublimis & benedictus sit in seipso summe simpliciterq; perfectus, non competit ei perfectionẽ aliquã uelut ab alio dandã uel datã desiderare, aut ad eam moueri: sed propriã bonitatẽ æternaliter diligere, atq; in ea incessabiliter delectari. Si ergo prædicti philosophi uoluntatẽ in deo negabant, non est hoc absolute intelligendũ, sed de uoluntate quantũ ad actus primos & imperfectos. Vnde ut narrat Albertus, quidã antiqui triplicem uoluntatẽ posuerunt: est enim quædã uoluntas quæ dicitur appetitus imperfectus in ratione fundatus seu deliberatiuus, estq; rei absentis & deficientis, nec cõpetit deo. Alia autem uoluntas est *immobilis complacentiæ in fine*, & optimo quam certum est deo inesse, cui propria bonitas inuariabiliter placita est atq; amabilis. Tertia quoq; uoluntas uocatur *liber animi motor*, qua dicimus, si uolo facio illud uel illud, quæ & ipsa in deo existit: quoniam nihil eum ad operandum impellit, sed sicut ostensum est libere agit. Hæc autẽ uoluntatis distinctio accipi potest non secundũ species distinctas, sed secundũ triplices actus uoluntatis. Porro ꝙ uoluntas his duobus ultimis modis in deo sit, non est difficile demonstrare: ostẽsum est enim prẹcedẽti articulo, ꝙ deus libere agit: libertas uero in uolũtate primo atq; potissime reperitur: in cæteris uero potẽtiis per redundantiam à uoluntate. Deniq; in quocunq; inuenitur cognitio, inuenitur & aliquis appetitus: quoniã appetitus cognitionẽ assequitur. Cũ ergo in deo sit intellectualis cognitio, palam est ꝙ in eo sit intellectualis appetitus qui uoluntas dici consueuit. Insuper causa naturaliter suum causatum diligit & cõseruat, ipsum prouidens qui & influens: hoc namq; in omnibus cernimus: nam & bruta fœtus suos fouent & protegunt: author ergo uniuersæ naturæ qui entibus legẽ hanc indidit, multò amplius creata diligit, fouet, conseruat: quod sine uoluntate esse non ualet. Prẹterea quæ uoluntate non fiunt, laudabilia non sunt: si igitur deus per uoluntatẽ non agit, laudẽ de operibus suis habere non debet, nec actus eius laudabiles essent: uoluntatẽ ergo habere competit

Voluntas triplex.

competit deo nobilissimo modo: & omnis uoluntas atq; libertas, diuinæ uolũtatis & libertatis participatio quędã obscura est, à sui fontis dignitate in infinitũ occũbẽs & distãs. Vult quoq; deus & diligit nõ tm̃ seipsum, sed etiã creaturas, illis suã bonitatẽ diffundẽs. Propter quod in lib. Sapiẽtię de deo scriptura testatur: Diligis omnia, & nihil odisti eorũ quę fecisti. Sap. 11.
Non tamẽ diuersificatur diuina uoluntas secundũ exteriora obiecta seu uolita: qm̃ primũ & proximũ atq; perfectũ diuinę uoluntatis obiectũ, est bonitas increata diuina, quam deus & maxime amat & uult: & propter eã sicut ob ultimũ finẽ omnia cætera diligit & uult. Non itaq; dei uoluntas ab exteriori mouetur obiecto, sed ipsa bonitas diuina est ei ratio diligẽdi om̃ia alia: imò quemadmodũ diuinus intellectus uno actu incõmutabili & æterno seipsum & cætera cũcta intelligit, ita dei uoluntas se atq; reliqua uniuersa uno actu amat & uult. Vnde sicut intellectus diuinus non obstante multitudine intelligibiliũ permanet unus ac simplex, ita de uoluntate diuina sentire par est. Voluntatẽ uero esse in deo, Plato in Timæo, & Auicebron in libro fontis uitæ testantur: quod & sacra scriptura tã frequenter tãq; euidenter testatur, ut superfluum arbitrer specialem locum inducere.

Articulus XLV. Quòd quamuis absolute necessarium sit deum scire ac intelligere quicquid scit atq; intelligit, non tamen absolute necessarium est eum uelle seu diligere quæcunq; uult seu diligit.

Fit insuper inter uoluntatẽ & intellectũ talis distinctio, ꝙ actus intelligendi cõpletur per hoc, ꝙ intelligibile est in ipso intelligente. Scientia nanq; habetur de rebus secundũ ꝙ per species suas in sciente consistunt, uoluntas autẽ tendit in ipsam rem uolitã: ideo actus uolendi cõpletur per hoc quod uolũtas ipsi rei coniungitur: quẽadmodũ ergo necesse est omnia idealiter seu exẽplariter ac uirtualiter esse in deo, sic necesse est om̃ia à diuino intellectu cognosci, etiã de absoluta necessitate loquẽdo. Sed quia, ut paulo ante clare monstratũ est, diuina uoluntas non habet necessariã habitudinẽ ad creata, nec eius perfectio exigit ut illis uniatur uel inclinetur, idcirco creata non sunt necessario à deo uolita necessitate absoluta, sed ex suppositione: sicut enim necesse est hominẽ scribere dum scribit, sic necesse est deũ uelle & amare creata: quoniã dato ꝙ ea uelit & amet, nõ potest ea nõ uelle aut non amare. At uero ea quę appetuntur, quędã appetuntur propter se ut finis, & ista necessario appetuntur: alia uero appetũtur propter aliud ut media ad finẽ, quæ propter finem appetũtur. Dum aũt finis sine mediis talibus adipisci non ualet, tũc & media ipsa appetuntur necessario sicut & finis. Si uero finis sine mediis potest acquiri, tunc media non de necessitate appetuntur sed libere. Cũ ergo diuina bonitas quæ est finis diuinæ uoluntatis, sit deo æternaliter pręsens, & unũ ac idẽ substantialiter cum uoluntate diuina, euidẽs est ꝙ diuina uoluntas non indiget creaturis propter sui finis adeptionẽ: non ergo de necessitate uult eas, sed libere. Vnde in Exodo dicit deus: Miserebor cui uoluero, & clemẽs ero in quẽ mihi placuerit. Propter quod ad Roma. ait Apost. Cui uult ergo parcit, & quem uult indurat. Exo. 33.

Articulus XLVI. An diuinæ uoluntatis possit causa seu ratio assignari: an etiam semper impleatur.

Nunc autẽ ut reor satis ostensum est, ꝙ uelle finẽ sit causa & ratio uolendi ea quæ ordinantur ad finẽ: & qdẽ hoc uerũ est in uolũtate quæ finẽ & media diuersis uult actibus, uolẽdo unũquodq; seorsum. Volũtas aũt diuina ut habitũ est, omnia simul unoq; actu uult, uidelicet diuinã bonitatẽ, quę est omniũ rerũ summus ac ultimus finis: atq; creata, q̃ ad bonitatẽ diuinã tanq̃ ad finẽ referũtur. Idẽ uero actus nequaq̃ est causa suiipsius: actus ergo q̃ uult deus seipsum, nõ est causa actus q̃ uult alia, sed utrũq; uult simul & actu eodẽ. Hoc igitur mõ nõ potest diuinę uolũtatis causa assignari. Verũtñ deus uult unũ propter aliud: ordinat in creaturas ad se sicut ad finẽ. Vñ Tho. in 1. par. dicit, ꝙ deus uult hoc propter hoc, sed nõ ꝓpter hoc uult. Cuius aptũ exẽplũ addducit Tho. de intellectu: In illo eqdẽ intellectu q principia seu pręmissas & cõclusiones seorsum cognoscit, notitia principiorũ est causa notitię cõclusiõis: in eo aũt intellectu q utrũq; simul cognoscit, assignari nõ ualet rõ notitię cõclusiõis ex principiorũ notitia: & tñ principia intelliguntur eẽ quasi causę cõclusiõis. Porrò uolũtas dei, ꝓprie dicta, nõ ẽ nisi deus uolẽs: potestq; appellari affectus mẽtis diuinę: & hæc procul dubio semper, imò de necessitate expletur. Si enim tanta est omnium electorum deo fruentium beatitudo, ut eorum desiderium siue affectus impleatur in omnibus, quanto magis diuinę mentis felicitas, quę prorsus immensa censetur requirit, ut diuini cordis affectus nunquam cassetur, sed in omnibus impleatur. Deniq; cuius uoluntas sic dicta non impletur, pœnam habet: non enim aliud pœna interior est, nisi uoluntatis renisus B. Thomas.

contra

contra sibi contraria: cũ ergo deus non solũ impassibilis sit, sed uoluptuosissima atq; omnino immensa delectatione plenus, constat ꝙ contra eius uoluntatẽ sic dictam nil fieri queat: semper ergo uoluntas dei proprie dicta impletur. Veruntñ sicut dicunt theologi, Volũtas

Voluntas dei duplex. dei est duplex: uidelicet uoluntas beneplaciti, & uoluntas signi. Voluntas uero beneplaciti ponitur duplex in deo: uidelicet antecedens & consequens secundũ Damascenũ. Et sumit ista distinctio non ex parte uoluntatis diuinæ, quæ cum sit æterna, non habet prius neq; posterius, sed ex parte uolitorũ, quæ cousiderari possunt dupliciter, secundũ rationẽ communẽ & primã, & itẽ secundũ rationẽ ultimatã atq; completã. Potest aũt aliquid secundũ primam rationẽ esse optabile, quod secundũ aliã rationẽ optabile non existit: quẽadmodum bonũ est Titiũ uiuere, prout est homo: sed non est bonũ eum uiuere, prout est impugnator boni cõmunis. Itaq; uoluntas antecedẽs in deo, dicit per quã uult aliquid secundũ rationẽ

1.Timo.2. communẽ & primã: sic nẽpe uult omnes homines saluos fieri: nam bonũ est hoc, considerãdo hominẽ in cõmuni & absolute inquantũ est homo. Voluntas uero consequens nominat in deo, per quã uult deus rem secundũ suã rationẽ completã & ultimã: & sic non uult om̃es homines saluari: qm̃ non est bonũ homines inquantũ sunt peccatores, saluari: sed uoluntas antecedẽs non est uoluntas nisi secundũ quid: quia uolũtas fertur in rem secundũ quod in seipsa est. Dicunt ergo doctores, ꝙ uoluntas antecedẽs non semper implet, sed uolũtas cõsequens semper impletur: qm̃ talis uolũtas est perfecta & simpliciter dicta uolũtas. Prima ergo uoluntas est potius appellanda quædã uelleitas, q̃ uoluntas. Postremo uolũtas signi uocat signũ uoluntatis diuinæ, sicut uindicta peccati dicitur ira in deo: qm̃ uindicta in nobis est iracundiæ signũ. Signa uero uoluntatis diuinæ sunt quinq;: uidelicet prçceptũ, prohibitio, consiliũ, & hæc non semp implentur, quia se habent sicut in fieri. Alia aũt duo signa quæ sunt permissio & operatio semper implent: habẽt se nanq; sicut in factũ esse. Quod autem iam factũ est, non potest non fieri. Vnde operatio est semper de illo, de quo est uoluntas beneplaciti. Operatio enim directe demonstrat uolitionẽ uolẽtis. Sed de his superficietenus transeo, eo ꝙ præsentis editionis intentionẽ excedant, & ad supernaturalẽ ac theologicam inquisitionẽ magis pertineant. Dixi equidẽ in huius exordio operis, nõ me uelle de unius summi dei natura tractare nisi secundũ naturalis rationis indaginẽ, ad cuius tamẽ cõfirmationẽ theologicç ueritatis testimonia introduco, quatenus ratiõi naturali quç sæpius decipitur, certius consentiatur. Vnde & horũ ueritas simili modo firmanda est. Quæ em̃ diui

Rom.11. næ uoluntatis ratio assignari non possit, inde elucescit, quod ait Apostolus: Quàm incomprehẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiç eius. Quod uero diuina uoluntas incessabiliter impleatur, patet ex illo quod in eadẽ epistola ait diuinus Apostolus: Voluntati eius

Esa.46. quis resistet? Vnde & apud Esaiã dñs ait: Audite me domus Iacob: Consiliũ meum stabit, &

Hiere.49. omnis uolũtas mea fiet. Et in Hieremia: Quis similis mei? & quis sustinebit me ait dñs? & qs est iste pastor qui resistat uultui meo? Veruntamen Augustinus testat, ꝙ uoluntas dei quãuis sit sæpe occulta, nunq̃ tñ est irrationalis. Hoc aũt non est ita sumendũ, ꝙ uoluntatis diuinç sit ratio aliqua, sed quia uult unũ propter aliud esse: sic enim quosdã uult saluari, ut in eis misericordia sua resplendeat: uoluitq; uniuersa creari, ut diuinç naturç perfectio in ipsis reluceret secundũ Platonẽ. Cũ uero diuina uolũtas sit prima entiũ causa, primç aũt causç causa assignari non potest, hinc liquet ꝙ diuinç uoluntatis ratio dari non possit: nec tamen est aliq̃ modo irrationabilis uł iniusta, cũ realiter idẽ sint q̃d diuina sapiẽtia atq; diuina iustitia.

Articulus XLVII. An diuina uoluntas sit proxima causa rerũ & propria.

Recitans Albertus super de Causis positionem Auicebron Platonici philosophi, Solus inquit Auicebron primũ principiũ per uoluntatẽ agere dixit. Auicebron igitur in libro quẽ de fonte uitæ uocauit, disseruit deũ omnia per uerbũ intus cõceptũ producere: per uerbũ intelligens rationẽ exemplarẽ atq; idealẽ. Cum aũt deus immensus sit omnia penetrans, per cuncta incedẽs, atq; in omnibus operans, effectus uero dei de necessitate finitus existat, posuit Auicebrõ, ꝙ deus per uoluntatẽ quasi per medium operetur tanq̃ ex electione, determinans hoc uel illud esse agendũ. Hanc aũt positionem Albertus redarguens, Mirabile ait uidetur, ꝙ ille nullã dictorũ suorũ rationẽ attendit: Volũtas em̃ non potest esse primũ uel proximũ rei principiũ, sed id quod formã dat operi: uidelicet intellectus. Quicquid aũt sit de reprobatiõe Alberti, positio Auicebron non solũ rationi, sed catholicis quoq; doctoribus consona cõprobatur: & q̃d Albertus affirmat solũ Auicebron dixisse deũ per uoluntatẽ producere, nõ uidet satis perspectũ. Plato enim in Timçi hoc astruit. Causam enim finalẽ mundanæ institutionis inquirens, Dicendũ inquit cur

cur conditor fabricatorq; uniuersi omne hoc instituendũ putarit? Optimus erat, Ab optimo porro inuidia lõge relegata est. Itaq; cõsequẽter sui similia cũcta, prout cuiusq; natura capax eẽ poterat, effici uoluit: quã quidẽ uoluntatẽ dei, originẽ rerũ certissimã si quis ponat, recte eũ putare consentiã. Deniq; Dionysius 4. cap. de diuinis nomi. ait, ꝙ diuinus amor nõ reliqt deũ sine germine esse: & loquit ibi de productiõe creaturę. Amor itaq; dei, creatiõis rerũ extitit causa: amor aũt uoluntatẽ cõcernit: uolũtas ergo diuina, est proxima entiũ causa. Insup secundũ Algazelẽ Peripateticũ, & idẽ astruũt oẽs theologi, Emanatio creaturarũ à creatore cõuenienter assimilat emanationi donorũ à datore: largitio aũt donorũ uolũtatis est actio, qa ab amore procedit: creata ergo à deo p uoluntatẽ fluxerũt. Amplius inter infinitũ atq; finitũ est infinita distãtia, & nulla pportio naturalis sed imitatiua dũtaxat: sed inter causam & effectũ similitudo qdã seu proportio exigit. Quid ergo est causa, ꝙ creator immẽsus rebus dona diuersa atq; finita cõmunicat, nisi ꝙ libere agit, & qd agendũ sit in seipso eligit & itẽ determinat? Ratiões nãq; & ideę rerũ, nõ libere sed naturalr in deo sunt sicut sciẽtia. Confirmat ꝗq; ista positio authoritate scripturę, quę ait: Omnia quęcunq; uoluit dñs fecit, in cœlo & in terra. Et iterũ: Ipse mandauit & creata sunt. Nihilominus deus dicit causa rerũ p intellectũ: quis nanq; in deo sint idẽ uoluntas & intellectus, tñ alia ratione deus asseritur causa rerũ per intellectũ, atq; alia per uoluntatẽ. Ad intellectũ quippe pertinet ordinare, distinguere, uoluntatẽ dirigere: ad uoluntatẽ uero spectat amare, pręcipere, & cognita exequi. Inquantũ itaq; opifex deus creabilia in sua sapiẽtia cõspicit, distinguit atq; ordinat, pducẽdaq; dictat, dicit causa per intellectũ, queadmodũ scriptũ est: Oĩa in sapiẽtia fecisti. Et rursus: Qui fecit cęlos in intellectu. Inquantũ uero practice cognita fieri iubet atq; exequitur, causa est rerũ per uoluntatẽ, secundũ quod in libro Sapien. habet: Subest tibi cũ uolueris posse. Qđ aũt Auicebron dixit deũ per uoluntatẽ quasi per mediũ agere, intelligi noluit quasi diuina uoluntas sit aliquid à deo distinctũ, sed quia secundũ rationẽ aliud conuenit deo secundum suam infinitatem, & aliud secundum uoluntatem.

Dionysius.

Psal. 134.
Psal. 148.
Psal. 135.

Sap. 12.

Articulus XLVIII. An primum principium sit causa rerũ per esse suũ, seu per naturam: & qualis sit emanatio rerum à deo.

LIcet prætere a iuxta pręhabita, omnes meliores philosophi uniuersorũ machinã à deo productã professi sint, tñ in determinãdo modũ productiõis istius à deo, non mediocriter errauerũt. Quidã eñi dixerũt productionẽ uniuersi à primo esse per modũ naturalis emanatiõis, sicut est calor ab igne, & riuus à fonte. Alii p modũ essentialis emicatiõis, sicut est effluxio lucis à sole si sol substãtialiter eẽt lux sua. Alii p modũ formalis generationis, sicut calor parietis naturalr similitudinẽ suã in aëre generat. Alii ꝗq; ponebãt mundũ esse quasi umbrã quandã lucis diuinę, eandẽ naturaliter cõcomitantẽ. Cõtra ꝗs Ambros. in hexamerõ disputat. Oẽs itaq; hi asserebãt deũ producere p esse suũ. i. per seipsum immediate: atq; per naturã. i. per necessitatẽ naturę, queadmodũ splẽdor generat à luce: qđ ita probabant: Omne cõpositũ atq; per aliud reducit ad aliqđ simplex & per se: primũ ergo principiũ cũ sit simpliciter prima entiũ causa, erit causa simplex & causa per se: ergo per esse suũ, & secundũ naturę suę essentialẽ proprietatẽ, causa est rerũ non per aliqd additũ. Quod aũt causat per esse suũ & naturã, naturaliter & necessario causat. Vnde prędicti philosophi dixerunt mundũ ab æterno fuisse, & tñ à deo fluxisse: queadmodũ Proclus manifeste testatur. Sed qm̃ iam satis ostensum est antè, ꝙ deus rerũ creatarũ est uoluntaria ac libera causa, non est opinandũ, ꝙ deus agat per esse suũ seu per naturã secundũ sensum expositũ, sed agit per intellectũ & uolũtatem spõte atq; liberrime. Quod aũt dicũt causam cõpositã & agens per aliud reduci ad causam per se, uerũ est: & sic deus est causa per se, qa nõ agit per aliquid additũ uel distinctũ. Nam idea & intellectus atq; uolũtas, realiter idẽ sunt quod esse diuinũ. Idcirco ad hunc sensum potest concedi, ꝙ deus agit per esse suũ seu per naturã: quia non agit per quippiam à se diuersum seu additũ in ipso consistẽs. Emanatio ergo rerum à deo, potius assimilatur emanationi donorũ à datore, & artificiatoris ab artifice, ꝗ emanationibus præinductis. Vnde dici potest emanatio sapientialis & liberalis, artificialis atq; spontanea: & hoc fidei consonat ac sanctis doctoribus.

Articulus XLIX. De regimine & prouidentia mentis diuinæ.

SIcut autẽ Plato locutus est & Dionysio cõsonat, Prima causa imò & quodlibet agẽs in tribus pfectũ est atq; idoneũ ad agendũ: uidelicet in scire, posse & uelle: ut sit sciẽtia non obtenebrata: potentia non impedita: & uoluntas ab inuidia relegata. Cui enim hæc præsto sunt, hic utiq; ad omnẽ operationẽ sibi conuenientẽ ac naturalẽ est

efficax.

efficax. Enimuero ut ex prædictis patescit, deus est omnium causa in triplici genere causæ. Est enim prima causa efficiens, & est causa rerum finalis, omnia propter se operans & ad se reducens. Est quoque causa rerum formalis, formans, non formata, quæ proprie dicitur causa exemplaris: ad cuius uidelicet imitationem aliquid fit. Cum enim deus dicatur ab Augustino ars æterna rationibus plena, & mundus archetypus, exemplar ac species rerum creatarum, omnia ad aliquam suæ bonitatis similitudinem faciens, constat quod merito causa exemplaris uocatur. Est autem regere, aliquid ad suum finem dirigere. Quoniam itaque deus omnia ad seipsum reducit ac ordinat sicut ad ultimum finem, mouens unumquodque & singulis influens uel mediate uel immediate secundum dignitatem & capacitatem suæ naturę, palam est quod deus omnia regit. Vnde & Plato disseruit, Opificem deum cuncta fecisse, quatinus singula secundum suam possibilitatem diuinæ beatitudinis & perfectionis forent capacia. Et hoc idem Dionysius & Augustinus testati sunt. Præterea sicut ostendit 12. primę philosophię Aristoteles, Entia nolunt male disponi, eo quod naturalia desideria singulorum, ad debitum ac proprium finem festinent ac tendant: naturalia autem desideria rerum, ab authore naturę impressa sunt: deus ergo gloriosus & sanctus, qui est author naturę, uniuersa gubernat. Insuper dictum atque monstratum est, quod deus benedictus uniuersa & singula cognoscit & diligit, tanquam omnium intellectualis & optima causa: quod autem alia cognoscit & diligit, hoc utique prouidet eis si potest & si ipsa indigeant. Non solum ergo cœlestia, incorruptibilia & intellectualia sub diuina prouidentia cadunt, sed inferiora quoque, & bruta ac inanimata, & singula entia quantumcunque minuta. Et in hoc Rabi Moyses inuenitur errasse, qui corruptibilia dixit non subesse prouidentiæ dei nisi quantum ad species homine dempto: quem propter splendorem intellectus asseruit prouidentię dei subesse. Hic autem error & ueritas prædictorum ueteris atque nouæ legis authoritate ostenditur. Quòd enim irrationalia etiam sub prouidentia ca-
Psal.146. dunt, psalmista insinuat loquens de deo: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum in-
Iob 38. uocantibus eum. Iob quoque ait: Quis præparat coruo escam, quando pulli eius clamant ad deum,
Luc.12. uagientes eo quod non habeant escam? Vnde & apud Lucam ait saluator: Nonne quinque passeres ueneunt dipondio, & unus ex illis non est in obliuione coram deo? Et Matth. 6. Respicite inquit uolatilia cœli, quoniam non serunt neque metunt, & pater uester cœlestis pascit ea. Porrò Epicurei prouidentiam rerum dixerunt non competere diis, ne pax & quietudo eorum minorationem incurreret. Opinabantur enim deos sine solicitudine & inquietudine inferioribus prouidere non posse. Hunc autem errorem Platonici correxerunt, dicentes deum cuncta regere sine habitudine .i. distractione & multiplicitate atque occupatione grauante. Propter quod Proclus ait: Omne diuinum prouidet secundis, & ereptum est ab his quibus prouidetur: Ens nanque diuinum prouidet rebus per esse suum sine habitudine seu compositione uel additione ad suum esse: ideo quietissima atque pacifica mente regit ac prouidet, nec occupatur mundum regens, nec turbatur hunc disponens conseruansque stabiliter. Vnde in lib. de Causis habetur: Causa prima regit res omnes pręter quod commisceatur cum eis: quod est, quoniam regimen non debilitat unitatem eius, quia causa prima est fixa stans cum unitate sua pura semper, eo quod sit bonitas pro esse suum: Ideo est agens uerum, & regens per finem decoris. Veruntamen prouidentia diuina necessitatem rebus nequaquam imponit, sed regit unumquodque secundum dispositionem & exigentiam suę naturę: idcirco non impedit semper malorum euentum, sed contingentia & uariabilia regit sicut capacia sunt. Aduertendum autem quod ad prouidentiam pertinent duo, uidelicet dispositio & executio: quantum ad primum, omnia immediate sub prouidentia cadunt, sicut & immediate cognoscuntur à deo: quantum uero ad secundum, deus regit & prouidet inferioribus per superiora. Oportet namque hunc mundum contiguum esse lationibus superiorum, ut tota eius uirtus inde gubernetur. Quoniam tamen diuina prouidentia omnia comprehendit, presertim quantum ad dispositionem ordinis rerum, propterea in
Iob 34. Iob habetur: Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Vbi Gregorius dicit, Mundum per seipsum regit qui eum per semetipsum condidit. Denique sic perfecte & speciose deus mundum gubernat, quod nullum inordinatum relinquat inordinatum, sed sua iustitia reparabit per pœnam, quod inordinatum erat per culpam. Imò nec mala permitte-
1.Cor.9. ret fieri, nisi sciret, uellet & posset ex eis bona elicere. Postremo quod addit Apostolus: Numquid cura est deo de bubus? non est ita intelligendum, quod boues & bruta extra prouidentiam diuinam consistant, sed quia propter seipsa non curantur à deo, sed propter aliud: ordinantur
In prima parte. nanque ad hominem. Vel ut Thomas affirmat, hoc ideo ait Apostolus, quoniam actus talium rerum non cadunt sub ratione meriti uel demeriti. Simili modo exponendum opinor, quod ait beatus Hieronymus super Micheam, Deum non curare de pulicibus atque similibus.

Articulus L. De omnipotentia dei, & immensitate diuinæ potentiæ.

Porro

Porrò deus qui purus actus perhibet, passiuę potētię admixtionē non patit:non est ergo in deo nisi actiua potētia: hæcq; in deo excelso eatenus pfecta ac plena est, ut uere omnipotens appellet:qcquid enim in deo est, diuinæ idētificat essentię. Sicut ergo diuina essentia infinita est simpliciterq; pfecta, ita diuina potētia est prorsus pfecta & uere immēsa. Deniq; sicut operatio proportionat potētię, & sequit eā fluēs ex ea, sic potētia proportionatur essentię eāq; cōsequtur:nobilior em̄ & plenior atq; pfectior essentia excellentiorē uigorosiorēq; sortit potentiā. Cū igit iuxta pręhabita, diuina essentia sit infinita, incircūscripta, incōprehēsibilis & æterna, palā est talē quoq; diuinā esse potētiā. Pręterea si diuina potētia nō est immēsa, erit finita:finitū autē infinito in infinitū inferius & min⁹ existit. Si itaq; diuina essentia existēte immēsa, diuina potētia asserat finita, sequit diuinā potentiā in infinitū esse diuina essentia inferiorē atq; minorē, qđ absurdissime sonat. Quò aūt actiua potētia fuerit maior, eò in plura potest, & plura eius causalitati subdunt. Cū ergo infinita potētia omnē finitā potentiā infinite incōparabiliterq; excedat & uincat, constat q infinities plura atq; maiora facere potest q̄ quæcunq; finita potētia. Imò nec potest in tot, quin possit in infinities plura. Si aūt hoc ita se habet, tunc utiq; deus om̄ipotēs est, & om̄ipotētia eius est sua essentia. Vnde queādmodū diuina essentia nostri intellectus capacitatē atq; notitiā in infinitū trāscēdit, ita diuina potētia nostrę rōis inuestigationē & cognitionē infinite exuperat, incōparabiliter ergo plura & imp̄scrutabiliter mirabiliora potest efficere, q̄ nos possimus cōcipere. Ideo August. Demus inqt deo aliqd posse facere, & nos nō posse intelligere. Vanissimi igitur censendi sunt, q diuinā potentiā limitare p̄sumentes, dicūt deū aliter operari non posse q̄ agit, nec immutare posse solitū entiū cursum naturalēq; legē. Imò hoc totū falsissimū est, & deus gloriosus & fortis, in infinitū plura maioraq; potest q̄ nos uel cogitare uel effari possimus. Propterea secundū suā absolutā potentiā posset omni momento nouū mundū creare:imo & hunc mundū destruere. Et si aliqua sunt quę dicūtur nō posse fieri, sicut corpus infinitū, hoc nō est ex impotētia dei, sed rerꝫ. Naturę em̄ creatę nō sunt capaces omniū, ad quę diuina potētia se extendit quantū in se est. Porro si deus omnia potest, oportet ut obiectū diuinę potētię sit esse seu ens simpliciter atq; cōmuniter sumptū, & hoc uerꝫ est:Nā cū deus sit prima & uniuersalissima causa, oportet ut proprius eius effectus sit aliquid in rebus creatis primū & uniuersalissimū:hoc uero est esse. Et ideo in lib. de Causis habetur:Prima rerꝫ creatarꝫ est esse, nec est in creaturis latius ipso. Omnis aūt potētia pfecta ad uniuersa extenditur, quę sub suo obiecto proprio cōtinentur. Quicqd itaq; fieri potest, id est cuicūq; ratio entis nō repugnat, deus facere potest. Nihilo aūt, seu nō esse, secūdū qđ tale, repugnat ratio entis. Similiter cōtradictorie oppositis, & om̄ibus quę cōtradictionē includunt seu implicāt, ipsum esse repugnat. Propterea dicitur deus non posse facere ut non ens sit, uel cōtradictoria simul esse uera. Melius tn̄ & uerius dicimus talia nō posse fieri q̄ deū nō posse ea facere:quia q fieri nequeūt, nō est ex impotētia diuinę uirtutis, sed propter entiū incapacitatē, ut ait Albertus. Insup, cū deus sit purus actus, idcirco diuina potētia est mere actiua nullatenusq; passiua. Tria ergo à diuina potētia excludūt secundū Thomā in summa cōtra gētiles:& idē dicit Albertus, uidelicet primitiua mala ac materialia:oīa em̄ hæc passiuā potentiā in eo esse requirūt, in q̄ ipsa cōsistere possunt:& ideo deus non potest seipsum corrūpere, aut uelle non esse, aut mētiri, peccare, comedere, dormire, aliud esse induere:neq; similia quę nobilitati ac dignitati diuinę potētię derogāt, ut arbitror contradictionē ueraciter implicāt:q̄dcunq; em̄ istorꝫ dicat deus posse, sequit ipsum deū nō esse: qm̄ sequeret eū nō esse pfectū & simplicē, & q̄ dignius cogitari nō potest:quo dato, sequeret eū nō esse deū sicut ostēsum est. Deus itaq; om̄ia potest:quę posse, est simpliciter posse, & uera nobilisq; potētia. Si uere dicat aliqd nō posse, accipitur ibi posse potius pro nō posse q̄ pro posse, uidelicet qm̄ talia posse nō ptinet ad pręclarā & actualē potentiā, sed ad defectū potētię, uel ad potentiā determinatā & incōpletā:ut posse sanari, posse illuminari, irasci, iuuari: quæ om̄ia summę derogāt potestati. Om̄ipotentiā insup dei philosophi quoq; agnouerūt: Aristoteles nanq; Agathonē philosophū laudat, quoniā nil à diuina exclusit potentia, nisi impossibile fieri. Et Auicenna asserit, quia primū principiū in hoc atq; idcirco appellatur omnipotens, quoniā omnia potest quæ uult & sicut uult, nil habens potentialitatis admixtum. Quod sacra etiā scriptura copiose fatetur. Scriptū enim est in Genesi: Ego dn̄s omnipotens:ambula corā me, & esto perfectus. Et apud Hieremiā: Dn̄e deus, ecce tu fecisti cœlum & terrā in fortitudine tua magna. Non erit tibi difficile om̄e uerbū:fortissime, magne, potens, dominus exercituum nomen tibi. Vnde & Luce 1. archangelus dixit:quia non erit

Augustinus.

Tria à diuina potentia excluduntur.

Omnipotentē deū esse, philosophi agnoscunt.

Gen. 17.

Hiere. 32.

g impossi-

impossibile apud deũ omne uerbũ. Postremo patet ex dictis, quod naturali ratione demõstrari possit deũ esse omnipotentẽ: ideoq́ opinio dicentis, quod omnipotentia dei persuaderi potest non demonstrari, non reputatur conueniens.

Articulus LI. Confirmatio prædictorum de omnipotentia dei ex uerbis Dionysii, Augustini & Anselmi. De potentia quoq; dei absoluta & ordinata.

AMplius de diuina uirtute orsus effari diuinus Dionysius 8. ca. de diuinis nominibus, Quoniã inquit diuinitas segregatur ab omniũ uirtute, quomodo laudant eã theologi sicut uirtutẽ? Dicimus ergo quod deus est uirtus, tanquam omnem uirtutẽ in se supersubstantialiter habens & continens, per suã inflexibilẽ mobilẽq́ uirtutẽ uniuersa producens, tanquam infinitæ uirtutis existens: eo quod uirtus ipsius uniuersa excedens, inexcogitabilis sit, ineffabilis & ignota: peruenitq́ ad omnia, & saluat ac perficit ea, & participatur ab omnibus. Nihil enim existentiũ priuatur omni uirtute: quod nanq; nullã habet penitus uirtutẽ, nulla erit ipsius positio: nã si omni caret uirtute, nullã habebit operationẽ, & per consequens uanũ erit & frustra. Omne ergo existens sortit uirtutẽ, aut intellectualẽ ut angeli: aut rationalẽ ut homines: aut sensualẽ ut bruta: aut uegetabilẽ ut plantę: aut naturalẽ ut inanimata. Et ex diuina uirtute emanant deiformes ornatuũ angelicorum uirtutes. Cõcludens igitur Dionysius, Laudamus ait deũ sicut potentẽ, sicut omnipotentẽ, sicut in sua æterna potẽtia dominantẽ. Et sicut omnia existentia præhabentẽ & superhabentẽ, secundũ suã superessentialẽ uirtutẽ, & exuberanti effluxione largientẽ omnibus existẽtibus esse & posse: ac omnia secundũ abundantissimã plenitudinem suæ uirtutis omnia excedentis. Deniq; Augustinus in Soliloquio deũ fiducialiter alloquens, Omnipotens inquit manus tua dñe, una semper ac eadẽ, creauit in cęlo angelos, & in terra uermiculos: nõ in illis superior, neq; in istis inferior. Quemadmodũ enim nulla alia manus angelũ, sic nulla posset creare uermiculũ: sicut nulla cœlũ, ita nulla minimum arboris foliũ: sed omnipotens manus tua, cui pari modo omnia sunt possibilia. Nec enim possibilius tibi est creare uermiculũ, quam angelũ. Nec impossibilius extendere cœlũ, quam foliũ. Nec difficilius fundare terrã super aquas, quam fundare aquas super terrã. Sed omnia quæcunq; uoluisti, sicut uoluisti fecisti in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Porro Anselmus in prosologion, Quomodo inquit omnipotẽs deus est, si omnia non potest? ut si nõ potest corrũpi, nec mẽtiri, nec facere uerum esse falsum. An hæc posse non est potentia, sed impotentia? Nam qui hoc potest quod sibi nõ expedit & quod non debet, quanto magis hoc potest, tanto magis aduersitas & peruersitas possunt in illum, & ipse minus contra illas. Qui ergo sic potest, non potentia potest, sed impotentia. Non enim dicitur ideo posse quia ipse possit, sed quia sua impotentia facit aliud in se posse. Multa enim improprie dicuntur: sicut dum ponimus esse pro non esse, & facere pro non facere. Dicimus enim sæpe ei qui aliquid negat: sic est quemadmodũ dicis esse: cũ magis proprie uideatur dici, sic non est quemadmodũ dicis non esse. Itẽ dicimus: Iste sedet, sicut ille facit: uel iste quiescit sicut ille facit: cũ sedere sit quoddã non facere, & quiescere sit nihil facere. Sic utiq; cum quis dicitur habere potentiã faciendi uel patiendi quod sibi non expedit aut quod non debet, impotentia intelligitur per potentiam. Tantò ergo deus est magis uere omnipotens, quo minus aliquid per impotentiã potest, & nihil contra se potest. Hæc autẽ uerba Anselmi Dionysio consonant: qui 8. cap. de diuinis nominibus illud soluturus quod obiiciebat Elymas magus Paulo apostolo, qui ait ad Timotheũ, Deus seipsum negare non potest: Contra quod Elymas institit dicens: Si deus seipsum negare non potest, nõ est omnipotẽs. Hoc Dionysius soluturus, Si hanc inquit instantiã soluo, timeo ne tanquam puer deridear eo quod studeã ædificia infirma super arenã fundata dissoluere. Veruntamen breuiter soluẽs dicit: Cũ deus sit ueritas, negatio dei, est casus à ueritate: & ergo nõ ad potentiã, sed ad impotentiã pertinet. Oportet demũ postremo aduertere, quod in deo ponit duplex potentia: uidelicet ordinata & absoluta. Quãuis enim in deo sint idẽ, sapiẽtia, uolũtas atq; potẽtia, tamen sapiẽtia sumit tanquam dirigẽs: potẽtia tanquam exequẽs: uolũtas ut imperãs. Ideo quod pertinet ad diuinã potentiã secundũ se consideratã, dicit deus posse absoluta potẽtia: & hoc est omne id quod cõtinet sub potẽtię diuinæ obiecto quod est ens, seu esse cõmuniter dictũ. Vnde omne illud in quo ratio entis potest saluari, potest deus de potentia absoluta. Quæ uero attribuuntur diuinæ potentiæ, seu ad eã pertinere dicunt, inquantũ exequit imperiũ uolũtatis iuste sapientialiterq́ iubẽtis illa, potest deus ordinata potẽtia. Multa potest deus primo modo, quæ secũdo modo nõ potest: quoniam multa subsunt suæ potẽtiæ, quę nõ cõgruũt suę iustitię & sapiẽtię. Posset tamen ea facere cõgruẽtia ut aliqui asserũt: sicq́ posset ea simpliciter.

Dionysius.

Augustinus.

Psal. 134.

Anselmus.

2. Timo. 2.

Articu-

Articulus LII. Quomodo misericordia & iustitia in deo sunt.

AB exordio huius editionis frequenter dictū recordor, quemadmodū esse diuinū, simplicissimū, perseuerans, omnē perfectionē cum infinita plenitudine continet: & ꝙ omnipotens ac sapiens deus idcirco machinā mundi cōpegit, quatenus diuinæ bonitatis perfectio in creaturis luceret: quæ quia propter suā eminentiam in una reꝝ specie, uel paucis sufficienter in entibus participari atq; lucere non ualuit, institutæ sunt multæ species ac uarii ordines reꝝ: ut unoquoq; aliquid diuinæ perfectionis participante, omnia simul creatoris perfectionem excellentius declararent. Porro misericordia atq; iustitia sunt præclaræ uirtutes. De iustitia enim testat Philosophus: Quòd nec hesperus, nec lucifer est ita mirabilis. Sed & Cicero Iulium laudās, Nulla inquit in uirtutibus tuis admirabilior gratiosiorq; inuenitur q̄ misericordia. Et idem Augustinus nono de Ciuitate induxit. Hæ ergo uirtutes in diuina natura consistunt, quemadmodum de sapientia & uoluntate præhabitū est. Et quoniā hæ uirtutes in deo sunt, uoluit deus eas in creaturis relucere, quædam operans per misericordiā, quædā autē per iustitiā. Est ergo misericordia in deo, non prout passio animæ speciesq; tristitiæ, scilicet alienæ miseriæ quædam compassio. Dicitur nanq; misericors secundū Damascenū, quasi cor miseꝝ habens: quod beatissimo deo non competit. Rursus misericordia prout est uirtus moralis prædictæ passionis ordinatrix, non est proprie in deo, sicut nec passio talis. Veruntamen est in deo, dignissimo & excellentissimo modo quantū ad suā radicē: ex qua omnis effectus pietatis & misericordiæ effluit. Ideo aliqui dicūt, ꝙ sit in deo non secundū passionis affectū, sed ratione effectus: eo ꝙ deꝰ miseroꝝ infirmitati subueniat, inopiā suppleat, necessitudines releuet: sicq; per modū cōpatientis se habet: ideoq; misericors nuncupat. Quantū ergo ad id quod perfectionis in uirtute misericordiæ continetur, dicenda est misericordia esse in deo. Porro secundū Macrobiū, Iustitia in deo, est obseruatio legis æternæ in suis operibus. Et ut ait Anselmus, Dupliciter dicitur aliquid iustū in deo. Primo quoniā decet eum: Secundo quia meritum creaturæ id exigit. Vnde in prosologion ad deū loquēs, Domine inquit, dum punis malos iustū est, quia illoꝝ meritis congruit: Itē dum misereris & parcis malis iustū est, quoniam bonitatē tuā decet: Tanta nempe est bonitas dei, ut iustum sit eam quibusdā indignis misereri & parcere, quamuis illoꝝ uita & merita pœnam mereātur & iram. Quomodo aūt iustitia consideretur in deo, Dionysius octauo cap. de diuinis nominibus plene ac pulchre insinuat: Deus inquiens dicitur iustus tanq̄ uniuersis distribuens secundū singuloꝝ congruentiā, & commensurationē, & pulchritudinē, & ornatū ac ordinē. Diuina nanq; iustitia omnia ordinat & terminat, & singula à singulis incommixta & inconfusa custodit: & omnibus prout capere queunt, distribuit. Et in hoc declaratur esse uera iustitia, quod cuiusq; rei naturam saluat in proprio ordine & uirtute ac specie. Quamuis itaq; non sit in deo commutatiua iustitia, quæ circa commutationes humanas, uidelicet emptionem ac uenditionem uersatur, est tamen in deo iustitia distributiua, per quam unicuiq; secundū propriā dignitatem capacitatemq; influit. Sed quia iustitia in æqualitate consistit & debitū respicit, mirum apparet, quomodo esse dicatur in deo respectu creaturę: cum inter deū & creaturas nulla existat æqualitas: nec deus alicuius sit debitor: quippe qui ad nihil aliud ordinatur: neque ad aliud extra se dependentiam sortitur. Et respondendū, ꝙ in deo apud quē non est personarum acceptio, consideratur æqualitas quantū ad hoc ꝙ nulli minus confert q̄ meretur & dignus est. Non autē oportet inter eos inter quos inuenitur iustitia, esse omnimodā æqualitatē, sed aliquā proportionē: aliter inter regē & seruū non posset attendi iustitia: quamuis etiā proprie deus nulli sit debitor, præsertim cū nostra merita cūctaq; bona, eius sint dona, nihilominus dicimus deū rebus debitā perfectionē uel gratiā iuste largiri, dum præstat rebus q̄d eis naturaliter cōpetit. Nā talis perfectio rebus est debita ꝑ comparationē ipsaꝝ ad proprios fines. Præterea in deo idē esse dicunt ueritas atq; iustitia. Oīa nāq; q̄ nūc iustitię sunt ascripta, ad diuinā pertinēt ueritatē: qm̄ ueritas dei est causa, mēsura ac regula reꝝ. Idcirco ipsius est in rebus congruentē instituere ordinē: stabiliterq; cōseruare eundē: q̄d est iustitię actus sicut ostēsum est. Postremo pensandū, ꝙ cōmunicatio donoꝝ diuinoꝝ attribui solet qñq; diuinę bonitati, qñq; misericordię dei, interdū liberalitati, uicissim q̄q; iustitię. Et q̄uis in deo omnia ista sint idē, tn̄ propter rōes diuersas fit istud. Nā cōmunicatio bonitatū absolute cōsiderata, ascribit bonitati diuinę. Inquantū uero prestat secundū proportionē dignitatis capacitatisq; reꝝ, ad iustitiā pertinet: inquantū aūt deus beneficia sua largit, non suę sed nostrę utilitatis intuitu, cōmunicatio ista liberalitati tribuit. Inquantū uero no-

Iustitiæ & misericordię laus.

In oratiōe pro M. Marcello.

Obiectio.

Responsio.

strammiseriã inopiãq; deponit, ad misericordiã pertinere censetur. Quomodo aũt in omni opere dei misericordia iustitiaq; concurrunt, de prędestinatione quoq; & præscientia, atq; de præsenti materia plura hic loqui non decet, quoniã naturalis rationis forũ transcendũt, & ad theologicã supernaturaleq; sapientiã pertinent. Hoc tñ breuiter cõmemorandũ opinor, q cum dei iustitia & misericordia eius, fit ipsa diuina essentia, ideo sicut diuina essentia
Psal. 17. omne ratione & inuestigatione in infinitũ excedit, ponens tenebras latibulũ suũ, tanq inaccessibile luce inhabitans, sic diuina iustitia, misericordia quoq; diuina, cũ utraq; sit uere immensa, omne intellectũ creatũ, & omne perscrutatione ipsius sine mensura excedit & supe
Psal. 35. rat: propter qđ iudicia dei dicũtur abyssus multa. Quis enĩ, ut de cæteris taceã, quis inquã mirari sufficiat, cur in primordiali rerũ productiõe, quã nulla merita pcesserũt, deus sapiẽs atq; omipotẽs, uni rei maiore pfectione dedit q alteri, tã in essentialibus q in accidẽtalibus?

Articulus LIII. De beatitudine & infinita delectatione ac syncerissima uoluptate supergloriosissimi & superbeatissimi dei.

EX omnibus porro potentiis rerũ factarũ, non nisi intellectus atq; uoluntas deo conueniunt. Hæ nanq; potentię nobilissimę sunt, & in operatiõe ipsarũ beatitudo cõsistit: præsertim in actiõe intellectus secundũ Philosophũ 10. Ethic. ubi in speculatione optimi speculabilis, felicitate cõtemplatiuã constituit. Estq; maior & certior
Ioan. 17. saluatoris authoritas: qui ad patrem loquens, Hæc est inquit, uita æterna, ut cognoscant te solũ uerũ deũ, & que misisti Iesum Christũ. Felicitas itaq; essentialiter in actu intellectus cõsistit, cũ intellectus sit nobilissima uirtus secundũ philosophos. Volũtas enĩ secundũ se cõparat tyranno: & nisi ab intellectu regat, in omne malũ pręcipitat. Quãto itaq; actio intellectualis pfectior fuerit atq; nobilior, tãtò beatitudo & delectatio cõsequens plenior erit & maior. Perfectio aũt intellectualis opatiõis ex tribus psertim dependet: uidelicet ex nobilitate potẽtię, ex dignitate obiecti, & ex mõ uniõis seu forma intelligibili, p quã potẽtia intellectiua agit, & obiectũ suũ cognoscit ac pspicit. Quò nẽpe potẽtia fuerit dignior & obiectũ sublimius, ipsaq; intelligibilis species plenius reprę sentãs obiectũ, eo utiq; opatio intellectiua pfectior & nobilior, delectabilior atq; felicior. Ostẽsum est aũt supius, q intellectus diuinus sit substãtialiter infinitus: & qđ eius obiectũ adæquatũ ac propriũ, non sit nisi diuina essentia, quæ & ipsa uere est incircũscripta: qđ itẽ deus cognoscit se p se, sic q intelligibilis species diuini intellectus, ẽ diuina natura. Cũ itaq; omia ista in deo bñdicto infinita cõsistãt, & ipse diuin⁹ intellect⁹ diuinã essentiã plenissime cõprehẽdat atq; cũ infinita lympiditate intueat & clare pspiciat, cõstat q beatitudo mẽtis diuinę, sit uere immẽsa: & delectatio dei glo
Diffinitio gaudii. riosi sit penitus infinita. Gaudiũ qppe secundũ Albertũ, est diffusio animi in cõceptiõe apprehẽsione ue boni. Cũ ergo deus excelsus & felix seipsum cõtẽplans, uideat se esse infinitam & purã, simpliciterq; pfectã bonitatẽ, certũ est q se ita cõspiciens, infinito gaudio delectet in semetipso: prę sertim cũ id qđ est, ab alio nullo recepit, sed de propriis indepẽdentibusq; deliciis gloriose exultet. Cõsiderans nẽpe deus æternus seipsum, uidet se à seipso esse qđ est, ideoq; nullius egere: sed omia reliq, eius bñficiis incessabilr indigere. Videt se in se in omi nobilitate cũ infinita plenitudine pfectissimũ eẽ. Aspicit se immẽsę pulchritudinis, immẽsę sapiẽtię, immẽsę potẽtię, immensę dignitatis ac sanctitatis existere. Inspicit se uniuersa creata interminabili exaltatiõe transcẽdere. Cũ ergo omia ista in seipso pspiciat, nõne uoluptuosissimo, & ut sic loqr. tẽpestuosissimo ac impetuosiss. gaudio, prsus exuberat, atq; letitia mẽtis intẽsiue & uere immẽsa redũdat atq; abũdat? Prę terea delectatio uolũtatis ex fruitione amati & possessiõe bõi cõcupiti oriri cẽset. Et qto qs aliqd amplius diligit, uehemẽtiusq; cõcupiscit, tãto in illius adeptiõe, possessiõe ac fruitiõe intẽsius atq; sublimius gloriat. Deus aũt, ppriã bonitatẽ cũ sit immẽsa, infinita dilectiõe amat. Quãto igit ea pfectius fruit & plenius possidet eã, tãto copiosius iocũdat. Cũ igit de⁹ & ipse solus, ppriã bonitatẽ pfecte cõprehẽdat, ipse solus ea pfecte fruit, & sempiternalr possidet eã tanq sibi cõsubstãtialẽ. Vnde quẽadmodũ bõitas eius immẽsa ẽ, ita & beatitudo & delectatio eius sunt quõlibet infinitæ quantũq; infinitũ maius est omi finito, tãto beatitudo mentis diuinę omne felicitatẽ creatã excedit. Ineffabilis itaq; & inexcogitabilis, & incõprehẽsibilis est beatitudo dei sublimis & adorãdi, omnẽ sensum inæstimabiliter superãs: omnẽq; mẽtis creatę capacitatẽ infinite trãscẽdẽs: omi creato intellectui inexpta: & soli diuino intellectui nota: ita q sicut cõparatiõe
Esa. 40. diuinę essentię, omis creata natura quasi nihilũ reputat & sicut inane, sic cõparatiõe diuinæ
1. Tim. 6. beatitudinis, omis creata felicitas uideat uelut tristitia, & tanq defectus. Propter qđ ad Timotheũ ait Apost. Beatus & solus potẽs rex regũ, & dñs dominãtiũ. Insup quãto forma denominans aliud, uicinius intimiusq; coniungitur illi, tanto habens formam illam perfectius

perhibetur in ordine illo. Idcirco ignis est maxime calidus, quoniã calor ei est intimus: & sol q̃q; simili ratione est maxime lucidus. Veruntamen ignis non est suus calor: nec sol suus splendor. Si autẽ ignis esset suus calor, sol quoq; proprius splendor, quis ferret eorũ calorẽ atq; splendorẽ? Itaq; quantò beatitudo menti beatę intimius & inseparabilius copulat, tantò perfectius denominat eam, & feliciorẽ efficit ipsam. Cũ ergo deus sanctus ac simplex sit, nedũ beatus, sed etiã essentialiter propria beatitudo, palã q̃ ipse omnibus modis incõparabiliter sit beatus: cunctis beatior, & beatissimus prorsus. Beatitudo nanq;, est operatio optima & perfecta secũdũ Philosophũ. Cũ ergo solus deus propter incõprehẽsibilẽ suã simplicitatẽ sit idẽ q̃d opatio sua, neq; dicat agẽs seu operãs propter aliqd à se distinctũ atq; egrediẽs, sed sicut omnẽ actualitatẽ cõplectẽs, liquet q̃ solus deus sit substãtialiter felix. Idcirco secundũ se totũ beatus est atq; totaliter felix: nec est aliqd in eo qd nõ sit interminabilis & incircũscriptibilis & incõprehẽsibilis beatitudo: sed qcqd in eo est, id oĩbus modis est infinita hilaritas, illimitata iocũditas, sempiterna uoluptas æternaliter plena, uicissitudinẽ nõ admittẽs, mensurã, modũ ac terminũ nesciẽs. Deus eĩ sublimis & bñdictus, simplicissimus finis est, obiectũ & gloria: cui idẽ est esse qd' perfectũ esse: qd' beatũ esse: qd' diuitẽ esse: q̃m eius perfectio est sua essentia: eius quoq; beatitudo, est sua natura: & eius diuitiæ sunt sua natura. In horũ contẽplatione o frater dulcissime nos uehementer gloriari oportet: & tãto uehementius, quãto deũ nostrũ prę omnibus diligere debemus, totalius atq; calidius. Ipse enim in seipso oĩno gloriosissimus est, sicut qui uere est pulchritudo infinita, lumẽ immẽsum, sanctitas incircũscripta, dulcedo æterna, pax quietissima, supersubstãtialis essentia, uita perfecta, omniũq; bonitatũ plenitudo intermina. Postremo beatitudo diuina oĩs felicitatis plenitudinẽ uere & intellectuabiliter cõprehẽdit: Nã quicqd uel in uera uel in falsa felicitate desiderabile est aut bonũ apparet, hoc deus uiuus & uerus, in suo superessentialissimo esse perfecte & uere complectit: q̃m de contẽplatiua felicitate habet suiipsius & omniũ quę sunt uel esse possunt, perfectã notitiã. De felicitate uero actiua, habet totius mundi gubernationẽ liberrimã. De beatitudine quoq; terrena & falsa, quæ in diuitiis & uoluptate, fama & potestate quęritur atq; locat, habet pro diuitiis omniũ bonorũ & pulchrorũ sufficiẽtissimã possessionẽ, per quã dicit esse diues in se sicut nullo indigens: & diues in aliis tanquã omnibus prouidens. Pro uoluptate autẽ habet gaudiũ de seipso, & delectationẽ de uniuersis suis effectibus. Vnde scriptura testatur: Sit gloria domini in seculũ: lætabit dñs in operibus suis. Porro pro potestate habet omnipotentiã atq; infinitã uirtutẽ. Pro fama aũt habet omnis creaturę admirationẽ. Voluptas ergo, diuitię, potestas, & fama, in deo uere & intellectualiter sunt: in aliis uero false & inordinate quęrunt. Idcirco in solo deo quęrẽda cõsistũt.

Beatitudo q̃d sit.

Psal. 103. Psal. 103.

Articulus LIIII. De supersplendenti lumine, atq; luciflua claritate diuinę essentię.

LVx deniq; appellatur, quod obscura uisibilia efficit, q̃d tenebrosa illustrat, q̃d opaca clarificat. Cũ ergo deus benedictus & gloriosus, incorporea atq; corporea suæ bonitatis effusione perficiat, nihiliq; abyssum sua omnipotẽti uirtute ad esse deduxerit, cũ insuper sine eius bonitatis cõmunicatione omne creatũ tenebrosum existat, cõstat q̃ ipse ueraciter lumẽ dicat: cuius utiq; luminis oĩe * sensuale lumẽ, imperfecta & diminuta resonãtia, debilisq; participatio extat: intellectuale uero, intellectualiũ hypostasiũ lumẽ, prętertim supcœlestiũ animorũ euidẽtior atq; pfectior participatio phibet lucis diuinæ. Prętereà oẽs simplices bonitates, cuiusmodi sunt esse, uiuere, intelligere, &c. qd aliud sunt nisi lumina quędã? carentia aũt eorũ, peccata quoq; & non esse, omnisq; defectus & omnis priuatio, quid aptius nominant nisi tenebrę quędã? Esse nanq; & uiuere ac intelligere, bonitatesq; similes, reddũt unũquodq; uisibile siue corporaliter siue intellectualiter. Cætera uero quę dicta sunt, actũ sortiunt oppositũ. Quoniã igit omne esse & uiuere, omne quoq; intelligere, omnisq; forma & bonitas creata ac simplex, ex syncerissimo & suppurissimo diuinę essentiæ fonte originaliter profluxerũt, carentia uero bonitatũ istarũ & nõ esse atq; defectus, rebus nequaq̃ conueniũt prout à deo emanãt, sed secundũ q̃ ab ipso distãdo occũbunt: Cũ inquã sit ita, certissi[...]e liquet, q̃ deus sanctus & potẽs, cõuenientissime lumẽ uocet. Est ergo diuina essentia lux summa & plena: lux æterna atq; immẽsa: lux supsplẽdidissima & superpulcherrima: lux utiq; quę in seipsa infinita claritate resplẽdet: lux pura in qua nullæ sunt tenebræ: nulli defectus: nullusq; terminus lucis: lux demũ supdelectabilissima, supergaudiosissima & superbeata: quæ omnẽ lucẽ creatã, sensibilẽ ac intelligibilẽ, incomparabili puritate transcendit: infinita lympiditate excedit: & superessentiali ac superignoto splendore exuperat. O lux amabilissima, desiderabilissima, deliciosissima: quãta syn-

* Aliàs, sensibile.

ceritate in te ipsa refulges, quanta claritate omnia ęternaliter & inuariabiliter cōspicis, quā uere ac intēsiue infinita delectatione perfrueris, quā iocundissimā uitā ducis, quā stabili securitate, libertate ac nobilitate ornaris, quā consummata perfectione subsistis. Porro Dionysius 4. cap. de diuinis nominibus ostensurus, Cur deus excelsus & sanctus lumē nuncupet, Solis inquit radius ex bono est, .i. ex diuina bonitate emanās. Propterea bonū seu deus laudat nomine luminis, propter assimilationē lucis cū bono diuino. Quēadmodū enī deus uniuersa illustrat, nec aliquid in quantū in se est, participatiōe suæ bonitatis destitutū relinquit, sed omnibus eminēs, singulorū capacitates adimplet, & unicuiq; prout meret & dignū est, bonificos radios influit & cūcta perornat, sic sol iste sensibilis, q diuinę bonitatis euidēs est imago, omnia uisibilia luminis sui diffusione clarificat, ornat & cōplet atq; unicuiq; secū dum q capere potest, radios luciformes infundit. Insuper Dionysius, Tractemus ait q̄modo bonitas diuina intelligibile lumen uocetur. Quod utiq; ideo dicitur, quoniā ipsa omnē supercœlestē intellectū intelligibili lumine implet, & ab animabus quibus ingignit, omnē ignorantiæ fecē repellit, & omnibus secundū quod capere queunt sanctū lumen infundit, quibus gustantibus lucis infusæ dulcedinē, atq; accensis ac magis optantibus, bonitas diuina sic copiosius emicat, & abundantius superfulget, ac amplius tradit, q̄m dilexerūt multū. Bonitas itaq; diuina lumen intelligibile appellatur, tanq̄ radius fontanus in seipsis coassumens, & superhabens & prȩhabens omnē donationē illuminatiuę uirtutis, tanq̄ superexcedenter & principaliter lucens, omnesq; illuminatos in superinfuso radio congregans atq; concordans. Quemadmodū enim ignorantia est diuisiua abinuicē deceptorū & in errorē labentiū, sicut in hæresum multitudine patet, ita prȩsentia luminis intelligibilis desup fusi, est coadunatiua & illuminatiua eorū qui illud recipiūt: est quoq; perfectiua & conuersiua eorū à multis opinionibus, uariasq; uisiones uel potius phantasias inanes ad unā uerā, mundam & uniformē notitiā colligens, speculatoresq; suos unitiuo lumine implens. Porro Augustinus de hac luce diuina affectuosissime loquēs, ait: O lumen uerū, lumen sanctū, lumen delectabile, lumen admirabile & supermirabile, quod illuminas oculos angelorū, quod nō nisi à purgatissimis cordibus uideri potes. Beati mūdo corde, quoniā ipsi uidebūt te. O lux quā non uidit alia lux, lumen quod non uidet aliud lumen, lux quę obtenebras lucē: cuius cōparatione omne lumen est tenebra: cui omnes tenebræ lumē: cui omnis obscuritas lux.

Cur deus lumen nūcupetur. — *Augustinus.*

Articulus LV. An lux, splendor, lumen & radius proprie deo conueniant, uel potius transsumptiue seu metaphorice.

HAnc insuper quæstionē, uidelicet an lux proprie esse dicatur in spiritualibus, sanctus Thomas super secundū Sententiarū inducit, eamq; absoluens, Videtur inquit inter sanctos esse diuersitas, an lux uerius esse dicat in spiritualibus, uel in corporalibus. Dionysius nanq; & sequens eū Ambrosius, asserūt q lux in spiritualibus metaphorice dicitur. Ait enī Dionysius 4. cap. de diuinis nominibus, Q, deus dicitur lux, eo q in solis radio propter ipsius causalitatem, maxime apparet diuinæ bonitatis similitudo. Et Ambro. in lib. de Trinitate, inter ea quę transsumptiue de deo dicunt, annumerat lumē atq; splendorē. Augus. uero sentit oppositū, sed prima positio uidet Thomę uerior esse, eo q lux sit forma, qualitasq; sensibilis. Vnde in spiritualibus nō est per naturā, sed p proprietatē. Lucis enim proprietas est tenebrosa manifestare, & hoc spiritualibus potius q̄ corporalibus cōpetit. Deus igit dicit lux uera, quantū ad id à q̄ similitudo accipit, non aūt q̄ ad lucis naturā: quēadmodū dicit uitis uera: tn̄ magis proprie dicit deus lux uera q̄ uitis uera. Hæc est beati Thomæ responsio. Et quidē si hoc mihi constaret, q̄d magni atq; diuini Dionysii mens fuisset asserere, q lux deo non conuenit nisi transsumptiue, nequaq̄ præsumerē aliter affirmare. Tanta quippe est eius auctoritas apud me, ut in nullo scienter uelim eius doctrinæ obsistere. Veruntn̄ q̄m nōdū hoc euidens habeo, expedit huius pulchrę quęstionis ueritatē ex Dionysii libris diligentius perscrutari. Videt nēpe Dionysius, si uerba eius rite pensent, deo & angelis lucē proprie atq; potissime ubertim ascribere. Deniq; 4. cap. de diuinis nominibus, post præinducta in prȩcedēti articulo uerba, in q̄bus rationē exposuit cur deus lumē uocet, mox addit, q ob eandē causam laudat sicut pulchrū, & sicut pulchritudo pulchrifica pulchrificans oīa. Et istud Dionysius manifeste in textu prosequit, asserēs deū dici pulchrū iuxta similitudinē & significātiā radii solis, q oībus inferioribus pulchrificas luminis distributiōes immittit: & istud in sequēti articl'o plenius explanabo. Si ergo ut Thomę apparet, ideo lumē de deo metaphorice dicit, q̄a deo ascribit iuxta siīitudinē lucis solaris, tūc pulchritudo seu pulchrū, nō nisi metaphorice deo cōueniet. Hoc aūt ē manifeste

Thomas. — *Dionysius.* — *Ambrosius.* — *Iohan. 15.*

nifeste cōtra Dionysij intētionē. Nā sicut ipse docet moxq̧ pādet, bonū & pulchrū cōuertūt: & sicut oīa appetūt bonū, ita & pulchrū. Vñ secūdū simile ratione laudaт deus ut bonū atq̧ ut pulchrū. Pręterea 1. angelicę hierar. ca. Diony. dicit: Ergo Iesum inuocātes q est paternū lumē, q̄d ē, q̄d uerū ē, q̄d illuminat oēm hoīem uenientē in hūc mundū, p quē ad principale lumē (patrē) accessum habemus. In his Diony. Iesum appellat lumē paternū .i. à patre pgenitū, & lumē uerū. Patrē q̄q̧ nominat principale lumen, non quod sit filio maior, nisi secūdū naturam assumptam. Iesus ergo est uera lux, & pater ęternus principale est lumen. Quamuis autem solui possit hoc, quod filius dicit lux paterna & uera, absq̧ hoc ꝙ dicatur lux per naturam, non tamen uidetur rationabiliter solui posse, cur pater principale lumen nominetur, nisi ꝙ essentialiter & à seipso lumen est. Principale nanq̧, quasi principium dicitur. Principale ergo lumen non est, nisi quod in uniuersitate ac ordine omnium luminum principatum sortitur, primatumq̧ obtinet ita ꝙ ipsum primo atq̧ potissime lumen dicatur. Praeterea Dionysius in epistola ad Caiū monachū docet, ꝙ lux diuina propter suae claritatis excessum, plenitudinem & superexuberantiam caligo uocatur. Deus ergo nō solum dicitur lux per proprietatem, uidelicet propter effectum seu aliorū manifestationem, sed propter propriae claritatem essentiae, ita ꝙ ipsa diuina essentia substātialiter sit lux infinita & claritas superplenissima. At uero ea quae deo transumptiue conueniūt, nō adeo proprie ei conueniūt, ut propter excessum negentur de ipso, sed propter defectum. Quae aūt proprie deo conueniūt, secundū Dionysiū per excessum negant de ipso. Qm̄ etenim lapis, uitis, agnus, leo, trāsumptiue affirmant de deo, ideo nō negāt de ipso propter excessum, sed propter defectū. Non enim dicimus, deus non est leo, deus nō est lapis, propter excessum seu abundantiā leonitatis & lapiditatis in eo, sed propter defectū imo uerius magisq̧ proprie negant de deo q̄ affirmētur de ipso. Etiam dū solū inquiritur atq̧ asseritur de deo quia est. Sed que proprie deo conueniunt, per excessum auferuntur de ipso: quemadmodū primo cap. de diuinis nominibus, ultimo quoq̧ mysticae theologiae cap. Dionysius astruit, Quod deus nō est mens neq̧ intellectus, nec ratio nec sapiētia, nec bonū nec bonitas, nec de⁹ nec diuinitas. Cū ergo sacratissimus Dionysius neget seu auferat lumē de deo propter excessum, dicēs ꝙ deus est caligo .i. priuatio lucis, queadmodū uerba praedicta de ipso negāt, palā est qm̄ eo modo q̄ illa deo proprie essentialiterq̧ cōueniūt, lumē q̄q̧ seu lux pprie sibi cōueniat. Nō ergo metaphorice sed uere & proprie, imò primo atq̧ uerissime enūtiaт de deo. Ampli⁹ in toto processu librorū Dionysii, tā de angelica q̄ de ecclīastica hierarchia, Dionysius actiones hierarchicas in tribus cōstituit .s. in purgatione, illuminatione & pfectione. Hae uero actiōes ad lumē proprie ptinēt. Purgatio nāq̧ illuminatio & pfectio si actiue sumūt, ad lumē ptinēt ei⁹ q alijs lumē infundit. Nā lumē infundēdo primo mētē à dissimilitudine lucisq̧ minoratione purgat sicq̧ purgatā illuminat, & illuminatā cōtinuo pficit. Hae nāq̧ actiōes nō semp realiter distinguūt ut asserit Thomas & uerū est, sed ratione tm̄ qñq̧. Si vō opatiōes istae passiue sumūt, respiciūt lumē eius q ab illuminatore influētiā recipit. Tā proprie ergo & uere lumē cōuenit deo & angelis, q̄ uere & pprie actiōes hierarchicę ipsis cōueniūt: q̄ utiq̧ secūdū Dionysiū pprijssime atq̧ uerissime cōpetūt eis. His demū sacra scriptura, cui⁹ auctoritas oī rationi silētiū iponit, fauet & cōsonat. Ait eñ Ioānes in prima sua Canonica: Deus lux est, & tenebrae nō sunt in eo ullae. Quid est aūt hoc: Deus lux est & tenebrae non sunt in eo ullae, nisi deus est lux pura? & qd est, deus est lux pura, nisi qa eatenus natura lucis cōuenit deo sublimi & scō, ꝙ nihil de natura luci cōtraria cōgruit sibi: q̄d nō esset, nisi multū proprie lux diceret de deo. Vnde & iterū de Christo habet: Erat lux uera q̄ illuminat oēm hoīem. Cur aūt de Ioāne baptista subiūgit: Nō erat ille lux, nisi qm̄ Christus uere & substātialiter lumē est? Nā & Ioānes utiq̧ lumē erat p pprietatē, secundū ꝙ Christus aplīs loquēs: Vos inquit estis lux mūdi. Postremo, rñsio Thomae nō apparet satis resoluta, sibiq̧ ipsi q̧ cōsona: nā super secūdum Sērentiarū testatur, expositionem Augustini de operibus sex dierum esse subtilem & bonam, sed hoc dici non potest nisi lux proprie in spiritualibus esse dicatur, quod etiam Thomas fatetur. Aliter nanque expositio Augustini non esset literalis sed mystica, quia per lucem intelligit naturam angelicam, per diem uero eius notitiam. Cum ergo Thomas nunc dicat positionem Ambrosij aptiorem, nunc uero id asserat, ex quo sequitur, Augustini positionem esse ueram, non uidetur sibimet consonus. Veruntamen hoc satis faciliter solui potest, & dici quod & uerum est, scilicet ꝙ Thomas nō multum asserendo dicit quod dicit. Ideo nanq̧ respondens: Videtur inquit positio Ambrosij uerior, sed in hoc ei consentire non audeo propter praehabita, ꝙ dicit Dionysium id dixisse, ꝙ lux nō nisi metaphoricè

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Ioan. 1.

Matth. 5.

taphorice spiritualibus cōuenit. Nihilominus Dionysius dicit, ꝙ deus laudatur ut lumē sicut per imaginem in qua ueritas lucet, quod sic intelligo: deum enim laudamus sicut eum cognoscimus: nostra aūt cognitio ex sensibilibus originat. Vnde ex proprietate lucis sensibilis, primo cognoscimus quomodo deus laudetur ut lumen: Nihilominus natura lucis bene & proprie considerata, deo benedicto proprie competit: propter quod primo cap. de diuinis nominibus Dioysius ait, ꝙ non est nobis possibile aliter splendere diuinū radium, nisi sensibilibus formis multipliciter circūuelatum. Insuper nō est necesse concedere, ꝙ lumen secundum totū ambitum suum, sit forma qualitasq́ sensibilis, sed hoc de lumine illo, quod nostræ cognitioni primo occurrit, est uerꝫ. Nam & sapientia atq; iustitia in rebus creatis, ex quarum notitia inuisibilia dei cognoscūtur, sunt qualitates: nihilominus deo proprie competunt, non secūdum ꝙ qualitates sunt, sed quia ad perfectionem sic pertinēt, ꝙ melius est eas habere absolute loquendo, q̄ nō habere. Proinde propria actio luminis nō est uisibiliū manifestatio, sed illuminatio, quæ in spiritualibus maxime reperitur.

Dionysius.

Articulus LVI. Confirmatio prædictorum ex uerbis Augustini, Anselmi & Hugonis.

Augustinus.

EA insuper quę deo transumptiue conueniunt, prius & potius de creatura q̄ de ipso dicuntur, sicut & Thomas testatur. Nam esse uitē uel agnum seu petram, prius magisq́ proprie sensibilibus rebus cōuenit, q̄ incorporali ac simplici deo. Si ergo lux transumptiue cōuenit deo, tunc magis proprie atq; per prius conuenit creaturis q̄ ei. Hoc autē prædictis uerbis Augustini nō cōuenit, quibus ait, ꝙ deus est lux, cuius comparatione omne lumen creatum est tenebra: ergo lucē esse, excellētissime cōpetit deo. Deniq; idem ait Gregorius super illud Iob: Ecce luna nō splendet, & stellæ nō sunt mundæ in conspectu eius. Et certe uidetur sacra scriptura innuere, ꝙ splendere ac lumen esse, tam proprie & eminenter conueniat deo, ut alijs quæ multum splendida reputantur, diuini splēdoris cōparatione nō competant. Præterea, quicquid simpliciter loquendo melius est habere q̄ nō habere, id uere & proprie competit deo in om̄i nobilitate perfecto. Et ista est regula Anselmi in Monologion atq; in Prosologion. Sed melius est esse lumen q̄ non esse lumē. Ergo lumen proprie conuenit deo. Et hoc quoq; Anselmus apertius cōtestatur. Dum nanque probasset, ꝙ deus est maior q̄ cogitari possit, protinus addit, ꝙ tale bonū est inaccessibile lumē. Præterea Hugo super Angelicam Hierarchiam, Deus inquit est lumē per naturā: creatura uero nō est lumē nisi per gratiā. Quod aūt per naturam competit, uere & proprie seu essentialiter congruit. Quidam uero Thomam sequētes dicunt, ꝙ si nomine luminis proprie & secundum primā suam impositionem utamur, nō nisi transumptiue cōuenit deo. Si autē eo utamur prout est in usu loquentiū, sic proprie deo & spiritualibus cōuenire cēset. Sed istud parum ualere uidetur, quia si usus loquētium nō est irrationalis neq; improprius, tunc uti nō debent nomine luminis, nisi prout ueram lucis naturam designat. Nec iteꝝ sequit, si nomen luminis primo impositum est ad significandum formam sensibilem, ꝙ ideo spiritualibus proprie nō conueniat. Nam primi philosophi qui inter sensum & intellectum nō distinxerunt, nomen cognitionis ad designandum sensitiuam cognitionē primo instituerūt. Nihilominus uere cognito quid sit cognitio, cōceditur ꝙ cognitio magis proprie cōuenit cognitioni intellectuali ac spirituali q̄ exteriori atq; sensibili. Simili modo, dum uere cognoscimus quid sit lucis natura, puta ꝙ sit quædam forma siue essentia cuius proprius actus est illuminare & lucidum facere, cōcedimus ꝙ lux deo & spiritualibus proprie cōuenit, quāuis ad hāc lucis naturā cognoscēdā, ex sensibilis lucis notitia primo occasionē sumpserimus.

Iob. 25.

Anselmus.

Hugo.

Articulus LVII. De pulchritudine summæ naturæ, & speciositate diuinæ essentiæ.

REerum præterea uisibilium pulchritudo in duobus cōsistit, uidelicet in debita habitudine seu conuenienti proportione partium inter se & ad totum, & itē in congrua superfusione coloris aut luminis partes corporis informātis ac decorantis. Spirituales aūt substantiæ, partes nō habēt neq; colorem aut lucē sensibilē. Earū igitur pulchritudo in debita operatione & recto intellectus iudicio est ponēda. Operatio nanq; se habet ad operantis essentiam sicut membrum ad corpus, & intellectualis cognitio sic operationem uenustat atq; illuminat, quēadmodum lumen sensibile seu splendidus color corporalia membra aut corporis partes. Cum ergo superius declaratum sit, ꝙ actio dei præsertim immanēs sit sempiterna & deo conuenientissima, connaturalis, consubstantialis & superiocunda, quòd item cognitio intellectus diuini, sit ineffabilis, splēdidissima, omniūq;

cum

cum infinita lympiditate atque incommutabili synceritate intuitiua, patescit q deus excelsus & felix, sit pulcher & uere pulcherrimus atq; incomparabilis pulchritudinis. Denique pulchrum uocatur, quod uisui placet. Cum ergo deus sublimis & sapiens, sit in seipso bonitas infinita, omnium bonorum perfectionem simplicissime possidens, sine cuius omnipotenti uirtute atq; bonifica manutenentia nil esse uel bene esse potest, imò cum deus sit ueritas primo & sapientia increata, à qua omnis ueritas & illuminatio atq; cognitio, constat q ipse omni interiori uisui intellectualium creaturarum bene dispositarum, summe ac optime atq; incomparabiliter placet, tanquam summe conueniens eis. Merito igitur deus laudatur ut decorus & suppulcherrimus: imo cũ bonitas dei nulli mẽti creatæ in tm̃ placeat placere 'ue posset ut digna est, nec tã pfecte & certe innotescat sicut cognoscibilis est, sed soli diuino intellectui perfecte & plene cõplaceat & innotescat, palã q diuina essentia per cõparationẽ ad intellectũ diuinũ, sit infinitæ pulchritudinis & immẽsi decoris: & aspicit deus oĩpotẽs semetipsum sicut bonũ suppulchrũ, & sicut pulchritudinẽ superessentialẽ ac uere prorsusq; immẽsam. Vñ & deus placet sibimetipsi cõplacẽtia infinita, & in hoc possidet ipse beatitudinẽ sempiternã indepẽdentẽ, perfectã ac propriã. Deniq; q̃ lucidiora & puriora apparẽt, pulchra uocant. Nũc aũt oñsum recordor, q deus est nõ solũ lucens & purus ac splendidus, sed etiã q ipse est lux æterna, incircũscripta, pfecta, & q esse diuinũ, sit substãtialiter lumen immẽsum. Itẽ, q deus nõ solũ est purus ac simplex, sed unitas simplicissima & puritas omnimode impermixta. Deus ergo est lumẽ essentialiter puz, & pure immẽsum, uel potius lux puritatis immensæ, & puritas lucis interminæ. Liquet ergo, q deus non solum sit pulcher & superpulcher atq; pulcherrimus, sed q sit pulchritudo substantialiter pulchra, speciositas infinita ad intuendum iocunda, ad perfruendum suauis, ad possidendum deliciosa. At uero, quicquid excellentissime in creaturis existit, creatori cum incomparabili exaltatione atq; immensa eminentia conuenit: mundus uero ut in primo Timæi Plato testatur, speciosissimus est & incomparabili pulchritudine adornatus, queadmodum ordinem partium eius, & uniuersi principales partes, singulorumq; ornatus sapientialiter contemplãti, elucescit. Nonne igitur opifex mundi, creator altissimus, in infinitum in sua natura, pulchrior, speciosior, splendidior atq; præclarior merito perhibetur? Nonne pulchritudinem eius sol & luna & omnia astra iuste mirantur, id est, mirari nos faciunt, quia opificem suum multo se pulchriorem demonstrant? Nonne in comparatione pulchritudinis diuinæ, omnis pulchritudo creata uelut turpitudo apparet, & quasi deforme uilescit, ita ut non sit eis respectiue decor uel species? Contemplemur ordinem syderum, claritatem stellarum, planetarum decorem, solis splendorem, lunæ candorem, cœlorum ornatum, colligantiam elementorum, species rerum, singulorum harmoniam, corporum formationem, formarum perfectionem, & miremur si possumus pulchritudinem causę omnium horum. Sed ista nũc dicta in nostro prospectu sunt, & cum nec ea explicare queamus, quantum in diuinæ pulchritudinis admiratione deficeremus, si inuisibilium animorum essentias, si supernorum spirituum hierarchias, si supercœlestium intellectuum species specialissimas, soli creatori secundum Damascenum cognitas, si omnium spiritualium creaturarum ornatus ac ordines agnosceremus, uere præ admiratione non remaneret in nobis uigor aut spiritus. Merito ergo canit Psalmographus: Domine dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis gloriæ tuæ. Quis nempe est decor domus dei, nisi ipsemet deus? Quemadmodum per Esaiam domui dñi dicitur: Non erit tibi ultra sol ad lucẽdum per diẽ, nec splẽdor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dñs in lucẽ sempiternã, & dñs tuus in gloriã tuam. Queadmodũ & in Apocalypsi scriptum est: Ciuitas non eget sole neq; luna, quoniã claritas dei illuminabit eam. Porro ueritas horum ex uerbis principis theologorum, quarto cap. de diuinis nominibus claret. Laudatur inquit diuina bonitas ut pulchrum. Pulchrũ autem & pulchritudo, in creatis differunt sicut effectus & causa, sed in deo sunt idem. In creaturis nanq; pulchrum appellamus, quod pulchritudinem participat. Pulchritudo autem est ipsa participatio primæ pulchritudinis omnia pulchrificantis. Deum autem alia ratione pulchrum asserimus, puta quia ipse cuncta pulchrificat secundum uniuscuiusque proportionem: causatq; uniuersalem omnium harmoniam & claritatem, & omnia ad se uocat & congregat. Pulchrum itaq; dicit deus, sicut superpulchrũ & totaliter pulchrũ ac superpulcherrimũ. Nec uno respectu pulchrũ & alio turpe, nec huic pulchrũ & nõ illi, sed tanq̃ ipsum secũdũ seipsum, cũ seipso semper existẽs uniforme pulchrũ, habẽsq; in seipso excedẽter formã pulchritudinis omnis pulchri, Omnis etenim pulchritudo, omneq; pulchrũ uniformiter atq; causaliter prę-

existit

Pulchrum qđ dicatur.

Plato.

Psal. 24.

Esa. 6.

Apoca. 21.

existit in supersubstātiali ac simplici omniū pulchrorū natura: & ex pulchro, & propter pulchrum sunt omnes cōcordiæ, & amicitiæ ac uniones, & cuncta pulchro participāt. Propter quod pulchrum, est omniū efficiens causa atq; finalis, omnia cōtinēs, & ad pulchritudinē finaliter mouens: nā causa pulchri oīa fiunt: estq; pulchrum causa exemplaris uniuersorū: in uerbo, qm̄ omnia secūdum ipsum determinaut. Vnde elicitur, q̄ idē est pulchrū & bonum, eo q̄ omnia desiderēt pulchrum & bonum: neq; sit aliquid existētium, q̄ nō participet pulchro & bono: Hucusq; Dionysius. Propterea quoq; Thomas prima parte affirmat, q̄ bonū & pulchrum sunt idē secundum rem, sed ratione distincta sunt: bonum nanq; uocat in ordine ad appetitiuam potētiam, quoniā bonū est quod omnia appetunt. Pulchrum uero nominatur in ordine ad uim cognoscitiuā: nam pulchrū cēsemus quod uisui placet.

Thomas.

Articulus LVIII. De super exuberanti & supersuaui dulcedine bonitatis diuinæ.

Sicut igit bonū dicitur in ordine ad appetitū, & pulchrum in ordine ad uisum, sic dulce dicitur quantū ad gustum: unde quod in sua natura tale est, ut gustum oblectare queat, dulce perhibetur. Gustus uero obiectū est sapor, quēadmodū uisus, lumē uel color. Sed gustus & sapor est duplex. Est nanq; gustus exterior, cuius obiectū est sapor sensibilis, qui est qualitas materialis. Vnde & cibus qui corporeo gustui bene conuenit, dulcis uocat. Est quoq; gustus interior in intellectu seu uoluntate consistēs, imò idem cum eis: cuius obiectū est sapor internus, à quo sapiētia nomen sortit, qm̄ sapiētia à sapore imponitur, & quasi sapida sciētia interpretat. Porro` menti id dulcius sapit, quod amplius diligit. Sapor igitur qui interioris obiectū est gustus, est ueritas cognita inquantū amata, uel bonitas amata secūdum q̄ cognita, quia nec ueritas sapit nisi ametur, nec bonitas sapit nisi noscatur. Quanto` itaq; ueritas extat sublimior & conuenientior, bonitasq; copiosior atq; nobilior, tanto ex sua natura, dulcior delectabiliorq; consistit, imo` & menti dulcius sapit, delectabiliusq; oblectat, nisi fuerit ex parte mētis defectus, uidelicet quia sensibilibus rebus immergitur, aut uilibus delectationibus iocundat. Ait nanq; Auicebron in lib. Fontis uitæ, q̄ carnales & bestiales delectationes, à contēplationis synceritate ad dulcedinē summe impediunt: & in lib. de Causis habetur, q̄ unusquisq;, prout dignus & capax est recipere ex influxibus bonitatis primæ causæ, secūdum hoc recipit inde: Inquantūq; recipit ex primo principio, tantū delectat in eo. Sed & om̄is passio animæ præsertim acedia, timor, tristitia, rancor, contēplationem & internæ dulcedinis gustū impediunt. Necesse em̄ est mentem contemplatiuam esse quietam & liberam, amorosam ac mundam: recipiēs quippe oportet proportionari recepto. Quanto` igitur ueritas diuina quę est ueritas exemplaris, fontalis ac prima, quanto` item bonitas dei quæ est bonitas summa, æterna, perfecta ac infinita, omnem ueritatem ac bonitatē creatā, quæ utiq; est finita transcēdit, tanto` præ omnibus creaturis deus uerus & uiuus in seipso dulcis delectabilisq; cōsistit, & menti creatę tanto` fit dulcior, quanto` se studet ad eius receptionem ac gustū disponere. Dissimilium etem̄ unio inconueniens & innaturalis censetur: uelut si quis aurū luto cōiungat ac misceat. Necesse est ergo mētem creatā, diuinam dulcedinē gustare optantē deo assimilari id est deificari: quatenus sicut ille simplex & stabilis, sanctus, purus ac iustus est, ita & ipsa satagat se à multis abstrahere, atq; ad unū uerū bonū colligere: studeatq; constans & sancta ac iusta existere, & interioris excitationis amore, ac diuinæ bonitatis affectu cuncta sensibilia, prout possibile est, transcēdere atq; relinquere. Tunc utiq;, si in istis stabilis manserit, tāta dei dulcedine cōtemplando ac diligēdo implebitur, q̄ uere experiet & sciet, quantum dulcedo intellectualis, diuina, interna, delectationem sensualē, ignobilem, corporalem excedit, & demum clamabit cū sancto: Gustate & uidete qm̄ suauis est dn̄s. Porrò lumē suaue est oculis. Quis igitur explicet, q̄ dulcis est deus, q est naturaliter lux infinita, à quo omne lumē creatū intellectuale & materiale, in infinitum occumbit. Quam dulcis utiq; est creator noster om̄ipotēs, qui rebus paruis & infimis, tātam suauitatē impressit, qui melli suam dulcedinem indidit, qui uino saporem suū infudit, qui oleo suauitatē exhibuit, qui aromatibus cunctis, uirgultis & herbis, cinamomo ac balsamo odores suos donauit. Et ecce mi frater amātissime, super omnia ista dn̄s deus noster, incōparabilis dulcedinis est, & sine mēsura gratior atq; suauior. Nōne ergo dilecte mi, iustum & itē dignissimū putas, ut corda nostra ei mundemus atq; illibata seruemus, timorate & affectuose in eius præsentia conuersando? Deniq; Anselmo testante, Harmonia, odor, sapor, pulchritudo & lenitas, diuino & ineffabili modo in deo sunt, & utiq; quicquid delectationis, quicquid cōplacentiæ atq; dulcedinis in creaturis hæc continent, hoc in creatore

Gustus & sapor duplex.

Psal. 33.

Anselmus

re ignotissimo & superessentialissimo, & superperfectissimo ac superuerissimo modo inclu dit. Sed quis capiat quomodo in simplicissimo esse diuino, omnia ista comprehendãtur, nisi qui deo prestante utcunq; experiri meretur?

Articulus LXIX. De desiderabilitate, & amabilitate diuinæ bonitatis.

BOnum igitur est appetitus obiectũ: & quantò aliquid melius fuerit, tantò nõdum adeptum, est desiderabilius, adeptum uero amabilius. Nunc itaq; excitemus animas nostras o optime frater, & erigamus intellectum nostrũ & cogitemus quãtũ ualemus, quale & quantum sit summũ bonũ substãtialiter pulchrum, quãq; appetibile, & quàm ardẽter amandũ. Nempe ut ait Anselmus: Si singula bona delectabilia sint, cogitemus intente q̃ delectabile sit illud bonũ, quod cõtinet iocunditatẽ omnium bonorum, non talẽ qualem sumus in creaturis experti: sed tantò differentem, quantum differt à creatura creator. Si enim bona est uita creata, quàm bona est uita creatrix. Quid ergo uagaris per multa o homo, quęrendo bona? Ama bonum in quo sunt omnia bona & sufficit. Desidera simplex bonum, quod est omne bonum & satis est. Vnde Dionysius quarto cap. de diuinis nominibus. Omnibus inquit desiderabile, & amabile, & delectabile est pulchrum & bonũ diuinum, & ipsum est uniuersorum principium, finis & forma exemplaris, quoniã ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Vocant aũt theologi deum diligibilẽ atq; amabilẽ, q; uere est & inquãtum ipse alijs amorem ingignit ac imprimit, superessentiali & uniuersali sua uirtute, moueri dicitur: sed prout ipsemet est ipsa appetibilitas, omnium per infinitatem pulchritudinis & amabilitatis attractiua, mouere perhibetur, sicut & adamas ferrum attrahẽs, & quiescens mouere asseritur. Item moueri dicitur deus, inquantum per bonitatẽ suam est sui ipsius ad existentia adductiuus .i. prout procedit in actum. Mouere uero dicitur deus, inquãtum est motiuus rerum, reductiuus earum ad seipsum. Elucescit ergo patenter, q; deus benedictus, qui solus naturaliter, substãtialiter, quomodolibet atq; totaliter bonus est, tantò, quantum possibile est, præ omnibus desiderari & diligi debet, quantò ipse om̃ibus melior est atq; præstantior, ditior atq; perfectior: & cum ipse sit bonitas superessentialis, pura atq; immensa, incomparabili super omnia est appetendus affectu, calidissimo concupiscendus feruore, feruidissimo amplectendus amore, affectuosissimo constringendus amplexu, diligentissimo tenendus uenerandusq; cultu. Quicquid enim in creaturis sparsim & diminute ac finite inuenimus amabile, hoc in domino deo nostro collectim & perfecte, atq; cũ infinita plenitudine reperimus. Si sapientiam quærimus & ueritatem amamus, nonne deus noster est sapientia increata, æterna, perfecta, in qua omnia idealiter splendent, inuariabiliter manent, ex cuius sapientiæ splendissimo fonte omnis creata sapientia, scientia atq; notitia originem sumpsit? Si diuitias quærimus, nonne in ipso est omnium bonorum perfecta possessio, omniumq; pulchrorum incomprehensibilis plenitudo? nonne causa prima est diues in se, & diues in alijs? Et quæ eius diuitiæ, nisi lux pura, uita æterna, beatitudo completa, & omnium quæ cogitari & appeti queunt, plenitudo omniformiter uere immensa. Porrò si honorari, exaltari, dominari, fautari & iocũdari optamus, cur non humiliamur sub eo deseruiendo fideliter, qui semetipsos uilipendentes honorat, qui se humiliantes exaltat, qui obedientes principes facit, qui nesciri amantes famosos constituit, qui lugentes lætificat? Imitemur igitur ardentem dei amatorem gloriosissimum Augustinum, & dicamus cum eo, sicq; uiuamus, ut digne cum eo dicamus: Diligam te domine uirtus mea, diligam te ineffabilis exultatio mea, & uiuat iam non mihi, sed tibi tota uita mea. Idcirco enim iussisti mihi in lege tua, ut diligam te toto corde, tota anima, tota mente, & ex omnibus uiribus meis. atque ex omnibus medullis cordis mei, omnibus horis et momentis quibus fruor bonis & beneficijs tuæ pietatis. Sicut enim nulla hora aut punctus est in omni uita mea quo beneficijs tuis non utor, sic nullum debet esse momentum quo te non habeam ante oculos meos, & in memoria mea, & te non diligam ex omni fortitudine mea. Omni enim momento ad te amandum me obligas, qui tua beneficia mihi incessabiliter præstas. Verum qui ista implere conatur, indiget omnem inordinatum amorem abijcere, & quicquid dei dilectionem minuit propulsare.

Anselmus. Rom. 8. Dionysius. Moueri mouereq; qualiter dicatur deus. Augustinus. Psal. 17. Deu. 6.

Articulus

Articulus LX. De superessentiali & infinita sanctitate mentis diuinæ.

Sanctitatis diffinitio.

SAnctitas insuper secundū Dionysium duodecimo ca. de diuinis noībus taliter diffinitur: Sanctitas est munditia ab omni immūditia libera & perfecta, & penitus immaculata. Cui autē hoc tam plene & proprie competit, sicut deo? Deus enī altissimus, essentialiter lumen & puritas, & quicquid in eo est, infinita & immutabilis atq; sempiterna mūditia est. Ipse ergo est sanctus, & sanctus sanctorū, & sanctitas ipsa: omnis creatæ sanctitatis principium, finis atq; mensura. Deniq; sanctitas in actu intellectus & uoluntatis consistit. Quēadmodum ergo diuinæ sapientiæ nullius est numerus, & sicut diuini amoris nullus est terminus, ita diuinæ sanctitatis nullus est finis: imò deus gloriosus & felix est, superincomprehensibilis & supersplendidissima infinitaq; sanctitas: cū diuina essentia sit lux immensa ac pura, intellectualis, uitalis & omnis creatę munditiæ origo fontana: & adeo sanctus & purus est deus æternus, ut omnes nostræ iustitiæ, per cōparationem ad sanctitatē mentis diuinæ, appareant quasi pannus mēstruatæ, quēadmodum Esaiæ sexagesimo quarto scriptum est. Vnde & alius quāuis eximie sanctus, imperfectum suum cōsiderans, clamare cōpulsus est: Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe, quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Porro', quò aliquis sanctior extat & iustior, eo iniustitiā immūditiāq; magis detestatur & odit: & si sibi incūbit ac potest, terribilius ulciscit & grauius punit. Cū ergo uti prehabitum est, deus sit tam ineffabiliter, incomparabiliter & interminabiliter sanctus & iustus, constat q̄ ipse immunditiam culpæ atq; iniquitatem peccati incomprehensibiliter abhorreat & spernat: & nisi peccator se corrigat, horribilius q̄ cogitari queat, uindicabit itemq; torquebit. Qm̄ itaq; magnis dñis magnifice ministrare oportet, & tanto' syncerius atq; fidelius, quo dñs fuerit iustior atq; prestantior, perpendamus solicite, cum quanta sanctitate & æquitate, diligentia & munditia, nos dño deo nostro tam sancto, iusto, puro ac superdignissimo, & in omni nobili dignitate summo, perfecto, immēso, deseruire necesse est. Similitudo nanq; est causa unionis & dilectionis: dissimilitudo aūt, origo est separationis atq; rācoris. Si ergo tam sancto & iusto dño deo nostro uniri, placere & amabiles esse cōcupimus, omnino oportet, ut sancti ac iusti esse conemur: deo cui seruimus conformantes, prout possibile & fas est aīas nostras. Ideo enī Deuteronomij decimooctauo habet: Perfectus & absque macula eris, cum dño deo tuo. Et Saluator Matthæi quinto: Perfecti inquit estote, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Postremo, quanta est negligentia, impietas & ingratitudo doctorū uirorū, omniumq; eorum præsertim Christianorum, & maxime clericorum, qui ista quæ de dei perfectione, sanctitate atque iustitia dicta sunt, agnoscunt, nec tamen hoc modo conuersari apponunt: sed uitijs carnis seu uanitatibus seculi uarijsq; implicati peccatis, deum labijs uenerantur & corde contemnunt: imo' plerunque corde, ore & opere, ipsum quem noscunt esse altissimum, tanq̄ uilissimum aspernantur & deserūt. Quibus conuenit illud Apostoli ad Romanos: Quia cum deum cognouissent, nō sicut deū glorificauerūt, sed euanuerūt in cogitationibus suis: & obscuratū est insipiens cor eorū.

Psal. 142.

Similitudo est causa unionis.

Rom. 1.

Articulus LXI. De incomparabili excellentia dei, eo q̄ de ipso & creaturis nihil dicatur uniuoce: In quo declaratur q̄ deus non est genus neque in genere, nec species neque in specie, neque indiuiduum uel suppositum sub aliquo genere prædicamentali contentum.

AMplius secundum Aristotelis & eius sequacium documenta, genus comparatur ad speciem, quēadmodum imperfectum ad perfectum, & potentia ad actum. Sumitur enim genus à generali & indeterminata perfectione rei, quæ contrahi potest ac perfici, sicut ratio animalis à perfectione sensitiua, cui in homine adiungit rationalis perfectio. Cum ergo deus sit actus purus omnino perfectus, non determinabilis aut perfici potens uel contrahi, sed in sua natura omnimodo cōpletus, atq; secundū omnē ueram considerationem summe actualis, non potest in eo ratio generis fundari, nō ergo est genus. Porro' species quis sit genere suo perfectior propter essentialem differentiam additam, tamen finitam ac limitatam perfectionem dicit, differētia contrahit naturam generis ad determinatam ac certam perfectionē in specie. Deus autem est ens non determinatæ & limitatæ, sed infinitæ & incircunscriptæ perfectionis: nō ergo est species, sed neq; in specie. Quod enī in specie est, ad specialem atq; specificā perfectionem contractum est: quod deo qui uniuersaliter & illimitate perfectus est, nō conuenit. Insuper species rerum se habent ut numeri secundum Philosophum: ordo quoq; uniuersi in speciebus consistit: numeri uero sibi propinqui sunt: & proximi numeri ita sibi uicini sunt, ut nullius alius numerus inter

eos

eos existere ualeat. Ea etiam quæ eiusdem sunt ordinis, sibi inuicē coordinata sunt, nec infinite distare possunt. Si ergo est deus species aut certe in specie, tunc prima species creata, uidelicet sūma substantia separata, intantū diuinę naturę uicina erit, ut inter deū & eā, alia species mediare non possit. Hoc aūt nec auctoritati sanctorum, nec ueræ rationi concordat. Sanctinamq; cōsona uoce fatētur, q̄d deus posset plures rerum species ascendēdo creare, scilicet inter se & primā mētē creatā. Sed & ratio cōtestat: Nā deus infinitæ uirtutis est, & inter ipsum atq; quācūq; nobilissimā creatā hypostasim infinita extat distantia. Rursus, si deus sub ordine entiū continet, quod opinari nefariū reor, tunc erit entibus coordinatus, nec infinite distabit ab eis. Adhuc aūt, q̄d in prædicamento locat ut species, genus differētiamq; sortit, & si quasi indiuiduū colloceť in illo, tunc mediate seu reductiue genus ac differētiā habet: Indiuidua nāq; reducunt ad speciē. Quod uero genus & differētiā habet, sub demōstratione diffinitioneq; cadit: nō ergo incōprehensibile est, sed neq; infinitū: Nā diffinitio secūdū Philosophū terminus appellat, eo q̄ partes eius uidelicet genus & differentia, totū esse diffiniti cōprehendūt, & quasi sub certis limitibus ponūt ac finiunt. Cū ergo sit deus indemōstrabilis, & indiffinibilis, infinitus & incōprehēsibilis, liquet q̄d ratio gn̄is & differētię & omnis prædicamēti, sibi directe repugnāt, q̄d etiā Auicēna & Algazel dicūt, primū principiū esse extra & supra omne genus & ordinē. Et Dionysius pene semper deū supersubstantialē & essentialē appellat. Postremo de deo atq; creatis nihil uniuoce dicit: quæ em̄ de deo & creaturis prædicant ita se habent, quēadmodū ea quæ de causa & suo effectu dicūt. Nil uero de causa & effectu prædicatur uniuoce, nisi effectus adæquet uirtutē suæ causæ, id est uirtuti eius causali perfecte correspōdeat, sicut dū homo generat hoīem, & calor calorē. Nulla aūt creaturæ uirtutē causalē creatoris adęquat: sed in infinitū ab eo occūbit ac deficit. Nō ergo de creatore & creaturis aliquid uniuoce dicit: presertim cū nec genere nec specie cōueniāt, sed infinite penitus distent. Vnde dum dicimus deū sapientē & iustū, & dū hoīem quoq; sapientē & iustū asserimus, non est uniuoca ratio. Hoīem em̄ sapientē uocamus, tanq̄ qui sapientiā aliunde adeptus est, neq; essentialiter sapiens est: Deū aūt sapientē nominamus, quasi substātialiter sapiētem. Veruntamē secundū Thomam, ista quæ de deo & creaturis dicunt, non penitus æquiuoce sed analogice prædicant de eis. Primo em̄ atq; perfecte deo conueniunt prædicata perfectionalia, & secundario rebus creatis. Item, noīa de deo dicta quāuis realiter idem significent, nō tamē sunt æstimāda fore synonyma, q̄m secundū distinctas rationes ac proprietates, diuinū esse designāt.

Articulus LXII. De uarijs nominibus dei, quę diuersimode sibi cōueniunt.

Deniq; constat ex dictis, quod quædam nomina deo proprie competunt, scilicet quæ perfectionē simpliciter dictā important, ut sapiens, iustus, sanctus. Quædā uero transumptiue deo cōueniunt: ea uidelicet quæ aliquid materialiter, & cum modo imperfectionis important, ut lapis, uitis, agnus. Item, quædā noīa deo conueniunt sine respectu ad creata, ut quæ diuinā essentiam significant, non cōnotando habitudinē ad effectū, quēadmodū, bonū, ens, uita, intellectus. Quædam uero diuinā essentiā principaliter designant, tamē cōnotant effectū in creatura, uel in actu, sicut creator, iustificator, dominus: & ista ex tempore deo cōueniunt. Vel in habitu, ut iustus, & misericors. Vel in potētia sicut oīpotēs. Et ista, q̄a nō p̄supponūt effectū in actu, ęternaliter deo cōueniūt. Insup noīa q̄ deo cōueniūt p respectū ad creaturas, & cōsequūt actionē intellect⁹ seu uolūtatis dei nō trāseuntē sed immanētē, sicut est scire, amare, ab æterno cōueniūt deo, sicut p̄destinator, p̄cognitor, p̄uidētia, idea. Quędā etiā noīm horum principaliter relationē, & secūdario seu directe designāt substantiā, ut dn̄s, rex. Quędā principaliter atq; directe importāt substantiā, respectū uero ad creata indirecte, quēadmodum creator, saluator. Relatio aūt dei ad creata nūq̄ in deo realis est, sicut prehabitū est. Ecce charissime, de natura ęterni & ueri dei ad eius honorē & gloriā, pro uiribus utcunq; tractatū est, secundū naturalis rationis indaginē atq; processum: quāuis de tam preclaro & summo obiecto, nemo digne queat effari: Quanto minus ego pauper & modicus. Tamē quicq̄d bene & uere inductū est, in ipsius laudē sit dictū ipsiq; placeat, à quo descēdit omne bonū, qui nil boni impremiatum relinquit. Porrò, quicquid incōuenienter & insufficienter allatū est, id meę imperfectioni attribuo. À bonitate diuina ignosci concupio, & à doctioribus emendari ac perfici opto. Ad uenerationem atq; pręconiū eius, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen, Deo gratias.

De natura ęterni & ueri dei, finis.

REVEREN. IN CHRISTO PATRI ET DOMINO GERARDO DE LOEN, COENObij Auerbordiensis Abbati, uiro & religioso & optimo, frater Theodoricus Loer à Stratis, domus Carthusiensis in Colonia humilis monachus & uicarius, S. P. D.

TAmetsi mihi facie ignotus sis mi Gerarde abba pientissime, literæ tamen amicorum quas indies non paucas de magnificis tuis laudibus recipio, me potius in stuporem uertunt, q̃ ut ingẽtes tuas uirtutes ammirari possim. Porrò si earundẽ laudes deberẽ exponere, profecto nescirem prorsus, unde mihi exordiendũ foret, quandoquidẽ tot & tantæ sint, ut nõ modo meas (qui leuiori dictione utor) uires superent, sed & consummati elegantissimiq; etiã oratoris, licet Demosthenis, licet Romani eloquij parentis Tullij, aut Lactantij Firmiani candorem, disserẽdi scribendiq; facultatẽ incõparabiliter uincerent, quæ carminibus simul atq; solutis orationibus in tui præconiũ, tam de priuata q̃ de publica uita perscribunt. Et ut multorũ certissima omittã testimonia, de irrefragabilibus in præsentiarũ dũtaxat loquor testibus: duo quippe sunt uiri celeberrimi, in quorũ ore haud immerito stabit omne uerbũ, qui & ob insignes tuas uirtutes abs me aliquot D. nostri Dionysii Rickel operũ (quibus in publicũ edendis à superioribus ordinis nostri præfectus sum) dedicanda uelint, quo & gloriosius nomẽ tuum cũ perpetua laude ad posteritatem deducatur, & libri ipsi tutius lucem accipiant, sub tanti uiri patrocinio. Et ne te longius morer, primus horũ est egregius ille Theologus Theodoricus Hezius, cognatus meus & amãtissimus patronus, Ecclesiæ S. Lamberti Leodieñ. canonicus quidẽ statu secularis, atqui uir omniũ attestatione tam doctus q̃ optimus: qui cũ cuperet ante annos aliquot germanũ meũ dñm Gulielmũ inter domesticos tuos familiares cõnumerandũ, miris modis dominationẽ tuã illi cõmendabat, ita de te scribens: Obtuleram (inquam) te ei potius q̃ alteri, q̃m eum præstantissimũ & prudentissimũ dignissimũq; inter prelatos istarũ partium noui, apud quem posses multũ proficere, & in rerum experientia & in facultatibus: hæc & id genus alia, ad longũ usq; multis uerbis prosequitur. Quid aũt cumulatius dicere potuisset ad tui honoris cumulũ, q̃ tribus his & quidem breuissimis uerbis, laudem tuam omnem tam obiter perstringere, in priuata & ad amiculum priuatã epistola. At quæ charta interim capiet qualia quantáue uenerabilis ille pater Ioannes Zulre domus nostræ Carthusieñ. in Zeelem prope Diest Prior, uir præter eximiam eruditionem citra ambiguũ deo dignus, omnibusq; pijs perpetua ueneratione colẽdus, de te ceu plenis ut aiũt buccis depromit: Qui & ipse ut facilius in eam me pelliciat sentẽtiam, quatenus lucubrationes D. Dionysii tibi nuncupem, ita ad me scribit: De Reueren. p. domino abbate Auerbodien. id quod pro tẽpore occurrebat collegi & scripsi: Pauca sunt de multis, & uero longe minora. hæc ille. Ecce uiri illius modestiam, qui clancularius quidem persuasor tãtopere te cõmendandum uoluit. Quæ autẽ de religione tua precipua, sobrietate, modestia, prudentia, pudicitia, hospitalitate & moderamine domus tuæ solertissimo disserit, bone deus q̃ multa sunt & præclara: Quæ si de multis pauca sunt (quod ipse scribit) & uero longe minora: quis tum rogo unq̃ uerbis uel scriptis innumeras & immensas tuas uirtutes satis exprimere possit? Quare in præsentiarum ego ingenue fatebor me nolle tuis inenarrabilibus operam nauare laudibus exponendis, ne epistolæ modum nescius excedã: satq; mihi ratus esse tantorum uirorum cõmendationem, qua tantopere egregia tua facinora in cœlum usq; extollere moliunt. Porrò uelut illi mihi omni ueneratione colẽdi sunt tanq̃ precipui singularesq; amici, impense libris Dionysii nostri euulgandis fauentes, & adeo quidẽ fauentes ut grauiores pluresq; ferant suppetias q̃ unq̃ sperare potuissem, aut ob alio quopiam hactenus expertus sim: tantæ haud immerito apud me sunt authoritatis, ut non debeam non acquiescere eorum consilio & iussui, quibus uolunt illos ipsos libros tibi consecrari. Morem illis itaq; gesturus apud me ipsum deliberare cœpi, quosnam huius deuotissimi iuxta & doctissimi patris libros tuę amplitudini nuncupare possem accommodatiores, qui uel utilitatem uel saltem aliquando uoluptatem afferent. Dum hæc autem meditarer, menti meæ incidit tẽporis rationẽ in omnibus habendam esse & personæ. Quid igitur tibi uiro grandæuo & in ultima senectute pro meritis gloriam cœlestem (quo animus tuus multo desiderio aspirat) expectanti abs me dignius nuncupandũ erat, q̃ Dionysii opus de Septẽ spiritus sancti donis: quæ tuã sanctã animã multiplici gratia locupletauere, ut tu omnibus uirtutibus exercitatissimus, post septuagesimũ iam annũ talentũ tibi cõmissum cũ multo fœnore olim relaturus sis. Cui addo libellum de Laudibus superlaudabilis dei: quẽ & si author rhythmo scribere uoluit, adeò tamẽ spiritui attendisse uidetur, ut grãmaticorum leges prorsus neglexerit, atq; proinde sibijpsi scripsisse: nisi forsan cum cæteris quibusdam alijs id genus opellis, pium mereatur lectorẽ, quem potius alta diuini spiritus sensa oblectent, q̃ lenocinia uerborum. Addo præterea, q̃ & tibi oportuni sint, libellos de horis sanctissimæ trinitatis & de passione dominica. Hi omnes nulli profecto, mea sententia, potius offerri poterunt q̃ tibi uenerabili seni, nostri Dionysii ferme contemporaneo: q̃ nec tibi displiceat cõmunis illius temporis eloquij (quo utitur) phrasis: nec magni facias huius nostri æui aurium delicias, ut lepores, uerborum phaleras, iuncturas numerosq; obseruari curiosius expetas, modo nõ desit lectio etiam barbarorum, unde mens in contẽplationis adytum recepta intus alatur. Quamobrem uelim tua Reuerenda paternitas abs me (uel potius à meo Hezio & uenerabili patre Ioanne Zulre, quorũ decreto offertur) serena frõte accipiat hoc chartaceum munus, olim maiora (si hæc non displiceant) acceptura. Vale ex nostra Agrippineñ. Carthusia, ipsis Diui Georgij uictoriosissimi militis & martyris Christi ferijs. Anno M. D. XXXI.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN TRACTATUM I. DE DONIS SPIRITUS SANCTI.

PRAEFATIO.

QVIS HOMINVM POTERIT SCIRE CONfilium dei, aut quis poterit cogitare quid uelit deus, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritũ tuũ de cœlis? In hoc om̃is creata essentia ab increata atq; diuina essentia distat: quod ipsa summa dei ęterna essentia omnẽ in se perfectionẽ ac nobilitatẽ, absq; propriæ simplicitatis minoratione, absq; proprię puritatis cõmixtione, & sine omni cõpositionis additamento includit: cũ ipsa sit simplex & incomutabilis unitas prima atq; perfecta. Om̃is etẽm multitudo ab unitate procedit: nec est in seipso summe perfectũ, in quo diuersitas inuenitur. Porro omnis creata essentia in seipsa imperfecta est: neq; perfecta effici ualet, nisi plura addant essentiæ. Vnde secundum Dionysiũ undecimo angelicæ hierarchiæ capitulo, ipsi quoq; angelici spiritus diuiduntur in tria: quoniã in quolibet angelo diuersificantur essentia, uirtus & actio: seu esse, posse & operari. Et quantò intellectus creatus ab increato simplicissimo intellectu longius distat siue inferior fuerit, eò compositior est, nõ in essentia sed, in potẽtialitate & operatione, speciebus atq; habitibus, ac pluribus indigẽs ad hoc q̃ ultimo fini queat coniungi. Cum ergo anima rationalis omnium intellectualiũ naturarũ sit infima, pluribus eget auxilijs, & pene innumerabilibus additamẽtis, anteq̃ altissimo illi enti, ultimo fini, deo sublimi immediate possit uniri: pręsertim cũ finis huiusmodi supernaturalis consistat. Hinc nempe cõtingit q̃ tãta extat in nobis uirtutũ distinctio, donorũ diuersitas, gratiarũ, sciẽtiarũ, beatitudinũ, fructuum, similiumq; formarũ uarietas: quę omnia indicant quanta sit humanę naturæ defectio, quanta indigẽtia, quãta decliuitas: ex quo euidentissime innotescit, q̃ proprijs uiribus nemo confidere debet, nec de semetipso præsumere. Quid enim habet quod non accepit: imò quid habet quod non incessabiliter à deo conseruari indigeat? Humiliemur igitur sub potenti manu dei: & omne bonum ac meritum deo glorioso & sancto plenissime ascribamus, ut cum Apostolo cum humili semper gratiarum actione dicamus: Gratia dei sum id quod sum. Quoniam autẽ inter perfectiones diuinitus nobis collatas, dona sancti spiritus excelsum obtinent locum, idcirco de his donis tractare, huius editionis intentio fit. Quod ut digne exequi ualeam, illuminationem spiritus sancti tam affectuose imploro, q̃ ueraciter eam mihi necessariam esse cognosco: præcipue in opere tanto, quod uires meas prorsus transcendit: quod nec aliter inchoo, nisi in eius liberalissima bonitate confidẽs.

Sapien. 9. Esa. 40. Rom. 11. Hier. 23. 2. Petr. 14. Hest 14. Iob. 6. Oseæ. 13. Hier. 7. Mich. 7. 1. Corin. 4. 1. Pet. 5. 1. Cor. 15.

Articulus I. De numero & ordine donorum spiritus sancti.

SEptem sunt dona spiritus sancti, omnium extat sentẽtia. Quæ illustris ille propheta Esaias enumerãs, Egredietur inquit uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus dñi, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris dñi. In hoc aũt sermone prophetico nõ solũ ostendit numerus, sed etiã ordo donorũ. Sed aduertendũ quod duplex est ordo, uidelicet perfectionis & gñationis. Secundũ ordinẽ perfectionis illa reputant priora, quæ excellẽtiora censent, ut prælati ac principes. Sic quoq; deus benedictus & supercœlestes essentiæ, prima in entibus appellantur. Vnde saluator Iudæis sciscitãtibus, tu quis es, respõdit: Principiũ qui & loquor uobis. & in Esaia de deo sic legimus: Primus. i. deus ad Sion dicet. Sed secundũ ordinẽ generationis ea uocãtur priora, quæ ignobiliora consistunt: illa uidelicet quæ ad perfectionẽ præexigunt: sic pueritia uirilem ætatẽ præcedit, & uia purgatiua illuminatiuã & de hoc ordine ait Ap'lus ad Corint. Nõ prius q̃d spiritale sed q̃d animale, deinde quod spiritale. Augustinus igit & Anselmus, ac reliqui sancti doctores concorditer afferunt in prædicta enumeratione donorũ obseruatũ esse ordinẽ perfectionis, descendendo à summo ad imum per media coordinata: ita quod donũ sapientiæ sit omniũ donorũ dignissimũ, donũ uero timoris sit infimum: & quæ dono sapientiæ uicinius cõnumerãtur, perfectiora existunt: qm̃ aut nostri incrementi processus tam in spiritualibus, q̃ in corporalibus ab imperfecto exordiũ sumit, atq; per media ordinata ad perfectionẽ

Esa. 11. Psal. 27. Dan. 3. 2 Corin. 1. 1. Pet. 1. Esa. 41. 44. Ioan. 8. Prouer. 8. Apoca. 1. 22. Apoca. 3. 1. Corin. 15.

ctionem paulatim pertingit: quia Dionysio attestante, natura nõ transit à distanti in distans nisi per media. Propterea nobis si ad donum sapiẽtiæ peruenire satagimus, à dono timoris est inchoandũ, ascendẽdo à timore ad pietatẽ, à pietate ad alia, quæ dono sapiẽtiæ sunt propinquiora. Veruntamen de huius processus manerie, de comparatione donorũ ad inuicẽ in dignitate, in sequentibus diligentior erit indago.

Articulus II. De triplici genere studiosorum.

DVabus demum potẽtijs cum immortalibus atq; diuinis substãtijs, imò cum deo altissimo communionem habemus: quæ sunt intellectus & uoluntas: in cæteris uero animæ uiribus cũ inferioribus ac sensibilibus communicamus naturis. Deniq; sicut actio uolũtatis procedit ex præuia actione intellectus (nil enim uolumus neq; appetimus nisi præcognitũ secundũ Augustinũ: cũ obiectũ uolũtatis sit bonũ per rationẽ apprehẽsum secũdum Philosophum) sic oĩs actio intellectus sine adiunctione actionis uolũtatis imperfecta est atq; inutilis. Nã & fides quæ intellectũ cõcernit sine charitate quę in uolũtate cõsistit, informis est. Sed & sciẽtia sine bona & recta uolũtate nõ solũ nõ prodest, sed insuper obest & inflat. Huius aũt ratio assignari põt cõueniens: uanum est nãq; siue inane quod ad congruentẽ ac debitũ finẽ habẽti nõ proficit. Nociuũ uero quod ad ea quæ debito fini contrariantur inducit. Omnis porro creata essentia ab omnipotẽti sapientiq; deo ad certum ac congruum finẽ ordinata est atq; creata. Hinc nãq; sanctus Iob, Vniuersorũ inquit finẽ ipse considerat, & omnia quæ sub cœlo sunt respicit. Ad huiuscemodi aũt finẽ res creata pertingere neq; nisi per propriã cõueniẽtẽq; operationẽ. Cũ ergo finis sit appetitus obiectũ, beatitudo uero quæ est intellectualiũ creaturarũ finis obiectũ sit uolũtatis, elucescit quod nulla operatio intellectualẽ naturã operantem ad proprij finis adeptionẽ perducere ualet, nisi actio uolũtatis uel illa quæ actioni uolũtatis cõmittitur. Nec sufficit quælibet actio siue affectio uolũtatis, sed recta rationiq; consona, quæ operationẽ seu cognitionẽ intellectus informet atq; perficiat: Liquet ergo quàm uanũ sit studium horũ qui in sciẽtijs die ac nocte proficere cupiunt, disputando, legendo, dictãdo, aut simili modo: sed in reformatione appetitus, in uoluntatis ornatu, in adeptione uirtutũ religiosæq; uitę, uel minus uel parũ uel nihil proficere student. Nil itaq; prodest in scientijs crescere sine incremento charitatis diuinæ: nec cõfert ueritatis cognitio, nisi assit conuersatio digna interiorisq; appetitus affectio charitatiua ac lympida: imò omnino plurimum obest. Melius enim est ueritatẽ nescire, quã scire & spernere. Quò equidẽ homo quid agendũ sit melius noscit, eò grauiori damnationi se obligat, nisi iuxta scientiæ exigentiam in sanctitate atq; iustitia proportionabiliter uiuat. Pręterea triforme est genus studentium tam in claustris, quam in scholis. Quidam enim student solum ut sciant, quidam ut uirtuosi fiant, quidam ut in utroque simul proficiant. Hi ergo qui ob hoc præcipue, studio, lectioni disputationi'que uacant ut sciãt, inanes & stulti sunt. Nam circa subtilitates ac difficultates ingenia conterunt, nec uanam gloriã ueraciter odiunt: imò in uitijs perseuerant: frigidum habẽt affectum à diuini amoris calore, opusq; dei negligenter persoluunt manentes in sui ipsius inordinato amore. Qui uero studiũ suum ad profectum uirtutum totaliter ordinant, illos duntaxat libros legere gaudent, qui interiorem affectum fortius excitant, in quibus proprios defectus clarius discunt cognoscere: & qualiter proficiendum sit, compendiosius queunt addiscere: hos profectò sapiẽtissimos arbitror & omni laude dignissimos. Melior quippe est parua scientia, cum uirtuosa uita, quam uita indigna cum copiosa scientia, iuxta illud Ecclesiastici: Melior est homo qui minuitur sapientia & ambulat in timore dei, quàm qui abundat sensu & transgreditur legem altissimi. Qui autem idcirco studio uacant, ut in scientia atq; uirtutibus pariter crescant, utiliores sunt alijs: & si ampliorem conatum impendunt uirtutibus adipiscendis, quàm ueritatibus cognoscendis, laudabiliores uidentur prædictis ac magis diuini. Vnde illi uiri qui tam in scientiarum splendore, quàm in diuini amoris feruore excellentius præfulserunt, præsertim appellantur diuini: quemadmodum Moyses, Dauid, Paulus, Ioannes, Dionysius. Nunc autem studium doctoribus atque pastoribus seu prælatis, & his qui in ordinibus mendicantium sunt potissime congruit. Studium uero quod ad uirtutes totaliter ordinatur, illis maxime competit, qui alijs præesse non habent, ut monachi. Hoc tamen in genere dico: nam in speciali, regula dari non potest. Itaque qui ea duntaxat legere delectantur, quæ cordis custodiæ prosunt ac deuotioni proficiunt, parum curant cognoscere quid sint ipsæ ueritates, & dona quomodo diffiniantur ac distinguantur, cæteras'que difficultates subtiles & naturalis philosophiæ admixtiones

sed

Marginalia: Decimo de trinitate. Tertio de ani. — 1. Corin. 8. — Iob. 28. — 2. Pet. 2. — Luc. 12. — Triplex studentium genus. — Eccli. 19.

sed qualiter acquirantur & conseruentur atq; in habente perficiantur. Qui aũt idcirco potissime student ut sciant, in prædictis subtilitatibus abundantius gloriantur: q̃uis & ipsi uicissim ea quæ deuotionẽ concernunt, scire conentur, non tam ut deuoti reddantur, q̃ ut nil ignorare putentur, aut certe deuoti existimẽtur, tales prorsus miserrimos reor atq; uanissimos: qui uero tam in ueritatibus conspiciendis atq; gratijs obtinendis auide inardescunt, quorũ utiq; intellectus illustris est, affectusq; sanctus, eos libros præsertim affectant, in quibus nedum deuotio excitetur, sed intellectus omni notitia deiformiter adornetur. Hoc igit modo in præsenti tractatu de donis spiritus sancti disserere nitar, quantũ conferre dignabit spiritus sanctus, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Sic quippe antiqui doctores catholici cõscripserũt: etiã ipse gloriosissimus Dionysius Areopagites: ait nãq; Hieronymus, ꝙ antiqui doctores libros suos dictis philosophorũ eatenus referunt, ut ignores qd primũ debeas admirari, scientiam secu[lar]ẽ uel eruditionem sacræ scripturæ: & hunc modum moderni doctores, Thomas, Albertus, Aegidius ac alij renouant.

Articulus III. An dona à uirtutibus realiter distinguantur.

DEniq; hanc quæstionem de distinctione uirtutum à donis, Magister tertio lib. inducit, ostendens ex uerbis Ambrosij, ꝙ dona spiritus sancti non sint nisi quædam uirtutes. Thomas uero in prima secundæ tenet oppositum: & ad authoritatem Ambrosij respondet, ꝙ nomen uirtutis ab eo cõmuniter sumit, utputa pro qualibet habituali perfectiõe. Itaq; Thomas affirmat dona nõ esse nec dici debere uirtutes. Nã si dona essent uirtutes, nõ esset ratio cur quædã uirtutes & non om̃es dona uocent: multas quoq; subtilissimas distinctiones inter uirtutes & dona tangit super 3. Sentẽtiarũ in pri. 2. & item in secũda 2. quæ oportunis locis tangent. Albertus q̃q;, Bonauentura, & celebriores doctores scholastici asserũt dona à uirtutibus esse distincta. Hanc aũt quæstionẽ hic soluere nolo: est nempe ni fallor multum difficilis saltẽ quãtũ ad aliqua dona: quantũ uero ad aliqua dona, non mihi uidet multũ difficilis. Est enĩ difficile cernere, quõ pietas & fortitudo prout nominant uirtutes morales, & in quantũ sunt dona, realiter atq; specifice distinguantur. Sed quoniam quæstionis huius solutio exigit scire quid sint singula dona, quid etiã ad rationem doni pertineat, & quot modis accipiantur in scripturis sapiẽtia, intellectus, consilium, fortitudo, & reliqua quæ dona dicuntur, propterea quæstio hæc nunc differenda est, debitis locis diligentissime perscrutanda.

Articulus IIII. Cur dona hæc dicuntur potius dona spiritus sancti q̃ patris uel filij: cum tamen opera trinitatis sint indiuisa.

EST autem natura operãdi principium. Dicitur enĩ natura, quia ex ea actio nascitur: quẽadmodũ igitur trium personarũ diuinarũ est una essentia seu natura, ita & actio seu opatio ipsarũ ad extra est una & indistincta. Vnde unigenitus filius: Quæcũq; inqt facit pater, hæc & filius similiter facit. Et de spũ sctõ ait Aplus: Hęc oĩa operat unus atq; idem spiritus diuidẽs singulis prout uult. Et in lib. Iob legimus: Spũs dñi fecit, & spiraculũ omnipotentis uiuificauit me. Quicquid igit facit una diuina persona, hoc omnes & singulæ faciũt. Sunt enĩ unus deus, unus dñs, unus creator, unaq; omniũ causa. Cur ergo hæc septem diuinæ munificentiæ dona, appellata sunt dona spũs sancti potius q̃ patris uel filij? nisi qm̃ spirituisancto approprĩatur bonitas, benignitas, hilaritas, cõmunio, amor, quę omnia cõstant esse dationis principia rationesq; se cõmunicandi seu munera largiendi. Deniq; spiritus sanctus proprie donũ nominatur ratione suæ originis. Habet enĩ rationẽ primi doni, qm̃ procedit à patre ac filio per modum amoris, cum sit emanatio uoluntatis: quẽadmodum uerbũ emanatio est intellectus. Amor uero est causa ac ratio omnis gratuitæ dationis: estq; primum quod amans amanti impendit. Cum ergo spiritus sanctus proprium donum sit patris ac filij, in quo omnia dona donãtur, & quod rationem primi doni sortitur, congruit hæc septem diuinæ liberalitatis præclarissima munera, dona spiritus sancti appellari: nec tamen sic in sacra scriptura ascribuntur spirituisancto, ut non attribuantur patri & filio: cum de patre in Canonica Iacobi scriptum sit: Omne datum optimum, & omne donũ perfectum desursum est à patre luminum: quamuis pater luminmu tota trinitas intelligi possit: cui quotidie tanq̃ uni, uero, summoq; deo acclamamus: pater noster qui es in cœlis. De filio quoq; Apostolus ait: Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Rursus dona hæc dona dicuntur spiritus sancti, quoniam reddunt mentem humanam bene atq; facilime mobilem à spiritu sancto, ita ut per ea audiat homo quid loquatur in ea dominus deus, id est spiritus sancti instinctus: ac per hoc omni diuinæ

Ioan. 5. 1. Cor. 12. Iob 33. Deut. 6. Eccli. 1. Mat. 23. Ioan. 8. Gala. 5. 1. Timo. 1. Iaco. 1. Mat. 6. Luc. 11. Eph. 4. Psal. 67. Psal. 84.

Rom. 8. inſpirationi prompte obediat, iuxta illud Apoſtoli: Quicunq; ſpiritu dei aguntur, id eſt mouentur, hi filij ſunt dei.

Articulus V. Cur potius hæc ſeptem dicuntur ſpiritus ſancti, q̃ alia bona diuinitus data.

1. Corin. 4. OMnia inſuper bona noſtra, imò & merita, nõne dei ſunt dona? Quid em̃ habes q̃d non accepiſti? Cur ergo hæc ſeptem potius dicta ſunt dona dei q̃ uirtutes & gratiæ reliquę, utpote iuſtitia: de qua ait Philoſophus, ꝙ ipſa ſit pręclariſſima uirtus: & neq; eſt Lucifer neq; Heſperus ita mirabilis: uel tẽperantia, in qua Tullio teſte ſplendor eſt maximus? Quidam ergo reſpondentes aſſerũt hæc ſeptẽ potius alijs dici dona ſpiritus ſancti, quia ſunt priuilegiata dona præ cæteris: ſed hoc ſtare poſſe nõ arbitror: uirtutes em̃ theologicæ digniores ſunt donis, nec tamen inter dona cõnumerant. Quidam igitur dicunt, non ideo ſolum hæc dici dona ſpiritus ſancti, quia ab ipſo nobis donantur, ſed quoniam reddunt hominem bene mobilem ad ill[illegible] quæ inſpiratio diuina inclinat ſine ulteriori inquiſitione conſilij rationis humanæ: ſed hoc charitati quoq; conuenire oſtenditur

1. Corin. 13. dicente Apoſtolo: Charitas nõ quærit quæ ſua ſunt, omnia ſuffert, omnia credit. Charitati quippe nihil difficile eſt: nec aliqua forma tam prõpte operatur ut charitas. Nã ex propria ratione habet inclinare ad actum. Si itaq; iſta reſpõſio ſufficit, eſſet charitas donis connumeranda. Cur ergo hæc potius q̃ alia dona uocata ſunt? Hac ut fertur ex cauſa: quoniam intellectualem creaturam perficiunt, non immediate neq; directe ad exequẽdam operationem potentiæ, ſed ad prompte exequendam operationem uirtutum. Contemplandum eſt năq; ꝙ ſicut gratia gratum faciens immediate perficit ipſam eſſentiam intellectualis ſubſtantię, ponens eam in eſſe ſpirituali atq; diuino, reddensq; eam gratam & placitam deo, etiam ante omnem actum ut in pueris baptizatis: uirtutes autem directe perficiunt potentias eius intellectualis ſubſtantiæ, ut fides intellectum, charitas uoluntatem, temperantia concupiſcibilem. Sic donis quamuis ſubiectentur in uiribus in quibus ſubiectãtur uirtutes, non tamẽ directe concernunt potentias, nec immediate perficiunt eas ſed ordinantur directe ad perficiendas expediendasq; ipſas uirtutes. Ipſę quippe uirtutes tali adiutorio donorum ſpiritus ſancti ſunt indigentes, quatenus ſine omni obſtaculo facillime procedant in actum: Primo propter imperfectionem uirtutum in nobis: ſecundo propter impedimenta uirtutum tollenda: tertio ſpecialiter propter perfectionẽ uirtutũ theologicarũ augẽdã in nobis, ſicut patebit. Vnde ſecundum Albertum uirtutes directe primo & immediate perficiunt potentias animæ: dona uero immediate & ſecundario: Nam immediate perficiunt ipſas uirtutes.

Videnõ legendũ ſit, concupiſcibilitatem. ſic dona &c.

Gregorius. Huic autem reſponſioni conſonat uerbum Gregorij: qui ait, ꝙ dona præſtantur in adiutorium uirtutum: quamuis enim uerbi gratia manſuetudo directe contrariatur iræ eamq; repellat, non tamẽ manſuetudo eatenus fortis eſt quin dono ſcientiæ indigeat, per quam homo cognoſcit q̃ irrationabile extat uitium iræ, quæ nihil aliud eſt prorſus niſi quędam inſania: ad cuius mitigationem ratio eget dono ſcientię, uitium tale deteſtantis ac reprobantis. Conformiter, quamuis charitas quę eſt theologica uirtus uoluntatem perficiens directe, ad dei unionem ac guſtum conducat, non tamen in nobis intantum perfecta conſiſtit, quin homo dono ſapientię egens ſit, per quam de ipſis diuinis rectum ſaporoſumq; ſortiatur iudicium: atq; per hoc alienas delicias uitandas diſcernat. Sic quoque in ſingulis donis plenius innoteſcit, ſi ſpiritus ueritatis qui uerus eſt deus, infuderit.

Articulus VI. Quod inter uirtutes theologicas atq; morales, dona in dignitate medio modo ſe habeant.

POrrò uirtutum aliæ theologicæ ſeu diuinæ ac ſupernaturales dicuntur: aliæ autẽ morales quæ circa paſſiones uerſantur eaſq; modificant: aliæ uero intellectuales, ut prudentia, ars. Virtutes itaq; theologicæ non tam duntaxat cæteris cunctis uirtutibus, ſed & donis præſtantiores putandæ ſunt: qm̃ deũ pro immediato ac proprio habẽt obiecto. Fidei em̃ obiectũ eſt ueritas prima, ſpei uero beatitudo æterna: charitatis aũt bonitas increata: & ideo iſtę uirtutes dicũt diuinæ. Vocãt inſup ſupernaturales, qm̃ ad ſupnaturalẽ finẽ q eſt uiſio dei bñdicti p ſpeciẽ, ordinãt hoiem: & per creationẽ ſupnaturaliter infundũt: nec naturalibus uirib9 poſſunt acqri. Deniq; ỽtutes morales ac intellectuales, put de eis loquũt philoſophi, nõ ordinãt neq; pficiũt hoiem, niſi ad btitudinẽ naturalẽ, ſed charitate adiũcta & fide, ſine qbus nec uerę nec proprię appellari poſſunt uirtutes, diſponũt ac ordinãt hoiem ad ſupernaturalẽ felicitatẽ ſeu finẽ: ſed inquãtũ ſunt uirtutes infuſæ, non acquiſitę, perfectius faciunt hoc. His autem uirtutibus digniora ſunt dona: Primo quoniam ſine gratia gratum faciente haberi non ualent, quemadmodum demum liquebit:

ſecundo

secundo quia directe ad ornandum uirtutes theologicas ordinantur: tertio quia efficiunt hominē promptissime mobilem à spiritu sancto, cuius motio atq; instinctus, sublimior est motione rationis: ad cuius sequelā seu directionē ordinantur uirtutes morales atq; prudentia: quarū finis est facere hominē à ratione prompte mobilē siue regibilē. Ideo nēpe passiones reformāt ne earum excessus actum rationis præpediat: quarto quoniam dona ex propria ui ordinant hominē ad supernaturalē felicitatem. Ideo nanq; præstantur à spiritu sancto, quatenus uirtutes theologicas pficiendo, rationalē creaturā ad æternā beatitudinē excellētius faciliusq; pducāt. Sed horū plena intelligētia nequit haberi nisi ex introducendis.

Articulus VII. De duplici rectore ac regula actuū humanorum.

SI insuper homo non nisi ad naturalem beatitudinem conditus esset, quemadmodū opinabantur philosophi, non utiq; indigeret lege diuina nec gratia nec utrisq; : sed sufficeret ei lex naturalis ac naturalis potentia. Ad naturalem enim felicitatem ac finem, naturalia media sufficiunt. Nunc uero quoniam ad supernaturalem beatitudinem quæ etiam angelorum naturalem felicitatem transcendit, conditi sumus, certū est nos supernaturali indigere lege atq; gratuita gratia. Quoniam itaq; duplex est beatitudo siue perfectio hominis, utpote naturalis de qua loquuntur philosophi, & supernaturalis quam docet scriptura diuina, duplex quoq; distinguitur rector seu motor ac regula actuum humanorum, uidelicet ratio naturalis et spiritus sanctus, seu lex naturalis lexq; diuina. In his quippe quæ naturalem ordinem non excedunt, moueri potest homo à propria ratione naturaliq; lege: in cæteris uero indiget inspiratione diuina, & item diuinæ legis directiua informatione. Vnde de spiritu sancto Christus discipulis dixit: Paracletus autem spiritus sanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille docebit uos omnia, & suggeret uobis. Et diuinus Apostolus: Quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus orat pro nobis, id est orātes nos efficit, & formam fiduciamq; orādi inspirat. Atq; Psalmographus: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et in libro quoq; Sapientiæ legimus: Da mihi domine sedium tuarum assistricem sapientiam, ut mecum sit & mecum laboret: ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. Nec enim sacram diuinæ legis scripturam sine speciali illuminatiōe spiritus sancti salubriter intelligere possumus, aut auribus illam audire: de quibus in Euangelio saluator hortatur: Qui habet aures audiendi, audiat. Sed mouere quempiā potest, si huiuscemodi motiōe spiritus sancti egemus, quomodo Dionysius asserit, quia optimum hominis est esse secundum rationem? Si enim non sufficit ratio homini, sed exigitur instinctus spiritus sancti, non uidetur optimum hominis, esse secundū rationem, sed potius secundum diuinum instinctum. Et respondendum, q; ratio hominis cōsiderari potest dupliciter: Primo ut formatur à naturalis legis dictamine: & sic optimum hominis non est simpliciter esse secundum rationem: sic nempe non indigeret homo ad promerendum gratia dei, quemadmodum asserebat inimicus gratiæ dei hæresiarcha Pelagius. Secundo ut in formata illuminatione legis diuinæ ac gratia: sicq; optimum hominis est rationi inniti uel rationem sectari, quod est esse secundum rationem uel intellectum, quæ idem sunt. Ratio nanq; uoluntati ostendit quid agere debeat: uoluntas autem omnibus animæ uiribus inferioribus imperat, & ad operandum has mouet seu excitat, dicente scriptura: Doce me facere iustificationes, id est mandatorum tuorum impletiones per quas iustificamur: sicq; ratio deo eam docente, docet seu dirigit uoluntatem.

Ioan.14. Roma.8. Psal.142. Sap.9. Mat.11.13. Mar.4. Luc.8.14. Apoc.2.3. Psal.118.

Articulus VIII. Q; sicut uirtutes efficiunt hominem bene dirigibilem seu mobilem à ratione, sic dona à spiritu sancto.

RAtio demum regina ac domina ponitur omnium uirium animæ. Sed ne homo à rationis censura per impetum passionum uitiorumq; abducatur impulsum, necessariæ sunt uirtutes morales quæ passiones coërcent, atq; sensibilem appetitū qui in concupiscibilem irascibilemq; partitur, rationi subiiciunt: quatenus eius in omībus sequatᷣ iudiciū. Quēadmodū igitᷣ homo à ratione prōpte atq; faciliter nequit moueri nisi uirtutibus perficiatᷣ moralibus, sic spiritus sancti inspirationē seu motū, bene ac plene recipere imitariq; nequit, nisi donis adornetur paracleti, præsertim cum dicat Aposto. Nemo potest dicere dn̄m Iesum nisi in spiritu sancto. Deniq; ad suscipiendū influxū altioris motoris, sublimior exigitur dispositio mobilis. Quēadmodū ergo motio spiritꝰ sancti dignior extat motiōe rōis, sic dona præstantiora ponunᷣ uirtutibus moralibus. Hāc distinctionē S. Tho. doctor inter modernos eximius tradit: q̄ tn̄ piū intellectorē reqrit. Cōstat eñ, q; quælibet uirtus reddit hominē bn̄ mobilē à spū sancto: cū tota nostra pfectio in hoc sita cōsistat, 1.Cor.12.

sistat, ut spiritus sancti imitemur instinctũ: ad quã imitationẽ quælibet uirtus nos præparat,
Luc 21. ut patientia, iuxta illud: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Humilitas quoque
Esa 66. iuxta illud: Super quẽ requiescet spiritus meus, nisi super quietũ & humilem? Simplicitas
Sap. 1. etiã iuxta illud: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ, id est hypocrisim. Omnium nanque uirtutũ generalis ac ultimus finis, est introducere hominẽ ad felicitatem cæleste: quod sine sectatione spiritus sancti cõpleri non ualet. Postremo quemadmodũ uirtutes theologicæ dona excellunt, sic ad diuini instinctus sequelã eminentius mentẽ coaptant, potissime charitas: quæ mentẽ deo intime iungit. Qualiter ergo prædicta distinctio inter uirtutes ac dona saluabitur? Et respondendũ, quod ista distinctio subtilis ac optima est. Intelligẽda est equidem de illa speciali motione spiritus sancti, ad quã uirtutes nõ sufficienter disponunt. Ostẽsum est enim cur ultra uirtutes dona requirantur. Virtutes etiã immediate concernunt potentias: dona uero perficiunt ipsas uirtutes. Virtutes ergo faciunt mentẽ bene mobilẽ à spiritu sancto quodãmodo mediate: dona aũt immediate. Nam uirtutes donis iuuantur atque ornantur, ut hominẽ deo in cunctis perfecte subijciant: nec mirandum est hoc. Nam fides & spes in propria ratione imperfectionem includunt: unde nec in prima manent. Charitas
Mat. 11. quoque præsentis uitæ imperfecta existit, cum de Ioanne Baptista Christus testatus sit: Qui
Eodem. minor est in regno cœlorum, id est infimus beatorum, maior est illo. De quo paulo antè prædixerat: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Si ergo uirtutes theologicæ indigent donis, quanto magis aliæ? His autẽ concordat uerbum Philosophi tractatu de bona fortuna dicentis: In his quæ per diuinũ instrumentũ mouentur consiliari non expedit secundum rationem humanã, sed ut sequantur interiorẽ instinctũ: mouentur enim à meliori principio quàm humana sit ratio. Vnde Thomas ait, quod dona perficiunt hominẽ ad altiores actus quàm sunt actus uirtutũ: excedũt nanque communẽ perfectionẽ uirtutũ: non tamẽ quantũ ad genus operis sicut consilia, sed quoad modum agendi: quoniam nulla uirtus sic perficit hominẽ quantũ ad ultimũ finẽ, quin semp moueri indigeat superiori instinctu spũs sancti.

Articulus IX. An dona spiritus sancti sint aliquid fixum ac radicatũ in rationali creatura: uidelicet an sint habitus quidam.

TRipliciter denique dicitur aliquid esse in homine. Primo potẽtialiter, quẽadmodũ de infantulo egregiæ indolis dicimus quod sit beatus puer, quamuis nec actũ nec habitũ beatitudinis sit sortitus, sed dispositionẽ perualidã. Secũdo habitualiter, ut de erudito nil considerante sed dormiente, dicimus quod sit sciens seu contẽplator, eo quod habitus sciẽtiæ ei insit, quamuis actualiter nihil cognoscat. Tertio actualiter, sicut
Psal. 36. de iusto scriptũ est: Iustus aũt miseretur & tribuet: utpote quoniã actũ iustitiæ facit, quãuis propter solũ habitũ iustus quis appelletur. Itaque inter potentiã quæ aliud non est nisi naturalis dispositio uel aptitudo, & actũ qui est ipsa operatio usus'que rei, habitus mediat. Est nẽpe habitus dispositio seu qualitas fixe inhærens subiecto, per quam faciliter agere potest. Quemadmodũ autẽ homo ad sequendũ in omnibus rationis iudiciũ, indiget quibusdã habitibus qui nominantur uirtutes, sic ad imitandũ in cunctis diuinæ aspirationis influxum seu spiritus sancti instinctũ, indiget quibusdã habitibus qui dona uocãtur. Dona ergo spiritus sancti sunt habituales perfectiones quiescentes in ratiõali creatura, sicut uirtutes quibus habitibus redditur optime dirigibilis à diuino instinctu. Præterea spiritus sanctus per dona sua dicitur esse, itemque manere in nobis: sed de spiritu sancto loquens discipulis Chri
Ioan 14. stus, Apud uos inquit manebit, & in uobis erit: ergo & dona spiritus sancti sunt habitus manentes ac fixi in nobis.

Articulus X. De donis secundum doctrinam doctoris deuoti.

OPortet autẽ aduertere quid de ipsis donis sufficiẽtiaque donorum doctor ille dignissimus, uenerabilis dñs Bonauẽtura conscribat: cuius ni fallor doctrina in hac parte sicut in cæteris multis, documentis sancti Thomæ satis conformis est, non tamen in omnibus. Igitur secundum Bonauenturã deus non solũ perficit hominẽ contra obliquitates uitiorum per habitus uirtutũ, sed insuper perficit eum ad expediendũ se contra impedimẽta uirtutũ, atque syncõmata seu reliquias uitiorum per habitus donorum: uidelicet ut expedite ac prõpte uirtutũ impedimenta repellat atque suppeditet. Tot ergo dona esse oportet, quot ad talẽ expeditionẽ sufficiant. Indiget aũt anima septiformiter expediri, si omnia uitia expeditissime debeat euitare. Primo quidẽ contra superbiã, quod fit per do-
Eccl. 7. nũ timoris, de quo ait scriptura: Qui timet deũ nihil negligit. Et rursus: Timor dñi expellit
Eccl. 1. peccatũ. Cũ enim omniũ uitiorum coërceat matrẽ, id est superbiã, nil negligit atque omne peccatum

catum expellit. Secundo contra inuidiam: quod fit per pietatem, quam constat esse proximis beneuolã atq; beneficã: quippe quæ teste Apostolo ad omnia utilis est. Qui em̃ diligit proximũ legẽ impleuit. Pietas ergo inquantũ est donũ, charitatẽ fraternã munit, confortat ac fulcit: quatenus omne uitiũ inuidiæ expeditissime destruat, semperq; benignũ ac dulcẽ affectũ fratri impendat. Tertio contra irã quæ est insania animi: quod fit per donũ scientię. Quarto contra acediã: quod fit per donũ fortitudinis. Hæc enim mentẽ ad diuina robustã reddit ac agilem. Quinto contra auaritiã: quod fit per donũ consilii, per quã homo spontaneam paupertatẽ amplectitur, sicq; affectũ à terrenis expeditũ sortitur. Sexto contra gulã: quæ mentis lucẽ obtenebrat, saluatore dicente: Videte ne grauentur corda uestra crapula uel ebrietate, quæ sunt species gulæ: quod fit per donũ intellectus, q animã acuit, & ea quæ rationẽ obnubilant, faciliter reiicit. Septimo cõtra luxuriã, quæ uisum mentalẽ prorsus excęcat: intantum ut in ipso actu Venereo non sit possibile uti aliquo actu partis intellectiuę: ita absorbet delectatio illa carnalis actũ rationis secundũ Augustinũ. Vnde secundũ Hieronymũ, spiritus prophetiæ corda prophetarũ in tali actu non tetigit. Hoc autem fit per sapientiæ donum: cuius illuminatio tanta est, ut hanc mẽtis cæcitatẽ expellere aut certe moderari prævaleat. Porro aliam causam assignat hic doctor sufficiẽtiæ donorum spiritus sancti, propter expediendas naturales animæ uires. Vis enim seu appetitus irascibilis, indiget expediri ad bona in prosperis ne extollatur, quod efficit timor. In aduersis quoq; ne deiiciatur: sed utrobiq; regia uia incedat, quod efficit fortitudo, quæ in aduersis præsertim exigitur, de qua ait scriptura: Deus Israel ipse dabit uirtutẽ & fortitudinẽ plebi suæ. Vis insuper cõcupiscibilis indiget expediri tam circa affectũ proximi, quod efficit pietas, ꝗ dei, qđ efficit sapientia, quæ gustũ diuinorũ includit. Vis autẽ rationalis indiget expediri in ueritatis speculatione, quod efficit intellectus, in meliorũ bonorũ electione, quod facit consilium: atq; in boni executione, quod facit scientia, per quã laudabiliter conuersamur in medio nationis prauæ & peruersæ. Quod autẽ doctor iste de ui irascibili & cõcupiscibili dicit, intelligendũ non arbitror de irascibili & concupiscibili quæ sunt species appetitus sensitiui ac sensitiuæ partis potentiæ: certũ est enim q; sapientia & timor ac pietas inquantũ dona ponuntur, non utiq; in parte sensitiua subiacent, sed intellectiua. Loquitur ergo ut reor de cõcupiscibili & irascibili, prout in appetitu intellectiuo consistunt: in quo tñ non proprie sed metaphorice sunt, neq; realiter differunt, sed ratiõe dũtaxat. Insuper alia ratione esse oportet septem dona, uidelicet ad expedienda seu faciliter exequẽda uirtutũ officia. Timor em̃ expedit ad temperantiã, iuxta illud: Confige timore tuo carnes meas. Pietas ad iustitiã: quia per eam sic facimus proximo, quemadmodũ nobis fieri cupimus, in quo nobis iustitię summa cõsistit. Scientia ad prudentiã: indiget enim uirtus prudentiæ perfici dono scientię: fortitudo ad patientiã. Consiliũ ad spẽ. Intellectus ad fidẽ, penetrando quæ fidei sunt: sapientia uero ad charitatẽ. Per hoc enim quod gustũ deitatis includit, ad dei amorẽ uehementer ac prompte mentẽ inflãmat. Vnde quemadmodũ charitas mater est & consummatio uniuersarũ uirtutũ, sic sapientia mater ac finis est cunctorũ donorũ, secundũ qđ de ea per sapientem quendã scriptũ cognoscimus: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honestas per manus illius. Amplius, septẽ ponunt dona spiritus sancti ad expediendũ .i. expedite perficiendã rationalẽ creaturã in agendo. Indiget enim homo expediri quatenus declinet à malo, qđ fit dono timoris: & ut ꝑficiat in bono. Bonũ aũt est duplex, uidelicet necessitatis, ad qđ spectãt præcepta: & supererogatiõis, ad qđ ordinant cõsilia. Circa bonũ necessitatis expedimur seu expediti in agẽdo efficimur ꝑ scientiã ut dirigentẽ, atque per pietatẽ ut exequentẽ. Circa bonũ superogationis expedimur ꝑ donũ consilij dirigẽtis & per donũ fortitudinis exequentis. Necesse quoq; habemus quiescere in optimo tam cognoscendo quod fit per donũ intellectus, ꝗ degustando qđ fit per donũ sapientiæ. Postremo septẽ necesse est esse dona spiritus sancti ad expediendũ animũ in contẽplãdo. Ad uitã em̃ contemplatiuã atq; hierarchicã, opportunũ est animã purgari, illuminari ac perfici. Est aũt purgãda à quatuor naturæ uulneribus propter originale peccatũ inductis, uidelicet à concupiscẽtia, qđ facit timor: à malitia quod efficit pietas: ab ignorãtia quod agit sciẽtia: & ab infirmitate qđ efficit fortitudo. Illuminari quoq; egem⁹ in opibus reparatiõis humanæ, qđ fit per consiliũ: & in actibus cõditionis primariæ, quod fit ꝑ intellectũ. Perfici uero egemus per accessum ad summũ bonũ ac ultimũ finẽ, quod fit per sapientiã. Quatuor igiť dona, uidelicet sapientia, intellectus, consiliũ, sciẽtia, intellectũ perficiũt: alia tria affectũ. Sũtq; plura ad intellectũ spectãtia: eo quod lumẽ cognitiõis potissime expedit ad recte agendũ.

1.Tim.4. Rom.13. Luc.21. Psal.67. Phil.2. Psal.118. Sap.7. Psal.11. Bonũ duplex.

Articulus XI. De numero & distinctione donorum inter se, secundum traditionem doctoris sancti.

Psal. 72. QVoniã igitur dona efficiunt hominẽ optime mobilem ab influxu spiritus sancti, ita ut dicere queat cum uiro sancto, Vt iumẽtum factus sum apud te, & ego semper tecum, idcirco dona in illis inueniuntur potentiis, quę à spiritu sancto mobiles sunt: utpote in intellectu & appetitu intellectiuo seu uoluntate. Intellectus

Ratio duplex. autẽ seu ratio duplex est, scilicet speculatiua & practica. In utraq; etiã duplex extat cognitio: quarũ una ad inuentionẽ ueritatis, alia ad iudiciũ pertinet ueritatis. Primo equidẽ ueritatẽ inuenire seu scire oportet, & demũ rectũ habere iudiciũ de ueritate iam cognita. Quãtum ergo ad ueritatis apprehensionẽ, perficitur ratio speculatiua dono intellectus, q̃d uersatur circa necessaria, de quibus est fides: ratio aũt practica dono consilii, quod circa agibilia uersatur humana. Ad recte uero iudicandũ perficitur ratio speculatiua per sapientiam: practica per scientiã: sapientia enĩ circa diuina, scientia circa humana atq; creata. Potentia quoq; appetitiua indiget perfici: Primo quantũ ad se tam contra timorẽ periculorũ, quod efficit fortitudo, q̃ contra blandimenta concupiscentiarũ, quod efficit timor. Secundo quantum ad alios, quod efficit pietas. Dona ergo extendunt se ad omnia ad quę se uirtutes intellectuales ac morales extendunt. Hæc est determinatio Thomæ prima 2.q.67. Veruntamẽ huic sentẽtiæ repugnare uidentur, quæ idem ipse in 2.2.q.8.ac 9. inducit. Illic enim sic inter dona distinguit, q̃ fortitudo, pietas atq; timor in appetitu cõsistunt: alia quatuor in intellectu: & hæc 4. ad supernaturalẽ fidei notitiã ordinantur. Fides aũt principaliter est de creatore, secundario uero de quibusdã creaturis, prout referuntur ac ordinãtur ad deũ. Et quo

Gal. 5. niam fides teste Apostolo per dilectionẽ operatur, idcirco tertio respicit fides actus humanos prout ad ultimũ finẽ perducunt. Itaq; fides dupliciter indiget perfici. Primo per hoc quod credenda lympido quodã mentis intuitu perspiciantur seu penetrentur atq; subtiliter apprehẽdantur, ita q̃ intellectui nil uerius, nil q̃ rationabilius uideatur, q̃ fidei Christianæ assertio. Hanc autẽ perfectionẽ sortitur anima per donũ intellectus. Secundo perficitur homo in fide per hoc quod de ipsis credendis rectũ habet iudiciũ, discernens q̃ eis sit firmiter inhærendũ, & ab eorũ contrariis fortissime recedendũ: tale aũt iudiciũ quantũ ad res diuinas, ad donũ sapientiæ pertinet: quantũ uero ad res creatas sub fide cadentes, ad donum sciẽtię: sed quantũ ad actus humanos, ad donũ consilii. In hac itaq; distinctione asserit Thomas quosdã distinguere inter dona, sic q̃ dona consilii atq; scientiæ practicã cognitionem respiciunt: intellectus uero speculatiuã. Hanc uero distinctionẽ hoc loco redarguit: & tamẽ in prima secundæ sicut nunc claruit, ea utitur eamq; approbat. Mallẽ fateor loco præsenti ab eruditiore doceri, & bonã resolutionẽ huius contrarietatis addiscere, q̃ tantũ doctorem irreuerenter negare: cuius tamen dicta in promptu concordare non ualeo. Porro quid rationabilius dictũ appareat introducam, dum de singulis donis seorsum tractabo.

Articulus XII. De connexione ac distinctione donorũ secundũ Anselmum.

ANselmus præterea de donis in libro de similitudinibus loquens, Horũ inquit donorũ primũ est timor dñi tanq̃ fundamentũ aliorũ. Hunc enim spiritus sanctus in cãpo mentis supponit, atq; alia dona in suis ordinibus uelut in ædificio superimponit. Primo nanq; spiritus sanctus metuere facit hominẽ, ne cũ dæmonibus torqueatur. Huic deniq; timori spiritus sanctus immediate superimponit pietatem, dum menti taliter formidanti, sui ipsius ac proximorum compassionem aspirat, ac pie recolere facit q̃

Eccl. 30. misera erit si separetur à deo, torqueaturq; in inferno. Vnde in Ecclesiastico scribitur: Miserere animæ tuæ beneplacens deo. Et rursus: Benefacit animæ suæ uir misericors. Rationabiliter ergo à dono timoris ad donũ pietatis ascenditur. Dono quoq; pietatis superimpõit spiritus sanctus donũ scientiæ, dum mens sic sibi metuit atq; compatitur, ut qualiter saluari queat scrutetur, eiq; spiritus sanctus huius rei cognitionẽ largitur. Dono autẽ scientiæ superimponit spiritus ueritatis in ædificio mẽtis donũ fortitudinis: qm̃ cum mens pauida timet, & sibi mox cõdolet, quid etiã agendũ sit recognoscit, necesse est, ut dono spiritus sancti reddatur fortis ad operandũ quæ didicit, & quibus se posse saluari confidit. Scientia nanq; sine idonea atq; laudabili uita nil prodest sed obest. Porro dono fortitudinis superimponit spiritus donũ consilii: quia dum mens ad operandũ facta est fortis, quæ pie timẽdo nouit agẽda sui experimẽto, didicit ex spiritu sancto, q̃ de omnibus istis consulere debeat. Est enim consiliũ, habitualis perfectio mentis à spiritu sancto impressa: quo secundũ diuinũ consiliũ ad operandũ in omnibus homo mouetur. Dono aũt consilij superimponit spiritus sanctus donum

donum intellectus: quatenus post prædictorum perfectionem donorum intelligat homo, cur hæc & alia fieri debeant: quodq; à solo deo remunerationem expectet & accipiat. Postremo prædictis donis accumulat spiritussanctus donum sapientię: quatenus quod dono intellectus recte cognoscit, illud sibi dono sapientiæ sapidum atq; dulcissimum fiat: ac per hoc solo æquitatis amore sequatur, quod intelligat sectãdum. Non enim ut Hugo testatur, perfectum facit cognitio ueritatis, nisi comitetur notitia saporosa seu experimentalis: quoniam experientia intelligentiæ extat magistra. Ait quoq; Anselmus hæc duo ultima dona, uidelicet intellectum & sapientiam, ad uitam pertinere contemplatiuam: alia uero quinq; ad uitam actiuã: quod qualiter possit saluari, in sequentibus elucescet. Plura enim circa prę inductam positionem Anselmi dubia tangi possent, quæ congruo si dominus dederit, loco soluentur. Itaq; in isto mẽtis ædificio ita composito spiritussanctus residet, totamq; interioris domus familiam, id est uniuersos animę sensus atq; affectus gubernat, & ad suum dispo nit obsequium ac debitum finem: Sicq; anima dei templum effecta, uerbum Apostoli implet qui ait: Omnia honeste ac secundum ordinem fiant in uobis. Nam in hoc omnium entium constat perfectio, ut unumquodq; ordinem sibi præfixum obseruet, & secundũ exigentiam finis sibi à deo præstituti in omnibus agat. Vnde secundum Dionysium, nec ipsæ angelicæ mentes aliquid aggredi uel agere audent, nisi sicut à deo eis præfixũ cognoscũt. In libro de similitudinib. 1.Cor.14.

Articulus XIII. An spiritussanctus detur eis quibus dona ipsius donantur.

Persona autẽ diuina dupliciter dicit̃ esse alterius: Primo ratione originis, & sic filius est sui patris, quia generat̃ ab eo, & spiritus sanctus est patris ac filij tanq̃ unius spiratoris, quoniã procedit ab ipsis, non inquantũ sunt pater & filius distinctæ personæ, sed secundum q sunt unũ principiũ, eò q in patre & filio sit una uoluntas à qua spiritus sanctus immediate procedit, tanq̃ amor ac uinculũ patris ac nati. Secũdo diuina p sona dicit̃ esse alicuius ratione fruitionis uel cõmunionis: sicq; deus & quælibet diuina persona est eorũ qui per gratiã aut gloriã deo uniũt̃ siue fruunt̃. Quoniã ergo per dona spiritus sancti habitat deus in nobis nosq; manemus in ipso, idcirco nõ solũ dona spiritus sancti, sed & ipse spiritus sanct⁹ nobis donat̃. Id nãq; alicui donat̃, q̃d de nouo incipit esse ipsi⁹. Per hoc aũt q dona dei recipimus, deo cõiũgimur, & eo q̃dãmodo fruimur: sicq; ipse ẽ noster, imò & unũ cũ nobis. Qui eñi adhæret deo, un⁹ spiritus est. Et denuo scriptũ ẽ: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Porrò spirit⁹ sanctus donũ appellat̃ & datũ: sed eẽ donũ cõuenit ei ab ęterno queadmodũ esse amorẽ: quoniã fluit à patre ac filio tãq̃ donabilis: esse aũt datũ cõpetit ei ex tpe, scilicet qñ charitatẽ & gratiã causat in nobis, q̃uis ex hoc nulla oriat̃ mutatio in spiritu sctõ, sed in recipiẽte dona ipsius. Vñ in euangelio ait saluator: Si uos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester cœlestis dabit spiritũ bonũ petẽtibus se. O nobile donũ, o inęstimabilis liberalitas dãtis, o incõparabilis dignitas animæ recipiẽtis. Dignũ est planè, ut anima tale donũ talẽq; habitatorẽ suscipiẽs, omnẽ adulterinã ac uanã societatẽ excludat: & qcqd tanti pręsidẽtis conspectũ offendere ualet, pure fortiterq; repellat, ut sit mũda & sancta, ac deo gratissima. 1.Cor.6. Roma.5. Matt.7. Luc.11. Esai.1. 1.Corint.4. Iacob.1.

Articulus XIIII. An dona sint connexa sicut uirtutes.

Porro uirtutes esse connexas ostendit Magister tertio libro autoritate Hieronymi, quamuis hoc ipsum magnam difficultatem includat. Cõstat enim quod fides quæ est uirtus theologica, in multis inueniatur qui charitatem non habent, alioquin oẽs peccatores essent increduli: sed & Bonauentura affirmat fidem & spem, quatuor quoque uirtutes cardinales posse esse informes, id est sine charitate & gratia: rursusq; formari: sicq; sine charitate inessent interdũ, quandoq; uero simul cũ ea. Sed hac difficultate relicta, de donis sentire oportet ea esse connexa. Omnes enim qui gratiã gratũfacientem sortiti sunt, omnia dona spiritussancti habent secũdum aliquem gradum. Hoc Thomas & alij concorditer dicunt. Dona nanque faciunt hominem faciliter mobilem à spiritu sancto, quod fieri nequit, nisi omni mortali careat culpa, sitq; uirtutes morales adeptus siue per infusionem, siue per exercitationẽ: qui autẽ huiusmodi est, omniũ donorũ actus habet uel habitus, secundũ aliquẽ gradũ: nec ẽ ratio cur donis careret, cum factus sit capax eorũ. Præterea dona dantur in adiutorium uirtutum: ergo dona præsupponunt se inesse illi cui aliquod competit donum. Qui autem uirtutibus fulget, septiformis influentiæ spiritussancti est capax. Spiritus sanctus autem unicuiq; influit secũdum propriam uirtutem, id est, secundum recipientium dignitatem & capacitatem. Qui igitur habet uirtutes, donis non caret. Insuper dona sunt necessaria ad salutem. Omnis autem qui gratiam gratum facientem ha 1.Cor.12.

tem habet, in statu salutis existit: ergo & donis ornatur. Sed modus huiuscemodi cōnexionis, & quomodo dona diuersis secundum uarios gradus conueniunt, posterius innotescet.

Articulus XV. Quomodo intelligenda est ramificatio gratiæ in uirtutes ac dona.

SCire quoq; necesse est, q̄ sicut per animam sortitur homo esse naturale atq; specificum, ita per gratiam recipit esse spirituale atq; diuinum. Et sicut ab una simplici essentia animæ fluunt non solum diuersæ potentiæ, sed etiam coordinatæ in dignitate & processione. (Dicitur enim anima causa unius potētiarum per aliam) sic ab una simplici gratia manant diuersæ uirtutes ac dona: sicq; gratia ramificari perhibetur in habitus uirtutum atque donorum. Amplius, sicut res primo indiget habere actualem existentiam seu esse naturæ quàm ualeat agere, sic intellectualis creatura primo indiget poni in esse spirituali: quod fit per gratiam eius essentiam immediate perficientem, quàm possit aliquid meritorie operari: quod fit per charitatem quæ perficit uoluntatem in qua est prima origo seu radix meriti atq; demeriti. Constat autem omnes habitus infusos simul produci saltem quantum ad primam eorum in quocunq; subiecto productionem, uel quantum ad esse simpliciter, aut certe quantum ad esse eorum meritorium & formatum, cum sint à deo creati: dona uero sunt habitus infusi quemadmodum uirtutes theologicæ. Non enim humana potestate aut naturali industria ualent acquiri, cum sint habitus supernaturales ad supernaturalem finem directe & ex propria ratione ordinātes: Ramificatio igitur gratiæ in uirtutes & dona, intelligenda non est quantum ad habitus ipsos quasi gratia causet uirtutes ac dona, quantum ad eorum essentiam, sed quantum ad operationem secundū quod gratia naturali ordine præcedit uirtutes donaq;, sic quod intellectualis creatura in actum uirtutum atq; donorum procedit gratia mediante, quæ est operationum bonarum causa formalis, quarum deus est causa efficiens prima ac principalis. Creatura uero est causa eorum efficiens sed quasi instrumentalis, & secundum quod una uirtus prior est alia secundum ordinem operandi, quamuis omnes simul esse dicantur quantum ad durationem & habitum: secundum hoc dicitur gratia prius ramificari in quasdam uirtutes. Primo eñ ramificatur in uirtutes theologicas, deinde in intellectuales, postremo in morales. Et quoniam dona præsupponunt uirtutes quia expediunt atq; perficiunt eas, idcirco gratia prius ramificatur in uirtutes, deinceps in dona, postmodum in beatitudines quæ sunt operationes uirtutum donis perfectarum: ultimo autem in fructus qui sunt delectationes actū beatitudinum consummantes ac consequentes. Ramificatio ergo prætacta, intelligenda est secundum dependentiam operationis uirtutum ad gratiam: donorum quoq; ad gratiam & uirtutem: quia utrunq; dona præexigunt.

Articulus XVI. Quæ sit diffinitio doni.

EX præinductis satis lucere opinor, quòd donum spiritussancti prout de eo nunc loquimur, aliud prorsus non sit, nisi habitualis ac supernaturalis perfectio mentis creatæ à diuina bonitate, immediate per creationē infusa, in adiutorium expeditionemq; uirtutum concessa: per quam redditur mens creata à supernaturali rectore seu spiritu sancto faciliter mobilis. Dona quippe sunt habitus sicut ostēsum est, ideo dicuntur habituales perfectiones: & quoniam non solum reperiuntur in homine, sed in angelis quoq;, ut ex uerbis Ambrosii probat Magister tertio libro, idcirco adieci in diffinitione doni, mentis creatæ, id est tam humanæ quàm angelicæ: & quoniam dona supernaturales perfectiones existunt ac per creationem infusæ, rite adiunctum est, à diuina bonitate immediate infusa. Non enim sunt habitus acquisiti sed desuper dati. Deniq; dona ipsos uirtutum habitus ornant, atq; eorum actus faciles reddunt: imo faciliores quàm sine donis esse possent. Præterea addidi, quod sint in adiutorium expeditionemq; uirtutum cōcessa: & sicut uirtutes faciunt hominem sequi rationis censuram, sic dona efficiunt mentem à spiritu sancto dirigibilem, docibilem, mobilem atq; regibilem. Vnde patescit cur additum sit, per quam redditur mens bene mobilis à spiritu sancto.

Articulus XVII. De subiecto donorum.

QVemadmodum insuper gratia dicitur esse in ipsa essentia animæ tanquā in subiecto, eo quod immediate concernat atque perficiat eam, sic uirtutēs ponuntur in uiribus animæ unaquæq; in illa quam directe concernit ac perficit, ut amor in appetitu: scientia in intellectu. Et sicut duplex est appetitus, uidelicet sensitiuus, de q̄ in Genesi ait scriptura: Sub te. i. sub ratōis imperio, erit appetitus eius. i. peccati: & tu

Gen. 4.

domina-

dominaberis illius. Est quoq; in homine appetitus intellectiuus siue uoluntas. Sic duplex est amor in nobis: duplex quoq; concupiscentia seu delectatio amorem concomitans, scilicet sensibilis & intellectualis. De concupiscētia nanq; sensibili quæ mala ac fœda censetur, ait scriptura: Si præstiteris animæ tuæ concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Nam teste Psalmographo, Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. Et rursus: Caro concupiscit aduersus spiritum. De concupiscētia uero intellectuali quæ pura ac nobilis est, scriptū est in Ecclesiastico: Auris bona cum omni concupiscentia audiet sapientiā. Atq; in psalmo: Concupiscit & deficit anima mea in atria dñi. Amor igitur sensibilis & delectatio eum sequens in appetitu sensitiuo existit: amor uero intellectualis & delectatio ei annexa, in uoluntate ponendi sunt. Porro ut dictum est, dona ipsas uirtutes respiciunt, expediunt atq; perficiunt. Virtutes ergo se habent propinquius ad animæ uires, imo & ad essentiam eius, q̄ dona. Si ergo uirtutes subiectantur in uiribus siue potentiis animæ, multomagis & dona: subiecta ergo donorum sunt potentiæ animæ. Palam est equidē sapientiam, intellectum, scientiam atq; consilium ad potentiam intellectiuam seu rationem spectare, & in ipsa utiq; subiectari. Pietas uero & timor inquantum est donum, in uoluntate consistunt. Pietas nanq; iustitiam perficit, cuius subiectum extat uoluntas: timor uero qui donū uocat, non est seruilis sed filialis, qui ad charitatem consequitur, quæ in uoluntate subiectatur. Cum ergo iustitia & charitas in uoluntate fulciantur ac subiectentur, claret q; dona pietatis, itemq; timoris, in uoluntate existant. De fortitudine autem asserit Thomas in prima secundæ, quòd appetitus subiectum ipsius est, sed quis appetitus, non explicat. Fortitudo nempe in quātum est uirtus cardinalis, in appetitu sensitiuo irascibili ponitur: sed prout est donum, in uoluntate ni fallor ponenda est: respicit enim ac perficit spem, quæ est uirtus theologica in uoluntate consistens. Deniq;, sicut dona uirtutibus intellectualibus atq; moralibus præstantiora ponuntur, ita in nobiliori parte animæ sunt ponenda: uidelicet in illis uiribus in quibus superbeatissimæ trinitatis imago resplēdet in anima. Omnia itaq; dona spiritussancti, sunt in intellectu aut in uoluntate. Postremo, quēadmodū fortitudo quæ est uirtus moralis, uim irascibilem contra terribilia sensibilia roborat, sic fortitudo quæ est donū, uoluntatem confortat. Primo in se, ut diuina fortissime aggrediatur, exequatur, & eorum contrariis efficaciter reluctetur. Secūdo in ordine ad appetitum sensitiuum. Per donum enim fortitudinis, subdit uoluntas inferiorem appetitum suo imperio: sicut per fortitudinē quæ uirtus est, fit uis irascibilis à ratione faciliter mobilis, sic ipsa uoluntas per donum fortitudinis redditur à spiritu sancto promptissime mobilis: uoluntas ergo eius subiectū est.

Eccl. 18. Psal. 12. Gal. 5. Eccl. 1. Psal. 83. Thomas. In archetypo spatium erat quasi aliquid deesset.

Articulus XVIII. De obiecto donorum.

PRæterea, nullum inconueniens sequi uidetur, si idem ponatur obiectum uirtutum atq; donorum. Obiectum nanq; doni sapientiæ deus est: qui etiam ponitur theologicarum uirtutum obiectū. Obiectum quoq; scientiæ quæ est habitus intellectualis uirtusq; acquisita ac naturalis, est res creata. Similiter obiectum scientiæ quę donū est habitusq; intellectualis infusus ac supernaturalis, est res creata: & ita in reliquis. Sed mouere quempiam ualet, qualiter dici illud queat, pręsertim cum habitus distinguātur, uel saltem distingui noscantur per sua obiecta. Si ergo sunt eadem uirtutum itemq; donorum obiecta, non uidentur dona à uirtutibus esse diuersa: quod præinductis repugnat. Et respōdendum, quoniam ad distinctionem habituum nequaquam exigitur realis distinctio obiectorum, alioqui uirtutes theologicæ non essent realiter distinctæ, cum deus sit earum immediatum propriumq; obiectum: sed sufficit formalis siue modalis obiectorum distinctio. Hinc nanq; uirtutes theologicæ differunt, quoniam deus secundum distinctas proprietates, earum extat obiectum. Est nanq; deus obiectum fidei secundum quod prima ueritas: spei inquantum æterna felicitas: charitatis prout summa est bonitas. Simili ergo manerie, alia atq; alia ratione est deus obiectum uirtutis theologicæ & doni sapientiæ. Res quoque creata sub alia proprietate obiectum est habituum acquisitorum siue uirtutum moralium q̄ donorum: pręsertim cum dona circa idem obiectum altiorem habeant actum q̄ uirtutes morales aut intellectuales, quemadmodum in introducendis plenius si præstiterit deus, pandetur.

Obiectio. Responsio.

TRACTATVS PRIMI, FINIS.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI, IN TRACTATVM II. DE DONIS SPIRITVS SANCTI, PRAEFATIO.

Sap.9. PER SAPIENTIAM SANATI SVNT QVICVNque placuerunt tibi domine ab initio. Postquam in præinducto tractatu de donis in communi consideratio habita est, nunc de singulis determinandum est singulatim suffragante spiritu sancto, qui est ardentissima charitas, liberalissima bonitas, immensa suauitas, deus æternus & uerus, omnium dator donorum, omniumq; origo munerum gratuitorum. Est aut donorum cognitio, huiusq; editionis scientia multum desiderabilis atq; dignissima. Primo enim in se nobilis est ratione obiecti, cum sit de donis spiritussancti, quæ sunt præclarissimi radii lucis diuinæ: lucidissimi riuuli fontis æterni: fluenta deifica spiritus sancti. Secundo ista cognitio utilis est quatenus ipsis donis eorumq; necessitate, proprietate, dignitate & utilitate iam cognitis uehementius desiderentur, instantius postulentur, diligentius conseruentur, & ad perfectionem per sanctam conuersationem radiante spiritu sancto perducantur. Denique ista donorum scientialis cognitio utilis atq; optabilis est, ut sciamus quàm excellentia munera nobis à deo concessa sunt: sicq; donorum istorum liberalissimum largitorem ardẽtius diligamus, eiq; dignas pro uiribus gratias referamus: quæ agendo, horum proculdubio donorum insperatam inęstimabilemq; perfectionem diuinitus sortiemur. Habenti enim, id est grato & dantem amanti, dabitur & abundabit.

Mat.15.
Luc.19.

Articulus primus. Quòd sacra scriptura de triplici sapientia loquitur.

EST autem quædam sapientia imperscrutabilis & superessentialis ac increata, æterna atq; immensa: quæ licet de ipso deo totaq; trinitate, singulis quoque personis uerissime prædicetur, (Nam deus est ipsa sapientia, & tota trinitas est una sapientia sicut & una essentia: sed & pater sapientia est, & filius sapientia est, & spiritussanctus sapientia est: nec tamen sunt tres sapientiæ, sed una sapientia, quæ est ipsa diuina essentia: imo pater & filius & spiritussanctus sunt unus intellectus, una uoluntas, unaq; uirtus, quemadmodum theologorum regula ait: Quia quicquid absolute prędicatur de deo, hoc toti conuenit trinitati personisq; singulis: & sicut de unaquaq; persona seorsum, ita de om̃ibus simul singulariter dicitur. Hæc quoque regula à Dionysio in libro de diuinis characteribus sumpta est) Nihilominus sicut charitas appropriatur spiritui sancto, eo q; spiritus sanctus emanatio est uoluntatis cui charitas competit, profluit enim spiritussanctus à uoluntate patris ac filii immediate, sic sapientia appropriata est filio, cum ipse sit emanatio intellectus. Est enim uerbum intellectus paterni, à mente paterna naturaliter, æternaliter, ingressibiliterq; procedens. Et hoc modo sancta scriptura de unigenito filio dei sub nomine
Prouer.8. increatæ ac genitæ sapientiæ loquitur, iuxta illud Prouerbiorum: Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret: necdum erant abyssi & ego iam concepta eram: ante colles ego parturiebar: quando præparabat cœlos aderam: & deliciæ meæ esse cum
Sap.8. filijs hominum. Atque in libro Sapientiæ legimus: Attingit autem sapientia à fine usq; ad
Sap.7. finem fortiter: candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula dei maiestatis, & ima
2.Cor.4. go bonitatis illius. Sed & in Ecclesiastico scriptum est: Ego ex ore altissimi prodiui primo
Ecci.24. genita ante omnem creaturam. Sic quoque diuinus Apostolus CHRISTVM appellat dei
1.Cor.1. uirtutem & dei sapientiam. Præterea alia ponitur sapientia supernaturalis sed creata quæ
1.Pet.1. theologia uocaẽ. Non eñ naturali ratiõe inuẽta est, neq; naturali lumine scrutari cõprehendi ue potest, sed diuina reuelatione patefacta est. Primo sanctis patribus nostris, prophetis atq; apostolis, & nobis demũ per ipsos. Hæc est sapiẽtia legis diuinæ in ueteri testamẽto uelata ac inchoata: in nouo aũt testamẽto reuelata ac cõsummata: de qua ait diuinissimus Pau
1.Cor.2. lus: Prædicatio mea non est in persuasibilibus humanæ sapiẽtiæ uerbis, sed in sapientia spi
1.Cor.2. ritus & ueritatis: de qua sapientia protinus addit: Sapientiã autẽ loquimur inter perfectos: sapientiam uero non huius mundi: sed loquimur dei sapientiã in mysterio: quæ abscondita est. Insuper tertia ponitur sapientia naturalis ac philosophica: de qua summi philosophi pulchra

pulchra ac mira Augustino testante indagati sunt. Nam & Aristoteles metaphysicam suã, theologiã appellat ac sapientiã, seu diuinã scientiã. Liber quoq; Procli Platôici, Elemẽtatio Theologica intitulatur. De hac sapientia loquens Apostolus, Inuisibilia inquit dei à creatura mundi, id est ab homine, per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur: sempiterna quoq; uirtus & diuinitas: ita ut sint inexcusabiles. Vnde in lib. Sapiẽtię scriptũ est: A magnitudine enim speciei creaturæ, poterit horum creator cognoscibiliter intueri. Palam est autem, q nec sapientia increata, nec sapientia naturalis ac philosophica sit donum spiritus sancti: cũ nulla earum sit donum gratuitũ atq; gratificum, à spiritu sancto immediate influxum. Sed an sapientia secundo modo accepta sit donũ unũ de septem his donis spiritus sancti, diligẽtius inuestigari oportet. Multi quidem affirmãt quod sic: quorum positio minus exquisita uidetur, atq; irresoluta probabitur. Rom.1. Sap.13.

Articulus II. De triplici sapientia fallaci ac uana: quam reprobat diuina scriptura.

ADuertendum præterea, q ipsis uirtutibus non solũ opponuntur uitia manifesta, sed etiam palliata. Virtutes uero ac uitia, à fine nomina sortiũtur. Quemadmodũ igitur uera sapientia nominatur ipsa diuinorum notitia ad debitum finẽ relata, sic abusiue uicissim prudentia ac sapiẽtia, dicitur cognitio rerum ad inordinatũ finem relata: & secundum diuersitatem finium inordinatorũ, diuiditur sapientia talis. Quędam enim appellatur terrena, cuius finis est diuitias mundi colligere: quædam animalis, cuius finis est delicias carnis acquirere: quædam diabolica, cuius finis est excellentia, quã cõcupiuit diabolus. De hac triplici sapientia non uera sed falsa atq; culpabili, in Canonica Iacobi scriptum est: Si zelum amarum habetis & contentiones, nolite gloriari. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Deniq; de tali sapientia atq; prudentia uitiosa, ubertim Apostolus loquitur, ut est: Perdam sapientiam sapientũ, & prudentiam prudentiũ reprobabo. Nonne stultam fecit deus sapiẽtiam huius mundi? De hac sapientia atq; prudentia loquens saluator, Confiteor inquit tibi pater dñe cœli & terræ, q abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et Esaias: Sapientia ait & scientia tua deceperunt te. Quamuis horum utrunq; altius possit exponi: uidelicet de sapiẽtia, prudentia atq; scientia philosophica, acquisita ac naturali: quæ licet in se bonæ sint, imò de numero bonorum honorabilium, id est per se desiderabilium secundum Philosophum, tamen occasionaliter habentem decipiunt & excæcant: quoniã sine charitate sunt informes & inflant, ac spiritus sancti illuminationem impediũt. Simili modo de ueteri lege quæ in se bona fuit ait Apostolus: Lex subintrauit ut abundaret delictum. Mat.4. Iaco.3. 1.Cor.1. Esa.19. 1.Cor.1. Mat.11. Luc.10. Esa.47. Roma.5.

Articulus III. De uaria distinctione supernaturalis sapientiæ.

QVemadmodum igitur sapientia naturalis nominatur, quæ per naturalem rationẽ ex ordine rerum inuenta est, quę secundum Philosophum, est una quinq; habituũ intellectualium, est enim diuinorum cognitio, prout inuisibilia ex uisibilibus queunt cognosci indagine naturalis rationis, & talis sapientia secundum philosophos principaliter est de ipso altissimo ente, deo sublimi & benedicto: secundario quoq; de substantiis separatis: de quibus Aristoteles in libro de Cœlo & mundo testatur: Extra cœlum nihil est, nec uacuum, nec locus, nec tempus: sed sunt ibi quædam entia simplicia optimam uitam ducentia, & de suis sufficientia. Sic supernaturalis sapientia seu theologicalis doctrina uocatur, quæ naturalem rationem transcendit, nec ex principijs per se notis elucescit sed per reuelationem diuinam primo innotuit. Veruntamen sapientia ista, quamuis originaliter diuinitus inspirata est, postquam tamen mẽtibus patrum fuit impressa, atq; in libris sacris digesta, ab alijs disci potuit, imò quotidie discitur siue studendo siue audiendo. Quãtum ergo ad tales qui eam suo studio adipiscuntur, non est immediate à deo infusa, nec sic supernaturalis, quasi sine speciali gratia gratum faciente conquiri non ualeat, cum multi superbissimi atq; uanissimi in ea abundent ac alios doceant: Sed supernaturalis uocatur, uel quantum ad suam primam manifestationem, uel quia ex principiis naturaliter notis ac inditis non patescit nec discitur, sed in principijs fidei fundatur, & illis suppositis, in mẽte addiscentis generatur. Pari manerie, scientia quæ in se naturalis est, supernaturalis dici potest quantum ad modum, sicut dum deus alicui naturalem rerum scientiam miraculose infundit, quemadmodum in Salomone: & hoc modo innumerabilia in sacra scriptura tradũtur, quæ naturali ratione sciri possunt, & à philosophis melioribus cognoscebantur: ut ea quæ ad diuinæ naturæ unitatem, æternitatem, incommutabilitatemq; pertinent: quæ licet na- Aristoteles. 3.Reg.4.

turali lumine sciri queant, sanctis tamen prophetis atque apostolis, ac aliis multis electis ex diuina inspiratione patuerunt.

Articulus IIII. Quod sapientia supernaturalis ac theologica, ad intellectum duntaxat respiciens, non sit donum spiritus sancti.

DOna insuper spiritus sancti, si præinducta rite fulcita sunt, supernaturales sunt habitus ab influxu spiritus sancti immediate impressi. Cum ergo sapientia illa supernaturalis, quæ intellectum duntaxat concernit, quæ & humano studio sine gratia gratificante adipisci potest, non sit semper immediate à spiritu sancto, quemadmodum in præcedenti articulo patuit, palam est, eam non esse donum spiritus sancti prout nunc de donis est sermo. Præterea sapientia illa seu habitus theologicalis, communis est bonis & malis: multi enim sacræ theologiæ doctores proh dolor in peccatis mortalibus uiuunt, qui nihilominus hac sapientia fulgent. Sapientia autem quæ donum est spiritus sancti, bonis tantummodo competit: de ea nanque uerissime scriptum est: In maleuolam animam non introibit sapientia. Quod de illa sapientia quæ intellectum solummodo perficit, sumi non potest. Patet ergo, quod qui sapientiam supernaturalem creatam, spiritus sancti donum appellant, non satis profunde rationem donorum considerant. At uero, quicunque dona spiritus sancti habet, habet & spiritum: ergo & charitatem & gratiam habet. Prædicta autem sapientia sine charitate & gratia haberi potest: non ergo est donum spiritus sancti. Amplius, dona efficiunt intellectualem creaturam à spiritu sancto faciliter mobilem: multi autem prædictam sapientiam sortiti, surdi sunt ad omnem interiorem spiritus sancti allocutionem. Non enim audiunt quid loquatur in eis dominus deus: imò quod alios docent, ipsi non implent. Sapientia ergo quæ talibus inest, donum spiritus sancti non extat. Verum tamen instare quis potest ac dicere, quod sicut fides informis & fides formata sunt realiter idem, quamuis fides formata sine charitate haberi non queat, nec malis conueniat ut fides informis, sic sapientia quæ intellectum concernit, de qua dictum est, quamuis informis consistere ac malis competere ualeat, realiter tamen idem est cum sapientia illa saporosa atque dulcissima: cuius conuersatio amaritudinem nescit, nec tædium habet conuictus ipsius, ut Sapiens ait, quæ & donum spiritus sancti existit. Et respondendum, quamuis Thomas in secunda secundæ respondet, quia si formitas siue informitas esset de ratione fidei, non posset esse eadem fides informis atque formata: nunc autem utrunque accidit fidei: sed de propria ratione sapientiæ quæ donum est, id existit quod sit saporosa ac dulcis, & uelut experimentalis dei notitia, sicut iam patuit pleniusque patebit. Non ergo est idem cum sapientia quæ informis esse potest: imo si sapientia illa fiat formata per charitatis infusionem, nec sic erit idem cum sapientia illa quæ donum est: cum donum sapientiæ nunquam possit esse informe. Denique ista instantia primam aliasque rationes non dirimit. Nulla enim fides nec informis neque formata haberi potest immediate à deo: nec fides semper charitati connexa est: nec omnis qui fidem adeptus, deum habet: quæ omnia dono sapientiæ competunt.

Sap. 1.

Psal. 84.

Sap. 8.

Articulus V. De sapientia quæ uere ac proprie est donum spiritussancti.

SApientia denique quæ iuxta præostensa intellectum duntaxat concernit, quæ & per studium adipisci potest, quamuis supernaturalis sit habitus ac fidei theoria, in articulis fidei tanquam in principiis radicata, quamuis sit uirtus & habitus intellectualis inuisibilium consideratiuus atque de inferioribus scientiarum habitibus iudicatiuus, non tamen est donum spiritussancti. Quæ ergo sapientia donum spiritussancti appellatur? Illa utique per quam intellectus creatus de diuinis sub fide cadentibus rectum sortitur iudicium, non solum per rationis clarum intuitum, sed per connaturalitatem seu conformitatem interni affectus ad deum: quod fit per sapidum gustum. Omnis quippe scientia aliquam causam considerat, per quam de his quæ ad deum pertinent iudicat: scire enim, est rem per causam cognoscere. Illa uero scientia quæ causam simpliciter primam, itemque altissimam contemplatur, maxime atque simpliciter sapientia appellatur. Vnde Philosophus solam metaphysicam ait sapientiam simpliciter nominandum, cum sit de primo uniuersorum principio: ac separatis * diuinis substantiis. Talis autem sapientia primum ueraciter discernit ac iudicat de contentis in ipsa. Scit enim quid de talibus sentire oporteat, quomodo ab aliis differatur, quid ipsis sit proprium: secundario quoque de inferioribus scientiis iudicat per sua principia, cum illa sint communissima

* Fortassis inferendū, intelligentiis &

sima & causalissima: ex quibus inferiorum scientiarum principia deducũtur, & in quæ finaliter resoluuntur: per quæ & stabiliuntur atq; probantur. Hæc uero quæ Aristoteles de metaphysica astruit uera sunt, loquendo de naturalibus rerum notitiis: sed theologia quæ est supernaturalis scientia, primã omniũ entiũ causam & ultimũ finẽ multo sublimius q̃ quæcunq; naturalis theoria contẽplans, de his quæ theologicam facultatem respiciũt, rectum in primis sortitur iudicium: deinde de inferioribus cunctis scientijs tam infusis q̃ naturalibus iudicare atq; discernere habet per sua principia, id est per sacratissimæ fidei Christianæ articulos: per quos tanq̃ per leges ac regulas, noscit quid de alijs rerum scientijs acceptandum sit aut certe spernendũ. Cũ enim iudiciũ de re proferendũ sit per causam ipsius, illa sciẽtia quę causam simpliciter primã cõsiderat, de omnibus aliis reliquis iudicare optime potest & merito debet. Quoniam itaq; tale iudiciũ percipit homo à spiritu sancto, iuxta illud beati Apostoli, Spiritualis homo omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur, idcirco sapientia per quam datur facultas taliter iudicandi de omnibus per rationes ac leges seu regulas diuinas, donum uocatur spiritus sancti. 1. Cor. 2.

Articulus VI. De bipartito iudicio.

QVoniam dona cum uirtutibus in multis conueniũt, ideo prorsus difficile est inter ea distinguere. Vnde & multi non distinxerunt ea realiter. Supernaturalis autẽ sapientia, quæ iuxta præhabita esse potest informis, & habitus intellectualis per studium acquisitus, cum dono sapientiæ in multis communicat: utriusq; enim est deũ cognoscere, diuina discernere, atq; per ea de cæteris iudicare, sed difformiter ualde. Aduertendũ est equidẽ, quia dupliciter ferri potest de rebus iudiciũ. Aliter autẽ de morbo iudicat ipse ægrotus, & aliter medicus. Aliter quoq; de sobrietate & castitate iudicat, qui ipsas uirtutes morales adeptus est: & aliter qui solã moralẽ scientiã habet. Vno ergo modo iudicat de re per plenũ usum rationis, seu clarum intuitũ intellectus ipsam ueritatẽ cernẽtis: sicq; de diuinis ac alijs iudicat sapiẽtia naturalis quantũ ad ea quæ naturaliter cognoscunt: & sapiẽtia supernaturalis, quæ secundũ prætacta donũ est, quantũ ad ea quæ in sacra scriptura tradunt. Alio aũt modo iudiciũ fert de rebus per cõnaturalitatẽ seu cõformitatẽ iudicantis ad ipsas: quæ utiq; conformitas in dispositione affectus consistit: quẽadmodũ castus de castitate optime iudicat: sic quoq; per donũ sapiẽtiæ iudicat de diuinis quæ fidẽ respiciunt, & deinceps de aliis omnibus secundũ rationes regulasq; diuinas. Hæc uero cõformitas mentis ad diuina credẽda, efficitur per sapidũ gustũ, seu sapientialẽ diuinorum saporẽ, dum ipsi credenti ueritates diuinæ sub fide cadentes, non solũ clarissime innotescũt per donum intellectus, sed insuper dulciter sapiunt: sicq; uerissimę esse discernuntur, & aliæ ueritates secundũ eam regulantur & ordinantur: falsitates uero atq; perfidiæ refutantur: quæ omnia fiunt per sapientiæ donum, quemadmodũ secundo capitulo de diuinis nominibus princeps theologorum beatissimus Dionysius de sancto Hierotheo testatur, qui extitit in diuinis perfectus, non solum discens, sed demum ut patiens, id est gustans: seq; diuinis per affectum conformans.

Dupliciter fertur de rebus iudicium.

Dionysius de Hierotheo.

Articulus VII. Quomodo donum sapientiæ à cæteris donis distinguitur. Quam uirtutem theologicam sapientiæ donum perficiat.

AMplius contemplandũ, q; licet dona spiritus sancti omniũ uitiorum sint promptissime expulsiua, uniuersarumq; uirtutum expeditiua ac perfectiua, nihilominus tamen, cum ipsa dona supernaturales sint habitus ad supernaturalem gubernatorem mentem aptantes, quatenus inspiratiuo distinctui spiritus sancti in cũctis obediat, sicq; rationalem creaturam ad supernaturalem beatitudinem ordinantes, idcirco ad expediendum atq; ornandum uirtutes theologicas, quæ & ipsæ supernaturales sunt infusiq; habitus ad supernaturalem felicitatem perducentes, dona præcipue infundũtur ac ordinantur: sapiẽtia uero quæ donum est duo includit, uidelicet cognitionem & gustum siue saporem, cuius causa est charitas in uoluntate existens. Quantum ergo ad ipsam doni sapientiæ sapientialem notitiam, sapientia perficit fidem conferendo menti rectũ iudicium circa diuina sub fide cadentia: quantum uero ad saporosum ipsius gustum, sic concernit ac perficit charitatem. Per hoc enim q; intelligenti non solum innotescunt, sed insuper dulciter sapiunt inuisibilia dei, accenditur excitaturq; charitas ad feruentius indesinentiusq; amandum. Obiectum nanq; uoluntatis est bonum per intellectum præcognitum. Non ergo fertur uoluntas per charitatem in rem dilectam, nisi intellectus ei ostendat bonum in quod tendere debeat: sed ipsa boni cognitio ad diligendum uoluntatẽ suffi-

cienter non excitat, nisi intelligenti bonum apprehensum dulcescat seu sapiat: sed nec sensus gustus appetitum concupiscibilem ad cibum appetendum plenarie excitat, nisi & ipse cibus gustui suauiter sapiat. Propterea spiritus sanctus dono sapiētiæ informat: ut eius inspirationi obediendo, diuina saporose intendat, atq; per hoc ad eorum sanctum feruidumq; amorem faciliter, imò & frequenter assurgat. Donum ergo sapientiæ charitatem perficit,
Iaco.3. ac agilem, stabilem quietamq; reddit, quemadmodū in Canonica Iacobi scriptum est: Quę autem desursum est sapientia, primo quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis.

Articulus VIII. De necessitate doni sapientiæ.

1 Cor.2. QVoniam teste Apostolo, Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, non sufficit homini ad salutem sola fides, nisi sapientiæ condiatur sapore: sicq; spiritualia ac diuina percipiat, gustet, discernat. Fidei quippe proprius actus, nō est nisi assensum credendis præbere. Hic autem assensus inefficax est, nisi addatur rectum iudicium de credendis, quod fit per sapientiæ donum: quæ pretiosum à uili, fal
Sap.7. sum à uero discernit atq; segregat. Ideo in libro Sapientiæ scriptum est: Neminem diligit
Sap.6. deus, nisi qui cum sapientia inhabitat. Et rursus: Concupiscentia sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Porro charitas uiæ omnino imperfecta existit, & multipliciter in actu suo tam interiori quàm exteriori interrumpi potest ac impediri. Vnde de Iohanne Bapti
Mat.11. sta Christus dixit: Qui minor est in regno cœlorum, id est infimus deo fruentium, maior
Luc.7. est illo. Charitas ergo uiæ, ob suam imperfectionem, & depellenda eius obstacula, dono sapientiæ perfici, muniri, excitariq; indiget. Deniq; ratio naturalis non sufficit ad excitandā dirigendamq; charitatem affectus per fidem intellectus: idcirco indiget dono sapientiæ, quo à spiritu sancto iuuetur & moueatur, tam in actibus fidei q̄ charitatis, atq; in euitandis
Ephe.1. sanctarum operationū obstaculis: propter quod ad Ephesios ait Apostolus: Pater gloriæ
Col.1. det uobis spiritū in agnitione eius, ut sciatis quæ sit spes uocationis uestræ. Et ad Coloss. Postulam' inqt, ut impleamini agnitiōe uolūtatis dei in omi sapiētia, ut ambuletis digne deo.

Articulus IX. De effectibus doni sapientiæ.

VIrtus demum teste Philosopho, est quæ habētem perficit, & opus eius bonum reddit. Cum ergo sapientiæ donū sit habitualis perfectio rationis, primo ipsam mentē in seipso perornat, deinceps opus ipsius laudabile efficit. Porro si preinducta recte pensentur, sapientia quæ donum est spiritus sancti, triformem habet effectum seu triplicem actum in intimis creatæ rationalisq; mentis. Nam ab ipso sapientiæ habitu procedit diuinorum cognitio, iudicialis discretio, ac dulcis affectio seu saporosa gustatio. Primus igitur sapientiæ interior actus, est clarificatio intellectus: secundus connaturalis discretio rationis. Per sapientiam enim iudicat homo spiritualis de diuinis ac cæ
1 Cor.2. teris, per rationes seu considerationes ac leges diuinas, secundum experimentalem ac sapidam certitudinem fidei de diuinis. Tertius sapientiæ actus interior, est gustus seu oblectatio mentis. Ex his autem actibus alii multi effectus emanant: Quoniam enim prædicti effectus nos deo conformant, qui est omnis illuminationis fontana origo, omnisq; recti iudicij primus distributor, & de propriis suis sempiternis diuitiis æternaliter gaudens, idcirco sapientiæ donū nos deo reddit amabiles: similitudo nanq; est causa amoris. Vnde in libro Sa
Sap.7. pientiæ scriptum est: Neminem diligit deus nisi qui cum sapientia inhabitat. Et Aristoteles in Ethicis contestatur, q; uir contemplatiuus atq; theoricus, fit amātissimus deo. Sapientia quoq; ordinationem optimam interius causat: sapientis enim est ordinare. Per ordinē uero permanet homo inconcussus ac fixus in rationis æquo iudicio: ideo alius sapientię actus
Sap.10. est animum cōfortare in bonis, quemadmodum scriptum est: Certamen forte dedit illi, ut uinceret & sciret quoniam omnium potentia est sapientia. Et quia sapientiæ donum obsta
Eodem. cula charitatis repellit, propterea à ruina peccati & pœnis repellit, iuxta illud: Sapiētia eos qui se obseruat, à doloribus liberat. Quoniam ergo sapientia mentē à uitiis eripit, incorruptam eam ac integrā efficit. Incorruptio aūt facit esse proximū deo. Ideo in libro Sapiētiæ
Sap.6. concluditur: Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnū perpetuū. Porro tristitia ac tędiū ex euētu mali causanť. Cū ergo sapientia in mēte deliciosam contēplationē producat, palā ē, q ipsa tristitiā, amaritudinē, tędiūq; expellat, & inter aduersa atq; secūda animū regia uia
Sap.8. incedere faciat. Hinc enim in libro Sapientiæ conscriptū est: Scio quoniā sapientia mecum communicabit de bonis: & erit allocutio cogitationis & tædii mei. Intrās in domū meā, cōquiescā cū illa: nō em habet amaritudinē cōuersatio illius, nec tędiū conuictus ipsius: sed gau

dium

dium atq; lætitiam. Præterea, quoniã sapientiæ donum contra gulam confert, idcirco apostolus Iacobus hanc supernã sapientiam pudicam appellat: causat enim pudorẽ & continẽtiam. Qui eñ spirituales delicias sapit, carnales delectationes facile uilipẽdit: quoniam gustato spiritu, desipit omnis caro, quemadmodum spiritualissimus ac diuinus ille Gregorius asserit. Secundo nominat eam pacificam: sapientia enim cum sit ordinationis causa, concordiam facit hominis, primo in seipso, deinde quãtum ad alios. Pax autem, est quædam concordia atq; tranquillitas, seu dulcis stabilitas ordinis. Tertio nominat eam modestam: cum eñ sit mater discretionis ac ordinis, modestum facit habentem. Vocat quoq; eam suasibilem ac bonis consentientem: efficit nanq; mentem à spiritu sancto optime mobilem, nilq; in semetipsa fidentem, nec proprio sensui innitentem. Appellat etiam Iacobus sapientiam misericordia plenam: assimilat enim hominem deo, qui dat omnibus affluenter, & nulli improperat. Vltimo nuncupat eam fructibus bonis plenam, & sanctis delectationibus atq; operibus. Cum ergo sint tot & tales effectus seu actus doni sapientiæ, patet quàm diues atque redundans sit ipsa in se, ita ut de ipsa uerissime asseueret: Venerunt mihi omnia bona simul cum illa. Et rursus: Quid inquit locupletius sapientia? plane melior est sapiẽtia quàm uires, & uir prudẽs q̃ fortis. Et in Ecclesiastico legimus: Vinum, musica & mulieres lætificant cor: & supra utraq; dilectio sapientiæ. Vnde Aristoteles in Ethicis fassus est, q̄ homo contẽplatiuus extra se delectari nõ quærit, cum intra se iocũdis theorematibus plenus sit. Et denuo: Philosophia ait mirabiles habet delectationes adiũctas. De hac Plato in Phędone pulcherrime loquitur: sed talis utiq; delectatio longe, & quasi inferior est, minusq; sapida delectatione supernaturalis sapientiæ quæ donũ est spiritus sancti, cuius gustus oleo gratiæ est perfusus & charitatis suauitate aspersus: estq; delectatio talis omni naturali philosopho penitus inexperta atq; ignota: est eñ futuræ delectationis participatio nobilis, ac prælibatio futuræ felicitatis, in qua replebitur in bonis desiderium nostrum. Idcirco delectatio talis est Christianæ fidei certissimum argumentũ. Non eñ haberi potest nisi immediate à deo, præsertim secundum illã exuberãtiam qua multi electissimorũ Iesu Christi eam ubertim experti sunt. Deniq; de prædictis sapientiæ actibus Bernardus sic loquitur: Inuenisti sane sapientiam, si prioris uitę peccata deplangis, si seculi huius concupiscentias paruipendis, si ęternã uitam toto desiderio concupiscis, si horum singula tibi sapiũt sicut sunt, ut hęc quidem tanq̃ amara & omnino fugienda, illa quoq; uelut caduca & transitoria contẽnẽda, ista uero sicut perfecta bona totis desiderijs appetenda intimo quodam sapore dijudices & discernas. Veruntamen aduertendũ, q̄ omnia hæc non sunt directe ac elicitiue effectus seu actus doni sapientię, immo quędam eorum ad aliqua pertinent dona: sed omnia hęc sunt actus doni sapientię uel elicitiue uel imperatiue. Quemadmodum enim charitas, cum sit uniuersarum uirtutum regina mater ac finis, cunctis uirtutibus imperat, ac per hoc omnium uirtutum operationes ei imperialiter ascribuntur non elicitiue, nisi actus qui immediate uoluntatem concernunt, ut uelle amare, appetere, sic donum sapientiæ cum sit omnium donorum altissimum, actus eorum imperatiue producit: sed actus eliciti, doni sapientiæ sunt, de quibus præhabitum est.

Iaco. 3. Eodem. Iaco 1. Iaco. 3. Sap. 8. Eodem. Eccli. 40. Psal. 64. Bernardus

Articulus X. An sapientia quæ est donum sit speculatiua uel practica.

SPeculatiuum deniq; appellatur illud, cuius, proprius ac proximus principalisq; finis est speculatio seu ipsa ueritatis cognitio: practicum autem, cuius finis proprius est praxis seu opus. Ille igitur habitus, illa scientia, illa uirtus, illud donum speculatiuum uocatur cuius finis est speculatio: practicũ uero, cuius finis est actus exterior. Porrò Augustinus 12. de trinitate rationem distinguit in superiorem, quã sapientia circa diuina existens concernit ac perficit: & inferiorem, ad quã scientia quæ est rerum creatarum notitia, pertinet. Sapientia eñ iudicat per rationes diuinas: scientia per rationes humanas, ut asserit Thomas. Ratio uero superior, intẽdit in rationibus diuinis atq; supernis conspiciendis ac cõsulendis: iudicat eñ de rebus secũdum cõsiderationes ac iura legis diuinæ. Intẽdit ergo superior ratio rationibus diuinis cõspiciendis, contẽplando diuina in se: cõsulẽdis q̃q;, inquãtũ iudicat de reb⁹ actibusq; humanis secũdũ leges diuinas, dirigẽdo, regulãdoq; eas per regulas diuinas. Cũ ergo sapientia principaliter circa diuina uerset, sitq; eius præcipuus actus supernis rationibus contemplatiue intendere, ideo ipsa primo atque potissime speculatiua censetur: secundario autem practica est, inquantum dirigit actus humanos ad debitũ finẽ secundum diuinæ legis tenorem. Hæc est respõsio Thomæ: quæ q̃uis reprobanda

excellentissimam suam sapientiã nominetur alter Dionysius. Puto enim quia si libri eius in tali essent stylo translati, ut libri magni Dionysii, non essent faciliores studẽti q̃ libri Dionysii. Quoniam igitur uir hic tantæ sapientiæ fuit, merito eum appello doctorem diuinum: quia instructorem non habuit nisi spiritum sanctum: erat enim aliàs illiteratus ac idiota, eo utiq; modo quo Petrus & Ioannes Archiapostoli, à Luca in Actibus apostolorum illiterati fuisse narrãtur. Vnde & libros suos in uulgari cõscripsit: quorum tamen profunditatẽ atq; sentẽtiã, nemo ad plenum mirari iam ualet. Quoniã itaq; certus sum uirum istũ à spiritu sancto instructum, propterea magna est eius authoritas apud me: & quæ de donis spiritus sancti scripsit in libro qui intitulat Tabernaculũ Moysi, studiose aspexi. Qm̃ uero librũ trãslatũ non uidi, ego uerba eius ut quiui trãslata hic introduxi. Itaq; ait, exponẽs septẽ lãpades aureas cãdelabri à deo fieri iussi: Amici charissimi, aspicere debemus æternũ dei amorẽ effluẽtem uel se cõmunicantẽ, atq; uiuũ fontẽ cũ septẽ riuis, & tanq̃ splendidum solẽ cum septem radijs, & tanq̃ consumẽtem ignem in opere. Hic amor, diuinus est spiritus dei cũ donis suis, q̃d nobis designãt septẽ aureę lãpades. Per superiorẽ lampadem intelligimus spiritũ sanctũ ac sapiẽtiæ donũ. Nam ubicunq; est spiritus dei, ibi est sapiẽtia: & ubicunq; est uera sapientia, ibi est spũs dei: qm̃ ipse est fons uiuus omnis doni: summus riuus ex uiuo fonte diuini amoris emanans, est spiritus sapiẽtię: quã appellamus sapiẽtiam sapidam. Hoc sapiẽtiæ riuo erat humanitas dñi nostri omnino perfusa: & ex plenitudine eius oẽs nos repleri ualemus. Iste supremus riuus exigit spiritũ nostrũ esse simplicẽ, otiosum, indepictũ, inflexibilẽ, liberum ac sine solicitudine, semperq; sibi ipsi mori ac uiuere in deo. Sic q̃q; operat uirtutẽ summę iustitię: quã exercendo adipiscimur spiritũ sapientię: quia in eo q nos ipsos ac alia cuncta trãscendimus siue relinquimus, spiritũ sapiẽtię inuenimus. Et in hac derelictione siue supergressione, afferimus oleum nostrũ ipsius iustitię: in superiori lãpade nostrę liberæ uoluntatis. Hoc oleum semper accensum est diuina sapiẽtia, dũmodo habeamus in ipso rectũ lumen simplicis intẽtionis: qm̃ nostra simplex intentio est clarus aspectus nr̃æ simplicis intentionis, in qua semper sapientia diuina illucet. Hęc quoq; sapientia perfluit siue perfundit simul spiritum atq; naturã claritate ac diuino sapore. Hęc uerba plene exponere longum esset: sed quę in ipsis obscuriora uident, breuiter explanabo. Ait equidem doctor iste diuinus, q sapientię donũ requirit spiritum nostrum existere simplicem, otiosum, indepictum, &c. quorum omnium una est ratio. Cognitio nanq; secundum Philosophum per assimilationem efficitur cognoscentis ad cognita: & quantò ipsa cõtemplatio diuinior atq; sublimior fuerit, eò necesse est mentẽ humanam amplius deificari & sublimari transcendendo terrena, relinquẽdo corporea, omnẽq; inordinatũ affectũ & curã atq; cogitatiões inanes abijciendo, spernẽdo, imò nec sentiẽdo: sed mentẽ in diuina syncere suspendẽdo, figendo atq; fouendo. Cũ ergo actus sapientiæ sit altissima ac deiformis & sapida diuinorum speculatio, ideo sapientiæ donum si actum perfectum ac stabilem sortietur, exigit ut ipse intellectus sit simplex non tendendo in diuersa, neq; in plurimis se diffundendo: Nam pluribus intentus minor est ad singula sensus. Erit quoq; otiosus, id est ab exterioribus uacans: quemadmodum Tito scribens Dionysius, Verte te inquit ad radiũ, i. ad interiorẽ diuinæ lucis claritatẽ. Erit & indepictus, i. à corporaliũ rerum phãtasmatibus atq; memorijs depuratus, ne obtenebretur interior diuinæ ueritatis intuitus. Erit etiã inflexibilis, inconcussus ac fixus in bonis, ut nõ sit sicut arundo uento agitata. Necesse est enim mentẽ contẽplatiuã passionũ impulsibus dominari, ne uel prosperis resoluat, uel asperis deprimat. Erit insuper liber ne seruiat uitijs, neq; inordinato amori subiectus possideat potius ac habeat à rebus q̃ eas ipse habeat atq; possideat, Erit etiã sine solicitudine, quatenus nil curet aut timeat nisi quod ipsum à deo abstrahere & auertere põt. Debetq; mẽs rationalis sibi ipsi semper mori deoq; uiuere, nõ quærẽdo quę sua sunt, nõ honorẽ aut aliquid seculi huius, ne sit ad seipsam reflexa, sed tota ad deũ cõuersa. Vita enim omnis intellectus est actio eius. Dum ergo mẽs creata in nullo propriã uoluntatẽ aut sensum sectat, sed quicquid agit, secundũ diuinæ legis iustitiã regulat, imò & se & omnia sua, & uniuersa quæ agit ad dei honorẽ & gloriam refert, nec aliquid quærit nisi ipsum creatorem benedictum, tunc procul dubio sibi ipsi continuo moritur deoq; uiuit: ita ut cum Apostolo dicere queat: Viuo aũt iam non ego: uiuit uero in me Christus. Quòd aũt nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Et quia deo debemus quicquid sumus siue habemus, idcirco hoc modo uiuendo summam iustitiam exercemus: quam exercendo, sapientiam, id est sapientiæ incrementum inuenimus, uel certe sentimus atque gustamus.

Act. 4.

Num. 11.
Psal. 41.

Ioan. 1.

Matt. 11.
Lu. 7.

Gal. 2.

Articulus

Articulus XIII. Qualiter sapientia ista dignissima acquiritur à domino: quomodo etiam augeatur ac perficiatur.

Gregorius. QVantò deinceps perfectio altior est atq; diuinior, tātò uidetur difficilius posse attingi. Ars enī & uirtus sunt circa difficilia. Vnde Gregorius: Nemo ait repente perfectus efficitur. Et Bernardus: Nolo inquit subito fieri summus, paulatim uolo. Nempe ut Dionysius asserit, A' distanti in distans non itur nisi per media ordinata: sed & quæ à deo sunt, ordinata sunt. Cum ergo sapientiæ donū, sit cæterorū donorū finale ac pfectissimū & summe diuinū, mirū uidetᷣ q̄ sacra scriptura perhibet sapientiā tam facile ac prompte posse inueniri & adipisci à dn̄o. Scriptū est enī in libro Sapientiæ: Clara est & quæ nunq̄ marcessit sapiētia: & facile inuenitur ab his qui diligunt illam: & inueniᷣ ab his qui quærunt illam: præoccupat eos qui se concupiscūt. Sed hæc facilitas inueniendi sapientiæ donum, intelligi optime potest ex parte dantis non recipientis, nisi secundum aliquem gradum: deus enim qui sapientiæ dux est, quantum in se est, paratissimus est omni mēti creatæ lucifluos supernæ sapiētiæ radios communicare: quemadmodum increata patris sapiētia Christus unigenitus dei in Apocalypsi testaᷣ: Ego sto ad ostiū & pulso, si quis aperuerit mihi ianuā, & audierit uocem meā, introibo ad ipsum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et Iacobus ait: Si quis indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter & dabitur ei. Aduertendum est aūt, q̄ cum dona spiritus sancti sint charitati ac gratię inseparabiliter cōnexa, idcirco ipsa sapientia quātum ad suam primā ac simplicē perfectionē, seu quātum ad habitū, non est nisi per creationē & inspirationē diuinā, sicut & charitas ac gratia – *deo coniunctus est* dicitur sapientiam mereri, inuenire, recipere, quantum ad actum atq; augmētum ipsius. Sic enī diciᷣ sapiētiam inueniri ab his qui diligunt illam, cū tamen nemo diligat eam nisi qui habet, loquendo de dilectione cōpleta & meritoria: præsertim cū sapientiā diligere, actus sit sapiētiæ. Porrò queadmodum charitas, ita & sapientia mereᷣ augeri, quatenus aucta mereaᷣ & perfici. Deniq; sicut cupiditatis seu priuati amoris diminutio augmētum est charitatis, mera uero seu integra atq; perfecta inordinati seu priuati amoris ⁎ extinctio, charitatis extat pfectio, sic utiq; mundanę ac carnalis sapientiæ, seu curiosæ & uanæ scientiæ diminutio, doni sapiētiæ perhibetur augmentū: perfecta uero & integra talis uitiosæ sapientiæ atq; scientiæ expulsio, uerę sapientiæ perfectio rite censetur. Hinc quippe Apostolus ait: Si quis uideᷣ inter uos sapiens esse uidelicet in oculis proprijs, seu aggregādis bonis terrenis, uel adipiscēdis honoribus, stultus fiat: id est talem sapiētiam derelinquat, & ab hominibus uilipendi desideret, ut fit sapiens, id est, ut uerā sapiētiam capere & sapere queat. Vnde & rursus testaᷣ: Quæ stulta sunt mundi, id est eos quos mundus fatuos reputat, elegit deus, ut confundat sapientes. De talibus sapientibus qui diuino iudicio stulti existunt, Iob fateᷣ: Simulatores & callidi prouocāt irā dei. Adhuc aūt, queadmodum inordinata mentis affectio circa tēporalia & caduca syncerissimā diuinæ charitatis puritatem obfuscat, ipsamq; charitatem lędit atq; debilitat quātum ad eius feruorem, sic inordinatum studium quarūlibet scientiarū siue librorū, à perceptione incrementi uerę sapientiæ animum impedit. Inordinatū uero studiū nuncupo, dum legunᷣ aut audiūtur, non quæ magis expediunt ad innocentiā uitæ, ad cordis munditiā, ad adeptionē uirtutū, sed quę magis oblectant, uel dum studium non ordinatur ad debitum finē: & quāuis naturalis philosophiæ studium in se malum non sit, tamen si non ordineᷣ ad uerā spiritus sancti sapientiā, uanū efficitur. Maledictum quoq; est studiū, q̄uis diuinorū librorū, cū quo negligiᷣ aut certe irreuerenter persoluitur diuinum officium. Insuper quorū professio naturalis studio philosophię non eget, ualde inaniter occupantur, dum in philosophicis libris ingenia sua fatigant: opus enī quod in se bonum consistit, per accidens reddiᷣ uitiosum, dum à meliori seu obligatiori actu est impeditiuum. Igiᷣ qui ueræ sapientiæ gustū experiri desiderat, & in dono sapiētiæ crescere, inordinatorū studiorū delectationes contemnat, neq; in proprij intellectus sententijs glorieᷣ, sed in uera humilitate se fundet, in diuina charitate radicem mentis defigat, occupationes cogitationū uanarū abijciat: sicq; pie ac sancte uiuendo, hanc sapientiā non proprijs uiribus, sed à liberalissima largitate spiritus sancti sortiri coneᷣ, q̄m uere de ea sanctus Iob ait: Trahitur aūt sapientia de occultis, nec inueniᷣ in terra suauiter uiuentiū, id est in cordibus carnalem uitam ducentium. Animalis nanq; homo, nō percipit quæ sunt spiritus dei. Hinc etenim monet diuinus Apostolus: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Non ergo superna sapere ualet, quem mundus iste uel caro delectat.

Margin notes: Rom. 13. — Sapien. 6. — Apoc. 3. — Iaco. 1. — Sapien. 6. — Exēplar habebat cōtinctio. — 1. Corin. 3. — 1. Corin. 1. — Iob 15. — Quod sit inordinatū studiū. — Iob 28. — 1. Corin. 2. — Col. 3.

Articulus XIIII. Quod donum sapientia & uirtus charitatis diuinæ, proportio nabiliter crescunt simul atq; decrescunt.

ACtus inquit charitatis ex cognitione procedit, quẽadmodũ scriptũ est: In meditatiõe mea exardescet ignis. Verũ si ad charitatẽ sufficeret sola sciẽtia, atq; ad actũ charitatis sola cognitio, illi profecto deum amarent ardẽtius, qui acutiori gaudẽt ingenio, ac subtilioribus considerationibus circa diuina præfulgent. Huius autẽ oppositũ cernimus. Multi enĩ simpliciani ac fœminę, magna dei dilectione deuotioneq; lãguent, multis doctoribus atq; studentibus, cũ suis subtilitatibus ac scientijs, deũ nec diligẽtibus neq; timẽtibus. Verũtamen hoc à sapiẽtia, q̃ est donũ spũs sancti, lõge sit semp. q̃tò enĩ in diuina dilectione ac uera mentis perfectione quis proficit, tantò hęc sapiẽtia magis in eo cõcrescit: & dũ charitas perfecta efficit, fit sapientia quoq; perfecta in uero, ac sapido rationis iudicio circa diuina consistit. Quantò aũt quis amplius carnalia terrenaq; abijcit, tantò de diuinis uerius iudicat: & per cõsequens lympidius ea cognoscit. Quæ etiã cognitio tãtò suauius sapit, quãto charitas ipsa perfectior fuerit. Nihilominus loquẽdo de sapientia atq; scientia quæ sunt habitus intellectuales atq; ad gratias gratis datas pertinẽtes, nil prohibet eum qui minus diligit in cognitione meliorẽ precellere. Porrò q̃ secũdũ diuinæ charitatis incremẽta in cordibus nr̃is ipsa q̃q; sapiẽtia cõualescat, æqualiterq; cõcrescat, testat Richardus lib. de contẽplatione dũ ait: Quãdiu huiusmodi sapiẽtiæ seu reuelationũ ebrietatẽ atq; excessus nõ experimur, qd aliud de nobis æstimare debemus, nisi q̃ minus diligimur, imò q̃ & minus diligimus: si enĩ pfecte ac plene diligeres, forte dilectionis tuæ nimietas, ardentis q; desiderij tui anxietas in hm̃odi ebrietatẽ te raperet & excessũ. Sane si diuina dilectione dignus plene fuisses, si tanta dignatione te idoneũ exhiberes, tanta fortassis luminis sui claritate intelligentię tuæ oculos irradiaret, tantaq; internæ suæ dulcedinis suauitate cordis tui desideriũ inebriaret, q̃ teipsũ supra temetipsũ raperet, atq; p mẽtis excessum in supna erigeret. Hęc aũt ṽba Richardi fulciri uidẽt p id q̃d in Psal. cãtamus: Memor fui dei & delectat⁹ sum. Palã est enĩ, q̃ de memoria illa loq̃t, q̃ est sapiẽtię act⁹. Sed & in euãg. saluator ait: Si qs diligit me, diliget à patre meo: & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsũ. Quid ẽ manifestabo ei meipsum, nisi secũdũ charitatis suæ uigorẽ dabo ei meijpsius notitiã? Sapientia itaq; q̃ donũ est spũs sancti, æqualiter cũ charitate pariter crescit: & q̃ sapientia ista gaudium habeat atq; in mente ingentẽ lætitiã pariat, in libro Sapientiæ scriptũ est, & superius introductũ. Veruntamen istis repugnare uidet, quod Bernardus affirmat: Roga inquiens tibi dari lumen deuotionis seu sapientię diem clarissimum & sabbatũ mentis, in quo tanq̃ miles emeritus in labore uiuas absq; labore: ut quod paulo ante cũ amaritudine & coactione tui spiritus faciebas, de reliquo cum summa dulcedine delectationeq; peragas. Verũ ad hanc inquit perfectionem pauci ni fallor perueniunt in hac uita: Multi enĩ tota uita sua ad hoc tendunt neque pertingunt. His quoque uerbis Bernardi sacra scriptura robur confert cum scriptũ sit: Non est uolentis neque currentis. Et denuo: Non est in homine uia eius, nec uiri ut dirigat gressus suos: Imò si omnis qui charitatem sortitus est, tales continuo experiret sapientiales excessus, suauesq; gustus, magna oriret quibusdã ualde deuotis perplexitas atq; anxietas: tunc enĩ se formidarent charitate priuatos, dũ se prędictis sentirẽt suauitatibus destitutos. Proinde nõ parũ periculosum opinor de charitatis & gratiæ dei præsentia, secũdũ propriã uelle deuotionis experientiã iudicare. Hoc nãq; uicissim pusillanimitatis, interdũ uero præsumptionis foret occasio: propter q̃d uitandũ spiritus sc̃tus per Salomonẽ testat: Sunt iusti atq; sapientes, & opa eorũ in manu dei sunt: & tamen nescit homo utrũ odio an amore dignus sit. Qualiter ergo concordabit cõtrarietas ista? Ita ut arbitror, ut q̃d ait Richardus, intelligat quantũ ad mediatã atq; intrinsecã spiritualis dulcedinis causam: uidelicet quò ad ipsam charitatẽ ac sapientiæ donũ. Quicũq; hæc duo habet, potest cõtinuo in spiritualẽ mẽtis saporẽ atq; raptũ eleuari, præsupposito semper cõmuni auxilio dei, quo unicuiq; influit secundũ propriã uirtutẽ seu capacitatẽ. Veruntamen huius suauitatis gustus experimentalis, dupliciter impediri auferriq; potest: Primo ex dispẽsatione diuina: Secũdo ex tẽtationis uel aduersitatis uel pœnarũ molestia. Sicq; intelligendũ id reor q̃d deuotissimus ait Bernardus, dũ uerbis p̃dictis ipse adiungit, q̃ tales post hãc uitã plene recipiũt, q̃d nũc dispẽsatiue negat. Ex quo certissime liquet, q̃ tales q omnino faciũt q̃d in se est, per prędictę dulcedinis ac gustus carentiam, nec minoris sunt meriti in præsenti, nec minoris erunt premij in futuro: imò uicissim maioris: q̃m uera perfectio nõ utiq; in huiusmodi experimentali suauitate locanda est, sed in intellectuali dei amore, atq; omnimoda uitiorũ detestatione.

Articulus

Marginal notes: Psal. 38. — Richardus. — Threno. 3. — Psal. 76. — Ioan. 14. — Sap. 8. — Bernardus. — Rom. 9. — Hier. 10. — Eccl. 9.

Articulus XV. De triplici gradu doni sapientiæ.

SIcut deniq; charitas tripartitur secundum triplicem hominum statum, uidelicet in charitatem incipientium, proficientium ac perfectorum, quæ distinctio non est in diuersas species, sed gradus charitatis, iuxta illud Augustini: Charitas cũ fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cum ad perfectionẽ uenerit, dicit, cupio dissolui & esse cum Christo. Similiter triplex est doni sapiẽtiæ gradus, quorum primus incipientibus conuenit: omnes enim charitatem & gratiã gratum facientem habentes, donũ sapientiæ saltem secundum hunc primum eius gradum habent. Hic aũt sapientiæ gradus in duobus consistit. Primo in hoc q per ipsum iudicat intellectus diuinis potius inhærendum q̃ rebus creatis atq; caducis: dicens illud Psalmographi: Mihi autem adhærere deo bonum est. Secundo, q per ipsam operationes suas humanas atq; externas recte disponit ac regulat secundum leges diuinas, secundum diuina præcepta siue consilia. Dictum est equidem, q superior ratio ad quam sapientia pertinet, intendit rationibus diuinis conspiciendis quãtum ad ipsa diuina contẽplanda: & consulendis, secundum quod per eas ordinat actiones humanas. Vnde de hoc sapientiæ gradu, uel de ipsa sapientia quantum ad hunc eius infimum gradum, loquens Apostolus, cunctis fidelibus, In sapientia inqt ambulate ad eos qui foris sunt. Secundus sapientiæ gradus proficientibus competit, consistẽs in hoc ut propter spiritualem atq; purissimam sapientiæ suauitatem seu delectationẽ percipiendam ac experiendam, spernat ac deserat homo uniuersas carnis illecebras ac mũdi delicias, atq; in diuinorum speculatione clara ac sapida intellectum totis uiribus stabilire conetur, ad angelicæ conuersationis lympiditatem conscendere satagẽs, immo ad superbeatissimæ trinitatis reformandam imaginem uehementer laborans: ut cum Apostolo uere queat fateri: Nostra conuersatio in cœlis est. Sicq; adimplens admonitionem sancti Apostoli exhortãtis, Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Et rursus, Renouamini ait spiritu mẽtis uestræ. Frequenter nanq; scriptura diuina ad diuinæ perfectionis imitationem nos excitat: quatenus simus ut ait Archiapostolus, diuinæ cõsortes naturæ. Hinc enim p Mosen deus dicit: Sancti estote quoniam ego sanctus sum dñs deus uester. Et rursus: Perfectus inquit & absq; macula eris cũ dño deo tuo. Vnde in euangelio deus ipse dei patris dilectus ac unicus filius, dicit: Perfecti estote sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Porrò tertius sapientiæ gradus perfectis tantummodo cõgruit: & in eo consistit, ut intellectui nullius rei creatæ cognitio sapiat, delectet uel placeat, nisi inquantũ ad diuinorum notitiã cõfert: sicq; mens ipsa diuinorum contẽplationi totaliter infigatur: ut eo prompte, syncere, subtiliter, dulciterq; ualeat cõtueri passionibus tam sedatis, exteriorique homine penitus reformato, ordinato ac rationis censuræ ad nutũ subiecto, quãtum præsentis uitæ fragilitas capit uel sustinet. Hæc sapientia competit his qui cum diuino Apostolo dicere possunt: Nos aũt reuelata facie gloriã dñi speculantes, in eandem imaginem reformamur à claritate in claritatẽ, tanq̃ à dñi spiritu. Et denuo: Certus sum, q neq; mors, neq; uita, neq; creatura aliqua poterit nos separare à charitate dei. Itaq; primus sapientiæ gradus statum animalem ac uiam purgatiuã, seu incipientes concernit & perficit: Non enim est prius quod spirituale, sed quod animale. Secũdus uero ad statum rationalẽ & uiam illuminatiuam, proficientesq; pertinet. Tertius uero statũ spiritualem, uiam quoq; perfectiuam, seu ipsos perfectos decorat ac respicit: quibus cõpetit cum Apostolo dicere: Itaq; nos neminẽ iam secundũ carnẽ nouimus. Et item: Viuo autem iam non ego. Deniq;, primus sapientiæ gradus ad fideles pertinet seruos. Secũdus ad secretos amicos. Tertius ad filios dei charissimos: quorum distinctionẽ doctor diuinus in libro de perfectione filiorum dei pulchre ac mire describit. Considerandum quoq;, quod ista sapiẽtiæ tripartita distinctio, consonat distinctioni triformi prudentiæ, quã ponit Macrobius secundo super somnium Scipionis: Est inquiens prudentia politica, per quam homo in rebus humanis bene se habet: est & prudentia purgatoria, quę cuncta mundana contemplatione diuinorum contẽnit, & in ipsa diuina omnem cogitatũ defigit: est quoq; prudentia purgati animi, ab omni mundi huius aspergine pure detersi ac liberi, per quam intellectus ipsa diuina atq; superna quasi aliud nihil sit, contemplatur ac noscit. Dicit etiam quartam esse prudentiam exemplarem, quæ est ipsa increata sapientia, ars omnium rerum rationibus plena. Sumit autem Macrobius prudentiam communiter, prout ad sapientiam se extendit.

Marginal references: Augustinus; Phil.1.; Psal.72.; Col.4.; Phil.3.; 1.Cor.4.; Ephe.5.; Phil.3.; Ephe.4.; 2.Pet.1.; Leui.11.19.; Deu.7.; Deu.18.; Mat.5.; 2.Cor.3.; Rom.8.; 1.Cor.15.; 2.Cor.5.; Gal.2.; Macrobius.

Articulus XVI. De dignitate & laude testimonijsq; scripturæ de dono sapientiæ.

POrro ut sapientia ista ardentius desideret, indefinētius requirat, solicitius conseruet, sublimiusq; proficiat, tangendū est parum de dignitate ipsius. Est enim dignissima ex parte obiecti, cū sit circa diuina: ex parte subiecti, cū sit in ratione superiori seu apice intellectus: ex parte causę, cū sit immediate à deo, nec aliunde possit cōquiri: Fons enim sapiētiæ uerbū dei in excelsis. Deniq; sicut per charitatē assimilamur spiritui sctō, q est summus amor & primū donū, per qd & in quo omne donū donat, ita per sapiētiā assimilamur unigenito dei, qui est sapientia patris. De huius sapiētiæ nobilitate Salomō in puerb. ait: Prætiosior est sapientia cūctis opibus: & oīa q desiderant huic nō ualēt cōparari. Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti: uiæ eius uiæ pulchræ: & oēs uiæ eius pacificę. Dic sapientię soror mea es: & prudētiā uoca amicā. Præterea sctūs Iob, Sapiētia inquit ubi inuenit, & qs est locus intelligentię? Nescit homo pretiū eius. Nō dabit aurum obrizū pro ea: nō cōferet cūctis Indiæ coloribus: nec lapidi sardonycho pretiosissimo uel sapphiro. Perditio & mors dixerūt, Auribus nr̄is audiuimus formā eius. Et in lib. Sapiētiæ scriptū est: Cogitare de ea sensus est cōsummatus: & q uigilauerit ad illā, cito erit securus &c. Propter hoc inqt optaui, & datus est mihi sensus: inuocaui, & uenit in me spūs sapiētiæ: & præposui illā regnis & sedibus: & diuitias nihil esse dixi in cōparatione ipsius: sup salutē & speciē dilexi illā. Venerūt aūt mihi oīa bona simul cū illa. Hāc amaui & exqsiui à iuuētute mea, & quęsiui spōsam eā mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. De hac quoq; sapiētia accipi pōt qd in Ecclesiastico habet: Primo oīm creata est sapiētia: ipse creauit illā in spiritu sctō, & præbuit eā diligētibus se. De hoc sapiētię dono Esaias testat: Diuitiæ salutis sapiētia & sciētia. Atq; Aplus: Volo uos sapiētes esse in bono, simplices in malo. & alia multa, quę paulo ante inducta sunt. Sed dubitatio rationabilis orit, quō dictū sit de sapiētiæ dono, q oīa quæ desiderant huic nō ualent cōparari: cū tamē uirtutes theologicæ, & maxime charitas ipsam præcellāt. Et rn̄dendū q uirtutes theologicę sunt omnino perfectionis diuinæ, nec inter bona cōputant humana. Cōmēdatio aūt hæc doni sapiētiæ, accipiēda est quātū ad uirtutes humanas: uel loqmur de sapiētia prout charitatē includit: nō enim separari ab inuicē ualēt, imò in eodē proportionabiliter perficiuntur & crescunt, quemadmodum palam ostensum est.

Marginalia: Eccli. 1. — Prouer. 3. — Iob. 28. — Sap. 6. — Eccli. 1. — Esa. 33. — Rom. 16.

Articulus XVII. Quō dicat Aplus, Noli altū sapere. &, non plus sapere q̄ oportet.

AMplius aduertendū, quia in eo qd per se bonū est, nullus directe excedere pōt: imò quò uirtus altius crescit, tanto præstantior extat. Quēadmodū igit deū diligere nemo nimiū pōt, sed quò eū feruētius diligit, eo melior sanctiorq; efficit: sic nullus in recto diuinorum iudicio, amoroso gustu, sapiētiali sapore excedere ualet, cū oīa ista sint effectus gratiæ dei: imo quantū in his copiosior inuenit, eo diuinior rite censet: scriptū est enim: Gustate & uidete, qm̄ suauis est dn̄s. Et iterum: Qui edūt me adhuc esuriēt: & qui bibūt me adhuc sitient. Testante quoq; Gregorio: Quo spirituales deliciæ amplius sentiunt, eo ardētius desiderātur. Cū ergo sit ita, quid est qd ait Aplus, Noli altū sapere sed time. Et rursus: nō plus sapere q̄ oportet. quasi nemo ad prædictā sapiētiæ perfectionē debeat cōspirare? Sed hæc faciliter soluunt, si pēsemus qbus & qualibus ea scribat. Doctor enim & pdicator unūquēq; instruere debet, secundū qd capax & dignus est. Romani uero qbus Aplus ista scripsit, præsumptuosi erāt atq; superbi: propterea coercēdi erāt à diuinorum scrutinio secretorum, donec uitijs expurgatis ac uera humilitate adepta, ad sapiētiā illā cęlestē, quā inter pfectos loquebat Aplus, redderēt idonei. Hinc nēpe Corinthijs adhuc infirmis, quos increpās dixit, Cū sit inter uos zelus & contētio, nōne carnales estis, & secūdū hoīem ambulatis? His inq tā impfectis qd scribit? Nō iudicaui aūt me aliqd scire inter uos, nisi Iesū Christū, & hūc crucifixū. Vn̄ Colossēsibus diuinę cōtēplationi iā aptis scribēs, Postulamus asserit, ut impleamini agnitione uolūtatis dei in omni sapiētia & intellectu spirituali, ut ambuletis digne deo, per oīa crescētes in sciētia dei. Insup si ordo ac modus introductę exhortationis Apostoli qua ait, Noli altū sapere, subtiliter perpēdat, patebit, qm̄ hoc qd ait, Noli altū sapere sed time, sic uerissime intelligat: Noli altū sapere. i. noli teipsum magnū uel sanctū reputare, aut aliqd tuis uiribus ascribere. Hinc nāq; adiecit: Si enim deus naturalibus ramis nō pepercit, ne forte nec tibi parcat. Romani siqdē teste Hieronymo adeo rudes erāt, ut se proprijs uiribus nō gratia dei uocatos putarēt. In eo aūt qd ait, Nō plus sapere q̄ oportet, nō est necesse exponere id qd ait sapere, pro sapiētialiter seu saporose intelligere: sed pro quacūq; difficiliū mysteriorum scrutatione: quę utiq; oībus indifferēter nō expedit, sed his qui exercitatos habent sensus: qui solidū cibū, id est profundā sapientiā capere possunt. Verūtamen adhuc occurrit qd difficultatē hāc auget: Nam in Ecclesiastico dicit: Altiora te ne quæsieris, & for

Marginalia: Rom. 12. — Psal. 33. — Eccli. 24. — Gregorius. — Rom. 11. — 1. Tim. 4. — 1. Corin. 2. — 1. Corin. 3. — 1. Corin. 2. — Col. 1. — Rom. 11. — 1. Corin. 3. — Eccli. 3.

tiora te ne scrutatus fueris: nõ est enim tibi necesse quæ abscõdita sunt, uidere oculis tuis. Sed in hoc nil nobis uetatur, nisi ut diuina secreta nõ præsumamus inordinate scrutari, cõsideratione nimiũ profundãdo, aut propriũ intellectũ sequẽdo, uel nostro ingenio cõfidẽdo. Adhuc aũt uidet predictis dissonũ esse q̃d ait scriptura: Noli nimiũ iustus esse. Et rñdendũ hoc ideo dictũ, ne in ipsis exercitiis siue interioribus siue exterioribus, quæ ad iustitiã ordinant, imoderate occupemur: quis ipsi⁹ iustitię plenitudinẽ ampliorẽ semp debeam⁹ optare, iuxta illud Apl̃i: Quę retro sunt oblit⁹: & in anteriora extẽdẽs meipsũ. Nihilominus rationabile esse debet obseqũ nr̃m, ut ordinate pficere enitamur: scriptũ est enim: qa plus fecit q̃ potuit idcirco periit.

Eccl.19
Phil 3.
Rom.12.
Hier.48.

Articulus XVIII. De spirituali die atq; interno cõuiuio, quæ donũ sapientiæ gignit in mente, quæ sedes est sapientiæ.

FRequenter deniq; patuit, q̃ in actu sapientiæ inuenit clara diuinorum cognitio, atq; eorundẽ dulcis degustatio. Per hoc ergo q̃ sapientiæ donũ mentẽ diuinorum cõtemplatione irradiat & uenustat, spiritualẽ in ea diem producit: qui die sensibili ac tẽporali, tanto extat lucidior, quanto ipsa sapientia soli uisibili speciosior luminosiorq; cõsistit. Verum in libro Sapientiæ de hoc dono sapientiæ scriptũ est: Est enim hæc speciosior sole, & super omnẽ dispositionẽ stellarum luci cõparata, inuenit prior. Hæc enim sapientia supernaturale est lumen, clarificans atq; deificãs mẽtem: à luce increata ac diuina immediate scaturiens, eiusq; præclara imago existens, ac omnis naturalis tam corporalis q̃ incorporei luminis decorem ineffabiliter superexcedens. Nõ ergo eatenus sol ipse fulget in cœlo, quantum anima iusti, quæ huius sapientię sedes effici meruit. Propter quod delicię increatę sapientię sunt esse cũ anima, imo prorsus in ea: tã pręclara ac fulgida talis anima, talisq; spiritus est deo dilectus: & tanto dulcior, quanto sapiẽtior, atq; ab omni mũdi huius aspergine purior. Vnde de eo scriptura in Deuteronomio contestat: Amãtissimus dñi habitabit confidẽter: in eo quasi in thalamo tota die morabit: & inter humeros illius requiescet. Insuper sapientia ista ut ait Alanus, est sol per quẽ lumẽ mẽtis diescit in tenebris, oculus cordis, fructus internę delectationis, deliciosa animę paradysus, terrenũ in cœlestẽ, caducũ in immortalẽ: hoĩem quoq; in deũ deificę mutationis authoritate cõuertẽs: Hęc sapientia rationalẽ animã angelicis mentibus similẽ atq; amabilẽ efficit, & omnia quę in hoĩe sunt, suo splẽdore perornat, dirigit, regulat & gubernat secũdũ leges diuinas. Hęc sapiẽtia spiritualis, internaq; dies corporalis, noctis caliginẽ nescit, nec tenebris eius splẽdor ipsius obtundit: immo tũc exuberantius incandescit. Tunc quippe ad cõtemplanda diuina fit anima tanto paratior atque habilior, quanto sensibiles soni amplius cõquiescũt, & ipsa lux corporalis potius desinit uarias rerum imagines exterioribus inuehere oculis: oẽsq; sensus ab actibus suis plenius cessant. Tunc anima ad seipsam cõuertit: tũc supra se rapitur: tũc syncerissimis in deo delectationibus gloriat affectuose decãtans: Dñs illuminatio mea & salus mea quẽ timebo. & uere experiens quia tenebrę non obscurant à dño, sed nox sicut dies illuminabit. Porro queadmodũ cibus corporalis uocatur, quo corpus conseruat in esse naturę, & ad debitã quantitatẽ perducitur, sic actio uirtuosa cibus est animę, quia cõseruat eam in esse gratię, ac ad debita perfectionum incrementa eam deducit: Et quo cibus corporeus gustui corporis cõuenientior atq; suauior fuerit, eo suauius facit cõuiuium: pari manerie, quo actio uirtuosa cõuenientior fuerit menti ac dulcior, eo excellentius cõuiuiũ parat in ea. Cũ ergo sapiẽtiæ donũ post uirtutes theologicas sit uniuersorum habituũ mentis creatę dignissimũ, actio eius conueniẽtissima atq; dulcissima menti cõsistit: & quanto ad sublimiorẽ sapientię gradũ quis uenerit, eo in actu sapiẽtię anima eius deliciosius pascit, uehemẽtius inflãmat, altius crescit, terrena plus despicit, cœlestia calidius concupiscit, & in omnibus bonis maiorẽ stabilitatẽ sortit: sicq; in nullis rebus tantũ, sicut in dei laudibus iocundat. Hãc perfectionẽ optauit qui ait: Sicut adipe & pinguedine repleat anima mea, & labiis exultationis laudabit os meũ. Pręterea de hac sapiẽtiæ mẽsa ac sacro edulio in Prouerb. scriptũ est. Sapiẽtia ædificauit sibi domũ, miscuit uinũ & posuit mẽsam. Increata quippe sapiẽtia in anima rationali domũ sibi ędificat, fulciẽs eam septẽ colũnis: qm̃ septẽ donis spiritus sancti corda fideliũ, in quibus per fidem habitat, implet: miscet uinũ, id est diuinarum inspirationũ uarias ac synceras delectatiões exhibet: uel multiplices scripturæ diuinæ intelligentias administrat, quæ intellectũ oblectant, imò inebriant. Quæ uero est mẽsa huius cõuiuii, nisi fixa ac humilis fides, in qua omnia diuina fundant cõmenta: Rursus, de hoc sapiẽtiæ cõuiuio in Cãticis dicit: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. In Apocalypsi quoq;: Si qs aperuerit mihi, cœnabo cũ illo. Verum hui⁹ suauitatẽ cõuiuii gustare nec põt nec dign⁹ est, cui mũd⁹ hic placet: cui cõcupiscẽtia pualet: quem

Sap.7.
Eodem.
Prouer.8.
Deu.33.
Alanus.
Psal.26.
Psal.137.
Psal.62.
Prouer.9.
Eodem.
Cant.5.
Apoca.3.

quę carnis uoluptas oblectat: talis em̃ ignẽ alienũ in cordis sui thuribulo ponit ac offert.

Articulus XIX. Quæ beatitudo correspondet dono sapientiæ.

OPortet demũ cognoscere, quę beatitudo illi dono respõdet ex quo directius atq; frequẽtius causaẗ: Beatitudines nãq; sunt opationes uirtutũ, quę pficiunẗ p dona. Pax aũt est charitatis effect⁹: cõsistit em̃ in quodã cõsensu ac unione hois ad se & ad aliũ. Nã pax est trãquillitas hois. i. ordinata quies, qua mẽs à pturbatione quiescit: eo q̃ unũquodq; in ipsa existens, bñ se habet ad illa ad quæ ordinẽ habet: quẽadmodũ homo pacẽ sortiẗ, dũ appetit⁹ inferior ad rationẽ bñ se habet: & ratio ad deũ ac proximũ. Cũ ergo talis cõsensus ac unio ex charitate nascanẗ, palã, q̃ pax sit charitatis effectus: nec est uirtus specialis secundũ Thomã, sicut nec gaudiũ: qa utrũq; actũ charitatis q̃ est dilectio, cõcomitaẗ. Insuper declaratũ est, q̃ sapiẽtia charitatẽ cõcernit ac perficit: q̃q; sapiẽtię actus sit ordinare. Idcirco pax nulli dono aptius põt ascribi, q̃ sapiẽtiæ: qm̃ charitas sapiẽtia cooperãte ac dirigẽte, pacẽ ꝑducit. Septima aũt beatitudo circa pacẽ uersaẗ, imò pax ipsa existit: diciẗ em̃ in ea: beati pacifici. i. pacẽ agẽtes, siue in se, siue in aliĳs: qm̃ filĳ dei uocabũtur. In hac beatitudine duo tãgunẗ, uidelicet meritũ, dũ diciẗ, beati pacifici: & premiũ, dũ iũgiẗ, qm̃ filĳ dei, haud dubiũ quin adoptiui, uocabũtur. Hoꝝ aũt utrũq; ad donũ sapientiæ pertinet. Nũc em̃ ostensum est, q̃ primũ. s. pacẽ facere, sit opus sapiẽtiæ. Porro` p sapientiã unigenito naturaliq; filio dei assimilamur: cũ ipse sit genita pr̃is sapiẽtia: cuius donũ sapientiæ pulcherrimus radius est. Per hoc ṽo q̃d naturali dei filio assimilamur, filĳ adoptiui efficimur: elegit em̃ nos in ipso ante mũdi cõstitutionẽ: q̃s teste Ap̃lo præsciuit cõformes fieri imagini filĳ sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Vñ & scriptũ est: Fons sapiẽtię ṽbũ dei in excelsis. Vicissim tñ pax uocaẗ effectus iustitię: uel qa iustitia ad pacẽ disponit, uel impedimẽta pacis aufert. Vñ in Esaia cõscriptũ est: Erit opus iustitię pax: & cultus iustitię silẽtiũ: & securitas usq; in sempiternũ.

Mat. 5. Ephe. 1. Rom. 8. Eccli. 1. Esa. 32.

Articulus XX. De multiplici acceptione intellectus.

COmpleto sermone de dono sapientię ptractante, exigit ordo de dono intellectus tractari. Oportet aũt inprimis cognoscere, qm̃ intellectus uariĳs modis accipitur. Interdũ em̃ pro substantia intellectuali suscipiẗ: Sic Dionysius frequẽter angelos appellat intellectus cœlestes ac deiformes: sicq; philosophi dicũt, q̃ deus est intellectus uniuersaliter agens. Quãdoq; accipiẗ pro intellectiua potẽtia, ut cũ diuidiẗ in intellectũ possibilẽ & agentẽ: q̃ sunt duę potẽtię aĩæ rationalis. Vicissim q̃q; intellectus accipiẗ pro habitu per quẽ prima principia naturaliter innotescũt: & ita Philosophus inter quinq; habitus intellectuales intellectũ annumerat. Interdũ aũt accipiẗ pro actu intellectiuæ potentię seu pro ueritatis notitia, ut ibi: Seru⁹ tuus sum ego, da mihi intellectũ: q̃uis & ibi pro habitu accipi q̃at. Vbertim ṽo August. hoc ultimo mõ accipit intellectũ p̃sertim in li. de trinitate.

Intellectus uariis modis accipitur. Psal. 118.

Articulus XXI. Quòd intellectus qui est donũ spiritus sancti, realiter distinguatur ab intellectu qui est habitus intellectualis ac naturalis.

PLato aũt ut Augustinus refert, ponebat scientias reꝝ intellectui rationali cõnatas, q̃tũ ad distinctã atq; perfectã notitiã: Aristoteles uero ostẽdit, q̃ intellectiua nostra cognitio, à præexistenti sensitiua cognitione exordiũ sumit: & hoc Dionysius etiã asserit. Cõcedit tamen Aristoteles aĩæ rationali naturaliter inditũ quendã habitũ cognoscitiuũ cõfusum, per quẽ primis principĳs naturaliter consentimus, & ea terminis notis statim intelligimus: & hunc habitũ noiat intellectũ. Sed aduertendũ q̃ sicut habitus per quẽ primis principĳs speculatiuaꝝ sciẽtiaꝝ naturaliter assentimus, intellectus uocaẗ: sic habitus primoꝝ principioꝝ circa opabilia, per quẽ principia talia naturaliter cognoscunẗ: ut q̃ malũ est uitandũ, & deo est obediendũ, q̃ proximo est benefaciẽdũ, appellaẗ synderesis: per hanc quippe uniuersalis iuris principia in naturali iudicatorio scripta sunt secundũ Augustinũ: & hæc semp remurmurat malo, manetq; in dãnatis, & uermẽ cõsciẽtiæ gignit. Intellectus ergo q̃ est unus intellectualiũ quinq; habituũ, est habitus naturalis: p quẽ ratio ad distinctã reꝝ sciẽtiã ac naturalẽ notitiã peruenit. Porrò intellect⁹ q̃ est donũ sp̃us sancti, est habitus supnaturalis nõ cõcreatus naturaliter oĩbus: sed simul cũ charitate & gr̃a mẽti infusus, per quẽ prima principia Christianæ sapiẽtiæ. i. articuli fidei cognoscunẗ. Per hũc eqdẽ habitũ reddiẗ intellectus creatus à spiritu sancto prõpte ac faciliter mobilis, quatenus per illuminationẽ diuinã obscura incerta & occulta sapientiæ, quę theologia appellaẗ, intelligat. Hũc habitũ istudq; donũ à spiritu sancto recepit altissimus ille dei sc̃tũs Dauid qui ait: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestãsti mihi. Fides quippe scripturis sanctis præbet assensum: nõ aũt perspicit nec penetrat ueritatẽ eaꝝ. Vt ergo mens creata diuina ualeat contem-

Eccli. 15. Deu. 30. Matt. 5. Intellectus diffinitio. Psal. 50.

Psal.118. plari,in mirabilibus altissimi exerceri, & mirabilia de lege diuina cõsiderare, indiget dono
Eodem. intellectus:pro quo Psalmista frequenter precatus est: Reuela inquiens oculos meos & cõ
siderabo mirabilia de lege tua.Et iterum:Illustra faciẽ tuã sup seruũ tuũ.Et denuo: Intellectũ
Psal.30. da mihi & uiuã.Huius nẽpe doni cognitio tã salubris existit, ut diuinã ꝓtectionẽ mereri di
Psal.118. catur,queadmodũ de⁹ pollicitus est:Protegã eũ qm̃ cognouit nomẽ meũ. Hoc donũ sciẽs Da
Psal.90. niel ꝓpheta à deo pſtari,ait.Ipſe reuelat ꝓfunda & abſcõdita,& nouit in tenebris cõſtituta.
Dan.2.

Articulus XXII. In quibus intellectus qui est habitus intellectualis ac naturalis,& intellectus qui est donũ ſpũs ſancti, differũt atq; cõueniũt.

FRequenter ni fallor deductum est,ꝙ dona ſpiritus ſancti non ſunt actus tranſeuntes ſed habitus permanentes: ſunt enim habituales perfectiones mentem creatam dignificãtes, atque aptantes ad omnem inſpirationem ac motionem diuinam recipiendam acq́imitandam, ut perducatur facilius ad beatitudinem ſupernaturalem. In hoc ergo intellectus qui donum eſt, & ille qui eſt naturalis perfectio rationis, conueniunt:ꝙ uterq; eſt habitus. Item ꝙ utriuſq; ſubiectum eſt idem, uidelicet intellectus poſſibilis.Secundo ꝙ uterq; eſt habitus,quo cognoſcuntur prima quædã principia. Differunt aũt in multis: nam intellectus qui eſt donũ,eſt habitus ſupernaturalis ad quẽ humano ſtudio nemo pertingere ualet:nec inuenitur niſi in habentibus gratiã gratũ facientẽ. Alius uero intellectus eſt naturalis perfectio uniuerſis hominibus inexiſtẽs. Itẽ, intellectus qui eſt donũ, circa ſupnaturalia uerſat̃ principia, puta articulos fidei quorũ eſt cognoſcitiuus:q̃ ꝑ ipſum dat ſpũs ſctũs mẽti,ita ut ei uiciſſim nil certius,nilq́ rationabilius uideat̃, q̃ q̃d fide tenet:de qua felici illuminatiõe in Pſalmo cantat̃:Beat⁹ homo quẽ tu erudieris dñe,& de lege tua docueris eũ. Intellectus uero q eſt habitus naturalis,eſt circa principia per ſe nota. Rurſus donũ intellectus efficit intellectũ poſſibilẽ ſeu rationẽ optime mobilẽ à lumine atq; influxu ſpiritus ſancti. Intellectus uero qui eſt habitus naturalis,facit rationẽ à naturali lumine intellectus agẽtis faciliter mobilẽ. Rurſus donũ intellect⁹ ordinat̃ ad ſupnaturalẽ cognitionẽ beatitudinẽq; ęternã:ad q̃ꝝ nullã ꝑducere ſufficit intellectus q eſt habitus naturalis.

Psal.93. (margin, beside "net:de qua felici illuminatiõe")

Articulus XXIII. Quid ſit ipſe intellectus qui eſt donum ſpiritus ſancti.

ADuertere quoq; neceſſe eſt, ꝙ ſicut ſapientia prout donum exiſtit ſpiritus ſancti, eſt habitus rationem ſuperiorem perficiẽs, ut de diuinis recte uereq́ iudicet per connaturalitatem ad ipſa: hoc eſt,per conformitatem ac guſtum eorũ:ſic intellectus de quo nũc agitur, eſt habitualis perfectio rationem ſuperiorem illuſtrans, ut eorum quæ cadunt ſub fide ueritates clare perſpiciat, fideiq; rationem cognoſcat,& alia per quorum conſiderationem fides formatur:nempe per hoc donum intelligit homo pulcherrimam connexionem atq; decentiſſimum ordinem horum quorum eſt fides ac ſingulorum rationes:uidelicet qualiter noua lex ueteri conſonat,qualiter tota ſcriptura ſibi concordat,quomodo unus articulus fidei ex conſideratione alterius credibilior fiat rationabiliorq; appareat,quomodo nil indignum fides catholica de deo affirmat: imò ꝙ omnia quæ ſcriptura ſacra complectitur,ad magnificentiam,honorem ac laudẽ domini attinent. Quædam enim bonitatem & miſericordiam eius præſertim commendant, ut incarnatio uerbi atq; redemptio mundi: quædam ſapientiã dei attollunt,ut quod fides docet eum uniuerſorum habere certiſſimam diſtinctiſſimamq; notitiam, & prouidentiam generalem ac ſpecialem: quædam uero teſtimonia fidei diuinam iuſtitiam ſumme affirmant,ut ꝙ pro uno mortali peccato non pœnitentibus pœnam æternam infligit. Quamuis proinde fides Chriſtiana rationem naturalem non habeat,tamen per donum intellectus ſpiritus ſanctus mẽti humanæ oſtendit,ꝙ fidei aſſertiones contra rationem non ſint,ſed ſupra:& quãuis demonſtratiuis careat argumẽtis,nihilominus rationes probabiles,ſeu rationabiles perſuaſiones multas ſortitur,quas per donum intellectus anima contemplatur. Porrò opera gratiæ non ſunt operibus naturæ imperfectiora:cum ergo intellectus poſſibilis duos actus ad ſuam perfectionem requirat,uidelicet ueritatis inuentionem ſeu apprehenſionem,& rectum eius iudiciũ, ſimili modo fides quæ ad opera gratiæ ſpectat perfecta conſiſtere nequit,niſi circa obiecta atq; articulos fidei intellectus duplicem actum obtineat per influentiam ſpiritus ſancti,uidelicet rectam & ueram intuitionem ueritatum fidei, uerumq; ac ſaporoſum eorundẽ iudiciũ:ut ſciat uera ac bona à falſis & malis diſtinguere atq; ſecernere. Horum itaq; primũ cõmunicat ſpiritus ſanctus animæ rationali per donũ intellectus, quemadmodum ipſemet
Psal.31. ait:Intellectũ tibi dabo & inſtruã te. Secũdũ quoq; pręſtat dãdo ſapientię donũ,ut late oſtẽſum eſt. Ad hanc doni intellectus perfectionẽ à domino requirendã,hortat̃ nos beatiſſimus

apoſtolorum

apostolorum princeps in prima sua Canonica dicens: Dominum Christum sanctificate in cordibus uestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem, de ea quæ in uobis est fide & spe. Nempe per hoc donũ docet nos spiritus sanctus de omnibus his Ioanne testãte qait: Nõ necesse habetis ut aliqs doceat uos, sed unctio docet uos de oĩbus. Vñ & Christus discipulis repromisit: Paracletus spũs sctũs quẽ mittet pater in noĩe meo, ille uos docebit oĩa. 1.Pet.3. 1.Iohan.2. Iohan.14.

Articulus XXIIII. Quod donum intellectus radio solis optime cõparat: & de effectibus seu actibus huius doni secũdũ doctorẽ diuinũ.

BEne insuper donũ intellectus assimilatur splendori seu radio solis: quemadmodũ eñi sol per suum splendorẽ aërem simplici claritate adimplet, omnesq; apparentias rerum ac modos clarificat, & differentias manifestat in cunctis coloribus, simili modo insplendentia seu coruscatio doni intellectus mentem illustrat, omniũq; in ipsa existentium ueritates eidem ostendit: ac per hoc mens ipsa ueritates quas per fidem credit, intueri, imo penetrare atq; pspicere incipit, unãquãq; distincte cognoscẽs, omniũq; proprietates ac rationes in lumine huius doni clare contemplãs. Dũ eñi aër perlustrat ac penetrat claritate solis, tũc pulchritudo atq; diuitiæ huius mũdi se ostendũt: oculi quoq; hominis clarificãtur, ipseq; homo ex multiplicis coloris discretione lætatur. Pariformiter dũ ratio nostra dono intellect⁹ perfundit, penetrat & clarificat, tũc intelligere possumus ipsas quæ in deo sunt proprietates: quę sunt initialis causa atq; origo uniuersorũ extrafluentium operũ seu entiũ creatorũ. Per hoc etenĩ donũ mẽs creata desiderat dei sui dilecti nobilitatẽ, incõprehensibilẽ altitudinẽ, abyssalẽ profunditatẽ, ęternã lõgitudinẽ, immẽsam latitudinẽ, sapiẽtiã, ueritatẽ, bonitatẽ, ineffabilẽ largitatẽ: oẽs huiuscemodi amabiles proprietates, quę absq; numero in deo sunt immẽsę & sine fundo in ipsius summa natura: qm̃ ipsemet est ipsę proprietates. Præterea, homo p hoc donũ intellectus oẽs creaturas intendit, cõsiderãs quõ deus oĩpotens eas ex sua libera largitate creauerit, singulasq; in naturalibus bonis dotauerit, & insup naturalibus bonis dotare paratus sit eas quę se ad ipsum cõuertũt. Deniq; donũ istud docet nos ,ppriã nobilitatẽ, & uirtutũ distinctiones seu differẽtias speculari: ostẽditq; nobis unionẽ quã in deo habem⁹ p amorẽ dei feruẽtẽ: similitudinẽ q̃q; dei quã in nobis ipsis habemus p charitatẽ atq; uirtutes. Cõfert etiã nobis lumẽ & claritatẽ qbus cõuersari in spũ ualeam⁹: cõtẽplariq; deũ in spirituali similitudine: nosipsos q̃q; & oẽs res iuxta modũ & mẽsurã luminis, iuxtaq; dei uolũtatẽ ac proprij intellectus nobilitatẽ. Secũdo donũ intellectus cõparat splendori seu radio solis ratione caloris, quẽ p splẽdorẽ sol rebus inducit. Hic eqdẽ calor p utilitatẽ ac fœcũditatẽ toti mũdo cõmunis est. Hic calor frequẽter magn⁹ efficit. Similiter dũ ratio nr̃a p donũ intellectus ut dictũ est, clarificat, ipsa uolũtas q̃ est uis amatiua, sępe feruet & calefit, etiã quãtũ ad alios, gñaliter in opulẽtis effluxibus se cõmunicãdo cũ fidelitate atq; amore: qm̃ donũ intellectus parit in nobis quẽdã amplũ & gñalẽ amorẽ p ueritatis cognitionẽ quã ex eius claritate pcipimus. Nos aũt in nostro fundo simplices permanere debemus, & oẽs res p illuminatiuã rationẽ cõsiderare, ipsasq; p † gñalẽ amorẽ pfluere seu cõmunicatiue penetrare: queadmodũ sol cœli, q̃uis eius claritas toti mũdo cõmunis sit, nihilominus in se simplex intransmutatusq; permanet. Simpliciores aũt sunt ordinationes magisq; pacati in seipsis: profundius q̃q; in deo demersi, & intellectu clariores, atq; in bonis opibus multipliciores: in amore etiã influẽte ul' se cõmunicãte † generaliores: & qa deo similiores existunt, minus impediri uel distrahi possunt. Ita debemus deo per Christũ obuiare, eiq; in † generali assimilari amore. Simplicati q̃q; per lumẽ gratię dei & dono intellectus, debemus omnem similitudinẽ pertrãsire atq; in essentiali unitate deo uniri. i. ipsi deo immediate cõiũgi seu adhærere: semperq; debemus cũ deo in unione manere, & cũ deo ac oĩbus sanctis perpetuo in cõmuni amore effluere: semp quoq; ecõtra in grãrũ actione & gratitudine ac laude adintus cõuerti, atq; fruitiuo amore à nobisipsis in deo demergi in essentialẽ quietẽ. Ista est opulẽtior uita, quã ego inqt doctor diuinus cognosco. Porro prędicta rationalis cõsideratio doni intellectus secũdũ multiplices differẽtias opulentię dei. i. diuinarũ perfectionũ, spiritũ nostrũ lętificat, si nobisipsis per claritatẽ diuinã fuerimus mortui & deo uiuẽtes, atq; in spũ cõuersati, resq; æternas sapiẽtes. Quãuis aũt ipsa opera dei omnes homines intelligere possint, & deum per suos effectus seu opera speculari, tamẽ ipsas proprietates operũ dei nullus cognoscere ualet sensitiue, nec sensum internũ, immo nec proprie intelligere potest, iuxta modũ fundi eorũ, nisi per donũ intellectus quod nemo sine gratia habet. Hæc de dono intellectus inducta sunt secundũ doctrinã doctoris diuini in libro de ornatu spiritualis despõsationis: in quo alia multa pulcherrima atque profunda de donis conscripsit: qui-

Aliâs cõnaturalem.

Al. connaturaliores.

Al. cõnaturali.

bus & aliã multa admiſcet,ſecũdũ q̃d ſpiritui ſancto cõplacuit animã huius uiri dirigere.

Articulus XXV. Solutio dubitationis de unitate doni intellectus.

HAbet inſuper quęſtionem, qualiter donũ intellectus q̃d circa tãta uerſat obiecta,
tãtosq; fortit effectus,unũ exiſtere poſſit.Dona eñ ut dictũ eſt, ſunt habitus qdã:
habitus aũt diſtinguunt ſecundũ obiecta. Et reſpõdendũ,ꝙ ſicut fides eſt una in
ſpecie propter ſui obiecti quod eſt ueritas prima unitatẽ formalẽ, q̃uis obiecta ei⁹
materialia ſcilicet res ipſæ ſint credendæ plura, ſic de dono intellectus ſentire oportet. Eſt
eñ principaliter circa ueritates fidei quantũ ad articulos qui de creatore tradunt:ſecunda-
rio uero circa ueritates creatas intelligẽdas. Vnde & ſapiẽtiæ donũ unũ exiſtit, q̃uis nõ ſolũ
præſtet recte & ſapide iudicare de diuinis,ſed etiã de creatis actibusq; humanis ſecundũ ra
tiões diuinas. Cõtẽplãdũ eſt quippe, ꝙ lumẽ doni intellectus ſeu ipſe intellectus q eſt lumẽ
ac donũ,ſit quædã participatio luminis intellectus diuini. Ideo ſicut lumen intellectus diui-
ni ſimplũ unũq; permanens, omnẽ ueritatẽ perſpicit & intime penetrat, ita & lumen doni
intellectus ſuo modo in uirtute luminis increati,mentẽ tã uehemẽter illuſtrat,ut per ipſum
q̃uis ſimplex perſeueret,ac unũ omia prædicta intelligat,cunctosq; effectus prætactos ob-
tineat.

Articulus XXVI. De neceſſitate doni intellectus.

FIdes deniq; nuda ad ſalutem non ſufficit:eius eñ non eſt niſi aſſenſum præbere cre
dendis:ſed ultra talem aſſenſum exigitur à nobis quędam ipſaꝝ ueritatum creden
daꝝ cognitio, quæ per donum intellectus confert. Vnde & Chriſtus rudes adhuc
Mat.15. diſcipulos increpans. Adhuc inquit & uos ſine intellectu eſtis? Quoniam aũt fides
eſt de ſupernaturalibus ac incomprehenſibilibus, ideo ad talia intelligenda naturale lumẽ
rationis non ſufficit, ſed neceſſarium nobis eſt ſupernaturale lumen doni intellectus quod
ſpiritus ſanctus infundit:per cuius doni ſplendorem atq; uirtutem, naturale lumen fortifi-
catur, & item perficitur ad prædictarum ueritatum ſortiendam notitiam. Vnde & ſpiritus
Pſal.31. ſanctus uiro iuſto promittit: Intellectum inquiens tibi dabo,& inſtruam te. De his uero,qui
Pſal.48. hoc dono priuãtur ait ſcriptura: Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt
iumẽtis inſipientibus. Nã ſicut oſtenſum eſt, per hoc donũ cognoſcit homo ſeipſum,& inti-
ma ſua ſupnaturaliter ſcrutat,& ſpeculat imaginẽ ſupgloriosiſſimæ trinitatis ſibi ipreſſam:
ac alia dei munera tam naturæ q̃ gratiæ intelligit, & oĩa deo cũ laude & gratibus aſcribit ac
Richardus. tribuit. Hinc eñ Richardus teſtat, ꝙ hoc exercitio intellectus oculus cordis mundat,inge-
niũq; acuitur,intelligentia dilatat. Ignorat homo quãtũ ſub pedibus eius omis mũdana glo
ria iaceat,qui cõditionis ſuæ dignitatẽ nõ penſat. Neſcit homo quid de ſpiritu angelico, q̃d
de ſpiritu diuino ſentire oporteat,qui ſpiritũ ſuũ prius nõ cogitat: Si nondũ idoneus es in-
gredi ad te ipſum,quõ illa ſuperna quæ ſupra te ſunt conſpicere uel introire ualebis? At ue-
ro ut ſanctus Thomas affirmat,cognitio ſenſitiua & intellectiua differunt: qm̃ ſenſitiua co-
Thomas. gnitio circa accidẽtalia & exteriora reꝝ uerſat: intellectiua ꝟo cognitio interiora ingredit,
& uſq; ad intuendã reꝝ eſſentiã,& ꝓprietates occultas puenire molit. Intellectus ergo deſi-
gnat intimã ac penetratiuã rei notitiã. Nã intelligere dicit quaſi int⁹ legere: eo ꝙ eſſentiã rei
ſub exterioribus ac ſenſibilibus formis latentẽ ingrat & noſcat. Multa aũt interius latẽt,ad
q̃ intellectũ penetrare oportet: qa ſub accidentibus uirtus occulta, ſub figuris ac ſimilitudi
nibus ueritas figurata,atq; ſub uerbis ſignificata,ſub effectibus q̊q; cauſa: & uiceuerſa. Hoꝝ
aũt penetratiua & clara cognitio,pſcrutatio ſeu expoſitio,naturalẽ rationẽ excedit: propte
rea indiget homo ſupnaturali dono intellectus. Quis eñ aliter diuina myſteria,prophetaꝝ
oracula,ſcripturaꝝ latibula intelligere enodareq; poſſet, pſertim cũ ſacra ſcriptura à nemi-
ne rite atq; pfecte intelligi ualeat, niſi q ſpm̃ illũ ductorẽ doctorẽq; habet,cuius inſpiratiõe
2.Pet.1. locuti ſunt dei hoïes apl'i ac ꝓphetæ. Hoc itaq; donũ intellect⁹,mẽtẽ de ꝟitate fidei prorſus
certificat: & ꝙ propter naturales argumẽtatiões à fide recedẽdũ nõ ſit: oñdẽsq; q̃ poſſibilia
ſunt oĩa deo: q̃q; multipliciter ac euidẽter de⁹ fidẽ Chriſtianã firmauit p uaticinia ꝓphetaꝝ,
per oĩa mirabilia quæ Chriſtus in mũdo peregit: & quæ tẽpore ſuæ paſſionis in cœlo ac ter
ra fiebãt: p dæmonũ expulſiones: p infinita atq; inaudita prodigia, q̃ beatiſſimi apl'i & ſuc-
ceſſores eoꝝ fecerũt: p incõparabilẽ ſanctitatẽ legis Chriſtianæ,& eoꝝ q in ea perfecte cõ-
uerſant & optime uiuunt. Poſtremo per occultiſſimas inſpirationes: per ſuauiſſimas cõſola
tiones: per admirãdas uiciſſitudines: quas meliores Chriſtianoꝝ uberrime ſentiunt. Per cõ-
ſiderationẽ quoq; mirabiliũ quæ in natura contingunt: ut ꝙ parua pupilla, totius emiſſarij
formã ac ſpeciem recipit: atq; per alias cõſiderationes naturæ reꝝ innumeras, ſtabilit ratio
in fidei ueritate, dono intellectus mentem ad iſta ſubleuante & illuſtrante.

Articulus XXVII. Qualiter intellectus & fides simul haberi ualeant de eodem.

Mirum præterea fortassis uidetur, quomodo de eadem ueritate possit aliquis fidem habere & intellectũ. Intellectus enim ut dictum est, designat clarã ac intimam seu penetrantẽ rei notitiã: fides uero est de non apparentibus: est enim argumentũ non apparentiũ. Deniq; Gregorius ait, ꝙ fides non habet agnitionẽ, sed credulitatẽ. Non ergo stant simul intellectus & fides, cum uideãtur contraria. Christus ꝗꝗ nõ habuit fidẽ: qm̃ ea quoꝝ ẽ fides, clare ac penetratiue cognouit, ergo nec reliqui donum intellectus habentes, fidẽ habẽt. Et respondendũ, ꝙ dupliciter dicit aliquid clare intelligi. Primo dũ per propriã speciẽ cernit, & ipsa ueritas perfecte uidet quõ in seipsa se habeat. Sic autẽ in præsenti uita cognosci non possunt ea quæ directe sub fide cadũt, uidelicet articuli fidei: sed in patria conspiciunt. Nũc em̃ uidemus per speculũ in ænigmate: tunc autẽ cognoscemus queadmodũ cogniti sumus: quia uidebimus deũ sicuti est: modo uero ambulamus per fidẽ nõ per speciẽ seu similitudinẽ deũ atq; diuina pfecte & adæquate repręsentantẽ. Vnde Apost. Nunc inquit cognosco ex parte: cũ aũt uenerit ꝗd perfectũ est, id est cũ deus ostenderit se sine forma creata intermedia conspiciendũ, euacuabit ꝗd ex parte est, id est imperfectio cognitionis cessabit. Secũdo dicit aliquid clare intelligi seu penetrãter cognosci, quoniã ueritas eius tam lucide animo innotescit, ꝙ propter nullã instantiã uel exteriorẽ apparentiã ab ea discedere uelit, quãuis ipsa in seipsa per speciẽ propriã nondũ elucescat: & ita per donũ intellectus dicimus credenda cognoscere. Christus uero fidẽ non habuit, qa secundũ primũ modũ ea cognouit. Possunt autẽ ad quẽlibet articulũ fidei pulchrę probationes adduci: quæ quãuis demõstratiuę non sint, euidẽter tñ ostendũt fidẽ non esse contra rationẽ naturalẽ ue legẽ, sed supra eas. Vnde patescit, ꝙ nõ sit irrationalis uel de impossibilibus, sed diuina & supnaturalis: & merito nõ debet quippiã propter iudiciũ sensuũ exterioꝝ aut argumẽta humana fidẽ relinquere: cũ omnia fidei fundamenta supnaturalia sint atq; diuina: nec debemus solũ attendere qd dicat, sed qs dicat. Si em̃ Christũ credimus deũ ac hominẽ, debemus certissime fidẽ eius sectari. Si uero quis scire desideret Christũ eẽ deũ ac hominẽ, discat & penset, qd de eo in noua ac ueteri lege conscriptum sit: qualia opera eius fuerunt: quid eius ministri in uirtute ipsius egerunt.

Articulus XXVIII. An intellectus qui est donũ, sit speculatiuus an practicus.

Porro quæ ante inducta sunt de hoc, an sapiẽtia quę est donũ, sit speculatiua uel practica, hic quoq; tãgi possent. Queadmodũ em̃ Thomas respõdet, ꝙ sapiẽtia primo atq; precipue sit speculatiua inquantũ cõcernit diuina, secũdario autẽ est practica prout de actibus humanis iudiciũ profert secundũ rões seu leges diuinas, ita affirmat ꝙ intellectus principaliter speculatiuus existit: quoniã primo & maxime circa diuina & supernaturalia, quæ directe cadunt sub fide, uersatur: secũdario autẽ extat & practicus eo ꝙ se usq; ad actus humanos considerandos ac regulandos extendat sicut ostensum est. Vnde & scriptũ est: Intellectus bonus omnibus facientibus eũ. Contemplandũ est equidẽ, ꝙ actuũ humanoꝝ duplex est regula: scilicet naturalis, quæ est ratio, & sic non cadunt sub fide: & supernaturalis, quæ est lex diuina quæ docet nos actus humanos ad æternã beatitudinem ordinare, atq; secundũ illius exigentiã regulare siue dirigere: sicq; cadunt sub fide. Sed quia à principali obiecto ultimatoq; fine habitus sortitur, ideo sicut de sapientia dictũ est, ꝙ sit simpliciter speculatiua, quamuis sua uirtute ad practica se extendat, sic de dono intellectus asserere par est: principaliter enim ad diuinorum sub fide cadentium ueritates perspiciendas ordinatur: nec actus humanos considerat nisi propter hunc finẽ suũ præcipuũ. Vnde & Anselmus in libro de similitudinibus, asserit hæc duo dona, uidelicet sapientiã & intellectũ, ad uitã contẽplatiuã respicere. Deniq; quod inducitur de Psalmo, scilicet, Intellectus bonus omnibus facientibus eũ, non obtinet, ꝙ donũ intellectus sit practicum: Ibi enim præmittitur, Initiũ sapientiæ timor dñi: moxq; adiungit: Intellectus bonus omnibus facientibus eum: id est deum timentibus: quia timorate uiuẽdo donum intellectus manet, crescit, fitq; perfectum in nobis. Bonitas igitur intellectus non consistit præcipue in operãdo sed contemplando, quamuis sine bona operatione intellectus esse non ualeat bonus. Veruntamen sicut præhabitũ est, ꝙ positio Thomæ possit saluari circa sapientiæ donum, ita & circa intellectum posset defendi: quamuis ista responsio absolutior efficaciorq; putetur. Nam & doctor diuinus in expositione mystica tabernaculi Moysi euidenter astruit, ꝙ sapientia & intellectus ad dexteram pertinent, uitamq; internam respiciunt.

Articulus XXIX. An donũ intellectus omnibus gratiã gratificantẽ habẽtibus, insit.

Obiectio. Fides. Hebræ. 11. Gregorius. Responsio. 1. Cor. 13. Eodem. Thomas. Psalm.

VErum si rite recordor iam fassus sum, dona spiritussancti non tantū sibi, sed & charitati ac gratiæ esse cōnexa. Quicunq; ergo unū donū sortitus est, omnia dona habet. Rursus, quicunq; in charitate & gratia est, omnia quoq; dona à spiritu sancto adeptus est. Clarū est ergo, quoniā omnis qui gratiā gratumfacientē habet, dono intellectus non caret. Veruntamē difficile puto hoc posse concordare prædictis. Pertinet enim ad donum intellectus fidei ueritates cognoscere, penetrare, perspicere. Hoc autē multi simpliciani non habent, qui tamen meriti magni existunt. Et respondendum q͂ omnis qui gratiā habet, donū quoq; intellectus recepit quantū ad ea quæ quisq; scire uel credere obligatur. Multi nēpe illiterati ex interna illuminatione spiritussancti in fide firmissimi sunt, nec apparet eis quicq̃ tam uerū ac rectū, ut fides, quamuis ipsi causas seu rationes fidei Christianæ subtiles & proprias, distincte & exquisite explicare non possint. Insuper, quicunq; gratiā habet, eius uoluntas ad deū recte directa consistit: sed rectitudo uoluntatis ex rectitudine rationis dependet: non enim quippiā cupit uel amat uoluntas, nisi quod ratio præapprehendit & uoluntati demonstrat. Quemadmodū aūt uolūtas ordinatur ad deū per charitatē, sic ratio per donū intellectus: qui etiam charitatē introducit ad deū: sicut itaq; omnes qui gratiā sortiuntur charitatē habent, ita & intellectum. Si enim ista cognitio quā per donū intellectus à spiritu sancto sortimur, necessaria nobis non esset, Ioānes in prima sua Canonica non dixisset: Scimus quoniā filius dei uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus deū uerum. Sed & ipse saluator: Ego inquit in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mūdum, ut testimoniū perhibeā ueritati: quā utiq; sine dono intellectus intueri nequimus neq; percipere. Postremo de donis sapientiæ & intellectus dantur in sacra scriptura præcepta: Dicitur enim in Deuteronomio: Hæc est uestra sapientia & intellectus coram hominibus, ut audientes uniuersi præcepta hæc, dicant: En populus sapiens & intelligens. Itaq; sapientia atq; intellectus fideliū, in præceptis diuinæ legis consistit: quorū quædā dantur de fide, cuius ueritates diuinas hæc dona præsertim contemplantur atq; concernunt: quædā de iustitia quā dictat ratio naturalis, in cuius iustitiæ executione regulamur per dona prædicta secundū leges diuinas: debēt enim uniuersi uere ac plane Christiani, tam iuste ac sancte conuersari, ut cunctis etiā peruersis & ethnicis ex eorū conuersatione purissime innotescat legē illā esse diuinā ac mundā, quæ uitā huiuscemodi docet. Hoc est quod excellentissimus ille archiapostolus in prima sua Canonica astruit: Hæc est inquiens uolūtas dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentiū hominum ignorantiā. Et rursus: Charissimi obsecro uos tanq̃ aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desideriis, quæ militāt aduersus animā: conuersationē uestrā inter gentes habentes bonā: ut in eo quod detrectāt de uobis tanq̃ malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes, glorificent deū in die uisitationis. Deniq; unigenitus dei ad hanc perfectionē nos hortās, Sic luceat ait lux uestra corā hominibus, ut glorificent patrem uestrum qui in cœlis est.

1 Ioh. 5. — Deu. 4. — 1 Pet. 2. — Ibidem. — Mat. 5.

Articulus XXX. Quòd nemo habet donum intellectus, nisi qui gratiam gratumfacientem à deo adeptus est.

HAbet præterea difficultatē, an soli gratiam gratificantē habentes, donū habeant intellectus: in quo enim inueniuntur actus alicuius habitus, in illo uidetur esse & habitus. Actus autē doni intellectus, est fidei ueritates perficere, ratiōesq; articulorum fidei subtiliter uel certitudinaliter cernere: ita ut nulla rationis instantia, aut sensuū apparentia queat animæ contrariū fidei persuadere. Istud autē uidetur multis uiris eruditis quāmuis superbis ac impiis eminentius cōuenire, q̃ multis simplicioribus ual de deuotis: imo nonnulli eruditi quamuis maligni, fidē sciunt defendere, persuadere, elucidare: quod multis optimis Christianis impossibile extat. Et respondendū, q͂ donū intellectus perficit rationē humanā non qualitercūq;, sed inquantum bene mobilis ac dirigibilis à spiritu sancto circa notitiam ultimi finis, aut certe ueritatū aliarū in ordine ad ultimum finem. Hæc autem directio mentis in cognoscendo data à spiritu sancto, consistit in uera æstimatione de ultimo fine. Porro uera æstimatio errorē excludit: qui uero ultimo fini seu deo glorioso & sancto non adhæret tanquam summo ac optimo bono, circa ipsum errat: unde nec uerā de ipso æstimationē accepit. Hinc nanq; Apostolus dicit: Dicunt se nosse deū, factis autē negant. Talis igitur æstimatio recta & non erronea de ultimo fine, est actus doni intellectus. Cum ergo æstimatio talis sine charitate & gratia esse non ualeat, nec queat sine spiritussancti instinctu haberi, palam, q͂ nemo habeat sine gratia donū intellectus. Hæc est responsio Thomæ in secunda secundæ, q. 8. cui doctor diuinus omnino concordat. Nempe

Titum 1.

ut

ut patuit ipse ait, ꝙ licet quilibet possit deum ac diuinos effectus & deum per eos cognoscere, nemo tamen ualet hæc ipsa sensitiue uel secundum sensum internum, seu secundum modum fundi eorum intelligere, nisi per donum spiritus sancti: & hęc responsio stabilitur uerbo discipuli, quem diligebat Iesus, dicentis: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 1.Ioh.2.

Articulus XXXI. De distinctione & conueniētia inter dona sapiētiæ & intellectus.

Constat itaq; ex præinductis, ꝙ sapientia & intellectus prout dona dicunt, in multis conueniunt. Vtrunq; enim principaliter circa diuina uersatur, id est circa ueritates quas fides catholica proponit de deo: utrunq; quoq; donorum istorum est speculatiuū, ac cæteris donis præstantius. Veruntamen in multis inuenitur differre. Primo, quia sapiētiæ est per saporē seu gustū de ipsa diuinorum ueritate certissime iudicare: intellectus uero est, ipsam ueritatē clare cognoscerē. Secundo, quoniā sapientia est finis ac fructus doni intellectus: Intellectus enim præcedit sapiētiam & introducit ad eā: quemadmodū cognitio præcedit iudiciū, & speculatio saporē uel gustū. Hoc est quod doctor diuinus in libro de tabernaculo Moysi ait: Magna est inquit distinctio inter sapientiā & intellectū: quoniā sapientia inducit nos unitq; deo: intellectus autē adducit nos, atq; accessum nostrū ad deū clarificat. Tertio differunt, quoniā sapiētia est circa diuina atq; æterna secundū se, contēplando uidelicet ea sine cōparatione seu ordine ad creata: intellectus uero est circa diuina & æterna per cōparationē seu relationē ad res creatas. Ait nēpe doctor diuinus, ꝙ donū intellectus docet nos clare & absq; labore contēplare diuitias dei seu perfectiones diuinas: & quomodo deus est effluēs seipso atq; cū donis suis: qualiter etiā nos ei adiungi debemus per nosipsos, ac cunctis uirtutibus quas adipisci ualemus. Donū autē sapientię rapit ac erigit hominē supra seipsum, faciens eū diuinis simpliciter intendere, liquefieri, annihilari: sibiipsi mori in amore atq; unione cū deo. Itaq; donū intellectus est supernaturale lumen, docens nos deū aspicere eūq; considerare secundū multiplices suas diuitias & bonitates, prout per eas aliquo modo se habet ad creaturas. Nam per donū intellectus consideramus sapientiā creatoris, inquātū ipsa est omniū gubernatiua ac prouisiua: iustitiā, inquantū est omniū iudicatiua ac retributiua: bonitatē, inquātū est omniū liberaliter causatiua & cōtētiua: potētiā, inquantū ē omniū creatiua. Porro p sapiētiæ donū contēplamur hęc ipsa ac alias proprietates diuinas secundū se & sine habitudine ad creata. Quartā ꝑterea distinctionē inter hæc dona ponit Magister Sententiarum lib. 3. Sapiētia ait proprie est de æternis, q̄m ueritati æternæ contēplandę intēdit: intellectus uero est nō solū de æternis, sed etiā de inuisibilibus & spiritualibus tēporaliter factis: id est de angelis & animabus humanis. Itaq; per sapientiā creator tantū conspicitur: per intellectū uero creator & creaturæ quædā, uidelicet intellectuales aspiciuntur. Sic ergo donum intellectus se extendit ad plura q̄ sapientiæ donum, & ad hoc reduci potest quod Thomas affirmat: Asserit nanq; ꝙ per donū intellectus accipimus subtilem quandā ac intimam cognitionem eorum, quorum est fides. Fides autē non solum est de deo, sed de creaturis quoque nonnullis, præsertim intellectualibus. Per sapientiæ uero donū accipimus rectū sapidūq; iudiciū eorum quorum est fides quantū ad ipsa diuina atq; æterna: sicq; sapientia pauciora concernit q̄ intellectus: imo sapientia subtiliori simplicioriq; modo uersatur circa diuina q̄ intellectus: non solū in contemplando sed insuper in degustando: quāuis & donū intellectus in actu suo delectationē habeat admixtā: nō tamen adeo puram, uehementē ac deiformē, ut sapientiæ donū, quia non unit nos deo tam immediate ac intime quemadmodū sapientia. Quod enim donū intellectus in suo actu delectationē ac gustū quendā sortiat, hinc liquet, ꝙ doctor diuinus ait: Moriendo nobismetipsis suscipimus donū intellectus, illudq; sortiēdo nobismetipsis mox morimur, & inde in nobis exoritur spiritualis & expāsiua seu apertiua delectatio ad deū, quæ interiorē hominē nostrū semper peruiuacem facit ac uigilem.

Margin notes: Ioannes Ruisbroech. — Idem. — Magister Sententiarum. — Thomas. — Ioannes Ruisbroech.

Articulus XXXII. De tribus in distinctione donorum obseruandis.

Qvoniam sacra scriptura dona enumerans explicat ea non utiq; nomine doni sed spiritus, sic q̄ppe propheta effatur: Requiescet sup eū spiritus dn̄i, spūs sapiētiæ & intellectus, spūs cōsilii & fortitudinis, &c. idcirco distinguēdo dona à uirtutibus, debem⁹ ut ait Thomas seq scripturā. Spūs aūt impulsionē seu motionē quandā designat: & ergo dona p hoc à uirtutib⁹ differūt, ꝙ faciūt mētē creatā bn̄ capacē inspirationis diuinę, prōpteq; mobilē à spū sc̄tō, & eius impulsum delectabil'r assequentē: quēadmodū uirtutes faciūt uirtuosum bn̄ sectari rōis iudiciū: & istud frequēter prætactū recordor. Esaie 11.

Secundo

Secundo in distinctione donorũ obseruare & sequi debemus coniunctionẽ ac combinationem, quam obseruat propheta: Nam sex prima per tria paria sibi combinat: ultimum uero per se ponit. Duo ergo combinata adinuicẽ, specialẽ conuenientiam habent inter se, distinctionemq; ab aliis: & hoc nunc de sapientia & intellectu innotuit. In sequentibus quoq; de aliis innotescet. Tertio diligenter considerare debemus in distinctione donorum proprietatem & uim nominum, quibus scriptura exprimit dona: quemadmodũ Dionysius in descriptione ordinũ angelicorum, præsertim attendit uim terminorum seu nominũ quibus scriptura angelos nominat: In combinatione autẽ donorum illud propheta obseruat, quod unũ illorum pertinet ad rationẽ, aliud ad uoluntatem: quoniã ratio uoluntatẽ dirigere habet. Vnde consilium fortitudini copulat, & scientiã pietati: consilium enim in ratione est sicut scientia, dirigitq; consilium fortitudinem in suo actu quemadmodũ scientia pietatẽ. Quamuis autẽ sapientia & intellectus quæ mutuo combinantur, in ratione fundentur & subiectentur, intellectus tamen sapientiam introducit. & sapientia affectũ magis concernit quàm intellectus: propter quod dictum est, quod sapientia perficit charitatẽ, intellectusq; fidem. Clarum est autem quod nomen sapientiæ à sapore imponitur. Nomen uero intellectus ab intima quadam perspectione impositum est. Ideo hæc duo dona per hoc descripta sunt atq; distincta, quod sapiẽtiæ est per gustum sapidum sapientialiter iudicare: Intellectus uero per clarum intrinsecumq; intuitum ueritatem cognoscere. Similis ergo processus in aliis donis seruabitur.

Dionysius.

Articulus XXXIII. Qualiter donũ intellectus obtineatur, conseruetur ac perficiat.

DEniq; anima uitiorum caligine nebulosa, capere nequit illustrationẽ splendidissimi radii spiritus sancti. Quamuis autẽ secundũ præinducta, omnis qui charitatem & gratiam habet, donum quoq; intellectus sortitus sit, sufficiantq; ad huius doni susceptionẽ & conseruationem quæ ad recipiendã conseruandamq; charitatem ac gratiã gratumfacientẽ sufficiunt, tamen quantò hoc donum spiritussancti sublimius atq; diuinius est, & dono sapientiæ magis propinquũ, tantò requirit mentẽ magis synceram ac stabilem, deiformiorẽ ac perfectiorem. Præsertim autem oportet eum qui in hoc dono proficere cupit, omnem carnalem dulcedinẽ, omnem uilẽ consolationẽ, omnem corporalem quietẽ contemnere: esseq; timoratum atq; solicitũ, ne inquinatũ quidquam incurrat, quo spiritualis oculus obtenebrari uel infirmari mereatur in radio intellectus, in consideratione mirabilium legis diuinæ, in illustratione spiritussancti. Porro ante omnia opus est, ut rationẽ perfecte ac plane subiiciat fidei Christianæ, seq; fidei cõsentire & obedire demõstret per condignã & sanctã atq; laudabilẽ uitã. Perfectionẽ quoq; doni intellectus à spiritu sancto adipisci conetur, non propriis uiribus, sed fidelissimis & incessabilibus precibus, superuacua, infructuosa studia detestãdo, & ad profectũ in lege & sapientia Christi omnia ordinãdo. Hinc quippe in Esaia scriptum est: Quem docebit dñs scientiam, & quem intelligere faciet auditum: Ablactatos à lacte, auulsos ab ubere, id est separatos à carnali mollitie & mundana consolatione, delicatisq; & exquisitis potu & esca. Om̃is em̃ qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus em̃ est: perfectorum autẽ est solidus cibus: eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Vnde & doctor diuinus testatur: Donum inquit intellectus, est supernaturale lumen suo splendore rationem nostram uolens clarificare in sua sublimitate, dummodo uelimus nosipsos intus erigere, huicq; lumini obedire: quoniã lumen istud ab interiore nostro homine exigit supergressionem atq; excessum, seu derelictionẽ sensuum, omniumq; sensibiliũ rerum atq; imaginum, moriendo naturæ & uiuẽdo in spiritu. Qui enim diuina contẽplari cupit, fideiq; profunda deo radiante cognoscere, indiget inferiora relinquere, animumq; simplificare, aciẽ mentis deo affigere, omnesq; cordis sui dispersiones abiicere.

Esaiæ 28.

Hebr. 5.

Articulus XXXIIII. De gradibus doni intellectus.

ADuertere demum necesse est ad prædicta lucidius intelligenda, quod quamuis uniuersi gratiam gratumfacientem habentes, dono intellectus ornentur in aliquo gradu, non tamen æque perfecte. Primus igitur gradus doni intellectus, est, quod per eum cognoscit homo fidei ueritatibus adherendũ quantum ad salutẽ necessarium est, considerando aliquam rationem fidei Christianæ, propter quam credere congruit. Nam spiritussanctus omni gratiam habenti ostendit ad minus aliquam fidei rationẽ per claritatem doni intellectus, ob quam fidei adhærendum cognoscit. Aliqui enim ad credendum mouentur propter testimonia prophetarum de Christo nouaq; lege. Aliqui ex consideratione sanctitatis & fidei præcedentium patrum. Aliqui ex consideratione multitudinis cre-

nis credentium. Nam & Bernardus fatetur sibi fidem Christi factam credibilem, propter credentium multitudinem. Aliqui ex consideratione miraculorum. Aliqui ex cōsideratione religiosorum & sanctorum uirorum quos quotidie uident & audiunt. Aliqui ex consideratione mirabilium quæ deus indesinenter operatur in rerum natura. Aliqui ex speciali inspiratione uel diuina uisitatione aut simili aliquo, quod in se experiuntur uel ipsis contingit. Porro secundus gradus doni intellectus est omnes uel certe præcipuas fidei rationes subtiliter speculari: sicq; tanto robustius in fidei ueritatibus solidari, quanto diligentius fidei fundamenta perpendit, intantum, ut ubertim miretur, q deus tam copiosissime & euidentissime dignatus est fidem catholicam approbare. Itaq; ad hūc gradū doni intellectus pertinet clare ac prōpte aduertere originē fidei, qualiter Christus usq; ad passionē & mortē paucos habebat credētes: quō oēs discipuli propter ignominiā passionis eius à fide ceciderunt: & clausi propter metū Iudæorū sederūt: quō Christus L. die spiritū sanctū eis trāsmisit, sicut ante passionē promisit: omniūq; linguarū ac scripturarū excellētissimā notitiā tradidit, & insuperabilē fortitudinē mēti discipulorū infudit. Quō discipuli ex illo cōclaui erumperūt neminē formidātes, accēsi igne spiritussancti, allegātes prophetas, perpetrātes miracula, conuertētes eos ad Christi adorationē ac fidē, qui paulo ante ora & manus laxabāt ad Christi blasphemiā atq; acerbissimā occisionē: q̄d certū est sine miraculis maximis fieri nō potuisse. Quō insuper deus per paucos apostolos uiros simplices, pauperes, illiteratos, abiectos & impotētes, uniuersum mūdū sibi subiecit, idololatriā extirpauit, atq; innumerabiles homines ad moriendū pro fide inflāmauit: quō fides inter tyrannorū persecutionē, & martyrū horrēda tormēta semp inualuit propter gloriosa & summa miracula, quæ deus circa fideles suos athletas ostēdit: quō apostoli & successores eorū mortuos suscitabant, ægrotos curabāt, in ignē illæsi manserunt. Hæc atq; similia infinita syncere cognoscere, ad secundū gradū doni intellectus spectare opinor. Postremo ad tertiū gradū eius id attinet, ut singulorū fidei articulorū proprias rationes ac fundamēta quis purgatissima acie ualeat cōsiderare, sicq; singulas fidei ueritates seorsum subtilissimo atq; certissimo mentis oculo queat delectabiliter speculari: cōtemplādo uidelicet, q̄ rationabilis sit fides superbenedictissimę trinitatis: tum propter testimonium scripturarum ueteris legis: tum propter euangelica testimonia & apostolica documēta: tum propter pulcherrimas persuasiones ex naturis rerum acceptas. Insuper contuēdo rationes fidei de incarnatione filii dei, oracula prophetarum, testimonia apostolorum, considerationes rationabiles quibus probatur hoc decuisse: sicq; de singulis fidei articulis siue particulis considerando propria fundamenta, & quomodo pene nihil de Christo asserunt, quin id à uatibus sanctis comprobetur prædictum: quomodo etiam uetus lex cum omni gloria sua post euangelii diuulgationem cessauit.

Bernardus.

Secundus gradus.

Tertius gradus.

Articulus XXXV. Quæ beatitudo correspondeat dono intellectus: quomodo etiam fides dicatur fructus doni intellectus.

AMplius, quoniam intellectus qui donum est mentem purificat atq; illustrat, diuini q; radii capacem constituit, ideo sexta beatitudo, uidelicet, Beati mundo corde, qm̄ ipsi deū uidebunt, dono intellectus respōdet. In hac em̄ beatitudine sicut in cęteris, unum perspectans ad meritum, scilicet cordis munditia dū dicitur: Beati mundo corde: aliud aūt ad præmiū, utpote uisio dei, dū addit: qm̄ ipsi deū uidebūt. Est aūt duplex mūditia sicut Thomas testatur: quarū una est dispositiua & quasi præābula ad uisionē diuinā: & hæc est emūdatio appetitus ab inordinatis affectibus atq; peccatis: fitq; per uirtutes ac dona uim appetitiuā ornātia. Alia uero est cordis mūditia, quæ est quasi cōpletiua respectu uisiōis diuinæ: estq; puritas intellectiuæ potētiæ à phātasmatibus atq; erroribus depuratę: qn̄ uidelicet anima contēplari ualet diuina, acie clara, sancta ac fixa. Hanc aūt mūditiā sortitur homo à spiritu sancto, partim per donū intellectus. Præterea uisio dei est duplex: uidelicet impfecta, quę est p fidē: & perfecta, quę est per speciē. Prima est per speculū in ænigmate: seu dū inuisibilia dei p ea quę facta sunt cōspiciunt: cū scilicet increata dei essentia p creatas imagines cernit: & hęc ptinet ad donū intellectus, prout in uia haberi potest. Perfecta uero uisio dei est, qua deus cognoscit in se sicuti est immediate ac clare, nō p speciē factā aut formā creatā, sed p seipsum, seu p unionē mētis creatę cū diuina luce atq; essentia, quæ beatis in patria copulat loco intelligibilis formæ. Hæc itaq; uisio dei pertinet ad donū intellectus, prout habet in patria. Porro fruct⁹ uocat operatio quędā delectabilis, uel delectatio ipsa. Fides igit prout fructus dicit doni intellect⁹, nō sumit p habitu q̄ ē theologica uirtus, sed pro certitudine fidei, uel certificatiōe quā intellectiua potētia ex dono intellectus conquirit.

Mat. 5.

Munditia duplex.

Visio dei duplex.

Roma. 1.

D. Dio-

Prouer.8. EGO SAPIENTIA HABITO IN CONSILIO, ET eruditis intersum cogitationibus. Postquam de præstantissimis duobus spiritussancti donis, uidelicet sapientia & intellectu sermo expletus est, modo de tertio dono puta consilio, per quod increata sapientia se corda nostra inhabitare affirmat, tractare incumbit. Hoc quippe donum consilii in scripturis nobis multipliciter commendatur: estq; necessarium ualde præsertim in arduis rebus & cauendis periculis, in quorum medio positi sumus.

Articulus I. Quòd donum consilij non sit idem quod uirtus prudentiæ: nec sit ipsa εὐβουλία, uel σύνεσις, uel γνώμη.

Prudentia Augustino testante est cognitio rerum appetendarum & fugiendarum. Secundum Philosophũ uero, est recta ratio agibilium. Per prudentiã enim dirigit intellectus omnes uirtutes morales in actibus suis: Ipsa enim inuenit & cõstituit medium in uirtutibus moralibus: Actus uero prudentiæ est præcipere: nam consilia ac iudicata applicat operi. Triplex quippe est actus rationis. Primus est consiliari: ad quod pertinet ueritatis inuentio in agendis. Hic uero actus ad uirtutem moralẽ quæ appellatur eubulia pertinet, atq; ex ea procedit. Est nanq; eubulia uirtus, per quã ratio est bene consiliatiua in his quæ uitã actiuã concernunt: & dicitur eubulia ab εὖ quod est bonum, & βουλὴ consilium, tanq̃ bene consiliatiua: estq; uirtus ista à prudentia distincta, quemadmodũ consiliari alius actus est q̃ pręcipere. Secundus actus rationis est de inuentis & consiliatis bene iudicare: quod est operatio uirtutis moralis quæ synesis nuncupatur: per quã efficitur homo in agendis bene iudicatiuus: estq; uirtus hæc dignior q̃ uirtus eubuliæ, eo ꝙ iudicare, sit actus dignior q̃ consiliari uel inuenire. Præterea γνώμη secundũ Philosophũ est uirtus bene iudicatiua de his, in quibus uicissim oportet à cõmuni legis præcepto recedere, magisq; respicere legislatoris intentionẽ q̃ uerba: ut ꝙ furiosis non est reddẽdus proprius gladius: nec impugnatori cõmunitatis restituendũ depositũ. Differt autem gnome à synesi sicut sapientia à scientia: Nam gnome altiora principia attendit q̃ synesis: quæ enim præter communem legem ac solitum cursum fiunt, in altiores oportet causas reducere. Vnde & gnome est dignior synesi. Nulla autem uirtutum est idem quod donum consilij seu ipsum consilium, quod donum perhibetur. Frequenter enim ostensum est dona esse à uirtutibus condistincta. Rursus probatum est, ꝙ dona sint non tam dũtaxat uirtutibus moralibus, sed intellectualibus quoq; perfectiora. Cum ergo consilium donum sit spiritussancti, prædictis uirtutibus moralibus extat præstantius, & diuersis ab eis diuersum. Insuper dona spiritus sancti sunt habitus supernaturales, nec adipisci possunt nisi à spiritu sancto ea creante: uirtutes uero prædictæ morales sicut & cæteræ, esse possunt habitus naturales & acquisiti: non ergo donum est idem cum aliqua prædictarum uirtutum moralium. Veruntamen magna est propinquitas inter prudentiam atq; consilij donum: Nam teste Philosopho prudẽtia haberi nõ ualet sine uirtutibus moralibus aliis: eius enim est applicare actũ rationis ad opus, non qualitercunq;, sed cũ rectitudine appetitus: quod esse non potest nisi per uirtutes morales passionum moderatrices. Hæc quoq; perfectio uirtutum moralium ad consilij donum obtinendum exigitur. Vnde nonnulli opinati sunt realiter idem existere donum consilii & uirtutem prudentiæ: differreq; solum in modo agendi: dicentes ꝙ prudentia nominatur inquantum procedit ex principiis iuris naturalis: consilium uero prout ex fidei procedit principiis. Huius autem opinionis error, clarius in sequentibus innotescet.

[Margin: Actus rationis triplex. — εὐβουλία. — σύνεσις — γνώμη. — Aristoteles.]

Articulus II. De triplici acceptione consilii.

Consilium deniq; primo accipitur pro deliberatione ad finem intentum utili atq; ualenti: sicq; consilium pertinet ad prudẽtiam. Secundo uocatur consilium ipsa persuasio consulẽtis de rebus excellentibus ad quas -(ducem) nõ obligamur: & ita dicitur Christus præceptis decalogi addidisse consilia, quæ sunt de operibus perfectionis & superogationis, ut illud: Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Et: Si quis te percusserit in unam maxillam, præbe ei & alterã. Tertio autem dicitur consilium prouidentia uehemẽter exercitatiua inter contemplatiua

[Margin: Vide num redundet. — Lucæ 14. — Mat. 5.]

atq;

atque actiua dona, existēs media & deliberatiua de operibus arduis siue sint determinata siue indeterminata: sicque consilii dicitur donum. Vnde consilium uersatur circa ardua, & per ipsum efficitur homo optime mobilis à spiritu sancto circa difficilia quæque seu ardua. Consilium igitur primo modo acceptum, est actus uirtutis moralis: sed tertio modo sumptū est donum spiritus sancti, & habitus seu habitualis perfectio rationis.

Articulus III. De necessitate doni consilii: & quomō consilium appelletur donum spiritussancti.

DIonysio edocente cognoscimus, quoniam prouidentia dei non tollit à rebus naturales eorum proprietates, sed causat, cōseruat ac perficit eas. Deus igitur unicuique influit, & singula mouet secundum dispositionem capacitatemque naturæ ipsorum. Vnde in euangelio legitur dominus unicuique dedisse seruorum secundum propriam uirtutem. Cum ergo sit homo naturaliter discursiuus seu inquisitiuus & ammiratiuus cum sit rationalis, naturale est ei moueri ac instrui per modum consilii à superiori sapientiorique causa. Idcirco spiritussanctus qui est omnium ueritatum examen & cognitor, mentem rationalem mouet seu dirigit, inspirando per modum consilii quæ uera sunt atque accommoda. Sed quoniam actus actiuorum sunt in patiente disposito, estque necesse recipiens proportionari influenti, ideo ad hoc quòd anima sit realiter bene mobilis, spiritus sancti influxum & inspirationem faciliter aduertendo, recipiendo & adimplendo, indiget perfectione congruenti, per quam ita moueatur à spiritu sancto: & hæc nominatur consilium. Denique, tale consilium necessarium extat homini. Primo ut capax sit directionis spiritussancti in omnibus, eiusque consilium requirat & impleat. Rursus, quoniam prudentia & eubulia prout sunt uirtutes morales, hominem ornant ut sit prompte mobilis à ratione, in his quæ humana industria ualet attendere & prouidere. Sed quoniam teste scriptura in libro Sapientiæ, Quæ in prospectu sunt difficile reperimus, & quia cogitationes mortalium sunt timidæ, & prouidentiæ nostræ incertæ propter innumerabilia contingentia & singulares euentus quæ quotidie possunt occurrere, ideo indiget homo eius consilio tanquam consilio à deo recepto: quemadmodum minus perfecti à magis perfectis quærūt consiliū. Dono ergo consilij in cunctis dirigimur, quæ ad finem ultimum seu uitam æternam ordinantur: siue sint de necessitate salutis sicut præcepta: siue non ut Christi consilia. Liquet quoque ex his, quod donum consilij prudentiam respicit, perficit, dirigit: ordinādo actus ipsius ad supernaturalem felicitatem, atque in his homini prouidendo, in quibus non sufficit uirtus prudentiæ. Sap. 9.

Articulus IIII. Quid sit ipsum consilium quod est donum: & de triplici actu ipsius.

HOc insuper aduertendum, quod donum consilij sicut præstantius est illo consilio de quo loquuntur philosophi, quod est actus prudentiæ uel magis eubuliæ, sic stabilius eo existit. Illud enim cōsilium cum sit actus uirtutis, non habet stabile esse in anima. Istud uero cum sit habitualis perfectio mentis creatæ, quemadmodum reliqua dona, fixum & firmum esse sortitur in anima. Vnde consilium prout donum uocatur, est habitus supernaturalis à spiritu sancto infusus, quo in operationibus humanis mouemur secundum consilium spiritussancti: id est secundum directionem eius qua nostra consilia dirigit, uel certe uicissim præueniendo inspirat. Deus nempe cum sit summe bonus ac sapiens, omnibus consulentibus eum, clare respondet: seque cunctis affabilem atque amicum uere ostendit: quemadmodum primo confessionū Augustinus testatur: Domine inquit omnibus te consulentibus eam simul respondes: & diuersa consulentibus tu liquide respondes: sed non omnes te liquide audiunt. Omnes enim unde uolunt te consulunt, sed non semper quod uolunt audiunt. Optimus minister tuus est, qui non potius nititur id à te audire quod ipse uult, sed magis id uelle quod à te audierit. Itaque ut possit rationalis creatura talium consiliorum dei esse efficaciter inquisitiua, perceptiua & executiua, indiget quadam supernaturali ac habituali dispositione, qua taliter mobilis fiat ad deum, à deo, secundum deum. Hæc autem dispositio appellatur donum consilii. Habet itaque triplicem actum: Primo nanque erudimur per ipsum ad discernendum quod uerum est. Secundo eleuamur per ipsum ad eligendum quod melius est. Tertio expedimur per ipsum ad exequēdum quod expedit. Primo enim inquirimus per rationem quid sit agendum: deinde per uoluntatem eligimus: & demum ad operationem procedimus. Consilium nanque atque electio non sunt de ipso fine ultimato, sed de his quæ ordinantur ad finem. Vnde secundum Damascenum, consilium Augustinus. Damascenus.

y est

est appetitus inquisitiuus, ratione directiuus, de his quæ sunt agenda aut omittẽda. Ex quo innotescit, ꝙ consilium proprie deo non competit: quippe qui nihil inquirere eget, & cui omnia æternaliter, imò & præsentialiter atq; infallibiliter clara ac nota sunt. Hinc enim Damascenus affirmat, ꝙ consiliari non conuenit nisi ignoranti naturę. Dicit enĩ Philosophus, ꝙ oportet tarde quidem consiliari: uelociter autem consiliata prosequi. Prædicti uero tres actus consilii, etiam prudentiæ siue eubuliæ competunt, sed non adeo excellenter, ut dono consilii: neq; ad tam excellentem finem, nisi fortassis per donum consilii ordinentur actus prudentiæ ad beatitudinem supernaturalem.

Damascenus. Aristoteles.

Articulus V. De dono consilii secundum doctorem diuinum.

Ioãnes Ruysbroech.

FRequenter in libris tractat doctor diuinus de donis spiritussancti. Deniq; in libro de tabernaculo Moysi, de dono consilii loquens, Consilium inquit est quidam internus intractus seu tactus spiritussancti nostram amorosam uirtutem interius tangens, & exigens quatenus omnem mundi occupationem, omnesq; homines ad extra trahentes, cunctam quoq; interiorem multiplicitatem fugiamus atq; uitemus, & spiritus unionem amemus. Hoc quippe Christus consuluit nobis dum ait: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes: id est exteriora relinque, & in teipsum conuertere, & sequere me in interna pace, in unione, in quiete. Ecce si istud consilium imitamur, tunc omni multiplicitati protinus morimur, adipiscimurq; amorosam inclinatiõem ad unionẽ, omniũ multiplicitatum obliuiscentes. Hoc est quod propheta ad nostram amorosam uirtutẽ profatur: Audi filia, scilicet consilium domini, & uide unionem, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui, id est obliuiscere omnẽ occupationẽ omnemq; creaturam, & tunc concupiscet rex decorem tuum: quia tunc dominus est deus tuus, & adorabũt eum omnes uires tuæ: sicq; perpetuo offeremus ei: quia potentia nostra amatiua semper inclinabit in spiritualem unionem. Hæc autem inclinatio amorosa est oleũ pacis nostrę internæ, qua omnes aduersarios nostros effugamus, perpetuamq; in deo quietem acquirimus, dũmodo habeamus in ea unionem spiritus sibiipsi in amore demersi in uniõe dei: sicq; interiorẽ simplicitatẽ sortimur, in qua nostrã clarificatã spiritualẽ conuersationẽ corã deo fundare debemus: sic quoq; introuersi manebimus: & deus iugiter habitabit in nobis, nosq; in ipso. At uero istis concordant & consonant, quæ idẽ doctor in libro spiritualis desponsationis adducit: Dono inquit cõsilii deus pater hominẽ interius trahit, atq; inter electos suos ad dexterã suã eum constituit in unione: sed & filius spiritualiter dicit sequere, quoniã unũ est necessariũ: spiritussanctus etiã cor eius patulũ facit, atq; diuino amore accendit: ex quo furiosa quædã uita causat: importunitasq; ab intra: quoniã qui consiliũ audit, in amore tempestuosus fit, nec quippiã nisi deus ei tunc sufficit. Ideo seipsum & cuncta relinquit, quatenus eũ in quo ipse uiuit & in quo omnia unũ sunt, inueniat. In his autẽ diebus unusquisque deũ pure intendere, seq; per rationẽ artare ac proprię uoluntati renuntiare debet propter unionẽ cũ deo optatã. Debet quoq; eã libere & fiducialiter expectare, quousq; deus eã prestare dignetur: quod si egerit, tunc spiritus consilii duplicatur in eo. Magnus est enim qui ordinationes atq; consilia dei expectat & sequit ipsum, omnia derelinquens: ac sine contẽtatione in rebus præsentibus cum ardenti & itẽ furioso amore proclamãs, adueniat regnũ dei. Veruntamen maior est, meliusq; consilia sequitur, qui propriã uoluntatẽ in amore uincit & abnegat, deoq; obedientẽ ac subiectã dignificationẽ seu uenerationẽ in omnibus rebus exhibet dicens: Fiat uoluntas tua non mea. Nam Christus passioni propinquãs, hoc uerbũ ad patrẽ in humillima suiipsius annullatione dixit: eratq; uerbũ hoc Christo iocũdius atq; honestius, deo patri amabilius, nobis utilius, dæmoni confusibilius, q̃ aliud aliquod uerbũ quod unq̃ locutus est: quoniam in abnegatione propriæ uoluntatis Christi secundũ naturam humanã, omnes redempti saluatiq; sumus. Deniq; hoc modo fit diuina uoluntas amãti ac humili homini maior sua lætitia, uehementiorq; delectatio secundũ sensationẽ seu gustũ spiritualẽ, dato per impossibile, ꝙ deus uellet eũ in infernũ descendere æternaliterq; perire. Hic natura usq; ad infimum est depressa: deus uero hic est ad supremũ eleuatus & exaltatus. Homo etenim talis, est humilis, omniumq; diuinorum susceptiuus donorum: quoniam seipsum abnegauit, propriæ uoluntati renuntiauit, & totum pro toto largitus est, nilq; pro illis requirit uel cupit nec uult nisi quod deus conferre uoluerit: eo quòd uoluntas diuina facta sit sua maior lætitia. Qui autem seipsum in amore resignat, liberior extat quàm aliquis uiuens: sed & sine cura uiuit, quoniam deus quod suum est, perdere nequit. Hinc nempe deus, quamuis omnia ei nota consistant, quosdam tamen tentat ac probat, si

Matth. 19.

Psal. 45.

uere abnegauerunt seipsos, ita ut clarificari & deo honeste sibiq; utiliter uiuere possint. Vnde uicissim tales à dextero latere ad sinistrũ latus transponitur: uidelicet ab ingenti animi uoluptate ad magnũ exiliũ: uideturq; talis quasi à deo omniq; creatura contẽptus atq; relictus: sed si antè in amore ac spirituali lætitia seipsum ac propriã uoluntatẽ abnegauit, sic ꝙ nihil quod suum est quæsiuit, sed beneplacitam dei uoluntatem in omnibus, in pœna quoq; atq; exilio seipsum totaliter abnegabit nil suum requirens: sed dei honorem in omnibus. Nam qui uoluntarius est ad magna operanda, est etiã prõptus atq; spõtaneus ad magna æquanimiter toleranda.

Articulus VI. De aliquali elucidatione prædictoꝝ.

Liquet ni fallor ex dictis, ꝙ donũ consilii sit dispositio radicata seu habitualis in anima, per quam in dubiis, in arduis, in faciendis uel omittendis de quibus intra se cõsiliatur, prompte efficitur mobilis, docilis ac inspirabilis à spiritu increato, qui nostræ rationis consilia dirigit, nostramq; infirmitatem in omni inquisitiõe corroborare ac regere ualet. Debemus quippe in consiliando semper in deo confidere: eius quoq; opem semper optare quemadmodum Tobias ait: Pete à deo ut uias tuas dirigat: & omnia cõsilia tua in ipso permaneãt. Nam saluatore testãte, Spiritussanctus suggeret uobis omnia. Vnde in psalmo cantamus: Tribuat tibi dominus secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet. Per donum enim consilii, deus omnia nostra confirmat consiliatiua scrutinia. Versatur autem donũ consilii circa actus humanos, inquantũ cadunt sub fide & referuntur ad finem felicitatis æternæ, nec solum concernit actus quibus euangelica Christi consilia adimplere conamur, sed etiam operationes quibus mandata seruamus: imo consilium istud directiuum est rationis in omni operatione humana, faciens rationem spiritus sancti instinctum sectari, atq; in agendo & sustinendo regulas legis diuinæ intueri ac assequi. Principaliter tamen uersatur circa operationes difficiles de quibus danť consilia, quæ ad perfectionẽ supererogationemq; pertinent. Consiliũ itaq; ordinatur ad opus: estq; qualitas rationi impressa, ad sequenda consilia dei inclinans. Idcirco doctor diuinus ait ipsum consilii donum, esse internum intractum siue tactum spiritus sancti, nostram amorosam uirtutem, id est uoluntatem charitate ornatam, seu ipsam charitatem tangens. Ratio enim uoluntatem ad actum mouet & excitat: exigens ut omnem mundi concupiscẽtiam, omnesq; homines ad exteriora trahentes, cunctam insuper interiorem multiplicitatem, id est uarias cordis dispersiones & curas uitemus. Hoc palam est dici de dono cõsilii, prout uersatur circa opera perfectionis ac supererogationis. Sic enim dono consilii informamur, ut illud q̃d solum necessarium extat, tota intentione quæramus per contemplationem synceram, per dilectionem ardentem, per conuersationem perfectã: in solo deo pacẽ quærentes, quietem optantes, uniẽtes ei semper pro uiribus nostræ fragilitatis spiritum nostrum, ut simus unũ cum deo. Nam qui ei adhæret unus spiritus est, non per essentiã, sed per affectum. Vnde in sequentibus uerbis secundũ doctorem istum inductis adiicitur, ꝙ ex dono consilij & actione ipsius, furiosa quædã uita causatur & importunitas ad intra. Qui enim consilii huius directionẽ recipit, uehementer accenditur ad imitanda consilia Christi, in quibus docemur cuncta relinquere, totumq; affectum deo immergere: nil quoq; quod à deo elongat admittere: sed debet homo iste se per rationem artare, & non spiritus æstuantis feruorem sectari quantum ad exterioris hominis exercitationem: quatenus ratiõabile sit suum obsequium: nec plus facere uelit q̃ ualet. Longum autem & ualde prolixum foret uniuersa uerba prędicta exponere: sed istis intellectis, cætera arbitror posse facilius capi. Præterea cõstat ex his, ꝙ ad donum consilii pertinet ueritatis apprehensio, sicut in prima secundæ Thomam asserere fassus sum. An uero uel qualiter spectat ad donum consilii iudicium de ueritate iam cognita, quod Thomas in secunda secũdę ei ascribit, non planũ est sed plenius inquiretur.

Tob. 4.
Iohan. 14.
Psal. 19.
Consensiones.
Doctor diuinus.

Articulus VII. De gradibus doni consilii: & ꝙ donum istud omnibus gratiã gratumfacientem habentibus insit secundum aliquem gradum.

Quoniam itaq; cogitationes mortalium sunt timidæ, atq; incertæ prouidẽtiæ nostræ, nec ualet quispiam sine consilio diuini instinctus nostra consilia dirigentis ad terram uiuentium peruenire, iuxta illud Psalmographi, Spiritus tuus bonus deducet me in terram uiuentium, propterea primus gradus doni consilii est, per quem susceptiuus est homo cõsilioꝝ spiritussancti quantum ad ea quæ necessaria sunt saluti, uidelicet ad obseruanda pręcepta: imo qui isto consilii gradu non decoratur, in statu condemnationis consistit, quemadmodum in Esaia scriptum est: Væ filii desertores dicit dominus, ut faceretis consilium & non ex me, & ordiremini telam & nõ per spiritum meũ.

Sap. 9.
Psal. 142.
Esaie 30.

Prouer.1.

Et in Prouerbijs sapientia ait: Quia uocaui & renuistis, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu uestro ridebo. Porro secūdus gradus doni consilii est, per quem euangelicis Christi consilijs aurem mentis inclinamus, & illa quantum professio exigit adimplemus, quamuis ad consilia immediate non obligemur. Vnde qui regularem atque monasticam uitam profitentur, ad ea tenentur quantum ipsa religionis statuta seu regula postulat: & sicut omnes mortaliter peccant qui præcepta non seruant, sic qui consilia ad professionem spectantia transgrediuntur, mortaliter præuaricātur: consilium enim post uotum uim præcepti sortitur. Itaque per secundum doni consilii gradum ita à spiritu sancto in cauendis periculis faciendisque bonis dirigimur, quod ipsa consilia quantum ad salutem requiritur custodimus. Postremo tertius gradus doni consilii est, ipsa Christi consilia perfecte implere quantum præsentis uitæ status permittit. Ad hanc perfectionem nulla religio, nulla professio, nulla circunstantia obligat: imo qui se ad eam priuato uoto astringeret, inconsultissime ageret. Sed nunc horum distinctio profundius aduertenda est.

Regulari uitæ professi, quomodo ad consilia obligent.

Omnis qui regularem uitam profitetur, ad tria obligatur consilia: scilicet castitatis, paupertatis & obedientiæ. Tenetur autem ad ista non quolibet modo. Tenetur enim ad castitatem sic, ne mulierem cognoscat aut certe cognoscere ex rationis pleno consensu uelit: non autem tenetur motus concupiscentiæ rationis imperio perfecte subijcere scilicet ut non insurgant, sed sic, ne ipsi preualeant. Sic quoque ad paupertatem tenetur, id est temporales ac exteriores diuitias non habendas: non autem tenetur spirituales diuitias, id est diuinas consolationes diuinaque dona ac præmia non attendere, non desiderare, non cōtemplari. Simili modo ad obedientiam obligatur quantum ad eā quæ ordinis sui regula siue statuta complectuntur ac continent: non autem ad alia, sicut Bernardus & Thomas manifeste testantur: nam & Thomas Bernardum allegat. Qui uero consilia CHRISTI perfecte ac excellentissime implere conatur, omnem satagit carnalis concupiscentiæ motum radicitus extirpare, omnemque sensualis uoluptatis inclinationem penitus abhorrere, contemnere: & quantum possibile extat uitæ præsenti, prorsus nescire: quatenus non iam duntaxat mundo corde, sed tranquillo quoque, quietoque corpore Christo adhæreat. Hoc est quod

Coloss.3.

hortatur Apostolus: Mortificate inquiens membra uestra quæ sunt super terram. Insuper homo talis non tantum corporales diuitias spernit, nec aspicit, nec in earum consideratione se occupat: sed & spirituales diuitias, & omnia munera dei, omnem retributionis mercedē paruipendit, non aspicit, non quærit, nec in eorum contemplatione tempus expendit: sed omnem creatam entitatem transcendens ac uilipendens, nil aliud speculari, optare, orare dignatur, nisi ipsum deum benedictum & sanctum in se, illi soli uniri, adhærere, uacare concupiens: nequaquam oculum mentis ad seipsum reflectēs: nec quod sibi bonum ac utile est pensans: sed prorsus in diuinæ naturæ diuitias absorbetur ac rapitur: ut ne seipsum quidem uel proprium actum attendat uel sentiat. Præterea homo iste adhuc altius scandere satagit: non enim solum propriam uoluntatem quantum spopondit relinquit, nec ea tantum agere curat quæ bona atque meritoria extant, sed sic propriam uoluntatem relinquit, quasi omnino omnis uoluntatis ac libertatis sit expers: sic diuinæ uolūtati se fidelissime cōmendans ac credens, ut quicquid deus de eo fieri uelit, id sibi potissime placeat: sicque diuina uoluntas efficitur summa sua iocunditas, intantum, quod si deus uellet eum damnari, plus gauderet de diuino honore & item de diuinæ æquitatis tenore, quàm tristaretur de propria damnatione. Primus gradus doni consilij ad fideles dei seruos: Secundus ad secretos dei amicos: Tertius ad occultos pertinet filios.

Doctor diuinus.

Inter quos doctor diuinus præclarissimam distinctionem inducit in libro de perfectione filiorum dei: nempe, Serui fideles dicuntur, qui licet nondum contemplatiui atque interni effecti sint, tamen cum charitate & sancta intentione præcepta obseruant, atque mortalia uitia fugiunt. Secreti uero amici, interna ac feruida deo adhæsione cohærent, & ad spiritualem se saporem extendunt, ob cuius amorem ac gustum corporales delectationes cōtemnunt. Veruntamen necdum nudi & liberi facti sunt: quoniam nondum omnem proprietatem deseruerunt: nec sibi ipsi penitus mortui sunt: sed aliqualiter reflectuntur ad se: quoniam dona dei uidelicet consolationem mentalem, dulcemque deuotionis piæ affectum amant ac appetunt. Ideo dum gratia talis eis subtrahitur, concutiuntur, contristantur, & domino conqueruntur se ab ipso relictos. Itaque occulti filij his omnibus moriuntur: soli deo syncere intendunt: eum duntaxat dignipendunt, amant ac cupiunt. Hincque eatenus in superlucentes & superessentiales diuinæ & inuisibilis lucis

tenebras absorbentur, ut sibimetipsis penitus mori, atq; in nihilum redigi uideantur. Porro in deum transpositi deiformiter uiuunt, eiq; tanquam prorsus ignoto uniti sunt. Ad hãc occultorum filiorum perfectionem sex requiruntur, atq; concurrunt, quæ sunt: pax uera, internum silentium, adhæsio amorosa, quies in dilecto, obdormitio, contuitio quædam superesplendentis caliginis. Hic est apex & uertex Christianæ religionis consiliorumq; Christi: finis quoq; præstantior, ad quem tertio gradu doni consilii subleuamur.

Articulus VIII. De modo proficiendi in dono consilii.

TRiplex præterea reperitur consilium. Primum est ratiõis naturalibus perfectionibus adornatæ: & tale est actus prudẽtiæ: potestq; sine gratia obtineri, eo utiq; modo quo multi gentilium, prudentes ac uirtuosi referũtur fuisse. Vnde & quidam ex naturali dispositione sunt bene consiliatiui. Secundum est consilium rationis uitiis ac passionibus obtenebratæ, de quo Bernardus: In corde inquit duplex est lepra, uidelicet propria uoluntas propriumq; consilium: cuius consilii lepra tantò est perniciosior quantò secretior: & quò magis abundat, eo sibi sapientior quisq; esse uidetur. Hoc illorum est qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam: obdurati in proprio sensu, nec sanis consiliis acquiescentes. Hi sunt ueritatis derisores, inimici pacis, charitatis expertes, uanitate tumentes; sibi placentes, magni in propriis oculis. Tertium autem consilium est de quo nunc sermo habetur, quod est supernaturalis perfectio & donum spiritus sancti, quod simul cum charitate & gratia datur, recipitur, perditur. Qui uero in isto salubri consilio cupit proficere, atq; in omnibus à spiritu increato opem directionis sortiri, primo eget ut consilium istud secundum omnino abiiciat, quoniam scriptum est: Non sis sapiens apud temetipsum: & ne innitaris prudentiæ tuæ. Secundo exigitur ut in primo ac naturali consilio non cõfidat, nec illud sibi sufficere putet: sed eo ac naturali industria bene utatur: quatenus supernaturalis perfectio naturalem perfectionem formet & compleat. Sed quoniã ista duo consilia sine profunda humilitate sic deprimi nequeunt, ideo ad proficiendum in dono consilii, præsertim requiritur cordialis humilitas: quoniam super humilem & quietũ requiescet spiritus domini. Nemo equidem proprii sensus consilium uel abiicere ualet uel moderari, nisi qui uere est humilis. Nulla quoq; uirtus eatenus mentem creatam ad illuminationem, directionem ac defensionem spiritussancti coaptat, sicut uera atq; profunda humilitas. Quò enim quis minus suo confidit ingenio, quò minus præsumit de semetipso, eò abundantius dirigi, doceri atq; iuuari meretur à spiritu sancto. Hinc quippe scriptura testatur: Testimonium domini fidele sapientiam præstans paruulis. Et ipse saluator patri cœlesti loquens, Abscondisti ait hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quidam autem consilii donum in tanta plenitudine sortiuntur, ut nedum seipsos dirigere, sed aliis insuper sancta atq; salubria queant consilia præstare: sicut de Symone fratre Iudæ Machabæi, pater eorum Matathias asseruit: Ecce inquiens Symon frater uester uir consilii est, ipsum audite semper: & ipse erit uobis pater. Merito q̊q; uenerandus ille senior Matathias, Symonem prudentem potius statuit esse fratrum suorum patrem q̃ Iudam fortissimũ, quoniam teste scriptura, Melior est sapientia q̃ uires: & uir prudens q̃ fortis.

Triplex consilium. Bernardus. Roma. 10. Prouer. 3. Esa. ultimo. Psal. 18. Mat. 10. 1. Mac. 2. Sap. 6.

Articulus IX. An donum consilii perseueret in patria.

VIrtutes præterea quæ in sua ratione imperfectionem nullam includunt, certũ est permanere in patria, quemadmodum charitas, iustitia, fortitudo: quæ autẽ imperfectionem includunt, non manent in patria, ut fides, spes. Fides enim imperfectionem cognitionis includit: & spes boni optati absentiam: quorum nullum in patria extat, in qua conspicitur deus benedictus facie ad faciem & sicuti est: quo & beati immediate cum inexcogitabili suauitate fruũtur. Idem quoq; iudicium est de donis spiritussancti, quo ad illa quæ imperfectionem non continent, ut sunt dona sapientiæ & intellectus, scientiæ, fortitudinis: sed de donis consilii & pietatis quæ uersatur circa indigentes quæ in patria non sunt, de dono q̊q; timoris, non est adeo facile determinare, an & quomodo perseueret in patria. Nunc autem de dono consilii inquisitio est agenda. Videtur nẽpe, q; ipsum non manet in patria: quoniam consilium inquisitionem includit. Inquisitio autem ignorantiam præsupponit quæ in patria esse non ualet. Rursus consilium ex dubitatione procedit quæ beatis non conuenit. Et respondendum, q; sicut secundum Augustinum uirtutes cardinales manent in patria non penitus secundum eosdem actus, nec secundum modum agendi, non enim temperantia in beatis indiget motus Venereos refrenare, sed tenet appetitum concupiscibilem immobiliter sub ratione, sic donum consilii manet quidem

Obiectio. Responsio.

in patria, sed non secundum eundē modū agendi sicut habetur in uia. Modus quippe agēdi parificatur modo essendi rationalis creaturæ dum est in uia: & aliter dum est in patria. Dum enim in uia est, est quasi in motu: cū uero in patria fuerit, est quasi in termino motus. Alia est enim dispositio entiū dum sunt in motu, atq; alia dum existūt in termino motus. Sic donum consilii aliter operatur in uiatoribus, aliterq; in beatis. Dicendum itaq;, q donū consilii manet in patria inquantum deus continuat atq; conseruat ac perficit in beatis cognitionem consilij: deus enim est causa omnium perfectionum intellectualis creaturæ eo modo quo sol est causa claritatis in aëre: utpote in fieri & permanere. Vnde non solum illuminat mentem dum primo ueritatis notitiam tradit, sed quandiu mens in ueritatis notitia perseuerat. Deniq; Dionysio contestante, Angeli illuminantur de nouo tam à seinuicem, q̄ à deo. Hæc autē illuminatio non est quantū ad beatificam dei uisionem, in qua nemo beatorum crescit uel proficit, sed quoad effectus quosdam ad diuinam prouidentiā pertinentes: quorum cognitio ad accidentale attinet præmium: in quo usq; ad diē iudicii omnes beati proficere possunt. Vnde Dionysius sexto cœlestis Hierarchiæ capitulo ponit in angelis simplicem nescientiam, à qua inferiores à superioribus purgantur, supremi autem à deo. Nam & in libro de Causis scriptum est, q intelligentiæ inferiores proiiciūt uultus suos intellectuales in lumina intelligentiarum superiorum ut doceātur ab eis. Itaq; quantum ad talem nescientiam atq; purgationem, perseuerat in beatis donum consilii, etiam quoad nouas directiones & instructiones in agendo & cognoscendo.

Dionysius.

Articulus X. Quæ beatitudo correspondet dono consilii.

AVgustinus autem dono cōsilii quintam beatitudinem coaptat ac tribuit, utpote, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: quoniam unicum consilium quo eripiamur de tantis malis atq; periculis, est faciliter indulgere ac aliis communicare. Donum enim consilij non est de ipso fine, sed mediis quibus peruenitur ad finem. Cum ergo misericordia maxime sit de his quibus ad finem seu uitam æternam pertingitur, imo per eam compendiosius finis iste acquiritur, (Pietas enim seu misericordia ad omnia utilis est) ideo beatitudo quæ est de misericordia, correspondet dono consilii tanquam dirigenti actum misericordiæ, non sicut elicienti ut Thomas affirmat. Videtur tamen q donum cōsilii etiam actus misericordiæ possit elicere, præsertim quantum ad actus spirituales: qui utiq; principaliores sunt cæteris misericordiæ actibus. Declaratū est equidem, q per donū consilii efficitur homo non sibi duntaxat, sed aliis quoq; bene cōsiliatiuus. Dare autē consiliū, ad eleemosynas spirituales spectat: estq; misericordiæ actus, seu operatio pietatis. Vnde dicendum, q donum consilii quosdam actus misericordiæ excellentius elicit q̄ misericordiæ uirtus: quoniam dona perfectius agunt uirtutibus: theologicis tamen exceptis uirtutibus, quæ solæ dona excedunt.

Mat. 5.

1. Tim. 4.

Articulus XI. De quinquipartita gratia circa consilium.

COnsiderandum quoq;, q quinq; dicuntur commendabilia esse circa consilium. Primum est gratia requirendi consilium: unde in Tobia habetur: Consiliū semper à sapiente require. Et in Prouerbiis Salomon ait: Astutus omnia aget cōsilio: qui autem est fatuus aperiet stultitiam. Hæc gratia utilis ualde est: quoniam Salomone testante, Vbi non est gubernator, corruet populus: salus autem ubi multa cōsilia. Et iterum: Vbi non est consilium, dissipantur cogitationes. Et in Ecclesiastico dicitur: Fili sine consilio nihil facias: & post factum non pœnitebis. Hac gratia caret qui præceps est & ad irascendum procliuis: qui enim festinus est pedibus, offendit. Secundum est gratia consiliarium eligendi, quemadmodum in Ecclesiastico scriptura hortatur: Multi pacifici sint tibi: & consiliarius sit tibi unus de mille. Et rursus: Cor boni consilii statue tecum. Tertium est gratia dandi consiliū, sicut de Symone fratre Iudæ Machabæi inductū est: Ecce Symō frater uester uir consilij est. Quartū est gratia examinandi consiliū: quod prudentibus & uere discretis cōpetere Seneca asserit. Quintū est gratia acqrendi cōsilia iuxta illud Prouer. Via stulti recta in oculis eius: q aūt sapiēs est, audit consiliū. Et alibi: Qui oīa agūt cōsilio, regunt sapientia.

Tob. 4.
Prouer. 13.

Prouer. 11.
Prouer. 15.
Eccle. 32.

Eccli. 6.

1. Mac. 2.

Pro. 12.

Articulus XII. De fortitudine prout est uirtus.

FOrtitudo deniq; secundū quod est uirtus dupliciter sumitur. Primo pro quadā firmitate uigoreq; animi uitiis resistentis atq; passionibus dominātis. De fortibus tali fortitudine frequenter effatur scriptura, ut est illud Prouerbiorum: Mulierē fortem quis inueniet? Sic autem fortitudo non est uirtus specialis sed generalis: uel potius omnis uirtutis communis conditio. De ratione enim cuiuslibet extat uirtutis, ut rationem in bono

Pro. 31.

in bono corroboret, & ut firmiter ac immobiliter agat. Secundo accipit fortitudo prout est moderatiua timoris atque audaciæ in his in quibus difficillimũ est mediũ rationis seruare. Omnium aũt terribilium terribilissimũ est mors. Idcirco fortitudo uersat circa pericula mortis præcipue, ne homo mortẽ nimiũ expauescat, & ne se eius periculis per audaciã inconsulte exponat. Sic aũt fortitudo est uirtus cardinalis, cuius subiectũ est appetitus irascibilis. Porrò duplex est actus fortitudinis, utpote aduersa seu tristia sustinere: & ea uiriliter aggredi: Sustinere eñ fortitudini cõpetit, in quãtũ timorẽ mortis moderat ac reprimit: Aggredi uero cõuenit ei secundũ quod audaciã ordinat: & sicut mortẽ nõ timere: uel ob eius timorẽ à bono nõ cessare nec malũ cõmittere, difficilius est quàm ardua aggredi: sic principalior actus fortitudinis est sustinere quàm aggredi: principaliusque ad fortitudinẽ pertinet timorẽ mortis reprimere, quàm audaciam coercere. Vnde Philosophus tertio Ethicorum, Tristia inquit sustinentes maxime fortes uocantur. Quidam namque ante pericula sunt præuolantes, sed in ipsis deficiunt. Fortes uero ante pericula se bene deliberant, sed in ipsis robusti consistunt. Porro quod ait Gregorius, Fortitudo sanctorum est carnem uincere, delectationibus contraire, delicias uitæ præsentis extinguere, intelligendũ est de fortitudine quæ generalis ponitur uirtus: Hæc enim partim ad temperantiam pertinent. Postremo secundum Macrobium quadruplex ponitur fortitudo: politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris. Fortitudo politica est animũ contra periculorum motum munire, nilque nisi turpia abhorrere, & dura uiriliter sustinere. Fortitudo purgatoria est propter recessum animæ à corpore atque ad superna ascensum non formidare, qualis erat qui dixit: Cupio dissolui & esse cum Christo. Et alius: Sufficit mihi domine, tolle animam meam. Fortitudo purgati animi, est passiones & passionum immoderantias non uincere sed nec sentire uel scire. Tales sunt, qui carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Fortitudo exemplaris est ipsa incommutabilis diuinæ mentis stabilitas.

Actus fortitudinis duplex.

Aristoteles.

Gregorius.

Macrobius.

Col. 1.

Articulus XIII. De fortitudine secundum quod donum, quomodo distinguatur à fortitudine quæ est uirtus: & cur ultra eam requiritur.

SIcut natura nõ deficit in necessarijs neque abundat in superfluis secundũ Philosophũ, ita nec gratia secundum theologos. Cum ergo sit tanta perfectio fortitudinis, quæ est uirtus moralis ac cardinalis sicut iam patuit, inuestigare oportet quid opus sit ultra eam poni aliam fortitudinem sublimiorem & efficaciorem, quæ sit habitus supernaturalis ac donum spiritus sancti. Huius autem duplex est ratio. Prima, quoniam fortitudo quæ uirtus uocatur, reddit hominem bene mobilem à ratione, resistitque impedimentis uirtutum quantum naturaliter fieri potest: non autem resistere ualet cunctis impedimentis sibi oppositis, atque pericula uniuersa euadere. Indiget igit homo fortitudinis dono quo efficitur prompte mobilis à spiritu sancto: sic quod ad finem laudabilem cuiuslibet operis inchoati perueniat, & ad supernaturalem beatitudinẽ rite pertingat, quod certum est omnẽ naturalem uirtutem excedere: præsertim cum homo in ipsa morte à malis uinci & opprimi possit. Hinc quippe scriptum est: Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Secunda ratio est: nam homo eget quadam fiducia euadendi cuncta pericula, quæ & contrarium timorem expellat: quatenus homo fiducialiter ac strenue operetur ac uiuat. Hanc uero fiduciam dare non ualet fortitudo quæ est uirtus, sed illa quæ ponitur donum: immo spiritus sanctus hanc nobis per fortitudinis donum inspirat. Qui hanc fortitur fiduciam, fiducialiter dicere potest illud Apostoli: Certus sum quod neque mors, neque uita, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu. Illud quoque sancti Iob: Donec deficiam non recedam ab innocentia mea: iustificationem quam cœpi tenere, non deseram.

Aristoteles.

Psal. 126.

Rom. 8.

Iob. 27.

Articulus XIIII. Quod donum consilij fortitudinem dirigit: & de obiecto atque subiecto fortitudinis quæ donum existit.

COnsilium aũt intellectũ concernit, estque in ratione practica tanquam in subiecto. Cũ ergo intellectus uoluntatẽ dirigere habeat, liquet quod ratio dono consilij illustrata, fortitudinem regat ac dirigat in agendo. Hinc nempe Esaias hæc duo connectit dona. Ad uniuersa itaque se extendit donum fortitudinis, ad quæ se extendit consilij donum. Quod enim per donum consilij agendum uel omittendum cognoscimus, id per donũ fortitudinis exercemus uel fugimus. Ostẽsum est quoque, quod donũ consilij circa oĩa tã pcepta quàm Christi consilia uerset, quis potissime sit circa difficilia atque euãgelica saluatoris cõsilia. Ideo fortitudinis donũ oĩa quæ ista cõcernit: præcipue tamẽ ad ardua exequẽda

Esa. 11.

 uel

uel certe uitanda spectat. Vnde obiectum doni fortitudinis latius est atq; communius obiecto fortitudinis, quæ est uirtus moralis ac cardinalis: quoniã illa non est nisi circa mortis pericula. Aduertendum etiam, q; fortitudo quæ est uirtus, in appetitu sensitiuo irascibili subiectatur: Fortitudo uero donum existens, in appetitu intellectiuo seu uoluntate locatur: qm̃ non solum uersatur circa sensibilem materiam, sed ad spiritualem materiã se extendit: pertinet em̃ ad eam, non tantũ periculis mortis nõ cedere, sed operibus quoq; perfectionis perseueranter insistere, contemplando, amando, ac deiformiter conuersando. In primo aũt huius editionis libro monstratum est, omnia dona in parte intellectiua esse ponenda.

Articulus XV. Per quæ donum fortitudinis incrementum sortiatur ad perfectionẽ.

Heb.11. QVamuis uicissim fides dicatur fortitudinis causa iuxta illud Apostoli Pauli, Sancti per fidem uicerunt regna, illud quoq; Ioannis, Hæc est uictoria nostra quæ uincit mundum fides nostra, uicissim uero dilectio: charitas enim omnia suffert, omnia potest: nam & amanti nihil extat difficile, maxime tamen spes fortitudinis incrementum meretur Esaia dicente: Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assumẽt pennas ut aquilæ, currẽt & non deficient. Spes em̃ ei potissime conuenit, cui proprium robur nõ sufficit: hincq; ad alterius opem se trãsfert. Vnde eoipso quo aliquis in domino sperat, diuinæ pietatis subsidium inuocat, sibiq; proprias uires nequaquã sufficere astruit. Quælibet aũt uirtus illud præsertim à deo sortitur, quod principaliter atq; directe ab ipso obtinere molitur: ut fides illuminationem, charitas feruorẽ. Spes ergo potissime fortitudinis quæ donum est, profectum adipiscit: deinde humilitas. Spes em̃ atq; humilitas alteri innitunt: à quo & protectionẽ & adiutorium adipisci conantur. Quanto autẽ quis amplius ac fiducialius atq; humilius deo innititur, tanto copiosius adiuuatur, fidelius defensatur, sublimius exaltatur. Humilitati demũ contraria est præsumptio: præsumptionẽ quoq; corẽcet silentium. Itaq; præclarus ille Esaias propheta, insinuans fortitudinis donum obtineri præsertim per humilitatem & spem, In spe inquit & silẽtio erit fortitudo
Psal.124. uestra. Et Psalmista: Qui confidit ait in dño, sicut mons Syon non cõmouebitur in æternũ.
Augustinus. Deniq; Augustino teste: Idcirco nõnulli in martyrio defecerũt, quia non plene in Christo confisi sunt: sed se aliquid esse & posse putantes, decepti ac uicti sunt. Quo contra Hieremias
Hier.16. fatetur: Domine fortitudo mea, & refugium meum, & robur meum in die tribulationis. Nil ergo præsumamus de nobis: sed prorsus in domino confidamus, si in dono fortitudinis perfici affectamus.

Articulus XVI. De laude doni fortitudinis: & quam uirtutem perficiat.

FOrtitu[illegible]is insuper donum rationalẽ creaturam uehemẽter dignificat, imo deificat: quoniã per ipsum omnia potest in eo qui ipsam confortat: efficit enim hoc donũ hominem ad omnia diuinæ uoluntatis placita efficacem: à spiritu sancto supernaturaliter mobilem: ita ut in contumelijs atq; tormentis pro deo ingẽter exultet, quemadmodum apostoli hoc donũ fortiti, ibãt gaudentes à cõspectu cõcilij, qm̃ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et beatissimi martyres uirtute huius doni cũ incredibili patientia, imò cum gaudio admirando, cum inconcussa fiducia immanissima patiebantur supplicia. Deniq; sacra scriptura ad hãc nos fortitudinẽ ubertim hortatur. Vn
Esa.51. de in Esaia scriptum est: Nolite timere opprobrium hominũ & blasphemias eorum: quis tu ut timeas ab homine mortali, uel à filio hominis, qui quasi fœnum arescit? Et ipse unigenitus
Iosue.1. dei: Nolite inqt, timere eos qui corpus occidũt. Et in Iosue: Ecce præcipio tibi, cõfortare & esto robustus ualde, noli metuere, qm̃ tecũ est dñs deus tuus in omnibus ad quæcũq; perrexeris. In Psalmo quoq;: Viriliter agite & confortetur cor uestrũ omnes qui speratis in domino. Per fortitudinis igit donũ deo reuerentissime deseruimus, dæmonibus præualemus, mũdum calcamus, nosipsos deuincimus, deo assimilamur. De quo in libro Iob habet: Deus
Iob.36. potentes non abijcit cum sit ipse potens. Præsertim uero per fortitudinis donum imitamur immutabilitatẽ diuinæ naturæ, stabilitatemq; diuinæ sententiæ: Deus em̃ per prophetam,
Thre.1. Ego inquit sum deus & non mutor. Et in libro Threnorum ait scriptura: Porro triumphator
Malac.3. in Israël non parcet, nec pœnitudine flectetur. Cum effectus seu actus doni fortitudinis sit animũ stabilitare in deo, atq; ut fas est immobilitare in eo, dicente Gregorio: Quoniam san-
Gregorius. cti occidi possunt, sed flecti nequeunt, constat q; mentẽ deiformiter stabilẽ atq; incõcussibilem reddat. Hoc sensit ut reor qui cecinit: Ego aũt dixi in abundantia mea, nõ mouebor in æ-
Psal.29. ternũ. Et denuo: Mihi aũt adhærere deo bonũ est. Et sanctus Iob: Etiam inquit si occiderit
Psal.72. Iob.13. me, in ipso sperabo. Deniq;, quẽadmodum dona sapientiæ, intellectus, scientiæ atq; cõsilij,

ad su

ad supernaturalem fidei notitiam ordinantur, ipsamq; fidem perficiunt secundum q fides ad intellectum cognitionemq; pertinet, sic fortitudinis donum perficit fidem, inquantū per dilectionem operatur: nam fides sine operibus mortua perhibetur. Perficit etiam spem ne frangatur aduersis: præcipue autem perficit charitatem: charitas enim si est magna, exercet, nec potest otiosa consistere, neq; informis: imò si operari desinit, charitas uera non est quemadmodum scriptum est: Non diligamus uerbo nec lingua, sed opere & ueritate. Nam iuxta præhabita fortitudo quæ donum uocatur, in eodem existit subiecto cū charitate, puta in uoluntate. Et sicut sapientiæ donum charitatem perficit, actum eius interiorē excitando, dirigendo & conseruando, sic fortitudinis donum charitatem concernit ac perficit, quę ad opera eius exteriora, quāuis etiā interiores actus charitatis per donū fortitudinis expediantur seu promptius fiant. Rursus sapientia perficit charitatē tanq dirigens eam: fortitudo autē tanquā efficaciam exequēdi adaugens. Veruntamen sicut monstratum est, q donū consilij inter uirtutes morales præcipue respiciat perficiatq; prudentiam, sic donum fortitudinis quantum ad uirtutes morales, specialiter perficit atq; concernit fortitudinē, cardinalem existentem uirtutem. Fortitudo eñ cardinalis, est uirtus acquisita ac naturalis, secundum dictamen naturalis rationis & iuris agens. Fortitudo uero donū consistēs, est habitus supernaturalis atq; infusus, secundum principia fidei diuinæq; legis agens ac patiens. Nihilominus fortitudo cardinalis potest esse infusa, sicut & omnes uirtutes. Potest quoq; secūdum diuinæ legis seu supernaturalis iuris censurā operari, inquātum ratio naturalis gratia confortatur ac fide instruitur. Porrò omnes qui charitatem & gratiam sortiuntur, donum fortitudinis habent secundum aliquem gradum: uidelicet ut per ipsum præcepta adimpleant prout saluti necessarium iudicatur.

Iaco. 2. 1 Ioan. 3. Fortitudo.

Articulus XVII. De dono fortitudinis secundum doctrinam doctoris diuini.

PORRO in libro de tabernaculo Moysi de fortitudinis dono loquēs doctor diuinus, Donū inqt deiformis fortitudinis adintra nos tāgit, semperq; deposcit seu exigit eleuationē animi sup uniuersa deo dissimilia & imparia. Docet q; nos, ut nosipsos nil reputemus, nec proprijs uiribus confidamus: sed nosipsos diuinæ potentiæ sponte tradamus, & in ea totā nostram uirtutem fundemus: sicq; in omni pugna existemus securi. Si huic exactioni acquiescere uolumus, tunc nostra libera uolūtas diuinæ potestati unitę tuncq; pœnitentiam ueram sentimus, omnem dubitationem, tremorem ac mutabilitatem à nobis tollentem, atq; in dono fortitudinis nos stabilientem. Hoc intelligendum est pie & sapiēter, uidelicet ut certitudo spei accēdatur ex parte doni dei & doni eius, nō ex parte nostri qui fragilitate implemur. Et in hac fortitudine efficimur certitudinaliter cōfidentes, q nunq in mortale peccatum ruemus: atq; ex his honesta magnanimitas scaturit siue manat, per quam omnem rem culpabilem expedite contemnimus, cunctaq; transitoria uilia iudicamus, nil ea curantes, nilq; timentes nisi deum, in deum duntaxat sperantes. Nullū deniq; magnum arbitramur aut certe potentem, nisi solum deum. Animi nāq; honestas diuinę uirtuti unita, ultra omnē creaturā nos erigit, poscitq; nos deo seruire, regratiari, laudare ac adorare. Si deum laudamus libero animo, erecta uirtute, omniq; actu, tunc uiuaces & fortes atq; inuicti efficimur: quantoq; magis tentamur, tantò fortiores consistimus: pugnamus enim cū diuina uirtute quæ inuincibilis extat. Semper quoq; magnanimitas nostra ad deum cū laude reuerentiali conscendet: sicq; erimus uncti reges ac pugiles, dūmodo magnanimitas nostra id sentiat, q deus sine mēsura est dignior atq; præstantior omni honore ac laude, quā quælibet creatura potest deo impēdere. Nos deum ad plenū laudare nō possumus: dū eñ maiestatis suæ magnitudinē intuemur, tā simplices ac interni efficimur, q omnem modum, omnēq; maneriem perdimus, ignorātes qualiter deū laudare poterimus: laudādo deficimus semper in laude ipsius: deficiēdo aūt sentit spiritus noster gaudiū & salutē. Hinc insuper recenti uirtute accendimur: animus quoq; noster munit: sicq; poterimus semp oleū noue laudis cū Maria dicētes: Magnificat, id est magnifice laudat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Et hęc est uita cœlestis. Porrò in libro spiritualis despōsionis de fortitudinis dono orsus, effat: hoc inquā donum sortiti, terrenarū rerū dilectionē ac odiū, lucrū ac dānū, spem ac solicitudinē, & cæteras multiplicitates uincēdo efficimur liberi, tāq à nulla creatura captiuati. Cū etem̄ nulla transformat imagine, sui ipsius fit potēs, & sine labore fit unicus & intimus, sine omni impedimēto se ad deum cū feruida deuotione, altoq; suspirio, gratiarū actione ac laude, simpliciq; intētione cōuertēs. Oñia quoq; opera sua & uita interior atq; exterior sapiunt ei: stat nanq; ante trinitatis sanctissimæ thronū, & frequenter

Ioannes Rusbrach. Lucæ 1.

à deo

à deo internam recipit consolationẽ atq; dulcedinẽ. Nam ad talẽ mensam cũ gratiarũ actione, laude, ac intima dignificatione deseruiẽs, ubertim bibit de uino, sapitq; de micis atq; reliquijs de mensa dominorũ cadentibus. Præterea, homo talis semper intrinsecam possidet pacem per suæ intẽtionis simplicitatẽ. Si aũt sic ante deum stando perseueret, tunc spiritus fortitudinis duplicatur in eo: moxq; à seipso demergit & cadit, liquescit, nõ secũdum corporalẽ affectionem uel conuersionẽ seu concupiscentiam, ad consolationẽ, dulcedinẽ, uel aliqua munera dei, ut sunt, quies cordis & pax, sed omnem consolationem ac dona pertransit ut dilectum inueniat. Sic homo est fortis qui occupationes cordis, resq; terrenas relinquit & uincit. Dupliciter quoq; fortis fit, qui omnem consolationẽ atq; uniuersa cœlestia dona pertrãsit & superat: sic homo ultra omnem creaturã seipsum exaltat & erigit: suiq; potens ac liber effectus, se possidet: nec aliqua eum creatura uincere, uel à deo retrahere ualet.

Articulus XVIII. De gradibus atq; effectibus doni fortitudinis.

QVoniam declaratum iam extat, consilium & fortitudinẽ prout dona existunt, circa eandem uersari seu operari materiã, dono consilij dirigente, donoq; fortitudinis consiliata exequente, præterea, quicquid superius de gradibus consilij dictũ est, nũc quoq; de fortitudine induci posset: Sunt eñ fortitudinis tres gradus sicut consilij: consistitq; primus gradus fortitudinis in prosequendo consiliata per primũ cõsilij gradũ, & ita de alijs. Breuiter aũt tangendo dicat, q primus fortitudinis gradus est, per quem præcepta dominica efficaciter adimplemus secundũ subsidiũ, influxum ac motũ spiritus sancti, quãtum ad salutẽ requiritur. Secundus gradus in adimpletione consiliorũ Christi cõsistit, inquantũ professio exigit. Tertius uero est, per quẽ nosipsos penitus superamus omnemq; creaturam transcendimus: omnia quoq; dona ac prẽmia obliuiscentes, ad ipsum deum pure ac libere transuolamus, in ipso tanq̃ in domicilio cõmorantes, eiq; dicẽtes: Esto
Psal.30. mihi in deũ protectorẽ, & in locũ munitum, ut saluum me facias. Per hũc itaq; fortitudinis gradũ immobilitamur in deum, & charitatẽ summe implemus, incõcussibiliter domino ad-
Psal.30. hærentes: qm̃ fortitudo mea & refugium meũ es tu, ueraciter concinentes. Et denuo: Forti-
Psal.58. tudinẽ meã ad te custodiã, quia deus susceptor meus. Rursusq;: In deo salutare meũ & glo-
Psal.61. ria mea: deus auxilij mei, & spes mea in deo est. Porrò qui sint effectus seu actus doni fortitudinis ex prẽinductis satis posse lucere opinor. Euidentius tamen loquendo id pensandum; q cum fortitudo inquantum est donũ spiritus sancti, sit fortitudine quæ est uirtus moralis ac cardinalis præstantior atq; agibilior, ideo operationes quæ fortitudini cardinali ac partibus eius, id est uirtutibus sibi adiũctis cõueniunt, dono quoq; fortitudinis cõpetunt excellentius atq; perfectius, utpote supernaturaliter secundũ spiritus sancti influxũ ac opẽ. Fortitudo nempe quæ uirtus est, facit timorem mortis moderatum, mortisq; pericula nõ nimiũ formidari. Fortitudo aũt quæ donũ est, facit pro deo ac fide atq; iustitia libentissime pati, iocũdissime mori, necemq; optari: sicut de multis gloriosissimis Christi martyribus legit, qui ad passionẽ uelut ad epulas properarunt, ipsosq; crudelissimos persecutores, infra immanissima mortis supplicia deriserunt. Deniq;, quatuor ponunt à Tullio fortitudinis partes: uidelicet, fidutia, magnificentia, patientia & perseuerãtia. Est aũt fidutia, certa spes animi rem inchoatam producendi ad finẽ. Magnificentia uero, est rerũ ingentiũ administratio præclara ac splendida. Patientia quoq;, est propter honestatẽ ac utilitatem, arduarũ atq; terribiliũ rerũ uoluntaria & diuturna perpessio. Perseuerãtia, est in ratione recte disposita stabilis & perpetua fixio. Hæ uirtutes dicunt partes potestatiuæ fortitudinis: quia cum ea partim cõueniunt, cũ sint circa obiectum arduum siue difficile: Nõ aũt ad fortitudinis perfectionem pertingunt, cum ipsa sit circa difficillima, quæ sunt mortis pericula. Itaq; omniũ harũ actus uirtutũ, dono fortitudinis supernaturaliter ac deiformiter congruunt. Hoc eñ donum, nõ solum præstat fidutiam in rebus humanis ad naturalẽ finem producendis, sed omnẽ insup diffidentiam tollit, animũq; securat de beata peruentione ad supernaturalis beatitudinis fi-
Prouer.15. nem: & ista securitas mentẽ dulciter reficit, iuxta illud Prouerbiorũ: Secura mẽs quasi iuge
Gregorius. conuiuiũ. Vnde Gregorius: Fortitudo inquit in die suo cõuiuiũ facit: quoniã dum aduersa non metuit, trepidanti menti cõfidentię cibos apponit. At uero fortitudinis donum actum magnificentiæ sublimiter implet: quoniam homines facit seipsos deo impẽdere, omnia sua
Psal.43. interiora ac exteriora diuinis robustissime mãcipare: seq; deo offerre, sacrificare, & ob eius
Mat.11. honorem tota ac omni die mortificare. Regnum eñ cœlorũ uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Insuper, fortitudo donũ existens, actũ patientiæ potenter exercet: facit eñ propter æternæ felicitatis intuitum, non solũ aduersa sufferre, sed ignorantias atq; conuitia cupere,

In asperis gloriari, nullaq; aduersitate frangi aut concuti: sed omnia dura, uelut munera dei amplecti, secundum illud Apostoli: Vobis datum est à Christo, nō solū ut credatis in eum, sed etiā ut patiamini pro eo. Postremo, fortitudinis donum perseuerantiam implet ac superat: quoniam regia uia hominem facit incedere, atq; ad æternā lætitiā inoffenso pede cum ingenti constantia peruenire: Liquet ergo, ꝙ fidutia, magnificentia, patientia & perseuerantia, interdum sunt habitus ac uirtutes morales: uicissim uero sumuntur pro actibus doni fortitudinis. Simili modo opinor posse saluari ac cōcordari, quod in superioribus uerbis Thomæ uidebatur sibiipsi repugnās. Ait enim in prima secundæ, ꝙ ad donum consilij pertinet ueritatis apprehensio, ita ꝙ donum consilij perficit practicam rationem in cognoscēdo uerum. In secunda secundæ affirmat, ꝙ ad donum consilij spectet iudicare de actibus humanis secundum quod fides respicit eos, sic ꝙ donum consilij practicam rationem in iudicando peroriat. Hęc ergo dubietas ita absoluitur: nam donum consilij prudentiam concernit ac perficit, estq; efficacius atq; præstantius ea. Idcirco actus prudentiæ & partium eius, dono consilij eminentissime competunt. Actus autem prudentiæ & partium eius sunt, consiliari, iudicare atq; præcipere. Omnes igitur actus hi dono consilij attribui possunt: sicq; pertinebit ad uterq; actus prædictus: proprie tamen atq; potissime spectat ad donum cōsilij rationē in cognoscēdo perfici, sicut ex nomine cōsilij innotescit. Cōsiliū quippe inqsitionē importat: Inquisitio uero, est uia ad perficiendum ueritatis notitiā.

Philip. 1

Thomas.

In Archetypo spaciū erat: q. alqd deesset.

Articulus XIX. Quomodo fortitudinis donum in patria perseuerat: quod etiam inter beatitudines ei correspondet.

Fortitudo deniq; donum existens, manet in patria sicut & nunc, imò & semper fuit in Christo à suę maternæ conceptionis exordio, & sicut in angelis sanctis, consistit: uidelicet quantum ad hoc ꝙ in perfecta securitate à malis atq; laboribus frui: non autem manet in patria quātum ad idem obiectum. Non enim occupatur ibi circa aspera siue pericula: sed quia prædictum est, ꝙ fortitudo ista ad præcepta atq; consilia Christi extenditur, præceptum autem de charitate non nisi in patria perfecte impletur secundum Augustinum, idcirco fortitudinis donum manet in patria, etiam quātum ad idem obiectum, saltem in aliquo, non tamen in omnibus. Porro, quartam beatitudinem quæ est de esurie & fame iustitiæ, attribuit Augustinus fortitudinis dono propter conuenientiā mutuam: utrunq; enim circa ardua seu difficilia occupatur. Veruntamen beatitudo qua dicit, beati qui persecutionem patiūtur propter iustitiā, magnā cum fortitudine assimilationem sortita uidetur, & ei ni fallor posse ascribi. Præterea aduertendū, ꝙ inter fructus ponit Apostolus duo: uidelicet patientiam & longanimitatem quæ fortitudini correspondet. Fructus enim uocantur uel operationes uel delectationes uirtutum siue donorum: Patientia autem quandoq; est uirtus moralis passionem tristitię moderans: & sic non ponitur fructus. Interdum uero accipitur pro delectatione quæ in ipso uirtutis actu consistit, hominemq; præseruat, ne abundantiori absorbeatur tristitia: & ita est fructus. Nihilominus patientia in quantum est actus fortitudinis fluens, fructus doni fortitudinis appellatur. Similiter longanimitas quæ diuturnam præstolationem futurorum bonorum importat, fructus est doni fortitudinis, cum sit effectus quidam ab ipsa emanans. Longanimitas tamen ad spem pertinere uidetur & ex ea oriri: sed non est perfecta, nisi fortitudine spem perficiente.

Mat. 5.

Articulus XX. De triplici scientia.

EST autem solerter pensandum, antequam de dono scientiæ sermo fiat, quòd triplex extat scientia. Est nempe naturalis scientia, quam primo Posteriorum diffiniens Aristoteles, Scire inquit est rem per causam cognoscere: & quoniam illud est causa eius, & quia impossibile est illud aliter se habere. Talis scientia est habitus conclusionis per demonstrationem probatæ. Alia uero scientia, est donum gratiæ gratis datæ, quæ in sacra scriptura addiscitur & legitur, & sine gratia sępe habetur: de qua Augustinus testatur, ꝙ quamuis multi polleāt fide, non tamen scientia. Hæc autem scientia naturalis non est, sed ex principijs fidei orthodoxæ procedit, & in ipsis fulcitur: est enim cognitio rerum creatarum, secundum sacræ scripturæ doctrinam: eius principia appellantur articuli fidei. Aliter quippe fides, atque aliter ratio res creatas considerat. Tertia autem scientia, est donum spiritus sancti quæ sine charitate & gratia nequit haberi: pertinet enim ad munera gratiæ gratum facientis, nec humano ualet studio adipisci: sed à spiritu sancto infunditur quemadmodum cætera dona. Hæc autem

Aristoteles.

Augustinus.

distinctio

distinctio scientiæ, pariformis est distinctioni sapientiæ quæ superius, dum de sapientię dono ageretur, fuit inducta.

Articulus XXI. An illa scientia qua fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur, sit donum spiritus sancti.

QVemadmodum tertio libro ex uerbis Augustini inducit Magister, philosophi sapientes diffinientes dixerunt: Sapiētia est rerū diuinarū humanarumq́ sciētia. Sed quia Apostolus inter sapiētiam atq; scientiam differentiam esse insinuat, Alij inquiens datur per spiritū sermo sapientiæ: alij sermo scientiæ: ideo rerū diuinarū notitia, proprie appellanda est sapientia. Notitia enim rerū humanarū scientia est uocanda: nec quælibet taliū rerū notitia dicenda est sciētia quæ datur per spiritū sanctum, sed illa ut asserit Augustinus, qua fides saluberrima quę ad ueram beatitudinē ducit, gignitur, nutritur, defenditur & roboratur. Ex his sequi uidetur, quod talis scientia sit unum de donis spiritus sancti: & hoc Magister & multi alij de donis scribentes affirmant. Sed si præinducta de natura ac proprietate donorū spiritus sancti rite munita sunt & sufficienter probata, tunc horū opinio stare non ualet, nec Augustinus sic sensit. Vbertim quippe ostensum recordor, quod dona spiritus sancti sint sibiinuicem cōnexa, & à charitate & gratia gratificāte inseparabilia. Quicunq; etenim charitatē & gratiā talem sortitus est, donis nō caret: & qui unum donū adeptus est, omnia dona habet. Prædicta aūt scientia, sine charitate & gratia gratū faciente haberi pōt, imò à multis habetur: sed & multi ualde deuoti eam nō habent. Sed Augustinus insinuat: Multi nanq; sunt ingeniosi ac literati, quorū uita est reproba: qui nihilominus fidem contra aduersarios subtilissime defendere sciūt, eamq́; persuadere, & in aliorū cordibus roborare: quod utiq; multi deuoti & sancti nō possunt. Vnde Augustinus: Hac ait scientia fideles plerique non pollent, quāuis polleant ipsa fide. Aliud enim inquit est tantūmodo scire quid homo credere debeat, aliud uero scire quō hoc ipsum & pijs opituletur & contra impios defendatur. Hinc quoq; præhabitum est, illā sapientiam & sciētiam de qua dicit Apostolus, Alij datur per spiritū sermo sapientiæ: alij sermo sciētiæ: ad gratias gratis datas pertinere, quēadmodum gratia sanitatū & operatio uirtutū prophetiæq; donum: talia enim munera dei sine charitate possunt haberi: nec inter dona prout de donis nunc sermo est, numerantur. Præterea, dona efficiunt hoīem à spiritu sancto optime mobilem. Quò ergo perfectius pleniusq; habentur, eo habentem magis beatificant atq; gratificant: imò æterna uita dignum efficiunt. Sed Augustinus super Ioannē ait, quod is qui fidem ipsam nouit defendere, persuadere & explanare, titubantibus necessarius extat, estq; cæteris eruditior nō melior: talis ergo sciētia nō est donum spiritus sancti. Adhuc aūt, ista sciētia naturali uirtute acquiritur, imo ab illo qui in mortalibus uitiis fœtet addiscitur. Dona aūt spiritus sancti per creationem à spiritu sancto traduntur: quemadmodum charitas, fides & spes. Non itaq; ista scientia censenda est donum spiritus sancti. Vnde quod Augustinus astruit, fidem sciētia gigni atq; nutriri, non est intelligendū de habitu fidei, sed de actu ipsius. Quemadmodū ergo superius posita est duplex sapientia præter philosophicā sapientiā, utpote informis atq; formata, quarū prima à malis potest addisci ac sciri, secunda uero cum sit donū, in maleuolā animā nusq̄ ingreditur, ita sciētia circa fidem est duplex, uidelicet informis de qua dictum est: quandoq; tamen in bonis per charitatē & gratiā formatur, illisq; per peccatū mortale amissis, ipsa nequaq̄ deperditur sed reformatur: Rursusq; charitate recuperata formatur. Est quoq; alia scientia circa fidem quæ semper formata est: donumq; spiritus sancti consistit sicut patebit: & ista distinctio scientiæ bipartita, cōsonat Thomæ in secunda secūdæ qui ait, quod circa credibilia est duplex scientia: una quæ ponitur donum spiritus sancti: alia per quam scit homo ea quæ fidei sunt manifestare, explanare, persuadere, defendere.

1.Corin.12.

Augustinus.

Sap.1.

Thomas.

Articulus XXII. De scientia quæ donum spiritus sancti appellatur.

REcordari demū oportet, quēadmodū in primo editionis huius libro assignata sit inter dona distinctio. Declaratū est enim, quod maior sit perfectio in operibus gratiæ q̄ naturæ. Cum ergo ratio naturalis circa naturaliter scita dupliciter perficiatur, primo ut ueritatē recte inueniat uel agnoscat, secundo ut de ea rectū iudiciū habeat, simili modo ratio ipsa in his quæ fidei sunt dupliciter perfici eget: primo ut fidei ueritates sane ac rite accipiat, secundo ut de ipsis efficaciter iudicet, & credēda à nō credendis discernat: quorū primū fit per donū intellectus: secundū aūt per donū scientiæ quātum ad res creatas atq; humanas. Sicut enim per sapientiæ donum de diuinis, sic dono scientiæ bene iudicamus de rebus creatis sub fide cadentibus. Deniq; sicut prudētia iudicat de rebus humanis

manis secundum principia naturalis rationis ac iuris, & secundum naturalis exigentiam finis, ita scientiæ donum iudicat de eisdem secundum supernaturalia principia fidei christianæ seu legis diuinæ. Vnde magna uidetur cõueniẽtia inter prudentiã atq; scientiæ donum: intãtum q aliqui astruunt non distingui ea naturaliter, sed solum modaliter: utputa, q sicut prudentia est habitus, actus humanos dirigens secundum naturalis rationis dictamen, sic hic ipse habitus, prout actus humanos disponit & iudicat, secundum diuinæ legis cẽsuram donum scientiæ nominetur: sed eisdem rationibus quibus paulo ante ostensum est donũ consilij à uirtute prudentiæ distingui naturaliter, potest quoq; probari nunc, nequaq̃ idem esse in re, donum scientiæ atq; uirtutem prudentiæ: præsertim cum ipsa prudentia sit habitus naturalis naturali uirtute adipiscibilis: donum uero scientiæ, sit habitus supernaturalis à solo deo donabilis. Præterea, sicut se habet sapiẽtia ad intellectum, ita se habet scientia ad consilium: Sapientiæ quippe est de ipsis diuinis ueraciter iudicare: quorum perspicax cognitio ad intellectus pertinet donum. Similiter donum scientiæ iudicat de humanis: quorũ inquisitio, inuentio seu notitia, ad donum consilij spectat. Et sicut præhabitum est, q sapientię dono competit iudicare de diuinis non qualitercunq;, uel per solum ueritatis clarum intuitum (quemadmodum moralis scientia sine uita uirtutum de rebus iudicare potest humanis) sed per connaturalitatem ad diuina, hoc est per affectus conformitatem & gustum, sic dono sciẽtię conuenit de rebus creatis ferre iudicium, non per solam ueritatis notitiam, sed per animi rectitudinem circa creata, credenda atq; agenda: non erranter seu inaniter ac culpabiliter talibus inhęrentem, sed bene ac uirtuose de ipsis sentientem: quod esse non ualet nisi per gratię infusionem, bonamq; uitam. Pręterea nullus dono scientię adornatur, nisi qui charitate & gratia decoratur: omnes quoq; qui gratiam habent, dono scientię clarent quantum ad salutem exigitur. Nam de rebus creatis intantum ad minus efficaciter iudicãt, q eas ab increato ente discernunt, nec in ipsis finem esse statuendum existimant, sed esse ad deum ordinanda quemadmodum ab ipso sunt condita. Quidam uero sublimiori splendẽt scientia, ita ut fidem defendere, explanare probareq; possent: sed hoc ad gratias gratis datas dicitur pertinere. Itaq; donum scientię, est habitus supernaturalis practicę rationis, à spiritu increato infusus: qui de rebus creatis ad fidem spectãtibus, connaturaliter atq; idonee est iudicatiuus. Quemadmodum etiam donum consilij fortitudinem dirigit, sic donum scientię pietatem de qua mox tractabitur, dirigit.

Sapiẽtiæ officium.

Articulus XXIII. De dono scientię secundum sublimem diuini doctoris doctrinam.

AT uero, sicut donum intellectus dexterã nostrã seu internum nostrum ad deum accessum ornat atq; illuminat, intus nos erigens, & erudiens deum in seipso & in multiformis bonitatis suæ muneribus contemplari, simili modo donum scientiæ nostram sinistram seu rationalem forinsecus exitum perficit, per hoc q nos exterius dirigit, propriamq; naturam considerare, & omnem maneriem operum uirtuosorum cum discretione attendere facit. Sic quoq; ueritatem quandam operatur in nobis, quæ nos intus ad deum conuertit, & foris super nosipsos nos dirigit. Ideo in supernaturali nostro ad deum accessu cum intelligibili specie siue imagine, appellatur lumen istud donum intellectus, quoniam erigit nos, nostramq; rationem ornat & eleuat ultra seipsam. Dum uero rationabiliter cum sensibili specie ad sacram scripturam, sanctorumq; uitam egredimur, & ad uniuersa creata speculantes hæc omnia, cum interna plenitudine supernaturali nuncupatur lumen diuinitus inspiratum, donum scientię, quoniam instruit nos, qualiter laudabiliter cõuersari debeamus: ad extra ipsa quoq; sensibilia entia rationabiliter spiritualiterq; cognoscere. quantò accessus ad deum sublimior est atq; præstãtior q̃ egressus ad creaturas, tanto excellentius est donum intellectus dono scientiæ. Nihilominus utroq; dono necessarie indigemus: nam sine externa uirtuosa uita, nequimus ad deum intus accedere. Si itaq; donũ scientiæ adipisci satagimus, debemus postulationi eius assensum præbere, circumferendo semper in nobis internam diligentiam uitijs moriendi, uirtutibusq; uiuendi: semper quoq; amplius atq; propinquius uirtutes intelligendi, & secundum eas uiuendi: quia ad hæc impellit nos donum scientiæ. Porrò pro his, nec sumptibus neq; laboribus parcere debemus rationabilibus: quoniam uirtus omnibus digna est. Quãtum proinde in interna diligentia atq; operibus bonis proficimus, tantum in scientia dei concrescimus: quilibet nanq; profectus, alterius extat causa profectus. Hinc ergo semper portemus in nostra libera uoluntate uiuidã diligentiã ad cunctas uirtutes: omnesq; actus uirtutum diuino offeramus honori, ac

per hoc interius illustremur & accendamur: tuncq; foris uertemus nos in uniuersis operibus bonis: rediemus quoq; interius cum delectatione ad deum interna ac intima. Deniq; intra introuersionem & extrouersionem morabitur ratio nostra: eritq; utrobiq; sufficiens. Tunc insuper renouabitur semper in claritate interius atq; exterius: cumq; in istis perfecti fuerimus, tunc ratio nostra erecta est: estq; discretionem sortita cōpendiosioris modi proficiendi in cunctis uirtutibus. Hæc itaq; discretio donum scientiæ consequens, interius atq; exterius nobis ostendit propinquiorem in uniuersis uirtutibus ueritatem. Hæc doctor diuinus de dono scientiæ, in libro de tabernaculo Moysi introducit: quibus per omnia consonant, quæ in libro spiritualis desponsationis induxit, ubi sic orsus est: Si cum serio intētioneq; simplici, & pugna contra peccata bene se homo exercitat, donum scientiæ & discretionē recipiet: fitq; rationalis & sciēs quid facere, quid item dimittere debeat: quando etiam dare & accipere congruit: sicq; mediantibus simplici intētione ac diuino amore, in deo supra se in unione quiescit: seipsum quoq; in pleniori deiformi similitudine possidet: atq; singulos actus suos cum exuberantiori delectatione exequitur. Est nempe obediens et subditus patri cui appropriatur potētia: rationalis discretusq; filio cui attribuitur sapiētia: largus ac pius spiritui sancto cui præstatur clementia: sicq; sanctę trinitatis defert imaginē, sed & mediante charitate ac propriæ intentionis simplicitate, in deo quiescit: & in his tota uita actiua consistit. Taliter exercere se debet homo cum serio grandi, simplicemq; suam intentionem cum discretione sectari. Prorsus quoq; oportet, ut uitijs reluctetur, ad Christiq; pedes cum humilitate locetur: sicq; in uirtutibus & similitudine crescit, sed semper actiuus manebit. Si enim plus occupat se in occupationibus & solicitudinibus cordis uarijsq; exercitijs, q̄ in causis & propter quid operum, si demum plus remanet in sacramentis & signis, consuetudinibus quoq; externis, q̄ in causis & ueritate per ea figuratis, tunc semper perseuerat quidem externus siue exterior homo. Igitur, qui deo uicinius propinquare, suaq; opera ac uitam altius cupit erigere, debet ab ipsis operibus ad causas ipsorum, e` signis quoque ad ueritatem transire: tunc enim exteriorum suorum magister, & cognitor ueritatis efficitur: sicq; ad internam uitam progreditur. Hęc diuini doctoris eloquia, sicut in stilo facilima sunt, sic in profunditate sentētiæ difficilima extant: & si bene intelligantur, tunc omnia quę de dono scientiæ dicta sunt atq; dicenda, lympidius innotescunt.

Doctor diuinus.

In Archetypo spatium erat, quasi aliquid deesset.

Articulus XXIIII. De subiecto, obiecto & causa doni scientiæ.

Ratio porrò, in rationem superiorem & inferiorem partitur: non quasi in duas diuersas animæ uires, sed eadem ratio prout diuina contemplatur, superior appellatur: sicq; sapientię dono perficitur: sed inquantum circa creaturas uersatur, inferior dicitur, & ita scientiæ dono ornatur. Subiectum ergo huius scientiæ, est ratio inferior: obiectum uero ipsius, est res creata sub fide contenta. Non enim præcise est circa actus humanos quēadmodum donū cōsilij, sed circa esse creatum bene atq; idonee illis utens, rite de illis sentiens, rationabiliter de ipsis iudicans, atq; secundum fidei documenta de talibus mentem illuminans. Postremo ista scientia omnino supernaturalis est, quemadmodum uirtutes theologicæ: unde à solo deo benedicto & glorioso infunditur, præstatur, creatur: estq; ab eo fiducialiter, incessabiliter & affectuosissime imploranda.

Articulus XXV. De gradibus atq; effectibus & necessitate doni scientiæ.

Donum ergo scientiæ lumen est rationis ostendens atq; erudiens quid de rebus creatis sentire oportet secundum diuinæ legis seu fidei documenta. Et iste est primus eius intimusq; effectus, rationem taliter informare: potissime tamen docet hominem seipsum ueraciter considerare, præsertim per operationem ad uirtutes ac uitia, an scilicet bonus an prauus existat, an conscientia sibi bonum testimonium præbeat, an opus dei negligenter persoluat. Secundus doni huius effectus est, q͂ facit abstinere à malis, id est in medio nationis prauæ atq; puersę laudabiliter cōuersari, quēadmodū sanctus Iob contestatur: Ecce inquiēs timor domini (uel pietas secundū aliam literam) ipsa est sapientia: & recedere à malis scientia. Pietas autem hoc loco pro cultu dei accipitur, qui græce θεοσέβεια appellatur, in dei cognitione ac dilectione consistens. Tertius doni scientiæ effectus seu actus, est temporalium rerum administratio recta & efficax. Et hos duos effectus attribuit Augustinus, & post eum Magister dono scientiæ. Quartus eius effectus, est compendiosiorem efficacioremq; proficiendi uiam, & summam in cunctis agendis discretionem ostendere: quam scientiæ perfectionē adipiscuntur, qui exercitatos habent sensus

Iob. 28.

ad

ad discretionem boni ac mali: qui cum Apostolo de hoste antiquo dicere queunt: Nō ignoramus cogitationes eius. Hi quippe discretionem spirituum uidētur sortiri. Deniq; donum sciētiæ triformem obtinet gradum. Primus in eo cōsistit, ut homo uniuersa creata respectu diuinæ naturæ caduca & uana cognoscat, nec propter se diligenda, nec pro fine ultimo appetenda intelligat, eisq; minus q̄ deo inhæreat: & hic gradus doni sciētiæ ad salutem exigit, atq; uniuersis charitatem habentibus communis censetur. Vnde de eo qui hac scientia caret, ait Apostolus: Qui ignorat ignorabitur. Sed quoniam idem Apostolus monet, Crescite in scientia dei, idcirco ad secundum scientiæ huius gradū proficisci debemus, ut scilicet de singulis rebus creatis, sigillatim atq; per proprias rationes sciamus, quoniā in ipsis nō sit affectus figendus, nec quasi finalibus bonis sit ipsis alligādus: sed eis nec magis nec minus intendat siue utatur, q̄ ad interiorem salutē requiritur, iuxta illud Apostoli: Habentes uictū & quibus tegamur, his contenti sumus: Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli. Et Sapiēs orat: Tātum uictui meo tribue necessaria. Tertius deniq; gradus doni scientię, est in his quę uitam actiuam concernunt adeo esse exercitatum, expertum atque perfectum, ut in omni tentatione sciat consulere alijs, in omni modo spiritualiter conuersandi sciat instruere alios, in omni quoque dubioso euentu perplexoq; casu sciat uerissime, promptissime ac saluberrime iudicare, causas peccatorum elicere, rationes negligentioris pigriorisq; uitæ differere, ad temporalium contemptum inducere, ad seriosissimam atq; infatigabilem spiritualium profectuum cōuersationem attendere. Postremo pēsandum, quanta sit plurimorum, etiam famosorum doctorum miseria, cæcitas atq; ignauia: qui quāuis in diuina doctrina legant, abundent & alios doceant, hac tamen salutari scientia carent. Quāuis enim multipliciter astruant, probent & noscant non esse ponendum finem in rebus creatis, nec in ipsis affectum immoderatius occupandum, hoc ipsum tamen ipsis non sapit, nec recte hoc uel connaturaliter atq; idonee iudicant, sicut scientię donum exposcit, sed honorem & gloriam hominum, bonaq; seculi huius inordinate concupiunt. Multi uero simplicium hoc dono pręfulgent: qui quātūcunq; alios prosperari & exaltari in mundo conspiciunt, eos tamē nō reputāt, nec similē statū affectāt: sed cōdolent eis, & ad nihilum deductus est in conspectu eorum malignus: timentes autem dominum glorificant.

1.Corin.2. 1.Corin.14. 1.Timo.6. Pro.30. Psal.14.

Articulus XXVI. Quomodo donū scientiæ acquirat & perficiatur.

SApientia deniq; & intellectus, consilium atq; scientia, cum sint supernaturalia dona spiritus sancti, humana industria nequeunt adipisci, nec uirtute naturali acquiri uel perfici. Qui ergo dono scientię à spiritu sancto irradiari, ornari ac perfici cupit, totis conatibus uitijs reluctetur, pigritiam uehemēter abhorreat, passiones exercitijs indefinenter expugnet, opusq; dei semper cum ampliori reuerentia facere satagat, & de imperfectione sua fideliter doleat, atq; iniuriam dei ulciscatur in se: & quantò in istis amplius crescit, tantò in dono scientię clarius emicabit.

Articulus XXVII. An scientia sit speculatiua uel practica.

ADuertendum præterea, q̄ donum scientiæ secundum Thomam & alios quosdā, principaliter quidem est speculatiuum, quia ad fidei certitudinem ordinatur: secundario uero est practicum, prout dono scientiæ in agendis dirigimur. Hæc autem positio præinductis non consonat: ostensum est equidem, quòd donum sciētiæ ad rectam temporalium rerum administrationem, laudabilemq; inter peruersos cōuersationem pertineat, sicut Magister Augustinum id affirmantem inducit. Administratio igitur & conuersatio hæc, proprius finis est doni scientiæ. Cōstat autem, q̄ administratio atq; cōuersatio tales, sint praxis seu opus: cum illa scientia practica asseratur, cuius proprius immediatusq; finis est praxis: sequitur q̄ donum scientiæ directe atq; pręcipue practicum sit: nec obstat q̄ scientia ista ad fidei certitudinem ordinetur, cum hoc non sit finis eius principalis ac proprius: immo donum intellectus sicut probatum est, ad fidei certitudinem maxime pertinet. Præterea Christus discipulis loquens, Si inquit hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Perfectio ergo & finis salutaris scientiæ quam Christus edocuit, est opus uirtutis. Vnde Anselmus scientiam istam ad uitam pertinere actiuam fatetur: sed sicut uita actiua ad contemplatiuam refertur, ità scientiæ donum ad contemplationem finaliter ordinatur, tāq; ad finem communem & superiorem: nec tamen est speculatiua: aliàs omnis scientia speculatiua consisteret: quoniam omnis praxis labor & opus, ad contemplationem ordinatur. Porrò doctor diuinus cuius authoritas magna est apud me, Donum ait scientiæ nostram sinistram seu rationalem forinsecus exitum perficit, per hoc q̄ nos exterius dirigit, omnēq;

Iohan.13. Anselmus. Iohannes Ruysbruch

Aristoteles. maneriem operum uirtuosorum cum discretione attendere facit: Quemadmodum ergo moralis scientia speculatiua non est sed practica, dicente Philosopho, Quid est uirtus scrutamur, non ut sciamus, sed ut boni efficiamur, ita scientia donum existens, practica non speculatiua existit, nisi secundario & indirecte.

Articulus XXVIII. Quæ beatitudo scientiæ dono sit correspondens.

DEniq; Augustino attestante, tertia beatitudo, uidelicet, beati qui lugẽt, dono scientiæ appropriatur. Hæc nanq; scientia, quoniam docet nos de rebus creatis recte sentire, ostendit ꝙ ipsis non debemus immoderanter neq; finaliter adhærere. Ex hac uero cõsideratione aduertimus, quãta peccata ac damna incurrimus, dum eis inordinate inhæsimus: ex qua animaduersione beatus hic luctus causatur. Porro, in hac beatitudine duo ponuntur, uidelicet luctus qui ad meritũ pertinet, & consolatio quę ad meriti huius merces fecit pręmium. Dicit itaq; Thomas, ꝙ luctus proprie correspondet dono scientiæ: consolatio autem secundario, per hoc ꝙ homo per donum scientiæ ordinat creaturas ad dei honorem: dicit enim quod & uerum opinor, ꝙ bona creata spirituale non excitant gaudium nisi referãtur ad deum. Veruntamen, si rite contemplor, tunc non solum luctus qui est meritum tertiæ beatitudinis, sed etiam consolatio quæ est præmium eius, dono scientiæ primarie correspondet: docet enim hoc donum de rebus creatis ueraciter iudicare, seipsum bene cognoscere, & in medio nationis peruersę uirtuose conuersari. Quemadmodum ergo in peccatore pœnitente donum scientiæ generat luctum, sic in uiro iusto, illo præsertim qui cum Hieremia dicere potest, Diem hominis non concupiui, domine tu scis. Atq; cum Iob, Neq; enim reprehẽdit me cor meum in omni uita mea. Itemq; in illo qui corde perfecto atq; uerissime deo deseruit cum Iosue, qui deo gratias refert de hoc, ꝙ eum uel à peccatis mortalibus præseruauit, uel dignam pœnitentiam agere præstitit, in his inq̃, donum scientiæ consolationem producit, pręsertim cum spiritualiter cõuersis sit per seipsum suaue & in domino delectabile: uel certe in deo delectari secundum Bernardum: Oportet inquit Iesus signum uirtutis accipere delectationem scientem in opere: hoc est delectatio operationem concomitans, signum est ꝙ operans ex uirtute agit. Itaq; consolatio tam proprie correspondet scientiæ dono ut luctus: imò ut reor, magis directe ac proprie: quia scientia ista immediatius ordinatur ad bene agendum quod in se est delectabile, q̃ ad mala deflẽda. Nihilominus uerba Augustini uerissima sunt: Perficit autem scientiæ donum fidem, inquantum fides circa creaturas quasdam existit. Perficit etiam charitatem, quæ sine operibus Christiformiq; cõuersatione mortua fertur. Nã qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare: Non enim est seruus maior domino suo.

Thomas. Hier. 17. Bernardus. 1. Ioan. 2. Ioan. 15.

Articulus XXIX. De laude huius scientiæ ex testimonijs sacræ scripturæ

HAec demum est illa salutaris scientia de qua ait scriptura in libro Sapientię: Iustũ deduxit dominus per uias rectas: & dedit illi scientiam sanctorum. Et ad Philippenses Apostolus: Oro ait ut charitas uestra magis ac magis abundet in scientia dei, & sitis synceri. Scientia autem hæc fraternam dirigit charitatem, & ad mentis tendit ac ordinatur synceritatem. Porro ad Philippẽses dicit Apostolus: Existimo omnia detrimentum propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi. Et ad Colossenses: Ambuletis inquit, per omnia crescentes in scientia dei. De hac scientia Esaias profatur: Diuitiæ salutis, id est ornamenta interioris felicitatis seu perfectionis sapientia & scientia: timor domini ipse thesaurus, id est custos & conseruator eius, utpote salutis. Timor quippe declinare facit à malo per quod salus conseruatur, quemadmodum idem testatur propheta: Hic est inquiens omnis fructus ut deleatur peccatum. Rursus quoq; de scientię dono loquitur Esaias, quod ante inductum recordor: Quem docebit dominus sciẽtiam, & quem intelligere faciet auditũ: ablactatos à lacte: auulsos ab ubere: eos uidelicet qui carnales delicias atq; mundanas uanitates horrent ac fugiunt. Deniq;, de his qui ista scientia pollent, ac alios docendo illustrant, in Daniele scriptum est: Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamẽti: & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed & in Osee sic scriptũ est: Non est ueritas, non est scientia dei in terra, id est in his qui terrenã uitam ducunt. Animalis nẽpe homo non sapit quæ sunt spiritus dei. Et denuo: Conticuit populus meus, eo ꝙ nõ habuerit gratiã dei. Et itẽ: Quia tu sciẽtiã repulisti, ego te repellã ne fungaris sacerdotio mihi. Hęc eñ scientia sacerdotibus, cunctisq; prælatis atq; rectorib⁹ maxime necessaria extat ac utilis. Vñ de indoctis tẽpli ministris p Ezechielẽ dñs ait: Sacerdotes inter mũdũ & pollutũ nõ intellexerũt. Hinc etiã dñs Aarõ sacerdoti pcepit

Sapien. 10. Philip. 1. Philip. 3. Col. 1. Esaiæ. 33. Esaiæ. 27. Ibidem. 28. Daniel. 12. Oseæ. 4. 1. Cor. 2. Oseæ. 4. Ezech. 22.

in Leuitico: Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibes tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ut habeatis ſcientiã diſcernẽdi inter ſanctũ & prophanum: doceatisq; filios Iſraël omnia legitima mea. Væ ergo ſacerdotibus nouæ legis, cunctisq; miniſtris Chriſti altaris, q epotãdis calicibus ſtudẽt, tabernasq; uiſitant: quorũ deus uenter eſt. In talibus nãq; nõ permanebit ſpiritus domini in æternum, quoniam caro ſunt. Veruntamẽ ſicut Magiſter tertio libro ex uerbis Auguſtini declarat, Scientia dei quandoq; communiter ſumitur, extenditq; ſe ad ſapientiam quæ & ipſa appellari poteſt ſcientia: ad quod probandum introducit Auguſtinus illud Apoſtoli: Nunc ſcio ex parte. loquitur enim de contemplatione dei quæ eſt ſapientię actus. Noſter tamen quo utimur textus ſic continet: Nũc cognoſco ex parte. Itaq; hoc modo quædam ſcripturæ teſtimonia allegata, etiã de dono ſapientiæ poſſunt intelligi. Amplius, quãuis iam ante mõſtratum ſit, ſcientiã iſtam quæ donũ eſt, à prudẽtia quæ eſt uirtus moralis, realiter diuerſificari, nihilominus ſacra ſcriptura uiciſſim ſciẽtiæ donum appellatione prudẽtiæ cõmuniter ſumptę deſignat, iuxta illud Prouerbiorum: Beatus homo qui inuenit ſapiẽtiam, & qui affluit prudẽtia. Alibi quoq;: Dic ſapientiæ ſoror mea es, & prudentiam uoca amicam. Interdum uero prudentia aut ſcientia iſta diſtinguitur, Salomone dicente: Ne innitaris prudẽtiæ tuæ.

Leuit. Magiſter Sententiarum. 1. Corin 13. Prouer. 3. Prouer. 7. Prouer. 3.

Articulus XXX. Quomodo donum ſciẽtiæ ſpiritualem diem facit in anima.

Liquet opinor ex dictis, q donum ſcientiæ ſupernaturale, deiformeq; lumen mentis creatæ, & ſicut æternę diuineq; mentis ſcientia una ac ſimplex eſt, non diſcurſiua, nõ acquiſita, ſed abſoluta: ſic iſta ſcientia diſcurſiua nõ extat. Non enim ex intellectus ratiocinatione dependet, nec ſecundum diuerſitatem rerum ſcitarum partitur: ſed ſuo ſplendore rationem ad omnia creata diſcernẽda irradiat. Itaq; donum ſcientiæ ratione lympidiſſimæ ſuæ claritatis diem ſpiritualem in anima parat. Sed & ſecundum maiorem minoremq; illuminationem quam cauſat, mane & meridiem ueſperamq; in mente diſtinguunt. Dum enim ad ſciẽtias naturales & acquiſitas ſeu philoſophicas ſe extendit, illas perficiendo ac dirigendo, mane ſpiritualis facit diei. Naturales nanq; ſcientiæ cum ſint uelut lumina obumbrata, tenebrisq; permixta, quoniam ad ueram felicitatem perducere nequeunt, nec mentis caliginem ſeu uitia expellere ualent: idcirco aurorę quę eſt diei obſcuræ initium comparantur. His ergo ſcientijs facit donum ſcientię bene uti, & ad fidei finem eas referre: circa eas conuenienter ſentire & recte iudicare, quemadmodum Hugo fatetur: Philoſophis inquiens ſeu ſapientibus huius mundi datum eſt philoſophari, & aliquas ueritates inuenire propter nos quibus conſummatio ſeruabatur. Inuenerunt quippe ueritatem illam, quam oportebat ſuſcipere filios uitæ ad ſummę ueritatis obſequium: eis enim labor appoſitus eſt, nobis uero reſeruatus eſt fructus. Inſuper donum ſcientię meridiem ſpiritualis diei in anima efficit, dum lumẽ ſuum ad ſacrę ſcripturę doctrinam ſane intelligẽdam, ac uere ab alijs diſcernẽdam expãdit. Sacra enim diuinę ſcripturę doctrina lumen eſt cœliforme ac purũ, ad inſtar meridianę horę diei animã ſplẽdidius illuminãs, ualidiusq; inflammãs. Facit quoq; ſciẽtia iſta quę donum eſt ueſperã, dũ ad morales ſciẽtias, & ad operabilia ſe ſua directione protẽdit: ſic ẽm uirtualiter cõuerſari informat. Cõuerſatio aũt exterior ueſpertinę aſſimilata eſt horę, quoniã minor eſt claritas eius q̃ interioris exercitationis: & quoniam mentis contemplationem aſſequitur, ſicut meridiem ueſpera concomitatur.

Hugo.

Articulus XXXI. De interno conuiuio doni ſcientię.

Porrò donum ſciẽtię mentem ſpiritualibus ferculis delicioſiſſime atq; multiformiter reficit. Teſte enim Gregorio, hoc eſt ſuper omnipotẽtem delicijs affluere, ex diuino amore ſacrę ſcripturę epulis ſatiari. In cuius nimirum uerbis tot delicias inuenimus, quot ad noſtrum profectum intelligentię diuerſitates accipimus: ut modo nos alat nuda hiſtoria: modo ſub textu uelata nos paſcat medullitus allegoria: modo ad ſublimiora nos erigat cõtemplatio anagogiæ in præſentis uitæ caligine, iã de lumine æternitatis refulgẽs. Triplex ergo eſt menſa ſacræ ſcripturæ. Prima eſt mẽſa hiſtoriæ, in qua ſimplices groſſioribus alimentis fidem firmãtibus reficiunt: ſicut dum legunt uel audiunt corporalia Chriſti miracula: ut q cæcus natus uiſum recepit: quatriduanus defunctus reſurrexit: q Chriſtus uentis & mari imperat, moxq; obediunt ei. Itaq; turba ſimpliciũ paſcitur, dũ fides exemplis & miraculis roboratur. Secunda eſt menſa allegoriæ, in qua ſubtiliores, & in lege periti profundioribus ac ſapidioribus alimonijs nutriuntur, dum ipſis panis qui de cœlo deſcendit promittit, ex cuius manducatione omnium diuinorum chariſmatum gratias obtinemus. Allegoria enim quid credendũ ſit docet. Ideo, dum ex ſenſu hiſtorico quid

Gregorius. Menſa ſacræ ſcripturæ triplex.

credi debeat consideramus, in mensa allegoriæ reficimur. Tertia demum est mensa anagogiæ, in qua contemplatiui perfectiq; uiri, dulcissimis atq; dignissimis ex cõtemplatione cœlestium promissorum æternaliumq; bonorum ferculis saginantur, deliciantur & dilatantur. Anagogia etenim est simplex eleuatio mẽtis in contemplatione diuinorum: sicq; anagogia ratione eleuationis transcendit narrationem historicã: ratione autem contemplationis supergreditur allegoriæ uelamina: utpote, sine sensibili ac materiali imagine diuina, acie munda contemplans. Talis uero contemplatiua ascẽsio suauem ac magnam gignit dulcedinẽ.

Gregorius. Vnde Gregorius super Ezechielem: Cõtemplatio inquit ualde amabilis est dulcedo: quoniam animam super se recipit, cœlestia aperit, terrena esse spernenda ostẽdit, spiritualia oculis interioribus patefacit, corporalia quoq; abscondit: ita ut anima talis dicere possit: Ego

Cant. 5. dormio & cor meum uigilat. Vigilante etenim corde ipsa dormit, per hoc q̃ contemplãdo interius proficit, & ab inquietis operibus foris quiescit. Deniq; prẹinductis uerba Hugonis

Hugo. in libro de claustro animæ consonãt: Quemadmodum ait homo exterior in materiali refectorio cibo ac potu reficitur, sic homo interior in refectorio sanctæ meditationis exemplorum uariorum ferculis impinguatur, cõpũctionisq; uino potatur. In hoc refectorio tres mẽsæ ponuntur, id est tres intellectus diuinæ scripturæ. Prima ponitur simplicioribus: secunda eruditioribus: tertia uero utrisq;. In prima ponit cibus grossior: in secunda subtilior: in tertia dulcior. Prima continet saporem exemplorum: secunda dilectionem mysteriorum: tertia dulcedinem morum. Veruntamẽ, quoniã sacra scriptura quadrupliciter exponitur, aptius arbitror ponere quatuor mẽsas in spirituali conuiuio, mentaliq; refectorio doni scientiæ. Et quãto expositio fuerit altior, tãto erit mẽsa suauior ex sua natura. Vnde præfatis scripturẹ mẽsis addẽda est mẽsa tropologiæ, dũ ex rerum cõsideratione gestarum, aut moraliũ præceptorũ, quid agere debeamus attẽdimus: & ex morali instructione reficimur.

Articulus XXXII. An donum scientiæ maneat in beatis.

Difficultas pauca uel nulla esset de hoc, an sciẽtia ista in beatis p̃maneat, nisi Apo-

1. Corin. 13. stolus charitatem commendãdo assereret: Siue prophetiæ euacuabuntur, siue scientia destruatur, charitas uero nunq̃ excidit. Deniq; iuxta Apostolum, fides

Eodem. spes atq; scientia ideo euacuanda dicuntur, quia ex parte sunt & non charitas: cum tamen & ipsa ex parte sit: ex parte enim diligimus, sicut ex parte scimus, ut ait Esitius super Leuiticum. Et respondendum cum Magistro Sentẽtiarũ tertio libro: quia & charitas inquantum ex parte est euacuabitur: tolletur nãq; imperfectio eius, & addetur perfectio, remanebitq; ipsa sic aucta: & actus eius & modus agendi, ut diligamus deum propter se ex toto corde, tota mẽte, tota uirtute: proximum nostrum sicut nosipsos. Fides autem & spes euacuabuntur omnino: Scientia uero secundum actum & modum quem nunc habet tolletur, non autem secundum essentiam destruetur: nã habitus remanebit, sed alium usum & modũ habebit. Hæc uero responsio de scientia quæ est uirtus intellectualis, de illa quoq; quæ est donum spiritus sancti intelligi potest, saltem quantum ad aliquos actus. Nam donum scientiæ in beatis, docet de rebus creatis bene sentire ac iudicare: nõ autem facit nos in medio nationis prauæ laudabiliter conuersari, nec temporalia efficaciter administrare: quoniã duo hi actus nõ nisi uiatoribus cõpetunt: nisi forte quis dicat angelos tẽporalia administrare, cũ

Augustinus. dicat Augustinus deũ uisibilia oĩa per inuisibiles creaturas dispẽsare & regere atq; moueere. Hic tamẽ actus spiritibus defunctorum nõ competit.

Articulus XXXIII. De triplici acceptione pietatis.

Pietas deniq; uicissim uocat naturalis affectio ad alios quoslibet, siue consimiles, siue propinquos, siue afflictos: estq; pietas ista passio sensitiui appetitus, quẹ & brutis cõmunis est. Cernimus enim qualiter aues ac bestiẹ fœtus suos enutriant, defendant, custodiant. Hẹc pietas cum sit motus pure naturalis, nec uituperabilis est neq; laudabilis, nisi inquãtum ad uirtutes disponit. Est ergo alia pietas quẹ est uirtus moralis parsq; iustitiẹ. Et sicut latria uirtus est quẹ diuinẹ naturẹ debitum cultum impendit, sic pietas ista uirtus uocatur, per quam parẽtibus & patriẹ ciuibus honorem & cultũ exhibemus: quam

Cicero. diffiniens Tullius, Pietas inquit est, per quã sanguine iunctis, patriæq; beneuolis officiũ & diligens attribuitur cultus. Appellatione autem parentum, omnes cõsanguinei: nomine uero patriæ, cũcti cõciues patriẹq; intelligũt amici. Verũtamẽ Augustino decimo de Ciuitate

Augustinus dei attestãte, nomẽ pietatis more uulgi in misericordiæ opibus maxime frequẽtat: quẹ q̃m

Gregorius. deus potissime præcipit, pius uocatur. De hac pietate Gregorius loquens, Sunt ait nonnulli qui pietatis suæ uiscera ad incognitos extendere nesciunt: sed solum ad eos quos per assiduitatem

duitatem notitiæ didicerunt: apud quos familiaritas plus ualet quam natura. Est insuper tertia pietas quæ donum uocatur spiritussancti, de qua diligentius pleniusque effari oportet. Nulla enim pietatum dictarum est donum spiritussancti, prout de donis modo fit sermo. Harum itaque pietatum prima appellatur innata: secunda infusa: quæ etiam potest esse acquisita, sicut & ceteræ uirtutes morales iam per exercitationem uel per infusionem habent: tertia inspirata.

Articulus XXXIIII. Quid sit pietas illa quæ est donum spiritussancti.

FRequenter uero ab huius editionis exordio habitum recolo, quod dona spiritussancti sunt supernaturales & habituales, diuinitusque inspiratæ perfectiones mentis creatæ: quibus efficaciter atque promptissime redditur mobilis secundum influxum ac directionem spiritussancti. Inter cætera uero ad quæ diuinitus instigamur, hoc unum existit, ut ad deum filialem geramus affectum, iuxta illud Apostoli ad Romanos: Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Habitus ergo seu donum quo capax est anima inspirationis diuinæ ad huiuscemodi actum, donum spiritussancti appellatur: extenditque donum hoc secundario se ad homines prout ad deum aliquo modo se habent ac pertinent, sanctos honorando, miseris condolendo, indigentibus opem ferendo. Manet quoque hoc donum in patria quoad actum suum præcipuum, qui est filialis affectus ad deum. Hæc de dono pietatis sanctus Thomas in secunda secundæ adducit: quæ qualiter aliorum sententijs consonent, diligenter aduertere expedit. Ait igitur Hugo: Pietas est benignæ mentis dulcedo, grata omnibus auxiliatrix, infusa affectio, diuinique cultus religiosa deuotio. Sed in his non accipiuntur affectio atque deuotio, prout respectus seu actus charitatis dicuntur aut latriæ: sed magis pro habitu per quem nos deo deuote liberaliterque offerimus, & aliis nostra largiflue communicamus. Itaque donum pietatis, est dulcis ac splendidus radius à fonte immensæ benignitatis, qui essentialiter pius est menti infusus, quo ad deum colendum ut patrem supernaturaliter habituatur: de qua pietate ait Bernardus: O clementissima pietas, quæ non inuenit meritum, sed etiam his ubi totum uidetur contrarium. Hæc pietas teste Apostolo ad omnia utilis est: quia ut asserit Augustinus super psalmum Beati immaculati, Pietas grata est deo, dominum conciliat, necessitatem alleuiat, dei cultura est, merces parentum, filiorum stipendium, iustorum tribunal, egenorum portus, miserorum refugium, indulgentia peccatorum. Ipsa quippe antequam prece pulset, ignoscere nouit.

Roma. 8.

Thomas.

Hugo.

Bernardus.

Augustinus.

1. Tim. 4.

Articulus XXXV. Qualiter pietas ista à pietate quæ est uirtus moralis, distinguitur. Quomodo etiam differt à latria & misericordia.

COnstat igitur quoniam pietas uirtus existens, circa compatriotas atque propinquos uersatur: pietas uero quæ donum est, circa deum præcipue occupatur: deinde per eam compatitur homo sibiipsi & alijs. Habent ergo diuersa obiecta, quamuis utriusque subiectum sit idem, puta uoluntas. Insuper, pietas uirtus agit secundum naturalem rationem, naturalisque iuris dictamen. Est quoque habitus naturalis & acquisitus. Pietas autem quæ donum est, secundum principia fidei diuinæque legis censuram operatur: estque habitus supernaturalis atque infusus. Præterea latria deum honorat sicut & pietas: sed latria deum honorat ut creatorem & deum ac dominum: pietas uero ut patrem. Idcirco pietas quæ est uirtus, inferior ponitur latria: pietas uero quæ donum existit, est dignior latria: præsertim cum dictum sit, quod dona uniuersas uirtutes excedant, theologicis demptis. Rursus, latria & uirtus misericordiæ, perficiunt hominem ut sit bene agens ac mobilis secundum rationis imperium: sed propter rationis omnisque humanæ uirtutis imperfectionem, indiget homo à spiritu sancto specialiter dirigi atque moueri, etiam quantum ad illos actus, quos per rationis imperium uirtutumque subsidium operatur. Vnde quamuis latria & misericordia quosdam habeant actus eosdem cum actibus pietatis, tamen hos ipsos actus donum pietatis perfectius excellentiusque producit, quam uirtutes prædictæ: imo pietas ista expedit, ornat ac perficit dictas uirtutes, quatenus promptius atque frequentius in actum procedant: per hoc enim quod spiritussanctus menti aspirat filialem affectum ad deum, cuius inspirationis fit anima capax per donum pietatis secundum Thomam, per hoc inquam exequitur homo ardentius, promptius atque frequentius actum latriæ ac misericordiæ, deum colendo & proximis succurrendo. Postremo secundum Bonauenturam, aliter pietas uirtus, & aliter pietas donum uersantur & habent se circa proximum: quoniam pietas inquantum est uirtus moralis, auxiliatur atque compatitur proximo ut consorti naturæ, seu propter conuenientiam naturalem: pietas uero ut donum, impendit hæc proximo inquantum est dei imago, seu propter conuenientiam quam habet cum deo. Vnde per donum pietatis habemus dulcem affectionem ad proximos nostros propter deum, inquantum sunt diuina imagine insigniti.

Bonauentura.

Articulus XXXVI. De dono pietatis secundum sententias diuini doctoris.

OPortet præterea, ut per donũ pietatis ad extra uertamus nos: quemadmodũ eñi deus ad seipsum semper conuersus est per propriã unitatẽ, sic semper ad omnes creaturas extrouersus est per pietatẽ ac gratiã: cumq; pietatem istam accipimus intra nos eamq; sentimus, ei nos obedire oportet. Deus siquidem nobis infundit donum consilij propter introuersionẽ: donum uero pietatis propter extrouersionẽ. Habitare enim debemus intra charitatẽ diuinã atq; fraternã: sicq; poterimus nos amorose intus ac foris conuertere iuxta inclinationẽ amoris. Deniq; p donũ pietatis, amorosamq; uersionem ad extra, oritur in nobis uirtus præclara quæ misericordia appellatur, nos intus mollificans, atq; in omni necessitate compatientes efficiens. Hæc uirtus est oleũ omnia uulnera ualens sanare. Idcirco debemus eam in nostro libero appetitu semper portare: debemusq; propter dei honorẽ omni necessitudini condolere. Tunc demũ debemus in nostra necessitate affluentem dei liberalitatẽ amorose conspicere: atq; in ea nos affectuose cõmunicare: & per hæc semper crescemus in nouitate uirtutũ, itemq; donorũ. Dum enim benignitatem dei in nobis sentimus, largitas nobis innascitur: ob cuius nosipsos continere nequimus, quin semper per unionem fluamus ad intra, ac per misericordiam effluamus ad extra. Huius autem exemplũ singulariter lucet in Christo: ipse enim dedit semetipsum plene ac integre deo patri in interna ac simplici uniõe: & per eam ad intra processit acuta spiritus sancti consilia sequens in charitate: dedit quoq; seipsum nobis plene ac integre uiuum ac mortuum & in sacramento contentum: sicq; largissime exit sua gratia ac pietate, uolens nobiscum iugiter perseuerare, dummodo nosipsi inter exitũ atq; introitũ, seu introuersionẽ ac extrouersionẽ cum amorosa uirtute morari uelimus. Porro dum homo in dono timoris se bene exercet, largitur ei deus donũ pietatis quæ est largitas ipsa. Tunc enim cordialiter largus, mãsuetus ac pius efficitur: fit q̃q; uicinior deo, q; similior: & in eo quietiorẽ se sentit q̃ antea fuerat. Similitudo eñ & quies, tãtò ei suauius sapiũt, quãtò ipse deo similior fact⁹ est.

In archetypo spatium erat quasi aliquid deesset.

Articulus XXXVII. Quid de dono pietatis finaliter sentire oporteat.

Thomas.

LVcet reor ex his, quia ut Thomas fatetur, donũ pietatis directe uel præcipue circa deum uersatur, faciens nos filialẽ habere affectũ ad ipsum: deinde ex consequẽti ad proximos operatur: quia qui sancte in deo afficitur, mox ad auxiliandum ac benefaciendũ cunctis hominibus inflammatur: sed uti ex præinducto constat articulo, doctor diuinus affirmat, q; pietas ista nobis directe infunditur propter extrouersionem siue exitũ, utpote faciens nos hominibus auxiliatiuos, compassiuos, beneficos. Quẽadmodum enim dono consilij mouemur atq; dirigimur ad perfectiones internas quæ in operationibus circa seipsum consistunt, sic dono pietatis à spiritu increato dirigimur ad perfectiones quæ per operationes circa alios existentes adipiscuntur: quales sunt actus misericordiæ tam spirituales q̃ corporales: sicq; infunditur pietas ista, ut per eam bene habeamus nos circa homines uniuersos: & istud omnino rationabiliter opinor, dum quemadmodum sapientiæ donũ perficit charitatẽ prout per eam ad dei dilectionẽ accendimur, sic pietatis donum eandẽ perficit charitatẽ, inquantũ per eam ad fraternũ excitamur amorẽ. Eadem quippe est charitas, qua deũ proximumq; diligimus: sed eam pluribus perfici donis absurdum non extat, secundũ q; circa diuersa uersatur: quæ tamen omnia una ratione, id est propter deũ amantur. Deniq; omnes pene testãtur, q; pietas ista uitã actiuã proprie respicit, ornat ac perficit. Hoc autẽ non esset, si directe præsertimq; ordinaretur ad filialiter affici circa deũ: secundario autẽ occuparetur circa proximũ: affici enim in deo, uitã contemplatiuam concernit: egredi uero ad proximos, ad uitã spectat actiuã. Præterea dictũ est, q; sicut cõsilij donũ fortitudinẽ dirigit, sic donũ scientiæ donũ dirigit pietatis. Cum ergo scientiæ donum non nisi circa creaturas directe uersetur, apparet q; pietas hæc directe, immediate ac proprie circa proximos operet: imò si primus ac proprius eius actus sit filialiter affici deo, tunc potius sapientia q̃ scientia dirigit eam: quoniã sapientia diuinorũ fertur cognitio. Adhuc sancti cõmuniter dicunt, q; sapientia sit omniũ donorũ dignissimũ, timor uero nouissimum: & q; à timore ad sapientiã peruenitur per intermedia dona: quæ tantò sunt digniora, quantò sapientiæ propinquiora: pietas uero timorẽ proxime sequitur ascendendo ab inferiori: sed præcedit illud descendendo à dono sapientiæ: cæteris ergo donis uidetur inferior. Hoc aũt non esset, si proprius eius actus sit in deo filialiter affici. Hoc enim diuinissimum perfectissimũq; asseritur, & multo præclarius q̃ sint actus scientiæ. Quid ergo ad Thomam dicere possim non uideo, nisi dicatur q; donum pietatis maxime ordinatur ad habendum

filialem

filialem affectum in deo: secundario uero circa proximos operetur: quia hoc ipsum quod per pietatem proximis subuenimus, ex filiali ad deū affectu decet procedere: atque ad ipsum filialiter ordinari ac tendere.

Articulus XXXVIII. Quod per donum pietatis deo singulariter conformamur.

RAtionē boni in sui ipsius cōmunicatione seu diffusione consistere, princeps theologorum benedictus domini beatissimus Dionysius, princeps quoque philosophorum Aristoteles contestantur. Cum ergo actus doni pietatis ordinetur ad hoc, quod intellectualis creatura bene, clementer & liberaliter circa suæ naturæ consortes se habeat, facile cōmunicando, pronissime indulgendo, celeriter auxiliando, benignissime condolendo, elucescit quod pietas ad rationē boni potissime spectat. Vnde & pij singulariter boni dicuntur. Cum ergo deus sublimis sit substantialiter atque totaliter, omniformiter atque quomodolibet bonus, pius ac dulcis, Nemo siquidē bonus nisi deus, quemadmodū dei cōtestatus est filius, sed & deo propriū est misereri semper & parcere, Psalmista quoque ad deū eloquia sua ponens, Laudate inquit nomen eius quoniā suauis est dominus, &, quoniam tu domine suauis & mitis, Rursusque, Gustate ait & uidete quoniā suauis est dominus, Cū itaque ita sit, innotescit quia quò in dono pietatis copiosius abundamus atque proficimus, eò uehementius deiformes, suaues ac mites efficimur, imo & amantissimi sic reddimur: cum similitudo sit causa amoris. Denique, quanta sit pietas dei hinc liquet, quod omnia propter propriam bonitatē plasmauit, conseruat, dispensat: & in quocunque momento peccator ingemuerit, ipse protinus miseretur atque ignoscit: imò quod mirabilius est, gratiā & charitatē creando infundit, malignū iustificat, perditū recipit, fugitiuū amplectitur, ingratū adoptat, uirtutibus implet eum qui uitijs sorduit, degenerē quoque in hæredē ac filiū sibi assumit. Quis tantæ pietatis uiscera satis miretur? Hanc ergo perfectionē diuinā sectari tenemur in dono pietatis crescendo, ac omnibus bene agēdo, quemadmodum hortatur saluator: Estote inquit perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Et per Moysen dn̄s ait: Sancti estote quoniam ego sanctus sum dominus deus uester.

Mat. 19. Mar. 10. Luc. 18. Judith 7. Psal. 99. Psal. 85. Psal. 33. Mat. 5. Leuiti. 11.

Articulus XXXIX. Quid in beatitudinibus & fructibus dono pietatis correspondet.

BEne præterea atque solicite aduertendū, quod sanctus Thomas in secunda secūdæ inducit: Asserit nanque in coaptatione beatitudinū atque donorum adinuicē, duplicem posse conuenientiā considerari: unā secundū rationē ordinis seu ordinē enumerationis: aliā aūt secundū propriā rationē beatitudinū ac donorum: uidelicet secundū actus item que obiecta. Primā conuenientiā astruit Thomas Augustinū in libro de sermone domini in monte esse secutū. Nam primā beatitudinē scilicet, Beati pauperes spiritu, attribuit ultimo dono quod timor est domini: secundā uero beatitudinem utpote, Beati mites, ascribit penultimo dono uidelicet pietati: sicque deinceps. Verum secundum aliam conuenientiam, dono pietatis potius correspondet quarta beatitudo quæ est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: pietas enim hæc ad iustitiam pertinet, eamque concernit ac perficit secundū Thomam. Arbitror tamen, quod pietas ista potius charitatem quam iustitiam respicit, ornat & expedit, secundum quod ostensum est. Vnde & doctor diuinus eam ad misericordiam pertinere fatetur. Misericordia autem est uirtus charitati connexa seu coniuncta: nihilominus uerum esse potest quod Thomas disseruit: cum non sit inconueniens idem donum ad diuersas pertinere uirtutes: non tamen æque principaliter & immediate. Idcirco uerissimum est quod Thomas testatur, quintam quoque beatitudinem dono pietatis posse correspondere seu appropriari. Opera quippe misericordiæ pietati attribuuntur. Quidam uero affirmant, quòd ad pietatem proprie spectant spiritualia misericordiæ opera: quibus fauere uidetur quod ait Apostolus: Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: qui etiam uidetur pietatem ab exteriori exercitio separare: sicque apparet, quòd pietas non perficiat immediate nostram extrouersionem seu exitum ad confratres, sed potius ordinetur directe ad filialem affectum ad deum. Et respondendum, quòd sanctus Apostolus hoc hortatur, ut perfectionem nostram in corporalibus exercitiis non constituamus: sed interiorem perfectionem, pietatem, mansuetudinem, largitatem, apprehendere enitamur: atque ex tali interna mentis dispositione ac pietate, ipsa nostra exercitia corporalia producamus & operemur. Sic nēpe exercitia exteriora exhibita

Thomas. Mat. 5. Eodem. Luc. 6. Mat. 5. Ioannes Ruysbroch.

tangitur: quia nec bonus nec malus est secundum bonitatem moralem. Aduertendũ etiam ꝙ timor inquantum est passio naturalis, sex species habet secundum Damascenum libro secundo: uidelicet segnitiem qui est timor futuræ operationis: erubescentiam quæ est timor in expectatione cõuitii: uerecundiam quæ est timor in turpi facto: ammirationem quæ est timor ex magna imaginatione: stuporem qui est timor ex imaginatione insolita: agoniam quæ est timor per casum uel infortunium. Hæc autem diuisio est ualde magistralis: sumitur nanq; secundum propriam diuisionem obiecti timoris. Addit quoque Damascenus, ꝙ erubescentia & uerecundia sint passiones laudabiles. Vnde Bernardus: Quid inquit amabilius, quid speciosius uerecundo adolescente? pulcherrima in uultu adolescentis margarita, est uerecundia. Damascenus. Bernardus.

Articulus XLIII. Quis horum timorum sit donum spiritussancti.

ELucescit itaq;, ꝙ nullus timor meritorius sit nisi initialis ac filialis: & hi duo timores non distinguuntur realiter, sed secundum statum uel gradum: quemadmodũ charitas imperfecta atq; perfecta. Idem quippe timor qui primo est initialis, charitate crescente fit filialis. Timor ergo qui est unum septem donorum, est timor filialis secundum rationem doni perfectam: sed secundum completũ esse huius doni, sic timor initialis uocatur. Quanto autem charitas amplius crescit, tantò timor filialis uehementius augetur & conualescit. Timor quoq; initialis, quantum ad id quod cum timore seruili commune sortitur, charitate crescẽte decrescit, eaq; perfecta nil retinet de proprietate timoris seruilis: sed est omnino unum ac idem cum filiali timore. Porro timor seruilis quantum ad esse seruile, charitate adueniente, omnino aufertur: sed secundum eos qui dicunt eum substantialiter malum, malum non esse manet quod secundum substantiam: quantum uero ad actum charitate crescente minuitur. Nam quantò quis deum intentius amat, eodem præmio magis confidit, minusq; proprium bonum cui malum pœnæ contrariatur attendit.

Articulus XLIIII. An timor filialis de quo communiter loquentes loquuntur, qui est charitatis effectus seu actus, sit donum spiritussancti.

OPortet denuo commemorari, quoniam dona spiritussancti sunt habituales mentis creatæ dispositiones, quę semper in eo perdurant, donec peccato mortali gratia amittatur & charitas. Iterũ quoq; reminisci oportet, ꝙ omnis timor ex aliquo amore nascatur, & secundum diuersitatem ac multiplicitatem amoris diuersificatur multiplicaturq; timor. Timor ergo non habitum sed actum importat: est enim fuga seu motus appetitiuæ potentiæ: dona uero non actum sed habitum exprimunt. Cum ergo inter actum & habitũ sit realis distinctio, constat ꝙ timor qui est charitatis effectus, fugaq; appetitus & motus & actus, non sit donum spiritussancti, prout nunc de donis tractatur, sed timor ille qui donum est, à tali timore realiter differt: cum sit habitus seu radicata perfectio creatæ mentis. Præterea iuxta præinducta, dona spiritus sancti non nisi per creationẽ à deo habentur, quemadmodum uirtutes theologicales: timor autem qui est fuga & actus seu charitatis effectus, non est immediate per creationem à deo, sed est actus à mente creata productus atq; elicitus, à charitate emanans. Non ergo est idem cum timore qui donũ uocatur. Adhuc autem, timor qui est donum spiritussancti, cessante omni animæ actu, perseuerat in ea cũ sit habitus. Timor uero qui est actus charitatis, non manet in anima actu eius cessante: sed actum charitatis concomitatur & inde exoritur, sicut de gaudio & pace Thomas in secunda secundæ affirmat: quorum nullum est uirtus aut habitus secundum eum, sed charitatis effectus. Nam secundũ propriã suã rationẽ ordine concedendi ex charitate causatur. Porro si timor uel pax in anima nil actualiter peragente remanere dicantur, erit hoc intelligendũ, non quantũ ad eorũ essentiam, sed quantum ad causam, uidelicet charitatem quæ est eorum causalis origo: qua manente manent prædicta secundum propinquam potentiã: cuius simile arbitror de conscientia. Conscientia enĩ secundũ Thomã & alios multos, non est habitus mentis sed actus ipsius: uidelicet applicatio quædã rationis, qua sciẽtia cũ iudicio alicui rei determinate applicat. Nihilominus dicit aliqs cõscientiosus dũ dormit uel actu nihil facit, quoniã propinquæ causæ conscientiæ in anima manent. Subiectũ autẽ doni timoris, est ipsa uoluntas: causa uero efficiẽs est spiritussanctus. At uero timor qui est charitatis effectus, nõ est nisi causa formalis uitandi peccatũ: uel potius ipsa uitatio seu fuga peccati secundũ rationis uirtutẽ charitatis adiutæ dictamẽ: sed timor qui est donũ spiritus sancti, est habitus uoluntatis per quẽ efficit homo optime mobilis à supnaturali inspiratiõe Thomas. Conscientia quid sit.

paracleti

paracleti, ad uitandū omne malignū secundū directionē seu opē spiritus sancti supernaturaliter in homine operantis. Cuius operationis efficitur capax per donū timoris, quē admodum capax est directionis atq; imperii rationis per uirtutes morales. Deus quippe non solum est causa potentiarū atq; habituū animæ, sed etiā testante scriptura, Opera nostra ipse operatur in nobis: quod de supernaturalibus nostris operibus maxime uerū est. Itaq; donum timoris est habitus supernaturalis diuinitus inspiratus: quo redditur homo deo reuerenter subiectus, non piger, neq; rebellis. Vnde Gregorius astruit hoc donum contra superbiam dari: superbia enim deo subdi contemnit. Initium nempe superbiæ, apostatare à deo, id est à deo recedere, nec ei parere.

Esa. 26.

Gregorius.

Articulus XLV. De dono timoris secundum doctorem diuinum.

Doctor diuinus.

FAtente enimuero diuino doctore, per donum pietatis inchoamus, implemus ac iugiter possidemus omnē ornatū uirtutū: quoniā filialis timor cum reuerētia manet in seculum seculi: huncq; timorem deo debemus. Hic timor propria uoluntate nos priuat, sentireq; facit q dei proprie simus, non nostri: omne peccatum expellit: ab omni quoq; peccato præseruat: ad omnem uirtutem atq; laudabile opus inclinat, & omnis pœna ei fit leuis, quoniam deus onus eius sustentat. Idcirco ipsa nulla necessitate grauari uel opprimi ualet. Insuper q timoris est expers, omni uirtute ac gratia caret. Præterea, multum necesse est considerare, qualiter hunc timorem adipisci possimus. Principium huius diuini timoris, est quidam horror internus à deo infusus, per hoc q nostra peccata nobis ostēdit: quorum ostensione interius nosipsos reuerberat atq; perterret: idq; demonstrat, q parui ac uiles simus ante maiestatē ipsius: corā qua angeli contremiscunt, & cui nulla creatura obsistere ualet. Hæc diuinæ maiestatis magnitudo cōminatur nos in æternū perire, nisi ei humiliter obediamus per ueram uniuersorū defectuū nostrorū pœnitentiam: sapientia dei propter crimina nostra redarguit nos, interioraq; nostra perspectat: ipsa quoq; iuste iudicabit nos & exhæreditabit à regno æterno, nisi acquieuerimus ei, considerando quid ipsa docuerit, atq; secundum eius doctrinā uiuendo. Denique bonitas dei de nostra infidelitate conqueritur, suam perpetuam nobis fidelitatem demonstrans: in qua æternaliter nos dilexit, & in hac ualle miseriç requisiuit. Hæc dei bonitas comminatur se imperpetuum nobis, uelut alienam futurā, nisi conuersi fuerimus eiq; concordemus, & uirtutibus nos ornemus. Si in istis deo resistimus, ac dona eius contemnimus, uehementius deterioramur, imparatioresq; ad dei dona sortienda efficimur. Amplius, si ex nostrijpsorum priuato timore, non autem ex diuino amore opera bona arripimus, amor noster seruilis est: nec quippiā promeremur, donec opera nostra in charitate ordinemus. Idcirco nosipsos abnegare in amore oportet, atq; cum humili reuerentia diuinæ increpationi ac disciplinç parere: sicq; accipimus donum amabile casti timoris domini, qui iugiter perseuerabit, & in uita prçsenti, futuroq; seculo. Hoc modo diuinæ maiestati efficimur sponte obedientes, diuinæ sapientiæ acquiescentes, diuinæ quoq; bonitati uniti atq; concordes: ac per hoc deo reddimur timorati, & dono diuini timoris repleti. Sic demū animositatis audaciā extirpamus, humilitatemq; cum pauore atq; affectuosa ad deum reuerentia obtinemus. Et in isto totā uitā nostram fundare debemus: quoniā timorata humilitas seu humilitas cum timore, obedientes & patientes nos efficit, & nosipsos paruipendentes, nilq; de nobis curantes: sed proprios defectus iugiter recognoscentes, ac omni honore & bono nos esse indignos putantes. Proinde timorata humilitas, dei atq; ecclesiæ præcepta obseruare nos facit: docetq; nos paulum loqui nisi occurrat fructuosa utilitas: sensus nostros restringere: corde ac morib⁹ humiles esse: habitu etiā, & in omni conuersatione humilitatē seruare. In his autē rectā habere intentionē debemus: ut nosipsos propter dei honorē annihilare intendamus: cumq; nosipsos taliter annihilauerimus, sentiemus humilitatē omni modo carentē, quā nemo ualet scrutari: quoniā ipsa est nostra in fundo quies: ac omni uirtute profundior. Dum uero humilitatē istā senserimus, deū satis exaltare nequimus: neq; nosipsos sufficienter deprimere secundū desiderium nostrum, ac nostræ dilectionis efflagitationē: sed in cunctis deficimus, ac in ipso defectu quietem salutemq; reperimus: & inde nouo filiali ac amicabili timore accēdimur: omniū quoq; uirtutum & humilitatis præsertim recentibus actibus adornamur: & qualibet hora in bonis operibus clarificamur & renouamur. In his uero descendere in æterna humilitate per donum timoris debemus. Ascendere quoq; debemus ad deū cum laude perenni per fortitudinis donū, & inter ascensum ad deū in laude, descensumq; in humilitate charitas exercetur in nobis. Donum quippe fortitudinis dei construit ignem amoris in corde: & erigit

nos

nos quatenus omnes creaturas deferamus: sicq; ad dei altitudinẽ cum laudibus conscendamus. Donum quoq; timoris dei eundẽ amoris ignẽ in nostris construit mentibus: exigens ut nosipsos cum omni creatura corã deo cum reuerentia atq; obsequio humili inclinemus. Porro hoc modo Christus qui omnium nostrum exemplar est, secundum humanitatem conuersatus est: quem imitari non possumus, nisi spiritum eius septiformem cum dono septemplici suscipiamus.

Articulus XLVI. De effectibus doni timoris.

HAbet insuper timor hic multos præclaros effectus. Nam peccata expellit, iuxta illud Ecclesiastici: Timor domini expellit peccatũ. Negligentiã fugat, iuxta illud: Qui timet deũ nihil negligit. Ad sapientiã præparat, iuxta illud: Initium sapiẽtię timor domini. Sapientiã parit, iuxta illud: Radix sapientiæ timere deũ. Animum stabilit, & cordis salutem custodit, secundũ illud Ecclesiastici: Nisi te in timore domini constanter seruaueris, cito subuertetur domus tua. Et breuiter, timor iste omnium bonorũ est fomes, & custos ac munimentum. Cum enim nil nos à deo diuidat nisi peccatũ, eoipso quo timor iste peccatum expellit, ad omnem nos gratiam aptat: estq; omnium fundamentũ donorum, reddens nos deo præcipue subiectos, in diuinis solicitos, in omnibus timoratos ac agiles: omnemq; superbiam totaliter execrantes. Eccl 1. Eccls 7. Psal 110. Eccl 1. Eccl 27.

Articulus XLVII. An donum timoris sit infimum inter dona: & de operatione donorum in dignitate.

OMnes præterea sicut prætactum est, astruunt donũ timoris esse primũ in ascendendo & ultimũ in descendẽdo. Nam ab eo inchoare oportet eum qui cupit proficere, atq; aliorũ perfectiões donorũ acquirere. Sic timor iste qui donũ uocatur, inter dona nouissimũ locũ habere uidetur. Veruntamen hoc difficultatẽ magnã sortitur propter euidentes authoritates scripturæ quæ oppositũ uidentur asserere: In Ecclesiastico enim sic legitur: Timor dñi se super om̃ia superponit. Et iterũ: Nihil melius q̃ timere deũ. In Prouerbijs quoq;: Timor domini fons uitæ. Et in psalmo: Timete dñm omnes sancti eius, quoniã nihil deest timẽtibus eum. Et in Ecclesiastico: Plenitudo scientiæ timere deũ. Vnde Bernardus: In ueritate inquit didici, nihil adeo efficax esse ad gratiã promerendam, recuperandã, retinendã, q̃ si omni tempore corã deo inueniaris non altũ sapere, sed timere. Et respondendũ, q̃ multi, inter quos est sanctus Thomas, affirmant dona ad intellectum pertinentia, nobiliora esse donis appetitũ seu uoluntatẽ ornantibus. Itaq; sapientia, intellectus, consiliũ & scientia, quæ rationẽ perficiunt, alia tria dona, uidelicet fortitudinẽ, pietatẽ atq; timorẽ, in dignitate excedunt: scientia quoq; excedit consiliũ, & fortitudinem pietas: timor uero omniũ extat donorũ imũ ac infimũ. Nihilominus fortitudo & consilium quæ circa ardua uersantur, scientiã & pietatẽ quæ circa cõmunia occupãtur, secundũ in dignitate præcedunt. Hæc autẽ positio merita includit, quæ nec uera neq; satis probata uidẽtur. Cõmuniter enim dicitur, & Augustinus atq; Anselmus manifeste hoc asserũt, q̃ Esaias propheta à summo usq; ad infimũ descendit in enumeratione donorũ. Cum ergo propheta fortitudinẽ & consiliũ ante scientiã & pietatẽ enumeret, apparet q̃ fortitudo atq; consiliũ scientiæ atq; pietati prępolleant. Sed fateor hanc obiectionẽ non esse idoneã: quia & Thomas eam satis absoluit, dicens q̃ dona quæ timori propinquius connumerãtur, sunt cęteris inferiora, uel simpliciter, uel certe secundũ quid. Porro quod in hac opiniõe non placet, est, q̃ asserit donum timoris esse simpliciter infimũ inter dona, ad quod authoritates scripturæ nunc tactæ sufficere possunt, sed ratio adiiciẽda est. Quemadmodũ enim habitus per actũ cognoscitur, ita nobilitas habitus ex nobilitate actus pensatur atq; probatur, sed actus doni timoris non est infimus actuum cęterorum donorum, actus enim huius timoris, est mentem facere deo humiliter subditã, non pigrã sed agilẽ: peccata quoq; uitare, ex reuerentia maiestatis diuinæ, seu causa uitandi offensam pietatis paternæ. Hi autẽ actus ualde pręclari existunt, nobilioresq; actibus scientiæ. Actus enim scientiæ quæ donũ est, extat de rebus creatis ueraciter iudicare ac sentire. Hi autẽ actus dignitatẽ prædictorũ actuũ doni timoris non attingunt. Nam & multi hos actus sortiti sunt, qui nondũ actus præfatos doni timoris adipisci potuerunt. Non enim haberi ualent hi actus, nisi ab eo qui in diuina charitate perfectus existit: qui & ad instar optimi filii, deo ut patri afficitur. Deniq;, q̃ Thomas scientiam præfert consilio, & pietatẽ fortitudini, non apparet stabiliter dictũ: donũ enim consilii ad nobiliores actus ordinatur, & circa difficiliora ac diuiniora uersatur, q̃ donũ scientię: quod clarissime innotescit legẽti ea quæ supra de dono consilii & gradibus eius præhabita sunt. Eccl 25. Prouer. 14. Psal. 33. Eccl. 1. Bernardus. Roma. 11. Thomas. Esa. 11.

Et quoniam donum fortitudinis, consilio dirigitur atq; consiliata prosequitur, liquet quod etiam fortitudo ista praecedat scientiam: imo & pietatem quam scientia dirigit. Actus quoq; fortitudinis eminentiores sunt actibus scientiae ac pietatis, sicut ex dictis patere opinor esset quod prolixum illa inducta resumere. At uero iuxta praeostensa, secundum doctores quosdam, dona consilii & fortitudinis ad uitam nostram internam atq; ad dexteram pertinent: dona uero pietatis atq; scientiae ad uitam externam seu nostram laudabilem extrouersionem sinistramq; spectant. Quemadmodum igitur uita interna seu introuersio & dextera, uitam externam atq; sinistram excedunt, sic dona consilii & fortitudinis donis pietatis & item scientiae preclariora ac diuiniora consistunt. Authoritates ergo dicentium, quod donum timoris sit infimum, intelligendę sunt de timore ratione sui generis quod est fuga mali: non autem ratione suę speciei, uidelicet prout est filialis, amicabilis & castus. Nam ratiōe sui generis facit à malo recedere: sicq; ab ipso inchoatur perfectio, sed ratione suę speciei facit deo reuerēter ac prompte subiectum: quod omne malum declinat, ne deum omnibus praedilectum offendat. Sic uero non semper exigitur ante alia dona, imò alia dona supponit: quod ipsa perfectio pro magna parte in timoris dono consistit. Non tamen timor hic simpliciter omnia dona excellit, sed dicitur se super omnia supponere: dicitur quoq; nil melius eo esse: quia ad omnia bona disponit: omnes uirtutes à laesione custodit, & in omni bono crescere facit.

Articulus XLVIII. Quomodo donum timoris manet in patria, ac quae beatitudo ei correspondet.

Fit denique certum ex praeinductis, quia obiectum timoris est malum futurum, arduum atq; passibile: est quod timor fuga huiusmodi mali. Cum ergo beati sciant se certissime in beatitudine confirmatos, prorsus à deo inauertibiles factos, non uidetur quod timor aliquis eis cōueniat. Thomas igitur ait, quod quamuis nullum malum sit beatis possibile per comparationem ad fruitionem & gratiam, tamen considerando ipsorum naturam in se, & libertatem eorum absolute, sic malum est eis possibile: sicq; timor manet in eis non primo modo. Timor itaq; prout manet in patria, naturalē defectum designat creaturae à creatore in infinitum deficientis. Haec autem responsio non uidetur sufficiens. Habitus enim ordinatur ad actum sicut ad finem: si ergo nunquam actum producere potest, inanis est & frustra habetur: timor uero qui donum uocatur, est habitus: sed habitus iste nunquam in beatis habere potest praedictum actum seu fugam mali naturae creatae possibilis: stultum enim esset timere, quod certissime scitur nunquam posse accidere secūdum ipsam existentiam rerum, quamuis secundum aliquam considerationem contingere possit. Cum ergo nullum malum beatis secundum ipsam eorum existentiam consummatam accidere ualeat, ipsi quoq; hoc certitudinaliter noscant sancti, quod nunquam actualiter malum huiusmodi timent. Si itaq; donum timoris secundum praedictam maneriem in beatis perseueraret, inaniter eis inesset. Oportet ergo alium actum dono timoris in patria conuenire. Dictū est equidem, quod donum timoris facit nos deo reuerenter subiectos, non repugnantes nec segnes. Idcirco, inquantum actus ipsius est deum reuereri, & ei reuerentialiter subiici, manet in patria: sic quoq; perfectissime fuit in Christo. Non autem erat in eo nec in beatis unquā, prout actus eius est timere, separari à deo, uel eius fruitione carere. Haec quoq; responsio cōsonat uerbis Magistri per omnia libro tertio. Postremo secundum quod prima beatitudo uidelicet, Beati pauperes spiritu, dono timoris correspondet, appropriatur atq; tribuitur. Timor enim quoniam deo nos efficit reuerēter subiectos, facit nos omnia uana contemnere: famam, honores, diuitias: & in solo deo uelle sublimari. Hoc autem ad spiritus pertinet paupertatem. Primam quippe beatitudinem Augustinus de humiliatiōe inflati cordis exponit: quae utiq; humiliatio ex praedicta timoris subiectione procedit. Hieronymus uero atq; Ambrosius, primam beatitudinem exponunt de temporalium rerum contemptu spiritualiter ac prompte exhibito: talis uero contemptus ex timore causatur. In beatitudine quoq; praedicta duo ponuntur: unum per modum meriti, scilicet paupertas spiritus: aliud per modum praemii, scilicet, quoniam ipsorum est regnum coelorum. Et hoc praemium timori congruenter promittitur, ne timor desperationem inducat: sed potius mentem intuitu retributionis delectet. Vnde Ecclesiastici ait scriptura: Timor domini delectabit cor: & dabit gaudium atq; laetitiam in longitudine dierum. Vere enim tunc timebunt qui modo non timent: tunc denuo erūt securi qui modo sunt timorati: Nempe beatus homo qui semper est pauidus. Ideo deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo.

Thomas. Mat. 5. Eccl. 1. Prou. 28. Eccle. 12.

Articulus XLIX. Quomodo quædam dona dicantur locanda ad dexteram, quædam ad sinistram, & quomodo ex septem donis nascantur septem præclaræ uirtutes.

QVemadmodum autem in materiali cādelabro tabernaculi Moysi erant septem aureæ lampades, in quolibet latere tres, & una in summo, sic in cādelabro animæ nostræ esse oportet lampades aureas septem, id est septem dona spiritus sancti: quorum prima scilicet sapientia, in summo tanquam in fine cæterorum donorū locandum est. Cæterorum sex donorum tria digniora, scilicet intellectus, consilium, fortitudo, in dextera animæ sunt ponenda: quæ nostram uitam internam ornare atq; perficere debent: cætera uero tria, utpote scientia, pietas, timor, in sinistra ponuntur: quoniam uitam nostram externam adornant. Actus quippe donorum quæ in dextera situantur, circa nosipsos uersantur: cōuertimurq; per eos ad interiora atq; ad deum, sed alioꝝ trium actus donorum, perficiunt nos in actibus quos circa alios exercemus, quemadmodum ex dictis lucide constat. Deniq; per dona prædicta, septē capitales uirtutes recipimus: oportet nanque istas uirtutes, imò & omnes uirtutes in donis uiuere, si uirtutes debeāt esse. Itaq; ex dono sapientiæ, uirtus summę iustitię nascitur, imo actum sapientię exercendo, hanc summam operamur iustitiam. Prima summaq; uirtus est ista iustitia. Primus modus seu prima maneries, in qua omnem uirtutē ordinamus, est innocētia. Vltima quoq; maneries, in qua omnes uirtutes complemus, est innocentia charitate operta. Explanatum est equidem, quia sapiētię dono à cunctis sensibilibus atq; creatis, pręsertim ac summe abstrahimur, & deo benedicto ac sancto uehementissime copulamur ac immergimur. In hoc autem iustitia summa cōsistit: deo enim debemus omne quod sumus, habemus ac possumus. Idcirco iustitia ista ex dono sapientię profluit, actumq; sapientię exercendo, summam operamur iustitiam. Porro ex dono secundo uidelicet intellectu, emanat oriturq; in nobis ex deo secūda specialis pręclaraq; uirtus, utpote spiritualis delectatio ascendens ad deum: interiorem nostrum hominem semper uiuacem ac uigilem reddens. Hæc delectatio uiua, facit nos deum iugiter cum oblectatione recenti aspicere. Actus enim doni intellectus, est rationes fidei contemplari, ac credendorum ueritates subtiliter speculari. Hoc autem ingentem habet delectationem adiunctam. Præterea, ex dono intellectus delectatio ista diffunditur. Insuper, ex tertio dono puta consilio, oritur tertia uirtus capitalis, quæ est amorosa inclinatio in unionem. Hoc enim donū facit nos perfectionis apprehendere semitas, consistentes in hoc, ut separemur à multis: & unum illud quod necessarium est adipisci conemur. Ex quarto autem dono q̄d fortitudo uocatur, quarta præcipua uirtus, scilicet magnanimitas oritur: per quam omnia temporalia atq; immunda spernuntur, quemadmodum plenius præhabitum est. At uero ex quinto dono quod scientia appellatur, quinta uirtus, quæ est discretio nascitur: donum enim scientię instruit nos inter peruersos honorabiliter conuersari, omnemq; maneriē cōpendiosius proficiendi: quod faciendo, ueram discretionem experimur atq; sortimur. Ex dono autem pietatis sicut pretactum est, sexta uirtus sublimis scilicet misericordia, scaturit. Ex ultimo quoq; dono quod timor nominatur, septima uirtus capitalis diffundit, quæ humilitas nominatur sicut pręhabitum recolo. Hæc secūdum doctorem diuinū inducta sunt: circa quæ quæstiones plurimę occurrere possunt, quas non oportet hic plenarie determinare, sed quantum horum intelligentia postulat, dicendū opinor, q̄ iustitiam accipit prout est uirtus communis: aliter ipsa nec prima nec summa uirtus existit. Deniq; nomen uirtutis communiter accipit pro perfectione quacunq;: si enim uirtus proprie cōsideretur, delectatio uirtus non est sed fructus: ita se habens ad actum uirtutis, quemadmodum in rebus naturalibus quies se habet ad motum præcedentem, ut asserit Thomas. Similiter dicendum uidetur de inclinatiōe amorosa ad unionē. Magnanimitas uero ex dono fortitudinis prodiens, misericordia quoq; ex pietate procedens, atque humilitas ex timore emanans, proprie nominantur uirtutes. Discretio autē ex dono scientiæ fluens, uidetur potius generalis conditio omnis uirtutis quàm uirtus specialis, nisi strictius limitetur, uel certe pro ipsa prudentia sumi dicatur. Postremo, qualitercunq; hæ septem perfectiones appellentur uirtutes, nō tamē dicēdæ sunt uirtutes capitales seu principales simpliciter, sed solū secundū aliquē modum, excepta fortassis iustitia: quæ proprie ac specialiter sumpta, uirtus est cardinalis. Septem quippe ponuntur uirtutes simpliciter capitales: uidelicet tres theologicæ: fides, spes, charitas: quatuor autem cardinales morales quæ sunt: prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Dictæ ergo septem uirtutes dictæ sunt capitales secundū quid: quia uirtutibus mul-

Exo. 25. *Lucæ 10.* *Septem uirtutes.*

tis præfulgent,& generalem ac magnam utilitatem sortiuntur ac conferunt.

Articulus L. Per quem modum dona fuerunt in Christo.

Esa.11. Zach.3. Phil.2. Zach.3. Act.4. 1.Pet.2.

DOna demum in domino nostro Iesu Christo fuisse Esaias in uerbis præallegatis testatur: Requiescet inquiens super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus. Cui concordat quod dominus per Zachariam prophetam ait: Ecce ego adducam seruum meum orientem, id est Christum regem Messiam, qui formam serui dignanter accepit. Et post pauca: Super lapidem inquit unum, id est Christum, qui est lapis angularis utraque facies unum, oculi septem sunt, id est septem dona spiritussancti. Sed circa hoc dubia multa occurrunt. Dictum est enim, quod omnis qui gratiam gratumfacientem sortitur, septem donis spiritussancti ornatur. Quid ergo de Christo uaticinantur prophetę, quod in Christo sunt dona spiritussancti, quasi hoc sit magnum aliquid ac singulare atque præcipuum? Et respondendum, quod dona ista in Christo tanquam in capite, excellentissime, indesinenter, atque à primo suæ conceptionis in uirgine momento fuerunt. Idcirco propheta notabiliter ait: requiescet super eum spiritus domini. Vnde & Ioannes Baptista contestans, uidit spiritum descendentem & manentem super eum: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Rursus dubitatio oritur. Dictum est equidem, quod sapientia, intellectus, scientia atque consilium, fidem perficiunt, & ad eius certitudinem ordinantur: timor uero spem respicit. Christus autem, nec fidem unquam habuit, nec spem: sed plenissimam diuinitatis fruitionem. Et respondendum, quòd dona ista non erant omnino in Christo sicut in uiatoribus cæteris: nec erant in eo duntaxat sicut in comprehensoribus atque beatis: sed mirabiliter nimis & quasi mixto ac medio modo. Sapientia nempe & intellectus erant in eo: sicut & modo in eo sunt, & in angelis cunctisque beatis. Fortitudo uero & pietas, erant in eo aliter quàm nunc: erat enim in eo donum fortitudinis, aggrediendo tolerandoque ardua ac perfecta: pietas uero, quia pertransiuit benefaciens ac sanans omnem languorem, nedum corporum, sed etiam animarum. Sic quoque consilium & scientia in eo aliter erant quàm nunc. Nam consilium fortitudinem dirigit, & scientia pietatem: sicque utrunque erat in eo per comparationem ad actus prædictos, & circa propria obiecta. Sed nunc quatuor ista dona in Christo consistunt secundum exigentiam status in patria. Postremo de dono timoris occurrit ambiguitas specialis. Cum enim timor sit fuga mali futuri possibilis, minime competit Christo: quippe qui secundum naturam humanam non solum fruitiue, sed insuper hypostatice uerbo erat unitus. Vnde nequaquam malum culpæ ei accidere ualuit. Cum ergo hic timor tam paullum competat Christo etiam minus quàm cętera dona, cur de ipso specialiter ait propheta, Replebit eum spiritus timoris domini? Et respondendum, quod donum timoris solum erat in Christo sicut & nunc: quemadmodum de donis sapientię atque intellectus iam patuit. Erat nanque in eo donum timoris non quantum ad mali possibilis fugam, sed quantum ad reuerendissimam subiectionem, & inseparabilem in subiectione stabilitionem: sicque perfectius erat & est in Christo, quàm in aliquo unquam electorum. Ipse per omnia incomparabiliter & eminentissime subditus erat patri, intus ac foris, quemadmodum ipse testatur: Ego inquit honorifico patrem meum. Et denuo: quia quæ placita sunt ei, facio semper. Christus enim etiam ut homo, semper sine omni interruptione actualiter meruit: sanctissime interius uixit, nec unquam ab actuali reuerentia dei patris cessauit. Vnde natura eius assumpta comparatur ad uerbum, sicut instrumentum ad artificem: & non ut qualecunque instrumentum: sed tanquam instrumentum coniunctum ac proprium: in omnibus obedientiale ac animatum: sicut & corpus animæ instrumentum uocatur, præsertim secundum innocentiæ statum: potissime uero secundum statum futurum: in quo in omnibus sine omni rebellione ac difficultate obediet animæ. Ad cuius status lætitiam nos unigenitus dei dominus noster IESVS CHRISTVS perducat, qui est cum patre æterno ac spiritu sancto creator uniuersorum omnipotens: super omnia deus sublimis & benedictus. AMEN.

Mat.4. Luc.7. Esa.11. Ioan.1. Eodem. Esa.11. Ioan.8. Eodem.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, IN TRACTATVM IIII. DE DONIS SPIRITVS SANCTI, PRAEFATIO.

MVlti iam anni, & ut reor, circiter sedecim transierunt post præinductam de donis compilationem: sed quoniam interim de eisdem in scholasticorum scriptis doctorum plurima legi, quædam nunc addere placuit.

Additio I.

ITaq; sup tertiũ Sententiaɤ distinctione 34. Albertus Magnus de hac scribẽs materia, primo quærit, An uirtutes & dona realiter distinguantur: Respondendoq; ait, de hoc quinq; inueniri opiniones doctorum. Primã dicentiũ, ꝙ non differant nisi secundũ rationem: ita ꝙ uirtutes dicuntur inquantũ sunt principaliter ad agendũ: dona uero, inquantum sunt ad resistendũ tentationibus uitã uirtutũ impugnantibus. Sed istud inconueniente est dictũ, cũ fortitudinis sit difficilibus ac tẽtationibus repugnare. Princeps quoq; apostoloɤ docet per fidẽ esse resistendũ diabolo. Et Paulus: In omnibus inquit sumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Ioãnes quoq; apostolus: Hæc est ait uictoria quæ uincit mundũ fides nostra. Alij ergo dixerũt ea ita distingui, quia uirtutes sunt principaliter in uoluntate, & secũdario in ratione: dona uero econtrario sunt principaliter in ratione, secundario autẽ in uoluntate: sed istud non stat, cum fides & prudentia sint in ratione. Aliqua quoq; dona, uidelicet fortitudo, pietas & timor, sunt in ui affectiua seu uoluntate. Præterea ad reprobandũ opinionẽ hanc addit Albertus: Falsa est ista opinio, quoniã uirtutũ cardinaliũ duæ sunt in ratiõe: uidelicet prudentia atq; iustitia: & de iustitia probat hoc sic: quia iustitia consistit in ordinatione ad alteɤ: & cum omnis ordo rationis sit, erit iustitia necessarie in ratione. Veruntamen istud est contra communem doctrinam doctorum, qui iustitiam in uoluntate constituunt: nec argumentum istud concludit: quoniam simili ratione spes & charitas essent in ratione: quia consistunt in recta ac debita ordinatione uiatorum ad deum, qui est illarum uirtutum immediatum propriumq; obiectum. Dicendum ergo, ꝙ argumentum hoc obtinet, ꝙ iustitia est in ratione sicut in dirigẽte, non sicut in subiecto actum iustitiæ eliciente. Tertia demum fuit opinio, ꝙ dona dicuntur per comparationem ad deum ea donantem: ideo sunt in superiori animę parte: uirtutes uero dicuntur per respectum ad specialia opera: suntq; in parte animæ inferiori. Sed istud non ualet: cum uirtutes theologicæ sint donis eminentiores, & in suprema parte animæ. Quarti ergo dixerunt, ꝙ uirtutes insunt ad recte agendum secundum uitam quę unicuiq; sufficit secundum se ad sustinendum passiones siue innatas siue illatas: dona autẽ sunt in adiutorium potentiarum animæ, ut patiamur conformiter Christo: & hoc satis rationabiliter probant sic: Ad hoc ꝙ Christus pateretur, tria exigebantur: uidelicet, timor reuerentialis ad patrem ipsum mittentem ac tradentem pro omnibus nobis: & hinc repleuit eum spiritus timoris domini. Secundum fuit, ut Christus pateretur ex amore ad homines: sicq; exigebatur in eo et pietas. Tertium fuit, ut uiriliter atq; intrepide se passioni offerret: & sic in eo requirebatur & fortitudo, loquẽdo de his tribus inquantum sunt dona. Porro alia quatuor dona concomitantur tanq̃ regentia ea: sicut donum scientiæ pietatẽm: consilium fortitudinem: intellectus autem & sapientia intentionem patientis ad deum. Hæc opinio teste Alberto multos ualdeq; celebres habuit defensores: sed hoc obuiauit ei, quia etiã Christo non incarnato aut passo, uidelicet si homo non peccasset, adhuc dona ista fuissent hominibus præstita. Præterea secundum Ambrosium & Magistrum Sententiarum aliosq; cõmuniter, dona in angelis sunt: non tamen ad patiendum conformiter Christo. Hinc alij dicũt, ꝙ uirtutes dantur ad agendum simpliciter: dona autem sunt expeditiones uirtutum: & dãtur ad operandum expeditiue. Huic positioni assentit Albertus: quia ut ait, fundatur in uerbis Gregorii, qui plus scripsit de donis q̃ alius sanctus: manifesteq; asserit super Iob, ꝙ dona donantur in expeditionem adiutoriumq; uirtutum. Et est positio ista bona: quamuis à quibusdam reprobantibus eam, non sit bene explanata. Itaq; aduertendum, ꝙ duplex est impedimentum uirtutis ad proprium actum. Primum est ex indispositione potentiæ seu subiecti: & hoc uirtus conualescendo excludit per se: de quo ait Bernardus: Quòd nihil est adeo difficile, quod consuetudo non reddit facile: quod in uirtutibus consuetudinãtibus seu acquisitis præcipue uerum est: de quibus dicit Philosophus, quòd nati sumus eas suscipere: sed perficere ab consuetudine est. Aliud impedimentum ad actum uirtutis, est ex imperfectione ipsius habitus seu uirtutis, quemadmodum potentia nostra intellectiua est

1.Pet.5. Eph.6. 1.Ioan.5. Gregorius. Bernardus.

ad uerum: & ad hoc perficit eam fides imperfecte, uidelicet in speculo atque ænigmate. Ideo indiget potentia illa alio habitu eam altius perficiente: quæ est quasi secunda perfectio eius, & altius eam perficiens, & ista uocatur donum: sicque sapientia ei infunditur & præstatur. Ex his constat uirtutes à donis realiter esse distinctas: & hoc tenet Albertus. Sed obijci potest: Diffinitiones autem uirtutum conueniunt donis: Virtus quippe sic diffinitur: Virtus est, quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit. Item: Virtus est dispositio perfecti ad optimum. Itemque: Virtus est in difficilibus optimorum operatiua. Et iterum: Virtus est ultimum de potentia in re cuius est. Et rursus secundum Augustinū: Virtus est bona qualitas mentis qua bene uiuitur: qua nullus male utitur: quam deus operatur in nobis sine nobis. Omnia ista conueniunt donis. Præterea Gregorius super illud Iob primo, Nati sunt ei filii septem, testatur quòd per septem filios, septem uirtutes intelliguntur: uidelicet sapientia, intellectus, consilium, fortitudo & cætera dona: & sic dona appellat uirtutes. Et rursus: Contra septem inquit mala, spiritussanctus mentem septem uirtutibus imbuit: scilicet contra stultitiam sapientia: contra hebetudinem intellectu. &c. Ambrosius quoque dona uocat uirtutes. Ad omnia ista respondet Albertus: Virtus dupliciter dicitur: utpote large & stricte. Stricte autem uirtus est prima perfectio uirium animæ ad actus uitæ in finem ultimum ordinatæ: uel in id quod est ad finem sicut uirtus theologica est in finem: uirtus autem politica est id quod habemus in usu, quod est ad finem, & hoc modo donum cum sit secunda perfectio, ad altiorem actum quarundam uirtutum non est uirtus, sed discretus habitus à uirtute. Large autem accipitur uirtus pro habitu perficiente ad actum secūdum rationem boni: & sic dona possunt dici uirtutes: sicque loquuntur sancti.

Virtutis diffinitiones.

Additio II.

Albertus.

LOco præallegato ponit Albertus triplicem diuisionem seu distinctionem sufficientiamque donorum. Prima est penes obiecta: nam donū uel ordinat per recessum à malo, & sic est timor qui est fuga & resilitio à peccato secundum unum modum loquēdi, uel ordinat ad bonum, & hoc uel in bonum quod est finis, aut in bonum quod est ad finem: Si primo modo, aut ordinat in bonum sumptum sub ratione ueri, & sic est donum intellectus: aut sub ratione boni, & sic est donum sapientiæ quæ dicitur à sapore. Si uero est ad ea quæ sunt in finem, aut hoc est per modum exequentis, aut per modum dirigentis. Et utrunque contingit dupliciter. Primo in his ad quæ omnino tenentur: sicque donum dirigens est scientia, & donum exequens est pietas. Secundo in his ad quæ non omnes tenentur, ut sunt opera nostra supererogationis, & sic donum dirigens, est consilium: exequens autem, est fortitudo. Porro secunda distinctio hæc: donum nanque est altior perfectio quàm uirtus cōmuniter: uel ergo altius illud accipitur ex parte intellectus, aut ex parte affectus. Si ex parte intellectus, aut ergo secundum quòd intellectus se habet circa ultimum finem, aut secundum quòd se habet circa media. Si primum, hoc est dupliciter: uel prout se habet ad motum ad finem, uel prout quodammodo quiescit in fine: si primo modo, sic est donum intellectus, quod est inuisibilium creaturarum, per quas intellectus ascendit ad deum, ut infra dicetur: si secundo modo, tunc est donum sapientiæ, quæ teste Augustino per gustum diuinis inhæret. Porro si altius illud ex parte intellectus accipiatur, quæ circa ea quæ sunt in finem: aut altius illud sumitur ex parte eius in quod dirigit donum, aut ex parte rationis dirigentis: si primo modo, tunc est consilium quod dirigit in altiora quàm prudentia: scilicet in opera supererogationis: si secundo modo, tunc est donum scientiæ quæ dirigit per rationes diuinas in communiter operabilibus: utpote, quia deus præcipit, uel deo sic placet, aut ad salutem expediens est, uel quia scriptura sic tradit, cum prudentia dirigat per rationes ciuiles atque humanas. Si autem ex parte affectus est illud altius perficiens, tunc uel est ex parte finis, uel eius quod est ad finem. Si ex parte finis, tunc non potest esse ex parte bonitatis, quia in illam nil altius ordinat quàm charitas, nec ex parte ueritatis, quia ibi perficiunt dona intellectus, ergo erit ex parte potestatis seu maiestatis & excellentiæ, sicque erit donum timoris casti filialis. Si uero altius illud est secundū ea quæ sunt in finē, aut hoc est quoad se, aut in respectu quoad proximū: si primū, hoc non potest esse respectu dilectionis innatæ seu naturalis, cum illa non sit tātæ difficultatis, quin ad eam sufficiat uirtus. Est ergo respectu passionis illatæ secundum statum ordinantem

Augustinus.

ad sustinendum martyrium: & est donum fortitudinis. Si autem est respectu boni quod est commune atque ad alium, tunc non potest esse per modum debiti: quia hoc satis ordinabile est perfectione quae est uirtus iustitiae. Nec potest esse respectu boni sicut charitas diligit proximum: quando nihil perfectius est charitate: ergo erit eis beneuolentiae ad imaginem dei seu ad honorem, ut in eo est dei imago: & sic est donum pietatis. Tertia distinctio secundum Albertum est communiter antiquorum doctorum, & est ualde bona ut ait, quia in ea accipitur numerus donorum secundum duplicis uitae perfectionem. Vita namque contemplatiua perficitur uisu & gustu: Visus autem ostendit quid sit gustandum. Itaque quoad uisum, est donum intellectus: quoad gustum, est donum sapientiae saporātis. Nam ut ait Philosophus, Sapor est sequela complexionis: ideo necesse est penetrare naturam rei per gustum. Perfectio uero uitae actiuae est uel secundum rectificationem rationis dirigentis, aut affectus exequentis. Et primum uel est in his ad quae non omnes tenentur, & sic est consilium: aut in his ad quae omnes tenentur, & sic est scientia. Si autem est in affectu exequente, uel ergo per recessum à malo, & sic est timor: aut per accessum ad bonū, & hoc uel ad quod non omnes tenentur, sicque est donum fortitudinis: uel ad quod omnes tenentur, & sic est donum pietatis. Haec autem distinctio Alberti quantum ad aliqua, à quibusdam doctoribus dissonare uidetur: quemadmodum patere potest consideranti quid de donis secundum alios quosdam magnos doctores in praecedenti compilatione inductum est. Insuper quaerit Albertus, Cur donum timoris non habet aliquod donum dirigens ipsum, & cui combinetur: sicut fortitudo & pietas habent. Respondet, quoniam timor dicit resilitionem uel fugam: & ad hanc non indiget homo regitiuo proprio sed communi: quemadmodum etiam motus fugae non est ut in fuga persistat, sed potius ut in bonum aliquod conuertatur. Ideo regens motum in bonum, erit regitiuum in fuga. Hinc timor accipit regimen à regitiuis aliorum: siue sit timor castus siue initialis. Sed castus accipit regimen ab intellectu & sapientia: initialis autem à scientia atque consilio. Postremo inquit hic doctor: Cur de dono timoris specialiter dictum est, Replebit eum scilicet Christum spiritus timoris domini? Respondet, quoniam Christus formam serui accipiens reueritus est patrem, nobis id ad nostram informationem dans exemplum, ut sequamur uestigia eius, potius in timore hoc filiali, q̄ in scientia aut sapiētia seu caeteris donis: quoniam reuerentia facit bona omnia fieri & mala caueri. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Qui sine timore est, non potest iustificari.

Aristoteles. Esa. 11. Phil. 2. Eccl. 1.

ADDITIO III.

Qvemadmodum praeallegata distinctione ait Albertus, Sapientia donum non est idem quod fides, quamuis sit de eodem: est autem aliud lumen. Nam sicut fides est quoddam lumen spiritale infusum, in quo uidentur articuli fidei, id est ueri esse noscuntur, ita quòd intellectus per lumen istud ueritatibus articulorum consentit, ita sapientia donum, est quoddam infusum lumen diuinorum, sub quo uidentur & gustantur diuina per experimentum: estque sapiētia ista proprie gustus dei in donis suis, sicut uidetur dicere Dionysius de hierarchia, quòd patiendo & experiendo atque gustando diuina ac deum, addidicit eam. Lumen igitur lucens, & calefaciens ad huiusmodi scientiam diuinorum per gustum dei in donis suis sine quibus ipse non est, dicitur meo iudicio sapientia donum. Nam & Gregorius ait: Sapiētia est donum spe & certitudine aeternorum mentem reficiens: & hoc non est fides: quia in fide non gustatur deus in donis sine quibus ipse non est. Denique, quamuis sapientia sicut & fides, sit cognitio dei, per medium tamen, medium istud clarius est medio fidei, quae est per speculum & aenigma. Medium enim fidei sumitur solum sub ratione ueri: sed medium sapientiae sub ratione ueri & boni: quoniam sapientia illuminat & accendit. Vnde fides tantum assentit & accipit donum seu bonum creatum per quod uidet in quātum est speculum: & non prout est emanatio bonitatis diuinae continens dulcedinem dei, puta cognitio dei, quam habent multi in peccatis existentes: modo tali est cognitio speculatiua & habitus acquisitus per studium & doctrinam, & non lumen faciens experimentum dulcedinis dei in suis donis, quibus sanctificat animam. Refectio quoque sapientiae in hac uita, est refectio quasi per saporem & odorem, & non per tactum substantiae: quae refectio per tactum substantiae, est quies appetitus & proprie fructus. Hinc refectio sapiētiae incitat ad altiorē profectū: unde sapiēs

Gregorius.

proficit in cognitione:sed fruens quiescit in cognito. Insuper sapiētia donum nō est nisi de æternis atq; diuinis: quia nullorum gustus cōfert perfectam dulcedinem, nisi diuinorũ duntaxat. Præterea, donum intellectus est simplex lumē, sub quo deus uidetur in his qui beati sunt, & in specialibus officijs actibusq; eorum. Dicit autem in sermone quodā Augustinus: Intellectus uocatur, quo ab omi uoluptate carnali corda mundātur, ut pura intētio dirigatur in deum. Estq; descriptio ista data per effectum: quoniā intellectus corda mūdat, etiam quodammodo in speculo & ænigmate: ut uideat in lumine percepto, in eo quo refulget ueritas, secundum maiorē claritatē q̃ speculi ænigmatis. Fides aūt nō emundat nisi à falsitatibus errorum perfidiæ. Aliter quoq; dirigit fides in finem, & aliter intellectus. Fides nāq; dirigit opus per hoc ꝙ ostendit mercedem in eum, qui simpliciter finis est omnis boni scilicet deum: sed intellectus dirigit in finem, partim uidēdo finem uel in se uel in bonis in quibus refulget: & non dirigit opus directe. Si autem quæratur, An donum intellectus sit per modum complexionis, dicēdum ꝙ nō est, cum sit simplex lumen gratum faciens quod à deo infunditur cum ceteris gratijs gratum faciētibus. Vnde cōplexio quæ est in auditis & intellectis, sub dono est, non in eo. Intellectus quoq; scripturæ iuuat donum intellectus ut eleuetur: sed nō generat lumē istud sub quo uidetur spiritualia. Insuper donum intellectus principaliter est de deo, & de his in quibus relucet ueritas diuina: & accipit deum sub ratione ueritatis: & utitur imagine seu perfectione creaturæ, ut instrumēto & lumine sibi infuso, ut prius illuminatę. Patet ergo quomodo donum intellectus à sapiētia datur: quoniam intellectus nō est nisi per gustum: sed lumen datur à deo ad cognitionem dei & creaturæ illius in qua resultat deus per gratiam uel gloriam. Ideo per lumen istud cognoscimus gratuitas dispositiones cœlestium: & tendimus in deum ut taliter disponētem. Itaq; intellectus non est de creatore per gustum, sed per modū uisus tendēs in ueꝝ, per lumē eleuās ad ea, in quibus altius resultat seu lucet, q̃ in uestigio atq; imagine: sicut est dispositio præmioꝝ in beatitudine spiritualium substātiarum. Porrò sciētia inquantū est donum, est simplex lumē acceptū, siue infusum à deo simpliciter: in quo uidētur rationes operabilium pertinētium ad uitam humanam. Quēadmodum enī fides est lumen ad credibilia quod est simplex similitudo ueritatis diuinæ, sic sciētia ista est simplex quædā similitudo diuinæ iustitiæ, in quo mēte uidētur diuinæ rationes operabilium per nos, pertinētium ad lumē meritorie ac sancte uiuētiū, prout ait Apostolus: Sobrie, iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Donum ideo sciētię se habet ad prudētiam, sicut melior atq; perfectior habitus operabilium. Aliter quippe atq; ad aliud quoad proximū finē uitam humanam regit ac dirigit uirtus prudētiæ, aliterq; donū scientiæ: quia prudētia procedit per rationes iuris humani, & tendit ad finē honestum secūdum statuta ciuitatum & plebiscita: sed sciētia per rationes diuinas, & ad sanctam conuersationē commēdantem se ad omnem hominum consciētiam: sicq; intēdit sanctū potius q̃ honestū. Vnde proprius, solus, substātialisq; actus doni scientiæ, est regere in operibus sanctitatis in medio nationis prauæ atq; peruersę. Cæteri uero actus eius, attribuuntur ei per quandam appropriationem. Deinde queritur, quid sit donum cōsilij, & an fuit in Christo? Et uidetur ꝙ nō: quia secūdum Damascenum, consilium est ignorātis atq; de dubijs: Christus aūt nullius rei fuit ignarus aut dubius. Item secūdum Gregorium, donum consilij datur cōtra precipitationem: quę in Christo nō habuit locum. ergo neq; cōsilij donū. Respōdēdum, ꝙ consiliū dupliciter dicit: scilicet à dante consiliū, in quo significat plenitudinem luminis dirigētis in ignotis ac dubijs: & sic fuit in Christo, estq; in deo: & secūdum hāc proprietatem dicitur donum. Dicitur quoq; à quęrēte consilium: & ita est ignorātis ac dubitātis: nec cōuenit deo nec Christo. Quòd autem dicitur dari contra precipitationē, est dono huic accidētale: & cōuenit ei ratione status seu corruptiōis sui subiecti, scilicet hominis infecti & infructuosi: sic uero nō inest beatis & Christo. Est ergo donum consilij seu cōsilium, ut est donum, lumē supernaturale infusum, dirigens in magnis seu arduis, in quibus non sufficit homo sine speciali auxilio, ut uendere omnia, & dare pauperibus: & huiusmodi quæ in scriptura sacra uocantur consilia. Tullius denique in sua Rhetorica diffinit consilium, quòd sit excogitata ratio aliquid faciendi. Sed ista est diffinitio consilij generaliter sumpti: quæ tamē potest adaptari dono cōsilij, ut dicatur excogitata ratio reꝝ earum, in quibus homo indiget speciali adiutorio spiritus sancti propter arduitatem eaꝝ. Vnde cōsilium istud nō est de dubio, sed magis de arduo: ad quod propter difficultatē nō omnes tenētur nisi in casu. Ideo dixit Gregorius, ꝙ consilium datur propter præcipitationem: quia in arduo difficili pręcipitatio magis insidiatur. Ideo necessaria ibi est specialis directio spiritus sancti. Vnde consilium istud

non

Intellectus descriptio per Augustinum.

Titum. 2.

Finitio cōsilii per Ciceronē.

non est circa omnia, sed circa ea in quibus indigemus speciali diuino lumine dirigente. Ex præhabitis patet, quis sit actus consilij, quomodo differt donum consilij à dono scientiæ. Præterea donum fortitudinis potissime respicit arduum, circa quod secũdum prædicta uersatur consilium quod est fortitudinis directiuum: suntq; dona hæc circa eandem materiam: consilium ut dirigens: fortitudo ut exequens. Differt quoq; fortitudo ut donum, à fortitudine quæ est uirtus: quoniam fortitudo donum est circa arduum seu difficile, abstrahens à communi conuersatione humana, & eleuans super illam: cum sit circa opera supererogationis. Fortitudo autem quæ est uirtus, non tantum est circa illa. Iterum, fortitudo donum in operando procedit ex alijs & altioribus medijs, scilicet rationibus ex diuino iure acceptis iuxta directionem doni consilij. Fortitudo autem quæ est uirtus, procedit ex rationibus iuris humani: ut quia expedit rei publicę uel paci tẽporis huius: aut saltẽ ꝓcedit ex rationib⁹ pertinentibus ad necessitatem salutis, ut hoc fiat uel toleretur: quia aliter mortaliter peccaret, & perire contingeret. Actus quoq; doni fortitudinis in patria, erit summo firmissime adhærere: quod finis est omnis pugnæ. Vnde quemadmodum militi qui fortissime dimicauit ad imperatorem redeunti, arma non auferuntur: non ut ibi pugnet, sed ut sint militi in decorem & testimonium prælij præcedentis: sic donum istud permanet in beatis. Si præterea obijciatur, quòd secundum Macrobium uirtutes purgati animi faciunt animam ab omnibus passionum immoderantijs mundam, atque in beatis firmissimam, ergo dona ista non requiruntur. Dicendum quòd uirtutes istæ non faciunt hoc ita perfecte & prompte, ut dona, nec etiam tam altis ac diuinis rationibus operantur ut ex præhabitis constat. Insuper, pietas dicitur multis modis, per prius & posterius: unde oportet ponere unum modum quo dicitur per se: & alij modi erunt in comparatione ad illud. Potest igitur dici, q̃ pietas proprie est beneuolentia in imagine dei, prout est imago illius: & hoc multipliciter fieri potest. Aut enim beneuolentia ista inclinat affectum ex parte exemplaris uidelicet dei ex quo emanat imago: & pietas magis fertur in exemplar, & pertinet ad genus latriæ quæ deo cultum ceremoniamq; impendit. Et secundum Augustinum, pietas dicitur hoc modo præcipue, quia exemplar est, ratio beneuolentiæ in omnibus alijs modis, quibus ad imaginem inclinatur affectus: aut etiam inclinat beneuolentia ista in imaginem descendentem ab exemplari diuino: & hoc tripliciter, quia uel inclinat cùm naturali origine seu communione, & sic est beneuolentia in parentes: & rursus est uirtus ac species iustitiæ naturalis: Aut generalius fertur in imaginem inquantum imago est, & sic proprie dicitur donum: est que beneuolentia in imaginem dei, in natura rationali: & docet beneuolenter se habere ad illam: Aut fertur in imaginem ut coniunctam naturæ inferiori corporali à qua circundatur miseria, & sic uersatur pietas circa opera misericordiæ, & differt à misericordia: quoniam misericordia respicit opera miseriam alleuantia: pietas autem imaginem cum coniunctione ad miseriam, quæ circunstat eam in natura miserabili. Vnde pietas donum, ratione beneuolentiæ habet conuenientiam cum mansuetudine: quia non exasperatur ab aliquo per iram, rancorem seu indignationẽ: sed ratione subuentionis qua alteri bonum impendit cũ misericordia subuenit. Præterea sicut ait Gregorius, Scientia docet, & pietas donum exequitur. Vnde sicut scientia donum, habet unum actum principalem qui est scire, bene uti temporibus ad recte cõuersandum in medio prauæ peruersæq; nationis, ita & pietas habet unum actum principalem, qui est beneuolenter & sine querela bene optare ac facere omnibus dei imagine insignitis. Itaq; pietas respicit naturam ut imaginem dei habentem: misericordia autem miseriam. Vel magis proprie, pietas respicit naturam imaginis in miseria: misericordia uero miseriam in imagine. Ideo duplicem habet promissionem, uidelicet uitæ quæ nunc est propter subleuationem miseriæ proximorum, & futuræ, propter reuerentiam imaginis dei. Alij quoq; actus nonnulli attribuuntur dono pietatis, qui conueniunt ei per accidens, uel per reductionem, aut propter propinquitatem eius cum aliis quibusdam uirtutibus: quarum actibus permiscentur. Deniq; actus huius pietatis in patria, est gaudere in bonis imaginis dei inquantum est dei imago. Postremo, timor donum multipliciter dicitur. Primo secundum q̃ proprie donum est: & tunc cõsideratur secũdum suũ perfectissimũ & optimũ statũ: & sic fuit & est in Christo atq; in angelis: & actus ipsius est reuereri. Interdũ uero dicitͬ timor secũdum q̃ causatͬ ab aliquo, q̃d est supra naturã uel uires: & sic habet actum fugæ mali, cuius mali causa inest uel potest inesse: & talis est timor initialis, proprie

Obiectio.

Responsio.

Pietas dicitur multis modis

2. Timo. 4.

Timor donũ multipliciter dicitur.

lis: proprie autē, timor filialis & castus dicitur donum. Vnde ꝙ dona dicūtur altioris actus, intelligitur de eisdem secundum perfectum statum eorum. Hæc ex dictis Alberti de donis sint breuiter dicta: quæ in quibus consonent prędinductis secundum Thomam uel dissonē ab eisdem, perpendere potest qui legit & confert ea adinuicem.

ADDITIO IIII.

QVamuis de donis secundū Bonauēturam quædam sint dicta, nunc tamen aliqua sunt addenda. Itaq; doctor iste super tertium Sentētiaꝝ sic ait: Sapiētia quadrupliciter sumitur, tam à philosophis q̃ à theologis. Primo cōmuniter: secūdo minus cōmuniter: tertio proprie: quarto magis proprie. Cōmuniter diciter rerum cognitio generaliter, secundum ꝙ eam diffiniunt Augustinus atq; Philosophus dicēdo: Sapiētia est reꝝ diuinaꝝ & humanaꝝ cognitio. Et in prima philosophia Aristoteles ait: Sapiens est qui omnia nouit secūdum ꝙ cōuenit. Secūdo sapiētia dicitur cognitio nō quæcunq; sed sublimis, scilicet æternoꝝ: & sic sumit eā Apostolus ad Corinthios dicēs: Alij per spiritum datur sermo sapiētiæ: alij sermo scientiæ: sicq; dicit Philosophus, ꝙ sapiētia est cognitio altissimaꝝ causaꝝ. Tertio dicitur proprie cognitio dei secūdum pietatē, quæ cognitio attēditur in cultu latriæ quam deo exhibemus per fidē, spem & charitatē: & sic accipit eam Augustinus 13. de Ciuitate dei, exponēs illud in Iob: Ecce pietas, ipsa est sapiētia. Dicit eñ ibidem, ꝙ sapiētia & pietas idē sunt. Quarto dicitur magis proprie dei cognitio experimētalis per gustum internū: & ita est donū spiritus sancti, cuius actus cōsistit in degustando diuinam suauitatem. Et quoniam ad gustum interiorem in quo est delectatio, requiritur affectionis actus ad coniungendum, & actus cognitionis ad apprehēdendū, queadmodū ait Philosoph⁹, ꝙ delectatio est cōiūctio cōueniētis cū cōueniēti cū sensu eiusdē, hinc actus doni sapiētiæ partim est cognitiuus & partim affectiuus: ita ꝙ in cognitione inchoat, & in affectione cōsummatur: cum sit experimētalis cognitio boni ac dulcis. Idcirco actus præcipuus doni sapiētiæ, est ex parte affectiue: propter quod in Ecclesiastico legitur: Sapientia, secundum nomen eius. Et secundum Gregorium eius actus est reficere. Dionysius quoq; ait, ꝙ sapientiæ est esse amantem: propter quod melius afficimur circa deum prima cognitione, quæ est prima per ablationē & negationē, q̃ per affirmationē: ut in libro mysticæ theologiæ testatur. Hinc ait Bernardus, charitatē in sapientiam proficere. Idcirco etiam sapiētia non potest nimis esse: quia excessus in experimēto diuinæ suauitatis, potius est laudabilis q̃ uituperabilis: ut patet in uiris sanctis, qui præ nimia dulcedine modo eleuantur in extasim, modo subleuantur usq; ad raptum: licet hoc contingat paucissimis. Itaq; in amore dei, ipsa gustui cōiuncta est cognitio. Optimus enim modus cognoscendi deū est per experimētum dulcedinis. Vnde cognoscere, non est actus sapientiæ præcipuus, sed cōcurrit ad actum eius præcipuum. Sapiētia nanq; includit in se actum utrunq;: ita ꝙ unus puta cognoscere, est actus eius primus: & alter scilicet amare, est actus eius pręcipuus: primus sicut disponēs: secundus sicut complens. In actu quoq; doni sapiētiæ rarius falli contingit: quoniam actus ille certior est. Præterea circa donum intellectus aduertendum, ꝙ cognitio potest haberi de eo secundum triplicem modum. Primo per simplicem assensum: secundo per adiunctum: tertio pet cōtuitum simplicem. Primū est fidei, cuius est assentire: secundū est doni intellectus, cuius est credita per rationē intelligere: tertium est munditię cordis, cuius est deum uidere. Quoniam ergo rationes quibus iuuamur ad credita intelligēda, accipiuntur non solum à conditionibus cōditoris, sed etiam specialis quę deo similior atq; propinquior, hinc donum intellectus, cuius actus est in contēplatione summi ueri eleuari, per lumen quod non solum facit assentire, sed etiam per rationes congruas credita intelligere, nō solum attēditur in contēplatione creatricis essentię. Vnde obiectum doni intellectus, est uerū eternum, inquantū non solum secūdum proprias conditiones, sed etiam secundū proprietates creaturarum attēditur. Actus aūt ipsius est, ut ipsum ueꝝ creditum deuotius atq; ardētius diligatur. Actus uero ipsius consistit in rationali contemplatione creatoris, spiritualisq; creaturę. Hinc Bernardus appropriat donum intellectus fidei, & donum sapiētię charitati. Si autem obijciatur, ꝙ contingit in sensibilibus deum cognoscere, Respondendum, ꝙ quia ad donum intellectus pertinet contēplatio clarior & excellentior, q̃ sit cognitio fidei, hinc ad donum istud pertinet deum contēplari, non in qualicunq; creatura, sed in ea in qua imago & similitudo dei clarius relucet. In uestigio aūt deus obscurius cognoscitur. Porro si rursus obijcias, ꝙ intellectus cognoscitur per speculum in ænigmate, Respondēdum, ꝙ in illa cognitione diuersi sunt gradus: ita ꝙ cōparatione ænigmatis, fidei donū intellectus, quasi

Sapiētiæ diffinitio.

1. Corin. 12.

Delectationis diffinitio.

Eccli. 6.

quasi sine ænigmate intuetur. At uero circa donum scientiæ aduertendum, quod scientiæ qua-
druplex est differentia. Quædam enim consistit in intellectu pure speculatiuo: estque funda
ta super principia rationis: & dicitur scientia acquisita de quacunque creatura: ut scientia phi- Scientia multiplex.
losophiæ humanæ. Alia est scientia quæ consistit in intellectu inclinato ab affectu, & funda
ta super principia fidei, quæ sunt articuli fidei: & est nihilominus acquisita: & hæc est scien
tia sacræ scripturæ quam nemo potest habere nisi habeat fidem informem. Tertia est scien
tia, quæ consistit in intellectu seu ratione, inquantum inclinat affectum ad operationem: &
hæc fundata est super principia iuris naturalis, quæ ordinantur ad honestatem & rectitudi
nem uitæ: & hæc scientia est prudentia uirtus. Quædam autem est scientia, quæ consistit in
intellectu secundum quod est inclinatus atque inclinans: inclinatus tanquam à fide: & inclinãs ad bo
nam operationem: & hæc fundatur super principia fidei, habetque ortum à dono gratiæ, &
hæc scientia est donum spiritus sancti, cuius actus est dirigere ad agenda secundum exigẽ
tiam regulæ fidei: cuius est dirigere ad opera misericordiæ: ut non tantũ bona pro bonis
reddat, ut dictat lex naturæ, sed etiam bona pro malis, ut dictat lex gratiæ ad exẽplar Chri-
sti. Idcirco ad donum scientię pertinet non solum dirigere in agendis, sed etiã ex consequẽ- Matt. 5.
ti nosse ea quę fidei sunt, tanquam suę directionis fundamenta: item per Christi humanitatem tanquam
exemplar sui regiminis: sicque triplex actus conuenit huic dono secundum triplicem eius re
spectum: Vnus uidelicet, respectu obiecti sui motiui: Secundus respectu sui fundamẽti: Ter
tius respectu sui exemplaris excitatiui. Et quoniam principalis actus accipitur respectu obiecti,
hinc pręcipuus eius actus est dirigere circa actionem, ut asserit Augustinus: quoniam docet be-
ne conuersari in medio nationis prauæ atque peruersę. Itaque prudentia dirigit secũdum prin
cipia iuris naturalis ad ea quæ sunt honesta, sed donum scientię dirigit per principia fidei
ac iuris diuini ad ea quę sancta sunt, ideo altior est actus huius scientię actu prudẽtię: suntque
distincti habitus isti. Amplius, circa donum consilij intuendum, quod sicut intellectus interdũ
accipitur pro actu intelligendi, quandoque pro re intellecta seu intelligibili, quãdoque pro ha-
bitu dirigente intellectum ad iudicandum de ueris & falsis, ita cõsilium tripliciter sumitur.
Primo pro actu consiliandi: secundo pro eo ad quod terminatur huiusmodi actus, quemad Consilium tripliciter sumitur.
modum dicimus, hoc est consilium meum: tertio pro habitu qui expedit & dirigit animum
ad eliciendum prosequenda, & fugiendum uitãda. Hic autem habitus duplex est, secundũ
diuersitatem eligibilium & secundum diuersitatem modorum ac rationum eligendi. Nam
eligibilium quędam sunt necessitatis, quędam arduitatis, & in primis dirigit prudentia, &
in secundis donum consilij propter maiorem & excellentiorem difficultatem, quę reperit
in arduis. Vnde in electione dirigi potest homo dupliciter, scilicet secundum regulam iuris
naturalis: & hoc ad prudentiam pertinet: Itemque secundum regulam iuris diuini: idque ad
donum spectat consilij. Vnde actus doni consilij, est dirigere in electione agendorum, pro-
sequẽdorum aut fugiendorum: quę sunt specialis arduitatis: & hoc secundum regulam iu-
ris diuini. Porro quod Damascenus affirmat consilium esse ignorãtis naturę, intelligẽdum est
prout consiliari idem est quod cõsilium inquirere, non autem prout cõsiliari idem est quod
in arduis eligendis dirigere, & hoc modo consiliari est actus doni consilii, & fuit in Christo,
sic quoque dispositio in his quę secreta sunt dicitur consilium. Pręterea circa donum fortitu-
dinis considerandum, quod fortitudo quãtum est de ratione sua primaria, attenditur respectu
ardui: Arduum autẽ est aliquid dupliciter. Primo, quia laboriosum & difficile, quodammo-
do excedens & aggrauans facultatem potentię. Secundo quia est ultra necessitatem, & ex- Arduum duplex.
cedit statum communem. Itaque respectu primi ardui, est fortitudo uirtus secũdum necessi-
tatem pręcepti, respectu secũdi ardui est fortitudo donũ secũdũ libertatẽ cõsilii. Et quia ar-
duitas prę sertim pensatur circa excellentiam passionũ, hinc utriusque fortitudinis est habili-
tare ad sufferentiam taliũ passionũ, sed diuersimode, quoniam fortitudo uirtus aggreditur & su-
stinet passiones propter conseruationem honestatis atque iustitię, secũdum dictamẽ iuris na
turalis & honestatis moralis: sed fortitudo donũ facit hoc propter perfectam Christi imita
tionem, iuxta consiliũ dei & ius diuinũ. Et quia imitatio Christi attendit in suiipsius crucifi
xione, quemadmodum ipse ait, Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat cru
cẽ suã quotidie & sequat me, hinc actus doni fortitudinis attẽdit circa promptã & expeditã
passionũ sufferẽtiã, inquãtũ exhibemus nos mũdo crucifixos & mũdũ nobis, sicut ait Apo-
stolus: Mundus mihi crucifixus est, & ego mũdo. Hinc libro de doctrina Christiana loqui- Luce. 9.
tur Augustinus: Deinceps animus assurgat ad fortitudinem, ut mundus ei crucifigatur & Gal. 6.
ipse mundo. Vnde fortitudo uirtus, & fortitudo donum, realiter distinguunt: quãuis eodẽ Augustinus.
nomine

nomine exprimantur propter conuenientiam in obiecto & arduitate. At uero circa donū pietatis sciendum, quod secundum Augustinum decimo de Ciuitate, pietas multipliciter dicitur. Primo dicitur cultus dei: & sic non est donum, sed idem quod latria. Secūdo dicitur circa parentes: & sic nō est donum, sed species iustitiæ. Tertio attēditur circa proximos: & ita est donum. Aliter tamē est circa proximos, quàm misericordia uirtus: quoniam misericordia respicit conformitatem in natura, & necessitatem in indigentia seu miseria: sed pietas donum, attēdit in proximo imaginem dei: sicque per donum pietatis etiam homo beneuolus cuicunque homini habenti in se imaginem dei: ita quod pietas procedit in actum secūdum exigentiā loci ac temporis. Et quoniā pietas hæc dirigi habet dono scientiæ, quod fundaē super principia fidei, & dirigit in cōuersationem secundū Christi exemplar, hinc actus pietatis quāuis principaliter existat circa proximū, nihilominus consistit & circa sacram scripturam, ut eā cum beneuolentia audiat: & circa Christum, ut eum cū beneuolētia ad memoriam reducat: sicque usus doni pietatis attēditur in his tribus in exequendo: secundū quod usus doni scientiæ directiuū ipsius in exequēdo, & cognoscēdo. Vnde pietas ista est contra duritiā, qua quis nō habet affectionē uel beneuolentiam ad eos qui gerunt in se diuinæ imaginis insigne: seu diuina sunt imagine insigniti. De dono autē timoris, supra satis secundū doctorē istū inductum est. Si quis uero ista diligenter inspiciat, uidebit doctrinam Bonauenturæ, cum præhabitis documētis Alberti concordare.

multi- dicitur

ADDITIO V.

POssem hoc loco multa de donis secundum Petrum de Tharantasia super tertium Sententiarum inserere: sed quia sentētialiter habita sunt, superfluū esset: siquidē eius doctrina in ista materia cum prǽinductis Alberti ac Bonauētura documentis, multū cōcordat. Itaque in primis affirmat & probat, quod dona à uirtutibus realiter distinguuntur, eo quod quædam sunt dona quę nullo modo uirtutes sunt, ut timor atque consilium. Porro ut ait, differentiā inter uirtutes & dona diuersimode assignant, qui ea realiter abinuicem differre fatentur. Nam quidam eorum testantur, quod per hoc distinguūtur quia uirtutes purgant à uitijs: dona à sequelis seu reliquijs uitiorum. Secūdum hoc improbat, quia uirtutes inquātum sunt habitus uirtuosi purgant à uitijs: per actus quoque suos purgant à uitiorum sequelis, & hoc non subito sed successiue. Alij ergo dixerūt, quod uirtutes sunt ad bene operandū pro Christo: dona aūt ad patiēdum exemplo Christi, quod etiā improbat: quoniā sapiētia, intellectus, scientia, cōsilium, pietas, nō sunt ad patiendū sed ad agēdū. Hinc addit: Dicendū est ergo cū alijs, quod uirtutes & dona differūt penes actus magis & minus excellētes ad quos dantur: quia cū sit triplex status iustitiæ, inchoatæ & proficientis ac perfectæ, uirtutes per se faciunt statum primū: cū adiutorio aūt uirtutū faciūt statū medium: cū adiutorio beatitudinū faciūt tertiū: cui adiūgiē iocūditas & delectatio fructuū. Virtutes sunt ad actus primos necessarios: dona ad actus medios: beatitudines ad actus pfectos, quos cōsequūē delectatiōes fructuū. Vnde uirtutibus operamur bene: donis faciliter & expedite, expeditione quæ uenit non solū ex sanatione potētiarum, sed potius ex perfectione habituū: beatitudinibus operamur pfecte: fructibus uero iocūde. Recitatiue hæc scribo non assertiue: quia fortiter atque faciliter possent utique impugnari. Certū est enim, quod ipsarum quoque uirtutū tres sunt gradus: & secundū hos gradus conueniūt uirtutibus actus magis & minus excellētes, qui non sunt specie differētes: quia in talibus magis & minus non uariant speciem, ut omnes fatētur: atque secundum hos gradus triformes, assignatur triplex gradus iustitiæ: sicque per uirtutes quantū ad gradus proficientiū, opamur faciliter: & per easdem quoad statū perfectorum, opamur pfecte: nec solū in tertio gradu admisceē uirtutibus delectatio: imò etiā in secūdo. Denique Petrus iste tenet, quod beatitudines sunt habitus: & in hoc sequitur Albertum: sed probabilius arbitror quod asserit Thomas, beatitudines esse operatiōes uirtutū non habitus: prǽsertim etiam, cū iuxta Philosophū, beatitudo in operatione consistat non in habitu: estque non habitus sed operatio optima uirtus dignissime Beatitudo nanque est ultima rei perfectio & finis ipsius. Hoc aūt nō habitui sed actui competit: cum habitus ordineē ad actū. Sed contra hæc obijcit Petrus dicens: Si beatitudines actus non habitus sunt, quomodo in dormientibus sunt? Iterum: quædam sunt beatitudines utpote paupertas & pax, quæ non uideņē dicere actum sed habitū. Sed ad hęc respōdere non extat difficile. Vnde ad primū dicendū, quod beatitudines in dormientibus manēt & sunt tanquam in radice fœcunda & dispositione propinqua: imò & proxima. Ad aliud dico cum Thoma, quod pax non dicit habitū, nec est uirtus sed actus seu effectus ipsius: imò cōmuniter diciē, quod pax non est nisi gaudiū imperturbatū gaudium

Triplex status iustitiæ.

In Archetypo spatium erat quasi aliquid deesset.

gaudium autem non est habitus sed eius effectus. Sic & paupertas spiritus, uerius dicit uirtutis seu doni effectus q̃ habitus. Verum his immorari hoc loco, non est intentio. Insuper ergo dicit hic doctor: Diuisio donorum uno modo accipitur penes uirtutes, in quarum adiutorium dantur. Nam quædam dantur in adiutorium theologicarum uirtutum, ut sapientia in adiutorium charitatis: intellectus in adiutorium fidei: timor in adiutorium spei, ne præsumat. Alia quatuor dantur in adiutorium uirtutum cardinalium: ut pietas in adiutorium iustitiæ: scientia in adiutorium temperantiæ: consilium in adiutorium prudentiæ: fortitudo donum in adiutorium fortitudinis uirtutis. Itaq; secũdum doctorem istum, unum donum scilicet sapientia, datur in adiutorium charitatis. Et idem Bonauentura affirmat. Sed Albertus ut patuit, tenet oppositum, eo q charitas sit omni dono perfectior. Veruntamen doctoribus istis in hoc magis consentio. Certum est enim, q ex saporosa, dulci & experimentali dei contemplatione, quæ est actus doni sapientię, charitas adiuuetur, roboretur & perficiatur. Ratio quoq; Alberti non obtinet: quamuis enim absolute loquendo, charitas sit sapientiæ dono perfectior: id tamen non prohibet sapientiam quoad aliqua, iuuare, fouere atque perficere charitatem: præsertim propter debilitatem & defectuositatem subiecti charitatis: utpote uoluntatis humanæ: imo charitas in hac uita indiget fide seu fidei directione. Virtutes quoq; se inuicem iuuant & roborant, quia coordinatæ sunt quemadmodũ in exercitu milites faciũt. Item, etiam in exterioribus cernimus fortiorem per minus fortem posse iuuari. At uero de dono sapientiæ tractans Petrus, Sapientia inquit proprie nominat quandam certam & perfectam notitiam de rebus magnis & arduis. Vnde secundum Philosophum libro Ethicorum, Sapientia est cognitio altissimarum causarum. Res autem dicuntur magnæ & arduæ siue altissimæ dupliciter. Primo in certo genere: & sic sapientia primo cõmuniter sumitur pro cognitione rerum altissimarum in certo genere. Secũdo simpliciter: sicq; sapientia dicitur cognitio proprie diuinorum & æternorum. Sed ista cognitio potest haberi dupliciter. Primo per naturalem rationem & studium ac laborem cum uiuacitate ingenij. Secundo per infusionem & coniunctionem mentis cum deo, secundum q homo per internam puritatem diuino lumini unitus & affectus efficitur. Prima cognitio assimilatur cognitioni quæ est per lumen lunæ nocturnum: quæ est sine feruore. Secunda, cognitioni quæ est per lumen solis diurnum cum feruore. Prima est cognitio quasi per uisum: secunda quasi per gustũ. Et prima à philosophis ponitur sapientia, quæ est uirtus intellectualis: secunda à sanctis, quæ est unum de septem donis. Istud theologi concorditer dicunt. Sed obijci potest, quia secundum Aristotelem, philosophia habet admirabiles delectationes sibi admixtas: quod secundum eum potissime competit ei parti philosophiæ quæ metaphysica seu prima philosophia aut sapientia dicitur: ergo secundum Philosophum, sapientia illa acquisita & intellectualis, est per experimentũ & gustum seu admirabilem, id est ualde magnam delectationem. Præterea, in actu sapientiæ huius uidelicet in speculatione optimi speculabilis, pónit summam hominis felicitatem, cui ut ait, pura atq; præcipua delectatio est annexa. Iterum protestatur Philosophus, q uita intellectus nostri interdum ad modicum talis est, qualis æternaliter est uita primi ac honoratissimi intellectus, uidelicet dei: quod dicit propter uitam contemplatiuam, in qua interdum actualiter atque sublimiter sumus. Cum ergo contemplatio dei in seipsa sit summe amorosa & dulcis, etiam cõtemplatio quam naturaliter habemus de deo aliquando talis est. Insuper Augustinus libro de Ciuitate dei allegat Platonem dicentem, q ueri philosophi est deum diligere: & q cognitio dei referenda est ad eius delectationem. Ergo sapiẽtia Philosophica est affectiua, amorosa & dulcis, seu experimentalis, seu saporosa. Sed ad hæc alibi responsum est diligenter, præsertim in opusculo de contemplatione: idcirco pertranseo. Modice tamen tangendo non est negãdum, quin naturalis philosophica illa sapientia, habeat quandam dilectionem ac delectationem naturales adiunctas, quæ à supernaturali & gratuita dilectione & delectatione doni sapientiæ tantum distant, quantum umbra à ueritate, atq; aurora à meridiano fulgore. Præterea Petrus asserit uerbum illud commune: Cognitio diuinorum in præsenti non habetur nisi per speculum in ænigmate, locum habere in simplici cognitione quę est per uisum sine auditu: non in cognitione experimentali quę est per gustum, de qua ait Ioannes apostolus: Vnctio dei docet nos de omnibus. Et dicit Dionysius de sancto Hierotheo, q patiendo diuina, didicit ea. Et, quoniam sapientia donum, est cognitio experimentalis diuinorum: ideo essentialiter dicit cognitionem: amorem uero tanq̃ causam proximam disponentem. Vnde sapientia donũ denominatur à sapore, non solũ propter actũ suum essentialem, sed propter

Res dicuntur altissimæ dupliciter.

Obiectio.

Augustinus.

1. Ioan. 2.

actum dilectionis antecedentis uel potius propter passionem delectationis consequentis. Et si dicatur, sapor pertinet ad affectũ, ergo sapientia ista essentialiter ad affectiuã uim pertinebit, Dicendum, ꝙ in sapore sunt duo: uidelicet iudicium & delectatio. primũ pertinet ad cognitionẽ: secundũ ad affectionem. Deniq; circa donũ intellectus pensandũ, ꝙ intellectus ut est potentia & ratio differunt: quoniam ratio apprehenditur inquirendo: intellectus simpliciter intuendo. Vnde intellectus est quasi terminus rationis. Hinc quæ statim occurrunt & innotescunt sine inquisitione ut prima principia, dicuntur intelligi: sed quæ per modum inquisitionis, ut conclusiones dicuntur sciri. Intellectus enĩ dicitur habitus prouerbioꝝ: scientia autem habitus conclusionis. Ad hanc similitudinem sicut prouerbiorum disciplinabilium, prompta conclusio dicitur intellectus, qui est intellectualis uirtus: sic primi principij quod est deus, prompta cognitio intellectus uocatur. Et quia hoc melius fit per creaturas eius spirituales q̃ corporales, ideo cognitio dei in creaturis spiritualibus dicitur intellectus. Porrò ad hanc cognoscendi promptitudinem dupliciter peruenitur: uidelicet perfectione habitus acquisiti, quo quis habet in promptu spiritualia facile intelligere, & deum in eis: item perfectione habitus infusi, quo datur animæ per lumen supernum faciliter intelligere spiritualia: & iste intellectus est donum. Itaq; donum istud est de deo per operationẽ ad creaturas prout relucet in eis. Et quia in spiritualibus magis relucet, hinc donum intellectus dicit̃ esse de deo & spiritualibus creaturis, prout in eis & ex eis cognoscitur deus. Vnde quamuis deo & creaturis non sit aliquid uniuocum in ordine essendi, potest tamen esse in ordine intelligendi. Vel dicendum, ꝙ quamuis sit eis uniuocum, est tamen analogum, inquantum quod in deo est per essentiam, resplẽdet in creatura per participationem. Ideo potest esse cognitio una de deo & creaturis: nõ de deo absolute, sed de deo in creaturis: sicq; creator & creatura sunt quasi unum obiectum in ordine intelligendi, dum unum intelligitur in altero: quemadmodum color uidetur in luce, & econuerso. Amplius, iuxta Philosophum tertio Ethicorum, Consilium est questio de operabilibus per nos, nõ tamen de omnibus: sed de his quæ indeterminata sunt, quæ Damascenus contingentia nuncupat. Hinc donum consilij appellatur, quod regitiuum est in his ad quæ nõ tenemur. Nam de his ad quæ tenemur, nõ est cõsiliandum, an ea faciamus an nõ. Istud aũt consiliari, est uel per rationes humanas, uel per illuminationem diuinam. Certitudo nãq;, quæ est per rationes humanas, nõ potest de indeterminatis esse sufficiens: idcirco requiritur donum consilij à deo infusum super his. Vnde sicut prudẽtia est inter bonũ & malum, sic donum consilij est inter bonũ & melius. Deinde scribit hic doctor de dono fortitudinis, sed dimitto, quia omnino cõcordat cũ dictis de dono hoc secundũ Albertũ & Bonauẽturam. Insuper ait: Vita actiua in duobus cõsistit: scilicet in fide tanq̃ in fundamẽto, & in bonis moribus tãq̃ in ædificio. Quædã ergo dona pertinẽt ad fidei perfectionẽ, ut scientia & pietas: quædã ad perfectionẽ moꝝ, ut cõsiliũ & fortitudo. Donũ ergo sciẽtiæ pertinet ad fidei perfectionẽ, tam in se q̃ in altero secundum Augustinum: promotio quoq; fidei, tam in se q̃ in alio fit, uel uerbo, dum quod simpliciter de deo creditur, rationibus orthodogmaticis à creatura sumptis cõfirmatur. Hinc secũdum Augustinum, sciẽtia est de his quibus fides celeberrima gignitur, uel exẽplo, dum quod corde creditur, opere confirmatur: quod dupliciter fit: scilicet perfecta declinatione mali: sicq; attribuitur sciẽtiæ, bene cõuersari in medio nationis peruersæ, atq; perfecta operatione boni: & sic attribuitur ei tẽporalibus bene uti, uidelicet secũdum quod expedit ad salutẽ: Vnde ad sciẽtiam pertinet industria fidẽ docendi, & bene conuersandi secũdum duplicẽ modũ doctrinæ: uidelicet uerbi atq; exẽpli. Hæc uero industria dupliciter potest negotiari. Primo secũdũ principia rationis naturalis: & ita est uirtus, puta prudẽtia: aut secundum principia fidei ac scripturæ, & ita est donum. Postremo, pietas est quædam animi deuota affectio. Vnde secundũ Gregoriũ, Spiritus sanctus instruit mentẽ pietate contra duritiã. Hæc aũt deuota affectio ad deũ uel proximũ, aut generatur in nobis secundũ dictamen principioꝝ iuris, & sic est pietas uirtus: aut secundũ dictamen principioꝝ fidei, & sic est pietas donũ: & est de his quæ exhibentur deo uel homini ad promotionẽ fidei in se uel in altero: sicut & sciẽtia quæ ei cõbinatur & dirigit ipsam. Vnde generalis differẽtia inter uirtutes & dona est, ꝙ uirtutes agunt modo humano: cũ uirtus secũdum Tullium, sit habitus in modum naturæ rationi consentaneus: dona aũt agunt modo altiori atq; diuino: sicq; uirtutes habent aliquã rationẽ humanã pro regula: sed dona aliquam rationem diuinam. Nam pietas uirtus subuenit proximo, inquantum respicit in eo conformitatem naturæ uel aliquid humanũ: sed pietas donũ, inquantum huiusmodi opera facere, est opus deo conforme siue

diuinum

Obiectio cum responsione.

Aristoteles.

Vita actiua in duob' cõsistit.

Virtutis finitio.

diuinum. Itaq; de eisdem est pietas donum de quibus & donum scientiæ: puta de rebus humanis, quæ in usus assumuntur humanos: non tamen de omnibus illis nec sub ratione eadẽ: sed de his quibus fides promouetur: & sub hac ratione inquantũ promouetur per eas. Itẽ pietatis huius quidam est actus circa propriam materiam, scilicet fidẽ promouere per opera pietatis secundum principia fidei: & quidam circa finem, uidelicet cultui inhærere diuino: & iste manebit in patria. Primus autem materialiter continet multos actus: & quantum ad eos qui perfectionis sunt: ut proximis congaudere in bonis, manebit in patria: quantum ad illos qui imperfectionis sunt, non manebit, ut compati malis.

ADDITIO VI.

DVrandus super tertium Sententiarum quæstione qua quærit, an dona sint eadẽ cum uirtutibus, ait: Circa hanc quæstionem sunt quatuor modi dicẽdi: quorum duo primi parũ habẽt de probabilitate: alij duo sunt probabiliores. Primus modus est, ꝙ uirtutes & dona ideo realiter distinguuntur, quoniam uirtutes dantur ad bene operandum: dona autem ad resistendum tentationibus. Sed hoc reprobatur communiter: quia per idem datur homini facultas bene agendi & resistendi malo contrario. Sicut enim per temperantiam habet quis uiuere temperate, ita & intẽperantię repugnare. Alius ergo modus est ꝙ differunt: quia per uirtutes uitant peccata: per dona purgant peccatorum sequelæ. Sed istud nõ ualet, quia utrũq; per uirtutes aufertur. Hinc tertius modus est, ꝙ uirtutes & dona sunt uel idem conuertibiliter, & solo nomine differunt, uel sunt idem sicut inferius & superius: & ita omnis uirtus est donũ, sed non econtra: quia timor nõ est uirtus, & consilium accipiunt pro prudẽtia. Itaq; dicunt, ꝙ unum & idem dicitur uirtus & donum ratione diuersa: quoniam dicitur uirtus secũdum quod perficit ad bene agendũ: & donum inquantum à deo per infusionem confertur. Et si istis obijciatur, ꝙ tunc erũt tot dona quot uirtutes, concedũt hoc, loquẽdo de uirtutibus infusis. Et si itẽ obijciatur, quod Esaias non enumerat nisi septem dona, negant hoc, si attendatur non solum principiũ illius capituli, sed & processus: nam subditur ibi: erit iustitia cingulũ lumborum eius: & fides cinctorium renum eius. Communem autem modum loquendi quo ponũt septem dona, dicũt ortum ab his qui considerauerũt principium illius capituli, non processum. Porrò, quartus modus loquendi est, ꝙ uirtutes & dona realitur differũt: quia dona perficiunt ad operandum altiori modo q̃ uirtutes. Quocirca sciendũ, ꝙ dona non requirũtur ad eliciẽdum substantiam operationis, sed propter modum operandi. Modus autem operandi est duplex: puta humanus & superhumanus: & primum experimur in nobis: de secundo autem uidetur loqui Philosophus septimo Ethicorum, diuidens uirtutem absolute & simpliciter sumptam cõtra uirtutem heroicam, quam uocat diuinam: quia per eam quasi modo operamur diuino. Item, cum homo sit mediũ quoddam inter angelos & bruta, sicut in uitijs hominũ, quædam inueniuntur infrahumana siue brutalia, ut sunt peccata contra naturam, quæ excedunt modum humanæ malitiæ: sic inest inuenire modũ humanũ, ad quem uirtutes perficiũt: & modum suprahumanum, ad quem perficiũt dona. Ideo de istis duobus modis dicendi quis uerior sit, putat Durandus iste nulli certitudinaliter esse notũ. Verũtamen, q̃uis tertius iste modus loquendi uideatur Durando multũ probabilis, tamen quantũ perpẽdere queo, modus iste loquendi est penitus præsumptuosus & falsus: nempe quod dicũt, modum communem loquendi quo ponũtur septem esse dona spiritus sancti, esse ortũ ab his qui considerauerũt principium illius capituli undecimi Esaiæ quo legitur, Egredietur uirga de radice Iesse &c. & non processum eiusdem. Quis rite considerans, æquanimiter ferat, legat uel audiat? Ille nanq; modus loquendi, à sanctissimis patribus, ac summis ecclesię doctoribus, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Gregorio ortus, uel potius approbatus, cõtinuatus ac diuulgatus est: siquidem ante eos multi sancti atq; doctissimi uiri ita locuti sunt & scripserũt: specialissime autem Augustinus & Gregorius in diuersis locis iuxta hũc modum locuti sunt. Er nonne sacrilegiũ est uel putare, ne dicam affirmare, ꝙ isti doctores non considerauerũt processum præfati capituli Esaiæ, cum certũ sit Hieronymũ atq; Ambrosium super totum Esaiæ uolumen scripsisse? Deniq;, qui in processu illius capituli quo habetur, Et erit fides cinctoirũ renum eius, per fidem intelligunt eam fidem quæ est theologica uirtus, insipiẽter hoc agũt: illa enim non fuit in Christo, de quo ibi ad literã loquitur Esaias. Vnde ibi fides accipit potius pro fidelitate uel fidei certitudine. Rursus, ex modo loquendi beatissimi Esaiæ pòst, patet falsitas huius opinionis. Cur enim septem illa sub uno contextu enumerat, & cum præmissione & expressione spiritus, dicendo, spiritus sapientiæ & intel-

Obiectiones duæ cũ respõsionibus.

Esaias.

Virtutis diuisio.

lectus, spiritus consilij & fortitudinis &c. nisi ad insinuandum, quod haec septem specialiter & praecise dicunt & sunt dona spiritus sancti: fidem autem & iustitiam ita non exprimit. Hinc Thomas * substantialiter dicit, quod loquendo de donis, debemus nos conformare modo loquendi sacrae scripturae, in qua exprimuntur sub nomine spiritus: ad innuendum, quod septem ista sunt specialiter dona spiritus sancti: & per ea potissime capaces efficimur inspirationis seu motionis ac directionis spiritus sancti. Denique maximus ille theologus Alexander de Halis sanctus Thomas & Albertus exposuerunt plenarie Esaiam prophetam: & tamen non posuerunt nisi hęc septem esse proprie dona spiritus sancti. Adhuc autem opinio ista erronea, non potest saluare uerba sancti Gregorij, qui super Iob primo, ait per tres filias Iob intelligi tres uirtutes theologicas: per quatuor angulos domus, quatuor uirtutes cardinales: per septem filios septem dona spiritus sancti: & deinceps affirmat, quod dona ista dantur in adiutorium uirtutum illarum, non utique cardinalium tantum: imo ut docet, donum intellectus datur in adiutorium fidei. Vnde quod opinio ista exponit uerba beati Gregorij, ut ideo dona dicantur dari in adiutorium uirtutum, quoniam dantur in adiutorium uirtutum acquisitarum, non est nisi imperitorum deceptio: quoniam fides de qua Gregorius loquitur, nullo modo est uirtus acquisita. Amplius, opinio ista est contra communem doctrinam & assertionem ecclesię, ponentis substantialiter esse septem dona spiritus sancti: quoniam cantat in hymno de spiritu sancto: Tu septiformis munere. Et ad reprobationem opinionis tam imperitae, possent induci omnia quae supra inducta sunt, ad probandum quod dona à uirtutibus realiter sint distincta. Et quoniam doctores scholastici, caeteris magis uncti & illuminati ac deuotissimi, scilicet sanctus Thomas, Alexander de Halis, Bonauentura, Albertus cum sequacibus suis, post diligentissimas considerationes, disputationes & collationes, concorditer ita scripserunt, firmiter tenendum uere sic esse: nec curandi sunt qui infructuosis curiositatibus ac nouitatibus gaudent: sed sanctis solidissimisque doctoribus sapientia plenis debemus inhaerere: quos in hac materia sicut in caeteris, pie credendum est esse desuper illustratos: pręsertim in his quae concorditer dicunt. Legi quoque scripta Alexandri de Halis, et Gulielmi Antisiodorensis de donis: sed breuitati studens, dimitto. Deo gratias

Tractatus quarti de donis spiritus sancti
FINIS.

Alibi specialiter

QVanquàm iam antea in sequens opusculũ satis præfatum sit Lector candide, paucis tamẽ de illius instituto cõmonefaciendũ te putauimus : quod quũ de Superlaudabilis dei laudibus à piẽtissimo patre nostro Dionysio à Rickel inscriptũ sit, ipsa mox inscriptione institutũ suum edocet, nimirum, deum Opt. Max. quantum humanis fieri potest uiribus, nunq̃ intermorituris uehere laudibus, id quod principio per uaria cum substantialium diuinæ naturæ attributorũ, tum prædicatorũ & perfectionalium & notionalium, ut uocant, capita aggreditur : tandem autem miro artificio uniuersam Nouæ legis paginam ὑμνητικῶς, hoc est laudatorio modo recensitam huc congerit, idq; raro scribendi genere, puta rhythmico, id quod affectus in deum excitandi gratia ab illo factum putamus. Adeò autem in deũ illius exarsit animus, consarcinandis diuinis laudibus unicè intentus, ut non multam interim grammatices, nedum rhythmicarũ legũ, quas illi excussit pietas, habuerit rationem. Vale.

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHVSIANI, DE LAVDIBVS SVPERLAVDABILIS DEI, Opusculum.

Laus dei ut bonus.

O Deus præstantissime, tu bonus naturaliter, dominator altissime, bonus substantialiter: tua demum est natura, bonitas omnino pura.
Tu solus per essentiam, bonus rite cõmendaris, qui non per dependentiam, bonus bonitasq; faris: tu bonus quomodolibet, omniformiter quolibet. Luc. 18
Tãta tua est bonitas, præter te ut bonus nemo, eius quippe sublimitas, est immensa, nullum demo.
A te pendet ac profluxit, omne bonum uniuersi, mẽti nostræ id illuxit, te doctore cordis tersi.
Tũa deus sempiterne, deus sancte & interne, bonitas est infinita, omne bonum uincẽs ita, cunctis uere insignior, infinite ac dignior.
Bonitas tu exemplaris, separata idealis, summa plena & fontalis, in te subsistẽtialis, ens causale extra genus, deus simplex præamœnus.
Bonum uiuum & perfectum, intellectuale rectũ, lux uita sapientia, tu es primum uerũ bonum, à quo manat omne donum, te cuncta gliscunt entia. Iaco. 1
Te plane cuncta appetunt, sine quo esse nequeunt, per momentum quę creasti, distinxisti & ornasti.
Tuam large bonitatem fundis ex dilectione, nec per orbis uastitatem, eius tu communione, quicquam expers reliquisti, gratis cuncta qui dedisti.
Bonitatis cõmunio tuæ, si subtraheretur rebus, omnis mox unio, decor, uigor laberetur.
Vt soli lucẽ fundere, fontiq; riuos fluere, naturale asseritur: ita tibi beneficos radiosq; deificos dare, proprium legitur.
Bonitas ô increata, superfelix, supergrata, tota superamabilis, ab omni mentẽ macula purga, tollens piacula, sola incomparabilis.
Vt incomparabiliter bonus es ô summe deus, improportionaliter es amandus plastes meus, cunctis appetibilior immense ac sublimior.
Bonitatis in affectũ transmuta mentis uiscera, boniformẽ intellectũ da, cordaq; fructifera.
Gloriosa, benedicta bonitas incircũscripta, tua deus sit iugiter uiuens, regnãs salubriter.

Laus dei ut ens.

O Ens primum increatum, ens fontanum incausatũ, tu es ipsum esse uerũ, plenũ prorsusq; syncerum, infinitum formaliter, perfectumq; totaliter.
Tam uere, plene, proprie, esse tibi ascribitur, q̃ sciscitanti sobrie, nomen tuum ut dicitur, EGO SVM QVI SVM, Moysi, respondisti in Sinai. Exo. 3
Tanquam pelagus immensum, fluens in se non condensum, omnem esse dignitatem, ac essendi claritatem, esse tuum comprehendit, & se entibus impendit.
Nihil tibi de nõ esse, nil de imperfecto esse, ens fontale admiscetur, in te puritas censetur, summa quoq; simplicitas, immensaq; sublimitas.
Tu esse, tu essentia, nec horum differentia ulla in te est consistens, qui es esse persubsistens, separatum, ideale, primum, unum & causale.

Tāta est excellentia tui esse, reor sane, ut creata essentia tanq̄ nil sit & inane: hinc nostra sub sistentia comparatur umbræ uanæ.
A te esse deriuatur cunctis atq; conseruatur decoro quodam ordine, à summo rerum car dine, ut dictat sapientia tua, uiuens essentia.
Esse naturæ perfice, deiformeq; effice gratiarū muneribus, ac uirtutum operibus.
Imperfectum tu naturæ omne comple deus pure, & non esse ab anima tollēs, reforma intima: non esse profor uitia mala culpæ immitia.
Te res cunctæ uenerentur, mentes nostræ amplexentur, à quo quod sunt sortiuntur tibi sancti obsequuntur. Tibi hymnus, laus & honor: te laudare impos conor.

Laus dei ut uiuens.

Ioan 5. TV ò deus æternalis, uiuens uita, lux uitalis: tu origo es causalis omnis uitæ secūdalis. Tua uita est uiuere, cum sit actualissima: & ipsa intelligere, cum sit simplicissima: ipsa tuum subsistere, nam substantialissima.
Tua uita est amare, generare & spirare, actione immanente: recreare & creare, totū mundum gubernare, dare digna omni enti.
Tota uitę perfectio, tibi summa directio competit cum infinita plenitate, nulli scita.
Summa deus sagacitas, pura, sancta uiuacitas: hæc tua nobilissima uita, gaudiosissima.
Tuæ summæ ueritatis superlæta inspectio, tuæ puræ bonitatis superferuēs dilectio, propria felicitate frui in æternitate.
Pax, uoluptas & dulcedo, tuæ uitæ est immensa: idq; scio, nedum credo, mente gaudens hinc incensa tibi o beatissime congaudens deus optime.
Solus essentialiter prime, pure, totaliter uiuis deus gloriose, uiuens tam deliciose, ut nec capi nec effari queat, neq; exarari.
A te uita est naturæ, gratiæ atq; gloriæ, uitam omnis creaturæ tu pręstas amatorie.
Bruta, pisces, aues, plantæ uitam habent te præstante, quorū uitæ defectiue tuæ uitæ perfectiue sunt participationes, fuscæ ut reflectiones.
Mentem nostram uiuifica, eam semper plenifica actibus uitæ gratiæ, ut tibi sit gratissima, deitas uiuentissima, nos rege omnifarie.
A te mentes angelicæ sumūt uitā deiformē, qua uiuunt tecū cœlice per te uitā uniformē.
Psalm. 35 Fons uitæ splendidissimæ, uitam nostram naturalem orna semper pręstme, uitam pręstans gratialem.

Laus dei ut sapiens.

TVa deus essentia est tua sapientia: tibi soli idem esse atq; sapiētem esse: nam tibi intelligere, subsistere & uiuere.
Substantia, non accidens tibi o deus prouidens uidere, scire, noscere, qui tam clare intueris, & distincte nosse reris cuncta, fac nos te poscere.
Mens deus simplicissima, prima, summa, idealis, mēs deliciosissima, æternalis, exemplaris.
Intellectus adorande, deus sancte pręamande, oculus lucidissimus, animus simplicissimus
O mens deus separata, in te constans immutata, uniuersaq; ordinans, ordini rerum dominans, inordinata uitia ordinas per supplicia.
Intellectus intelligens, actusq; intelligendi forma, qua es inspiciens & obiectum cognoscendi, in te prorsus extant idem, nil diuersum est ibidem.
Per propriam essentiam, omnium continentiam, ut per cognitiuam formam, omnis entis primam normam, temetipsum & creata, intueris mēs beata.
O summa sapientia, à quo omnis scientia, non finis neq; numerus, est tibi deus superus.
Fontalis sapientia, casta erubescentia, coram te est conuersandum: nam ubiq; semper præsens, cuncta cernens nunq̄ recens, à qua iuste iudicandum.
Infinita simul noscis, cum hæc operari possis, ipso nunc æternitatis, cuncta tanq̄ præsentia uides, o sapientia supersanctę deitatis.
Quæ non sunt, quę nec fuerunt, infinita quę non erunt, uisionis tu simplicis intelligentia inspicis.
Omnis intellectualis à te est decoratio: quicquid sapientialis splendoris habet ratio, à te fluxit, immortalis lux menti fulge radio.
Prouer. 8 O summa sapientia attingens cuncta entia, disponis hęc suauiter: tu immensa munditia quam non uicit malitia, mundum regens tranquilliter.
Tu ignota abyssalis, tibi soli nota qualis sis, nobis irrimabilis es & inperscrutabilis.

Ars prima,

Ars prima,causalissima,tu plena rationibus, ideis fulgidissima mēs, pręclara splēdoribus.
En tua sapientia,appellatur scientia, per respectum ad creata: porro quo ad gubernata, uocatur prouidentia, qua ordinantur entia:
Sed & prędestinatio fert, quantū ad saluandos: præscientia aio,fert uulgo ad damnandos.
Terrena, temporalia, cuncta materialia,noscis immutabiliter, ęterne ac simpliciter,o summa sapientia,quam decet reuerentia.
Omnes mentes angelicas,radiose pulchrificas,splendore sapientię,corda deniq; humana in se cęca,uaga,uana,doces luce scientię.
Cęcus, stultus omnis homo ad tuam sapientiā,uere prorsus id depromo, paruam habens scientiā:immense sapientior cunctis es ac fulgentior.
Corda nostra illumina,& tua sancta numina in his creator perfice:tentantis retiacula,uitiorum obstacula,à nobis procul effice. Psal. 18
Nos septē donis spiritus imple pie diuinitus, cui honor & gloria, tibi cũcta sunt propria.
Virtus,magnificentia,immensa excellentia,deo soli sapienti,trinitati uni enti.

Laus dei ut uerus & ueritas.

TV es solus uerus deus o creator factor meus, deitatisq; natura,deitas seu uera pura,tibi dūtaxat cōpetit,& ratio id expetit.
Tu uerus prima ueritas,summe uerus synceritas: tuę nempe essentię adęquatio proprię est ad tuū intellectū: mihi dona cor perfectū. Ioan. 14
Tu es causa exemplaris,effectiua & finalis uniuersę ueritatis:norma sapientialis atq; regulis fontalis,omnis uere puritatis.
Tanta demum est firmitas, plenitudo, stabilitas tua, ô prima ueritas, ut creata conditio uocetur ab initio uanitas,ad te sitio:mendax quoq; homuntio: uanum uilē me nuntio. Psal. 41
Sicut ab una facie imagines tā uarię, in diuersis mox speculis splendēt ac lucēt oculis:
Sic ab una increata ueritate,multiformes fluūt,splēdēt in plasmata ueritates,re cōformes,
Et ut in uno speculo formę relucent oculo plurimarum facierū: sic cunctarū prorsus rerū ueritates, splendiflua tua fulgent conspicua ueritate fontaliter, ęterne, idealiter.
A te triformis ueritas profluxit uera deitas:ueritatē nanq; uitę, doctrinę & iustitię indidisti rebus rite,tu amator munditiæ.
Veritas ni fallor rei & enunciationis sunt effectus ueri dei, qui donator est sermonis.
Sermo tuus est ueritas principiūq; uerborū tuorū sancta deitas, ueritas est animorum. Ioan. 17
Omne falsum detestaris, & mendaces auersaris,simulātes & callidi, iram tuā hi prouocāt, bilingues (uere stolidi) et duplices te concitant. Iob 36
Corda simpla & syncera,ueritatis zelo mera,uerax deus amplexaris,intime his copularis
Tua quippe essentia,per se subsistēs ueritas: hinc uerba mētiētia sunt uitanda,synceritas.
Toto nisu te honoret,reuerenter te adoret omnis homo deus pure, quē condigne uenerari nemo ualet, nec effari,institutor fons naturæ.
Veritatis cor splendore tu profunde deus uerax, omni mentem à squalore purga, uirtus rerum ferax.
Veritate tripartita iam pręfata orna ita nos creator benedicte tibi mente, ut fulcita placeamus tota uita, deus rex incircūscripte.
Laus,grates,benedictio,in quibus nulla fictio,tibi primæ exemplari ueritati,quā amari decet plus quā uniuersa,in te mea mens sit mersa.

Laus dei ut unus & unitas

VNus deus es,non multi:solus tu es adorandus:plures deos putant stulti,non his honor tuus dandus. Deu. 6
Tu à cunctis es diuisus,summe à te indiuisus,infinite pręeminens, simplex, inuariabilis,à te inseparabilis,& cum nullo conueniens.
Vnitas simplicissima,prima,summa,purissima,qui es supra omne genus:te entium omnei tas participat: ò deita ordinate, rex serenus.
Sicut à te oriuntur cuncta, ad te reuertuntur:ad te redit pluralitas, in te stat uniuersitas.
Solus princeps es cunctorum:sonat nā quid uitiorum,principantum pluralitas:ideoq; ordo rerum & catena specierū, uult ut sit regis unitas.
Simplex primus & perfectus cum sis, infert intellectus, quod sis unus ac unitas, in quo nulla diuersitas.
Quicquid post te appellatur deus,non mēdose, uane,id à te participatur: deiformes fac nos sanc. Psal. 81

Psal. 95 Omnes dii paganorũ, fortis sunt dæmoniorũ, pereunt corda gentiũ illos stulte colentiũ.
Participanter dilecti tibi prorsus sunt subiecti, & à tua maiestate distant cũ immensitate.
Luc 10 Tu unum necessarium appetẽdum finaliter creatura ut medium ad te, ametur taliter, ne amorem impediat tuum deus, ut deleat.
Mentẽ nostram uiuifica ne per multa distrahatur, tu sp hãc fortifica, ut à te nõ auertatur,
Vnum tecum sit spiritus, tibi intendat penitus, affectus in te habeat fixos, peccatis careat.
Tibi soli sit latria, gloria multifaria tibi ò simplex unitas, lux, uita, deus trinitas.

Laus dei ut omnipotens.

SIcut tuæ essentiæ, ita tuæ potentię, non est finis nec mensura, deus simplex in naturas cui idem esse, posse, idq; decet mentẽ nosse.
Ergo te omnipotentẽ sancte deus prędicamus, imò infinipotentẽ, te cõdigne collaudam⁹.
Hebr. 13 Hinc neq; impossibile, nec quicquam est difficile tuæ deus potestatis uerum æque facilia sunt cuncta dicibilia ei, cui simus grati.
Nõ tot potes neq; tãta, qn queas infinities plura ac maiora, sancta uirtus, quę nõ deficies.
Quicquid contradictionẽ non includit, deus uales absolutũ per sermonem cũcta potes, quia tales quis effectus actitare, quibus entis repugnare rationẽ non cõtingit, uirtus tua cuncta cingit.
Tu propria potentia uniuersis dominaris, à qua omnis ualẽtia, omnis uirtus salutaris, imò omne posse rerũ, singularum specierum.
Tu immensę es uirtutis, elucescit ut imbutis, sic ut facta potentia ad te sit impotentia.
Nutu tibi cuncta parent, & quæ ratione carent, qui uirtute absoluta, omni esse destituta, cuncta potes efficere, mundũ in nil redigere.
Tibi duntaxat competit miraculose agere: tibi nempe mox suppetit, & supra legem facere, naturam, cursum, ordinem, rerum mutare seriem.
Creare, iustificare legem, ordinem formare rerum, cuncta ordinare, & naturas procreare, tuę actus infinitę sunt uirtutis, ò fons uitę.
Tuam omnipotentiã monstras per euidentiã clariorẽ, ignoscẽdo, miserẽdo ac parcẽdo.
Non tibi difficilius, quo nil appetibilius, creare & extendere cœlum, quàm plantę folium, hinc malum te offendere, tuũ ad ducamur solium.
Tuã mõstra potentiã in nobis p clementiã, nos saluãdo gratiose nõ condẽnans rigorose.
Carnẽ, mundũ, diabolũ fac nos deus supare, omne quoq; obstaculũ da salutis supplãtare.
Dño omnipotenti inclyte præcipienti, gloria sit sempiterna & terrestris & superna.

Laus dei ut pulcher.

TOtius pulchritudinis primũ fontem, te laudamus: te oñis claritudinis causam summam commendamus.
Tu pulcher & pulcherrimus in teipso es cõsistẽs ò deus celeberrimus, decor in se psubsistens.
Pulchritudo separata, infinita, incausata, idealis & fontalis, simplex ac substantialis es, ò deus radiose, & præ cunctis gratiose.
Porro tua est natura pulchritudo, nescitura finẽ suę claritatis, lucis sanctę puritatis.
Pulchrũ illud appellatur, in quo uisus delectaẽ, & pulchrũ spiritaliter, q̃d agit ordinaliter.
Hinc tu speciosissimus, nam deliciosissimus extas uisui mentali, actu quoq; æternali tibi congruentissimo agis semper dignissimo.
Lucis ac pulchritudinis, splendoris, sanctitudinis tuæ deus nullus finis, hinc exulto quãuis cinis: tu immensa in te uernas claritate: non me spernas.
Luce ac sapientia, ueritate, iustitia, sanctitate, charitate, nil in uniuersitate uenustius, splendidius, præclarius, candidius.
Cum ergo per essentiam tu sis unumquodq; horum, patet resplendescentiam tuam deus criminorum eẽ penitus expertem & negantem hæc inertem.
Ioan. 14 Tu enim sapientia, ueritas & iustitia, lux, sanctitas & charitas, cuius decoris claritas est omnino infinita, corde lætor esse ita.
Nullæ in te sunt tenebræ, nulla defectibilitas, lumẽ tuũ pręcelebre pura delectabilitas.
Stellæ, angeli, sol, luna, uniuersa mẽs sensata, pulchritudo te o una stupẽt, uere lux beata.
Tuam speciositatem electi per pietatem summe optant prospicere: nam hanc clare inspicere plenam beatitudinem, sciunt per certitudinem.
Te uidendo summe gaudent, nec te intueri audent, abs timore reuerẽte, teiq; sine fastidio, in uitæ stillicidio cernunt plene læta mente.

In

In tua pulchritudine contentāter delectanf:hanc cū affectitudine incessanter contēplanf.
Venustate corporali decorasti tam magnali cœlos, astra, elementa, quæ interna ornamenta præstitisti creaturæ spiritali, gratis pure.
Non duntaxat naturali, sed & supernaturali miranda pulchritudine mentes ornas angelorum, cordiumq́ humanorum, deificanti lumine.
Intueri te gliscamus cū summo desiderio, propter te & contēnamus terrena, bono tædio.
Carnis decor non delectat, pulchritudo quem delectat tua, deus speciose, prȩter istā nil affectent mentes nostrȩ, quȩ nunc spectent te per fidē radiose.
Decoris cōmunione tui expers nil linquitur: qua participatione subtracta, mox collabitur omnis decor huius mundi, tua luce nunc abundi.
Omnē culpæ prauitatē, passionum fœditatem procul pelle deus sancte, uirtutum pulchritudine, donorum claritudine, nos adorna, deduc ante.
Honor, uirtus, laus, latria, gloria, in uia & in patria offerāt, prȩ syncero tibi deo, summo, uero.

Laus dei ut perfectus.

ENs perfectum absolute es tu solus noster deus, mens cōtemplans te acute, id agnoscit factor meus: tuȩ nam perfectionis non est finis, dux sermonis. Deut. 32
Extra genus & ordinē, sup oēm indaginē te pfectū cōfitemur, teq́ plenū reueremur.
Quicquid tibi ascribitur, & quicquid es aut diceris, cū immensa id dicitur plenitudine, miseris miserere ditissime tu deus perfectissime. 1. Cor. 8
Ob id omnis nobilitas, omnisq́ excellentia est in te ô diuinitas, cum summa opulentia sine limitatione, absq́ imperfectione.
Quod inesse q̄ deesse melius simpliciter, id te esse, & inesse tibi, fatur humiliter, perfecte, omnifarie, te amemus plenarie.
Tu à nullo es sortitus quippiā perfectionis, sed es tuis redimitus, expersq́ defectionis.
Nihil enim imperfectū, nisi ut à fonte sectū, suæ est perfectionis: sed tu fons in cūctis bonis.
Diues omnipotentia, non nūmi possidentia: tuȩ quippe diuitiȩ lux, uita & deliciæ. Ephe. 4
Plena sufficientia, immensa sapientia, omnis boni habitio: felix tui fruitio.
Tuam nos perfectionem, iubes deus imitari: per uirtutū actionē uis nos tibi conformari, ut simus ope gratiæ, quod es naturæ facie.
Impfectū nostrū deꝰ aspice clemētissime, nō nos spernas precor reos, creator prȩstātissime.
In te solo gaudeamus, & perfectū ascribamꝰ omne tibi, fons bonoꝝ, ô pfector perfectoꝝ.
Honor, uirtus, felicitas, laus, hymnus incessabilis sit tibi diues trinitas, rector imperturbabilis.

Laus dei ut simplex.

CVm rei cōpositio, sit signū indigentiæ: tibi primo principio, non inest fons essentiæ. Puræ hinc ac infinitæ deus es simplicitatis: nunc confusi mox abite, qui materialitatis quid putatis in hoc ente, summo deo non egente.
Quicquid in te, id tu ipse: quicquid habes, es id ipse, prȩter id quod relatiue fertur de te positiue, relatione reali, & adintra æternali.
Tuū eē purissimū, in se uere cōplectitur oīe esse dignissimū: nec mixturā cōpatitur: ipsum quippe omne bonum, fac cor meum tibi thronum.
In te excellentissime, perfecte, simplicissime, cōprehendis dignitatē omnē ac nobilitatē, habens non additamentum, in quo omne complementum.
Cum sis primus absolute, primum rerum principium, summe simplex tu imbute faris, nūc tolle uitium. Ex. 44
En limitans materia, contrahens differentia, artans potentialitas nulla in te, ô deitas.
Ideo incorporalis, illocalis, intemporalis & incircunscriptibilis es, atq; insensibilis.
Deniq; tu actus purus deus cūcta discreturus, nec diuersitas modoꝝ ulla in te, dux bonoꝝ.
Tuā ad simplicitatē aliquā materialitatē fert natura angeloꝝ, fortis est compositoꝝ.
Quātò tibi mēs propinquat, tātò fit simpliformior: hinc da ei ne deliquat, ut sit deiformior.
Tanta extat simplicitas formæ ac perfectionis, exclusu o diuinitas omnis incompletionis.
Superessentialiter, incommixtionaliter es subsistens, in te ipso, qui à cunctis bonitate propriaq́ puritate es distinctus eo ipso.
Mētes nostras simplifica, ne mūdanis sint intentæ: eas tibi gratifica, cordis auge ornamēta.
Omnis nostra intentio, in te semper ordinet: actus nostri impensio, in te pure moderetur.
Tibi o beate deus hymnus, decus & gloria, salus, uirtus plastes meus, te laudē mēte sobria.

Laus dei ut infinitus.

Infinitū

INfinitum te fatemur, infinitatē docemur, tibi primā intrinsecā, naturaliter insitam proprietatem propriam, formalem, perfectoriam.
Extensiua, corporalis, non est ista infinitas: intensiua, spiritalis, censetur ô diuinitas.
Tuam nanque diuinam sequitur mox essentiā forma simplex, quæ dicitur, non habens extēdentiā, stans in se & non recepta, terminantem non adepta.
Infinitus dignitate, uoluptate, sanctitate, uirtute, sapientia, luce ac felicitate, pace & sedulitate, omniq; opulentia.
Porrò ut ad omne dicam, & de manna frangam micā, hæc beata infinitas tua, summa diuinitas, immensa est perfectio, quæ nostra sit electio.
Dum uis homo contemplari dei hanc infinitatem, uites tunc imaginari ruditer per quantitatem, pura cum abstractione cerne deum ratione.
Omni in nobilitate, gaudio, suauitate, splendore, pulchritudine, deus ac celsitudine, immēsus es totaliter, hinc lætor cordialiter.
Tuo deus cōparatu totus mundus est arena, qui immēso dominatu cūcta uincis, uitæ uena.
Vniuersis præclarior, & in cūctis suauior es incomparabiliter, dulcior, amabilior, maior, honorabilior es interminabiliter.
Omnes uirtutes finitæ sunt pendentes ô fons uitæ per te primum infinitum, aliunde nil sortitum: uirtus nanque es uirtutū: præsta nobis cor imbutum.
Sap. 11. In mensura & pondere, ac numero effundere uniuersa dignatus es, cuncta tibi conformasti sic, q tu perseuerasti altior his, ut fatus es.
Ante mundum tu non solus, & post mundum non præuētus, te adorat celsus polus, omnis colat te iuuentus.
Supra mundum non elatus, infra mundum non calcatus, tu in mundo non inclusus, extra mundū non exclusus.
Tua deus infinitas, extat infinibilitas: tuæ, præexcellentiæ immensæ opulētiæ, cui iugis laudatio, summa regratiatio.

Laus dei ut felix.

SVmma, plena & immensa tua deus felicitas, independens, tā intēsa, ut tua est diuinitas.
Tua nā beatitudo, tua extat essentia: in qua summa plenitudo, omnis boni præsentia.
In te felix possessio est cunctorū optandorum: quid tibi desit nescio, seu bonorum, aut pulchrorum.
Esse, & felicē esse, in te idē est omnino: neque tibi hinc deesse, quid felicitatis sino.
Ob id tua felicitas substantia non accidens est, quæ tibi diuinitas, idem nequaq̄ decidens.
Tui immensa lætitia, immensa delectatio: cuncta corda felicia, te habent summa ratio pro obiecto & mercede: da ne quid agamus fœde.
Tu superbeatissime de propriis diuitiis gaudes naturalissime, cunctis plenus deliciis.
Tu teipsum contemplando, cernis plene te perfectū: ergo in te gloriādo, uoluptate per directum intensiue es immensa plenus, & incomprehensa.
Solus plene te creator comprehendis, cernis, amas, uides in te dominator omne bonū, qui proclamas in scripturis, te beatū, omni pulchro consummatū.
Nam omnē excellentiā, decorē, opulentiā, gaudio cum sempiterno, te uides per essentiam possidere: scientiam funde nobis de superno.
Te cernendo gustu gaudes infinitæ dulcedinis: te felicē decent laudes, interne fons pinguedinis.
Amplius tibi propriū est, licenter gloriari in te, origo omniū, lux qua precor illustrari.
Solus in te omnē habes rationē gloriandi, in quo prorsus nulla labes causa'ue nō exultādi.
Nihil quippe aliunde es sortitus, rex abunde: & subiecta tibi cernis, quicquid non es: adsis uernis tuis, summe dominator superfelix imperator.
Quicquid melius habere q̄ non, scis te possidere immensa plenitudine: te tibi scis sufficere, per te: nec te suscipere quicq̄ uicissitudine.
O q̄ sancta, purissima, q̄ uoluptuosissima, æterna, nobilissima ac immutabilissima tua est beatitudo, deus prima rectitudo.
Qui habes pro diuitiis omnem sufficientiam, itemque pro deliciis simplā plenā gaudentiam de te atque creaturis, tuis gaudens in facturis.
Insuper pro potestate habes omnipotentiā: famę pro celebritate, laudē: obstupescentiam omnis mentis te laudantis, admirantis, contemplantis.

Nec

Nec actiua felicitas deest tibi, diuinitas: pro qua gubernationē possides totius mundi, per æternam rationem eius rex post te profundi.
Quicquid bonæ uoluptatis, ueræque suauitatis, solatij & gloriæ, felicitatis propriæ comperitur in creaturis, fluxit à te, parce satis.
Dulce beatitudinis das futuræ prælibamen, uicissim rore luminis nobis factus releuamen.
Ab omni nos miseria, clade & calamitate salua, concessa uenia, ad fruendum uoluptate: concupita in patria pia nunc fer solatia.
Infinita lætitia, pro qua spernenda uitia, tibi deo dignissimo, domino felicissimo cū summa reuerentia, ac iugi diligentia.

Laus dei ut incommutabilis.

DEus sancte non mutaris, finis noster salutaris, perfici aut minorari, nusquam queunt de te fari. Mala.3.
Solus immortalitatem habes plenam rex æterne, nam immutabilitatem puram habes dux superne. 1.Tim.6.
Nouitas, inchoatio, uetustas & cessatio nulla in te reperitur, ad te mente pura itur.
Manens inuariabilis, mutabilia plasmasti: permanens immutabilis hæc moueri condonasti.
Optima æternaliter stas in dispositione: superplenus ueraciter omni delectatione.
Tua immobilitate manet in stabilitate totus mundus sensibilis, res omnis defectibilis.
Præfixisti periodum uniuersis mortalibus, ad te fertur uariodum quicq̃ factum in entibus: ipsæ quoque angelicæ mentes creatæ cœlicæ.
Quicquid immortalitatis, potestatis, firmitatis habet omnis creatura, à te fluxit o mens pura.
Tolle cordis euagationem, confer ei fixionem, in te semper nobiliter gratiarum actionem, iugemque laudationem immolamus humiliter.

Laus dei ut uolens & liber.

IMmotæ cōplacentiæ est uoluntas in te deus, egentis appetētiæ non est tibi, deus meus.
Suma, prima, liberrima, præpotens, celeberrima uoluntas tua domine, iniusta aut insipiens hæc ipsa esse nequiens, colenda est ab homine.
Est enim sapiētia, ueritas tua & æquitas, ut idem in essentia & perfecta synceritas, regulaque certissima æquitatis uerissima.
Obiectum primum, proprium, tuæ deus uoluntatis, bonitas tua: sobrium da cor, ò fons libertatis.
Idcirco necessarie amas & uis te creator: cætera quæ sunt uarie libere uis o dominator.
Voluntate præcedente, uniuersos uis saluari: uoluntate consequente, tu electos uis beari. 1.Tim.2.
In hoc tuæ uoluntatis claret omnipotentia, q̃ in uniuersitatis gyro, cuncta placentia ut uis sponte tu producis, nos splendore imple lucis. Sap.11.
Tuo uelle nil resistit, ei paret quod existit in omni rerum ordine: iuxta eius propositum, cū cta agis ad libitum, sapienti dictamine. Roma.9.
Bonitas tua, ratio est tibi, mea saluatio, diligendi & uolendi, quæ creasti fons essendi.
Tibi deus uelle, esse & uoluntas, essentia, tibi clarum est subesse, cum uis posse per ✶entia. Aliàs, omnis.
Omnis uirtus affectiua & libertas uolitiua, est à tua uoluntate, quæ ad nihil est dependens, & ab ea est descendens quicquid est, o rex beate.
Cum sis deus causa tui, neque obligeris cui, operaris liberrime, mundū regens pulcherrime.
Omne bonum ens honestum, uoluntas tua approbat: detestatur ut molestum, culpā omnē ac reprobat.
Quicquid contra uoluntatem tuam fit aut quæritur, id censemus prauitatem: & hæc uolūtas legitur propria, inordinata & rebellis, ac priuata.
Idem extat rem creari te uolente & agente: quicquid demū operari es dignatus pia mēte, In tempore tunc fecisti, & sic prout decreuisti ipse in æternitate, fixus in stabilitate.
Tuam semper impleamus uoluntatem & colamus, hanc laudemus, adoremus, & in cūctis honoremus.
Vt angeli in patria, sic in terra sint, gratia succurrente, uiatores deus, tui obeditores.
Laus & magnificentia, grates cum reuerentia, tibi deus bona uolens, sancte iussor, mala nolens.

Laus dei ut sanctus.

Tu

Leuit.19. Esa.6. TV solus per essentiā sanctus, q excellentiā tātam habes sanctitatis, uniuersis præ creatis, quantam & sapientiæ, bonitatis, potentiæ.
Cunctis ergo es sanctior immense & præstantior, nihil quoq; ad te sanctū, qui præfulges cunctis tantū, ut id nec mens concipere, nec lingua possit exprimere.
Tu separata sanctitas, in se subsistens puritas, omnē uirtutē continens, omni decori eminēs.
Qui habes simplicissime, per naturā plenissime, quicqd est perfectiōis, fons sanctificatiōis.
O idea sanctitatis & exemplar puritatis, in te pura affectio, superferuens dilectio, syncera contemplatio, præclara operatio.
Rite sanctus appellaris, cum totius agnoscaris boni exemplar honesti, tibi nihil admiscetur, nec inesse quid censetur de impuro: mentē uesti.
Sancta es mens, summe recta, cui omnis mens subiecta: nam tua contēplatio, uita & operatio est perfecta undequaq; te honorē usquequaq;.
Immensa tua sanctitas cum sit tua essentia: nulla quippe o deitas, te ornent accidentia.
Nullū culpæ obprobriū in te est, cui propriū nec peccare, nec errare posse: ad quem ordinare debet homo se & sua sciens, cuncta esse tua.
Cum sis rerū summus finis, quando mentē sibi finis: peccat, à te recidendo, cum ad nullū ordineris, finis tibi: sed uoceris nusquā peccas in agendo.
Quid nam labi & peccare, nisi à te deuiare rerū ultimato fine: hinc nos in te roborare deus semper tu dignare, hæc intrare ad te fine.
Esa.64. Omnes nostræ iustitiæ ad te fontem munditiæ, sunt ut pannus menstruatæ, uniuersi hæc pensate.
Sanctus in omni opere adesto nobis propere, te nequit quis arguere: fac mentē te induere, quæ in angelis peccatū repperisti ens beatum.
Tu cordis sanctimoniā iubes, amas, remuneras: munditiā idoneā exquirentes connumeras, sanctis quibus spopondisti te uidere, ut dixisti.
Vniuersæ sanctitatis origo es & ratio: lucē tuæ puritatis mea petit precatio.
Solus mundas inquinatū, solus soluens es peccatū: omni ab iniquitate munda nos immaculate, sanctitate incessanter, nos perorna miseranter.
Nobis purum da affectum, illustratū intellectū, in te mundam memoriā, fixā ac dilectoriā.
Tuæ deus sanctitati honor dignus impendatur: tuæ sanctæ maiestati reuerenter seruiatur: laus, honor, uirtus & gloria, tibi imperatoria.

Laus dei ut iustus.

Dan.9. IVstus es tu altissime, cunctis reddens æquissime quod est iustū ac merētur, in omni tuo opere æquum, pium, componere ita uis, q commiscentur.
Pietas nam & æquitas in omni actu, deitas tuo simul sunt permixtæ semper quæram ô felix te.
Dum iniustis misereris, iuste illud perhiberis ex parte tua agere: nam tanta tua bonitas, ut iustū sit te deitas indignis benefacere.
Dan.3. Iustus tu es, ad teipsum qui impendi uis idipsum, tibi q debetur deo, obedire tibi eo q sis summus dominator, uniuersiq; creator,
Esa.42. Alteri tuā gloriā non das, neq; sculptilibus das laudē tibi propriā: nos orna laudabilibus.
Sed honorē & gloriā requiris laudatoriā, dari tibi finaliter: spernis à te discedentes, æquitatem relinquentes, cum sis iustus ueraciter.
Hiere.12. At iustus es ad alios, qui iubes inter famulos tuos seruari æquitate, qui nec malū impunitū, neq; bonum non sortitum digna, linquis per ætates.
Iustum facis iudiciū angelis & hominibus, gaudiū aut suppliciū cunctis confers spiritibus.
Eccle.11. Vbicunq; ceciderit lignū, nonne erit ibi: sic quo statu obierit homo, adducetur tibi, hacq; in affectione manet sine uersione.
Immensa tua æquitas est adoranda deitas: ob id nil inordinatum derelinquis, sed peccatū ordinas per iustam pœnam, iustis præbens te amœnam.
Qui peccando, uoluntati suæ nimis contra tuā hæsit, fauens prauitati, iuste pœnam contra
Roma.11. suam uoluntatem luit reus, iuxta tuū uelle deus.
Quàm incōprehensibilis in multis est iustitia tua deus horribilis, cuius extant iudicia tanq̄ pelagus immensum, nam transcendunt omnem sensum.
Sap.12. Nil permittis, nec quid facis sine iusta ratione: nullū premis deus pacis ui, sine acceptione personarum tu iudicas absq; rancore uindicas.

Perpessus

Perpessis ignominiam, iustum facis iudicium: nullamq; iniustitiam ualet quisquam aut uitium in te deus protestari, neq; te calumniari.
Tua uirtus, initium est totius æquitatis, mensura & principium omnis legis ueritatis.
Creatis intellectibus impressisti synderesin: quos doces in affectibus, ut odiant hypocrisin.
Tibi iuste famulemur, æquo zelo inflammemur, operantes & discrete, omnem culpam detestemur, tuæ menti conformemur, obsequentes tibi læte.
Tibi superiusto deo, pleno, summo bono meo, perennis reuerentia, hymnus, magnificentia incessanter immoletur, & mens in te inflammetur.

Laus dei ut misericors.

O Deus suauissime, tu pius naturaliter, ò princeps clementissime, benignus es totaliter. Iohel. 2.
Tam paratus indulgere, ut quocunq; in momento ingemiscit homo uere, mox purgetur fœdamento. Ezech. 18.
Proprium ac naturale tibi deus ens magnale misereri & parcere: sed ulcisci ac perdere, ex nostro tibi competit, ut peregrinum suppetit.
Alienum, peregrinũ opus hoc, o ens diuinum tibi deus sempiterne, bone, pie, nos cõcerne.
Ex te sumis, unde nobis præbeas te gratiosum: sed ex nostro, nostris dolis ut te monstres rigorosum.
Misericors, longanimis, mitis quoq; & patiens faris à pijs animis, quibus es benefaciens. Psal. 102.
Passiones per affectum non hæ tibi ascribuntur, uerum parem per effectum in te esse dissetuntur: cuius mens immutabilis non est passionabilis.
Iubes misericordiam, ei promittis gloriã, misereri clementibus te pronũ spondes mẽtibus. Osee 6.
Cuius miserationes super operationes tuas sunt omnes cæteras: te laudantes non deseras.
Immensa, ineffabilis tua deus clementia: aliter nostra fragilis qualiter subsistentia ferret te, & saluaretur, & non magis damnaretur.
Sed desperare non possumus, qui te tam pium noscimus: hinc grandi confidentia spero in tua clementia.
Sed ne nobis desit timor, tuus rigor sicut rimor, tua pietate minor nõ est, hinc uereri sinor.
Mille modis quotidie parcis nobis eximie: iuuas, sanas & ignoscis, nos cõuerti ad te poscis.
Imbrem cœli, solis lumen, bonis, malis das o numen semper reconciliari promptus atq; suffragari: dona insuper naturæ nulli negas creaturæ. Matth. 5.
Reos nos & transgressores tu offensus ad te uocas: tam ingratos offensores pœnitentes in te locas, ut tui fiant filij, inuitas fons auxilij.
Tam immẽsam pietatẽ quis miretur satis digne: tuã deus bonitatẽ adoramus rex benigne.
Mentem da misericordem, dulcem, piam & concordem, clementem omni proximo, omnẽ aufer cordis sordem, intellectumq; uecordem: tibi iungamur optimo.
O fons omnis pietatis, tibi semper à creatis laus & honor impendatur: rex tibi clementissime, deus amabilissime, omnis homo obsequatur.

Laus dei ut amans.

IGnis, amor appellaris, qui à pijs præamaris: tu amor per essentiam, amoris uehementiã, in affectu tu succendis, statim flammam hanc impendis. Heb. 12.
Vitiorũ rubiginẽ, carnis quoq; pruriginẽ tu consumis isto igne, nobis cõfer cor insigne.
Ignis ardens non nocenter in me arde uehementer: te amor sine germine non reliquit pulcherrime: nam amore cuncta gratis es molitus pulchre satis.
Nil seruas tibi proprium, totum te communicando: non tibi hoc inglorium, dona nam multiplicando per omnem gyrum entium, misereris egentium.
Nil odisti quod fecisti, quo ad id quod tribuisti, ò amator animarum, manens tuo in amore uiuit gratiæ splendore reuelator scripturarum. Sap. 11.
Amans uere, in te manet: habitas in te amante: amor nostra corda sanet, tuus sim corde æstuante.
Vt uoluntas, ita amor inest tibi, quem non clamor est oblectans sancte deus, sed deuotionis feruor: mentis uiribus eneruor, dum tepesco frigens reus.
Cuncta te amare scimus, conformata nam sentimus ea tuę bonitati, cui simus semper grati.
Tu es ardens ardor rorans: te mens nostra fit implorans qui te amas infinita charitate perignita, cum gustu prædulcissimo, æterno, iocundissimo.
Omnis nostri boni causa tuus amor est, rẽpausa in cordis nostri thalamo, scribe menti cum calamo.

Tuæ deus charitati grates semper referamus: pręsta ut immaculati te colendo maneamus.
Charitate nos accende tam diuina quàm fraterna: ad teipsum cor suspēde, contēplemurq́ superna.
Tibi honor, laus & decus, menti fulge cum sim cæcus, deus à quo purus amor te honorans felix samor.

Laus dei ut æternus.

Dan.7. TE æternum reueremur, à te cuncta confitemur emanare, dependere, pręter te nil æternale, nil independentiale: cuncta constat te egere.
Vitæ interminabilis consummata perfectio, tota simul nō labilis in te summa dilectio.
Itur non in infinitum: ergo est ens nil sortitum, increatum, incausatum deus rite nominatum: idq́ deus tu deorum, pater & rex seculorum.
Scimus hanc æternitatem tuam esse deitatem, quæ omnes differentias temporis extendentias simpla in se comprehendit, super cuncta se extendit.
Omni horæ coassistit inextensaq́ consistit: anni innumerabiles ad te, ut punctū, labiles.
Illo nūc simplicissimo quo ante cuncta secula fuisti stabilissimo es nunc temporum regulas nequaquam factus senior, sed neq́ inamœnior.
In æterna præsentia es ò summa essentia: cui fore & fuisse ascribuntur, sed demisse.
Nam tu deus ipse idem, in quo nec cras neq́ pridem, sed inextentum hodie, me tuæ do custodiæ.
Nullum tempus te metitur, tuum esse non finitur, tuum nunc æternitatis est natura deitatis, fixa manens, nunquam fluens, nusquam mota, suos tuens.
Tempus ab æuo iussisti, æuum quoq́ ab æterno ire: rebus qui dedisti instituto cum superno durationis mensuras, dum plasmasti has facturas.
Tuæ ad æternitatis nos deduc participium: mentē uanis à creatis reduc ad te eximium.
Ad æterna contemplanda mentem semper clarifica: ad diuina amplexanda Christianos dignifica.
Claritas, benedictio, omnis laudis conscriptio, tibi summę deitati, adorandæ maiestati.

Laus dei ut incomprehensibilis & ineffabilis.

Ecci.43. MEntis tu capacitatem es transcendens infinite: cuius actualitatem infinitam scimus rite: hinc comprehensiue nosce te, fatemur nullum posse.
Ob cognoscibilitatis tuæ preeminentiam superas capacitatis nostræ intelligentiā omne mentis hinc acumen uincis, adorandum lumen.
Nemo uita in præsenti utens sensu nedum mente, conspexit te per speciē: nempe per hanc maneriem te uidere, felicitas patriæ est ò trinitas.
Porro q; perfectionis, lucis ac stabilitatis sis immensæ, rationis probat uigor ex creatis.
Ob id te comprehendere, te complete intendere nequit mens, cuius uigor sit immensus, sub quo ligor: & hæc nullā nisi deus ipse tu, rex deus meus.
Quia causam nullam habes, palam q; non sciri uales: cum scire sit cognoscere rem per causam: hinc noscere te plene, tibi proprium o primum directorium.
Tua quoq́ simplicitas, te beata diuinitas dat incomprehensibilem nobis, & indicibilem.
Quis enim queat capere esse, posse & agere, quo sint modo in te idem, cum noscamus per te fidem.
Esse liberum agendo, necessarium essendo, liberum operarium, cum ens sis necessarium.
Psal.17. Tu tenebras, latibulum, ponis tuū ut uestibulū: lumen inaccessibile, habitas inuisibile.
Immensa tua claritas, quam non ualet capacitas nostra clare conspicere, hæc diuina est caligo, intueri quam supina mens non ualet splendifere.
Te per abnegationem melius intelligimus, q̄ per affirmationem, quem altiorem dicimus cunctis prorsus infinite, mihi semper da cor mite.
Hoc te uere cognoscere ut constat, te deposcere, te supersubstantialem, superaltum, abyssalem substantialiter, laudare deuotaliter.
Tibi enim & creatis uniuoce nil competit: à te fonte maiestatis uniuersum ut expetit, mens occumbit in immensum: fleo te à me offensum.
Quid non sis deus quàm quid sis, melius nunc concipimus: imo ignorantes quid sis, quid tu non sis, aspicimus.
Tuam sanctam essentiam nemo ualet enarrare: iuxta nostram potentiam, non cessamus hanc laudare.

Hinc scrutator maiestatis opprimetur à gloria, causam uniuersitatis te mens summa recto-ria penetrare qui nititur præsumptuosus dicitur. Prouer.25.

Ex lege, actu, ordine, cursu naturali rerum, te speculamur domine institutor specierum.

Ex fide & miraculis, scripturis & oraculis altius te contẽplamur ampliusq; ammiramur.

Vt effectus effectorem modo quodam repræsentat, sic te summum cõditorem uniuersum hoc ostentat.

Nam creatura radius creatoris perhibetur cursus ordinarius, lux, naturaq; cẽsetur, scala ad cognitionem tui met per rationem.

Leua nos ad gratiosam tui contemplationem, præsta fidem radiosam ac beatam uisionem.

Honor, uirtus, lætitia cum ingenti lætitia offerantur altissimo, tibi deo dignissimo, cuius extant iudicia incomprehensibilia tanq̃ abyssus nimia.

Laus dei ut excellens.

VNiuersis sublimior, perfectior, felicior es tu solus infinite, deus sancte, lumen uitæ: Esa.52.

Totus mundus quantitate non sic excedit puluerem, quantum tu in dignitate cuncta, mentem non uulnerem.

Nec parem nec contrarium habes creator marium, sed rebellem conuersatu ò summũ diligibile, nil tibi fertur simile, ni distanti imitatu.

Maior omni prçconio, uoto, cultu idoneo, immensa reuerentia dignus, quem tremũt entia. Eccl.43.

Tam profunde, humiliter, decenter ac seruiliter: nulla ualet creatura tibi o maiestas pura, se subdere, ac spernere, inclinare, prosternere ut est dignum per respectum ad te primum intellectum.

Omnis iam sublimitas angelorum stationis distat à te diuinitas graduum perfectionis infinitis distantiis, nos purga ignorantiis.

Da syncere contemplari, amorose amplexari, tuam præexcellentiam: hanc solerter uenerari, sapienter admirari, per tuam influentiam.

Tibi regi altissimo, inclyto, potentissimo, sit summa ueneratio, æterna adoratio.

Laus dei ut idea & exemplar.

TVa deus essentia, est idea omnis entis, ut est à sapientia, tuæ sempiternæ mentis concepta, imitabilis, rebus participabilis.

O mẽs sapientissima, cuncta agẽs intellectu, ratiõe certissima, te spectemus cũ affectu.

Casu siue fortuito nihil prorsus operaris, in instanti gratuito facis id quo delectaris.

Hinc formã tui operis in te uidere poneris, qui distincte cũcta noscis, actuũq; causas poscis.

Nec tu primus actor rerum, æternus, immutabilis, aliunde sumis uerum, aut cuiusquã creabilis rationem exemplarem, speciemq; idealem.

Vniuersa in te splendent, ut o deus à te pendent: hæc distincte contemplaris, propriisq; operaris formis cum idealibus, æternis, exemplaribus.

Idearum pluralitas in te est, quo ad creata tua cui singularitas non obsistit, lux beata neq; summa simplicitas, superpura diuinitas.

Hæ ideæ in te deus, lux, uita sunt & ueritas: suntq; o creator meus, in quo plena amœnitas, cognoscendi principium agendiq; initium.

Hæ sunt formæ principales, summæ, fixç, çternales, iuxta quas à te formatur quicquid agis aut creatur: hi fontes splendidissimi, uberrimi, plenissimi.

Tanta inest uis ideis, sapiens ut sine eis nullus queat consistere: nullus absq; his saluatur, nil seruatur, gubernatur: has deus opto discere.

Hæ sunt mundi archetypus, arsq; tuæ summæ mentis: ab his rerum ordinibus, formæ sunt pro ornamentis, cordis anachoreticus contemplatur has splendentis.

Per exemplar formaliter, ratione finaliter, clarum est te operari efficientialiter per ideam, nec aliter debet quisquam operari.

Tu nam cunctorum ratio es, exemplar & idea neq; horum distinctio realis, salus mea.

His ideis concupimus illustrari, quamuis limus: per has fac nos sapientes, ad te semper intẽdentes, cui honor, laus, potestas, adorandaq; maiestas.

Laus dei ut prouidentiam habens.

TIbi summo opifici competit prouidentia, uniuersi pulchrifici, cunctorumq; regentia.

Nempe quem constituisti alium super fabricam mundi, quem tu condidisti, mentem præsta almaticam.

Portò decoro ordine mundum gubernas domine, per naturas spiritales, res regendo cor-

porales, hierarchiam per cœlestem, nostram regens hanc terrestrem.
Regendi executio inest quibus commisisti, fontana institutio in te qui & decreuisti summa per te gubernare, uoluntates immutare.
At te regem principalem & rectorem exemplarem, gubernantes subsequentes sunt ministri seruientes, tanquam tua instrumenta mente tremant te intenta.
Solus tua potentia, propria sapientia, aut authoritate propria, prouides præceptoria.
A' te omnis nam potestas, plebis culpa ò maiestas regnare das hypocritas, reges iustos da bonitas.
Iuxta hominum merita, quæ uides ab his edita, sæpe confers præsidentes, fructuosos da regentes: dabo inquis tu per legem, in furore meo regem.
Quædam regis sic, ne errent à te fine, sed enarrent tuam semper clementiam: quædam ita φ falluntur, certis horis & labuntur, per insufficientiam.
Iuxta suas nam naturas cũctas regis creaturas, rectis nec necessitatẽ imponis per potestatẽ.
Hinc à fine usq; ad finẽ attingis deus fortiter, & à summo usq; crinẽ, cuncta dispõis suauiter.
Sic regis immortalia, ut irrationalia non relinquas usquaq;, bruta pascens, flores ornans, prouisue cuncta tornans, nos guberna undiquaq;.
Hominũ actus amplius, uerba, gressus, cogitatus attẽdis uigilãtius, uereor hæc, meditatus.
Magna nobis est indicta iustæ uitę necessitas: nãq; coram te inuicta maiestas, qua nos sospitas: ubiq; semper uiuimus, à te uicem suscipimus.
Te esse prouidissimum, uniforme ac stabile, mundi pandit certissimum regimen ammirabile, cui hymnus, honor, grates, iudex iuste, qui non lates.

Laus dei ut prædestinator & reprobator.

VT res intellectuales primum gradum sortiuntur in creatis, ita tales eminentius regũtur à te ac singulariter, curantur paternaliter.
Nam ad supernaturalem finem deus has fecisti: equidem ad facialem tuum aspectũ has egisti.
Tibi liberalissimo, superbono, sanctissimo, non sufficit naturalem, propter finem, mentem talem procreare nec naturæ, ornas eam donis pure.
Nam supernaturaliter hanc perficis totaliter.
Ad hunc supernaturalem nequit finem eleuari, ni per opem gratialem condigneris suffragari, gratias per consummatas, iuuans mentes has creatas.
Ergo hos prædestinasse ab æterno perhiberis, quos ad finem ordinasse hunc beatum tu cẽseris, quibus parasti media ad finem hunc egregia.
Quidnam prædestinatio est, nisi præparatio gratiæ, nunc in præsenti, gloriæq; insequenti.
Non sic omnes metuende deus tu prædestinasti: in quibusdam reuerende æquitatem cogitasti tuam iuste declarare, quos te scimus reprobare.
Ad salutem ordinati sunt electi appellati, ad infernumq; præsciti reprobi sunt diffiniti.
Cuncta ob te operatus es, deus inscrutabilis: à te mundus est creatus, ut tua ineffabilis perfectio in entibus luceret nostris mentibus.
Cum pietas & æquitas, perfectionis deitas tuæ extẽt dignissime, uoluisti rectissime in quibusdam pietatem, in nonnullis æquitatẽ tuã plene decorare: te oportet formidare.
Sic fecisti uasa iræ, uasa item clementiæ tua in manu sumus mire, deus fons sapientiæ, ut lutum manu figuli: tibi subdamus singuli.
Hoc secretum iudicium, uenerandum, non rimandum, misereris initium cuius uis, ad saluãdum: quem uis induratum linquis, tibi uæ, qui contrã, inquis.
Quamuis tua iudicia incomprehensibilia sint, non tamen sunt iniusta, sed tam æqua q̃ uenusta: nam idem in te æquitas, uoluntas, sagax ueritas.
Eo ipso hinc quo quid uis, sapienter iuste id uis: tua irrationalia non sunt iudicialia.
Nemo uenit ad te deum, nisi clemẽs trahas eum: quem uis trahis gratiose, quem uis linquis rigorose.
Tua prædestinatio, liber uitæ appellatur: electorum signatio in diuina mente fatur.
Quàm beati sunt electi, quicquid modo patiantur: heu q̃ miseri deiecti reprobi sunt, prouehantur quantumcunq; diuitijs, honore ac delicijs:
Imò quò plus prosperantur, magis miseri probantur.
Electorum collegio nos saluator connumera: in horum nobis medio gloriæ confer munera, cui honor, laus perennis, nos uirtutum orna pennis.

Laus dei ut terribilis.

Amor,

AMor, dulcor, clementia, te præbent præamabilem: æquitas, ulciscentia, te monstrant formidabilem.
Tremendus in consiliis super filios hominũ, sicut & in iudiciis, angelorum te dominum in primis offendentium, ob idq; mox ruentium.
O deus preterribilis, pro culpa momentanea condemnas inflexibilis, uin dicta subitanea.
Angelorum pulcherrimum, effectum nunc teterrimũ, cum cunctis adhærentibus, secum uane tumentibus.
Quàm pauendus es infligens, temporale ob delictum, pœnam sempiternam figens, reum in gehenna uictum, æternali supplicio, uexans pro quouis uitio.
Iræ tuæ obuiare, quem contemnis, emendare rem testor impossibilẽ: te seruili cum pauore praui timent abs amore, & ultorem horribilẽ.
Sed timore filiali tanquã pater es timendus, cum affectu cordiali incessanter reuerẽdus: cũ peccare prauissimum, à te linqui certissimum.
Reuerenti cum pauore tibi mentes angelicæ astant, atq; hoc timore plenus extat nũc * cœlice Christus homo, atq; mentes uniuersæ, te fruentes. Alias, intimi te.
Pene nil hic habet timor reuerẽtes attonitos: te fruẽtes dat ut timor, nos bonis fac inolitos.
Tuæ deus maiestatis ex aspectu claritatis caste, sancte, reuerenter timens fit indesinenter tota nostra te natura, ô maiestas simpla, pura.
Timorate, solicite operemur nunc salutem nostram clementer solite, tantam deus da uirtutem.
Tuo nanq; tribunali nos oportet præsentari, & à te ultore mali tam districte iudicari. Tibi honor, laus æterna in hac lucẽ & superna.

Laus dei ut dulcis.

VEre dulcis es creator, dulcis in te pie sator, uniuersæ dulcedinis causa, omnis claredinis.
Omnem conuenientiam, odorum redolentiam, cunctamq; suauitatem, proportionalitatem,
Harmoniam, melodiam, pacem atq; cantoriam contulisti fontaliter, cõtines exemplariter.
Ratio iocundissima, origo amœnissima, omnis es iocunditatis, bone cunctis in creatis.
Dulce sensum quod delectat, fertur in re corporali: mẽtem quoq; quod oblectat, dulce est in spiritali.
Hinc tu deus dulcissimus, proportionatissimus es: nam prorsus tuæ menti ac conuenientissimus, itemq; sapidissimus tibi ipsi es uolenti.
Tu dulcedo infinita, pura, separata, ita plena ut in se subsistat, ô dulcedo idealis, sancta, intellectualis, nunquam cor à te desistat.
Tua deus est natura, pax suauitasq; pura, immensa delectatio, in qua completa ratio omniũ deliciarum, abs mensura est earum.
Summa tua suauitate, cum iocunda plenitate sunt beati perfruentes, pleno ore combibentes de torrente uoluptatis, qua potemur cum beatis.
Et deuoti uiatores, tui puri zelatores uicissim breui morula, ut contẽplandi horula gustant q̃ sis dulcis uere, delectati te syncere.
Omni menti puræ clare tu sapis suauissime, quæ exorsa te amare fastidit nobilissime uiles carnis delicias tanquam fœdas spurcitias.
Cum his inferioribus, balsamo, melle, floribus, tanta infit suauitas, quanta summa ueracitas, dulcedo tua increata, nullo fine terminata.
Ab hac immense deficit, omne q̃d gustum reficit, odoratumq; oblectat, dulcior es infinite, cunctis simul ô fons uitæ: me præsertim id delectat.
Quàm magna suauitatis tuæ deus multitudo, quã celas timiditatis cordibus, ô plenitudo.
Hanc à uanis elongasti, te amanti hanc monstrasti, renuentes consolari in caducis carnalibus, hac merentur recreari, saporibus suauibus.
Da gustare & uidere, q̃ suauis es domine: tota mente abhorrere, omne q̃d absq; ordine nos delectat increatis, ne æquemur insensatis.
Corporalem mollitiem, incessanter respuamus: mentalem superficiẽ, in te fixam teneamus.
Laus tibi, salus, gloria, o mens consolatoria.

Laus dei patris.

BOnum sui diffusiuum est & communicatiuum, communicabilitatis tuæ.
Hinc ut bonitatis non est finis sancte deus, adorande factor meus.
Hinc fatemur emanare, à te germē æternale, id te uere generare, tibi propor tionale, coæternum, coimmensum, quod transcendit omnem sensum.
In te est generatio, uera intellectualis, æterna emanatio, pura non materialis, immanens, immutabilis, nequaquā perscrutabilis.
Tu mens actualissima, simplex ac fœcundissima, deus hinc te intuendo, uerbū in te profera gignis, nempe quod intelligendo in te uides mens insignis.
In te es loquens plene, prolem gignens sic amœne.
Tu conceptum, subsistentem generas æternaliter, præsentantem, continentem, plene splē dentialiter.
Quicquid in sapientia, splendet tua & essentia, hoc uerbum sapientiæ tuæ plena expressio est o pater scientiæ, hæc fidelis confessio.
Lucis à luce fusio, actus ab actu fluxio, dei à deo natio, est ista generatio.
In qua nec imperfectio est, neque dependentia: uerum pura profectio perfecta effulgentia.
Hi producti essentia gignente non inferior amborū subsistētia, una qua nulla uerior: actus nanque & natura patris, sunt res una pura.
Rite uerbum hoc uocatur ò pater tuus filius: nam à te originatur germē quo nil sublimius.
Iuxta similitudinis rationem, fons luminis, naturæ identitate, & eiusdem unitate.
Cum ipsa generatio consistat emanatio, excellēs perfectissima, tibi primo principio, omnis boni initio, inest uere dignissima.
Non quis in te infœcundus, per quem fertilis est mundus, qui das rebus generare, sterilis non debes stare.
Condilectum & dilectum habes pater tu perfectum, parem tuæ bonitati, ac immensæ charitati: hoc uult plena felicitas, summa delectabilitas.
His amoris deliciis nil suauius sentitur: charitatis diuitiis dulcius nil experitur, amorisque cō plexibus nil dulcius ac nexibus.
Tu ò pater adorande, præamande, prædicande, natum habes coæqualem, summum, substā tialem omni in perfectione: tibi parem me compone.
Infinito, præflagranti, pleno, superæstuanti amas pater hunc amore, infinitū in splendore.
Cum incomprehensibili, immenso, indicibili ardore hunc amplecteris, filium tui pectoris.
Immensa cum lætitia sempiternoque gaudio, superclara notitia, pater sancte ut audio.
Vnigenitum inspicimus uerbum cordis qui simplicis tui, hunc non minus quā teipsum amas, pater ens idipsum.
Immensam complacentiam habes per intuentiam in hoc, tibi simillimo, nato ob nos humil limo, superdulci, pulcherrimo, concordi, celeberrimo.
Vnum duntaxat filium gignis pater humilium: uno uerbo nam dixisti, te & cuncta quæ sciuisti.
Pater pie, altissime, omnis fons paternitatis, nos age clementissime, natos tuæ pietatis.
Te patrem filialiter colamus, integraliter honorem, laudem, gloriam, promamus tibi pro priam, summe deus benedicte, diligamus te inuicte.
Laus & regratiatio omnisque honoratio tibi deo uni, trino, præamabili omnino.

Laus filij dei.

TV imago patris paris, plena, uera, naturali, ratioque exemplatis, omnis entis mundialis.
Vna contemplatione se & cuncta intuetur pater generatione: hinc & una perhibetur, te uerbum suum gignere, cuius dotemur pignore: tu imago te gignentis, & exemplar omnis entis.
Tu nata sapientia es, plena rationibus, splendor gloriæ, entia suis ornans splendoribus: gloriaque genitoris, uerbum quoque sui oris.
Syncera emanatio lucis es omnipotentis, internaque prolatio, dei intra se loquentis: speculū immaculatum, maiestatis es paternæ, uirtus prima potestatum, sermo mentis sempiternæ.
Tu character substantiæ patris, fons elegantiæ:
In te summa pulchritudo, potestatis plenitudo, species in imagine, non nostra id indagine scimus, Christe: tæqualitas in te cum patre paritas.
In te cuncta intuentur, sancti qui te perfruuntur: à te mentes edocētur, in hac uia & uisumē.
Fons quippe sapientiæ, uerbum dei in excelsis, unius es potentiæ cum patre, mihi tu mel sis.

Mundum

Mundum patre producente, cuncta secum componebas, omni die gaudens mente, semper coram hoc ludebas.
Sis quāuis beatissimus in te ac perfectissimus, tuas tum delicias, tu omnes dās diuitias, ais cū natis hominum, esse te laudo dominum.
Cōprehendis prorsus plene, amas patrē præamœne, intuēs æternaliter supereffectualiter.
At quicquid es, potes, habes, te à patre sis sumpsisse, in hac fide nulla labes, quam & scimus te dedisse.
Amore superferuente, penitusq; infinito, patrem amas tam intente, id degustem corde leto.
Immenso demum gaudio, ad hunc patrem te conuertis negantem hęc non audio, fides certa hæc expertis.
Tu in patris sinu mente quiescis æternaliter, delectaris in gignēte te, interminabiliter.
Vniuersæ rationes, charitatis sanctæ, mere per considerationes, inter te & patrem uere esse plene comprobant, hi qui à te illustrantur.
Vt mutua amatio, plena communicatio, identitas essentiæ, claritas intuentię, uolūtatis conformitas, nulla culpæ enormitas.
Sūmaq; similitudo, infinita pulchritudo, in uno generatio, in altero filiatio.
O patris sapientia, mane in consciētia, uia nobis sis ad patrē, nostrū te fecisti fratrem.
In te semper gradiamur Christe uia ac ueritas, & felices perducamur ad te, lux, uita, deitas.
Laus, uirtus, adoratio, sempiterna laudatio, tibi patre cum non nato, spirituq; increato.

Laus spiritus sancti.

EX patre atq; filio, ut ab uno principio procedis sancte spiritus, ut docemur diuinitus, deus uerus ab æterno, cuncta regens de superno:
Pater quippe & filius unum, nil mirabilius, quo te spirant consistentes unum sunt, non differentes.
Es nanq; emanatio, uoluntatis tanq̄ amor: hancq; fidelis latio philosophicus non clamor in te patre atq; prole, unam pandit, tu nos cole.
Pater & unigenitus inuicem se diligentes te spirant: sic es editus, condilectum te habentes, te amantes infinite, tantum ut se, tu fons uitæ.
Patris filijq; nexus es, dulcissimus complexus, amor, osculū amborum, præsyncera pax duorum, infinita cōmunio, plena item diffusio.
Tu immensa suauitas, superæstuans charitas, liberalitasq; plena, & trāquillitas serena, æternalis lætitia, absterge cuncta uitia.
Simul spirant, amplexantur, incessanter contemplantur te, prędulcis consolator, omnemq; opulētiam, gloriam eminentiam suam, tibi dant creator.
Summa suauitudine, immensa quietudine, tantaq; hilaritate, ac deliciositate, simul stant ad te conuersi, & tu ad hos lux detersi,
Quiescis æternaliter, es indiuidualiter in gignēte & genito: manas hinc indiuidēter, & procedis immanēter, me clemēter protegito.
Benignitas, suauitas, bonitas, dulcor, charitas, tibi uere propriantur, tibi quoq; deputantur: horum operationes gratiosæ actiones.
Tu mœstorum consolator, impiorum emundator, donum dei altissimi, uiuum flumen ditissimi,
Voluptatis deificæ torrens plenus & inundans, omnis mentis gratificæ adimpletor præabundans:
In te uera diuinitas, infinita felicitas, tu summe præamabilis, dulcis, desiderabilis.
Donum tu es largissimum, primum, opulentissimum, in quo datur omne datum, à datore primo latum.
Tu septiformis gratia, tantā tua & plenaria bonitas & clementia, amor, munificentia.
Vt des teipsum mentibus, dona tua sumentibus: hæc summa liberalitas, consummata que charitas.
Tu abyssum pietatis, & ardorē charitatis tuæ super nos declara, corda nostra tibi para, semper foue & tuere, prout nosti nos egere.
Nos illustra & accende, uitam sanctam nunc impende, pietate mirifica nos propter te deifica.
Tibi patri ac filio laus honor cum consilio, perennis adoratio, iugis regratiatio,

Laus superbenedictæ trinitatis.

O gloriosa trinitas, in te nulla est finitas, superfelix & perfecta, nusq̃ plene intellecta:
Mutua tua charitas, mutua complacentia, mutua perspicacitas, mutua perfruentia.
Infiniti est feruoris, infinitiq; dulcoris, infinitæ claritatis, tantæq; iocunditatis.
Omnis tu felicitatis possides plenitudinem, omnis optabilitatis habes perfectitudinẽ.
In te plena cõmunio, superlęta diffusio, uoluptuosa unio, tua fide me munio.
Sola supergloriosa, infinite luminosa, tibi soli plene nota, audi clemens nostra uota.
In te personæ singulæ sunt in singulis perbonę, circũincessibiliter & inconfusibiliter, incõprehensibiliter, uere indicibiliter.
O præeminens trinitas, felicitatis gloria tuæ, simplex diuinitas, inclyte tibi propria infinita perhibetur, hinc cor meum gratuletur.
Tu supersplendidissima, superopulentissima, in te tibi sufficiens, uniuersa efficiens, implẽs seruans moderanter, intuẽs nos incessanter. Sola es incircũscripta, adoranda, benedicta tua in simplicitate manẽs fixa ueritate, superessentialiter, summe ac æternaliter.
O super sancta trinitas, superpulchra diuinitas, tu una es essentia, unaq; sapientia.
Vnus simplex intellectus, unus insuper affectus, una uirtus, una uita, & uolũtas nõ partita.
Quod absolute dicitur, in te idem suscipitur, super mũdum, subter mũdum, extra mũdum, intra mũdum, ante cũcta trine deus, & post cuncta o rex meus.
Super mũdum, subter mũdum, extra orbem, intra orbem, ante cuncta & post cuncta, trine deus es rex meus.
Super cuncta nõ elatus, infra cuncta nõ substratus, intra cuncta non inclusus, extra cuncta non exclusus,
Totus superpræsidendo, totus subter sustinendo, totus extra complectendo, totus intra adimplendo,
Intra res nõ coartaris, extra has nõ dilataris, subter nullo fatigaris, supra nullo sustẽtaris,
Cuncta mouens nõ moueris, locum tenens non teneris, tempus mutãs nõ mutaris, uaga firmans non uagaris.
Absolutam, puram, fixam, præsta mẽtem & innixam tibi summe trinitati, contemplãtem te amãter, suspirãter, æstuãter. Tibi puræ deitati honor, regnum, imperium, laus, uirtus & mysteriũ tibi deus inæternũ: tu nos trãsfer in supernũ, ad te laudãdum ingiter, uidendũq; salubriter.

Laus uerbi incarnati.

TE patris unigenitum fatemur uere editum hominem temporaliter, ex uera matre homine, quam tu creasti dñe, electa æternaliter.
Mater uirgo est Maria, tota gratiosa, pia, cuius iuuamur precibus, purgamur culpæ
Baruch 3. fecibus.
Tu pro nobis incarnatus, inter nosq; conuersatus, perfectam humanitatem per immensam pietatem unisti hypostatice, deitati uiatice.
Non personã, sed naturã nostrã, tuã plasmaturã, tibi suppositaliter iunxisti integraliter:
Simul uentre in materno, corde manẽs in paterno, corpus tuũ formasti, animãq; tũc creasti.
Et hæc duo cõiunxisti, inuicẽ ac formaliter, sicq; iuncta assumpsisti tu uerbũ personaliter:
Assumpta est humanitas ad ęternũ uerbi esse: una est personalitas tua Christe, proles Iesse.
In hoc esse personali, increato, æternali, est subsistẽs humanitas, quã uerbo iũxit charitas.
Persona filiatio una tibi tribuittur: natura generatio in te duplex astruitur.
Ipsa nãq; filietas, est respiciẽs personam: sed naturam natiuitas, nobis uitæ da coronam.
Pura & inuiolata in te Christe manet rata natura tua gemina, proprietate seruata, utriusq; inturbata, ob nos natus de fœmina, uirtutum confer semina.
Te decebat incarnari, cui cõstat propriari patris similitudinem, quam homo atq; angeli appetẽdo, sunt scandali passi uicissitudinem.
Hinc utrũq; pro te zelans pater, mox damnauit, uelans eis lucem clemẽtiæ, patrem cernẽs sic zelatum, pro te cultumq; priuatum debitæ reuerẽtiæ.
Vt honorẽ reparares, eius regnũ restaurares, es dignatus incarnari, uolẽs hoiem saluari.
Cum paterni intellectus sis clara emanatio, hinc tum quãuis sis perfectus, quædam cõmunicatio tibi extat cum homine specialis o domine:
Homo nam ab intellectu habet speciem effectu: ob id fieri hominem decuit te imaginẽ dei, cuius est imago homo, corde sim præsago.
Porrò personæ mediæ in diuinis egregiæ, ratio mediatoris congruit & saluatoris.

Recõsiliare

Reconciliare patrem, itemq́ habere matrem, plus cōpetebat filio, sano constat consilio:
Vt qui patrē sine matre, fuit habēs ab æterno, matrē quoq́ sine patre, esse habēs in externo:
Quò propter nos humilior, eò imitabilior, dulcior, amabilior, & appretiabilior.
Nostra deificatio, fit tua incarnatio: tua ima descensio, nostra fiat ascēsio: tua summa dignatio, fit nostra exaltatio.
Tibi hinc ac patri sancto, ac paracletoq́ tāto, iugiter regratiamur, inflāmamur, famulamur tribus honor & gloria, qui lux una sunt propria.

Laus dei de rationibus incarnationis.

NOn ualebat liberari, aptius & subtilius homo, q̄ q incarnari, uolebas dei filius.
Hoc in modo redimendi, tua deus miserendi bonitas, sapientia, æquitas & clemētia, charitas & potentia, uirtus munificentia, ostēduntur splēdidius, lucētq́ eminētius.
Rei nā difficilimæ cōperisti facilime optimā solutionem, tuam per cognitionem.
Tua quoq́ iustitia culpā liquit nō inultā: pietas delens uitia, est largita opem multā.
Distantia longissime coniunxit propinquissime: tua omnipotentia se effudit largissime, fuit fructuosissime tua munificentia.
Amor fuit plenissimus, q tu deus altissimus intime, propinquissime, coniunxisti dulcissime temet nobis, personali unione benignali.
Nulla fuit ad saluandum hoc humanum genus digna pura creatura: dādum eras uerbum, tu nos signa.
Tanta gratiæ dignitas, & gloriæ insignitas, culpæ tāta impietas, ac communicabilitas tāta deus est naturæ tuæ maiestas tam puræ.
Gratiam ut reparare, gloriā recuperare, deoq́ satisfacere, in naturā sit agere nulli queat creaturę usq̄ conuenire pure.
Sed o tu dei filius, cum te nil sit sublimius, ad ista eras aptissimus, prorsusq́ potentissimus.
Tibi per humanitatem mereri, satisfacere: porrò per diuinitatem idoneitas agere, ita Christe competebat, sic saluare te decebat.
Vt à culpa actuali, itemq́ originali emundemur, incarnatus es pro nobis, & oblatus.
Et ut nobis elucescat amor tuus, mens feruescat, tua que conuersatio, nostra sit informatio.
Fac nos incarnationis tuæ fructum sortientes, tuæ miserationis dona grate conquirentes, fac nos tibi o saluator semper gratos legislator.
Hymnus, honor, mūditia, grates, splendor lætitia, tibi beata trinitas, uera simplex diuinitas.

Laus dei de perfectione humanitatis Christi.

A nunc incarnationis, suæq́ creationis tua anima o Christe, quo saluator mundus iste deo plene fruebatur, clare hunc intuebatur.
Ex tunc eras comprehēsor, iuste meritorum mēsor, deūm cernens per speciem, quo ad hoc habens requiem, tam beate ac syncere, sicut nunc ut homo uere.
Hoc momento est impleta mens creata tua læta, gratia plenitudine, gloriæ item lumine.
Absq́ mensura gratiam, hanc sumpsisti plenariam.
Gratia habitualis in te o Christe trinalis fuit essentialiter, immensa aliqualiter. Ioan. 1
In se quippe continuit, quicquid plane pertinuit ad plenitudinē gratiæ, totā appetitiuitatē mentis, & capacitatē, tua implens fruar facie.
Fonti demum gratiarum, uerbo causę naturarum, unita personaliter fuit Christe ueraciter tua anima beata, præ cunctis bonificata.
Habitualis gratia, in animæ essentia est tuæ, hanc perficiens, gratia dicta capitis, qua mēbris à te habitis dona tua es inijciens.
Tu Christe ut passibilis, ad uiresq́ sensibilis partis, fueras uiator: item ad superiores uires mentis puriores comparatas o saluator, ad subiectum passibile suum prædiligibile,
Gratiæq́ gratis datæ tibi erant condonatæ cum summa excellentia, à diuina potentia:
Et uirtutes non claudentes, quā in sua ratione imperfectionem entes, in te erant Iesu bone: ut sunt intellectuales, & morales cardinales.
Spes, fides, pœnitentia, loco in te hinc carebant: dona cum excellentia in te sunt & consistebant.
Tibi nil promeruisti essentiali premio: totum nobis impendisti, nos tuo fouens gremio.

Pie semper copiose,o saluator uirtuose,tuam nobis pereffunde plenitudinem foecunde.
Laus decora & iocũda,tibi Christe nosq; mũda,patri sancto spiritui, hymnũ canãt *ç ditui. Aliàs domestici.

Laus dei de sapientia Christi.

TAm diuinę quàm humanę, inconfuse manent sane, uires ac proprietates in te Christe qui das uates.
In te duplex intellectus & uolũtas seu affectus duplex uirtus & actio,amor duplex & factio.
Illis ad diuinitatem,hisq; ad humanitatẽ tuam Christe spectãtibus, te quoq; decorãtibus.
Sic duplex sapientia,duplex atq; potẽtia,increata & creata,in te Christe est monstrata.
Sapientia patris,qua cuncta uidit facie,sapiẽtia indita in tua anima inclyta fuit,qua tu cũcta cernis,me coniunge tuis uernis.
Quæ cõcernũt mysteriũ nostræ liberationis, noueras, qui imperiũ omnis habes rationis.
Quicquid deus intuetur, uisionis sciẽtia, tua anima narretur, scire cum eminẽtia, præsentia, præterita & futura,ac merita.
At deum comprehẽdere,eius plene perpendere potestatem,& uidere actu infinita,uerę diuinitati est proprium, idq; doctis notorium.
Iesu Christe profecisti, qui nos omẽs redemisti, gratia,sapiẽtia,coram plebis frequẽtia,usu, declaratione habitus,non auctione.
Vnge igni & illustra corda nostra, nec sint frustra nobis tua mysteria,impẽsa tã egregia.
Tibi beata trinitas, uera sancta diuinitas, pater ac unigenite, spiritus ab his edite, hymnus, honor,mũditia,grates,splendor,lætitia.

Hæc laudis conclusio,scilicet, Tibi beata trinitas, *&c. in omni sequentium laudum fine,ultima dempta, repetenda est.*

LAVDES DEI EX SCRIPTVRA CANONICA noui testamenti.

Laudes dei ex euangelio de Christi diuinitate.

TV uerbum in principio eras,nullo initio,inchoãs creatione in patre æternaliter,manẽs intemporaliter, prior cũctis natione. Ioan.1.
Confusi sunt hæretici, te ex matre aut tempore incepisse maledici astruentes,& corpore:
Sic q; prius nõ fuisti,hinc mẽtiti extant isti: per te cũcta sunt plasmata Christe, uirtus increata:
Per te facta sunt omnia,qui doces & per somnia sempiternaq; gloria, lux summe amatoria, eras apud patrem deum,deus uerus apud eum:
Non ut per instrumẽtalem causam,patri diuersalem est creatus per te mũdus,sed ut per cõprincipalem causam primam,exemplarem, per te bonis sim abundus.
Cum patre & paracleto idem rerum principium te fatemur : nos alito æternale initium nẽpe una essentia, est trium ac potẽta.
Gen.1. Vt per causam exemplarem fecit pater mũdialem,per te grãdem hanc facturam:nam uerbum eius legeris,quo cuncta loquens,cæteris dedit esse ac naturam.
Abs te nihil & peccatum factum est, nõ habens ratum esse, quãtum ad formale, quod non est quid positale.
Creaturæ in te uita erãt,o lux infinita:nam in te idealiter extiterũt uitaliter.
Ioan 1. Et tu uita ista eras,simplex quippe perseueras:tu uita es lux hominum,lucens menti,te dominum nusq̃ cõprehendentium, tenebræ existentium.
Mat.3. Misit pater præcursorem, uitæ tuæ paratorẽ,ante te testimoniũ ferentẽ & prçconiũ:
Lu.1 Ille enĩ lux nõ erat,tu lux uera qui nos ferat, lux plane per essentiã, immẽsamq; splendẽtiã.
Ioan.1. Omnem tu illustras mentem,in hunc mundum ueniẽtem: das nam lumen naturale, lumen item gratiale:neq; quisq̃ hæc sortitur, nisi à te sicut scitur.
Tu in mũdo eras semp,per immẽsam deitatẽ:mũdus uero te lucẽter nõ cognouit ueritatẽ.
Venisti & in propria potestas creatoria : tua plebs te nõ recepit,te cõtemnẽs,se decepit:
Iudæi nã increduli mãserunt culpis seduli: quidã hoĩ te ceperũt, tibi digne crediderũt.
His dedisti potestatem filios dei fieri,qui per tuam pietatem,effecti sunt deiferi.
Hi nõ nati carnaliter, in hoc esse filiali:sed nati spiritaliter ex te deus esse tali.
Tu uerbũ caro factũ es,homo uerus:tu actũ es: nã natura redimẽdã decernebas assumẽdã.
Inter

Inter homines moratus,& cum eis conuersatus,uiderunt tuam gloriam,maiestatem recto- Baruch.3.
riam,qualē uere te decuit,deus pater quem genuit.
Veritate & gratia,uirtute,sapientia, plenum hi te conspexerunt qui diuinna in natura, uirtus ueritasq; pura es,ut sancti conscripserunt.
De tua plenitudine uniuersi accepimus:ex tua largitudine gratiā gratis legimus. Ioan.1.
Virtute tuæ gratiæ plenæ & exuperātis,à pia tua facie mentus plebis exulantis, particulari gratia,implentur multifaria.
Legem Moysi dedisti,per te gratiam fecisti,ueritatēq; scripturæ,eas per te implens pure. Exod.34.
O fili unigenite,ens in sinu dei patris,docuisti nos, edite uirginali aluo matris, per teipsum terrestribus enatans de cœlestibus.
Vera,certa,immobilis,nostræ legis traditio euangelicæ nobilis,datæ à dei filio.
Præcamur cordialiter,benigne,liberaliter,nobis de plenitudine tua fer,ac lumine:
Cum sis caput ecclesiæ tuis membris da egregie motū uitāq; gratiæ, tua fruamur facie.

Tibi beata trinitas *&c. ut supra.*

Laus dei ex euangelio de Christi præcursore.

ZAchariæ prædixisti deus, præcursorem Christi mox de eo generandum, atq; ad id nunciandum destinasti Gabrielem, fac me ue℞ Israëlem. Mat.11 Luc.1.
Iusto illi ueterano, infœcundo mente cano,ex uxore infœcunda,anu sancta ac profunda Ioannē dabas gignere, hos tanto ditans pignore.
Sancto spiritu impleisti hunc,in suę uentre matris: cui nato mox molesti erāt mundus,opes patris:hinc deserta est ingressus,tibi uacās indefessus.
Hic o Christe te præiuit ut ac spiritu Heliæ,& Iudęos erudiuit,tibi parās hos Messiæ.
Zachariæ nō credēti abstulisti mox loquelam: cuius prole orienti impēdisti rex medelā.
Sctō spiritu dignare corda nostra occupare,semp clemēs decorare,iugiter inhabitare.

Laus dei ex euangelio de Christi incarnatione.

EVndem per archangelum Gabrielem hunc angelum, uerbi incarnationem, propter summam rationem,uirgini prænuntiasti,quā ad hoc prærordinasti. Mat.1. Luc.1.
Hac cōsensum cōferēte,sctō spū agēte,uerbū tuū mox cōcepit uirtus tua ut pcepit.
Quo peracto uisitauit neptem, hācq; salutauit genitricem præcursoris,in qua is tunc exultauit,& præsentem declarauit sic personam saluatoris. Luc.1.
Præcursoris mater pia benedixit te Maria,super cūctas mulieres in te Christum cum haberes,tua dixit præsentia indignā se prudentia.
Nostrum corpus induisti,sicq; natum te fecisti sanctorum patriarcharum,iuxta uerba prophetarum. Ioan.1.
Sponso uirginis iussisti,& per angelum dixisti, ut hanc tute acciperet, & nequaq̄ abijceret: nā concepisset cœlitus,tibi semper sim deditus. Mat.1.
Ioseph demum præcepisti Iesum uocare pue℞,ad saluādum quē misisti uirginalē in ute℞.
Per hunc pater sempiterne purga, salua nos interne.

Laus dei ex euangelio de Christi humana generatione.

TV o uirgo gloriosa peperisti gaudiosa saluatorem in Bethleem: pannis hunc tunc inuoluisti,in præsepe posuisti,summum factum tam humilem. Luc.2.
Concepisti abs ardore carnis cōcupiscētiæ:peperisti abs dolore totius corrūpētię.
Apparuit pastoribus angelus cum splendoribus, denuncians lætitiam omni plebi eximiā: natus,inquit, est saluator uobis,Christus dominator.
Angelorum multitudo,ut decreuit plenitudo tuæ deus potestatis,te cum illo tunc repente est exorsa læta mente collaudare pietatis. Eodem.
Glia in sublimibus deo,paxq; hoībus q sunt bonę uolūtatis,dei uelle cōformatis. Vel sic:
In excelsis sit glia tibi o deus propria:in terra pax hoībus,gratia℞ luminibus factis bonę uoluntatis, tuo uelle conformatis.
Te pastores inuenerūt ut de cœlo audierūt:hincq; deū laudauerūt,Christe natū te dixerūt.
Stella duce pperātes magi,teq; adorātes,au℞,myrrhā offerētes & thus tibi procidētes. Mat.2.
Te in tēplo præsentatū Symeone timorato scimus Christe cōplexatū,illo hinc lætificato. Luc.2.
Responsum nanq; cœlitus accepit certū penitus,q nō prius moreret,nisi te intueretur.
Porrò Anna prophetissa uidua beatissima, tunc à deo uero missa, cū mente deuotissima te ● Christe est professa,plebi de te est confessa.
Post hęc in Aegyptū uexit,te quē pat pdilexit,Ioseph tua cū parēte,angelo id admonēte.

Nam

Mat.2. Nam Herodes nitebatur, te necare uerebatur, quippe per te spoliari regno atque expugnari.
Lu.2. Duodenis resedisti inter scribas, & quæsisti, hos tua sapientia implens obstupescentia, cum parentibus rediens, eis eras obediens.
Subditatis. i. obedientiæ. Tuæ nos humilitatis, paupertatis, subditatis, fac nos ueros sectatores, gratosque æmulatores, o saluator adorande, inæternum præamande.

Laus dei ex euangelio de Christi baptismo, tentatione ac aliis.

Mat.3. Mar.1. Lu.3. Ioan.1. Esa.40. Mat.3. CVm iam uelles prædicare, & teipsum declarare, tuus præco baptizare cœpit, uiamque parare tibi Christe rex Messias, ut prædixit Esaias.
Baptizauit hic Iudæos, dire increpauit eos, Christum esse se putantes: testabatur deuiantes: esse Christum te ostendit, testimonium impendit.
Baptizo aqua inquiens, baptizabit uos ueniens sancto spiritu & igne: salua Christe nos benigne.
Indignum se perhibuit calceum tuum soluere: tantum tibi adhibuit, ut coram te procumbere se indignum affirmaret, plebem ut ad te uocaret.
Ioan.1. Te ostendit uenientem, ad baptismum accedentem, dicens: ecce agnus dei, qui peccata tollit ei.
Mat.16. Aduenisti rex cœlorum tanquam unus peccatorum, inter eos in Iordanem temet nobis præbens panem, à Ioanne baptizari uolens & humiliari.
Ille tuam maiestatem pensans ac humilitatem, uehementer mox expauit, te lauare recusauit, seque à te baptizandum fatebatur ac purgandum.
Ioan.1. Baptizato te orante, cœloque se reserante descendit uisibiliter, & mansit sensibiliter super te sanctus spiritus, quo ungamur diuinitus.
Tunc & pater non tacuit, hic est in quo complacuit mihi bene, meus natus, prælectus, præamatus.
Mat.4. A Iordane hinc regressus, ad desertum es ingressus, ut ibidem tentareris, nobis palmam mereris.
Facto quadragesimali ieiunatu loco tali, sponte famem pertulisti, hominem te ostendisti.
Tentatione triplici, fructu uere multiplici, impugnari es dignatus à dæmone nequissimo: ut modo congruissimo, nos iuuares, sic probatus.
Superandi pandens modum, tentantique soluens nodum.
Lu.4. Eras cum animantibus brutis, tibi astantibus, angelis ministrantibus.
Ioan.1. En uere Israëlita, dixisti ad Nathanaël qui rependit uicem ita, rabbi tu es rex Israël, tu extas dei filius, quid his delectabilius.
Ioan.2. Aquam Christe conuertisti uinum in præuirtuosum: potestatem ostendisti tuam, teque gloriosum.
Sit tua baptizatio, nobis plena purgatio: tua quoque tentatio, à tentante saluatio tuaque abstinentia nos ornet sapientia. Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex euangelio de sermone Christi ad Nicodemum.

Eodem. AScendisti Hierusalem tensor uitæ Mathusalem, in templo negotiantes, & ibidem commutantes, expulisti, eiecisti: zelo dei id egisti.
O quam grande miraculum, deitatis signaculum, tot mentes sic compescere, uoluntates ac cessere, tunc ibidem multa signa perpetrasti, fide digna.
Ioan.3. Te accessit Nicodemus, rabbi inquiens uidemus te à deo aduenisse: signa namque quæ tu facis, nullus agit nisi pacis deus uelit hunc iuuisse.
Nisi homo sit renatus aqua & sancto spiritu, ut tu Christe es testatus.
Pelletur ab introitu regni, id retulisti ad tempus euangelij diuulgati, quod dedisti: opem confer remedij.
Scimus, ais, quæ effamur, & quod uidimus testamur.
Nu.21. Vt serpentem exaltauit legislator in deserto: sic te Christum affirmauit oportere in aperto exaltari, tua lingua, omni prorsus laude digna.
Vitam in te ut credentes sint, æternam sortientes mundum pater sic dilexit, quod in eum te direxit filium unigenitum, salutis dare reditum.
Non ut mundum iudicares, sed ut eum liberares, pater te in mundum misit, in te credens permanenter, non censetur pereunter: per te pater nos inuisit.
Qui non credit iudicatus extat atque reprobatus: nam in te unigenito non credit nobis dedito.
Te in cruce intueri fac nos sic, & reuereri, mereamur ut defendi à te, tibi uniendi.
Præsta fidem stabilitam, charitate redimitam, cursum dignum consummatum, cor amore inflammatum.

Laus dei ex euangelio de Christi signis & uerbis documentisque præcursoris.

Lu.5. Ioan.21. VNo actu copiosam piscium collectionem cepit Petrus: uirtuosam tuam implens iussionem.

Sit

Sic quod rete rumpebatur, geminaque implebatur his piscibus nauicula: cuncta tolle pericula, cui pisces obediunt, & quo iubes conueniunt.

Reprobas philargyriam tuã impleuit Syriam fama: mira nam patrasti ibi, ægrosque curasti, obsessos, paralyticos, lunaticos, tristificos. Mat.4. Mat.9. Mat.21. Lu.5.

Prauis atque publicanis commendabas causis sanis necessarium medicum, ægris docens beneficum.

Medicus tu animarum, reparator miserarum, reos ad pœnitentiam, per immẽsam clementiã, aduenisti reuocare, eosque iustificare.

Nil ualet quis accipere ni è cœlo conferatur, cũ à te deo libere omne bonũ emittatur.

Tu de cœlo descendisti, omnes solus excessisti: & qui tuũ acceptauit testimoniũ signauit, deus uerus quod consistat in te, esse nec desistat. Ioan.3.

Tu nam missus es à deo, uerba eius loquens, eò quod non dedit mensuratè tibi spiritũ beatè. Ioan.3.

Pater amat te filium unicũ ac naturalẽ: o amator humilium, omnem tibi subiectalem fecit prorsus rem creatam: mentẽ da in te firmatam. Ioan.16.

Te secundũ deitatẽ amat plene infinite, iuxtaque humanitatẽ toto mundo magis rite.

Bonũ quippe præstãtius cũctis simul creaturis cõtulit abundãtius, uniuersis præ facturis.

Assumptæ humanitati esse uerbi, increati esse iunctam deitati unione personali: salua nos à casu mali.

Cuncta denique creata tuæ erãt subiectatã o Christe humanitati, ut coniunctæ deitati, à nũc incarnationis, ratione unionis. Psal.8.

Idcirco per imperia agens eras egregia, signa ad nutũ domine, nẽpe tu imperiali hac uirtute singulari præfulsisti & nomine.

Fac nos tuam sanctitatẽ sequi, & impuritatẽ omnẽ semper detestari, læsos mox à te curari.

Laus dei ex euangelio de uerbis Christi ad Samaritanam.

SAmaritanæ fœminæ, natæ gentili semine, Christe uia fatigatus, alta ista es effatus. Ioan.4.
Bibens aquam quã donabo in æternum non sitiet: imò aqua quã præstabo, in eo fons exiliet aquæ in æternã uitã profluentis, te fulcitam.

Das aquam sapiẽtiæ, aquã præstas sagaciæ salutaris & gratiæ, quæ fons est meritorij actus, introductorij ad conspectũ tuæ mentis, uniuersa intuentis.

Veri adoratores tui pater iã cultores, spiritu & ueritate adorabunt timorate. Ioan.4.

Spiritus incircũscriptus es tu deus benedictus: hincque uere & interne es adorãdus o ęterne. 2.Corin.3.

Patris tui uolũtatem adimplere, firmitatem, cibũ seu refectionẽ tui Christe perhibebas, cui semper tu parebas quo ad humanationẽ.

Tuis uisis olim actibus, auditisque sermonibus, statim te Samaritani asserebant saluatorem, & Messiam: tu errorem aufer, ut non simus uani.

Febri graui morientẽ natũ reguli curasti: quẽ cũ suis mox credentẽ, mẽte protinus sanasti.

Christe dum præcipitare te de monte attẽtarent ciues tui, tam amare, sic abisti, ne spectarẽt quo nã modo abieris, atque eos reliqueris.

Sic corpus tuũ animæ fuit subiectum intime, ut iubente ratione, mox ab immutatione oculorum præsentium cessaret attendentium.

Salubri sapientia nos pota liberaliter: patrẽ iugi frequẽtia da orare mentaliter.

Patris uelle perficere, prædulce sit reficere nostræ mẽtis Iesu Christe, pręcor ego reus iste.

Laus dei ex euangelio de diuersis Christi miraculis.

DVm obsessum liberasses ciuitate Capharnaũ, idque uerbo imperasses, rex Christe principatuum. Mar.4. Lu.8.
Potestatẽ ac doctrinã tuã altã & diuinã admirari mox cœperũt cũcti, qui tũc affuerũt. Ioan.4. Mat.7.

Tanquam habens potestatẽ, non uanã uerbositatẽ, docuisti o saluator: ob id in uerbis gratię tuę summæ sagacię sunt mirati, o creator.

Tũc i omnẽ Galilęã rumor de te est diffusus: doce Christe mẽtẽ meã, ne errore sim delusus. Lu.4.

Socrũ Petri febre stratam in instanti tu curasti: omnem infirmorum latã ad te turbam tunc sanasti, cunctis manum imponendo, & repente ac iubendo. Mat.8.

Curasti paralyticũ, uerbũ loquẽs mirificũ: surge tolle tuũ lectũ, turba pauit hũc profectũ. Mar.2.

Per uestis & tangentiã sanguinis profluentiã, annis passa duodenis est curata, cũctis uenis. Mat.9.

Archisynagogi natã suscitasti deploratã: hinc parẽtes cõgaudebãt, uehemẽterque stupebãt. Lu.8.

Duos cæcos illustrasti, mutũ obsessum sanasti, circuibas Galilæam, omni ægro dans medelam, ubique quoque prædicans, animabusque medicans. Ioan.9.

Mat.14. Montem solus ut orares ascendisti, sicq; dares formam deū exorandi, & in prece pernoctan di clam, intente & instanter, nam orasti pernoctanter.
Lu.16. Omnes tāgere quærebāt te, prodire nā cernebāt, de te uim potestatiuā, oīs morbi curatiuā.
Ioan.9. Oculos unge animæ Christe doctorꝫ maxime: fac nos deū exorare cū feruore semꝑ clare.

Laus dei ex euangelio de sermone Christi in monte.

TV Christe nouus legifer nouā legem aduexisti, euāgelij signifer documenta effudisti omnino saluberrima perfecta & pulcherrima.
Spiritalē, cœliformē, cōsūmatāq; ꝑ orbē legē statim seminasti, multis modis cōfirmasti.
Mat.5. Lu.6. Octo beatitudines, mentis perfectitudines, docens pauperes spiritu, fers beatos adhibitus quoniā quidem ipsorꝫ regnum uere est cœlorum.
Spe tantæ opulentiæ cōgaudeat egentiæ, mites atq; pie flentes, æquitatem sitiētes, pios seu misericordes homines q; mundicordes.
Pacificos, patientes aduersa pro iustitia, omnes hos beatos entes doces, spondens eximia.
Cunctis numerationem, aptam premiationem Christe iudex promisisti, ꝙ sint dei nati isti mundis dei uisionem eius filiationem.
Pacificis spopondisti æquitatem optantibus intimam saturitatem: pijs ac miserātibus promisisti pietatem: aduersa tolerantibus cœlestem hæreditatē.
Verum unusquisq; horꝫ cuncta ista sortietur: sed tu Christe doctor morꝫ, quē cor omne ueneretur, fers pulchram per scientiam in his correspondentiā.
Mat.5. Præmij atq; meriti dux cordis tibi dediti, tu pastores & doctores terræ sal & lucem mundi ais: nostros rege mores, sensum cordis da profundi.
Luceat lux uestra doces Christe sacras promens uoces, palam corā hominibus, ut cernant cū luminibus actus uestros uirtuosos, deum laudent non uanosos.
Id ad actus exēplares à te iussos salutares retulisti deus uerus in te mente sim syncerus.
Fratri suo irascentē reum ais iudicio: racha ei proferentem dicis reum cōsilio: stultum eum exprimentem, gehennali supplicio.
Cupientē quid offerre tibi, cultum ue afferre, uis primū satisfacere, aut uoto id peragere.
Mulierē contēplantē cōcupitu dominātē, ais enī hanc mœchantē, animo priuaricantem.
Mēbra scandalizātia iubes tolli quo ad usum: ad culpā inductātia uis prescindi ob abusum.
Coniugē uis nō relinqui ni ob fornicationē: oīne iuramentū linqui uis, ob periurationē.
Visne malo resistamus, sed cedēdā ꝓbeamus unā genā una cesa mēte prōpta & nō lesa.
Iubes emulos amemus, bona insuper prestemus nobis maledicentibus, nos item persequentibus, & ut pro his mentaliter oremus te ueraciter.
Vt cœlestis patris nati simus, eum imitati, qui oriri facit solē, atq; pluit super prolē omnem bonā ac peruersam, mentem tibi da immersam.
Perfectos misericordes, omnes abluentes sordes uis nos esse fili dei, ut assimilemur ei, qui in cœlis est benigno & perfecto patri digno.
Mat.6. Claris iubes noībus, ut nō corā hominibus bona nostra operemur, ut ab illis cōspectemur.
Lu.11. Clauso thalamo orandū, læta mēte ieiunandū doces Christe: da implere cuncta hec deuote uere.

Laus dei ex euangelio, de eodem.

IVbes nō thesaurizare in hac terra, sed ī cœlo: ibi cor uersare clare, cōstat, ꝙ thesaurꝫ uelo.
Hinc ꝟtutes cōgregemꝰ, actus sacros cœlo demꝰ cū recta est intētio, bona inqs est actio.
Lu.6. Nullū posse deseruire dn̄is discordantibus, motibusq; contraire nos & sollicitātibus doces Christe fersq; curam de futuro, nocituram.
Mat.6. De amictu atq; uictu curā uetas superfluā, & cōformi iubes dictu spem in deo uberrimā.
Verbū consolatoriū ad electos direxisti, ne qd tribulatoriū uereantur, monuisti.
Lu.12. Ne formides grex pusillus, nec te cursus turbet ullus, quia uobis regnum dare placet patri salutare.
Mat.7. Iudicare, condēnare inordinate prohibes: indulgere & donare, doces rabbi, nō cohibes.
Parua mala aliorum seu festucas attendentes, & suorꝫ uitiorum trabes non inspiciētes Christe Iesu increpasti, trabes tollant, imperasti.
Ne sanctum demus canibus, nec gemmas porcis talibus iubes, ut capacitati, hominūq; dignitati que promuntur coaptentur tibi corda præparentur.
Mat.8. Vt oremus confidenter protestatus es clementer: omnis qui petit accipit, omnis qui queris inuenit.
Hūc qui petit, impetrare: & querentē inuētare: pulsanti reserabit, confidēs nō frustrabit.

Cum carnalis pater proli, bona donet postulanti: nõne plus tu pater poli summe deus deprecanti filio dabis spiritum paracletum pręinclytum? Mat.7.
Vis ut proximis agamus nobis quę ab his optamus: hoc nam lex est & prophetæ, charitati uacem mente. Tobi.4.
Per angustam portam ire artã uiã introire, ut saluemur, exhortaris: uiam nã perditionis latam, & dãnationis portam spatiosam faris. Lu.13.
Pseudo doces euitãdos, deceptoresq; damnãdos, bonos & de bono corde bona loqui protestaris, malos fundo de uecorde, mala ferre tu profaris.
Ex cordis abundãtia prodit oris effantia: sermo quoq; est imago cordis signum & indago, qualis uir & sermo talis, fando sis prudentialis. Lu.6.
Non omnes qui te dñm uocant, perhibes saluandos: sed unumquẽq; hominũ asseris glorificandum, q cœlesti patri paret, & mortali culpa caret. Mat.7.
Dñm te appellare, & mãdata non seruare, quid est nisi mendacium? esto nobis solatium. Mat.25.
Multi die iudicij dicent metu supplicij, in te signa se fecisse, dæmonesq; expulisse, ac uirtutes peregisse. Mat.7.
Quibus dices non uos noui per prædestinationem, maledicti, sicut uoui, ite in dãnationẽ. Lu.13.
Verba tua percipiẽs, & actu hæc perficiens, simulatur sapiẽti supra petrã construẽti. Mat.7.
Audiens nec perficiẽs, à te fertur insipiẽs, super arenã ut cõstruẽs, cuius domus est cõcidẽs.
Vniuersa adimplere documẽta hæc saluator: semper da, ut obtinere mereamur à te dator, dictarum beatitudinum præmia, o fons luminum.

Laus dei ex euangelio de diuersis Christi miraculis.

Eprosum cum imperio sanãs hoc magisterio: famulo centurionis gratiam sanationis absens carne impendisti, quẽ uicinum morti scisti. Lu.5.
Vnicum natum uiduæ dilectum indiuidue suscitasti coram plebe: nos illustra summe phœbe: hincq; mater est lætata, turba quoq; admirata. Lu.7.
Tantæ eras pauptatis dator omnis bonitatis, ut quò caput reclinares, te carere affirmares. Lu.9.
Quid ergo in diuitijs relaxas te delicijs o infelix Christianę, Christũ pensa o insane.
Orta tempestate maris dũ in naui ferebaris, uentum, mare, increpasti, & cessare imperasti, dicens: mare obmutesce & quieuit: nos compesce. Mat.8.
In terra Gerasenorum duorũ sæuissimorum dæmoniacorũ potentes sanas, suiq; ualentes, agens unum legione dæmonum, curasti bone. Lu.8.
Legionem id petentẽ, porcos sinebas ingredi: quo te scimus tam potẽtem, ut ni permittas, inuidi nulli queant hi nocere, ab his Christe nos tuere. Mar.5.
Dixisti paralytico, per triginta octo annos ægro, iussu saluifico, surge, lectũ fert: tyrãnos id Iudæos conturbauit, festo lectum q portauit. Ioan.5.
In tuis mirabilibus, ingenijs abilibus modus agendi clarior cõstat factis ac rarior, q tam imperialiter egisti, ac subitaliter.
Tua Christe paupertate omni dita nos uirtute: te sequamur timorate, perfruamur te salute.

Laus dei ex euangelio de sublimibus quibusdam Christi documẽtis.

Ater tuus ut testaris usq; modo operatur: & tu Christe operaris, à te mea mens regat. Ioan.5.
Operatur incessanter pater tuus incunctanter totum mundum gubernando, item animas creando, panem transsubstãtiando, esse rerum conseruando.
In intellectualibus, summis, ac infernalibus, medijsq; terrestribus, mentibus subcœlestibus plurima indesinenter agis pater excellenter.
Nõ potest tuus filius, quo nihil amabilius aliquid à se facere, ni quod te cernit agere: non est enim à seipso, sed omnino à teipso.
Quicquid facit pater tuus, facis & tu natus suus similiter, ueraciter, seu æque principaliter, non ut homo, sed ut deus, sis in cunctis rector meus.
Te nam pater amat uere, cuncta facta sua mere monstrat tibi, quem gignẽdo egit plenũ in sciendo, dans tibi sapiẽtiam, suam dando essentiam.
Tuus pater ut suscitat mortuos, & uiuificat: sic tu, quos uis uiuos facis, sed eosdem Christe pacis unus ens cum patre actor, atq; indiuisus factor.
Pater nullum est iudicans latione sententiæ: iudicium cõmunicans tibi actu loquentiæ censuræ iudicialis, causa formæ humanalis.
Vt te omnes honoremus, & ut patrẽ adoremus: qui nã te nõ ueneratur, patrem tuum aspernatur: qui te non honorificat, patrem tuum uilificat.

Super mare ambulasti, nauim q̃q; sic intrasti, & repēte est adducta nauis terræ absq; lucta. Mat.6.
Aegros Genezareorum omnes Christe consanasti: morbosq; uniuersorũ, quibus uestis tūc donasti tuæ fimbriam tangere, te non cessemus pangere.
Non erit ad te ueniens famem mentis cōperiens: in te credens stabiliter, non sitiet labiliter, Ioan.6.
quasi cibi internalis expers, atq; potus talis.
Omne q̃d dat pater tibi, ipse q̃d prędestinauit, uenit ad te, neq; sibi tua mēs se denegauit, nō hunc pellis aut deseris, suspiranti non deeris:
Nam de cœlo descendisti, non ut tuam uoluntatem agas, sed ut patris scisti, docens sic humilitatem uoluntate de creata, secundum se sunt hæc lata.
Fac nos bene uiolentos ad uincendum nos intentos: post hanc uitam beneuentos tibi, nec in bonis lentos, sicq; regnum adipisci, ad te digne proficisci.

Laus dei ex euãgelio de uocatiōe interna & eucharistia alijsq; uerbis ac signis Christi.

NEmo Christe quit uenire ad te, nisi pręuenire hūc dignetur attrahendo, pater intusq; agendo. Ioan.6.
Ab hoc patre qui audiuit, discens à sancto spiritu, quem interne erudiuit pater suo adhibitu, uenit ad te fili dei, pie esto memor mei.
Non, q; patrem quis aspexit, nisi tu q es ab eo: neq; uerbū hoc euexit sanctū spiritum à deo Ioan.1.
patre clare intuendo, pleneq; comprehendendo. 1.Ioan.4.
Panis uiuus tu descendens, desuperq; nos perpēdens: qui mãducat te cōdigne, gratiose uiuet igne charitatis inflãmatus tota tibi mente gratus. Ioan.6.
Caro tua cibus mentis, sanguis tuus potus entis huius est o benedicte: nisi carnem sumpserimus tuam, atq; biberimus tuum sanguinē nō ficte, uita mētis gratiosa deerit ac uirtuosa.
Spũs est uiuificãs, caro nihil fructificans, intellecta carnaliter, per seq; principaliter.
Vita extant & spiritus, quæ dixisti diuinitus sumēda spiritaliter, dãtq; uitã causaliter.
Porrò omnis plantatio à te pater non plãtata euelletur: nã natio ens à te non irrigata, nō saluatur, sed damanatur: à te nostra mens figatur. Mat.15.
Filiã Syrophœnissæ curans Christe, te uenisse ais ad oues Israël perditas, rex Emmanuel. Mat.15.
Surdū mutūq; curasti, cęcos, mutos tūc sanasti q̃ plurimos ac debiles: sana, salua nos flebiles.
Post hæc ex septem panibus, paucisq; pisciculis, escam, fame inanibus contulisti discipulis, quatuor plebis milibus iam ætate uirilibus.
Scribas item pharisæos, discredentesq; Iudæos signum inde expetētes, q; Messias esses, mētes cæcas possidere faris, quia signū salutaris tui aduētus Daniele nō pensabãt: culpas dele.
Corpus sanguinēq; sanctum tuum, sacramentum tantum, fac nos digne suscipere, & grates semper dicere.

Laus dei ex euangelio de Christi transfiguratione, doctrina, miraculis.

CHriste te transfigurasti, ut sol uultus tuus luxit: tunc adesse, imperasti uiros, quorū tēpus fluxit, qui sunt Moyses, Helias, da cœlestes theorias. Mat.16.
Tunc præsentes obūbrauit clara nubes, & clamauit uox paterna: hic est natus meus, uere præamatus. Lu.9.
Hunc Heliam præcursurum doces ultimum aduētum tuum cuncta restituturũ: qui Iudęos ut iumentum tibi subdet & conuertet, contra culpam cor decertet.
Dæmonē o Iesu diue, surdum, mutum effectiue iecisti à lunatico sermone imperatico.
Genus hoc dæmoniorũ non nisi ieiuniorũ, orationũq; uigore pelli doces, sancto ore. Mat.16.
Montes arbores transferre ais, nos ualere terræ, si fidem habuerimus plenam, nec mutauerimus: fers cuncta possibilia credenti, credibilia.
Cuncta iussa dum implemus, uis indignos nos uocemus, seruosq; inutiles: ut simus semper humiles: nil quippe exhibuimus, q̃ q̃d tibi debuimus. Lu.17.
Nisi instar paruulorum conuertamur, & illorum qualitatem assequamur, ut testaris, nō saluamur: innocentes placabiles, hinc simus & affabiles. Mat.18.
Præcipis terribiliter paruos ne scandelizemus: edocesq; utiliter, ut & membra resecemus, quæ nos Christe scãdalizant: quod ad usum quo damnizant.
Manum, pedem amputemus, magis q̃ scandalizemus, aut quid mali practizemus: tuis uerbis fixi stemus.
Ponenti offendiculum uæ tu iudex comminaris: ne dæmonum ridiculum simus, opem largiaris.
Et ut sal sapientiæ pacemq; conscientiæ habeamus, es hortatus: in te semper sim pacatus.

Ne pusillos aspernemur, iubes imò ueneremur: habent nam custodientes uultum patris intuentes, angelos quo animarum dignitas est potens harum.
Nec uis pater quem pusillum disperire hunc aut illum: sed de uno poenitente uere atque tota mente angelorum militiam uis habere lætitiam.
In nobis fidē perfice, omnē culpā interfice, præcepta mēs humiliter cūcta seruet agiliter.

Laus dei ex euangelio de uarijs doctrinis Christi.

Mat.18. SVmme doctor rex beate uis peccantem ordinate emendari, & clam primò increpādo hunc ex imò.
Lu.17. Post hæc testes adhibēdo, inde causā referēdo eccl'iæ: si spreuerit hāc, ut ethnic⁹ deerit.
Deprecantes concorditer patrem ais exaudiri: teque misericorditer inter eos inueniri, qui in tuo nomine congregantur o domine.
Mat.18. Vim ligandi & soluendi tu apostolis dedisti, da uirtutem præualēdi tētatis ut dixisti: proximis qui non indulget deus, apud te non te fulget.
Non ignoscens proximis, non purgatur à noxijs neque reconciliat tibi pater, nec saluat.
Mat.8. Totum mundum si lucremur, & nosipsis pigritemur, nil o Christe proficimus, nec ordinate uiuimus.
Lu.16. Deo abominabile ais, quod uenerabile extat coram hominibus, idque deo laudabile, quod est uituperabile coram horum luminibus.
Vt amicos faciamus de māmona uis uitij: ut per hos introeamus regnū primi principij.
At fidelem in minore fidum dicis in maiore: & in minimis iniquū, hūc in maximis obliquū.
Epulonē purpuratum in inferno tumulatum: Lazarumque aspernatū, ægrum perhibes delatum in sinum illum Abrahæ: ad te deus nos attrahe.
Correctionis seriem fac fraterne nos seruare: salubremque pauperiem, puro corde adamare et increpantem mox audire, indulgere, non sæuire.

Laus dei ex euangelio, de uarijs Christi documentis & uerbis.

Mat.19. PAruulos inquis finite ad me uenire, licite: horum regnum est cœlorum: hos dignatus es amplecti, benedicti à te lecti sunt, amator purgatorum.
Mat.19. Solum deū dicis bonum, ad cœlestē quoque thronum peruenire cupiētem, cuncta iussa adimplentem esse Christe oportere, uere, plene da parere.
Mat.19. Optanti perfectionem, dedisti instructionem, omnia sua uēdere, egenisque impendere, & te sequi uiriliter: nos perfice stabiliter.
Diuites pecuniosos, difficulter uirtuosos, gloriososque fieri fers Christe: hinc sunt miseri.
Insuper possibilius ais, tu dei filius, per foramen acus ire camelum, quam introire diuitem in paradisum, ibi fac te nobis uisum.
Lu.18. Apostolis sequentibus te, cunctaque linquentibus, spopondisti residere tecum: denique cēsere die illa iudicij tribus Israël uitij.
Mar.10. Fratrem, agrū aut uxorē, patrē, matrē aut sororē, ob te relinquētē Christe, cētuplū accipere patriāque acquirere: nā diuina sumit iste, hic quippe bona gratiæ, & illic bona gloriæ.
Mat.20. Multi ais sunt uocati, paucique prædestinati: illic ergo ut beati simus, simus timorati: nā hoc uerbo terruisti nos o rex, & concussisti.
Animas non disp̄dere, sed saluare, descēdisti: qui per loca disp̄gere Iudæorum uoluisti septuaginta & duos discipulos sane tuos.
Mat.10. Tanquam agnus inter lupos hos misisti, te imbutos iubens euāgelizare eis, ægrosque sanare.
Tuis ais uicarijs, uineæ operarijs, qui uos audit, is me audit: qui uos spernit, hic me spernit: patrem meum aspernatur, direque præuaricatur.
Vidisti sathan ruere ut fulgur, pompam luere.
Lu.10. Tuis demum discipulis manus tuæ manipulis es largitus uim calcandi, prosternendi, superādi scorpiones & serpentes, dæmones ac inuidentes.
Verum ne in hoc gauderēt, quod his cunctis præualerent præcepisti o rex regum gratiæ: nam gratis datæ bonis malisque collatę sunt hæc, institutor legum.
Porrò de hoc lætarentur, deo regratiarētur, quia sunt in libro uitæ scripti nominatim rite.
Da perfecte ambulare, prælatis obtēperare cū omni promptitudine, digna solicitudine.

Laus dei ex euāgelio de sublimi Christi doctrina atque miraculis.

Lu.10. SPiritu exhilarat⁹ Christe prēm es affat⁹, tibi pater cōfiteor cœli terrę dn̄ator, te laudo id (profiteor.
Mat.11. Quia ista abscondisti, nec referre uoluisti seculi sapientibus, & coram se prudentibus: sed paruulis humilibus, horum susceptibilibus.

Cuncta

Cuncta pater tibi dedit, præter te hunc nullus sedit uidens, sciens, comprehendens, quem & quiuis est intendens, quantum ei tu reuelas, qui superbis tua celas.
Omnis tibi ut es homo, est subiecta creatura: utque deus es, id promo, patris data est natura.
Virtuose laborantes, & aduersa tolerantes, iubes ad te conuenire, promptus eis impartire tuam Christe dulcedinem, opem, mentis pinguedinem.
Iugum tuum uis tollamus imitandoque discamus, quòd sis humilis ac mitis præfœcunda uera uitis. Mat.11.
Iugum tuum est suaue, onus leueque amanti, illud defer o ignaue corde portẽ æstuanti.
Vnum est necessarium, amandum omnifarium, quod es tu o summe deus, rerum uertex finis meus, te uidere qui satagit, partem optimam elegit. Luc.10.
Sabbathi Christe dominus, tẽporis nihilominus dominus authoritate, uera plenus deitate. Mat.12.
Te iubẽte arefactã manũ suã uir extendẽs, mox eandẽ sanefactã traxit, grates hinc repẽdẽs. Mar.2. Luc.6.
Vniuersique obsessi te uiderunt, prociderunt, qui calamitate fessi à te curam susceperunt. Luc.14.
Nã quassatã arundinẽ annullare nõ uolebas, neque uelut arundinẽ, linũ fumãs extinguebas. Mat.11.
Surdũ, mutũ & obsessũ, curans Christe tam oppressum, uera simul in hoc signa perpetrasti, fide digna. Mat.12.
Principi dæmoniorum excæcati Iudæorũ diuina tua opera ascripserũt nos robora. Mar.4.
Porro in dei digito eiecisti dæmonia: cordi meo infigito cuncta ista præconia.
Fortẽ armatũ ligasti, dæmonem nam superasti, uasa eius diripiens, peccatores suscipiens.
Non ens tecum aduersatur, tibi & dispergens fatur: qui non colligens est tecum, gratiose esto mecum.
Culpam in sanctum spiritum ais irremissibilem, per sermonem explicitum iustum esse dicibilem unumquenque aut damnandum: fac nos cautos ad profandum.
Iugum tuum comportemus amorose, salubriter mites, humiles extemus te assequendo iugiter: à te nunc reficiamur, pacem plenam sortiamur.

Laus dei ex euangelio de Christi doctrinis & die iudicij.

FElix uẽter est Mariæ, quę te Christe baiulauit, uberaque eius piæ, quę amãter te lactauit. Luc.11.
Dei uerbũ audiẽtes, adimplẽtes, retinẽtes tu beatos cõtestaris: tu nos Christe tuearis. Mat.12.
Iussa patris adimplentes, matrem, fratrem & sororem uocas: nam concipientes sunt te cordis per splendorem.
Cognoscendo concipiũt, ad regnũ sic proficiunt, diligẽdo enutriunt, opando parturiunt.
A curis, uoluptatibus, ærumnis, uanitatibus mundi ais suffocari uerbum dei in hoc mari in nostris plane mentibus, ab his nos purga sentibus.
Vt metimur, sortiemur à te Christe: ne damnemur, da ut iuste mensuremus, omne prauum deuitemus.
Mittes & in mundi fine angelos, qui tunc diuinæ scandala mox abiectabũt, bonos malosque locabunt singulos loco debito, decreto à te edito. Matth.13.
Malos mittent in infernum, fletus, stridor quoque æternum: ut sol iusti tunc fulgebũt, regno patris quo manebunt.
Aduenisti charitatis ignẽ nobis dare gratis: incarnatũ te fatemur, ut hoc igne inflãmemur. Luc.12.
Vere ni pœniteamus censes omnes pereamus: à te scimus reformatam mulierem inclinatam ab annis decem & octo: me secerne ab indocto. Luc.13.
Sanasti & hydropicũ promẽs uerbũ eulogicũ, ut immẽsa eligamus locũ imũ, ut scãdamus.
Nec ad mẽsam inuitemus charos, diuites, cognatos, ne ab his quid receptemus: sed egenos, pauperatos, ut à deo præmiemur, eius uultu satiemur. Luc.14.
Felix qui in regno dei panẽ edet dei mei: est hic panis fruitio, hæc nostra sit nutritio.
Tuus esse discipulus nequit homo uermiculus, nisi qui sunt mundi, cunctis sit renuntians coniunctis.
Mundus Christe te odiuit, quia prauitatẽ sciuit suã à te increpari, quẽ cõtempsit imitari.
Da ut uerba audiamus tua deus cum feruore, eaque custodiamus mente, actu, digno more: mater, frater, soror simus tui, sit si obedimus.

Laus dei ex euangelio de aliquibus uerbis Christi sublimibus.

TVam Christe affirmasti doctrinam non esse tuam: patris hanc insinuasti, non tuam ut homo suam, tanquam causæ principalis tuam ut instrumentalis. Ioan.7.
Implẽs patris uoluntatem scit dogma tuum diuinum: nam cognoscet ueritatem eius manens intra sinum sanctitatis ac uirtutum, per saporem distributum.

Ioan.8. Loquens,docens à seipso,non ut habens à seipso gloriam quærit propriam,sed tu Christe iustus uerus eras prorsus & syncerus,patris perquirens gloriam.
Non iuxta apparētiam iubes dari sententiam nec ferri iuxta faciem iudiciorum aciem: sed ut iuste iudicemus,& nosipsos aspectemus.
Ioan.4. De in te credentis uentre riui fluunt aquæ uiuæ: manant nam de eius mente dona spiritus ô diue,actus quoq; uirtuosi,aliisq; fructuosi.
Ioan.7. Tanta erat sapientia tua & eloquentia, ut coacti sint testari missi tibi aduersari:nunquā homo est locutus sic,ut iste uir acutus.
Ioan.8. Lux es mundi:te sequentes,non erramus gradientes: tu de cœlo non de mundo, de te loquens ex profundo corde Iudæis æmulis,tibi dire incredulis.
Quando exaltaueritis filium ecce hominis,tunc cognoscētes eritis uirtutem mei nominis: dicens hoc de passione,postquam te nouerunt bone.
A' me inquis nil facio,sed in mundo hæc aio, sicut pater me docuit per te nobis innotuit, à quo quicquid es & habes,accepisti non hic labes.
Te solum non deseruit pater,sicut disseruit: quia ei placentia egisti sapientia.
Porro inseparabilis est à te præamabilis,tecum idem in natura,non es pura creatura.
Si in tuo manserimus sermone,uere erimus tui Christe discipuli,noscemusq; clericuli ueritatem o saluator,quæ saluabit nos creator.
Da non quærere propriā,sed tuam deus gloriam,& in omni uita lucē, te sectari certū ducē.

Laus dei ex euangelio de alta Christi doctrina.

SEruum culpæ fers peccantem,uitio non subiungatur domi, nec perseuerātem semper hunc qui famulatur seruiliter,sed iugiter filium ac salubriter.
Homicidā fers fuisse dæmonē ab initio,ueritati nec hæsisse,sed pompæ atq; uitio.
Loquens quippe ex proprio,ex corde deceptorio, mox mentitur: nam mendosus falsi pater est dolosus.
Qui est ex te summe deus per prædestinationem, uerba tua audit rex meus, implens hæc per actionem.
Qui sermonem tuum Christe seruat, non uidebit iste mortem culpæ & gehennæ, sumet gaudium perenne.
Abraham hinc exultauit diē tuū ut uideret: uidit,mente hilarauit, cū hūc spiritus doceret.
Ante Abraham fuisti sempiternus deitate: cæco nato cōtulisti uisum ex benignitate: te colentem & parentem audis,recte te petentem.
Ioan.10. Tu ostium es ouium, per te intrans liberatur: tu pastor bonus omnium qui pro suis cōmendatur ouibus se posuisse,mortem pro his pertulisse.
Noscis Chrē tuas oues,ab eisq; cognosceris: ad uirtutes tu nos mones,si à nobis id posceris.
Nemo à te auferebat animam tuam propriam,sed tu eam ut decebat, posuisti ad gloriā dei patris pro salute nostra Christe,cum uirtute.
Hanc ponendi & sumendi habuisti potestatem: hanc à uerbo diuidendi non est habens facultatem.
A peccati seruitute salua tu nos, & acute da audire inhianter dei uerbum incessanter.
Tibi trinitas. &c.

Laus dei ex euangelio de Christi diuinitate.

OVes tuæ te sequuntur, & æternam sortiuntur à te uitam: quas rapere nullus ualet aut capere de tuis Christe manibus,præuales nam manibus.
Pater tibi quod donauit maius extat uniuersis: gignens nam communicauit tibi,constat id conuersis,totam suam essentiam,plenamq; omnipotentiam.
Pater & tu unum estis,huius ipse & tu testis: sicutq; de manu patris, sic de manu tua fratris nostri,nullus potest diripere oues electas libere.
Psal.81. Hos propheta ait deos, ad quos sermo dei factus, altius tu super eos qui in mundum hunc redactus es à patre missus uere, deus dictus es syncere, pater quem sanctificauit, & præ cunctis sublimauit.
Ioan.11. Tu uita, resurrectio, in te summa perfectio credens & si moriatur, uiuet: quia non priuatur gratiæ atq; gloriæ uita, dator uictoriæ.
Omnis uiuens in te credens persistenter, nec recedens, non in æuum morietur, cum in te feliciteur: tu es enim Christus dei salus nostra, uirtus mei.
Mariam, Martham, Lazarum amasti uincens tartarum, uidensq; Mariam flentem, te ardenter

ter diligentem,te turbasti ac fleuisti,spiritu infremuisti.
Istas quippe passiones,magisque propassiones sponte potens assumpsisti,hominem te ostendisti præuia ex ratione,agens te hac motione.
In te si crediderimus constanter, salui erimus: cernemus dei gloriam, post mortem carnis propriam.
Oculis tu eleuatis patri gratias egisti, quod te exaudiuit satis, à quo semper te dixisti exaudiri ut es homo: ista de te dici promo.
Lazarum resuscitasti mortuum quatriduanum de sepulchro: imperasti hunc exire factum sanum:manus pedesque in stitis ligatus uenit insitis.
Tu pro gente moriturus eras,& congregaturos dei filios dispersos, hic in unum ad te uersos,adunando gratiose,consummando gloriose.
Te pastorem altissimum sequi cum innocentia, da corque subiectissimum omni obedientia.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex euangelio de diuersis magnificentiis pro ramis palmarum.

TVam Christe passionem,atque resurrectionẽ tuis sæpe prædixisti,& nos oẽs docuisti:
Inter uos qui eminere cupit,uester sit minister: primus optans apparere, seruus erit, fert magister. Mat.20.
Nã tu Christe non uenisti ministrari,sed seruire: tuã animã dedisti ob nos,uolẽs subuenire.
Cæcum decemque leprosos, duos cæcosque curasti: ægros nos infructuosos cura mente, ut firmasti. Ioan.17.
Habenti inquis dabitur,& in donis abũdabit:nõ habẽti id capitur quod habere se putabit. Matth.25.
Tuis donis utens recte ampliora nunc sortitur:data perdit is directe, qui ingratus cõperit.
In profesto tu palmarum cum uenisses Bethaniam,cœnam quidam personæ,non sequentes insaniam Iudæorum,exhibebant tibi,tecumque edebant. Mat.21.
Discumbentium tunc unus fuit Lazarus,post funus.
Vrbem sanctam ingressurus die sancto tunc palmarum,paupertatem nos docturus, super pullum asinarum resedisti humillime,te sequamur agillime.
Tunc cum ramis occurrentes,frondes uestesque sternentes,deum orsi sunt laudare,& uirtutes enarrare tuas Christe quas uiderunt,uoce consona dixerunt.
Osanna filio Dauid Israël rex benedictus,qui in dei aduentauit nomine, qui dux inuictus: gloria in altissimis,osanna in celsissimis.
Hunc honorem uoluisti plebem tibi impendere, ut per uates prædixisti, & te Christum ostendere.
Porro uidens ciuitatẽ,eius mox calamitatẽ deplorasti quam ingressus bñfactor indefessus, Luc.19.
Cæcos claudosque sanasti,& mercãtes propulsasti de tẽplo ui mirabili, zelo nobis sectabili. Luc.14.
Erat turba uniuersa in doctrina tua mirans, tota mente plebs immersa ei fuit, ad hanc spirans. Mar.6.
Nec non te maledicẽte ficulnea mox aruit,nam te quid præcipiente omnis natura paruit. Luc.
Leprã,cæcitatẽ mentis Christe semper prorsus munda: tibi cordibus intentis obuiare nos fœcunda.

Laus dei ex euangelio de Christi doctrinis atque operibus.

GRanum eras tu necandum prauitate Iudæorum,denique multiplicandum fide prædestinatorum.
Suam animam qui amat,perdet eam,tuum os clamat:qui hanc in hoc mundo odit,in æternum hanc custodit.
Amãs qppe carnaliter hãc,perdit æternaliter:& q odit castigãdo,saluat iuste cõuersando.
Mihi,inquis,deseruiẽs,me sequatur: id sentiens quia mecum semper erit, & cœlestis pater quærit eum honorificare,in æternumque beare.
Pater te clarificauit Christe ante passionem,cum per angelum formauit uerba per tonationem,ut tonitru sonantia,coram plebis astantia.
Te in mundo conuersante censura discretionis fuit, mundo te prosante principem transgressionis:foras dæmonem eiecisti,quando tantos conuertisti.
In te credens Iesu Christe,& in patrem credit iste:tu in mundum lux uenisti, & nos per te docuisti,omnes ut in te credentes,non in culpis sint pergentes.
Verba tua contemnentem,neque hæc custodientem,sermo tuus iudicabit, die ultimo dãnabit:non à temet loquebaris,sed ut patre iubebaris.
Ad orandũ confidenter mones,dicens infallenter: quæcũque petieritis,accipientes eritis. Ioan.14.

Regnũ

Mat.21. Regnum dei abstulisti à Iudæis,& dedisti illud prælectę genti,fructus eius facienti.
Mat.22. Sine ueste nuptiali introgressum,infernali dãnasti Christe carcere: dignare nobis parcere.
Seculi non uiolasti potestatem:nam mandasti:Cæsari sua soluite,nec deo sua tollite.
Animas uirtualiter da odire ac perdere pro te,& æternaliter has saluare te cernere.

Laus dei ex euangelio de Christi doctrinis.

Mat.22. TV post resurrectionem nullam generationem doces Christe: nam electi tunc ut angeli erecti prorsus erunt ad diuina nos præserua à ruina.
Dicens te patriarcharum deum,iuxta scripturarum ueritatem, defunctorum constat corpora istorum denuo resuscitanda,corda uiua reputanda.
Mat.22. Summam iussionem legis ais Christe fili regis totis corde & anima,mente,uirtute maxima deum uerum diligere,& proximum ut se libere.
His duobus in præceptis pendet lex ac prophetia: nos coniunge te adeptis in cœlesti symphonia. Verum deum te probasti uerbis Dauid,quæ narrasti.
Ne magistri appellemur,aut in terra patrem femur,doces ò sapientia: cuius uerba arcentia omnem extant uanitatem,omnemq; carnalitatem.
Vt ad mortẽ præparati semper simus,informati sumus à te q ignota hora es uenturus nota.
Dedisti sapientiam tuis tantam discipulis,q nullam resistentiam perferebant ab æmulis.
Mat.24. Vsq; finẽ sustinentẽ ais Christe tu saluandũ:nec capillũ corruentẽ eius, quẽ fers liberandũ.
Luc.21. In uestra patientia ais clara sententia,animas possidebitis uestras,mecum manebitis.
Et secundum tuum aduentum,ut testatus es, lamentum, summæ tribulationes anteibunt, torsiones antichristi afflicturi Christianos,& uicturi.
Is aduentus repentinus tuus erit tam festinus,ut est fulgur egrediens tã repente pręteriẽs.
Da præcepta charitatis obseruare non lassatis: corde ac ui & affectu fulgeamus intellectu.
Tibi trinitas &c.

Laus dei ex euangelio,de futuro iudicio.

Mat.24. ANteibunt hunc aduentum signa multa præhorrenda,circa ipsum firmamentum, solem lunamq; stupenda.
Et pressura populorum,ex confusa marinorũ fluctuũ sonitione,gurgitũq; motione.
Sol & luna fuscabuntur,stellæ labi uidebuntur: metu homines arescent malorum imminẽtium:& uirtutes expauescent cœlorum,iudex gentium.
Tunc in cœlo apparebit signum crucis ò saluator: uenientem te uidebit omnis homo ò scrutator,cum gloria in nubibus,supernisq; uirtutibus.
Ad tribunal adducentur tuum,& discutientur cuncti homines,& dabis singulis quod meruerunt: tunc districte iudicabis,hos qui te non curauerunt.
Tunc uidentes Christe erunt te hi qui te pupugerunt, & ingrati qui fuerunt, nec secundũ te uixerunt.
Communis resurrectio fit repente te iubente,cinerumq; collectio subito te disponente fiet, per sanctos angelos,per omnes terræ angulos.
Hanc censuram formidare,& ad eam nos parare da ò iudex metuẽde, iugẽ opẽ tu impẽde.

Laus dei ex euangelio de Christi doctrinis atq; mysterijs.

TAnquam iusti confidentes in se atq; contemnentes, aliquos condemnas Christe: humiles nam pœnitentes,non iustos superbientes præfers: iuuans non desiste.
Luc.18. Voluntatem sciens tuam,nec eidem subdens suam,scita digne adimplendo, plus hũc tuum os damnabit,plagis multis uapulabit,in infernum retrudendo.
Qui non nouit & offendit,mitius condemnabitur: cui nanq; plus impendit deus, hũc plus causabitur.
Luc.21. Iubes Christe ne grauemur crapula,ebrietate,curis mundi: sed precemur,semper uigilantes rate stare tante te ut digni consistamus,& benigni.
Mat.25. Dices ad dextram stantibus,te ex corde amantibus: aduenite benedicti patris mei non relicti: regnum uobis præparatum acceptate consummatum.
Ad læuam consistentibus nunc inobedientibus dices: ite maledicti in æternum ignẽ ficti, præparatum diabolo,omniq; eius zabulo.
Post hæc uerba prædixisti tuis Christe te passurum: diem quoq; præfixisti, hoc te ferens moriturum.
Mat.26. Scitis inquit quia fiet pascha legis post biduum,& plebs me mox crucifiget,qui resurgam post triduum.

Sacerdo-

Sacerdotes congregati,scribæ sunt & pharisæi,inter se cōsiliati,qualiter te uerbum dei tra derent & suspenderent sic,ne turbam offenderent.

Tunc te Iudas his uendebat,bonis mala rependebat:quo audito congaudebant,nummos dare promittebant.

At in die sanctæ cœnæ,quæ futura sciens plene,Petro & Iohanne missis,his dedisti in com missis pascha tibi præparare,quod uolebas manducare.

Amanter cum discipulis,locum præbens decipulis, desideraui (inquiēs) uobiscum pascha edere hoc,antequam sim patiens:tunc curasti differere tuis,à quo tradereris,& à quibus necareris.

Christe da ut operemur,quæ cognoscimus agēda,ut à te glorificemur die illa prehorrēda.

Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex euangelio de cœna domini.

Ante diem festum Paschæ sciens Christe aduentasse horam,qua ad patrem ires,& ut homo hinc abires, Ioan.13.

Cum amasses hos qui erant tui in mundo,ut te quærant: hos in finem dilexisti,& pro eis te dedisti.

Pedes tunc discipulorum abluisti,extersisti:ante pedes piscatorum rex cunctorum te fle- Mat.26.
xisti,ut nos ita faciamus,inuicemque seruiamus.

Pedes quoque traditoris tunc lauisti,fons splendoris,doctor tu humilitatis, deus & rex ma- Luc.22.
iestatis.

Illis tecum cœnantibus,corpus tuum consecrasti sanguinemque, tristantibus hæc sumenda condonasti,summam nobis charitatem per hanc monstrans largitatem.

Charitatē tūc iussisti,cum eisdē præcepisti,nouū uobis do mandatū,speciale,summū, ratū, Ioan.13.
Inuicem ut diligatis:hoc ô omnes impleatis: nam non eritis aliter serui Christi ueraciter.

Quidnam quæris ô magister pacis atque unitatis,tuus quàm omnis ut minister ius cōseruet charitatis.

Te egresso proditore dixisti clarificatum,hunc à grege sanctiore tuo cernens elongatum.

Tuam digne da sectari stupendam humilitatē,& syncere conuersari conseruādo charitatē.

Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex euangelio de sermone Christi post cœnam.

Venerandа facta cœna,uoce Christe præserena discipulis locutus es, ad hos & prose cutus es.

Non cor uestrum conturbetur,nec timore deiectetur, creditis in deum uerum, cre- Ioan.14.
dite in me syncerum:id dicendo te ostendis deum uerum,nec offendis.

Multæ extant mansiones in cœlesti tua domo,præmij distinctiones,quod nunc promere- tur homo.

Ascēdisti & parasti locum nobis in patria,rediturum te narrasti,ut loces nos in gloria.

Tu uia,uita,ueritas:per nullas quisquam semitas,nisi per te it ad patrem,qui te nostrum fe cit fratrem.

Hinc ut homo mediator es,& uia ô saluator:porro uita & ueritas es,ut deus ac deitas. 1.Tim.2.

Via per quam nunc tendimus,ueritas in qua gradimur,uita ad quam ascendimus, finis in quo non labimur.

Via per quam,ueritas in qua,uita ad quam,finis in quo.

Qui te noscit,patrem noscit,idque ueritas deposcit,cum sis ei simillimus,tu summus & humi- limus,nec distinctus in natura,& ad hunc correlatura.

Qui te uidet,patrē uidet:hic per fidē,ibi clare:te intendat & formidet omne cor o salutare.

En qui in te crediderūt,signa tua peregerūt,& nonnulli ampliora,ut spōdebas cœnę hora.

Si patrem petierimus recte in tuo nomine,à te ut spondes, erimus id sortientes domine, iu- bes ut te diligentes,præcepta sint tua implentes.

Deum patrem te rogante,tuis dedisti paracletum,quem non potest te testante mūdus ca- Act.2.
pere,spiritum ueritatis,pacis,lucis omnis,fontemque uirtutis.

Non orphanos discipulos reliquisti clientulos:sed post resurrectionem te uiderunt, & ser monem ex te læti audierunt:ex tunc certe cognouerunt,quod sit pater in te uere, & in eo tu syncere.

Te amantem pater amat,cuius sermo id exclamat: tuque CHRISTE hunc amabis,& te ei re- uelabis.

Tuā nempe deitatem cernit uisu internali, tuamque humanitatem oculari ac mentali.

Trini-

Trinitas ad te amantem Christe, iussaq; seruantē ueniet beatissima, manens ibi dulcissima.
Da cor firmum inturbatum, sancto spiritu dotatum, qui nobiscum in æternum manēs, ducat ad supernum.
Tibi trinitas &c. Laus dei ex euangelio de eodem.

PAtre missus paracletus apostolos edocuit, suggerens eis halitus, quicunq; his innotuit ob tuum Christe domine, missus in tuo nomine.
Gloriamur ascendisse te ad patrem, te maiorem quo ad formam, quam sumpsisse fatemur te humiliorem.
Fuit quippe is ascensus, tuæ glorificatiuus humanitatis, impensus ut esset pmiatiuus, quantum ad accidentale, præmiū non principale.
Passione imminente princeps mundi ad te uenit: sed te culpam non habente, suum in te nil inuenit: patrem uere dilexisti, & ut iussit peregisti.
Ioan.15. Tu es Christe uitis uera, tuus pater agricola, colēs mentē, & syncera agēs corda cœlicola.
Omnem hominem carentem fructu bono condemnabat: fructum uero faciētem purgās, magis fœcundabit.
Sicut palmes non fert fructum, nisi in uite manserit: sic nec nos, si non reductum in te cor se expanderit.
Nam nulla meritoria actio, sine gratia, nec condignum est gloria, q̄d fit uirtute propria.
In te stantes impetramus, quicquid rite exoramus, & in hoc clarificatur pater atq; honoratur, ut discipuli fiamus tui, fructumq; feramus.
Sicut pater te dilexit, tu nos quoq; dilexisti: nam ad pœnas te direxit, sic tu tuos direxisti.
Hinc in tua charitate par manere est nos rate.
Tua iussa obseruando, tuo in amore manemus, sicut te obtemperando patri, mansisse tenemus in ipsius charitate, in hac fige nos beate.
Hæc fers ut exultatio tua sit in nobis semper, & nostra gloriatio plena sit indefinēter.
Fac nos in te permanere, amorose te tenere, semperq; fructificare pure, & in te sperare.
Tibi trinitas &c. Laus dei ex euangelio de eodem.

TE maiorem charitatem nullum constat habuisse, semet quem per pietatem ob nos scimus posuisse.
Appellasti discipulos non seruos clienticulos, sed amicos: nam dixisti his secreta, quę audisti à cœlesti genitore, tuo orna nos fulgore.
Non te CHRISTE elegimus, sed nos prior elegisti: nec digna isto fecimus, sed clemēter sic egisti.
Vis, ut si nos odit mundus, recordetur mentis fundus, quod priorem te odiuit, suosq; amare sciuit.
Quia non de mundo estis, ais tuus Christe testis: sed de mundo uos elegi, hinc uos odit, nolens regi.
Vt te mundus persecutus est, tuosq; persequitur: ut contempsit quæ locutus es, spernit & insequitur uerba tuæ plebis Christe: tu in nobis semper siste.
Si tu ipse non uenisses, & locutus extitisses, tantam culpam non haberent Iudæi, qui culpæ hærent: nunc autem excusatio non est eis, nec ratio.
Si in eis non fecisses opera quæ nemo fecit, non peccato astrinxisses plebē hanc, quæ te proiecit, sed te patremq; odiuit gratis, neq; te audiuit.
Actuū.2. Die Pentecostes sancto, spiritussanctus cum tanto rore gratiarū splendens, tuis large se impendens præbuit testimonium, tibi clarum præconium.
Tunc nam uerbis docuerunt, per scripturas probauerunt, magnis signis firmauerunt, multis linguis ostenderunt Christum uitæ te actorem, regem, mundi saluatorem.
Nisi inquis abiero, paracletus non ueniet: si ad patrem transiero, mittam illum, adueniet.
Non est dignus suscipere dulcem hunc consolatorem, nisi curans abijcere sensualem mox amorem.
Vt ais, sanctusspiritus à seipso non loquitur: sed quod audit diuinitus, id ab eo profertur.
Non est enī à seipso, sed à patre & teipso, & procedēdo suscepit quod est, habet, & inspicit.
Tua cūcta sunt & patris, fili uirginalis matris: hinc de tuo paracletus suscipit, nō hūanitus.
Ioan.16. Mundo uane gloriante, tui plorant & tristantur: ideo pœnas tolerante infernales, consolātur isti, quorum breuis luctus, æternales habet fructus: pro breui hac tristitia, cœli gaudēt lætitia.
Da sic tibi adhærere, nos dignare sic docere, tui ut amici simus: nisi assis, nos perimus.

TVis Christe loquebaris, & per eos nobis faris: nunc mœrorem uos habetis, mihi qui iam adhæretis: rursus autem uos uidebo, qui iocundus apparebo.
Tũc ex corde gaudebitis, nam me semper habebitis: & nemo uestrum gaudium à uobis tollet hostium.
Erit cum annuntiabis nobis de tuo patre clare, cum in regno demonstrabis uultum eius nobis chare.
Pater amat te amantes, te ab eo affirmãtes exiuisse ac uenisse, nosq́ pie redemisse, qui in mũdum hunc te misit, per te pie nos inuisit.
Mundũ Christe reliquisti, corporali præsentia, & ad patrẽ perrexisti, in assumpta essentia.
Ais hæc, ut habeamus in te pacem, quãuis foris aspera sustineamus, ut electis extat moris.
Qui pressuram patiuntur in hoc mundo, nec uincuntur, confidentes ut dixisti, quia mundum tu uicisti.
Oculis tu eleuatis patrem orãs bonitatis: pater inquis, clarifica me, filium clarifica, ut te ego clarificem & digne clarificem. Ioan. 17.
Pater te clarificauit, multis modis honorauit, corpus tuum glorificando, spiritumq́ destinando, ad te mundum conuertendo, signa magna faciendo.
Omnis carnis potestatem dedit pater tibi Christe, cunctis ut felicitatem dares, quos donauit iste pater tibi o saluator, esto nobis liberator.
At æterna hæc est uita, te docente uere ita, ut noscamus patrem deum, & quem misisti Christum eum, palam q & paracletum, quo cor meum fit alitum.
Da nunc tuis cum electis sic affligi & tristari, ut cum sanctis prędilectis simus digni consolari in cœlesti paradiso, perfruentes te inuiso.

Laus dei ex euangelio de eodem.

EGo te clarificaui super terram, patri faris: opus quoq́ consummaui, mihi quod largiebaris.
Et nunc pater clarifica apud te me claritate quam habebam deifica, ante mundum deitate.
Christe manifestasti nomen patris hoĩbus quos de mundo congregasti gratiarum luminibus, quos pater tibi tribuit, & deo mundo eripuit.
Hi prædestinatione erant patris, qui donauit tibi hos uocatione, qui sunt plebs, quę conseruauit fide, actu, uerba tua, hæc in mente scribens sua.
Isti noscunt tua cuncta, q à patre sint & uncta, uerba nam à patre data tibi, à te his sunt lata, qui & ea acceperunt, & agendo impleuerunt.
Pro his patrẽ exorasti, non pro mundo reproboꝝ: qui petita impetrasti, absolute uolitoꝝ.
Omnia tua patris sunt, & cuncta patris tua sunt, quorum una est natura indiuisa, simplex pura. Ioan. 16.
Pro electis supplicasti, serua pater quos donasti mihi in tuo nomine, ut sint unum diligẽdo, ut nos unum in essendo, o sempitęrne domine. Ioan. 17.
Dum cum eis inquis essem, cum nec carne his deessem, in te pater hos seruaui, incessanter defensaui.
Sed nunc ad te proficiscor, mundo fari hæc nanciscor, ut gaudiũ hi habeãt, meum in seipsis plenum, nec quicquã ultra paueant, possidentes me serenum.
Mundus quoq́ hos odiuit, pater sibi quos præsciuit: nam de mundo non consistunt, ut nec tu, quem summe gliscunt.
Non o pater rogo inquis, qui in lingua non delinquis, tollas eos ut de mundo, sed ut serues ab immundo.
Eos pater sanctifices uere, atq́ saluifices: sermo tuus est ueritas, uerbum tuum synceritas.
Cunctis pro electis poscens, qui electos es cognoscens, omnes ais extent unum, ut tu in patre, & is in te, ut sint ipsi quoq́ unum, in patre tuo & in te.
Pater inquis sancte uolo, ut quo ego hi sint mecum, contẽplentur ut in polo claritatem meã secum, quam dedisti ante mundum mihi, summe, ens iocundum.
Eis te notificaui, ut sit tua dilectio in eisdem quos amaui, mentis horum directio.
Fac nos unum in te deus, dux, rex, uirtus, plastes meus, à te nunq̃ separemur, teq́ semper ueneremur. Tibi beata trinitas.

Laus dei ex euangelio de passione Christi.

Ioan 18. His completis es egressus,trans torrentem Cedron Christe,cũ apostolis ingressus uillam Gethsemani,triste cor habebas intrans ortum,qui salutis præstas portum.
Mat.26. Patrem ter tunc exorasti,qui sic spõte formidasti,ut si esset possibile,genus illud terribile mortis à te amoueret,nec te hostis sic deleret.
Lu.22. Metu mortis naturali guttas sanguinis sudasti, agonia in pœnali tũc prolixius orasti,angelus tunc apparuit,te confortans,ut claruit.
Tua anima tristabatur,usq; mortẽ lassabat: obuiã hinc processisti hostibus,nec timuisti.
Ioan.18. Cum te Iesum affirmares,& quęsitum te monstrares,mox retrorsum abierunt,& in terram corruerunt,nec quibant se erigere,donec siuisti libere.
Mat.26. Vt tu ipse asserebas,obtinere tunc ualebas duodenas legiones,imò plures conciones angelorum,amputatam aurẽ hosti dans sanatam.
Manus tibi iniecerunt, catenarunt,ligauerunt, tunc timentes aufugerunt tui, solum te liquerunt.
Cum responsum pontifici dares,tibi opifici mundi dedit quis alapam, tunc ductus ad Caypham.
Ioan.18. An sis Christus, adiuratus respondisti uera ratus,ꝙ te Christum cõspecturi essent in patris dextera,uenientemq; uisuri iudicare in aëra.
Hoc audito,morte dignum ac blasphemũ te clamabant, & tenentes te benignũ irridebant & uelabant,uultum tuum conspuentes,colaphizantes,cædentes,
Fantes,prophetiza Christe,quis nam extat cæsor iste, plurimaq; blasphemantes erant in te iactitantes.
Mat.14. Tunc te Petrus ter negauit, tuum ut os pronuntiauit: quem clementer aspexisti, quòd se fleuit,præstitisti.
Mane facto te ligatum,consputum, discoloratum præsidẽti offerebant, falsaq; obijciebant, ut ꝙ plebem seduxisses,Cæsaremq; offendisses.
Te patris sapientiam,æquitatem,splendescẽtiam scelerati sic tractabant,te spernebant,subsannabant Herodes ac obsequentes,alba ueste induentes.
Ioan.19. Vestibus te exuerunt, & flagellis percusserunt,caput spinis transfigentes, & arundine cædentes,purpura te uestiebant,inclementer impellebant.
Vultu sanguine perfusum,consputatum ac illusum,purpuratum, coronatum, te eduxit ad iratum agmen præses,ut placaret illud, teq; liberaret.
Sed te uiso ululabant,tolle,tolle crucifige,& clamare non cessabãt, donec acquieuit brigæ.
Tibi Christe conformemur,passionem imitemur tuam, cunctasq; uirtutes quas monstrasti, ne refutes. Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex euangelio de eadem Christi passione.

Mat.27. Crucem ferens es egressus, Iesu pie nimis fessus: te in ligno suspenderunt, inter reos erexerunt.
Psal.21. Manus,pedes perforabant diris clauis sæuissime,& aceto te potabant,mixto felle nequissime, membra tua extendebant prorsus uiolentissime.
Ruptis uenis,&iuncturis dissolutis pro impuris,ossa q̃bant numerari,corpus cœpit deficcari,sic ꝙ dire sitiebas te ut aquam effundebas.
Sanguis fluxit undiquaq;,laceratus circũquaq; factum ut liquescẽs cera est cor tuum,mens syncera
Vt testa uirtus aruit tua, corpus contabuit, lingua adhæsit faucibus, pro his te colam laudibus.
Lu.23. Crucifixum irridebant te Christe multipliciter, & descende nunc dicebant,rex Israël agiliter:Christus dei prælectus se nunc saluet, hinc protectus.
Tunc tu agne mitissime orasti clementissime pater eis hæc ignosce, quos quod agunt, scis non nosse.
Pœna inæstimabili,cũ uoce lachrymabili deo patri proclamasti,& q̃d ferres demõstrasti.
Psal.21. Deus meus deus meus ut quid me dereliquisti:hoꝝ causa ego reus, pro quo tãta pertulisti.
Tam acerbe torquebaris, tanquam pater te liquisset: ut leprosus uidebaris, ut quem deus percussisset.
Ioan.19. Matri tuæ charissimæ astanti fidelissime ultra æstimationem condolebas:passionem tuam dire sic auxisti,& nil tibi pepercisti.
Cõsummatũ est,prolato,mentẽ patri cõmẽdasti,capiteq; inclinato,alte clamãs,expirasti.

Cernens

Cernens ista Cẽturio, corde ait industrio: hic uere dei filius fuit: impossibilius, uix putans q̃ clamantem tam ualenter, expirãtem.

Tunc ad tuæ dignitatis dignam declarationem moles uniuersitatis miram immutationem sustinebat continuo, lætanter hæc insinuo.

Nam tunc sol obscurabatur, lunaq; reuertebatur hora oppositionis, soli se opposuit, Dionysius docuit summę uir religionis. Lu 23. Mat. 27.

Scissæ petræ, terra mota, uelum templi ruptum, nota.

Et te Christe resurgente confitemur certa mente multos sanctos suscitatos, te uiuentẽ protestatos, sanctam urbem introisse, multisq; apparuisse.

Cum te tui sepelissent, & Iudæi contulissent ne tuum corpus tolleretur, custodes adhibuerunt, lapidemq; signauerunt, ut te falsum probaretur.

Fac nos Christe tibi gratos, cruci fortiter sectatos condolere mẽtaliter, cõbeari ueraciter.

Qui ardenti charitate, & præclara pietate hæc pro nobis protulisti, & tam chare nos emisti. Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex euangelio de Christi resurrectione.

A Passione tertia die, absq; inertia sanctæ fœminę uenerunt, quę te dire deplanxerunt, corpus tuum perungere, & se defuncto iungere. Ioan. 20. Mat. 28.

Angelus his apparuit, te surgentẽ non tacuit: cuius metu sunt prostrati milites condeputati, & effecti ut defuncti, non per fidem deo iuncti.

Angelo hoc descendente, & ut fulgur apparente niueis tecto uestibus, uiribus mox cœlestibus terra motum est perpessa: in te mens sit indefessa.

Fœminis tunc consternatis, uultu tetræ inclinatis, duo angeli astabant, eas de te informabant.

At Maria Magdalena propter te dolore plena duos angelos aspexit, in speluncam cum inspexit.

Surgens primo ostendisti te Mariæ Magdalenæ: fœminis post occurristi, has salutans tam serene.

Nunciarunt principibus milites quę contigerũt, qui hos donis supplicibus ad testandum induxerunt.

Quod ipsis dormientibus, neq; istud sciẽtibus corpus tuũ clam tulerũt tui, tibi qui hęserũt.

Die isto ostendisti, in alia effigie te duobus, his coisti peracta iam meridie: Ioan. 21.

Tunc eisdem loquebaris: oportebat Christum pati: & cum eis uescebaris, sic fuerunt inflãmati: post hæc te monstrans facie disparensq; ab acie.

Vndecim apparuisti, Thoma die hoc absente, te palpandũ præbuisti cum eisdem te edente.

Pati, mori, oportebat te Christum & resurgere: prædicari condecebat in te, tuosq; currere ubiq; pœnitentiam docendo indulgentiam.

Tunc per insufflationem sanctum spiritum dedisti, & per hanc infusionem potestatem cõtulisti tuis, culpas remittendi, quibus par, & retinendi.

At post dies octo rursus tuis te ostendens, cursus horum tunc lætificasti, cum his Thomam uisitasti.

Manus pedesq; palpanda præbens ei, uis miranda: beati qui non uiderunt inquiens, & crediderunt.

Ad mare Tiberiadis distinguens res periodis, te discipulis monstrasti septem, quos & informasti.

Subito tunc concluserunt centum quinquaginta pisces & tres magnos, quos cœperunt te agente, cum iussisses.

Tũc ter Petrũ sciscitatus Christe es, an te amaret, tũq; à te est deputatus oues tuas ut curaret.

Tecum Christe cõsurgamus uere semp mẽtaliter, & diuina expectamus nũc sapientaliter.

Laus dei ex epistola Pauli ad Romanos.

FActus ex Dauid semine es secundum carnem patri, cooperãte nemine factus proles puræ matri. Rom. 1.

Prædestinatus filius dei extas in uirtute, secundum sancti spiritus sanctificationẽ tute claret Christe id tuorum ex surrectu mortuorum.

Gratia, pax nobis detur, iugiterq; conseruet à te pater sempiterne, teq; Christe rex superne, qui cum patre unus dator es & deus, o saluator. 1. Cor. 1.

Rom.1. Tuum est euangelium uirtus dei, ac medium, quo electũ collegiũ saluat pellens tædium.
Nam tua deus æquitas in eo splendet ac ueritas.
Tua inuisibilia per creata cognoscuntur, tua uirtus potens milia, deitasq́; sic sciuntur.
Qui te noscunt nec honorant, neque grati te adorant, deus inexcusabiles sunt, uani & damnabiles.
Hinc scimus hos incidere multas cõcupiscentias, & reprobo iniĳcere se sensui, amẽtias passionum imitando, & immunda operando.
Iudicans inordinate quem, est coram te beate deus inexcusabilis, nec censurã effugiet tuã, tua uox rugiet in eum formidabilis.
Rom.2. In quo nam fratrem iudicat semet damnat miser iste, dum in culpa cõmunicat agens eadẽ, o Christe.
Nemo tuæ bonitatis, atq; longanimitatis opes, & patientiæ, spernat dux sapientiæ: per tuã nam clementiam uocas ad pœnitentiam.
Malus iuxta duritiam suam ac imperitiam irã tuam thesaurizat sibi, stultusq́; cancrizat.
Psal.61. Cunctis quippe es daturus quod merentur: collaturus bonis gloriam & honorem, prauis tartari horrorem.
Rom.2. At nõ legis auditores, sed factores iustificas deus uerax uiatores: mendaces tu notificas.
Rom.3. Mendax nẽpe omnis homo in terrestri ista domo: omnes quippe peccauerunt, gloria tua eguerunt.
Mortuos tu uiuificas, & qui non sunt entificas, uocans illa tanquam ea quę iam sunt, o uirtus mea.
Nostra Christe ob delicta te tradebas: morte uicta surgens, iustificationem ob nostram, ac lotionem.
Rom.5. Legem nobis da implere, iudicare quem cauere uitiose, & amare toto corde honorare tuã longanimitatem, patientiam, pietatem.
Iusti facti tua fide pacem dei habeamus: omne malum tu collide Christe, in te quiescamus.
Per te aditum habemus ad hanc qua stamus gratiam, & uirtute gaudeamus spe obtinẽdi patriam.
In aduersis gloriemur, patienter operemur uirtute tuæ gratiæ, te decet cultus latriæ.
Tua Christe non confundit spes, sed culpas hæc retundit: nam diuinam charitatem nobis das, per bonitatem sancti spiritus manentis in tuorum fundo mentis.
Tuum pater ostendisti amorem, qui uoluisti Christum sic pro nobis mori, adhuc culpa dũ priori praui atq; inimici plus essemus q̃ quit dici.
Cumq; adhuc inimici simus, reconciliati tibi pater: nunc amici magis erimus saluati sanguine tui filĳ decretoq; consilĳ.
Vt per Adam introiuit culpa mundi, per hancq́; mors, Christe sic per te prodiuit uirtus, salus, uitaq́; sors.
Vt Adæ rebellione multi facti peccatores: ita obeditione tua, multi directores.
Tanta est tua pietas, adoranda diuinitas, ut quò culpa abundauit, gratia post redundauit.
Rom.6. Omnes in te baptizati, tua morte emundati sumus, tibi consepulti in sepulchro, à te fulti in peccati interitum, per tuum Christe meritum.
Nam si tuæ complantamur mortis similitudini, resurrectionis famur aptandi plenitudini.
Tu resurgens ex mortuis, ultra nusq̃ morieris: mundum da cor fide iunctis, author uitæ, ne moreris.
Mortuus quòd es peccato, mortuus es simel dato: sed quòd uiuis uiuis deo, in æternum uiuens eo.
Culpa, concupiscentia non in nobis regnet unq̃, & nostra seruẽtia mẽbra sint peccato nũq̃, sed deo & iustitiæ, omni actu munditiæ.
Rom.8. Nihil est damnationis gratia dilectionis in te Christe manentibus, carnem non assequentibus, redemptis lege spiritus, uitæ datæ diuinitus.
Tu pater mittens filium in carne nobis simili de peccato flagitium damnasti.
Spiritalis prudentia, pax & uita affirmatur: mors & carnis prudentia deoq; inimicatur.
Non habes tuum spiritum, non est tuus per gratiam Christe, nec tibi libitum famur, aut ire patriam iuxta carnem ambulantem, passiones consectantem.

Pater

Pater si in nobis manet tuus spūs, qui sanet, corpora uiuificabis nostra, & nos reformabis, propter nos inhabitantem sanctum spiritum purgantem.
Qui paracleto aguntur, tui deus sunt filij: spiritum nō sortiuntur seruitutis, exilij, in timore sed natorum adoptionis tuorum.
In quo abba pater clamant, & te pura mente amant.
Tuus spiritus testatur pater nostro spiritui, intus cum clam affatur, ꝙ filij æditui tui simus & hæredes, atq; Christi cohæredes.
Dummodo cōpatiamur, ut cum Christo prouehamur.
Non sunt dignę passiones uitæ huius ad futuram gloriam, qualem sermones spondent tui, mox uenturam.
Tui in se hic gemiscunt, gloriā hāc postulātes: de hac carne solui gliscūt te uidere affectātes.
Spiritus infirmitatem tuus nostam iuuat deus, quid oremus, cæcitatē nostram docet o rex meus ut oportet quid oremus nisi donet, non uidemus.
Scimus ꝙ te amantibus omnia cooperantur in bonum, & spectantibus ad te, qui & appellantur seu uocati extant sancti ex decreto dei tanti.
Quos ad uitam præsciebas uerbo tuo conformari, pater eos eligebas, uolens eum demonstrari in multis primogenitum fratribus, nobis deditum.
Porrò quos prædestinasti, ad te pie hos uocasti, uocatos iustificasti, cuncta mire ordinasti, iustificasti gratia, magnificasti gloria.
Te pro nobis existente cōtra nos quis præualebit? te fatemur grata mente, cor pensare hęc debebit.
Proprio non pepercisse filio, sed tradidisse hunc pro nobis terrestribus, saluandis in cœlestibus.
Nōne cuncta contulisti nobis, illum cum dedisti? quis electos accusabit, aut quis contra eos stabit, pro quibus Christe domine tuo oras patrem nomine?
Ergo quis nos separabit sancto tuo ab amore? nulla res nos segregabit, à te nostro saluatore.
Da carnalem prudentiam uitare & scientiam, saluatorem adipisci à te, per hanc proficisci, ad amorem præardentem tuum indeficientem.
O Creator metuende, deus iuste, reuerende, cuius uis tu misereris, quem uis indurare, teris.
Ex eadem formans massa uasa iræ ex se cassa, uasa quoq; clementiæ, decreto sapientiæ. Roma. 9.
Fecisti uasa gratiæ, ut diuitias gloriæ in his monstres, pietatem, largitatem, charitatem.
Vasa iræ procreasti, æquitatem demonstrasti, in his item potestatem iuxta tuam maiestatē.
Te nullus quit arguere, nec responsum tribuere, nec fictori fert figmentum, quid me sic fecisti entum?
Aequitatem nescientes tuam deus, & uolentes propriam constituere, constat subdi renuere: nec sunt tibi hi subiecti, stulti, uani, non directi.
Finis legis ad salutem es o Christe, dans uirtutem: in te credens non fallitur, diuitem experietur te, in omnes inuocantes, te condigne exorantes.
Plebem tuam non repellis, quā te scis prædestinasse: hanc te cunctos qui præcellis constat pie liberasse pietatis uisceribus, non ex suis operibus.
Da ne altum sapiamus de nobis, sed timeamus tuam deus bonitatem, itemq; seueritatem: sapienter conspectemus, stabiles perseueremus. Roma. 11.
O apex deliciarum diuinæ sapientiæ, altitudoq; earum æternalis scientiæ.
Incomprehensibilia tua deus iudicia, atq; inuestigabiles uiæ tuæ mirabiles. Roma. 11.
Sensum tuum quis cognouit, consul tuus quis extitit, aut quis prior te promouit, ut reddas qui sic astitit?
Ex te, per te, in te deus cuncta sunt creator meus: ex te pater per filium plane in sancto spiritu, nobis pande consilium tuo pio intuitu.
Fac nos tibi exhibere corpora nostra hostiam sanctam, uiuā: hanc placere per gratiæ regentiam, ac discrete nos habere per omnem seruiētiam.
Mundo nusq̄ conformemur, sed in mente reformemur conemur demum sapere sobrie, nō plus capere. Roma. 12.
Simus spe in te gaudētes, spiritu inardescentes, preci semper intendentes, nec putemus nos prudentes.

Non nos culpis defensemus, & cum cunctis peroptemus pacem habere, nec demus malũ malo, sed præstemus bona iniuriantibus mentibus uigilantibus.
Scimus bona prouidentes, exẽplariter uiuentes corã deo & hoĩe, spũs sancti nomine.
Roma.13. Præsidenti nos subdamus, & libẽter pareamus pro te deus, à quo fluxit omnis uirtus & eluxit.
Potestati qui resistunt, ordinatui obsistunt tuo, sibi acquirẽtes dãnationẽ amentes.
Nulli quicquã debeamus, q̃ ut simul diligamꝰ, legẽ quippe sic implemus, tibi summe sic placemus: legis nanq; plenitudo, amoris uicissitudo.
Nemo nostrum uiuat sibi sed o sancte deus tibi, ut uiuentes, morientes, ad te simus pertinentes.
Mortuus ad hoc censeris Christe, ut tu domineris mortuorum & uiuorum, nobis da decorem morum.
Roma.14. Ante tribunal stabimus tuum, causamq; dabimus unusquisq; pro seipso erue nos à teipso.
Hinc non magis iudicemus inuicem, sed id curemus, ne fatri offendiculum ponamus, aut ridiculum.
Regnum tuum iuste deus non est esca neq; potus, sed iustitia dux meus, pax & gaudiũ: sim lotus: gaudium inquam spiritus, quod descendit diuinitus.
Firmiori sustinere da defectus infirmorum: uane sibi non placere, cordibusq; proximorum quiuis nostrum cõplaceat in bono, culpa careat.
Roma.15. Quicquid deus docuisti in scripturis retulisti, nostram ad instructionem, ut per consolationem scripturarum confidamus, patientiam discamus.
Da deus patientiæ per donum sapientiæ dator puri solatij, labem pellens mẽdacij, mutuo idem sapere, influxus tuos capere, ut concordes honoremus te, o pater & amemus.
Eras circũcisionis minister: hanc sumens Christe causam confirmationis promissorum, quę tu iste es ad patres protestatus: per te fiam illustratus.
Deus spei tu nos imple omni gaudio & pace, in credẽdo tibi simple nos amoris igni face.
Vt in spe nunc abundemus, & uirtute paracleti, cuius donis exultemus, luce cordis hinc aliti. Tibi beata trinitas.

Laus dei ex epistola prima ad Corinth.

1.Corin.1. Diuites efficiamur in te omni in uirtute Christe, nec destituamur ulla gratiæ salute. Deus pater tu fidelis, qui nos ad societatem Christi uocasti, in cœlis promittens felicitatem.
In eisdem scientia sensuq; fac nos perfectos, o Christe sapientia patris, ope fac nos tectos.
Verbum crucis stultitia uidetur pereuntibus: sed uirtus ac peritia dei, sursum euntibus.
Virtus ac sapientia patris, Christe es saluator, cuius summa clementia prælegit miserator mundi contemptibilia, infirma atq; uilia.
Qui mundi sapientiam contempsit ut amentiam: secularem prudentiam, stultam fecit dementiam.
Christe sanctificatio, iustitia, saluatio nobis, & sapiẽtia factus es ex clemẽtia, ne in quoquam gloriemur, quàm in te quo iocundemur.
1.Corin.2. Euangelij doctrina tui Christe uis diuina non in persuasibilibus humanæ sapiẽtiæ uerbis, aut monstrabilibus fucatæ eloquentiæ.
Facta est autem radicata fides nostra, ne fundata extet in sapiẽtia hominum, aut loquentias sed in ostensu spiritus ac uirtutis, diuinitus.
Esa.64. Hos oculis non uidimus, nec auribus audiuimus, nec cor nostrũ cogitauit, tua bonitas parauit quæ deus diligentibus te, & semper hærentibus.
Sed hæc nobis reuelasti spiritus sancti lumine: qui ut ipse affirmasti, eodem sancto numine cuncta plene comprehendit alta dei & ostendit.
Tuum spiritum infundis tuis, quos tu ipse regis, tua dona ut cognoscant, & se gratos esse poscant.
1.Corin.3. Non sit zelus, contentio inter nos sed sit mẽtio de te, ne inueniamur nos carnales, & spernamur.
Nemo ualet fundamentum aliud à te ponere Christe, cuius sunt stramẽtum atq; templum summopere fideles, sanctum spiritum in se habentes inditum.
Ante tuum iudicium non iudicem supplicium, id timentes quod tu infliges die illo, quo castiges.

Tunc absconsa tenebrarum, & secreta humanarum mentium illuminabis, cunctisq; manifestabis. 1.Cor.4.
Pascha nostrum immolatus es tu Christe, morti datus, præsta nobis epulari, mente in te saginari, azymis synceritatis ac diuinæ ueritatis. 1.Cor.5.
Nostra corpora saluator tua membra sint, hærentes tibi, tecum o creator unum simus, consistentes unum quidem in amore, unus spiritus feruore. 1.Cor.6.
Membra nostra paraclete templum tuum sint inclyte, quem tu nobis præstitisti Christe, q nos redemisti pretio præstantissimo, & sanguine dignissimo.
Nostro deus te portemus corpore, glorificemus, illud tibi subiectemus, omne bonum actitemus.
Quilibet donum propriũ à te deus est sortitus: quod mundo est inglorium, feram pro te non inuitus. 1.Cor.7.
Fac nos digne ambulare, quo uocatu nos uocasti: non cessantem te amare, tibi notum affirmasti. Ephe.4.
Pater unus nobis tu es, ex quo cuncta, & nos in te: unus dominus Christe es, per quem cuncta, nosq; per te. 1.Cor.8.
Fide deus nos tentari ultra uires non permittis: in tentando coronari das, & opẽ pie mittis. 1.Cor.10.
Calix benedictionis, sanguinis est cõmunio: panis cõsecrationis, corporis tui est sumptio.
Qui panẽ hunc comederit, aut calicem acceperit non condigne, erit reus tuæ carnis rector meus, & sanguinis tui Christe, opem ferre tu insiste.
Dominus Iesus, dicere potest nemo cum affectu, aut deuote concipere, cum interno intellectu, nisi in sancto spiritu, eius pio adhibitu. 1.Cor.12.
Vni per te paraclete, à quo regar ut capite, datur uox sapientiæ, uni sermo scientiæ, uni donum sanitatum, uni actus potestatum.
Alteri uaticinari, alij interpretari, huic spiritus discernere, huic linguis exprimere.
Cũcta hæc tu operaris, unus idemq; spiritus, qui ut uis & arbitraris, singulis das diuinitus.
Multos gradus statuisti, ordines que ecclesiæ, qui apostolos dedisti primo, hinc uates gratiæ.
Hinc doctores, ac uirtutes, gratias curationũ, ordinatas ad salutes nostrarum cõditionum.
Hinc opitulationes atq; gubernationes, linguas, interpretantias, populi ordinantias.
Sine tua charitate ac fraterna, ad salutem nihil prodest: rex beate, semper præsta hanc uirtutem. 1.Cor.13.
Charitas pia, patiens, & perperam nil faciens, charitas non æmulatur, non inanis nec inflat. Ali.excidit, nõ
Neq; est ambitiosa, deniq; non irritatur, neq; malum meditatur, sed nec sua uult dolosa. est tuens.
Hæc congaudet ueritati, condolet iniquitati, cuncta credens atq; ferens, nos ad cœli regnũ gerens.
Te ex parte cognoscimus, te plene scire poscimus: nam perfecto ueniente, quod ex parte est intente credimus euacuandum teq; ut es conspectandum.
Te per speculum uidemus nunc deus in ænigmate, facie conspiciemus te tunc abs paradigmate, id facie ad faciem per claram mentis aciem.
Paruuli efficiamur sensu non, sed prauitate: cuncta nostra moliamur ordinata honestate. 1.Cor.14.
Pacis non dissensionis deus es, fons notionis: qui ignoras ignorantem te, & tua non pensantem.
Petro, turbæ hinc undenæ, post quingentis plus fratribus, Iacobo post, duodenæ post turbæ atq; matribus, Paulo demum te pandisti Christe, postquam surrexisti. 1.Cor.15.
Quod sum, tua sum gratia, qua uitatur fallacia.
Tu à morte surrexisti, primitiuus dormientum: ut in Adam occidisti, sic per te est morientum o Christe resurrectio, qui uitæ es directio.
Vt in Adam moriuntur omnes, sic reficiuntur, atque uiuificabuntur, in te CHRISTE qui sequuntur.
Hinc finis, cum donaueris regnum patri bonitatum, cum & euacuaueris uniuersum principatum, potestatem & uirtutem, plenam præstans tunc salutem.
Tibi pater cum subiecta erunt cuncta, tunc & natus tuus erit mẽte recta, tibi coram sanctis stratus, quo ad formam quam assumpsit, sermo tuus id deprompsit.
Vt in omnibus omnia sis, o deus in gloria, non inhærens formaliter, sed præsidẽtialiter, ens beatis obiectiue, cuncta atq; fruitiue.

In te nam simplicissimo summo bono dignissimo habent cuncta quod cernentes, habent quicquid sunt uolentes.
Corpora tunc electorum donis quatuor ornabis, omnium cum defunctorum corpora resuscitabis.
Clara, impassibilia, subtilia atq; agilia erunt ualde te agente, carne uera remanente.
1.Cor.15. Adam de terra terrestris, Christus de cœlo cœlestis, sicut illi cõformati sumus actibus peccati, ita tibi conformemur, tuos actus consectemur.
Vniuersos suscitabis, sed electos immutabis in momento, id repente ages ui omnipotente.
Data immortalitate corporibus mortalibus, erit mors in ueritate absorpta tunc in talibus.
Tunc uirtute ac merito Christe tuæ passionis, dabitur gregi debito tibi impassibilitas, immortalis stabilitas.
Gratis pater uictoriam qui das per Christum, gloriam nobis confer in patria, nunc'q; fructum in gratia
Stabilem & immobilem, da mentem uere nobilem, omni actu effluentem, & in bonis perardentem.
Scimus, non infructuosus erit labor uirtuosus apud te, sed gloriosus, deus iudex seriosus.
Per te mente uigilemus, & in fide certe stemus, agamus'q; uiriliter, & cuncta amabiliter.

Laus dei ex epistola II. ad Corinthios.

2.Cor.1. Benedictus es ô deus, pater sancte Iesu Christi, salus, uirtus, plastes meus, qui tã pie subuenisti.
Tu misericordiarum omnis consolationis pater, dator gratiarum puræ'q; lætationis, qui in omni consolaris nos afflictu, ut testaris.
Sicut Christi passiones sunt in nobis abundantes, nostræ consolationes sic per Christum sunt undantes.
In te solo confidimus: id'q; deus inquirimus, ut bona conscientia, nostra extet gaudentia: eius bona testatio, nostra sit gloriatio.
Nos unxisti & sanasti, pignus spiritus donasti, nos in Christo triumphare, per nos cunctis declarare te ô pater condigneris, semper intus opereris.
2.Cor.3. Hanc fiduciam habemus, quod ex nobis nil ualemus agere meritorie, nec cogitare proprie, nostra sufficientia ex tua est clementia.
Porro istam spem habentes, confidentia utentes sumus multa ô saluator, bonus odor o creator tuus simus nunc ubiq;, nec agamus quid inique.
Tu spiritus es domine: & ubi tuo nomine est paracletus, syncera est libertas mentis uera, à iugo culpæ dæmonum, cœlestium fundus seminum.
Hæc seruitus ingenua tua deus sub pcepto, quæ nobis sit congenea, purgãs omni ab inepto.
Da reuelata facie tuam deus speculari gloriam, ope gratiæ in eandem transformari imaginem à spiritu, tuo sancto adhibitu.
Et nos duc à claritate tuam in claritatem rate.
Qui dixisti splendescere splendorẽ de caligine, in nobis fac clarescere lucẽ tuã cœligene.
2.Cor.4. Thesaurum tui munerum multorum ultra numerum, habemus in fictilibus uasis istis fragilibus, carnibus ut sublimitas sit tua o diuinitas.
Nunc mortificationem tuam per sectationem o Christe circunferamus, ut in eodem ostendamus uitam tuam rex cunctorum, dominator dominorum.
Quamuis homo exterior noster Christe fatigetur, homo tamẽ interior omni die renouet.
Leuis ac momentanea hæc nostra tribulatio, supra modum in patria (ut uera credit ratio) æternũ pondus glorię agit in nobis proprie, dũ terrena aspnamur, & supna contẽplamur.
2.Cor.5. Domum tu non manufactam, æternalem & compactam nobis deus præparasti, & in cœlis adornasti, ad quam pie suspiramus, exulantes hanc optamus.
Dum in corpore moramur, heu à te peregrinamur: nam per fidem ambulamus, non p speciem spectamus.
Tu pro cunctis es occisus, ut qui uiuunt, agant nisus tibi non sibi uiuere, nec se à te diuidere Christe, in quo pater fuit mundum liberans, qui ruit.
2.Cor.6. Nulli quã offensionẽ demus per transgressionẽ, ne nostrũ ministeriũ incurrat uituperium.
Nos in cunctis exhibentes, simus tibi obsequentes in multa patientia, cum finali manentia.
2.Cor.7. Omni nos ab inquinamento carnis atq; mentis munda, perfice nos ornamento sanctitatis, & fœcunda nos timore filiali, casto, sancto, perennali.

Ob nos sa

Ob nos factus es egenus, diues extans rex amœnus, tua ut locupletaremur paupertate, & saluemur eius merito, sumentes dona tua ac tenentes. 2.Cor.8.
Potes deus abundantem omnem in nobis gratiam facere, da æstuantem charitatẽ ac latriã. 2.Cor.9.
Amas hilarem datorem, celeremq; solutorem.
In hac carne ambulantes, carneè non militemus: & qui sumus gloriantes, in te deus exultemus: neq; enim est probatus laudans se, sed te laudatus. 2.Cor.10. 2.Cor.11.
Tu in cœlum rapuisti Paulum & in paradisum: huic arcana ostendisti, quæ non ad humanum uisum siue mentem licet fari, dona nos te contemplari. 2.Cor.12.
Pacis & dilectionis deus, locum mansionis facis in diligentibus, pacem hancq; tenentibus. 2.Cor.13.
Gratia unigenite tua, pater ingenite feruens tua amatio, tua & communicatio sancte spiritus nobiscum, prauitatis tolle uiscum.
Tuis ineffabilibus donis, incessabilibus gratibus regratiamur tibi deus, quem miramur.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex epistola B. Pauli apostoli ad Galatas.

TE in mortem obtulisti nostras culpas ob tollendas, iuxta patris id fecisti uoluntatem, nos accendas. Gala.1.
Tanta Christe synceritas, certitudo ac ueritas legis tuæ euangelicæ, ut si angelus cœlice, siue Paulus loqueretur contra hanc, id mentiretur.
Quærens homini placere, tibi nequit complacere, tuus esse & seruus uerus Christe IESV, rex syncerus.
Tu non accipis personam hominis, hanc neq; bonam censes legis operibus, legalium oneribus: sed fide & euangelio, saluas tuo mysterio. Gala.2.
Tibi cruci sim confixus, uiuo iam non ego, nixus tibi: sed tu in me uiuis Christe, & non alter quiuis.
Sed in carne quod nũc uiuo, tua uiuo fide diuo Iesu, qui me dilexisti, teq; pro me tradidisti.
Non sic stulti comprobemur, ut in carne consummemur, cum spiritu cœperimus: nam tui sic non erimus, sed in bono inchoato cum profectu nos seruato.
Tu à legis maledicto nos saluasti, cum inuicto corde factus maledictum ob nos, menti fer amictum. Gala.3.
Pater omnes tui nati sumus, mente renouati per fidem unigeniti tui, nobis à te dediti.
Cum uenisset plenitudo temporis, hunc destinasti: uirginis hunc puritudo peperit, quem subiectasti legi, saluet ut legales, tibi det nos filiales. Gala.4.
Quia sumus adoptiui tui nati pater pie, flamen sanctũ tui uiui nati immisisti die lucis, in nostris mentibus, abba per hunc dicentibus.
Hinc amicus, proles, hæres tuus extat Christianus, nec ut seruum hunc haberes, si prębere tibi manus.
Bonum semper æmulemur, & te Christum amplexemur, in quo nec circuncisio quid ualet nec præputium, sed fides, ut suscipio & charitas, nec dubium.
Nunc aufer carnis opera, nos que implere propera fructibus sancti spiritus, his orna nos diuinitus.
Charitate, mititate, gaudio, patientia, castitate, bonitate, pace & continentia.
Vanam gloriam spernamus, nemini inuideamus, inuicem non prouocemus, lapsum pie reformemus, & nos ipsos contemplemur, ne & ipsi nos tentemur. Galat.5.
Da carnem crucifigere, culpas, concupiscentias, proximum non affligere, uerum deficientias eius ferre ac onera, nostra spernamus opera.
Spiritu da seminare, & interne ambulare, semper nos humiliare & ut nihil reputare, ęternalem ut metamus uitam, & te diligamus.
Cum est tempus operemur bona, cunctis plus credenti, nec in quoquam gloriemur, quàm in cruce ac pendenti. Gala.6.
Per quem nobis crucifixus mundus, & nos mundo: tibi semper sim innixus summo Christo præfœcundo.
Stigmata tua dñe, te sequens tuo nomine, corpore in meo iugiter portem uere salubriter.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex epistola Pauli apostoli ad Ephesios.

BEnedicte pater Christi, miserere reo isti: in Christo benedixisti nos per dona quæ dedisti, omni benedictione, spiritali unctione. Ephe.1.

Nos in Chri-

Nos in Christo elegisti ante mundi factionem, ut essemus id egisti per prædestinationem, sancti & immaculati, charitate consummati.

Deus nos prædestinasti prolis in adoptionem, id per Christum actitasti tuam per uolitionem, in laudem tuæ gloriæ & gratiæ unctoriæ.

In quo nos gratificasti, in charo tuo filio, per quē pater nos saluasti sanguinis eius pretio.

Cuncta deus operaris mentis tuæ consilio: nos creasse cōmendaris tuā in laudem initio.

Sanctos spū signasti fidos, qbus hūc donasti: pignus qui hęreditatis nostrę extat p te gratis.

Pater Christe rex gloriæ, sapientiæ proprię spiritum agnitione ueritatis fer optime.

Nostrę ut uocationis, arceq; electionis, ut condigne contemplemur, teq; semp ueneremur.

Tuam deus potentiam, Christum suscitans monstrasti, quem iuxta congruentiā tua in dextera locasti.

Super oēm principatū, potestatem, dn̄atum, & uirtutē atq; cuncta, tibi corde sint cōiuncta.

Hunc dedisti ecclesiæ caput pater egregie, imò omni hierarchiæ prætulisti eū pie, huic ecclesiasticæ, cœlesti theorasticæ.

Ephe. 2. Deus diues pietate, nimia & charitate ad nos, nos mortificatos peccatis, uiuificatos fecisti Christi merito, obedienter edito.

Saluati tua gratia, ingressi tua atria sumus Christe tua fide, nō ex nobis: tu nos uide.

Tuum quippe est hoc donum, non ex nostris operibus, ne quis glorietur bonum se, ex se in uisceribus.

Tua pater nos factura nos in Christo recreasti in bona operatura: quam tu deus præparasti, ut in ea ambulemus, bonis actibus uacemus.

Christe nostra pax fecisti, unū ambo dum obisti, cruce inimicitias necās, tollens nequitias.

Per te nobis est accessus ad deum, ut es professus in uno plane spiritu, gratioso adhibitu.

Ephe. 2. Nos sanctorum Christe ciues fecisti, & domesticos dei: simus ne rex diues hospites inter besticos.

In te Christe cohæredes, concorporales, consortes, gentes factæ tuæ sedes, quæ & tuæ sunt cohortes diuinæ promissionis ac beatæ uisionis.

Ephe. 3. Pater Christi ex quo cuncta nominatur paternitas, à te nostra mens fit uncta, daq; summa æternitas mente semper roborari, per paracletum firmari.

Vt in nobis cōmoretur Christus fide & seruetur, iuxta tuæ diuitias gloriæ, nec despicias.

Fac nos supereminentem scire Christi charitatem, impleamur ut in mentem per immēsam pietatem, in om̄em plenitudinem ac tuam sanctitudinem.

Vales cuncta abundanter facere plus quàm poscimus, & implere redundanter nos plusq̄ ipsi noscimus, tuam deus per uirtutem, tibi hymnus, fer salutem.

Ephe. 4. Fac nos digne ambulare, quo uocatu nos uocare es dignatus, timorate omni cum humilitate, patienter & mansuete supportantes cum quiete.

Inuicem in charitate, solerter in ueritate, unitatem conseruantes mentis, pace nos ligantes.

Deus paterq; cunctorum unus es, rex seculorum, super omnes & per cuncta, præsta corda in te uncta, & in nobis es omnibus, nos imple sanctis promptibus.

Data gratia cuiq; est o Christe iam ubiq; tuæ metro dationis præsta lucem rationis.

Qui ad terrā descēdisti, idē cœlos ascendisti, ut impleres dominatu cuncta, gratiæq; datu.

Nō pusilli, fluctuātes omni uento nutitātes doctrinæ simus labilis, sed cordis uere stabilis.

Da ut mente renouemur, nouū hominē sectemur, ueritatis sanctitate ac perenni æquitate.

Nos benignos & clemētes deus fac & ignoscētes, ut p Chr̄m indulsisti nobis, piusq; fuisti.

Ephe. 5. Tui simus sectatores, filij ut charissimi, ut eamus uiatores, pauperes, egentissimi, semper in dilectione, ut amasti Iesu bone.

Galat. 5. Qui ob nos te tradidisti, & te patri obtulisti odorem suauitatis, hostiamq; sanctitatis.

Per Christum nos paracleto imple pater nos alito, ut in hymnis colloquamur, tuis laudibus pascamur.

Tibi semper cōpsallentes, grates mente referētes pater in Christi nomine, in om̄ib⁹ ò dn̄e.

Ecclesiam dilexisti, pro hac Christe te dedisti, illam ut sanctificares, in æternumq; beares, aquæ lauacro hanc mundās, uerbo uitæ & fœcundans.

Vt ò Christe exhiberes tibi atq; contineres gloriosam ecclesiam, non habentem inediam, mentis rugam aut maculam, sed charitatis faculam.

Nos conforta gratiose, asta semper uirtuose, uesti tua armatura, per quam mens sit deiectura dæmonum machinamenta, uniuersa tentamenta.

Nos lorica

Nos lorica æquitatis, scutoq; fidelitatis, uere salutis galea, ense spiritus phalera. Ephe.6.
Contra carnem & sanguinem non est nobis luctatio, sed contra sæuum anguinem, grauior conflictatio in hostes inuisibiles, apostatas odibiles.
Da nos semper exorare deus simplex, in spiritu mēte pura uigilare, in uita & in obitu nunquam corde relaxari, non tędere aut frigidari.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex epistola Pauli ad Philippenses.

BOna cœpta confidimus te in nobis completurum, idq; deus exquirimus, te sperantes miserturum. Phil.1.
Vt charitas quotidie crescat absq; segnitie, in nobis in scientia cum supereffluentia.
Vt probemus potiora, & extemus omni hora puri, nullum offendentes, cuncta propter te agentes.
Reple fructu iustitiæ pater nos per saluatorem, ut in arce fiduciæ Christus suum per splendorem, in carne magnificetur nostra, nunc & dum labetur.
Sis nobis Christe uiuere, mori lucrū arbitremur, carnē optē abijcere, tecū esse pconemur.
Non tam in Christum credere da, quàm ob hunc non cedere in aduersis, sed gaudēter cuncta ferre patienter.
Vane & cōtentiose nil dicamus aut agamus, sed ò deus amorose, fratres nos præferamus.
Cum in dei esses forma, Christe æquitatis norma, non rapinam arbitratus, nec mendose es effatus deo patri te æqualem atq; consubstantialem. Phil.2.
Verbū exinanisti, formam serui assumpsisti, usq; mortem obedisti, exaltari meruisti.
Nam te pater sublimauit, summum nomen condonauit, ut genua cœlestium cuncta atque terrestrium infernorumq;, flectantur tibi Christe ac subdantur.
Teq; in patris gloria omnis lingua fateatur, felicitate propria frui deum te loquatur.
Operemur cum timore, metu iugi ac tremore nostram deus nunc salutem, sic agendi da uirtutem.
Tu in nobis operaris uelle atq; perficere, uoluntate hæc laudatis tua pia efficere.
Absq; murmuratione atq; hæsitatione cuncta Christe peragamus, filij ut consistamus tui simpli abs querela, mentes nostras tu reuela.
In peruersa natione deus dulcis Iesu bone, fac nos ut luminaria lucere, exemplaria cunctis opera monstrando, uirtuose conseruando.
Quæ lucra æstimauimus, detrimenta nunc putemus abs te Christe errauimus, per hæc una te seruemus. Phil.3.
Et ob tuam eminentem fili dei scientiam, omnem rem hic consistentem per mentis sapientiam contemnamus ut stercora, tu nos tibi incorpora.
Quæ retro obliuiscamur, in diuina extendamur, destinatum assequētes, brauiumq; intuentes supernæ uocationis, summæ præmiationis. Phil.3.
Sit nostra cōuersatio in cœlis summa ratio, saluatorē præstolemur Christe te, quē gratulamur corpora reformaturū, nostra secū locaturū.
In te semper exultemus, per modestiā micemus, sic ut cunctis innotescat, mens in te & con notescat nempe te nos confortante, cuncta quimus te testante. Phil.4.
Omnem mentem pax transcendens tua Christe sit impendens opem, intelligētias nostras seruans, sic sentias.
Pudica, amabilia, iusta, sancta, utilia in te deus cogitemus, atq; à te procuremus
Affectus impletionem, & beatam uisionem, iuxta tuas diuitias æternas per delicias.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex epistola Pauli ad Colossenses.

IMple tuę uoluntatis deus nos agnitione, & cōforma nos beatis, illustrata ratione in omni sapientia, mentis intelligentia. Coloss.1.
Vt te digne ambulemus, omni & uirtute stemus, crescentes in sciētia tua atq; potētia.
Grates tibi referimus, q nos dignos ut credimus, fecisti sorte luminis, electorumq; numinis.
Saluans nos de potestate tenebrarum rex beate, nos transponens in dilecti regnum nati tui recti.
Qui tua inuisibilis est imago, non scibilis, omnisq; primogenitus creaturæ, te editus, p quē & in quo creata cuncta sunt ac reformata.
Christe caput ecclesiæ, primatum præsidentię tenens, in te habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, nos lauit pater per te om̄es gratis,

Tua mortē

Tua morte fac nos sanctos & irreprehēsibiles, in te gratiose tantos, fundatos, immobiles.
In fide euāgelij nostræ salutis medij, spe amoreq; feruentes, ab his nunquam recedentes.
Colos.2. Omnes sunt sapientiæ thesauri & scientiæ, in te Christe absconditi, instar mellis reconditi.
Caput omnis principatus, potestatis, magistratus es, quo sumus circūcisi spiritaliter ac uisione, in expoliatione uitij à ratione.
Tecum Christe consurgamus: quæ sursum sunt sapiamus, quo es in patris dextera, uirtus eius non extera.
Veterem nos expolia hominem & eius actus, nos ruentes ut folia, uesti nouū pie tactus.
Tua qui agnitione renouatur Iesu bone iuxta dei imaginem, à quo habet propaginem.
Pietatis uisceribus nos imple & operibus, indue nos benignitatem, modum ac humilitatē, inuictam patientiam, unctamq; sapientiam.
Colos.3. Inuicem ut supportemus, ac peccanti mox donemus, & præsertim charitate uinculo perfectionis imple deus nos beate cum splendore rationis.
Christe tua pax exultet in nostris semper cordibus, & per eam mens resultet in te, depulsis sordibus.
Verbū tuum abundanter in omni sapientia fit in nobis incessanter, increata essentia.
Vt docētes & hortātes simus inuicē nos recte, hymnis psalmisq; cantātes tibi deus ꝑelecte.
Quicquid sumus peragentes in uerbo aut in opere, in te Christe exhibētes simus id digne propere, per te grates referamus deo patri quem laudamus.
Porro precibus instemus, & in eis uigilemus cum gratiarum actione, feruida deuotione.
Colos.4. Sapienter ambulare da nobis ad extraneos, uerba uncta explicare nos apta ad intraneos.
Verbum sagax da habere, ut sciamus respondere cunctis prorsus sapienter, ut oportet, & decenter.
Subditis da admoneri, præsidentes ordinare, ut hi curent adimplere diligenter timorate assumptum ministerium, iuxta tuum imperium.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex epistola prima ad Thessalonicenses.

1.Thes.2. FAc nos loqui ò domine dignè in tuo nomine, non ut homini placentes, sed tibi qui probas mentes.
Verba adulatiōis deus nunquā admittamus, humanę cōditionis gloriā nō quęramus.
Nostra sanctificatio ē uoluntas tua uere, ut sciat nostra ratio corpus suum possidere in honore, sanctitate, uili non carnalitate.
In bonisq; operibus, puris mentis uisceribus, nos quiete da uacare tibi, & plus abundare.
1.Thes.4 Et honeste ambulemus ad hos omnes qui sunt foris, nec cuiusquam quid optemus cunctis uitæ nostræ horis.
Vt te mortuū fuisse Christe ac resurrexisse credimus, sic cōfitemur ꝗd & mēte reueremur.
Deum tecum adducturum mortuos, & id acturum die illa præhorrenda, cœlum & terra ꝗ mouenda.
Nam tu Christe altissime, descēdens uelocissime de cœlo in iussione, tubæq; sonitione & in uoce archangeli, ac tui summi angeli.
Et defuncti in te entes, primi erunt resurgentes: uiui qui inuenientur, tunc cum illis rapientur tuū Christe in occursum: semper erunt tecum sursum.
1.Thes.5. Dies tuus instar furis nocte Christe ē uēturus: iudicabis tūc pro puris, impios reprobaturꝰ.
Qui cum inter se dixerint, pax nobis & securitas, nec dolendo afflixerint se, tāquam sit immunitas, repentinus interitus ueniet eis meritus.
Mutuo da consolemur, inuicem ædificemur, ampliusq; diligamus præsidentes, laborātes, pacem cum his habeamus, opus horum aspectantes.
Inquietos corripere, infirmosq; suscipere, solari pusillanimes, cōmorari unanimes, fac nos deus & ad mentes singulorum patientes.
In te semp gloriemur, incessanter te ꝑcemur, ĩn cūctis regratiemur, mali specie purgemur.
Deus pacis sanctifica nos, clementer deifica, ut in carne & in corde simus integri, absq; sorde sancte coram te uiuendo, te ardenter diligendo.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex II. ad Thessalonicenses epistola.

2.Thes.1. FIde clara concrescamus, charitatem ardeamus, in alios instantius, ò deus abūdantius.
Sempiternas sustinebunt praui pœnas, & dolebunt, à conspectu maiestatis, tuæ Christe æquitatis.
Quando tu glorificari uenies & sublimari in sanctis & credētibus, tibi uere hærētibus, sancta tua

cta tua uocatione nos dignare deus bône. 2.Thess.2.
Tu Christe interficies,& omnino deijcies filium perditionis,tuę uerbo iussionis.
Pater qui nos dilexisti,& æternā pręstitisti nobis consolationē, bonamq; sperationē, corda nostra exhortare,firma,doce,immorare.
Ab importuno homine libera nos domine,& à fratre ambulante inordinate nec ante,nos prudenter subtrahamus,ne & ipsi pereamus.

Laus dei ex prima ad Timotheum epistola.

FInis tuæ iussionis uirtus est dilectionis,de purgato corde,bona conscientia: hanc dona:& fide non conficta,nostra aufer nunc delicta. 1.Timot.1.
Sermo uerax & fidelis omni dignus acceptatu: quia missus es de cœlis Christe in hunc mundum datu patris,reos liberare peccatoresq; saluare.
Quorum & ego primus sum,qui limus atq; imus sum.
Tibi regi seculorum,creatoriq; cunctorum, immortali & inuiso pręsidenti paradiso, sit sempiterna gloria,honor,uirtus,laus propria.
Obsecramus,postulamus,grates agimus, oramus te pro cunctis hominibus, regibus & principibus.
Vt à te sic gubernentur,& tam iuste conuersentur,ut tranquillam & quietam uitam deducamus lætam in omni castimonia,piaq; sanctimonia. 1.Timo.2.
Deus omnes uis saluari,ueritate conformari: unus deus es creator,unus quoq; mediator, inter temet & nos Iesus,nostra pro salute læsus.
Fac orare nos ubiq; semper pie, non inique, puras manus eleuando cum feruore, nec rigando.
Sacerdotes,pontifices fac uirtutum opifices,morigeratos,prudētes,hospitales,cōtinētes. 1.Timot.3.
Pios, sobrios doctores,Christi dignos sectatores, & irreprehēsibiles,in cūctis diligibiles.
Diaconos fac sobrios, ministros tibi proprios,non bilingues sed pudicos,non auaros sed amicos in pura conscientia,uernantes continentia.
Verbum dei incarnatum pietatis sacramentum,magnum es præexaltatum,nostrum summum firmamentum.
Quod in carne declaratum,spiritu iustificatum,angelis notificatum,gentibusq; prædicatum,assumptum es in gloria,uirtute præceptoria.
Et in uera pietate digne nūc exerceamur,cui spopondisti rate,ut re ipsa protestamur, bona nunc & in futuro,te fruamur corde puro.
In te deus confidimus,quē saluatorē dicimus,uniuersarū gentiū,& præsertim credētiū.
Cunctis fac nos exēplares uerbo,uita,charitate,castitate singulares,fide ac modestitate.
Fac prælatos lectioni,forti exhortationi,& doctrinæ insudare, gregem suum pręamare: tuam nusq̄ negligere gratiam,sed perficere. 1.Tim.4.
Abs pręuio iudicio nil agamus,ne uitio corruamus, imprudenter quid agendo, aut fallenter.
Alimenta,tegumenta,dum habemus,contentemur:fideiq; certamina,forti mente prelięmur:spernamus auaritiam,per diuinam peritiam. 1.Timo.5.
Solus potens es rex regum,mundi sator,dator legum: solus immortalitatem,inaccessibilitatem lucis habens ac habitans,quem nemo uidit flagitans.
Hic te Christe demōstrabit cūctis, qn̄ iudicabit per te die nouissimo tibi uacē mūdissimo.
Da ut diuites seculi non sint tui æmuli,nec in uanis diuitijs sperēt,pompa,aut uitijs: uerū in te deo uero,corde pio ac syncero.
Nō o deus intumescāt, cito domine assuescāt bonis semp operibus,ditescāt in uiscetibus.

Laus dei ex secunda ad Timotheum epistola.

SPiritum non pręstitisti nobis seruilis timoris,sed uirtutis: infudisti tui spiritum amoris,ueræq; sobrietatis,deus auctor pietatis. 2.Timo.1.
Vt mentis prōptitudine,uirtutū plenitudine,seruiamus pijssime tibi, ac deuotissime.
Christe non erubescamus hic tuum testimonium: sed secure te promamus, ad cœli nos duc solium.
Per te pater nos uocauit gratia tua, haud merito nostro: qui pręordinauit ab æterno non edito in te conferre gratiam nobis, luciśq; patriam.
Mortem Christe destruxisti, uitam ueram reddidisti: si tibi nunc commorimur, gratiose conuiuemus:& si digne compatimur, gloriose conregnemus.

2. Timo. 2. Fac nos pater laborare, ut bonos Christi milites: non nos finas implicare rebus mūdi pręcipites, sed in cunctis intellectum pręsta nobis, & cor rectum.
Tibi nos exhibeamus probatos operarios: ueritatis assumamus sermones necessarios, recti, inconfusibiles, simus ac dirigibiles.
Verba uana & prophana deuitemus mente sana: nunquam uerbis contendamus, & affectus fugiamus pueriles atq; uiles: tuus ô Christe sim miles.
Seruum tuum litigare non est decens, Iesu chare: sed mansuetū & docilem, patiētemq; sobolem, & modeste arguentem, ueritati resistentem.
2. Tim. 3. Volentes pie uiuere in te Christe, suscipere decet persecutiones, tāquam tuas dationes, & has ferre glorianter, teq; sequi æstuanter.
2. Tim. 4. Da prælatis prædicare uerbum tuum opportune, uigilāterq; instare etiam & importune, increpando patienter, obsecrando diligenter.

Laus dei ex epistola ad Titum.

Titi. 1. SAcerdotes, pontifices, populi sint opifices: Christe tu fac hos uiuere abs crimine deifere.
Iram, incontinentiā, pompā ac uinolentiā, cupiditatē fugiant, gregūq; culpas lugeāt.
Fac hos deus hospitales, pios castos & frugales, iustos, sanctos, eruditos, omni gratia fulcitos, agant suum officium condigne, non per uitium.
Tit. 2. Senes, anus, iuuenculas, iuuenes & clientulas, uirtutibus decētibus orna deus in mētibus.
Tua saluator gratia apparuit iam uaria uniuersis hominibus cum diuinis luminibus, docens nos ut abnegantes culpas tibi aduersantes, seculi desideria, & cūcta improperia.
Iuste, pie, non gulose conuersemur, uirtuose, spem beatam expectantes, & aduentum præstolantes tuum Christe deus sancte, immolate ob nos tante.
Te pro nobis tradidisti, ut à culpis nos mundares, ob nos mortem pertulisti, ut nos tibi acceptares, teq; iugiter sectemur, & quę iusta operemur.
Tit. 3. Benignitas apparuit, humanitasq; patuit tua Christe liberator, non ex nostra o saluator nos saluasti ęquitate, sed tua cum pietate.
Per regenerationem, atq; renouationem sancti spiritus clementer tuis dati affluenter.
Tua ut iustificati gratia ac adornati, simus uitæ sempiternæ cohæredes rex superne.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex epistola ad Hebræos.

Hebr. 1. TV pater multifarie olim loquens fons gratiæ, priscis nostris per prophetas, ueritatis tuæ metas: nunc locutus per filium nobis tuum consilium.
Quem hæredem statuisti secundum humanitatem omnium, per quem fecisti secundum diuinitatem omnia prorsus secula, non tibi sit plebs ęmula.
Qui cum sit splendor glorię, character perfectorię tuæ pater substantiæ, origo elegātiæ.
Cuncta sua ui sustentans, culpas purgans, non retentans, residet ad maiestatis dexteram, fons bonitatis.
Angelis tanto melior, quo filius est uerior: est nā proles per naturā, & non per imitaturā.
Nulli quippe angelorum es locutus, rex cœlorum: tu existis meus natus, hodie ex me generatus.
Nam administratorij spiritus sunt uniuersi salutis operatorij, instrumentales, detersi, missi in ministerium ob electos egregium.
Hebr. 2. Nos oportet obseruare tua uerba timorate fili dei ô præclare, cū sint iussa tam curate, ob seruari uerba legis datæ per ministrum regis.
Legem tuam confirmasti signis magnis & portentis, & eandem roborasti plurimarum munimentis uirtutum atq; munerum spiritus, ultra numerum.
Psalm. 8. Christo deus subiugasti orbē terræ post futurę, gloria hūc coronasti & honore, propter puræ passionis promeritū nobis clemēter deditū, pro nobis tua grā mortē tulit ꝑ patria.
Te propter quem sunt omnia, per quē item sunt omnia, multos natos qui saluasti sanguine quos liberasti, passione consummari condecebat, & his dari.
Fratres tuos hinc dixisti eos, qui & destruxisti tua morte ac uicisti, penitusq; deiecisti hūc qui mortis imperium habuit per mysterium.
Non naturā angelicā, sed humanā assumpsisti, quā per uirtutē cœlicā ex Abrahā induisti.
Fratribus hinc similari tu in cunctis debuisti, sicq; clemens declarari, fidus pontifex fuisti ad deum, propitiando culpas plebis, temet dando.

Quo es passus & tentatus, es iuuare potens ratus tentatos tuo merito, tu omnes nos protegito.
Nostrę tu confessionis apostolus & pontifex, qui in domo mansionis patris, qui est insontifex, eras fidus & filius, te nil optabilius. Heb.3.
Hæc domus est ecclesia, plebs fidelis egregia, fidutiam & gloriã spei seruando propriam.
Nunquã corda obduremus auditis tuis sermonibus: inuicem nos excitemus sanctis collationibus, ne quis culpæ fallacia uagetur per inania.
Vereamur ne relicta sponsione à te dicta intrandi tuam requiem, summam, plenam tẽperiem, nostrum quis inueniatur tunc deesse, & pellatur. Heb.4
Viuus pater sermo tuus, uerbũ tuũ ac filius: nos conseruet uigor suus, q̃ nihil est felicius.
Sermo penetrabilior omni ense agilior, cui nil inuisibile, sed omne ens noscibile: cuncta nempe sunt aperta eius oculis, ac certa.
Te habentes pontificem magnum, mundũ artificem fili dei, accedimus thronum gratię: credimus nam in te, ut consequamur pietatem, qua saluamur.
Christe, non clarificasti te ut pontifex fieres: sed quem patrem honorasti, ut nos quoq; redimeres à te, meus es filius, ait pater sublimius. Heb.5.
Preces patri cum clamore forti, lugens præ horrore, offerens es exauditus, tua dignitate scitus.
Cumq; esses dei natus, ex his quibus cruciatus es, parere didicisti, obedire docuisti, id experimentaliter discens, quod scis mentaliter.
Passione consummatus causa factus es salutis omni tui principatus iussa tenenti, uirtutis.
Tu secundũ manerię Melchisedech appellaris põtifex, q congeriẽ culpæ amouere faris.
Sensus da exercitatos, solidum ut capiamus cibum, & illuminatos à te sensus hauriamus.
Non es iniustus domine, nostra bona obliuiscens, illos diuino nomine sequi, nostra mens sit discens, quæ fide, patientia, te possident fruentia. Heb.6.
Abraham longanimiter ferens, sponsare adeptus: nos quoq; fac similiter spe firmatos, te sim septus. translato sacerdotio, uis legis fit amotio. Heb.7.
Ad perfectum lex non duxit: per te Christe spes illuxit, per quam deo propinquamus, & salutem impetramus.
Aeternum sacerdotium habes, manens nam æterne: hinc salubre negotium agis, saluans nos superne.
Per te patrem es accedens, ad precandum nec recedens, monstrans latus & uulnera, ut mentis sanes ulcera.
Pontificem nos decuit te habere & eguit: purum, sanctum, innocentem, super cœlos residentem.
Qui ueri tabernaculi & sanctorũ es minister, diuini habitaculi, quod fixisti, tu magister. Heb.8.
Patri astans futurorum pontifex tu es bonorum, cœleste tabernaculum es ingressus per cruorem tuum: non per umbraculum legis, aut legalem morem. Heb.9.
Sanguine atq; cinere hostiarum legalium, purgantibus facinore fœditatum carnalium.
Multo plus nos emundabit sanguis Christi & saluabit, qui per sanctum spiritum se obtulit ad libitum deo patri illibatum, quo cor nostrum fit beatum.
Testamenti mediator noui Christe es saluator, morte ut intercedẽte tua & nobis succurrente, culpæ pro remissione te fruamur factor bone.
Nõ in sancta manufacta uerorum exemplaria introisti, sed in acta à te, trans luminaria in cœlum ut appareas patri ob nos, ac clareas.
Semel Christe es oblatus culpas ad exhauriendas, & secundo ut es fatus ad personas redimendas: expectantes te parebis, impios à te delebis.
Vnam pro culpis uictimam offerens tam legitimam, corpus tuum in æternum, iuxta patrem es supernum, donec tui inimici deprimantur impudici.
Fac nos deus accedere, plenissimeq; credere cum pura conscientia, perenni persistentia, spei nunc confessionem, tenentes per unctionem.
O deus quàm terribilis dies tui iudicij, ignis item horribilis diri causa supplicij, puniẽs aduersarios peccati operarios. Hebr.10.
Horrendum est incidere manus tuas uiuens deus, cum te constet affligere sine fine hunc qui reus.
Tua deus perpendamus, augẽtes dilectionem: neq; nostram relinquamus fraternã collectionem,

ctionem, ut est moris antiquorum, pusillorum & uagorum.
Tanto hanc plus consolemur, quanto diem intuemur propinquare iudicij, ac proprij excidij.
Non nostram confidentiam amittamus, quæ habebit tuam deus fruentiam, quæ in æuum permanebit.
Da deus patientiam nobis pernecessariam, ut per obedientiam seruemus omnifariam uniuersa quæ iussisti, sortiamur quæ dixisti.
Hebr.11. Iusti fide sunt uiuentes. quod si se sint subtrahentes, tibi deus non placebunt, nec superna obtinebunt.
In fide testimonium bonum, atque præconium à te senes sunt adepti, uiri sancti non inepti, qua secula disposita noscimus & edomita.
Abs fide impossibile tibi deus est placere: qui habet cor docibile, ista debet recensere.
Oportet quippe accedentem te, syncere exquirentem, credere te uere esse, munerando non deesse.
Iuxta fidem sunt defuncti sancti olim, à te uncti, repromissa non sumẽtes, procul hęc aspicientes, salutantes, peregrinos se hic stantes & supinos.
Hebr.12. Sãcti fide deuicerũt regna, iusteq; egerũt. & promissa sunt adepti, summa luce circũsepti.
Omne pondus uitiorum per te deus repellamus, & certamen nunc laborum nobis positum curramus per iugem patientiam, ac fixam sapientiam.
Te ô IESV contemplantes, fida menteq; sectantes, quæ gaudio proposito pati malebas solito.
Te qui tanta ptulisti, & contẽptus sic fuisti ab iniquis, meditemur, ne aduersis fatigemur.
Disciplinam diligamus tuam. in hac persistamus. nam quem amas tu castigas, sic ut omnẽ hunc affligas quem suscipis in filium: uota imple humilium.
Si tenemur obedire genitori hic carnali, quanto plus sub te transire opus, patre spiritali, creatori spirituum: me tuum fac æditum.
Pacem atque sanctitatem, abs qua nullus deitatẽ cernet, fac nos imitari, à te nusq̃ separari.
Radix amaritudinis nunquam nobis innascatur, quam ut terram salsuginis uere prudens detestatur. nam hac multi inquinantur, & habentes retardantur.
Venimus ad Sion montem, ad te deum lucis fontem, & Ierusalem cœlestẽ, fugientes mundi pestem.
Atq; multorum milium angelorum frequentiam, per Christi dei filium patris sapiẽtiam.
Hebr.13. Amorem fraternitatis atq; hospitalitatis fac nos deus obseruare, charitateq; flagrare.
Honestum da connubium, thorumq; immaculatum plebi tuæ haud dubium Christianę me fac gratum.
Varijs ac pegrinis non fallamur nos doctrinis: sed cor nostrũ stabiliat gratia, quę cõciliat.
Christe ut sanctificares plebem, tuum per cruorem, in æternum hanc saluares, tuum ei dans fulgorem, extra portam es perpessus ô amator indefessus.
Ad te ergo exeam⁹, improperiũ feramus tuũ, urbẽ nõ habẽtes hic manentẽ, sed quęrẽtes.
Per te Christe offeramus laudis hostiam iam deo, nec oblitui tradamus, toto precor corde meo.
Nũc beneficientiã, imo nunc cõmunionẽ: per hanc nam offerentiã, tuã meremur uisionẽ.
Nos propositis parere fac, sic atque nos habere, ut gaudentes pręsidere queant, neque nos deflere.
Deus pacis eduxisti magnum de monte pastorem, per quem plebem redemisti Iesum Christum saluatorem: apta nos in omni bono, omnem in te spem repono.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex Canonica Iacobi.

Iacobi.1. OMne gaudium putemus, cum diuersas sustinemus o deus tentationes, ut p te perfectiones simus integre habentes, in nullo deficientes.
Deus qui das affluenter cunctis, neque improperas, dona nobis misereter uirtuosas nunc operas, salubrem sapientiam, petendi confidentiam.
Spe est coram te beatus, qui suffert tẽtationem: nam cum fuerit probatus, sumet coronationem, quam promittis te amãti, uereq; perseueranti.
Omne donum dignissimum, omne datumq; perfectum à te ens præstantissimum, quod transcendens intellectum.

Flu-

Fluit ô pater luminũ, origo & fons numinũ:in te nulla mutatio, nec uicis obumbratio.
Sponte uerbo ueritatis nos regenerasti gratis, ut in rebus sic creatis primũ quoddam simus datis.
Veloces ad audiendũ uerba tua,simus deus:tardi autem ad loquendũ, & ad iram: precor reus ut sumamus mansuete salutare uerbum de te.
Verbi tui fac actores nos, non uanos auditores: linguam quoq; refrenemus, religiose & externus.
Pauperes tu elegisti,fide diuites q̃s scisti,qui hæredes extãt regni,spõsi amãti nõ segni. Iacob.2.
Non personam capiamus,totam legẽ impleamus,nec in uno offendentes,uiuã fidem possidentes:nam in uno qui offendit,reũ omnium se ostendit.
Bona cõuersatione actus nostros ostendamus,& mansueta ratione zelũ,lites, repellamus: habens nam amarũ zelũ,non propinquans est ad cœlum.
Desursum sapientia pudica est,pacifica:modestiæ splendentia suasibilis,dulcifica. Iacob.3.
Plena miseratione,& uirtutũ actione,nusq̃ similatorie censens,sed amatorie.
Amicitiæ seculi tibi deus aduersantur,qua fiunt tui æmuli mundi esse qui cõnantur: nam qui mundi est amicus,hostis tuus est impudicus. Iaco.4.
Tibi nos obedientes,dæmoni fac resistentes:corda à duplicitate,manus ab iniquitate depuremus, & mutemus risum gaudiumq; uanũ in mœrorẽ, luctum sanum.
Coram te humiliemur, nulli prorsus obloquendo: uitã nostrã cõtẽplemur quòd sit uapor:defluendo paruin parens:longã uitã præsumamus ne nẽscitã.
Fac nos semper patientes,in alterutrũ gementes nũq̃ simus,formã uatum imitantes: nam beatum horum chorum prędicamus, patientiã laudamus. Iacob.5.
Vitiose non iuremus contristati:te laudemus, nunc orando, nunc psallendo, nũquam à te recedendo.
Aegros digne da inungi, & beate tibi iungi: mutuo confiteamur, & pro inuicẽ nitamur exorando ut saluemur, te ardenter ueneremur. Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex prima Canonica Petri.

GRatia multiplicetur,incessanter & pax detur nobis à te pater deus, actor & saluator meus. 1.Petr.1.
Secundum præscientiã tu nos deus elegisti:per tuãq; clementiã nos à morte reduxisti,sanguinis aspersione Christi,obeditione.
Pater Christi benedictus deus es incircũscriptus,qui secũdum pietatẽ magnã tuã & charitatẽ in spẽ nos regenerasti uiuã atq; reformasti.
Christi resurrectione, qua hæreditatione sempiterna ditabimur in cœlis, ac lętabimur.
In te Christe gaudebimus,sed interim dolebimus,ut fidei probationostrę, ac conuersatio sit auro pretiosior, tuã ad laudẽ ac potior.
Te deus nunc diligimus, credentes quẽ nõ uidimus, uidẽtes te lętabimur gaudio ineffabili:fidei tunc dotabimur fructu desiderabili,qui est salus animarũ,finis actionũ harũ.
Mentis lumbos nunc succincti, tẽperati sursum tincti, & perfecti cõfidamus in te deus, nec tuamus,nati obedientiæ,innitentes clementiæ.
Nostræ nõ cõfiguremur cęcitatis affectibus pristinis,sed depuremur uirtuosis effectibus.
Iuxta sanctum te sanctorum,qui uocasti nos, ut morum sanctitate fulgeamus, omni uita splendeamus.
Pretio corruptibili,auro aut te cõsimili nõ nos Christe redemisti,ob nos sanguinẽ fudisti.
Agne dei illibate,rex uirtutum,dux beate, animas castificemus obeditu charitatis: mẽtes tibi prępare mus,amore fraternitatis, simplo corde diligentes inuicẽ, & cõplectentes.
Nos per incorruptibile semẽ,pater renouãsti:per uerbũ intrãsibile,spiritu regenerasti.
Omnẽ dolum,malitiã, hypocrisim, inuidiã, detractiones uitemus, puritatis lac optemus, ut nunc geniti infantes,ut te simus conspectantes.
Quàm sis dulcis degustemus, Christe ad te properemus,lapis uiuus reprobatus à peruersis hominibus,sed electus honoratus à deo,in numinibus.
Per te genus nos regale Christe, ac sacerdotale sumus, gens purgationis, plebsq; acquisitionis, ut uirtutes nuntiemus tuas,& te prędicemus. 1.Petr.2.
Qui de tenebris uocasti nos in lucẽ mirabilẽ: de inferno liberasti,in splẽdorẽ optabilẽ.
Et nos tãquam peregrinos da affectus indiuinos carnis, prorsus expugnare, quas sentimus militare contra cor ut inter gentes,simus sancte conuiuentes.

Fac nos propter te subiectos cunctis, gratiosos, rectos, ut ora imprudentiũ claudamus lucementium, sic ut bene conuersantes cõpescamus obtrectantes.
Fac nos omnes honorare, & aduersa tolerare sine causa & illata mente fixa, inturbata.
Christe es pro nobis passus, formã nobis relinquẽdo, ut sequamur te qui lassus eras post te gradiendo.
Cum a prauis patereris, atq; malediceris, eis non maledixisti, neq; minas intulisti.
Condemnanti te dedisti nostras culpas tu tulisti, ut peccatis morientes, iuste simus incedentes.
Quasi oues errauimus, quando non ambulauimus post te Christe: sed uertisti nos ad te, qui extitisti es q; pontifex nostrarum, nec non pastor animarum.
1 Pet. 3. Nos in fide fac concordes, humiles, misericordes, patientes, non reddentes malum, sed benedicentes: nobis nullus quit nocere, bonum si sectemur uere.
Christe te sanctificemus, conscientiam seruemus bonam sancto cum timore, & modesto semper more.
Semel ob nos es oblatus fili dei, nobis datus, carne ut mortificatos, menteq; uiuificatos, nos offerres patri deo, culpas delens coram eo.
Tu in cœlũ es profectus, omnis chorus est subiectus tibi Christe angelorum, ordinumq; supe norum.
1. Pet. 4. Pios fac nos & prudentes, charitatem retinentes, in orando uigilãtes, tuis donis radiãtes.
Collatam nobis gratiam alijs communicemus, trahendo hos ad latriam, ut te simul honoremus.
Bonum ut dispensatorem decet tuæ multiformis gratiæ, te saluatorem secter mente deiformis.
Pater honorificeris in cunctis per Iesum Christum: gloriosus adoreris, qui creasti mundum istum.
Tuæ dum communicamus passioni, gaudeamus Christe, ut in gloria lætemur perfectoria.
Propter te dum exprobramur, nos felices arbitramur: nam quod honoris, glorię & uirtutis est proprie dei, super nos quiescit, eis fulgur in splendescit.
Qui secundum uoluntatem tuam deus patiuntur, tibi per fidelitatem commendare se noscuntur.
Pauendum erit iudicium, si & iustus uix saluetur: quale ergo supplicium omnis prauus sortietur.
1. Pet. 5. Prçlatis, senioribus fructuose da prçesse: ut cũ sanctis maioribus, queant gloriosi esse.
Non sint quasi dominantes clero, sed sint formã dantes uitç: lucrum non sectentur, turpe gregis operentur.
Christe fac adolescentes senioribus parentes, inuicem humilitatem omnes monstrent per ætatem.
Sub tua humiliemur manu, ut hac exaltemur die uisitationis deus gloriationis.
Sobrios & timoratos fac nos deus & beatos: dęmoni nos ambienti, ad deuoraudum sæuienti fac nos digne resistere, forti fide persistere.
Deus totius gratiæ qui nos uocasti uarie gloriam ad æternalem, & ad fontem te uitalẽ.
Nunc in Christo parum passos, per labores nunq̃ cassos tu nos firma, fac perfectos, sapientes, fortes, rectos.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex secunda Canonica Petri.

2 Pet. 1. CHriste gemma speciosa, felix est qui in te credit: maxima & pretiosa nobis pater per te dedit.
Vt per hæc efficiamur dei consortes naturæ, nec mundanæ illabamur fœditatem corrupturæ.
Iu fide administremus iam uirtutem, per quam stemus: in uirtute scientiam, in hacq; abstinentiam.
Et in hac patientiam, in ea'que clementiam, in hac proximi amorem, in quo dei per ardorem
Bona conuersatione certa fiat Iesu bone nostra ad te uocatio, atque prædestinatio.
Non indoctas assecuti fabulas, sed te imbuti Christe, tuam confitemur ueritatem, re ueremur &

mur & tuam præscientiam,item omnipotentiam.
Nam honorem accepisti à patre necnon gloriam, uoce lapsa quam audisti ab alto laudatoriam: natus meus es dilectus, beneplacens, ac electus.
Non humana uoluntate prophetia est allata: sed à tua pietate sancte spiritus est data.
Angelis non pepcisti, mundo nec originali: da timere ut iussisti te timore filiali: nec plebs peccet, ne reddatur seruus culpæ & prematur. 2.Pet.2.
Bona scita da patrare: melius nam ignorare æquitatem, q̃ hanc scire, & non actu redimire.
Apud te sunt mille anni deus tanquam una dies. ueteramur tanquam panni, in te solo nobis quies.
Qui non tardas repromissa, ob nos patienter agis, uolens ut amissa nos delere pœnitẽter. 2.Pet.3.
Dies tua adueniet, ut fertur, & tunc deperiet cœlum, igneq́; soluentur elementa, & urentur terra eiusq́; opera: ad succurrendum propera.
Cum hæc cuncta sint soluenda, ô maiestas metuenda, quàm nos sancte cõuersari opus est ac præparari.
Gratia immaculatos, menteq́; inuiolatos fac nos deus inueniri, tua ope præmuniri.
Tuam longanimitatem putemus felicitatem, tibi semper sanctitate ministremus timorate.
Per te nos custodiamus, nec errore nos fallamus: tua in cognitione Christe iugiter crescamus, pura in affectione te feruenter diligamus.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex prima Iohannis Canonica.

VErbum quod ab initio, fuit à te principio pater sancte: audierunt, conspexerũt, tractauerunt incarnatum apostoli, futurorum qui præscij. 1.Ioan.1.
Vitam nobis nuntiarunt æternam ac prædicarunt apud te ô pater entem, sempiterneq́; manentem, ut sumamus lætitiam plenam, claram notitiam.
Deus sancte lux es pura tenebrarum, quo mixtura locum prorsus nõ sortitur, felix mens quę hac uestitur.
Dicens se societatem tecum atq́; charitatem possidere, tenebrose ambulans seu uitiose, is non facit ueritatem, sed incurrit falsitatem.
Si in luce incedimus, sicut te lucem credimus, ad beatam trinitatem habemus societatem, & nos tuus sanguis mundat Christe, bonisq́; fœcundat.
Si abs culpa nos dicimus, nosmetipsos decipimus: nostras culpas confitentes, indulgentiam sumentes sumus pater, qui in cœlis extas iustus ac fidelis. 1.Ioan.2.
Et peccantes aduocatum te habemus dei natum apud patrem, peccatorum propitiatorẽ horum.
Scimus quod te agnoscamus, si mandata obseruamus. nam se dicens te noscere, mendosus est præpostere, si non seruat & mandata à te deus noster lata.
Verbum tuum qui custodit, is perfectam charitatem habet deus, nec quẽ odit, pure amsa ueritatem.
Dicens se in te manere, instar tui se habere debet CHRISTE ô saluator, tui dignus sim sectator.
Amans fratres, conuersatur in splendore & saluatur: sed qui odit, offuscatur, ruit, fallit, cõdemnatur, nescitq́; quo gradiatur, mentis luce nam priuatur.
Da ne mundum diligamus, sed quæ mundi contemnamus: mundum quippe diligentes, tuo amore sunt carentes.
Mundus transit per ætatem, eiusq́; concupiscentia: tuam agens uoluntatem, iugi gaudet manentia.
Tua deus unctione imple nos instructione, ut ipsa nos erudiat deus cũctis, & nos muniat.
Te negãs dei filium ô saluator humilium, tuum negat genitorem, nec te habet saluatorẽ: porro qui te confitetur, patrem habet ac ueretur.
Charitatem ostendisti nobis magnam & dedisti deus pater, ut uocemur tui nati, te sectemur. 1.Ioan.3.
Natos tuos nos credimus, nondum patet quid erimus, cum autem apparuerit, & lux tua claruerit, similes tibi erimus, nam te ut es uidebimus.
Ad hoc Christe aduenisti, ut succurras mundo isti, dæmonis soluens opera, ad saluãdum nos propera.

Deus qui est ex te natus, nō est peccans finaliter: à te nam est defensatus, nec perit æternaliter, quia tuum semen manet in hoc, q̄ meam mentē sanet.
Iniustus fratrē odiēs, ex dæmone est prodiēs, estq; talis homicida: hinc amemus mēte fida.
In hoc scimus charitatē tuam Christe pietatē: sponte nam te tradidisti ob nos, quos id docuisti, ut ob fratres nos ponamus uitā, causam dum spectamus.
si cor nos nō arguerit, tute in te cōfidimus, & precē quā effuderit exauditā suscipimus.
Non oī mox spiritui credamus, intuitu inhærētes: sed probemus, an ex deo sint, sic stemus.
In hoc pater apparuit amor tuus & claruit, quod tuum unigenitum misisti nobis, editum ex Maria, ut uiuamus, per hunc plene gaudeamus.
Charitatē demonstrasti, quia prior nos amasti, mittens tuum filium, saluatorē fragilium, te nos ita diligēte, proximos amemus mente.
In hoc scimus quòd manemus in te, atq; te habemus, q̄a spiritū dedisti tuū nobis, p̄ce isti.
O deus tu es charitas, nos autē nil quàm uanitas: manēsq; in charitate in te manet, ô beate, & in eo tu creator, manens beatificator.
Nō in charitate timor est seruilis, ut hic timor: sed pudicus, filialis, qui & trahit nos à malis
1 Ioan. 4. Te amemus cum feruore, nā & prior nos amasti, qui beato tuo ore seriose imperasti, ut hic amet oēm fratrē qui te amat deum patrē.
se dicens te diligere, si proximū sit odiēs, se sciat se decipere neq; ex te est prodiens.
Amans te qui genuisti, dilige tuum filium, atq; te qui processisti ex utroq; rex milium.
1 Ioan. 5. Iussa tua nō grauida, seruāda mēte auida: oīs ex te natus, mundum fide uincit infœcūdū.
Vincit mundum, qui formata fide credit perornata, te Christum dei filium, qui uenisti ut lilium, nō per aquā deus tantum, sed per sanguinē persanctum.
Sanctus spiritus testat, q̄ tu Christe sis ueritas, per te mens erudiat, ô adoranda deitas.
Tres in cœlo cōtestantur pater uerbū & spiritus: & hi unū prædicātur in natura diuinitus.
Fili dei qui non credit in te, patrē facit falsum: testimonio non cedit, sed cōtēnit ut præfalsum, quod pater tibi præbuit, quod acceptare debuit.
Pater uitā præstitisti nobis æternalē, uerā: hanc in Christo statuisti, in quem credētes per meram fidem uitam iam habemus æternam, quam spe tenemus.
Ex te nos esse fidimus deus, qui nunc conspicimus totum mundum in maligno situm, te fruamur digno.
Fili dei te uenisse scimus, sensumq; dedisse, deum uerum ut noscamus, atq; in te persistamus ipsius uero filio, tibi mētē humilio,
Qui es uerus deus, uita, & æterna infinita.

Laus dei. Ex secunda & tertia Ioannis Canonicis.

2. Ioan. 1. SIt nobiscum gratia, pietas, uirtus, latria, à te pater in amore, filioq; in splendore.
Charitatē hoc fatemur, ut mādata operemur, da ut nosmet perpendamus, bona facta non perdamus.
Manens Christe in doctrina tua, habet patrē ac te: fige mētē in diuina, tuo eā nutri lacte.
3 Ioan. 1. Gaudiū sit prælatorū, spiritalis subditorū, uerus fixus quā perfectus, & fidelis intellectus.
Ex te est qui benefacit deus: sed qui malefacit, nō te uidet: nā formata caret notione rata.

Laus dei ex Epistola Iudæ.

Iudæ. 1. PLebē Iesu eduxisti dē Aegypto: perdidisti non credentes, qui ruentes angelos superbiētes in iudiciū seruasti dei, uinculis ligasti æternis sub caligine, qui fuissent cæligenæ.
Gomorra atq; Sodoma, prauitate synonyma sunt exēplū cōstitutæ, ignis æterni uirtute tua, pœnā sustinentes, & submersæ, non patentes.
Viam Cain assecutis, culpam Balaam indutis, Choreq; rebellionē parasti dānationē.
Nam procella tenebrarū harū est creaturarū, prauitati conuersata, inæternūq; parata.
Multis sanctorū milibus, gloriosis, humilibus, stipatus ad iudiciū, qui odis omne uitiū, uenies ad arguendū impios, ac puniendū.
Nos a murmuratoribus, & carnis secutoribus, querulosisq; secerne deus clemēs et æterne.
A semet diuidentibus, spiritū non habentibus, itēq; animalibus, seiunge nos à talibus.
Et fidei sanctissimæ nos superædificemus: te deum deuotissime sancto spiritu orem⁹ in feruenti chritate persistamus illibate.
Proximis misereamur, tuo in timore figamur, odientes maculatā carnis tunicā fœdatā.
Potēses nos cōseruare absq; culpa, & locare in lucis tuæ gloria prædulci, amatoria.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex Actibus apostolorum.

TE ò Christe præbuisti uiuum, post tuam passionem, tuisq; apparuisti clarã per probationem, quadraginta in diebus te uiuentem monstrasti rebus. Act. 1.
His conuescens, præcepisti in Ierusalem morari, spiritum quem promisisti san ctum, illic præstolari.
Spondes quòd hunc susciperent, tibi testes existerent, uniuersa in Iudæa, itemq; Samaria prædicando te spes mea, per spatia tã uaria, imo usq; fines terræ: fac nos te in corde ferre.
Tunc in cœlum ascendisti, nubem claram introisti, quibus te deducentibus uesti, læte stu pentibus.
Angeli mox astiterunt, rediturum te dixerunt taliter ut ascendisti: parce his quos rede misti.
Die sancto pentecostes Christe qui uicisti hostes, sacro sancto collegio, in quorũ eras me dio, destinasti paraclitum, igneis linguis placitum. Act. 2.
Scripturarum & linguarum eis mox uniuersarum usum atq; notitiam dedit, summã peri tiam: huius rei nouitate, gentes multæ sunt miratæ.
Conuersa tria milia Iudæorum, ut lilia fuerunt tunc uirentia, te Christum confitentia.
Manibus apostolorum cumulum miraculorum in Ierusalem fecisti, signa magna tunc egisti.
Sic quod omnes metuebant ualde, & qui non credebant: omnis plebis habuerunt gratiã, qui crediderunt.
Te ò Iesu Nazarene, rex uirtutum præferene, signis & prodigijs, deitatis indicijs deo patre approbatum, & uirtutibus firmatum.
Traditum prouidentia patris atq; consilio, agmina non credentia peremerunt supplicio.
Natum claudum integrauit Petrus per te: informauit tunc de te quinq; milia, faciens hæc humilia. Act. 3.
O deus patriarcharum CHRISTVM tu glorificasti, fontem uitæ gratiarum plebs praua trucidasti.
In te sola nostra salus Christe, qui non credit, malus: nec est datum hominibus quod no men in numinibus, quo saluentur nisi tuum, saluatorem noscant suum. Act. 4.
Orante te ecclesia primitiua in media sancta urbe, mouebatur locus quo tunc morabatur, spiritu tunc est impleta, teq; protestata læta.
Vir & coniunx quid furati, uerbo Petri sunt necati, uirtute tua domine, tuo saluemur no mine. Act. 5.
Vmbra Petri sanabantur per te qui infirmabantur.
Carcerem tunc patefecit, tuos egredi præcepit angelus, ut prædicarent, & te Christum publicarent.
Tunc apostoli gaudebant, propter te quod sustinebant cõtumeliam saluator: esto nobis informator.
Stephanus te concedente, cœlos uidit hic apertos, & te apud patrem mente, per te habẽs uisus certos: fulsitq; eius facies, ut angeli per acies. Act. 7.
Multos claudos & obsessos, paralyticos & fessos Philippus in Samaria curauit ope uaria: quem & angelus perduxit ad Eunuchum, ac reduxit. Act. 8.
Paulo hinc apparuisti, persequentem prostrauisti, ad diuina rapuisti, de secretis instru xisti. Act. 9.
Leuans ad cœlum tertium, rapiens in paradisum hunc per mirum commerciũ, monstrãs ei te inuisum.
Hunc apostolum sacrasti, quàm sis clemens demonstrasti.
Aeneam à paralysi Petrus per te liberauit: Tabitham parem salici hic à morte suscitauit.
Te mittente apparuit Centurioni, & claruit angelus tuus domine, factas in tuo nomine preces, eleemosynas approbans, quas tu nominas. Act. 10.
Petro euangelizante, ei secumq; collectis, necdum hos quo baptizante, trãsmisisti tam ele ctos, flamen signo euidente, linguas eis dans intente.
Iesu tu quem pater unxit uirtute & paraclito, pertransisti ut iniunxit, docens corde præ inclyto, cunctis benefaciendo, dæmonesq; expellendo. Act. 11.
Tu incarceratum, uinctum, Petrum seruis circuncinctum, per angelum de carcere duxi sti, uolens parcere. Act. 12.

Et

Actu. 12. Et Herodē arrogantem, deo laudē non pręstātē, cœlitus mox percussisti, uermibus q; consumpsisti, qui diuinis honoribus gaudebat & rumoribus.
Per te Christe prædicatur peccatorū remissio, quibus nemo emūdatur in lege, ubi scissio.
Te pater lucē gentiū posuit ut credentium salus tu sis ad extremū terræ: Christe ens supremū, qui per Paulū claudū natum reparasti ad prolatum.
Actu. 14. Deus cuncta qui fecisti, omnes gentes pmisisti olim suas uias ire, multis modisq; perire.
Actu. 15. 16. Nec sine testimonio te tunc atq; pconio reliquisti, imbres dando, fœcundādo & cibando.
Credimus tua gratia saluari Christe uaria, qui per fidē purificas corda, atq; iustificas.
Actu. 17. 18. Tu qui mundū cōdidisti, mūdū flatūq; dedisti, cūctos ex uno homine nos formasti o dñe.
Et statuta definisti tēpora tu singulorum, terminosq; prefixisti habitationis horum, ut te deus semper quærant, implent id qui perseuerant.
Non à nobis es tu longe, deus sancte tu nos unge: in te sumus & mouemur, uiuimus: hinc te ueremur.
Non in tēplis manufactis manes deus, nec cōpactis, deauratis, argentatis, sculptis, artificiatis simulacris, ô beate deus superexaltate.
Prioris ignorantię dies olim despiciens: tēpore miserātię cunctos es suscipiens o saluator ad gratiam, omnes hortans ad latriam.
Actu. 19. Diē deus statuisti, in quo mundū iudicabis, in uiro quē posuisti, per quē cuncta ordinabis.
Actu. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. Viris fere duodenis iunctis pietatis uenis, quos per Paulū baptizasti, sanctū spūm legasti.
Christe, signo uisibili, omni lingua dicibili, tunc eisdē præstās fari, fidē uolēs cōfirmari.
Actuū 28. Ac per Paulum magna signa perpetrasti, scribi digna contactum sudariorū atq; semicinctiorum eius, ægros & obsessos curans, atq; firmans fessos.
Per te Paulus præterea febribus, dysenteria patrē Publij uexatum fecit sanum, tibi gratū, omnes ægros Melitene, tunc curauit per te plene.
Eutychum resuscitauit: uipera tactus, hanc necauit, nihil prorsus ab hac lęsus, tam frequēter pro te cæsus.
Omnes secum nauigantes, tēpestate desperantes, propter eum liberasti de submersu, & cibasti. Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex Apocalypsi.

Apoc. 1. DA deus pacem, gratiam tuam nobis multifariam, q es, eras, & q eris, tu æternus honoreris.
Christe testis es fidelis, primitiuus mortuorū, princeps regum ens in cœlis, reformator perditorum.
Tuo sanguine lauisti nos à culpis, & fecisti regnum & sacerdotes deo nostro: cūcta potes.
En uenies cum nubibus cū supernis uirtutibus: oēs te uidētes erūt, & hi q te pupugerūt.
Omnes tribus terrę flebunt super te, se & mœrebunt, o finis & principium, Alpha & ω rex initium, tunc omnipotēs futurus, cuncta iusta discreturus.
Apoc. 2. Tu primus & nouissimus Christe uiuus, qui defunctus eras ut indignissimus, & nūc patri es coniunctus.
In secula seculorū uiuēs felix rex cūctorū, claues mortis & inferni habēs regni dux supni.
Vincēti dabis edere de ligno uitæ tenere quod in paradiso dei est: sis Christe memor mei.
Vsq; mortē fac fideles, nos o deus ut reueles mentes nostras in patria, tua perfecta gratia & æternę uitę bonam sortiamur tunc coronam.
Nulla quę pro æquitate patiemur metuamus: nam qui uincit timorate, nō lædetur ut speramus, à secunda deus morte, non peribit praua sorte.
Tu occultum manna dabis superanti, & ornabis hunc cādenti margarita, in qua nomen scriptum ita erit, ut id non nouerit, q̄ qui capere poterit.
Renes cordaq; scrutaris, cunctis dare cōmendaris deus quicquid meruerunt, pro ut corā te uixerunt.
Porro digne triumphanti, & in finē firme stanti, potestatē condonabis, super gentes & ornabis eum matutina stella, tua sit mens mea cella.
Apoc. 3. Effice nos uigilantes, nostrosq; plenificantes actus corā te creator, qualiter acceperimus, iugiter meminerimus, impleamusq; saluator.
Vincētē albis uesties, neq; hunc de libro uitę delebis nec hunc nesciēs, imo tuū dices rite.
Habes Christe sanctus uerus, clauē Dauid rex syncerus, claudis & nemo aperit, aperis & nemo claudit, si manus reserauerit tua: me cor tuum audit.

Supe-

Superantē in tuo tēplo,tu columnam dās exemplo,super hunc tuū nomē scribēns,ut sit fontem uitæ bibens,& de cælo descendentis Ierusalem,te uidentis.
Testis tu fidelis,uerus,Christe regū principiū,ò amator noster uerus,ablue omne uitium.
Aurū probatum,ignitum amorem, sapientiā da & cor à te fulcitum,fer mentis opulentiā.
Nos paterne & benigne nunc castiga pater digne: qui quos amas,hic arguis,corrigis & redarguis.
Tu ad ostium stans mentis,pulsans instar diligentis,intras ad aperientem, cœnas secum non torpentem. Apoc. 3.
Das uincenti residere tecum Christe tuo throno,sicut tu uicisti uere,sedens nunc cum patre bono, throno eius in æterno loca tu nos in superno.
At beati benedicte deus semp laudāt sic te,sanctus sanctus sanctus deus, dominator omnipotens,qui erat & est rex meus, qui ueniet cunctipotens. Apoc. 4.
Dignus es deus domine,altior omni homine,uirtutem,laudem propriam habere & accipere,nec debet quis præripere,sicut hæc nam tu creasti cuncta sponte & formasti.
Summe leo tribus Iudę,tu uicisti prorsus nude,radix Dauid reserare dignus librum,& laxare septem eius signacula,cognoscendi obstacula. Apoc. 5.
Nā occisus redemisti nos cruore tuo deo,pretiose nos emisti, grātes tibi regi meo.
Tibi milia miliū angelorū humiliū laudē dicunt summo Christo,teq̃ laudāt hymno isto.
Dignus agnus est occisus,pro salute mundi nisus, sumere diuinitatē, gloriā & potestatē, uirtutem,sapientiam,laudem & reuerentiā:salus deo qui in throno sedet,atq; agno bono.
Te angeli glorificant,procidentes hymnificant:splendor, benedicentia, gratitas, sapientia,honor,uirtus,fortitudo,deo semper plenitudo. Apoc. 7.
Terges tu ab electorum oculis omnem flentiam,non famescit quis eorum, nec ferent sitientiam,neq; æstu affligentur,fonte uitæ adducentur.
Salus,uirtus,regnum dei,nunc est facta regis mei,& potestas Christi eius, non credenti hæc quod peius. Apoc. 11.
Magna & mirabilia opa tua domine:sunt nam inscrutabilia ab omni prorsus homine.
Tuæ uiæ iustę,uerę rex sanctorum præsyncere:quis te non magnificabit,& quis te non formidabit? Apoc. 15.
Scriptum tuo uestimento,mentis sanctæ indumento,æternali ex fœdere habes Christe ac femore,rex regum dominantium,dominator regnantium,regum rex,ac dominorum dominus uniuersorum. Apoc. 19.
Hi beati qui uocati sunt ad cœnam nuptiarū,Christe tui hi sunt grati,tibi fonti gratiarum.
Vt tuam iram euadere possint peruersi,cadere montes,petras affectabunt super se, nec impetrabunt.
Christę summę maiestatis,sitienti dabis gratis, tu de fonte aquæ uitæ mentes nostras imple rite. Apoc. 21.
Serui tui obsequent,tui deus & fruentur uultu tuo,quē uidebunt, in ętternū sic manebūt.
Tibi beata trinitas &c. Apoc. 22.

Laus dei ex creationis opere.

CReasti in principio cœlū terram summe deus:nam tu pater in filio hæc fecisti factor meus. Gene. 1.
In tēporis initio ex æterno consilio,abs præuia materia cūcta agēs interea.
Sapieter produxisti cūcta inuisibilia,angelosq; distinxisti p agmina agilia.
Orbes astraq; cœlorum, ordinem elementorum,mixta,rationalia & irrationalia es molitus,non sortitus opem,tua ui fulcitus.
Hominem inter angelos & terrena condidisti, medium quem per angulos terrę uastæ dispersisti. Gene. 2.
Nos gratos beneficio deus fac creationis, purgatos omni uitio in supernis pone thronis.
Tibi beata trinitas &c.

Laus dei de opere distinctionis & ornatus.

VNiuersis creaturis,cunctis rerum tu naturis uires certas indidisti,& uirtutes impressisti. Gene. 2.
Tu cœlorum decorasti orbes,ac pulchrificasti sole,luna,& planetis, astris multis uisu lætis.
Aerem uolatilibus,terrā brutis,hominibus:aquas piscibus ornasti,cuncta aptē decorasti.

Te iuben

Gene.1. Te iubēte fert uirentē herbā terra redolentem, arbores, flores, spēs, reparās hæc millesies.
Porro corruptibilibus uim gignēdi cōtulisti: sic indestructibilibus deus hęc coextēdisti.
Formas innumerabiles maris piscium fecisti, species admirabiles bestiarum produxisti, griphes, elephantos, cete es molitus agens læte.
At rebus non uiuentibus miras uires impressisti, ratione utentibus eas deus subiecisti: fac nos eis utiliter uti atq; feliciter.
Tibi beata trinitas &c. Laus dei de eodem.

AVro tribuis splēdorem, melli dulcē das saporē, oleo suauitatē, & metallis claritatē,
Herbis, gemmis pretiosas uires das ac fructuosas, quibus balsamū ornasti, his q; uinum decorasti.
Toti mundo uenustatem miram & actiuitatem es largitus gloriose, deus supergratiose.
Quicquid suauitudinis, decoris, plenitudinis habent aut perfectionis, à te fonte dationis sunt sortita, & retentant, te excelsum repræsentant.
Mundi in creatione tua patet potentia, eius gubernatione relucet sapientia, eius conseruatione bonitatis fluentia.
Te in tuis effectibus diligamus, contemplemur amorosis affectibus, te ubiq; ueneremur.
Tibi beata trinitas &c. Laus dei de angelicis spiritibus.

DEus simplex, unus, trinus, actor primus & diuinus, cuncta super unitatem fundans es ac trinitatem.
Nouem quippe angelorum ordines constituisti, atq; trinam hierarchiam horum eminenter distinxisti, choros tres in hierarchia quauis ponens ô sophia.
In quolibetq; ordine disposuisti domine infimos atq; medios, supremosq; egregios.
In suprema Seraphin, Thronos ponis ac Cherubin: Dominationes ponis in secūda & Virtutes, Potestates quoq; donis implens eos, dans salutes.
In infima Archangelos, Principatus, ac Angelos.
Da nobis cœliformiter conuersari angelice, ut tibi deiformiter uniamur ac cœlice.
Tibi beata trinitas &c. Laus dei de cœlo empyreo.

ANgelicis spiritib⁹ ornas cœlū empyreū, q̄d factū his militibus ornasti ut sapphireū.
Aptam istis mansionem in principio creasti, quam per summam rationem luminosam decorasti: ignea hinc appellatur ob splendorem quo ornatur.
Hoc cœlum uisibilium atq; inuisibilium existit continentia, & cuncta claudit entia, extra quod non inuenitur quid creatum, sicut scitur.
Maximum est quantitate, & præfulgens qualitate, situ summū, uniforme, inter moles simpliforme, fixum, inalterabile, immotum, præoptabile.
Hic cœlestis paradisus, in q̄ es ô deus uisus, congruū habitaculū, contēplandi umbraculū.
Gene.2. Voluptatis deificæ locus dulcis mirifice regnū istud est cœlorum, terra regio uiuorum.
Nam beatos te fruentes, omni luce resplendentes, sublimes, impassibiles, puritate hymnibiles, talis locus condecebat, qui sic his conueniebat.
Nostra sit conuersatio ibi, pòst habitatio tuta, felix, sempiterna, deus sancte lux superna.
Tibi beata trinitas &c. Laus dei de ordine seraphin.

IN hoc cœlo altissimo, ordine decentissimo, summum chorum Seraphicum posuisti hierarchicum.
Qui propter ardētissimam suæ flammam charitatis, ad te superdignissimam naturam diuinitatis Seraphin coappellatur, totus in te inflammatur.
Nempe ex immediata tui proximatione, ac uiciniori lata à te contemplatione, in amore perignitur, & feruore pertransitur.
Dulcis sui incendiј spargit exuberantiam in eos, qui suspendiј norunt sursum leuantiam, choros insubordinatos ad te deus eleuatos.
Mentes istæ Seraphicæ deus ex te hierarchicæ sempiternam incessantem, præacutā, pręflagrantem ad te habent motionem, per amoris tensionem.
Hebr.12. Post te o sancte spiritus, qui ignis, amor diceris, rite factum diuinitus, quod tu Seraphin sequeris, ut sit similitudine processus à te lumine.
Habent & uim reductiuā mentes istæ peractiuam, mentes qua inferiores sursum ducunt ad feruores ad te deum, has purgando, illustrando, perfectando.
Quo clarius, uicinius te o deus contemplantur, eo uere ualidius tuo amore inflammātur.
Deus supergloriose, nos succende charitate, deus nimis gratiose, mentes nostras consummare

mate,in feruore diligendi,firma teq; amplectẽdi,ut in nobis sis ferueſcens,ut in Seraphin quieſcens.

Laus dei ex Cherubin.

POst ordinem Seraphicum,ponis cho℞ hierarchicũ,Cherubin ſanctiſſimorũ,animo℞ excelſorum, quos ſublimi ſcientia ornas cum eminentia.

Theſauros ſapientiæ,ſplendoresq; ſcientiæ,his infundis copioſe,ſic quod ipſi luminoſe fundunt choris ſequentibus,de his donis fulgentibus.

Mentes iſtę ſunt ſortitæ à te deus princeps uitæ uim præclare cognitiuam, diuinorum reſpectiuã miniſteriorũ,capacẽ ſummę illuſtrationis,& eiuſdẽ pferacẽ,mẽtib' ſecutionis.

Fulgent te irradiante,luce mire choruſcante uenuſtate ueritatis,& candore ſanctitatis,te cernentes ſubtiliter & inauertibiliter.

Tua contemplatione noſtrum imple intellectum, & tam fixa unctione deus eum fac perfectum,ut non ceſſes reſidere in hoc ipſo & ſplendere.

Laus dei de Thronis.

O Deus ſuperſapiens,quem nulla mens eſt capiens,poſt hæc Thronos ſtatuiſti,quos liberrimos egiſti, ab indigna ſeruitute & ſubiectione tute,eleuatu eximio,alto gaudent dominio.

Circa te ſunt collocati,tota ui ad te leuati, & tuæ inſidẽtię,ac ſupuenientię,eminẽter ſunt capaces,manſionis tuę tenaces.

Dicunt nam deiferi grandi luce clariferi,aperti ſingulariter ad te ſumẽdũ taliter.

In his conſiſtorio ſedes iudicatorio,per hos tua iudicia diſcernens mirabilia.

Sedes ſunt pacatiſſimę, ſummę tranquiliſſimę, mira uniformitate, tibi deus præparatę.

Per te cauſas ueritatis ſunt rex regum diſcernẽtes, cenſuras æquitatis per te iudex exprimentes,inſtar horum noſtras mentes tibi ſedes fac fulgetnes.

Laus dei de Dominationibus.

SAnctas Dominationes,per cœleſtes ſtationes, media in hierarchia ſummos ponis thearchia.

Effeciſti has immunes à ſubiectu indecente,bonitate ſunt cõmunes,omni choro proſequente.

Cũ iubere dominorum extet,agant q̃d ſubiecti animorum eſt iſtorum deus ordinis fons recti.

Spiritibus ſequentibus quod agant diſtribuere, & de creatis entibus, eoſdẽ & inſtruere.

Mentes hæ ſupermundanæ ſurſum agunt non uane,ad te principem luminis, ad lucẽ tui numinis,à hierarchiæ mentibus,his prime influentibus.

Nulla uſquam ui premuntur,dominatũ ſortiuntur eminentem ad phalangas ſubſequentes,tu nos tangas.

Veram his pręſidentiam das,qua per appetentiam amoroſam ſunt reflexi ad te fontem dominatus: tota mente ſunt connexi ſine faſtu imperatus.

Ordinum ſunt conuerſiuę ſubdito℞ ad te deũ,& eo℞ perfectiuę:cũ his pręſta iubileum.

O dominator domine,hæ mentes tuo nomine ſe inclinant,te adorãt,ſicq; ſe in te decorãt, ſingulari libertate ſunt extentę in te grate.

Inter heroas nobiles aulæ tuę immobiles altũ agunt humiliter dominium agiliter.

Deus ſancte immortalis,fortis & clementialis,dęmoni ſic dominari,mũdo,carni principari fac nos,ut hinc copulemur choro huic,& ſaluemur.

Laus dei de ordine Virtutum.

CHoro Dominationũ Virtutũ nectis ordinem, quibus das ad actionũ ſua℞ per te cardinem promptã executionẽ,miram confortationem.

Hinc in nullo infirmantur ad diuina ſortienda,inconcuſſe eleuantur ad te tuaq; agenda.

Ordines poſteriores tuos deus ad ſplẽdores leuãt,tibi cõformãtes hos plus,ac deificãtes.

Iuſſa Dominationũ mandant executioni,& mira℞ actionũ uacant perpetrationi:imbecilles nos egenos deus firma,fac ſerenos.

Laus dei de ordine Poteſtatũ.

POſt hos chorum Poteſtatum per proceſſum ordinatum deus ſancte ſtatuiſti,ordinariam dediſti his uim ad ſuſcipienda dona tua,ac tenenda.

Habent nam ſupermundanam ordinationem ſanam ſpiritalis poteſtatis, qua influxũ bonitatis imę fundunt hierarchiæ,dando riuos theorię,ad diuina hãc leuantes, pluſquam

tibi conformantes.
Dationem imperatam à dominationibus, operiq; mancipatam uirtutū actionibus hic custodit inturbatam ordo atq; tenet ratam.
Executionis pellens, destructiua uis excellens.
Harum potestas mentium Acherontis prementium colla, zelo inflammāte, tua deus est ô tante, ne in nostra detrimenta agant nimis uirulenta.
Fac nos ope angelica præualere dæmonibus, nosq; imple ui cœlica, supernis dita opibus, præsidentiū mandata da seruare illibata.

Laus dei de ordine Principatuum.

INte primum hierarchiæ ordinē principatuū ponis ô fons hierarchiæ, ac iudex magistratuum.
Dedisti præsidentiam his ordinem sequentium, quos ad primam essentiam erigunt luce mentium, se & illos confirmare tibi cupientes clare.
His cōmunis cōmisisti boni dispositionem, regnis eos præfecisti tuā per prouisionē.
In his scimus Michaelē olim rexit Israelem princeps factus synagogæ, per hunc aduersantes coge, nā princeps est ecclesiæ sponsæ tuę egregiæ.
Signifer cœli nobilis, paradisi præpositus stat pro tuis immobilis romphęā, ut est solitus, extendens uictoriose, & propugnans gloriose.
Contrà tibi aduersantes intonat terribiliter, quis ut deus, te amantes adiuuat amabiliter, omnem culpam expugnemus, nos à te non elongemus.

Laus dei de ordine Archangelorum.

HIs creator benedicte Archangelos substituis, quos ô deus rex inuicte, nuncios constituis grandium negotiorũ, operũ præcipuorũ.
Hos illustrant principatus, puros habent affectatus, ut cum his ad te uertātur, deiformesq; reddantur.
Illustras deos angelos per beatos Archāgelos, q per illos hoībus quędā pandūt luminib.
Inter istos Gabrielē scimus qui Emmanuelē te ô Christe nūtiauit uirgini quā informauit.
Hic fidei mysteria per diuina imperia in utroq; testamento declarauit documento.
Merito hunc adamamus, ac præclare honoramus, cuius prece adiuuemur in æternumq; saluemur.

Laus dei de ordine Angelorum.

ANgelorũ deus chorū imū ponis, & decorū ecclesię tu pręficis hierarchię quā reficis.
Ordinē hūc angelorū, quorū extat singulorũ hic psonas custodire, hoiesq; erudire.
Sunt minora nuntiantes ad singulos spectantia corda nostra excitantes, portant dona saluantia, iuuant, regunt nos, defendunt, ex amore se impendunt.
Suæ hos creationis dei fons dilectionis, incorrupta uestitura induisti non lapsura, quos in tuum ministerium fecisti & imperium.
Astra sunt superioris cœli & interioris paradisi candentia, lilia non marcentia.
Splendēt in sapientia, amoris uehementia rubent, fragrāt, decorati puritate uirginea, deiformi ac niuea, omnes sancti adunati.
Mentis suæ radicibus tibi hęrent inauerse, nostris gaudent gemitibus, & pro nobis orant per se preces nostras offerendo tibi deo reuerendo.
Horū inspirationi sanctæq; directioni nos semper acquiescere, da deus nec lacessere.

Laus dei de eius dignatione ad nos.

GRandem hanc dignationē, altamq; dilectionē tuā ad nos admiramur, collaudamus, amplexamur, ô creator gloriose deus sancte gaudiose.
Quòd tam claros palatij tui ciues solatij causa nostri ad nos mittis, ad profectumq; transmittis.
Intellectus deiformes, mentesq; deificatas ad nos mittis tā deformes, ad res sic uilificatas.
Simplices has essentias puras, sanctas, immortales ad nostras indigentias mittis, & ad nos carnáles, qui fauillæ cōparamur, uasa lutea uocamur.
Spiritus tam excellentes satrapas supermundanos, ad in terra nos repentes mittis peccatores uanos.
Danie. Milia nanq; milium spirituū sublimium mox discurrunt, te iubente, inter te & nos repente, inter cœlum & nos terræ proni nobis tua ferre.

Volant

Volat prorsus alacriter apes ut negotiosæ, obedientialiter, ut gens cincta amorose.
Tuæ nos dignationi, deus gratos fac fons boni, propriamq; dignitatem, perpēdamus humiliter, & præsentialitatem, angelorum subtiliter.
Vt in horum præsentia, simus cum reuerentia, & honeste conuersemur, semper coram te saluemur.

Laus dei de hierarchijs communiter.

TE ô deus benedicte, infinite non constricte, diligunt ardentissime, Seraphin iocundissime.
Mēte æstuantissima, uoluptate purissima, te fruuntur intuentur, possident, ac reuerentur.
Te syncere contemplantur Cherubin, & admirantur deus & in te rimantur, ac profunde speculantur, rationes tuorum factorum, & suorum obiectorum.
Vertex Dominationū, fontem eleuationum te honorat, prompte paret, & parēdi mora caret, se humilime reflectit, in te seq; tibi nectit.
Tuę omnipotentiæ sunt Virtutes inhærentes, placita sapientiæ tuæ plene exequentes, in te uerse totaliter, fruentes æternaliter.
Teq; tremunt potestates absq; pœna, uoluntates suas tibi substernentes, dulcem te experientes.
Te in cunctis uenerantur principatus & sectātur, tibi malunt famulari, q̄ cuiquā dominari, plus subesse quam præesse, instar horum fac nos esse.
Quamuis omnes te beati clare & immediate cernunt, tamen eleuati à tua diuinitate, inferiores purgare fantur atq; illustrare, & eosdem perficere ad amandum allicere.
Quo ad tuos id effectus, fertur deus summe rectus, horum nam superiores, plures sciunt per splendores, & eorum rationes, plures per distinctiones.

Laus dei de gradibus hominum electorum in patria.

DEus simplex trinus unus, à quo fluit omne munus, anima Christi clarius te cunctis uidet charius, te diligit ardentius, præ cunctis uehementius.
Hinc copioso lumine de sua plenitudine, cunctis fundit agminibus, angelorum & hominum, altior in numinibus erecta, per te dominum
Post hanc uirgo Christifera, uniuersis est prælata, magis facta deifera, plus in deum profundata, in abyssum tuæ lucis, plus absorpta mater ducis.
Patriarche & prophetę, te conspectant nimis læte, chorusq; apostolorum, cū excessu gaudiorum, te astringunt te fruuntur, in te prorsus resoluuntur.
Martyres uictoriosi, te collaudant gaudiosi, uiuentes beatissime, in te deus dulcissime.
Luciformes confessores, puri tui sunt inspectores.
Te ordo uenerabilis, monachorum spectabilis, singulari libertate, deus possidet beate, p quo suam uoluntatem fregit, spreuit libertatem.
Doctores facialiter, te sancte æternaliter, iam conspectant prægaudenter, ut credebant confidenter.
Te uirgines mundissimę, laudant præsuauissime, purissimis amplexibus, te stringunt mentis nexibus.
Ex angelis, hominibus unā facio ecclesiā, in supernis luminibus, unanimem, egregiam.
Ad cunctos angelicorum ordinum quosdam homines leuans, iuxta meritorum cuiusq; exigentias, sic nunc deus conuersemur, ut pōst istis copulemur.

Laus dei de numero & ordine cęlestium corporum.

TV post cœlum beatorum, deus sancte rex cūctorum, posuisti crystallinum cœlum, inter mota primum, uniforme & transparens, instar aquæ est apparens.
Nona sphęra id uocatur, atq; à te imperatur, ab ortu in occidētem, omni die per mouentem circumuolui celerrime, ô deus celeberrime.
Post hoc cœlum est stellatum, à te astris decoratum, grandi id causalitate uiribus actiuitate, in se atq; syderibus, ornasti & operibus.
Post hoc orbes planetarum, locas rector tu stellarum, & cuiquam das planetæ suum orbem, formam mente.
Loca item potestates, motus & causalitates, & influxus nosti horum, cum creator sis corū, sed mortales ista latent, quo ad plenum partim patent.
Sic currēdo protestātur, se seruire & profātur, se creata & nō deos, in te flecte actus meos.

Motus hęc uelocitate tuam pandunt potestatem, & quàm tibi sint paratę parendum ob maiestatem.

Quis solis pulchritudinē, uirtutē, claritatem, miramq; causalitatem, eminentem fulgitatē deus satis admiretur, & in his te speculetur?

Quis motuum cœlestium ex numero terrestrium exprimat uelocitatem, tuam & penset potestatem?

Hæc corpora cœlestia, per quę regis terrestria, ut iubes, rapidissime currūt ordinatissime.

Motu ac influentia, & luce sunt agentia in his inferioribus, nos imple tuis splendoribus.

Tua imago bonitatis est sol iste uisibilis, instar tui cunctis gratus lucē dans quæ sensibilis.

Hunc fecisti incessantis fontem lucis emicantis, tempora determinantem, fructus terrę innouantem.

O sol intelligentię, splendorq; sapientię, mentes nostras illumina, his tua augens numina.

Tibi beata trinitas. &c.

Laus dei de elementis, & mundi dispositione.

Gene.1. Post corpora cœlestia statuisti terrestria, quatuorq; elementa quędā ut stabilimenta.

Sapient.19 Sphęricæ sunt hęc figurę, se cingētes creaturę & quę sunt similiora, locasti uiciniora.

Vniuersum quoq; totum, corporali sensu notum, effecisti tu rotūdum, hac figura formans mundum.

Constat hanc perfectiorē esse & capaciorem, conformis æternitati plus, ac uniformitati.

In his orbis superior circuit inferiorē: deus cunctis celebrior, menti tuū da fulgorē.

Partem terrę uoluisti esse aquis dimidiatā: ad morandum hanc dedisti, animantibus aptatam.

.i collegisti. Tunc ad concaua duxisti terræ, aquas, & * legisti: lege, gyro has uallabas, ne exirent, imperabas.

Posuisti & arenam finem mari per serenam, uim quoq; ut in utre ponis, utq; in thesauris bonis.

Psal.88. Fluctus eius tu iussisti ad ipsius ripam frangi: assis pię plebi isti, da clementer à te tangi.

Laus dei de dispositione terrę.

Iob 38. Deus supergratiose, superdulcis, gloriose, super terram tetendisti lineā, & tunc iecisti eius fixa fundamenta, nostra igni corda lenta.

In uniuersi medio instituto egregio hanc ut centrum collocasti, mire eam fœcundasti.

Genes Dixisti in exordio semel mundi primordio: ferat terra uirescentem herbam: cernimus tenentem eam usq; nunc pręceptum, tuum hoc secundum conceptum.

Magnitudo est cœlorum tanta, ut respectu horum terra extet quasi pūctum: tibi fac cor nostrum iunctum.

Qui excedis infinite cuncta prorsus auctor uitę: nam respectu maiestatis tuæ, uniuersum est ut puluis exiguus: adiutor sis continuus.

Habitandi dixisti loca, terram diuisisti deus filijs hominum: te summum colant dominum.

Metro, numero, pondere cuncta deus condidisti: noli iuste cōfundere nos, quos pie redemisti.

Facis sole accedente æstatem: quo recedente, facis hyemem, qui solis allatione mox mollis terrę uultum es fœcūdans, nostra corda sis emundans.

Annos, menses, noctes, dies tu distinguis summa quies: motu solis atq; lunę bonum seruslo es commune.

Partes anni afficiens diuersis qualitatibus, ordinate alliciens sis nos tibi in talibus.

Laus dei de impressionibus.

Multiformes tu effectus agis summe intellectus aeris in elemento, nobis sis pro firmamento.

Psal.148. Nubes & impressiones, uentos, exhalationes, pluuiasq; hic producis, sempiternæ princeps lucis.

Operis cœlum nubibus, fulges mire fulguribus, tonitrua efficiens, nos metu es deijciens.

Aquas

Aquas ligas seriatim, in nubibus utiliter, & emittis has guttatim, prouidendo utiliter, pariter ne erumpentes, cuncta extent subuertentes.
At per causas naturales, secundas instrumentales uarias impressiones facis & influxioẽs.
Vt cometas & halonem, a sub uolantem draconem, coronas & uoraginem, multiformem propaginem.
Grandinem, niuem, iridem, pruinam & caliginem, stellas insuper cadentes, capras quoq; salientes.
Omnis lapis pretiosus, oĩs liquor fructuosus, quicqd extat optabile, tuũ opus est amabile.
Tu irrationalibus dedisti animalibus mirandas proprietates, actus, formas, potestates, naturales industrias, secretasq; astutias.
Te in cunctis operibus tuis pure contemplemur totis mentis uisceribus, sic tuo amore inflãmemur, & ex cunctis inducamur, uenerari te quem famur.

Laus dei de consummatione mundi.

Electorum consummato numero prædestinato, cessabit generatio, ut tua iubet ratio deus, qui ob nos fecisti iuxta hęc ut decreuisti.
Rerum generabilium atq; corruptibiliũ tã in parte quã in toto esse tunc cessura noto.
Sed manebunt elemẽta quo ad totũ, nã inuẽta sunt indestructibilia, hęc prsus cerdibilia.
Electis glorificatis, reprobisq; condemnatis, orbes astra, elementa, per quę fers emolumẽta, imutabis in melius, prauis clausis inferius.
Lux solis septiformiter, lux lunæ soliformiter erit: quia augebũtur luce, septuplo dabũt.
Terra clara tanquam uitrum erit magis quàm sit nitrum, ut crystallus aqua erit, nec hæc credens miser perit.
Aer instar tunc cœlorum, ignis sicut astra horum: motus cœli tunc cessabit, cœlum nõ ut nunc causabit: sol & luna erunt fixa, suis locis, te subnixa.
Cernent clare tunc beati, in his rebus iocundati, tuam magnificentiã, ut per experientiã.
Tibi nũc sic obsequamur, ut à te tũc sortiamur, plenã beatitudinem, lucis æternitudinẽ.

Laus dei de beatitudine electorum.

Deus ut à te procedit nostra anima, sic redit ad te, nec felicitari ualet, nisi copulari tibi clare admittatur, idq; nunc promeratur.
Bonitatis dignatio tuę atq; amatio in hoc deus declaratur, quòd creasse nos mõstratur
Suam ad fruitionem, & beatã uisionẽ, claram, supernaturalẽ, indistantẽ, facialem.
Temet nobis pręparasti bonum summũ infinitum: tam excelse nos amasti, ut cor nostrum te sortitum, in te plenum contentetur, habens quicquid peroptetur.
Te cernemus per te ipsum, deus sancte ens idipsum, erit nobis essentia tua, o sapientia, obiectum atq; species ęterna, plena, requies.
Te hoc modo intuentes clare scient nostrę mentes ordinem totius mundi, uenustate tunc habundi.
Tunc pręclare uidebimus quicquid modo hic credimus, contuentes gaudiose, qualiter o gloriose in te sit emanatio.
Quomodo tu fili dei ab ęterno generaris: & tu flamen dei mei, ab utroq; hoc spireris.
Tunc sciemus euidenter, grati, lęti quàm clementer à te simus pręseruati, deus magne, & saluati.
Vultus tui in aspectu à mundato intellectu plena est beatitudo, summa quoque promptitudo, ad quam ferre nos digneris, deus trine, ut lauderis.
Tibi honor, laus, gloria, felicitas rectoria, infinitę diuitię, superplenæ delicię, ex hoc nunc & inęternum, ens supremum & supernum. AMEN.

Finis laudum superlaudabilis dei.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE LAVDIBVS SANCTISSIMAE & indiuiduæ Trinitatis, per modum horarum.

Psalm.70. ASSIT nobis semper immensa tua clementia, deus omni-
potens, trinitas adoranda. Versus: Exultent labia mea do
mine cũ cantauero tibi, & anima mea quã redemisti. De
Psalm.69. us in adiutoriũ meum intende. Domine ad. Gloria. Inui
tatoriũ: Te omniũ regẽ seculorũ, immortalẽ, inuisibilẽ,
deũ æternũ & uerũ adoramus, laudam' & glorificamus
o bñdicta trinitas. Venite exultemus dño &c. Te omni
um regẽ &c. Quoniã deus magnus &c. O bñdicta &c.
1.Timo 1 Quoniã ipsius est mare &c. Te omniũ &c. Gloria patri.
O benedicta &c. Te omniũ regem &c. Hymnus.
Psalm.94. Adesto sancta trinitas, par splẽdor, una deitas, quę
Apoca 1. extas rerum omnium creator & principiũ. Te cę
lorũ militia laudat, adorat, prædicat: tibiq; mun-
di machina benedicat per secula. Assumus & nos cernui, te adorantes famuli, uota pcesq;
supplicum hymnis iũge cœlestiũ. Vnum te lumẽ credimus, quod trinũ idem colimus, Al
Apoca 1. pha & ω te dicimus, quem laudat omis spũs. Laus tibi patri ingenito, laus tuo unigenito,
laus sit sancto spiritui, deo trino & simplici. Amen. Ant. Pater diligit. Psalmus.
Ioan.3. AD te domine leuaui animam meã: deus meus in te confido, non erubescam. Neq; ir
Psalm.24. rideant me inimici mei: etenim qui sustinẽt te, non confundẽtur. Confundãtur oẽs
iniqua agentes superuacue. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edo
ce me. Dirige me in ueritate tua & doce me, qa tu es saluator meus, & te sustinui tota die.
Reminiscere miserationũ tuarũ domine, & misericordiarum tuarũ quæ à seculo sunt. Deli
cta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuã me
Ioan.3. mento mei tu propter bonitatẽ tuam domine. Gloria patri &c. Antiph. Pater diligit filiũ,
Ioan.1. & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet uitam æternam. Antiphona:
1 Ioan. 4. Deum nemo uidit. Psalmus:
Psalm.71. DEus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Sit nomen eius benedictũ
in secula: ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus
terrę: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus Israhel, qui fa
cit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in ęternum: & replebitur maie-
state eius omnis terra: fiat, fiat. Gloria patri &c. Anti. Deum nemo uidit umquam: uni-
1.Ioan.4. genitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Anti. Requiescat. Psalmus:
Esa 11. MIserere mei deus miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra ala
rum tuarum sperabo: donec trãseat iniquitas. Clamabo ad deum altissimum, de-
Psalm.56. um qui benefecit mihi. Misit de cœlo & liberauit me, dedit in opprobrium cõcul
cantes me. Misit deus misericordiã suã & ueritatẽ suã, & eripuit animã meã de medio catu
Esa.11. lorũ leonum: dormiui conturbatus. Gloria patri &c. Ant. Requiescat super me spũs tu
us domine, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ
Psalm.50. & pietatis: & repleat me spiritus timoris filialis & casti. Ver. Ne proijcias me domine à fa
cie tua. & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Pater noster. Et ne nos. Redde mihi læ
Eodem. titiam salutaris tui. & spiritu principali cõfirma me. Ignem inextinguibilem sui amoris ac
cendat Trinitas sancta in cordibus nostris. Amen. Lectio prima.
Ioan.14. REspondẽs Iesus discipulis, ait: Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad patrẽ, nisi
per me. Si diligitis me, mãdata mea seruate. & ego rogabo patrẽ, & alium paracletũ
dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternũ, spiritum ueritatis quẽ mundus non po
test accipere. In illa die uos cognoscetis, quia ego in patre meo, & uos in me, & ego in uo-
bis. Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligã eum, & ad eum ueniemus, & man
sionẽ apud eum faciemus. Paracletus aũt spũssanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, il-
le uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunq; dixero uobis. sicut dilexit me
pater, & ego dilexi uos. Cum autẽ uenerit paracletus, quem ego mittã uobis à patre spiri
tum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me. Nõ enim loquetur à

semet

semetipso,sed quæcũq; audiet loquetur, & quæ uẽtura sunt annũtiabit uobis. Ille me cla rificabit,quia de meo accipiet, & annũtiabit uobis. Oĩa quæcũq; habet pater,mea sunt: propterea dixi,qa de meo accipiet & annuntiabit uobis. Tu aũt dñe,miserere nostri.Deo grãs.Resp.I.In principio erat uerbũ,& uerbũ erat apud deũ,& deus erat uerbũ. Hoc erat in pricipio apud deũ.Ver.Sicut eñ habet pater uitã in semetipso,sic dedit & filio uitã habere in semetipso.Hoc erat.In unitate sanctispũs bñdicat nos pr̃ & filius. Lectio II. Esa. 31. Ioan. 1.

DOminus possedit me initio uiarũ suarũ,antequam quicq̃ faceret à principio.Ab eter no ordinata sum,& ex antiqs antequã terra fieret.Necdũ erant abyssi, & ego iã con cepta erã:Ante colles ego parturiebar.Quãdo præparabat cœlos aderã,quãdo cer ta lege & gyro uallabat abyssos.Qñ appendebat fundamẽta terrę,cũ eo eram cũcta componens.Et delectabar per singulos dies,ludens corã eo omni tẽpore,ludẽs in orbe terrarum:& deliciæ meæ,esse cum filijs hominũ.Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturã.Ego feci in cœlis ut oriretur lumẽ indeficiẽs,& sicut nebula texi oẽm terrã. Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui. Vapor sum eñ uirtutis dei,& emanatio quædã claritatis omnipotẽtis dei syncera.Candor quoq; lucis æternę, & speculũ sine macula dei maiestatis,& imago bonitatis illius. Porro spũssanctus disciplinę effugiet fictũ,& auferet se à cogitatiõibus quæ sunt sine intellectu. Benignus est eñ spũs sapiẽtię,qñ spũs dñi repleuit orbẽ terrarũ,& hoc quod continet oĩa, scientiã habet uocis. Alij nanq; per spiritum datur sermo sapientiæ,alij sermo scientiæ,alteri gratia sanitatum, alij operatio uirtutum,alij prophetia,alteri genera linguarum.Hec omnia operatur unus idemq; spiritus,diuidẽs singulis prout uult. Tu aũt do. Resp. Domine rex omnipotẽs, in ditione tua cuncta sunt posita,& non est qui possit tuæ uoluntati resistere. Tu enim domine fecisti cœlum,terrã,& quicquid cœli ambitu continetur. Ver. Non est similis tui in dijs domine,& non est secundum opera tua.Tu enim. Luce sapientiæ cœlestiq; gratia illuminet & conseruet nos trinitas sancta Amen Lectio III. Prouer. 8. Sapi. 7. Sapi. 1. 1.Cor.12. Esai 33. Hester.13. Psalm.65.

TRinitas supersubstantialis,superadoranda & superbona,Christianę doctrix sapiẽtię dirige nos ad superlucidã ut possibile est tuiq; ipsius contẽplationẽ.Neq; eñ te plene cõprehẽdere ualet mẽs creata,quoniã inaccessibilẽ lucẽ inhabitas,& ipsa tuę ęternę lucis supexcellẽs,immẽsa,inuisibilis plenitudo diuina appellat̃ caligo, in qua tu habitare phiberis:quę ponis tenebras latibulũ tuũ.Et ipsę diuinę tenebrę cooperiunt oĩ lumini,& abscõduntur oĩ uisioni,ppter incircũscriptibilẽ,& impenetrabilẽ pprię claritatis splendorẽ.Opportunũ qppe in te oĩm rerũ pfectiones fateri, tãq̃ in fontali & exẽplari oĩm causa.& rursus,easdẽ principalius abnegare de te,tanq̃ existẽti sup oĩa,atq; supessentialiter supposito uniuersorũ principio.Hoc nẽpe ẽ te uidere & cognoscere, te supsubstantialẽ sup substãtialiter p oĩm entiũ ablationẽ laudare.Ipsa nãq; æterna tua diuinitas, infinita excellẽtia oĩe creatũ excedit:estq; deficiẽs oĩe nomẽ, put nos illud cõprehẽdere ualemus, à supbenedicta & supuiuenti & supessentiali tua dignitate immẽso defectu.Deniq; q̃ super splẽdenti diuinæ tuæ luci mens amplius appropinquat,eo tui inaccessibilitas & incõprehẽsibilitas plenius innotescũt.Cũq; fuerit caliginẽ ingressa, omne mox nomẽ,oĩsq; cognitio,prsus deficiẽt.Sed hoc erit mẽti te uidere,uidere te oĩno inuisibilẽ esse:& q̃ id clari⁹ uiderit,eo te lympidius intuet̃. Secundũ hãc suplucidã nos fieri p̃camur caliginẽ ò trinitas bñdicta.Et p inuisibilitatẽ & ignorantiã uidere atq; cognoscere te,q es sup oẽm uisionẽ & cognitionẽ.Hisq; dũtaxat appares,q supgressis & relictis oĩbus sensibilib.& intelligibilibus,cunctis q̃q; creatis,itẽq; seipsis,in caliginẽ intrãt in qua tu uere es.Adoro,laudo,bñdico te ò summa & indiuidua,immẽsaq; trinitas,supsapiẽs,supfelix,oĩpotẽs deus,tibi gloria honor & laus in oĩi ęternitate. Tu aũt dñe.deo grãs.Res.Subleuatis Iesus oculis in cœlũ, dixit:Pater,uenit hora,clarifica filiũ tuum,ut filius tuus clarificet te.Quoniã hęc est uita æterna,ut cognoscãt te solũ uerũ deũ,& quẽ misisti Iesum Christũ.Reuela dñe oculos meos,& cõsiderabo mirabilia de lege tua:Et quẽ.Gloria patri.Quoniã hæc est uita. 1.Tim: 6. Psalm 17. 1.Timo.1. Esai.33. Ioan.17. Eodem. Psalm.118.

TE deum adoro,te laudo & te superexalto, hymnum laudis & gloriam tibi ò supersancta trinitas offero. O lux æterna,lux supersplendidissima & superpulcherrima, lux quę in teipsa infinita claritate resplẽdes,pulchritudinis tuæ nullus est finis, & decoris tui splẽdor est omnino immẽsus. O lux supersimplex, incomprehensibilis, incircunscripta.O trinitas adoranda, tu bonitas pura, immensa,fontana, supersubstantialis,æterna.Tu esse tantum,esse purum,esse perfectum, esse plenum, simplicissimũ;independens,immateriale,interminabile,nesciens locũ.In te ò trinitas sup

benedicta, infinita est gloria, & beatitudinis tuæ lætitia ē penitus infinita. In te quoq; im
mensa dilectio, omniūq; bonorū atq; pulchrorū superplena & perfecta possessio. In te be
atissima uita, interminabilis sapientia, immensa complacentia, paxq; dulcissima. Tu pater
æterne, teipsum intuendo & intelligendo, tuiipsius cōceptum & uerbum in te profers &
gignis: infinito & superardenti amore unigenitum tuum superpulcherrimum diligis: &
cum superincomprehensibili ardore æternaliter eum amplecteris, amas, & inspicis. Oīa
tua superbone pater ei communicas, & in eo immēsum delectaris & complaces. Tu quo-
q; unigenite, patri tuo æterno inseparabiliter hęres: & quicquid habes & es, ab ipso te sus
cepisse cognoscis. Ideo superæstuanti simpliciterq; infinito amore eum rediligis, & cū iu-
Ioann. 8. cunditate immensa ad ipsum te uertis. Tu patrem perfecte cognoscis, in eo interminabi-
liter delectaris, & sempiterno amplexu quiescis. Tu mētis paternæ uerbum æternum, in
telligibilis dictio, & sapientiæ eius plena expressio. Tu splendor gloriæ, figura paternæ
Hebr. 1. Coloss. 1. substantiæ, imago bonitatis paternæ essentiæ. Tu deus de deo, lumen de lumine, deus ue-
rus de deo uero. Tu lumē de lumine, lumen æternū ab æterna luce, deus immensus & ue-
rus, unus cū patre. Tu alme paraclete spiritussancte, patris & filij es dulcissimus nexus, iu
cundumq; osculum, æternus complexus. Te simul spirant & diligūt, atq; in te omnes glo
riæ & diuinitatis suæ diuitias æternaliter fundunt. Tu amor amborū, spiritus, pax serenis
sima, suauitas infinita, cōmunio plena, sempiterna atq; cōmunis lætitia. Te pater & filius
infinite diligūt, eosq; denuo immense rediligis: & in ipsis superdulcissime perseueras. Pa-
cis tuæ dulcedo ō trinitas superfelix, est prorsus immēsa: & unionis tuæ coniunctio con-
substātialis ac indiuidua. Tu deus ęterne es actus purus, mens separata, honoratissimus in
tellectus, uniuersorū origo & finis. Te iure laudant, adorant, glorificant omnes creaturæ
tuę. Te calidissimo animo, ardētissima mente, sacratissima Seraphin iugiter intuētur & di-
ligunt. Te sapiētissimo corde oculata Cherubin mirantur atq; conspiciunt. Tibi domine
Throni sedes sunt: te Dominationes adorant: à te Virtutes depēdent: te Potestates formi
dant. Tibi Principatus ministrāt: Archangeli parēt: Angeli seruiūt. Te prę cunctis & sin-
gulis anima Christi cognoscit & diligit, cui uirgo Christifera extat simillima. Te patriar-
chę glorificāt, prophetę collaudāt, apostoliq; magnificant. Te martyres benedicūt, cōfes-
sores exaltant, uirgines amant, omnesq; electi adorāt. Quoniā tu solus cūcta in infinitum
Psal. 40. excellis, & tui cōparatione ē totus mūdus tanquā puluis exiguus. Tu solus immēsus, ęter-
Baruch. 3. nus, omnipotens, nulloq; egens: penitus simplex, naturaliter bonus, essentialiter sanctus,
substātialiterq; perfectus, trinus & unus. Amen. Ad laudes. Vers.
Iob. 38. Te domine laudant astra matutina, tibi iubilant omnes filij dei trinitas sancta.

Psalm. 69. DEus in adiutorium meum int. Domine ad adiu. Gloria pa. Sicut erat in princ.
Antiph. Deus & pater. Psalmus:

Psalm. 144. EXaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum secu
li. Per singulos dies benedicā tibi, & laudabo nomen tuū in seculum, & in seculū se-
culi. Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Gene
ratio & generatio laudabit opera tua, & potentiā tuam pronūtiabunt. Magnificentiā glo
rię sanctitatis tuę loquētur, & mirabilia tua narrabunt. Et uirtutem terribiliū tuorū dicēt,
& magnitudinē tuam narrabūt. Memoriam abūdantię suauitatis tuę eructabunt, & iusti-
tia tua exultabunt. Miserator & misericors dominus, patiens & multū misericors. Suauis
dominus uniuersis, & miseratiōes eius super omnia opera eius. Gloria patri. Sicut erat in.
Ephe. 3. Antip. Deus & pater domini nostri Iesu Christi, à quo omnis paternitas in cęlo & in ter-
ra nominatur, det nobis secundū diuitias glorię suę uirtutē, corroborari in interiori hoīe
per spūm sanctū, habitare Christū p fidē in cordibus nostris. Ant. Te decet laus. Psal.

Psalm. 68. EXaudi me domine quoniā benigna est misericordia tua: secundū multitudinem mi
serationū tuarū respice in me. Et ne auertas faciem tuā à me à puero tuo: quoniā tri-
bulor, uelociter exaudi me. Intende animę meę & libera eam, propter inimicos eri-
pe me. Laudabo nomē dei cū cantico, & magnificabo eum in laude. Laudēt illum cœlum
& terra, mare & omnia reptilia in eis. Gloria patri. Sicut erat. Ant. Te decet laus, te de-
cet hymnus: tibi gloria deo patri & filio cū sancto spū in secula seculorū. Ant. Beato. Psal.

Psalm. 135. COnfitemini domino quoniā bonus, quoniā in æternum misericordia eius. Confite-
mini deo deorū, quoniā in &c. Confitemini domino dominorū, quoniā. Qui facit mi-
rabilia magna solus, quon. Qui fecit cęlos in intellectu, quon. Qui firmauit terrā su-
per aquas, quoniā. Qui fecit luminaria magna, quoni. Solem in potestatē diei, quoniā. Lu-
nam &

nam & stellas in potestatem noctis, qm̃. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in princ. &c. Beato & soli potenti, regi regũ et domino dominantiũ, qui solus habet immortalitatem, et lucẽ habitat inaccessibilem, honor et imperiũ sempiternũ. Capitulum. 1. Tim. 6.

FActum est autem, Iesu baptizato et orante, apertum est cœlum, et descendit spũssanctus corporali specie sicut columba in ipsum, et uox de cælo facta est, tu es filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Deo gratias. Res. Gratias agimus tibi domine deus omnipotens, qui es et qui eras, qui accepisti uirtutem tuam magnam, et regnasti, alleluia. Ver. Confiteantur tibi domine omnia opera tua, et sancti tui benedicant tibi. Qui accepisti. Gloria pat. Alleluia. Hymnus. Matt. 3. Apoc. 19. Psal. 144.

O Qui perpetua mundum ratione gubernas, Boethius in de consol.
Terrarum cœliq; sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri,
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus, uerum insita summi
Forma boni, liuore carens: tu cuncta superno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, similiq; ab imagine formans
Da deus augustam menti conscendere sedem,
Da fontem lustrare boni: da luce reperta,
In te conspicuos animi defigere uisus,
Atq; tuo splendore mica: tu nanq; serenum,
Tu requies tranquilla pijs, te cernere finis.
Cœtus in excelsis te laudat cœlicus omnis,
Et mortalis homo, & cuncta creata simul. Psal 146.
Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus,
Signa, potestates, cursus, loca tempora nosti.
Principium, uector, dux, semita, terminus idem.
Gloria, laus, & honor tibi sit rex trine creator. Amen. Ver. Patris & filij & spiritusſancti una est diuinitas: Aequalis gloria, coæterna maiestas. Ant. Qui fecit stellas.

BEnedictus dominus deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Vt sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiã pacis. Gloria patri &c. Qui fecit stellas, hic est deus noster, & non æstimabitur alius ab illo: Hic adinuenit omnem uiam disciplinæ, & dedit illã Iacob puero suo, & Israel dilecto sibi: & post hæc super terram uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Laus dei. Luc. 1. Baruch. 3.

GRatias agamus dño deo nostro: Dignum & iustũ est, Nos tibi semper & ubiq; gratias agere dñe sancte, pr̃ oĩpotens, ęterne deus. Qui cũ unigenito filio tuo & spũsancto unus es deus, unus es dñs. Nõ in unius singularitate psonę, sed in unius trinitate substantiæ. Quod eñ de tua gloria reuelãte te credimus, hoc de filio, hoc de spũsancto, sine differentia discretionis sentimus. Vt in cõfessione ueræ sempiternęq; deitatis, & in persona proprietas, & in essentia unitas, & in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudãt Angeli atq; Archangeli, Cherubin quoq; ac Seraphin, qui non cessant clamare quotidie una uoce dicentes: sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens. Pleni sunt cœli & terra gloria tua. Domine exaudi orationem meam. Et clam. Oremus. Psal. 8. Apoc. 12. Psal. 101.

TRinitas incorporea, inuisibilis, incõprehẽsibilis, incircũscriptibilis, supexaltata, æterna: q̃ ad oĩa, pcedẽs p lucis tuę influxũ, manes in teipsa inaccessibilis atq; immobilis, uniformiter atq; fixe, & æternaliter eodem modo te habẽs, animã nostram quam ad similitudinem tuam plasmare dignata es, ab omni immunditia eripe, eamq; reforma, & tibi assimila, atq; indesinenter eam in tua bonitate custodi: cui honor, beatitudo, uita & regnum per secula infinita. Amen. Dñe exaudi orationẽ meam. Bñdicamus dño. Deo gatias. Animę omnium fidelium defunctorum per misericordiam tuam ô benignissima Trinitas requiescant in pace. Amen. Ad Primam. Gen. 5. Psal. 101.

ASsit nobis semper immẽsa &c. ut suprà. Cor mundũ crea in me deus, & spũm rectũ innoua in uisceribus meis. Deus in adiutoriũ. Domine ad. Gloria. Hymnus. Psal. 50. Psal. 69.

Fontale

FOntale lumen deus uiuus, uere unus, uere trinus, te cuncta pauent, tibi parent, quæ p gyrum cœli tenent.
Tu dulcedo infinita, lux immēsa, pura uita, te solum decet latria, in te immēsa lætitia. Præsta menti gratiarum dona sacra superna℞, ut te amet & metuat, tibiq; semp pareat. Honor, uirtus & potestas, laus & hymnus ac maiestas, summo patri atq; uerbo, & quem spirant uni deo. Amen. Ant. Deus autem. Psalm.

Psal. 26. DOminus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector uitę meę, à quo trepidabo? Exaudi domine uocē meā qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me. Tibi dixit cor meū, exquisiuit te facies mea: faciē tuam domine requirā. Ne auertas faciem tuā à me, ne declines in ira à seruo tuo. Adiutor meus esto domine, ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris meus. Gloria patri &c. Deus autē omnis gratiæ, qui uocasti nos in æternā tuā gloriā in Christo Iesu modicū passos, tu nos pfice, cōfirma & solida, cui honor & gloria & imperiū in secula sempiterna. Ant. Beatę. Psal.

Galat. 1.

Psal. 6. DOmine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Miserere mei domine, quoniā infirmus sum: sana me domine, quoniā conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est ualde, sed tu domine usq; quò? Conuertere domine & eripe animam meā, saluū me fac propter misericordiā tuam. Gloria patri &c. Beatæ trinitatis & incommutabilis diuinitatis una est substantia, indiuisa in opere, concors in uolūtate, par in omnipotentia, æqualis in gloria. Ant. Credimus. Psal.

Psalm. 32. CAntate domino canticū nouum, bene psallite ei in uociferatione. Quia rectū est uerbum domini, & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiā & iudiciū, misericordia domini plena est terra. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Congregans sicut in utre aquas maris, ponēs in thesauris abyssos. Timeat dominū omnis terra: ab eo aūt commoueātur omēs inhabitātes orbē. Quoniam ipse dixit & facta sunt: ipse mādauit & creata sunt. Gloria patri &c. Credimus, confitemur & colimus te deū patrem omnipotentem, ęternū, immensum: teq; dei unigenitū ex substantia patris æternaliter natū: te quoq; spūm sanctum paracletū ex utroq; intemporaliter profluentē, atq; utriq; coadorandū & glorificandū, unū solum ue℞ deum. Hymnus.

Psal. 148.

O Fons beatitudinis, fons omnis pulchritudinis, superbeata trinitas, immensa, pura bonitas.
Tu origo clemētiæ, mūdanæ rector fabricę, unus essentialiter, ac trinus psonaliter. Tua mundet & fœcundet corda nostra gratia, ut uirtutū fructū ferāt expellēdo uitia. Præsta pater pijssime, patriq; compar unice, cum spiritu paracleto regnans per omne seculum. Amen. Capitulum.

Coloss. 1. GRatias agimus tibi domine pater, qui transtulisti nos in regnū filij dilectionis tuæ, q est imago tua inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniā per ipsum & in ipso condita sunt omnia in cœlo & in terra. Deo gratias. Resp. Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutē & diuinitatem, & sapientiā, & honorē, & gloriam, & benedictionem. In æternum. Alleluia. Ver. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. In æternū &c. Gloria patri &c. Alleluia. Vers. Spiritussanctus à patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Laus dei.

Apoc. 5.
Gala. 2.

Danie. 4. NVnc igitur oculos meos ad cœlum leuo, et altissimo benedico, et uiuentem in secula laudo atq; glorifico: quoniā potestas eius potestas ęterna, et regnum eius perpetuum: omnesq; habitatores terræ apud ipsum in nihilū reputantur. Benedictus es domine deus patrū nostro℞, et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctū, et laudabile et superexaltatū in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuę, et superlaudabilis et supergloriosus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos, et sedes super Cherubin, et laudabilis et superexaltatus in secula. Tibi deus patrū nostro℞ confiteor, quia iustus es in omnibus quæ fecisti: uniuersaq; opera tua uera: uiæ quoq; tuæ rectæ, atq; iudicia tua omnia sancta. Exaudi domine, placare domine, attende et fac. Nō enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis et magnis. Domine exaudi orationem meā. Et clamor. Oratio.

Dani. 3.
Exech. 1.
Dan. 9.
Psalm. 101.

TRinitas superalma, glorificāda, superfelix, incōmutabilis et perfecta, quę in teipsa uniuersæ beatitudinis plenitudinē comprehendis, in qua est infinita dilectio mutua, interminabilis sapientia, immensa complacentia, omniūq; bono℞ atq; pulchrorū perfecta possessio, tuo℞ nos participatione bono℞ impingua et dita: et tui amoris ardore cor nostrum

nostrum incende, resolue, & interiora nostra reforma, ac omni tempore rege. Cui honor, beatitudo, uita & regnũ per secula infinita. Amen. Ad Tertiam. Psal. 50.
Assit nobis &c. ut suprà. Cor mundũ &c. Deus in adiut. Dñe ad &c. Hymnus. Psal. 69.

REx cœlorum, mundi factor, orbis motor astriferi, tu salutis meæ actor, rector solis splendiferi.
Genitor incircũscripte, fili pr̃is bñdicte, adorãde paraclete, summe deus rex inclyte. Da affectum æstuantem, da menti sapientiam, tibi uitam da placentẽ, da stabilẽ memoriã. Tibi hymnus, honor decus coæternę trinitati, regnum, iugis principatus adorandæ maiestati. Amen. Antiph. Oculus. Psalmus.

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fortem uiuum, quãdo ueniam & apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus? Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam, quoniã transibo in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei mei. In uoce exultationis et cõfessionis, sonus epulãtis. Quare tristis es anima, et quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei et deus meus. Gloria patri &c. Oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui diligũt illum: nobis autem reuelauit per spiritum suum. Ant. Summę. Psalmus. Psal. 41. Esaie. 64. 1. Cor. 2.

REspice in me domine & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuũ. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me à calumnijs hominum, ut custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina sup seruũ tuum, & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deducant oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Gloria pa. &c. Summę trinitati, simplici deo una diuinitas, æqualis gloria, coęterna maiestas. Ant. Te deum. Psalmus. Psal. 118.

ERipe me domine ab homine malo, à uiro iniquo eripe me. Dixi domino de⁹ meus es tu, exaudi dñe uocem deprecationis meæ. Domine dñe uirtus salutis meę, obumbra super caput meum in die belli. Non tradas me domine à desiderio meo peccatori, cogitauerũt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltenť. Gloria &c. Te deũ patrẽ ingenitũ, te filiũ unigenitũ, te spm̃sanctũ paracletũ, sanctã & bñdictã atq; indiuiduã trinitatẽ toto corde & ore, ƥfitemur, laudam⁹ & magnificam⁹: qm̃ te laudat oĩs uirt⁹ cœlorũ. Hym. Psal. 139.

DEus cuius est natura simplex, summaq; bonitas, infinita, sancta, pura, cuius immensa dignitas. (stime egere.
Trine, felix, simplex deus, salus, uirtus, plastes meus, me custodi, me tuere, sicut noQui seruit tibi negligẽter, maledict⁹ erit semp: hinc da tibi reuerẽter deseruire & ardẽter. Sit laus, honor deo patri, summo q; Chrõ dec⁹, sctõ itẽ spũi maiestas deo simplici. Capit. Hiere. 48.

EXultauit Iesus in spũsancto, & ait: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, q̃a abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis: ita pater, qm̃ sic placuit ante te: oĩa mihi tradita sunt à patre meo. Deo gratias. Respõ. Benedictus sit deus pater, unigenitusq; dei filius, sanctus quoq; spiritus, quia fecit nobiscũ misericordiã suam. Alleluia. Ver. Benedicimus deum cœli, & coram omnibus uiuentibus confitebimur ei. Quia fec. Gloria &c. Alleluia. Ver. In hac sancta trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales. Laus dei. Luce. 10. 2. Cor. 1. Tobi. 12.

DOmine deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniã factus es fortitudo pauperis, adiutor egeni. Ecce deus noster iste, expectauimus eũ, & saluabit nos. Nomẽ tuũ & memoriale tuũ dñe, in desiderio animæ meę. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spũs meus in præcordijs meis: de mane uigilabo ad te. Quis mẽsus est pugillo aquas, & cœlos palmo põderauit? Quis appẽdit tribus digitis molẽ terrę, & librauit in põdere mõtes, & colles in statera? Quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit & ostendit illi? Cum quo inijt consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientia, & uiam prudentiæ ostendit illi? Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram illo: & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Qui extendit uelut nubilum cœlos, & expãdit eos quasi tabernaculum ad inhabitãdum. Deus sempiternus dominus, qui creauit terminos terrę, non deficiet neque laborabit, nec est inuestigatio sapientię eius. Vere tu es deus absconditus, deus Israel. Ego dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Non est similis mei: consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. Et nunc dñe deus pater noster es tu: nos uero lutũ opera manuũ tu- Psal. 9. Esai. 25. Esaie. 26. Esai. 40. Eodem. Esaie. 45. Esai. 42. Hiere. 50. Esai. 46. Esai. 64.

Psalm. 78. nuum tuam omnes nos. Ecce tu iratus es, & peccauimus: quasi pannus mēstruatæ omēs
Psal. 101. iustitiæ nostræ. Ne irascaris domine, nec ultra memineris iniquitatis nostræ. Domine exaudi orationē meam: Et clamor meus. Oratio.

TRinitas superbona, naturaliter bona, & bonitas pura, supsapiēs & bona, ac impscrutabilis sapiētia, in qua est plena communio, superiocunda diffusio, & insegregabilis unio, in qua se pater filio totū communicat, pater quoq; & filius totam suā deitatem & lucem in spiritū sanctum confundit, munificentiam tuę bonitatis in nobis demonstra, luceq; sapientiæ tuæ animam nostram ad contemplandū dignanter irradia, confirma, &
Psal. 101. erige: cui honor, uita & regnū per secula infinita. Amen. Domine exaud. Et clamor. Benedicamus domino: Deo gratias. Animæ omniū fidelium defun. &c. Ad Sextam.

Assit nobis &c. Cor mundum &c. Deus in adiutoriū. Gloria pa. Hymnus.

O Benedicta trinitas, in qua ęterna unio, sempiterna fœcunditas, pfectaq; cōmunio. Tu ens incommutabile, ens incircunscriptibile, te nemo comprehendere ualet, nec digne colere.

Nos purga, doce & inflamma, ut uitemus mētis damna, & in nobis reformetur imago tua & saluetur.

Gloria & honor deo usquequo altissimo, deo patri filioq; inclyto paracleto: cui honor & potestas per æterna secula. Amen. Ant. Gratia domini. Psalmus.

Psalm. 83. QVàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meū & caro mea, exultauerunt in deū uiuum. Altaria tua domine uirtutū, rex meus & deus meus. Beati q habitant in domo tua domine, in secula seculorū laudabunt te. Domine deus uirtutū exaudi orationem meā, auribus percipe deus Iacob. Protector noster aspice deus, & respice in faciē Christi tui. Gloria patri &c. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei patris, & cōmunicatio sancti spiritus sit cū omnibus nobis. Ant. Scimus. Psalmus.

Psal. 141. CLamaui ad te domine, dixi tu es spes mea, portio mea in terra uiuentiū. Intēde ad deprecationē meam, quia humiliatus sum nimis: libera me à persequētibus me, qa confortati sunt super me. Educ de custodia animā meam ad confitendum nomini tuo:
1. Ioan. 5. me expectant iusti donec retribuas mihi. Gloria patri &c. Scimus quoniā filius dei uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus deū uerū: & simus in uero filio eius Iesu Christo, hic est uerus deus & uita æterna. Ant. Charitas dei. Psalmus.

Psal. 12. VSquequo domine obliuisceris me in finē, usq; quo auertis faciem tuam à me? Quàm diu ponā consilia in anima mea, dolorē in corde meo per diē? Vsq; quo exaltabit inimicus meus super me? respice & exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos ne unquā obdormiā in morte, ne quando dicat inimicus meus, pręualui aduersus eū. Qui tribulāt me, exultabūt si motus fuero: ego autē in misericordia tua speraui. Exultabit cor meū in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallā nomini domini altis-
Rom. 5. simi. Gloria patri &c. Charitas Christi diffundatur in cordibus nostris per spiritū sanctū, quem domine pater tribuas nobis. Hymnus.

O Stelliferi conditor orbis, qui perpetuo solio nixus, rabido cœlū turbine uersas, legemq; pati sydera cogis: tota certo fine gubernas, rerū nanq; fœdera nectis.

O superfelix trinitas, in qua omis nobilitas, fac nos semper petere, quod nobis scis proficere, æternis ut te laudibus laudemus in cœlestibus.

Te summa deus trinitas collaudet omis spiritus, te rerū uniuersitas adoret, laudet penit⁹, quos in fide catholica saluas, rege per secula. Amen. Capitulū.

Gene. 1. DIxit dominus deus, faciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostram. & creauit deus hominē ad imaginem & similitudinē suam, ad imaginem dei creauit illum.
Hebr. 1. Deo gratias. Respon. Filius dei cū sit splendor gloriæ & figura substātiæ patris, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexterā
Philip. 2. maiestatis in excelsis. Alleluia. Ver. Propter nimiā charitatem suā qua dilexit nos deus pater, filiū suum dilectū misit in mundū. Alleluia. Gloria p. Alleluia. Ver. Omipotens pater, oipotēs filius, oipotēs spūssanctus. Et tñ nō tres oipotētes, sed unus oipotēs. Laus dei.

Iob. 5. EGo deprecabor altissimum, qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absq; nume
Iob. 9. ro, qui præcipit soli & non oritur, & claudit stellas quasi sub signaculo. Excelsior cę
Iob. 11. lo est, & qd facies? profundior inferno, & unde cognosces? lōgior terra mēsura eius,
Iob. 15. & longior mari. Si conuerterit omnia uel in unū coartauerit, quis contradicet ei? Ecce inter san-

ter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius: potestas & Iob.15.
terror apud ipsum est, qui facit concordiã in sublimibus suis. Nunqd est numerus militũ Iob.25.
eius? & sup quem non splendet lumẽ ipsius? Nunqd iustificari potest homo comparatus
deo? Ecce luna non splendet, & stellæ nõ sunt puræ in cõspectu eius. Qui extendit aqlo- Iob.26.
nem super uacuũ, & appendit terram in nihilo. Qui ligat aquas in nubibus, ut non erum-
pant pariter deorsum. Colũnæ cœli contremiscũt & pauẽt ad nutũ ipsius. Spiritus domi- Iob.33.
ni fecit me, & spiraculũ omnipotentis uiuificauit me. Digne eũ inuenire non possumus, & Iob 37.
enarrari non potest. Dñe exaudi &c. Oremus. Psal.101.

TRinitas supsimplex, supgloriosa, & tibi soli ad plenũ nota, in qua ẽ inegressibilis immanensq; diffusio, ubi singulæ psonæ in singulis uere & imperscrutabiliter sunt, totus in filio pater, totusq; in patre filius, atq; in utroq; spũssanctus, in spiritusancto ǭq; uterq;, cõuerte mentẽ nostram in te, ut simus tibi semp uniti, atq; p affectũ unum tecum, inordinatos in nobis motus cõpescas, & animæ passiones benigne reformans: cui honor, uita, &c. Domine exaudi &c. Bñdicamus do. &c. Animæ oĩm fi. Ad Nonã.

Assit nob. Cor mundũ. Deus in adiutoriũ. Gloria pa &c. Hymnus.

O Creator deus rerũ, ordinator specierũ, cuncta regens fortiter, non occuparis mundum regens, nec turbaris hunc disponens, cõseruansq; stabiliter.

Tu quẽ adorãt seraphin, Throni, Virtutes, Cherubin, cœlorũq; militiæ, nos laudantes ne contẽnas, nostras preces ne repellas, rex cœli, princeps gloriæ. Esai.6.

Genitori genitoq; laus & iubilatio: salus, honor, uirtus ǭq; sit & benedictio: procedẽti ab utroq; compar sit laudatio. Amen. Ant. Ei autem. Psalmus.

IN te domine speraui, nõ cõfundar in æternũ, in iustitia tua libera me & eripe me. Inclina ad me aurem tuam, & salua me. Esto mihi in deũ protectorem & in locũ munitũ, ut saluum me facias. Quoniã firmamentũ meum & refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legẽ agentis & iniqui. Quoniã tu es patiẽtia mea dñe, domine spes mea à iuuentute mea. In te confirmatus sum ex utero: de uentre matris meæ tu es protector meus. Gloria pa. &c. Ei aũt qui potens est nos conseruare sine peccato, & cõstituere ante conspectũ gloriæ suæ immaculatos, soli deo p dñm nostrũ Iesum Chr̃m gloria, magnificẽtia, imperiũ & ptãs ante oĩa secula, & nũc & in oĩa secula. Psal.70. Iudæ.1.

LAudate dñm de cœlis, laudate eũ in excelsis. Laudate eũ oẽs (Ant. Eia. Psal. angeli eius, laudate eum oẽs uirtutes eius. Laudate eum sol & luna, laudate eum oẽs stellæ & lumẽ. Laudate eũ cœli cœlorũ: & aquę oẽs quę sup cœlos sunt, laudent nomen dñi. Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mãdauit & creata sunt. Statuit ea in seculũ & in seculũ seculi, præceptũ posuit & non præteribit. Gloria patri &c. Eia benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & uirtus, & fortitudo deo nostro in secula seculorum. Amen. Anti. Nunquid. Psalmus. Psal.148. Apo.7.

QVàm magnificata sunt opera tua dñe, omnia in sapiẽtia fecisti: impleta est terra possessione tua. Emitte spiritum tuum & creabũtur, & renouabis faciẽ terræ. Sit gloria dñi in seculũ: lętabitur dominus in opibus suis. Qui respicit terrã & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigãt. Cantabo domino in uita mea, psallam deo meo ǭdiu sum. Iucundũ sit ei eloquiũ meum, ego uero delectabor in domino. Gloria p. &c. Nunqd ego qui alios parere facio, ipse nõ pariã dicit dominus? si ego q cæteris generationem tribuo, sterilis remanebo ait dominus deus? Hymnus. Psal.103. Esai.66.

O Adoranda trinitas, immensa, prima bonitas, in te oĩs nobilitas, essentialis unitas.
O pater nos uiuifica, ô fili nos illumina, tu flamẽ nos sanctifica, nos uere & deifica.
In me tuã pietatẽ imple atq; charitatem, tibi queã ut intente adhærere fixa mente.
Vni trinoq; domino sit sempiterna gloria, qui uitam sine termino nobis donet in patria.
Amen. Capitulum.

O Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & p ipm̃, & in ipso sunt omnia. Deo gratias. Resp. Benedicentes dominũ exaltate illum quantum potestis, & exaltantes illum replemini uirtute. Ne laboretis: non enim peruenietis. Ver. Quoniam magnus dominus noster & magna uirtus eius, & sapientię eius non est numerus. Ne laboretis. Gloria patri &c. Non enim. Ver. Sicut unamquanq; personam deum ac dominum confiteri Christiana ueritate compellimur, ita tres deos aut dominos di- Rom.11. Esai.40. Eccl.43. Psal.146.

cere catholica religione prohibemur. Laus dei.

Gene. 17. Iob. 38. EGo sum deus, & non est extra me alius, nec est similis mei. Vbi eras quãdo fundamẽta terræ ponebam? Quis posuit mensuras eius? aut quis tetendit super eam lineã? aut super quo bases illius solidatæ sunt, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij dei? Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de uulua procedens, cum ponerem nubem uestibulum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem? Circũdedi illud terminis meis, posuiq; uectes & ostia, & dixi: Hucusq; uenies, & non procedes amplius, hicq; confringes fluctus tuos tumentes. Nũquid nosti ordines cœlorũ quos condidi, qui solidissimi sunt quasi ære fusi? Exod. 15. Nunc igitur cantemus domino: gloriose enim magnificatus est. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Quis similis tui in fortibus domine? qs similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis, & faciẽs mirabilia? Deute. 32. Date magnificẽtiam deo nostro: dei perfecta sunt opera, & omnes uiæ eius iudicia. Deus fidelis & absq; ulla iniquitate, iustus & rectus: dominus regnabit in æternum et ultrà. Exod. 15. Domine exaud. Oremus:

TRinitas superuiuẽs, cuius beatitudinis gloria in seipsa simpliciter infinita est, fons uitæ quę omnem angelicam mentem intelligibili lumine imples, et omnem rerum ordinem pulchre distinguis, ornas ac regis, tibi per te et in te omnino sufficiẽs, quæ es omnium rerũ creatrix et finis: quam intueri, uniuersorum intellectuum consummata extat felicitas, animam nostram reduc et stabili atq; conserua in te, omnem à te elongantem occupationem à nobis semper auertẽs: cui honor &c. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus. Benedicamus. Animæ omniũ fid. Ad Vesperas.

Psal. 30. Psal. 69. ASsit nobis semper &c. Illustra dñe faciem tuã sup seruum tuũ: Saluũ me fac in misericordia tua. Deus in adiut. Dñe ad adiuuand. Gloria pa. Hymnus.

LVmen uerum, uiuum, plenum, coæuum fundens radium, bonum, purum et amœnum, producens germen optimum.

LMens paterna sempiternum uerbum in te semper gignẽs, et cum ipso coæternum compar tibi flamen spirans.

Fac nos aptos et benignos ad te laudãdũ iugiter, uisione tua dignos nos de° fac perenniter.

Laus, hymnus, reuerentia, maiestas, sapientia sit regnanti deo uiuo, adorando, uni, trino. Amen. Antip. Nemo nouit filium. Psalmus.

Psal. 88. MIsericordias domini, in ęternum cantabo. Confitebuntur cœli mirabilia tua domine: etenim ueritatem tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus ęquabitur domino, similis erit domino in filijs dei? Deus qui glorificatur in cõsilio sanctorum: magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Domine deus uirtutũ, quis similis tui? potẽs es domine, et ueritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris, motum aũt fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut uulneratũ superbum, in brachio uirtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cœli & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti. Benedictus dominus in ęternum: fiat fiat. Gloria patri &c. Matt. 11. Luce. 10. Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: sed et spiritussanctus est, qui scrutatur etiam profunda dei. Ant. Te laudo. Psalmus.

Psal. 16. EXaudi domine iustitiã meam, intende deprecationẽ meam. Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. A resistẽtibus dextræ tuæ custodi me, ut pupillã oculi. Sub umbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt. Gloria patr. Sicut erat.

Ibidem. 6. Te laudo, te adoro atq; glorifico, nec tamen dignũ aliqd me agere posse cognosco, ò supessentialis, superuoluptuosa, supinfinitaq; trinitas: cui astra matutina ac uniuersa supcœlestis triumphans ecclesia indesinenter decãtat: Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus om̃ipotens. Pleni sunt cœli & terra gloria tua. Ant. Quod autem. Psalmus.

Psal. 17. DIligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meũ, & liberator meus. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eũ. Quoniã tu illuminas lucernam meam domine, deus meus illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar à tentatione, & in deo meo trãsgrediar murum. Deus meus impolluta uia eius, eloquia domini igne examinata: protector est omniũ sperantium in se. Quoniã quis deus præter dominum, aut quis deus pręter deum nostrum? Viuit dominus, & benedictus deus meus, & exaltetur deus salutis meæ. Gloria pa. &c. Psal. 2. Qd aũt nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, q dilexit

dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Capitulum.

LOcutus e Iesus discipulis, dicēs: Data ē mihi oīs potestas in cœlo & in terra: eūtes ergo docete oēs gētes, baptizantes eos in noīe patris & filij & spūssancti. Deo gratias. Matt. 28.
Resp. Apparuerunt apostolis dispertitę linguæ tanq̄ ignis, seditq; spūssanctus supra singulos eorum: & repleti sunt omnes spiritusancto. Alleluia. Ver. Loquebātur apostoli uarijs linguis magnalia dei, prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Et repleti. Gloria p. Alleluia. Hymnus. Actuū. 2.

EXemplaris ueritas, lux, uita, mens & unitas, tu fontale principiū uniuersoꝝ entium. O personæ infinitæ te adoro, colo rite, pater, uerbum, sacrum flamen, meum semper sis iuuamen.

Abeūte lucifluo, sole assis continuo fulgēs semper nostro cordi, ut resistat omni sordi.

Deo patri sit gloria &c. Ver. Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu: Laudemus & supexaltemus eum in secula. Ad magnificat Antiph. Milia milium.

MAgnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus, in deo salutari meo. Quia resp. &c. Milia miliū tibi ò sancta, adorāda, sup gloriosaq; trinitas ministrāt: & decies milies cētena milia tibi assistūt. nō eñi ē numerus militū tuoꝝ. Laus dei. Dani. 7. Iob. 25.

GLoria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter mag. &c. Dñe exaudi orationē &c. Oratio: Luce. 2.

TRinitas supersplendida, superfelix, & uere clemētissima, summa maiestas, quæ cuncta creasti, omnia implens, conseruans ac moderās, quæ es ante oīa non sola, post oīa non præuēta, in oībus non inclusa, extra omnia non exclusa, supra omnia non deleta, infra omnia non oppressa, manens semper in tua superessentiali simplicitate, incommutabiliter subsistens, animam nostram circunda, præueni, protege: sicq; nunc eam gratiæ tuæ splendore adorna, ut post exilium præsens, lumine gloriæ eam induas in æternum. Cui honor, uita &c. Domine ex. Benedicamus d. Animæ omniū fi. Ad cōpletoriū.

Ne proijcias me domine in tempore senectutis: cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. Assis nob. Deus in adiut. Gloria pa. Sicut erat. Hymnus. Psal. 70.

PRincipatus cum Angelis, Virtutes cum Archangelis iubilant tibi trinitas, ens una uera deitas.

Dñationes cœli cū sacris Ptātibus te adorāt fontem ueri, cum supernis spiritibus.

O adoranda trinitas, ò inscrutanda deitas, deus pater, deus fili, deus alme paraclete.

Culpas laua quibus praua sordet cōscientia, ut syncere mēte uera fruamur tua gloria.

Honor, uirtus, lętitia, sempiternaq; latria deo prī & filio, sctō unà paracleto. Amen.

INclina domine aurē tuam & exaudi me, quoniā inops & (Ant. Respōdens. pauper sum ego. Custodi animā meam qm̄ sanctus sum, saluū fac seruum tuū deus meus sperantē in te. Miserere mei dñe qm̄ ad te clamaui tota die, lætifica animā serui tui, qm̄ ad te dñe animam meā leuaui. Qm̄ tu dñe suauis & mitis, & multæ misericordiæ omībus inuocātibus te. Gloria pa. Respondens angelus Mariæ dixit: spūssanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te sanctū, uocabitur filius dei. Ant. Regnauit dominus. Psalmus. Psal. 85. Luce. 1.

NOn est similis tui in dijs dñe, & non est secundum opera tua. Omnes gentes quascūq; fecisti uenient & adorabunt coram te domine, & glorificabūt nomen tuū. Quoniā magnus es tu & faciens mirabilia, tu es deus solus. Deduc me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua: lætetur cor meum, & timeat nomen tuū. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. Quia misericordia tua magna est super me, & redemisti animam meam ex inferno inferiori. Gloria p. Psal. 98.

Regnauit dñs deus noster omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei. Apoca. 19.

ET tu domine deus miserator & misericors, patiens & multę (Ant. Benedicta sit. misericordiæ & uerax. Respice in me & miserere mei, da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuę. Fac mecum signum in bonū, ut uideant qui oderūt me & confundantur, quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me. Gloria patri. Psalm. 85.

Benedicta sit semper sancta trinitas atq; indiuisa unitas, cōfitebimur ei quia fecit nobiscū misericordiam suam. Hymnus.

DEcreto tuo Trinitas nox & dies pseuerat, indulge pia deitas quę hoc die mala erūt. Omissa bona, facta mala, tua dele pietate, & nos nocte hac cōserua, ne inquinemur foeditate.

Psal. 4. Vt cor nostrum in idipsum dulci somno conquiescat, & colendum ad teipsum, lętum surgens inardescat.

Gloria summæ trinitati, uni ueræ deitati, cuius simplex essentia, immensa est potentia. Amen.

Capitulum.

2. Cor. 1. BEnedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarũ & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Deo gratias. Res. Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & uidimus gloriam eius, gloriã quasi 1. Ioan. 5. unigeniti à patre: plenum gratię & ueritatis. Alleluia. Ver. Tres sunt qui testimoniũ perhibent in cælo, pater, uerbum, & spiritus: & hi tres unum sunt. Plenum. Gloria patri. Alle Psal. 61. luia. Ver. In deo salutare meum & gloria mea: Deus auxilij mei & spes mea in deo est.

Antiphona: Gratias agimus.

Luc. 2. NVnc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei, salutare tuum. Quod parasti, ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Gloria patri. Gratias Luc. 2. agimus tibi pater omnipotens, qui ideo filium tuum charissimum nostræ uoluisti naturę spiritusancto cooperante esse participem, ut nos diuinę efficiamur naturæ consortes: & ideo cum Angelis, Archangelis, atq; Virtutibus, cumq; uniuerso exercitu curię cœlestis, grates tibi laudesq; pangimus, te cũ illis in regno maiestatis incessabiliter laudare optantes.

Laus atq; confessio dei.

CRedo in unum deum patrem omnipotentẽ, factorem cœli & terræ, uisibilium omnium & inuisibiliũ. Et in unum dñm Iesum Christũ, filium dei unigenitũ: & ex patre natum ante omnia secula: deum de deo, lumẽ de lumine, deum uerum de deo uero. Genitum, non factũ, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de spiritusancto ex Maria uirgine. Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundũ scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris. Et iterũ uenturus est cum gloria iudicare uiuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum & uiuificantem. Qui ex patre filioq; procedit. Qui cũ patre & filio simul adoratur & glorificatur. Qui locutus est ꝑ prophetas. Et unam sanctam catholicam & apostolicã ecclesiam. Confiteor unũ baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et uitam uẽturi seculi. Amen. Domine exaudi &c.

Oratio.

TRinitas suppulchra, superbñdicta, essentialiter sancta, quę es una essentia, una uirtus, una potentia, in qua pater est mens supsapientissima, sunpsius conceptũ in se incommutabiliter gignẽs, filius añt uerbũ mentis paternę, in quo qcquid patris est, plenissime lucet: spũssanctus utriusq; amor, dulcissimus nexus, iucundũq; osculum ac suauis amplexus, imaginẽ tuam in nobis indesinenter reforma, perfice & inhabita. Et qm̃ non nisi à purgatissimis mentibus cerneris, da nobis semper mentẽ in te absolutam & liberam, affectuosam & pu am, animo ac sensualitati fortiter dominantẽ. Cui honor, uita & regnum ꝑ secula infinita. Amen. Dñe exaudi &c. Bñdicamus dño. Animæ oim fi.

Laus dei.

Thre. 3. PArs mea dñs, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Bonus es dñe sperãtibus in Hiere. 10. te, animæ quærenti te. Non est similis tui domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine: quis non timebit te ô rex gentiũ? Tuum enim est decus qui posuisti arenam terminũ mari, qui das solem in lumen diei, ordinem stellarum & lunæ in lu Hier. 32. mine noctis. Dñe deus, ecce tu fecisti cœlũ & terram in fortitudine tua magna, Non erit ti Luc. 1. bi difficile omne uerbũ, qui facis misericordiam in milibus, & reddis iniquitatem patrũ in sinum filiorũ post eos. Fortissime, magne, potens, domin⁹ exercituũ nomen tibi. Magnus consilio, & incõprehẽsibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super oẽs uias filiorũ Adam, Psal. 78. ut reddas unicuiq; iuxta opera sua. Domine ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ne confundas nos, sed fac nobiscũ iuxta mansue- Psal. 63. tudinem tuam. Miserationũ domini recordabor, laudem dñi super omnibus quæ reddi Apoc. 5. dit nobis. Benedictio, honor, & gloria atq; potestas deo patri & agno cũ spiritusancto paracleto in æternum regnanti, uni soli uero deo. Amen.

Finis.

D. Dionysij

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI LAVDES SIVE HORAE DE DOMINI IESV AMARISSIMA PASSIONE.

AVe benignissime dñe Iesu Chr̃e. gr̃a plen⁹, misericordia tecũ, bñdicta passio, uulnera & mors tua, & bñdictus sanguis uulnerũ tuorũ. Psal. 69.
DEus in adiutoriũ meũ intende: Dñe ad adiuuan. Gloria pa.
Inuitatoriũ: Te oĩm saluatorẽ propter nos captũ, uulneratum, occisum adoramus, O Christe altissime. Psalm. Esaie. 53.
VEnite, exultemus dño, iubilemus deo salutari nostro, pręoccupemus faciem eius in cõfessione, & in psalmis iubilemus ei. Te oĩm. Quoniã deus magnus dominus, & rex magnus sup oẽs deos, q̃m nõ repellit dominus plebẽ suam: quia in manu eius sunt oẽs fines terræ, & altitudines montiũ ipse cõspicit. O Christe. Q̃m ipsius est mare & ipse fecit illud, & aridã fundauerunt manus eius: uenite, adoremus & procidamus ante deũ, ploremus corã domino qui fecit nos, quia ipse est dñs deus noster, nos autẽ populus eius & oues pascuæ eius. Te oĩm. Gloria patri. Sicut erat &c. Hymnus. Psal. 94.
VExilla regis prodeunt, fulget crucis mysterium, quo carne carnis conditor, suspensus est patibulo.
Confixa clauis uiscera, tendens manus uestigia, redemptionis gratia hic immolata est hostia.
Quo uulnerat⁹ insup mucrone dirę lãceę, ut nos lauaret crimine, manauit unda sanguine. Psal. 57.
Impleta sunt, quę cõcinit Dauid fidelis carmine, dicẽs in nationib⁹, regnauit à ligno de⁹.
Te summa deus trinitas collaudet omnis spiritus, quos per crucis mysterium saluas, rege per secula. Amen. Ant. Christus dilexit nos. Psalmus.
DEus deus meus respice in me, q̃re me dereliq̃sti: longe à salute mea uerba delictorũ meorũ. Deus meus clamabo p diẽ & non exaudies: & nocte & nõ ad insipientiã mihi. Tu aũt in sancto habitas, laus Israel. In te sperauerũt patres nostri, sperauerũt & liberasti eos. Ad te clamauerũt, & salui facti sunt: in te sperauerũt, & non sunt cõfusi. Ego aũt sum uermis & non homo, opprobriũ hoim & abiectio plebis. Oẽs uidentes me deriserunt me: locuti sunt labijs, & mouerũt caput. Sperauit in dño, eripiat eũ: saluũ faciat eum, quoniã uult eũ. Q̃m tu es q extraxisti me de uẽtre, spes mea ab uberibus matris meæ, in te proiectus sum ex utero. De uẽtre matris meæ deus meus es tu, ne discesseris à me. Q̃m tribulatio pxima est, & non ẽ qui adiuuet. Circũdederunt me uituli multi, tauri pingues obsederũt me. Aperuerũt sup me os suũ, sicut leo rapiẽs & rugiẽs. Sicut aqua effusus sum, & dispsa sunt oĩa ossa mea. Factũ est cor meũ tanq̃ cera liquescẽs, in medio uentris mei. Aruit tanq̃ testa uirtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerẽ mortis deduxisti me. Q̃m circũdederunt me canes multi, conciliũ malignantiũ obsedit me. Foderũt manus meas & pedes meos, dinumerauerũt oĩa ossa mea. Ipsi uero considerauerunt & inspexerũt me, diuiserũt sibi uestimẽta mea, & sup uestẽ meã miserũt sortẽ. Tu aũt dñe ne elongaueris auxiliũ tuũ à me, ad defensionẽ meã conspice. Erue à framea animã meã, & de manu canis unicã meã. Salua me ex ore leonis, & à cornibus unicorniũ humilitatẽ meã. Gloria pa. Sicut &c. Ant. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiã deo in odorẽ suauitatis. Ver. Adiutor meus esto dñe, ne derelinquas me: neq; despicias me deus salutaris meus. Pater nost. Et ne. Sed libe. Ne pdas cũ impijs deus animũ meam: Et cũ uiris sanguinũ uitã meã. Bñdictio ad Lectionẽ: Deus dei filius nos benedicere & adiuuare semp dignetur. Amen. Lectio prima. Psal. 21. Gala. 2. Ephe. 5. Psal. 26. Matt. 6. Psal. 25.

COena facta es egressus trans torrentem Cedron Christe, Ioh. 18.
Cum apostolis ingressus uillam ò saluator, triste
Cor tunc habens intrans hortum, qui salutis præstas portum.
Patrem ter tunc exorasti, qui sic sponte formidasti,
Vt si esset possibile, genus illud terribile
Mortis à te amoueret, nec te hostis sic torqueret.
Metu mortis naturali, agonia in pœnali
Guttas sanguinis sudasti, tunc prolixius orasti. Luc. 22.
Anima tua tristabatur, usq; mortem lassabatur. Matt. 26.

Obuiam hinc processisti hostibus, nec timuisti.
Ioan. 18. Cum te Iesum affirmares, & quæsitum te monstrares,
Mox retrorsum abierunt, & in terram corruerunt.
Nec quibant se erigere, donec fuisti libere.
Vt tu ipse asserebas, obtinere tu ualebas
Duodenas legiones, imò plures conciones
Angelorum, amputatam aurem hosti dans sanatam.
Manus tibi iniecerunt, teq; dire ligauerunt.
Tunc fugerunt metuentes tui, solum te linquentes.
Cum responsum pontifici dares, tibi opifici
Mundi dedit quis alapam. tunc ductus es ad Caipham.
Si sis Christus adiuratus, ueritatem es testatus,
Quòd te essent conspecturi in dei patris dextera,
Venientemq; uisuri iudicare in aera.
Hoc audito, morte dignum ac blasphemum te clamabant:
Et tenentes te benignum irridebant & uelabant,
Esaie. 50. Vultum tuum conspuentes, genas caputq; cædentes.
Ioan. 18. Fantes, prophetiza Christe, quis existat cæsor iste,
Multis uerbis blasphemantes, fac nos Christe te sectantes.
Marc. 14. Tunc te Petrus ter negauit, tuum os ut prænarrauit.
Quem clementer aspexisti, quod te fleuit præstitisti.
Esaie. 53. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. Resp. Tradidit in mortem animam suã, & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, & pro trãsgressoribus ro-
Eodem. gauit. Ver. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et ipse. Lectio secunda.

Ioan. 18. MAne facto, te ligatum, consputum, discoloratum
Præsidenti offerebant, falsumq; obiiciebant,
Id quòd plebem seduxisses, dei natum te dixisses.
Te patris sapientiam, æquitatis splendentiam,
Scelerati sic tractabant, te spernebant, subsannabant,
Cum Herode obsequentes: teq; alba induentes,
Vestibus te exuerunt, & flagellis percusserunt,
Vsq; costas lacerantes, te pœnose uerberantes.
Caput spinis transfigentes, & arundine cædentes.
Purpura te uestiebant, inclementer impellebant,
Vultu sanguine perfusum, consputatum & illusum,
Purpuratum, coronatum te eduxit ad iratum
Præses agmen, ut placaret illud, teq; liberaret.
Tibi Christe conformemur, passionem imitemur
Tuam, omnemq; uirtutem: quam monstrasti, da salutem.
Esaie. 53. Tu aũt dom. Deo gratias. Resp. Ecce uidimus eum non habentem speciẽ neq; decorẽ: disciplina pacis nostræ super eum. Cuius liuore sanati sumus. Vers. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Cuius liuore. Lectio tertia.

Ioan. 19. CRucem ferens es egressus, Iesu pie nimis fessus,
Suspenderunt te in ligno inter reos pro indigno,
Manus, pedes feraliter perforantes totaliter.
Ruptis uenis, & iuncturis dissolutis pro impuris,
Psal. 21. Ossa quibant numerari, corpus cœpit dissecari.
Sicq; dire sitiebas, te ut aquam effundebas,
Sitio cum protulisses, & omnino aruisses,
Matt. 27. Te aceto potauerunt, myrrham & fel miscuerunt.
Sanguis fluxit undequaq;, te tunc læso circunquaq;.
Factum cera ut liquescens est cor tuum inardescens.
Lingua adhæsit faucibus, pro his te colam laudibus.
Crucifixum irridebant te Christe multipliciter.
Iam descende, aiebant, rex Israel immititer.

Christus dei prælectus se nunc salue et deo tactus.
Pœna inæstimabili, cum uoce lachrymabili,
Deo patri proclamasti:& quid ferres demonstrasti.
Deus meus, deus meus, quare me sic reliquisti?
Horum causa ego reus, pro quo tanta pertulisti.
Tam acerbe torquebaris, tanquam pater te liquisset.
Vt leprosus uidebaris, ut quem deus percussisset.
Matri tuæ charissimæ, astanti tam mœstissime,
Vltra æstimationem condolebas: passionem
Tuam dire sic auxisti, nihil tibi pepercisti.
Consummatum est prolato, animam patri cõmendasti,
Capiteq; inclinato alte clamans expirasti.
Cernens ista Centurio, clarus tanquam decurio,
Ait: hic est dei filius. Fuit impossibilius
Vix quid puto quàm clamantem, tam ualenter expirantem.
Tunc ad tuæ dietatis dignam declarationem,
Moles uniuersitatis miram immutationem
Sustinebat continuo, lętanter hęc insinuo,
Nam tunc sol obscurabatur, lunaq; reuertebatur
Hora oppositionis. summæ uir religionis
Dionysius docuit, ꝙ soli se opposuit.
Scissæ petrę, terra mota, uelum templi scissum, nota.
Et te Christe resurgente, confitemur certa mente,
Multos sanctos suscitatos, te uenientem protestatos,
Sanctam urbem introisse, multisq; apparuisse.
Cum te tui sepelissent, & Iudæi contulissent,
Ne tuum corpus tolleretur, ut te falsum probaretur,
Custodes adhibuerunt, lapideq; signauerunt.
Fac nos ipse tibi gratos, te sequentes timoratos,
Condolere mentaliter, amare cordialiter,
Qui ardenti charitate, & præclara pietate,
Hæc pro nobis pertulisti, & tam care nos emisti.

Tu aũt dñe. Deo gratias. Respon. Vidimus eum despectũ & nouissimũ uiroꝝ. Et nos re putauimus eũ quasi leprosum, & percussum à deo, & humiliatũ. ℣. Dñs posuit in eo iniqta tem oĩm nostrũ. Et nos. Glo. Humiliatũ. Esaie. 53.

Aliæ lectiones si placẽt alicui.

ANte diẽ festũ paschæ, sciens tu Iesu quia uenit hora ut transires ex hoc mũdo ad patrẽ, cum dilexisses tuos qui erant in hoc mundo, usq; in finẽ dilexisti eos. Et egressus trãs torrentẽ Cedrõ, uenisti cũ discipulis in uillã quę dicit Getsemani. Et assumptis Petro, Iacobo & Iohanne, cœpisti cõtristari, pauere & tędere. Et locutus es illis: Tristis est aĩa mea usq; ad mortem. Sustinete hic & uigilate mecũ. Et progressus pusillũ, procidisti in faciẽ super terrã. Et positis genibus orasti dicens: Pater si possibile est, transfer calicẽ istũ à me. Veruntñ nõ mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit aũt tibi angelus de cœlo cõfortãs te. Et factus in agonia, prolixius orasti. Et factus est sudor tuus sicut guttę sanguinis decurrẽtis in in terrã. Et ueniens ad discipulos inuenisti eos dormiẽtes prę tristitia, dixistiq; illis: Ecce uenit hora, & filius hoĩs tradet in manus pctõꝝ. Sciebat aũt & Iudas locũ. Et cũ accepisset cohortẽ & à pontificibus ministros, uenit illuc, & cũ eo turba multa cũ laternis & facibus, armis & gladijs. Tu itaq; Iesu omnia sciens, processisti & dixisti: Quem quæritis? Responderunt: Iesum Nazaræum. Dixisti: Ego sum. Quod cum dixisses, abierũt retrorsum & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogasti eos: Quem quæritis? Dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondisti: Dixi uobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. At illi comprehendentes te, ligauerunt te, & duxerunt ad Annam primum. Tunc discipuli omnes te relicto fugerũt. Annas igitur interrogauit te de discipulis tuis, & doctrina tua. Respondisti: Ego palam locutus sum mundo, quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt. Hoc dicto, unus ministroꝝ dedit tibi alapam dicens: Sic respõdes pontifici? Et misit te Annas ligatũ ad Caipham pontificem. Tu aũt dñe. Deo gratias.

Iohan. 13. Matt. 26. Iohan. 18. Luc. 22 Iohan. 18.

Lectio II.

SVrgens aűt princeps sacerdotű, ait ad te dñe Iesu Christe: Adiuro te per deű uiuű, ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei benedicti. Respondisti: Tu dixisti, Ego sum. Veruntñ dico uobis, amodo uidebitis filiű hoīs sedentē à dextris uirtutis dei, & uenientē in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotű scidit uestimēta sua dicēs: Blasphemauit. Quid uobis uidet? Responderűt: Reus est mortis. Et uiri qui tenebāt te, illudebant cędentes: & expuerunt in faciē tuā. Et uelauerunt te, & colaphis ceciderűt. Aliȷ aűt palmas in faciē tuā dederunt interrogantes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemātes dicebāt in te. Mane aűt facto, uinctű duxerűt te ad Pilatű. Qui dixit ad eos: Quā accusationē affertis aduersus hoīem istű? Responderűt: Hunc inuenimus subuertentem gentē nostrā, & prohibentē tributa dari Cęsari, & dicentē se Christű regē esse. Tu aűt Iesu stetisti ante pręsidem. Et interrogauit te dicens: Tu es rex Iudęorꝫ? Respondisti: Regnum meű non est de hoc műdo. Dixit itaq; tibi Pilatus, ergo rex es tu? Respődisti, Tu dixisti quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundű, ut testimoniű phibeā ueritati. Oīs qui est ex ueritate, audit uocē meā. Dixit ergo Pilatus: Quid est ueritas? Et cű hoc dixisset, exiuit & ait Iudęis: Ego nullā causam inuenio in hoīe isto. Audiens autē Pilatus quia Galilęus esses, remisit te ad Herodē. Qui interrogauit te multis sermonibus. Cui nihil respődisti. Spreuit aűt te Herodes cű exercitu suo, & illusit indutű ueste alba, remisitq; ad Pilatű. Qui ait Iudæis. Ego cām mortis non inuenio in hoīe hoc, neq; Herodes. Corripiā ergo illű & dimittā. Et cű accusareris dñe Iesu à principibus sacerdotű, nil respődisti. Dixit ergo Pilatus: Non respondes quicq̃? Et non respondisti ei ad ullű uerbű, ita ut miraret pręses uehemēter. Tűc ergo apprehēdit te Pilatus & flagellauit. Tu aűt. Le. III.

Mar. 15. MIlites aűt præsidis suscipientes te Iesu in prætorio, cőgregauerűt ad te uniuersam cohortē. Et plectentes coronā de spinis, imposuerűt capiti tuo, & arundinē in dextera tua, & ueste purpurea circűdederűt te. Et genu flexo illudebāt tibi dicentes, Aue rex Iudęorꝫ. Et percusserunt caput tuű arundine, & dabant tibi alapas, & conspuerűt in te. Existi ergo portās spineā coronā, & purpureű uestimentű. Et ait Pilatus Iudæis: Ecce homo. Cum ergo uidissent te pontifices & ministri, clamabāt: Tolle, tolle, crucifige eum. Videns aűt quia nihil proficeret, tradidit te flagellis cæsum ut crucifigerent. Et baiulans tibi crucē existi. Perduxeruntq; te in caluariæ locű, ubi crucifixerunt te & duos latrones hinc & hinc, teq; in medio. Et dabant tibi uinű myrrhatű bibere felle mixtű. Tu uero dixisti: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciűt. Prętereuntes aűt blasphemabāt te mouētes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis tēplum dei: si filius dei es, salua teipsum descēdēs de cruce. Similiter summi sacerdotes illudētes cű scribis & senioribus, ad alterutrű dicebant: Alios saluos fecit, seipsum nő pőt saluű facere. Si filius dei est, uel si hic est Christ⁹ dei electus, descendat nűc de cruce, ut uideamus & credamus. Confidit in deo, liberet eű nűc si uult. Dixit eñ, quia filius dei sum. Stabat aűt iuxta crucē Iesu mater eius. Cű ergo uidisset Iesus matrē suā, & discipulű stantē quē diligebat, dixit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde ait discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā discipulus in suam. A

Psal. 108. sexta aűt hora tenebrę factæ sunt super uniuersam terrā, usq; in horā nonā. Et circa horam nonā clamauit Iesus uoce magna dicēs: Eli eli lāma zabathani: hoc ē, deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti? Postea ait Iesus, sitio. Et cű accepisset acetű, dixit: Cősummatű est. Et inclinato capite tradidit spm̃. Tu aűt dñe. Versus. Adiuua me domine deus meus: Saluum me fac secundű misericordiam tuam. Ad laudes.

Psal. 69 DEus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri & filio & spiritui sancto, Sicut erat. Antip. Dignus est agnus.

Psalmus.

Psal. 21. Heb. 2 NArrabo nomen tuű fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Qui timetis dñm laudate eű, uniuersum semen Iacob glorificate eum. Timeat eű omne semen Israel, qm̃ non spreuit neq; despexit deprecationē pauperis. Nec auertit faciē suā à me, & cű clamarē ad eű exaudiuit me. Apud te laus mea in ecclesia magna, uota mea reddā in cőspectu timentiű eű. Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dñm qui requirűt eum: uiuēt corda corꝫ in seculű seculi. Reminiscentur & conuertentur ad dominű, uniuersi fines terræ. Et adorabűt in cospectu eius, uniuersę familię gentiű. Qm̃ dñi est regnű, & ipse dñabit gentiű. Manducauerűt & adorauerunt oēs pingues terrę, in conspectu eius cadēt oēs qui descēdűt in terrā. Et aīa mea illi uiuet, & semē meű seruiet ipsi. Annunciabit dño gñatio uē-

Apoc. 5 tura, & annunciabűt cœli iustitiā eius, populo qui nascet quē fecit dñs. Gloria pa. Ant. Dignus

gnus est agnus qui occisus est, accipere uirtutē, & diuinitatē, & sapientiā, & fortitudinē, et honorē, & gloriā, & benedictionē: qui dilexit nos, & lauit nos à pctis nris in sanguine suo. Apoc. 1.

CORpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus, faciē meā non auerti ab increpantibus & cōspuentibus in me. Dn̄s deus auxiliator meus: ideo nō sum cōfusus. Deo gratias. Resp. Nos aūt gloriari oportet in cruce dn̄i nostri Iesu Christi, in quo est salus, uita & resurrectio nostra: per quē saluati & liberati sumus. ℣. Spiritus oris nostri Christus dn̄s captus est in pctis nris. Per quē. Glo. Liberati. Capitulum. Esaie. 50 Gala. 6. Hymnus.

ARbor decora & fulgida, ornata regis purpura, electa digno stipite, tā sancta mēbra tangere.

Beata cuius brachijs secli pependit pretiū, statera facta est corporis, prędamq; tulit tartari.

O crux aue spes unica hoc passionis (recordationis seu exaltationis) tpe, auge pijs iustitiā, reisq; dona ueniam.

Te summa deus trinitas collaudet oīs spiritus, quos per crucis mysteriū saluas, rege per secula. Amen. Vers. Intende in adiutoriū meū, Dn̄e deus salutis meæ. Ad cant. Anti. Chrūs.

BEnedictus dn̄s deus Israel, qa uisitauit & fecit redemptionē plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est p os sanctoꝝ, qui à seculo sunt prophetaꝝ eius, salutē ex inimicis nr̄is, & de manu oīm qui oderūt nos. Ad faciendam misericordiā cū patribus nostris, & memorari testamēti sui sancti, Iusiurandū qđ iurauit ad Abrahā patrē nostrū, datuꝝ se nobis. Vt sine timore de manu inimicoꝝ nostrorū liberati, seruiamus illi, In sanctitate & iustitia corā ipso, oībus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciē dn̄i parare uias eius. Ad dandā scientiā salutis plebi eius, in remissionē pctoꝝ eorū. Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiā pacis. Glo. Ant. Christus exinaniuit semetipsum formā serui accipiens, in similitudinē hoīm factus humiliauit se, factus obediens usq; ad mortē, mortem aūt crucis. Dn̄e exaudi orationē meā, Et clamor. Luc. 1. Oratio.

VNigenite dei, per tuā te precor ardentissimā dilectionē, & incōprehensibilē pietatē, qua pro me incarnari, cū hoībus cōuersari, atq; acerbissimā mortē pati dignatus es, & per anxietatē & angustiā qua pro me usq; ad mortē tristis fuisti, sanguinēq; fudisti, per tuā quoq; ligationē, cōsputationē, illusionē ac percussionem, ut nos tua sp charitate accendas, casto & filiali amore adimpleas, quatenus tibi soli sp placere desideremus, & tibi soli displicere formidemus. De nullo contristemur, nisi quo te offendimus, nec de aliquo gloriemur, nisi quo tibi placemus. Qui uiuis &c. Ad primā. Aue benig. ut suprà. Deus in adiutoriū. Dn̄e ad adiu. Gloria. Psal. 69 Hymnus.

IN passione domini qua salus daŧ homini, sit nostrū refrigeriū, & cordis desideriū.

Portemus in memoria tormenta & opprobria, Christi coronā spineā, crucem, clauos & lanceam.

Et plagas sacratissimas, oīni laude dignissimas, acetū, fel, arūdinem, cordis amaritudinem.

Istis cūctis satiemur, ac dulciter inebriemur, oīni repleant uirtute hæc nos, plenaq; salute.

Crucifixū ueneramur, te ô Christe & precamur, ut beatis nos cōiungas, in æternū & nūc iungas.

Honor Christo uenūdato, & propter nos pessundato, patri sanctoq; flamini, summo nostro iuuamini. Amen. Ant. Christo cōfixus sum cruci. Psalmus.

DOmine exaudi orationē meā, auribus percipe obsecrationē meā, in ueritate tua exaudi me, in tua iustitia. Et non intres in iudiciū cū seruo tuo, qa non iustificabiŧ in cōspectu tuo oīnis uiuens. Quia persecutus est inimicus animā meā, humiliauit in terra uitā meā. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spūs meus, in me turbatū est cor meū. Memor fui dieꝝ antiquorū, meditatus sum in oīnib⁹ opibus tuis, in factis manuū tuarū meditabar. Expādi manus meas ad te, aīa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dn̄e, defecit spūs meus. Nō auertas faciē tuā à me, & similis ero descēdentib. in lacū. Auditā fac mihi mane misericordiā tuā, qa in te speraui. Notā fac mihi uiā in qua ambulē, qa ad te leuaui aīam meā. Eripe me de inimicis meis dn̄e, ad te confugi, doce me facere uolūtatē tuā, qa deus meus es tu. Spūs tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine uiuificabis me in æquitate tua. Psal. 142.

Educes de tribulatione animam meam, & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes oēs q tribulant aiam meā, qm̄ ego seruus tuus sum. Glo. Antip. Christo crucifi
Gala.2. xus sum cruci, uiuo aūt iam nō ego, uiuit uero in me Christus: q aūt nūc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Capit.

Mat.20 ASsumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascēdimus Hierosolymā, & consummabitur oia quæ scripta sunt de filio hois. Tradet enī gentibus, & illudet, & cōspuet, & flagellabitur, & occident eū. Deo grās. Resp. Aperuerūt sup me ora sua, exprobrātes percusserunt maxillā meā, Satiati sunt poenis meis. ℣. Cōclusit me deus apud iniquos,
Psal.21. Iob.16. Psal.21. & manibus impiorum me tradidit. Satiati. Gloria pat. Poenis. ℣. Tu aūt dñe ne elongaueris auxilium tuum: Ad defensionem meam conspice. Domine exaudi. Oratio.

IEsu dulcissime, per tuā te quæso ignominiosissimā præsentationē, qua pro me Pilato ligatus atq; consputus tanq̄ impius oblatus es, ut nos sic uiuere prestes, quò metuendo tuo tribunali præsentemur securi. Qui uiuis &c. Ad tertiā ℣. Aue benig. ut suprà.

Deus in adiutorium. Domine ad adiuuan. Gloria patri. Hymnus.

AVe caput inclinatum, despectiue coronatum spinis infidelium, multis locis perforatum, circumquaq; cruentatum exemplar humilium.

Passionis tuæ fructus, & cruoris tui fluctus, defluens largissime, finē agat nostri luctus, Christus ob nos in hæc ductus, subueni clementissime.

Tibi Iesu rex sanctorū, spes uotiua peccatorū, patri almoq; flamini principat⁹ seculorū, honor, uirtus, laus cunctorum ueritatis examini. Amen. Ant. Non corruptibilibus. Psal.

Psal.69. DEus in adiutoriū meū intēde, dñe ad adiuuandū me festina. Confundantur & reuereātur qui quærunt animā meā. Auertantur retrorsum & erubescant, q uolunt mihi mala. Auertant statim erubescentes, q dicunt mihi euge, euge. Exultēt & lætētur in te oēs q quærunt te, & dicāt sp magnificetur dñs, q diligūt salutare tuū. Ego uero egenus & paup sum, deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es, dñe ne moreris. Gloria.
1.Pet.1 Anti. Non corruptibilibus auro uel argento redempti sumus, sed pretioso sanguine agni (immaculati Christi. Cap.
1.Pet.2 CHristus passus est pro nobis, nobis relinquens exēplū, ut sequamur uestigia eius. Qui cū malediceretur, nō maledicebat: cū pateretur, non cōminabatur. Tradebat aūt iudicāti se indigne, qui pctā nostra ptulit in corpore suo
Gala.6 super lignū. Deo gratias. Resp. Mihi aūt absit gloriari, nisi in cruce dñi mei Iesu Christi. Per quē mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdo. ℣. Ego enī stigmata dñi Iesu Christi por
Psal.21. to. Per quē. Gloria p. Mundo. ℣. Erue à framea deus aiam meā, Et de manu canis unicā me
Psal.101 am. Domine exaudi orationē meā, Et clamor meus ad te ueniat. Oratio.

CHriste altissime, p tui te deprecor accusationē falsissimā, flagellationē poenosissimā, spineā coronationē, illusionē multiplicē, nudationem erubescibilem, & propriæ crucis baiulatiōem, da mihi cōtemptus atq; aduersa patienter ac lętāter pferre: corpus discrete castigare, oēm carnalem delectatiōem & indignā gētem cordialiter aspnari, teq; cruciformiter imitari. Qui uiuis &c. Dñs uo. Benedicat. Aiæ oim. Ad sextam.

Aue benignissime domine Iesu Christe, gratia, ut suprà.
Psal.69 Deus in adiutorium meū intende, Do. ad. Gloria patri. Hymnus.

Bernardus. MAnus, pedes aue tote Christi, nostri mementote, ramo crucis duro uincti, & crudeli ferro puncti, tot guttis defluentibus.

Ecce fluit circumquaq;, manu tua de utraq;, sanguis tuus copiose rubicundus instar rosæ, nostræ salutis pretium.

Manus, pedes perforatos, & cruore purpuratos, cor deprimo præ amore, sitibūdo bibens ore, cruoris stillicidium.

In his plagis me reconde, infer meum cor profunde, cui sit cum æternali patre, cū substantiali spirituq; præconium. Amen. Antiphona. Suscitauerunt. Psalmus.

Psal.68 EXaudi me dñe quoniā benigna est misericordia tua, scdm multitudinē miserationū tuarum respice in me. Et ne auertas faciē tuā à puero tuo qm̄ tribulor, uelociter exaudi me. Intēde aiæ meę & libera eā, propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiū meū & confusionem meā, & reuerentiā meā. In cōspectu tuo sunt oēs q tribulāt me, improperiū expectauit cor meū & miseriā. Et sustinui qui simul cōtristaretur & nō fuit, & q consolaretur, & nō inueni. Et dederūt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.
Ioh.15. Gloria p. Sicut erat. Anti. Suscitauerūt falsiloqui aduersum me cōtradictiōem, collegerūt furorem suū in me, & cōminantes mihi, infremuerūt cōtra me dētibus suis, & hostes mei terribilibus oculis intuiti sunt me. Capitulum.

Dixit

DIxit Petrus Iudeis: Deus patrũ nostrorũ glorificauit filiũ suũ Iesum, quẽ uos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti, uos aũt iustũ & piũ negastis, & petistis uirũ homicidã donari uobis, autorẽ uero uitæ interfecistis. Deo grãs. Respõ. Sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & quasi agnus corã tondente se, obmutuit. ℣. Oblatus est qa uoluit, & nõ aperuit os suũ. Et quasi. Gloria. Obmutuit. ℣. Salua me ex ore leonis. Et à cornibus unicorniũ humilitatem meã. Dñe exau. Et cla. Oratio. Act. 3 Esaie. 53 Psal. 21 Psal. 101

DOmine Iesu Christe, per tuã precor crudelissimã crucifixionẽ, pedũ ac manuũ durissimã perforationẽ, totiusq; sacri atq; tenerrimi corporis acerbissimã ac uiolẽtissimã distensionẽ, ac felleã tui potationẽ, ut nos tibi indissolubiliter unias, oẽsq; sensus regere, ac motus prauos cohibere cõcedas. Qui uiuis. Dñe exau. Benedicamus dño, Deo gr. Ad nonã. Aue benigniss. ut suprà. Deus in adiu. Glo. Sicut. Hymnus.

SAlue Christe cuius uultus immutatus & incultus, permutauit suũ florẽ, totus ℣sus in pallorẽ.
Oĩs uigor, oĩs uiror hinc recessit, nec admiror, mors apparet in aspectu
totus pendens in defectu. Bernardus.
O q̃ pauper & q̃ nudus, qualis eras ibi ludus derisorũ impiorũ, rex deus sanctorũ.
Deo patri eius nato, & quẽ spirant increato, laus, honor, uirtus, gloria, perhenni cũ memoria. Amen. Anti. Centurio. De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi &c. Ant. Centurio uidens quia Iesus sic clamans expirasset, glorificauit deũ & ait: Vere hic hõ filius dei erat. Et omnis turba eorũ qui aderant, uiso terremotu & his quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebant. Capit. Psal. 129. Matt. 27.

TEnuerũt me, charitatẽ meã confregerũt, & posuerũt me sibi quasi in signũ. Conciderunt me uulnere super uulnus, irruerũt in me quasi gigantes. Facies mea intumuit à fletu: & oculi mei caligauerũt. Deo g. Resp. Ego quasi agnus innocẽs ductus sum ad imolandũ. Consiliũ fecerũt inimici mei aduersum me dicẽtes: Venite, mittamus lignũ in panẽ eius, & eradamus eũ de terra uiuentiũ. ℣. Factus sum in derisum omni populo, canticũ eorũ tota die. Consiliũ. Gloria. De terra. Vers. Ero mors tua ô mors, morsus tuuus ero inferne. Dñe exau. Oratio. Iob 16.

REx gloriæ, agnus dei sancte, uirginis roseæ fili, qui pro tuis crucifixoribus cordialiter exorasti, & pro me amarissime passus es, fac me ꝓpter te mortificari tota die, carnẽ cũ uitiis & cõcupiscẽtiis crucifigere, tuiq; exẽplo mitẽ & humilẽ, trãquillũ & stabilẽ esse. Qui uiuis &c. Dñe exaudi. Benedicamus. Animæ oim.

Ad uesperas.

Aue benignissime dñe Iesu Christe, ut suprà. Deus in adiu. Do. Glo. Ant. Ad Iesum.

Psalmus.

BEnedic aĩa mea dño, & oĩa quę intra me sunt nomini sancto eius. Benedic aĩa mea dño, & noli obliuisci oẽs retributiones eius. Qui propitiat oĩbus iniquitatibus tuis, qui sanat oẽs infirmitates tuas. Qui redemit de interitu uitã tuã, q coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desideriũ tuũ, renouabit ut aquilę iuuẽtus tua. Faciens misericordias dñs, et iudiciũ oĩbus iniuriã patiẽtibus. Notas fecit uias suas Moysi, filiis Israel uolũtates suas. Miserator et misericors dñs, lõganimis et multũ misericors. Nõ in perpetuũ irascetur, neq; in æternũ cõminabitur. Non secundũ peccata nostra fecit nobis, neq; secundũ iniquitates nostras retribuit nobis. Qm̃ scdm altitudinẽ cœli à terra, corroborauit misericordiã suã super timentes se. Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorũ, misertus est dominus timẽtibus se, qm̃ ipse cognouit figmentũ nostrũ. Recordatus est qm̃ puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tanq̃ flos agri, sic efflorebit. Qm̃ spũs pertransibit in illo et nõ subsistet, & nõ cognoscet amplius locum suum. Misericordia aũt dñi ab æterno & usq; in æternum, super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorũ, his qui seruant testamentũ eius. Et memores sunt mandatorũ ipsius, ad faciendum ea. Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite dño angeli eius potentes uirtute, facientes uerbum illius, ad audiendam uocem sermonũ eius. Benedicite dño omnes uirtutes eius, ministri eius qui facitis uolũtatem eius. Benedicite dño oĩa opera eius, in oĩni loco dominationis eius benedic anima mea domino. Psalmus. Psal. 102.

LAudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & ueritas domini manet in æternum. Gloria patri & filio & spirituisancto. Sicut erat &c. Antiphona. Psal. 116.

Ad

Matt.27. Ad Iesum cũ uenissent milites, ut uiderũt eũ iam mortuũ, nõ fregerũt crura eius: sed unus militũ lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Capit.

Sapien.2. DIxerũt impij, circũueniamus iustũ iniuste, qm̃ cõtrarius est opibus nostris. Promittit se sciam dei habere, & filiũ dei se noĩat. Grauis est nobis etiã ad uidẽdũ. Cõtumelijs & tormẽtis interrogemus eũ, & morte turpissima cõdemnemus eũ. Deo grãs.

1. Pet.2 Resp. Chrũs passus est pro pc̃tis nostris, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, deglutiens mortẽ, ut uitæ æternę efficeremur hęredes. ℣. sic deus dilexit mundũ, ut filiũ suũ unigeni (tũ daret. Vt uitę. Gloria Hęredes. Hymnus.

Bernardus. SAlue Iesu summe bonus, ad parcendũ nimis pronus, tua mẽbra ad tormẽta, q̃ acerbe sunt distẽta, in ramo crucis torrida. Salue latus saluatoris, in quo latet mel dulcoris, in quo patet uis amoris, de quo scatet fons cruoris, q corda lauit sordida. Tuas plagas rubicũdas, & fixuras tã profundas, cordi meo da inscribi, ut cõfigar totus tibi, te modis laudãs oĩbus. Laus crucifixo filio, saluãti ab exilio, sit cũ patre præamando, spũiq; adorando, & iungat nos cœlestibus. Amen. ℣. Quid retribuã dño, Pro oĩbus quę retribuit mihi? Ant. Proprio fil. Magnificat aĩa mea. &c. Anti.

Roman.8. Proprio filio suo nõ pepcit deus pater, sed pro oĩbus nobis tradidit illũ, quõ etiã nõ oĩa (nobis cũ illo donauit? Dñe exau. Et cla. Oratio.

DEus incarnate, p tuæ te obsecro benedictę atq; purissimę incarnationis mysteriũ, p totius uitę tuę sanctitatẽ ac meritũ, p tuã qq; amarissimã mortẽ, & tuę dulcissimæ matris fidelissimã cõpassionem, in qua tũc dolor parturiẽtiũ duplicabat, ut nos te digne imitari cõcedas, nosq; in oĩbus sp cõseruare ac possidere digneris. Qui uiuis. Ad Cõple. Aue benig. ut suprà.

Psal.84. Psal.69 Conuerte nos deus salutaris noster. Et auerte. Deus in adiu. Dñe ad. Gl. Anti. Hora cœnę.

Psal.12. VSquequo dñe obliuisceris me in finẽ? usq; quo auertis faciẽ tuã à me? Psalmus. Quãdiu ponã cõsilia in aĩa mea? dolorẽ in corde meo per diẽ? Vsq; quo exaltabit inimicus meus sup me? respice & exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos ne unq̃ obdormiã in morte, ne qñ dicat inimicus meus pręualui aduersus eũ. Qui tribulant me exultabũt si motus fuero, ego aũt in misericordia tua speraui. Exultabit cor meũ in salutari tuo, cãtabo dño q bona tribuit mihi, & psallã nomini tuo altissime. Glo. Antip. Hora

Mat.26 cœnę discubuit Iesus & duodecim aplĩ cũ eo, & ait illis Iesus: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare uobiscũ, anteq̃ patiar. Hymnus.

IEsu nostra redemptio, amor & desideriũ, deus creator omniũ, homo in fine temporũ. Quæ te uicit clemẽtia, ut ferres nostra crimina, crudelẽ mortẽ sustinens, ut nos à morte tolleres. Inferni claustra penetrãs, tuos captiuos redimens, uictor triũpho nobili ad patris dextrã residens. Ipsa te cogat pietas, ut mala nostra superes, parcendo & uoti cõpotes nos tuo uultu saties. Laus, honor, uirtus, gloria, deo patri & filio, sancto simul paracleto in sempiterna secula. Amen. Capit.

1.Timo 1. FIdelis sermo & oĩni acceptione dignus, qa Chrũs Iesus uenit in hũc mundũ pc̃tõres saluos facere, q̃s prim⁹ ego sum. Deo grãs. Resp. Caligauerũt oculi mei à fletu, qa elõ-

Iob.16. gatus est à me q consolabat me. Videte oẽs ppl̃i, si est dolor similis, sicut dolor meus.

Thre.1. ℣. O uos oẽs qui trãsitis per uiã, attendite & uidete. si est do. Gloria pa. Dolor. ℣. Benedic

Psal.102. aĩa mea dño, Et noli obliuisci oẽs retributiones eius. Ant. Deus. Nunc dimittit &c. Antiph.

Luc.2. Deus aũt qui diues est in misericordia, propter nimiã suã charitatẽ qua dilexit nos, cũ essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos Chrõ, cuius gratia sumus saluati. Do. exau. Oratio

DOmine rex oĩpotens Iesu bone, q tot pro me pertulisti tormenta, da ut nec in prosperis, neq; in aduersis à te elonger aut separer, nec in tuo sacro obsequio negligens aut piger efficiar. Sed opus tuũ quotidie magis reuerẽter adimpleam. In gratia tua incessabiliter crescam, in reformatione animæ proficiam. O uirtus & sapientia dei patris Christe altissime, fac me in omni uita mea in te uere sapientem, amorosum & fontẽ ac stabilem, tibiq; semper syncerius adhærentem. Qui uiuis & regnas cum deo patre & spiritu sancto &c. Amen. Domine exaudi orationem meã: Et clamor meus ad te ueniat. Benedica-

Psal.101 mus dño, Deo gratias. Animę oĩm fidelium defunctorũ per misericordiam dei, & meritũ passionis Christi, requiescant in pace. Amen.

REVERENDIS, PIIS, RELIGIOSIS'QVE

uiris, dominis ac Magistris, Johanni de Doerren ex nobili familia de Doerren, domino tẽporali de Bakel, & Henrico etiam dicto de Doerren Iurium Licentiato consultissimo, Cathedralis Ecclesiæ S. Lamberti Leodieñ. Canonicis dignissimis, Theodoricus Loer à Stratis, Carthusiæ Coloniensis monachus & vicarius, S. P. D.



QVVM tam multis laboribus maiorũ meorũ iussu, operã nauẽ Spectatissimi piissimiq; dñi, edẽdis libris D. Dionysii à Rickel instituti nostri, uiri dum in hũanis ageret, eruditissimi iuxta ac deuotissimi, compertum habeo, eius eruditionẽ nõ oibus ingratã esse: qñquidẽ uidemus libros ipsius auidius coemi, quã sperare unq̃ potuissem. Quæ res mihi animũ addidit ad cæterorũ, qui adhuc penes me delitescũt euulgationẽ: quatenus ex nostro spũali thesauro quippiã licet, & nos inclusi monachi, in frugẽ reipub. Christianę pferamus. Eo quidẽ cõsilio ut deuoti quiq; amplius etiã nostra opera in dei laudibus inflãment. Porro, etsi tanti tãq; singularis authoris scripta nasutulis qbusdã huius nostri æui, q nihil nisi uerborũ folia, & solã sermonis petulãtiã expetũt, nõ æque ad stomachũ faciãt: nihil tamẽ subdubito qn synceris qbusq;, & ad rẽ Christianã piè affectis, eius libri summa eruditione & multa deuotione splẽdidissimi, nõ sint displicituri. Cuiusmõi præsertim sunt, in primis (q̃d uocat̃) inflãmatoriũ diuini amoris, quo nullus sacerdoti iã rẽ diuinã pacturo cõmodior: ne frigidus ac indeuotus ad tã tremẽda præsumat accedere sacramẽta, ubi uerus deus & homo à paupere creatura sumitur. De q̃ in secũdo differit, nẽpe de sacramẽto altaris & Missæ celebratione: q & huic tẽpori aduersus Lutheranæ factionis sectatores cõgruere mihi uidet̃: quaten' hic firmari possint in tãtorũ mysteriorũ fide, q inde uariis & peregrinis puersorũ doctrinis tencãtur. Huic accedit & Canonis Missæ expositio, ut christi minister intelligere queat, summa deuotione cã pagẽdam. Adieci hisce tractatulũ de sacra cõione frequẽtanda: nẽpe quæ non sine noua gratia fit, auxesi gratiæ prius habitæ: modo rite accedatur absq; criminis labe: copulauimus ad hæc sex eiusdẽ authoris sermones, & q̃dẽ fructuosissimos de nobilissimo altaris sacramẽto. Et tandẽ libellũ de Munificentia & bñficiis dei unde q̃sq; facile & absq; negocio pdiscet, quãtæ deo sint gratiarũ actiões habẽdę p ipsius multiplicib' bñficiis, quæ nõ pauca ex digna sacramẽti eucharistiæ sumptione pcipit. Putabã deniq; p coronide, & ut septenarius numerus (q alioqui plenus est mysteriis & in diuinis eloquiis celebratissimus, authore Aurelio Augu. sup Gene.) cõpleret̃, ad calcẽ subnectere tractatũ de distãtia perfectiõis diuinæ & humanæ: q̃ consideret homo, quãta humilitate egeat, si perfectionẽ suam sacramentalẽ cõseruare uelit. Qñ autẽ illis emittẽdis dignos q̃rere cœpissem patronos, uos uiri pclarissimi oim primi occurristis, qbus nũcupent̃: uel eo potissimũ quòd hic differatur de altissimis sacerdotũ Christi ministeriis, in qbus uos exercitatissimos nemo nõ nouit, qui inculpatæ uitæ uestræ p̃batissimos mores à multis iã annis didicerit. Et proinde nulli iustius hi libri meaq̃dẽ sententia dedicari poterant quã uobis uiris omnĩ uirtutum & p̃bitate ornatissimis: quorũ animi & corporis amplissimę dotes, lõge sanguinis, alti q; alioqui stẽmatis nobilitatẽ, uincũt. Tanta qppe dicũt uitæ utriusq; uestrũ ornamẽta, ut nec satis sciã quibus præconiis laudẽ uestrã uel cõmuniter uel seorsum depromere possim. Nẽpe q̃ oim testimonio optimas quasq; uirtutes cũ mira eruditione copulastis. Quare nõ mõ Canonici (ut uere estis dignissimi) sed & ueluti cœnobitę ac deuotissimi alicuius regularis pfessores uitę, ois deuotiõis specimẽ habere cẽseamini. Et adeo q̃dẽ sedulo in cultu diuino, hotisq; Canonicis nocte diuq; seruẽtes, ut haud immerito cæteri illius uestri collegii cõfratres opa uestra uidẽtes bona, nõ possint uestro exẽplo, nõ glorificare patrẽ cœlestẽ, tãtorũ uirorũ uestigia etiã à longe æmulãtes: utpute q singulare quoddã decus & ornamẽtũ habeamini insignis illius ecclesiæ Leodiẽsis: in qua nihil nisi lõga uestra desideratur uita. Quis interim nõ miret̃, q̃ tu Iohãnes ex antiquissima inter Tuscãdros, seu Pelandinos nomẽsũ familia, equestris seu militaris ordis exortus, maluisti carnalẽ hãc atq; mũdanã põpã negligere, quàm ut implicari negotiis secularib', quæ à Christi te militia præpedirẽt: quatenus iã in militũ ipsius albo adscriptus, nemo te sedulior in diuinis officiis, nemo crebrior, nemo itẽ feruẽtior & deuotior cernat̃. Licet namq; iã ueteranus & emeritus ac senio prægrauatus miles, quieti paululũ indulgere deberes, semp tñ primus (ut aiũt) & ultim' à mane usq; ad uesperã in choro uideris: ut interim taceã, q̃ nec Boreæ penetrabile frigus tẽpore brumali te terreat, q̃ minus instar regii pphetæ Dauidis, media nocte surgas ad cõfitendũ dño: ut etiam si q tepidiores fuerint tyrones, haud immerito in te uite, q forti animo strenue uincis ætatẽ, offendãt unde suam redarguãt inertiã & segnitiẽ. Quis mihi hic tuã prædicabit munificẽtiã, qui licet uni eo duntaxat ecclesiastico cõtentus bñficio, nec qcquam cũ Paulo supaddendũ putes uictui & amictui: quæ supfuerint necessitati & frugali mẽsæ, in eleemosynas abũde largiaris pauperũ, q̃re pinde pater & habeare & uere diceris ab oibus. Porro tanta tua prædicat̃ humilitas atq; modestia, qua agnoscis omnia deo à q̃ oẽ bonũ procedit, accepta referri debere, ut etiã ab ulterioribus cõmendatiõibus mihi tẽperandũ sit, ne mali cõsulas q̃ tuarũ uirtutũ præco accedere uoluerim, qui uelis hic nesciri, quatenus in catalogũ relatus electorũ q̃rũ noia in libro uitæ scripta sunt, cũ ipsis præmiũ accipias eũ, qui est oim merces magna nimis. Et de te Henrico q̃d minus dicere queo, cui ut noie gẽtilitio cũ præfato Iohãne cõuenit, ita nec procul es ab ei' meritis. Nẽpe cuius uirtutes anxiosissime sectaris: sicq; simul certatis, ceu alter alterũ uincere bonis operibus pro suo uirili cõtendat. Nec calamũ hic cohibere potuissem, nisi uererer te male securũ abs me pro tua dignitate laudari: quod & tu magis optes bonus esse uir, quàm uideri aut nũcupari. Verũ hic reor nihil per me ad cumulũ laudis utriusq; uestrũ addi posse: qñquidẽ oibus habeamini ambo id q̃d uere estis tã liberales in Christi paupes, tã proni ad oẽs pios iuuãdes causas, tam benigni erga oẽs, ut in hac re nemini inferiores uos liceat censeri. Nihil quippe nisi uirtutis specimẽ in uobis uideri datur. Qui nec luxui spurcitiæ fordi, nec seculi uanitatibus aut leuitatibus (id q̃d in plerisq; ecclesiasticis deflẽdũ est) mancipati, sanctis occupationibus, & quidẽ talibus quæ ueros decẽt Canonicos, detinemini. Dicerẽ me Hercle his longe maiora, si nescirem uobis gratius esse q̃ abs me parcius laudemini, quàm si multis uestras prædicem uirtutes: qñquidẽ uterq; uestrũ humilima de seipso sentiat: & malit bonorũ operũ suorũ, isthic deũ habere testẽ & retributorẽ, quàm hic homines, & ab eis mercedẽ recipere euanidã & pitura. Hæc tamen obiter tãgere libuit, q̃ iustã asciscere causam uideat, cur uobis potius in præsentiarũ istos libellos putarim dedicandos quã aliis. Et ea maxime ratione, q̃ cõterranei mihi ex natali solo sitis: & multa cõsuetudine, familiaritate & amicitia olim iuncti, Venerabili dño meo Guilhelmo Schenatis Canonico dũ uiueret B. Mariæ Aqueñ. dignissimo. Et nũc tãdẽ cognato meo & patrono singulari, M. Theodorico Hezio Theologo uestriq; collegii cõfratri canonico: uiro profecto citra ambiguũ, eruditione uobis & morũ probitate nec absimili. Qui q̃ uerissime hæc q̃ in laudẽ uestram, uel potius gratiæ dei in uobis, memini, apertissimo testimonio uobis testis est, ita ad me scribẽs: Utriq; confratres mei Domini, quib' cohabitare soleo, sunt ambo uiri optimi & ad res pias iuuãdas prõptissimi, qui ualde se extenuant cõtinuis largitiõibus in pauperes. Nõ se dãt luxui neq; uanitatibus aut leuitatibus, ut proh dolor multi ecclesiastici hodie faciũt: sed sanctis occupationibus ueris Canonicis dignis. Qui in horis diurnis & nocturnis semp uidẽt esse primi & ultimi: imo & nocturnis horis surgũt ut religiosi, idq; soli sine famulis. In quo mirãdus est uigor animi D. Iohãnis senioris, qui cũ sit æuo grauis, adhuc nulli horæ deest, & surgit plerũq; media nocte uel circiter, uincitq; ætatẽ animo, nulli labore cedẽte, sempq; erecto ut magnũ ruborẽ incutere merito deberet segnibus iuuenibus &c. Has itaq; ob causas Dionysio nostro (cuius hæc opuscula sub noie uestro in uulgũ dant̃) rebar uos dignissimos fore Mecœnates, qui oibus de bonis literis & philosophiæ disciplinis bene meritis, impẽse faueatis: ne quid metuãhos Euãgelicæ philosophiæ libros, uos ampliore cõplexuros affectu sub uestrũ patrociniũ. Quod ubi didicero, nihil moratus opportune grauiorẽ uobis dedicare foetum. Valete uiri optimi. Ex Carthusia Coloniensi. An. M D X X X I. LXXXX.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, INFLAMMATORIVM DIVINI AMORIS.

SALVATOR.

Deut.4. QVID dñs deus tuus reqrit à te, nisi ut diligas eũ
in toto corde tuo, & in tota aĩa tua, & oĩbus uiri-
bus tuis, & ambules in uijs ipsius: Charitas supre
ma est uirtus, ad cuius perfectionẽ uniuersa ordi
nanť pręcepta diuina, Euãgelica quoq; consilia, oẽs
item doctrinę sanctorũ atq; salubriũ introductio
exemplorũ. Quòd si Philosopho de iustitia dice
re licuit: hęc est pręclarissima uirtus, & nõ est lu
cifer nec hesperus tam admirabilis, q̃tomagis de
Via triplex charitate id dici cõgruit: Est etenĩ supnaturalis,
infusa & theologica uirtus. Hic te conuenio, hic
aduersum te cõqueror, hic te reprehendo ò hõ,
magis aũt ò Christiane, maxime uero religiose,
Psal 87. ꝙ te tam ingratũ inuenio, tam negligentẽ expe-
1.Reg.3. rior, tam frigidũ cerno. HO. Num uox tua hęc est
dñe deus salutis meę: loquere dñe, qm̃ audit ser-
uus tuus. SAL. Ego te alloquor & exhortor: ego
tui solicitus sum, periclitãti tibi cõpatior. Tu uero
non sentis, nec gemis, nec maiestatis meę psentiã
ueneraris, & inter tot incẽtiua sanctę ac diuinę dilectionis durus & algẽs pseueras. Insup, in
ter tot & tãta, tãq; grauissima imminẽtia tibi pericula inaniter gloriaris: imò insipiẽtissime
Psal.102. cãtas & saltas, & ad acerbissima sempiterna ppera supplicia Acherõtis. HO. Memẽto dñe
Psal.143. qm̃ puluis sumus: fragilis ualde est nr̃a conditio. Deniq; hõ uanitati similis factus est, & un
Augustinus diq; nobis occurrunt incitamẽta peccãdi: mũdus allicit, caro inclinat, dęmones suggerũt,
Hiere.12 uia impiorũ prosperať: multę uero sunt tribulatiões iustorũ. Et tu dñe lõganimiter pręsto-
Psal.33. lari: ueniã quoq; promisisti peccãti quacũq; pœnituerit hora. Pręterea intuemur q̃ plures in
Psal.102 adolescẽtia sua ac iuuẽtute cõcupiscẽtijs deseruire, uoluptatibus uanitatibusq; uacare, &
Hiere.18. nihilominus tandẽ in senio, aut certe ingrauescẽte iã ægritudine pœnitere, atq; ut pie cõfi
Leui.5 dimus, sic saluari. Ista nos detinẽt in pc̃tis, & à cõuersione nos retrahũt. Accedit ad hoc, ꝙ
Ezec 18.33. arcta & ardua est uia salutis, & peccare delectat. SAL. Quãto fragilior es & ad peccandũ p
Matt.7 cliuior, tãto solicitiorẽ te esse oportet, magisq; custoditũ ac timoratũ ne pecces, ne decipia-
Miche.6. ris, uincaris & corruas. Quis audeat nudus & incarnatus cõtra fortissimos, callidissimos ac
Eccl.37 atrocissimos hostes proficisci ad preliũ? Qd̃ si qs pręsumat, nõne protinus lędiť & necať: sic
Deut.4. 11 accidit hoĩ q nõ est armatus uirtutib, q nõ est undiq; circũspectus & custoditus. Ideo prin
1.Pet 1. & 2. ceps aplorũ edocuit admonuitq; fideles: Sobrij estote & uigilate, qa aduersarius nr̃ diabo-
2.Tim.4 lus tanq̃ leo rugiẽs circuit, quęrẽs quẽ deuoret. Amplius, q̃uis multa & magna sint incita-
Augustinus. mẽta peccãdi, plura tñ & fortiora, pręstãtiora, imo & incõparabiliter potiora sunt incitamẽ
ta resistẽdi pc̃tis ac pręualẽdi, & uirtuose uiuẽdi: mũdus allicit ad illicita & iniqua: deus reuo
Exod 17. cat & prohibet illa: pręmia polliceť obtẽperãtibus sibi: pręuaricãtibus aũt tormẽta cõmi-
Deut 19. nať ęterna. Caro inclinat ad mala, sed rõ deprecať ad optima. Synteresis quoq; iugiter remur
Psal.28 murat uitijs. Dęmones suggerũt ut peccetis, angeli sancti inspirãt, ut creatori uro adhęrea-
Gene.8. tis: uia impiorũ prosperat. Vñ tpalis ista prosperitas ad calamitatẽ ducit perpetuã, atq; in fo
Hier 12. ueã illos pręcipitat infernalẽ, sicut & Salomon dixit, Prosperitas stultorũ pdet illos. De re-
Prouerb 1. probis quippe locutus sum, Dimisi eos scd̃m desideria cordis eorũ, ibũt in adinuẽtionibus
Psal 80 suis. Multę demũ sunt tribulationes iustorũ. Sed audi Aplm̃, Nõ sunt cõdignę, inqt, passio-
Psal.33. nes huius tpis ad futurã gloriã, quę pręstabiť ipsis pijs. Deniq; p tribulationes has tpales à
Rom.8 suis purganť delictis: ad abũdantiorẽ gr̃am disponunť: mihi pro ipsis passo, plenius cõfor-
manť, à futuris inęstimabiliter grauioribus ac diuturnioribus eruunť ac pręseruanť suppli
Apocal.3. cijs, gloriosius quoq; coronabunť in cœlis. Vides quàm indicibiliter fructuosę & salubres
Heb 12 sint tribulationes iustorum ac electorum, ita quod de eisdem rite deprompsi, Ego quos
Isaie.30 amo, arguo & castigo. At uero ꝙ peccantium emendationem longanimiter præstolor,
Iob.24 uehementius perterrere te debet. Peccata nanque inulta abire non patior, & quo diutius
Iudic.7. protra

protrahuntur, eò districtius uindicantur: Qui etiam ueniam pœnitenti promisi, eundem de die crastino nequaquam certificaui. postremo non pensas quàm multos & innumerabiles fallat pœnitendi dilatio, pœnitentia sera, conuersio protelata: nempe quo aliqs in uitijs diutius perseuerat, eò ad uerā cōtritionē ineptior reddit, incorrigibilius obdurat, grauius excęcatur, & ipsa cōsuetudine uitiosa tanquā ponderosissimo saxo sic premitur, ꝙ ad ea quę suā concernūt salutem, insensibilis fit omnino. Ideo si qui talium tandem pœnitere uidētur, ex timore pœnarũ magis procedit communiter, quàm ex zelo iustitię ac uera cōtritione: quamuis non sit de aliquo faciliter desperandum. Porrò ꝙ adiecisti, arctam esse arduamq; uiam salutis: certe incomparabiliter durior & intolerabilior est æterna damnatio, imò & purgatorij pœna. Aduertere itidem debes, quòd ego qui dixi, Quàm arcta est uia & angusta porta quæ ducit ad uitam, & pauci inueniūt eam. Etiam dixi: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos: iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Quod etenim graue est naturæ ex se, per gratiam fit suaue, & assiduitate dulcescit: crescenteq; charitate & feruente, sentitur dulcissimum: quo facto, nil sic horretur ac displicet ut peccatum. HOM. Ad cuncta quæ tetigi, quæ in peccatis nos detinēt, plene mi domine respondisti, & euidenter monstrasti, quòd consideratio eorundem nos potius à peccatis retrahere, & ad uirtutes debet inducere, si prętacta perpēderemus. Sed deprecor te ô saluator pijssime, doce me quomodo compendiosius queā pertingere ad gradum hunc charitatis, ita ut quotidie magis ac magis dulce sit mihi ac iocundū tibi adhærere, seruire, intendere, bonisq; actibus perseueranter insistere.

Nouum 1. Gregorius. Augustin'.

Mat 7. Lucas. Mat. 11.

Articulus 1. Qualiter procedendum sit & ascendendum ad sup gloriosissimi dei amorem. SALVATOR.

Qvamuis hæc quæstio mensurā tuā uideatur excedere, cū adhuc carnalis, nondum spiritualis existas, sapienter tamen istud interrogas. Primo, qm̄ primum maximumq; mandatum est, deum toto corde diligere. Secundo, quia in charitate proficere, est in omni uirtute incrementum accipere, atq; in septem donis sancti spiritus augmētum sortiri. Tertio, quoniam sine charitate nihil est meritorium, nil deo acceptum. Quarto, nam charitas est uirtus dignissima, omniumq; uirtutum forma, uita, uertex, finis, regina ac motrix: nec aliqua uirtus aut forma tā efficaciter & ualenter mouet ac incitat ad omnem actum uirtutum, nec ita celeriter & potenter retrahit à peccatis, ut amor dei. Quinto, quia beatifica uisio, quæ est essentiale premium beatorum, charitatis perfectioni seu gradui correspondet. Hinc tuę respondeo quęstioni: Charitas sancta est splēdidissima margarita, pretiosissima gemma, purissimum ac nobilissimum balsamū, fragrantissima herba: idcirco requirit receptaculum mundum, uas quoq; omni lapide pretioso ornatum, hoc est, animam ab omni ad minus mortali peccato purgatā, uirtutibus moralibus decoratam, donis spiritussancti fulcitam, fide item & spe consolidatam: cumq; triplex sit gradus charitatis, siquidem charitas infusa meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici. Ad primum & infimum charitatis gradum exigitur, mentem ab omni labe culpæ mortalis esse liberam ac synceram. Præfatis quoq; uirtutibus ac donis, prout ad statum spectant incipientium, esse pulchrificatam: hinc ad gradum hunc infimum charitatis specialiter pertinet, desiderio atq; intuitu summi boni expurgationi uitiorum, refrenationi passionum, operibus pœnitentiæ occupari, mentem à distractionibus pręcipue in diuinis reprimere, exterioris hominis compositioni studere, uisum à circumspectionibus inhonestis artare, linguam quoq; à loquacitate compescere, sobrietati & uigilantię operam dare: sicq; in his & cōsimilibus diligēter recedere ab om̄i pc̄tō, & quasi à facie basilisci, tanq̄ à ueneno infernali fugere à contagione flagitij. Hoc totum ad uiam pertinet purgatiuam ad incipientium statum, ad seruos fideles, ad gradum animalem, ad uirtutes ciuiles seu purgatiuas. Deniq; in exercitijs huius infimi gradus oportet fortiter laborare, & sibijpsi uiolentiam salutarem inferre, sicq; cum difficultate assuescere se ad opera bona, donec actus huiusmodi conuertantur in habitum, quò quis faciliter ac delectabiliter operetur quæ deo sunt placita. Cumq; in his fueris idonee exercitatus, peccata tua quotidie deplorando, cōscientiā tuā discutiendo, passionem meam recogitando, & nunc de metuendo dei iudicio, nūc de morte, nūc de pœnis purgatorij & inferni, nunc de beneficijs dei reminiscēdo: specialiter quoq; in uera humilitate, patientia, ac dei timore firmiter te fundando, procedere debes ad incrementa uirtutum, ad charitatis profectum, ad exercitationes spūales, ad meditationes deuotas, ad stabilitiones mētis in deo, potissime in diuinis, iam orādo, iam psallē

Roma. 7. 1 Cor. 5. Mat. 22. Mat 22.

Charitatis grad' triplex

do,iam studẽdo,iam scribendo,nec unquam otio locum dando,neq; à spũalibus actibus longe eundo,nec ab eis diu cessando,imò assidue mentem eleuando ad creatorem,nũc suspirando ad patriam,atq; omnipotentis pręsentiam attendẽdo in omnibus. Totũ hoc ad uiam spectat illuminatiuam,ad proficiẽtium statum, ad purgatoriarum gradum uirtutũ, ad occultos amicos qui deo suo dulciter & frequẽter iunguntur,fruuntur,& brachijs charitatis amplectuntur eundem.Insuper his actibus atq; profectibus strenue exercitatus ac constanter habituatus,ascendere debes ad actus & exercitia uiæ pfectiuæ ac unitiuæ,ad contemplationes puras,amorosas,splendifluas,& ad ardẽtissimos dilecti cõplexus,ad inseparabiles atq; continuas uniones cum sponso,ad exercitia mysticæ theologiæ,ad transformationẽ in deum,ad raptum & extasin,ad heroicas actus uirtutum, ad immobilem ac cœliformẽ prorsus suauissimam tranquillationem & pacẽ mentis in deo,ut iam per supremum doni sapientiæ gradum sis quasi consiliarius & secretarius dei tui,qui incerta & oc-
Psal. 50. culta sapiẽtię suæ tibi tali existẽti copiose ac dignantissime pandet:sicq; in te quasi in tha-
Eccl 14. lamo iugiter requiescet. Tunc ea quæ fidei sunt,cum rationibus credẽdorum & purificatæ mentis intelligentia contẽplaberis dulciter & syncere,ac supergloriosissimæ trinitatis gloriam,emanationem & cõmunicationem ad intra,mutuam intuitionẽ,dilectionem,fruitionem,consistentiam æternalem,superdeliciosissimam,superfelicissimam & supersanctissimam intueberis deiformiter,assidue ac serene. Tunc respectu infiniti & incircunscripti-
Actu 9 bilis dei,erit tibi angusta & modica omnis creatura:in solo quoq; deo tuo erit consolatio &
Iudith 8. omnis affectio tua.Hæc est uita uere nobilis & præclara.

Articulus II. Responsio hominis ad hæc.

TOnitruum mihi factum uidetur,tam magna & alta sunt ista:sublimis quippe ęst ista doctrina,& quis potest eã audire? Nunqd homo est angelus,ut possit in car-
Iohan. 6. ne fragili ac mortali tã spiritaliter uiuere? Nũqd uiator est cõprehensor,ut queat in terris tã cœliformiter conuersari? Quid est homo ut ualeat in hoc mundo
Hieronym. Bernardus. degere sine peccato? Quid instabilius mente humana,ut possit assidue contemplari diui-
1.Cor.4. Miche 6. na,cogitare salubria,consistere custodita,omniq; hora coram deo solicita permanere ac di morata? SALVATOR. Nunquid condemnabis me,ut tu iustificeris? Nunqd indiscretionis aut immoderati rigoris me argues,ut tu de tuis negligentijs,ignauijs,trãsgressionibus ex-
Leuit.11.19. 20. cuseris? Nonne ego in ueteri lege per Moysen iussi: Sancti estote, quoniã ego sanctus sum dominus deus uester? Et denuo per eundem in Deuteronomio sum locutus: Perfectus & absq; macula eris cum domino deo tuo. In euangelio quoq; deprompsi: Estote perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est.Nonne diuina requirit iustitia,ut rationalis creatura omne tempus sibi concessum uirtuose expendat? Non aduertis quid ait Apostolus? Cum metu,timore & tremore uestram salutem operemini. Et,sine intermissione orate, ac semper quod bonum est,agite. Itemq; Nostra inquit,conuersatio in cœlis est. Nonne maledictus est qui asserit deum homini impossibilia pręcepisse? Et sicut protulimus,Primum præceptum est,ut homo deum toto diligat corde. Nec ignoras, quòd ubi amor, ibi oculus.Etenim ubi est thesaurus tuus,ibi & cor tuum. Nec mentitur qui protulit: Verius est anima ubi amat,quàm ubi animat. Conscientiam tuam examina. Quoties amor ille insanus carnalis prædominans,impulit & quasi coegit te non solum assidue, sed pene continue cogitare de obiecto concupiscentiæ tuæ:de persona deliciarum tuarum turpium & prauarum? Et nonne tam sordidam, quantum ad superdignissimam deitatẽ, ad supergloriosissimam trinitatem,ad superpulcherrimum & superoptimum deum.HOMO. Vicisti me
Psal 61. domine,& conclusisti loquacem,atq; obstructum est os meum loquens inania. Interim uideo,quia tam scriptura quàm ratio, sed & ipsa quoq; rerum magistra experientia contra me militant.Veruntamen adhuc me mouent instantiæ, quas induxi, argumenta quæ tetigi,& precor ut ad ea respondere digneris,& meam informare imperitiam nõ recuses.
Matt.27. SAL. Ego qui pro hominibus crucifigi & mori dignatus sum ut saluentur, & insuper ad-
Mat. 15 huc occidi mallem, quàm hominem quencunque,quantum in me est,in æternum perire
Luc.23. permitterem,indefinenter paratus sum hominem informare ac adiuuare,illum pręsertim
Iohan.19. qui cupit & deprecatur hoc ipsum:hinc respondebo & tibi.
Actu.2.4.

Articulus III. Responsio & informatio Christi ad pretacta & obiecta.

QVia circa finẽ primi articuli huius Tractatuli aliqua dixi ad pfectionẽ rõnalis creaturę spectãtia,quæ tibi intm̃ uident excedere fragilitatẽ cõditionis humanę,ut putaueris tonitruũ te audire,atq; obieceris:nũqd ingens,hõ est angelus? quasi

quasi angelica non humana sit talis perfectio. Itaq; audi quòd homo in scripturis non an-
gelus tantum, sed & deus uocetur, cum de homine sacerdote dixerim per prophetã: An- Malach 2
gelus domini exercituum est. Ad Moysen quoq; affatus sum: Constitui te deum Pharao- Exod. 7.
nis. Praeterea de sanctis hominibus scriptum est: Ego dixi, dij estis. Proportionabiliter er- Psal. 81.
go potest & debet homo esse uitae angelicae, & perfectionis diuinae, seq; super se, non per Thre. 3.
extollentiam, sed per contemplationem ac spiritalem dilectionem leuare, ne ei conueniat
illud psalmi: Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipien- Psal. 48.
tibus. Imò per gratiae dona potest homo intantum proficere, ut non solum sit angelo simi-
lis in hac uia, sed etiam aequalis fiat ei in gloria, maior quoq; quibusdam angelis sanctis in
patria. Secundo quoq; obiecisti, dicendo, Quid est homo ut uiuere queat in seculo isto si-
ne peccato? Et in hoc fateor habes scripturam pro te, praedilecto meo dicente discipulo:
Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Iacobo quoq; Iusto fratre 1 Johan. 1.
meo praecharo: In multis offendimus omnes. Et rursus testatur scriptura: Quid est ho- Gala. 6
mo, ut immaculatus sit, & mundus appareat natus de muliere? Sed scito quòd peccatum Iaco. 3.
proprie appellatur transgressio legis diuinae, aut naturalis, uel positiuae. Quod de pecca- Iob 15. Esaie. 1
to mortali uerum censetur, à quo potest homo per gratiam abstinere: imò & mundus es-
se iubetur atq; tenetur. Porrò de uenialibus scriptum est: Non est homo super terram qui Eccl. 7.
faciat bonum, & non peccet. Et iterum: Iustus septies cadit in die, & resurgit. Tertio obie- 3. Reg. 8. 2. Para. 6.
cisti de instabilitate cordis humani, nec aduertisti quod hortatur Apostolus: Stabiles & Prouerb. 24.
immobiles estote, abundantes in opere domini semper. Salomon quoq; inquit: Iustus qua- 1. Cor. 15.
si fundamentum aeternum. Et quod egoipse in euangelio sum testatus: Omnis qui audit Coloss. 1.
uerba mea & facit ea, similis est uiro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram: Prouerb. 10.
uenerunt flumina, descendit imber, flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam. nec ce- Sapien. 5 Mat. 7.
cidit: fundata etenim & firmata erat supra petram. Mens ergo humana quae ex sua natu- Gene. 8.
ra seu potius culpa & consuetudine praua est, uehementer instabilis, ac instar molae uolu-
bilis, adiutorio gratiae stabilitur, uirtutibus roboratur, & per charitatem in deo firmatur,
imò proficiendo quotidie ac digne uelut columna immobilis, deo auxiliante, efficitur.
Hinc dixit Apostolus: Optimum est gratia stabilire cor. Et nosti quòd amor quo maior at- Heb. 13.
que feruentior, eò plus figit ac stabilit diligentem in dilecto. Postremo consuetudo ue-
lut altera est natura: ideo nihil ita difficile, quin assuefactione assiduoq; conatu tandem Philo.
delectabile facillimumq; reddatur. Sic igitur mẽs ornata diuinis ac spiritualibus actibus,
non solum faciliter & feruenter, sed delectabiliter quoq; & fixe manet intenta. Huius rei
tot habes testes, quot sanctos ac uiros perfectos.

Articulus IIII. Inquisitio circa iam dicta, & cur non exaudiamur à domino iuxta uotum.

HOMO.

GRatias tibi agit paruitas mea ò uirtus & sapientia dei patris, quae ex ore altissi-
mi, ex mente patris aeterni fluxisti, super uniuersis beneficijs tuis, & de hac tua
instructione gratissima. Verum dum nos nostram uel difficultatem uel impossi-
bilitatem aut rei arduitatem allegamus, opponimus ac quasi per hoc nosipsos
implicite excusamus, tu nos protinus ad gratiae tuae opem remittis, quasi ad manum no-
bis sit, gratiae tuae auxilium obtinere, habere, ac iugiter possidere: cum tamen tuam mise-
ricordiam quotidie implorantes, ab oratione uacui, frigidi, imbecilles & ad uitia proni, ut
antea, redeamus. Et ubi est promissio tua, imò pollicitationes tuae uberrimae & frequẽtes?
Quantoties spopondisti te exauditurũ orantes? Petite inq;, & accipietis: quaerite, & inue- Mat. 11.
nietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim q petit accipit, & q quaerit inuenit. Porro, Luc. 11.
ego ut pace tua id dixerim, uideor mihi dicere posse, qđ sanctus Iob fassus est atq; expres- Mat. 7.
sit: Sto & non respicis me, clamo ad te & non exaudis me. Et quod Hieremias ait in Thre- Iohan. 14. 15. 16.
nis: Opposuisti nubem ne trãseat oratio. Et itidem Esaias: Multitudo uiscerũ misericordię Iob 30.
tuę continuerũt se super me. Interea si uiri isti tam excellentes & sancti ista ueraciter sunt Iob 19.
locuti, quid nos miseri, defectuosi ac infirmi, de nobis sentire & de nostra exauditione prę- Thre 3.
sumere ac ęstimare possumus seu debemus? Nõne quilibet nostrũ cũ Esdra dicere habet. 1. Esd 9
Deus meus erubesco faciem meam leuare ad te, quoniam iniquitates nostrae multiplicatę Luc. 18.
sunt super caput nostrũ, & peccata nostra creuerũt usq; ad coelum. SAL. Inquisitiones & Osee. 14
querimonię tuę ex pia procedunt radice & permouẽt multos. Hinc ego q cordiũ sum in- 1 Esd 8 Psal. 17.
spector, ad eas beniuole respondebo. Nec enim de meorũ ambigis ueritate uerborũ: sed ue- Esaie. 59
ram & sanam eorũdem intelligentiã sciscitaris, & qualiter concordent ac simul stent quę 1 Reg. 16 Psal. 7.
Sapien. 1.

1.Timo.2. in his sibi inuicem contrariari uidentur, tibi declarari deposcis. Ita pro certissima ueritate & infallibili regula teneas, nullum quod in se est, facientē perire seu relinqui à deo, nec defectum saluationis cuiusquā esse ex parte misericordissimi creatoris, qui oēs homines uult saluari, nec psonarū acceptor est, imò gratiæ sinū gnaliter aperit uniuersis. Vnicuiq; uiatori angelū sanctū deputauit custodē. Nec uere catholicus pôt ambigere, qn unigenitus dei paratus sit hoīes exorantes audire, q pro illorū salute tot & tāta assumere, facere ac pati dignatus est. Veruntñ noueris q oratio est actus uirtutis, quę latria nūcupaš: nec oratio est solum qualiscūq; petitio, sed postulatio decentiū rerū à deo, quas scilicet decet peti ab eo, utpote expedientiū ad salutē. Et sicut aliarū uirtutū actibus oportet firmiter inhærere, ita & orationib⁹ stabiliter instare oportet: neq; deficere aut cessare, nec propriarū orationū effectū seu exauditionē improbe impedire. Quid em̄ ē prçteritarū culparū remissionē à deo efflagitare, nec tñ ab eisdē cessare, imò peccatis pctā adijcere, sicq; deū de nouo qtidie inhonorare, prouocare, offendere? qd inquā, est hoc, nisi irridere altissimū, & omnipotēti quasi illudere? Si regi pricipi' ue terreno, aut certe cuicūq; simplici à te offenso supplicares pro uenia, nec ab eius iniurijs & offensis desisteres, nōne se subsannari cēseret, & grauius tibi indignaret? Quanto magis deus iustitię infinitę, dñs maiestatis immēsę, iudex sapientię illimitatę? Hoc ergo ad uerū ptinet oratorē, ut in primis de dei offensa intime doleat, & de uniuersis suis pctis, inquantū sunt offensiua, iniuriatiua, inhonoratiuaq; dei, toto pœniteat corde: eaq; deinceps, & reliqua cūcta pctā firmiter proponat uitare, & insup diligentiā exhibeat debitā ad uitandū. Sicq; dolorose integraliter & syncere ea confiteaš, & satisfacere enitaš pro posse, iuxta cōfessoris censurā & exigentiā æqtatis. Si ergo sic agēs & taliter uiuens, ac ita te habēs, deū exores, siue pro uenia delictorū, siue pro gratia ampliori, aut pro alia quauis rōnabili causa, firmiter spera te exaudiendū, quāuis deus instar pij ac sapiētissimi patris interdū differat & fidē ac patientiā probet orantiū, ac paterne exerceat suos electos, imò & sanctos ac electissimos uiros, aut eos alijs proponat & statuat in exemplum ad abundantiorē beatitudinē eorūdē. HO. Obiectionibus meis & querelis ò dñe satisfactū intelligo, & prę angustijs spūs mei q̄ me uertā, qd agam, in qbus petrarū scissuris me absconIob 23. dā ignoro: uereor me nunq̄, aut uix unquā uere fuisse contritū ac salubriter pœnitentem Esaie 2. aut dñm exorasse, sicut oportet, cū debita euitatione culparū. SAL. Noli diffidere, frequenEphe.5 ter audisti q uirtus cōsistat in medio, imò uirt⁹ medietas quędā ē duarū extremitatū uitioColos.3. sarū. Quēadmodū liberalitas inter prodigalitatē & tenacitatē mediū tenet. Ita & tu inter desperationē & prçsumptionē, inter improuidā securitatē & immoderatā formidinē medium serua. Sperando sp in dño, cuius infinitę misericordię enormissime derogat q desperat. Veruntamen bene agis timendo, cum scriptū sit: Sapiens in omnibus metuit. Nec certitudinaliter scias an amore sis dignus an in charitate existas, an prędestinatus æternaliter ue damnandus. HO. O deus æterne q̄ arcta est uia salutis, quàm pauci saluantur, quàm infinita est excęcatio iniquorū, uanitas, calamitas, insipientia, seu potius insania hoim. De hoc te sequenti articulo lucidius edocebo.

Mat.15 / Mar.7. / Esaie.29. (margin notes beside the lines above)

Articulus V. Quid sit contritio uera & pœnitētia salutaris, & q̄ cito corruat in culpas mortales, qui non extat solicitus uitare & fugere ueniales. SAL.

Deut.6 Mat.22 Luc.10. QVemadmodū homo tenetur deū toto corde maxime incōparabiliterq; diligere, ita ut malit propriā uitā & cuncta quę habet amittere, cūcta quoq; aduersa, dura & aspera pati, q̄ creatorē suū per mortale pctm̄ offendere: ita teneš de dei sui offensa, hoc est, de om̄i sua mortali culpa magis dolere, q̄ de quocunq; malo pœnali aut dāno terreno: & talis dolor, recte uocatur cōtritio, quę est maximus dolor qui est in natura, loquendo de dolore partis intellectiuę. HO. Hoc concesso patere reor, quàm pauci uerā habeāt contritionē. SAL. Hoc experimentaliter constat ex eo, q tā cito atq; faciliter recidiuant: q si salubriter pœniterent, non dubium quin à ruina culpę mortalis uigilantius indefinentiusq; cauerent, quàm à quocūq; nocumento corporali aut exteriori. Cūq; ueniales culpę ad mortalē disponāt, charitatis feruorē diminuant, mentis synceritatē obnubilēt, cordis quoq; relaxent custodiā, roburq; gratię ac uirtutū uigorē debilitent, ac leuem, & dissolutū faciant animū, qd clarius, quàm illum non diu uitare mortalia, q nō assidue custoditus, itēq; solicitus ē uenialia mala euadere ac uitare? Ideo irrefrenata uenialium peccatorum frequentia, continuatio, consuetudo, est mortalis æquiualenter, causaliter, condependenter, & uirtualiter includit dei contemptum ipsoq; facto ostendit se non satis abhorrere mortale, qui non satagit uenialia fugere. Nec enim aliquid est tam ueniale, quod

le,quod non per immoderatam complacētiam,dissolutionem,lætitiam, fiat aut esse possit
mortale. Qui ergo suas cōfabulationes,machinationes,potationes,iocationes,lusus, leui
tates,dissolutiones,& consolationes uanas ac uiles continuant & frequētant per horas &
horas, quomodo à mortalibus excusantur, cum dixerim per prophetam: Væ qui cogi- Mich.2.
tatis inutile.Et rursus per euangelistam: Væ uobis qui ridetis, quia plorabitis & flebitis.
Vę uobis diuitibus,qui habetis consolationem uestram.&,Væ uobis qui saturati estis. Lucæ.6.
HO. In his aliud prorsus non uideo,nisi difficilimum esse, absq; omni peccato mortali diu
subsistere.SAL. Idcirco beatus homo qui semper est pauidus: qui cum electo Iob semper Prouer.28.
quasi tumentes super se fluctus metuit deum,& in pręsentia dei incessanter habet se timo Iob.31.
rate,illud scripturæ reuoluens in corde assidue: Viuit dominus in cuius cōspectu sto ho- Iosu.24.
die.Ista præmissa sint, ut peccata solicitius euitentur: quia à deo nil ita elongat,à diuino Eccli.7. 3.Reg.17.
amore nihil sic impedit,ab exauditione orationum,à profectu uirtutum,à diuinorum ex- 4.Reg.5.
uberantia & conseruatione charismatum nil sic retrahit sicut peccatum,præsertim mor-
tale,deinde & ueniale. Ideo recte ait scriptura: Iste omnis fructus, ut auferatur iniquitas. Esai.27.
HO. Nunc ergo ò domine doce me practicam,modum, processum & ordinem proficien- Psal.142.
di quotidie in tua sancta dilectione, in puro & spiritali amore,ac per hoc pariter in omni
uirtute.

Articulus VI. De compendio proficiēdi & inflāmandi in sancto ac spūali amore. SAL.

MVlti sunt modi ac media, multæ sunt uiæ & incentiua, diuersa sunt exercitia,
pluraq; instrumenta saluberrimi huius profectus ac sacratissimæ inflammati
onis in charitate. Primum & uehementer proficuū est desiderio complacen-
di deo,ac zelo honorandi eundem, se in omnibus coram ipso custodire & re-
uerenter habere: hoc est,coram oculis maiestatis ac sanctitatis eius immensę,uiuere timo
rate,ambulare solicite,& actibus deo placentibus strenue insudare: Quia ut patuit,amor
iste diuinus est pretiosissimum balsamū,splendidissima gemma, margarita pulcherrima,
exigens receptaculum mundum,habitaculum dignum,subiectum decorum,sibi propor
tionatum. Et sicut peccata mortalia charitatem auferunt & extinguūt, sic uenialia etiam
lædunt,obfuscant,ac minuunt,uelut si radiantissimum aurū pulueribus aspergatur. Hinc Sapi.1.
scriptura copiose te instruit,quod deo in cunctis obediens, & uniuersa eius præcepta ad Eccl.4.
implens,uere diligit eum,& in eius crescit gratia & amore. Maledicti uero qui declinant
à mandatis ipsius. Nempe qui dicit,diligo deum,nec seruat illius præceptum,mendax est Psal.118.
& iniquus. Et scis quod odio omnes qui operantur iniquitatem, & perdo omnes qui lo- 1.Iohā.2.
quuntur mendacium,sicut & uir sapiens protestatur: Odio sunt deo impius & impietas Psal.5.
eius. Hinc itaque in amore diuino non proficis,nec eius dulcedinem experiris,quia nunc Sapi.14.
oras,psallis,& boni aliquid agis,& paulopost fabulationibus, risibus, dissolutionibus ua-
cas: imò quod detestabilius iudicatur,in tuis orationibus, psalmodijs, ac bonis operibus,
tot distractiones,negligentiæ,uanitates,pigritię admiscentur, ut totum plus displicere q̄
complacere altissimo possit,si districtius iudicetur,cum & sapientiū unus testet: Non pla-
cent deo bona malis admixta. Deniq; similes estis idololatris,q Ianum deū suū cum uulti-
bus pingebant duobus. Sic & uos quasi duo ora habere uidemini,q̄rum uno laudatis,in-
uocatis & osculamini deum: alio quasi uituperatis,inhonoratis,& multipliciter ac graui-
ter offenditis eū,scādalizatisq; plurimos. Atq; p approbationē osculamini,uanitates & in
sanias falsas: nec cū Sapiente risum reputatis errorē,nec gaudio dicitis: quid frustra decipi Psal.39.
eris? Hoc est cur me inaniter decipis,q in ualle lachrymar̄,in loco exilij,in domo luctus et Eccle.2.
pœnitentiæ sum constitutus. Nonne ueraciter fert scriptura, Vir sapiens uix tacite ride-
bit? Vnde & uerificari uidetur illud cōmunis uersiculi, Per risum multum poteris cogno Eccl.21.
scere stultū. Nunqd fons ex eodē foramine emanat dulcē & amarū aquā? Si ergo in diuino
optas amore concrescere,& q̄ dulcis est deus degustare,stude & satage ut cōpunctio, de- Iaco.3.
uotio,recollectio cordis tui nō sit solū horaria,sed potius cōtinua,uel saltē assidua, & omni Psal.24.
bus actib',uerbis & apphensionib' tuis suppone dei timorē,q est corona iustitiæ,exēplo
dicētis: Verebar oīa opera mea,sciens q tu dñe non parceres delinquēti. Caue à uerbis su-
pfluis & infructuosis & uanis,cū de omī uerbo otioso exigēda ac dāda sit ratio,infligēdaq; Iob.9.
punitio in die iudicij. Aduerte etiam q risus incustodit',incustoditi cordis sit signum ac Ezech.7.
nūtius. Nō instar cācri nūc pcedas,nūc retrocedas,sed p uiā salutis pgredere incessanter. Matt.12.
Hec uia,ambula tu in ea,& neq; ad dexterā neq; ad sinistrā. HO. O adonai rex,iudex & le- Esai.30.
gifer noster,q sapiēter ac salubriter prolata sunt ista: & q̄uis me terreant,tn̄ contradicere Esai.33.

 nequeo,

nequeo, imò in meipso & ex meipso ueritatem eorum intueor & addisco. Etenim dũ alicui placere desidero, offensam eius om̃imode deuito: & si à quoquã amari affecto, ipsi' beneplacitis pareo: eius uolũtati meã cõformo, illius iussa, commissa, optata adimpleo. Præterea in palatiis regũ & principũ seculi huius cõspicimus, quàm reuerẽter & prompte ministretur magnatibus, ita ut nec displicens uerbum proferre qs audeat ministrorum. Dictatq; ratio impiũ esse, hominem plus quàm deum uereri ac reuereri. Verũ unum precor mihi exponi: si enim ut tactum est, bona malis admixta deo nõ placẽt, ergo nullius hominum quamuis iustorũ opera bona complacent deo, cum sanctus protulerit Esaias: Quasi pannus menstruatæ, uniuersæ iustitiæ nostræ. SAL. Bona ex genere admixta malis, mortalibus meritoria nõ sunt: quod autẽ ex charitate efficitur, meritorium est, quãuis uenialibus culpis misceatur: sed tanto minus deo acceptum est, quãto pluribus & grossioribus uenialibus admiscetur. Postremo, uerbum illud Esaiæ sic potes accipere, quòd cõparatione diuinę & increatæ iustitię, om̃is humana iustitia defectuosa est & obscura: queadmodum in libro Iob legis: Ecce luna nõ splẽdet, & stellæ non sunt mundę in conspectu eius. HO. Assentio, sed rursus occurrit ꝙ ardua ista sunt nimis: ad quod tamẽ recolo mihi respõsum & satisfactũ. SAL. Nonne tu Christiane gloriaris spiritualiorem & perfectiorem uobis Christianis legem desup datam ab unigenito filio, quàm olim Iudæis à deo per Moysen, ꝑ quem deprompsi: Erunt uerba hæc quę loquor ad te, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulãs in itinere, & dormiens atq; consurgens: & ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntq; & mouebũtur inter oculos tuos. Quid hucusq; tam arduum iussi tibi? HO. Excusationẽ non habeo: adiuua me domine deus meus, quia per gratiam tuã omnia possum, & sine ea meritorium nihil.

Esai.64.
Iob.15.25.
Deute.6.
Ioan.15.
Hester.14.
Psal.108.
Phil.4.

Articulus VII. De secundo modo ac medio excrescendi & inardescendi in dei timorem

SAL. Nonne cognitio uia est & causa ac medium ad amãdum? nã quod prorsus ignoras, non optas nec diligis: nec aurũ plus amares quàm ferrum, nisi ipsum melius pretiosiusq; cognosceres. Deniq; obiectũ uoluntatis quæ subiectum ẽ charitatis, philosophi tui affirmant bonum intellectum, id est intellectualiter cognitum. Idcirco quò deum clarius noscis, eò cęteris paribus ad eius actualẽ dilectionem es aptior. Aduerte igitur & lympido intellectu perpende ac inspice quid sit deus, secundũ ꝙd in hac uita capax es. Ipse equidem olim Moysi nomẽ dei quærenti respondit: Ego sum qui sum. Hęc dices filiis Israel: Qui est, misit me ad uos. Quibus uerbis instrueris quòd ipsum esse sit nomen dei, ita ꝙ deus est esse primũ, æternum, incircunscriptum, immẽsum, simpliciterq; perfectum: ita ꝙ quicquid spectat ac pertinet ad eminentiã, nobilitatem, perfectionem, beatitudinemq; essendi, hoc om̃ifarie & superplenissime ac simplicissime conuenit deo. Estq; in eo, & est ipsemet deus cum incomparabili ac penitus infinita excellentia, maiestate & gloria, intantũ quòd respectu illius primi increatiq; Esse, omne esse secũdarium & creatum est quasi non esse, & solus deus esse asseritur, queadmodum in Hieremia legisti: Qui creauit om̃ia, ipse est. Atq; in libro Iob: Deus solus est, & cogitationẽ eius auertere nullus potest. Deniq; in euangelio dixi: Nemo bonus nisi deus. Deus ergo est bonitas tam infinita & pura, tam amabilis, desiderabilis, gratiosa, accepta, & supgratissima, ut cõparatione ipsius, bonitas omnis creata pro nihilo reputetur, nec bonitas appelletur. Conformiter dixit Apostolus: Soli sapienti, soli iusto, soli dulci & pio deo, soli beato, glorioso, supdeliciosoq; deo, & ita de cæteris perfectionalibus prædicatis. Huic om̃ia ista cum excellentia om̃iformiter infinita competũt superfelicissimo & suppręstantissimo deo. Vniuersis ergo & singulis ipse sine mẽsura, comparatione & termino, melior, amabilior, desiderabilior, sapientior, sanctior, dulcior, redolentior, gratiosior, deliciosior, felicior, ditior, potentior, pulchrior, splendidior, liberalior, benignior, conuenientior, laudabilior, honorabilior, magnificentior, incomprehẽsibilior, simpliciorq; consistit, ita ꝙ omnia ista in ipso sint unum simplicissimũ esse. Et nunc ô miser & insensate, ô tarde, ingrate, obtenebrate & nimis insipiens homo, quæ est ista insania, excæcatio atq; peruersitas tua, quòd ad bonũ illud tam incomparabile & immẽsum, tam supsplẽdidissimum & superpulcherrimũ, tam superdulcissimũ, delectabilissimũ & superamœnissimũ, tibi quoq; tam proximũ, à quo es & habes, quicqd es & habes, non uehemẽter afficeris, non inardescis & æstuas, non totis precordiis atq; uisceribus incalescis? Cur illi uana & uilia ista, carnalia & terrena, sordida & fœda pręfers? cur tam infinita insipiẽtia obtenebraris? cur dominũ deum tuũ tam enormiter

Exod.3.
Iob.23.
Marc.10.
Matt.19.
Luc.18.
1.Tim.1.6.
1.Cor.4.

miter inhonoras, uilipēdis, contemnis: ac per hoc teipsum indicibiliter uilificas, impium, Deut. 9.
uitiosum, atq; æternæ damnationi facis obnoxium. Considera quæso iam introducta, in- Eccl. 49.
tuere & pondera ista: attende quid sit dominus deus tuus, contemplare tam interminabilem bonitatem, amabilitatem, pulchritudinem, sapientiam, suauitatem ipsius: redi ad cor, recollige te in ipso, & mane fixus ac stabilitus in illo. Si insania reputaretur, uilia saxa auro obrizo, gemmis & balsamo pēligere & pferre, nonne incōparabiliter maior ē insania, excæcatio, puersitas ista, increato, infinito & supeminētissimo huic bono, infima, infinita ista præponere, plus amare, plus quærere ea? HO. Vere mi domine, uera, sancta & sapien- 1. Reg 17.
tissima sunt omnia uerba, hortameta, & dogmata ista. Sed precor te, de qua & quali tua sa- Psal. 32.
pientia & scientia dixeris ista. Videmus quippe nonnullos ingeniosos & literatos, de te & de rebus spiritalibus ac diuinis subtiliter sermocinantes, nihilominus perditissime con- 2. Timo. 3.
uersantes, quorum doctrina & uita abinuicem distāt longissime. SAL. De cognitione dei, contemplatione ipsius, quę sunt actus donorum sapientiæ atq; scientię, locutus sum ista: hoc est, de cognitione dei formata & affectiua, quæ uim affectiuam intellectiue conformat: non de informi notitia, cui uirtus non sapit, de qua legitur, Scientia inflat. HO. Non- 1 Cor 8.
ne ò domine etiam aliqui boni in charitate existētes, imò & religiosi, pondus diei & ęstus Mat. 20.
portantes, septemq; dona spiritussancti habentes, salubriter & formate te noscunt, ac tibi deuoti sunt, qui tamen conqueruntur & dolent se non posse ad tuum amorem sanctū per- Psal. 18.
tingere, nec eius in se feruorem sentire, neque in meditationibus suis exardescere ignem, Luc. 12.
quem uenisti mittere in terram: de quo quid uis nisi ut accendatur? Vnde & consolatione spiritalium se cum gemitu fatentur expertes. SAL. Diuersi sunt gradus seruorum dei, ut patuit. Porro qui uere coram deo sunt custoditi, soliciti ac puritati studentes, & reformationis internæ efficaciter cupidi ac studiosi, pro ea diuini amoris frequenter experiuntur feruores, consolationes quoq; internas, quamuis nonnunquam eisdem priuētur ad tempus, magis aut minus moderamine dispensationis seu dispositionis diuinæ, prout prouidentia increata conspicit expedire, ut ipsi se magis humiliēt, exercitatiores expertioresq; fiant in spiritualibus rebus, & patiētiam discant in uarietate uisitationum dispositionūq; patris cœlestis, qui uarijs agit modis in suis electis. Pręterea quidā prohdolor sunt sub ne- Psal 87. 90.
gligentijs suis uiuentes, si tamen uiuentes, & nō potius mortui, & in eis periculose manentes. Quibus uehementer horrendum est, quod in Apocalypsi locutus sum uni, & in illius persona cuilibet tali: Scio opera tua, quia nec calidus es nec frigidus. Vtinam calidus esses Apoc.
aut frigidus. Sed nunc quia tepidus es, incipiam te euomere. Tales igitur resipiscant, quia aut spiritualiter mortui sunt, aut proximi huiusmodi morti. At uero qui uere dolent de sua insipiditate & ariditate interna, studeant ac satagāt in conspectu metuendissimi dei ac iudicis sui, iuxta præhabita timorate incedere, cum summa & indesinenti diligentia uitare Mich. 6.
peccata, humiliare & superare seipsos, opus dei reuerenter & attente psoluere: sicq; agen- Iob. 8.
tes, sentiēt uere in breui dulcedinem & feruorem spūssancti. HO. Plenissime magister unice & optime respondisti. Iam ergo si placet, saluberrimā hanc doctrinā prosequere.

Articulus VIII. De tertio incentiuo & exercitamento profectus, atque incendio diuini amoris.

SAL.

OLim locutus sum per sanctificatum in utero Hieremiam: Quis est iste qui applicet cor suum ut appropinquet mihi? Ego enim qui pro omnium salute sponte pertuli amarissimam & ignominiosissimam crucis mortem, omnium opto salutem, illosq; gemitus & singultus, desideria & aspirationes, quæ ad me fundunt & mihi offerūtur pro impetratione, infusione, cōseruatione, profectu & inflāmatione diuini flāmigeriq; amoris, libēter accepto. Siqdem ex charitate, actu aut aptitudine in existēte nascunt. Nā q cupit diligere aliquē, iā saltē radicaliter amat illū. Tu ergo charitatis ptiositatē aduertens, & qd ad eam, eius profectū ac perfectionē cætera omnia uirtutū exercitia ordinentur rite perpēdens, atq; quàm misera & egena, uilis & deordinata sit mens huma- Esa. 58.
na illam non habens, ex intimo corde clama ad dñm gemēs & dicēs: O benignissime deus, q̄diu in hac miserrimi cordis mei sterilitate, duritia, indeuotione manebo? quàmdiu te Psal. 17.
deū creatorē & redēptorem meū non diligā? quousq; tibi tā ingratus persistā, atq; in tanta excæcatione durabo, ut non uideā nec perpendā tuę bonitatis & amabilitatis, tuę gratiositatis & suauitatis immensitatē? aut certe dato q eam aliq̄ modo agnosco atq; cōsidero, nō tn̄ in eius apprehēsione & speculatione accēdor, nec eius incōparandā suauitatē experior. Nō emollitur mens mea, nec in fornace tam infiniti amoris inflammatur, resoluitur

Hier 30. Mat. 27. Esai. 55. Hiere. 21. 1. Timo. 2.

absorbetur. O superpulcherrime & superserenissime, & superamabilissime deus, usque quo
Hiere. 48. iacebo ita deiectus & obuolutus in fecibus meis, nec brachijs sanctissimæ charitatis te in
Cant. 2. 8. medio cordis mei amplexabor, stringam, deosculabor, tenebo, neque dimittam? Nonne to
Psal. 26. ta salus mea in te, & in unione, adhæsione ac perfruitione tui cõsistit? Certe cito ueniet ho
Esai. 51. 56. ra necessitatis meæ extremę, in qua tu solus iuuare, eripere & saluare me poteris. Quid er
Esai. 5. Ezech. 7. go nunc insipienter uagor & distrahor, & per multa me diuido, lacero, nec quiesco, cũ tu
in me, & intra me uere per essentiam, præsentiam, potentiam superclarissime fulgens, immutabiliter præsens sis, & ad miserendũ, ad illuminandũ, ad amplexandum paratũ te exhibens. Ad ipsum ô anima mea suspira, geme, afficere: mẽtem, oculos, manus ad ipsum pa
Esai. 52. riter leua, & psalle: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat ani
Esai. 51. Thre. 2. ma ad te deus. Sitiuit & sitiat, eleuetur & inardescat anima mea ad te deum fortem, omni
Psal. 41. potentem, uiuum & superexuberantissimũ fontem. O quando ueniam & apparebo ante superspeciosissimam & supiucũdissimam faciem tuam? Interim uero sint mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Effunde ô anima mea desideria atque suspiria tua coram domino
Iohan. 14. deo tuo. De his ô homo unctio te docebit, si iuxta documenta prætacta te coram deo tuo
Iohan. 15. habueris, & secundum exigentiam tuæ uocationis digne deo processeris, irreprehensibi
Ephe. 4. Colos. 1. liter uixeris, indefesse profeceris.

Articulus IX. De quarto instrumento ac medio profectus diuinę dilectionis. SAL.

2. Para. 20. Recte locutus est deuotus rex Iosaphat deo: Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Tu ergo qui scholam uirtutis ingressus es, in omni cordis tui angustia ad deũ tuum con fuge, recurre, festina. Et nũc pro sanctæ dilectionis incendio ac profectu fiducialiter ora, affectuose, perseueranter, & anxie roga, perpẽdens quid per Moysen olim de
Deut. 4. prompsi & spopondi: Cum quæsieris dominum deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde eum quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. HO. Quid est ita rogare & quærere deum? SAL. A captiuis & mendicis hoc discere potes. Vides qualiter captus, compedibus aggrauatus, morti adiudicandus, si ei sit aliqua spes euadẽdi, iudicẽ deprecetur, quàm cõpuncte, humiliter, uiscerose & lachrymose, qualiter se & omnia sua offert, quãtam proponit & pollicetur emendam, quàm paratum se offert deinceps iudici deseruire. Quod si ille pro temporalis captiuitatis atque breuissimę mortis euasione, omnia illa agit, quanto ma
Iaco. 5. gis homo qui toties, tamque enormiter deum & creatorem suum offendit, & pœnas meruit sempiternas, pro uenia & gratia ac salute deum taliter debet inuocare, uitã mutare, deinceps fideliter ministrare? Insuper cernis quàm fideliter & obnixe inopes pro eleemosyna modica rogẽt: quanto amplius pro præclarissimis donis charismatum supernorum, pro charitatis infusione, incremento, completione implorare debes altissimum? HO. Intelligo quę tu dicis, & de mea erubesco desidia: uereor ne pro proprijs quotidianisque culpis repelli promerear. SAL. De hoc iam supra tractatum est, queadmodum cupiens exaudiri taliter debeat conuersari, ut requirit is cuius est exaudire: suamque uitam ac mores pro uiribus conformare uenustati morum & rectitudini operum, quos sibi petit gratiose largiri. Quid enim est pro humilitate, patientia, sobrietate, mãsuetudine, charitate deum assidue inuocare, nec ipsis uirtutibus per exercitia bona operam dare, nec occasiones uitare con
Matt. 3. trariorum malorũ? Fac igitur quod in te est, totisque uiribus stude uirtutibus: & sic deũ inuoca adiutorem, ut cor tuũ quotidie magis ac magis expurget, uirtutibus ornet, sicque sanctę dilectionis feruore illud inflammare dignetur, atque in actibus diuini amoris perficere, roborare, ac iugiter possidere, ora & dic: O superbenedicta trinitas, ob omnem tuam mutuam dilectionẽ superardẽtissimam, superdulcissimã & immensam, propter bonitatem & amabilitatem tuam supergratiosissimam ac penitus infinitam, ob omnem tuum amorem super totũ genus humanum, & super totam electorum tuorum uniuersitatẽ, per uniuersa quæ Christus pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit, per sacratissimam uirginem, omniũque sanctorum preces & merita, mentem meam dignissimo ac purissimo tuo amore totaliter occupa, prissime imple, uigorose succende, inextinguibiliter affice, ab omni inordinato affectu me omnino indesinenter præserua, & omnium corda fidelium misericordissime uisita, imple, inhabita. Denique hæc exorans, mundam & immunẽ conseruare satage animam tuam, omnẽ hominem dilige, spiritaliter tantum: cumque ex actibus laudabilibus frequentissime iteratis generetur habitus bonus & consuetudo peroptima, nõ cesses quotidie, assidue deum rogare breuibus ac feruentibus precibus, pro sui amoris profectibus atque

bus atque incendijs.

Articulus X. De quinto modo ac medio inflammatiuo & augmentatiuo diuini amoris. SAL.

BEnefactorem diligere ratio dictat: qui tanto plus diligendus est tibi, quanto plura & maiora beneficia contulit tibi. Porro, beneficia dei tibi collata, incomparabiliter magna & pene innumerabiliter multa sunt. Ab eo sortitus es corpus & animam, uniuersa corporis membra, & cunctas animæ uires. Si tibi sensus unus ut uisus, aut membrum unum ut manus aut pes deesset, quantum diligeres illum, qui sensum illum aut membrum tibi præstaret. Quantum ergo teneris illum amare, à quo omnia ista sunt tibi donata. Qui insuper præ irrationalibus creaturis totaliterq; mortalibus, decorauit te intellectu ac libera uoluntate, intellectiua memoria, rationis acumine, scientia & uirtute, ac animæ immortalitate. Sicq; ad imaginem & similitudinem suam te condidit, & cuncta ista mortalia, irrationabilia, inanimata elementa & mixta, pedibus tuis subiecit, & ad tuum creauit usum ac commodum. De necessarijs tibi cura prouidit paterna, & te huc usque conseruauit in esse, à pluribus item periculis præseruauit. Insuper, quàm pluribus supernaturalibus donis & gratijs te ornauit, peccanti tibi enormiter ac frequenter, pepercit misericordissime, & distulit ultionem, cum toties æternalem promerueris condemnationem, imò & iam innumerabiles damnauerit homines etiam Christianos, qui minus te peccauerunt, atque adhuc tuam præstolatur conuersionem, indulgere paratus, & bona pro malis retribuere pronus, imò ad emendationem te exhortatur, te redeuntem amplexari dignatur. Angelicam tibi custodiam atq; multiplicem hominũ opem adhibuit. Præterea, pater æternus te ita dilexit, quòd unigenitum filiũ suum pro te uoluit incarnari, inter homines conuersari, & pro tua crucifigi salute. Creator tuus, pater tuus uocari dignatus est: spiritumsanctum misit, & dedit tibi donum dignitatis immensæ superpræstantissimum hospitem animæ tuæ: Theologicis demum uirtutibus, septemq; donis spiritussancti, alijsq; diuersis supernaturalibus beneficijs te insigniuit. Ecce quàm multa & grandia, quàm copiosa, præclara, sublimia sunt beneficia & incentiua ista amoris. Quàm durus, quem non emolliunt: quàm frigidus, quem non incendunt: quàm ingratus, peruersus & impius, quem ad amandum, regratiandum, obtemperandum ac seruiendum non excitãt nec inducunt. HO. Ita omnino est domine: & dum ista perpendo, minus solito miror, quòd pro peccato mortali, temporali ac breui, pœnam infligis æternam, quia tam ineffabiliter enormia sunt peccata nostra, & nunc pro posse exclamo: Benedic, dilige, & totis præcordijs tuis amplectere ò anima mea dominum, & noli ullam retributionum & beneficentiarum istarum obliuisci: toto, æstuantissimoq; affectu dilige, lauda, honora benefactorem istum, primum, incomparabilem & supremum: cuius beneficia tanto amplius sunt extollenda, appretianda, reminiscenda, quanto ipse benefactor est maior ac dignior, atq; in eis circa nos magis dignanter se habens, cui æquiualens rependere nequaquam ualemus, etiam si pro ipso quotidie millies moreremur.

Iohan. 6. Gene. 1. 2. Sap. 2. Eccl. 17. Psal. 8. Gene. 1. Iob 10. 14. Iohel. 2. Iob. 37. Iere. 3. Eccl. 18 Iohan. 3. 1. Iohan. 4 Baruc 3. Matt. 27. Marc. 15. Luc. 24. Iohã. 19. Isaie 63. Iohan. 14. Psal. 102. 103. Psal. 145. Prou. 3.

Articulus XI. De sexto inflammatorio charitatis. SAL.

NOn solum in præsenti tot, tanta & talia largitus est tibi deus conditor tuus bona, uerum maiora tibi in futuro promisit ac præparauit tam incomprehensibiliter gloriosa, quòd ea nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec cor humanum capere potest. Quid enim infinite ac naturaliter bonus, amorosus, liberalisq; deus promisit, præparauit & dare decreuit suis electis, nisi obiectaliter semetipsum, atque formaliter sui ipsius beatificam, facialem, clarissimam ac deliciosissimam uisionem, & suæ immensæ ac increatæ suauitatis amœnissimam fruitionem, boni immensi æternam & prorsus securam fruitionem. Hæc est perfecta & summa dilectio, qua dator donat seipsum. O quàm immensa, inæstimabilis, gloriosa est ista felicitas, deum pulchritudinis infinitæ in seipso clare & immediate conspicere, deo immensæ suauitatis in seipso plene ad libitum, & usq; omnimodam contentationem æternaliter frui, fontem totius boni in quo est uniuersæ opulentiæ, lætitiæ ac pfectionis incircumscripta & superplena possessio, securissime possidere: hoc est essentiale principaleq; præmium beatorum. Deinde sunt ibi tam innumerabilia gaudia & secũdaria premia, tam multa & magna, quòd omnem mensuram, modum ac numerum prorsus excedunt. HO. O saluator dulcissime, quàm inenarrabiliter magna,

1. Pet. 1. Rom. 4. Isaie. 64 1. Cor. 2. Iohan. 17. 20

præ-

preclara & desiderāda sunt ista, quàm ualidissima & efficacissima ad inflammandum affectum, ad succendendū amorem. Si quis hominum nos inuitet ad prandiū, si nos exquisite reficiat, inclinamur ad illius amorem. Et quō non ęstuamus eius dilectione, qui ad beatissimam illam refectionē æternam nos inuitat, qui eam tam pretiosissime nobis emit & recuperauit, qui totius glorię suæ decreuit nos facere filios & hæredes? Vsq; quo ô anima mea marces ignauia, & non inardescis, non festinas, non satagis intrare gloriā domini tui? Non conaris nec inflammaris ad possidendā hanc patriam, ueræ & ultimatę promissionis regionem istam uiuentiū, in qua nullius rei penuria est, quam cor potest excogitare uel cupere, in qua uere est status omniū bonorū aggregatione perfectus?

Rom. 8. Tit. 3. Matt. 25. Hebr. 10.

Articulus XII. De septimo inflāmatiuo dilectionis diuinę. SAL.

PEruersus & durus omnino censetur, qui non amat amantem se, nec saltem redilígit illum qui prior dilexit ipsum, & in amādo gratis præuenit eū, etiā amore causali, quæ largitur dilecto bona quę habet. Sic ergo & tu dilige dominū deum tuū, quoniam prior dilexit te. Dilige patrem æternum, qui propter nimiam charitatē suā qua dilexit te, unigenito superdilectissimo suo filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum, quomodo etiā non omnia simul cum illo nobis donauit? Dilige illum, q te adoptauit in filium & hæredem regni cœlestis, cohęredemq; sui unici filij naturalis. Dilige illum, qui te eripuit de potestate tenebrarū, de inęstimabili æternalium acerbitate pœnarum, & transtulit in regnum filij suæ dilectionis. Diligito illum, qui charitatē suā commendat ad uos atq; in uobis: quoniā cum adhuc inimici essetis, reconciliati ei estis p mortem filij sui dilecti, imò ipse reconciliauit uos sibi. Etenī deus pater erat in Christo, mundū reconciliās sibimetipsi. Dilige illum, qui te elegit ante mundi constitutionē, & pędestinauit in Christo, & uocauit per gratiā suam. Insuper, dilige unigenitum filium dei, in cuius fide & gratia uiuis, qui dilexit te, & tradidit se pro te oblationem & hostiam deo in odorē suauitatis, per quē in libertatē uocatus es, ab importabili legis onere, à iugo peccati, à seruitute diaboli liberatus. Dilige amatorem hunc fidelissimū ac feruētissimum, qui nō corruptibilibus auro uel argēto, sed purissimo, pretiosissimo roseo suo sanguine te redemit à morte æterna. Dilige illum, qui matrem suam charissimam, mundissimam, indicibiliterq; dignissimam, tibi prouidit ac dedit in tam misericordissimam aduocatam. Dilige illum, q cum esset deus, creator & iudex tuus, incomprehensibili dignatione factus est frater, saluator, aduocatusq; tuus. Siquidem, quoniam pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse communicauit eisdem. Pręterea, dilige non minus superdulcissimum paracletum spiritum sanctum, cuius sapientia & conditus es, & cuius prouidentia gubernaris, sine cuius actuali inspiratione seu motione nunquam in meritorium actum procedis: qui operatur in te & uelle & perficere ex sua bona benignissima uoluntate: qui omnia opera tua bona operatur in te: qui cor tuum inhabitare, illustrare, inflammare dignatur. Dilige supergloriosissimam trinitatem, totius salutis tuæ fontem superserenissimum ac immēsum, causam, datorem & obiectum, unum uerum simplicissimum deum: in quo quicquid absolute dicitur, unum & idem est numero, prorsusq; indiuisum. Sicut adipe & pinguedine replearis, impingueris, dulcificeris in anima charitate diuina. Hanc nullæ aquæ in te queant extinguere, nec flumina ulla obruere. Lampades eius, igneiq; affectus exurgant, erumpant, ascendant ac fulgeant in te, ut lampades ignis atq; flammarum, & transuolent usq; in cœlum. Vsquequò dormis ô anima? excutere de puluere. quid tibi cū rebus carnalibus, turpibus ac terrenis, qui ad sortem & numerum pertines angelorum. HO. O quàm suauis & bonus est domine spiritus tuus in omnibus. O quàm dulcia faucibus pię affectuosęq; mentis sunt hæc eloquia: quę & mihi quamuis adhuc grosso & animali, suauiter sapere modo incipiunt, atq; (ut spero) paulopost dulcius sapient. SAL. Esto fidelis usq; ad mortem, & in charitate profice usq; in finem: moxq; ut de corporis tui ergastulo emigraueris, dabo tibi coronam uitæ, quam olim patres post moram longam sunt consecuti.

1. Iohan. 4. Deut. 6. 1. Iohan. 4. Iosue. 23. 1. Iohan. 4. Rom. 8. Eccl. 7. Roma 8. Coloss. 1. Roma 5. Eodem. 2. Cor. 5. Ephe. 1. 2. Cor. 5. Gala. 2. Ephe. 5. Heb. 9. Actu 10. 1 Iohan. 2. Hebr. 2. Psal. 62. Cantic. 8. Isaiæ 62. Prouer. 6. Isaiæ 52. Sapi 12. Psal. 118. Apoc. 2.

Articulus XIII. De octauo incentiuo diuini amoris. SAL.

IN euangelio sum locutus: Nolite uobis patrē uocare sup terrā. unus est enī pater uester in cœlis: q utiq; uerius & eminētius pater uester consistit, q̄ pater carnalis, aut pater aliquis spiritalis. Nempe à patre cœlesti immediate animam per creationem sortitus es: atq; hoc ipsum quod à carnalibus accepisti parentibus, aut à causis quibuscunq; cœlestibus & secundis, à creatore & causa prima principalius accepisti, queadmodū & à philosophis didicisti. Oīs (inquint) causa prima plus influit, q̄ quęcūq; causa scda. Si ergo iure

Matth. 23. Genes. 2.

iure naturali & diuino ac positiuo iuberis carnales parentes tam specialiter ac intense dili
gere, honorare, ipsisq; tam prompte obedire, quanto magis patrem illum altissimi, à quo Ephe. 3.
omnis paternitas in cœlo & in terra nominat, à quo omnis causalitas deriuatur, & omnis
profluxit fœcunditas, debes singulariter incomparabiliterq; diligere, uenerari, promptis- Iohan 1.
sime quoque parere eidem. Deniq; ipse per prophetam disseruit: Filius honorat patrem Mala. 1.
suum, & seruus timet dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et si do
minus ego sum, ubi est timor meus? Sic & Apostolus loquitur: Eruditores patres carnis Hebr. 12.
habuimus, & obediuimus eis: num magis patri spirituum obtemperabimus, & uiuemus?
Ista ergo paternitas dei ad homines & paternalis sua causalitas eorundem, est octauum
inflammatiuũ amoris eius in cordibus nostris, ingensq; causa obligans, & ratio nos astrin
gens ad uehementer amandum, ad reuerenter honorandum, ad charitatiue ac prompte
obediendum patri superno. Hinc elucescit nostrorum enormitas uitiorum: nempe cum
apud omnes etiam seculares sceleratissimum reputetur, non solum non obedire parenti- Rom. 1.
bus, sed item contemnere eos, & proteruire aduersus eosdem. Vnde & filium contuma- Leui. 24.
cem & rebellem, gulosum lapidari in lege præcepi: quàm super facinorosissimum est pa-
tri omnipotenti deo autoritatis immensę esse inobedientem, rebellem, atque assidue iniu-
riosum, intantum ut conqueratur & dicat: Si configet homo deum, quia uos cõfigitis me Mala 3.
gens tota. Itemq; Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitati- Esai. 43.
bus tuis. Et denuo, Laboraui sustinens. Et rursus, Exacerbastis eum qui uos fecit, deum Esai 1.
æternum. In prima quoque mundi ætate uidens deus malitiam hominum, quòd multa Hiere. 6.
esset nimis, tactus dolore cordis intrinsecus, & præcauens in futurum, Pœnitet me inquit Gene. 6.
fecisse hoĩem, & delebo hoĩem quẽ creaui à facie terræ. HO. Heu de⁹ æterne, quàm ineffabi
liter magna est peruersitas, inconsideratio, ingratitudo, insania nostra, qui non cessamus
ueteribus nostris sceleribus addere noua, & pro tanta tua dilectione, beneficentia, ac pa-
tientia reddere tot pessima mala, tam enormes iniurias & offensas in tua præsentia, te pro-
hibente & comminãte. SAL. Veniet tempus, & utique celerrime ueniet, quo implebitur Ezec. 7.
quod prædixi: Heu ego consolabor super hostibus meis, & uindicabor de inimicis meis, Esai. 1.
& conflabo & succendam eos in ira furoris mei, sicut conflatur aurum in medio fornacis
ardentis. Eueniet filijs sceleratis, semini nequam, populo graui iniquitate: de quibus præ
dictum est: Ponam eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui. Dominus in ira sua con- Psal. 20.
turbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Articulus XIIII. De nono excitamento & exercitatorio proficien
di & incalescendi in sancto & spiritali deitatis amore
ex eius effectibus.

SAL.

NOsti quòd filij seculi huius amore uicti & uincti carnali prædominanti, & illo
miserabiliter utiliterq; deiecti, non solum dũ personã aut rem dilectam cõspici-
unt, sed tunc quoque cum similem eius intuentur, ex intimo cordis sui concu-
tiuntur, ualide alterantur, & quasi præ amore insaniunt. Ita & tu qui superspe
ciosissimum & superamabilissimum tuum creatorem in isto exilio clare in sei-
pso & in suo increato ac infinito decore cernere nequis, ipsum in imaginibus & similitu-
dinibus suis conspicere debes: in ornatu & ordine uniuersi, in claritate, causalitate, deco-
re & lumine solis, planetarum ac syderum, cœlestium orbium & elementorum. Si ineffa-
biliter delectabile esset uidere angelum unum in pulchritudine sua, atque audire dulcis-
simam melodiam cantus angelici, potius autem gloriosissimam uirginem, quid erit uide-
re deum deorum, cunctis & singulis penitus infinite formosiorem, dulciorem & amœni- Psal 49.
orem? Hinc hortatur scriptura: Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum. Valde speci- Eccl. 43.
osus est in gloria sua. Porro quoniam connaturale est tibi, ex sensibilibus ad immateriali-
um & usque ad simplicissimi dei contemplationem ascendere, attende & inspice disposi-
tionem ac faciem mundi sensibilis: & ad elementorum inspice infimum, ponderositatem,
molem, longitudinem, latitudinem, profunditatemq; eius considera, quomodo in medio
uniuersi manet immobile, cui innititur, quo sustentatur, ut nullatenus inclinetur. Vide fœ
cunditatem ipsius, quàm pretiosa & uaria in eius uisceribus generãtur metalla, quàm no-
biles gemmæ, quàm necessariæ utilesq; materiæ usibus hominum: quomodo disponente
superiapientissimo creatore, in uentriculis, concauitatibus & alueis eius aquæ continen-
tur copiosæ, quæ & fluunt in secretis meatibus eius: quot plãtæ, herbæ ac arbores & aro
maticę species oriuntur ex terra, quarum uires, fructuositates & pretiositates nemo ualet

plene describere: pergendo, quomodo sole in zodiaco ascendente, decoratur superficies terrę uirescētibus graminibus, odoriferis floribus, rosis, uiolis ac lilijs terrę nascentibus, & diuersis, animalibus quoque innumerabilium specierum, quarum indiuidua multiformiter extant disposita, & quædam admodum speciosa ac fortia, & mirabiliter uigorosa. Attende quomodo pars terræ manet à leuioribus se ac fluidis aquis discooperta, pro necessaria mansione hominum & brutorum. Et per terrarum spatia decurrant particularia maria, fontes, torrentes, ac flumina ad magnas & multas hominum utilitates. Nonne de his olim locutus sum uiro sapienti ac sancto, Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius, uel quis tetendit lineam super eam? Super quo bases illius solidatæ sunt? Aut quis demisit lapidem angularem eius? Cum me simul laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij dei. Quis conclusit ostiis mare, quādo erumpebat quasi qn̄ de uentre procedens? Cū ponerem nubem uestimentum eius, & caligine quasi pannis infantiæ obuoluerem illud. Circundedi illud terminis meis, & posui uectes & ostia. Et dixi: Hucusq; uenies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Ecce quàm magnæ, pulchræ, & fortes bestię sunt elephanti, unicornes, equi, dromedarij, & leones. Quis præbuit equo fortitudinem suam, & circūdedit collo eius hinnitum? Gloria narium eius terror, terram ungula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, uibrabit hasta & clypeus. Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonorę clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit Vah. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum & ululatum exercitus. An non perpendis quòd ad usum hominum eqs produxi? Quàmdiu equites insident illis, equi pro suis sessoribus pugnant, & unus alium mordet, percutit, & quasi conatur dilaniare. Equitibus uero prostratis, unus equorum sequitur alium, etiam si salit in præceps. Hæc de infimi ac minimi elementi ornatu protulerim, quid de maioribus dicere possem? Nonne aliquando in modica mortalis humanæq; carnis parte, puta in facie hominis, pulchritudinem tantam impressi, ut omnes mirentur, uidere desiderent, inspicere delectentur, & inspiciendo satiari & fatigari uix queant, imò & se quandoque auertant, ne uidendo capiantur? Quid sunt uniuersæ ueritates, pulchritudines, delectationes causatæ, nisi permodici riuuli ex deitatis meæ infinito fonte manantes? Quàm dulcis ergo, decorus, & deliciosus sum ego in memetipso, q infimis & corruptibilibus rebus tam dulces, pulchras, admirabiles qualitates concessi? Si in unione sensuū & sensibilium tam intensę delectationes consistunt, ut earum desiderio & amore homines insensati, tot tantisque laboribus atque periculis se exponant, tot sumptus & apparatus efficiant, quàm incomparabiliter meliores, intensiores, puriores deliciæ sunt in coniunctione intellectualium uirium ad præclara sua obiecta, maxime autem inæstimabile magis ex immediata unione ad increatum obiectum, quod est deitas uera, quæ non solum pulchra, dulcis & delectabilis est ad intuendum, amplectendum ac perfruendum, sed & essentialiter, incomparabiliter, & prorsus interminabiliter est ipsa incircūscriptibilis pulchritudo, infinita dulcedo, immensa uoluptas? Leua in excelsum oculos tuos, & prospice magnitudinem, causalitatem, ornatum cœlestium orbium, qui omnes sphæricæ sunt figuræ. Si minima stella fixa perceptibilis uisu, maior est tota terra uisibili, nonne proportionaliter cœlum stellatum tanto maius est quàm apparet, quāto quęlibet stella maior est existenter quàm apparet? Præterea si iam uolubiles cœlos transcendas, & cœlum empyreum contemplando pro posse introeas, ò quàm præclariora, pulchriora, gaudiosiora conspicere possis? Ibi creator & rector uniuersorum, dominus excellentiæ infinitæ est præsidens, & uultui gloriæ eius reuerentissime astant, intentæ sunt, & iucundissime absque omni labore obsequuntur milia milium angelorum, & decies milies centena milia supernorum spirituum. Nec est numerus militum eius, beatarumq; animarum exercitus sacros æstimare aut apprehendere nemo potest mortalium. Postremo quàm speciosa erit dispositio uniuersi post diem extremi iudicij, contemplare si potes, quando lux lunæ erit sicut modo est lux solis, & lux solis septempliciter maior quàm modo, quando elementa innouabuntur, ita ut terra auriformis appareat, & corpora electorum splendebunt ut sol in regno patris eorum, suauissimi quoque erunt odoris, indicibilisque decoris. Nec concentum eorum dormire unquam quisquam faciet. HOMO. In horum consideratione incalescit cor meum, & dico: Beatus homo quem elegisti ò domine. Quàm beati qui ad illam beatitudinem sunt uenturi: quàm item miserrimi, qui per impiam suam

conuer

Iob. 38. Iob. 39. Psal. 24. Psal. 122. Esai. 51. Hiere. 18. Gene. 18. 2. Mac. 1. Dani. 7. Iob. 25. Sapi. 3. Matt. 13. Luc. 17. Sapi. 5.

conuersatione priuant se illa, & insuper gehennæ incendia & innumerabilia eius tormenta merentur.

Articulus XV. Exercitatio & inflammatio sui ipsius ad æstuantem dei amorem ex dictis.

SAL. PEr ratione est homo quasi rector & iudex, magister & exercitator sui ipsius. Propterea dictum est, Multos regere potes, si teipsum rexeris ratione. & iterũ, Si nosipsos dijudicaremus, non utique iudicaremur. Hinc unus admonuit prophetarũ: Ponite corda uestra super uias uestras. hoc est, per rationem considerate, discutite & corrigite opera uestra. Quemadmodum igitur pereunt multi ex inconsideratione & negligentia suorum superiorum, qui non omni modo sibi possibili student directioni, informationi, ædificationi, emendationi, profectui & inflammationi subditorum suorum, sic pereunt multi, quia per propriæ rationis discutionem, exhortationem, allocutionem & reprehensionem non satis custodiunt semetipsos, quia præsidentium diligentia non prodest, nisi propria ratio auscultet, obtẽperet, & quod suum est faciat. Tu ergo quotidie, imo assidue, specialiter tamen certis horis diei, in tuo secreto animo recollecto alloquere animam tuam, dicens: Perpende ô anima mea, & solicite pensa, quòd cito educeris & exies de ergastulo corporis tui, & coram tribunali præsentaberis iudicis summi, qui te de uniuersis cogitationibus, affectibus, uerbis & actibus, omissionibus, negligẽtijs & acedijs tuis iudicabit. O infelix & negligentissima anima mea, cur non perpendis nec ponderas, quàm horrendum sit incidere in manus dei uiuentis, præsertim cum nescias an amore sis digna an odio, an electa an reproba? Diem quoque & horam ignoras, quàm diu in hac uita subsistes. Quàm uehementer o homo formidares à terreno iudice iudicari, in cuius personam peccasses, cuius sponsam aut cõiugem uiolasses, cuius charissimam prolem necasses, cuius mandata ipso cernente, prohibente & cõminante, esses transgressus? Et certe iam ab illo es iudicandus, in cuius personam enormiter ac multipliciter es præuaricatus, cuius filiam, sponsam & coniugem, id est animam tuam, toties constuprandam exposuisti diabolo, & spiritaliter occidisti, quoties peccasti mortaliter, imo & animas proximorum, quoties illos dire scandalizasti. Sicq; fructum passionis & sanguinis domini tui in illis, quantum in te est, euacuasti. Intuere o anima, quantũ omi hora possis proficere, quàm pretiosum thesaurum in cœlis tibi reponere, quãtum mereri: & tu ò stulta & insensata nõ solum hoc negligis, sed & multipliciter peccas, & thesaurizas tibi iram in diem iusti iudicij dei, & tripudiando curris & properas ad futura acerbissima illa in eternũ duratura supplicia. Nunc ergo ò misera resipisce, uocatione tuã ppende, quid creatori tuo in baptismo postmodũ promiseris recole, quantũ profeceris, quousq; perueneris, quantũ defeceris aspice. Pœnitentiã age condignã, idoneã deo offer emendã: quo grauius frequẽtiusq; peccasti, eo maior sit tua cõtritio, humiliorq; cõfessio & satisfactio plenior. Præterea iã inducta aĩaduerte o anima, & ex illis in dei amore accendere. Cur ignobilitas, degeneras, uilificas temetipsam? Tu enim o misera, quæ seriose, timorate, fructuose, pure ac feruide conuersando esse posses charissima filia, nobilis sponsa, familiaris amica, splendida margarita dei & creatoris saluatorisq; tui: negligenter, carnaliter, incustodite conuersando, adultera, socia & ancilla extas diaboli, uilior bestijs, & indigna alimento quo uesceris. Esto ergo uere magnanimis, cupida esto saluberrimæ nobilitatis, auida diuini & æterni honoris, feruentissime ama sponsum cœlestem, regem dignissimum, sapientiam increatam: imitare syncerum ac nobilem amatorem qui dixit: Hanc amaui & exquisiui à iuuentute mea. Et quæsiui sponsam eam mihi assumere, amator factus sum formæ illius. Super salutem & speciem dilexi illam, & non comparaui ei quidquam creatum. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa, & erit allocutrix, consolatrix, doctrix mentis meę gratissima. Non eñi amaritudinem habet conuersatio eius, nec tædium conuictus illius. HO. His obtemperare cupio & propono o domine, sed precor te doce me, & fundamentaliter instrue, & plane elucida, quid sit uere spiritaliterq; diligere, & qui sint actus diuini amoris: qualiter quoq; saltem probabiliter scire queam an uere te diligam.

1. Cor. 11.
Aggei 1.
Hiere. 7.
Rom. 14.
2. Cor. 5.
Exec. 7.
Heb. 10.
Eccle. 9.
Gregorius.
Luc. 12.
Rom. 2.
1. Cor. 1.
Exec. 18.
Mat 5. Luc.
Actu 2. 8.
Apoc. 2. 3.
Sapi. 8.
Psal. 142.

Articulus XVI. Quid sit uere ex charitate diligere deum, & de actibus affectibusq; diuini amoris, ex quibus probabiliter noscitur, φ deus salubriter diligat.

SAL. SAlubriter ac sapienter quæsisti. Graue etenim esset homini pro charitatis profectu atq; incendio assiduo laborare, & non scire neq; sentire se in illa pficere. Porro diligere proprie est alicui bonum uelle. Deo autem nihil melius uelle potes, nisi quod

 ipse est,

ipse ẽ,& quod in se æternaliter habet,& inamissibiliter ac prorsus inuariabiliter possidet. Porro hoc bonum uolumus deo,non per desiderium ut illud acquirat, sed per fauorem, congratulationẽ & complacẽtiam: quia id perfectissime ac sup beatissime habet & possidet,imò & substantialiter hoc est. Deus etenĩ id est,quod in se habet. Deniq; deus est infinite,omnifarie,simpliciterq; pfectus,& ipse est sua superessentialis infinitaq; pfectio,hoc ẽ sua sapientia,sua omnipotẽtia,sua iustitia,sua beatitudo,et gloria sua: dulcedo,pietas,opulentia,charitas,bonitas,liberalitas & libertas. Iste ergo est principalis,prẹclarus ac purus actus diuini amoris in nobis, deo glorioso & summo hæc omnia toto corde fauere, cõgratulari ei de his omnibus atq; de tam superinfinita perfectione,excellẽtia,felicitate & gloria supersanctissimi & superdignissimi dei præcordialissimam complacentiam, letitiamq; habere. Cumq; deus ratione suæ incõparabilis sanctitatis, sapientiæ & autoritatis sit sum-
Eccl. 1. me honorandus,metuendus atq; colendus,consequenter spectat ad charitatem,ut unusquisq; charitatẽ habens,deũ sup omnia totis præcordijs ueneretur, formidet et colat, atq; à
Colos. 1. Deute 6. cæteris omnibus diligi,uenerari,uereri,atq; coli desideret. Et quantum in ipso est uel spe-
Eph. 4. ctat ad ipsum,pro hoc oret,laboret,cooperetur uerbo,exemplo et opere. Insup, quoniam una et eadem est charitas qua deum et nosipsos proximosq; diligimus,spectat ad charitatem,ut habens eam,super omnia uelit & cupiat esse cum deo,eum clare conspicere,eo feliciter frui,& inseparabiliter ei uniri: atque hoc proximis suis sicut sibi, psi desideret,ac pro
Rom. 7. posse procuret. Prẹterea, quoniam charitas conformat uoluntatẽ amantis uoluntati ama-
1. Johan. 5. ti,id quoq; ptinet ad dei amatorem,uelle quæ deus uult,& nolle quẹ deus non uult. Hinc charitatẽ habens diuinis obedit præceptis,uirtutes amplectitur,uitia detestatur. Amplius,quanto amor plus crescit,inualescit,inflãmatur & prẹdominatur in ipso amante,tanto
Cant. 4. uigorosius trahit,transformat,& quasi absorbet amantẽ in dilectũ. Hinc amor diuinus raptum facit & extasim,alienat & abstrahit mentem amantis ab exterioribus rebus ac sensibus,& tandẽ etiam à se ipsa & actibus proprijs, & soli supdilectissimo deo eam facit intẽtam,suauiterq; obdormientẽ & quiescentem in eo per intuitionẽ luminosam & dilectionem præferuidam. Amplius, sicut diligens ex plena adeptione,clara præsentia,optato amplexu dilecti,& item ex condecẽti ac debita ueneratione ipsius,intime ac maxime exhilaratur,sic ex illius subtractione,recessu,absentia & inhonoratione ualide contristatur, affligitur,dolet,pallet & infirmatur. Certum est demum, quòd amans libenter audit & loquitur de amico,& in eius delectatur præconijs. Ad illos quoq; pie ac amorose afficitur, qui secum feruentius amant,honorant,collaudant eundem. Ex his aduertere potes, pro-
Osee. 10. babiliterq; agnoscere,an deum creatorem & saluatorem tuum ueraciter diligas. Etenim
Psal. 19. si cum illo uniuersa odis peccata,si uanitates,dissolutiones & insanias falsas, loquacitates, otiositates, pigritias cordialiter detestaris & fugis, si ad ea quæ tuæ uocationis aut professionis sunt,strenuus,alacer & iucundus moueris,procedis, imò & quotidie alacrior at-
Mich. 6. que agilior inueniris,si in dei obsequio nequaquam tardus aut insipidus fueris, cõfide te in sancta consistere charitate,& deo sis gratus ac pariter timoratus,ne (quod absit) paulatim euacueris,tepescas: uerum quotidie uehementius incalescas, solicitior fias, custoditior comproberis,cum non proficere censeatur deficere,non progredi,regredi reputetur.
HO. Magna mihi uidetur talis perfectio, & longe distans à me: ideo pertimesco & miror, si quis possit talis ac tantus consistere, nec tamen uere esse in charitate, nec certitudinem habere de charitatis existentia in se. SAL. Non perpendis quàm admirabiles & prædominantes effectus habeat amor carnalis prædominans, qui [illegible] nominatur in suis subiectis: quanto magis naturalis dilectio dei,si exercetur assidue,potest ualenter excrescere ac miros effectus habere: Denique ,plus expedit homini ad humilitatem,timorem,custodiam,aliquantulum esse de charitate incertum,quàm de ea esse certum omnino. Sed hoc tene esse probabilius,charitatis initiũ pro nulla re sponte aut scienter dei præceptum præ-
Rom. 2. uaricari.

Articulus XVII. Inuectio Christi in hominem. SAL.

Gene. 1. IN exordio seculorum locutus sum: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã: & naturalem legem ei præfixi,rationis dictamen impressi: inter bonũ &
Gene. 2. malũ,inter uerũ & falsum,inter creatorẽ & creaturam discernere iussi. Sed tu homo
Hiere. 2. ingrate & miser,à seculo confregisti iugum,rupisti uincula, & dixisti, Non seruiam.
Exec. 2. Esai 24. Transgressus es pactũ,præuaricatus es ius, uiolasti fœdus æternũ. In principio tuæ
Gene. 3. Gene. 3. conditionis obedisti insipienti uxori magis q̃ creatori. Ad mei ipsius beatificam fruitionẽ te condi-

te condidi:& tu bonitati meæ immensæ bonum creatum, uile ac modicum prętulisti. Iussi ut mihi soli inhæreres finaliter, & ultimum tibi finem in me cōstitueres incessanter. Tu Deut. 4. 10. Iosu. 22.
uero per multa te dispersisti, & in rebus caducis ac uanis te multipliciter dispersisti, diuisisti ac perdidisti, & tandem totus insaniens, ad idololatrias es prolapsus. Permandaui quoq; Deut. 29.
tibi de proximo tuo, ut faceres ei sicut tibi uis fieri: & quę tibi fieri non uis, illi non facias. Esai. 2.
Et ecce in omnibus his factus es mihi inobediens & rebellis, & mille modis fecisti contra- Tobi. 4. Matt. 7.
rium. Decipit unus alium in pondere, in mensura & regula, in signis & uerbis ac nutibus: Luc. 6.
famosa illa præcepta decalogi, quæ de iure sunt naturali & de naturalis rationis dictamine ac censura, tibi præfixi, & tu sine freno egisti contraria. Corruptus es, & abominabilis factus es in iniquitatibus. Odium, furtum, rapinam, læsionem, homicidium in proximos Psal. 13. 52.
commisisti: & quod dici uix potest, uitijs contra naturam contaminasti te sceleratissime. Cumq; omnium animalium optimum esses, omni bruto & bestia factus es peior ac uilior Psal. 48.
per scelera tua. Passionibus sensualitatis tuę te subijcis, uitijs seruis, ita ut om̄is creatura aduersus te clamet, & tantas creatoris sui iniurias in te ulcisci expostulet. HO. Peccaui super numerum arenæ maris, & non est respiratio mihi. Nonne abusus sum, & quasi lusum pu- 2. Par. 36.
taui uitam humanam, & conuersationem uitæ ad lucra esse compositam, & uix arbitratus sum prouidentiam esse diuinam, uidens impios prosperari, & iustos aduersitatibus abun- Hiere. 12.
dare. Tam uehementer obtenebrata est in me lex naturæ, & ratio obfuscata. SAL. Tempora prioris ignorantiæ iuste olim despiciens, permisi unumquenq; ingredi uiam suam. Per Moysen uero in lege scripta reparaui legem naturæ, adijciendo diuersa ceremonialia, iudicialiaq; præcepta & documēta moralia, uaticinia quoq; de meo aduentu in mundum per Exod. 34.
incarnationis mysterium, ad redimendum genus humanum. In quo cōuersando dedi euangelicam legem perfectam, quam publicaui toto orbe terrarū. Hinc consequēter de eius Baruc. 3.
transgressione grauissima te conuenio, reprehendo, diiudico Christiane.

Articulus XVIII. Inuectio Christi in Christianum. SAL.

De Iudæis passione mea instante testatus sum: Si non uenissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent: quanto plus de Christianis mihi ingratis & inobedientibus hoc dicere possum? His nanq; in exordio primitiuæ ecclesię per meipsum, deinde per meos apostolos sermocinatus sum, & ipsi crediderunt in me. Per plurimos quoq; annos mihi feruenter ac fidelissime seruierunt, pręsertim durante persecutione tyrannica. Cumq; innumerabilia beatissimorum martyrum milia pro fide catholica morerentur, atq; per gloriosa & diuina miracula, quæ in eorum contigerunt martyrijs, plures ad fidem conuerterent, quàm ante prædicādo conuerterūt: in tantum, quod tēpore procedente, omnis potentia, secularis sublimitas, philosophorū subtilitas, magorum calliditas, & omne hominum genus, omnia regna mundi ad Christum conuersa sunt. Deinde paulatim ecclesia dei pacem habente, prosperitatibus affluente: diuitijs, gloria & honore exuberante, deuotio cœpit decrescere, charitas refrigescere, fastus erumpere, & spiritalia cūcta in carnalia sunt mutata: decor ille pulcherrimus & internus gratiæ ac uirtutum, sapientiæ salutaris, cęterorum quoq; donorum spiritussancti, octo itē beatitudinum, atq; duodecim fructuum, & omnium diuinorum charismatum pro maxima parte defecit, expalluit, & in discolorationem est uersus: sicq; sponsa mea ecclesia olim speciosissima, rubicundo ac uiuido colore perfusa, nunc pene exanguis effecta conspicitur & quæ olim potentissima fuit regina, toto orbe terrarum copiosissima ubertate diffusa, longe lateq; dominās, & cunctis aduersarijs suis potentior, modo ancilla effecta, in aduersariorum suorum potestatem redacta est, & ad angulum Occidentis cōpressa & angusta- Apoc. 7.
ta. Heu quomodo obscuratum est aurum, mutatus ē color optimus in mortiformem pal Thre. 4.
lorem? Heu quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? CHRI. Cur domine mi sustines omnia mala ista tanta ac talia, & non potius das honorem & gloriam nomini tuo? Cur non reprimis infideles? Cur perfidos illos sordidissimi ac prorsus fœdissimi Ma- Hier. 11.
chometi cultores, toties finis Christifidelibus præualere? SAL. Cur Israelitas temporibus iudicum & regum ac sacerdotum suorum, permisi à circumiacentibus regibus, principibus & tyrānis dire affligi, capi, opprimi, & pro plurima parte occidi, & hoc usque in præsens? CHRI. Ad hæc protinus respondemus, quemadmodū & scriptura ueteris testamenti clare & copiose deprompsit, quòd propter illorum demerita: unde & dum pœnitentes domino deo rursus fideliter seruierunt, misericorditer sunt erepti. Nūc uero non liberan Esa. 14.
tur, quia in suis perseuerāt perfidijs atq; blasphemijs. SAL. Nōne idem est dominus, idem

Psal. 101. Esai. 35. Actu. 10. Luc. 20. Matt. 22. Ro 2. Gal. 2. Ephe. 6. Col. 3. 1. Petr. 1. Gene. 6.

iudex, deus ac legifer utriusq; testamenti ac legis, qui ex similibus casibus similes producit effectus, & ex eisdem meritis ac demeritis eadem præmia aut supplicia elargitur? nunquid personarum acceptor est deus? nõne enormiora arbitratur eorum facinora, quibus maiora ac plura beneficia est largitus? Nonne igitur tibi uidetur, quòd merito grauissime Christianis irascor, quibus præ cunctis gentibus misericordissime, liberalissime, & amorosissime feci? Ita q tẽpus euangelicę legis, recte tempus gratiæ appellatur. Ipsi uero ecõtrario tot & tantis me offendunt criminibus, ut pene rursus pœniteat me (ut sic loquar) fecisse hanc gentem. Veruntamen quoniam adhuc multi boni & iusti, quamuis comparatiue loquendo paucissimi sunt in ea, differo & patiẽtiam habeo. Tu ô popule Christiane tu is indesinentibus excessibus causa es horum malorum. Tu causa tuæ deformationis, deiectionis, oppressionis ac seruitutis. Tu causa tuæ temporalis calamitatis atque æternæ damnationis. Præterea quemadmodum olim per prophetas locutus sum aduersus synagogam, quòd Sodoma & Gomorrha & urbes illis coniunctæ dimidium scelerum eius non commiserint, sic modo contra ecclesiam conqueri possem, quòd gẽtes incredulæ nõ sunt ita iniquæ ac uitiosæ, ut plurimi Christiani. Nempe, quemadmodum in primitiua ecclesia infideles uidentes uirtuosam, exemplarem, & honestissimam Christianorum conuersationem, compuncti passim, copiose conuertebãtur ad fidem: sic modo conspicientes inquinatam, sceleratam & scandalosam uitam eorũ, quamuis antea habuissent propositũ Christianitatis, auerterentur ab ea. Nam & plurimi tam ridicule incedunt uestiti, quasi nullam prorsus legem haberent. Denique, contra omnem legem honestatis & religiositatis peccant indesinenter, intantum ut descriptio criminum synagogæ ab Ezechiele exarata, modica uideretur respectu descriptionis uitiorum ecclesiæ, si per singula in scriptis redigerentur. Hanc maximam ecclesię deformationem uiri uirtutum zelum dei habentes, flebiliter descripserunt, protestantes synceriter, quòd tãta scelera & peccata in populo regnant & confluunt Christiano, quòd uniuersitas Christianorum contra CHRISTVM coniurasse uidetur, & cum dæmonibus concordasse, sine mensura & numero irrefrenatissime deum inhonorare, offendere, aspernari: idq; tam euidenter, quòd & infideles Christianos propter eorum abominabiles pompas, uanitates, impietates derident, & iustum dei iudicium recognoscunt ac benedicunt, dum Christiani prosternuntur, quemadmodum olim Nabuzardan princeps militiæ regis Babylonis dixit ad Hieremiam: Dominus deus tuus locutus est contra locum istum, & uenit uobis hic sermo. Peccastis enim dño deo uro. HO. Iustus quidem es tu domine, si disputem tecum. Verũtamen pace tua id dixerim, quòd ex defectu & culpa superiorum nostrorum uicariorum tuorum, hæc mala pro maxima parte uidentur contingere. Et tu domine qui uniuersorum prouidentiam habes, cur lupis potius quàm pastoribus ueris plebem tuam committis? Nunquid ignoras quòd secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea? Item, quia stulte egerunt pastores, & dominum non exquisierunt, ideo omnis grex eorum dissipatus est. SALVAT. Non times quod scriptum est? Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum. Quoniam declinauerunt in te mala. Quid enim ista prætendit obiectio, nisi causam malorum retorquere in me? Nonne iustus dominus in omnibus uiis suis, & sanctus in omnibus operibus suis? Ignoras quòd differuerim in scripturis, Dabo tibi regem in furore meo, & principes in indignatione mea? Et rursus: Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. et denuo: Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Ex hoc ergo quòd iniquis & reprobis iuste subtrahuntur adminicula gratiæ, subsidia conuersionis media ad salutem, non est deus rector omnium & prouisor iustus ac sapiẽs inculpandus, sed reprobus populus. HO. Cedo domine sapientiæ atque iustitiæ tuæ, & manum meam pono super os meum. SAL. Nunquid qui arguit deum, tam facile conquiescet? Certe qui arguit deum, debet & respondere ei. HOM. Scio domine: & si uoluero contendere tecum, non potero respondere unum pro mille. Idcirco ipse me reprehendo, & oro ut ecclesiam tuam oculo infinitæ misericordię tuæ digneris respicere, misericordissime præuenire, uisitare, reformare, possidere, finaliterq; saluare, propter omnia & per omnia, quæ pro eius salute dignatus es assumere, facere, tolerare, per omnium electorum tuorum preces ac merita.

Gene. 19. Rom. 9. Iudith. 11. Hier. 11. Iudith. 9. Esai. 24. Hier. 10. Psal. 20. Psal. 144. Esai. 3. Iob. 34. Hest. 15. Iob 21. Iob. 39. Iob. 9. Iob. 42. I. Petri. 2.

Articulus XIX. Inuectio Christi in religiosum.

SALVATOR.

TE elegit dñs deus tuus, ut sis ei populus peculiaris pre cunctis nationibus terrę. Te alloquor ò religiose, & sub nomine tuo cunctas religiosas personas: te prę cęteris sequestraui ab hoc seculo nequã, ut mihi toto corde syncere adhereas, pure ministres, perfecte ac feruide uaces. Etenĩ quicqd in mũdo est, aut cõcupiscẽtia carnis est, cui p uotũ castitatis plene renũtiasti: aut cõcupiscentia oculorũ, cui per uotũ paupertatis te renũtiasse fateris: & superbia uitę, cui renuntiasse te constat per obedientię uotũ. His tribus maledictionis seminibus à corde tuo radicitus euulsis aut tuipsius priuatum, & ad se reflexum improbumq; amorem, omnium uitiorum originem & fomentum, simul totaliter extirpabis. HO. Quid est amor priuatus? SAL. Amor, quo rationalis creatura amat se in se, & aliam per respectum & relationem ad seipsam, id est, ad propriam utilitatem, delectationem, aut honorem, non in ordine ad deum ac ultimum finem. Ex hoc amore uniuersa oriuntur peccata, quem extirpare, est seipsum in deo pure diligere, utputa deum super omnia, pure propter ipsum & tuipsius felicitatem in deo, nec quicquam creatum temporale, terrenum, nisi in illo: in quantum uidelicet sibi utile necessarium'ue consistit ad obtinendum ultimum illum beatificum finem. Cumq; ad obtinẽdum finem illum, potissime prosit & conferat homini, id quod propriç utilitati, dilectioni & honori contrarium est, utputa paupertas, tenuitas uictus & uestitus, duritia strati, castigatio carnis, asperitas cilicij, flagellatio corporis, humiliatio, correptio, correctio, aspernatio, persecutio, iniuriatio, tribulatio, aduersitas, infirmitas, subiectio, abiectio, obedientia, derisio: Idcirco priuatum amorem extinguere, est in omnibus his cordialiter gloriari, deo regratiari, inquantum homo per ista purgatur à uitijs, crescit in gratia, conformaturq; in Christo propter se passo. Denique, quantum in hac priuati amoris eradicatione quis crescit & proficit, tantum in diuino crescit & excrescit amore, atq; in tuipsius ac proximorum uera & spiritali dilectione, imò in omni uirtute, in sancta humilitate, in patientia triumphali, in mansuetudine stabili, in sobrietate, pœnitentia & pace interna, omniq; dono & fructu spiritussancti. Amplius, huius maledicti priuati amoris extinctio est uera & saluberrima mortificatio tuipsius, odium quoq; sui salubre, de quo dixi: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Est item abnegatio sui, uiuifica & cruciformis imitatio mei, de quibus disserui: Qui uult uenire post me, abneget semetipsũ, & tollat crucẽ suã q̃tidie, & sequatur me. Est enim uiolentia uirtuosa & optima, de qua fassus sum: Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Sic disce diligere te in deo, & eris uere doctus ac sapiens. Taliter in deo te ama, & sufficit. O insipientia atq; peruersitas hominum, quę relicta compendiosissima hac doctrina, hac saluberrima lectione, sapientissimo hoc studio seu conatu superuacua legunt & discunt, inutiliter occupantur, non implentes quod scriptum est: Quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper. O quantam in mente tua ò religiose requiem, fructum, cõsolationem, exuberantiam gratiarum sentires & possideres, si in huius priuati amoris extirpatione te efficaciter occupares, strenue exerceres, digne proficeres, perseueranter persisteres Quanta per hoc in futuro tormenta euaderes, quàm gloriosissimam felicitatis æternæ coronam acquireres: per hoc ipsum & tranquillitatem possideres dulcissimam. Denique, ad hoc tendere obligaris idonee, non segniter, sed seriose & fructuose, cum status religionis sit status perfectionis adipiscendæ, in quo ad perfectionem non pergere, est retrorsum dãnabiliter ire, deficere ac perire. Ex prætactis aduertere potes, an in schola uirtutum, hoc est, in sancta religone profeceris, & quantum in ea profecisti aut defecisti, si iam multis diebus in religione fuisti, & adhuc tam procliuem te sentis ad motus superbiæ, indignationis, iræ, impatientiæ, ut heri & nudiustertius: Si charitatiuam & iustam reprehensionem, castigationem, instructionem gratanter & tranquille non suscipis, Si uerbum seu signum aspernationis, exercitationis, probationis æquanimiter non acceptas: ubi est gloriatio tua, ubi laborum tuorum profectus, ubi professionis tuæ impletio? Nonne mentitur iniquitas sibi, & putans te aliquid esse cum nihil sis, teipsum seducis? Prętere a religiosorum diuersi sunt gradus: Quidam sunt penitus negligentes, qui euerterũt oculos suos ne uideant cœlum, ne iudicem cœlo præsidentem considerent, sed suæ salutis prorsus immemores, uota quæ promiserunt altissimo, quotidie transgrediuntur: hi in statu sunt penitus damnabilissimo, incorrigibiliores frequenter mun-

Deute. 7. 14. 26. Aggei. 2. Gal. 1. Deut. 10. 20. Iof. 23. 1. Iohan. 2

Iohan. 1

Mat. 16 Luc. 9. Mat. 11.

Eccl. 3.

Roman. 3. Psal. 26. Gala. 6 Esaie. 33.

Prouerb. 10.

danis hominibus, cum uoti transgressio enormius sit peccatū quàm periurij crimen. Porrò, alij sunt religiosi in extremo contrario constituti: non solum sua uota efficaciter adimplentes, sed in aliarum quoq; obseruantiarum ordinis sui adimpletione soliciti, iugiter timorati, interni, & ad spiritales profectus accensi, exēplares, custoditi in uerbis, omniq; sensu, cōscientias suas quotidie pscrutātes, purgātes, perficiētes. Alij sunt quasi inter hos extremos in quodam medio collocati, substantialia ordinis sui ut præsupponūt, custodiētes, sed remissi & laxi in alijs, pigri & somnolēti in diuinis, & ibidem incustoditi in uisu ac alijs, proni ad risum, ne dicam etiam ad derisum. In colloquijs dissoluti, uerbosi interdū & contentiosi, in concessis solatijs dissoluti, reatibus loquendi non duntaxat linguas suas, sed &
Deut.6 alia membra culpa multiplici implicantes. Isti non toto corde deo cohærent, sed & partem proprijs libertatibus, consolatiunculis sensualitatibusq; indulgent. Qui auscultent quod
Osee.10 deprompsit Osee: Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Et quod in Apocalypsi prolatū
Apocal.3. est uni huiusmodi: Scio opera tua quia nec calidus es nec frigidus, utinā calidus esses aut frigidus: & nunc quoniam tepidus es, incipiā te euomere de ore meo. Quomodo dicis di-
Psal.37. ues sum & nullius egeo, & nescis qa tu es miser & miserabilis, pauper, cæcus & nudus? Tales quippe frequenter putant se bene stare, cum longe sit aliter: & quò in sua æstimatione
Augustin. sunt modo magis securi, eo in futuro erunt minus tuti. Hi nanq; ad passionum suarum motus ac impetus sunt procliues, ad indignandum & irascendū etiam superioribus suis proni, si corripiātur, aut aliquid eis negetur, caduci. Et quamuis uouerint paupertatem, tamē si modicum eis desit, ad murmurandum & obloquendum erunt procaces, non pensantes, q tenuitas uictus & uestitus indispensabiliter sint de religionis essentia: heu heu quomodo negligentia & ruina, torpor & ignauia, curiositas, superfluitas, loquacitas, ac consimilia multa mala paulatim sanctam intrant religionem, atq; inficiūt eam. Præterea, cum in omni Christiano, quanto magis in religioso detestanda sit stulta & infelix illa pronitas ad loquēdum, ac odienda loquacitas. O tu religiose, cur perdis teipsum? cur negligis debitum tuū profectum? cur pro istis uilissimis solatijs priuas te charismatibus gratiarum pretiosissimis? Nonne patres sancti spūsancto pleni, scientes quot mala nascantur ex lingua irrefrenata inter obseruantias regulares, præcipuam statuerunt obseruationē silētij? quam certe q̄ diligenter uoluerint obseruari. Hinc constat q fractionem silentij decreuerunt tam publice recognosci, tam dire puniri. Interea scias quod oīs oratio intelligibilē habens sensum prolata sine licentia, fractio silentij est censenda, ut si dicas, quis est ille? Cur ergo ad huiusmodi uerba, quæ reputas pauca, tam pronus es undiq; in diuinis & extra diuina in choro, in sa-
Prouerb.29. cristia, in ecclesia quoq; & extra? Nō aduertis quod ait scriptura: Vidisti hominem ualocē
Prouerb.21. ad loquēdum, stultitia magis speranda est quàm illius correctio. Et iterum, Qui custodit os suum, custodit ab angustijs animam suam. Itemq;: Si qs putat se religiosum esse nō refre-
Iaco.1. nans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Quis in sanctæ religionis putasset exordio, q religiosæ personæ, tēpore procedēte tot culpis & uitijs inquinarēt & excæcarēt animas suas? An tibi putas sufficere, quod corporaliter recessisti de seculo & propinquis, ac habitu cōmutato, religionē ingressus es, ordinemq; professus, qui spiritaliter mundum intra te tenes clausum per affectiones mundanas, sensuales, inanes? Ignoras, q cui plus datum est & cōmissum, plus requiretur ab eo? & qui maiora promisit, ad altiora tenetur, sine quorum impletione salutem non cōsequetur? Postremo, te alloquor uicarie mi, qui religiosis præes personis, qa si sub tuo regimine obseruātia religionis laxet, insolētia, dissolutio, refrigescentia charitatis subintrēt, nisi forsan totis uiribus malis illis renitens, quod requirit officium, debite exequaris. Nequaq̄ sis mollis & negligēs in corrigēdis excessibus, in adimpletione præcepti paternæ ac fraternæ correctionis, in cooperando saluti atq; profectui cōmissi, ac crediti tibi gregis. Et per hęc tuam ostende charitatem & fidelitatem ad eum, cuius uicarius es: & ad eos quos ille pretiosissimo sanguine suo redemit. HO.
Iob.35. Me domine mi optime instruxisti, uehementer perterruisti ac boni fecisti propositi. Super est ut eiusdē propositi executorē me facias tibi acceptum. SAL. Quod tuum est facere, non pigriteris: ego quod meam condecet pietatē, nō subtraham. Veruntamē unum adhuc habeo contra te, & qd sit illud in fine dialogi huius addam.

Articulus XX. Prosecutio increpationis istius, & cōclusio huius dialogi.

QVod in cœna illa nouissima feci, docui ac præcepi, memorijs meorum fidelium arctius inhærere, ope quoq; diligētius uolui & iugiter uolo impleri. Porro tunc
Iohan.15. dixi ac iussi, Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Nō

quod

q̄ hoc solum sit meū prçceptum,cum & ante preceperim: Discite à me,qa mitis sum & hu- Mat. 11.
milis corde. Item q̄: Diligite inimicos uestros &c. Sed qa istud est prçceptū meū prçcipuū, Luc. 6.
& post prçceptum de amando deum potissimum,de quo in eadē retuli cœna: Mandatum Matt. 5.
nouum do uobis ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Quāuis enī & ante extiterit iussum, Iohan. 13.
ut proximos diligamus sicut nosipsos,non tamen sic euidēter sicut Christus dilexit nos, Matt. 22.
qui per hanc preclaram mutuam dilectionē proximorū uoluit ac decreuit suos electos se- Mar. 12.
cerni ab alijs: In hoc,inquiens,cognoscēt omnes q̄ estis mei discipuli,si dilectionē habue- Luc. 10 Gala. 5
ritis adinuicem. Hinc predilectus meus discipulus,cum iam pene centenarius esset, & pro Iaco. 2.
tinus e uita recessurus presenti,ad ecclesiam ac sepulchrum proficiscens,suis auditoribus Roman. 8
dixit uberrime: Filioli,diligite alterutrū. Et requisitus cur idem repeteret tam frequenter, Gal. 2. 2. Thess. 1.
respondit: Quia præceptū dñi est, & ipsum solum sufficit,si adimpleatur. Non q̄ alia licet 1. Iohan. 4. Apocal. 1.
prçterire,sed qm̄ in isto uirtualiter cōtinentur. Quēadmodum quoq; uas electionis testa Iohan. 15.
tus est: Qui diligit proximū,legem impleuit. Propter quod etiā summus & generalis me Mat. 22
us depropsit uicarius: Ante omnia mutuā in uobis charitatem continuā habētes: quoniā Rom. 13.
charitas operit multitudinē peccatorū. Insuper,reuersus à raptu in tertium cœlum: Imita- 1. Pet. 4
tores,ait,dei estote,& ambulate in dilectiōe,sicut & Christus dilexit nos,& tradidit semet Ephe. 4.
ipsum pro nobis. Etiam & sic uos debetis pro fratribus aīas ponere. Ista cōmemoro,quia
in hac fundamētali uirtute,hoc est,in fraternæ charitatis tenore,obseruatione ac adimple
tione,defectuosos & imperfectos ualde cerno atq; inuenio uos,heu etiā religiosos,qui prç
cæteris in fraterna dilectione merito prçfulgeretis,& cunctis reluceretis. RELIGI. Nonne
mi domine,charitatiui sumus adinuicē,qui eodem habitu utimur,eodem alimento refici-
mur,etiā refectorio in eodē,& horas decantamus canonicas simul quotidie,atq; assidue iu
uamus nos mutuo? SAL. Quēadmodum,teste scriptura,si quis totā legē impleuerit,offen- Iaco. 2.
dat aūt in uno,factus est omnium reus: ita si quis charitatem fraternā circa oēs habuerit,&
uiolet eam in uno,hoc est,circa unā personā,aut in una proprietate uel actione,ad charita
tem directe ac per se pertinēte seu requisita,ad nullum,id est,neq; ad deum neq; ad proxi-
mum,imò nec ad seipsum uerā habet & exhibet charitatem,sed factus est reus huius uirtu
tis ad uniuersos. RELIGI. Heu deus æterne,quid audio,& quis saluabitur in hoc mundo? Rom. 15.
Verum te deprecor,ut indilate me instruas,quç sint charitatis proprietates & actiones, ut
queam agnoscere an habeam eas: & si non,satagam indefesse eas habere ac opere exerce-
re. SAL. Cur igitur in superuacuis rebus scrutaris & occuparis multimode,& quæ tuam
cōcernunt salutē,nec scis nec discis idonee? Nō aduertis quod diuinus scripsit apostolus? 1. Cor. 13.
Si linguis hominum loquar & angelorū,charitatem aūt non habeam, factus sum uelut æs
sonans,aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiā,& nouerim mysteria oīa & oēm
scientiā,& si habuero oēm fidem,ita ut montes trāsferam,charitatem aūt non habeā,nihil
sum. Et si dedero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum
ita ut ardeā,charitatem aūt non habuero,nihil mihi prodest. Audis q̄ sine charitate nil cō
ferant neq; sufficiant ad salutem quçcunq; dona gratiæ gratis datç,quantūlibet superna-
turalia & præclara. Sed forsan blandiris tibi q̄ habeas charitatē. Perpēde ergo qđ subdit:
Charitas patiens est,benigna est: charitas nō æmulatur,nō agit perperā,non inflatur,non
est ambitiosa,nō quçrit quæ sua sunt,nō irritatur,nō cogitat malum,nō gaudet super ini-
quitate,congaudet aūt ueritati,omnia suffert & omnia sustinet. Perpende an in te ista inue
niantur. Nempe quod de charitate affirmat, de charitatis subiecto uult palam intelligi.
RELIGIOSVS. Hæc forte de charitate quo ad gradum suum supremum prolata sunt. SAL.
Charitas secundum nullum gradum suū cum mortali potest stare peccato. Porrò, ut hec
ipsa intelligas clarius,rite considera quod in regula sua ait Hieronymus: Hçc sola, utpute Hierony.
charitas,reddit hoīem deo uiuentē. Hçc religiosos,hçc monachos facit. Sine charitate mo
nasteria sunt tartara,& habitantes in eis sunt demones: cū ea uero,sunt paradisus dei in ter
ra: & degētes in ipsis sunt angeli. Ideo quis longa ieiunia macerent corpora,& uestis abie-
cta denigret,seu quçcūq; diuini officij series longa texatur: si charitas desit, intus nondū Act. 4.
ad infimū religionis gradū peruentū est. Hinc in claustro adunatis sit cor unū & aīa una,
quēadmodū in primitiua ecclesia. Nulla profecto uita deterior,q̄ simul degere corpore,et
nō mēte. Et uere ac prorsus sunt infelices, qbus nō inest uita una, sed diuersa uolūtas, una
proportio morū,una iocūditas,una tristitia: ne qđ placet uni,displiceat alteri: & quo unus Iob 40
gaudet,alter tristetur. RE. Aduerti plāta,& terrēt me uehemēter,sum q̄ frustrat' spe mea: Nā
qa hucusq; nō fecisti cōtra religiosos spālem inuectionē de charitatis defectuositate i ipsis
religio

religiosis, sperabam q̃ in hac uirtute iudicasses eos synceros & quasi perfectos: uerum ut uideo, adhuc in isto spiritualis conuersationis fundamento atq; exordio deficimus uehementer, quippe qui tã facile & leui occasione mutuo cõmouemur, indignamur, irascimur, & interdũ instar puerorũ prattamus, ita ut unus alteri uix loqui dignetur, nisi forsan præuentus allocutione ac humiliatione alterius. Et quomodo uerbũ exercitatiuũ, ne dicam iniuriosum, æquanimiter tolerabit, qui uix uerbũ fraternę ac charitatiuę correptionis à confratre, imò paternę ac iustę correctionis medelã seu disciplinam à spiritali patre gratanter ac tranquille admittit, qđ tñ etiam in homine seculari esset damnabile. SAL. Recte concludis. At uero in diuinis, in cantu & consimilibus summa concordia est seruanda. Quemadmodum in camino ardente tres deuotissimi uiri quasi uno ore deum laudabant. RELIGIOSVS. Quoniam teste Apostolo, unusquisq; in suo sensu abundat, grandis nobis necessaria est gratia ad conuersandum in domo tua, tam charitatiue, cõcorditer & tranquille, tamq; syncere & perfecte in om̃ibus, quã nobis ò benignissime deus misericordissime cõferre digneris. SAL. Si iuxta prehabita toto corde & om̃i cõpunctione perseueranter ac feruide exquęsieris, cõsequeris: Idcirco qđ tuũ est, efficaciter agere non desistas, & copiose exaudieris. Ad laudẽ & gloriã omnipotentis, qui est super oĩa deus sublimis & benedictus. Amẽ.

Dan. 3. Rom. 14.

Inflammatorij diuini amoris, finis.

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHVSIANI, DE SACRAMENTO ALTARIS ET Missę celebratione, Dialogus.
Collocutores, VERITAS & SACERDOS.

1 Cor. 11. Actu. 9 Gala. 1. 2 Cor. 12

QVICVNQVE MANDVCAVERIT PANEM hunc, uel biberit calicẽ domini indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Hoc tu ò diuine Apostole, ò uas electionis, non per hominem, neq; ab hominibus euangeliũ Christi edoctus, uoce intonuisti terrifica. Scimus te raptũ fuisse usq; ad tertium cœlũ, in throno glorię usq; ad consistorium diuinæ maiestatis immensę, nõ ad momentum aut horulam, breuem' ue morulam, sed plane triduo illo, quo eras non uidens, neq; manducans nec bibens, in raptu illo, quo & deum sublimem clare per speciem crederis conspexisse, euangelicę legis sapientiã reuelatione didicisti, ex quo postea tpe opportuno uerba protulisti atq; conscripsisti iam tacta: in quibus cũctorum corda perterruisti uere fidelium. Quis em̃ fateri audebit se dignum ad huius supersubstantialis panis diuiniq; calicis sumptionẽ, cũ & sacratissimus ille sponsi amicus cõsanguineus saluatoris, fassus sit indignũ se esse ad soluendam corrigiam calceamentorũ illius? Quid igitur uidetur restare, nisi decretũ cessandi à cõmunione dignissima, propositũq; uitandi tam grãde periculum, nec supercœlestia tractare audere mysteria, angelicis quoq; spiritibus admiranda, reuerenda, & incõprehensibilia? nisi ex alia parte tu ò Veritas diceres sempiterna: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnẽ filij hoĩs, & biberitis sanguinẽ eius, non habebitis uitã in uobis. Quid in hac perplexitate agam? quid eligam? Si accedo immaculatissimũ ac supprętantissimũ sumere agnum, suiq; sacri accipere sanguinis poculũ, uereor reus fieri corporis & sanguinis dñi: si inde abstineo, expauesco uita gratię in pręsenti uitaq; glorię destitui in futuro. Angustię mihi sunt undiq;, sed melius est mihi mori, q̃ aliquod horũ incidere periculũ. VERI. Quare mœrore consumeris? Nunqd consiliarius non est tibi? Nonne ego sum magni consilij angelus, fons sapiẽtiæ, uerbũ dei in excelsis? de quo ait scriptura: Si quis indiget sapiẽtia, postulet à deo. Si sol iste uisibilis in suo orbe decurrẽs lumine suo tenebras fugat ac nebulas, quanto magis sol æternus, cuius cõmunicabilitas & lux expers est finis, sua irradiatione & instructione mentẽ ab omni eruit perplexitatis ambiguo, ignorantiæ nubilo, fluctuanti formidine? Accede ergo ad thronũ gratię, accede & illuminare, inuoca me in die tribula

Actu. 9 Matt. 3. Iohan. 6 1 Cor. 11 Dan. 13 Mich. 4. Esaię. 9 Eccl. 1. Iaco. 1. Heb. 4.

tribulationis. SACERD. Tu domine qui ab exordio tua charitate ac pietate nos benignissime præuenisti, nostrã assumendo naturã, & quod de nostro assumpsisti, nobis liberalissime cõicasti, impendendo ac relinquẽdo illud in medelam opemq; multiplicem ac salutẽ, & tanti insuper sacramenti nos constituisti ministros: hac eadẽ tua dulcissima charitate ac copiosissima pietate me anxium & afflictum nunc erudire digneris, quid in prętacta perplexitate, scrupulositate atq; formidine agendum sit mihi. VERITAS. Nonne prædu ctis à te uerbis Apostoli, ipse mox addidit? Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid est probare se, nisi conscientiam suam uigilanter discutere, expurgare, cordisq; thalamum præparare, ornare, atq; ad suscipiendum in eo regem gloriæ totis uiribus exhibere condignam, considerata possibilitatis ac fragilitatis suæ mensura & proportione ad incomparabilem tanti excellentiã sacramenti? Præterea antequã de præparatione hac prosequar, uolo te profundius informare de imperscrutabili sacramẽti istius pretiosissima dignitate, & primo de eius nominibus. Psal. 10. 1. Cor. 11. Ezech. 40. Psal. 23.

Articulus I. *De diuersis nominibus sacramenti altaris.* VERITAS.

MAgnorum artificum est magnos & eminentes effectus producere, soletq; effectus suæ causæ correspondere. Et quò altior est natura, eò præclarioris extat potentię. Nonne ergo unigenitum dei, patri æterno prorsus coæqualẽ & coomnipotentem condecuit in assumpta humanitate mira quædã peragere? Et quia in omni multitudine ordinata est unum primũ principium & maximum: inter uniuersa mira & magna quę egi in seculo isto, hoc unũ excellẽtissimũ, gratiosissimũ atq; oĩno incõprehensibilissimũ egi mysteriũ, instituisacramẽtum, produxi effectum, meipsum sub sensibilibus inanimatarum rerum constituendo, res illas in corpus meum & sanguinem substantialiter conuertendo, hoc est, infinita & omnipotente uirtute mea transsubstãtiando, qua & in exordio seculorum cũcta uisibilia & inuisibilia produxi ex nihilo: quod mysteriũ, sacramentũ & opus, quãuis aliquo modo sit unũ, in ipso tamẽ fuit & est plurimorũ eminentissimorumq; congeries mirabilium, dum unũ præexistens in aliud prẹexistens, sine utriusq; corruptione & gñatione in instanti cõuersum est: idemq; numero in pluribus fuit locis, quamuis non modo locali. Ego quoq; meipsum in manibus tenui, discipulisq; porrexi, & in eorum ore personaliter ac integraliter esse cœpi, ac desij sine egressu & mei mutatione. Deniq;, non minor eram in cuiuslibet ore eorum, quàm eram ad mensam qua sedebam. Cumq; sacramentale mysterium istud tantę sit excellentię, tantę uigorositatis, tãtæ gratiosissimæ salubritatis, tamq; sublimium sit productiuum effectuũ, oportuit ipsum ad hęc insinuanda pluribus appellari nominibus, quanquã nec illa nec quęcunq; alia eius dignitatem, uirtutes, proprietates, mirabilitates & efficientias plene ualeant designare. Rom. 11. Matt. 26. Genes. Heb. 11. Sapien 2. Matt. 26.

SACER. O ueritas summa, quàm altum est hoc tui sermonis exordium, circa quod difficillimę quæstiones nascuntur, quas tu infrà, ut confido, dissolues. Nũc cœptum precor prosequere. VERIT. Vocatur hoc sacramentum eucharistia, memoriale, cibus, uiaticum, communio, donum, sacrificium, & sacramentum altaris. 1. Esd. 4. Osee. 11. Iohan. 6. Matt. 25. Heb. 5. Ephe. 5.

Articulus II. Cur hoc sacramentum eucharistia appelletur. VERITAS.

SAcramenta euangelicæ legis quæ tradidi, recte uasa medicinalia nuncupãtur, quia non tantum figuratiua, sed etiam contentiua, imò & causatiua sunt gratiarum. Ueruntamen differẽter, quemadmodũ enim in genere ac multitudine cęterorum est unum per se tale & alia participatiue aut incomplete, sicut in genere calidorũ ignis atq; in genere lucidorum sol: sic in numero sacramentorum unum est per se ac plene gratiam signans, continens causãs. Hoc uidelicet sacramentum est, quo ex ui conuersionis cõtinetur sacrum Christi corpus, in quo per redundantiam maximã extitit suæ animæ gratia ex naturali quoq; cõcomitantia anima eius ac deitas. Et ita in ipso uerissime continetur perfecta & integra Christi persona seu uerbum æternũ incarnatũ, uerus deus, hõ perfectus. Porrò, in aĩa Christi totius est gratię plenitudo: in cęteris uero sacramentis non est formaliter gratia, quæ est habitus supnaturalis infusus, intellectualẽ ac rõnalem creaturã perficiens, sed gratia sacramentalis est in ipsis, tanquam in signis, dispositiue instrumentãliterq; causalibus secundũ esse remissum & incompletum, prout suo elucidandum est loco. Hinc sacramentũ hoc rite eucharistia, id est, bona gratia noĩatur, ita q ob uniuersalem eminentiã ac plenitudinẽ suę gratiositatis, non solum eucharistialis seu bene gratiosa, sed eucharistia, id est, bona gratia dicitur. Quemadmodum de amico charissimo dicitur, tu es amor meus: sicut & sanctus dixit Ignatius: Amor meus crucifixus est. Eccl. 38. Matt. 18.

Secundo

Secundo, sacramētum hoc eucharistia appellatur, quia à me gratiosissimo domino uestro & à mea gratiosissima uoluntate collocatum est uobis. Quamuis enim deus omnibus affluenter ac gratis, qui bonorum uestrorum non egeo, & cuius dona sunt merita uestra: ita q̄ originaliter atq; fontaliter totum ex mea profluit pietate, piaq; uoluntate, quę interdum gratia nominatur, utpote gratia increata, & gratia gratians dicitur, quēadmodū & deus uocatur frequēter natura naturans. Attamen hoc sacramentum instituendo, cōicando, & eius frequentationē iubēdo, fontē totius beneuolētię, charitatis, & munificētię meæ super uos exuberantius aperui & effudi, imò ipsum fontem cū omni opulentia, liberalitate, & gratia sua uobis cōicaui, puta meipsum, nil proprium sic mihi reseruās, quod non alio modo cōicauerim uobis. Nempe sicut in cruce eram, me totū pro uobis daturus, expositurus, & oblaturus in pretium: ita in hoc sacramento me totū gratissime, liberalissime ac feruētissima uoluntate dedi, ac obtuli me uobis in cibum, in remediū, in copiam & salutem, quēadmodū per Esaiam pręd ixi: Ecce ego declino in eos ut flumen pacis, & ut torrēs inundans gloriæ gentium. Hoc tibi nō solum credibile, uerumetiā rōnabile certumq; uidebitur, si immēsitatem mei amoris, redundantissimam liberalitatē meæ bonitatis, indeficientissimam meæ maiestatis opulentiam profunde aduerteris. Contēplare qualiter diuitias gloriæ meæ, ac plenitudinē deitatis uniuersis cōico in triumphanti ecclesia. Quid igit mirum, si ego qui ex ineffabili charitate descēdi de cœlis in terram assumēdo humanitatē, ad saluandum genus humanū, ipsam naturam assumptā ita cōicauerim uobis in sacramento. Charitatis ac liberalitatis naturam, & proprietates attende: cōsidera q̄ propter teipsum & tu ei cōmunices, quē syncere ac toto diligis corde, quanta pro salute illius agis aut ageres, pręsertim si aliter non possit saluari. Quid itaq; putas me peregisse, q secdm deitatē sum essentialiter charitas, & charitas utiq; intēsiue immēsa, infinite liberalissima, q etiam secdm assumptam naturā tanto exuberantius sum omni dilectione sancta repletus, quanto diuinæ & increatę charitati propinquius sum unitus, & quanto præ oīni mente creata etiam seraphica beatifica fruitione increati amoris repletus sum. Qm̄ inęstimabili charitatis incendio arbitraris animam meā zelo salutis hoīm æstuare, pro quoꝶ saluatione scit se tam propinquissime ac hypostatice uerbo æterno cōuinctam SACER. Non ratio tantū, sed etiā experientia quoq; pandit hæc uera esse. VERIT. Deniq;, cernimus quāta plurimi agant & patiantur ex carnali amore, qualiter se & sua mutuo sibi cōmunicent, quod & in coniugatis bene concordantibus euidenter patescit. Nec dubium, quin amor spiritalis, diuinus, infusus, uigorosior ualde sit ex sua natura, amore carnali. Amplius cōstat, q̄ sicut cōtemplatio beatoꝶ indicibilior clarior est omni notitia uiatoꝶ, sic & beatoꝶ dilectio ineffabiliter extat oīni uiatoꝶ amore ardentior. Anima uero Christi secdm uires suas superiores, ad increatum obiectum relatas erat inæstimabiliter cūctis creaturis clarius deum conspiciēs. Hinc proportionabiliter in actuali deitatis ac proximoꝶ amore feruētior fuit: ideo modo pręfato munificentissime se & sua, suumq; corpus nobis cōicauit. Tertio, sacramentū hoc eucharistia nuncupatur, rōne sui effectus, quoniam bonam ac multiplicē in nobis gratiā operatur: de qbus gratiosis salutaribusq; suis effectibus infrà dicetur. Et quanto qs se exhibuerit capaciorē, id est, puriorē, & ad participandū sacramenti huius charismata digniorē & affectuosiorē, tāto de fontibus saluatoris riuos gratiæ hauriet ditiores. Quarto, qm̄ deputatū est & ordinatū, ut detur gratis duntaxat: ingratis quippe occasionaliter nocet, qm̄ iudicium sibi manducant & bibunt illud sumendo: gratorum ergo qui per gratiā deo accepti sunt ac placiti, est eucharistia ista. Quinto, quoniā gratiā super gratiam causat, conseruat, auget, perficitq; in hoīe. Cætera etiam sacramenta suam ab ipso uirtutem & gratiam sortiuntur, & est sacramentum sacramentoꝶ. Sexto, sacramentum hoc est aurea urna continēs manna intra sancta sanctoꝶ collocata. Etenim aurea urna est caro Christi sanctissima, quę continuit manna, per quod intelligi potest uel ipsa deitas corpus inhabitans, aut anima gloriosa, omni suauitate felicissimę fruitionis impleta: sancta uero sanctoꝶ est cœlum empyreum, triumphans ecclesia, & secretissima mansio dei. Hāc eucharistiam parauit in dulcedine sua pauperi cordi, id est, humili deus, & p ipsam gratiā & gloriā tribuit dn̄s.

Iaco. 1. Psal. 15. Ephe. 5 Esaiæ 66 Ephe. 1. 1. Iohan. 4 Hiere. 31. Esaiæ 12. 1. Cor. 11. Heb. 9. Exod. 16 Heb. 9. Psal. 67 Psal. 83.

Articulus III. Quòd hoc sacramentū apertissime nominatur memoriale. VERI.

Psal. 110

SIcut psallis, Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dn̄s. Sciens ego obliuionem mentis humanę, & pronitatem eius ad ingratitudinem, in cœna nouissima institui hoc sacramentū abditissimum indelebiliter cōmemoratiuum meipsius, & oīm quę pro humani generis egi salute: pręsertim in memoriale meæ

dilectionis

dilectionis ad homines,& passionis meę pro hominibus,in quibus duobus & alia mea includuntur mysteria: utputa incarnatio, conuersatio mea in hoc mundo,nisi enim factus fuissem homo,& conuersatus in seculo,non essem passus & oblatus in ligno. SACERD. De hoc memoriali loquitur multum deuote summus tuus uicarius Vrbanus quartus, in sermone de eucharistia:O inquiens,memoriale dulcissimum, amplexandum,amandum,glorificandum,& uotis omnibus suscipiendum,in quo innouantur signa,renouantur miracula. Deniq;,memoriale hoc digne proportionatur & correspondet eis quæ repręsentat, uidelicet diuina tua Christe mysteria. Nec est enim tam euidens & pręclarum eximię,imò & summę dilectionis indicium,ut dare seipsum. VERITAS. Quantò igitur maior fuit & est dilectio mea ad te,& quanto plus appretiandum est,q̃ ego deus & conditor tot & tanta pro tua assumpsi,feci,& toleraui salute: tantò memoriale istud pręstantius,diuiniusq; consistit: & denuo,quò mea dilectio in ipso splendidius innotescit,tantò uehementius debes accendi meo amore,pręcordialiores quoq; grates mihi referre,quoties missæ officio interes,aut eleuationē cōspicis(qua exaltatio mea in cruce atq; oblatio,qua ego summus sacerdos hostia salutaris in ea me obtuli deo patri signatur)aut dum personaliter celebras communionem'ue accipis,uel etiam aliorum mysteriorum meæ oblationis es memor. Si magnum reputaretur,à rege terreno,uel præsule magno singulariter ac familiariter diligi, ac præclara talis dilectionis signa ac dona recipere, quàm incomprehensibiliter plus magnitupendere debes, quòd dominus deus creator ac saluator tuus te summe gratis dilexit, diligendo præuenit, dilectionis suæ memoriale tam summum, utputa seipsum in sacramento uelatum tibi donauit & reliquit,nec id semel tantum aut raro,sed quotidie,atq; ad libitum tuum. Intuere hęc intime,diligentissime pēsa,assidue recordare,gratias iugiter totis uiribus refer,& quicquid reuerentię,cultus,& obedientię potes,ei cum omni custodia cordis,humilitate profunda,dilectioneq; feruida usq; in finem repende. Heb.9. Esaiæ.48

Articulus IIII. Qualiter sacramentum istud sit cibus & potus. VERITAS.

Quemadmodum in euangelio dixi:Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus, Ego qui irrationalibus necessaria uitæ prouideo, sicut legisti; Quis pręparat coruo cibum,quando pulli eius clamant ad deum uagientes,eo q̃ non habeant escam? Et rursus: Qui dat iumētis escam ipsorum. Quod in euāgelio quoq; contestor: Respicite,inquiens,uolatia cœli,quia non serunt neq; congregant in horrea,& pater uester cœlestis pascit ea. Ego inquam hoc agens, rationalibus creaturis non desum:& sicut corpora,ita & animas rationales multiplicibus,exquisitis,nobilissimis pasco edulijs:utputa supernaturalibus & infusis uirtutibus, donis, eorumq; actibus & delectationibus spiritualibus,illis annexis formaliter inhęrentibus, ecclesiasticis etiam sacramentis,potissime pretiosissimo corpore & sanguine meo. Et quoniam cibum & potum oportet uere realiter cibato,potato uniri,corpus meum & sanguis in hoc sacramento substantialiter continentur. Veruntamen à suscipiente non alterantur,nec in ipsum mutant,imò poti⁹ illū mutāt in se. Itaq; sicut diuinitatis meæ fruitione nutrio ciues supernos, sic corporis & sanguinis mei sumptione sub sensibilium uelamine specierum,alo nunc uiatores. Et quoniam cibus & potus iste est animæ specialis,ideo inuisibiliter adest non corporali dimensiuoq; modo. Et sumitur fide,non euidenti cognitione,quoniam anima est uiatrix,non euidens per speciem contemplatrix. Incorporat quoq; hic cibus Christo & mystico corpori eius. Præterea cum sit animæ cibus,ea quæ alimenta corporea operantur in corpore,hic cibus ac potus specialiter agit in anima. Porro,cibus ac potus corporales sumuntur,ne calor naturalis ab humido consumatur radicali: suntq; medicina contra quotidianam afflictionem famis ac sitis,sic diuinissima eucharistia est sumenda,ne uiuificus calor charitatis à profluuio sensualium affectionum,atq; humoribus concupiscentiarum infrigidetur aut extinguatur:& ualet contra inediam spiritualem ex defectu internæ refectionis ac confortationis euenientem. Quemadmodum etiam potus refrigerat,& bonam facit digestionem:ita hoc sacramentum cōtra ardorem male inflammantium desideriorum ac uitiorum,facit temperamentū,& mentē reddit idoneam ad extirpandum superflua, uehementiaq; quoq; sanctarum affectionū ad dilecti clarā & contentatiuā pręsentiā,moderat ac cōsolatur,eo q̃ dilectus uere(quis inuisibiliter)pręsens iam habeat. Præterea, sicut alimonia corporalis cōtra uacuitatē stomachū replet,sic eucharistia cōtra inaniū cogitationū,& illicitarum affectionū uanitatē cor implet ad meditādum ac appetendū salubria, ut tēpus omne fructuose expēdat,fiatq; hō instar sanctorum plenus dierum. Breuiterq; sicut alimonia illa cor- Iohan.6. Iob.38. Psal.146. Matt.6. Sapien.16. Heb.10

porea uitam conseruat, uires roborat, corpus sustentat, & hominem usq; ad perfectam facit excrescere atq; pertingere quantitatem, bonã quoq; ac hilarẽ facit dispositionẽ in mente & corpore: sic cibus ille cœlestis hoiem conseruat in uita gratię, cõfortat potẽtias aię, & hoiem facit omni die proficere, sicq; ad uirtutũ perfectionẽ perducit, & mente ac corpore
Psal. 83. in deo lętificat, iuxta quod scriptum est: Cor meũ & caro mea exultauerunt in deũ uiuũ. Deniq;, sicut mãna eucharistię huius figura, iustis ac gratis cõtulit ois saporis suauitatem, sic mystica ista refectio facit hominẽ delectabiliter occupari & exerceri, non solum in una uirtute, imò magis in uniuersis uirtutibus, ita quod cum interni saporis dulcedine orat, meditatur, abstinet, mansuescit, seq; humiliat. SACER. Heu me miserũ dñe deus, qui toties cibum hunc & potũ sumpsi diuinũ, & nihilominus adhuc spiritualiter aridus sum & macer, nimiumq; pusillus, ac spũaliũ expers deliciarũ: imò ad irrationabiles passionũ motus adhuc infeliciter damnabiliterq; procliuis. VERI. Quicqd sit de te, hoc illis cõtingit, q ut dixit Apo
1. Cor. 11 stolus, nõ dijudicãt corpus dñi, q exquisitius corpus suũ uestibus exornarẽt, atq; forinsecus morigeratius se haberẽt, si à magnatibus seculi huius essent ad prãdium inuitati, & cũ illis residerent ad mensam, q̃ animã suã ornent actibus uirtuosis ac reuerentiali intus modestia, dum ad reuerendũ altare, ad mensam regis cœlestis aut eucharistię angelis adorandæ sumptionẽ sunt accessuri: ideo decrescunt magis q̃ crescũt. Hęc quippe alimonia ac medela non operatur in accipiente, ut corporea medicina, agensq; naturale, sed iuxta datoris ac medentis arbitriũ, ac suscipientis pręparationẽ ac meritũ. SA. De uera & salutari pręparatione ad celebrandũ ac cõmunicandũ infrà, ut spero, loqueris: nũc cæterorum nominũ huius sacramenti, si placet, exprime rationes.

Articulus V. De rationibus ob quas sacramentum hoc uiaticũ appellatur. VE.

Quamuis passio mea dicatur fecisse fienda, quod fecit iam facta, hoc tamen non est omnifarie intelligendũ. Verũ est equidẽ, quod sicut passio mea fuit pro oĩbus satisfactoria, ita pro his qui fide formata crediderũt eã futurã satisfecit, sicut pro his qui eam nunc factam credunt. Pro omnibus, inquam, satisfactoria fuit, quãtũ ad sufficientiã, sed quantũ ad efficientiã pro his tñ, qbus uirtus seu meritũ eius aliquo modo applicatur. Porrò, in euãgelica lege fit applicatio ista per euãgelica sacramenta concurrente fide eius, per quem applicatur, aut eius cui applicatur. Si aũt applicatio realiter fieri nequeat, sufficit efficax desideriũ eius. Sacramenta uero euãgelicę legis cõtentiua sunt & effectiua multiplicis gratię, quòd ueteris legis nõ cõuenit sacramẽtis, ideo uirtus passionis meæ abundãtius operatur in nouo testamẽto regulariter loquendo, q̃ olim in ueteri. Veruntamen uirtutem meã sacramentis non taliter alligaui, qn & nunc & olim potuerim sine sacramentis effectũ sacramentalẽ copiosamq; grãm, qbus uoluerim condonare. Vñ aliqui tã in lege naturę, q̃ in lege scripta speciali munere misericordię meæ fuerunt sanctitatis eximię: nihilominus tẽpus euãgelij rectè tẽpus gratiæ nũcupatur, qm̃ multo exuberantior gratia in eo est data, q̃ ante, & immirabiliter pluribus: inter quę est uniuersitas gratiæ sacramẽtalis, & eucharistia maxime, quę inter suos effectus clarissimos cõfortat, & munit uos in peregrinationis huius exilio ad pergendũ uiã salutis, & arctũ hoc iter, in quo innumirabilia magna ac grauia occurrũt impedimenta, quousq; ad supnę uocationis brauiũ pertingatis. SA. Circa hoc aliqua possum mouere, sed ex pinductis eorũ solutiones cerno patere. Etenĩ queri possit, qa si ista ita se habeãt, cur multi frequẽter aut quasi quotidie celebrãtes taliter cõuersanẽ & gradiunẽ: uel si sic loqui cõgruit, retrogradiunẽ, ut palã cõspicitẽ? Et simplices qdã raro cõicantes, imò & qdã sanctissimi quondã in eremo cõmorãtes, rarissime aut nunq̃ realiter sacramentũ istud suscipiẽtes, ad patriã claritatis æternę expeditissime ac uictoriosissime proficiscebanẽ. Verũ, ut tetigi ex inductis patet solutio, qa defectus nequaq̃ cõsurgit ex parte sacramẽti, sed indigne suscipientiũ illud. VERI. Tu ergo ad propositũ tibi certamẽ, hoc inuincibili uiatico refectus, armatus, munitus accede, ipsum cũ summa reuerentia suscipe, susceptũ spiritaliter tecũ tene: diligẽtissime cauẽs ab oĩni ei⁹ offensione, tẽtũ ac pręsentẽ cũ pręcordialissima grãrũ actione honora, prosequere, & recõmenda te ei, ei⁹ gratioso auxilio initere, i ei⁹ pręclaris effectib. iugiter cresce, ut intus tot scopulos, obices, iuasiones, difficultates, uię salutis desup ptegaris, illęsus euadas, feliciterq; ptingas. SA. Necessaria ẽ ualde uiatici hui⁹ deuota susceptio, qm̃ grãdis nobis restat uia, prorsus piculosa atq;
3. Reg. 19 difficilis, cũ & caro recalcitret, sensualitas reluctet & trahat deorsum, mũdus q̃q; alliciat, & dęmones durissime aduersentur, nec ulla sit requies. Pręterea, recolo dixisse Chrysostomum, sicut leones ignem spirantes, ita à mensa dñica dęmonibus facti terribiles recedim⁹, quod de digne sumentibus clarum est esse prolatum. VERITAS. Si sumpseris ita, cadent à

latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis, carnem & sensualitatem in rationis rediges seruitutem, & mundi insanias atq; spurcitias toto corde despicies, facies quoq; quotidie in fortitudine cibi istius magnam dietam, ad montem dei quo ipse facialiter cernitur in æternum. Et quo feruentior fueris, quo frequentius, purius, affectuosiusq; ad deum, & ad eius sacratissimã aspiraueris uisionem, eo longius progrederis ac uehementius appropinquas. SACER. Iam præ solito intendo me ad celebrationẽ quotidianã ac deuotã disponere.

Articulus VI. Cur sacramentũ hoc uocetur cõmunio. VERITAS.

LEgisti, Vnus panis & unũ corpus multi sumus omnes, qui de uno pane & de uno calice participamus. Hoc itaq; sacramentum uocatur cõmunio seu synaxis: estq; signum ecclesiasticæ unitatis, inquantũ uniuersi fideles ipsum in charitate accipientes, uirtute & gratia eius spiritualiter unum fiunt & sunt cũ Christo capite suo, & cum mystico corpore eius, quod est ecclesia, cuius ipsi sunt mẽbra & inter se inuicẽ, nẽpe per huius sumptionem, frequentationẽq; sacramenti Christo cõmunicãs copulatur & contrà. Et per gratiæ inhæsionem ac incrementa in seinuicem manent, imò per charitatis profectum membrũ cũ capite quotidie magis ac magis unũ efficitur, ideo ait: Qui manducat meam carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, in me manet & ego in illo. Per hoc etiam sacramentum, cõicatio gloriæ angelorum signatur, cum & eucharistiæ participatio sit figura, signũ, & arra futuræ fruitionis, atq; per eius idoneã frequentationẽ, ruina reparetur angelica, & ipse cõmunicans, angelicæ mereaꝫ beatitudinis ueritatẽ. Rursus, per sacramentũ hoc meritis cõmunicamus ac præmijs omniũ beatorum, qui tam in uia q̃ in patria inuicẽ sibi cõmunicant, multiformẽ gratiam suã & gloriã per charitatis iuncturam, specialemq; unitatem. Iuxta quod scriptũ est: Particeps ego sum omniũ timentiũ te, & custodientiũ mãdata tua. Iterũ, quia per sacramenti huius sumptionẽ fideles per charitatem iunguntur, & alijs faciunt quod sibi rationabiliter fieri uolunt, hinc per eucharistiæ sacramentũ & sumptionem supportant se mutuo charitatiue, ac cõdolent, & opa pietatis corporalia & spũalia implẽt: imò passionibus cõicant Christi atq; sanctoꝝ, quorum persecutiones, afflictiones, molestias atq; iniurias sentiunt, quasi suas. Seipsos demum & omnia sua participãtibus secũ istud sacramentum communicãt. SACER. Ex istis perpendo q̃ uere locutus sit Augustinus: Qui accipit signum unitatis, & non tenet uinculum pacis, non accipit mysteriũ pro se, sed testimonium contra se. Et denuo protestatur te dñm Iesum Christũ in his materijs cõmendasse & instituisse hoc sacramentũ in pane & uino, quæ ex multis rediguntur in unũ, quẽadmodum panis ex multis granis, & uinum ex multis uuis, sic & ecclesiastica unitas ex multis resultat fidelibus huius sacramenti participatione unitis. VERI. Tu ergo, & omnis q salubriter cupit celebrare & cõicare, semper sitis soliciti seruare unitatẽ spũs in uinculo pacis, atq; idipsum dicatis oẽs, & absint à uobis schismata & scãdala cũcta. Nihil per contentionẽ inanẽue gloriã faciatis, sed unusquisq; p sanctã humilitatẽ præferat sibi proximos suos. Nemo cõtra aliũ concipiat, gerat, aut teneat disciplinã irrationabilem & iniustam, nec hõ homini seruet iram, ne frustra sibi à deo quærat medelã: imò tam fortes & roborati in charitate cæterisq; uirtutibus esse debetis, ut unus non possit faciliter offendi, scãdalizari, aut pturbari ab alio, nec male suspicari de illo. Nõne uehementer est detestãdum, q̃ ministri tã excellentissimi sacramenti, adhuc ita pusilli, tam fragiles, leues, pueriles, aut passionati existant? Sint ergo uiri uirtutũ, discipuli sapientiæ, magisterioq; cœlesti obediẽtes, ac humiles auditores, & tãti sacramenti amore, aut saltẽ suæ damnationis timore indulgeant mutuo, atq; unanimes uno ore honorificent deum.

1.Cor.10

Iohan.6

Ephe 4.

Rom.15.

Articulus VII. De rationibus alioꝝ quatuor nominum sacramenti. VERITAS.

COnstat tibi ex præinductis, cur eucharistia rectissime donum uocetur, beneficiũ q̃q; congrue appelleꝫ, qa ex pura charitate meraq; liberalitate mei ad hoĩes cõtuli eis tam eximium bonum, non ex indigẽtia mea, aut cõmodi mei intuitu, sed pro illoꝝ salute, quatenus per dona uiæ, ac beneficia gratiæ, ad excellentissima pducantur bona felicitatis æternæ, quamuis totum ad dei honorem & gloriam, iustitia exigente, & sapientia mea dictante retulerim, absq; uestræ cõmoditatis ac felicitatis detrimẽto, qa in deo tota uestra salus est sita, nec beati esse poteritis, nisi per ordinationem finalem relationemq; totalem, ac puram ad ipsum, cum sit α & ω, principium & finis. Porrò, donũ proprie est collatio nequaq̃ redditiõis intuitu facta, seu irreddibilis datio: qđ aũt proptẽ commodi aut redditionis intuitu datur, uenditur potius q̃ doneꝫ. Et si spũale intuitu commodi tpalis exhibeaꝫ, Symoniaca labes cõmittitur. Deniq;, impartiẽdo hoc donum, & itã

Hiere.3.

Apoca.1

2.Cor.9 uobis cõmunicando meipsum, ostendi clarissimę charitatis meę immensitatem, opulentiæ meę ac magnificentię largitatem, hilaremq́ donandi effectũ. Nempe si hilarem datorẽ diligit deus, q̃to magis ipse in donando hilarissimus extat. In huius doni cõicatione thesauros totius liberalitatis meę aperui, & largitus sum munera iuxta magnificentiã principalẽ in Psal.144. ipsa eucharistia, dando me totũ deum & hominem, corpus, animam, deitatem. Tũc aperui manum meam, & impleui inquantum in me fuit, omne animal rõnale benedictione, & qđ do in patria in re reuelata, dedi hic in re uelata. Perpende doni istius nobilitatem, copiositatem, superefluentiã seu pręclaram excellentiã, qa in ipso omne bonũ continetur, ex ipso gratia & gloria hauriunť, per ipsum ad plenam felicitatem pertingitur. Recte ergo cantat ecclesia, O sacrũ cõuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mẽs impletur gratia, & futurę glorię nobis pignus datur. Non sis huic datori ingratus, nec im Ieremi.18. memor charitatis ac munificentię eius, non reddas ei malũ pro tãto bono: noli ei abstrahe Rom 12. re teipsum, qa non quęrit nisi teipsum, id est, tuĩpsius in corpore & anima glorificationẽ. 1.Pet.1. Insuper sacramentũ hoc rite sacrificium appellatur, quoniam Christi passionẽ iam factam & eius in cruce immolationẽ, dignissime repręsentat atq́ cõmemorat. Et ipsum quotidie pro uestra reconciliatione, purificatione, & salute in ecclesia deo patri offertur: nempe tã ardentissime uos dilexi, tam liberalissimũ ad uos animũ habui, q̄ non suffecit mihi semel pro uobis cõferri, & semel pro uobis offerri, sed in fonte & abysso infinitę sapiẽtię meę, hũc mysterialissimũ modũ inueni ac statui, quo uobis indesinẽter adsim & cõferar, pro uobisq́ offerar, & ita à uobis manducer, modo uobis tolerabili ac proportionato sub tegumentis Gene.4. panis & uini, nõ in specie carnis & sanguinis, nec in quãtitate propria, ut in ea subsisto, q̃uis Matt.26. simul cum ea accipiar. Hoc sacrificium ab exordio mundi in oblationibus Abel & eius occisione fuit prefiguratum: deinde in lege naturæ in sacrificijs patriarcharũ, et in lege Moysi per oblationes diuersas. Ipsum quoq; in exordio primitiuæ ecclesiæ in cœna institui, qđ ex seipso acceptabilissimum est patri æterno, & efficacissimum ad omne illud agendum, pro quo institutum est & offertur. Amplius, ipsum est uigorosissima medicina contra reliquias uitiorum, contra concupiscentiam sæuientem, contra uenialia, quotidianasq́ culpas, & contra mortalia peccata oblita, & singulari modo ualet contra uniuersa animę uulnera, prout hoc infrà clarius exponetur. Specialiter demum dicitur sacramentum altaris, super quod conficitur & offertur, sumitur & tractatur, in quo aliud uidetur extrà, aliud intrà designatur, aliud foris repræsentatur, aliud intus continetur, ut infrà diffusius ostendetur. Nunc autem sufficiat nominum horum rationes intantum exposuisse: ueruntamen Heb.8. alijs quoque nominibus interdum exprimitur: nam & hostia nominatur, inquantũ Ephe.1. ipsummet Christum continet, & ipse in ea offertur. Vocatur itẽ arra & pignus futurę glorię ac salutis, quia in eius clara uisione, ac plena fruitione, quem modo sub formis uelatum inuisibiliter sumitis, tota uestra consistit felicitas.

Articulus VIII. Diffusior declaratio predictorũ, qualiter Christus secundũ utranq; suam naturam, sit cibus rõnabilium creaturarum: & q̄ eucharistia sit sacramẽtum summi diuinissimiq́ amoris. VERITAS.

Rationalem creaturam non decet habere caput primum & summum, nisi deum, nec aliunde spiritaliter uiuere, nisi spiritu dei: hinc sequiť, deũ esse cibũ illius: qđ eñ nutrit atq; sustẽtat uitalẽ in corpore aĩalis calorẽ, hoc cibus aĩalis. Cũq; sola diuina bonitas in rationali creatura uiuificum alat & conseruet calorẽ, quo spiritaliter uiuiť, utpote charitatem: constat q̄ bonitas dei uerissime cibus sit hominis, in quo uitalis calor est syncerus & sanctus amor, & amicitia spiritualis, qua fideles deo hęrẽt, & sibijnuicem cohęrent, propter deum sibijnuicem consulentes, totaq; promptitudine prouidentes ac subseruientes, omni quoq; studiositate mutuo se amantes ac defendẽtes. Increata eñ bonitas, ueros suos amatores tã ualde sibi astringit & alligat, ut propter ipsam etiã sibijnuicem inseparabiliter pure cohęreant ac syncera dilectione se complectantur. SACE. Hoc plane fateor esse uerissimum, cum limitata defectuosaq́ bonitas, dulcedo, commoditas, pulchritudo creaturę, in sua cognitione dilectionẽ sui excitet, alat, & augeat tã intense, quantomagis bonitas pura & infinita, cuius amabilitas finem nescit, quæ essentialiter est ipsa dulcedo immensa, conuenientissima, & pulchritudo mundissima incircumscripta. VERITAS. Recte concludis, quoniam bonitas cuiuscunque creaturæ non est nisi uestigium pusillum ac tenue deficiens penitus infinite, à prima illa fontali increata'que bonitate in omnia redundante. Conformiter, uoluptas à bonitate creata proueniens,

quid est nisi uestigium uestigij bonitatis diuinæ,& uoluptatis æternę, imò & umbra umbræ illius? Si ergo extrema uestigiorum illius, utpote sensibilium, carnalium & corruptibiliū rerum uoluptas, tantos sui amores in hominibus excitant, fouent, inflammant, ut ipsi amatores quasi conflagrari & inardescere uideantur, quanto fortius supersplendidissima & superpulcherrima dei bonitas in corde eorum, quibus illuxerit amores sanctissimos immaculatasq; conscientias excitabit, nutriet, & accēdet? Merito ergo diuina bonitas cibus ac nutrimentum uitalis ac spiritalis fertur esse caloris. Quemadmodum speciositas mulieris, nutrimentum & cibus est turpis amoris, unde dum à corde talis subtrahitur amor per obliuionem, aliam'ue occupationem, mox cessat turpis amoris incendium. Dum uero ei per aspectum ad memoriam adhibetur, amor immundus reuiuiscit ac renouatur. Multo magis pulchritudo ac suauitas deitatis immensa, cibus est & incendium digni & congruentis sibi amoris in amatoribus suis. Amplius, nōne dum percipis aliquem uirum esse sublimiter uirtuosum, iustum & probum, sapientem, nonne ex solo auditu accenderis eius amore, & tanto plus q̄to uirtutes eius agnoueris clarius, quāto magis ex cōsideratione infinitæ perfectionis dei, in omnibus debes ipsius amore incomparabiliter inflammari? Denique, sicut gustus noster in singulis ciborum potuumq; alimonijs, ac uarietatibus experitur, & inuenit quod appetitum suum excitet & augmentet: & sicut cor bonum in omnibus uerbis atq; operibus tota conuersatione uiri boni, præsertim heroici & perfecti, inuenit q amorem suum ad uiri illiū prouocet, foueat, & succēdat: sic corda electo in ūbis & operibus dei, tanquam in spiritualibus & specialibus ferculis reperiunt quod in eis excitet & accendat uiuificum sancti amoris calorem, ipsos spiritualibus pascat delicijs. Ideo uerba & beneficia dei, cibus sunt animarum fidelium, & pabulum diuini amoris. Itaque tam bonitas, pulchritudo, suauitas, munificentia dei, quàm eius beneficia, eloquia ac promissa, sunt incitamentum, pabulum, & incendium dilectionis puræ ad deum, ac delectationis & complacentiæ in eodem, quod scriptura frequenter insinuat: Satiabor, inquiens, cum apparuerit gloria tua. Et, torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Et, quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Quemadmodum uir bonus, amabilis est & dulcis amanti, tam propter uirtuositatem suam in se, quàm propter bona uerba ac opera sua. Cum tamen omnia ista non nisi modica aspersione, ac tenui participatione summę & increatæ bonitatis, atq; dulcedinis primę & abyssalis comparatione dulcia sint & bona. Porrò, beneficia quędam sunt transitoria, & amor ex illorum collatione procedens, solet cessare, cessantibus beneficijs illis. Alia sunt beneficia tam diu durantia, sicut durat hæc uita, sicut beneficia parentum in sobolem, potissime beneficia dei in creaturas, ideo amor exinde ortus, iugiter debet durare, durante uita ista, imò quotidie crescere, ac recenter ualidiusq; flammascere ex continuatione, renouatione, & multiplicatione beneficiorum patris cœlestis. Sic tamen, ut totum synceriter ordinetur ad deum. Nunc enim loquor de amore, id est, congratuito, quem non incuruat, nec inquinat utilitas aut uoluptas sui ipsius, qui proprie charitas nuncupatur, qui uenalitatis & negotiorum nil habet, quo amator non intendit quicquam acquirere sibi, nec amatum efficere suum, imò ipsi dilecto intendit & satagit obtinere, quicquid ualet commodi & honoris. Præterea, sicut non est uitæ sustētatio corpori animalis sine incorporatione cibi conuenientis, sic non est uita gratiæ cordi humano absque incordatione & inuisceratione spiritualis cibi uitæ illi conuenientis. Incordatio autem non est aliud, quàm spiritalis seu cordialis unitio, puta dilectio, quantum ad uim motiuā. Cūq; incorporatio cibi fit uera comestio, cuius pręparationes sunt quæ incorporationem præcedunt, ut fractio, masticatioq; in ore, sic incordatio cibi spiritualis uere comestio est cibi illius. Et quoniam sine incordatione, id est, cordiali unione seu dilectione, nec uitam gratiæ, nec uitam gloriæ, aliquis potest habere, constat sine spirituali dei comestione, neutrā uitam consistere. Ideo dixi, Qui manducat me, uiuet propter me. Et qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Item'que: Ego sum panis uitæ. Intantum quippe sum panis uitæ, inquantum facio aliquos spiritaliter me amare, ac ipso amore nutriri. Et hoc diligenter aduerte, quia est radix probationis uiuifici atque ineffabilis sacramenti; quam nequit effugere intellectus bene dispositus. Pręterea, quidam hęretici ueritatem huius sacramenti negauerūt duplici ex errore. Primo, quoniam cernentes masticationem in ore, dum ut esca teritur, ac quasi molitur dentibus, aut in uentrem trajcitur, putabant esse comestionem. Secundo, quoniam differentiam inter comestionem corporalem ac spiritualē ignorauerunt. Quod enī corporaliter manducatur, oportet à propria forma nudari, & in man

Psal. 16.
Psal. 35.
Psal. 118.
Ioan. 6.

ducantis substantiam transmutari. In spirituali uero comestione fit econuerso, quia quo cibus spiritualis purior atq; integrior uenit ad cor, tãto profundius ei unitur, & ipsum cor sibi assimilat, & quodammodo in se mutat, sicut asserui Augustino. Nõ tu mutabis me in te, sed ego mutabo te in me. At uero, quẽadmodum ueritas cibus est intellectus, sic bonitas uoluntatis. Idem quoq; est ueritas ad intellectũ, quod exterior lux ad sensum: & sic ut corporeus cibus corroborat corpus, cum ei fuerit incorporatus, sic ueritas intellectum cõfortat ac reficit certitudine, cum fuerit ei unita unitione completa, quia tũc uere scitur ac noscitur. Iterum, sicut cibus distendit & auget corpus trina dimensione uidelicet longitudine, latitudine seu spissitudine & profunditate seu altitudine, sic ueritas extendit in longũ præsentiũ, præteritorũ ac futurorũ, in latũ cõcomitantiũ .i. in latũ circũspectorũ, & in altum essentialium ac interiorum. Consimiliter in superiori ui affectiua latitudo est amor, q usq; ad inimicos propter deum extendit. Altitudo, magnificentia seu bonitas hinc declaratur, q sola luminosissima ueritas prima, propinquissime cibus fit intellectus, solaq; prima mundissima, inundantissimaq; bonitas cibus fit uoluntatis. Etenim cibus rectissima definitione uocatur id, cuius sumptione fames sedatur, comedens delectatur, perditum reparatur, & cibatur, augetur, reficitur, ac impletur. Certumq; est, quòd nec fames seu desiderium intellectus, nec fames uoluntatis quiescit, donec intellectus pleno ore comederit, & gustauerit primam ueritatem, atque uoluntas primam suauissimam bonitatẽ. Quæ ueritas ac bonitas solæ sufficiunt implere & quietare omnem capacitatem, famem, & appetitum intellectus nostri ac uoluntatis contentare ac maxime delectare, & confortare. Nec potest intellectus quiescere, nisi in primæ causæ cognitione, nec affectus, nisi in primæ causæ fruitione. Cognitio autem & fruitio sunt ipsis conuenientes comestiones: ideo panis & cibus ipsius, est ueritas prima & bonitas summa, ad quas cęteræ ueritates & bonitates se habent, sicut umbræ uanissimæ exilissimæq; picturæ: imò subtracta ab intellectu primæ ueritatis notitia, & à uoluntate diuinæ bonitatis dilectione, spiritaliter mortuus est uterque. Intellectus quippe deum ignorans, & affectus deum non amans, uiuunt inique, quoniam deo non uiuunt, nec se, nec sua in eius honorem atque obsequium referunt ac conuertunt, à quo quicquid sunt & habent, sortiti sunt. Insuper, sola ueritas ac sapientia increata, sponsa est intellectus creati. Cæterę ueritates sunt quasi pedissequæ & ancillæ, cum quibus impie fornicatur, dum eis magis quàm primæ ueritati innititur ac inhęret. Similiter affectus creatus habere se debet ad summam bonitatem, ei maxime & finaliter inhærẽdo, & bonitates in creaturis asperfas, referendo ad illam. Hinc panis iste cœlestis non solum quotidie, sed assidue quoq; & iugiter est edendus, & absq; cessatione in mente habendus, amplectendus, atq; retinendus, propter quod non solum quotidianus, sed & supersubstantialis uocatus est, cuius subtractio est internæ ac spiritalis uitæ extinctio. Nec tamen oportet animam semper actualiter primę ueritati esse intentam. Cum ergo anima creata sit panem hunc manducare, & deus ipse nihil inaniter ac frustra creauerit, necesse est ut panem hunc, utpute seipsum exhibeat ipsi animæ manducabilem siue esibilem. Præterea, cum deus sit incomparabiliter magis pius & prouidus circa filios gratię suę, quã quęcunq; mater circa filios uteri sui, & ipsę matresfamilias naturali pietate & charitate ministrent filijs suis escas secundum capacitatem & dispositionem illorum in specie lactis, pulmenti, aut panis, multo plus inæstimabilis clementiæ, ac paternalissimæ prouidentiæ deus, filijs suis adoptiuis dispensat hunc panem supersubstantialem iuxta capacitatem ipsorum. Habet equidem filios quosdam quasi perfectę ætatis fortes ac ualidos, puta ciues supernos, q panem hunc edere possunt in sua propria forma. Habet & filios paruulos, qui hoc pane uesci non queunt in propriæ formæ soliditate. Idcirco necesse est ut in alia forma quæ eis esibilis sit, ipsis proponat eundem. Nulla uero forma ad hoc existit conueniens, nisi ostendat illum esse panem, imò omnis alia forma illos absterreret, & forma carnis comedere cupientes auerteret. Sed forma panis adhoc communissime fuit aptissima. Denique, homo in hac uita panem illum in sua claritate & gloria nullatenus ferre potest. Et si ultra uires homini ordinatione diuina datur, deficere cogitur & diffluere à seipso, ut patet in uisionibus prophetarum, & raptibus contemplantium. Omnis autem uisio prophetica seu contemplatio uitæ præsentis, quantæcunque uidetur consistere claritatis, plus distat à fulgore cognitionum sanctorum in patria, quàm tenebrosissima nox à serenissimę diei splẽdore. In specie ergo panis materialis, proponit ille panis supersubstantialis, qm̃ panis pcipuus, cõissimus ac cõuenientissimus cibus est, expressiusq; designans diuini cibi proprietates.

Ephe. 3

Matt. 6.

SA. Quantum imbecillitas nostræ ualet capere mentis, subtiliter ac deuote docuisti ô Veritas summa, animas nostras refici temetipsa: ueruntamen obiici potest, q̃ sancti & electi fideles, qui à mundi principio usq; ad primitiuæ ecclesiæ fuerũt exordium, etiã in hac uita cibo illo p fidem contemplationẽq; fidei & amorẽ sunt aliti, sicut & multi sancti Anachoretæ, in ꝑpetua solitudine commorãtes. Non ergo necessaria uidetur realis præsentia assumptæ humanitatis seu corporis & sanguinis tui in sacramento, sed figuralis uidetur sufficere, præsertim cum bonitas tua æterna, & ueritas increata non uideat cibus aut refectio mentiũ creatarũ per modum obiecti recte efficientis, sed p modum causæ formalis intrinsece inhærentis. Sic etenim cibat & reficit cognitio ac dilectio summæ ueritatis ac bonitatis. Hoc ergo si placet, clarius persuade, quòd in assumpta quoq; humanitate in sacramento ueraciter assis. VER. Hoc modò ostendam.

Articulus IX. Quòd in mensa altaris Christus uere realiter assit, & contineatur in forma assumptæ humanitatis. VER.

VNigenitus dei propter homines homo factus, tria in seculo isto pro hominib⁹ officia exercuit & assumpsit, utpote sacerdotis, aduocati, ac medici. Minor nanq; eo inferior ue sacerdos sufficere non ualebat sacramentando & sacrãdo generi humano ac curiæ totius ecclesiæ militãtis. Per minorem quoq; aduocatũ causa totius generis humani agi non poterat. Rursus, impossibile fuit p minorem medicũ totius generis humani læsiones ac uulnera ac morbos curari. Cũ itaq; in officio Missæ tria ista agant, & exercitiũ Missæ tria ista includat officia, necesse est ipsummet unigenitũ dei in officio Missę tria ista principaliter agere, exeq & implere. Officium nãq; Missę, sacramẽtatio & sctificatio extat toti⁹ populi dei, q̃d à minore sacerdote agi pricipaliter nõ põt, sed Chrm q uere summ⁹ sacerdos ẽ, p insinuationẽ aduocare necesse ẽ. Idcirco ipm esse in sacramẽto, q̃ popul⁹ sctificat, atq; ab eo sacramẽtationẽ pcipue fieri cõstat. Sicq; necesse ẽ eũ aduenire in eo q̃ sacerdos ẽ, utputa secundũ q̃ homo, & in forma hũana. Præterea sacerdotale officiũ q̃d ẽ sctificatio populi, nõ explet in Missa nisi p hostiã qua sctificatio & grã populo impetrat. Sed gratiam hãc plebi toti nulla poterit hostia impetrare, nisi quã ipsemet Chrs in ara crucis obtulit, & hæc hostia ipsemet Chrs est. Ipse igit ꝑsonaliter adest, & pri offertur in missa. Insup aduocatus fidelis esse quã suscepit expediendã, ꝑsonaliter adest, si potest, q̃ties causa ipsa reqrit. Cũ ergo in missa causa agat totius ecclesiæ p sacerdotẽ, tanq̃ p procuratorẽ corã pre æterno, & Chrs sit oĩpotens & fidelissimus aduocatus, potens ubiq; exhibere suã præsentiã, q̃d & expeditioni huiusmodi causæ ualde ẽ opportunũ, imò & sacerdoti ꝓcuratori, cõstat q̃ realiter assit. Cõsimiliter necesse ẽ fidelẽ paratũq; medicũ ꝑsonaliter uenire ad ægros, q̃s suscepit curãdos, & q nõ nisi ab eo queũt curari, quoties eorũ reqrit infirmitas, adhibereq; illis unguẽta & medicationes. Qm̃ ergo tota ecclesia sua est ægra, & unusq̃q; de ecclesia ęger est, hoc est medicamine indigens, siue ad curationẽ, siue ad conseruationẽ in bono, siue ad præseruationem à malo, hinc oportet ipsum ad curandũ uenire, quoties de ecclesiæ medicatione agit, & plebis curationi intenditur. Cũ ergo hoc pręcipue in Missa agat, oportet Christũ ibi adesse ut medicũ, quatenus plebi medicationis officiũ sanitatisq; beneficiũ largiatur. Aduenit ergo cũ oĩm unguẽtorum alabastro spũalium, in cruce undiq; apto ac fracto, q̃d est sua humanitas, seu cũ carne quod est efficacissimũ cataplasma contra uniuersas lęsiones dolores q̃ spirituales, tanq̃ solidissimum suauissimũq; antidotum contra cunctos humores noxios uitiorũ. Atq; cũ sanguine suo, quod est uelut syropus mulcebris atq; dulcissimus, tanquã liq̃da medicina, ualens contra oĩes animarũ languores ac uulnera. Quorũ duorum uirtutes in ipsa dominica passione potissimũ claruerunt. Itaq; tota Missa est Christi officium principaliter, licet sacerdos & ministri exhibeant ministeria sua. Hinc necesse est ipsum Missarum solenniis interesse, ac prætacta in eis officia adimplere. Attende ergo quòd Missæ celebratio nõ est nisi sanctificatio populi per nominis diuini inuocationem. Et sacrificium & actio seu uentilatio causę eiusdẽ populi corã deo per preces & munera: medicatio quoq; seu potionatio spũalis eiusdẽ populi tanquã per antidotũ syropũ. Itẽq; refectio eius p panẽ & frumẽtum electorũ, & p uinum germinãs uirgines: quid nempe bonum dñi, aut quid pulchrũ eius, nisi hæc dona, ista unguenta, hęc sacrificia illibata? Amplius, sicuti per communionẽ corporalis refectionis homines in dilectione naturali ac sociali proficiunt, ita per communionem huius spiritualis edulii erant ad dilectionem spiritualem atq; ad ecclesiasticam unitatem potissime inducendi. Deniq; ad huius declarationem, superius quædam introdu-

ctę sunt rationes, ut quòd cibum oportet realiter uniri cibato: & quòd signum plenę dilectionis proportionari debet magnitudini charitatis. Rursus, quoniam Christus totum se utilitati nostrę, profectui ac saluti exposuit, & nihil ita accendit ad diligendum sicut consideratio mortis, quam quis pro alio spontanee passus est, atque perfecta ostensio pręuenientis dilectionis alterius ad se, ideo Christus uoluit in Missę officio offerri realiter in commemorationem suę passionis pro nobis, ac suę dilectionis ad nos. Iterum, quoniam ipse est sacrificium summe incomparabiliterque acceptum patri cœlesti, ac suauissime fragrans, uoluit personaliter sic offerri, ut copiosius succurreret his, pro quib' semel se obtulit in cruce. Postremo, quoniam cor eius instar fornacis ardebat igne diuini amoris, ac zelo humanæ salutis, exhibuit totum se ad omne illud quod maius fuit, pro dei patris cultu, reuerentia, laude & gloria, & pro multiformi ac gratioso generis humani auxilio. Quod totum per hoc extat impletum, ad quod ipse in Missæ officio specialiter immolatur, per quod summa pietas, liberalitas, beneficentia dei ad homines recoluntur, & eius beneficia extolluntur, eius promissa magnificantur, diuina maiestas deuotissime collaudatur, glorificatur & honoratur, gratesque ei referuntur indesinenter. Nec prætermittendum est hoc, quòd maxima promerendi occasio hominibus est collata in exhibitione tam incōprehensibilis sacramenti, dum intellectus hominis in captiuitatem se redigit, in obsequiū Christi, credendo admirabilissima, quæ propter autoritatem attestationis ueritatis diuinæ, de hoc sacramento creduntur.

Articulus X. Prosecutio huius materiæ. VER.

VIdes quod princeps reipublicæ secularis publicos statuit aduocatos ad supplendum imperitorum defectum, ne ex sua imperitia amittant ius suū: quanto magis omniū iudex & rex deus uniuersorū, sufficientiæ & insufficiētiæ consulēs
1 Johan. 2. humanæ, atque ęternæ damnationis periculis eorū occurrens, publicum ac sufficientissimū constituit toti humano generi aduocatū, qui in cōsistorio dei patris miseris, quātum permittit iustitia, indesinenter succurrat. Denique, cum tres intentiones & pręcipui actus sint cultus diuini ac ueræ religionis, uidelicet honorificētia dei, impetratio ueniarum, & adeptio gratiarū, multū deesset cultui dei, si durante tanta trāsgressione ac culpa, desit aduocatus & sacerdos, ad impetrandum cunctis ueniam ac gratiā efficax, utpote Christus. Vnde & usque ad eius aduētum ualde incompletus extitit dei cultus, tamen in fide saluatoris uēturi exaudiebātur antiqui fideles. Denique Christus ex omnimoda sua charitate, pietate & liberalitate sic ordinauit, ut quotidie in innumerabilibus locis, & ab innumeris sacerdotib' offeratur, quāuis sit sacrificium sacramētumque unum, ut deus pater abundātius honoraretur, dum in omni loco offertur ei mūdissima ista oblatio, in cuius officio bonitas, misericordia, excellentia & omnis pfectio, sapientia ac prouidentia magnifice extollūtur, & opera eius excellētissima decātantur. Ipseque pluribus actibus latriæ honoratur, imò ipsa experientia docet, quod quamuis sacramentū istud sit incomprehensibilissimum, tamē multum cōseruat Christianę fidei cultū in esse, ut celebratio, immolatio, atque communio sacramenti istius, cuius causa fideles in ecclesiā omni die conueniunt, suoque tempore confitētur, & per confessores, satisfactiones, orationes, ieiunia, abstinentias, & ad communicādum se pręparāt, ita quod sicut eadem mensa deputataque hora corporalis refectionis præcipue causa est, quod eiusdem domus familia, eiusdemque patrisfamilias filij ac ministri corporaliter congregantur, sic huius spiritualis edulij celebratio ac sumptio, maxime causa est, quod fideles mente & corpore in ecclesia colligūtur, ac quadam spirituali amicitia copulantur. SAC. Hæc omnino ita se habent: ego autem omissis altis materijs, cupio informari, qualiter ad celebrādum me debeo pręparare, quomodo etiā in celebratione me debeam habere: & rursus, qualiter postea me custodire debeam, gratiasque referre, ac gratus manere. VER. Optime cupis, & tam sancto desiderio satisfacere mox curabo, ppaucis pręmissis de dignitate sacramenti istius, ultra ea quæ dicta sunt: item de sacerdotali dignitate & ordinis potestate: quatenus ex his clarius scias, quàm uirtuosam esse uitam oporteat sacerdotum, & quàm solicite debeat se præparare, custodire, dirigere.

Articulus XI. De dignitate sacramenti altaris. VER.

AD declarandā sacramenti eucharistiæ dignitatem, omnia pene hucusque introducta conspice pertinere. Quamuis enim panis in corpus, & uinum in sanguinem conuertātur, directe tamen ut dixi tibi ex concomitantia, tam sub speciebus panis quàm uini post cōsecrationem totus Christus perfecte ac integre continetur, ac

patri

patri offertur. Attamen sicut Christo secundum assumptam humanitatem, non secũdum suam diuinã naturam competebat promereri, pati, satisfacere, ita & offerri. Efficaciam uero & idoneitatem promerendi tam infinite & satisfaciendi pro uniuersis tam plene habuit ex immediata & hypostatica seu psonali unione cũ natura diuina. Itaq; in sacramẽto totus Christus deus & homo cõtinetur, sumitur & offert. Et nosti q Christus secundũ naturam diuinã sit deo patri uere æqualis, ideoq; infinitæ penitus dignitatis, excellẽtię, sanctitatis ac maiestatis. Porro secundum naturã humanã ut deitati ita unitã, dignior est, deoq; charior quàm totũ residuũ uniuersum. Deus qppe tãto plus diligit creaturã, quãto maiora & plura bona tribuit ei. Cũ ergo uerbũ ęternũ cõicauerit naturę hũanæ, quã assumpsit suũ eẽ increatũ, psonale, suppositũ eũ in illo eodẽ eẽ, in q ipsum uerbũ eternũ æternaliter est subsistẽs, innotescit q maius bonũ cõicauit & dedit ei q cæteris cũctis creatis simul acceptis, & q totũ uniuersum existit. Insup gratiã habitualem quodãmodo infinitã pręstitit animę Christi, id est, tam magnã, q mens creata capax nõ est gratię amplioris. Et idem dicendum de uirtutibus & donis actibusq; eorũ, atq; de donis & bonis gloriæ animæ Christi collatis ab exordio suę creationis, quantum ad uires suas superiores, in tanta excellentia, quòd creatura non est capax taliũ in plenitudine exuberiori. Et quãuis beatissimę uirginis sanctitas, beatitudo & gloria inæstimabiliter maior ac plenior sit felicitate & gloria cuiuslibet sancti in patria, secundũ quòd decuit ueram matrem ueri dei, uere comparentalem deo patri, quasi incõparabiliter & uere ineffabiliter à deo honorari, repleri, ditari, beatificari, ac sublimari præ unoquoq; dei ministro, attamen gratia, sanctitas, perfectio, beatitudo & gloria humanitatis Christi inenarrabiliter plus trãscendit perfectionem, sanctitatem & gloriam suæ dignissimæ genitricis, quàm perfectio atque felicitas deiferæ uirginis gratiam & gloriam cuiuslibet beati. SAC. Horum cõsideratio me perterret. Nempe ex his facile est considerare quàm incomprehensibilis sit superuenerandissimi dignitàs sacramenti. Quo pensato, simulq; propria indignitate, uilitate & omi prauitate pensatis, qd mirum si horrore concutior? Quia (ut uereor) toties indigne accessi, & ne denuo me contingat indigne accedere pertimesco. Et tamen hæc ipsa quę nunc audio, aliquando legi., sed prohdolor ea ut debui non perpendi. Certe agnosco & fateor q tu dñe Iesu Christe unigenite patris æterni, nõ minus gloriosus es, non minus splẽdes ac radias, non minus à sanctis angelis adoraris in manibus sacerdotis, q in sinu & dextera dei patris. Non minus reuerẽter ac pure dignus es contrectari ac sumi in sacramẽto, q in cœlo empyreo: imò quo te magis dignãter ad nostrã paruitatem inclinas, eo cũ pcordialiori gratiarũ actione & reuerentia es sumẽdus. Heu mi dñe, qd hic dicam? Amãtissima & pręclarissima mater tua te adhuc infantulũ ex se natũ, cum reuerẽtiali quodã timore, cũ ingẽti reuerentia, in suo mũdissimo gremio fouit, aspexit, atq; ad uirginea sua ubera tenuit, non de materna autoritate, nõ de singularissimo priuilegio sibi collato, non de incomparabili sua sanctitate & gratia summa immoderate præsumens, teq; uicissim uix tãgere audens. Sic & consanguineus tuus pręco, præcursor eximius, quo, te teste, inter natos mulierũ maior non surrexit, te baptizare exhorruit, imò tibi in minimo obseq se fatebatur indignũ. Et ego trãsgressor uilissimus, toties, tam intimorate, tam impure ac frigide ad celebranda tua sacratissima mysteria adij, tam indispositus te tractaui, tam indigne suscepi, & postea extiti tam ingrat9, incustoditus, tamq; celeriter recidiuãs. VER. Rite concludis, & sapienter consideras. Nec de sacramenti huius dignitate & eminentia oportet me prosequi plura. SAC. Non dñe mi Sed ego de hac tua inęstimabili ad nos charitate, dignatione, munificentia miror, & uolo mirari. Sed sicut motus maiores expellũt minores, sic admiratio maior extrudit minorẽ. Dum nanq; attendo quòd genus humanum defectuosum, decliue ac fragile, ad tuæ superessentialis deitatis claram intuitionem, beatificamq; plasmasti fruitionem, nõ apparet mihi adeo admirandum, quòd eis in isto exilio te sic tradis ad tempus uelatum, quibus paulopost in cœlesti palatio trades te reuelatum ad intuendum supernaturaliter, clare, per speciem, indesinenter; ad perfruendum dulcissime, sempiternaliter: ad possidẽdum tutissime cũ hęreditaria contentatione. Et istud in ualle hac lachrymarum ad subuẽtionem ac meritum, illud in patria ad glorificationem & præmiũ. VER. Beati quos paracletus spiritussanctus à me procedens, ita de lege dei docuerit, sicut nunc te unctio docet, si tamẽ ipsi & tu in gratia ista cum prompta obedientia ac finali perseuerantia persistatis. Si autem proieceris deum à te, proijciet te à se in æternum. SAC. Ab utraque proiectione ista præseruet me incessanter gratia & pietas tua immensa.

Marc. ... Matt. ... Matt. ... Luc. ... Iohan. I. Psal. 51.

Articu-

Articulus XII. De præclarissima dignitate potestatis ac ordinis sacerdotalis euãgelicæ legis.

VER. EGo ueni in mundũ hunc factus homo, ut homines deificarem. Et pretiosa copiosaq; munera gratiarum contuli eis, ut per hæc efficiãtur diuinę consortes naturæ, non naturã propriã amittendo, neq; substantialia deponendo, sed eã in accidentalibus meliorando. Et nunc quidem in uia hac inchoatiue & incomplete, cũ quotidiano profectu, deinde in patria per saluberrimã remunerationem cum fixo feliciq; perpetuoq; aspectu. Sic in primis excellentissime deificaui electissimam ac amantissimam matrem meã, ex cuius mundissimis sanguinibus naturã assumpsi humanam. Deinde sacratissimum pręcursorem, atq; post passionem meã gloriosos apostolos, quos præ cæteris legis naturalis ac Mosaicę sanctis primitijs spiritussancti impleui, & charismatibus gratiæ gratum facientis, ac gratiæ gratis datę, clarissime, supernaturaliter ac deiformiter decoraui. Quibus & inter cętera ecclesiasticas contuli potestates: inter quas eminet & pręfulget sacerdotalis potestas, quę talis ac tãta est, ut super eius magnitudine plurimum admiretur etiã angelica celsitudo. SAC. Certe ô ueritas summa ex inductis celeriter elucescit, quo maior est dignitas & excellentia sacramẽti huius uiuifici, diuini ac adorãdi, tãto sublimior atq; diuinior fit supernaturalis ista potestas consecrãdi, tractandi, sumendi ac alijs porrigendi hoc sacramentum. Cuius consecratio atq; dispensatio nulli angelorum spirituum, nulli ex ordinibus sacratissimorum Cherubin ac Seraphin, sed solis presbyteris est concessa. Nec puto quod omnis potestas iurisdictionalis, papalis atq; episcopalis, quibus põtifex summus cunctis pręfulget ministris ecclesię, tãta sit, ut potestas ista sacerdotalis, qua & infimus ornatur sacerdos. VER. Libenter te audio de tanta re tam catholice disputantem. Nec enim pontifex summus maiori fungitur potestate super uerum corpus meum, quàm presbyter infimus, sed solum super corpus mysticum, quod est ecclesia. Longeq; maius ac dignius est, uerum corpus meum & sanguinem cõsecrare, meq; uerũ deum & hominem sic sibi exhibere præsentẽ, sic deo patri pro tota ecclesia offerre, sic tractare, sumere, dispensare, quàm cæteri actus, quos exercet pontifex summus circa meum mysticum corpus. SAC. O quãta est dignitas ac uilitas ipsius sacerdotis, carnalis presbyteri: nempe quo maior est dignitas eius ex munere tuo, eo maior ẽ uilitas eius ex uitio suo. Hoc (ni fallor) intellexit, cõsiderauit & expauit magnus ille Constãtinus, ex paganismo ad te per miracula clara conuersus: teq; in baptizatione sua intuitus, quod sacerdotes uocasti deos: & dixit, Si uiderem sacerdotem turpiter agentem, pallio meo ipsum cooperirem, ne uideretur sic agẽs. Electus quoq; tuus Franciscus: Si Laurentius, inquit, martyr & pauperculus sacerdos mihi occurrerent, permitterem stare Laurentiũ sanctum, & ad pauperculum currerẽ sacerdotem, ac flexis genibus oscularer manus ipsius. VER. Fideliter loqueris. Nec enim solis tantum excedit lumẽ lunæ aut syderum, quantũ sacerdotalis ordo aut uis omnem potestatẽ ciuilem ac secularem. Nec tãtum transcendit aurum pretiosissimũ aut gemma clarissima uile lutum, quãtum sacerdotij euãgelici dignitas excellentiã regalem atq; imperialem: deniq; quantum corpore extat præstantior anima, tãtum potestas spiritalis dignior est terrena. SAC. Heu quod ita degeneramus. VER. Audi adhuc. Intuere quàm eminenter sacerdos per sacerdotalem characterẽ, qui est potestas & sacer ordo presbyteralis, præfulgeat cæteris mere

Mat. 26. præsentet. Quemadmodũ enim ego in cœna nouissima corpus meum & sanguinem consecraui, & ea in cruce obtuli deo patri, meq; immolaui, habui officia aduocati & sacerdotis

1. Iohn. 2. tis ac medici, imò ac reconciliatoris ac saluatoris, ita sacerdos potestate sibi collata in mensa altaris consecrat & offert patri æterno corpus meum & sanguinem: & meam, imò & ecclesiæ meæ repræsentat personã, mediatq; inter deum & plebem. Precibus quoq; hostijs ac meritis populum recõciliat deo, & charismata dei impetrat populo, & causam ac procurationem exercet ecclesiæ. Sicq; pro modo suo uicariali exercet aduocati, mediatoris, sacerdotis, medici, ac cooperatorij saluatoris officia. Vnde & angelus domini exercituum

Mal. 2. appellatur. Insuper, cum realiter una & eadem nuncupet potestas consecrãdi corpus meum uerũ, & absoluendi atq; soluendi mysticũ corpus, puta subiectos in foro contentioso, quãuis propter actuum distinctionẽ duæ potestates uocentur, constat quàm sublimes proprietates & appellationes sacerdotibus competãt, cum sint cœlestes clanigeri, sanguinisq; diuini pincernę, summi regis cõuiuę, angeli terrestres, homines q; cœlestes, medici animarum, reconciliatores reorum, reductores errãtium, & diuinissimorum exhibitores sacramentorum, patres & saluatores quodãmodo proximorum. Nõne olim Leuitis non sacerdotib⁹ locutus

cutus

cutus est Moyses, Num parũ est uobis, quod elegit uos deus, ut staretis coram frequentia popu Nume. 16.
li, & cremetis ei incensum? &c. Si magnum hoc fuit, quàm incomprehensibiliter maius præcla
riusque consistit, coram populo Christi stare ad sacrificãdum & offerendũ non carnes tau Hebr. 9.
rorum & uitulorũ, sed unigenitum patris æterni? Ozias rex percussus est lepra, quoniam sacerdota 2. Para. 26.
le sibi usurpauit officiũ. Gedeoni quoque uirorum fortissimo, angelica apparitione, allocutio Iudic. 8.
ne, informationeque digno habito, factũ est in ruinã, quod ephot sibi constituit & altare, intro
mittens se plus debito de illo officio. Et ecce uniuersum illud Leuiticũ ac sacerdotale le
gis scriptæ officiũ circa carnales, materiales, irrationabiles uersabatur oblationes ac hosti
as, in quibus formaliter nil extitit sanctitatis. Si itaque officiũ illud Leuitarum & sacerdotũ lega
lium, reputatũ est tanta reuerentia & sublimitate dignũ, & si ita plagati sunt qui illud sibi
usurpauerũt, nonne incomparabiliter præstãtius est sacerdotiũ euangelicæ legis, quod cir
ca sacrificiũ dignitatis immẽsæ uersatur, & alios tã præstãtissimos habet actus: Atque intantum
transcẽdit sacerdotiũ illud legale, quãtum lux umbrã, ueritasque figurã, & spiritus carnem? Et
rursus, quàm enormiter peccant, qui tanti sacerdotij actus exequũtur indigne, & ipsum cõma
culant conuersatione degeneri. SAC. Nil uerius dici potest. Et spero si legerint ista, aliquali
ter compũgentur. VER. Indurata sunt corda multorum, qui quo spiritualius uiuere obligan
tur, eo iusto dei iudicio grauius excæcantur, dum iuxta sacerdotij sui exigentiam uiuere
non conantur.

Articulus XIII. De præparatione ad celebrationem. VER.

NOsti quoties & qualiter per Moysen de legalibus illis templi ministris, qui irrati
onalia pecora & inanimatas offerebant materias, iussit: Sacerdotes qui accedũt Exod. 19.
ad dominum, sanctificentur, ne percutiam eos. & denuo, Sacerdotes incẽsum Leuit. 19.
& panes offerunt deo, ideo sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius.
Itemque, Homo qui habuerit maculam, non offeret &c. Verum quo euangelicæ le Leuit. 21.
gis sacerdotium, & rursus, quo ipsa euangelica lex spiritaliores, perfectiores ac diuiniores
sunt sacerdotio illo legali, typico, ac lege pędagogica & seruili, eo sacerdotes ac ministros
altaris legis euangelicæ oportet spiritaliores, perfectiores ac diuiniores cõsistere sacerdo
tibus ac Leuitis illis legalibus, quos summe oportet cauere, ne polluant nomẽ dei: hoc est, Leuit. 19.
ne plebẽ scandalizãdo prouocet ad inhonorificentiam creatoris, & ei fœdum exhibeant
cultum, ac quantum in ipsis est, innuãt & ostendãt ipsum inhonorabilem esse, cui ipsi tam
irreuerenter & inquinate audent astare. SAC. Sacerdotibus legalibus multa leguntur ius
sa, præsertim tempore ministerij sui in templo, deo dicẽte: Vinum & omne id quod inebri Leuit. 10.
are potest, non bibetis quando ministratis in cultu tabernaculi, ut habeatis scientiam dis
cernendi inter sanctũ & prophanũ. Tunc quoque iubebãtur à suis uxoribus abstinere, atque Nume. 6.
relictis domibus suis, curis & occupationibus rei familiaris, commorari in ædibus in tem
pli circuitu situatis. Thymiama etiã adolere in templo, ne odor sacrificiorum affligeret quen Exod. 30.
quam. VER. Bene commemoras. Et quamuis illa ad literam iussa sint illis, spiritalem tamen
intelligentiã habent, & aliquid præfigurabant, utputa sacerdotes ac ministros ecclesię omnem
debere carnalitatẽ uitare, pręsertim fœda ac uilia gustus tactusque uitia, in quibus turpitudo
est maxima. A quibus & olim sacerdotes gentilium saltem quorundã, extreme se subtraxe
runt. Quòd item sacerdotes & cuncti in sacris ordinibus ecclesiæ constituti, ab omni occu
patione superflua circa terrena, imò & circa domestica ac necessaria debeãt se arcere, totoque
corde intenti esse diuinis, & in templo mente & corpore libentissime esse, ecclesiam quo
que dulci odore laudabilis famę, ac fama uirtuosę exẽplaris uitę respergere, ut sint bonus odor 2. Cor. 2.
dei in omni loco, & odor uitę fidelibus in uitã æternæ salutis, ne ex eorum diffami conuersati
one ac detestabilis famæ odore, dei populus molestetur ac scandalizetur. Nũc igitur cer
ne quantorum rei sunt criminum, quàm infinitam damnationem & intolerabilia mereant sup
plicia sacerdotes & clerici euangelicæ legis, qui obliti timoris ac reuerentiæ dei, omnisque
modestiæ, sacerdotium suum ac nomen dei sui deturpant, inhonorãt, conculcãt uitijs gu
læ atque luxurię, auaritia, inexemplaritate, curisque seculi, ambitione, uanitate, negligẽtijs &
omissionibus multis. SAC. O domine, quale iudiciũ imminet istis? & cur nos miseri insensa
tique sacerdotes, sumus tam intimorati, tam negligentes & dissoluti? VER. Occurram eis ut 2. Reg. 17.
ursa raptis catulis, dirumpam interiora eorum, & consumam eos ut leo: ponam eos ut cli
banum ignis, demergam in foueas infernales, sulphureis inferorum æstuantissimis pute
is ipsos includã. Ardẽtissimisque Acherõtis includẽtur caminis, iacebũt sup fundamẽta sup
calidissimi laci. Nec tamen cruciabũtur intẽtissimis frigorib. uehemẽtissimis gehẽnę incẽdijs,
quan-

quantum pressuris ac desolationibus extremæ amarissimę desperationis. Reuelabũt cœli iniquitates eorum, & terra aduersus eos consurget, & manifesta omnibus erunt eorum facinora, pugnabitq; contra eos uniuersitas pro me creaturarũ. Tu ergo si quæris tormenta ista euadere, ad celebrationem cõdigne pro uiribus te dispone, caue ne grauetur cor tuum immoderantia cibi ac potus, aut somni: noli per os illud uẽtrem tuũ ingurgitare, p quod corpus & sanguinem meum sumis: noli linguam tuam loquacitate, otiosis ue uerbis, aut quod abominabilissimũ esset, detractione, seminatione discordiæ, mendacio, pungitiuis, scandalosis ue uerbis commaculare, per quã sacratissima Missę aut Canonis profers. Cor tuũ ab omni euagatione, distractione, dissolutione, potissime in diuinis, ab omni quoq; affectione illicita diligentissime reprime, & custodi oculos à circunspectione & intuitione incauta ubiq;, maxime in ecclesia cohibe. Indesinenter considera omnipotentis præsentiam, atq; in summi ac metuẽdissimi iudicis tui conspectu solicite uiue, timorate incede, exemplariter ambula, fructuose & ordinate te occupa, ac iugiter proficere stude. SAC. Bona fateor præparatio talis, ego autem & similes mei cum pręparamenta nostra legerimus, arbitramur nos præparasse ad celebrãdum, confessione præmissa. VER. Nunquid pręparatio hæc sufficit uerbalis? aut nunquid uera confessio sine contritione aut cõpunctione poterit esse? Qualis autem contritio aut compunctio est in illo, qui post confessionẽ mox redit ad pristinas leuitates, negligentias, aut peccata? Nonne uirtuosa requiritur uita, cõscientia munda, mens timorata & grata? SAC. Quis sic uiuere ualeat in medio hominum? Et quamuis religiosis uideatur tam uirtuosa cõuersatio aliquo modo possibilis, secularibus tamen presbyteris impossibilis esse uidetur, aut ualde difficilis. VER. Aduerte quod scriptũ est, Nõ declines cor tuũ in uerba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis. Porro ego ostendã tibi, quàm possibilis sit etiam seculari presbytero huiusmodi uita. Certe si talem ac tantã diligentiam adhiberent ad uitandũ perditionem uitæ gratię, diuitiasq; uirtutum, sicut ad præcauendũ amissionem uitæ naturæ ac temporalia bona, mox sanctitatem attingerent. Recogita si iturus esses per cãpum, aut syluam hostibus plenam, latronibusq; uallatam, cũ pretioso tibi præcharo thesauro, qualiter te custodires, quàm formidolose & circũspecte procederes: si cum tanto dei timore atq; custodia ambulares per uiam arctã felicitatis, nonne prædicta protinus adimpleres? Quę est ista torporis ignauia, ne dicam peruersitatis malitia, diligentius custodire uitã corporalem, possessionemq; temporalem, quàm uitam spirituale, & opulentiam salutarem ac æternalẽ? Nonne quod diligentius custodit, magis amari uidetur? SAC. Cõclusum est mihi, & uictũ me gratulor. VER. Adhuc clarius tibi ostendam, quàm sancta debeat esse cõuersatio sacerdotum, & qualiter ad celebrandum se debeant præparare.

Mich. 6. | Psal. 140.

Articulus XIIII Quàm uirtuosa, sancta & exemplaris debeat sacerdotum uita consistere.

VER. Aduerte quòd charus & electus meus Magnus Dionysius protestatur: Non ẽ, inquiens, audendũ, alijs ducem fieri in salutis officio, nisi quis secundũ omnem uirtutem deiformissimus sit effectus, id est, ualde consimilis deo & eximie uirtuosus, ita ut de plenitudine & exuberantia sua alijs queat communicare atq; influere. Porro in omni ordine sacro constituitur homo dux alijs in diuinis. In sacerdotio autem præcipue. Si ergo in minoribus sacris ordinibus constitutos, necesse ẽ ita deiformissimos esse, quanto magis in sacerdotio? Insuper, idem ille illuminatissimus sanctus fatetur, q in sacris constitutus, & diuina indigne exequens & exercẽs, est quasi dei irrisor & subsannator dei, habens se ac si putet deũ ignorare quæ ipse scit. Hinc in omni actu ordinis sacri peccat mortaliter. SAC. Rigorosus est sermo iste temporibus istis, quibus charitas ita refriguit. VER. Nonne per Moysen iussi, Iuste quod iustũ est exequeris? & iterum, Sancti eritis, quoniã ego sanctus sum dominus deus uester. In Euãgelio quoq;, Estote pfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Sed hæc non sacerdotibus & clericis tantũ præcepi. Vtinam efficaciter penses, ad quàm uirtuosam, syncerã, exemplaremq; uitã quilibet obligatus sit Christianus, qui & inimicos suos tenetur diligere, pro persequẽtibus exorare, & benefacere odientibus se, corpus quoq; crucifigere cũ uitijs & concupiscẽtijs suis. Qui si dixerit proximo suo, Fatue, reus censetur gehẽnæ: & si in uno offenderit, fit omnium reus: atq; per arctam uiam proficisci tenetur, quæ omnia adimplere quis poterit, nisi semper corã deo custoditus, timoratus, solicitusq; fuerit? Deniq; certissimũ est, unũquenq; astringi ad uirtuositatẽ ac puritatẽ tãto maiore, quãto in altiori extat officio, ordine, digni

Dionysius. | 1. Petr. 4. | Dionysius. | Deute. 16. | Leui. 11. | Matt. 5. | Luc. 6. | Roma. 12. | Matt. 5. | Gala. 5. | Matt. 5. | Iacob. 2. | Mich. 6.

gnitate ac gradu. Ideo iuxta mẽsurã dignitatis & altitudinis sacerdotalis ordinis propor tionabiliter uirtuosa, eminens & pfecta debet consistere uita cuiuslibet sacerdotis, ut tanto ab omni immoderamine passionũ, ab omni elatione, ira, indignatione, impatientia, acedia, carnalitate sit purior, bonisq; uulgaribus maior atq; diuinior, quãto ratione sacerdotij in statu & gradu ẽ altiori. Sicq; ambulet digne deo in omĩ mãsuetudine, patiẽtia, pietate, ad ignoscendũ pronissimus, imò tã bonus ac uirtuosus, ut offendi non queat, uisceribus charitatis affluẽtissimus, zelo diuini honoris ac fraternę salutis semper uehementer accensus, q in oĩbus suis horis ac precibus, præsertim in celebratione æstuanti affectu oret pro cõmuni bono ecclesię, pro uiuis ac mortuis, pro parentibus, propinqs, cõmissis, bñfactoribus, ac cæteris pro quibus q̃cunq; modo habet orare, & in modo sibi possibili proximos trahat ad deũ. Postremo, quę Apostolus scribit ad episcopos ptinere, ad sacerdotes quoq; pro maxima ptinent parte, imò ad quẽlibet Chrianum pro parte maiore. Oportet inqt, episcopũ eẽ irrephensibilẽ, sobriũ, ornatũ, pudicũ, prudẽtem, hospitalẽ, doctorẽ; nõ uinolentũ, non pcussorem, non litigiosum, non superbũ, non iracundũ, suæ domui bene pręposítũ. In qbus oĩbus oportet episcopos & sacerdotes tãto prę cæteris eminere, quãto prę populo in eminentiori sunt dignitate & ordine, nisi q esse doctorẽ, & suæ domui bene esse præpositũ, spectat ad pręsidentes. Ephe. 4. Iacob. 1. 1. Tim. 3.

Articulus XV. Quòd tota conuersatio sacerdotis debet esse continua ac realis præparatio ad celebrationem, & gratiarũ actio pro bñficijs dei. VER.

NOn sufficit omnipotẽti laus & honoratio oris, nisi ex synceritate & deuotione prodeat mentis, uirtuosisq; actibus decoretur. Si igit ò sacerdos sapienter attẽdas, quãta sit huius excellentia, sanctitas ac dignitas sacramenti, confestim fateberis te non posse cor tuũ sufficiẽter ad eius susceptionem disponere, neq; pro suscepta communione satis posse regratiari, etiã si mille uixeris annis, & die ac nocte sine interruptione ac cessatione totis uiribus te præpares ad celebrãdum, & gratias agas pro susceptione ac collatione muneris tanti. Quid itaq; restat, nisi ut omne quod tibi in his possibile est facias, & tñ nihil cõdignum fecisse te recognoscas, p respectum ad incomparabilẽ excellentiam sacramenti. Itaq; cũ non sit conueniens contrariorũ, dissimiliũ, discordantiumq; coniunctio, sed eorũ quibus est cõcors uoluntas, dispositio apta, conformatio bona, & dñs ac saluator qui in hoc sacramento uerissime continetur, sit secundũ suã deitatem essentialiter & infinite purus, ac sanctus fons omnis uirtutis: & tanto plus odiẽs iniqtatem, quãto in seipso sanctior, iustior, sapientiorq; consistit, certum est te tanto aptiorem & digniorẽ existere ad celebrandũ & sumendũ hoc cœleste mysteriũ, superdignissimum sacramẽtum, quanto ab omni negligentia, ingratitudine, leuitate, distractione, irreuerẽtia & peccato immunior fueris: & rursus, tanto ineptiorẽ indigniorem q; ad celebrãdum esse te noueris, quãto his malis magis es subditus. Cũ ergo q̃tidie aut frequẽter sis celebrãs, oportet te indesinẽter omĩ hora die ac nocte esse solicitũ, prouidũ ac feruentẽ, ne qd culpę inueniat in te, p quam indignus aut minus dignus ad celebrandũ existas, aut ingratus seu minus gratus de bñficijs tantis. Erubesce mente non pura, frigido corde, sine reuerentia, sctitate & feruore ad sctm̃ sctõrũ accedere, fonti infinitę mũditię te unire, unigenitũ dei suscipe, deũ ac iudicẽ tuum sine debita ueneratione tractare: imò quo frequentius celebras, eo deuotius, magisq; timorate, reuerenter & amorose habere te satage. Iugiter ergo dic tibijpsi in corde tuo: Ecce hodie aut in breui deo celebrabis ppicio, aut celebrasti: ubi est præparatio & gratiarũ actio tua? ubi profectus & fructus tanti mystrij? Noli hospitem tantũ offendere: noli tam infinitæ bonitati, charitati, dignationi, misericordiæ & bñficentiæ eius ingratus cõsistere. O si à rege terreno aut pręsule magno esses inuitatus, q̃ humiliter & decẽter ad mẽsam eius accederes: q̃ inuite eũ in ipsa conuiuatione offenderes: quantas dignationi eius ageres grãs: imò & de cætero plus solito ei placere curares, quis parui esset ualoris q̃d tibi ad uescendũ proponeret. Cur ergo regi seculorũ, immortali, inuisibili, uero deo, dei filio incarnato, te ad suã mensam q̃tidie inuitanti, suscipiẽti, suoq; corpore & sanguine te reficienti, nõ amplius uerecũdaris ac refugis ingratus eẽ, à quo etiã omnẽ aliũ accipis cibum ac potũ, & qcquid habes & es? Itaq; toto corde, & toto conatu animæ tuæ labora huic altissimo dño, gratiosissimo amatori, & liberalissimo refectori, & deo totius salutis tuæ quotidie magis ac magis placere, feruentius ac stabilius adhærere, pfectius obsequi, & ipsum intra te indesinenter brachijs syncerissimę charitatis amplecti. SAC. O deus dulcissime, desiderio meo copiose satisfecisti, de præparatione ad celebrationem, & de at- 1. Timo. 1.

M ten-

tentione habenda in ea, atq; de gratiarum actione postea exoluenda, me taliter instruendo. Verũtamen precor humiliter plenius informari de qualitate deuotionis, & actuali attentione eleuationeq; mentis in celebratione habenda, & an necesse sit sensibilem ac sensibiliter dulcem habere deuotionem, ad quam aliquãdo indispositum, & quasi impotẽtem meipsum inuenio. VER. De hoc te erudire non desinam. Nihilominus prius breuiter tibi tangam quatuor ante celebrationem consideranda, ad quæ quædam alia referũtur, quæ à quibusdam ponuntur.

Articulus XVI. De quatuor principaliter attendendis ante celebrationem, imò & in ea. VER.

IN omni oblatione & sacrificio sunt quatuor considerãda: utputa quis, quid, cui, quare. Tu ergo antequam celebres, in primis attẽde teipsum, quis & qualis sis q celebrare proponis, conscientiã discute, & ante confessionem examina, qualiter habeas te in cunctis, quantũ & qualiter hic in cibo & potu ac somno, in uerbis, in cogitãdo, appetendo, operando excesseris: similiter in custodia sensuum, in persoluendo diuinũ officiũ, in uanis suspicionibus, in temerarijs iudicijs, an aliquẽ scandalizasti, aut illicite offendisti, an motus passionũ debite refrenasti, an iuxta tuæ exigentiã uocationis profeceris, an tẽpus fructuose expẽderis, quæ & quanta omiseris bona, qualiter post ultimam confessionem & celebrationẽ, pristina, cõsueta ac q̃tidiana uitasti peccata: cũ quali discussione, contritione, cõpunctione confitearis q̃tidie: an charitatiue, tranqlle, atq; humiliter inter alios conuersaris: an ab omni leuitate, risu, ioco, ludo inepto cõpescueris te: an inordinatũ aliquẽ habueris motũ corporis, aut stimulum, p̃sertim ex tua culpa, imaginatione, aspectu, aut tactu: an ab omni uanitate, simulatione, duplicitate, hypocrisi, omniq; inordinata reflexione ad commodũ tuũ & honorẽ prorsus abstinuisti. De his & cõsimilibus discute temetipsum anteq̃ eas dormitũ, & ante confessionem: & dole, ingemisce, plora, ueniãq; exora: pure cõfitearis, satisfac, & emenda. Secũdo, p̃pende qd offeras: hoc est, ueritatem & dignitatem sacrificij huius, eucharistiæ sanctitatem, & ipsummet Chr̃m deũ & hoĩem tractes, immoles, sumas. Et de hoc iam dicta sunt multa. Hinc cõsideratione proprie defectuositatis & culpę, dignitatis quoq; & sanctitatis sacramenti istius, cum profundissima tui humiliatione, compunctione, reuerentia ac timore accede, potius tñ ex charitate ardenti, ex contemplatione totius bonitatis, charitatis, passionis, bñficiorũq; saluatoris. Vide qualis sit Chr̃s, qm̃ summe humilis, mitis, patiẽs, purus, sanctus, charitatiuus, iustus, perfectus: Si ergo inuenies te adhuc motibus supbiæ, iræ, impatiẽtiæ, immũditiæ, iniustitiæ agitari, qualiter audebis accedere? quæ cõuentio lucis ad tenebras? Chr̄i ad Belial? iracũdi, supbi, impatiẽtis, iniusti, passionati, aut inuidi, cũ humilimo, cũ patiẽtissimo, iustissimo, perfectissimo, & affectuosissimo filio dei? In primis ergo teipsum modo p̃fato examina, emẽda, reforma. Tertio, pensa cui offeras, utpote deo patri omnipotenti, æterno, ex cuius bonitatis, dilectionis, pietatis, munificentiæ ac beneficiorum contemplatione debes uehementi dilectione accendi, atq; ex consideratione suæ maiestatis ac æquitatis debes reuerentiali timore & omni humiliatione tuijpsius repleri. Hinc ante celebrationem, & in ea debes ante bonitatem, charitatem, liberalitatem, misericordiã dei patris ad homines intueri, mirari, & honorare. Quarto, aduerte cur offeras, scilicet propter causas quasdam cõmunes in ipso Canone expressas. Primo, pro generali bono totius ecclesiæ, ac ibidem tactis: deinde pro uiuis ac mortuis, prout in memorijs continetur, & pro specialibus causis atq; personis, pro quibus celebrans ex speciali orat ac celebrat ratione. Cum ergo causæ istæ sint tales ac tantę, debet sacerdos cum omni affectu, attentione & humilitate pro ipsis & earum impletione celebrare ac deprecari, potissimeq; studeat deo sic cõplacere, tam familiariter adhærere, tam feruide ac perfecte seruire, ut mereatur clementissime exaudiri. Pręterea, aliqui dicunt ante celebrationem sex esse consideranda: Primum est discretio rationis respectu ueritatis, ut penset quis, quid recipiet, uidelicet quòd ipse paup, defectuosus, ac fragilis accipiet Christum deum & hominem. Secundum est mentis deuotio respectu sanctitatis illius, ut consideret q ille quem sumet, sit sanctus sanctorum, & ita cum omni deuotione afficiatur ad ipsum. Tertiũ est reuerentia cordis respectu maiestatis ipsius, ita ut ad talẽ ac tãtum dñm quis non nisi cũ ingenti reuerẽtia accedere ac sumere audeat. Quartũ est amor ac desideriũ respectu suę bonitatis, cui⁹ amore allici debet & inflãmari, & nequaq̃ cũ torpore aut tędio celebrare. Quintum ẽ affectuosa humilisq; orõ respectu diuinę clemẽtię, ex cuius cõsideratione debet feruẽter p omni causa p̃fata, p uenia, gr̃a ac gloria, atq; p omni huius sacramen-

Margin notes: 2.Corin.6. (beside "cedere? quæ cõuentio lucis ad tenebras"); Luc.4. (beside "penset quis, quid recipiet")

menti effectu altiſſimũ inuocare. Sextũ eſt, magna diligentia ex conſideratione immenſæ nobilitatis ac maieſtatis, cui ſumma cũ diligentia oportet aſtare. Poteſt quoq; ſeptimũ addi, uidelicet timor ingens ex cõſideratione diuinę iuſtitię, ne indigne ſe habẽdo, iudiciũ ſibi mãducet & bibat. Verũ hæc omnia ad prędicta quatuor, imò ad unũ illorũ reducũtur, uidelicet ad conſiderationẽ ſecũdi, q̃d eſt, attẽdere qd ſit acceptu', utputa dignitatẽ, ſanctitatẽ, bonitatem, miſericordiã, maieſtatem, iuſtitiãq; eius q in hoc accipit ſacramento. Et quãuis iſta aſſidue ſint penſanda, præcipue tamen hora celebrationis inſtante.

Articulus XVII. Quid ſit deuotio, & de deuotione ad celebrandum requiſita & ſufficiente. VER.

QVid ſit deuotio, aliũde potes agnoſcere. Ipſa qppe actus eſt latrię, utputa promptitudo ſeu prõpta quędã affectio uoluntatis ad ea quæ dei ſunt, hoc eſt, ad exequendũ actus & opa cultus diuini. Eſt enim deuotio actus latriæ, quæ eſt uirtus moralis, deo cultum ceremoniamq; impendens. Itaq; actus latriæ ſunt deuotio, uotũ, orõ, adoratio, laudatio dei, celebratio, oblatio decimarũ & primitiarũ, alioꝝq; muneꝝ quæ deo offerunt, ac alij actus ceremoniales, qui deo in ſuo exhibent obſeqõ, ut thurificatio, genuflexio, proſtratio, inclinatio. Si ergo uis ſcire an ueram habeas deuotionem, intus te diſcute, an ex ſyncero cordis affectu deteſteris, abhorreas ac deuites quicqd ſcis eẽ contra ꝓcepta dei & uicarioꝝ ipſius, ſuperioꝝ tuorũ, de qbus locutus ſum: Qui uos audit, me audit: & q uos ſpnit, me ſpernit: hoc eſt, ſi omne mortale peccatũ cũ debita diligentia uites, & de eo q̃d contingit tibi, ex corde pœniteas, cõfitearis, ſatisfacias, & tam illud q̃ omne mortale ſemper uitare toto poſſe proponas: Iſtud inter omnia ſigna huius rei eſt uerius atq; ſecurius ſignũ, ꝙ ſit in charitate & gratia, ueráq; habeat deuotionem. Cætera quædã ſigna incerta ſunt, ut quidã ſenſibilis feruor, lachrymatio, alacritas quoq; in quibuſdam actibus ex ſuo genere bonis, ut quòd aliqui uiſitent libenter eccleſiam, multum orent, eleemoſynas largiantur, in ſermocinationibus lachrymenf: quoꝝ nihilominus corda interius ſunt infecta quibuſdã uitioſis affectibus, & mortali uitio aliquo irretiti. Etenim aliqui tales auari ſunt, quidam ambitioſi: quidam ad temeraria iudicia, detractiones, contẽtiones, ꝓdominãtem ueitam, aut impatientiã, ſeu cõſimilia mala proni, nec inimicos ſuos ſpiritaliter amãt, nec ita ſtant coram deo per charitatem ordinatã, ꝙ mallent mori & cuncta quæ habent amittere, q̃ mortaliter peccare. SAC. Manifeſta doctrina, ſed ardua. Et ſi, imò & quia iſta ita ſe habent, nõ uidentur ſtare definitiones illę ſeu deſcriptiones dicentium, ꝙ deuotio eſt feruor bonę uoluntatis per certa patens indicia. Et rurſus, deuotio eſt quędã cordis teneritudo, qua quis de facili in lachrymas reſoluit. VER. Diuerſę ſunt ſpecies ſeu modi definitionis: Nã quędã datur ꝑ eſſentialia, ut cũ dicitur, homo eſt aĩal rationale. &, ira eſt appetitus uindictę propter paruipenſionẽ aut offenſam. Quædã per cauſam, ut cũ dicitur, dies ẽ latio ſolis ſuꝑ horizontẽ, qa ex motione ſolis in hemiſphęrio nr̃o dies cauſat, qui tñ non eſt proprie motus ſeu latio ſolis, ſed pars temporis. Quædã per effectũ. Itaq; definitio deuotionis iam aſſignata à me, per eſſentialia dat. Illa uero qua dicitur, Deuotio eſt feruor bonæ uoluntatis, datur per cauſam, qm̃ feruor uirtuoſæ uoluntatis actus eſt charitatis, q feruor eſt proxima cauſa deuotionis. Porro cũ dicitur, deuotio eſt quædã teneritudo, datur per effectũ, qm̃ ex deuotione aſſidua, præſertim ſenſibili, cauſatur in homine quædã mollities cordis, qua qs ex deuotione faciliter plorat. Et poſſunt ſaluari hæ duæ deſcriptiones, ſumendo bonã uoluntatem pro uoluntate quæ bona eſt bonitate gratię, & non ſolũ bonitate naturę, ſiue ex gñe: feruorem quoq; accipiendo pro affectu charitatis intenſo in ſuꝑiori aĩæ parte. Nã quantũcunq; remiſſa ſeu impfecta ſit charitas, ipſa tñ maior & fortior eſt, q̃ quæcũq; cupiditas, ut ſuꝑ illud legiſti: Bonũ mihi lex oris tui, ſuper milia auri & argenti. Minima charitas maior eſt, q̃ cupiditas maxima: qui enim ex charitate diligit deũ, quantũcunq; imꝑfecte diligit eum, tñ plus diligit eum, quàm amet ſeipſum & totum uniuerſum: aliàs nõ diligeret deum ex charitate, imò in mortali eſſet peccato, cũ hoc ſit charitatis pręceptum, toto corde diligere deum, ſicq; actualis dilectio ex charitate incipientium immediate elicita ac procedens, eſt intẽſa ſeu fortis affectio reſpectu debiliorum affectuum, quamuis remiſſa ſit reſpectu actualis dilectionis, procedentis ex charitate proficientium, potiſſime perfectorum. SAC. Iſta uidentur experiẽtię obuiare: ſiquidem experientia docet, quòd aliqui carnales & cupidi multo intenſius atq; feruentius afficiuntur ad carnalia & terrena, quàm aliqui boni ad deum: imò & aliqui exiſtentes in charitate uidentur nonnunquam maiori impetu affici ad creata, quàm ad creatorem. VER. Aliquis

Pſal. 118.

Deute. 6. Matt. 22. Mar. 12. Luc. 10.

 dici

dicitur ad aliquid affici magis aut minus, dupliciter: Primo, appretiatiue: & ita quicunq; diligit deum, quãtumlibet remisse diligat eum, tñ appretiatiue diligit eum plus quàm seipsum & cuncta creata, imò & plus taliter diligit deũ, quàm qcunq; amator mundi aut carnis amet carnalia & mundana. Etenim talis amator quãuis insanus, mallet carnalia & mũdana relinquere, quàm sua uita priuari. Secundo, dicitur aliquis affici magis aut minus ad aliquid pceptibiliter, seu perceptibili atq; sensibili quodam affectu, uehemẽti impetu aut feruore: & ita non est necesse ad deum plus affici, quanquã uiri perfecti communiter etiã hoc modo plus afficiantur ad deũ. In alijs aũt affectiones charitatis in superiori ui affectiua non sunt gñaliter ita perceptibiles, perceptibiliterq; intensi, sicut affectiones inferioris appetitiuæ. SAC. Placent hæc ualde, sed precor diffusius mihi exponi, qualiter feruor charitatis sit proxima causa deuotionis, præsertim cũ iuxta præhabita deuotio sit latriæ act', & ita uidet immediate ex latria emanare: imò rursus apparet, q immediate ex aliqua apphensione cognitiua seu cognitione nascatur, sicut & ipsa dilectio. VER. Vtilis quæstio, obiectionesq; bonæ, ad quarũ claram solutionẽ oportet paululũ immorari. Itaq; scito q deuotio ex latria oritur elicitiue, immediate, quemadmodum & cęteri actus uirtuosi ex proprijs illis uirtutibus, quarum sunt proprij actus. Porro ex feruore charitatis procedit immediate imperialiter, quoniã charitas cum sit excellentissima uirtus, & omnium finis uirtutum, cæteras mouet uirtutes imperatiue ad suos actus: charitas inquam, seu actualis dilectio, id est, uolũtas per charitatem dilectionemq; actualem. Deniq; cũ latria existat pars subiectiua seu species iustitiæ, & inter uirtutes morales propinqssima charitati, ideo subiectum latriæ dicitur esse uoluntas, sicut & charitatis atq; iustitiæ. Voluntas uero de se cęca censetur, quoniam eius ex seipsa nõ est cognoscitiua: ideo directione & illuminatione indiget rationis ac discretionis: propter quod, obiectum uolũtatis est bonũ intellectum, id est, intellectualiter apprehensum seu cognitum. Hinc actus uirtutum existentiũ subiectiue in uoluntate, procedunt immediate ex quadam cognitione non elicitiue, sicut ex proprijs suis uirtutibus: nec taliter imperatiue, sicut ex charitate: sed directiue atque uialiter, ita quòd cognitio per modum uiæ ducit uirtutes illas actus ipsarũ, & ipsos actus hoc modo producit. SAC. Clara & doctrinalis responsio, ex qua elucescit qualiter deuotio & dilectio diuersimode dicãtur procedere ex latria & charitate atq; cognitione. Verũ ex his declarare digneris propositum, utputa quę deuotio ad celebrandũ requisita sufficiẽsq; consistat. VER. Quicquid ex charitate procedit, meritoriũ perhibet uitæ æternæ, deoq; acceptum. Ad celebrandum ergo meritorie, sufficit & item requiritur, q celebrans existat in charitate, & ex charitate ad celebrandũ moueat ac procedat: quę interior motio, sit promptitudo aliqua uoluntatis ad opus illud cultus diuini. Celebratio nanq; est actus tam priuilegiatus, diuinus ac eminens, quòd ad eam exigitur actualis deuotio, quæ charitatem eiusq; actum, & quandam dei cõtemplationem, aut saltem consideratione includit. Christus quippe sacramenti huius frequentationem, hoc est celebrationem instituendo, præcepit apostolis, & in eorum persona cunctis presbyteris: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis: id est, in commemorationem amorosam ac deuotam eximię charitatis meæ ad uos, & acerbissimæ meæ passionis pro uobis. SAC. Ex hoc uidetur, quòd celebrans peccat mortaliter, si uerba cõsecrationis legat cum notabili distractione, aut sine actuali deuotione, uel etiam alia Missæ seu Canonis uerba. VER. Præcepta affirmatiua obligant semper, sed non ad semper. Quamuis ergo ad celebrationem requirantur dilectio, attentio, seu deuotio actualis, non tamen ad quamlibet Missæ partem. Hinc si ex fragilitate contingat distractio in quacunque celebrationis parte, non mox incurritur peccatum mortale, sed celebrans ualde debet attendere, ne ex incustodia uisus aut irrefrenatione auditus, aut alio modo, causa, uel occasione culpabili distractionem euagationem'que mentis incurrat: & item, ne (quod absit) distractioni irrefrenate aut notabiliter immoretur. Alioquin tam incustodite & distracte se posset habere in celebrando, quòd peccaret mortaliter, & charitatem quam ante uel in accessu habuerat, perderet. Tenetur ergo sacerdos in celebratione bonam & specialem timoratam' que diligentiam adhibere, ut attente, deuote, ac reuerenter se habeat, & se à distractione cõpescat. SAC. Non sic puto deuotionẽ ad celebrationẽ reqri, q non fiat & uera celebratio & cõsecratio, si desit deuotio. VER. Recte existimas. Nec etiã ideo dicit reqri deuotio ac esse in charitate, qm aliter nõ eẽt celebratio ipsa meritoria, sed qm celebrãs ipse peccat mortaliter, nisi i celebratiõe actualit sit deuot',

Matt. 26. 1.Cor. 11.

& in

& in charitate existens eo ipso, quo sine deuotione & charitate est celebrans. SAC. Quæ ē deuotio supererogationis, quam decet sacerdotem in celebratione habere, & an deuotio semp oriatur ex dei amore? VER. Duo notabilia sciscitaris, ad quæ tibi in duobus sequentibus respondebo articulis.

Articulus XVIII. De multiplici deuotione, & specialiter de deuotione supererogationis, quā celebrantem decet habere. VER.

Generaliter ueꝝ est dictum illud commune, ꝙ in uia dei non progredi neqꝫ proficere, sit retrogredi atqꝫ deficere: & rursus, ꝙ in mortalia uitia cito delabit, qui uenialia uitare non nitit. SAC. Ergo qui communi illa deuotione & suis angustiis est contentus, effectus sacræ communionis, de quibus infrà tangam, raro experitur, aut remisse sortitur, aut paruum aut nullū ex celebratione reportat fructum, neqꝫ ex fonte hoc gratiarum eucharistiæ sacramento, gratię ac uirtutū haurit charismata: imò celebrando multas incurrit culpas, negligētias, distractiones, omissiones. Periculosum est igit, ruinęqꝫ proximum, non conari ad meliora ac uiciniora saluti, & tali communi deuotioni in tāto contētari mysterio, præsertim cum dictū sit, oportere sacerdotem ita præ populo choruscare eminētia quadā uirtutum, sicut per sacerdotij dignitatē in gradu & ordine constituit altiori, ita ꝙ assidue debet ad hoc tendere ac conari, ꝗd nisi peregerit, nō diu culpa carebit tali, quia in imo diu stare non ualet. Pręterea sicut ex charitate deuotio scaturit, ita iuxta triplicē gradum charitatis, ponit triplex species seu potiꝰ gradus deuotionis. Etenī certum est, ꝙ quāto quis amplius diligit deū, tāto ad eius cultum fit promptior. Insuper constat, ꝙ quanto superior pars animę, utputa intellectus & uolūtas, ꝑ septē dona spūssancti, theologicasqꝫ uirtutes, ac cæteras quę in illis consistit potētijs, magis perficit ac firmat, tanto facilius ac ualidius inferiori parti, uidelicet sensitiuæ ac passionibus dñatur: & quāto plus illas habet sibi subiectas, tāto actus & affectiones ac delectationes intellectus & uolūtatis, fortius copiosiusqꝫ redūdant in uires inferiores & corporalē naturā, ita ꝙ sensitiua pars eleuationi mentis in deū nō reluctat, sed magis subseruit & cooperat. Nempe ut ex philosophia quoqꝫ agnoscis, sicut in cœlo sphæra superior secum rapit ac circūuoluit sphærā inferiorem, sic affectiua supior trahit sensitiuā post me. Itaqꝫ sicut sunt tres gradus charitatis ac doni sapiētiæ, ita sunt tres gradus deuotionis. Est enī gradus charitatis inferior incipientiū, medius proficientiū, tertius ꝑfectoꝝ. Ad infimū charitatis gradū spectat infimus gradꝰ deuotionis, oībus ad minus necessarius ad salutē, ꝗ quis suo modo prōptum se exhibet ad ea ꝗ cadūt sub ꝑcepto, ꝗuis sensualitas fortiter, imò potius importune ac improbe reluctet. Secūdus gradꝰ deuotionis ē, quo qs prōpte ad ea quæ dei sunt fert, passionibus iā mediocriter mitigatis ac reformatis, & corpore in seruitutē spiritus sic redacto, ita ꝙ uis deuotiōis, charitatis affectio, delectatio spiritalis, & uehemēs occupatio mentis in uires inferiores notabiliter suauiterqꝫ redundāt, & talis deuotioꝰ potest uocari sensibilis, experimentalis, dulcis ac feruida, in qua natura parsqꝫ inferior ita participat suū superius, & ei concordat, alludit, subseruit atqꝫ cooperat, iuxta quod scriptū est: Si tiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Tertius gradus deuotionis ē, quo quis parte sensitiua iam reformata ac subdita, sensitiuisqꝫ uiribus cognitiuis recollectis, toto cordis affectu expedite ac libere cū ingenti promptitudine fertur ad ea quę diuini sunt cultus, & ipsis diutine ac delectabiliter immoratur, cū deliciosa redūdantia consolationis mentalis in sensitiuas potentias, sicqꝫ homo totus sine renitentia sensualitatis, imò cū eius attractione familiari ad actus latriæ extat promptissimus, & feruido hilariqꝫ affectu exequtur eos. Hæc deuotio mentis uocatur deliciosa, & quasi impetuosa, dum uehemens ardor sanctæ deuotionis ratione non coarctatur, sed libere fertur, acute & amorose, quocūqꝫ impellit & agitat spūs uitæ. Porro sedatio passionū diuersis ex causis fit: primo, directe ac ualde meritorie ex ꝑfectu uirtutū, præsertim moraliū, quaꝝ est, motus passionū refrenare ac moderari: Secūdo, ex cōtinuis ac feruidis oronib. deo fusis ꝓ grā ac uirtute reprimēdi motus passioniatos, & quāto qs ex naturali dispositione uel ex praua assuefactione ad motus passionum est pronior, tanto instātius atqꝫ feruentius debet omnipotentem precari pro illarū plenaria extirpatione, ꝓsertim eaꝝ, ad quas procliuiorē se sentit: Tertio, ex speciali & gratiosa prçuentione ac uisitatione spiritussancti, qui incipientes, pusillos ac imperfectos interdum recreat, ungit, perfundit sensibilibus istis deuotionū, cōsolationum deliciarūqꝫ spūalium affectionibus, per quod allicit eos deus ad interiora, ut spernāt inania ac mundana, ac totis in deum præcordijs conuertātur: Quarto, ex ingenti compunctione & cordi-

Psal. 62.

 alii

ali contritione: quo enim de suis peccatis frequentius atque amarius dolent & compunguntur, eo ab inordinatis motibus diuturnis facilius ac perfectius se compescunt. Quinto, ex cordiali & assidua dominicae passionis rememoratione, ex qua discit homo se humiliare, patientiam mansuetudinemque amplecti, atque carnalia aspernari. Sexto, ex occupatione intensa circa scripturas, deuotionalesque libros. Nam & motus maiores uincunt ac pellunt minores. Itaque ad deuotionem proficientium, & per eam ad perfectorum deuotionem toto conatu dare se debet sacerdos, & semper meliora adipisci charismata, potissime religiosus, cuius non est circa communia languere. Praeterea, quamuis hi duo ultimi gradus deuotionis, solent praetactas redundantias dulces, & suauitates internas habere sibi annexas ac mixtas, aliquando tamen ita non est, imo non solum proficientibus, sed perfectis quoque consolationes illae ac spiritales deliciae subtrahuntur: & hoc quandoque dispensatoria ac paterna ordinatione altissimi, ut discant solidum quaerere cibum, & in tali subtractione patientiam conseruare, suamque ad deum fidelitatem ostendant, non quaerendo nec admittendo externa solatia, sed dilecti dispensationem, & eius dulcem praesentiam, ac consolatorium reditum aequanimiter atque fideliter praestolando: & rursus, ut propriam imbecillitatem, defectuositatem & imperfectionem humilius recognoscant. Ad deum quoque affectuosius confugiant ac respirent: recuperataque suauitate, magis sint cauti deo suo adhaerere, & obsequi assuescant pure propter ipsius bonitatem ac maiestatem, non propter dulcedinem munerum eius. Quandoque etiam propter negligentias suas & culpas subtractio talis fit. Porro uirorum uere uirtuosorum, & in diuinis scripturis bene exercitatorum, non est de consolationibus illis multum curare, sed ueram & syncerem deuotionem indesinenter habere, ac crescere in eadem, ut assidue in eadem magis sint proni & affectati ad uniuersa, quae cultum concernunt diuinum, ad omnium uitiorum horrorem, ad syncerissimum omnis boni affectum, ad purum, intensum, completum dei obsequium, adhaesionem internam ac stabilitam, ad non reciprocum, irreflexum, impermixtum deitatis amorem. Denique, deuotio uocatur dulcis, sensibilis, consolatoria, non solum propter praefatam redundantiam a superiori animae parte ad inferiorem, sed item, imò & maxime propter puram & spiritualem delectationem, in superiori parte manentem & quiescentem. Cum etenim omnis actio uirtuosa naturaliter habeat delectationem sibi correspondentem ac iunctam, quanto latria & actus ipsius sunt altiores, charitas quoque & dilectio, & item cognitio doni sapientiae ac doni scientiae, ex quibus deuotio oritur, tanto ipsi actuali deuotioni, praesertim in uiris notabiliter uirtuosis, maior delectatio spiritalis in superiori ui affectiua manens annectitur, quamuis aliquando ex causis praetactis accidat aliter. Postremo, deuotionem quidam diuidunt in deuotionem rationalem atque sensibilem, non quod deuotio subiectiue ac formaliter insit rationi, sed potius uoluntati, sicut & latria, propter quod dici possit deuotio uolitiua: attamen rationalis & intellectualis uocatur: uel quia ex rationis apprehensione concipitur, atque iudicio eius, non sensibili suauitati innititur: uel quoniam ratio seu intellectus pro superiori animae parte, quae & uoluntatem includit, multoties sumitur. Id quoque sciendum, quòd praedicti tres gradus deuotionis, tribus hominum statibus ac gradibus proportionantur ac correspondent, uidelicet incipientium, proficientium, & perfectorum: item animalium, rationalium, & intellectualium: ac rursus, seruorum fidelium, amicorum secretorum & occultorum: item, uiae purgatiuae, illuminatiuae, & perfectiuae. Virtutum quoque politicarum, purgatarum, purgatique animi, prout facile est pensare.

Articulus XIX. An deuotio semper oriatur ex dei amore. VER.

CHaritas habitualis, qua deus proximusque diligitur, una & eadem est numero, & in eodem amante: actus uero distincti sunt. Porro deuotio, quae est promptitudo animi ad cultum diuini obsequii, quamuis principaliter profluat ex dei amore, in quantum ipse deus gloriosus & sanctus in se & propter se omni cultu & reuerentia prorsus dignissimus est, nihilominus etiam saepe procedit ex spiritali & actuali dilectione suiipsius, dum homo desiderio suae salutis se actibus mancipat cultus diuini, & ex consideratione suae infirmitatis, culpae, insufficientiae, ad misericordiam dei confugit orando, ac caeteros quosdam actus latriae exercendo. Consimiliter ex charitate & zelo salutis proximorum, potissime subditorum ita agendo. SAC. Si deuotio ista ex propriae infirmitatis, culpae ac indigentiae consideratione procedit, uidetur potius annexam habere tristitiam & dolorem, quam alacritatem & gaudium. VER. Inquantum ex huius considerationis prodit radice, ita est sicut tangis: quoniam consideratio propriorum periculorum, uitiorum, infirmitatum & miseriarum, directe & ex sua natura est doloris atque tristitiae inductiua: uerum ex consequenti est alacritatis, consolationis, ac gaudii causa

causatiua, inquantū hō ad deū cōfugiēdo, & eius misericordiā implorādo, tā ex considera tione pietatis diuinę, quàm ex spe & cōfidentia gratię, uenię ac glorię impetrādo delectatur in dño, & regratiaturr ei ꝙ hucusq; sibi pepercerit. SA. Habet ne etiā deuotio ista anne xū mœrorē, scdm qđ ex dei procedit amore, & apparet ꝙ nō, qa ex tāti boni apprehēsione nō uidetur mœror oriri: unde & scriptū est: Memor fui dei, & delectatus sum. VE. Scriptū est etiā: Amore lāgueo. Itēq;, Chatitate uulnerata sum. Hic pallor & macies signa sunt amo ris. Itaq; dico, ꝙ cōsideratio dei & proprietatum attributorūq; eius, uidelicet diuinę boni tatis, sapientię, misericordię, iustitię, directe & per se est causa lętitię, & rō gaudij spūalis, cū gaudiū sit diffusio animi in apprehensione boni: ipsaq; delectatio oriatur ex cōiunctione potentię cū obiecto cōuenienti. Deus aūt conuenientissimū est obiectū. Intellectus ꝗq; & uoluntas, qbus ei coniūgimur, sunt supremę uires aīæ: indirecte tñ ac secūdario & per accidens, consideratio boni tā infiniti & supamabilissimi parit mœrorē, ruborē, dolorē, timo rē, uulneratione atq; languorē, inquantū apprehēditur, ut potius adhuc absens, q̄ pręsens, & ut nondū adeptū, nec uisum per speciē. Denuo, ut intuens & cognoscēs oīa mala nr̄a, & terribilis iudex nil mali impunitū relinquēs. Sic em̄ cōsideratio eius ingerit nobis de nr̄is malitijs, & sua intuitione pręsentiā, atq; iustitia erubescentiā ac horrorem: & inquantū nō dū fruimur tāto bono, nec desideratissimū ac supdilectissimū bonū illud nondū clare uide mus, ut cupimus, nec ipsum tā reuerenter perfecteq; colimus, ut decet & affectamus, ita di lectio eius causat in nobis tristitiā, imò & uehementio desiderij ex dilatione inducit lāguo rem ac uulneratione, quēadmodū psallis: Sitiuit aīa mea ad deū fontē uiuū, qn̄ ueniā & ap parebo ante faciē dei: Fuerūt mihi lachrymę meę panes die ac nocte &c. Et denuo, Heu mi hi, qa incolatus meus prolongatus est. Interim, qm̄ actus latrię directe circa deū uersātur & excellentis sunt dignitatis, idcirco in ipsis cōiter ac directe grādis cōsolatio alacritasq; cōsistit. Propter qđ apl's Iacobus cōsulit ac hortatur: Tristatur aliqs uestrū, oret æquo aīo & psallat. Psalmograph⁹ quoq;: Exultabūt, inqt, labia mea cū cātauero tibi. Et rursus: Ad ipsum ore meo clamaui & exultaui sub lingua mea. SA. De his ò Veritas adorāda, me pijssi me instruxisti, & qualiter ante celebrationē in ea & post me habere debeā, gratiosissime in formasti: nunc de effectibus superpræstātissimi sacramenti cupio plenius edoceri: aliqua quidē inde iam expressisti, sed de tāta re diffusius deprecor instrui.

Psal. 76 Cant. 2. Cant. 4. Psal. 41. Psal. 119. Iaco. 5. Psal. 70 Psal. 65.

Articulus XX. De effectibus sacramenti. VERITAS.

BReuiter tibi dixi, ꝙ qcquid agit corporalis alimonia in corpore aliti, hæc euchari stia quātū in se est, operatur in aīa cōicantis, quod nūc latius explanari deposcis. De his aūt effectib. plures multa scripserūt, ac plurimos sacramēti huius effectus assignauerūt, sed snīa redit in idē, effectusq; illi ad quasdā principales cōpēdio re ducunt. Itaq; sicut corporeus cibus nō dat nec prodest, nisi uiuēti, famescēti, aut indigēti, sic sacrmentū hoc qđ cibus est aīæ, nō nisi spūaliter uiuēti, ipsumq; cupiēti est porrigendū seu cōuenit. Cōsiderātur demū in hoc sacramēto tā ipsum sacramētū, qđ scdm unū modū loquendi, est corpus dñicū, q̄ res ipsius, quę est charitas & actus seu inflāmatio ipsius: & ex utroq; habet hoc sacramentū efficaciā & uirtutē tollēdi & remittēdi uenialia pctā. Cū em̄ sit aīæ cibus, restaurat in aīa id qđ in ea om̄i die depditur ex calore cōcupiscētię naturalis aliorūq; uulnerū ex originali pctō inflictorū seu fomitis, uidelicet ignorantiæ, malitiæ, seu pronitatis ad mala & infirmitatis: quēadmodū cibus corporeus restaurat in corpe depditū ex naturali calore. Deperditio ṽo in aīa ex uulnerib. illis ac fomite, est uenialiū quotidi ana frequētia seu minoratio feruoris ipsius charitatis atq; uigoris aliarū uirtutū ex uenialibus illis cōtingēs: hinc huic cōpetit sacramento uenialia ipsa remittere ac delere. Rursus, cū res sacramēti huius sit charitas, & exercitatio eius in celebratiōe ac cōicatiōe: Charitas aūt operiat multitudinē pctōrū uenaliū, eiusq; inflāmatio uenialia ipsa cōsumat ut stipulā ignis, cōstat ꝙ ex utroq; uenialia tollat, & hoc magis aut minus tā quo ad culpā ac pœnā, q̄tò dignius ac feruētius celebrat ac sumit. Quāuis em̄ unū mortale sine alio nō deleat, q̄tū ad culpā, nec q̄tum ad pœnā inferni, cū sine infusiōe charitatis ac grãe nō tollat, quę nullū pctm̄ mortale secū cōpatiunt, tñ unū ueniale sine alio pōt dimitti utroq; mō. SA. Cū hoc sa cramentū oīm sacramentorū uigorosissimū dignissimūq; cōsistat, cur nō tollit simul cūcta uenialia, q̄tū ad culpā & pœnā, cū baptismus nō solū uenialia oīa, sed & mortalia uniuersa utroq; auferat mō. VER. Sacramentū hoc, sacramentū est simul & sacrificiū, sacramentū in quantū sub alijs ac sensibilib. formis accipitur: sacrificiū ṽo inquantū deo patri offertur. Porrò, inq̄tū est sacramentū, duplicē habet effectū, unum ex ui sacramēti, qui est spiritalis

1. Pet. 4.

refectio, ad quam directe est institutum. Alium ex cõcomitãtia quadã, qui est remissio pœnæ uenialisq; culpæ, eò q ista refectio fiat per spiritalem charitatis cõiunctionem ac incrementum, per quæ pœna & culpa tolluntur modo iam tacto, iuxta mensurã deuotionis, ac feruorem celebrãtis & communicãtis. In quãtum autem est sacrificium, habet uim satisfactiuam: in satisfactione autem magis attenditur offerentis affectus, q̃ quãtitas oblationis: propter quod paupercula uidua, quę duo offerebat minuta, plus alijs asseritur obtulisse.

Marc. 12. Quãuis ergo oblatio ista, quãtum est ex sua magnitudine & uirtute, sit ad satisfaciendum idonea pro omni culpa & pœna (nam & alia sacramenta ex isto suã efficaciam sortiuntur) attamen satisfactiua est pro illis, pro quibus offertur, atq; pro offerentibus secundũ quantitatem dispositionis & deuotionis eorum, nõ secundum propriæ efficaciæ quantitatem. SACER. An sacramentum hoc, in quãtum sacramentum aut sacrificium, tollat etiã peccata mortalia nõ cõfessa, sed oblita, pœnamq; eorundem. VERIT. Virtus & efficacia sacramenti istius cõsideratur dupliciter: Primo scđm se, & sic conuenit ei, quæcunq; peccata quibuscunq; uiatoribus posse auferre, cum in ipso sit meritorũ omnium plenitudo, & ipse qui est fons & causa totius remissionis ac gratiæ, cõtineatur in ipso. Secundo consideratur per cõparationẽ ad communicantem, in quo si fuerit impedimentum participãdi meritum, uirtutem, & gratiam sacramẽti istius, puta peccatũ mortale, nõ solũ nõ cõsequet remissionẽ, sed uitiorum accumulationem, nõ ex defectu, & inefficacia sacramenti, sed proprię iniquitatis demerito. Qui enĩ spiritaliter nõ uiuit, spiritaliter nutriri nõ potest, nec põt Christo spiritaliter iungi, uirtutem & gratiã istius sacramẽti participãdo, qui est in affectu, aut proposito, seu in cõscientia culpæ mortalis. Veruntamen sacramentum hoc operari potest remissionem peccati dupliciter: Vno mõ, nõ acceptum actu, sed uoto, aut desiderio atq; proposito: Alio mõ, actu perceptum ab aliquo, qui est in pctõ mortali, cuius sibi conscius nõ est, uel de quo nõ est ex obliuione cõfessus: uel si cõfessus, nõ tamen sufficienter cõtritus, qui deuote uel reuerenter accedendo, consequetur per hoc sacramentum gratiã charitatis, quæ contritionẽ & remissionem peccati perficiet, ac aliquid pœnæ diminuet. Verũ, ut dictum est, celebraturus uel cõmunicaturus, ante sacramẽti huius susceptionem tenetur conscientiã debite examinare. Idcirco si quis ex incuria ac superficialitate obliuisceretur aliquã culpã confiteri mortalem, nõ cõsequeretur ipsius remissionẽ quousq; faciendo qđ in se est, uerã haberet de ea cõtritionẽ, uel in gñali ad minus, aut certe in speciali, si occurreret suę memoriæ: sicq; sacramentum hoc, est ablutio scelerum, quorum cõscientiam post diligentem cõscientiæ examinationem hõ habet, sicut oratur: Ab occultis meis mũda me

Psal. 18. dñe: uel ut cõtritio modo prætacto perficiatur. SACER. Cum tãta sit uirtus sacramenti istius, mirũ uidetur q illud suscipientes, pręsertim in charitate celebrãtes, non magis crescunt in gratia, nec plus à uitijs præseruantur. VERI. Quemadmodũ corpus præseruatur à morte futura, dupliciter: Primo, per hoc quòd natura roboratur, contra interius corruptiua p alimenta & medicinalia. Secundo, per hoc q contra exteriora impugnantia ac læsiua munitur per arma, sic sacramentum hoc, quantũ est ex parte ipsius utroq; modo pręseruat hominem à morte peccati: quia per hoc q tãquam spiritalis esca ac medicina Christo cõiungit per gratiam, roborat intus uitam spiritualem. Rursum, in quantũ est signũ passionis dominicę, qua uicti sunt dæmones, sic ipsos & ipsorũ impugnatiões repellit, debilitat, atq; deuincit: fomitem quoq; diminuit, charitatem gratiãq; augendo: quod totum est intelligendum, nisi quis per negligẽtiam, indispositionem, distractionem, uel irreuerentiã suã obicẽ ponat. Porrò, qui cum debita pręparatione, custodia, puritate accedit, & sumit, mirabiliter crescit ac proficit, roboratur ac conseruatur, atq; ut talium dixit unus: Sicut leo flammam spirans, à mensa recedit altaris terribilis factus dæmonibus: quod totum uera ac certa experientia pandit, ac eis qui ita se habent, experimentaliter constat. SACER. Vtrum sacramẽtum hoc seu celebratio eius solum prodest sumenti ac celebranti, an astãtibus quoq; & cęteris cunctis fidelibus? VERITAS. Iam dixi tibi, q sacramentũ hoc ut sacramẽtum prodest sumenti, sed ut sacrificium prodest cunctis, pro qbus offertur, si nõ obicem ponãt: imò sic prodest uiuis ac mortuis, & omnibus pro qbus in celebratione oratur & immolatur. SAC. An uenialia impediant sacramenti huius effectum? VERITAS. Si qs nõ solum de pręteritis mortalibus uitijs necessariã, sed de uenialibus quoq; decentẽ habeat cõtritionem, non impedieť p ea sacramẽti huius effectus: si uero in celebratiõe sacerdos sit diligẽs, & nihilominus ex fragilitate humana incurrat distractionẽ, atq; ab ea mox dum eã aduerterit, se auertat, non impedietur notabiliter à consecutione effectuũ sacramenti, nisi q durante illa distractio

tractione non sentit actualem huius sacramenti refectionem, unionem seu cõsolationem Porrò, si uere deuotus, exercitatus, diligensq; consistat, statim cum suã distractionem, negligentiã, aut similem uenialem aduerterit culpã cum intensiore affectu ad deum se uertit ac redit cũ displicentia cordiali, ac detestatione & aspernatione ingenti huiusmodi culpæ: sicq; culpa talis occasionaliter cooperatur sibi in bonum. SACER. De effectibus sacramenti istius prosequi iam digneris. VER. Huius sacramenti effectus quadrupliciter consideratur: Primo ex eo, q̃ continetur in ipso, qui sicut in mundum uisibiliter ueniens, uitam gratiæ contulit mundo: ita & in hominem sacramentaliter ueniens, uitã gratiæ operatur, queadmodum ait: Qui mãducat me, uiuit propter me. Secundo ex eo, q̃ per hoc sacramẽtum repræsentatur, quod est passio Christi: hinc effectum quẽ passio Christi fecit in mundo, hoc sacramentum facit in homine. Itaq; cum tremẽdum accesseris calicem, sic accede, quasi de Christi latere bibiturus. Tertio, ex modo quo datur per modũ cibi ac pot⁹. Ideo, omnem effectum quem cibus & potus materialis facit, quãtum ad uitã corporalem, facit hoc sacramentum ad uitã spiritualem Quarto, ex speciebus sub quibus cõfertur, ut panis ac uini, quæ ex multis rediguntur in unũ: sicut panis ex multis cõficitur granis, & uinum ex multis racemis: sicq; ecclesiasticã & mysticã efficit fidelium unitatem, per charitatis & gratiæ incrementum, seu per sacramentalis gratiæ infusionem: propterea dicitur sacramẽtum pietatis, signum unitatis, uinculũ charitatis. Insuper effectus sacramenti istius, est adeptio gloriæ, uitæ æternæ, quia in hoc sacramento consideratur ac continetur Christus, ex quo habet effectum, & etiã per quod habet effectum, utputa usus ac species eius. Christus aũt per suã passionem nobis aperuit ianuam regni cœlestis: similiter refectio spiritalis, unitasq; signata per species panis & uini, habentur in hac uita imperfecte, in patria uero perfecte: sicq; donat uirtutem perueniendi ad gloriam, ad quã non statim, sed opportuno tempore introducit. Hoc item sciendum, q̃ frequentatio atq; oblatio sacramẽti istius prodest beatis ad gloriam præm.., accidentalis, in quãtum gaudent de omni bono quod in militãti ecclesia agitur. In premio aũt essentiali non crescunt. Oportet te etiã nosse, quod proprius effectus cuiuslibet sacramenti, accipitur & pẽsatur ex similitudine ad effectum materiæ sacramenti, quemadmodum expurgatio ueteris uitæ, seu interior lotio à peccatis, est effectus baptismi per ablutionem aquæ designata & figurata. Cumq; materiale in sacramẽto isto sit cibus & potus, uidelicet panis & uinum, oportet q̃ effectus sacramenti istius sumatur penes similitudinem ad effectum cibi & potus corporei, sicut expositum est.

Articulus XXI. Prosecutio huius materiæ, utputa de præclarissimis effectibus atq; fructibus sacramenti istius. VERITAS.

TRipliciter unũ ab alio fieri dicitur. Primo naturali operatione, ut calefieri est ab igne. Secundo meritorie, sicut dicimus; Peccata tua fecerunt hec tibi. Tertio uirtute occulta, seu diuina aut super naturali. Porrò, caro Christi per se cibus mentis esse non potest, nec sanguis potest sic esse animæ potus naturali operatione, nec per modum meriti, ita q̃ meritum realiter & subiectiue esse possit in carne, cum solum substantia intellectualis subiectũ sit meriti. Reficiunt ergo mentem uirtute supernaturali ac diuina duntaxat, qua & cętera sacramenta operari dicuntur per institutionem & beneplacitum dei, ita quod superinfusioni, intinctioni'ue aquę adest uirtus spiritussancti ad faciendum interiorem ablutionem, sic refectioni corporali & exteriorũ sacramentalium specierum, quæ figura est & signum interioris refectionis, adest uirtus diuina ad perficiendã interiorẽ refectionẽ eucharistię designatã per exteriorẽ. Quod si quis exteriorem illã refectionem, seu carnẽ Christi dixerit uirtuosissimã propter dei sapientiã & dei uirtutẽ, cuius ipsa est quasi uestimentum, non recedit à fidei puritate: si enim uestis sancti Iohannis euãgelistæ ex tactu sacri corporis ipsius Iohãnis obtinuit, ut per manũ Aristodemi adhuc increduli, tactu suo duos mortuos suscitauerit, quid de hoc uestimento uirtutis omnipotentis, pia fides suggerat sentiendũ? Si sancti Petri baculus ex attactu Petri apostoli consequi potuit, ut tactu suo mortuum socium beati Martialis Lemonicẽsis suscitaret, sanctũ quoq; Maternum, imò & tertium, & usq; in præsens retinet, ut de obsessis corporibns eiiciat dæmones, & eos loqui compellat, quid de sacratissimo Christi corpore sentiendũ? Si Christus dominus uirtutes tantas corporibus sanctorum, imò & aridis capillis, & quod mirabilius est, eorũ pulueribus ac sepulchris largitus est, quõ nõ incõparabiliter multo maiores uirtutes carni suæ iã secũ glorificatæ distribuit? Amplius, si fimbriæ uestimẽti sui donauit uirtutẽ sanandi quoscunq; infirmos, imò & umbrę principis aplorũ hoc ipsum cõtribuit, qd uirtutis

Iohan. 6.

Matt. 14.
Mar. 6.
Act. 5.

uirtutis & eminentiæ contulit corpori suo, non solum sacratissimæ animæ suæ, sed & suæ deitati unitum, ita q̃ ipsa uirtute diuina animas nostras nutrit, roborat, perficit. Deniq; si carni seu pinguedini serpentinæ, de qua theriaca cõficitur, uirtutẽ dedit eijciẽdi & effugã di, quod solam corporis uitam extinguit, quanto magis carni suæ dedisse credendus est, ut uenenum peccati, quod animarũ uitam extinguit, omnimode c[illegible]et. Præterea, si lapides pretiosi & uirtuosi uirtutes habent innumeras ac mirãdas ex modico quintæ essentiæ, qđ in eis est, ut quibusdam uidetur, quanto magis caro Christi ex præsentia diuinæ superuenientis essentię, pręstantissimas habet uirtutes ad sacramentales effectus. Item, si quarundã sanguini bestiarum tantas contulit uires, quid proprio sanguini? Rursus, si herbę Pæonię ac Iaspidi dedit uirtutem fugandi phantasmata atq; dæmonia, uerbis quoq; exorcismorũ quorundam donauit uirtutem arcendi dæmones, ut per ea fiant alia quædã miranda, quæ in libris artis magicæ continentur: quomodo uerbum ęternum, per quod facta sunt oĩa, carnem à se assumptã non illustrauit cunctis uirtutibus gloriæ suæ, in hac parte congrue,
Iohan. 1. & nostrę saluti expedientibus. Vnde ex his alijsq; innumeris, quę partim causa uitãdi prolixitatem omittimus, alia nec nosse nec numerare sufficimus, patet quã amplissime ac magnificentissime sentiẽdum sit de uirtuositate tam excellentissimi sacramenti, corporisq; dominici: nempe in hoc sacramẽto forma panis & uini aperte designat, q̃ ipse Christus sit sua persubstãtialis, quotidiana, solida & iocunda, infastidibilisq; refectio animarum nostrarũ: ostendit quoq; forma panis ac uini sanctę dilectionis communionem, & indistinctionem: societatem quoq; sanctorum insuperabilem. Duplex ergo est efficacia sacramẽti istius, q̃a inquantum est sacrificium, habet efficaciam reconciliãdi: inquãtum sacramentum, efficaciã habet sanctificãdi. Necessitas ergo & fructuositas præsentiæ sacramẽti istius, est medicatio seu curatio uniuersalis ecclesiæ, & recõciliatio eius ad patrẽ: Sãctificatio quoq; ecclesiæ & spiritualis refectio eius: hinc missa est flagrãtissimi sacrificij oblatio, cuius suauitatis odore reconciliatus est mundus, & fœtor eius absterfus. Est quoq; celebratio sacramenti, quo totus mundus est sanctificatus: quãtum ad uirtutẽ & sufficientiã sacramenti. Est etiã instauratio opulẽtissimi, lautissimi, deliciosissimiq; cõuiuij, quo angeli sancti splẽdidissime reficiuntur ac homines. Est item missa uentilatio causæ nostræ per deprecationem & oblationẽ protracta. Est deniq; medicatio totius corporis ecclesiæ, ac summæ exhibitio medicinæ, atq; negotium nostræ reconciliationis. His igitur modis oportet missarũ solennia celebrare, ipsisq; interesse cum omni reuerentia, & filiali timore, & prosequi tãtum mysterium, tãquam negotium nostræ reconciliationis, & uentilationem causę omnium nostrũ, medicinam'que uniuersorum, ne tanta pro te inaniter fiant, & ne ob indeuotionem & ingratitudinem tuã grauius iudiceris ac pereas. In huius igitur sacramenti celebratione & sumptione aduertere debes omnipotentiã eius in tot & tãtis mirabilibus suis: prouidentiã quoq; ipsius circa nostrã refectionem internã, & nostræ salutis procurationẽ, & suæ abũdantiã bonitatis in tam liberalissima communicatione suipsius ac munerum eius. Deniq; amorem sui ad nos, & zelum suum pro nostra salute: beneficentiam quoq; ipsius in nobis.

Articulus XXII. De modis Christi sub sacramento, & effectibus, & de reductione eorũ quę alij de ista materia dicũt ad prædicta.

EX præinductis perpende, q̃ sub sacramentalibus speciebus Christus dominus cõtinetur tanquam in loco mirabilissimę mãsionis, imò & gloriosissimę habitationis: & sicut in aula dulcissimę refectionis, & tanquam in atrio ac mysterio spũalis mactationis & oblationis, & uelut in nexu amicissimę cõiunctionis dei & hoĩs. In hoc etẽm sacramẽto Christus totus uer⁹ deus & hõ pfectus certissime cõtinetur, infallibiliter inuenitur, & incomprehẽsibilia plurima operatur. Est item ibidem sicut in aula dulcissimę
Sapien. 16. refectionis, quia in hoc sacramento omne spũale delectamentũ, & omnis saporis suauitas, à digne dispositis degustantur. Ad huiusmodi conuiuium liberalissimus hospes Christus uniuersos inuitat, imò & accedere iubet: nõ accedentibus cõminatur, digne uenientibus pretiosissima dona grę ac glorię pollicet & elargit sibi seipsum prębet in cibũ amoris plenissimi, ac futuri cœlestis cõuiuij, in quo beatifica suę deitatis fruitio erit ultima & æterna refectio. In hoc demum sacramento tanquam in atrio immolationis, Christus quotidie sacrificatur tanq̃ acceptabilissima hostia uere pacifica, à pace pectoris ad pacem ęternitatis perducens, holocaustũ igne charitatis totaliter inflammatum, q̃ se promptissime obtulit deo
Ebrae. 11 Iohan 8 patri in omni sua conuersatione, patris semper quęrens ac procurãs honorem: ac uictima pro peccato, designata per iuge sacrificiũ & agnum, qui quotidie mane offerebatur ac ue-

spere

spere. Insuper Christus in sacramento isto consistit tanq̃ in nexu amicissimæ coniunctionis. Omnia nanq; quæ huius sunt sacramēti, charitatem accēdunt, & ipsum ex summa nobis charitate cōicant. Ibi eius beneficia recoluntur, eius promissa commemorātur, amor ipsius ad uos, & passio eius pro uobis deuotissime cōmendatur. Deniq;, sumēdus est cibus iste cū speciali triū uirtutū theologicarū uigore, hoc est, cū fide certa & clara omniū quæ de hoc dignissimo sacramento tradit ecclesia credenda: Cum spe ingenti liberalitatis diuinę, utputa q̃ deus, qui ita nobis seipsum tribuit, paratissimus est cōferre nobis gratiosa sua auxilia, & uniuersos tanti sacramenti effectus ac gloriā copiosam. Idcirco cū grandi fiducia & gratitudine præcordiali, cū omni humilitate atq; instātia pro cūctis tanti sacramenti effectibus altissimum deprecemur. Sumendum est item hoc sacramentum cum charitate feruenti, cum amore fraterno, cū excessiuo affectu, cum auiditate interna, cum sanctę dilectionis inflāmatione atq; profectu. Accipiendū est quoq; cū amara cōpunctione ex dominicæ passionis consideratione, propriarumq; culparum contritione, cū indesinenti & maxima cordis custodia, ac spiritali degustatione deliciarum sacramenti istius, quas indubitanter experietur copiose, qcunq; iuxta documēta pręhabita ad sacrā se cōmunionē parauerit. Deniq; ad præhabita reducuntur, quæ quidā de sacramento hoc deuote cōscribūt, dicentes: Quod sicut ad thronum Salomonis sex gradibus ascendebatur, ita ad participationē sacramenti altaris sex præparamentis gradatim distinctis, ac sursum ducentibus, fit procedendū. Primus gradus est fides, quę in hoc sacramēto tāto plus necessaria extat, q̃to ea quæ de hoc sacramento tradunt, oēm sensum, rōnem, & intellectū trāscendūt, nec expedit in hac re curiose scrutari, aut morose rimari, qualiter Chrūs in hoc sacramēto possit sic cōtineri, ut tradit ecclesia, sed mēte in fide sanctę ecclesię firmiter stabilita, ex rōnibus credendorū, & illuminatione diuina, atq; certissime pręsupposito, q̃ oia quę de hoc sacramēto docet ecclesia uera sint, debem⁹ uehemēter mirari, sapiētialiter contēplari, amorose amplecti, totisq; uiribus cū omi grārum actione uenerari, tā incōprehēsibilē bonitatē, charitatē, munificentiā, misericordiā, prouidentiā circa nos pauperes & infimos & indignos. Secundus gradus est desideriū cordis ad tm̄ mysteriū, qm̄ ex amore feruenti est accedendū, corde ad tm̄ bonū spiritaliter hiante: desideriū quippe cor aperit ad desiderati susceptionē, & q̃to cū synceriori desiderio quis accedit, tanto copiosius sacramenti huius fructus & effectus sortit. Idcirco non arida cōsuetudine, non cū tædio & horrore, nō cū ignauia & tepore ad tantæ dignitatis & maiestatis sacramentū est procedēdū, sed cū præparatione suprà descripta. Hinc tertius gradus est reuerentia cordis ex tantæ sublimitatis consideratione concepta, ad sacramentū tā summū, sicut expositū est. Quartus gradus est mūditia, q̃ nō nisi pura mente sumendū est hoc donū supercœleste, quod est ipsemet dator deus & creator cœlorū. Quintus gradus est memoria dñicæ passionis, cuius memoriale ualde inflāmatiuū est hoc sacramentū. Quotidie ergo attētissime est pensandū, quanta & qualia pro nobis ptulit filius dei, qđ totū est reminiscēdū ad cōpatiendū, ad imitandū, ad regratiandū, ad admirādū, ad diligendū, ad cōtemplandū. Sextus gradus est, seipsum in deū proiicere, hoc est, tota mēte in sua pietate cōfidere, & se suę pūidētię cōfidēter cōmittere cū indefessa executione eorū, quæ sibi possibilia sunt, sicq; in deū amorose qescere. Verū hęc aliter & aptius possunt utiq; assignari: uidelicet cōsciētię diligēs examinatio, plena cōtritio, pfecta cōfessio &c. Effectus demū sacramēti huius ita assignāt, ut primus sit pctōrū remissio, secūdus cordis curatio à reliquiis uitiorū: tertius custodia seu munimentū: quartus cōfortatio cordis: qntus cōsolatio spūalis: sextus augmētū liberalitatis: septimus augmētatio uirtutū: octauus uiuificatio seu agilitas aut alacritas ad bona agenda: nonus illuminatio mētis: decimus pax pectoris: undecimus sapor spūalis: duodecimus unitio & unitas q̃dā mētis cū deo p charitatis pfectionē. Ista ad pauciora queunt reduci. Quid est em̄ cōfortatio, nisi profectus gratię & augmentū? Augmentū etiā liberalitatis sub augmentatione cōtinetur uirtutū: sed & sapor spiritualis, pax pectoris, & lętitia spūalis coincidūt & nō distinguunt.

Fides.
Spes.
Charitas.
3. Reg. 10

Articulus XXIIII. Commendatio sacramenti huius ad celebrandum & communicandum alliciens.

Deflenda est nostra peruersitas, ingratitudo, insipientia, negligētia, torpor, acedia, q̃ ad tam superdignissimi sacramenti celebrationem, & sanctam communionem non magis afficimur, tam faciliter abstinemus, tam parū nos præparamus: heu heu homo cum in honore esset, non intellexit: fastidimus māna cœleste, qm̄ eius præfatos fructus, saluberrimosq; effectus nō experimur: & hoc qm̄ imparati

Psal. 48.

accedere ad deum maiestatis ac gloriæ sine decenti reuerentia, & casto timore non ueremur. Non consideramus mirabilia legis dei, nõ contemplamur altitudinem consilij sapiẽtię superexcellentissimę & superdulcissimę trinitatis, super modo saluationis gñis humani, nec rationabilissimam atq; pulcherrimam connexionem eorum quę credimus, quorũ unũ quodq; per se acceptum, quis mirabiliter sonet, & filijs seculi huius sapientibus mũdi, quasi incredibile uideatur, tamen dum omnia comportãtur, cunctaq; sacræ fidei argumenta rite pensantur, & credendorũ connexio, consonãtia, sublimitas spiritualis attenduntur, nil uerius, nil profundius, nil rationabilius uel potius superrationabilius Christianę fidei theoria consistit. Oportet ergo ad cor altum accedere, ac desuper illustrari, sicut & totum qđ credimus, super hominem prorsus est, & supernaturalibus fundamentis innititur, supnaturalibus rõnibus comprobat: quo facto ex sentẽtia dicere fas erit, imò ex plenitudine fidei præ admiratione nimię credibilitatis credendorum dicetur: Testimonia tua dñe credibilia facta sunt nimis. O dignissimum sacramentum ab exordio mundi typice prefignatum per sacrificia legis naturę, in oblationibus patriarcharũ prefiguratum, à prophetis prenuntiatum, ab ipsomet deo incarnato institutum ac sumptum, à gloriosis apostolis prosecutum, ab innumerabilibus sanctis euangelicæ legis continuatum: per innumerabilia miracula declaratũ. Tu hostia uere pacifica, iuge sacrificium, munda & summe accepta oblatio, æstuãtissimum holocaustum, uniuersalis efficacissima medicina, indeficiens panis, saluberrima animarum refectio, reconciliatio nostra, uiaticum ad gloriam perductiuum, deiectio dæmonum, honorificentia angelorum, liberalissimum munus, altissimum contemplationis obiectum, opulentissimus thesaurus ecclesiæ, incomprehensibile bonum, finis & cõsummatio, legis scriptę exordium, cultus sacrosanctę ecclesię, tu sacramentum sacramentorum, sacrificium sacrificiorum, remedium remediorũ, summe desiderandũ, æstuãtissime diligendum, reuerendissime celebrãdum, deuotissime semper colendum, timoratissime adorandum, cunctis præconijs prosequendum, omni gratiarum actione dignissimum. Tu memoriale dulcissimũ, arra salutis humanæ, pignus hereditatis æternę, futuræ felicitatis amdum prelu dium, dos sponsæ, subarratio mentis deuotæ, triumphantis ac militantis ecclesię suauissimum, & indissolubile glutinum, cõmune, deliciosissimumq; obiectum: hic tectũ ac creditum, ibi detectum & uisum. Attende ò anima mea, perpende ò omnis sacerdos, cõsidera ò quilibet Christiane, quanta tibi concessa est gratia, quanta gloria contributa, non solum cum Christo miscere colloquia, non solum uerbis in orando & laudando, tuum alloqui creatorem, non solum spe sancta fulciri pertingendi ad illum, nõ solum ad patriam, sed etiam in hac uia, in isto exilio tam uere & mirabiliter eum habere presentẽ, corpus eius & sanguinem potentissime consecrare, ac per hoc totum quasi ad libitũ presentem habere, manibus uerbum æternum humanatũ tractare, ore suscipere ac tenere, & intra se iugiter spiritaliter conseruare. O mens fidelis, ò anima si uere sponsi cœlestis es sponsa, si tuum diligis creatorem, si tuo grata es saluatori, si uere honorare appetis dominum dignitatis ac glorię penitus infinitę, noli negligere, adorna sine dilatione thalamum cordis tui omni humilitate, compunctione, mãsuetudine, puritate, omni custodia & feruore, omni uirtute, dono, profectu, & auiditate superna: sicq; deo sponso creatori, saluatori, ac iudici tuo occurre, prosternere, & arride, brachijs charitatis amplectere, ore cordis deosculare, cũ summa reuerẽtia suscipe: Intra te incessanter tenere enitere, ipsum exora, lauda: & pro tota ecclesia, pro uiuis ac mortuis, pro parentibus, propinquis, commissis & benefactoribus feruentissime intercede, & grata remanere non cesses: noli uiles de cetero cõsolationes admittere, fabulationes audire, in cibo & potu aliquid q̃ necessitatem exquirere: negligentiã atq; torporẽ uelut infernalia uenena abhorrere. A colloquio, aspectu, uacationeq; dei nõ desinas: psalmodijs, meditationibusq; insistas, dei tui præsentiã indesinenter aduertas. O sacerdos altissimi, dignitatem tuam aduerte, uide q̃ preclarum, salubre, meritorium exte inter deũ & homines esse mediatorem, inter sponsum cœlestem & sponsam eius ecclesiã consistere paranymphum, procuratorem, aduocatum, spiritalemq; medicũ esse fidelium: plebẽ astãtem ad deuotionem, gemitum, fletum, feruorem inducere, dona ei cœlestia impetrare. Noli uilificare teipsum, ueterem hominem exue, bestialem sensum repelle, uirtutum ac puritatis amore succendere, idoneũ ministrũ te exhibe, custoditus, timoratus, solicitus, gratus, proficiẽs, ac in diuinis incessabiliter permane. O unigenite patris æterni dñe Iesu Christe, propter nos incarnate ac crucifixe, qui teipsum nobis tam amorose, tam pijssime, tam liberalissime cõfers, & esse nobiscum tã gratiose mirabiliterq; dignaris, propter omnem tuam bonita

Psal. 61. Psal. 92. 1. Timo. 2.

bonitatem,charitatem,misericordiam,munificentiam ad nos per omnia mysteria & cuncta beneficia tua ad mensam tuā nos semper & efficaciter præpara, & ita fac nos modo te per fidem suscipere in sacramento, ut ad beatificā tuā uisionem post uitæ huius curriculū mox ualeamus pertingere. VE. Iam illuminatus est oculus tui cordis,& inflāmatus affect⁹: Ephe.1.
persiste & cresce in istis. Assuesce quotidie uerbis amorosis ac sanctis, ualide inflāmatiuis, dominū deum tuū unigenitum dei patris se ad te tā incōprehensibiliter,amorose,dignanter,liberaliterq; habentem affari,ut uere tota conuersatio & occupatio tua præparatoria sit ad celebrationem. SA. O uerbum æternum,sermo omnipotens,fons sapientiæ, q tam sapienter,tam potenter,tā gratiose loquebaris in carne assumpta in mundo, ut aduersarij q̄q; tui euidentia rei compulsi sint dicere. Nunq̄ sic locutus est homo sicut hic loqtur, doce me huiusmodi uerba. VER. Aduerte uerba per ora electorū meorum inde prolata, & dic hęc & huiusmodi uerba,prout suggerit deuotio feruida. Iohan.7.

Articulus XXIIII. Meditatio deprecatoria ac deuota ad celebrationem fructuosam præparatoria.

VNigenite patris æterni,in quo pater complacentiam habet immensam, q ex totius superbenedictæ trinitatis sapientissimo benignissimoq; consilio, ad recuperandum diuinę maiestatis honorem ac cultum,ad saluandum genus humanum de sinu patris,imò ex corde tui superdulcissimi genitoris in uterum mundissimę uirginis,per incarnationis mysterium descendere ex ardenti charitate, atq; ineffabili pietate dignatus es:dulcissime Iesu Christe altissime,fortitudo mea, refugium meū, susceptor animę meæ,deus totius salutis meę,in quem credo,in quo spero,quē diligo:ad thronum gratiæ tuæ accedo,ostium misericordię tuę aperi mihi,q latroni in cruce,paradisi introitum promisisti,per sacratissimum uulnus lateris tui introduc me in medium pectoris tui:ibi de fonte cordis tui fluentis tuę sapientiæ pota me. O deus miserationis immensæ,intra uiscera misericordię tuę,in qbus nos uisitasti,recipe,amplectere,claude, & abscōde me incessanter. O deus excellentię infinitę,qs ego uas luteum , homo peccati , seruus inutilis, ut me uisitare,à me consecrari,contrectari,offerri ac sumi digneris,ut tot & tanta propter me mirabilia opereris? Tu olim Moysi te sicut es inspicere ardentissime cupiēti, negatiuā dedisti,& nunc teipsum prębes pręsentē in cibum & potum, in recōciliatorem & medicū, in hospitem,sponsum,habitatoremq; animę mihi tā misero & indigno. Tu omnium rex seculorum immortalis & inuisibilis,imò in propria natura impassibilis & incomprehensibilis. Tu illuminatio mea & salus mea,tu protector uitæ meę & misericordia mea, tu es deus & dn̄s meus,q pro mea redemptione acerbissimum & ignominiosissimū crucis subisti supplicium: tu ille non alius. Tu Christe uerbum,sapientia,proles mentis paternę,germen infiniti decoris,cuius pulchritudinis,gratiositatis,deliciositatis, & superpulcherrimæ claritatis nullus est finis,ex patre æterno inenarrabiliter ante omnia secula æternaliter genit⁹, tempore desuper pręordinato intra unius electissimę sacrosanctissimę puellę corpusculū, cooperāte superdulcissimo adorādo paracleto spiritusancto,te clausisti in forma assumpta salua tuę deitatis maiestate immensa,atq; ex ea integerrima pmanente, nasci & inter hoīes cōuersari dignatus es. Tu ô uera gloria dei patris,inter iniquos inglorius habitus es,& ita tractatus à sceleratis,q tibi unigenito prę filijs hoīm specioso, imò prę cūctis angelicis mētibus incomparabiliter pulchro,non erat species neq; decor,& apparuisti uelut leprosus, tanq̄ obprobrium hominum & abiectio plebis. Hæc tua ô Iesu dignissime deformatio miseranda,sit mihi mentis & omnium passionum reformatio plena,adornatio uirtuosa,glorificatio sempiterna. Tu de perfida synagoga ad gentes uenisti, & tecum sanctorum milia. In dextera tua ignea lex,quā per gloriosos apostolos prędicasti gētilibus. Dilexisti populos,pro quorum salute obtulisti te deo patri in crucis patibulo, hostiā superacceptissimā in odorem suauitatis. Oēs sancti in manu tua sunt:qui scis quos elegeris,& misereris cui uolueris,& clemens es in quem tibi placuerit:& q appropinquant pedibus tuis,qui tua fideliter sectantur uestigia,accipient de tua doctrina:qui enim uoluerit uoluntatem facere dei patris,sciet per gustum & experientiam supernorum tuorum charismatum uisitationumq; internarum,qd doctrina tua ex deo sit: non enim est alius ut tu deus rectissimus, ascensor cœli,auxliator noster,qui cœlo conscenso ac misso paracleto,habitaculum tenēs sursum,& subter brachia sempiterna:magnificentia tua fecisti discurrere nubes sublimes apostolos,tonitrui filios,qui lumen doctrinæ tuæ sparserunt non in una tantummodo regione Iudææ, sed in omni loco misericordiæ tuæ, quocunque iussisti eos uenire. Tu

Marginal references: Psal.17. Psal.87. Heb.4. Matt.27 Iohan.4. Luc.1. Exod.3. 1.Tim.1. Iohan.19. Psal.26 Baru.3. Esaiæ 53. Psal.44. Iohan.13. Exod.33. Iohan.7. Deut.33.

domine per sanguinem crucis tuæ fusum de corpore tuo, quod in hoc sacramento uerissi
2.Cor.5. me pręsens credo, reconciliasti nos deo, & pacificasti cœlestia ac terrena, & utraq; unum
Colos.1. fecisti, delēs quod aduersum nos erat peccati chirographũ. Deniq; ut omnium hoꝝ & cæ
teroꝝ tuoꝝ iugiter memores simus feruide ac deuote mysterioꝝ, in cœna illa nouissima,
Matt.26 quā desiderio desiderasti cū tuis habere discipulis, sacramentū hoc magnū instituisti, q̄d
1.Timo.3. manifestatū est in carne, iustificatū in spū, apparuit angelis, pr ędicatū est gētibus, creditū
est mundo, assumptum est in gloria, ut toties tuæ dilectionis, passionis, oimq; beneficiorū
tuorum atq; mysterioꝝ reminiscamur, reminiscendo accēdamur, & accēsi imitemur quo
ties missarum solennia celebramus, & sacra cōicamus mysteria. Obsecro te dn̄e & saluator
propter omnem bonitatem, charitatem & gratiā sup nos supgloriosissimæ trinitatis, per
omnem uirtutem tuā, & omne meritum sanctissimæ passionis tuæ, ac omnium quę pro no
stra fecisti ac pertulisti salute, ad peragēdum diuina ista mysteria misericordissime nos dis
pone, dignifica, conserua, deduc, gratifica, & indesinenter guberna.

Articulus XXV. Oratio de eodem.

O Deus æterne, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui cū diues
2.Cor.1 sis in misericordia, propter nimiam charitatem tuā, qua dilexisti nos cū essemus
mortui peccatis, conuiuificasti nos Christo: Etenim proprio filio nō pepercisti,
Ephe.2 Rom.8. sed pro omnibus nobis tradidisti illum ob oēm charitatem tuā, & infinitā abys-
sum misericordiæ tuę super uniuersum genus humanum, ostende nobis indignis sacerdo
tibus tuis lucem miserationum tuaꝝ, qui in hoc sacramēto mirabilia tua sic innouas: amo-
re unigeniti filij tui gratiose nos pręueni, reple ac perfice, ignosce & condole improbitati
bus nostris. Ecce unigenitus filius tuus ex inęstimabili sua charitate ad nos, ad sacrā sui cō
munionem nos inuitat, & fructum pollicetur multiplicem, & nos improbi ac peruersi ab
ipso diffugimus, negligentiam quoq; & pigritiam nostram excusamus & palliamus, dicē-
tes ꝙ periculosum sit accedere, cum tamen ualde fructuosum sit obedire, ac tantum sacra-
Psal.17. mentum cum debita pręparatione suscipere. Propriam ergo indispositionē ex nostra ne-
gligentia atq; pigritia ortam accusare debemus. Corda nostra plene illumina ad conside-
randum acute, cum quanta puritate ac reuerentia oporteat nos creatorem ac saluatorem
nostrum suscipere, cuius aduentum sancti patres olim in lege scripta ac naturali tam affe-
ctuose optauerunt: Omni effectu & gratia, ac omni superno charismate huius præstantissi
mi sacramenti nos refice & perunge, nutri ac robora. Verūtamen confitemur nos tam pu-
ra, cœlestia ac diuina dona non posse suscipere, nisi in primis mentes nostrę prorsus pur-
gentur à uitijs, ab omni sensuali affectu, à carnali amore, à loquacitate, duplicitate, & omni
iniquitatis obliquitate, ab incustodia cordis & sensuum, ab ingratitudine & torpore. Hinc
ergo ò domine, ob tuam sanctitatem immensam, tribue nobis uniuersa peccata nostra ma
iora & minora uere cognoscere, & omnem eorum enormitatem ac grauitatem prudenter
pensare, pure & integre cum ingenti contritione ac pleno emendationis proposito confi-
teri, deflere, punire, ac ipsa deinceps quantum humana permittit fragilitas, iugiter euitare,
ut saluberrimo sacramento & tibi per illud quotidie propinquius intimiusq; iungamur,
& eius uirtute & gratia ad spiritalem uirtutum altitudinem concrescamus, à pristinis cul-
Miche.6. pis & uitijs omni hora cessemus, & coram te solicite ambulemus. O deus omnipotens, qui
per tuam omnipotentiam tot & tam mirabilia in hoc sacramēto operaris, hac eadem omi-
potentia tua nos defectuosos ac fragiles ad omne malum procliues, tam potēter quàm cle-
menter effectibus tanti sacramenti corrobora, ut constabiliti in grata tua, tibi quotidie sta-
bilius adhęreamus, reuerentialius ministremus, præcordialius regratiemur, & tuo iugiter
inflammemur amore. O deus æterne quanta est ista improbitas, ista fatuitas, imò & peruer
sitas ista, quòd tibi domino deo nostro tam incomparabiliter bono, tam infinite honoran
do, tam incessanter considerando ac metuendo, tam summe ac feruide toto corde aman-
do, nos miserrimi, potius impudici canes quàm sacerdotes uocandi, toties & tam facili oc-
casione, tam leui tentatione præferimus ista carnalia & caduca, uana & uilia, illicita atque
prohibita, redeuntes à mensa illa cœlesti mox leues, dissoluti, loquaces: incustoditi sumus
ut ante, in cibo & potu & somno excedimus, non solum multa & magna committimus ma
la, sed & multa & magna omittimus bona, imò interdum quod abominabile est & horren
dum, atq; ęterna dānatione dignissimū, ad detractionē, temeriora prorsus iudicia, ad con-
tentionem, indignationem, iram, impatientiam que prolabimur, & instar impijssimi pro-
ditoris, te ex nostris expellimus cordibus, corripi & corrigi dedignamur. Miserere

nostri dñe miserere nostri, ne tanta de cętero impleamur despectione. Illumina oculos nostros interiores, ne ita obdormiamus in morte iniquitatis, ne dicant hostes nostri crudelissimi, pręualuimus cõtra eos: ne de nostris excessibus glorientur, ne & sanctos angelos nos pijssime custodiẽtes cõtristemus, & quod super oĩa est uitandũ, ne tuã ô deus altissime pręsentiam tam grauiter offendamus: quicqd offensiuũ est tuæ sanctitatis ac maiestatis, diligentissime caueamus, non solum peccata, sed & peccandi occasiones solicite declinemus, semp salubria meditemur, uirtuosa optemus, teq; oculis cordis incessabiliter proponam⁹, in aduersis sicut in omnibus diuitijs gloriemur. Fac nos sapienter ac profunde intueri assidue cum quanta reuerentia & obedientia, cũ quanta puritate & gratitudine, cũ quãta ardentissimæ charitatis affectione & profundissima humilitate tibi indesinenter assistant & obsequãtur oẽs angeli sancti, & uniuersi ciues supni, ut & nos pauperes & indigni eoꝵ exemplo studeamus cũ omni conatu reuerenter, obedienter, pure, gratanter, amorose, timorate atq; humiliter tibi ubiq; & semper, potissimum in celebratione, assistere ac seruire ad laudem & gloriam nominis tui. Psal. 12. Psal. 12. Psal. 118.

Articulus XXVI. Oratio secunda de eodem.

O Trinitas superbenedicta, propter omnem bonitatem, charitatẽ & misericordiã tuã sup genus humanũ, propter ęternũ, sapientissimũ & supergratiosissimuũ cõsilium tuũ, super modo & existentia redẽptionis nostre, illumina aĩas nr̃as ad cõsiderandũ salubriter, q̃ amorose ac pie egisti nobiscũ, & iuxta altitudinẽ fidei nostrę fac nos tibi proportionabiliter in alta uirtutũ perfectione seruire: Iuxta profunditatẽ sapientię Christianę fac nos corã te in sapientia instar solis stabiliter permanere, nec instar lunæ finas nos uariari, passionũ motibus agitari, uitijs subdi. Erubescamus in præsentia lucis tuę immensę in conspectu sapientię tuæ æternę, & corã supersanctissimo uultu gloriæ tuæ uiliter conuersari, turpia cogitare, illicita affectare: Absit ut amplius ueneremur præsentiã hoĩm q̃ diuinã, imò sicut unigenitus patris uisitauit & fecit redemptionẽ plebis suę, ut sine inordinato timore de manu inimicoꝵ nostrorũ liberati, seruiamus tibi in sanctitate & iustitia indesinenter usq; in finem: sic à iugo diaboli, à uilissimã seruitute peccati, ab omni iniustitia excutiamus semper cor nostrum, & tibi synceriter adhereamus, cũ metu & reuerentia obsequamur. O trinitas supergloriosa, quę nos ad tui ipsius supernaturalẽ beatificã fruitionem, & clarã per speciẽ deliciosissimã uisionem creasti, atq; ad hãc nobilissimã sacramentalem refectionem futuræ illius refections figurã inuitas, q̃ detestãda ac deploranda est negligẽtia, imò insipientia & malitia nostra, q̃ tã ineffabiliter magna, pretiosa diuinaq; dona negligimus, nec inardescimus uidere bona dñi in terra uiuentium, nec ad regem gloriæ in suo incircumscriptibili penitusq; immenso contemplãdum decore suspiramus & festinamus. O si pauper famelicus ad prãdium delicatum diuitis ab ipsomet diuite uocaret, qualiter pro posse suo se ornaret ac ire acceleraret: Et ego pauperrimus, cæcus & nudus, malis infirmitatibus plenus, ad mensam tuã ô Christe, ad tuũ medicialissimã refectionẽ nõ inardesco, nõ me adorno, nõ toto affectu cũ omni humilitate ac ueneratione occurro. Tu saluator stas ad ostium mẽtis meę & pulsas, diuinis angelicisq; instinctibus excitas, mones, hortaris, ut tibi aperiã, ut omne tui gratiosi introitus obstaculum uitem, ab omni pc̃ō etiã ueniali quasi à facie colubri & draconis mox fugiendo, atq; ad te assiduè aspirãdo, te feruẽter inuocãdo, sicq; ingrediaris cubiculum mentis meæ & cœnes mecũ, meo profectui con gaudẽdo, meis exercitijs uirtuosis exercitationibusq; internis teipsum quasi pascẽdo, imò meipsum in te conuertendo ac trãsferendo, hoc est, me spiritaliter mãducãdo & tibi incorporãdo: quia delicię tuæ sunt esse cũ filijs hoĩm ita agentibus: Sic quoq; & ego cœnẽ tecũ cœlestia illa fercula pręgustãdo, imò teipsum per pręcordialẽ amoris masticationem edẽdo. Porrò ego infelix & insensatus, ad aperiendum tãto dñō, tam altissimo hospiti sum tardus & negligens: ad conuescendum tibi sum frigidus: inimico nequissimo, qui ad ostium cordis suggestionibus, susurris & tentationibus suis nefarijs pulsat, audientiam præbeo: uanas & friuolas cogitationes, desideria praua, uanitates atq; insanias falsas insipiẽtissime admittendo: cũ his idolis fornicatur aĩa mea, & relicto sponso cœlesti à dæmone cõstupratur, cui per consensus illicitos, diuersaq; uitia admiscetur, & sic uilis ac stolidus ego inuitatus enutriri in croceis amplector hęc stercora. Miserere mei dñe fili Dauid, & me illuminã ut uideã, protinus resipiscam, ut exclusa omni admixtione immunda, tibi totius mundititię fonti & amatori cum ingenti cura feruenter inauertibiliterq; adhæream: Ex tuis sacramẽtis, quasi ex uiuis & purissimis fontibus aquas sapientiæ salutaris, gratiaꝵ fluenta, exube- Luc. 1. Eccle. 7. Luc. 1. Abac. 3. Psal. 26. Esaie. 33. Apoca. 3. Eccl. 21. Apoc. 3. Prouerb. 8. Psal. 39. Luc. 18. Psal. 35.

rantiam opulentiæ spiritualis assidue hauriam. O alme paraclete cōsolator dulcissime, liberalissime spiritussancte, ob tuā immensam benignitatem & munificētiam, qui essentialiter charitas es, amor, nexus & osculum patris & filij, me inanem, uilem, pauperrimum peccatorem indignissimū misericordissime uisita, purga, dita, doce, unge, succēde, indesinēterq; posside ac guberna: ad condignā mysteriorū Christi celebrationem & sacrā cōionem me quotidie apta, dispone, dignifica. O superdignissima trinitas, ob tuā cōicationem & emanationem æternā ad intra, effunde atq; cōmunica dona tua ad extra misericordissime & paterne: ob tuā mutuam intuitionē superclarissimam ac infinite iocūdam, fac nos iam te synceriter contemplari cum fide rōnibus credendoꝝ ac purificatæ mentis intelligentia, ac sapientiæ dono perornata: ob tuā dilectionem mutuā, superardentissimam & immēsam fac nos sine interpolatione te cum feruore amantes, & in tua dilectione quotidie ardentiores. Ob tuā mutuam complacentiā fac nos tibi semper placentes, omniq; die placentiores, per Christum & omne meritum eius, Amen.

Articulus XXVII. Qualiter eucharistia sit sacramentum: & utrum sit unum sacramentum, uel plura. SACER.

Cum sacramentum sit sacræ rei signum, nec formaliter, sed figuraliter, aut forsan aliquo modo causaliter contineat sanctitatem & gratiā, non uidet corpus Christi uerum & sanguis eius realis consistere sacramentū: Cum in corpore Christi sit anima eius sanctissima, imò totus Christus, fons omnis gratiæ ac uirtutis, nec uidetur unum existere sacramentum, cum sint diuersę materię: & in Complenda dicatur: Purificent nos quęsumus dñe sacramenta quæ sumpsimus. VER. In hoc sacramento est aliquid quod est tantūmodo sacramentum, id est sacræ rei signum, uidelicet species seu formę accidentales panis & uini, quę remanent sine subiecto, ipso pane conuerso & transsubstantiato in corpus Christi: similiter ipso uino in Christi sanguinem trāssubstantiato: quæ species signa sunt ueri corporis & sanguinis Christi. Continet quoq; in hoc sacramēto aliqd quod est res & signum, uidelicet ueꝝ corpus & sanguis Christi, quæ sunt res significatę p ipsas species remanentes, ut dictum est, & nihilominus significant & figurāt ipsum mysticum corpus Christi, quod est ecclesia in electis, seu ecclesiasticam unitatem, aut gratiam sacramentalem, quę est ipsa gratia spiritualis nutrimenti seu refectionis, hoc sacramēto effecta. Est igitur eucharistia sacramentum, aliter tamen quàm baptismus & alia sacramenta: quoniam istud sacramentum, quod uidelicet est res & signum, habet realiter & formaliter sanctificationem, sanctitatem & gratiam, prout cum corpore ex naturali concomitātia est anima eius & uerbi æterni persona. In alijs uero sacramentis non inuenitur taliter gratia: sed sicut in signo & in causa instrumentali, ministeriali, aliquo modo concurrente & cooperante ex institutione & uirtute diuina, quæ gratia in usu materiæ sacramentorum illoꝝ cōsistere perhibetur. Materia uero sanctificatur, et sancta seu sanctificata asseritur, inquātum ordinatur, deputatur et applicatur ad ueram & realem sanctitatem ac gratiam in rationali creatura efficiendā, uirtute diuina principaliter operante, & ipsis sacramentis quæ continent atq; efficiunt quod figurant, instrumentaliter ac suo modo ministerialiter cooperantibus. SACERD. Compendiosa responsio, circa quam dubitatio oritur mihi: sed antequam illam proponam, declarare digneris qualiter sacramentum istud dicatur unum & plura. VERITAS. Multipliciter dicitur aliquid unum: Primo, quod nec actu nec potentia diuidi potest in plura ut punctum: Secundo, ratione continuitatis, ut linea: & hoc est potentialiter plura, quia in plures partes diuidi potest. Tertio, unitate formę substantialis, ut naturalia, seu totum substantiale, quod ex materia & forma substantiali tāquam ex essentialibus componitur partibus. Quarto, per relationem ad unum & eundem totalem effectum, quemadmodum medicina ex pluribus constans materijs fertur una, quia ad perfectam curationem refertur: sic & artificialia & instrumentalia quædā uocantur quid unū ut domus. Ita & hoc sacramentum corporis & sanguinis Christi dicitur unum, quoniam ad unam & eandem completam spiritualem hominum refectionem ex diuina institutione est ordinatum: refectionem inquā spiritualem, significatā per corporalem nutritionē, ad quā cibus potusq; exigunt. Hinc ad integritatē sacramenti istius ex institutione diuina, pertinet aliqd per modū cibi, puta corpus Christi: & aliqd per modū potus, uidelicet sanguis ipsius. Dicit etiā pluraliter sacramenta, propter diuersitatē signoꝝ materialē, seu propter sacramentalem remanentium ac uisibilium specierum distinctionem, & quoniā ex distinctis consecrantur materijs, scilicet ex pane & uino. SACERDOS. Liceat mihi nunc dubitatio

Multipliciter dici aliquid unum.

tationem proponere ortam ex dictis. VER. Si cœperimus abyssum & caliginē scholasticarū ingredi quæstionum, intentā huius breuitatē opusculi excedemus, & contra propositū faciemus. Nempe in breui isto dialogo, non scholasticas difficultates, & quæstionum subtilitates, sed ea duntaxat quæ deuotionem concernunt, tractare ac prosequi fuit intentio, alia loco alteri reseruantes: quorum discussio subtilis & curiosa quis sit, suo modo pro fidei defensione ac declaratione necessaria, multorum tamen deuotionis magis censetur extinctiua, quàm promotiua. SACER. Non nisi pauca proponam, præsertim quæ in tractatu cuiusdam deuoti habentur, qui passim legitur à deuotis. VERI. Succinctim propone.

Articulus XXVIII. An in forma uerborum sacramenti istius, consistat aliquā uis supernaturalis creata ad transsubstantiationem causaliter aliquo modo concurrens. SACER.

SCribit ille deuotus in Tractatu suo de eucharistię sacramento: Occurrit hic dubiū, Vtrum sacerdos consecrans concurrat actiue ad consecrationis seu transsubstātiationis effectum, ita quod sit cooperator dei in actu transsubstantiandi. Respondet, Dico quod non: quia transsubstantiatio est opus simpliciter miraculosum, excedens oēm potentiam creaturarum eis iam cōmunicatam: Sacerdos ergo in cōsecratione non cōcurrit actiue: imò communis doctorum sententia est, quod generaliter ministri sacramentorum non cooperantur deo productiue in effectibus, qui sunt res eorūdem sacramentorum: quia ministris facientibus debite omnia illa quæ ad confectionem uel usum sacramentorum dñs facienda instituit, ipse se solo immediate effectum principalem, qui est res sacramenti, causat. Hinc constat quod sacramenta nouę legis non efficiunt quod significant seu figurant per uirtutem aliquam intrinsecam elemētis, uel uerbis, uel intentioni, uel signis, uel omnibus simul. Vnde differentia ista inter nouæ & ueteris legis sacramenta, quod sacramenta nouę legis efficiunt gratiam quā figurant, non autē sacramenta ueteris legis, sic est intelligenda: Quòd sacramenta nouæ legis sunt gratiæ sacramentalis causa instrumentalis, dispositiua, dispositione extrinseca habilitante subiectū ad reficiendum illum effectum non ex natura rei, sed ex ordinatione & pacto dei, sic quòd huiusmodi effectus fiūt modo iam dicto ui operis operati, & non merito ministri operantis. Et per oppositum fuit de sacramentis ueteris testamenti: quæ si aliquid boni conferebant his quibus applicabātur, hoc erat ex sanctitate orationis ipsius applicātis aut recipientis, & nō ex ui opis opati. Hęc & multa his similia scribit ille, quæ uidentur præinductis contraria: Quia dixisti in sacramentis euangelicæ legis gratiam contineri tanquā in signo & causa instrumētali, ministeriali aliquo modo concurrente & cooperante ad sacramentalem effectum. VERI. Vt nosti, de ista materia sunt duæ doctorum opiniones, sicut tu ipse legisti & nosti: & quod tibi dixi, uerius esse tene. SAC. Nonne apostolus Paulus in suis epistolis, pręsertim in epistola ad Hebręos hāc distinctionē inter legē Christi, legēque Moysi ponit, quod lex euangelica gratiā continet, saluat, atque iustificat, non aūt lex Moysi: & hoc ascribitur euāgelicę legi, sumēdo eā cū suorum sacramentorum inclusione, eò quod sacramēta contētiua & causatiua sint gratię mō prędicto. Deniquē doctor ille inter doctores scholasticos pręcipuę sanctitatis, illuminationis, & autoritatis Thomas, super 4. Sententiarum distin. 8. præfata opinione narrata: Hæc, inqt, opinio derogat dignitati sacramentorum euangelicæ legis: idcirco credendū est, quòd in uerbis consecrationis, quēadmodū & in alijs formis sacramentorum inest aliqua uirtus à deo, quæ nō est qualitas, habēs esse completū in natura, sicut est uirtus principalis alicuius agētis scdm formā suā: sed habet esse incōpletū, ut uirtus quæ est in instrumēto ex intētione uel impressione principalis agentis, & sicut similitudines colorum in aere. Insuper in tertia parte Summę: Quidā, ait, dixerūt in uerbis cōsecrationis non esse uirtutē creatam ad trāssubstantiationē faciendam, nec etiam in alijs formis sacramentorum, aut in ipsis sacramētis ad inducendū sacramētorum effectus: quod dictis sanctorum derogat, & dignitati sacramentorum euangelicæ legis repugnat. Vnde cū sacramentū eucharistię sit dignius cęteris, cōstat quod in uerbis formalibus eius sit uirtus quędā creata ad conuersionē faciendam in eo, instrumentalis tñ sicut in alijs sacramentis. Cum enim hæc uerba ex persona Christi proferantur, ex eius mandato sortiuntur uirtutem instrumentalem ab ipso, sicut & cętera eius facta uel dicta habent instrumētaliter salutiferā quandā uirtutē. Et ista positio ex multis sanctorum autoritatibus approbatur: Ait nāque super Iohānem Augustinus: Quę tāta uis aquę, ut corpus tangat, & cor abluat? Et Beda: Dñs tactu suæ mūdissimę carnis uim generatiuā cōtulit aquis. Idem scribit Chrysostom⁹. Ambrosius quoque libro quinto de sacramētis fatetur: Si tāta uis est in sermone

[Margin: Sacramento rū nouæ & ueteris testamēti differētia, & intelligentia.]

[Margin: Heb. 7.]

[Margin: Augustin⁹.]

domini, ut inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est, ut in aliud conuertantur? Hoc & in Summa contra gentiles Thomas tuetur: Concordat Gulielmus Parisiensis in suo Sacramentali, & alij multi doctores præcipui hoc affirmant: Quod etiam ex uerbis diuini & magni Dionysij suscipit robur, qui in fine Ecclesiasticæ asserit hierarchiæ: In ipsis consummatiuis inuocationibus, id est, sacramentorum uerbis, uirtutes sunt operatiuæ ex deo. Hinc Ambrosius Eusebiusq́ꝫ testantur: Sermo Christi mutat creaturas: & consecratione quidem uerbi cœlestis panis in corpus, & uinũ in sanctissimum sanguinem Christi conuertitur. Præterea, sacerdos non operatur ad transsubstantiationem, nisi proferendo uerba. Si ergo uerbis non inesset uirtus ad transsubstantiationem, sacerdos non haberet aliquam potestatem spiritualem conficiendi, & ita nec ordinem, qui est quędam potestas ad hoc. Amplius, si sacerdos non cooperaretur causaliter, instrumentaliter ad transsubstantiationem, non uiderentur uera esse uerba sanctorum, qui potestatem sacerdotalem tam excellenter extollunt. Vnde & in Sermone qui beato Bernardo ascribitur, inter cætera dicitur: O ueneranda & præclara potestas uestra. Certe non est potestas post deum, sicut potestas uestra. Forsitan scire uultis quę sit tanta potestas. Ad hoc ego: Consecrare uidelicet corpus Christi & sanguinem domini. Super hac potestate uestra, super tam insigni priuilegio stupet cœlum, miratur terra, reueretur plurimum angelica celsitudo. Nec his obstat, quòd teste Damasceno, sola diuina uirtute fit transsubstantiatio ista: quoniam uirtus principalis agentis nõ excludit uim causæ instrumẽtalis. Diuina quoque & supernaturali uirtute potest homo in miraculoso effectu esse concausa, non ex omnipotentis indigentia, sed quoniam ex beneuolentia sua dignanter facit creaturam suæ potestatis participem, & suæ operationis consortem. Istud etiam est de mente Alexãdri, Alberti Magni, & aliorum: Bonauentura tamen utraque opinione recitata pertransitu istam uero fatetur dictis sanctorum esse plus consonam. VERITAS. Efficaciter disputasti. SACERDOS. Alia quædam in prætacto continentur Tractatu, de quibus cuperem informari. VER. Breuiter ea tange.

Libro 4.

Articulus XXIX. Inquisitio circa quædam contenta in Tractatu cuiusdam deuoti.

SACERDOS.

Circa formam consecrationis sacri sanguinis, scribit ille deuotus: De forma hac sunt tres opiniones: Prima, quòd hæc sit essentialis & necessaria forma consecrationis sanguinis: Hic est calix sanguinis mei. Ita quòd illis prolatis, uinum in sanguinem sit conuersum. Secunda opinio est, quod ad formam illam pertineant uerba hæc: noui & æterni testamenti, mysterium fidei. Tertia opinio, quòd non fit consecratio nisi addito illo residuo, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc autem opinio tertia, est minus communis & omnino non uerisimilis. Propter hoc sanctus Thomas, Henricus de Gandauo, & alij plures, eam penitus non recitant: Hæc ille: quę non uidentur posse saluari. Thomas enim in quarto Sententiarum distinctione octaua sic quęrit: Vtrum forma consecrationis consistat in his uerbis tantum, Hic est calix sanguinis mei. Et inductis pro utraque argumentis, in tribus quęstionibus & argumentorum solutionibus euidenter determinat, quod non: & protestatur, quod totum illud residuum, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, pertineat ad formam consecrationis istius, & rationabiliter hoc declarat. VERITAS. Non oportet te hoc diffusius prosequi, quia contradicens si recurrat ad scriptum istius sancti doctoris, inueniet sic esse ut refers. Infra quoque patebit hoc. SACERDOS. In tertia item parte Summæ differuit circa formam consecrationis sanguinis, dicens quod duplex sit opinio. Quidam enim dixerunt, quod de substantia formæ huius solum sit illud, Hic est calix sanguinis mei. Sed hoc inconueniens uidetur, quoniam uerba sequentia sunt quædam determinationes prædicati, uidelicet, sanguinis mei: ideo ad integritatẽ ptinet locutionis. Hinc alij melius dicũt, q̃ oĩa ṽba sequẽtia sunt de essentia huius formę usq; ad id: Quotiescũq; feceritis &c. quę ptinẽt ad usum sacramẽti istius: ideo nõ sunt de substantia formæ ipsius. Et inde est, q̃ sacerdos eodem ritu & modo tenendi calicem, omnia uerba hæc profert: Hæc Thomas. Qui quamuis hic non recitat nisi duas opiniones, tñ in recitatione secundę opinionis includit

& tertiam

& tertiã, quam tam hic quàm sup er Quartũ tenet, declarat & approbat. Et quãuis Albertus in Sũma de corpore Christi primam opinionem secutus sit, tamẽ in scripto Quarti, ea abiecta, aliã sequtur. VER. Ita ẽ. Et huic positioni cõcordat ritus & cõsuetudo ecclesiæ, quæ calicis eleuationem non facit, nisi omnibus uerbis illis prolatis, usque ad id: Hæc quotiescunque feceritis &c. SAC. Idem deuotus scribit in suo Tractatu: Oportet dicere omnes uirtutes morales saltem, preter iustitiam, esse in appetitu sensitiuo, & non in uoluntate, ut sanctus Thomas dicit, & multi theologi atque philosophi eũ in hoc sequentes: uel si sunt principaliter in uolũtate, ut alij ponunt, oportet tamen in appetitu sensitiuo ponere habitus uirtuosos, per quos delectabiliter ac prompte obediat rationi: Hæc ille. Quibus obijci potest, quòd non solum secundum Thomam, sed item secũdum omnes theologos atq; philosophos communiter, prudentia est uirtus moralis, quam oẽs dicũt subiectiue esse in intellectu, nõ in appetitu sensitiuo. Deniq;, si iuxta secũdam opinionem essent ponendi habitus uirtuosi in appetitu sensitiuo, prẹter uirtutes morales, de illis habitibus esset quærendum, an sint uirtutes morales: si sic, qd necesse est præter eas alias ponere uirtutes morales in uoluntate? Esset quoque quærendum, an differrent ab inuicem specifice. Rursus, qui dicunt uirtutes morales realiter esse in uoluntate, ponũt eas esse in appetitu sensitiuo solum per quandam impressionem. Iterum, si appetitus sensitiuus capax est talium uirtuosorum habituum subiectiue, ergo & uirtutum moralium, quẹ sunt circa idem uirtutum obiectum. VER. De istis non est uis tanta, sicut de prẹhabitis punctis: uerum est tamen q̃d de prudentia obijcis: sed & deuotus ille in suo Tractatu, dẽptis perpaucis, humiliter, caute ac sobrie loquitur: idcirco modeste tractandus est. SAC. Nec ego ad depressionem ipsius hæc tetigi, sed pro legentium cautela. Nam & alia quædam dicit de distinctione specierum deuotionis, effectibusq; earum, contra quæ obijci aliqua possent, quæ tamen etiam pie forsitan queunt saluari. VER. Transeant ista. Et nunc de materia & forma huius sacramenti aliqua sunt tangenda.

Articulus XXXIX. De materia sacramenti huius. VER.

MAteriam & formam huius sacramenti unigenitus dei personaliter in cœna instituit: & quod egit, suis ministris agendum reliquit: ideo sicut ad consecrationem tanti sacramenti exigitur forma uerborum, qua usus est ipse CHRISTVS in consecrando aut porrigendo, ita & materia illa requiritur, in qua confecit atque instituit, puta triticeus panis & uinũ uitis. Et sicut probabile ẽ, ipsum lymphasse uinum, cum in terra illa sint fortia uina, & ipse in cunctis temperantiam summe seruauit ac docuit: sic ecclesia modicum aquæ uino miscet in calice, quæ aqua permodica absorbetur à uino, & in ipsum conuertitur: sicq; nihil in sanguinem CHRISTI conuertitur nisi uinum. Nihilominus admixtio aquæ propter alias causas fit figurales ac mysticas. Nam & de latere CHRISTI in cruce sanguis fluxit & aqua: atque per aquam populus designatur. Hinc per eius cum uino permixtionem, adunatio plebis cum CHRISTO exprimitur. Denique, quamuis in huiusmodi pane & uino fiat consecratio, quamuis fiat aliarum materiarum admixtio, dummodo uera natura panis triticei, & uera natura uini uitis prædominentur ac maneant, condecet tamen tam ob reuerentiam sacramenti, quàm ob spiritualem significationem, quòd sit pulcher & purus, uel saltem nõ multum mixtus, triticeus, non corrosus, non fractus, non maculosus. Sic & de uino dicendum est suo modo. Ideo uinum nouum adhuc feculentum non congruit poni: uel si uitari non ualeat, tempestiue est reponendum, ut feces descendant: sicq; depuratum, deferatur ad altare. SAC. Aliqui dicunt in pane speltæ confici posse, quod & de agresti opinantur & musto. VER. De musto potest: de alijs tene quod dixi. De triticeo quoque azymo confici debet, non de fermentato, quãuis in illo consecratio fiat, & ab aliquibus fit, qui peccant, Romanæ ecclesiæ consuetudinem non sequendo, cum & ipse saluator in azymo cõsecrauerit pane: quoniam omne fermentatũ abstulerũt Iudæi de domibus suis ipsa quinta feria ad uesperũ, in qua institutum est sacramentum: & damnabiliter errauerunt Greci, asserentes dominum anticipasse esum agni Paschalis per diem, ita q̃ feria quarta facta sit secũdũ eos cœna illa. SA. In aliqbus terris nec triticũ inueniẽ nec uinũ: ergo uideẽ male puisum circa istius uenerabilis sacramẽti institutionem. VER. Satis faciliter possunt illuc ex alijs terris deferri. SAC. Cũ caro agni Paschalis similior fuerit carni Christi quàm panis, cur non cõsecrauit in huiusmodi carne? VER. Nõ ita cõuenit ad esum & usum cõmunẽ, neq; tã apte designat eccle-

Iohan. 19.

ſiaſticam unitatem,nec puritatem corporis Chriſti à contagione concupiſcentiȩ & pecca
ti,ut panis triticeus.SAC.Nunc de forma ſacramenti huius tangere quid digneris.

Articulus XXXII.De formis conſecrationum corporis & ſanguinis Chriſti. VER.

Matt. 26. DE forma conſecrationis corporis Chriſti omnes concordant,quòd ſit iſta:Hoc
eſt enim corpus meum.Ita tamen,quòd cõiunctio illa Enim,non ſit de eſſentia
formæ,nec Chriſtus uſus eſt ea:& ſi omittatur,nihilominus ſit conſecratio,ſed
ex propoſito eam omittere,eſſet damnabile,quia contra inſtitutum eccleſię,&
ipſe ſummus ac generalis uicarius Chriſti beatiſſimus Petrus,ex familiari & ſe
creto ſpũſancti inſtinctu addidit eam,& hoc ex rationabili cauſa,ad deſignandum conti
nuationem & ordinem ad præcedentia uerba & geſta.SAC.An celebrans profert hęc uer
ba ſolùm in Chriſti perſona,& recitatiue & materialiter tantum,an etiam in propria per
ſona & ſignificatiue? VER. In perſona Chriſti principaliter & recitatiue, & etiam in pro
pria perſona,ut eſt Chriſti miniſter ac preſbyter:ac ſignificatiue,ut efficiant q̊d deſignãt.
Mar. 14. Chriſtus namq; ſacerdotibus iuſſit,ut faciant id quod ipſe:Hæc,inquiens, in meam memo
1.Cori. 11. riã facietis.SAC.De forma conſecrationis uini me edoce.VER.De forma conſecrationis ſan
Sapi. 12. guinis non eſt tanta concordia doctorum,ſicut iam recitaſti.SAC. Mirum quòd ſapientia in
creata,quæ omnia bene diſpoſuit,eccleſiã ſuam in tanta re fluctuare permittit,magnis do
ctoribus in materia hac ſalutis diuerſa ſentientibus, & inter ſe diſſentientibus. VER. Noli
ſic opinari,quia in neceſſarijs ad ſalutem ſatis eccleſiæ eſt prouiſum.Nonne ipſa ab infalli
bili ſpiritu ſancto infallibiliter uiuificatur ac regitur?Ideo conſuetudo uniuerſalis eccle
ſiæ uere catholicæ,autoritatis eſt maximę. Formam autem conſecrationis ſanguinis Chri
ſti ex traditione apoſtolica,mouente principaliter ſpiritu ſancto, accepit eccleſia,quę nec
Matt. 26. calicem leuat quouſque prolata ſunt omnia uerba illa ad formam ſpectantia: Hic eſt calix
ſanguinis mei:cum omni determinatione ſua prætacta,uſque ad illud: Hæc quotieſcun
q; feceritis.Ideo cuncti fideles huic conſuetudini debent obtemperare,& integra illa for
ma uti,nec fluctuare.Doctores uero catholici,qui circa hoc diuerſimode ſenſiſſe uidẽtur,
opinatiue locuti cẽſentur,ſeu ſub correctione eccleſiæ,uel cum conditione implicita,abſ
q; aſſertione temeraria ac pertinaci abſtinentes.SAC.Placent hæc ualde,& fateor plane ꝙ
ſanctus ille & electus catholicus doctor Thomas,ſecuri⁹ & rationabili⁹ & magis ad men
tem meam ſcripſiſſe uidetur.VER:Pro legentium directione recita inde.SAC. Super quar
tum inter cætera ſcribit:Quidã dixerunt quòd Chriſtus,qui habuit excellentiſſime pote
ſtatem in ſacramentis,diuina uirtute ſine uerborum prolatione conſecrauit,& poſtea for
mam expreſſit ſub qua alij conſecrarent. Quam opinionem Innocẽtius narrat opinatiue
magis quàm aſſertiue.Alij dicunt,quòd bis protulit uerba illa, ſemel ſecrete conſecrãdo,
deinde alijs formam dando.Sed melius dicitur,quòd Chriſtus ſemel protulit ea,eaq; pro
Luc. 22. ferendo conſecrauit,ac alijs formam dedit,ita ꝙ benedicendo & porrigẽdo diſcipulis,cre
ditur conſecraſſe.Præterea,quamuis aliqui dicant nihil eſſe de forma conſecrationis ſan
Mar. 14. guinis,niſi hæc uerba,Hic eſt calix ſanguinis mei,ut utriuſq; forma conſecrationis ſit ſimi
lis:prefata etiam uerba uidentur ita perfecte deſignare conuerſionem uini in ſanguinem,
ſicut hæc uerba,Hoc eſt corpus meum,conuerſionem deſignant panis in corpus Chriſti:
ſed quia conditiones appoſitæ ad ſubiectum & prædicatũ,ſunt de integritate locutionis,
ideo alij probabilius dicunt,ꝙ totum ſequens eſt de forma,cum non ſit locutio per ſe,ſed
determinatio prædicati,quæ uerba ex diuerſis locis ſcripturæ pro maxima parte haben
tur,quãuis non inueniantur alicubi ſimul ſcripta, quia euangeliſtæ non uolebant formas
ſacramentorum publice tradere.Quod autem interponitur, myſteriũ fidei ex traditione
Chriſti habetur,quæ ad nos per apoſtolos ſanctos deuenit. Rurſus,in conſecratione ſan
guinis multa uerba adduntur potius q̃ in corporis conſecratione. Quia cum euchariſtiæ
ſacramentum ſit memoriale dominicæ paſſionis,in conſecratione corporis non repræſen
tatur niſi paſſionis ſubiectum,ſed in conſecratione ſanguinis repræſentatur paſſionis my
ſterium.Non enim à corpore Chriſti ſanguis eius fuit ſeorſum,niſi per paſſionẽ.Ideo con
ditiones dominicæ paſſionis exprimũtur per uerba ſequentia magis in conſecratione ſan
guinis,q̃ corporis:& quamuis non ſint proprietates ſanguinis Chriſti,ut ſanguis eſt,ſunt
tamen eſſentiales proprietates eius,inquantum per paſſionem effuſus eſt.Exprimunt q;
uerba illa conditionẽ paſſionis Chriſti,ſecundum quod operatur in ſacramentis.In paſſi
one autem Chriſti,prout operatur in ſacramentis,tria ſunt conſideranda:Primo,effectus
Matt. 26. quem inducit,qui eſt remiſſio peccatorum,qui tangitur,cum dicit: Qui pro uobis & pro

multis effundetur in remissionem peccatorum. Secundum est medium, quo iste effectus in alios traducitur, quod est fides: qua mediante, habet effectum tam in his qui præcesserūt, quàm in his qui sequūtur: & hoc tangitur, cum dicitur, Mysterium fidei: quod quidem potest inferri tam ad ipsam passionem, quæ est mysterium fidei, ut occultum quoddam latēs in fide cunctorum fidelium, præcipue antiquorum, apud quos fuit in mysterio abscondita, diuersimode figurata, & ad ipsum sanguinem ut in sacramento contentum sub speciebus uini: quod habet difficultatem maximam ad credendum, propter quod antonomatice dicitur mysterium fidei. Tertium est finis ad quem perducit, qui est bonorū perceptio æternorum, ad quem Christ⁹ introducit per sanguinem propriæ passionis, in quo nouum testamentum confirmatur, non promittens temporalia ut uetus testamentum, sed æterna. Et quantum ad hoc, dicitur noui & æterni testamenti. Cūq; finis prior sit in intentione, ideo fine præmisso per medium ad effectum passionis ostendendum, formæ uerba perducunt. Testamentum autem proprie est institutio hæreditatis percipiendæ filiis à patre. Vocatur quoq; testamentum hoc, nouum: primo ratione sacramenti istius, quod in mundi renouatione est institutum. Secundo ratione promissionis per Christi sanguinem confirmatę, quę uetus impedimentum consequendę hęreditatis amouit: & sic innouatio quidē promissionis per mortem Christi est facta. Dicitur item idem testamentum alia ratione æternum: primo, quia ęterna bona concernit: secūdo, ratione sacramēti istius continentis Christum qui est ęterna persona: tertio, ratione prædestinationis æternę, hanc gratiam præparantis. Hęc sanctus Doctor. VER. Catholica sunt hęc uerba, in quibus quod dictum est de formis istis, sapientialiter declaratur. SAC. Iam de mirabilibus tam incomprehensibilis sacramenti me doce. VER. A principali propositione me abducis. Nēpe (ut tactū est) intentio fuit in isto opusculo de hac ipsa materia deuotionaliter, non scholastice loqui. Ignoras quòd scriptum est, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ pręcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operib⁹ eius ne fueris curiosus? Itemq;, Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonū: sic qui scrutator est maiestatis, opprimitur à gloria. SAC. Nihilominus iterum scriptū est: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Et nonne scriptura beatificat sic agentes? Beati, inquiens, qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Est ergo ô Veritas summa, quędam perscrutatio moderata, qua quis iuxta sui capacitatem ingenii cum reuerentia, modestia ac timore conatur eorum quæ credit aliquam noscere rationem: sicut per donū intellectus ea quę fidei sunt, quodam acumine mentis perspici ac penetrari dicuntur rationes credendorum synceriter intuendo, uel certe ad persuadendum aliis ea quæ credimus, aut ad respondendum incredulorum instantiis, quemadmodū beatissimus hortatur princeps apostolorū: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem eius, quę in uobis est, fidei & spei. VER. Quanti etiam boni uiri sub hoc colore quasi cum moderamine quodam cœperunt de huius mirabilibus sacramenti scrutari, cogitare, discutere & animum profundare, qui immoderanter ac longius procedentes, defecerunt scrutantes scrutinia, atq; pro fidei illuminatione reportauerunt caput debile. Et sicut reuerberantur & obscurantur oculi in solem defixi, sic obfuscata & excæcata est acies mētis illorū. Denique solitariis tui similibus non expedit considerationi mirabilium huius mysterii immorari, sed fidei ueritate certissime ac prorsus firmissime præsupposita, deuote ac dulciter, imò & profunde mirari de tam inęstimabili bonitate, charitate, misericordia, munificentia dei super genus humanum, & de tantis beneficiis eius: atq; in horum meditatione exardescat ignis diuini amoris in te, & ex intimis profer præcordiis: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et denuo: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Et rursum cū magno Isaia deuotissime dicas: Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ retribuit nobis, & quæ largitus est nobis secundum indulgentiā suam. Prætereant te quorundam exempla, qui dum ad tempus mira afficerentur circa hoc sacramētum deuotione atque dulcedine, ac aduersario suggerente cœpissent de mirabilibus istiis rimari, scrutari, imò incaute imaginari, exhausti sunt, & mole magnitudinis sacramēti oppressi. Quid respondit abbas Copes fratribus interrogantibus? Quid est quod scriptum est, Cœli non sunt mundi in conspectu dei? Nonne dixit, Reliquerunt fratres peccata sua, & scrutantur cœlestia? Quo audito, fugit unusquisq; in cellam suam. Sic & uir ille eximiæ discretionis ac præcipuę sanctitatis abbas Pastor, nonne timuit loqui de profundis scripturæ le-

Eccl. 3. Prouer. 25

Psal. 118

Psal. 115 Psal. 102 Isai. 63

Iob 15

ræ locis? Vnde dum quidam magnus senex uenisset ad eum à loco longinquo, cœpissetq; de altis scripturarum passibus secum fari, sanctus ille omnino conticuit. Postea uero seneillo morem sancti uiri noscente, ac redeunte atq; dicente, Quid faciam abba, quia adhuc passiones dominantur animo meo? exhilaratus uir sanctus: Modo, inquit, bene uenisti. Iam os meum aperiam & implebo illud bonis. Cumq; de modo præualendi passionibus ac uitijs eleganter disseruisset, ædificatus ualde senex, respondit: Vere hæc est uia, & non est alia. SAC. Omnia ista saluberrime sunt inducta, & expediunt pro cautela. Ego quoq; iuxta informationem tuam à curiosa perscrutatione cauebo, nec terminos mihi præfixos transgredi attentabo. Tamen si placet, aliquid super his tange, ut uel studiositati uel curiositati satisfiat quorundam, & ignorantia nugationis recedat. VER. Fateor aliquam esse scrutationem credendorum moderatam atq; laudabilē. Ideo tuæ intentionis pietati parebo.

Articulus XXXIII. Quòd mirabilia sacramenti eucharistiæ, credibilia facta sunt nimis & rationabiliter presuadentur. VER.

Dixi tibi iam ante, quēadmodum quædam credibilia per se seorsum sigillatímq; sumpta, ualde mirabilia & quasi incredibilia uideantur. Tamen quū cuncta credenda cum rationibus suis ac argumentis atque connexionibus comportātur, cessat magna ex parte miratio: nec solum credibilia, sed & rationabilia, imò superrationabilia ac rationabilissima esse uidentur. Itaque corpus & sanguinem CHRISTI in sacramento contineri quis nō miretur? Sed aduerte hoc corpus simul cum anima sua assumptum esse à uerbo æterno in unitate personæ, & uide si non mirabilius sit ipsum corpus non esse ubicunque est uerbum æternum seu unigenitus filius dei, quàm quòd ipse sit simul in pluribus locis. SAC. Hoc non miror, quia cum uerbum æternū sit uerus deus, patri æquale, incircunscriptum & ubique, corpus uero sit pura creatura, non potest esse ubicunque est uerbum. VER. Nōne humana natura in CHRISTO est supposita in uerbo, nec per se persona, sed uerbum est eius persona? SAC. Sic credimus. VER. Nonne in cæteris omnibus, in quibus sunt plura supposita eiusdem naturæ, inuenis naturam extra suppositum seu personam, non econuerso? SAC. Imò, quia natura de se cōmunicabilis est, non persona. VER. Et tamē in CHRISTO inuenis personam extra naturam, uidelicet uerbum, ubi non est assumpta natura. SAC. Aduerto quid uelis, & mirum est hoc, atque in solo CHRISTO puto hoc inueniri. Nec tamen apparet hoc tam mirū consistere: quia illa natura non est propria ipsi uerbo ex propria ratione seu specie, sed assumptione, & est quasi habitus eius attamen mirum est. VER. Eo ipso quo corpus illud à uerbo æterno assumptum est, constat ei multa competere, quæ nulli alteri queunt corpori conuenire: imò decet omnipotētem per corpus illud & in ipso & circa ipsum mirabiliora agere, quàm in tota reliqua substantia corporali. Porro, ut tactum est suprà, aduerte unigenitum dei ex ineffabili charitate sua ad uos, hominem factum pro uestra salute, & seipsum obtulisse pro uestra redemptione deo patri in cruce, atq; se totum secundum naturam assumptam impendisse uestræ redemptioni ac dei patris honori. Et uide quid sapientialius, quid subtilius, quid profundius poterat excogitari, quàm ut hoc modo immoletur pro uobis omnibus quotidie patri æterno, ad eius gloriam & honorem, & ad copiosam ac multiplicem uestram opem, gratiam & salutem. SAC. Hæc ratio tacta est supra cum alijs sibi similibus: quæ quamuis in auribus fidelium, præsertim illuminatorum, dulciter sonent, tamen apud carnales & perfidos nō sonarent. VER. Carnalis homo quidem non sapit ea quæ dei sunt, & nunc insuper intuere. Nonne enim mirum tibi apparet, quomodo totus mūdus sine armorum uiolentia, sine humana potentia, sine magica arte, sine circunuentione aut calliditate, ad hanc supermirabilem poterat quidē fidē ac arduissimā legem induci, quas nec tyrannorum crudelitas, nec persequentium rabies, nec philosophorum subtilitas, nec regum imperatorumq; robur, nec tentationes diabolicæ aut humanæ potuerunt eradicare: imò quàm diu Christiana plebs iuxta suæ fidei legē digne efficaciterq; uixit, fides hæc inter tot & tātas resistētias, repugnātias, obices magis ac maxime creuit. SAC. Hoc reuera prorsus, mirabileq; est, nec dubitamus ad corroboratione͂ fidei sacri hui9 facta esse innumerabilia pclara miracula, signa, pdigia & portēta, sed p aliqua euidētia in naturalib9, & in alijs petim9 declarari ac psuaderi, q in hoc sacro sit corp9 Chri, imò tot9 & integer Chrs. VER. Cōsidera oīpotentiā dei & ei9 potentiā esse

esse penitus intensiue ac perfectionaliter infinitam Ideo nullum effectum posse esse tantæ ammirabilitatis, difficultatis aut eminentiæ, quin omnipotentia siue infinipotentia superbenedicti dei in infinitum sit maior. SACERDOS. Hoc quoque credimus. Tamen ea quæ implicant contradictionem, ut multa quæ in isto sacramento creduntur, implicare putantur, deus facere nequit, uel potius ab eo fieri nequeunt, quod non ex illius impotentia, sed rerum incapacitate prouenire fatemur. VERITAS. Nullum eorum quæ credi iubentur à deo contradictionem includit. SACERDOS. Vnum præexistens conuerti in aliud præexistens sine sua corruptione: & idem numero simul contineri in locis diuersis, grandeq; corpus in loco permodico, dimēsiones quoq; se inuicem penetrare. Insuper unū & idem simul quiescere & moueri, & ex accidentibus generari & nutriri substantiam, ac quædam his similia, quę in isto sacramento uel circa ipsum, & in speciebus eius creduntur, nonne contradictionem uidentur includere? VERITAS, Pro omnium horum solutione perpende quòd omnipotentia supergloriosissimi & superliberrimi dei nequaquā ad hūc rerum ordinem, cursum & legem artatur, quod non solum scriptura, imò & ratio bene disposita protestantur: quamuis philosophorum quorundam fatuitas longe aliter sensit. Et ipse omnipotens per innumerabilia miraculosa & supernaturalia facta hoc demōstrauit. Ideo prēter naturales & solitas transmutationes, ipse potest unum subsistens in aliud subsistens instantanee transsubstantiare, qui sine motu & intermedia mutatione attingit materiam primam, ut est quid in sua natura. Potest item efficere q̄ unum & idem sit simul in pluribus locis, siue per multiplicationem eiusdem, siue per conuersionem aut trāssubstantiationem plurium in unum & idem: nec ignoras q̄ unum & idem per accidens simul possit quiescere & moueri. Dimensionum etiam penetratio non implicat, quemadmodum implicat dimensionem non habere partem extra partem, uel in aliquo subiectiue esse albedinem & tamen non esse album. Et breuiter omnipotens incircunscriptibilis deus potest in infinitum plura & maiora ac mirabiliora efficere quàm possit comprehēdere mens humana, quæ nec etiam minima rerum plane ualet cognoscere. Nonne creator sublimis & adorādus, qui quotidie tot aīas rationales facit ex nihilo, potest unū corpus facillime in aliud uertere? An ignoras quàm mira assidue etiam naturaliter fiant? Quomodo in unda quadā lignum mox in saxum uertitur? Quod si scripturam audieris: Nonne uxor Loth in statuā salis protinus est conuersa? et uirga Moysi in serpentē, ac serpēs in uirgā? Sic & sanctus Iohannes apostolus precibus suis ac meritis uirgas & lapides in optimum aurum conuertit, quod rursus ipso orante in pristinas redijt species & naturas. Ita ad sanctæ Barbaræ uirginis iustam maledictionem pastoris iniqui oues in locustas conuersæ sunt. Itaq; omnis creatura per obedientialē sibi innatam potentiam, ad nutum obedit creatoris imperio. Nonne iuxta Auicēnam, Algazelem, & alios quosdam philosophos, ex sola cōceptione seu apprehensione intelligentiæ, sequitur in inferioribus istis effectus, etiam supra aut præter naturam, quia inferiora ab intelligētijs ponebant producta: quanto magis ex apprehensione & iussione superdignissimi creatoris fiet quicquid uoluerit in rebus creatis. Dic quomodo in modicissima parte pupillæ oculi tui recipiātur species colorum tam diuersorum, imò similitudines tam grādium rerum, repręsentantes res ipsas cum suis figuris, magnitudinibus ac dispositionibus uarijs? Qualiter tantarum molium totq; uarietatum ac multitudinum imagines ac repræsentationes simul recipi queunt ac fieri in pupilla tam modica? sic & in cæteris quis satis miretur cohabitudinem potentiarum & obiectorum. Miraris q̄ corpus tam magnum sub speciebus tam modicis continetur. Et quomodo capere potes, quod tamen ratio dictat sic esse, q̄ anima rationalis simplex & inextēsa per totum corpus extenditur, imò & ipse supersimplicissimus deus, in quo nulla prorsus extensio, moles seu quantitas est, per totum extenditur uniuersum, ita q̄ ubiq; essentialiter personaliterq; cōsistit. Si omnipotens non sciret nec posset nisi unum modum locandi corpus in loco, uidelicet commensuratiue, & per propriam ipsius corporis quātitatem, recte obijcere: sic ei accidentia sine subiecto esse, admiratione & supernaturali causalitate non caret. Et nōne creator omnipotens potest per se immediate influere accidenti, uim illam fulcitiuam qua accidens sit & in esse permaneat supernaturaliter uirtute diuina, quam naturaliter influit ei per creatam substantiam. Deniq; cernimus q̄ panes, pisces bestiarumq; carnes in carnem hominis conuertuntur quotidie uirtute caloris naturalis, prout instrumentum est animæ. Et nonne potest deus facere in instanti per seipsum sua infinita uirtute, quod potest & facit per causas intermedias naturales, saltem in his quæ non derogant excellentię suæ. Sic &

Obiectio

Solutio

Gene. 19

Exo. 4

Iohan.2 Christus subito conuertit aquam in uinum. Quid igitur mirum, si subito conuertat panem & uinum in corpus & sanguinem suũ, qui indesinenter per causas naturales secundas conuertit cibũ & potũ in corpus sanguinẽq; humanũ? Vnde & tẽtator sciens diuinę esse poten-
Mat.4 tiæ, hoc immediate per se supernaturaliter facere, dixit ad Iesum: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Præterea, de penetratione dimensionũ qd eatenus obstupescitis, cũ &
Mat.16 Christus ex uirgine natus sit, ipsa integra permanente, imò & de clauso surrexit tumulo,
Iohan.20 clausisq; foribus ad discipulos sit ingressus: quod & diuina uirtute quoq; in alijs factũ est,
Actu.12 sicut in Actib' legis apostolos p angelũ eductos de carcere clauso, in eorũ exitu clauso manẽte. Thomas quoq; nõne ianuis clausis ingressus est thalamum sponsi & sponsæ? Alexanderq; papa sanctus carcerem, in quo fuit illustrissimus martyr Hermes, & multa his similia uerissime sunt descripta. Insuper, nonne Albumasar astrologus in Introductorio maiori, libro sexto fatetur, q sole existente in Virgine, nascitur in terra uirgo mundissima, & ipsa sedet super sedẽ stratam, tenens spicas in manibus, & fouet in gremio infantulũ ex se natũ, quãuis in hoc errasse minime dubitatur. SAC. Reuera si ista rite pensentur, satis & super satis persuasisti propositum, & super his gratias ago & contentor. VER. Iam agis sicut dixisti, moderato contẽtus scrutinio, nec patrũ transgrediẽs terminos. Sed dic, legisti ne deuotionale opusculũ uiri desuper uncti, & deuote simpliciterq; de materia ista scribẽtis, qui di-
Psal.70 cere potuit, Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias domini? SAC. Religiosum patrem Iohannem Ruysbroick (ni fallor) notas: fateor me eius legisse Tractatum, qui quanto simpliciori stilo est editus, tanto plus deuotionis excitatiuus mihi uidet. VER. Ad legentium ædificationem aliqua recita inde.

Articulus XXXIII. Introductio uerborum quorundam ex Tractatu cuiusdam uiri illuminati.

SAC.

VEnerabilis pater Iohannes Ruysbroik cuidam scribẽs sanctimoniali, Si uolueris, inquit, in sacramento sancto accipere corpus dominicum ad dei honorem & tuam salutem, debes in te habere quatuor puncta, quæ beatissima uirgo Maria in se habuit atq; exercuit, quando filium dei concepit, quoniã ipsa est summa magistra uniuersarum uirtutum, & doctrix oĩs sanctitatis: Primum horũ est puritas: Secundum uera cognitio: Tertium humilitas: Quartum est liberæ uoluntatis concupiscibilitas. Probate ergo & considerate aspectum seu faciem conscientiæ uestræ, & quicquid in ea inueneritis displicens deo, hoc humiliter & querulose cõfitearis, ac malũ de quo plus uerecundaris, nequaquam negligas confiteri, & accusa teipsam tanquam tui ipsius inimicam mortiferam ac capitalem: sicq; poteris munda fieri ac syncera. Porrò de defectibus tuis quotidianis ac communibus ac leuioribus, de quibus uix aliquis potest abstinere, confitearis paucis ac breuibus uerbis, ut sis inoccupata, id est, mente indepicta. Veruntamen magnam contritionem & cordis amaritudinem habeas de uniuersis tuis peccatis, bonãq; uoluntatem semper bene agendi & abstinẽdi ab omnibus mortalibus uenialibusq; peccatis: & ante omnia habeas semper fidem magnam & spem amorosam in deo, quæ duo multum ualent ad delendum peccata. Caueas uero à confessionibus prolixis & uerbosis, quia deordinant, & scrupulosam erroneamq; efficiunt. Secundum est uera dei cognitio, quã nemo potest habere nisi cõscientiã mũdã habẽs. Hãc dei cognitionẽ gloriosissima uirgo Maria habuit summe post filiũ suũ, præ oĩbus hoĩbus q unq̃ fuerũt. Alia duo pũcta nõ exegit saltem post hæc duo. Et de humilitate quid sit constat. Quid autem intelligat per liberæ uoluntatis concupiscibilitatem, ignoro & discere cupio. VER. Potest per hoc accipi feruens desiderium, seu interna auiditas communicandi, quod aperit mentem ad salu-
Mat.5 brem susceptionem dilecti. Quemadmodum enim beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: ita & beati qui esuriunt sitiuntq; fontem iustitiæ Christum dominum in hoc sacramento contentum, quoniam replebũtur beatifica uisio-
Mat.26 ne ipsius. SAC. Deinde subiungit: Quando rex magnus & prudẽs uult peregrinari remote, conuocat principes suos, facitq; eis conuiuium, atq; committit eis regendam suam regionem, populum, ac familiam suam usq; ad reditum: sic Christus rex regũ exiturus de mun-
Luc.14 do ad patrem, fecit cœnam magnam nouissimam, ad quam duxit apostolos, quibus commisit sacramenta sua ac populum suum: & quia sequenti die fuerat moriturus, fecit ibi testamentum suum, relinquens illud suis apostolis, & per ipsos cunctis fidelibus usq; in finẽ mundi. Istud testamentũ est ipsemet in sacramento, & ipse à patre primus constitutus est
Actu.14 episcopus totius Christianitatis, atq; in ea primam Missam celebrauit, in qua apostolos ordinauit

dinauit presbyteros,& seipsum ex nimia charitate dedit nobis in animæ cibum ac potum. Amor Christi auarus est & largus, imò super omnia auarus est & largus, quia dat nobis totum quod est & habet:& econuerso recipit à nobis similiter totũ quod sumus & habemus, ac super hoc quodammodo postulat à nobis plus quàm ualem⁹ exoluere:ipsius esuries, id est zelatio nostræ salutis, magna est & absq; mensura:ipse cõsumit nos funditus ex toto,& medullam ex ossibus nostris consumit. Attamẽ ei bene fauemus, & quãto plus ei fauemus, tanto melius sapimus ei. Et quantumcunq; nos consumit, impleri tamen non potest, quoniam habet insatiabilem appetitum. Et quamuis simus pauperes & egeni, tamen non curat, quoniam nihil uult relinquere nobis:ideo præparat nos in cibum sibi. Primitus comburit in amore omnia nostra peccata & defectus:& quando purificati sumus & assati, tũc aperit os suum tanquam uultur qui uult omnia deglutire: quoniam uitam nostram peccatis plenam uult consumere,& in uitam suam transmutare: quæ uita, gratia & gloria extat plena: quæ nobis semper extat parata, dummodo uelimus nosipsos abnegare, & deinceps peccata uitare. Si uidere possemus cupidum appetitum quem Christus habet ad nostram salutẽ, non possemus nos continere, quin in eius guttur uolare uellemus. His cõsimilia scribit multa, quæ mallem clarius elucidari, quàm diffusius prosequi. Quomodo enim amor Christi auarus est,& totaliter nos consumit? VER. Vir ille specialem habet modum loquẽdi, in multis frequenter metaphoricum & obscurum:tamen ipsemet se exponit. Amorem itaq; Christi metaphorice uocat auarum, quoniam sicut auarus bona aliorum attrahit sibi & colligit, sic Christus suos fideles attrahit sibi,& unum per charitatem facit eos in se:sicq; dicitur eos comedere, inquantum per amoris unionem conuertit & trãsformat ipsos in se, atq; incorporat ipsos sibi, ut sint mysticum corpus eius. Sic quoq; conformat eos suę uitæ, ut Christiformiter conuersentur:id est, secundum exigentiam & tenorem charitatis diuinæ, atq; secundum synceritatem euãgelicæ legis:nõ quæ sua sunt, sed quæ Christi iugiter exquirentes, ut dicere queat unusquisque ipsorum: Viuo iam non ego, uiuit uero in me Christus. Et ita cõsumit eos, non secundum substãtiam destruendo nec uires, sed quicquid propriæ uoluntatis & inordinatæ affectionis est, tollens ab ipsis, ita ut plene sint resignati & abnegati. Cumq; sic purgati fueritis, & igne diuini amoris succensi, Christus aperit os suũ ut uultur, Id est, cum ingenti cordis affectu coniungit uos sibi & absorbet in se, cupitq; ut indefinenter feruentius & intimius inuisceremini ei, ita q; si lympido intellectu conciperetis inæstimabilem eminẽtiam suæ charitatis ad uestram salutem, uix possetis uos cõtinere quin amore reciproco & grata affectione tenderetis in ipsum. Dicitur quoq; plus postulare q̃ possitis exoluere, quoniam iubet se toto diligi corde: quod non in uia, sed in patria perfecte impletur. Vel quia beneficia eius ac charitas ad uos sunt tam magna, q; uicem condignam rependere non ualetis. SAC. Ex his fateor claret intelligentia inductorum. Pręterea scribit: Prima differentia communicantiũ, est deuotorũ, qui ex natura sunt teneri cordis: qui dum tanguntur gratia dei, si tunc sequũtur motum gratiæ atq; obediunt ei, intantũ accendit eorum affectio & delectatio ad Christi humanitatem, q; leuiter contemnerent & relinquerẽt omnia quæ sunt mundi, quatenus possint uti suo dilecto secundum modum, quo tanguntur secũdum sensibilem suam affectionem ac dulcem. Et quia non queunt suo domino hic magis appropinquare quàm in sacramento, ideo cadũt in defectum seu extasim desiderio sacramenti, ita quòd eis apparet quòd furere debeant aut perire, nisi possint ad sacramentum accedere. Verum pauci sunt tales,& communiter sunt mulieres aut uirgines, quę sunt teneræ complexionis, nec sunt eleuati aut multum illuminati: hinc exercitatio eorũ est sensualis aut concupiscentialis,& omnino transformata cum Christi humanitate: nec intelligere ualent aut sentire, qualiter Christus spiritualiter sumi potest sine sacramẽto, quoniam languent desiderio humanæ præsentiæ CHRISTI,& nemo potest eis cõsulere, aut eos iuuare seu tranquillare, nisi accipiant sacramentum: quo accepto, sunt pacati, & utuntur suo dilecto in quiete & spirituali sapore, ac superefflu enti dulcedine, usq; ad tempus quo gratia & exercitatio iterum renouatur in eis: tuncq; rursus labuntur in priorem communicãdi affectum & extasim, quasi nunquam antea sacramentum sumpsissent. Cor eorum hiat & aperitur quasi essent insensati, ut rursum communicent. Ideo designati sunt per Regulum, qui non cessauit quin Christus in domum suam descenderet, aliàs putauit filium suum protinus moriturum. Secũda ac altior species cõmunicantium, est hominum qui subtiles sunt intellectu, & intellectuales in spiritu,& tamen inclinabiles ac lubrici ex natura: qui dũ gratiam dei accipiunt perseuerantes in ea, necesse habent sæpe certare, quia in eis caro spiritui

1.Cor.10. Gala.2

Deute. 6.

Iohan. 4.

contrariatur. Ideo eligũt quãdam uitam introuersam, & exercitium in spiritu coram deo, & ita effugiunt tentationes & motus concupiscentiarum: qui si tunc magis confidunt in deo & in gratia eius, quàm in proprijs exercitijs, uiribus meritis & industrijs, eleuantur supra suam cognitionem rationalem in lumine dei: in quo si manserint eleuati, & plus amauerint ac desiderauerint quod supra rationem est ac incomprehensibile, quàm ament totum quod ipsi capere possunt cum ratione, tunc perfecta fit fides eorum, & charitas in suo fundo recte fundata: & ita sunt liberi, & agnoscunt deum ac ueritatem, omniumque uirtutũ radicem. Veruntamen natura manet uiua in carne & sanguine, in passionibus & inclinationibus suis: quas dum actualiter in se sentiunt & aduertunt, abijciunt & contemnunt eas, & omne quod in ipsis deo ac saluti extat contrarium. Et sensualitatem relinquentes, fugiunt
2.Cor.12 adintra in spiritu coram deo cum fide, deuotione ac humili actione, instar Pauli apostoli, q
Luc.7. tentabatur in carne. Et assimilantur Centurioni, qui habuit seruum infirmum in domo, id est, corporalem naturam nondum purgatam: & sicut Centurio fuit incircũcisus, sic & ipsi sunt adhuc aliqualiter irreformati: & quamuis infirmi sint in carne, ac tententur in natura, tamen in spiritu suo pleni sunt fide, deuotione & dilectione: indigent quoque forti cibo, id est sacramento, quo ualeant passiones tentationesque superare, & hunc cibum semper accipere, quoties conuenit ex ordine uel officio seu cõsuetudine bona eorum, inter quos conuersantur. Tertia differentia est hominum sanctorum magis eleuatorum in spiritu, q sunt totaliter introuersi cum uiribus, actibus ac sensibus suis: & assimilantur Zachæo, qui ascẽ
Luc.19 dit in arborem ut uideret IESVM. Quarta differentia est eorũ, qui in obseruantijs & præceptis sunt diligentes. Quinta differentia est eorum qui curiosi sunt & sibi placẽtes, & apparentias faciunt, & cupiũt honorari ac reputari: idcirco destituti sunt gratia. Deinde scribit de uita perfectorum quædam sublimia: quæ quantum capere ualeo, non expedit simplicibus scribi ac idiotis: & modus eius loquendi talis est, quod à talibus apprehendi non ualet, imò posset ipsis esse erroris occasio: ideo illa dimitto. VER. Etiam uiri doctissimi displicentiam habuerũt in modo eius loquendi, & putauerunt eum incidisse errorem, imò & hæresim liberorum spirituum, quos tamen non incidit nec sensit, sed reprobat.

Articulus XXXIIII. Allocutio amorosa ad Christum, dispositiua ad communicandum, & regratiatoria pro beneficijs dei. SACER.

O Domine & saluator, unigenite dei patris ac sacratissimæ uirginis matris, ò conditor & amator, ò saluator & iudex omnium nostrum, quantum tu nobis amandus es, quàm colendus ac metuendus. Tu enim secundum tuam diuinam naturam es naturaliter, interminabiliter bonus, amabilis, desiderabilis & decorus, suauis, omipotens, sapiens, diues, sanctus, felix, perfectus, iustus & pius, liberalis, uerus, uiuus, inuariabilis, simplex, summe & incomparabiliter diligendus, colendus, laudãdus ac formidandus. Cur ergo te non semper aspicio? heu quare non uito omne quo tua præsentia potest offendi & sancta dilectio minui? O domine deus, quàm paratus es nobis affluẽter communicare, infundere, dare charismata gratiæ, charitatis ardorem, profectum uirtutum: qui tam amorose me præuenis, qui teipsum sic offers, & ad tui susceptionem tam opportune et quodammodo importune inuitas, promittens bona æterna & gloriosa, si uenero: & comminans mala damnationis perpetuæ, nisi accessero. Et ita te exhibes datorem & donum, conuiuam & cibum, hospitem & refectionem, medicum & medicinam, iudicẽ & aduocatũ, creatorem & reconciliatorem quotidie. Astant angeli sancti, mirantur tanta mysteria, stupẽt mirabilia dei in sacramento: amplius tamen obstupescunt charitatem, misericordiam, liberalitatem dei ad homines. De ingratitudine, irreuerentia, immunditia plurimorum tristantur: deuotioni, synceritati, profectui uirtuosorum congratulantur. Tota triumphãs ecclesia super omni pietate, beneficentia, charitate & gratia dei in militante ecclesia, regratiatur præcordialissima affectione altissimo. Et miser ac improbus homo, non aduertit, non inca-
Leuit.16 lescit, nec condigno affectu gratias refert. Olim in lege non licuit ingredi Sancta sanctorum,
Hebr.8. nisi summo pontifici: iam tu sancte sanctorum sub sacramento introire dignaris os & animam cuiuslibet tui fidelis. O quàm reuerenter & attonite sancti utriusque testamenti, apparentibus sibi de cœlo angelis sanctis & ciuibus regni cœlestis, occurrerunt: & nos insensati & graui corde, fidem dormientem magis quàm uigilantem habentes, cur creatori ac do-
Sapi.5 mino angelorum tam irreuerenter & imparati occurrimus? Heu quia sol sapientiæ nõ oritur nobis, & lumen intelligentiæ non infulget mentibus nostris: quoniã obicem ponimus

cur-

carnalitatis,& negligētię nřæ inuoluimur tenebris,imaginationū tumultui, inquietudini, motibus passionū. Tu aũt dñe puritatis immēsæ,sapiētiæ infinitæ,maiestatis incircunscriptæ,pura mente,ut decet,uis recipi,sapiēter cōsiderari,reuerēter, amorose ac timorate tractari. O sancte sanctorū,ô omniū fons bonorū,ô liberalissime & affectuosissime benefactor, quāta deuotionis exuberātia,quanto diuini amoris igne,quāta gratitudine electus ille Dauid accendebatur,æstuabat,replebatur, cum corā toto populo,uiribus totis corā arca saltauit,regiæ dignitatis oblitus,tuā bonitatē perpendēs, tua beneficia recolēs. Et qd arca nisi res inaiata,& tuæ humanitatis figura? Cur ergo corā hoc incōprehensibili, superdignissimo sacramēto, stamus tam tepidi,manemus tam frigidi, & cessamus à laudibus dei, nec cū puritate,feruore ac spiritali iucūditate accedimus? Illumina dñe faciē tuā sup nos. Perfunde cor nostrū clarissima luce doni sapientiæ,fidei orthodoxæ atq; euangelicę legis. Transfer nos dñe in diuitias gloriæ tuę:eleua nos super nos,atq; in cordis puritate nos robora & conserua. Ad fontē misericordissimū ac munificētissimum patrēfamilias inops & mēdicus nunc uenio,ante ianuā tuæ immēsæ ac liberalissimæ munificentiæ me prosterno: panē uitæ & intellectus exposco,aquā sapiētiæ salutaris efflagito,panē quotidianū ac supereessentialē cum debita humilitate,deuotione ac synceritate suscipere opto. Qui teipsum uis dare,idoneā præparationē ad tui susceptionē digneris conferre. Ecce uenit ad te o aīa mea dominator quem quæris: gaude & lætare occurrēs deo tuo,cū omi humiliatione,custodia & feruore: tene illum,nec dimittas: gratias age indesinenter,ut maneat tecū inęternū: serui ei corde perfecto,ac uoluntario animo,desiderio cōplacēdi ei,atq; timore offendendi eū. Recede & fuge ab omi peccato,& in omi uirtute te exerce. Ad laudē & gloriā eius,qui est super omnia sublimis deus & benedictus. Amen. Finis.

2.Reg.6
Psalm.66
Thre.3
Eccl.18
Matt.5
Isai.3

ERRATA.

Fol.79.13.ex opposito.31.p,ut,&.80.3 pro &,et.42.solis oīa.eod.b.uniformiter.82.10 sicut.16.cū ipso oīa.87.17.otiosa est.43.existētibus est.89.b.55. Alia quoq;.91.32.nullius.93.28.ipse.95.46.pro in,em.eo b 32.incessabiliter.42.idē sit.96.56.hoc.eo.b.37.per esse.50 q̃ 1 aut.97.b.9 immobilēq;.98 b.37.busq; diuitiis.99.b.17.seipso.100.28.pro uerba,alia.ib.negauit.101.23 excellētię.eo.b.17.atq; dulce [illegible].102.b.8.nullus.103.44.indirecte.104.53.qm aūt.105.1.qualiter uirtutes eadē,perficiant,curāt.eo.b.24.dona.31.mediate.106.b.15 [illegible] pacta 44.sic de.107.7 per qd.109.30.imperio. Erem.eo.b.10. Est aūt.110 b.16.potest,nisi.113.b.21.gratia. Qui uero.22.sapien[illegible].118.41 habitus denoīationē uel specie.121.45.etiā simul.eo.b.2.rōnis.35.aūt rebus.122 b.52.sibiipsis.123.19. recipit,possidet.eo.b.2.creaturę aliter.105.9.quo 49.dis habere.50.despōsatiōis.eo.b.15.ppterea.56.sed iīurias.126.16.nebit ad domū cōsilii.eo.b.19.ut Aug.41.reformat.127.b.9.Si,inqt,cū.22.qd operat.127.b.53.habueritis scietiam 129.25.extinguit.130.b.[illegible].cuius præsentiā.54.circa nosipsos.132.16.incōpletū.44.ordine procedēdi timor ex.eo.b 11.donū timoris 16.ipse.26.uixerimus.133.35 secundū qd.eo b.14.& ipsa.eo.b 41.pias circa.136.4.erit p modū be.49 tali qualis.eo.b.19.illumināte.eadē.sapiētia differt.20. est p.eadē.lumē dicū.137.25.& sic pie.eo.b.31.ipsi.138.6.fidē ad minus.eo b.14.ētinū est.17. Sed hoc.49.uirtutis dignissimæ,circa optimū & nobilissimū obiectū Be.139.51.& 52.fit audirū eo.b 8.& 9.pro,puerbiorū,principiorū.142.58.pfunde 144.b.41. æquitates,145.54. Tu ros.eo.b.22.pro cū,tua,37.cōscriptio,nō offensæ infictio.146.7.p lux,lex.eo.b 41.plene declarare.147.11.linqui tristissimū.148.b.29.suspirantē.39. tuū te.151.5.cōmendebas.eo b 8.legē sanctā.28.puaricāte.153.b.5 seruet.16.finire 154.47.quæ.eo.b.21.subiugat.44. nā in manibus.157.14 digne honorificē.29.Christe tu.eo.b.14 ductus es.12.pnunciauit.158.3 tuæ deitatis.eo.b.20.quæ.54.mors est.159.28.saluarē.eo.b.55.nō iudicem'.160.b 10.dedito.162.15.nobis.18. Verū te exina.18.cōuersando.165.b.30.fulgor 166 11.ut fur,& eo.b 46.cōseruata.167.7 uisitare.169.9.inspectiuā.170.53.formā meræ.eo.b.21 aqs denudatā.39.distinxisti loca.181.b.35.marmarus cōtra.45. Verū tēporalis.181.b.57 hominū. SAL. 46.patris.184.24.dei amorē.187.1.ppende quō.183.b.48.indiciū pro.190.18.delectationi 54.qui.191 b.33.didicisse superne, ex qua.192.10.cōdignū 22.rerū speciebus.28.nō motu.30.corū,&]manu mea.45.causans.eo.b.2.collarū.33.indicibiliter.52.aptissime.193.10.magnipendere.42. Incorporat.eo,b.28.p ecclesiastica 37.& innūerabiliter.39.q̃ innūerabilia.51.inter.194.21.spiritalē quni.57.tenent displicentiā eo.b 2.affectū 38.rōnalitā 42.hoc est.195.8.talis amatoris.39.amore recto.gratuito.eo b.10.in latera cōcomitantiū.i.in latū circūspectionis,& in latū essentialiū ac intimorū 14.inūdantissimaq;.16.cibatus.48.forma illū abscōderet.51.hoi ostēdat diuina.195.8.nisi per modū obiecti & causæ.23.sed Christū.ibid.p insinuationē.29.causæ quā 44.suo,q.eo.b.23.insipiētiæ & insuff.38.ch nil tūc.40.cōfessiones.ibid abstinētias ad 196.13.nō conant.eo.b 8.,pfers uerba.199 4. melior atq;.10. & ei [illegible] eo.b.26.q̃ 1 ipsum met.200.40.quædā cordis eo.b.22.cognoscere.27.cognitio quasi.ibid.illas ad.201.22 cæteris. ibid. cōstitūt.17.& deo.28.post se.eo.b.21.ita ut.40.filiorū ocul.44 nūero in.50.culpæ &.55 directe ex.101.2.impetrādæ.16.pſentia.39.uehementia.27.post eā.54.q̃dā 50.collant.eo.b 32 homo nō.204 3.cōicatur.eo.b.36.aīa Christiana.54.ac diuinos.205.b.54.temeraria. 207.b.40.utraq; parte.50 pertinēt.211.b.20 delectationē.213.b.30.petitio tan.31.parte finitur.214.b.13.,p,.p.per 215.b.15.filio, nec spūssanctus.19.filio absolute.35.orare pſertim.216.b.9.admissis.217.32.cōsecrāda.eo.b.19.dñi.53.gratias patri.218.b.50.unus es.220 b.19.sanctis.44.ueneràdo.226.18.,ppter quā.229.b.30.affectionib.241.b.48.ima est.244.26.indifferētiā.39. uerbi aliqd.249.19.creatoris rerum.54.ministeriū.250.13. inflatione.19.in mortal.251.55.stilla.eo.b.40.adepta. 252.b.8 ordinandō.253.34.& causam. eo.b.2.uitam aialis.47.uniformiter. 254.3 Sim.39.& 40.ego q̃diu.255.b.30.q̃ per.33.essentialiter simpliciterq;.256 b.6.ter neq;.24.q̃ aūt intel.257.46.sed nē.259.30.& ipse.260.17.tristandū,nisi.261 8.contēplatiua ultra.9.spūalem ꝑlationē.12. administrant.262.19.procedēs.39.est proinde.270.b.32.sublimitas.271.b,48.traxerūt ima.ibid.ex eā diuturna hab.272.21.ut ei dignātissime.47.,p nec, nūc.bis. 273.11.clamis.eo.b.15.secretariū.46.quæ in oī.274 b.14. āpphendit,tetigit,31.pie credi.276.24.hūc in.277.b.5.gloriabātur.16 affectu 279.7. ad patientiā 280.11.scribāt.22 ablactato.283.3 seu sanctificatione.eo.b 13.dulcissimæ 284.41.,p dñi, donū.285.b.52.& diuinitas.ita.eo.b.6.sapiētia 288.15 intelligibilia.eo.b.23.oculorū.289.47.habuit se.55.se præ.293.14.est actus.298.b.28, cōuersionē 52.& 53.& delicia eius.300.56 iāuictus.eo.b 35.supersubstātiali.302.48 pro sicut,fine.eo.b.8.diuturne.17.& intima con.303.b.1.mysteriorū.10.dilectione.48.itaq; quanto.306.b.55 relinqt.308.2 uidet ea.12 ꝑcordialiter.49.mdiuis implacabiles.309.48.cōpassionē. eo.b.24.cedēti

arti.

ERRATA

uni.310,29.præclarissimæ Mariæ.eo.b.27.terram quoque.311.b 26.præuia morte.312.b.26.sublimiter.315.18.filius contractione.51.filii sui 320.b.19.electus.321.16 Amor quoq.45.creatori semper.332 b.37.beatissimi dei.328.b.13 hoc.28 primæ ac.324.20.corporalibus.eo.b.10 illum habens.325 56.ac unio,non.328.b.24.vnio est.329.pro in,tu.11.uice instar dei 41.perficit.331.50.primo.333.b.7.pro gratiam,gloriâ.19.defectus pro.21.notorius.22.æquæ.48.sit uniuersalis.341.19.quantû ad.342.b.10.latioñê patris sup filium.52.multiplicitas.15 Cûq 144.46.prudentiâ.345.b.17.contra ea. Videndum est ergo.25.17.37.39 40.pro canone,capitulo.346.17.& dicit.352.27.sponsæ 4 & 5.uacatio.eo.b.25.sumatur.ibid.una.51.q un.52.q dñs.353 8.superpositionis.43. Romanæ eccle.356.b.22.perhibetur.23.falsificatious quoq 357.19.primus.358.8.sic apost.41. Perussiû 44.pôtifex citra deû,& ultra hominê.45.familiarius adhæret.359.45.qd secun.47.eilex ecclesiæ uniuersalis.361.44.regulare 50.côtinetur.eo.b.8 mixto.362 b.2.gratia speciali.363 b.41.exclusione.364.5.nisi insinuatiue.365.25.potius peregrinaf.eo.b 51.sumif aut 363.9.Electi.369.12 subiectû.eo.b.45.potestas spûalis daf episcopo in sua pmotione respectu aliquorû sacramentorû:nô tamê illa prâs 371.19.quod sunt 23.opponi.45.regali 373.39.quoq Meltonis Sardeñ epi,discipulis.Iohâ.eo.b.25.qd q mul.374 3.iudicandû est.eo.b.10.querif.376.b.50. extra eâ neminê percipe salutê.Hæc est una quæ tenet & possidet omnê sui spôsi ac dñi potestatê,per quâ coniugalê potestatê etiâ de ancilla filios parere potest. At uero V.libro asserit.377.33 pro dû,diu.378.45 fundamentû ecclesiæ eo.b 50.ad totâ uni-379.6.re probata.55.iudicium 380.b.21.presbyteri.382.7.sis & quæstionibus.eo b.14.quoq specialê.55.peccata pterita.383.17.teneaf.eo.b.19 eruditis atq.34.necessariæ.384.11.tñ hoc.eo.b.9.exigitur.385 36.supfluas cordi.385.38 petit & accipit.386.b.22.præstet peccâdi 387.12.recurrere,& secrete deo uacare,conscientiam examinare.15.delectarq 56.p sicut.43.q possibile.56.debet sicut.388.15.utputa pax pectoris,quæ est quies & tranquillitas mentis in deo.46 quod de.389.b.9.perdere eâ.19.uere episcopalê.51.mihi præsentare 390 b 8.indecentiusq epo q.eo.b.2.contra rantâ.394.20.& uanitates.21.strictitudine,infra:bilatione.41.uanitatibus.43.quod sanctus.397.50.gratiosissime ac copiosissime eis.397.b.43.pectrum orê.56.aliâ eo.b 26.Præterea Alex.399.8.Isidorus Præte.12.dist.xciii.eo.b 12.tum gratiosa.400.35.quæcunq sacrû.402.b.24 efferenf.401.9.euidêter negligês.26.quem 38.epos.44 pertinentiû.eo.b.11.obsequtur.15.ut Dionysius factus est.37.haberet.404.b.15.superinsufficiens.405.5.ecclesia &c.14.uisitatoribus 406.38.enormiora.407 37.superiorû.409.b 37.qad.411.38 corrupti sunt.414.27.uilitas.56 fieret.415.b.17.sanctorû patrû san.416.2.clarissime demôstrabo.47.nomê frustra.417 b.30 retardari non.418.10.post primam.4 4.dei côficiunt.419.28 exterius.420.13.fidei &.16.& ager.421.52.decretum vrb.422.b.51.utrû pastor.423.7.dele ei.426.38 uideref 19.crimê esse.eo.b.3.seruiret.13.côsumant.33.côpetentiam.38.transitoriorû.quæri etetñ.51.nec inhonoraret.428.loco eminentiori 434.b 46.proqñ,qn.437.34.mercatorû 438.b.31.probabile.440.40.aliqd.441.6.cum certis eo.b.21.& 29.commetis.432.27.prohibet.eo.b.32.ceptione sororû.450 b.34.nimis incertû.451 35.fastidiês 455.35.quem pri.eo.b 5.& pietatis 11.ad salutem & 15.iniûguntur 43.quatenus nô.456.23.timor a.24.pœna coerceat 34.sa deferât.eo.b.3 tutelę arma ad hoc 10.salutis atq.24.operationem.457 3.abhorruerint ac prohibuerint.36.qui ipsorû ad 42.suspêdatis 458.28.cantor similis.459.41.debite decorentur.56.horis quibus eo b 56 expedit diuitiis.460.9.atrocissimorû,cal 14.nê quotidie.26.Paulus dq.51.patietur.53.incedût.eo.b.32.ad ius.461.56 patimur esse.eo.b.34.q iuramentû.462.20.offerat panê.31.eos,faciéq eos.37.quæ.42.utinam sap 42.De imprudente a.eo.b 36.Tempore 59 Nunquid.463.16.se nutrire.29.nec,utinam.41.tibi nûc.eo.b.17.præcepti,nô de necessitate sacramenti.16.nec uirtuosius præsumptuosus.464.31.mercaris tibi.eo.b 30.quam cû deo.32.pro conseruatione.465.41.uocê nimis.466.38.defunctos.467 51.exhibeant clerici.458.14 fiunt elatiores.470.13 uos deiecti.471.55.cognoscût.472.b.30.trinitas.37.& repręsentatores.473.9.Anno eo.b.9.caput intelligitur.474.b 21.atq ex.475.6.Thomas.eo.b.44 quantû 476.6 animâ suâ.24.mentio erit.43.quis non.47.unus.eo b 43.habêtur.29.ac utili.477.33.in uera.ibid.in ue-25. Hanc quæstionê.478.b.16 & facere.479.11.nisi per.16.ie offerendo intendebat.Et qm Christus se.eo b.50 homo aliquid.486.45.ratio non.487.b.succurrentes,sint.488.32.pro uobis.50.b.32.est ei.19.imitabilibus.490 10 per côiugalem cô.eo.b.4.tenef.10.informet.49.& quis.491.b.8.laborê 494 10.concipiat.eo.b.9.peccata tua commissa.498 10.Si uero res 41.seu totum.44.seu quenquâ.499.12.uerba mala eo.b.1.ueros.14.sæpe habetur.Quædam sunt.500.33.auctio.eo b.12.si unus uel duo ex canonicis.501 50.officii non.11.nec aliqd.eo.b 18.qñ nullo.502.4.& causales.56.celebrare est.eo.b.45.iustinguisq uiuorum.513 b.23.omis boni.44.sit motrix.515.3.us)asseruerût.516.b.17.potare.517.4.uenerint.518.10.tuo indelebiliter.19.uigorosior atq feruêtior 43.incôgrue.eo.b.35.principalius.519.12.ac supernis subst.520.3.uitâdo,diuitiis adita.11.discêdi minuit.13.Seneca,Honesta,dicens,res est lęta paupertas.14.dura &.23.quidem gibbosi.521.16.Christiani scholares.526.48.& per.527.11.potent.530.8.quædam quæ non.37.& propo.45.dele,sed ibid ergo nec prædestinatio ponit in prædestinatis.531.b.18.quot elementa.532.b 25.& defectus.34 qd esse.42.& eius.533.b.4.reprobatio.54.nô tenebaf 537.46.Christus.eo.b.56.& sicut dies.539.b.42.sue infâtis.545.23.cupiant.eo.b.34.diuturnitate pœnam.546.b.45.quid mirum si.548 39.armatorum.553.b.5.eleuari 18 fertur.19.absque.554.25.defectus uitiû.ibid.morabuntur.eo.b.31.euadamus.555.b.4.deo prostratione.51.in morte ind.37.me præmeritis.556.b.40.& in se.558.44.illimitatum lib.

D.Diony-

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI EXPOSITIONIS MISSAE

Liber Vnus.

MEMORIAM fecit mirabilium suorum misericors & mi- Psal. 110.
serator dominus: escam dedit timentibus se. Amator ho
minum, creator atq; saluator noster, humanam mentem
ad diuinorum beneficiorum obliuionem & ingratitudi
nem pronam cognoscens, tale nobis passionis dilectio-
nisq; suæ memoriale reliqt, ut iam saxis sit durior & fer-
ro rigidior, qui tantæ charitati ac liberalitati ingratum
se exhibet. Nempe ante diem festum Paschę, cum dile- Iohan. 13.
xisset suos qui erant in mundo, uolens corpori suo mysti
co, id est militanti ecclesiæ, ardētissimi sui amoris arram
relinquere, sacramentum corporis sui ac sanguinis insti
tuit: in quo uelut in speculo, omnia relucerēt per fidem,
quæ ipse pro nostra salute assumpsit, fecit, & pertulit. Et ideo discipulis, atq; in eorum per
sona uniuersis sacerdotibus dixit: Hęc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis: Luc. 22.
quatenus toties flāma diuinæ charitatis cor nostrum accēderet, quoties pignus tāti amo- 1. Cori. 11.
ris reciperet siue recoleret. Sed quoniam consecratio huius sacramenti solis sacerdotibus
credita est (quod eis agere nisi in officio Missæ non licet) idcirco ad tale officiū digne fru-
ctuoseq; peragendum, cum omni solicitudine & feruore parare se debent, quatenus (sicut
Damascenus quarto libro hortatur) cum omni timore & conscientia pura, & inhæsitabili Damascen⁹.
fide accedant. Malis nanq; ministris fas non est sacra symbola, id est exteriora signa, uel ua
sa contingere, quemadmodum Dionysius ait. Vnde quotiescunq; sacerdos sine uera cor- Dionysius.
dis cōtritione & cordiali pœnitētia celebrat, toties grauiter peccat, ut Thomas tertia par-
te ostendit. Tenetur ergo sacerdos cum ingenti deuotione, & actuali attentione celebra-
re. Deuotio autem est actus uoluntatis, ex diuina charitate procedens. Voluntas uero nil Deuotio qd
diligit, nisi quod intellectus cognoscit, ut decimo de Trinitate Augustinus testatur. Vt er
go sacerdos sacratissima uerba Missæ, deuote & affectuose, id ē, cum interno quodam sua-
ui sapore pronuntiet, oportet ut ipsorum uerborum sensum luculenter intelligat. Verū
tamē sensus hic sæpius satis difficilis est, præsertim si quis plene atq; profunde uerba ipsa
perpendat. Expedit igitur ea exponere, & qualiter affectus celebrantis formandus sit, ex-
planare. Quod qui suis uiribus implere præsumit, uanissimus est. Eius ergo misericordissi
ma pietas imploranda est, de quo in Psalmo cantamus: Accedite ad eum & illuminamini, Psal. 33.
& facies uestrę non confundētur. De cuius ope & solita pietate confidens, hoc ipsum ag
grediar, non proprium sensum, sed patrum dicta sectando, ad laudem eius, qui est super
omnia sublimis & benedictus.

Articulus I. Quid sit deuotio.

APostolus ait: De cætero, nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini Ie- Gala. 6.
su porto in corpore meo. Ad talem uitam unusquisq; sacerdos ratione suscepti
ordinis atq; iniuncti officij obligatur, ut præinducta uerba Apostoli ipsi conue
niant, & ea in propria persona dicere possit. Debet nāq; crucis mortificationem 2. Cor. 4.
iugiter in suo corpore circunferre, quemadmodum monet beatissimus apostolorum uer-
tex in prima sua Canonica, dicens: Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exem- 1. Petr. 2.
plum, ut sequamini uestigia eius. Ideo enim sacri Canones instituerunt, ut sacerdotes casti
tatem promittant, quatenus carnis spretis illecebris, filiū uirginis castissimis manibus tra- dist. 82. c. pro posuisti, & c. pres byter.
ctent, puris labijs laudent, impollutoq; ore recipiant. Quoniam itaq; dictum ē, quòd sacer
dos cum ingenti deuotione & actuali attētione celebrare tenetur, declarare oportet quid
sit deuotio. Aduertendum ergo, q charitas omniū uirtutū prima & ultima dicitur, quam
uis eam pręcedat fides: fides nanq; totius spiritualis ędificij fundamentum est atq; origo. Isaiæ. 28.
Nam teste Isaia, Qui incredulus ē, infideliter agit. & Abacuc ait, Iustus meus ex fide uiuit. Abac. 2.
Vnde in euāgelio sępius dicit: Fides tua te saluū fecit. Imò iuxta apostolū, Quicqd nō est Matt. 9.
ex fide, peccatū est. Quō ergo charitas oīm uirtutū prima consistit, si fides eam pręcedit? Mar. 5. Lu. 8
Sed respondendū, q effectus uirtutis est operantē pficere, & opus eius deo acceptū effice

 re. Cum

re. Cum ergo nulla actio sit meritoria uitę æternæ seu deo accepta, nisi à charitate aliq̃ mo
1. Corin. 13. do procedat, utputa elicitiue uel imperatiue, iuxta illud Apostoli: Si linguis hominum lo quar & angelorum, charitatem aũt non habeã, factus sum sicut æs sonans aut cymbalum tin niens, ideo charitas, prima omniũ appellatur uirtutum. Charitas enim deo affectum grate coniungit, & omnium aliarum uirtutum operationes ad ultimũ finem (qui est deus glori osus & sanctus) reducit ac ordinat: propter quod om̃ium uirtutũ ultima nominatur. Ipsa est enim regina uirtutum & finis earum. Et sicut deus est om̃ium rerum principium & finis, sic charitas dei omniũ uirtutum primũ appellari potest ac finis. Vnde quicq̃d cogitamus, ef famur uel agimus, ad dei amorem referre debemus. Nihilominus, fides charitatem præce dere dicitur, q̃m ipsa ad intellectum ptinet, affectũq; dirigit, & uoluntati ostendit q̃d dili gendũ existat. Patet ergo, q̃ fides charitatẽ precedit secundũ uiã gñationis: charitas uero fidẽ p̃cedit, secundũ uiã pfectionis. Deniq;, dilectio quę est act⁹ charitatis, in cognitione si dei fundatur: & ideo dici solet, q̃ amor ex cognitione procedit. Dicit em̃ Psalmista: In me
Psal. 38. ditatione mea exardescet ignis. i. ardor diuinæ dilectionis in mente mea exurgit, dum me ditationi intẽdit. Sed quęri potest, quõ cognitio causa dilectionis dicat, cũ bonitas rei ama tæ sit, quę dilectionẽ in animo diligentis inducit atq; excitat. Et respondendũ, q̃ cognitio boni est causa dilectionis, tanquã uia qua ad amorem boni tendat uolũtas. Bonitas autem rei, seu ipsum uolũtatis obiectũ, est causa dilectionis motiua & quasi efficiens. Quo igit co gnitio clarior fuerit, & bonitas rei maior extiterit, eo uia ad diligẽdum est melior, & causa
Psal. 76. amandi intẽsior. Ipsa quoq; dilectio dei, dilectionẽ habet adiunctã, quemadmodũ scriptũ
Psal. 83. est: Memor fui dei & delectatus sum. Et rursus, Cõcupiscit & deficit aĩa mea in atria domi ni. Et sequitur, Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Vnde deuotio nihil ali
Deuotio. ud est, q̃ prompta uoluntatis affectio exequendi ea, quæ dei sunt, & diuinum honorem ac cultum concernunt. Deuotio ergo ex contemplatione diuina, mediante dilectione, causa tur. Ex hoc enim quòd deũ diligimus, & in eius dilectione gaudemus, inardescit affectus
Duplicẽ esse naturam in Chr.sto, & unã psonã. ad ea implẽda, quę deo sunt placita. Porrò, in dño nřo Iesu Chřo est duplex natura, & una persona: & secundũ utrãq; naturam, contemplãdus ac diligendus est nobis. Sed q̃ diuina eius natura p̃stantior atq; pfectior est humanitate assumpta, eo contẽplatio Chři secundũ naturã diuinã, & secundũ hãc eundẽ diligere, dignior ẽ & itẽ sublimior, q̃ contẽplatio eius
2. Cor. 5. secundũ naturã humanã, & secundũ hanc eũ amare. Propter q̃d ait Apostolus: Et si aliqñ Christũ secundũ carnẽ cognouimus, tñ iam nũc nõ nouimus. Imò in oĩbus ita est, q̃ quan to res cognita melior atq; diuinior extat, eo contẽplatio eius desiderabilior ẽ: & amor ex huiuscemodi contẽplatione emanãs, magis meritorius ẽ, & deo acceptior. Vnde ipsius su perbñdictę deitatis cognitio, & sup sanctæ trinitatis speculatio, summe & incõparabiliter appetibilis ẽ. Et dilectio ex tali contẽplatione procedẽs, maxime meritoria ẽ, & diligẽtem deificãs. Sed ad hãc pfectionẽ nemo ptingere ualet, nisi q Chři cõuersationẽ in mũdo imi tari studuerit, eius humilitatẽ sectãdo, patientiã amplectẽdo, charitatẽ sequẽdo, obedien
1. Iohan. 2. tiã imitando. Qui em̃ dicit se in Chřo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare: radius qppe diuinę lucis, in supiori parte rõnalis aĩæ splẽdere nõ potest: nec ardor diuini amoris, in intellectuali appetitu seu uolũtate feruere, nisi inferior pars aĩę fuerit expurga ta ab impetu passionũ & sordibus pctõrum. Qui igit Chři diuinitatẽ contẽplari & amare de siderat, eũ secundũ humanã naturã diligenter cõsideret, p̃dictas suę uitę uirtutes uigilan ter pẽsando, efficaciter imitãdo, & secundũ has cõsiderationes eũ feruenter amãdo. Tunc
Iohan. 14. em̃ implebit in eo illa Christi pmissio: Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum.

Articulus II. De deuotione quæ ad digne celebrandũ reqritur, & sufficit ad salutem, non tamen ad pfectionem.

Galat. 2. QVod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Quemadmodum in rebus uiuentibus anima est principi um uitæ naturalis, & omnium naturalium operationum ac motuũ, sic dei gra tia in anima est principium uitæ meritoriæ, omniumq; actionum bonarum, se
1. Corin. 15. cundum illud Apostoli: Gratia dei sum id quod sum. Quęlibet autem actio ex gratia dei procedens, deo accepta est. Quicunq; ergo in grã est, si celebret, meritorie agit, & uitam meretur æternam, nisi per negligentiam propriam & uoluntatis subuersionem,
Gratia non amittit, nisi per peccatũ mortale. gratiã illã amittat in ipso accessu uel prosecutione officij. Talis aũt amissio grǣ nõ contin git nisi p peccatũ mortale, quod charitatẽ quæ est uita animę, extinguit. Mortale uero pec catũ incurritur per præuaricationẽ diuini præcepti. Cum ergo Chřs hoc diuinissimũ cele

brare

brare sacramentum in sui memoriam, id est, in memoriam suæ eximię charitatis ad nos, atq; acerbissimæ & contumeliosissimę passionis pro nobis, preceperit, dicēs: Hęc quotiescūq; feceritis, in mei commemorationem facietis, elucescit quòd sacerdos sine prędicta Christi memoria celebrans, diuinum pręceptum transgreditur: & ergo mortaliter peccat. Ex quo innotescit, cur communiter dicitur, quòd ad celebrationem, imò & ad communionē actualis deuotio exigat, & hoc de necessitate pręcepti, ita ut mortaliter peccet, q eam non habet in ipsa celebratione diuini mysterij. Prędicta enī memoria sine actuali deuotione haberi nequit in eo, qui gratiam habet. Hęc nanq; memoria, cum non fit nisi recognitio bñficiorū bonitatisq; Christi, dilectionē accendit: dilectio uero deuotionē inducit, sicut ostensum est. Deniq;, quamuis ista deuotio uoluntatis ad digne .i. meritorie celebrandū sufficiat, non tamen pfecta est, nec debet sacerdos ea esse contentus. Qui enim hac simplici deuotione contentus est, modicum sæpe fructū ex celebratione reportat: imò & negligentias multas sæpe incurrit, distractiones phātasiasq; plurimas patiēdo in Missa. Vnde nec ipsam tam suauissimi sacramenti dulcedinem expetitur, sed macer & uacuus de pinguissima illa atq; opulentissima Christi mensa recedit: nec tantæ charitatis igne succenditur, sed frigidus permanens, in semetipso arescit. 1. Corin. 11. Nota. Sap. 16.

Articulus III. De deuotione perfecta & pura, quam decet habere celebrantem, propter tanti sacramenti dignitatem.

SAcerdotes sancti erunt deo suo, & non pollueni nomen eius. Incensum enim domini, & panes dei sui offerunt: & ideo sancti erunt. Quemadmodū Dionysius ait, Sanctum uocatur, eo quòd admixtione maculę careat, omnisq; terrenæ cupiditatis & mundani atq; carnalis amoris contagione priuetur. Sed dicet aliquis, Quis talis esse in hac uita poterit, in qua si dixerimus, quia peccatū non habemus, nosipsos seducimus, in qua insuper iustus in die septies cadit? Nam Salomone testante, Non est homo in terra qui faciat bonum, & non peccet. Et respondēdum, quod sanctitas rebus ascribitur, secundum exigentiam & capacitatem status earum. Deus enim benedictus essentialiter & totaliter sanctus est. Omnes uero beati in patria, quamuis non essentialiter, sed participatiue sancti sint, sic tamen sancti sunt, quemadmodum sanctum modò diffinitum est. Nullius enim maculæ, uel inordinatæ affectionis labem habent, nec habere possunt, cum sint confirmati in bono. Oībus autem bonis Christianis ac uere fidelibus hoc extat commune, quòd mortalium peccatorū sordibus carent, eo quòd amor diuini summiq; boni in eis præponderet temporalium rerum amori, quāuis interdum in rebus caducis inordinate & plus iusto afficiātur ac delectentur. Porro, sanctis uiris id proprium ē, q uenialia peccata tota diligentia student cauere: & quæ cauere sigillatim non ualent, incessanter quotidie deflent, redarguūt, confitent, emendāt. Vnde merito sancti dici possunt, licet quotidie uenialiter cadant. Nam sanctæ deuotionis solicitudo, & ignis charitatis diuinę in eis celeriter totaliterq; consumit, quicqd uenialiter delinquunt siue omittunt: imo, cum oīa eis cooperentur in bonū, non solum impfectum suum sufficienter deplorant & corrigūt, sed etiā occasione ex uenialibus culpis accepta, qtidie pfectiores, sanctioresq; fiunt: quoniam dum tantum proficere nequeunt quantum desiderant, semetipsos profunde humiliant, uehementer despiciunt, solicite ambulant: & quicquid pauloante operati sunt, pro nihilo æstimantes, syncerius coram deo, magisq; reuerenter conuersari laborant, ita ut cum Apostolo dicere possint: Quæ quidem priora sunt oblitus, in anteriora uero extendens meipsum, ad destinatum sequor, ad brauium uocationis supernæ. Hęc ergo est sanctitas, quam spūssanctus sacerdotibus inesse hortatur. Si enim sacerdotibus ueteris testamenti, qui non nisi figuralia atq; carnalia sacrificia ac sacramenta tractabant, præinducta uerba sunt dicta, Sacerdotes sancti erunt deo suo &c. quanto magis sacerdotibus nouæ legis, qui diuinissimā eucharistiam, quæ omnium ueteris legis sacrificiorum finis ac ueritas est, consecrant, tractant & sumunt, incumbit, ut sancti sint deo suo, & non polluāt nomen eius? Quemadmodum enim fideles nomen dei sanctificare dicūtur, dum ei in sanctitate & iustitia digne deseruiunt (sic enim ex uita eorum ostēditur, q ille cui tale obsequium placet, sanctus est) sic nomen dei polluūt, dum illud inhonorant: eoq; spreto, commutabilibus rebus adhęrēt, & immundis atq; obscœnis uoluptatibus uacant. Sacerdotes igit Christi, sic in hoc mundo sancti esse conentur, quatenus unicum dei filium reuerenter contrectent, grate recipiant, menteq; pura retineant, ne tantæ dignationi & dilectioni filij dei inueniātur ingrati. Hæc est perfecta deuotio, qua rationalis creatura tam prompte se tradit cultui dei, ut ea studiose

Leuit. 21. 1. Iohan. 1. Prouer. 24. 3. Reg. 8. Roma. 8. Philip. 3. Leui. 21. Leui. 22. Sacerdotes quō sanctias se debere.

Psal. 72. ose abijciat, quæ à dei uacatione & contēplatione ac ueneratione elongāt, ita ut dicat: Mi
Luc. 10. hi adhærere deo bonum est. Et rursus, Vnum necessarium est. Sic nanq; cum Isaia prophe
Isaiæ. 26. ta uerissime dicet: Nomen tuū & memoriale tuum, in desiderio animæ. & cum Psalmista,
Psal. 62. Adhesit anima mea post te. Sētiet q̄q; in breui, q̄ ueraciter Ieremias ait: Bonus est dominus
Thre. 3. sperantibus in se, animæ quærenti illum. Quamuis autem huiuscemodi uita ac talis deuotio, ad claustrales & maxime ad solitarios spectet, nihilomin⁹ seculares presbyteri ad eam pro uiribus suis, prout status eorū admittit, aspirare propinquareq; debent. Ideo enī continenter uiuere, & à secularibus negotijs, quæ animam plurimum distrahunt, abstinere iubentur. Preterea, licet quis secundum hanc pfectionem conuersari studuerit, & tam quietam ac puram & feruidā deuotionem sortiri optauerit, non tamē semper ad nutum suum se taliter deuotū inueniet: nec ideo à celebratione uel cōmunione abstinēdum opinor, dū fecerit homo quod in se est, utputa uitam & conscientiā discutiendo, peccata confitendo, gratiam implorando, & in spe diuinæ clementiæ accedendo. Quamuis enim experimentalem illam deuotionem, ac perceptibiliter dulcem affectū non habeat, quę frequenter ex redundantia superioris appetitus ad inferiorē, seu uoluntatis ad sensualitatem causatur, si tamen ratio ipsa deo adhærere & uitijs dissentire laboret, & uoluntas inferioris appetitus motibus dominet, tunc uera & intellectualis deuotio adest. Et hæc deuotio sufficit, imò & tutior est, sicut Mattheus de Cracouia in quodam notabili conscripsit dialogo de communione. Est quoq; deuotio talis probabile signum gratiæ dei.

Articulus IIII. De quatuor considerandis à sacerdote ante celebrationem.

2. Para. 29 FIlij mei nolite negligere: uos enim elegit dominus, ut stetis coram eo & ministretis ei, colatis eum & cremetis ei incensum. Verba sunt hæc religiosissimi regis Ezechię ad Leuitas. Quemadmodum decimo de Trinitate dei Augustinus ait, Sacrificium exterius atq; uisibile, interioris inuisibilisq; sacrificij ē sacramētum .i. sacrū signum: Interius uero sacrificiū dicitur, quo sę spūs rationalis deo offert ac subijcit, iuxta illud: Sacrificium deo spiritus contribulatus. & in Ecclesiastico: Salutare sacrificiū, attendere mandatis. In omni autem sacrificio secūdum Augustinum, quatuor sunt pensanda: uidelicet, quis offert, cui offert, quid offertur, & quare offertur. Antequam igitur ô Christi sacerdos, ad ueuerandum dei altare celebraturus accedas, hæc quatuor non superficialiter, neq; cursorie, sed profunde ac intime penses. Considera primum teipsum, uide quàm pauper & inops consistas, quàm ingratus atque indignus beneficijs tantis, quàm irreuerenter imperfecteq; ambulas coram deo tuo quotidie. De his igitur & alijs malis ac uitijs tuis, cordialiter ingemisce, confitere & emenda. Secundo, attēde quis sit cui offers. Aeterno enim omnipotenti' que patri, deo immenso, uiuo ac uero sacrificas. Contemplare bonitatem ac dilectionem eius super nos, qualiter proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Etenim, propter nimiam charitatem suam qua nos dilexit deus pater, filium suum charissimum misit in mūdum, ut redempti, uiuamus & beatificemur per eum. Ex hac consideratione inflammatur dilectio, spes roboratur, ita ut feruenter fiducialiterq; accedas. Contemplare etiam maiestatem & item iustitiam dei altissimi, quatenus timorate in cunctis te habeas. Si enim columnæ cœli pauent in conspectu eius, & si angelici spiritus cum reuerentiali tremore deo assistunt, intendunt, deseruiunt, cum quanta solicitudine atque custodia cordis, timoreq; mentis, nos pauperes deo excelso astare & sacrificare oportet? Tertio, debet sacerdos aduertere quid offert. Aduerte ô celebrans, dignitatem sacrificij tui. Nonne corpus & sanguinem CHRISTi, imò totum CHRISTVM, deum uerum ac hominem offers? Dissimilium unio inconueniens est. Quæ enim conuentio lucis ad tenebras? & CHRISTI ad Belial? id est, eius quæ sine iugo est. Quis consensus filio Veneris cum filio Virginis? Quæ demum conuentio superbi, iracundi, gulosi seu inuidi, cum miti & humili, cum amoroso & sobrio filio dei? Non ergo tibi licet nec expedit celebrare, CHRISTVM tractare uel sumere, nisi te ei similem esse comperias, secundum exigentiam tui status: & si non in effectu, tamen in affectu: uidelicet, ut toto corde uestigia CHRISTI imitari proponas & studeas: Alioquin reus efficieris corporis & sanguinis eius. Cum enim Leuitici septimo de sacerdotibus ueteris testamenti scriptum sit, Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est domino, peribit de populis suis, quanto magis sacerdos nouæ legis in æternum peribit, si cat

Marginalia: Augustinus (beside line 2 of article); Psal. 50. (beside "signum"); Eccl. 35. (beside "illud"); In oī sacrificio 4. pensanda. (beside "dere mandatis"); Primum. (beside "sacerdos"); II. (beside "tuis"); Rom. 8. (beside "no enim"); Ephe. 2. (beside "nitatem"); Ioh. 16. (beside "dutialiter"); III. (beside "crificare"); 2. Cor. 6. (beside "crificare"); 2. Cor. 11. (beside "tio lucis").

si carnaliter ac uitiose uiuendo, præsumat sacramẽtum corporis & sanguinis domini cõsecrare aut sumere. Vnde & Moyses dixit: Sacerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. Tempus enim est, ut Petrus apostolus dicit, ut incipiat iudicium à domo dei. Quarto pensare debet sacerdos, quare hanc hostiam offerat. Offertur enim pro uiuis ac mortuis. Et propter generalem rationem quam præfigit ecclesia sacerdoti, potest sacerdos pro uarijs personis ac causis, missarum celebrare solennia. Vt ergo pro causa qua celebrat, exaudiri mereatur, taliter uiuere, sicq; deo dignissimo familiaris & charus esse conetur, ut mediator idone⁹ inter deum & populum esse possit. Est nempe sacerdos inter deum & populum medius: quoniam ea quæ populi sunt, scilicet preces, uota, & dona eorum, repræsentat & immolat deo. Ea quoq; quæ dei sunt, utputa gratiam & sacramenta, impetrat, dispẽsat, seu tribuit populo. Debet ergo sacerdos populo in omnibus esse exẽplaris, & deo dilectus ac familiaris. Exod. 19. 1. Pet. 4. 1. q. 1. c. Episcopi sacerdi.

Articulus V. De uitijs quibus specialiter carere oportet sacerdotes, quemadmodum in ueteri testamento figuratũ est.

DIxit dominus ad Aaron: Homo de semine tuo qui habuerit maculam, non offeret panes deo suo. Sicut lex Moysi typus extitit legis Christi, sic omnia quę in lege antiqua fiebant, repręsentabant ea quę in lege gratiæ fiunt. Omnia enim in figura contingebant illis, secundum Apostolum. Deniq;, sicut lex uetus figura est nouæ legis, sic noua lex figura est status beatorum in patria, secundum Dionysium tertio cœlestis Hierarchiæ capitulo. Quoniam ergo lex Moysi figuratiua fuit nouæ legis, quę ultra figuratiua est uitę futuræ, idcirco figurę ueteris legis obscuriores erant figuris nouę legis: propter q̃d ait Apostolus: Vmbram habẽs lex futurorum bonorũ, non ipsam imaginem rerũ. Nam bona futura obscure repræsentauit, quę lex noua euidentius repręsentat. Et ideo lex noua habet imaginem, id est perfectã repręsentationem rerum seu futurorũ bonorum: umbra uero obscurior extat imagine. Cultus ergo seu status legis gratiæ medius est inter statũ legis scriptæ & uitæ futurę, quemadmodum Dionysius docet. Porrò sacerdotium legale, figura extitit sacerdotij Christi: & per corporales defectus, propter quos filij Aaron ad sacerdotium reddebantur inhabiles, designantur spũales defectus, quibus sacerdotes efficiunt indigni ad celebrãda mysteria Christi. Itaq; prohibitum fuit in lege, ne sacerdos esset cæcus uel claudus: & ne esset grandem uel paruum aut tortũ habẽs nasum: ne etiam sit fracto pede uel manu: ne sit gibbosus uel lipp⁹: ne habeat maculã in oculo: ne habeat iugem scabiem uel impetiginem: nec sit herniosus. Pariformiter, sacerdos Christi non debet esse cęcus, id est indoctus: propter quod in Osea dicit: Quia tu scientiã repulisti, ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Et idem alibi: Misericordiam uolui, & nõ sacrificium: & scientiam dei plus quàm holocausta. Sacerdos quoque Christi esse non debet claudus, id est instabilis. Stultus enim mutatur ut luna, sapiens uero permanet ut sol. Sed constans esse debet, ut regia uia incedat: nec extollatur prosperis, nec frãgatur aduersis, ut dicat cum Iob: Donec deficiã, nõ recedam à iustitia. Et rursus: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Insuper sacerdos nouæ legis, non habebit grandem uel paruum tortũ ue nasum, id est, interiorem gustum infectum, seu animum indiscretum: sed sicut nasus odores discernit, sic ipse inter bonũ & malum discernere debet. Nec debet esse fracto pede uel manu, id est acediosus & piger: sed tędio pulso, cum magno affectu diuina pertractans, & eis reuerenter ac prompte deseruiens. Non etiam debet esse gibbosus, id est dorsum mentis ad terrena depressum gerens. Nec lippus, id est carnaliter sapiens: nec maculã habens in oculo, id est præsumptionem sanctitatis in corde, putãdo se aliquid esse, uel suis uiribus aut meritis bona à deo sibi collata attribuendo, quatenus illud Danielis in missa ueraciter dicat: In spiritu humilitatis & in animo contrito, suscipiamur à te domine. Denique, sacerdos habere non debet iugem scabiẽ, id est petulantiã carnis tenaciter adhærentem: nec impetiginem, id est auaritiam. Neque herniosus esse debet, id est ponderosus, uidelicet pondus turpitudinis atque malitiæ portans in corde, quamuis non exequatur in opere. Vnde in euangelio dicitur: Cum offers munus tuum ad altare, uade, prius reconciliare fratri tuo. Et denuo: Dimittite si quid habetis aduersus aliquem. Atque Apostolus, Sol (inquit) non occidat super iracundiam uestram. Hæ autem uirtutes, quibus indui decet sacerdotes, signantur per uestes sacras, quibus in celebratione diuinorum utuntur, de quibus uestibus & significatione earum, idcirco pertranseundum uidetur, quia in Rationali diuino satis plene & pulchre de eis fit sermo. Sed & sanctus Thomas Prima secundę, de sacris ue-

Leuit. 21. 1. q. 1. c. Sacerdotes. 1. Cor. 10. Dionysius. Hebr. 10. Dionysius. 1. q. 1. c. Si sacerdotes. Leuit. 21. Osee. 4. Osee. 6. Eccl. 27. Iob. 27. & 13 Leui. 21. Leui. 21. Daniel. 3. Matt. 5. Marc. 11. Ephe. 4.

stibus sacerdotij legalis, & super quartum Sententiarum de sacris uestibus ministrorum altaris nouae legis, pertractat.

Articulus VI. De partibus Missae.

1. Timo. 2. S. Thomas

OFficium Missae uarie à diuersis diuiditur. Glossa enim super illud ad Timotheum: Obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, dicit, quòd Missa diuiditur in has quatuor partes. Thomas uero super quartum Sētentiarum, diuidit Missam in tres partes: uidelicet in principium, quod secundum eum dicitur oratio, usq; ad epistolam durans: in medium, q̃d est ipsa celebratio, usq; post communionem perdurans: & in finem, quae est gratiarum actio, quę durat usq; ad terminum Missae. Has partes subdiuidit nona distinctione libri praefati, sicut uidere potest, qui hunc modum sequi intendit. Alij demum diuidunt Missam in quatuor partes, quarum primam appellant praeparationem, secundā uero consecrationem, tertiam aūt sumptionem, & quartam nominant gratiarum actionem. Haec autem diuisio conuenientior uidetur & clarior, nec differt à prima, nisi in uoce: nam eam Missae partem, quam Glossa appellat obsecrationē, ipsa uocat p̄parationem: partē uero quae secūdum Glossam dicit oratio, nominat celebrationē: partem quoq; quā Glossa appellat postulationē, nūcupat ista diuisio sumptionē. Quartā aūt partē, om̄es gratiarum actionē appellant. Prima pars usq; ad offertoriū durat, secunda usq; ad finem cōsecrationis, tertia usq; post completam communionē, quarta usq; ad finem officij. Sed ad horum intelligentiā scire oportet differentiam inter obsecrationem, orōnem, petitionē & gratiarum actionē. Obsecratio igit est inuocatio dei, cum commemoratione sacrorum seu diuinorum, quorum uirtute ac merito aliquid impetrare optamus, sicut cum dicimus, Per incarnationem tuam libera nos. Q̃m ergo in prima parte Missae fit commemoratio Chr̄i, doctrinae quoq; Apostoli & euangelistarum, cū inuocatione & laude diuina, idcirco prima pars Missae obsecratio nuncupatur. Dicit autem Glossa, quòd obsecratio ē de rebus difficilibus, ut de iustificatione impij. Porrò, petitio est inuocatio dei pro bonis uiae, quae ordinantur ad ea quę finaliter desiderantur. Cum ergo in secunda parte Missae, fiat oratio pro benedictione & consecratione panis ac uini in corpus & sanguinem CHRISTI, cuius corpus, prout in sacramento consistit, uiaticum dicitur, & summum bonum quo in uia reficimur, ideo secunda pars Missae petitio appellatur, & etiam consecratio: quoniam petitio ad consecrationem ordinatur, & in ea petitione tam quam in ultima principaliq; pariter finitur. Postulatio autem, est inuocatio dei pro bonis patriae: cum ergo post consecrationem bona quę habentur in patria, postulentur, merito tertia pars Missae, postulatio dicitur. Postremo, gratiarum actio est cōsummatio orationis, per quam omne bonum ad deum refertur, atque ad potiora beneficia impetranda uia paratur. Cum itaque in ultima parte Missae hoc fiat, ideo quarta & ultima pars Missae, gratiarum actio dicta est.

Diuisio Missae in quatuor partes. — Obsecratio, est I. pars Missae. — Oratio, II. — Postulatio, III. pars — Gratiarum actio, IIII.

Articulus VII. De lotione & cōfessione sacerdotis, & osculo altaris.

Isai. 1. Exod. 30.

LAuamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum. Sicut in Exodo legitur, Moysi dominus iussit ut sacerdotes lauarentur, quando accederent ad ministerium templi. Debet ergo CHRISTI sacerdos, antequam celebrat, manus lauare. Primo, propter reuerentiam tanti sacramenti: secundo, ad designandum spiritualem lotionem, qua mentem purgari oportet à maculis uitiorum, iuxta illud: Amplius laua me ab iniquitate mea. Et rursus: Lauabo inter innocentes manus meas, & circūdabo altare tuum domine. Praeterea, secundum Dionysium lotio digitorum uel potius extremorum eorum, designat absterſionem minimarum culparum. Debet ergo sacerdos non solum mortalia & grauiora uenialia abhorrere ac fugere, sed & minima quęq; peccata uitare, ut omnino mundus & mente collectus ac stabilis deo assistat. Vnde in huius figura dominus praecepit Leuitis, ut raderent omnes pilos carnis suae. Per pilos enim, cogitationes signantur, quae oriuntur ex corde, quemadmodum pili ex corpore. Tu igit Christi sacerdos, antequam corpus & sanguinē Christi creatoris, saluatoris, ac iudicis tui consecrare, contingere, manducare atque potare praesumas, omnes pilos corporis tui radas, id est, omnes cogitationes superfluas, curas'q; seculares & euagationes uanas abijcias, & Christum

Psal. 50. — Dionysius. — Leui. 14.

stum ac passionem ac beneficia eius, cordi tuo firmiter imprimas, ne ad tantum officium imparatus & indignus accedas: alioqui modicus error in principio, magnus erit in fine. Praeterea, quoniam scriptum est, Qm iniquitatem meam ego cognosco. Et, Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meā domino. Iustus em (teste Salomone) in principio accusator est sui. Et Iosue ait: Fili mi, da gloriam deo, & confitere peccatum tuū: propterea presbyter lotus intus ac foris, sacrisq; uestibus uelut alter Aaron adornatus, confessionem ante altare facit, quatenus purior fiat, & ad celebrandum paratior. Quis enim est in hac uita sic mundus, ut non sit magis magisq; mundandus? Facta uero cōfessione, osculatur altare. Altare em, Christum uel crucem Christi designat, secundum Ambrosiū. Per hoc ergo q osculatur altare, demonstrat se ardentē amorem habere ad Christum, & ad celebranda eius mysteria: Velle quoq; uniri & conformari passionibus Christi, sciens qa nō est seruus maior domino suo. Et, Quia si compatimur, & conregnabimus. Omnes enim qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patientur. Deniq;, quoniam presbyter Christi uicarius est, per osculum eius quo osculat altare, intelligi potest dilectio immmediataq; unio filij dei cum humana natura. Vnde sacerdos dum altare ascendit & osculatur, aliqua deuotissima uerba dicere debet, & quae suo affectui dulcius sapiunt: ipsumq; altare amorose, tāquam Christum, osculari: quatenus ex ipso, tanquam ex fonte pectoris Christi, gratiam hauriat, id est, deuotionem firmam concipiat, dicendo: Aue benignissime domine IESV Christe, diuinitate & gratia plenus, misericordia tecum, benedicta passio & uulnera tua, & benedictus sanguis uulnerum tuorum. Vel, Veni sancte spiritus, aut aliquid simile. Summa quippe solicitudine prouidendum uidetur, ne tale officium sine actuali & feruida deuotione inchoetur. Nā uirtus principij, in his quae sequuntur relucet ac permanet: &, sicut praetactum est, modicus defectus in principio, magnus efficitur in processu. Debet ergo confessionem ante altare, cum magna attentione facere sacerdos: non ex consuetudine arida, ut exterior humiliatio corporis, & item tunsio pectoris, uera sint signa interioris humiliationis, atq; mentalis redargutionis sunpsius. Debet etiam cordialiter affectare, ut alij orent pro se, & per preces aliorum auxilium sibi affuturum sperare, pie atq; humiliter credens alios meliores, & apud deum magis auditos quàm se.

I.q.I.c.princi patus. Psal. 50 Psal. 31. Prouerb 18 Iosu. 7. Sacerdos altare osculat. Iohan. 15. Rom. 8. 2. Tim. 3. di. d. c. nimium.

Articulus VIII. De Introitu Missae.

LAudem dicite domino deo nostro, omnes serui eius, pusilli & magni. Quoniam totum Missae officium, ad commemorationem beneficiorum dei ordinatur, Saluatore dicente: Haec quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis: beneficijs autē dei nil dignius rependere possumus, nisi honorem & laudem: nā bonorum nostrorum deus non eget. Idcirco Missa à laude dei incipit, Introitus enim laudem dei continet, & ad honorem altissimi cum modulatione cantatur, quatenus uniuersorum astātium corda in dei amorem, sanctamq; deuotionem excitentur & accendantur: ac per hoc toti sequenti officio cum feruore atq; alacri iucunditate intersint. Porrò, Introitus ut frequenter ex psalmo accipitur, aut certe cum psalmo cantatur: cuius duae sunt causae. Prima, quoniam psalmi per modum laudis includunt, quicquid in sacra scriptura habetur, ut Dionysius tertio coelestis Hierarchiae capitulo ait. Secunda, quoniam Celestinus Papa instituit in exordio Missae, psalmos antiphonatim cantari. Gregorius uero loco psalmorum ordinauit Introitū cum cantu persolui. Vnū aūt uersum retinuit ex illis psalmis, qui ante antiphonatim canebantur, ex quibus Introitus ut frequenter sumuntur. Potest quoq; tertia ratio addi: nam Dauid sicut eximius extitit prophetarum, sic de CHRISTO & passione atq; mysterijs eius excellentius pleniusq; conscripsit: & ergo in celebratione mysterij Christi, psalmi seu uaticinia eius amplius frequentantur. Aduertendum est autem, quia ut de Cōsecratione distinctione prima habetur, Iacobus frater domini, id est, consanguineus Christi, & Basilius Caesariensis Episcopus, celebrationem Missae ediderunt, id est, multa quae in Missa dicuntur & fiunt, ordinauerunt: ut sunt ceremoniae & orationes: CHRISTVS enim in coena nouissima, hoc sacramentum instituendo, primam Missam celebrauit: Iacobus uero minor, ob excellentissimam suam sanctitatem, hoc honore ab apostolis clarificatus est, ut primus episcopus in Hierusalem fieret: & primus post Christū celebraret secūdū formam à deo praefixam, & caeteri apostoli post eum, adijcientes uerbis consecrationis

Apoc. 19 I. Cor. 11. Psal. 15. Psalterii uirtualiter includit totam sacram scripturam. Dionysius Gregorius. Basilius. Christus & Iacobus primi missam celebrarunt.

orationem dominicā. Deinde, princeps apostolorum Petrus quasdā orationes apposuit. Postea uero, ut Dionysius recitat, epistola atq; euangelium sunt adiuncta. Sicq; secundum ordinationem spiritussancti, procedente tēpore, & Christiana religione crescente, diuersa à sanctis patribus leguntur apposita maxime ab illo glorioso Basilio, qui in domo dei mirabiliter fulsit. Introitus igitur Missæ, cum magna deuotione cantādus est siue legendus: & ipsa cordis affectio ad deum solicite dirigenda. Et qa dispersio cordis ad alia, deuotionē hanc tollit, propterea sacerdos anteq̄ Missam inchoat, debet introitum legēdum præscire, & dicenda atq; agenda in promptu prænoscere: ne talia quærendo, distractionem & indeuotionem incurrat.

Articulus IX. De Kyrie eleeson.

Eccl. 3.

In laude diuina duo cōsideranda.

QVi diligit deū, exorabit pro pc̄tis, & continebit se ab eis, & exaudietur. In omni dei obsequio, præsertim in ōne & laude diuina, duo nobis cōsiderāda incumbunt: uidelicet, dei misericordia, & nostra miseria. Intelligo aūt pro misericordia dei, oīa quæ ad bonitatē eius respiciūt, scilicet charitatē eius & liberalitatē, & patientiam super nos. Per nostram uero miseriā, uniuersa intelligo quæ nostram imperfectionem, culpam & fragilitatem concernūt. Hæc igitur intente nobis pensanda sunt, quatenus ex contemplatione diuinæ bonitatis atq; clemētiæ respiremus, & cū fiducia ad thronum gratiæ accedamus, in plenitudine fidei, certissime agnoscentes, qa quicquid orauerimus patrem in noīe filij, dabitur nobis: si tamen perseueranter infatigabiliterq; pulsemus. Quemadmodū Iacobus monet: Postulet, inquit, in fide, nihil hæsitans. Nam scdm fidē nostram fiet nobis. Dici aūt non ualet, quantum omnipotenti deo, perseuerans ac fiducialis oratio placeat. Ex cōsideratione uero nostræ miseriæ, humiliemur & displiceamus nobis, uilesq; simus in oculis nostris, quemadmodum Dauid ait: Ero humilis in oculis meis. Et Paulus hortatur: Non debemus nobismetipsis placere, sicut & Christus non placuit sibi ipsi. Si ergo Christus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sibi ipsi nō placuit, id est, in quātum homo, nullum bonum sibi ascripsit, cur nos miserijs & uitijs pleni, nobis ipsis placem⁹: contēnentes alios, & præferētes nos illis? Sic ergo sacrosancta ecclesia conuenieēter instituit, ut post Introitum, in quo laus dei cantata est, ad nosipsos redeamus, & dei misericordiam imploremus, dicentes: Kyrie eleeson, id est, domine miserere. Et dicitur nonies, quatenus nostram imperfectionem nonies profitentes, ad perfectionem ac societatem nouem ordinum angelorū perducamur. Dicitur quoq; ter kyrie eleeson ad patrem, ter ad spiritumsanctum, & ter Christe eleeson ad filium: quoniam unāquanq; trium personarū triplici culpa offendimus, puta cogitatione, uerbo & opere. Magna aūt est uirtus horum uerborū. Dum enī Basilius kyrie eleeson clamauit, hæreticos confutauit: & fores ecclesiæ diuina uirtute apertæ sunt. Sed & beatus Germanus, ut legit, hoc uerbum clamando, quinq; reges in fugā conuertit. Præterea cognoscendū, q in Missa triū linguarū uerbis ecclia utitur: sunt enī in Missa quędā ỽba Græca, ut kyrie eleeson: quædā Hebraica, ut alleluia, id est, laudate dn̄m: & sabaoth, id est, exercituum: Osi anna, id est, salua dn̄e obsecro: Amen. i. uere uel fiat: quædam Latina. Nā his tribus linguis scriptus est titulus crucis Christi. Scdo, quoniam istæ tres linguæ digniores sunt reliquis. Vnde gentes quæ his linguis non utuntur, barbari appellantur. Tertio, propter reuerētiam superbeatissimæ trinitatis. Quarto, qm̄ numerus ternarius est perfectus: omnia enim sup tria ponimus scdm Philosophum. Ideo per has tres linguas, uniuersæ linguæ designātur. Et sic in ministerio Missæ his linguis utitur ecclesia, ad insinuandum q omnium linguarum populi in fide Christi saluātur, sicut in Genesi legitur Abrahæ repromissum: In semine tuo. i. in Christo, benedicētur omnes gentes. Et in psalmo: Et benedicentur in ipso oēs tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Atq; in Daniele propheta: Omnes gentes, tribus & linguæ seruiēt ei. Ex quibus elucescit error Mahumeti seu Sarracenorū, qui dicunt unāquanq; gentem in sua lege posse saluari. Vnde in Actibus apostolorū Petrus de Christo testatur: Nō est aliud nomen sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Iesu Christi. Cui concordat quod per Isaiam dn̄s ait: Dedi te. s. Christum in lucem gētium, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. Constat quoq; ex his, cum quanta humilitate & affectione contritioneq; cordis, hæc sacratissima uerba, kyrie eleeson &c dicenda sint, non cursorie, sed morose: quatenus presbyter omne genus peccati sibi indulgere desideret: & tanto hæc uerba feruētius dicat, quanto ea sæpius iterat. Nam & ideo sæpius iterant, ut semper deuotius explicentur.

Marginal notes: Heb. 4. — Iaco. 1. — Matt. 9. — 2. Reg. 6. — Rom. 15. — 1. Pet. 2. — kyrieeleeson nonies dicit & quare. — Tribus linguis ecclesia utitur. — Κύριε ἐλέ. Gr. — הללו־יה צבאות הושיעה־נא אמן — Gene. 28. — Heb. 11. — Psal. 71. — Dan. 7. — Act. 4. — Isaie. 49.

Articulus X. De hymno angelico, Gloria in excelsis deo.

BEnedicentes dominum exaltate illum quantũ potestis, superualebit adhuc. Rursus ecclesia post propriç miseriç recognitionẽ, contẽplationi & laudi altissimi uacare desiderat. Quanto enĩ qs seipsum magis humiliat, tanto in aĩo eius deus excellentior est. Sed nec aliqs ad laudandum & glorificandũ deum idoneus est, nisi q imperfectum suum perpendit, & in misericordia dei bene uiuendo confidit. Peccatori enim dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? Itaq; post kyrie eleeson, cantat ecclesia hymnum angelicum, dicens cum angelis: Eccl.43. Psal.49.

GLoria in excelsis deo, & in terra pax hoĩbus bonç uolũtatis. Qđ ũo sequit, Laudamus te usq; in finem, S. Hilarius fert apposuisse, uel Symmachus Papa scđm Albertũ. Sed ut Nicolaus de Gorra super Lucam disseruit, & ex gestis partim Romanorũ declarat pontificum, S. Hilarius illud apposuit: Symmachus uero Papa, hymnum istum in missa instituit decantandũ. Verũtamen Albertus in libro de Mysterijs dicit, q S. Telesphorus Papa, q fuit à beatissimo Petro nonus, fecit additionẽ prefatã, & non Hilarius: & Telesphorus instituit istud canticũ cãtari in nocte natiuitatis Chri in prima Missa: qa tũc angeli cecinerunt principium cantici huius. Postmodũ uero Symmachus ordinauit illud cantari in dñicis & festis non luctuosis. Gloria aũt, ut ait Ambrosius, est clara cum laude notitia. Gloria quoq; accipi potest pro letitia, & itẽ pro maiestate seu perfectione. Hoc ergo qđ dicitur, Gloria in excelsis deo, duplicem sensum habet: Primũ, gloria .i. clara notitia, sit deo in excelsis .i. in cœlis: uel in excelsis .i. in angelis atq; beatis, uidelicet ut ipsi clarã de deo notitiã habeant, & eum collaudent, sicut in psalmis cantamus: Laudate dñm de cœlis, laudate eum in excelsis: laudate eum omnes angeli eius. Vnde gloria in excelsis deo non dicit per modum orationis, cũ semper sit ita, sed per modum laudis & congratulationis, iuxta illud: Adorate eũ oẽs angeli eius. Scđo intelligitur sic, Gloria .i. lætitia sit deo in excelsis .i. habitanti in cœlis, uel in excelsis .i. in pręcipuis atq; sublimibus suis effectibus. Quemadmodũ scriptum est, Letabitur dñs in operibus suis. Et in Ezechiele, Benedicta gloria dñi, de loco sancto suo. Qđ uero per Isaiam dñs dixit, Ego dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, non uidetur dictum de gloria, prout designat notitiam, omnes enim beati facie ad faciem dominum conspiciunt, nec de gloria prout importat lætitiam, omnes nempe beati, beatitudine dei fruũtur, sumitur ergo hic gloria pro maiestate diuina, nemo enim deo æqualis esse ualet. Sequitur autem in hymno angelico, Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. CHRISTVS enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, colligendo ecclesiam ex Iudæis & gentibus, & reconciliauit nos deo & angelis sanctis. Porrò, Christus est pax nostra obiectaliter atq; causaliter, quia secundum naturam assumptam est causa meritoria pacis, secundum diuinitatem uero, est causa effectiua & principalis pacis nostræ, imò & causa finalis & obiectalis, quia in ipso sicut in summo fine, pax nostra consistit. Pax autem formaliter, est tranquillitas seu quies mentis in deo, & hæc in hominibus bonæ uoluntatis esse censetur, quia illorum summa affectio, est honor & gloria dei, sicq; mente in deo quiescũt. Et quoniam pax ista à deo nobis collata est, ideo de hoc laudat deum ecclesia, dicens: Laudamus te id est, dignum laude asserimus. Benedicimus te .i. bonũ de te, uel tibi dicimus. Nos benedicimus deo, & deus benedicit nobis: sed differenter ualde. Nam benedictio dei secundum Gregorium, est collatio munerum diuinorum, & multiplicatio eorundẽ: benedictio igitur dei est causa bonitatis & gratiæ ac sanctitatis in nobis. Petimus namq; benedici à deo, id est, gratiam & misericordiam eius recipere. Benedictio uero qua nos deum benedicimus, est quędã professio, qua oĩa bona deo ascribimus tanquam fonti bonitatis & sanctitatis ac gratiæ. Adoramus te .i. singulari & excellentissimo cultu honoramus te, tanquam primum atq; altissimum principem, qui solus nullius eges, à nullo dependens, omnia potes, omnia uides, solus propria uirtute iuuare saluareq; potes, imò & obdurare ac perdere, queadmodum in Deuterono. legitur: Ego occidam, & ego uiuere faciam. Est autem adoratio cultus & actus latriæ soli deo exhibendus: Latria uero est uirtus, quæ diuinæ naturæ cultum ceremoniasq; impendit: & hæc uirtus alio nomine appellatur religio. Glorificamus te. Dicimur deũ sanctificare uel magnificare, dum ei in sanctitate & æquitate seruimus, sicq; eum esse magnum & sanctum ostendimus: sic quoque deum glorificamus, dum nomen ipsius alijs manifestamus, ac per hoc ipsum famosum & in animo aliorum gloriosum efficimus. Vnde duplex

Luc.2. Luc.2. GLORIA IN excelsis deo. Psal.148. Psal.96. Psal.103. Ezech.3. Esaiæ.42 ET IN TERra pax hoĩb. 2.Cor.5. Pax quid sit. LAVDAMVS te. BENEDICIMVS. ADORAMVS te. Deut.32. Adoratio. Latria. GLORIFICAMVS te.

Duplex benedictio.

est benedictio, scilicet cõsecrationis & laudationis: prima, benedicit nos deus: secũda, nos deum, uel in propria mente eum attollimus.

GRATIAS agimus.

⌊Gratias agimus tibi propter gloriam tuam magnã.⌋ id est, propter excellentẽ notitiam quã habemus, spiritusancto reuelante de te, per quam cognoscimus, quanta nobis beneficia contulisti: propter quæ semper & ubiq; grãs tibi agere tenemur, nec sufficimus. Quæ demum sequũtur in cantico isto, sunt plana: nisi ꝙ in fine cantatur de filio:

TV SOLVS sanctus.

⌊Tu solus sanctus. Tu solus dñs. Tu solus altissimus Iesu Christe.⌋ habet enim quæstionem, an talis oratio nihil addendo, sit uera: & est idem ac si quæratur, an dictio exclusiua addi possit termino personali in diuinis, dicẽdo: solus pater, est uerus deus: solus filius, est altissimus: solus spiritussanctus, est immensus, uel simili modo. Et respondendum, ꝙ tenendo dictionem exclusiuã categorematice, s. prout ponit rem significatam circa subiectum, addi nõ potest termino personali, imò nec essentiali in diuinis: poneret enim solitudinẽ in diuinis. Si uero teneatur syncategorematice, prout importat habitudinem prædicati ad subiectum, tunc addi potest termino essentiali & etiam personali, prout excludit alium, neutraliter non masculine: sic enim cũ dicitur, solus filius est sanctus, uel dominus, seu altissimus, sensus est: ꝙ filius sit sanctus, & nihil aliud à filio: & hoc utiq; uerũ est, pater enĩ non est aliud à filio, sed alius: proprie tamẽ hęc uox, solus: excludit alium masculine. Et ideo scdm Thomam tertia parte, talis locutio non est extẽdenda, sed exponenda, cum s. dictio exclusiua additur termino personali. Vnde secũdum eum Ecclesia non cantat de filio absente, Tu solus sanctus &c. sed protinus addit, cum sancto spũ in gloria dei patris: qm̃ tres personæ sunt unus altissimus, & unus sanctus ac dominus. Hoc ergo angelicum canticum cum magna cordis lætitia ac deuotione dulcissima est cantandum siue legendum: quod fieri nequit, nisi intellectus in contemplatione dei stabiliter atq; syncere firmetur.

Diuina uerba magnam requirunt aduertentiam.

Quanto enim uerba fuerint diuiniora, tanto ampliorem aduertentiã & eleuationem mentis puriorem requirunt: quo etiam sensus diuinorum uerborũ affectuosior est atque profundior, eo modica cordis distractio uehementius nocet ac impedit. Postremo, quum deus attente orandus sit, attentius tamen laudandus est: & tanto attentius, quanto maius ac dignius est deum laudare quàm orare, utrunq; enim actus est religionis seu latriæ. Sed quanto obiectum & finis diuinæ laudis præstantiores sunt obiecto ac fine orationis,

Magis meritoriũ est deũ laudare quã orare.

tantò sublimius est magisq; meritorium deum laudare, q̃ orare. Obiectũ enĩ orationis est aliquod donum diuinũ, finis uero orationis est donũ dei acqrere: Obiectum autem laudis diuinæ, est ipsa excellentia bonitatis diuinæ. Finis uero est ipse deus: tale autem obiectum talisq; finis obiecto & fini orationis potissime eminẽt. Deniq; cum oramus, ad nosipsos aliquo modo reflectimur: cum uero deum laudamus, in ipsam diuinæ naturæ excellẽtiam contemplando pure ac nude immergimur.

Actio beatorũ in patria.

Constat quoq;, ꝙ actio beatorum in patria sit laudibus dei uacare, non aũt orare post diem iudicij, uel pro seipsis, iuxta illud

Iohan. 16.

Iohannis, In illo die in nomine meo nõ petetis quicq̃. Rursus, quemadmodum obligamur plus diligere deum, q̃ nos, sic iustius est dei laudibus occupari, q̃ pro seipso orare: imò cum nemo idoneus sit deum laudare, nisi cuius uita coram deo probata consistit, cũ de iniquis

Isaiæ. 29. Matt. 15.

scriptura testetur: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longe est à me. Idcirco ordinatur oratio ad laudem diuinã sicut ad finem: finis uero præstantior est his quæ referuntur ad ipsum. Palam est ergo, ꝙ dignius atq; diuinius sit deum laudare, q̃ orare: si tamen cor à nebula uitiorum atq; caligine operũ tenebrarũ fuerit expurgatum: quãdiu enĩ passionibus iræ atq; superbiæ premitur, uitijsq; carnalibus & acedia superatur, utilius ẽ orationi quàm laudi uacare. Vnde Psalmista cognoscens, neminem ad laudandum deum esse condignũ,

Psal. 105.

nisi fuerit à populari conuersatione & uitijs separatus, ita precatur, Saluos fac nos domine deus noster, & congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Præterea, signum uirtutis est delectatio operationi coniuncta: cum enĩ quis delectatur sustinendo aduersa, signum est ꝙ uere sit patiens. Quanto igit laus dei orationem præcellit, tanto intensius delectari nos decet in laudando altissimum, quàm in orando: & ideo scriptum est, Exultabunt labia mea cum cantauero tibi. Et iterum, Labijs exul-

Psal. 70 Psal. 62

tationis laudabit os meum. Hoc nanq; summa perfectio est & exercitium diuinissimũ uitæ præsentis, delectari in laude diuina: cogratulari beatitudini æterni dei, & eius pfectioni mẽtaliter congaudere hęc enĩ ex feruida dei charitate procedunt. Tanto aũt ad hanc delectionem diuinam ac syncerissimã laudem efficimur magis idonei, quanto amplius renuimus extra deum consolari, delicias uentris & uaniloquia odiendo, & illud unum quod solũ necessarium est, efficaciter inquirendo, inuentũ tenendo & omnem mentis ignauiam ac cor-

poralem

poralem quietem resolutionemq́; animi penitus abhorrēdo. Quoniam uero hymnus iste angelicus, cantus lętitiæ est, ideo in officijs luctuosis omittitur.

Articulus XI. De salutatione & oratione sacerdotis ante Epistolam.

AD quem autem respiciam ait dominus, nisi ad pauperculum & contritum spiri- Isaiæ. 66.
tu, & trementem sermones meos? Sicut ostensum est in officio Missæ, est ordina-
tissima mixtio commemorationis diuinæ excellentiæ, quam laudamus: & reco-
gnitionis nostræ miserię, pro qua oramus: nam post confessionem ante altare, in
qua nostram profitemur miseriam, inchoatur introitus, qui est cãtus laudis diuinæ, & sta
tim subiungitur kyrie eleeson, in quo rursus humiliamus nosipsos, nostram miseriam de-
clarantes: hoc finito, ad dei laudem conuertimur, dicentes, Gloria in excelsis deo: quo cõ-
pleto, oratio sequitur, in qua denuo cõsideramus nosipsos, & misericordiam imploramus
miseriæ nostræ. Præmittit autem sacerdos salutationem ad populum, dicens, Dominus
uobiscum, i. gratiam uobis infundat deuote mecum orandi, & sacra uerba digne atq; sa- DOMINVS uobiscum.
lubriter audiendi: & hæc uerba ex libro Ruth sumpta uidentur, suntq́; affectuose à sacer-
dote dicenda, uelut à mediatore inter deum & populum, secundum exigentiam charitatis Ruth. 2
fraternæ, quæ in sacerdotibus exuberantior esse debet. Episcopus uero quia gerit Christi
personam, dicit, pax uobis: sic enim Christus salutauit post resurrectionem apostolos. Se- Iohan. 20.
pties quoq; salutatur populus manifeste uerbis prædictis, nisi quòd semel pro dominus
uobiscum dicitur, pax domini sit semper uobiscum, quatenus exclusis septem mortalibus
uitijs, impleatur septem donis spiritussancti, & actibus septem principalium uirtutũ, qua-
rũ tres, scilicet fides, spes, charitas, sunt theologicæ: reliquæ quatuor, scilicet prudētia, quę
est in ratione: iustitia, quæ est in uoluntate: fortitudo, quæ est in appetitu irascibili: tēperā- Septem sunt actus principalium uirtutum.
tia quoq;, quæ est in concupiscibili, cardinales. i. principales uocantur, & hoc respectu cę-
terarum uirtutum moralium, quæ omnes ad has quatuor reducuntur. Virtutes autem
theologicę digniores sunt uirtutibus cardinalibus. Quinquies etiam uertit sacerdos se ad
populum, quater eum aperte salutando, & semel in silentio uertit se, propter quinq; appa- Quinq. se uertit se sacerd. in Missa.
ritiones Christi in die paschæ: quarum quatuor in euangelio describuntur: sed quæ Pe-
tro creditur facta, non legitur ubi uel quomodo. Porrò, facta resalutatione populi, Et cum Matt. 28.
spiritu tuo, sacerdos precem fundit pro populo & se. Dicitur autem in Rationali diuinor, Mar. 16
q́ numerus orationum semper erit impar, uidelicet una, propter unitatem diuinę naturę: Luc. 24.
uel tres, propter mysterium trinitatis: uel quinq;, propter quinq; uulnera Christi: uel se- Iohan 20 Iohan. 21.
ptem, quia tot sunt particulæ orationis dominicæ: nec plures fieri debēt, quoniam Chri- Numerus collectarum sp erit impar.
stus hunc numerum non excessit, nisi forte propter specialem rationem. Quum uero plu-
res orationes funduntur, debet ultima correspondentiam habere ad primam: & ideo in
Missa pro uiuis collecta pro mortuis addenda non est, nisi penultimo loco, uel antepe-
nultimo. Quamuis autem oratio boni sacerdotis efficacior sit ad impetrandum quàm ma-
li; tamen oratio imò & totum officium mali sacerdotis uirtutem sortitur, & ad impetran- Officiũ mali sacerdotis uirtutẽ sortit.
dum fit efficax, inquantum sacerdos talis orat & agit in persona totius ecclesiæ, ut asserit
Thomas. Præterea quamuis ubiq; & semper deus ab omni Christiano reuerenter & pu-
re atq; solicite exorandus consistat à sacerdote, tamen in Missa tantò ardentius synceriusq́;
orãdus est, quantò causa orandi est maior, & ipsum officium dignius, persona quoq; Chri
sto uicinior, utputa mediator dei & plebis: ait enim Basilius: Diuinum auxilium imploran
dum est, non remisse, nec mente huc illuc que uagante. Nam sicut ait CHRISTVS: Basilius.
Spiritus est deus, & eos qui adorant, in spiritu & ueritate adorare oportet. Quanta uero sit Iohan. 4.
dignitas rationalis creaturæ, quæ deum pro libito in oratione alloqui potest, Chrysosto-
mus pulchre declarat: Considera, inquiens, quanta est tibi concessa felicitas, quanta glo-
ria attributa, orationibus fabulari cum deo, cum Christo miscere colloquia: optare quod Orãdo sacerdos loquitur cũ deo.
uelis, & quod desideras postulare. Et iterum ait: Nunquam oranti beneficia denegat, qui
ut orantes non deficiant, sua pietate instigat. Est quoq; scd̃m Damascenum, oratio petitio
decentium à deo. Vel, ascensus intellectus in deum: unde qui sine attentione petit, uel quę
petenda non sunt postulat, non ueraciter orat. Et curandum est oranti, ut saltem cũ feruo- Oratio quid
re orationem incipiat: tunc enim totum quod sequitur, uirtutem habet: q̃m deus primam
orantis

orantis intentionem attendit, scd̃m Thomam. Quòd si talis intẽtio principio orationis desit, ipsa oratio nec impetratiua nec meritoria est, ut idem testatur. Hoc tamen non intelligo, quasi orans non possit in prosecutione suæ orationis quicquam mereri, si in principio attentus non extiterit. Si enim distractionem suam aduerterit, & mentem ad deum erexerit, negligentiam suam recuperabit, sed hoc unum opinor, quòd distractio mentis in principio orationis sit magis periculosa atq; nociua, quàm in processu, imò & in fine orationis seu laudis diuinę plus obest distractio quàm in medio. Vnde Cassianus multum hortatur nos ut studeamus, orationem ac laudem diuinam cũ feruore finire, & de omissione & culpa amissis ueniã humiliter implorare: hoc qppe ualde proficuum est.

Cassianus.

Articulus XII. De Epistola & Graduali ac Alleluia.

Prouerb. 3.

Epistola sequitur.

BEatus homo q inuenit sapientiam, & q affluit prudentia, pretiosior est eñ sapientia cunctis opibus. Conuenientissime post orationẽ Epistola sequitur, in qua populus ad sacramenta Christi per doctrinam disponitur. Hæc enim instructio utilis est ad conseruandã gratiam dei, quæ per orationem sacerdotis pręmissam collata est. Est q̃q; necessaria ad digne percipienda ac celebrãda sacramẽta cœlestia seu Christi mysteria. Nisi enim cognoscamus gratiã & misericordiã atq; beneficia dei, grati esse non possumus, neč cum amorosa deuotiõe ea recipere, uenerari, siue recolere. Nil enim diligit intellectiuus appetitus, nisi qđ nouerit intellectus, q aũt ingratus est donis altissimi, suice pta meretur amittere, & futuris carere. Vnde Apostolus ait, Qui autem ignorat, ignorabitur. Oportet ergo beneficia dei agnoscere, queadmodum rursus dicit Apostolus: Nos, inquiens, non spũm huius mũdi accepimus, sed spiritũ q ex deo est, ut sciamus quę à deo donata sunt nobis. Nam ex tali notitia spes roboratur, & charitas uehementer accendit. Epistola igitur apostolorũ doctrinam designat: dicitur eñ epistola ab ἐπιστέλλω, quod significat mitto uel mãdo: qm̃ sicut prophetæ libros suos libris Moysi in qb⁹ lex plene digesta erat, addiderunt, & quasi supermiserunt ad maiorem explanationẽ legis, informationemq; plebis, ita apostoli libris quatuor euangelistarũ, in qbus lex noua perfecte contenta est, quędã scripta supermiserunt, ut populum informarent, insurgentesq; quęstiones absoluerent, atq; instantes tunc futurasq; hęreses euacuarent: & hæc scripta appellantur epistolæ, quarũ doctrina respectu euãgelicæ doctrinę, quę immediate à Christo profluxit, est imperfecta & ordinatur ad eam, sicut ad finem. Intellectus nanq; epistolarũ disponit ad intellectũ euãgeliorum, propterea epistola ante euãgelium legitur. Cognoscendũ quoq; q eorũ quæ in Missa dicuntur, quędam à sacerdote pronuntiantur: ea uidelicet quibus populus immediate ad deum ordinatur, ut sunt orationes & gratiarum actiones. Horũ tamen quędam in secreto dicit sacerdos, qm̃ ad suum officium spectat. Ea uero quę per ministerium aliorũ diuinitus tradita sunt, à ministris dicuntur, ut epistola & euangelium: quędam aũt à toto choro dicuntur, utputa quę ad dispositionem populi pertinẽt. Ex doctrina uero epistolarũ, fideles duplicem fructum consequi debent, uidelicet profectum uitę, ascendẽdo de uirtute in uirtutẽ gradatim, quod significat per graduale: & item spũalem lætitiam, iuxta illud Apostoli, Gaudete semper in dño, quod significatur per Alleluia nomen Hebraicũ, cuius interpretatio est, laudate dñm: & est hoc nomẽ alleluia, cœleste & mysticum uirtuosumq; nomen ineffabilem beatorũ exultationem significans magis quàm exprimens: repetitur aũt propter duplicẽ stolam seu gloriam beatorũ, quã nunc sortiuntur in anima, & tandem habebunt in anima & corpore. Cum aũt epistola legitur, sedemus exemplo Marię, quę sedens secus pedes Iesu, attente & auida mente uerba eius audiuit: taliter enim & nos audire debemus lectionẽ epistolę. Interdum quoq; loco epistolę legitur aliqd ex ueteri testamẽto, ad designandũ utriusq; testamenti concordiã. Epistolę aũt apostolorũ per subdiaconos dicuntur, sed quæ ex ueteri lege sumuntur, per inferiores ministros leguntur, nõ semper, sed tũc dum utriusq; legis cõfiguratio insinuatur, ut in ieiunijs quatuor tẽporũ, & dum ea celebrantur, quę in ueteri testamento pręfigurabãtur, sicut baptismus, natiuitas, passio. In officijs insuper luctuosis loco alleluia canitur tractus, q asperitate uocũ & prolixitate uerborum pręsentis uitæ miseriam repręsentat.

Ex beneficiis cognoscitur deus.

De ingratis deo pro donis collatis.

1.Cor 14

1.Cor.2.

Philipp.4

הַלְלוּ־יָהּ

Quare cum epistola legitur sedemus

Luc.10

Tractus.

Articulus XIII. De Euangelio & Symbolo.

Iohan.8.

EGo sum lux mundi, ait unigenitus filius dei. Quemadmodum dictum est, euangelica doctrina perfecta est, ad quã disponit doctrina apostolorũ ac prophetarũ, idcirco post epistolã & ea quę effectũ eius signant, euangeliũ sequit. Pręmittit aũt diaconus, dñs uobiscũ: qm̃ Chrũs dixit discipulis, quos ad pręedicandũ euãgelium misit, In

fit. In quamcunq; domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Secundo, ad designandum, q Christus, q est immediatus euangelicæ ueritatis magister & autor, non est solum homo, sed etiam deus. Porrò, euangeliũ in sinistra cãtatur, qm Chrũs summus euãgelij prędicator non uenit uocare iustos, sed pctõres. Scđo, qa Iudęis in incredulitate sua manentibus, gentiles, qui per sinistram exprimuntur, euangelio crediderunt. Cũ uero euangelium dicitur, stat plebs capite nudo, & in principio signat se, tanq̃ de cruce Christi non erubescens, sed glorians: & uelut parata confiteri euangelij fidem, & etiam si opus est mori pro eo. Vnde plurimum reprehensibiles sunt, qui tempore euãgelicæ lectionis sine speciali necessitate uel causa sedet, uel sustentaculo innituntur. Congruentissime uero post euangelium dicitur symbolum fidei, scilicet CREDO: nam cõfessio fidei Christianæ est fructus euangelicæ disciplinę. Dicitur autem symbolum quasi collectio articulorum fidei orthodoxę: & est triplex, uidelicet apostolorum, quod in prima & completorio in silentio dicitur, ad insinuandum, q in primitiua ecclesia fides in persecutione & in tribulatione fuit, & occulte prædicatores habebat: aliud est symbolum Athanasij Alexãdrini episcopi: tertium est symbolũ patrum, uidelicet trecentorũ decem & octo episcoporũ in Nicena Synodo editum, contra Arrianorũ perfidiam, q supergloriosissimæ trinitatis substãtialem unitatem negabant. Pręterea, quò uirtus est dignior, eò actus eius est magis meritorius atq; diuinior. Cũ ergo uirtutes theologicę quarũ fides est una dignissimę sint actus earũ, sunt maxime meritorię, & ergo Christianę fidei actualis & deuota confessio plusq̃ dici põt uel credi, meritoria est: ideo oĩa symbola hęc cũ magna attentione & diligẽtia sunt dicenda, potissime tamen in missa.

Matt.10
Quare euãg. ad sinistrã cãtatur.
De consecratio. di.1.c. apostolica.
Symbolum triplex.

Articulus XIIII. De secunda principali parte Missæ, uidelicet de oblatione.

TVa est dñe magnificentia & potestas, & gloria atq; uictoria: tibi laus, tuę diuitię, Tua enim sunt omnia, & quę de manu tua accepimus, dedimus tibi. In prę exposita prima parte Missę multa dicta factaq; sunt, qbus tam sacerdos q̃ populus ad Christi sacramenta disponitur & aptatur. Nunc in hac secunda parte officij Missæ, quę pars consecrationis uocatur, sacerdos & populus magis immediate atq; directe ad consecrationẽ uel sacramenti receptionẽ parantur: pręmittitur eñ offertoriũ, quod spũalem offerentiũ iucunditatẽ designat: hilarẽ eñ datorẽ diligit deus: & item promptitudinẽ aiorũ ad offerendũ: sic eñ immolata oblatio plurimũ placet, idcirco ait Dauid: Scio dñe deus meus q probes corda, & simplicitatẽ diligas. Vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus, obtuli oĩa hęc. Deinde materia cõsecrãdi deo per sacerdotẽ offertur, dicentẽ: ⌊In spũ humilitatis &c.⌋ Qđ ṽo adiungit, ⌊In noĩe patris & filij & spũssancti,⌋ refert ad actũ sequẽtem, q calicem cũ signo crucis deponit. Postmodum ad ministrũ ac populũ se conuertit sacerdos, in silẽtio dicens: ⌊Orate fratres pro me &c.⌋ Et sicut sacerdos gerit personã Christi, ita minister gerit personam ecclesiæ, quis sit unus: & ergo sacerdos pluraliter alloqtur eum. Consequẽter sacerdos orat uoce submissa, petens à deo effectũ & fructũ, acceptationẽq; oblationis exhibitę: benedictionem quoq; oblatæ materię, sicut patere potest consideranti diuersas Secretas. Has aũt orationes in silentio dicit, quoniam nõ dicuntur in psona populi, sed quia dicuntur pro populo, ideo alte terminãtur. Propterea quoq; submissa uoce dicuntur, quatenus collectiori deuotioriq; mẽte pronuntientur: uel, qa designãt orationes Christi secretas, sicut cũ erat pnoctãs in oratione dei, & tpe passionis instãte, auulsus à discipulis patrem orauit. Postq̃ aũt responsum est sacerdoti ⌊Amen,⌋ subiungit ⌊Dominus uobiscum.⌋ tunc enim præsentia dei & illuminatio grã eius tantò amplius necessaria est, quanto ea quę restãt magis ardua sunt. Volens ergo sacerdos populũ ad diuina mysteria pręparare, excitando eum ad laudem diuinam, in ipsa pręfatione quę incipit ibi, Vere dignum & iustum est, inuitat eundẽ ad laudandum altissimũ. Ideo addit: ⌊Sursum corda:⌋ non eñ laudare ualemus deũ syncere ac digne, nisi contemplãdo diuina, ad quod necesse est inferiora & sensibilia ista relinquere, mentisq; oculum diuinorũ considerationi infigere, & hoc in pręsenti officio summe reqritur, maxime in hoc loco: qm sacramẽtũ istud totaliter diuinum & spirituale ac abditum est. Respondetur uero sacerdoti, ⌊Dignũ & iustum est.⌋ Sed utinam mens ipsa atq; affectio uoci concor det: utinam considerationi sapientiæ atq; clementiæ beneficiorũq; dei tam sacerdos q̃ reliq occupentur, pręsertim in hoc loco & insup usq; in finem officij. Sacerdos aũt choro consentiens, eadem uerba repetit, dicẽs: ⌊Vere dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semp & ubiq; gratias agere.⌋ Ponuntur hic quatuor nomina adiectiua, quę exprimũt cur deo regratiari tenemur. Tenemur

1.Paral.29.
2.Cor.9.
1.Paral.29
Sacerdos gerit personã Christi. Minister personã ecclesiæ
Luc.6.
Luc.22

nemur enim deo gratias agere. Primo, quia hoc dignum est: secundo, quia iustum: tertio, quia æquum: quarto, quia salutare. Horum uero quatuor nominum differētia insinuatur per ea quę sequuntur, subiungitur enim: ⌞domine sancte pater omnipotens,⌟ de quibus plenius loqui oportet.

Articulus XV. De intellectu Præfationis quotidianæ, Vere dignum & iustum est.

Iob.38 VBi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij dei, ait omnipotens. Quis enarrabit cœlorum rationem, & concētum cœli dormire qs faciet? Hoc prorsus cœlestis perfectio atq; angelica uita, & in omni presentis incolatus afflictione dulcissimum refrigeriū, unicumq; leuamē, in laudibus dei occu-
Eccl.51. pari, delectari, accendi. Hoc (ni fallor) gustauit sapiens ille q dixit: Laudabit usq; ad mortē
Psal.145. anima mea dominum. Et diuinus Dauid, Psallam inquit, deo meo q̄diu fuero. Et item: Iucū-
Psal.103. dum sit ei eloquium meum, ego uero delectabor in dño. Duæ aūt sunt rōnes laudandi deum, uidelicet ipsa bonitas dei cōsiderata in se, & beneficia eius nobis collata. laus ergo qua bonitatem diuinam scdm se & propter se laudamus, glorificatio dici potest. Sed dum deū
1.Thess.5. laudamus propter beneficia eius, grārum actio appellatur, ad quā hortat Apls: In oib⁹ grās
Psal.102. agite. Et Psalmista, Benedic aīa mea dñm, & noli obliuisci oēs retributiones ei⁹. Vñ illustris
Isaiæ.63. ille propheta beatissimus Isaias in uoce exultatiōis decātat: Miserationū dñi recordabor: laudem dñm sup oībus bonis quę reddidit nobis, & quę largitus est nobis scdm indulgē-
Apoc.11. tiam suā. Et Iohā in Apocal ait: Grās agimus tibi dñe deus oipotēs, qui es & qui eras. Itaq; in prefatione quæ ideo sic uocatur, q̄m Canonem per modū prologi antecedit, & ante eū dici seu fari habet, sacerdos choro concordans ait:

VEre dignum & iustū est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubiq; gratias agere.⌟ Alia rōne dignum est deo grās agere, alia rōne est hoc iustum, atq; alia rōne æquū, & alia rōne salutare: quarum rōnum diuersitas elici potest ex uerbis sequētibus. Quatuor enī sequūtur, uidelicet ⌞dñe sancte, pater oīpotens, æterne deus, per Christū dñm nostrū,⌟ quę predictis quatuor ṽbis correspōdent, quia enī deus est sanctus dñs, ideo dignū est nos ei grās agere: & quia est pater omnipotens, ideo iustū est nos ei gratias agere: & qa est æternus deus, idcirco equum est hoc, quoniam uere per filium suū nos de morte redemit, propterea salutare est hoc, ideo enim subiungitur, ⌞per Christum dñm nostrū.⌟ Itaq; dignum est nos deo gratias agere, rōne sui uniuersalis dominij atq; regiminis regum, quēad-
Psal.94. modū in psalmo cātamus: Præoccupemus faciē eius in cōfessione, & in psalmis iubilemus
Isaiæ.42 ei: quare, nisi q̄m deus magnus dñs, & rex magnus super oēs deos? ideo nanq; p Isaiā dñs dicit: Ego dñs, hoc est nomen meum, gloriā meam alteri non dabo. Deniq; iustum est nos
Matt.6. deo gratias agere, q̄m ipse est pater noster, cui quotidie dicimus: Pater noster qui es in cœ-
Malach.1. lis. Iustum est enī filios honorare parētes, quanto magis iustū est patri cœlesti & creatori omnipotēti ac sancto honorē impēdere gratiasq; referre? propter quod per Malachiā dñs ait: Si ego sum pr̄, ubi est honor meus? & si ego sum dñs, ubi ē timor me⁹? Aequū ṽo est nos deo grās agere rōe suę diuinę naturę & infinitæ excellētiæ: propter qđ addit, ⌞æterne deus.⌟ Est q̄q; hoc ipsum ualde salutare, ingratitudo nāq; peccatū est maximū. Potest etiā aliter dici, ut dignū sit nos deo gratias agere, rōe suæ maiestatis: ⌞iustū,⌟ propter dona naturæ nobis ab eo donata: ⌞æquum,⌟ propter beneficia gratiæ tā generalia quàm specialia: ⌞salutare,⌟ in ordine ad promissa: nam bona nobis in cœlis promissa atq; parata, aliter adipisci non possumus, nisi de beneficijs iam susceptis deo gratias referamus. Debemus uero gratias deo patri referre per Christū filium eius, non sic, quòd primo & immediate debeamus filio regratiari, & patri per ipsum, quasi secundario & immediate, sed quia per filium
Iohan.1 creati sumus & recreati, Omnia enī per ipsum facta sunt, & oīa per ipsum reparata sunt: ideo per filium tanquam per eum, per quem omne bonum tam naturæ quàm gratiæ accepimus, patri gratias agimus. Et simili modo intelligendū est qđ sequitur: ⌞Per quē maiestatem tuam laudant angeli,⌟ In omni enim locutione qua aliquis dicitur agere uel operari per alium, prępositio per, designat in causali aliquod genus causę siue principij: Quum ergo filius sit causa donorum naturæ beneficiorumq; gratiæ in nobis atque in angelis, ideo nos agimus gratias per filium. & per eum angeli maiestatem dei, id est, magnam eius potestatē collaudāt. ⌞Dominationes⌟ i. angelici spiritus, q sunt primi in media hierarchia, maiestatē item patris ⌞adorant. Potestates⌟ quoq; q sunt infimi in media hierarchia scdm Dionysiū, ⌞tremūt⌟ i. cum filiali reuerētia & humili admiratiōe sine oīni pœnali affectiōe

honorant

honorant:non enim timent separari posse à deo,cũ sint confirmati in bono. Cœli .i. throni,q sunt infimi in suprema hierarchia. cœlorumq; uirtutes .i. angelici spũs,q sunt medij in secunda hierarchia scđm Dionysium,cui in hoc omnino cõsentire decet. ac beata Seraphin .i. angeli de primo & summo ordine supremę hierarchię. socia exultatione concelebrant .i. concordi lętitia uenerantur pariq; culti. Intelligunt per cœlũ throni cœlestes:nã sicut inter corporales creaturas cœlũ specialiter sedes dei uocat,iuxta illud Isaię: Cœlũ mihi sedes est, terra aũt scabellũ pedum meorũ:sic inter angelicos spũs throni singulariter sedes dei dicũtur,quẽadmodũ scriptũ est, Sedisti super thronũ, q iudicas iustitias. Throni etenĩ Gręce,Latine sedes uocant. Angeli qq; q ad mediũ ordinẽ scđe hierarchię ptinent,q & Virtutes appellant,idcirco dicunt Virtutes cœlorũ,ut aliq opinant, qm motus cœlestiũ corporũ ab eis causat. Veruntñ p hoc qđ dicit Cœli,intelligi possunt oẽs ciues & spũs cœlestes,illi pręsertim,q in pręfatiõe nõ exprimunt,qui tñ intelligi possunt p Angelos & etiã per Virtutes. Oẽs enĩ spũs cœlestes angeli noiantur, qm oẽs sunt administratorij spũs, in ministerium missi propter electos. Oẽs quoq; dici possunt uirtutes scđm Dionysium,propter indeficientem suũ uigorẽ & animi firmitatẽ,quibus efficaces & potentes redduntur ad exequenda diuina obsequia,quæ ordini suo conueniunt. Cũ his ergo beatis spiritibus deprecamur, laudẽ nostrã & precẽ audiri à deo ac suscipi supplici cõfessione, nõ pręsumptuosa,sed uoce humili dicentes, Sanctus sanctus sanctus.

Isaię.66. Psal 9. Apoc.4. Heb.1. Isaię 6. Apoc 4.

Articulus XVI. De laude & cantico supernorũ spirituum, Sanctus,Sanctus,Sanctus.

Benedicite dño angeli eius potẽtes uirtute. Hoc dulcisonũ canticũ quod pręfationi subiũgitur,ex uerbis Isaię sumptũ uidetur,ubi de Seraphin legitur: Clamauit alter ad alterũ,sanctus,sanctus,sanctus dñs deus exercituũ:plena est oĩs terra gloria eius,uel certe ex eo quod in Apocal. habetur,ubi sic scriptũ est, Requiẽ nõ habebant die ac nocte dicentia,sanctus,sanctus,sanctus dñs deus omnipotens,&c. In hoc igitur cãtico laudatur diuinitas dei benedicti,& dicitur ter sanctus, eo q in simplicissima diuinitatis essentia sit uerissima trinitas personarũ. Dicitur itaq; ter sanctus ad honorem trinitatis,qm tota trinitas est unus deus unusq; dñs,ideo in singulari adiungitur, dñs deus sabaoth .i. exercituum. Porrò quod sequitur: pleni sunt cœli & terra gloria tua: tripliciter potest intelligi. Primo sic, Cœli .i. ciues cœlestes, & terra .i. hoĩes fideles habitãtes in terra sunt pleni gloria tua .i. clara notitia tua. Vnde propheta ait: Repleta est terra scientia domini,scilicet secundum exigentiã sui status,& in spe:beati uero in patria sunt pleni notitia dei per speciem in re: Secundo sic, Cœli & terra .i. omnis creatura tam corporea quàm incorporea sunt pleni gloria tua .i. maiestate diuina,quẽadmodũ per Ieremiam dñs dicit: Cœlum & terram ego impleo. Deus enĩ in omnibus est per essentiam,pręsentiam,& potentiam. Est nanq; incircumscriptibilis & uere immensus,omnia penetrans, omnia continens,uniuersa excedens, quẽadmodum in Iob dicitur: Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno,& unde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari. Tertio sic, Pleni sunt cœli & terra gloria tua .i. omnibus creaturis uisibilibus & inuisibilibus relucet diuina perfectio:in omnibus enim apparet sapientia & bonitas atq; potẽtia creatoris:in intellectualibus quidem per modum imaginis, in inferioribus uero per modum uestigij,propter quod in Ecclesiastico legitur, Gloria dei plenum est opus eius. ex qua elucentia relucescit quàm gloriosus sit deus. Quod aũt adiungitur, Osanna in excelsis, id est,salua nos domine,ut coniungamur societati sanctorum in cœlis. In eo autem qđ sequitur, Benedictus qui uenit in nomine domini,quod est canticum obuiantium Christo puerorum in die palmarum,laudatur Christus secũdum humanitatẽ assumptam,de cuius benedictione in humana natura cantatur in psalmo, Speciosus forma pręfilijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis,propterea benedixit te deus in æternum. Et denuo: Preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis. Oĩm enĩ diuinarũ eminẽtia grãrũ repleta fuit humanitas Christi sine præuijs meritis suis. Repetitur aũt hoc loco, Osanna in excelsis. Petimus enĩ à deo salutem & gloriam animæ & corporis. Pręfatio quoq; sicut ex circũstantia uerborum patet,ad deum patrem dirigitur:additur enim per Christum dñm nostrũ. Agnoscendũ etiã, q decẽ sunt pręfationes,quarũ nouẽ Gelasius Papa ordinauit. Pelagius aũt Papa quasi pręfationes cõpegit decimã, uero quę est de beata uirgine gloriosa, Vrbanus Papa postmodum fecit. Sed & Sixtus Papa ordinauit Sanctus cantari in missa.

Psal 102. Isaię.6 Apoc.4 Ter sanctus dicitur. Isaię.11. Ierem.23. Sapien.7 Iob 11. Eccle.42. Mat.21. Matt.21. Psal.44.

Articulus XVII. De intellectu Prefationis supersan-ctæ trinitatis: Qui cum unigenito filio tuo &c.

QVicunq; glorificauerit me, glorificabo eum, ait dñs, qui aũt contẽnunt me, erũt ignobiles. Cõfessio triplex est, Est eñ confessio propriç culpç, quç est actus poenitentiæ, de qua Iacobus ait, Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate proinuicem ut saluemini. Est quoque confessio laudis diuinæ, de qua CHRIstus in euãgelio: Confiteor, inquit, tibi pater domine cœli & terræ, & ista confessio actus est latriæ. Tertia est confessio credendorum, secundum illud Apostoli: Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem: & ista confessio actus est fidei. Actus autem fidei meritorius est, inquantum cadit sub pręcepto: & quo illud de quo est fides, est magis rationem excedens & incomprehensibile, tantò confessio eius est, amplius meritoria. Cũ ergo articulus fidei beatissimæ trinitatis sit omnium articulorum fidei non solum primus, sed etiam difficilior atq; incomprehensibilior cunctis, idcirco trinitatis confessio tam interior, quæ dici potest contẽplatio, q̃ exterior, quç dici potest uocalis laudatio, inter oẽs fidei cõfessiones est maxime meritoria. Et si anima fuerit illustrata diuinitus & docta à domino, ita ut ea quæ fidem ac laudẽ trinitatis continent, acie mentis syncera intelligat, tunc confessio talis dilectionem uehementer accendit, deuotionemq; efficacius excitat. Quoniam igitur prçfatio trinitatis pulcherrima est, & nõnullis satis difficilis, expedit eius explanationi paulisper intendere, nõ enim deuote & affectuose ac dulciter legi potest nisi intelligatur. Et quidem sensus huius prçfationis usq; ad eam partem qua dicitur, Qui cum unigenito filio tuo, ex præinductis apertus est. Deniq; qđ dicitur de patre, ⌊Qui cũ unigenito filio tuo & spiritusancto unus es deus, unus es dominus,⌋ difficultatem non habet. Nil enim in diuinis facit distinctionem realem seu personalem, nisi realis atq; subsistẽs relatio, sicut paternitas, filiatio, processio secũdum Boethium libro de Trinitate. Quãuis aũt dñs dicatur relatiue ad seruum, non tamẽ talis relatio est realiter in deo, sed solum in creatura: deus enim realem habitudinem uel dependentiam ad creaturas nõ habet, sed contra: unde omnis relatio quæ est inter deum & creaturas ex parte creaturarũ, est realis, sed ex parte dei, est solum rationis. Tres ergo personæ sunt unus deus, cui omnis creatura ad nutum obedit. Sunt item unus deus, quoniã in talibus personis est una indiuisa diuinitas. Et tres personæ sunt una prima causa & unus creator oñium rerum. Itaq; pater cum filio & cum spiritusancto unus est deus, à quo cuncta fluxerũt & depẽdent, & quicquid bonitatis habet, sortita sunt. Est & unus dominus, cuius in ditione cuncta sunt posita, qui omnia quçcunq; uoluit fecit in cœlo & in terra. Porrò quod sequitur, ⌊Non in unius singularitate personç, sed in unius trinitate substantiç⌋ contra hæreticos dictum est. Arrius nanq; concessit, cũ trinitate personarum, trinitatem substantiarum seu naturarum. Non enim credere uoluit filium uel spiritumsanctum esse uerũ deum, sed puras creaturas. Sabellius aũt cõcessit cum unitate diuinæ essentiæ unitatem diuinç personæ, asserens patrẽ & filium & spm̃sanctum esse eandem personam. Non enim admisit in deo generationem uel processionẽ realem atq; æternam, sed q deus diceretur pater ratione creationis, filius ratione incarnationis, spiritussanctus ratione iustificationis, dum gratiam infundendo iustificat homines. Posuit enim Sabellius patrem esse incarnatum, unde Sabelliani dicti sunt Patrispassiani, quoniam patrem incarnatum & passum dicebant. Macedonius uero diuinitatem & consubstantialitatem patris ac filij credens, diuinitatem spiritussancti negauit, affirmans spiritũsanctum esse creaturam puram, filioq; minorem, & eius ministrum, quemadmodum Arrius dixit, propter quod Macedoniani uocati sunt semiarriani, quoniam hæresim Arrij media parte secuti sunt. Omnes autem hi perniciosissimi falsissimi que errores euacuantur per uerba prætacta, ut sit sensus: Tu ⌊deus⌋ pater es cum filio & spiritusancto unus deus ac dominus: ⌊Non in singularitate unius personæ,⌋ id est, non sic sicut cum filio & spiritusancto unus deus ac dominus, sic etiam sis cum eis una persona, quasi pater filius & spiritussanctus essent una singularis persona, ⌊sed in trinitate unius substantiæ,⌋ id est, sic cum filio & spiritusancto unus es deus unusq; dominus, ut nihilominus sit trinitas in personis, quarum est una substantia seu natura. Itaque hoc quod dicitur, ⌊Non in unius singularitate personæ, & cætera⌋ tantum est dicere: Non in identitate personæ, sed in identitate essentiæ: & hoc declarant uerba sequentia. sequitur nanque: ⌊Quod enim⌋ ò deus pater ⌊de tua gloria,⌋ id est, de tua essentiali perfectione seu excellentia ⌊reuelante

te credi

1.Reg.2.
Confessio triplex.
Iaco.5.
Cõfessio diuinæ laudis.
Rom.10.
Præfatio de sancta trinitate pulcherrima est.
Differẽtia inter realẽ et rõnis relationem.
Hest.13
Psal.113.
Arrius et alii hæretici de trinitate.

te credimus,hoc de filio tuo,hoc de spiritusancto sine differẽtia distinctionis ⌋.i.sine separatione seu diuersitate essentiæ ⌊sentimus.⌋ Nã sicut patrẽ credimus æternum,immensum, omnipotentem, incomprehensibilem,adorandum, superessentialem, omnino perfectum, & infinita felicitate beatum:ita de filio,& item de spiritusancto sentimus: quicqd enim absolute conuenit patri,hoc singulis personis competit,& toti trinitati commune est: unde subiungitur,⌊ut in confessione⌋id est,laude atq; notitia ⌊ueræ sempiternæq; deitatis,& in personis proprietas,& in essentia unitas, & in maiestate adoretur æqualitas,⌋id est,sic ipsam ueram ac sempiternam deitatem confiteri debemus, ut ⌊in personis adoretur,⌋ id est,adorando colatur atq; credatur ⌊proprietas,⌋id est,illud quo una persona distinguitur ab alia,quod est ipsa realis subsistens relatio:Pater enim distinguitur à filio per paternitatem,& filius à patre,per filiationem,& spiritussanctus ab utroq;,per processionem seu spirationem passiuam.Sequitur:⌊Et in essentia unitas,⌋scilicet adoretur: est enim una essentia in diuinis, ⌊& in maiestate,⌋ id est,magna potestate diuinarum personarum ⌊adoretur⌋.i.adoranda credatur ac ueneretur⌊æqualitas:⌋quicqd enim potest una persona, potest & alia:cum unaquæq; dicatur omnipotens: imò sicut trium personarum est una natura,ita & actio una absolute accepta,ut intelligere,uelle,creare,gubernare &c. Sequitur: ⌊Quam⌋ uidelicet diuinam maiestatem,⌊laudant Angeli atq; Archãgeli,Cherubin quoq; ac Seraphin.⌋Per hos quatuor ordines,quorũ duo uidelicet Angeli & Archangeli sunt infimi in ultima hierarchia,& alij duo sunt summi in prima hierarchia,intelligũtur alij quinq; ordines intermedij,⌊qui non cessant quotidie,⌋id est,nunq̃ desinunt⌊clamare⌋.i.ardẽti affectu laudare,⌊una uoce dicentes:Sanctus,sanctus,sanctus.⌋ In patria cœlesti non est dies aut nox, nec actio beatorũ tẽpore mensuratur,sed æuo:dicuntur tamen angelici spiritus requiem non habere die ac nocte,seu clamare quotidie,Sanctus,sanctus,sanctus:quoniam incessabiliter intellectuali uoce internaq; laude deum collaudãt in quadam directione seu mensura omne tempus includente,quæ æuiternitas appellatur, uel certe participata æternitas. SANCTVS sanctus, sanctus.

Articulus XVIII. De explanatione primæ partis Canonis: Te igitur.

CHristus eò q̃ maneat in æternum,sempiternum habet sacerdotium,unde saluare potest in perpetuum, accedẽs per semetipsum ad deum, semper uiuens ad interpellandum pro nobis.Queadmodum autor Rationalis diuinorum testatur,qcqd canonem exponendo conamur exprimere,uix alicuius uidetur esse momenti,quoniam hic lingua deficit, mens superatur. Veruntamen quod spũs ueritatis donare dignatur,abscondendũ non est.Canon ergo,qui & regula dicitur,idcirco ita uocatur,qm̃ ex regulis sanctorum componitur.&,quia per eum regulariter sacramentum altaris conficitur.Non est autem Canon ab uno cõpositus,sed partim à Petro apostolo, & partim ab alijs.Fertur quoq;,q̃ Papa Gelasius primus post Petrum, Canonem principaliter ordinauit.Est ergo exordium Canonis: Κανών, regula dicitur. Canon a quibus cõpositus.

TE IGITVR clementissime pater,⌋quoniam dignum & iustum est, nos tibi tanq̃ patri ac domino cum angelis gratias agere.Ideo ô clementissime pater ⌊supplices,⌋id est,affectuosi ac humiles ⌊rogamus ac petimus⌋.i.mente & ore seu anima & corpore postulamus⌊te per Iesum Christum filium tuum dñm nostrum,uti accepta habeas⌋.i. ut tibi complaceant,nec propter imperfectionem nostram displiceant, ⌊& benedicas⌋.i. gratia & uirtute cœlesti perfundas atq; sanctifices conuertendo ea in corpus & sanguinẽ Christi.⌊hæc dona ✠ hæc munera ✠ hæc sancta ✠ sacrificia⌋ i.materias istas oblatas,uidelicet panẽ & uinũ,quę dicuntur⌊dona,⌋quę nobis à deo collata sunt:&⌊munera,⌋qm̃ deo per nos sunt immolata⌊hęc sancta sacrificia illibata.⌋Dona hęc dicuntur sacrificia,qa deo offerunt:dicunt & sancta eo modo quo altare uel templum dicitur sanctum,qa uidelicet ordinantur ad aliquod sacrum.i.ad corpus & sanguinem Christi,in quo sunt per supnaturalem transsubstantiationẽ conuertẽda.Dicuntur etiã⌊dona illibata,⌋qa ad literã pura & integra esse debent,propter significationem & reuerentiam tanti sacramẽti: non enĩ debet panis maculosus esse,uel uinũ permixtum,nisi cum modica aqua:q̃uis semper in pane triticeo & uino uitis consecratio fieri queat,q̃diu species seu forma naturalis eorũ permanserit.Vel dicuntur⌊illibata⌋ eo modo quo sancta:dicũtur q̃q; dona hęc ⌊sancta & illibata,⌋qm̃ per prolationem sacrorũ uerborũ & signa crucis aptantur & quasi meliorãtur, ut sint condigna materia quæ in corpus & sanguinem Christi conuertantur: si enim uestes & templum ac uasa ecclesiæ benedicuntur ac sanctificantur, ut sint apta instrumenta Canonis exordium. Dona offerenda debent esse integra.

diuini obsequij, quanto rationabilius est panem & sanguinem ante consecrationem benedici, ut sint apta materia transsubstantiationis super mirabilis atq; diuinę. Nam & aliorum sacramentorum materiæ propter reuerentiam sacramenti ante usum suum sanctificātur, ut aqua baptismi uel chrisma seu oleū. Seqt: In primis q̄ tibi offerimus, i. q̄ prio & principaliter tibi offerim⁹ pro ecclesia tua sancta catholica, i. pro om̄i pplo Christiano. Bonū quippe commune præferendum est bono particulari atq; priuato: & ergo ordinauit sancta mater Ecclesia. i. princeps fidei nostræ, uidelicet sancti apostoli, ut hoc sacrificium primo atq; principaliter offeratur pro ecclesia. i. cōgregatione fideliū. Catholica, i. uniuersali, quia ex omni genere hominū est collecta. Nihilo minus potest sacerdos celebrare pro causa particulari ac proprio bono, prout deuotio suggerit uel necessitas exigit: nam quod hoc sacrificium fit pro tota ecclesia, est ex institutione sanctorum patrum, quorum fuit bonum commune respicere, sed sacerdos ex speciali affectu & ordinatione, hoc sacrificium offerre potest pro qualibet pia causa, dirigendo affectum atq; intentionem suam ad id qđ specialiter cupit adipisci à domino. Sequitur, Quam scilicet ecclesiā digneris pacificare, lites atq; discordias auferendo, & inimicos fidei deprimendo ac deijciendo: custodire, i. à malis protegere, uel in bono conseruare, adunare, hęreses & schismata destruendo, & regere, ad ultimum finem atq; æternam felicitatem dirigere. Quāuis aūt pro tota plebe Christiana fit in Missa generaliter & primo orandum, tamen pro summo pontifice & proprio pastore pręcipue exorare oportet, deinde pro his qui in populo Christiano excellentius clarent & plurimis prosunt, fidemq; per suam sapientiam defendunt atq; exponunt, de quibus in Daniele scriptū est: Qui aūt docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Idcirco Canon descendit ad orandū in speciali pro psonis huiusmodi, additur nanq;: Unà, id est, simul, cum famulo tuo Papa nostro & antistite nostro, i. proprio episcopo, qui spiritualiter præest, & rege nostro, i. imperatore Romano, qui in ciuili regimine pręsidet: tamē in Papa est utriusq; potestatis plenitudo. & omnibus orthodoxis, i. gloriose seu excellenter fidelibus, qui doctrina & uita splendent in militanti ecclesia: sicut enim tales multis sunt utiles, sic fiunt multis nociui, si gratiam perdant atq; carnaliter uiuant: & ergo specialiter pro ipsis expedit exorare. Additur quoq; in Canone: Atq; catholicæ & apostolicę fidei cultoribus, nam & pro talibus orat Ecclesia, qui non solum fide sed opere & ueritate fideles sunt. Pro his ergo orat sacerdos præcipue, ut deus pater dignetur eos pacificare, custodire, adiuuare ac regere.

Bonū cōe pri uato pręfert.

Sacrificium Missæ pro tota ecclesia fit Sacrificiū & offerri pōt p q̄libet pia cā.

Pro qb⁹ orādū in Missa.

Daniel. 12.

Articulus XIX. De pleniori elucidatione præinductorum.

Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Quemadmodū Sapiens ait: Omnis sermo dei ignitus: Et Dauid, Ignitum, inquit, eloquium tuū uehementer: præinducta itaq; Canonis uerba igne diuini amoris redundāt ac igniunt, unde cum ardentissimo mentis affectu promenda sunt. Porrò, oratio ardens & humilis esse debet, nam desiderium pauperum. i. ardentem affectum humilium exaudiuit dominus: qui enim ardenter orat, ualde cauere debet ne proprijs meritis innitatur uel confidat. Rursus, qui suis meritis non cōfidit, sed humiliter orat, omnino uitare habet, ne in orando pusillanimis efficiatur aut segnis. Vt ergo spiritussanctus, qui utiq; principaliter autor est Canonis, ad talē orationem nos incitaret, idcirco in ipso exordio Canonis duo uerba pręmisit, quorū alterū dilectionem inflāmat, uidelicet, pater, alterū fiduciā exauditionis pręstat, propter bonitatem eius qui petitur, scilicet clementissime, & ad designandam atq; augēdam interiorem cordis humiliationem inclinat sacerdos ante altare prędicta uerba dicendo: facit etiam tres cruces, dum dicit: hæc dona + hæc munera + hæc sancta + sacrificia &c. ad designandum triplicem Christi crucifixionem: nam crucifixus est linguis Iudæorum clamantium, tolle, tolle, crucifige eum: item iniqua sentētia iudicis: tertio, manibus ministrorum, qui eum ligno affixerunt: uel ad figurandum tres acerbissimas pœnas quas tolerauit pro nobis. Prima erat, dum caro eius tenerrima flagellis totaliter lacerabatur: secunda, dum caput eius dignissimum acutissimis spinis perforabatur: tertia, dum manus eius & pedes diris clauis fodebantur. Alij dicunt has cruces fieri propter triplicem CHRISTI traditionem: traditus est nanque à deo patre, à Iuda proditore, & à Iudæis Pilato. Sed quæri potest, quum sacrificium nouę legis sit perfectum, ut puta uerū corpus Christi aut sanguis, qđ pro ecclesia dei offertur, quō hęc dona, hęc munera ante consecrationē offerant pro ecclesia. Et respondēdū, q̄ nō offerim⁹ panē & uinū pro ecclesia

Psal. 140.
Prouer. 30.
Psal. 118.

Ne psumat de propriis meritis.
Nemo fit pusillanimus in oratione.

Triplex crucifixio christi.
Matt. 26.
Tres acerbissimæ christi pœnæ.

Triplex traditio christi.

ecclesia simpliciter & absolute, uel tanquam sacrificium principaliter finaliterque intentum: sed tali respectu & intentione, ut conuertantur diuina uirtute in corpus & sanguinem Christi, sicque offeramus patri coelesti sacramentum perfectum & sanctum, uidelicet corpus & sanguinem filij sui charissimi. Praeterea, quamuis in toto officio Missae debeat celebrans omnibus uiribus suis esse attentus atque solicitus, tamen ab exordio Canonis debet omnino recollectus consistere, & mente ad diuina suspensus, in quantum humana fragilitas fieri sustinet, & spiritus sancti clementia conferre dignatur, & ut talem gratiam à deo in hac parte Missae mereatur recipere: sic tenetur ante celebrationem & postmodum uiuere, gratusque esse, quatenus tunc uisitari, conseruari & illuminari sit dignus: nec est melior praeparatio ad celebrandum, quàm ut sacerdos in omni uita sua sic conuersari conetur, ut sit huius sacramenti condignus minister. Recollectus lege Canonem.

Articulus XX. De secunda parte Canonis, & de modo commemorandi, pro quibus orat.

Locutus est dominus Moysi & Aaron, dicens: Sic benedicetis filijs Israel: Benedicat tibi dominus, & custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tibi, & det tibi pacem. Quemadmodum ait Apostolus: Qui diligit proximum, legem impleuit: sed qui uere alium diligit, actum dilectionis ei impendit. Quum ergo sacramentum altaris institutum sit pro salute totius ecclesiae, ideo in Missa est pro uiuis mortuisque orandum, & specialiter pro his, qui nobis propinquiores aut chariores, seu magis benefici sunt. Pro talibus igitur orat sacerdos, dicens: Nume. 6. Rom. 13. Pro quibus sit orandum.

Memento domine⌋ uidelicet deus pater, ad quem orationes Canonis diriguntur. ⌊famulorum famularumque tuarum⌋ & tunc sacerdos intra se exprimit seu cogitat eos, pro quibus orat in speciali. Dicimus autem deo⌊ Memento domine⌋ i. recordare, non quod in deum cadat obliuio, sed ut per modum recordantis se habet, reminiscendo misericordiae suae, & subueniendo in omni tribulatione & necessitate, & tribuendo dona gratiarum quae postulantur ab ipso. Sed cum in Canone debeat intellectus sacerdotis maxime esse diuinis infixus, atque sensibilia deserens, mirum uidetur, quod in hoc loco sit memoria hominum in carne uiuentium, quum talis memoria contemplationem impedire & euagationem inducere soleat. Et respondendum, quòd hic sit rationabiliter uiuorum memoria: sed ne talis memoria deuotionem impediat, uel distractionem inducat, caute agenda est, non nimis immorando considerationi personarum uel circunstantiarum, & rerum quae eas concernunt: sed potius in principio huius memoriae debet sacerdos oculum cordis sui contemplationi dei uehementer infigere, cogitando de deo ea quae deuotionem atque feruorem charitatis magis accendunt: & tunc in tali mentis feruore deum ardenter orando, ut se exaudire dignetur pro his, quos nominabit: ipsas uero personas cursorie meditando, sed bona quae eis petit, intente & amorose rogando. Itaque sic aut simili modo poterit affectum suum formare: O deus pater, deus aeterne, adorande, dulcissime, immense, incomprehensibilis &c. propter infinitam misericordiam tuam, propter charitatem tuam paternam, propter bonitatem tuam immensam, propter omnem beatitudinem tuam, propter superessentialem perfectionem & uniuersam dulcedinem tuam &c. exaudi & suscipe me, dando gratiam talem uel talem his, pro quibus te oro: & tunc nominet eos intra se, non immorando considerationi eorum. Vel sic: O pater aeterne, per unigenitum filium tuum Iesum Christum dominum nostrum, per omnia mysteria ac beneficia eius, per omnia quae pro nostra salute fecit ac pertulit, per beatissimam uirginem Mariam, & omnium sanctorum preces & merita, ad laudem, gloriam & reuerentiam superbeatissimae trinitatis: per omnem bonitatem, charitatem, misericordiam & plenitudinem eius super omne genus humanum: propter infinitam perfectionem, sanctitatem & gloriam eius: propter omnem communicationem & emanationem eius ad intra, propter superbeatissimam & aeternam consistentiam eius, ob omnem dilectionem eius, mutuam intuitionem, complacentiam & fruitionem, & ob omnem rationem suae mutuae dilectionis, succurre uniuersae ecclesiae tuae: da ei unionem, pacem, & reformationem in omnibus: infideles reprime & conuerte: miserere omnibus propinquis, commissis & benefactoribus meis, specialiter illis & illis, & mihi ipsi da emendationem & reformationem in omnibus, omnem gratiam, uirtutem & efficaciam huius beatissimi sacramenti. Iuxta hunc modum teneat memoriam defunctorum, & precem hanc fundat ante sumptionem per allocutionem internam. Denique additur statim in Canone: ⌊Et omnium circunstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio⌋ Solus enim deus corda scrutatur, & interiora animae intuetur. Pro his igitur qui principaliter officio Missae intersunt, sacerdos specialiter orat: Sed interdum nemo circunstat, nisi minister unus: sed tunc minister gerit personam Oratio Canonis dirigitur ad patrem. Memoria uiuorum caute facienda est. In primo memoriae intendat contemplationi dei. Exemplum quo formandae est memoria. 1. Par. 28.

ecclesię. Vel per circunstantes, possunt intelligi non tantum qui localiter astant, sed omnes qui spiritualiter assunt, quibus diuinorum celebratio placet, & qui Christo per charitatē uniti sunt, atq; ad mysticum eius corpus pertinere noscuntur. sequitur: ⌊pro quibus tibi offerimus hoc sacrificium laudis.⌋ id est, materiam istam consecrandam eo respectu, ut facta consecratione offeramus tibi sacramentum perfectum, & sacrificium consummatum, quod est corpus Christi & sanguis eius. ⌊Vel qui tibi offerūt⌋ scilicet hoc sacrificium laudis, potest referri ad ipsos sacerdotes, qui sacramentum conficiunt. Debet enim sacerdos pro seipso & sacerdotibus exorare: uel ad ipsos astantes, qui dicuntur hoc sacrificium laudis offerre, inquantum sacerdoti offerenti per consensum affectus & preces cooperantur, uel eum ad celebrandum induxerunt aut adiuuerūt. Deinde manifestatur pro quibus rebus offeratur, dum subditur, ⌊pro se⌋ id est, pro propria sua persona, ⌊suisq; omnibus,⌋ id est, pro alijs amicis, propinquis, uel commissis, & item pro rebus quæ ad eos pertinent, ut sunt bona temporalia, pro quibus orandum est, ut moderate conseruent à deo: & hoc magis explanatur per uerba sequentia, quæ non sunt nisi expositio huius quod dictum est. Additur namq; ⌊pro redemptione animarum suarū, pro spe salutis & incolumitatis suæ tibi reddunt uota sua æterno deo, uiuo & uero.⌋ Per hoc enim q; reddunt deo uota sua. i. effundunt coram eo desideria sua, pro redemptione animarum suarum, pro indulgentia peccatorum, pro spe salutis, pro impetratione felicitatis. Sumitur enim hic spes pro re sperata: ⌊& incolumitatis suę,⌋ id est corporalis sanctitatis, inquantū expedit animę. Per hoc inquam, q; hæc faciunt circunstantes, dicuntur offerre hoc sacrificium laudis pro se suisq; omnibus, præsertim dum bona prędicta à deo adipisci nituntur, non proprijs meritis, sed uirtute sacramēti altaris. Porrò sacrificium istud, sacrificium laudis uocatur, quia per ipsum laus deo offertur, inquantum beneficia eius recoluntur, quod in Missa potissime fieri palā est. Quamuis autem quælibet diuina persona sit deus æternus, & omnes tres nō nisi unus deus æternus, patri tamen æternitas appropriatur, quoniam ipse solus à nullo est, iuxta illud Hilarij septimo de Trinitate: Aeternitas est in patre, species in imagine, usus in munere: species quippe, id est perfecta similitudo & pulchritudo est in imagine, id est in filio: usus uero, id est communio patris ac filij, est in munere. i. in spūsancto, qui est donum amborū.

Nota, pro quibus specialiter orādū sit.

Istud sacrificiū, sacrificium laudis uocat.

Articulus XXI. De explanatione tertię partis Canonis, scilicet: Communicantes &c.

Eccl. 44.

LAudemus uiros gloriosos & patres nostros in generatione sua. Sacerdos imperfectum suum considerans, atq; propria merita sibi deesse perpendens, omniū sanctorum meritis adiuuari desiderat, & totius ecclesiæ cōmunibus precibus ac bonis operibus participare affectat, dicens in persona suipsius, ac aliorum qui astāt & secum offerunt, de quibus dixit, pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt:

COmmunicantes⌋ id ē, preces & merita sanctorum ac tibi placētium nobis applicantes: omnes nempe electi sunt unum corpus mysticum, cuius caput ē Christus: & ergo preces & merita unius alteri prosunt, inquantum uniuntur in Christo. Hæc aūt unio fit per charitatem & gratiam. Vnde quicūq; charitatem & gratiam habet, omnibus sanctis communicat. i. meritis eorum adiuuatur atq; participat, quemadmodum scriptura testatur: Particeps ego sum omnium timentium te. Tanto quoq; plenius communicantur nobis merita electorum, quanto eis affectuosius coniungimur, & quanto amplius eos ueneramur: idcirco ut sacerdos plenius adiuuetur meritis sanctorum ac precibus, facit eorum specialem memoriam, subdens: ⌊& memoriam uenerantes⌋ i. ueneratione agentes, seu uenerabiliter recolentes. ⌊in primis⌋ i. primo atq; præcipue. ⌊gloriosæ uirginis Mariæ genitricis dei & domini nostri Iesu Christi.⌋ Ipsa est enim unica illa amātissima dei, tota pulchra, omnium beatorum dignissima. ⌊sed & beatorum apostolorum ac martyrū tuorum, Petri & Pauli &c.⌋ Non fit hic mentio confessorum, quoniam Missa est officium in quo commemoratur mysterium passionis ac sanguinis Christi: confessores autē pro Christo passi non sunt, nec sanguinem effuderunt. Secundo, quoniam eo tempore quo Canon factus est, non habebatur in ecclesia confessorum solennis festiuitas. Ponuntur autē in Canone sancti illi, qui pro tunc famosiores erant apud Romanum pontificem. Vt autem sanctorum horum memoria deuotius recolatur, expedit scire uitam & passionem eorum: aliter non potest affectuosa & perfecta eorū haberi memoria. Addit aūt in Canone: ⌊Et omnium sanctorum⌋ uidelicet, quos nunc non expressimus, propter prolixitatem uitandam: quamuis ipsi omni honore atq; memoria digni sunt. ⌊quorum meritis precibusq; concedas.⌋

Oēs electi, unū corpus mysticū.

Psal. 118.

Quare nō fit mētio cōfessorum in Canone.

das, ut in omnibus. ⌋maxime tñ in isto officio & in actu præsenti. ⌊protectionis tuæ muniamur auxilio. ⌋id est, defendamur ab insidijs inimici, & à distractione ac cogitatione peruersa, per gratiam tuã. Hæc uero sanctorũ memoria plurimum utilis est, sicuti Iob consulit, Ad aliquem (inquiens) sanctorum conuertere. Nam Moyses & Esdras ac Daniel in orationibus suis leguntur sanctorum patriarcharum fecisse memoriam, dicentes ad dominũ: Recordare Abraam, Isaac & Iacob &c. & de Ieremia ait scriptura: Hic est fratrum amator qui multum orat pro populo Israel. Ex quo innotescit, quòd sancti post huius uitæ incolatum orent pro uiuis, præsertim pro his qui eorum uenerãtur memoriam. Sed quæri potest, an sacerdos possit adiungere aliquos sanctos, ad quos singularem deuotionẽ habet, qui non exprimuntur in Canone. Et dicunt nonnulli quòd sic: sed hoc non uidetur rationabiliter dictum. Regula nanq; debet uniformis esse apud omnes ad quos se extendit. Quum ergo Canon sit regula, non licet ipsum mutare, nec addendo nec subtrahendo: sed sancti tales qui non explicantur in Canone, ante celebrationem inuocandi sunt, uel certe in ipso officio Missę p orones priuatas, ut moris est, ante epistolam & locis sequẽtibus cõgruis.

Iob. 5. 2. Mac. 15. Quæstio. Responsio.

Articulus XXII. De quarta parte Canonis, scilicet
Hanc igitur oblat. &c.

HAbentes pontificem magnum, qui penetrauit coelos, Iesum filiũ dei, accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Quanto in Canone ad uerba consecrationis amplius approximatur, tanto diuiniora & deuotiora uerba funduntur, quę etiam cum maiori gustu cordis & calidiori affectu dicẽda sunt. Itaq; in hac quarta parte Canonis orat sacerdos, ut deus Heb. 4.

HAnc oblationem ⌋id est, hæc dona, hæc munera, sicut prædictum est, ⌊placatus ⌋i. malorũ nostrorum oblitus, ⌊accipiat ⌋id est, grata & placita sumat, non imputãdo nobis negligentias & malitias nostras, nec despiciendo ministeriũ nostrum, sed cõuertendo oblationem hanc seu materiã istam oblatam in corpus Christi & sanguinẽ. ⌊dies'q; nostros ⌋ i. uitã & opa nostra q̃tidiana. ⌊in tua pace disponas ⌋ i. in uera & ordinata ac spirituali tranqllitate gubernes, discordias, perturbationes & lites auferendo. ⌊atq; ab æterna dãnatione nos eripi, & in grege electorũ tuorũ ⌋i. in numero saluandorũ ⌊nos iubeas numerari, per Chr̃m dñm nostrũ. ⌋Aduertendũ autẽ, q̃ in Canone interdum exprimit̃ oblata materia, puta uinum & panis in plurali numero, propter diuersas naturas, accidentalesq; formas panis & uini, ut in principio Canonis dum dicitur: Hæc dona, hæc &c. Interdũ autem exprimit̃ in singulari, ut in pręsenti dum dicit̃, Hanc igit̃ oblationẽ, q̃m ordinat̃ ad sacramentum unum pfectum, quod est eucharistia.

Articulus XXIII. De explanatione quintæ partis Canonis, scilicet
Quam oblationem tu deus &c.

IESVS ut sanctificaret populum, extra portam passus est: Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis deo semp. In oratione ac parte præhabita orauit sacerdos in communi, oblationem hanc à deo suscipi: hic autem exprimit, orando in speciali, ad quid uelit eam acceptari à deo, dicens: Heb. 13.

QVam oblationem ⌋id est, quam materiam oblatam ⌊tu deus ⌋i. tu pater coelestis ⌊facere digneris bene ✠ dictam, ⌋in oĩbus ⌊ascri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilẽ & acceptabilem. ⌋Ponuntur hic quinq; nomina adiectiua, quæ uarijs modis exponũtur: sed omissis illis, tres expositiones tangendę sunt, quæ meliores uident̃. Considerandũ ergo, q̃ in sacramento altaris est aliqd quod est sacramentũ tantũ: & aliqd q̃d est res & sacramentum: aliquid quoq;, quod est res tantum. Sacramẽtum uero dicitur, signum rei sacræ. Ante consecrationem ergo panis & uinum sunt sacramentum tantum, quia sunt signum duntaxat rei sacræ, uidelicet corporis & sanguinis Christi, in quæ conuertentur: sed post consecrationem accidentia panis & uini sunt sacramentũ tantum. Tunc enĩ substantia panis & uini non manet, sed accidentia eorũ quãtum ad repræsentationẽ supplent uicem substãtiæ, quæ conuersa est. Corpus autem & sanguis Christi sunt res & sacramentum. Sũt enim sacramẽtum, id est sacrum signum, unitatis corporis mystici i. ecclesiæ, quę fit per charitatem & gratiam spiritussancti, & sunt res significata per species uini & panis, sunt inquam res sacra, gratiam continens multo excellentius quàm alia sacramenta. Porrò effectus huius sacramenti, id est gratia sacramentalis, quæ in hoc sacramento confertur digne sumentibus, est res tantum. Verba igitur præinducta, primo exponuntur de eo, quod est sacramentum tantum, id est de materia oblata, uidelicet pane & uino. Hæc enim

Cõsiderãnda sunt quædã circa sacramentum altaris. Sacramentũ quid. Sacramentũ tantum. Res & sacramentũ. Effectus sacramenti. Res tantũ.

materia per ſacratiſſima Canonis uerba quãdam idoneitatẽ ſeu ſpiritualem uirtutem ſortitur, ut ſit apta ac digna quę tranſſubſtantietur ſeu conuertatur in præſtantiſſimum corpus & ſanguinem filij dei. Dicit ergo ſacerdos: ⌊Quam oblationem tu deus quęſumus dignetis facere benedictam⌋ i. quadam ſpũali uirtute pfuſam & ſanctam, eo modo quo uaſa & templum ac ueſtes benedicuntur & ſanctificantur, ut ſint apta in diuino obſequio inſtrumenta. Additur autem ⌊in omnibus⌋ quod aliqui referunt ad id quod dictum eſt, ⌊tu deus⌋ ut ſit ſenſus: ⌊Tu deus in omnibus⌋ i. tu deus qui es & operaris in om̃ibus rebus.
Deus oia penetrat. Deus enim cum ſit immẽſus, & primum principium omnium rerum, omnia penetrat; nec aliquod agens creatũ aliquid agere poteſt, niſi in uirtute primi agentis, quod eſt deus glorioſus & fortis. Vnde Apoſtolus ait: In ipſo uiuimus, mouemur & ſumus. Sed melius arbitror, ut hoc quod dicitur ⌊in omnibus,⌋ referatur ad benedictam, ut ſit ſenſus: Tu deus facere digneris hanc oblationem benedictam in omnibus ⌋ i. ad hoc φ ſit apta, ex qua proueniant omnes utilitates & fructus huius ſacramenti. Hæ nanq; utilitates & fructus. i. effectus gratiarum proueniunt ex hac oblatione, inquantum conuertitur in corpus & ſanguinem Chriſti, quæ ſpiritualiter alunt, perficiunt; & reparãt eum, qui digne ſumit ſacra-
Digne ſumẽtes ſacramẽtũ, quẽdã fructum conſequuntur. mentum altaris. Sequitur: ⌊aſſcriptam⌋ i. tu deus pater digneris facere hanc hoſtiam ⌊aſſcriptam⌋ i. in libro diuinæ memoriæ, qui eſt approbatio diuini iudicij, reponibilẽ, eo modo quo opera bona ſcribi dicuntur in libro uitæ. i. in approbatione diuina, ne ſcilicet obliuiſcatis oblationis noſtræ, non habendo eam acceptam. Vel aſſcriptam. i. inter ſacrificia tibi ab alijs digne ac fructuoſe oblata reputatam, ut ſcilicet placeat tibi, quemadmodũ oblationes ſanctorum complacent tibi. ⌊digneris quoq; oblationem hanc ratam facere⌋ i. efficacem, firmam ac ſtabilem. ⌊rationabilem⌋ i. congruam, ut conueniẽter conuertatur in corpus Chriſti & ſanguinem. ⌊acceptabilem,⌋ ne propter indiſpoſitionẽ ſuam diſpliceat. Quamuis enim panis conuerti poſſit in corpus Chriſti ſine ſolennitate miſſæ & ꝑuia hac benedictione ac prece, non tamen ſic fieri decet: & ſi ſic fieret, nõ eſſet oblatio accepta-
Expoſitio in quantũ ẽ res & ſacramentum. bilis deo ex parte offerentis. Secũdo, præinducta ſacratiſſima uerba exponũtur de eo q̃d eſt res & ſacramentum, uidelicet de corpore Chriſti, uel de ipſo Chriſto, qui eſt hoſtia benedicta, aſſcripta, rata, rationabilis & acceptabis, ut ſit ſenſus: ⌊Tu deus digneris hanc oblationem facere benedictam⌋ i. digneris eam cõuertere in carnem & ſanguinem Chriſti, quæ ſunt hoſtia benedicta. i. omni carens macula culpę, atq; omni gratia adornata. ⌊aſſcriptam⌋ i. digneris eam conuertere in carnem Chriſti, quæ ẽ aſſcripta. i. uerbo patris in unitate perſonali inſeparabiliter indelebiliterq; unita, ac per hoc in libro uitę excellentiſſime ſcripta. ⌊ratam⌋ i. digneris eam conuertere in carnem Chriſti & ſanguinem, quæ ſunt ſacramentum ratum. i. ſeu hoſtia rata. i. firma & efficax, imò in perpetuũ durans, cui non ſuccedet ſacrificium aliud neq; perfectius ſacramentum, quod ſacrificijs & ſacramentis ueteris teſtamenti non conuenit: quoniam in aduentu Chriſti ceſſare cœperũt, inſtituto in cœna hoc ſacramento. ⌊rationabilem⌋ i. digneris eam conuertere in carnẽ & ſanguinẽ Chriſti, quæ ſunt oblatio & hoſtia rationabilis. i. apta & congrua ad placandũ. Rationabile ꝙppe eſt, ut deus per oblationem tam digniſſimæ hoſtiæ mitigetur. ⌊Et acceptabilem⌋ i. digneris eam conuertere in corpus & ſanguinem domini, quæ ſunt oblatio ſumme accepta
Corpus & ſanguis non ſunt duo ſacramẽta, ſed unum. & grata deo ac placita. Corpus autem & ſanguis Chriſti, prout conſecrantur in altari, nõ ſunt duo ſacramenta, ſed unum, unitate integritatis ſeu perfectionis, quoniam ordinãtur ad eundem principalem effectum, qui eſt ſpiritualis refectio animę, ad quã neceſſaria ſunt cibus & potus ſpiritualis. i. corpus Chriſti & ſanguis, quemadmodum Chriſtus teſtatur:
Iohan. 6. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus: non utiq; uentris, ſed mentis, quę per hoc ſacramentum ſpiritualiter alitur, confortatur, perficitur, & ad æternam felicitatẽ perducitur. Tertio, exponuntur uerba prædicta de eo quod eſt in ſacramento altaris res
Expoſitio in quãtũ eſt res tantum. tantum, ſcilicet de effectu huius ſacramenti, ſeu gratia ſacramentali, ut ſit ſenſus: ⌊Digneris domine deus hanc hoſtiam facere benedictam⌋ i. talem, ut per eam à te benedicamur, gratiamq; cœleſtem in omnibus adipiſcamur. ⌊aſſcriptam⌋ i. talem, ut per eam in electorum conſortio conſcribamur, & inter ſaluandos computemur. ⌊ratam⌋ id eſt, talem, ut per eam in Chriſto ſtabiliamur in omni bono. ⌊rationabilem⌋ id eſt talem, ut per eam non beſtialiter, ſed rationabiliter & ſapienter conuerſemur. ⌊acceptabilem⌋ i. talem, ut tibi per eam placeamus. Sequitur autem in Canone: ⌊ut nobis ✠ corpus & ✠ ſanguis fiat⌋ i. ad hoc digneris hanc oblationem facere benedictam, aſſcriptam &c. quatenus oblatio hæc fiat nobis. i. ad noſtram ſalutem, ad noſtrum quotidianum profectum, atq; ad uitiorũ noſtrorum

strorum expurgationem, omniumque spiritualium donorum multiplicationem. Corpus & sanguis dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi. Pater enim diligit filium amore immenso, & omni menti creatæ inexperto. Sed utinam ò pater æterne, ò deus pietatis immēsæ, dum uerba hęc profero, merear parūper in affectu moueri & tangi à te, ut uel modice gustem & sapiā, quo charitatis ardore diligas unicū filium tuum, & diligaris ab eo. Agnoscendum præterea, quod deus pater diligit Chrm unigenitum suum amore intēsiue infinito, inquantum Chrs est deus: sed inquantum ē homo, nō diligit eum pater amore simpliciter infinito, sed nec filius hoc modo ē infinitæ bonitatis: sed tamē maiori dilectione diligit pater Chrm inquantum ē homo, q̄ totum uniuersum, uisibilia & inuisibilia, irrationabilia & intellectualia. Christus quoque inquantū est deus, diligit patrem amore immenso, & id sentire oportet de spūsancto: sed prout ē homo, non diligit patrem amore infinito, sed tamen maiori ac magis ardenti, q̄ omnes simul electi qui sunt uel erunt. Pater nanque maius bonum contulit Christo homini, q̄ toti uniuerso: quia humanitatem eius uniuit filio suo adorādo in unitate psonæ, ita quod eadem ē personalitas increati filij dei, & naturæ humanæ à uerbo assumptę, sic quod in eodē esse psonali, in q̄ uerbū dei patris ęternalit̄ ē subsistēs, natura humana Christi per assumptionem à uerbo semper subsistit, & sine fine subsistet: & hoc donum omnia dona cæteris omnibus præstita eminenter transcendit. Fiunt aūt tres cruces super oblatam materiam, dum dicit: Bene + dictam, ascri + ptam, ra + tam. ad honorem supersanctæ & adorādæ trinitatis, & ad insinuandū quod effectus orationis istius à tota beatissima trinitate nobis donetur. Nam ipsa hanc ineffabilem conuersionē panis in corpus, & uini in sanguinem Christi, facit & nobis gratiam iustificantē, & sacramentalem largitur. Fiunt quoque duæ cruces, dū dicitur. Cor + pus & san + guis fiat. ad designandū immolationem Christi in cruce, & sanguinis sui fusionem. Aliæ multę rationes assignantur ab alijs, sed istæ sufficiunt.

Implorādo misæ pro gratia obtinēda

Articulus XXIIII. Qualis sit habenda deuotio in Canone, præsertim in hoc loco.

SPiritus est deus, & eos qui eum adorant, in spiritu & ueritate adorare oportet. Si teste propheta, Maledictus est homo qui facit opus dei negligenter, quanto maledictior, imò quàm maledictissimus extat, qui hoc diuinissimum sacramentum, qui hoc cœleste mysterium, qui hoc salutiferum Missæ officium facit negligenter, indeuote, uel irreuerenter? Plane, si non mentitur Apostolus, Reus erit corporis & sanguinis domini. Quemadmodum ergo reuerenter & digne celebrare aut communicare saluberrimum est, sic irreuerenter & negligenter hoc agere, periculosissimum est & prorsus damnabile. Aduertendum ergo, quòd ut Hugo de sancto Victore testatur, & Thomas allegat, deuotio triplex est: Prima, dum quis uerbis intentus est, quatenus ea distincte pronunciet: secunda, dum homo ad sensum uerborum diligenter aduertit: tertia, dum quis oculum cordis sui deo principaliter infigit ac imprimit. Hæc autem triplex deuotio ad digne celebrandum exigitur, præsertim in Canone, maxime in hoc loco & parte sequenti, in qua uerba consecrationis contenta sunt. Debet enim sacerdos sacratissima uerba Canonis distincte proferre, sensum quoque uerborum pro toto suo posse aduertere, atque ad deum totam suam contemplationem principaliter & amorose dirigere, beneficia eius recolendo, admirando, amando, laudando & amplectendo, omni expulso phantasmate uano, & distractione abiecta. Debet enim cum metu & reuerentia in hora consecrationis & immolationis omnipotenti patri assistere, atque ardenti affectu ac interno sapore beatissima uerba effari. Dicit enim Basilius super illud psalmi, Psallite sapiēter, quòd sicut gustus corporeus unamquanque cibi particulam seorsum capit, consumit, & gustat, sic gustus mentalis ipsius intellectus singula uerba psalmodiæ distincte proferre & sapere debet: quanto magis uerba Missę & Canonis, ut cū Ieremia dicere possit: Factus est sermo domini in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens.

Iohan. 4. Iere. 48. 1. Cor. 11. Deuotio est triplex. Verba Canonis distincte proferēda sunt. Basilius. Psal. 46. Iere. 20.

Articulus XXV. De elucidatione sextæ partis Canonis, Qui pridie q̄ pateretur &c.

DOminus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens, benedixit. Hæc pars Canonis historia est, id ē narratio rei gestæ. Historia autem attētius legi non potest, neque deuotius cogitari, quàm ut res ipsa quæ gesta ē, ante oculos cordis ponatur, quasi iam fieret: sicque recolatur q̄d factum ē, tanquā nunc præsens sit. Unde qui Christi passionem affectuose & quadam interna cum

1. Cor. 11. Res gesta tanq̄ psens recolatur.

na cum compassione reuoluere cupit, debet sic eam recolere, quasi in præsentia sua iam fieret, utputa in uirtute imaginatiua, formãdo similitudines rerum gestarum quasi præsentium. Sacerdos ergo, ut hãc Canonis partem deuotissime legat, debet in corde suo describere rem gestam, & eam quasi presentem aspicere, cogitando uidelicet, qualiter Christus in nouissima cœna inter apostolos sedens, hoc saluberrimum sacramentum instituit. Itaque dicat:

QVi [scilicet dilectissimus filius tuus ô pater cœlestis [accepit panẽ] talem uidelicet, quali tunc utebãtur Iudæi, utputa azymum atq; triticeum. [in sanctas atq; uenerabiles manus suas,] quæ nunquã ad iniquitatem extentæ sunt, & diuinæ uoluntatis obedientissimum instrumentũ fuerũt. [pridie q̃ pateretur.] .i. die ante passionem suam proxime precedẽte, scilicet feria quinta. [& eleuatis oculis in cœlum ad te deum patrem suum omnipotentem] in quo designauit magnitudinem atq; ardorem charitatis suę, quã desiderauit tuum honorem & nostram salutem. [tibi gratias agens,] .i. omnia sua à te esse recognoscens, & tibi omne bonum asscribens. [bene ✠ dixit] panem diuina sua uirtute. [fregit] .i. diuisit, non utiq; corpus suum consecratum, quũ illud sub sacramento indiuisibiliter sit, imò sub qualibet parte perfectum & integrum perseueret, sed fregit formas panis consecrati, uidelicet dimensiones, seu quantitatem facta consecratione manentẽ. Accidentia nãq; panis & uini, transsubstantiatis substantiis, permanent, & naturales actiones passionesq; retinent. [dedit discipulis suis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes, HOC EST ENIM CORPVS MEVM.] Sed quid demonstrauit Christus, cum dixit, ex hoc? Nunquid corpus suum? Non utiq;. Illud nãq; unusquisq; discipulorum integrũ sumpsit. Quid ergo demonstrat dum ait, ex hoc, nisi illud quod est fractionis subiectum? Corpus enim Christi sub qualibet parte quãtitatis panis conuersi, integrũ extat. Christus uero consecrauit proprium corpus sub pane integro, & illum (id ẽ, quãtitatem illius manentem) diuisit: sicq; ex eo, scilicet pane consecrato, id ẽ ex quãtitate illius, sumpserũt discipuli corpus Christi. Nam quilibet partem illius quantitatis accepit, atq; sub illa parte totum Christi corpus uerissime sumpsit.

Iohan. 13.
Matt. 26.
Marc. 14.
1. Corin. 11

Articulus XXVI. De quibus sit tractandum in hac editione.

SIcut qui mel multum comedit, nõ est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Dum anima circa operationem unius potentiæ uehementer est occupata, impeditur ne possit intendere actibus aliarum potentiarũ suarum: idcirco intellectus circa subtiles atq; difficiles materias uersans, & ad intelligendum atq; scrutandum profunda immoderate aut fortiter satagens, frigidum & indeuotum facit sæpe affectum. In hac aũt conscriptione non fuit intentio mouere uel tangere, nisi ea quę affectum excitare & deuotioni possunt proficere, exponendo uerba Missæ deuotius quo ualebam. Quamuis ergo circa prædictam Canonis partem & eam quę sequitur, pelagus quoddã immensum difficilimarũ quęstionum queat moueri, non tamen huiuscemodi introducere in hoc libello complacuit, quoniã talia in Missa meditari uel considerare nõ expedit, utputa de mirabilibus quæ in hoc sacramento contingunt: sed talia firmissima fide tanquã certissima supponendo, ea contemplãda sunt in officio Missæ, quæ affectum accendere queunt, uidelicet tãta charitas dei, tãta dignatio & liberalitas Christi, tanta benignitas, atq; similia beneficia regis saluatorisq; nostri, quòd tot & tãta pro nostra salute quotidie facit, quòd sic nobiscum esse dignatur, quòd nobis tã intime coniungi non respuit, sed magis desiderat: subtiles uero illę atque profundissimę considerationes mirabilium dei in hoc sacramẽto, deuotionem nõ causant, nisi forte in ualde exercitatis, qui solidum cibum capere possunt.

Prouer. 25.

Articulus XXVII. Solutio quarundam quæstionum utilium circa præsentem materiam.

OMnis scriba doctus in regno dei, cõparabitur homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Circa prę inducta plurima inuestigari possunt: Primo, de aqua quę uino miscetur, quid sit tenendum de ea. Et respondendum secundum doctores catholicos, quòd appositio aquę non est de necessitate huius sacramenti. Potest nanq; ex uino confici sanguis Christi non apposita aqua. Nihilominus aqua uino miscenda est, primo propter ordinationem ecclesię: secundo, propter significationem. Aqua enim propter suã multitudinem signat populũ, de quo ait Psalmista: Secundum altitudinem tuã multiplicasti filios hominum. Et sapiens, Mitte (inquit) panem tuum super trãseuntes aquas .i. plebem mendicam seu pauperem. Vt ergo figuretur q̃ p sacra-

Matt. 13.
Quare aqua apponitur in sacrificio.
Psal. 11.
Eccle. 11.

cramentum sanguinis Christi, populus Christo coniungitur, addenda est aqua uino. & iterum, quia de latere Christi lãcea militis uulnerato, exiuit sanguis & aqua. Tertio, quia probabile est, ut Thomas opinatur, ꝙ Christus in uino lymphato consecrauit, eo quod in terra sancta sint uina fortissima, quæ moris est temperari per aquam. Prꝺterea, secundum Innocentium, aqua absorbetur à uino, & simul mutatur cum eo in sanguinem Christi: & ergo in ualde modica quantitate miscenda est propter securitatem: quia nec decet in uili aut debili uino consecrare, sicut nec in pane maculoso, propter tanti sacramẽti honorem: Deniq; quæri potest, an Christus consecrauit, fregit & dedit proprium corpus eo ordine quo in Canone & in euangelio enarratur. Et respondendum, omissis opinionibus uarijs, quod euangelistæ non narrant rem gestam eo ordine q̊ facta est: & hoc ultimum Thomas concedit & alij multi, affirmantes quod Euangelistæ non semper obseruant in historia ordinem rerum gestarum. Hi ergo dicunt, quod Christus hæc uerba proferendo consecrauit: nec ea repetiuit, sed simul confecit, & consecrandi formam præfixit. Vnde secundum hos uerba Canonis sic ordinanda sunt: Eleuatis oculis in cœlum &c. benedixit, dicens: Hoc ē corpus meum: & dedit discipulis suis. Hæc enim positio communior est. Insuper quæri potest quid demonstret li Hoc, dum dicitur, Hoc est enim corpus meum. Non enim demonstrat corpus Christi, quoniam illud nondum ē ibi, sed post prolationem uerborum: nec panem, quia panis non est corpus Christi. Et respondendum secundum Innocẽtium, quòd li Hoc, nihil demonstrat: nam ait, quòd uerba consecrationis non dicuntur à sacerdote nisi recitatiue, & sic quasi materialiter accipiuntur: & quamuis hoc subtiliter & apparenter dicatur, communiter tamen doctores tenent oppositum. Thomas igitur dicit, quod nec demonstrat corpus Christi, nec panem, sed aliqd sub speciebus sacramenti contentum, quod prius fuit panis, & postmodum ē corpus Christi. Pronomen nanq; signat substantiam sine qualitate, id ē, propria & determinata proprietate: sicq; uerba consecrationis non dicuntur solum recitatiue, sed etiam significatiue, imò & effectiue secundũ Aegidium. Efficiunt enim quod designant. Et hanc instrumentalem causalitatem in consecratione corporis & sanguinis Christi sortitur sacerdos per impressionẽ sacerdotalis characteris. Nam & potestas hæc sacerdoti collata diuinitus, est ipse sacerdotalis character. Aliqui faciliter se expediẽtes dicunt, quod li Hoc, demonstrat corpus Christi, non quod est sub formis his dum uerba hæc proferuntur, sed in termino prolationis. Porro, de additione uerborum magna est quæstio: tria enim adduntur, quæ nullus euangelistarũ expressit: Nam in consecratione corporis, additur ista coniunctio ENIM: in consecratione quoq; sanguinis apponũtur, MYSTERIVM FIDEI, &, AETERNI TESTAMENTI, quę in euangelio non habentur. Additur etiam ante consecrationẽ, Eleuatis oculis in cœlum, quod nemo euangelistarum conscripsit. Et respondẽdum secundum Dionysium ultimo Ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo primo, quod euangelistę in exordio nascentis ecclesiæ noluerunt publice tradere formas sacramentorum, propter irrisionem infidelium compescendam. Græci enim audientes his uerbis consecrari corpus & sanguinem Christi, late riserunt. Credendum ē tamen, omnia uerba quæ ad consecrationem necessario requiruntur, à Christo fuisse prolata, & apostolis tradita, sicq; per eos ad posteriores prouenisse. Hæc autem coniunctio Enim, non est de necessitate formæ sacramenti, sed additur ex institutione beatissimi principis apostolorum Petri. Vnde qui eam scienter omitteret, uehementer peccaret. Additur enim ad designandum continuationem uerborum consecrationis ad prædicta. Verba autem illa, Eleuatis oculis in cœlum ad te deum patrem, ab Alexandro Papa addita referuntur. Nam (ut Innocentius ait) probabile ē quod Christus qui in resuscitatione Lazari oculos ad patrem leuauit, idem fecit in consecratione tam incomprehensibilis sacramenti. Prꝺterea quærit, an Chr̃s corpus suũ Iudę dedit. Et respondendũ secundum Dionysiũ in de Hierarchia ecclesiastica, ꝙ imo, quod Augustinus quoq; testat. Non em̃ debuit occultũ peccatorem publicare. Non est tñ pu[illegible]dum, ꝙ Chr̃s dedit corpus suũ sub buccella intincta, sed ante cũ alijs discipulis, secundũ Augustinũ. Hilarius tamen oppositũ sentit. Sed in talibus atq; similibus maxime stãdum ē determinationi diuinissimi & sacratissimi & theologicissimi Dionysii, q erat amantissimus Pauli discipulus, & diligẽtissimus inuestigator ueritatis ab ipsis apostolis, seu apostolicis uiris sui utiq; temporis. Amplius quærit, an Christus propriũ corpus accepit. Et respondendũ, ꝙ sicut dignatus est baptizari, quatenus primo faceret, sicq; doceret, sic creditur primo proprium corpus sumpsisse, & postmodum apostolis tradidisse, de q̃ sunt metra:

Nõ esse in uili uino consecrandum.

Euangelistę nõ semp obseruant ordinem rerum gestarum.

Matt. 26. Marc. 14. Lucę. 22. 1. Cor. 11.

Verba cõsecrationis qd repræsentent

De forma uerborũ consecrationis

Vtrũ Christus dederit corpus suũ Iudę.

Vtrũ Christus propriũ corpus acceperit.

Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena: Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Qualo corp' Christus dedit discipulis. Postremo inqri potest, q̃le corp' Chr̃s dedit discipulis. Dicit aũt Innocẽtius papa, ꝙ multi hãc quęstionẽ mouẽt, sed pauci intelligũt. Aduertendũ ergo, ꝙ 7. sunt dotes beatoꝝ in patria: tres aię, & 4. corporis. Dotes aię sunt, fruitio, tensio, uisio: dotes corporis sunt, claritas, agilitas, impassibilitas, subtilitas. Certũ ẽ aũt, ꝙ aĩa Chr̃i à sua creatione habuit 3. dotes p̃dictas: nã Chr̃s ut homo ab instãti suę cõceptionis pfectus extitit cõprensor: de dotib' uero corporis est diuersa opinio. Hugo em̃ de S. Victore, doctor gloriosus, asseruit Chr̃m in hac uita diuersis quidẽ tẽporibus p̃dictas 4. dotes corporis assumpsisse, uidelicet subtilitatẽ in natiuitate ex uirgine matre, claritatẽ i trãsfiguratiõe, agilitatẽ in ambulatiõe sup mare, impassibilitatẽ in cõsecratione. Vñ secundũ Hugonẽ, Chr̃s dedit discipulis corpus ipassibile. Sed hęc positio quantũ ad impassibilitatẽ, stare nõ potest. nã idẽ corp' dedit q̃d habuit: & si fuisset corp' Chr̃i cõsecratũ, seruatũ in pyxide in die parasceues, tũc utiq; Christus mortu' fuisset in pyxide, uel cõtradictoria uerificarent̃ de eodẽ. Rñdendũ est igit̃, ꝙ Chr̃s tale corpus dedit discipulis, q̃le tũc habuit: q̃uis sub specieb. sacri habuerit Chr̃s aliũ modũ essendi, uidelicet impceptibilẽ sensu. Postremo quęrit̃, an corpus Chr̃i & sanguis sint unũ sacr̃m, an duo. Videt̃ em̃ ꝙ sint duo sacra: nã dicimus in Collecta, Purificẽt nos quęsumus dñe sacra quę sumpsimus. Sed si hoc dicat̃, nõ erũt 7. sacra, sed octo. Et rñdendũ, ꝙ sint unũ sacramentũ, secundũ rationẽ sacramẽti, non unitate indiuisibilitatis, sed pfectionis: q̃m ad eundẽ effectũ pfectũ ordinant̃, uidelicet ad spũalem aĩæ refectionẽ, ad quã requirũtur spiritualis esca & potus, queadmodũ ad corporalẽ refectionẽ corporalis cibus ac potus.

Margin: Quale corp' Christus dedit discipulis. — VII. sunt dotes beatorũ in patria. — Hugo. — 4 dotes corporis Christus accepit. — Vtrũ corpus & sanguis sint unũ sacramentũ.

Articulus 28. De intellectu VII. partis Canonis. s. Simili modo postq̃ cœnatũ est &c.

SAnguis Christi, qui per spiritumsanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum deo uiuẽti. Præsens pars Canonis, historia est, describens quomodo Christus sanguinem suum consecrauit ex uino: idcirco sicut p̃dictum est, de modo cogitandi aut formandi affectũ in prolatione præcedentis partis Canonis, quę est de consecratione corporis Christi, sic & nunc intelligendũ est, quantũ ad hanc canonis partẽ, cuius exordiũ est: SImili modo ⌋ id ẽ tali modo, sicut de pane prędictum est. ⌊ postquã cœnatũ est ⌋ .i. post esum agni Paschalis: non ꝙ tota cœna tunc fuerit consummata, ut uidetur, quum dicat Matthęus, Cœnantibus autẽ illis, accepit Iesus panem, & similiter postea calicem, imò sicut ex euangelio Iohãnis colligitur, Christus dedit Iudę buccellam post huius sacramenti institutionem. Ait enim Iohannes: Cum ergo accepisset ille, scilicet Iudas, buccellã, exiuit continuo: & tamen Iudas Christi corpus accepit, sicut ostẽsum ẽ. Hic ergo sumitur cœna pro esu agni Paschalis: uel dicitur cœna iam facta, quoniam pars eius completa fuit: uel dicitur, postquã cœnatum ẽ, quia iam quasi completa fuerat cœna. Frequenter nanq; ascribit̃ aliquid toti ratione partis in sacra scriptura. ⌊ accipiens ⌋ Iesus ⌊ & hunc præclarũ calicem ⌋ .i. calicem istum pręclarũ, quem iste calix designat. uel ⌊ hunc ⌋ .i. similem secundum genus uel speciẽ: qui calix uocatur pręclarus, q̃m dignus fuit tangi à Chr̃o, & esse instrumentũ tam diuinissimæ conuersionis uini in sanguinem Christi, ac uas tam pretiosissimi sanguinis. ⌊ in sanctas ac uenerabiles manus suas, item tibi gratias agẽs, bene ✠ dixit ⌋ quæ uerba ante exposita sunt. ⌊ dedit discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo ⌋ .i. ex calice isto sanguinem continente. ⌊ omnes ⌋ Hunc ergo Iudas bibisse uidetur. ⌊ HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI ⌋ Ponit̃ hic continens pro contẽto, ut sit sensus: Hic est sanguis meus, per modũ potus in calice exhibitus. Et potius dicit calix sanguinis mei, q̃ sanguis meus: q̃m hoc sacramentũ ministrat̃ ut potus aĩæ spũalis. Sanguis aũt nõ dicit aliquid per modũ potabilis, sed calix. Seq̃tur: ⌊ noui & ęterni testamẽti ⌋ .i. Hic est calix sanguinis mei, p quem sanguinẽ nouũ atq; ęternũ testamentũ consummatũ est & initiatum. Testamentũ nanq; est ultimata distributio seu dispensatio bonoꝝ, morte testatoris firmata. Cũ ergo Chr̃s p mortẽ & sanguinẽ corporis sui, spũalia atq; cælestia bona nobis donauerit, merito fides & lex eius nouũ testamentũ appellat̃, quod utiq; confirmatũ est morte mediatoris dei & hoĩm Iesu Chr̃i. Dicit̃ q̃q; testamentũ hoc nouũ, tũ q̃a in cœna incepit, tũ q̃m uetustatẽ peccati delet, & in nouitatẽ spũalẽ adducit, q̃tenus renouet̃ ut aq̃lę iuuẽtus nr̃a, & secũdũ Apostolũ, In nouitate uitę ambulem'. Dicit̃ itẽ hoc testamẽtũ Chr̃i æternũ, nõ q̃a ab ęterno fuit, uel à principio mũdi, nisi in p̃destinatione diuina, pfiguratione'q; mystica, sed q̃a nunq̃ deficiet, nec aliud ei testamentũ succedet, queadmodũ ueteri testamẽto lex Chr̃i successit, & illud euacuauit. Seq̃t̃ ⌊ mysteriũ fidei ⌋ .i. secretũ & occultissimũ i fide Christiã-

Margin: Hebr. 9. — Matt. 26. — Iohan. 13. — Psal. 102. — Rom. 6.

Christianæ: quod enim sub forma uini sit sanguis Christi, secretum est ualde, & omni intellectui creato incomprehensibile: imò secundum Aegidiũ de Roma, angeli sancti hoc capere nequeunt. Hoc ergo sanguinis sacramentum, est quoddam mysterium fidei, & quasi obiectum ipsius, quoniam fides uersatur circa istud mysterium tanq̃ circa obiectum: nam sola fide tenetur & creditur, sub his sensibilibus formis contineri corpus & sanguinẽ Christi. Sequitur: [qui pro uobis] scilicet apostolis. [& pro multis] id ẽ, pro uniuersis electis. [effundetur in remissionem peccatorum] tam originaliũ quàm actualiũ. Sãguis quippe Christi pro omnibus ẽ effusus, quantum ad sufficientiam: sed quantũ ad efficiẽtiam seu efficaciam, pro solis prædestinatis effusus ẽ. [Hęc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis.] Hæc uerba non pertinent ad formam consecrationis, sed his uerbis aut similibus contulit Christus apostolis sacramentum ordinis, faciens eos sacerdotes, & cõmittens eis executionem huius mysterij. Aegidius de Roma.

Articulus XXIX. De solutione quarundam quæstionum circa prędicta.

PAter glorię det uobis spiritum sapientię in cognitione eius, ut sciatis quę sit spes uocationis nostrę. Circa formam consecrationis sanguinis Christi, doctores diuersa opinati sunt. Albertus enim & Henricus de Gandauo affirmant, quod sicut ad consecrationem corporis Christi sufficiunt uerba ista, Hoc est enim corpus meum: sic ad consecrationem sanguinis sufficit dicere: Hic est enim calix sanguinis mei. Quę autem sequuntur, uidelicet noui & ęterni testamenti, usque ibi, Hęc quotiescunq; feceritis, dicunt esse expositoria prędictorum uerborum. Hæc est Alberti opinio in Summa de corpore Christi. Veruntamen super quartum Sentẽtiarum librum, scribit oppositum. Thomas uero & alij asserunt, quòd omnia hęc sunt de forma consecrationis sanguinis, usque ibi, Hęc quotiescunque feceritis: quia hęc uerba, Noui & ęterni testamenti &c. sunt determinationes eius quod dictum est, Hic est calix sanguinis mei, sicq; pertinent ad perfectionem locutionis. Sed quicquid sit de ueritate, hęc secunda positio tutior est, & ritus ecclesiæ magis ei concordat. Non enim leuatur calix ante illa uerba, Hæc quotiescunq; feceritis. Porrò Petrus de Tarento super quartum Sententiarum, dicit se credere, quòd consecratio sanguinis Christi fieri possit per uerba à quocunque euangelista descripta: & constat quòd non quilibet euangelista ponit omnia uerba illa, imò nullus eorum omnia ponit. Græci quoq; ueraciter consecrant, non tamen omnibus uerbis illis utuntur: & sic uideri posset, quòd non omnia uerba illa requirãtur tanquam de essentiali forma consecrationis istius. Ex uerbis tamen Innocentij papæ posset ostendi, quòd prima opinio non sit rata. Innocentius nanq; à quodam episcopo interrogatus, cur in consecratione sanguinis ponantur quædam uerba à nullo euangelistarum descripta, soluendo approbat quæstionem illam, innuendo quòd ibi ponantur uerba huiusmodi quasi de forma consecrationis istius: & tamen hęc uerba, Hic ẽ calix sanguinis mei, imò & plura ab euangelistis sunt scripta, ut patet in Decretalibus, & idem sentit Aegidius de Roma, exponẽdo illam Innocentij decretalem. Denique quæri potest, an sub formis panis consecrati contineatur sanguis Christi: & similiter, an sub formis uini consecrati sit corpus Christi. Et respondendum, q; in hoc sacramento continetur aliquid dupliciter, scilicet directe, utputa id in quod terminatur conuersio panis ac uini: & indirecte, seu concomitanter, scilicet quod realiter cõiunctum est ei, in q̃d p̃dicta conuersio directe terminatur. Quũ ergo substantia panis directe conuertatur in corpus Christi, idcirco sub formis panis consecrati directe nil continetur, nec est nisi corpus Christi: sed quoniam corpori Christi realiter coniuncta sunt anima rationalis ac sanguis, & propria quantitas, cætera quoque eius accidentia magis intrinseca, atq; diuinitas seu uerbi persona: propterea indirecte seu per naturalem concomitantiam ac sequelam sub speciebus panis consecrati existunt sanguis Christi & anima, totaq; eius quantitas atque diuinitas seu uerbi persona: & pariformiter sentire oportet de existentia horum, & corporis sub speciebus uini consecrati seu sanguinis. Nam sub formis uini consecrati directe continetur sanguis: corpus uero & quantitas, qualitas, anima, & uerbi persona, concomitanter. Porrò uerba prætacta, uidelicet, Hæc quotiescunque feceritis, ut ait Bernardus, omni affectu plenissima sunt, & fidelem ac uere Christianum animum uehementer inflammant, suntq; à sacerdote celebrante cum ingenti deuotione ac mentis sapore promenda: & prohdolor miserabilem sacerdotem, qui hæc uerba sine memoria ineffabilis atq; eximiæ dilectionis, atq; acerbissimæ mortis Christi pronuntiat, & sine cordi-

Ephes. 1. Thomas super 4. Sent. Petrus de Tarento. Innocẽtius. De celebrat. Missæ c. Cũ Marthæ. Bernardus.

ali effectu effundit:imo ueraciter hęc uerba non solum tempore celebrationis,sed frequẽtissime nobis sunt cogitanda,reuoluenda,& amplectenda. His quippe uerbis iubemur à Christo non sine actuali deuotione celebrare,sed cum diligenti diuinorum beneficiorum recordatione.

Articulus XXX. De effectibus huius superdignissimi sacramenti.

Cantic. 5.

Sacramentũ altaris, spũalis alimonia est.

COmedite amici & bibite,& inebriamini charissimi.Caro mea uere ẽ cibus,& sanguis meus uere est potus,ait unigenitus dei patris.Quoniam igitur hoc diuinissimum sacramentum dicitur spiritualis alimonia atque refectio animæ, ideo quicquid cibus corporalis facit in corpore,id efficit sacramentum corporis Christi in anima,nisi homo obicem (id est,gratiæ impedimentum) opponat,accedendo indigne, aut habendo se incustodite. Quemadmodum ergo cibus corporalis,uires corporis conseruat ac reparat,& quantitatem auget ac perficit, gustumq́; delectat, sic eucharistiæ sacramentum,uirtutes & gratiam conseruat in anima,roborando sumentem in bono:reparat quoque deperditum,id est amissum,charitatis feruorem: auget etiam spiritualem animæ quantitatem,id est,processum de uirtute in uirtutem,donec perficiat eam:& insuper confert magnam delectationem interno gustui eius,cuius anima renuet in exterioribus & uilibus ac sensibilibus consolari.Hęc tamen delectatio,quantum ad experimentalem suam perceptionem,non est importune optanda,sed dispensationi diuinæ sapientiæ atque immensę Christi misericordię cõmittenda. Primus ergo huius sacramenti effectus,est collatio uel potius augmentatio gratiæ.Sicut enim baptismus ordinatur ad inchoationem uitæ spiritualis,quod fit per gratiæ infusionem,sic eucharistia directe ordinatur ad spiritualis esse perfectionem,quod fit per gratiæ augmentationem,seu ampliorem charitatis feruorem.Et quoniam augmentatio gratiæ,seu feruor charitatis uenialia peccata consumit tanto perfectius,quo amplius inualescit,idcirco secundus huius sacramenti effectus ẽ uenialium peccatorum remissio,etiam quantum ad pœnam, nõ tamen semper omnium,sed tanto plurium,quo feruor charitatis plus inardescit.Quamuis nanq; unum peccatũ mortale dimitti non possit sine alio,unum tamen ueniale sine alio dimitti potest. Deniq;,quoniam gratia quæ confortatur,& charitas quæ magis accenditur,omnia mala habitualiter saltem,& in communi detestatur,sicq; contritionem complet ac perficit, ideo tertius huius sacramenti effectus est,mortalium peccatorum oblitorum remissio: partim quantum ad pœnam,totaliter uero quantum ad culpam.Rursus,quia per meritum passionis & sanguinis Iesu Christi,aperta est nobis ianua regni cœlestis, propterea quartus effect⁹ sacramenti istius,est adeptio gloriæ seu uitæ æternę,inquantum per ipsum efficimur participes meriti Saluatoris.Omnia nanq; sacramenta nouæ legis,ut Hugo ait,sunt quædam uasa medicinalia,per quę meritum passionis Christi nobis communicatur,applicatur, atque coniungitur.Ex quibus innotescit,quàm fructuosum & salubre ac sanctum sit,frequẽter & item libenter celebrare,dummodo uita bona non desit.Sed ad talem uitam tenetur sacerdos ut dignus sit,præsertim religiosi,& maxime solitarij,ut Carthusienses: quorũ non est seculares rumores percipere,mũdana negotia pertractare,circa plurima solicitari,uel quicquam temporale & ad hunc mundum pertinens affectare: sed illud unum,quod solum necessarium est,diligentissimo corde recolere,pura mente aspicere,ardẽti affectu appetere,totisq; uiribus uenerari & colere. Et qui taliter conuersatur,multo fructuosius atq; diuinius agit,si ex charitate ardenti accedat,quàm ex reuerentiali timore, seu humilitate abstineat.Charitas nempe,separationis impatiens est. Qui autem nondum taliter conuersatur,si ad tam sanctam conuersationem uere suspirat, frequenter cum magna fiducia accedere potest:nam per hoc maximam gratiam consequetur,sicq; compendiosius optatam perfectionem adipiscetur. Celebrando quoque, plus etiam alijs subuenit tam uiuis quàm mortuis,quàm non celebrãdo, cæteris paribus.Vnde Chrysostomus,Sicut leones, inquit, flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo. Veruntamen, quidam sunt boni,qui licet zelum dei habeant, & ad spiritualem profectum anhelent,dum tamen aduersum aliquid eis occurrit, non solum tentantur,sed nec faciliter expedire se possunt à tentatione concepta: imò,quamuis ratio renitatur, sensualitas tamen uehementer & diu reluctatur rationis iudicio, & animum inquietat. Talibus consulendum opinor ut differant, ne in ipsa celebratione phantasia distrahat mentem, & cogitatio illatæ iniuriæ seu aduersitatis, deuotionem conturbet: Sed interim pro gratia stabiliori &

[Margin notes: digne sumẽs eucharistiã, multa bona consequitur. — I. effectus sacramenti. — II. effectus — Vnũ pctũm mortale sine alio dimitti nõ potest. — III. effectus sacramenti. — IIII. effectus — Hugo. — Salubre & sanctum est frequenter celebrare. — Charitas separationis impatiens est. — Chrysostom⁹ — Iacob. 1.]

& tranquillitate syncera, & præparatione ad sacramentum, studiosissime Christum deposcere habent, ne abstinentia à diuinissimo sacramento paruipendatur, uel in consuetudinem conuertatur.

Articulus 31. De eo quod dictum est in consecratione sanguinis, mysterium fidei, & de certissima atq; firmissima fide habenda de hoc sacramẽto.

ARma militiæ nostræ non carnalia, sed potentia deo: destruentes omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigẽtes oẽm intellectum in obsequium Christi. Nequaquam est leuitatis consentire catholicæ fidei, quamuis omnem naturalem rationem transcendat. Deo enim propter seipsum credendum est: & quòd aliquid à deo dicatur, agnoscimus per operationem miraculosam, quę à solo deo fieri ualeat. Cum ergo per fidem Christianã infinitis diuinę potestatis miraculis confirmatã, noscimus Iesum esse Christũ in lege promissum, & in euãgelio uere descriptum, debemus sine ambiguitate atq; indagine seu inquisitione firmiter credere oĩbus uerbis & actibus eius, quæ de ipso in euãgelio enarrantur, & ab ecclesia sanctã creduntur. Hic enim modus cognoscendi, deo est gloriosus, & nobis maxime meritorius. Gloriosum enim est principi, si soli ac simplici eius uerbo credatur absque cautione iuramenti, uel pignoris, uel fideiussoris: ignominiosum uero est ipsi, si non simplici eius uerbo fides adhibeatur: Imò unicuique uiro sufficienits ac notæ bonitatis molestum est, si non simplici eius uerbo credatur: quanto magis summo regi ac principi totius uniuersi displicet, si uerbis eius non credatur sine cautione rationum, quam quærunt gentiles, aut certè signorum, quam quærunt Iudæi, iuxta illud Apostoli: Iudæi signa petunt, Greci autem sapientiã quærunt. Deniq; hic modus cognoscendi, uidelicet per fidem, est nobis meritorius. Assensus nãq; per quem assentimus p se notis, uel necessario demonstratis, uel euidẽter probatis, aut sensui manifestis, merito caret, cũ non sit liber, sed quasi coactus. Assensus autem, ꝗ per fidem assentimus uerbis diuinis propter solã autoritatem dicẽtis, omnino est liber. Vnde & meritorius ẽ, & tãto amplius, quo intellectus prõptius cõsentit, ipsaq; res credita incomprehensibilior fuerit. Fertur ꝙ Hippocrates atq; Pythagoras hanc legem discipulis suis mandauerint, ut nequaquã interrogare præsumerent de dictis ipsorũ, propter quid: sed esset eis pro ratione, dicentis autoritas. Propter quod propheta ait: Nisi credideritis, non intelligetis. Cui concordat uerbum Aristotelis, Addiscẽtem inquit, oportet credere. Sit ergo Christianis pro summa atq; certissima ratione, Christi autoritas, qui de seipso fatetur: Ego sum magister uester & dominus. Et iterum, Ne uocemini rabbi, Vnus enim ẽ magister uester, Christus. Veruntamen, nisi sciremus per sufficientiã scripturarum testimonia atque miracula, soli deo possibilia, IESVM esse Christum in lege promissum, tunc leuitatis esset, credere his quæ fidei sunt Christianæ. Sic enim nulla esset ratio, cur potius crederemus Christo, quã alicui alteri, ut Machumeto, uel simili. Porrò, ut ait Hilarius, hoc potissime deo debemus, ut eum omnis sensus, lingua & uita nostra loquatur: & sicut quicquid habemus & sumus, à deo accepimus, sic & nos totaliter deo subijcere, & ei obedire tenemur. Quum ergo habeamus à deo non solum affectum, sed etiam intellectum, nõ minus debemus intellectum nostrum deo subijcere, diuino intellectui obediendo: quod fit, dum sola fide contenti, credimus uerbis dei, & his quę omnem rationem excedunt, quam ipsam uoluntatem siue affectum. Duæ enim sunt partes legis diuinę, uidelicet testimonia & mandata. Testimonia intellectum concernunt, mãdata affectum. Quemadmodum ergo tenemur mandata implere, ita tenemur testimonijs credere. Vnde quamuis sacramentum altaris sit summe mirabile, & mysterium fidei, id est occultissimum quoddam in fidẽ Christiana, quoniam tamen Christus testis est huius ueritatis, debemus ob solam eius reuerentiam seu autoritatem firmissime credere, & sine omni curiosa perscrutatione consentire his, quæ sancta ecclesia credit de hoc sacramento. Quia enim CHRSITVS ardentissima charitate dilexit deum patrem & totum genus humanum, rationabilissimum fuit, ut hoc sacramentum institueret in sacrificium hostiamq; pacificam. Nam per huius sacramenti quotidianam celebrationem redditur deo gloria, honor, & laus infinita: per hoc ꝙ diuinæ benignitatis beneficia incessabiliter recoluntur, nostra peccata panduntur, à deo indulgentia postulatur: Sed & nobis hæc hostia saluberrima est & maxime fructuosa, sicut iam patuit. Quod enim Christus semel pro nobis fecit, & pertulit in ara crucis ad honorem & gloriam patris, hoc quotidie in isto sacramento seu fidei mysterio pro nobis quo-

2.Cor.10. Gal.1. 1.Cor.1. Matt.12. Mar 8. Luk. Isaię.7. Aristoteles. Ioan.13. Hilarius. Duæ sunt partes legis diuinæ. Ephe.5. Rom.8.

Q 3 dam

Ioan. 14. dam modo facit. Præterea, quoniam Christus tam ardentissima charitate dilexit nos, maxime decuit, ut ex hoc mundo recedens & ad patrem ascendens, relinqueret nobis condignum & efficax memoriale ac pignus suæ dilectionis: nec potuit pretiosius salubriusq; memoriale relinquere, quàm proprium corpus ac sanguinem sub hoc secretissimo sacramento. Sunt autem & aliæ considerationes multæ ac pulchræ, quæ de hac materia possent induci: sed ad prolixitatem uitandam, istæ sufficiant.

Articulus XXXII. Declaratio octauæ partis Canonis, uidelicet: Vnde & memores domine &c.

Malach. 1. A Bortu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. In his uerbis Malachias propheta de sacrificio nouæ legis, quod est sacramentum altaris, pulchre uaticinatus est. Denique, hæc pars Canonis continet executionem mandati Saluatoris nostri: nam immediate prædictum est, Hæc quoties cunque feceritis, in mei memoriam facietis. Vt ergo sacerdos ostẽdat se obedientem famulum Christi, ait deo patri:

1. Cori. 11.

VNde, id ẽ, quia Christus filius tuus ita instituit, ô, domine, pater cœlestis, nos tui serui, id ẽ, nos qui sacerdotali officio fungimur, sed & plebs tua sancta, id ẽ, populus Christianus circunstans, memores beatæ passionis, necnon & ab inferis resurrectionis. Anima enim Christi fuit cum patribus in limbo inferni usq; ad horam resurrectionis, quemadmodum in psalmo cãtatur: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. sed & in cœlos gloriosæ ascensionis. Christi filij tui, offerimus præclaræ maiestati tuæ, id ẽ, excellentissimæ dignitati tuæ, de tuis donis, i. quæ tu nobis dedisti, ac datis, id ẽ, tibi à nobis oblatis: uel ut Innocentius dicit, de tuis donis, refertur ad fruges seu segetes terræ, ex quibus conficitur panis, qui conuertitur in CHRISTI corpus: datis, uero refertur ad fructus arboris, ex quibus exprimitur uinum, quod conuertitur in CHRISTI sanguinem. hostiam ✠ purã, hostiam ✠ sanctam, hostiam ✠ immaculatam, id ẽ, sacramẽtum corporis & sanguinis CHRISTI, quod ẽ hostia pura, quia caret omni macula: hostia sancta, quoniã omni gratia & sanctitate repleta: hostia immaculata, id est, offerentem non maculans, sed uere sanctificans: quod non competit sacrificijs ueteris legis, quæ non potuerunt accedentem perficere, teste Apostolo: imò sacerdos offerens ea, immundus erat usque ad uesperam, lauabat'q; se semper. panem ✠ sanctum uitæ æternæ, & calicem ✠ salutis perpetuæ. Hæc uerba exponunt prædicta: Nam corpus & sanguis CHRISTI ante expressa sunt uno communiq; nomine, utputa nomine hostiæ. Sed quia hæc hostia continet duo, uidelicet corpus & sanguinem Saluatoris, idcirco hæc duo distincte explicantur, dum subditur: panem sanctum uitæ æternæ. id est, corpus CHRISTI tibi offerimus, qui est panis atque uiaticum animæ, quo peruenire meremur ad uitam æternam. & calicem salutis perpetuæ. id est, sanguinem CHRISTI, per cuius effusionem perpetua salus seu cœlestis felicitas nobis reparata ẽ, data, atq; parata. Præterea aduertẽdum, quòd hostia aliter dicitur nunc pura & sancta ac immaculata, & panis sanctus, quàm in exordio Canonis ubi dictum est, Hæc sancta sacrificia illibata. Est enim aliquid tripliciter sanctum: uidelicet per essentiam, ut deus sublimis: per participationem formalem, ut intellectualis creatura, quæ sola ẽ subiectum sanctitatis & gratiæ: per ordinationem seu habitudinẽ ad diuina, ut altare seu uestes, quæ sancta dicuntur, quia ad diuinum cultum deputãtur. Posset autem addi quartus modus, quo sacramenta dicuntur sancta, quia sacrantia: ut scilicet aliquid uocetur sanctum ratione sui effectus. Et quoniam gratiam sanctificantem aliquo modo continet, quamuis non secundum esse completum, dicitur quoque aliquid sanctum ratione repræsentationis, & item ratione status siue officij. Et tertio modo hostia dicitur sancta & illibata ante consecrationem, quoniam ordinatur ad corpus & sanguinem Christi: sed post consecrationem est sancta & pura ac illibata, secundo modo. Nam caro & sanguis Christi sunt uere sancta ac pura, propter animam diuinitatemq; unitam. Quamuis enim caro non sit immediatum gratiæ subiectum, sed anima, est tamen caro subiectum gratiæ mediatum, cum sit subiectũ animæ, quæ est proximum gratiæ ac sanctitatis subiectũ. Conformiter, hostia ante cõsecrationem dicitur panis, propter ueram panis naturam: post consecrationem uero, panis uocatur propter similitudinem seu effectum, quia spiritualiter alit, auget, cõfortat, delectat. Item uita æterna & salus perpetua idem sunt. Commemorantur autem hic tria opera Chri

Psal. 15.

Innocentius.

Hebr. 7.

Tripliciter aliquid sanctũ dicitur.

Etiam hostia dicit̃ sancta ante consecrationem.

Christi,uidelicet passio,cuius memoria charitatem inflammat: resurrectio,quæ fidem con fortat: ascensio,quę spem nostram corroborat. Quod enim in Christo capite nostro factũ credimus, in nobis perficiendum speramus. Dum uero sacerdos hæc uerba dicit,debet q dem celeriter,non tamen superficialiter,imò cordialiter recordari passionis Christi,non si ne compassionis affectu,resurrectionis quoq; & ascensionis cum exultatione mentali: con templando mentaliter,quomodo ex clauso sepulchro surrexit,anima ex limbo inferni ad corpus redeunte: & qualiter nubes in ascensione accepit eum ab oculis discipulorum. In super,super uerba prędicta fiunt qnq; cruces,propter qnq; uulnera Christi, uel qa in qu q; sensibus uehementissime passus est.

Articulus XXXIII. De explanatione nonæ partis Canonis,scilicet,Super quæ propitio ac sereno uultu.

ERit firmamentum in terra in summis montium,superextolletur super Libanũ fru ctus eius. Pręter alia in qbus diuinus Dauid de sacrificio nouæ legis euidenter lo cutus est in psalmo septuagesimo primo,de sacramẽto corporis & sanguinis Chri sti pulcherrime uaticinatus ostenditur: Erit inqens,firmamentum in terra in sum mis mõtium. Hoc eñi ait de rege Messia seu Christo,de quo hic psalmus ab uniuersis expo nit: de q̃ in exordio huius psalmi habet, Deus iudiciũ tuũ regi da. Et in processu huius psal mi manifeste loqtur sanctus propheta de duplici Christi natura, uidelicet diuina, per quã dicitur, Ante solem permanet nomen eius. &, Adorabunt eum omnes reges. atq; humana propter quod dicitur: Descendet sicut pluuia in uellus. Deniq, de hoc rege seu Christo adiunxit: Erit firmamẽtum in terra in summis montium: ubi ut Nicolaus de Lira testatur, Hebraica ueritas habet: Erit placẽta tritici in terra in capite montium, id est sacerdotum, qui ob dignitatis suę excellentiam appellati sunt montes. Trãslatio autem Chaldaica quæ apud Iudæos reputatur authentica, habet: Erit oblatio frumenti in terra. sed & translatio Hieronymi talis est: Erit memoriale frumẽtum. Dauid ergo in spiritu clarissime uidit, quẽ admodum tempore nouæ legis debuit Christus immolari quotidie à ueris sacerdotibus sub specie frumenti seu panis triticei. Dictum est autem, q in sacramento altaris sunt tria: quorum unum est sacramentum tantum, aliud res & sacramentum. Tertium uero, est res tantum, quod est gratia sacramentalis. In hac igitur Canonis parte petit sacerdos hanc gra tiam, huiusq; sacramenti effectum adipisci à domino, dicens:

Psal. 71.

Vaticinium Dauid de sacramento altaris.

Psal. 71.

Suprà quæ⌋id est, super dona ista oblata, uidelicet corpus Christi ac sanguinem⌊pro pitio⌋i. misericordi ac pio atq; placato⌊ac sereno⌋id est placido⌊uultu⌋seu respectu respicere digneris.⌋Hoc orat sacerdos, non q deus pater possit irato contemnentiq; uultu respicere sacramentum altaris, seu corpus & sanguinem unici filij sui, ne dedignetur ea offerri à nobis propter malitiam nostram. Orat ergo sacerdos, ut deus pater benigne re spiciat istam oblationem in ordine ad offerentem. & hoc pandunt uerba sequentia. Sequi tur enim,⌊Et accepta habere,⌋id est, digneris ea grata recipere⌊sicuti accepta habere di gnatus es munera pueri tui iusti Abel⌋qui puer uocatur propter uitæ innocentiam: & iu stus, quoniam de melioribus atq; primogenitis gregum, sacrificium obtulit, sicut in Gene si patet.⌊& sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ,⌋qui secundum Apostolum est pater, non tantum Iudæorum, sed omnium credentium: cuius sacrificia deo placebant, præser tim dum proprium filium immolari paratissimus fuit.⌊& sacrificium quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec,⌋qui dicitur summus dei sacerdos non simpliciter, sed tempore illo: sacerdotium nanq; CHRISTI, non solum dignius est sacerdotio Leuiti co, sed etiam sacerdotio Melchisedec, quoniam utrunq; illorũ figura extitit sacerdotij Chri sti. Clarum igitur est, q sacerdos nouæ legis non orat sacrificium seu sacramentum altaris sic deo placere, quemadmodum ei placuerunt sacrificia horum trium uirorum, quoniam illa sacrificia nec gratiam continebant, nec placita deo erant, nisi ex deuotione offerentium, meritisq; eorum, sed sacrificium nouæ legis, uidelicet sacramentum corporis & sanguinis Christi gratiarũ plenitudinem continet, & per seipsum deo acceptum est, eiusq; oblatio fructuosa est, non solum ex meritis offerentis, sed propter dignitatem oblati. Orat ergo sa cerdos oblationem suam seu sacramentum altaris deo placere, non quantum ad seipsum seu rem oblatam, quæ per se sancta ac placita deo existit, sed quantum ad offerentem, qua tenus sacerdotis actio atq; deuotio deo sic placeat, sicut placuit antiquorũ patrũ deuotio: sicq; effectũ & gratiam huius sacramẽti conseq mereat. Ponunt aũt hic tres uiri ad honorẽ

Abel quare puer uocat.

Gene. 4.
Heb. 6.
Gene. 18
Gene. 14
Heb. 7.

trinitatis:& potius ponuntur isti quàm alij. Primo propter excellentem ipsorum sanctitatē, Secundo, quia tam ipsi quàm eorum sacrificia, Christū euidenter figurabāt. Nam quod Abel de primogenitis obtulit, quid aliud signat, nisi quod Christus qui est primogenitus in multis fratribus, obtulit semetipsum. Et quēadmodum Cain occidit Abel, sic synagoga Christum. Praeterea, Melchisedec qui sine genealogia fuit, non quod originem non habebat, sed quia scriptura illā non exprimit, quamuis Iudaei afferant eum fuisse filium Noe qui in Genesi dicitur Sem, & uixisse usque ad tempora Isaac, hic Melchisedec Christum figurauit. Nam secundū Apostolum, assimilatus est filio dei, cuius generationem nemo enarrare potest. Sed & sacrificium eius, Christi sacrificium clarissime prçsignauit: quoniam panem & uinum obtulit deo pro gratiarum actione de uictoria quam concessit Abrahae, qui quinque reges deuicit, & Loth suum nepotem de manu eorum eripuit, saltem illi quibus alius nō successit in ordine generationis à patre. Merito quoque ponitur Abraham, qui & ipse sacerdos fuit. Nam in lege naturae primogeniti & per consequens unigeniti, sacerdotes fuerūt: tum quia Abrahç principaliter facta est de Christi aduētu promissio, tum quoniam sacrificium quo paratus erat charissimū sui filium immolare, figura est sacrificij, quo deus pater Christū unigenitū suum pro omnibus nobis dedit ac tradidit. Additur aūt in fine huius partis, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. quod referendū est ad sacrificium nouç legis, quod dicitur sacrificiū prout deo offertur, & hostia inquantū per ipsum deus placatur. Potest tñ referri ad sacrificiū patriarcharū istorum, quod dicitur sanctū & immaculatum, inquantū figura fuit ueri sacrificij, quod formaliter immaculatum ac sanctum est: scilicet sacramentum altaris. & haec ultima uerba à beato Leone Papa sunt addita.

Gene.4. Rom.8. Heb.9. Gene.4. Heb.7. Heb.7. Isaie.53. Gene.22.

Articulus XXXIII. De intellectu decimae partis Canonis, scilicet Supplices te rogamus omnipotens deus.

Ecce uir, Oriens nomen eius: & ędificabit templū dño, & erit sacerdos super soliū suum, & consilium pacis erit inter duos illos. Haec uerba sentētiosus ille propheta Zacharias de Christo induxit. Translatio namque Chaldaica sic habet: Ecce uir. Messias nomē eius. Christus quippe qui de seipso testatur, Ego sum lux mūdi, merito Oriens appellatur. Hic ergo aedificauit templum dño. i. ecclesiam sanctā catholicam. Ipse quoque est sacerdos secundum ordinem Melchisedec: & per eius sacrificium quo obtulit semet ipsum, consilium pacis factum est inter illos. i. gentiles atque Iudęos. Nam Christus est lapis angularis, qui fecit utraque unum, quia ecclesiam ex gentilibus & Iudaeis collegit, utrosque in una religione & fide concordans. Haec aūt ecclesia mysticū Christi corpus uocatur, pro quo orat sacerdos in hac Canonis parte dicens:

Zacha.6 Ephe.2

SVpplices te rogamus. Dicitur aūt in Rationali diuinorum, quod haec uerba tantae profunditatis sunt, ut intellectus humanus uix ea attingere possit. Veruntamen utcūque exponenda sunt. Dum uero sacerdos hanc orationē dicit, inclinat se, quatenus interiori humiliationi mētis correspondeat humiliatio corporis: inclinat quoque manibus cācellatis in figurā crucis, ut ostēdat se orare & uelle grām adipisci uirtute seu merito passiōis crucisque Christi. Est enī diligēter aduertendū quod Innocentius Papa dicit: Verba, inquiens Canonis, ad consecrationem, & gratiae sacramentalis impetrationem ptinent: signa aūt ad recolēdam hystoriam spectant, repraesentat enim per ea sacerdos, quid in passione Christi fit factum. Igitur sacerdos taliter seipsum mente ac corpore quasi Christo confixus humiliās, affectuosissima deuotione atque profundissimo dicat affectu, omnipotens deus. i. ò pater aeterne, qui omnia potes, cui non est impossibile, imò nec difficile omne uerbum supplices. i. amorosi ac humiles rogamus te. i. ego sacerdos & populus Christianus, in eius persona te rogo, iube haec perferri per manus sancti angeli tui. Sanctus Thomas in tertia parte, & super quartum Sententiarum ait, quod sacerdos non orat corpus & sanguinē Christi uerum perferri per manus angeli in sublime altare dei, sed corpus mysticum, quod significatur per corpus Christi uerum seu preces ac uota sui populi: haec enim petit deus repraesentari per angelū, quatenus angelus nostras preces & uota atque obsequia deo offerēdo, gratiam nobis reportet ac ueniam. Sed apparet alijs, quod oratio ista etiam accipi potest atque exponi de ipso sacramento altaris. Totus enim hic locus Canonis spūalis est, & spūalem expositionem requirit: quia nec angelus corporales manus habet, nec corporaliter secū aliquid profert de altari ad coelum: cum nec localiter instar corporum in natura propria moueatur. Et sicut corpus & sanguinem Christi substantialiter secū non profert ante dei conspectum, sic nec corpus mysticum. i. populum Christianū, cuius Christus est caput: nec preces ac uota

Innocentius

ces ac uota sacerdotis & populi, quum ista sint accidentia quæ non migrant de uno in aliud sine subiectis. Quemadmodū igitur angelus dicitur ferre preces & uota nostra ante cōspectum diuinum, seu in sublime altare dei, inquantum coram deo bona nostra cōmemorat, pro nobis deprecans atq; orationis effectū impetrans & nobis reportans, sicut in Actibus apostolorū legitur angelus dixisse Cornelio, Orationes tuæ & eleemosynę tuæ cōmemoratæ sunt ante conspectum dei, q̄uis deum nil lateat, sic angelus ferre dicitur corpus & sanguinem Christi in sublime altare dei: nō ꝙ ea substātialiter tollat & secum asportet, sed qa tantum sacramentum deo pro nobis opponit, tanq̄ efficacissimum medium adipiscēdi gratiam desideratam, & extinguēdi indignationem seu iram diuinam: sicq; sacrificium nostrum recommendando ac commemorando coram deo, procurat nobis huius sacramenti fructuosos effectus. Est igitur sensus, ⌊Iube hæc⌋ i. corpus & sanguinem Christi, preces quoq; & uota nostra ⌊perferri⌋ i. portari, non substantialiter, sed repræsentatiue per modum cōmemorantis atq; orantis, ⌊per manus sancti angeli tui⌋ i. per obsequium angeli, q diuinorum celebrationi interesse credendus est: imò secundum Ambrosium, adest cœlestis militia: & secundum Bernardum, angelorum adest exercitus. Quàm reuerenter ergo nos ibi habere oportet. Vel ⌊per manus sancti angeli⌋ i. per ipsum Christū, qui est magni consilij angelus: qui secundum Apostolum interpellat pro nobis: prę sertim cum dicat Iohannes: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nam sicut Christus in hoc sacramento est dator & donum (ipse em̄ dat nobis seipsum) sic quoq; est oblatio & oblator: qa per ipsum fit sacrificium nostrū deo patri acceptum: eo ꝙ opera nostra bona fundentur in merito eius. Seqtur, ⌊in sublime altare tuum⌋ i. in ipsum cœlum empyreum, in quo tu specialiter habitare, sedere, regnare & exaudire cognosceris: & dum angeli sancti illuc perueniunt, uota nostra, preces, & opera bona tibi offerunt. ⌊in conspectum diuinę maiestatis tuæ⌋ i. coram facie tua: ita ut tu ipse dignanter ea aspicias, nec uultum tuum auertas à nobis. Porrò, q̄dam per sublime altare tuum intelligunt Christum, nec mirum, cum secundum Ambrosium, materiale templū figura sit Christi. Petit ergo sacerdos oblationem suam perferri per angelum ⌊in sublime altare⌋ i. in Christum, ut ipse eam offerat patri, interpellando pro nobis: ostendendo patri latus & uulnera, ⌊ut quotquot sumpserimus,⌋ uel sacramentaliter uel spiritualiter tantum sacrificium, nempe ⌊sacrosanctum filij tui cor ✠ pus & san ✠ guinem ex hac participatione altaris⌋ i. quæ fit in hoc altari, ⌊omni benedictione cœlesti⌋ i. omni dono diuino quo ad cœlestia peruenitur, ⌊& gratia⌋ i. supernaturali qualitate, quæ est immediatum ac primum formale principium totius spiritualis uitæ, per quod ipsa essentia animæ accepta sit deo, ⌊repleamur⌋ quatenus simus benedicti & sancti mēte ac corpore, in nullo deficiētes: sed abundantes in omne opus bonum, donec feliciter consummemur: Per Christum dominum nostrum.

Quō angelus dicit ferre preces nostras. — *Act. 10.* — *Iube hęc perferri, Expositio autoris.* — *Ambrosius. Bernardus.* — *1. Ioh. 2* — *2. Cor. 9.*

Articulus XXXV. De undecima parte canonis, scilicet Memento etiam domine.

SAncta & salubris cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Defuncti enim in gratia, pertinent ad mysticum Christi corpus: & ergo pro ipsis rationabiliter oratur in Missa. Quæ autem superius dicta sunt de memoria uiuoꝝ, huic loco atq; articulo inseri possunt & applicari. Sed qa præhabita sunt, reiteratione non egent. Est aūt feruenter orandū pro mortuis, quoniam semetipsos iuuare non possunt, cū non sint in statu merendi seu demerendi. Secundo, quia cum ad felicitatem perueniunt, fidelissime orant pro his, quorum suffragijs adiuti sunt. Tertio, quoniam duplicem pœnam habent, uidelicet damni & sensus: & utraq; maior est omni pœna uitæ præsentis. Dicit ergo sacerdos:

2. Mach. 12 — *Feruenter orandum pro mortuis.*

MEmento etiam domine famulorū famularumq; tuarum, ⌋ pro quibus uidelicet specialiter obligor. ⌊Qui nos precesserunt cum signo fidei⌋ i. cum operibus charitatis, quæ sunt signa fidei: nam fides sine opibus mortua est. Nec est orandum pro alijs. Vel ⌊cum signo fidei⌋ i. cum charactere baptismali, qui est signū in baptismo impressum animæ baptizati, & indelebiliter ei adheret: per quod discernuntur fideles ab infidelibus. ⌊Et dormiunt in somno pacis⌋ i. quiescunt ab inquietudinibus atq; laboribus uitæ præsentis, expectantes beatam spem & aduentum glorię magni dei, ⌊ipsis⌋ pro quibus uidelicet specialiter exoramus, ⌊& oībus in Chro qescētibus⌋ i. in gratia dei defunctis, ⌊locū refrigerij, lucis, & pacis⌋ i. paradisum cœlestem ⌊ut indulgeas⌋ i. pie cōcedas ⌊deprecamur. Per eundem Christum dominum nostrum.

Iaco. 2.

Articulus

Articulus XXXVI. De ultima canonis parte, scilicet, Nobis quoq; peccatoribus.

Matt.16. Mar.8. Luc.9. QVid proficit homo si lucretur uniuersum mundū, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? Cum ergo sit ita, non debet sacerdos sic solicitari aut orare pro alijs, ut suipsius atq; astantium obliuiscatur: unde pro eis orans dicit: ⌊Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis.⌋ & dum hoc dicit, pectus tundit, ad figurandum quod Centurio, & qui aderant uisis mirabilibus quę in passione fiebāt, percutientes pectora sua reuertebantur: uel ad designādum q; Christus pro impijs mori dignatus est: uel propria atq; astantium redarguendo peccata. Siquidem scdm Augustinū, qd aliud est pectus tūdere, nisi quod intus latet peccatum arguere? ⌊de multidine miserationum tuarum sperantibus.⌋ non enim confidimus meritis nostris, neq; in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras, ⌊partem aliquam & societatem donare digneris.⌋ nā in domo patris æterni mansiones multæ sunt atq; diuersæ, id est, uariæ inæqualitates pręmiorum secundum exigentiam meritorum. Non eñ in dei uisione quæ est essentiale præmium, sunt æquales, sed nec in accidentali pręmio pares existunt. Sacerdos ergo paruitatem meritorum suorum perpendens, humiliter dicit: ⌊partem aliquam⌋ saltem uel paruam ⌊donare digneris⌋ post huius uitę exilium ⌊cum sanctis tuis &c.⌋ Ponitur autem hic ⌊Iohannes⌋ per quem intelligi potest secundum antiquos, Iohānes Baptista: qui ante positus non est, atq; apostolis par est uel ⌊Iohannes⌋ euangelista, q hic repetitur, qa est non solum apl'us, sed etiam euāgelista ac uirgo. Deniq; ⌊Stephanus⌋ pręponit ⌊Matthię & Barnabę⌋ apostolis, uel qa uirgo fuit secundum quosdam, uel quia primicerius martyrū, ⌊intra quorum⌋ scilicet prędictorum sanctorum ⌊consortium admittere nos digneris⌋ dando gratiā in pręsenti, & gloriā in futuro, ⌊nō æstimator meriti⌋ i. nō faciēdo nobis scdm pctā uel secundum imperfectionem bonorum quæ agimus, ⌊sed uenię largitor.⌋ Deus enim remunerat bona ultra condignum: & mala punit citra condignum: quatenus uerificetur quod dictum est. Miserationes eius super omnia opera eius. ⌊per Christūm dñm nostrum. Per quem hęc omnia⌋ scilicet panem & uinum & aquā ⌊creas.⌋ Omnia enim per filium condita sunt, ⌊creas⌋ i. creasti dando esse naturale: & hoc modo deus etiam corpus & sanguinē Christi creauit ⌊sancti ✠ ficas, uiui ✠ ficas, bene ✠ dicis⌋ Hæc uerba dupliciter exponi possunt. Primo, referendo hęc omnia ad sacramentū altaris, in quod conuertūtur panis & uinum. Qm̄ ergo corpus Christi est sanctū & benedictum, idcirco per hoc quod deus pater conuertit hęc omnia in corpus & sanguinē Christi, dicitur ea sanctificare, uiuificare & benedicere. Secūdo, referri possunt ad diuersa, ut sit sensus, ⌊hęc omnia sanctificas,⌋ qa in corpus & sanguinem Christi ea conuertis, ⌊uiuificas⌋ i. spiritualem uitam in nobis per ea operaris & confers. ⌊bendicis⌋ i. dona diuina copiose in nobis per ea multiplicas. ⌊& pręstas nobis⌋ ut sacramentaliter & spiritualiter ea sumamus. ⌊per ipsum ✠ & cum ipso ✠ & in ipso ✠⌋ Sensus est, ⌊Oīs honor⌋ i. omnis uera ordinata exhibitio reuerentiæ, ⌊& gloria⌋ i. clara cum laude notitia uel lętitia, ⌊est tibi deo patri omnipotenti in unitate spūssancti⌋ i. simul cum spūsancto tibi consubstantiali, ⌊per ipsum⌋ i. per Christum filium tuum: Ipse enim manifestauit nomen tuū hominibus: & legem perfectionis ỽbo ac ope docuit: quā sectando fideles te deum honorant. ⌊Cum ipso⌋ qa filius à patre separari non debet, sed simul cum eo uenerari: propter quod ipsemet filius ait, Qui non honorificat filiū, non honorificat patrem q misit illum: Honor eñ uni personæ impensus, toti trinitati adorādę saltem implicite exhibetur. ⌊Et in ipso⌋ i. omnis honor & gloria est tibi patri atq; spiritui sancto, seu in unitate spiritussancti in filio tuo, quia omnis qui filium dei uere cognoscit, ex eius cognitione deum patrem glorificat atq; honorat, quemadmodū scriptum est: Gloria patris, filius sapiens. Quidam ỽo referunt, ⌊per ipsum, cum ipso, & in ipso⌋ ad uerba pręcedentia, scilicet ⌊benedicis & præstas nobis,⌋ sed hoc minus proprie fit. Pręterea, rōnes diuersæ assignantur, cur sex cruces hic fiant. Fiunt aūt tres cruces dum dicitur, ⌊sanctificas, uiuificas, benedicis,⌋ ad designandū, q; Christus hora tertia crucifixus est linguis sacerdotum, Pharisęorum quoq; ac populi. Et qa post trium horarum spatia crucifixio ista ad effectum perducta est, utputa hora sexta, propterea fiūt tres cruces dum dicitur, per ipsum, cū ipso & in ipso.

Psal.144. — Iohan.14. — Iohan.1 — Iohan.17 — Iohan.5. — Prouerb.15

Articulus XXXVII. De oratione dominica & prologo eius.

1.Iohan.5 Gregorius orationē dñicā post canonē dicēdi instituit. SCimus qa quicqd petierimus patrem in noīe filij, dabit nobis. Orationem dominicam instituit Gregorius statim post canonem dici alta uoce, propter efficaciam & reuerentiam sui autoris, scilicet Christi, qui eam proprio ore edocuit. Pręmisit q; Gregorius

Gregorius prologum quendam seu præfatiunculam, ei uidelicet, ⌊Præceptis salutaribus moniti.⌋ & est sensus: Nos ò domine deus ⌊moniti⌋ .i. admoniti seu exhortati, ⌊salutarib⁹ præceptis,⌋ id est, Christi mandatis salubribus: sæpe enim in euangelio legitur Christus discipulos ad orandum hortatus. ⌊& diuina institutione formati⌋ id est, Christi institutione edocti, ⌊audemus,⌋ non ex superbia, sed ex magna atq; filiali fiducia dicere: Matt.18. Luc.18.

PAter noster qui es in cœlis.⌋ Quamuis oratio ista communiter dirigenda sit ad totam trinitatem, qui est unus deus & pater noster ratione creationis & iustificatiõis seu naturæ & gratiæ: nam naturam & gratiam à deo trino sortimur: in Missa tamen specialiter ad patrem dirigitur, sicut orationes in Canone precedentes, & oratio proxime sequẽs. Est autem oratio ista summe perfecta, secundum Augustinum in libro De orando deum, ad Probam: quia non solum includit ea quæ à deo petenda sunt, sed etiam ponit ordinem quo à deo peti debent. Illa nanq; debemus petere, quæ licet desiderare, & quæ primo principaliusq; optanda sunt, primo petere decet. Porrò, quemadmodum primo ac maxime deum tenemur diligere, sic primo debemus orare ea, quæ ad dei reuerentiam pertinent. Prima ergo pars orationis dominicæ petit, ut honor deo ab omnibus impendatur, dum dicit: ⌊Sanctificetur nomen tuum⌋ .i. sanctum ab omnibus habeatur, & sanctitas tua omnibus innotescat, ita ut tibi omnes in sanctitate deseruiant. Secundo, debemus desiderare felicitatem æternam, & hanc petimus, dum dicimus: ⌊Adueniat regnum tuum,⌋ id est, compleatur in cœlo numerus electorum, & ædificẽtur muri cœlestis Hierusalem, quæ est mater nostra: atq; triumphans ecclesia, sic ut nos pertineamus & perducamur ad hoc regnum. Potest etiam intelligi de regno militantis ecclesiæ, quod petimus aduenire, id est, quotidie in suis fidelibus perfici, & numero meritoq; augeri: sed q͂a ad regnum cœleste nemo perducitur, nisi qui dei mandatis obedit, ideo tertio desiderare debemus, ut detur nobis & gratia diuinis præceptis obtemperandi, & hoc oramus dicẽtes: ⌊Fiat uolũtas tua, sicut in cœlo & in terra⌋ .i. sicut in cœlo tibi ad nutum obediunt angeli sancti, sic in terra in omnibus tibi obediatur à nobis. Sed quoniam anima indiget corpore in diuino obsequio, ideo quarto petimus pro sustentaculo corporis, id est, pro omni illo quo indigemus in hac uita mortali pro corpore sustentando, dicentes: ⌊Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie.⌋ Veruntamen sacerdos, præsertim in Missa, hanc particulam orationis dominicæ intelligere debet de pane cœlesti, quod est corpus domini. Vnde in euangelio secundum Matthæum dicitur: Panem nostrum supersubstantialem, id est, principalem secundũ Hieronymum, da nobis hodie: ut scilicet digne suscipiamus hunc panem ex altari tuo ò pater cœlestis, ut sic quasi de manu tua sumamus eum cum omni reuerentia: sed quoniam tria sunt quæ nos à prædictis bonis petitis impediunt, utputa propria culpa, tentatio diabolica, & pœnalitas uaria uitæ præsentis, quæ sæpe acediam animæ ingerunt: ideo pro his tribus malis tollẽdis, oramus in tribus particulis quæ sequuntur, uidelicet ⌊Et dimitte nobis debita &c.⌋ Oramus autem ut non inducamur ⌊in tentationem⌋ .i. in consensum tentationis, sed ut detur nobis potestas efficaciter resistendi omni tentationi. De expositione autem orationis dominicæ nunc transeo, cum in alijs libris plenissime inueniatur exposita: est tamen cum singulari & maxima deuotione dicenda in Missa, ubi Christus autor eius tam dignanter atq; mirabiliter ac uerissime presens est: & qui eam in Missa taliter dicit, ineffabilem fructum reportat. Deniq; ista oratio & etiam sequens, quæ ultimam particulam huius orationis exponit, ordinantur ad deuotam ac dignam sacramenti perceptionem. Sequens uero oratio, ⌊Libera nos quęsumus domine ab omnibus malis &c.⌋ in sensu difficultatem non habet: petit enim sacerdos ab omni malo seu uitio, tam preterito quàm præsenti & futuro per misericordiam dei liberari: Deinde petit pacem adipisci à domino, per intercessionem dignissimę uirginis & sanctorum quos nominat, ⌊ut ope⌋ .i. adiutorio ⌊diuinę pietatis adiuti, & à peccatis simus semper liberi⌋ non obediendo uolũtati diaboli, carnis aut mundi: ⌊& ab omni perturbatione securi⌋ tam interiori quàm exteriori: & ut non magis timeamus tribulationes ac perturbationes, quæ nobis insurgere possunt uel instãt, quàm recta ratio dictat & deo placet. Quãtò autem sacerdos sacrę communioni plus propinquus efficitur, tanto in oratione sua signis ac gestibus magis timorate & reuerenter atque interne habere se debet, ut sic uere dijudicet, id est, digne ab alijs cibis discernat & edat corpus domini.

Matt.6. Augustinus. Galat.4. Matt.6 Hieronym⁹.

Articulus XXXVIII. De ipsa communione usq; ad ultimam partem Missæ.

Ego sum

Johan. 6.

Agnus dei a Sergio Papa oppositum.

Matt. 26.

EGo sum panis uiuus qui de coelo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Post orationes prædictas dicitur [Agnus dei,] ex institutione Sergij Papæ, & dicitur ter, contra triplicia uitia, cordis uidelicet, oris, & operis: uel ad gloriam benedictæ trinitatis. Diuiditur autem hostia, quia & CHRISTVS panem benedixit ac fregit. Quòd uero in tres partes diuiditur, fit ad designandum triplicem statum corporis mystici seu populi fidelis, puta statum ecclesiæ triumphantis & militantis, ac purgatorium patientis. Pars quoque in calicem missa, secundum quosdam signat ecclesiam triumphantem, quæ torrente uoluptatis diuinæ inebriatur: secundum alios autem figurat eos, qui in purgatorio affliguntur, qui aquis tribulationum implentur. Deinde, sacerdos communionem sumit, quam cum magno affectu & reuerentia summa accipere debet, non festinando, sed beneficia Christi ardentissime recolēdo, uidelicet incarnationem, passionem, dilectionem eius, ad nos tantam dignationem ac liberalitatem, qua sic dignatur esse nobiscum, & sumi à nobis. Debet etiam Christum fiducialiter alloqui, eumq; intime exorare pro his, quæ uehementius cupit adipisci ab ipso, tā pro se quàm pro charioribus sibi, deprecando Christum, ut dignetur se omnino conuertere & stabilire, semperq; confortare in ipso: & tutum est non modicum nimis, sed aliqualiter multum de uino accipere post sanguinis sumptionem, ne forte species aliquæ sacramenti alicui parti oris adhæreant. Nec decet cito spuere post communionem, sed in omnibus mente & corpore custoditum atq; modestum consistere: nec minus esse solicitum ad Christum grate tenendum, quàm ante extiterat ad eum digne suscipiendum. Vnde multum arguendi uidentur, qui post communionem & Missę consummationem tam faciliter se foras effundunt, atq; in exterioribus occupantur, nisi necessitas postulet.

cōmunio sacerdotis.

Vinum post sumptionē in bona quātitate sumas. Nec decet cito spuere.

Articulus XXXIX. De ultima parte Missæ, scilicet gratiarum actione.

1. Thess. 5.

IN omnibus gratias agite deo per filium eius Iesum Christum. Quoniam celebratio Missæ est opus diuinum atq; perfectum, decet ut sicut à deo incipit, sic in ipso finē accipiat: & ideo ultima pars Missæ gratiarum actio nominatur, ad hanc enim ordinantur quæ post communionē dicuntur. Quum nanq; de omni dono ac munere fit deo gratiarum actio exhibenda, quanto magis de tanti sacramēti collatione, de quo tanto amplius deo regratiandum est, quanto ipsum beneficium maius ac dignius extat: nec sufficit regratiatio oris, sed affectus & operis, quatenus toto mentis appetitu diuina beneficia complectendo, bonitatem tanti benefactoris laudemus ac diligamus, atq; eidē in oīb' obedire curemus, quatenus q̄tidie tali cibo amplius spiritualiter impinguemur, perficiamur & deificemur, sicq; quotidie ad mensam Christi magis efficiamur idonei, cū ampliori p̄paratiōe & reuerentia accedendo, deuotius recedendo, atq; in omnibus digne deo conuersando, ad gloriam domini nostri Iesu Christi, qui est cum patre & spiritusancto uerus ac unus super omnia deus sublimis & benedictus, AMEN.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, DE SACRA COMMVNIONE FREQVENTANDA TRACTATVS.

QVI PRAEest, in solicitudine præsit. Verba sunt Apostoli ad Romanos. Cum enim dicat unicuiq; homini Micheas propheta: Indicabo tibi homo, quid dominus requirat à te, utiq; solicite ambulare coram deo. Apostolus quoq;: Cum metu, inquit, timore & tremore uestram salutē operemini, constat quòd unumquenq; præsidentem tantò oportet esse coram metuendissimo iudice solicitiorem ac timoratiorem, quo pluribus præsidet, ac sibi comissos ad maiorē tenetur uirtutum perfectionē deducere. Quo insuper maioris sunt dignitatis personæ sibi commissæ: atq; quo animarum conditor & amator, pro ipsarum salute plura fecit, grauioraq; pertulit, ac pretiosiorem expēdit thesaurum. Porrò, istę personę rationales sunt creaturæ, creatoris sui similitudine decoratæ, ac supergloriosissimæ trinitatis imagine insignitæ: pro quarum saluatione creator uniuersorum, unigenitus patris æterni uerus deus, factus est homo: ac amarissimam ignominiosissimamque sustinuit mortem, pretiosissimum sanguinem fundens pro illis in pretium. Ex qua consideratione, fidelissimus ille prælatus sanctus Bernardus deprompsit: Si tempore passionis dominicæ sub cruce stetissem, & stillantem de corpore domini sanguinem in uasculo collegissem, cum quanta diligentia uasculum illud custodirem & circumferrem. Et ecce iam mihi sunt creditæ & commissæ animę illę, pro quarum redemptione summus ac sapientissimus ille mercator, copiosissime effudit sanguinem ipsum. Denique, hęc & consimilia intuens ac perpendens ueneranda uestra paternitas, mi pręcharissime pater, petijt à paruitate mea responsionem cuiusdam quæstionis & materiæ, satis (ni fallor) intricatę ac fructuosę, resolutam dubiorum declaratiua, conscientias quietantem. Quod quamuis uos ipse auxiliante domino melius possetis peragere, ueruntamen quoniam pietati uestrę negare nil possibilium mihi queo, imò nec audeo, pro uiribus obtemperare conabor.

Rom. 13 | Michea. 6. | Philipp. 2.

Articulus I. Recitatio materiæ, cuius declaratio quæritur.

EPistola uestrę charissimę paternitatis mihi directa, inter cętera continebat: Quoniam multis monasterijs uirginum ac sororum deputatus sum uisitator, solicitor. In his nanq; monasterijs seu congregationibus antiquæ consuetudines uigent: quas nec audeo penitus approbare, neq; simpliciter reprobare: quod scilicet ipsę sorores ualde frequenter communicant, omni scilicet dominica in Aduentu & Quadragesimā: in cęteris autem temporibus semel in quindena, in omnibus etiam maioribus festis sanctorum: uidelicet sacratissimæ uirginis, sancti Iohannis Baptistæ, apostolorum, Michaelis, Martini, atq; patroni. Et quamuis infra hebdomadam occurrente solennitate, quā cōmunicare sunt solitę, sacram sumpserint eucharistiam, nihilominus in dominica qua cōsueuerunt communicare, communicant. Hanc consuetudinem ut tetegi, non reprobo: dummodo cum debita pręparatione, deuotione, reuerentia accedant. Sed sicut omnis fructus habet uermem se corrumpentem, sic actio laudabiliter instituta, charitate paulatim refrigescente. Vnde sicut illarum confessores conqueruntur uiri conscientiosi, in tantum sorores illę sunt affectatæ, imò & obstinatæ ad seruandum consuetudinem illam communicandi, quòd nulla informatione possunt induci ad minuendum frequentiam illam communicandi, cum tamen uita quarundam non uideatur ita probata, quòd cum debita reuerentia æstimentur accedere: nec fructum seu profectum ex communicatione tam assidua consequi, sicut oportet: cum pertinaces maneant & proterueę, atq; quod grauius est, in occultis confessionibus suis, confessoribus suis acquiescere respuunt, si forte dictauerint ex

conſcientia ſua eas ad communionem non eſſe admittendas: imò potius culpas ſuas non confiterentur, dum ſcirent ſe propter illas à communione ſuſpendendas: prout ſępiſſime eſt compertum. Et ut breuiter audiui, quædam ſatis annoſa, deglutiuit ſpongiæ partem, ut ſuffocaret ſeipſam: & hoc ex impatientia & dolore, quia negata ei fuit ſacra communio. His perplexitatibus anguſtiantur illarum confeſſores. Etenim cõſuetudo illa tam frequẽtis communionis uidetur olim inducta, quia tunc erant numero pauciores, & deuotione maiores. Hinc ab earum confeſſoribus multoties ſum rogatus, ut in hoc caſu prouiderem eis de ſalubri remedio. Nam in utroq; euentu apparet periculum. Si nanq; tẽporibus conſuetis, eucharistiæ ſacramentum ipſis ſubtrahitur, defraudantur per hoc deuotę ac ferueñtes ſorores ſolito ſpirituali, ſalubri, ſuaui edulio: & datur eis magna murmurãdi occaſio, & quaſi intolerabile ipſis erit. Porrò, ſi uniuerſæ admittantur, confeſſores earum in conſcientijs ſuis contenti non ſunt propter plures, quas timent, uel magis non dubitant indigne accedere. Si autem imperfectę & negligentiores à communione prohibentur & excludũtur, protinus conqueruntur & confundi ſe dicunt, cum ſint ex ſenioribus: nec æquanimiter ferunt: imò ut formidatur, uix unquam ſynceram & integram facient confeſſionem. Quid ergo in iſto ſit agendum negotio, peto mihi compendioſe tranſcribi.

Articulus II. Introductio quorundam documentorum per modum pręambulorum, pro declaratione & reſponſione in iſta materia.

SExus fœmineus, eſt ſexus ſubiectionis: ideo iure diuino & naturali ac poſitiuo, competit mulieribus regi per uiros, & informari ac obedire. Propter quod dixit Apoſtolus: Mulier in ſilentio diſcat cum omni humilitate. Docere autem mulieri non permitto, nec dominari in uirum, ſed in ſilentio eſſe. Hinc ordines ſacri, ut ſacerdotium, diaconatus, & ſubdiaconatus ipſis non conferuntur: nec licet ipſis publice prædicare: attamen in conuentibus & congregationibus, quibus præſunt, poſſunt & debent Abbatiſſæ & Prioriſſæ, ac matres ſororibus capitulariter uerbũ dei proponere & docere, corripere atq; corrigere: ueruntamẽ ſub directione patrum & prælatorum ac confeſſorum ſuorum, à quibus ſtatutis ac certis temporibns ſunt uiſitandæ, informandæ, atq; ſi opus fuerit, corripiendæ ac corrigendæ. Mulieres enim in naturalibus ſunt defectuoſæ, ac debiles in ratione, ſuisq; apprehenſionibus & affectionibus: imò & paſſionibus multum intentæ: idcirco frequenter contingit, quòd ea quæ ipſis negant aut prohibentur, intenſius cupiunt: ſuntq; ex ſua diſpoſitione procliues ad uerboſitates, leuitates ac riſus. Hinc quoq; quales ſunt, tales ſunt nimis. Etenim, quæ ex naturali ſua diſpoſitione, aut aſſuefactione iracundæ ſunt aut crudeles, ualde immoderanter ſunt tales, & male ſciunt ſe frangere. Et quamuis iſtud ſecundum communem curſum ſit ita, attamen ex ſpeciali dono dei, quędam ſunt fœminæ ex naturali ſua diſpoſitione ad honeſtatem, probitatem, prudentiam, & ad uerã deuotionem ac religioſam conuerſationem bene inclinatæ & aptæ: præſertim adiutorio gratiæ dei, & per uirtutes infuſas à ſpiritu ſancto. Leges autem & iura reſpiciunt ea, quę ut in pluribus ac communius ita ſe habent. Ex his patet, quòd quamuis omnes religioſæ perſonæ, ſpecialiter tamen fœminæ debent ſe dare ad omnem ſubiectionem & humilitatem, & informationem libenter ac gratanter recipere, & nequaquam eſſe pertinaces aut immãſiuæ in proprio ſenſu. Nam ut teſtatur Apoſtolus, uir non eſt ſeductus in præuaricationem, ſed mulier. Præterea, quamuis religioſę fœminæ debeant ſuis matribus prompte ac diligenter parere, in his quæ ad obſeruantiam pertinent regularem, nihilominus in ſacramentalibus, hoc eſt, in his quę ſpectant ad uſum & receptionem ac exercitium ſacramentorum, debent omnino cum omni humilitate, & dei timore ac reuerentia, prælatis ac confeſſoribus ſuis iugiter obedire: quia in illis non habent matres ſpirituales, ſed patres iuriſdictionem, & diſpenſationem ac regimen ſuper eas.

Geneſ. 3. — 1. Tim. 2. — 1. Timo. 2.

Articulus III. Quòd quilibet Chriſtianus tenetur coram deo ſic ſtare, & ita ſentire, ac tale propoſitum coram deo habere, quod potius uelit mori, quàm deum offendere per mortale peccatum.

QVemadmodum in euãgelio proteſtatur ueritas ſumma, primum maximumq; mandatum eſt, Dominum deum uerum toto corde diligere. Hoc eſt incomparabiliter plus quàm ſeipſum & uniuerſa creata. Quĩ deus altiſſimus & æternus eſt ſummũ

Matth. 22.

est summum infinitum & incomparabile bonum, imò bonitas pura: infinite perfecta, à
cuius amabilitate, perfectione, suauitate, & gloria, uniuersa & singula creata, etiam simul
accepta, deficiunt infinite. Hoc est incomparabiliter & incomprehensibiliter magis, quàm
arena exigua, à magnitudine summi ac maximi cœli. Vera igitur charitas, tam fortiter unit
& conformat uoluntatem rationalis creaturę cum suo dignissimo creatore, quòd facit ipsam
ratiõalem creaturam magis diligere ac desiderare, reputare, & appretiari, timere ac colere
creatorem, quàm aliquam creaturam: uehemẽtius quoque dolere de creatoris offensa, &
amissione charitatis ac gratiæ eius, ac suę gratiosæ inhabitationis atq; præsentiæ, quàm de
quocunq; damno terreno aut temporali incommodo: seu quauis aduersitate, infirmita-
te'ue corporali, uel confusione humana. Et qui ita non sentit in corde suo, nec coram deo
sic stat, sic intendit, sic proponit actu ac habitu, & tempore opportuno, non est in statu sa-
lutis, sed damnationis æternę. Vnde constat, quòd soror sic stans, quod mallet in confessio
ne sacramentali aliquod peccatum mortale celare scienter, & sine illius integra ac plena
confessione, sacramentum eucharistiæ sumere, quàm pro illo peccato à sacra communio-
ne cohiberi, arceri atq; repelli, ac pudorem pati humanum, constat inquam quod soror ta-
lis aut frater, iam actu sit in mortali peccato, & digna condemnatione perpetua, intus'que
in anima sua totaliter deformata, peruersa, iniusta, inordinata, atq; amore priuata diuino.
Idcirco indigna est habitu religionis ac nomine, nec CHRISTI est sponsa, sed diaboli ad-
ultera. Quod etiam (ut sanctus asserit Augustinus) uerum est, de omni naturali creatura, Augustinus.
existenti in culpa mortali. Ideo addit Albertus, quod uerus pœnitens & contritus, para-
tus est ad omnem satisfactionem ac pœnitentiam peragendam: nec reputat aliquam tem-
poralem confusionem, derisionem, increpationem seu disciplinam pro peccatis suis suffi-
cere, quæ per creatorem suum grauiter, multipliciterq; offendit, & mortem ac confusio-
nem meruit infernalem. Præterea, ut sanctus Thomas scribit, homicida & latro seu fur,
peccat mortaliter, iniquitatem suam iudici non fatendo; pro qua tamen est occidendus.
Quàm enormiter ergo peccat religiosa persona, quę in sacramentali confessione, suum abs
condit peccatum, timore humanę confusionis aut disciplinę: & insuper audet in tali statu
sui excæcati ac miseri cordis, ad mensam saluatoris sui accedere, eiusq; corpus & sangui-
nem sumere tam indigne: non erubescens coram altissimo, nec metuens terribilia uerba
Apostoli, comminantis ac affirmantis: Quicunq; manducauerit panem hunc, uel biberit 1.Cor.
calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Quicquid ergo contrari-
tur charitati diuinæ, aut sapientiæ salutari, debet religiosa persona, imo & omnis Christia
nus, cum omni diligentia semper uitare, & coram oculis sanctissimi dei, incomparabiliter
amplius uerecundari de turpitudine sui peccati, & de uitiis cordis sui, quàm coram homi-
nibus de sui iusta & charitatiua correptione, correctione, humiliatione ac breui confusio-
ne, & malle in hac uita debite castigari, coram paucis condomesticis suis, quàm diuino hor
rendo reseruari iudicio, & coram toto mundo confundi ac reprobari in die nouissimo.

Articulus IIII. De fundamento religiosæ conuersationis, imò & uitę ueraciter Christianę.

ISTa ad omnem spectant Christi fidelem, per arctam uiam salutis incedere, pœniten
tialẽ ducere uitam, proprium corpus cum uitiis & concupiscentiis crucifigere, totũ Mat.7.
tempus desuper concessum expendere fructuose, uincere semetipsum, hoc est, passio
nes & uitia extirpare, superioribus obedire, hoc est, pręcepta dei atq; Ecclesię adim-
plere, acquiescere præsidenti, totam uitam suam ordinare ad dei honorem, ad diuini amo-
ris profectum, proximis facere prout quis sibiipsi uult rationabiliter fieri, omnipotẽti deo
in se exhibere cor mundum: & ei cum bona conscientia fideliter deseruire: nullius crea-
turæ odio aut amore, concupiscentia seu timore, à uia iustitiæ ac ueritatis recedere, ad-
uersa æquanimiter tolerare, et in cunctis humiliare seipsum, & CHRISTI imitari uestigia.
In his & consimilibus actibus uirtuosis perseuerare usq; in finem, in sancto timore dei, &
diligenti cordis custodia. Tentationibus quoq; strenue & indesinenter resistere, quia non
coronatur nisi qui legitime certauerit contra hostes suæ salutis. Ecce hæc ad quemlibet 1.Tim.
pertinent Christi fidelem: quod ex Euangelio clarissime patet. Vnde de omnibus his bea-
tissimus Paulus apostolus, in suis epistolis copiose ac feruide uniuersos exhortatur fide- Ephe.4
les, dicendo: Obsecro uos in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis,

cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Renouamini spiritu mētis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor, tollatur à uobis. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in CHRISTO donauit nobis. Estote imitatores dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo, in odorem suauitatis. Benedicite persequentibus uos: benedicite, & nolite maledicere. Hinc saluator & legifer noster filius dei, in euangelio loquitur: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me. Gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos: & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Sed forte quis dicet: Graue & difficile est ista implere. Ad quod ex uerbis domini nostri poterit responderi: Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et rursus: Intrate per angustam portam, quia lata & spatiosa est uia quæ ducit ad mortem, & perditionem, & multi inueniunt eam. Quàm angusta porta & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci inueniunt eam. Insuper, quamuis ista implere sit aliquo modo laboriosum, attamen respectu æterni & incomprehensibilis premij, ac gloriosissimæ felicitatis, quæ pro breui & temporali isto labore atque obsequio datur electis ac uirtuosis hominibus, permodicum est, facile, & iucundum. Similiter, leue est omnia ista implere, in quantum per ea infernalem, intolerabilem, perpetuamque damnationem euadimus. Propterea dixit Apostolus: Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Itemque: Istud quod in præsenti est, momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Amplius, quamuis ista implere sit homini secundum se considerato laboriosum, nihilominus facile & suaue fit ei per adiutorium gratiæ dei: & per consolationes ac dona spiritus sancti, quæ fidelibus dei ministris prestantur. Hinc dominus noster inuitat nos & hortatur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Certum est quoque, quòd charitas dei, si uere crescat proficiatque in nobis, cuncta prætacta facit esse facilia & iucunda. Denique, si diligenter pensemus, quæ, qualia, & quanta sancti & electi dei fecerunt ac pertulerunt, pro gloria illa æterna & inenarrabili obtinenda, paruum & quasi nihil reputabimus, omne obsequium & laborem, quæ deo nostro offerimus: præsertim, si illuminata mente consideremus, quàm incomprehensibilis & immensa sit dignitas, sanctitas, excellentia, & honorabilitas creatoris, saluatoris que nostri. Præterea, omnia illa prætacta, faciliter deo auxiliante ac strenue poterimus adimplere, si fortiter studuerimus corda nostra mundare ab amore proprio & priuato, qui omnium uitiorum & criminum est origo, ut scilicet diligamus nos non in nobisipsis, sed in deo: hoc est, uniuersa illa desiderare, diligere, ac libenter recipere, exercere ac sustinere, quę nobis necessaria aut proficua sunt ad cōplacendum dn̄o deo omnipotenti & ad proficiendum in eius gratia & amore, in uera perfectione, sanctitate ac gloria sempiterna. Et quæ sunt hæc? nisi seipsum in cunctis humiliare, correptiones & correctiones gaudēter suscipere, opera pœnitentiæ exercere, corpus proprium castigare, uoluntarie subesse ac obedire, imò subiectione & abiectione lætari, in sui ipsius contemptu & aduersitate quasi in omnibus diuitijs gloriari. Istud totum est seipsum in se bene odire, se que in deo salubriter, spiritualiter ac sapienter diligere. Vnde saluator disseruit: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Postremo, hæc omnia ad spirituales ac religiosas personas, tanto specialius ac eminentius spectant, quanto prę secularibus hominibus in perfectiori sunt statu, & ad maiora tenentur. Hæc omnia dn̄s & saluator in tota sua conuersatione in seculo isto, à suæ natiuitatis exordio, usque ad mortem in crucis ligno, factis monstrauit, & uerbis edocuit. Rectissime igitur dicitur, quod istud sit fundamentum religiosę, imò & Christianæ conuersationis, priuatum amorem ex corde suo totaliter extirpare, atque in uera chari

Ephe. 4.
Ephe. 5
Rom. 12
Matt. 5.
Luc. 6.
Mat. 11
Mat. 7.
Rom 8
2. Cor. 4.
Mat. 11
Iohan. 12.

ra charitate proficere. Porrò, ex priuato sui amore oritur, diuitias, delicias & honores appetere. Exordium ergo religiosæ uitę est ista contemnere, simplici uictu & uestitu esse cõtentum, humiliare seipsum. Hinc, ut sanctus uir Climachus protestatur, auarus, est euangelij subsannator: superbus, est diaboli imitator: ambitiosus, primum illum sceleratissimum apostatam diabolum sequitur, & inenarrabilibus impletur peccatis. Nam ut beatus scribit Gregorius: Numerari culpæ nequeunt, quæ ex uitiosa illa diabolica ambitione nascunt. Voluptatum demum amator, Epicuri, non Christi est discipulus. Hinc religiosi per solẽne uotum paupertatis, renuntiant opulentiæ ac proprietati: per uotum castitatis uoluptati: per obedientię uotum, proprię uoluntati & arrogantię, uanitati, ambitioni ac proprij sensus immansioni. Propterea, sicut ex uoto obedientiæ obligantur propriam uoluntatem uoluntati superioris subijcere, ita & proprię rationis iudicium subdere dictamini ac iudicio pręsidentis: imò ut Alexander de Halis, qui uocatur doctor irrefragabilis, & dominus Bonauentura doctor deuotus, docent, religiosæ personæ magis tenentur obedire sui superioris præcepto, quàm dictamini conscientiæ propriæ. Qui autem agit contra uotum, non solum peccat mortaliter, sed etiam enormiter ualde, & grauius quàm qui operatur cõtra proprium iuramentum, ut sanctus Thomas declarat. Itaq; innotescit, quòd quamuis religiosa persona debeat cum omni uirtute esse ornata, specialiter tamen tres istę uirtutes paupertas, castitas, obedientia, spectant ad eam, ita q ex uoto solenni ad eas astringitur. *Magis obediendũ superioris præcepto q̃ cõscientiæ propriæ dictamini.*

Articulus V. Quod omnes religiosę ac spirituales personę ad obedientiam potissime obligantur.

TOta diuina scriptura, & utriusq; pagina testamenti, omniumq́ sanctorum patrũ regulę & doctrinę, sanctam obedientiam excellentissime laudant, maxime in religiosis personis, quam & ipsemet dominus noster Iesus Christus rex regum, & princeps uniuersorum, apertissime ac specialissime nobis commendauit, iussit ac docuit, & suis demonstrauit exemplis. Quia ut ait Apostolus: Cum in forma dei esset, id est, in uera deitatis natura, & uerus deus, deo patri æqualis, exinaniuit semetipsum, fact⁹ obediens patri usq; ad mortem. Vnde & dixit: Descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatẽ meã, sed uoluntatem eius qui misit me. Et iterum: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Quid enim tam peruersum, tam impium & ingratum, quàm creaturam rationalem suo creatori aut eius uicario esse rebellem, inobedientem seu resistentem? Nonne propter hoc peccatum primi parentes de paradiso irrecuperabiliter sunt eiecti, & cum omni sua posteritate originali iustitia destituti, ac regno priuati cœlesti? Sed & supremi illi angelici spiritus, ob suę elationis inobedientiam, de cœlo pręcipitati sunt & proiecti. Sicut & primus ille rex Israel Saul, cum sub specie pietatis ac cultus diuini transgressus esset dei præceptum, deus dixit ad Samuelem prophetam: Pœnitet me quod constituerim Saul regem, quia contempsit me. Cumq; Saul uellet se coram samuele excusare, pepercimus, inquiens melioribus gregibus ut immolẽtur domino deo tuo: sanctus Samuel mox respondit: Nunquid uult dominus holocausta & sacrificia, & non potius ut obediatur uoci ipsius? Et addidit Samuel rationem: Melior est enim obedientia quàm uictimæ, & auscultare magis, quàm offerre adipem pinguium. Quoniam quasi peccatum ariolãdi, id est quasi crimẽ ariolationis, quę est actus superstitionis seu facinus magicæ artis, est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Quæ sola autoritas, ut in statutis ordinis Carthusiensis asseritur, sufficientem habet obedientiæ commendationem atq; inobedientiæ uituperationem: quæ obedientia si desit, cetera cuncta quę agimus non solum mercede priuantur beatifica & æterna, imò & damnationem incurrunt. Aduerte hęc & formida ò religiosa persona: si enim inobedientia tam enorme peccatum est in seculari persona quæ obedientiam non promisit, quantomagis in te, quæ te uoto solenni ad obedientiam astrinxisti. Amplius, sicut sacrilegium est rem deo consecratam & oblatam rapere ac furari, multoq; grauius quàm argentum & aurum aut aliam substantiam simplicem: sic propriam uoluntatem per uotum solenne deo oblatam in manu uicarij eius, ad se retrahere, & deo atq; uicario eius subtrahere, & pro proprio libitu ea uti, furtum extat sacrilegum. Amplius, sicut per obedientiam homo potissime placet deo, ita per inobediẽtiam maxime displicet iudici summo. Nonne in libro Iosue recitatur, quòd ipse uir sanctus Iosue, quia in omnibus obedientissimus deo fuit, hoc à deo obtinuit, quòd ad petitionem, imò potius ad iussionem ipsius, sol & luna steterunt in medio cœli immobiles spatio diei unius? Ecce quo

Philipp. 2. Iohã 6. Iohan. 4. Gene. 3. Isaiæ. 14. 1. Reg. 15 Iosue

modo deus omnipotens illos exaltat, qui seipsos propter deum per obedientiam ueram sponte ac promptę humiliant. Præterea in Vitaspatrum narratur, quòd simul ambulantibus duobus fratribus, quorum unus extitit magnæ abstinentię, alter magnę obedientiæ, cum inuenissent in uia quendam defunctum, ac pro illius suscitatione dominum inuocassent, & mortuus ille protinus surrexisset, frater ille magnæ abstinentię gloriabatur in corde suo, dicens: Merito abstinentię meę surrexit mortuus iste. Deus autem reuelauit, quod non propter ipsius abstinentiam, sed propter alterius obedientiam factum fuit illud miraculum. Sic & sanctus Maurus adhuc adolescētulus obediendo beatissimo Abbati suo Benedicto, sine submersione super aquas cucurrit. Discipulus quoq; Pauli Abbatis magnum ligauit & adduxit draconem, obediendo suo Abbati. Et alter uir bonus obediendo Abbati, proprium filium proiecit in ardentem fornacem, nec puer ille lædebatur in igne. Quæ omnia & consimilia multa fecit deus gloriosus & benedictus ad ædificationem & consolationem fideliter obedientium, & ad confusionem grauioremq; damnationem inobedientium, pertinacium atq; rebellium hominum. Deniq; ad sanctam obedientiam sancti & electissimi patres, Hieronymus, Basilius, Augustinus, & alij, personas religionum suarum feruentissime ac seriosissime admonuerunt, quorum uerba in alijs opusculis & sermonibus multoties allegaui: quorum omnium documenta, hortamenta & iussiones fundantur in hoc quod CHRSTVS in euangelio dixit: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Et in hoc quoq; uicarijs suis est locutus: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Ob hoc scripsit Apostolus: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à deo: quę autem sunt, à deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit: qui autem resistit, damnationem sibi acquirunt. Et iterum: Obedite, inquit, præpositis uestris & subiacete illis, ipsi enim peruigilāt tanq̃ rationem pro animabus uestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant & non gementes.

Luc. 9. Luc. 10. Rom. 13 Heb. 13.

Articulus VI. Quod ex iam dictis pâtet pro parte responsio ad quæsita.

QVemadmodum peccat mortaliter qui in peccato mortali existens scienter celebrare præsumit, ita mortaliter peccat qui in culpa existens mortali, communicat. Cumq; iam dictum sit, quod religiosa persona sub periculo peccati mortalis, & sub demerito æternæ damnationis obligetur suo obedire superiori, cōstat quod eoipso quo contra informationem, dictamen, & uoluntatem sui superioris ad sacram communionem accederet, aut certe accedere ex deliberatione & proposito pleno proponeret, peccaret mortaliter, & ita prorsus esset indigna participatiōe dignissimi ac fuberrimi sacramenti, imò & illud suscipiendo incideret peccatum mortale, ac ualde mortale, de quo dixit Apostolus: Quicunque manducauerit panem hunc uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Et denuo: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Conformiter peccatum illud, quo proponeret accedere, aut accederet contra obedientiam debitam præsidenti, non esset mortale simplex, sed ualde enorme, uidelicet contrarium uoto obedientiæ & uiolatio tanti uoti. Insuper, persona talis religiosa non solum astricta est obedire suo superiori, ut prælato & patri spirituali, sed etiam tanquam iudici ac medico spirituali in foro conscientioso, & causa ac esca sacramentali, idcirco si contra illius informationem, iudicium & uoluntatem ad communionem accedere simpliciter decreuerit aut accedit, etiam ex hac parte mortaliter peccare monstratur, uelut si corporaliter æger contra medici sui doctrinam sumat cibum aut potum, ex cuius sumptione mors sibi ueraciter immineret, talis seipsum occideret, ut sanctus loquitur Augustinus. Talis ergo persona debet suo superiori ac confessori humiliter obtemperare, & ipsius discretioni se omnino in hac causa committere, atque se totam ad emendationem exponere, suspensionem quoque & dilationem sacræ communionis suscipere patienter, & de suis peccatis compungi, integraliter confiteri, & efficaciter satisfacere toto posse, prauam & stultam, humanam & puerilem uerecundiam prorsus suppeditando &

1. Cor. 11.

do,& istud erit ei in præsenti & in futuro coram deo & omnibus sanctis eius uere honestum, saluberrimum, & meritorium ualde modo. Et nisi personæ huiusmodi confessori suo acquieuerint secundum modum iam tactum, non essent ad sumptionem sacramenti altissimi admittendæ. Itaq; de his personæ religiosę sunt à superioribus suis frequenter & sapienter, tempestiue & opportune, feruenter & copiose, tam in cōfessione quàm extra confessionem instruendæ, admonendę, auizandę, terrendæ. Postremo, hortādę sunt oēs, ne eas despiciant, aut temerarie iudicent, neq; de eis scandalizentur, quas uiderint à cōmunione suspensas siue dilatas, sed in earum obedientia potius ædificentur, & orent charitatiue pro ipsis, imò hoc ad oēm Christianum discretum ac probum, charitatiuū & pium, penitus pertinet, ut omnem proximū suum pro quacunq; causa seu culpa in disciplina cōstitutum, correptum, humiliatū, afflictum, despectum, desolatum, pia & condolente aspiciat mente, consilio auxilioq; refoueat, prout poterit opportune. Beati nanq; misericordes, quoniā ipsi misericordiam consequentur. Hinc ad Romanos ait Apostolus: Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorū portare, & nō nobis placere. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonū ad ædificationem. Itaq; quæ pacis sunt semp sectemur, & quæ ædificationis sunt, in inuicē custodiamus. Ad Galatas quoq;: Si spū uiuimus, spū & ambulemus. Non efficiamur inanis glorię cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidētes. Et si pręoccupatus fuerit homo in aliq̄ delicto, uos q spūales estis, huiusmodi instruite in spū lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Et alibi: Nihil agatis per contentionem, neq; per inanem gloriam, sed per humilitatem superiores sibi inuicem arbitrantes, & per charitatem seruite inuicem. Omnia facite sine murmurationibus, ut sitis sine querela simplices filij dei. Induite ergo uos sicut electi dei, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Pax CHRISTI exultet semper in cordibus uestris. Omne quodcunq; facitis in uerbo & opere, omnia in nomine domini nostri IESV CHRISTI agite, gratias agentes deo patri per ipsum.

Articulus VII. Prosecutio responsionis istius.

Claustrum comparatur hospitali, in quo sunt plures ægroti, diuersis ægritudinibus laborantes, qui iuxta diuersitatem infirmitatum suarum, indigent medicinis diuersis: sic in claustro sunt multæ personæ, multis ac uarijs spiritualibus infirmitatibus (hoc est, multiplicibus passionibus, culpis, ignorantijs, defectuositatibus) sauciæ, ad quarum curam atque internam sanitatem indigent spiritalibus medicinis, inter quas medicinas præcipue sunt septē sacramēta ecclesiæ, quorū primū est baptismus, q est regnātio spiritalis & medicina, specialiter cōtra originale peccatum. Quemadmodū aūt medico exteriori cōpetit diligēter pensare, quę & quales medicinę sint adhibēdę corporaliter languidis, sic medico spiritali, hoc est plato & cōfessori, incūbit uigilātissime cōsiderare quas spiritales medelas adhibeat Chri ouib⁹ sibi cōmissis & creditis, ipsisq; ouibus, si curari uelint & saluari debeāt, necesse ē ut spiritalib⁹ medicis suis pastorib⁹ & cōfessoribus acquiescant & pareant. Vnde si interdum Eucharistiæ sacramentum iudicet aliquibus denegandum & subtrahendū ad tempus, propter indignitatem aut indispositione ipsarū, uel ut interim plenius pparent ad illud, ac fructuosius atq; salubri⁹ suo tēpore hoc ipsum suscipiant, hoc nec ipsi nec alij debent male accipere, nec temere iudicare, neque interpretari in peius, sed in ouina simplicitate sub directione præsidentis deseruire altissimo cum reuerentia & timore. Præterea, sicut communis tenet doctrina, uirtutes sunt quædam medietates inter uitia extrema, quemadmodum spes tenet medium inter nimiam præsumptionem de misericordia dei, & inter desperationem ex nimio & immoderato timore de diuinæ rigore iustitiæ, conformiter, christi ministri ac religiosæ personæ, circa desiderium & susceptionem sacrę communionis habere se debent medio modo, ita ut ex consideratione propriarum culparum & defectuositatum, formident accipere: ex inspectione uero misericordiæ dei & charitatis Christi, beneficiorumq; eius, ad sanctam alliciantur communionem. Rursus, cum mortaliter peccet, qui non existens in charitate & gratia dei, communicat, & Salomon protestetur, Sunt iusti & sapiētes, & opera eorum in manu dei sunt: & tamen nescit homo an amore an odio dignus sit, constat quòd homo uere illuminatus, non sine grandi pauore cupit tam summum accipere sacramentū, quia in-

certus est an extet in charitate. Præterea, nemo debet ad sacramentum istud procedere si ne diligenti examinatione conscientiæ suæ: idcirco religiosa persona de hoc cõscientiam suam specialiter discutere debet, an sit uere obediens, & ex toto corde ad obediẽdum parata, ac sui superioris & Confessoris ac iudicis iudicium proprio iudicio præferens. Quòd si se non inuenerit talem, eo ipso indigna est, & indignã se reputare debet hoc cœlesti edulio, supersubstantialiq; pane: nec sine Confessoris sui consilio ad summi regis mensam accedere. Hæc uenerabilis & deuotissime pater, pro præsenti occurrunt circa propositam quæstionem. Veruntamen de hac ipsa materia iam scriberẽ plura, præsertim de sacramenti huius institutione, dignitate, & efficacia, atque de præparatione ad ipsum, & de eius effectibus, atque de frequentia celebrandi & communicãdi, nisi ante aliquot annos de his ad quorũdam instantiam opusculum inde fecissem, quod simul cum isto Tractatulo mitto, recommendans me orationibus uestræ paternitatis, & omnium quibus præestis. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. AMEN.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI, DE SACRAMENTO EVCHARIstiæ, & triplici gradu honorantium illud, Sermo I.

CARO mea uere est cibus. Iohannis VI. Dominus ac salua
Deut.33. tor, in cuius dextera ignea lex est, igneã legem dedit hominibus: propterea euangelica lex, lex appellatur amoris. Nonne omnia quæ in euangelica lege traduntur, syncerissimum & feruentissimum flagrant amorem? Exordium quippe euangelicæ legis, est annuntiatio illa dominica, qua sanctus archangelus Gabriel, sacratissimæ ac præelectissimæ uirgini incarnationẽ uerbi æterni ex ea mox
Luc.1. futuram denuntiauit: Ecce, inquiens, concipies & paries filium. Hæc fuit denuntiatio excellentissimæ charitatis, ex qua prodijt ac manauit, quòd pater æternus unicum filium suum misit & dedit hominibus, uniens ei naturã humanam, formans & aptans ei ex purissimis sanguinibus felicissimæ uirginis, humanæ car-
Johan.3. nis substantiam. Ideo ait scriptura: Sic deus dilexit mundum, ut unigenitum filium suum
Philip.2. daret. Deniq;, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos deus pater, filium suũ misit in similitudinem carnis peccati. Deinde dei filius incarnatus ex eadem ineffabili charitate & incomprehensibili dignatione, in terris uideri & inter homines conuersari dignatus est, qui pertransiuit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, uiam salutis
Sapi.16. exemplis ac documentis plenissime demonstrando. Post hæc, nouissimam cum suis disci-
Matt.26. pulis agens cœnam, omnem dilectionis excedens mensuram, supmirabile instituit sacramentum, in quo seipsum proposuit ac donauit in cibum, & sanguinem suum in potum, exhibẽs se datorem & donum: & paulopost seipsum obtulit patri oblationem & hostiam in odorem suauitatis, ad detergendam omnem labem iniquitatis, omnem fœtorem turpitudinemq; totius transgressionis. Atq; ut omnium horum iugis ac feruens, grata & præcordialis in nobis sit, perseueret, inardescat memoria, apostolos suos in eadẽ cœna instituit sacerdotes, committens eis celebrationem tanti mysterij, cõsecrationem corporis & sangui-
Luce.22. nis sui, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Itaq; sponsa uerbi ecclesia, cupiẽs pro uiribus utcunq; rependere uicem tanto benefactori, merito non solũ quotidie in suo secreto & in Missæ officio, sed & specialissime semel in anno in hoc festo præcipuo tãti sacramenti agit solẽnia, charitatem, liberalitatem, beneficentiam sui recolit saluatoris, gratias agit, laudes concinit, ipsumq; sacramentum dignissimum reuerenter circunfert processionaliter, cum supplici adoratione deducit, & usq; in locum suum prosequtur, quod in de
Nume.4. portatione tabernaculi Moysi & arcæ testamenti olim extitit figuratum. Præterea, sicut in deportatione illa tres extiterunt ordines ministrorum, quod eis commissum fuerat exequentium, quorum officia sic erant distincta, quòd quidam grossiora, quidam spiritualiora exequebantur, ita in processione deductionis sacramenti istius (quod uerum summæ

deita-

deitatis tabernaculum rite censetur & arca noui testamenti, super suauissimum continens
manna cœleste, uerissime appellatur) quidam Christifidelium corporaliora, nonnulli cœ-
liformiora, cæteri medio modo se habentia obsequia, præconia, holocaustomata offerunt
redemptori. Tres nanque sunt gradus laudantium ipsum: Primus eorum, qui in exterio-
ribus actibus Christum honorant, campanas pulsando, ardentes cereos deferendo, hy-
mnos, psalmos & cantica concrepando, itinera quoque & plateas mundando, ramisq; ar-
borum & consimilibus ornando hæc ipsa, quatenus per hęc omnia deum iuxta suum mo
dulum uenerentur, & per exteriora ad interiorem honorificentiam prouocentur. Sic be-
atus Franciscus in conuersionis suæ exordio consueuit sumpta scopa per ecclesias mate-
riales discurrere, & ipsas scopare: ad insinuandum, quòd domum dei corda fidelium de- Psal. 92.
cet sanctitudo, & quòd uiæ eius uiæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. Secundus Prouer. 3.
gradus isto sublimior, est eorum qui totis uiribus deum intra se laudant, cum Psalmista di
centes: Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: id est, toto intellectu & uni Psal. 137.
uerso affectu: quorum mens tota diligentia & conatu intenta est sensui uerborum sancto
rum, & considerationi maiestatis eius quem laudat, colit & inuocat: & quorum affectus in
huiusmodi meditationibus exardescit igne amoris, qui cũ Apostolo dicere queunt: Psal 1.Cor. 14.
lam spiritu, psallam & mente: qui gratiose experiuntur quod fatetur uir sanctus: Exulta Psal. 70.
bunt labia mea cum cantauero tibi. Itemq;, Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lin Psal. 65.
gua mea. Hi plane psallendo uirtutes experiũtur psalmorum, & gustant quàm dulcis est
dominus. Denique, tales in psallendo & orando fatigari uix poterunt. Reficiuntur nan-
que assidue dulci sapore dulcedinis increatæ, bonitatis immensæ, deitatis superpulcher-
rimæ: fugit ab eis acediæ spiritus, somnolentiæ torpor, negligẽtia uilis ac impia: quorum
animæ sicut adipe & pinguedine adimplentur interno dulcore, sancta deuotione, diuini Psal. 99.
amoris ardore. Tertius gradus cultorum dei ministrorũq; CHRISTI, est eorum qui cõ-
templationis gratiam sunt sortiti, qui ascenderunt ad cor altum, atque in speculationis ar Psal. 63.
ce sunt constituti: quorum sinus cordis in regionem lucis incircunscriptæ extensus, defi-
xus, absorptus, feliciter cernit quàm angusta & modica sit omnis creatura, respectu & com
paratione superexaltati interminabilis dei: qui quanto incomprehensibilem excellenti-
am creatoris lympidius contemplantur, tãto propriam paruitatem, defectuositatem, imò
uanitatem & nihileitatem profundius intuentur, cordialius aspernant, seq; ex intimo cor
dis affectu uehementius indesinenter humiliant, cum propheta dicentes: Substantia mea Psal. 38.
tanquam nihilum apud te est: nunquid confitebitur tibi puluis? Hinc se ad depromenda Psal. 29.
supergloriosi dei præconia impares prorsus & omnino indignos recognoscũt, exclamãt,
testantur, dicentes: Quis poterit stare ante conspectum domini dei sancti huius? Etenim 1 Reg. 6.
columnæ cœli pauent ad conspectum ipsius, sub quo demum curuantur qui portant or- Iob 26.
bem. Isti ad dei præconia se insufficientes aduertunt, indignosq; iudicant: tum considera
tione propriorum defectuum, certi quòd non sit speciosa laus in ore peccatoris, & quoni Eccli. 15.
am peccatori dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? tũ consideratione propriæ par- Psal. 49.
uitatis & defectuositatis in naturalibus. Homo enim in uniuersitate intellectualium crea-
turarũ est infimę speciei & debilissimæ intellectualitatis, intantũ, q̃ sicut materia prima se
habet in ordine rerũ, ita intellectus humanus in ordine intellectualiũ naturarũ. Hinc fragi
les uehementer, imò fragilimi sumus, ad mala pronissimi, facilime labimur, instabiles repe
rimur. Ad hæc accedit uilitas corporis, corruptio fomitis, instabilitates mentis, & necessi
tates carnis. Tum consideratione infinitæ excellentiæ dei, cuius tanta est dignitas, hono-
rabilitas, sanctitas & maiestas, q̃ q̃uis unus homo impenderit ei tantã uenerationẽ, quan-
tam tota uniuersitas creaturarũ, adhuc ipse ueneratione in infinitum maiore cõsisteret di-
gnus. Tanto ergo dñm deũ nostrũ perfectius ueneramur, deuotius colimus, sublimiusq;
laudamus, quãto clarius speculamur atq; humilius ꝓfitemur, nos ab ei' cõdignis ꝓconijs,
cõdecentibus cultibus, debitisq; obsequijs in infinitũ deficere, oĩno occũbere, imò & hoc
ipsum q̃d exhibemus, & breuiter qcquid sumus, possumus, & habemus, ab ipso nos susce
pisse testamur, & totũ nos ei debere depromim': sicq; cognoscim' & sentimus q̃ uere dixit
Saluator: Cũ feceritis oĩa quę ꝓcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus, q̃d debuim' Luc. 17.
facere, fecimus. Hanc sapientiã salutarem, hanc practicã eius salubrẽ, hoc exercitiũ cõtem-
platiuũ, amorosum, flãmigerũ, diuinus & magnus Dionysius lib. de Mystica theologia do
cuit & descripsit. Præterea, cũ unusquisq; in illud potissime transformet, cui feruentiore
amore ac pleniori affectu unitur, cuiusq; actionibus totalius conformatur, amator synce-

rus

rua,feruidus cultor, dum per priuati extirpationem amoris à seipso prorsus alienatur, ac circa creatorem per contemplatiuæ exercitia uitę feruenter ac iugiter occupatur, rectè asseritur à seipso deficere iamq; non ipsemet uiuere, sed deus in eo: & ita in nihilum redigi perhibetur, non amittendo esse naturæ propriam ue substantiam, sed quia non stat reflexus ad se, nec quærens seipsum, nec quicquam finaliter in se, ad se, aut propter se, sed totus in deo, ad deum, & propter deum: nec uiuens secundum propriæ inclinationem naturæ, sed iuxta tenorem legis diuinæ, exigentiamq; charitatis supernæ: & ita intentus est contemplationi & amori ipsius, quòd nō appetit neq; aduertit seipsum, & interdum nihil creatum: ideo perhibetur per Seraphicæ dilectionis ardorem liquefieri & resolui, atq; in cōtemplationis suæ obiectum, hoc est, in totius luminis fontem, illuminationisq; principem deum summum omnipotentem, tanquam in infinitæ profunditatis Oceanum, interminabiliumq; deliciarum ac æternalium diuitiarum abyssum mergi, profundari, submergi, & absorberi, & itidem unum fieri cum eodem, unum esse & uiuere, loquendo de unitate intimæ ac simplificantissimæ charitatis, non de unitate substantialis identitatis. Isti sunt modi loquendi mysticę theologiæ, qui sunt sane ac sapienter intelligendi; qui & in scriptura fundantur canonica, & euangelicę legis autoritatibus fulciūtur, cum & ueritas dicat: Rogo pater, ut credituri in me omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te, ut sint consummati in unū. Et denuò: Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos unum sumus. Iuxta hūc modum loquendi ait Apostolus: Viuo iam nō ego, uiuit uero in me Christus. Et iterum: Qui adhæret deo, unus spiritus est. Veruntamē non uidetur multum expediens, quòd simplices multum se occupent in hoc modo loquēdi, quibus & ipse loquēdi modus posset de facili occasio fieri alicuius occultę elationis aut uanitatis. Deniq; eruditos in his & mysticam theologiam utcunq; expertos, decet caute & appropriate loqui de his, & obscuros sermones elucidare, ne scandalizent legentes seu audientes. Nam & in Sermone cuiusdam legi hęc uerba: Impossibile esset hominem rectè hoc modo in seipso liquefactum, submersum, seu annihilatum, à deo finaliter derelinqui. Propositio ista uidetur incaute prolata: nēpe, huiusmodi homo ad se relapsus, eleuatione illa actuali cessante, adhuc non esset confirmatus in gratia, imò posset peccare mortaliter, sicut & sæpius contigit, Augustino dicēte: Vidi cedros Libani corruisse, de quorum casu non magis suspicabar, quàm Hieronymi atq; Ambrosii. Certe Dauid rex, qui à pueritia sua cum adhuc pasceret greges, in pascuis gratia theoricæ contemplationis ac motibus anagogicæ inflammationis fuit præuentus, post tot propheticas illuminationes, post tot supernas contemplationes altissimas, post tot diuinarum dulcedinum degustationes, post tot mysticæ theologiæ uisiones, amorosos excessus ac transformationes, ardores, in grauissima delapsus est scelera, cum iam senex & pene sexagenarius esset: nec impossibile esset, taliter lapsum & tam ingratum ac uilem effectum, relinqui à deo finaliter. His breuiter tactis, redeamus ad diligentem & affectiuam considerationem indicibilis charitatis, piissimæ dignationis, munificentissimæ communicationis & summę liberalitatis domini dei nostri, propter nos incarnati, qui totum quod ex nostro & à nobis assumpsit, nobis impendit, & ad nostrum cōuertit profectum. Certe cum charitas, ut diuinus Dionysius protestatur, uirtus sit unitiua, constat filium dei tanto uiscerosius nos amasse, tanto æstuantius nos dilexisse, quo se nobis uicinius iunxit, quo magis dignāter se nobis applicauit, quo seipsum & sua copiosius nobis communicauit ac dedit. Quid aūt tam propinquat, tam intime iungitur alteri, ut cibus edenti, ut potus bibenti, ut medicina sumenti? Et ecce, quem coelum empyreum capere nequit, quem cœli cœlorū circūscribere in deitatis natura nullatenus ualent, in assumpta natura sub sacramentali permodica forma, nostra ingreditur ora, ut & sic gratiosius nostra introeat corda, sicq; animarum nostrarum medeatur languoribus, intellectum nostrum sapientiæ suæ perlustret impleatq; splendoribus, uoluntatē diuini amoris succendat ardoribus, memoriam confirmet atq; stabiliat in se, imò nos totos conuertat, trāsformet, rapiat in se, possideat semper, & ad sursum beatificam fruitionem perducat. Heu cor durum, cor uile, ingratum, quod tanta charitas non accendit, tot & tanta beneficia non emolliunt & compungunt, tanta dignatio, imò & humiliatio Christi altissimi non uehementer humiliat, tanta liberalitas ad munificentiam non inducit. Quid retribuemus domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Gratias præcordiales ei incessanter agamus, imò hoc indefesse & anxie deprecemur, ut sibi nos gratos efficiat, ita ut in omni euentu, in prosperis & aduersis, & potissime in aduersis, in persecutionibus & flagellis, in

Margin notes: Gala. 2. — Iohān. 17. — Iohān. 10. — Gala. 2. — 1. Cori. 6. — Augustini pulchrū dictum. — Psal. 115.

corre

correptionibus fraternis, castigationibusq; paternis, cũ omni tranquillitate, patientia, humilitate, grates suæ prouidentiæ circa nos referamus: nec solum ei, sed & uicarijs eius & proximis nostris, per quos ipse nos in pręsenti corripere, corrigere, humiliare, purgare, sanare, imò & saluare dignatur. In his sicut in omnibus diuitijs gloriemur, quia reuera prospera potius quàm aduersa sunt nobis. Nonne ineffabiliter saluberrimę consistunt hę medicinæ, per quas à uitijs & peccatis incomparabiliter nobis nociuis eruimur & curamur, gratiarum charismatibus adimplemur, abhorrendis & inæstimabiliter diris & afflictiuis Purgatorij pœnis: imò ab inferni supplicijs pręseruamur, & compendiosissimo securissimoq; itinere ad æternę brauium felicitatis transferimur? Nemo nostrum tam obtusus & imperitus, tam excęcatus & obduratus existat, ut in correptionibus & correctionibus, in exercitationibus & probationibus æstimet sibi iniuriam fieri, sed potius dicat ex intimo corde: Peccaui, & uere deliqui, & ut dignus eram non recepi. Erubescamus nos barbati, & negligentes in schola uirtutum discipuli, quòd infra tot dies & menses, & (quod erubescibilius, imò ac damnabilius est) infra tot annos nostræ uocationis tam parum profecimus, ita ut adhuc uix uerbum increpationis aut exercitationis æquanimiter ferre possimus. Pensemus quid uenerabilis illa Iudith tempore grauissimæ tribulationis locuta sit: Iudith. 8.
Non ulciscamur nos, inquit, pro his quę patimur, sed reputantes peccatis nostris hęc ipsa supplicia esse minora: flagella domini quasi serui qui corripimur, ad emendationem, & nõ ad perditionem nostrã euenisse credamus. Quid ad ista dicturi sunt, qui pie correpti mox contradicunt, excusant, probari quod dicitur petũt? Si (ut Thomas in Secunda secundæ testatur) mortaliter peccant etiam rei mortis, qui coram iudice sua fateri crimina renuũt, pro quibus sunt occidendi, non obstãte quòd timor mortis culpam non parum alleuiat, qd pœnæ, quid damnationis his imminet, qui culpas suas coram superioribus suis aut negant, aut palliant, aut nimis extenuant? quod etiam contra Aristotelis est doctrinam, qui in Ethicis docet, quòd quamuis à ueritate nunquam sit recedendum, tamen in recitatione seu accusatione culpę alterius, magis diuertendum est ad minus: in accusatione autem & narratione propriæ culpæ, potius est declinandum ad maius. Itaq; ut huic dignissimo sacramento eucharistiæ iuxta paruitatis nostrę possibilitatem digni reddamur appropinquare ac reuerenter occurrere, atq; salubriter ipsum suscipere, emundemus nos ab omni inquinamento mentis & corporis, & per iter disciplinæ regularis ad perfectionem prudenter ac indefesse tendamus. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

DE INSTITVTIONE ET DIGNITATE sacramenti istius, Sermo II.

EGo sum panis uitæ. Iohãnis VI. Dominus noster IESVS Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agẽs, benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis & ait: Accipite & manducate: Hoc est corpus meũ. Ecce uerbum abbreuiatum quod fecit deus super terram. Ecce quàm simplex narratio supernaturalis & incomprehẽsibilissimæ rei. Nonne mirum, quomodo toti mundo potuit huius sacramenti fides psuaderi? Legitur apud Marcum: Exibant sui tenere eum, uidelicet Iesum, dicentes: quoniã in furorem uersus est. Porro, sicut ex alijs euangelistis potest perpendi, hoc fuit dũ Iesus prædicauit Iudæis ea quę à Iohanne scribuntur de sacramento corporis & sanguinis sui: Caro, inquiens, mea uerè est cibus, & sanguis meus uere est potus: Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinem, &c. quæ uerba carnalibus uidebantur uerba amentiæ ac furoris, imò & nonnullis discipulorum ipsius Saluatoris, qui scandalizati ex uerbis huiusmodi, abierunt retrorsum, dicentes: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Deniq;, unus sapiẽtium seculi huius, in mirabilibus sacramenti huius permotus, confusus, deiectus, quippe qui spiritũ Christi non habuit, sed solũ ad naturales causas respexit: Mundũ, ait, pagraui: uarias sectas inueni, & nunq̃ tam fatuã reperi sectã, sicut est secta Christianorũ, quoniã deum suum quem colunt, deuorant dentibus. Hoc tu dixisti sceleratissime ac maledicte Auerrois, qui lege naturali uoluisti esse contentus, & Aristotelis sequens doctrinam, asseruisti super orbem lunæ non posse esse neq; accidere malum, nec malum culpę, nec malũ pœnę. Hinc & diabolos esse negasti, quos tam copiosa ac euidens experientia esse ostendit. In omnibus quoque hominibus finxisti atque mentitus es eundem numero esse intellectum, quod

1.Corin. Marc. 3. Iohan. 6. Auerrois.

quod multo abſurdius & irrationabilius eſt, quàm quòd ſancta plebs Chriſtiana confitetur eandē numero eſſentiam eſſe in tribus ſuperbenedictis increatis perſonis. Hinc iuſto iudicio reliquit te deus, & in irrationabiliſſimos errores labi pmiſit, ita quòd affirmaſti animas hominum inſtar brutorum eſſe mortales. Impietatem quoque ſecutus es reprobi inuidioſiq; Cain, qui in exordio ſeculorum dixit ad fideliſſimum Abel: Non eſt prouidētia, neq; iudicium. Ita & tu negaſti prouidentiam dei ad inferiora hæc & ad humanos pertingere actus, nec homines deſuper iudicandos conceſſiſti. Per quod quantum in te fuit, dediſti hominibus anſam ſequendi concupiſcētias abſq; freno. Poſtremo, ſtando in lege naturali & in Peripateticorum doctrina, non potuiſti ſaluare ea quæ ubertim & clare patēt ad ſenſum, ut quòd interdum ex uno eodemq; ore amentis ſimul & ſemel diuerſa idiomata proferuntur, etiam illa quæ ipſe amens antea neſciuit, nec didicit, nec ceſſante amentia ualet proferre. Te ergo cum perfidijs tuis contēpto, nos Chriſtiani in quibus ſolis eſt ſapientia ſalutaris, quæ de cœlo profluxit, quæ confirmata eſt in nos, conteſtante deo uarijs ſignis & portentis atque uirtutibus, & ſpiritusſancti diſtributionibus, qui & ſynagogam reliquit, quia in Chriſtum non credidit, & mirabilia illa quæ olim in plebe Iſraelitica fecit, ad eccleſiam tranſtulit Chriſti, in qua etiam ineffabiliter plura ac maiora fecit miracula, q̄ olim in ſynagoga. Pręterea, in hoc fidem noſtram non mediocriter roborat, quòd cuncta quæ credimus iam peracta, in libris prophetarum ſynagogæ legimus tam diu & copioſe prænuntiata. In quibus & iſtud quod de ſacramento hoc credimus, prophetatum agnoſcimus, dicente de Chriſto in pſalmo ſancto Pſalmiſta: Erit firmamentum in terra in ſummis montium. Vbi alia habet tranſlatio, Erit frumentum: Alia, Erit memoriale triticum. Tranſlatio uero Chaldaica apud Hebræos quoq; authentica, Erit (inquit) placenta tritici in terra: id eſt, in militante eccleſia, quæ peregrinatur in terra, in ſummis montium: id eſt, in capitibus ſacerdotum. Nos inquam Chriſtiani, qui ſoli habem⁹ uera ac proprijſſime dicta miracula, utputa ſoli omnipotenti deo poſſibilia, certiſſime credimus, oīa eſſe ueriſſima quæ de hoc ſacratiſſimo ſacramento ait ſcriptura & tenet eccleſia, utputa quòd Chriſtus ſapientia patris, deus incarnatus, eccleſię ſuæ inſtituit ac reliquit ſeptem ſacramenta, tanquam medicinalia uaſa, in quibus & per quæ ſicut per ſenſibilia ſigna, gratioſe ac ſupnaturaliter noſtram operatur ſalutem. Nouerat nanq; ſapiētia illa æterna, homini ex anima & corpore conſtituto eſſe connaturale, per naturalia ac ſenſibilia ad diuina & ſpiritualia manuduci, adiuuari, ac erigi. Deniq;, ſicut prouidit ac contulit homini in peccatis concepto, & cum fomite nato, ac per hoc ſpiritualiter mortuo & filio iræ, ſacramentum baptiſmi quo ſpiritualiter renaſcatur, & ſacramentum confirmationis quo ſpiritualiter roboretur, ac ſpirituali militiæ aſcribatur: ſic taliter nato & roborato conſecrauit, donauit, reliqt ſacramentum, quo ſpiritualiter reficiatur & creſcat, ac conuenientem & debitam ſpiritualis conſiſtentiæ ſtaturam ac menſuram adipiſcatur: & hoc eſt euchariſtię ſacramentum, in quo non ſolum (ſicut in alijs ſacramētis) Chriſtus per gratiam & uirtutem, multiplicemq; effectum, ſed etiam uere per eſſentiam ſubſtantialiter continetur. Etenim ut uidemus in omni ordine ac genere rerum, in q̊ ſunt plura per participationem ac imperfecta, eſt unū primum per eſſentiam & perfectum. Cumq; plura uidelicet ſeptem, ſint legis euangelicæ ſacramenta, ordinē inter ſe dignitatis habentia, gratiæ contētiua ac ſalutis operatiua, oportuit unum conſiſtere inter ea, non ſolum participatiue gratiam habens & imperfecte gratiam continens, uerumetiam eſſentialiter totius gratiæ fontem complectens, uerbum uidelicet incarnatum, in cuius aſſumpta humanitate, gratia formaliter & complete includitur. In cæteris uero ſacramentis gratia non habetur nec ineſt ſecūdum eſſe formale completum, cum ſic ſoli rationali & intellectuali inhæreat creaturæ, quę ſola ſanctitatis ac gratiæ eſt ſubiectum. Qualiter autem inſit alijs ſacramētis, duę ſunt opiniones ſolennes: quarum unam ſequuntur Alexander de Halis, Bonauētura, Guilhelmus Pariſienſis in Sacramentali, Scotus, & alij multi. Vnde Bonauentura in ſcripto quarti refert, quòd ipſe dominus Guilhelmus Pariſienſis epiſcopus, in præſentia magiſtri Alexandri Pariſiis in conuētu fratrum ordinis S. Franciſci, approbauit Alexandri poſitionem. Aliam opinionem ſequuntur Thomas, Albertus, Aegidius, Hēricus, ac alij plures. Et prima quidem opinio ad intelligendum ac defendendum extat facilior: ſecunda uero dictis ſanctorum Auguſtini, Bedæ, & patrum conſonantior reputatur, propter quod magis cōſentio ei. Amplius, quoniam Chriſtus in hoc ſacramento exhibetur nobis ut cibus, & cibum oportet realiter coniungi cibato, ideo recte ſentit eccleſia Chriſtum in hoc ſacramento realiter contineri. De-

cuit

cuit autem CHRISTVM hoc instituere sacramentum in nouissima cœna, post quam pro tinus fuit tradendus ac moriturus pro nobis. Ipse enim prænuntiatus fuit nouus sacerdos, perfectus & uerus, non imperfectus ac typicus: secundum ordinem Melchisedec, nõ iuxta ritum & ordinem Aaron: nouus quoque & perfectus legislator. Translato enim sacerdotio, necesse est & legis fieri translationem, ut in epistola ad Hebræos disputat ac demonstrat Apostolus. Translatis demum sacerdotio & lege, oportuit sacramenta & sacrificia uariari: quod totum Daniel compendiose prænuntiauit ac tetigit: In dimidio, dicens, hebdomadę deficiet oblatio & sacrificium. Loquitur nanque de hebdomadibus annorum, quarum quælibet continet annos septem: in quarum ultima occisus est CHRISTVS, qui in dimidio illius hebdomadæ instituit eucharistiæ sacramentum, & finem imposuit sacrificijs legis. Vltima quippe hebdomada illa, si in duas partes diuidatur, quælibet partium continet annos tres cum dimidio. Porrò CHRISTVS uixit in carne mortali annis trigintatribus: & tanto plus, sicut à natiuitatis die usque in diem sanctum Parasceues: Sicq; in dimidio illius hebdomadæ sacrificium & oblatio legis defecit, quantum ad obligationem. Præterea, quoniam sapientia patris uerbum æternum propter nos extitit incarnatũ, ac semel in cruce uoluit immolari, hinc uarijs modis nostræ prouidit saluti. Nec ei suffecit semel pro nobis immolari in cruce per mortis perpessionem, sed hanc quotidianam & perennem sui immolationem in mysterio in Missæ officio eius infinita sapientia adinuenit, eius immensa clementia ordinauit, eius charitas summa præfixit, qua & dei patris honorem, generisq; humani procurauit opem, gratiam ac salutem, quod totum sic fieri decentissimum extitisse ratio dictat desuper illustrata: quæ quanto plus illustratur, tanto lympidius intuetur, quàm rationabile seu potius superrationabile, misericordissimum, sapientissimum, amorosissimum fuerit istud, ut & quotidie dominicę passionis quasi recenter memores simus, charitatisq; dei ac pietatis suæ & liberalitatis ad nos assidue recordemur, recordandoq; inflammemur, & meritum CHRISTI abundantius participemus, consequendo effectus sacramenti istius, ut infra dicetur, de cuius institutione tantundem sufficiat tetigisse. Nunc de dignitate eiusdem aliquid pro uiribus est tangẽdum. Quocirca pensandum, ꝙ in sacramento isto aliquid est sacramentũ tantũ, uidelicet ipsæ exteriores formæ sacramentales: aliquid res & sacramentum, utputa corpus & sanguis CHRISTI: aliquid res tantum, ut ecclesiastica unitas, seu multiplex gratia sacramẽti eiusdem. Idcirco nec anima CHRISTI, nec deitas eius ad istud pertinet sacramentum uel ad essentiam eius directe atque ex ui conuersionis, sed concomitanter. Conuersio equidem panis directe terminatur ad corpus dominicum, & transsubstantiatio uini ad sanguinem, attamen in utroque per concomitantiam continetur tam anima quàm deitas Saluatoris. Sicq; totus & integer CHRISTVS in sacramento isto sub utraq; ipsius specie est, adorat, atque suscipitur. Si ergo de sacramento isto loquamur, quantum ad id quod directe & ex ui conuersionis continetur in ipso, sic plane magna ualde est dignitas eius, utputa dignitas corporis CHRISTI, quod in seipso existit eximie dignum & sanctum & purum, ab omni labe peccati prorsus immune, ex purissimo sanguine sacratissimæ uirginis sumptũ, à spiritusancto supernaturaliter in instanti formatũ, cuius dignitas augetur ex hoc, quòd à primo suæ formationis instanti coniunctum fuit animæ CHRISTI, præ omni pura creatura ineffabiliter sanctę, prelectę & gloriosę, atque intrinsece informatum & actuatum ab ea, cui item in omnibus obedientissimum fuit, in nullo militans contra illam. Verum ex hoc inæstimabiliter plus fuit dignificatum ac dignum, quòd simul cum anima sua ab exordio suæ formationis fuit immediate coniunctum, hypostatice copulatum, inseparabiliter ꝗ unitum uerbo æterno, & substantificatum ab ipso in esse ipsius uerbi personali & increato. Enimuero, teste Damasceno tertio libro, cum humanitas CHRISTI comparatur ad uerbum æternum, tanquam immediatum ipsius uerbi instrumẽtum animatum, coniunctum ac proprium, sic & corpus hominis cuiuscunque se habet ad animam suam, sicut animæ suæ instrumentum immediatum, proprium & coniunctum. Si autem loquamur de sacramento eucharistiæ, quantum ad totum quod continetur in eo, siue directe siue concomitanter, sic utique penitus infinita est dignitas eius, cum & sola uerbi persona dignitatis sit infinitæ, & ipsa CHRISTI humanitas charior deo sit, & per consequẽs dignior toto residuo uniuerso. Hinc diuinus Dionysius libro de Ecclesiastica hierarchia, de huius sacramenti excellentia protestat, quòd ad ipsum cætera sacramenta omnia ordinantur, & ipsum est complementum ac consummatio aliorum, in quo omnium diuino-

Psal. 109.
Hebr. 7.
Dani. 9.

rum plenitudo charismatum continetur, prout de his undique multa conscripta sunt & leguntur. Quæ cum ita se habeant, consideremus attente, & tota profunditate qua possumus contemplemur, quantæ impudentiæ sit, quantæ insipientiæ, quantæ enormitatis & damnationis, tanto sacramento & eius consecrationi ac immolationi indeuote, irreuerenter astare, ipsum indigne suscipere, illud maculata conscientia celebrare, tractare, aut alijs ministrare, cum & de sacerdotibus ueteris testamenti carnalia sacrificia offerentibus, iusserit dominus, loquens ad Aaron: Homo de semine uestro qui habuerit maculam, non offeret panes deo. Hinc sanctus Ambrosius ait in Oratione de sacramento ante celebrationem dicenda: Quãta cordis contritione & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quãta corporis castitate & animi puritate illud diuinum & cœleste sacrificium est celebrandum ò domine, ubi caro tua in ueritate sumitur, ubi sanguis tuus in ueritate potatur, ubi ima summis iunguntur, ubi & angelorum adest præsentia? Cum ingenti ergo & solicita præparatione ad tantum sacramentum accedamus, nec sumpto sacramento efficiamur ingrati, imò quotidie magis deuoti ac grati. Ad laudem & gloriam omnipotentis dei. Amen.

Leuit. 21.

DE CONVENIENTI ET DEBITA præparatione ad tanti sacramenti celebrationem ac sumptionem, Sermo III.

QVAE CONVENTIO LVCI AD TENEBRAS? II. ad Corinthios VI. Quàm incomprehensibiliter deus omnipotẽs, essentialiter sanctus & iustus, odiat ac detestetur peccata, pandit terribilis ultio, qua pro omni peccato mortali quãtumlibet paruo, pœnam infligit æternam. Hoc ipsum ratio dictat. Cernimus nanque, quòd quanto quis iustior sanctiorq; consistit, tanto plus iniustitiam & omnem uitiositatem abhorret. Cumq; constet deum gloriosum esse essentialiter sanctum ac iustum, certum est quòd infinitæ sit æquitatis & sanctitatis, imò sanctitas & iustitia infinita. Inestimabiliter ergo & infinite detestatur & abhorret omnem iniquitatem. Vniuersaliter quoq; uidemus, quòd quanto quis in quacunque uirtute extat perfectior, tanto uehementius uitium uirtuti illi contrarium abominatur. Porro deus in omni sapientia & uirtute infinite perfectus est. Hinc omnem iniquitatem, insipientiam, turpitudinem que peccati mortalis ineffabiliter odit. Propter quod in libro sapiẽtiæ scriptum est: Odio sunt deo impius & impietas eius. Cui concinit Psalmista, Odisti omnes qui operantur iniquitatem. De quo Ieremias protestatur iniquis, Non poterat uos dominus ultra sustinere propter malitiam studiorum uestrorum. Ipse plane (ut Moyses fassus est) auersatur omnem impietatem. Quid ergo est se ad sacram præparare communionem, ad celebrationem condignam, nisi mentem expurgare, custodire, & præseruare ab omni labe peccati? Qui enim cum conscientia peccati mortalis communicare aut celebrare præsumit, eo ipso peccat mortaliter. Nec sufficit si quis dicat, Conscius mihi non sum de peccato mortali, nisi diligentiam debitam fecerit ad cognoscendum an sit in tali peccato, perscrutando sufficienter pro posse conscientiam suam, an in ea quid lateat culpæ mortalis. Hæc est ergo præparatio generalis, ad omnem pertinens sacerdotem, ut taliter ante celebrationem conscientiam suam discutiat, imò (ut sanctus asserit Augustinus) in omni sacrificio quatuor sunt pẽsanda: uidelicet, quis, quid, cui, quare: quæ etiam ab omni presbytero antequam celebret sunt attendenda. Primo ergo tu CHRISTI sacerdos considera temetipsum, quis sis, hoc est, quàm defectuosus & fragilis in natura: ad quam consideratiõe spectat, quod beatus Iob ait: Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs: Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquã in eodem statu permanet. Cõsideraq; quàm culpabilis sis in uita, q̃ innumerabilibus uicibus quotidie peccans, saltẽ in uenialibus, per omissionem & commissionẽ, per interiorũ & exteriorũ incustodiam sensuum, p irrefrenationẽ linguę, per inexemplaritatẽ & scãdalum, per cogitationes inutiles, p distractiones, leuitates, negligẽtias etiã in diuinis, per immoderãtias cibi ac potus, per inordinatas circa quęcũq; creata affectiones. In his & cõsimilibus multis aduerte te quotidie toties esse culpabilẽ ac peccantẽ, ut nequeas numerare, nec singula possis attendere: imò exorare indigeas & exclamare ad dominum: Delicta quis intelligit? ab occultis meis mũda me domine. Porrò si (quod

Psal. 118. Sap. 14. Psal. 5. Iere. 21. Iob. 14. Psal. 18.

(quod absit) in nõnullis grossioribus excessisti, si in correptionibus & correctionibus, seu admonitionibus extitisti impatiens, si aduersus præsidentem aliquo modo indignans, uel eidem minus prompte obtemperans, aut irreuerenter circa ipsum te habens, ac Christum in suo uicario colaphizans ac conspuens, si in factis tui cõfratris ac proximi, & in imperfectionibus ac omissionibus eius passionatus, amaricatus, iratus fuisti, & turbasti insipiens insipienter teipsum. Videns hypocrita festucam in oculo fratris tui, trabem turbationis ac felleæ amaritudinis & pharisaicæ simulationis ac fictionis in ꝓprio oculo non perpendens, aut subuerso ordine charitatis proprias iniquitates & culpas non ponderans, aliorum obseruasti, exaggerasti, reuoluisti defectus, stulta curiositate deceptus, seu turbulenter, impetuose, inhoneste habendo te, scandalizasti pusillos. Super his dolorosius ingemisce, uberius plora, cordialius te accusa, acrius puni, uehementius sperne, custoditior esto. Attende quàm parum profecisti in ordine, quanta omiseris bona, & efficaciter te emenda. Secundo, perpende quid agas, quid offeras, seu quid in officio Missæ acturus es, quid immolaturus. Intuere quòd tanquam officiatus ac minister ecclesiæ oblaturus sis deo patri unigenitum filium eius, consecraturus, tractaturus atque sumpturus corpus & sanguinem saluatoris, & pro tota ecclesia & pro teipso, ac pro alijs uiuis ac mortuis oraturus. Considera ueritatem ac dignitatem sacramenti ac sacrificij huius, prout in præcedenti Sermone expressum est: sic que uehementissime erubesce ac expauesce manibus inquinatis sanctum sanctorum tractare, præstantissimum ac illibatissimum CHRISTI corpus attingere, pretiosissimum eius sanguinem polluto ore suscipere, regem gloriæ dominum'que uirtutum in anima deturpata, fœda, & sordida hospitare. Aduerte quàm uehementer beatissimus Iohannes Baptista uerebatur eum baptizando extrinsecus ac modice attrectare. Et quomodo audes tu eum iam glorificatum intus accipere, cõsecrare, ac edere, & sacratissimum sanguinem eius potare, nondum purgatus nec debite ꝑparatus? Qualiter ita obsurduisti, ut nõ exuscitet neque perterreat te uox illa terribilis, metuenda tuba apostolicæ comminationis? Qui manducat & bibit indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Cum omni igitur diligentia & pauore, cum omni puritate, reuerentia ac feruore, cum summa custodia & compunctione te præpara, discute, confitere, satisfac, & accede in plenitudine fidei, deuotioneq; alacri: sic inchoa, ita prosequere, sic ora, sic offer, sic consecra: & uniuersa ac singula uerba cũ attentione ingenti, distincte pronuntia. Deinde expleto officio, feruenti ac deuotissimo corde gratias age, gratus permane, atque in omni conuersatione tua esto solicitus ne offendas: esto timoratus & custoditus, ne susceptam gratiam perdas, ne fructum amittas adeptum, & sic tota tua uita sit præparatio ad celebrandum continua. Tertio, animaduerte cui offeras sacrificium tantum, & utique deo patri, regi maiestatis immensæ, omnium creatori, cui cum tremore astant uniuersi cœlorum exercitus, quem Cherubin & Seraphin uix audent aspicere, cuius comparatione totus mundus est tanquam puluis & harena exigua, imò tanquam nihilum & inane. Et quomodo tu audebis te illi imparatum, immundum, distractum repræsentare, irreuerenter hostiam sacram offerre, negligenter & cum tepore assistere? Itaque iuxta prætacta te præpara, te repræsenta, ac totum tuum officium exple. Quarto, intende cur celebres, celebrareq; debeas. Nempe propter easdem causas, ob quas CHRISTVS se obtulit in cruce deo patri, tu quoq; eum offerre debes eidem in altari: hoc est, primo ac principaliter pro tota ecclesia, pro infidelium conuersione, pro fidelium reformatione, pro uniuersorum salute, pro occurrentibus causis & necessitatibus quibuscunque, pro propinquis, commissis, & benefactoribus tuis, fidelibusq; defunctis, & pro quibus ex speciali causa uis exorare, atque pro tuipsius condigna emendatione in omnibus. Vt ergo utcunque pro uiribus tuis existas idoneus deprecari ac offerre pro tantis ac talibus causis, satage & indefesse conare teipsum deo placitum exhibere, ei familiariter adhærere, ipsum intra te amorose complecti, synceriter contemplari, omnique die magis feruenter diligere. Considera altitudinem diuini consilij, dispositionem superbeatissimæ trinitatis, decretum æternæ ac infinitæ sapientiæ summi dei, super saluatione ac modo redemptionis generis humani, per incarnationem & passionem unigeniti filij patris æterni, tantam supergloriosissimæq; trinitatis charitatem, clementiam, liberalitatem ad nos aspice, admirare, glorifica, uenerare, collauda, & toto corde in deum redi, ingredere, resoluere, quiesce, obdormi. In his delectare & iubila, ac indefesse te occupa: Hæc indelebiliter imprime tuæ memoriæ, iugiterq; rememora. Præterea, quanto religiosum oportet seculari homine esse spi-

Luc. 6.

1. Cor. 11.

ritualiorem, perfectiorem, ac custoditiorẽ in cunctis, tanto & te ò religiose sacerdos oportet præ secularibus presbyteris excellentius te præparare ad celebrandum diuina mysteria. Illis magnum est seruare dei præcepta, patrũmq; canones ac decreta, synodalia quoque statuta. Tu ultra hæc ad monastica uota, ad sacræ religionis mandata teneris, ad obseruantias regulares astringeris, ad perfectionem tendere obligaris. Si ergo uere cupis te ad celebrationem disponere, hoc primo omnium stude, ut ea quę ordinis tui sunt, & ad quæ ex professione teneris, diligenter irreprehensibiliter' que obserues, discretionem in omnibus teneas, in profunda humilitate, honestissima patientia, gloriosa mansuetudine inuicte permaneas & succrescas, horas canonicas attente persoluas: & quo dulcissimam uirginem, præstantissimam CHRISTI matrem cordialius diligis, eo & horas ipsius deuotius legas, obedientiæ sanctæ nil præferas, quempiam scandalizare exhorre. Hoc quoque solicite præcaue, ne ullum temporis huius incerti ac modici tibi pie indulti, momentum infructuose pertranseas. Cum deo in cordis tui arcano indefinẽter stude miscere colloquia, quod est sine intermissione orare. Tempus tibi indultum reputa pretiosissimum donum. In eo negotiari, mercari, lucrari non cesses, quod est thesaurizare in cœlis. Cum magno illo Helia dic sæpe, cogita sæpius, contemplare sæpissime: Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. sicq; iudicem sempiternum tibi indesinenter præsentem, intẽtum, imminentem semper aduertens, in eius præsentia te ubique & semper, pure & reuerenter, timorate & fructuose ac feruide habe. Denique, hoc fundamento posito & seruato, si super erogare quid poteris; & ad celebrationem te disponere quiueris, per exercitia altiora, per actus uirtutum in termino excellentiæ, per heroicorum imitationes uirorum, optime res gesta est. Oportet quippe à uia purgatiua incipere, & ab ea ad illuminatiuam uiam ascendere, atque per eam ad uiam perfectiuam pertingere. Sunt namque in unaquaque uirtutum trium, ad quas te uoto obligasti solenni, imò in cæteris quoque, tres gradus (ut alibi in plurimis declaratum est locis) in quibus gradibus si strenue proficere atque ascendere cures & satagas, experieris quemadmodum per obseruantiam regularem, per adimpletionem monasticę professionis fidelem, per solicitum quotidianum profectum, perueniatur ad arcem contemplationis, ad perfectionem diuini amoris, ad mysticam theologiam, quæ non aliud est quàm donum sapientiæ secundum gradum suum perfectum, per quẽ stat mens depurata & feruida in contactu Solis sapientiæ increatę, hoc est, in proxima dispositione ad actualem illuminationem supernam, ad uehementem ac ualidam inflammationem internam, ad continuam aut saltem assiduam uisitationem, inundationem, ac locupletationem spiritussancti, habens indesinenter coram se quasi expansam regionẽ immensam luminis increati, in quam ingredi, intuitumq; defigere potest ad libitum: sicq; transformatur tam ualide in dilectum, in superdilectissimum deum, ut sine inflammatione, alteratione, ac quadam defectione uix cogitare, loqui, audire ualeat de eodem, & ita eleuatur frequenter ad raptum & extasim, etiam sæpe inopinate, & absque sui ad hoc cooperatione, quasi sopita spiritus libertate, ita ut resistere nequeat neque euadere, quod fit in profundissima misericordia dei, præueniente & pręstringente gratia sponsi mentem huiusmodi: qui supergratiosissimus & supersuauissimus sponsus, cum mentem luminosam ac amorosam cœperit apprehendere, deosculari, amplecti & intra se trahere, mox immensitate magnitudinis excellentiæ suæ in omni perfectione, in omni amabilitate, pulchritudine, gratiositate, sapientia, & deliciositate sic uincit & conuenientissime opprimit mentem, ut tota defluat à se, & rapiatur in ipsum. Sic demum transfertur à tumultu distra-
Apoc. 8. ctionum ad iucunditatem & quietem silentij, fit'que quasi dimidia hora silentium in cœlo in throno huiuscemodi spiritus introducti in serenissimum diem, ex irradiatione Solis intelligentiæ causatum in thalamo mentis. Tunc amantissimus domini habitat con-
Deute. 33. fidenter, & in eo quasi in thalamo tota die commoratur. Sic residet in pulchritudine pacis internæ, in degustatione pacis æternæ, quæ omnem sensum exuperat, atque in requie opulenta. Ita fit homo per prætactam perfectionem quasi secretarius & consiliarius dei. Ad hanc perfectionem appetendam, insequendam, suoq; modo obtinẽdam, astringit te tua professio ò religiose sacerdos ac frater. Noli esse contentus angustijs tuis. Non dicas, Tam remote salio cum bacillo, sicut cum baculo. Non diffidas nec cesses. In uia dei non progredi, retrocedere perhibetur. Aptissima media habes pertingendi ad ista, utere eis sicut oportet. Omnia potes in eo qui te confortare paratus est, q etiã te inuitat ad ista.
Philip. 4. Noli instar cancri nunc proficisci in anteriora, & paulopost per negligẽtiam, incustodiã,

loqua

loquacitatem, distractionem, impatientiam retroire. Væ dissolutis corde ac tepidis, qui in obseruantijs sacris remissi, & consolatiunculis uilibus inclinati, arida consuetudine transeunt ad diuina, sic confitentur, sic celebrant; & paulopost ita se habent, quasi nec confessi essent, nec celebrassent. Miseri isti ac stulti contumeliam irrogant sacramentis ac beneficijs Christi, qui quanto frequentius, tantò negligentius participant sacris: ideo non ditantur, nec spiritualiter impinguantur, imò potius segnes redduntur, leues & garruli, in cibo & potu immoderati. Sed absint ista à nobis spiritualibus: & quàm diligenter boni seculares cauent peccata mortalia, tam diligenter caueamus uenialia mala: & quo frequentius, eo plus timorate ac feruide, magis compunctè & pœnitenter cõfiteamur ac celebremus, & pro communi bono ecclesiæ ac defunctis incessabiliter exoremus. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen. Eccli. 5.

DE GRATIIS, FRVCTIBVS, ATQVE EFFEctibus sacramenti, Sermo IIII.

QVI manducat hunc panem, uiuet in æternum. Iohannis VI. Transgresso primo parente præceptum dei in paradiso, & ob hoc originali iustitia denudato, infecta quoque ac perdita posteritate sua in ipso, decreuit iustus ac sapiens deus, non recuperare neq; saluare genus humanum, nec illud sibi recõciliare, nisi per mediatorem; cuius meritum esset ipsi acceptius, quàm demeritum primorum parentum & omnium posterorum ipsorum, displicẽs fuit & offensiuum: uel saltem tam placitum & acceptum, quatenus sic satisfieret diuinę iustitiæ. Porro, talem mediatorem exhibere nequiuit ex se genus humanum, quod iam totum perierat in sua radice, nec pura aliqua creatura potuit tanti meriti esse, tantæ acceptabilitatis ac gratiæ coram deo, tantæ ue dignitatis & efficaciæ coram eo. Hinc deus glorię naturaliter pius, cuius natura est bonitas, pura ac penitus infinita, qui cum iratus fuerit misericordiæ recordatur, nec in ira sua continet misericordias suas, ubi creatura omnino defecit, & humanum auxilium defuit, impendit diuinum, excogitãs prouidensq; de remedio efficaci, imò efficacissimo, concedens, præbens ac mittens hominibus mediatorem prorsus idoneum, & certe infinite magis potentem ac dignum ad reconciliandum, ad complacendum, ad redimendum atque saluandum, quàm alter quicunque fuit ad offendendum & perdendum. Cumq; talis mediator esse nequiuerit pura creatura, statuit trinitas adoranda, unam increatam psonam assumere naturam humanam ad suum hypostaticum, id est, personale increatumq; esse, & illam supposita re seu substantificare in ipsô, ut sic essent in una illa psona increata & incarnata duæ naturæ perfectę, & una hypostasis seu unum suppositum, cui ratione humanitatis assumptæ conueniret promereri, atque ex parte uerbi assumentis seu deitatis unitæ, infinita idoneitas, dignitas, seu efficacia ad merẽdum. Siquidem persona illa incarnata secundum naturam suam diuinam fuit deô patri simpliciter infinite dilecta & accepta. secundum naturam quoq; humanam assumptam, ut uerbo ęterno hypostatice iunctam, fuit & est charior & acceptior deô patri quàm totum uniuersum. Nam & sicut maius bonum communicatum est ei, quàm toti residuæ creaturæ, uidelicet increatum hypostaticum esse uerbi, tanta quoq; plenitudo gratiæ ac gloriæ & diuinorum charismatum, quantam poterat capere natura creata, hinc meritum Christi est indefectibiliter magnum, imò quodammodo infinitum, quod plene ac integre continetur in sacramento altaris, iuxta modum in præcedenti Sermone expositũ. In alijs uero sacramentis partialiter ac participatiue. Omnia namq; ecclesiæ sacramenta à uirtute ac merito passionis Christi, imò & totius conuersationis eius sanctissimæ in hoc mundo, omnem suam uirtutem ac gratiam sortiuntur, præsertim à passione, utputa consummatiue. Vnde de latere Christi obdormientis in cruce fluxisse dicuntur. Itaque meritum Christi per ecclesiastica sacramenta diuersimode nobis communicatur, & per sacramẽtum eucharistiæ tanquam per modum cibi reficientis ac poculi recreantis ac temperantis. Denique, sicut de modo existentiæ gratiæ in sacramentis sunt duæ opiniones solennes, ut tactum est; ita de entitate & distinctione gratiæ sacramẽtalis, sunt duæ solennes opiniones: Vna, quòd gratia sacramentalis à gratia gratum faciente realiter distinguatur. Gratia quoq; sacramenti unius à gratia sacramenti alterius: quam opinionem Thomas, Albertus, ac alij sequũtur. Alia, quòd sola differant ratione, & quantũ ad suos effectus. Pręterea, quoniam sacramen-

Gene. 3. Abac. 3. Psal. 76.

tum hoc per modum cibi ac potus nobis proponitur ac confertur. Hinc ea quæ corpore us cibus & potus naturalis ac solitus operantur in corpore, hæc sacramentũ hoc proportionaliter agit in anima. Quemadmodum ergo cibi ac potus corporis gustum delectant, uires corporales reparant & confortant, deperditumq; instaurant, uitam conseruant atq; continuant, humidum radicale à corruptione præseruant, naturalis caloris materiam præbent, debiti incrementi calorem augent interius, & bonum causant colorem exterius: sic corporis & sanguinis Christi sacramentum cordis oblectat palatum, uires animę auget, reparat & conseruat, amissam deuotionem recuperat, uitam gratiæ conseruat in suo uigore, profluuium lachrymarum, rorem imbris superni, aquam sapientiæ salutaris tuetur, ne igne concupiscentiæ aut flamma cupiditatis, uel feruore priuati amoris lædantur, siccentur, aut extinguantur, incrementum parit uirtutum, charitatem inflammat, ac tantã confert tranquillitatem, exuberantiam & hilaritatem in corde, ut per redũdantiam causet bonum ac hilarem apparatum in corpore. De his posset grandis protrahi sermo: uerum hic reor sufficere, pauca ex pluribus tangi: nempe, si plene credamus fontem totius gratię in hoc sacramento realiter cõtineri, ipsumq; dominum Iesum Christum uerum deum & hominem ex incomprehensibili sua ad nos ardentissima charitate tam increata quàm infusa, atq; ex sua supereffluentissima liberalitate ac gratiosissima pietate seipsum in sacramento hoc nobis offerre, largiter communicare, tanta quoq; mirabilia in eo propter nos perpetrare, ambigere non ualemus, quin paratissimus sit gratiarum suarum charismata sumẽtibus sacramentum hoc, copiose infundere, & liberaliter ualde conferre quantum in ipso est, hoc est, dummodo communicantes obicem non ponant, sed cum diligentia pręparẽt se condigna, potissime cum dominus ac saluator tam seriose ac amorose, imò etiam cũ horribili comminatione nos inuitet ad hãc sacratissimam communionem: Nisi, inquiẽs, manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Si igitur uis gratijs, fructibus atq; effectibus tanti sacramenti repleri, refici, iucundari, exuberare, ac impinguari, diligentissime pensa altitudinem tanti mysterij, omnem charitatem, misericordiam, munificentiam unigeniti filij dei, imò totius superdignissimæ trinitatis ad te: & quę, quãta, ac qualia filius patris æterni fecit, assumpsit, ac pertulit pro tua salute: & quòd in hoc sacramento te uisitare dignatur, sicq; ex horũ consideratione accendatur cor tuum ad ipsum synceríssime reamandum, ad ipsum reuerenter ac feruide suscipiendum, ad regratiandum ei totis præcordijs, ad honorandum eum uiribus totis, ut incessanter existas solicitus, ne benignissimum eius aspectum in ullo offendas, ne maiestatẽ eius immẽsam in aliquo inhonores, ne gratiosam eius pręsentiam à cordis tui hospitio usquam aut unquã repellas: & breuiter, ut multa paucis concludam, cum nihil ab ipso elonget, impediat, separet, nisi peccatum, esto summe solicitus omnem uitare culpam, quantum humana finit fragilitas. Etenim peccatum mortale effectus saluberrimos sacramenti istius totaliter impedit, ipsumq; sumẽtem grauissimo inuoluit facinori ac diriori reatui. Venialia uero, præsertim grossiora, & quæ per negligentiam, incustodiam, incuriãq; contingunt, multum ualde impediunt, minuunt, intercipiũt fructus salubres ac dulces sacramenti cœlestis. Si ergo ita solicitus fueris semper omnem culpam uitare, omnem obicem remouere, teq; mundum receptaculum exhibere, senties & experieris certissime præclaros & gloriosos sacramenti huius effectus. Intrabit ad te & introibit in animam tuam, in intellectum atque affectum, in uiscera spiritus tui Christus uirtus & sapientia dei patris, cum effusione & communicatione opulentiæ suæ, ostendet oculo tuę mentis diuitias gloriæ suæ, quemadmodum animæ sanctæ Agnetis, quæ dixit: Ostendit mihi thesauros incomparabiles, quos se mihi daturum, si ei perseuerauero, repromisit. Veniet & ad te sol sapientię cum emicatione largiflua illustrationis supernę, cum luminoso fulgore illuminabit oculos cordis, ut consideres atque intelligas mirabilia legis suæ, & habeas fidem cum rationibus credendorum ac depuratæ intelligentia mentis. Sic illuminatus ac spiritualiter introductus in sanctuarium dei, in lucis incircunscriptæ abyssum, circundatus lumine, intueberis connexionem & ordinem, consonantiam, rationes, fundamenta ac firmamenta fidei tuæ: apparebit que tibi, & uere sic est, quòd nihil sit rationabilius, nihil certius, nihil profundius assertionibus fidei Christianæ, dum omnia comportantur. O quàm repente ab aduentu & coruscatione uisitationis ac illustrationis prętactæ recedent ac fugient ab interioribus tuis nebulæ passionum, caligines inordinatarum affectionum, inquietudines passionum, tentationes circa mirabilia fidei, obscuritates errorum: & omnia

Iohan. 6. | Psal. 118. | Psal. 72.

erunt

erunt serena, tranquilla, iucunda in te. Sic igitur ingrediens CHRISTVS in te, coenabit tecum etiam ante prandium, & seipsum proponet tibi in ferculum, dicens: Comede amice & bibe, & inebriare charissime. Comede panem hunc uitæ & intellectus. Degusta & uide quàm dulcis sum ego. Nullus corruptibilis cibus ita delectat, confortat, impinguat, extendit carnē mortalem, quemadmodū contemplatio, degustatio, & interna ista refectio sapientiæ quæ est Christus, fidelissimam animā immortalē. Porrò ex ista tam lucida intuitione sapientiæ æternalis, protinus uehementer accendet amore ipsius tuus affectus: & tunc uere deifice ac supernaturaliter in Christū mutaberis, scdm qd amor, præsertim supernaturalis, infusus, prædominans transformat amantē in amatū. Cūq; amatum hoc increatum, sit uere amabilitatis penitus infinitę, ac simul immensæ efficacię ad trahendū ac rapiendum in se, ad alterandum inflāmandumq; apicem affectiue, trahit uicissim mentem amātis tam ualide, tā prædominātere & gratiose in se, in diuitias gloriæ suę, in oceanū deliciarum beatitudinis suę, q apex mētis prorsus absorbetur atq; demergitur in ipsam deitatis abyssum, præ cuius ammiratione, intuitione, dilectione, degustatione, cōplacentia deficit prorsus à se, tāq; uehementer mens tota deitati intenta est, q oēs uires sensitiuę inferiores à suis actibus suspenduntur, harmonia uelut congelatione quadam constringitur, corpus sopitur, membra rigescunt, motiua uis deficit, iacetq; caro uelut truncus immobilis, nec uiuit homo tunc uita aīali humana, sed intellectuali ac deiformi duntaxat. De his multa legunt in libris de quibusdam sanctis personis, imò & nonnullis innocentibus prælectis puellis, quæ ad huiuscemodi perfectiones prorsus mirabiles ac diuinas perductę sunt, non solum interdum aut raro aut duratione pormodica, sed & ualde frequenter, & per spatia longa, & quædam septies aut circiter omni die, in omni quoq; sacra cōmunione & celebratione, præsertim sub eleuatione.. Quod si qs ista non credat: in prōptu est etiā his diebus hoc demonstrare ad oculū. Iacent & degunt hincinde deuotissimæ puellę ac fœminę in seculo & in claustris, & forsitan aliqui uiri, in qbus ista & similia aguntur & conspiciuntur, qbus deus omnipotens & æternus incerta & occulta sapientię suæ demonstrat: quæ personæ per huiusmodi supnaturalia gratiarū charismata sunt utiq; euidens signum atq; sufficiēs argumentum ueritatis fidei Christianę, eis potissime qui experimentaliter aut aliter norūt, qualiter hæc contingant. Nēpe per supnaturales huiusmodi unctiones, inflāmationes, mysticas uisiones, transformationes, illustrationes, degustationes & raptus, mens humana præcipue roboratur in fide, in catholica ueritate, in ecclesiastica unitate, in quibus per hęc immobiliter stabilitur, & superclarissime certificatur. Deniq; per ista sancti doctores ecclesię beatissimi patres Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Ambrosius, & alij innumerabiles sancti & illuminatissimi uiri, in fidei ueritate tam certi & immobiles sunt effecti: qui etiam sancti doctores in libris suis ad laudem & gloriam creatoris sibi hæc contigisse & cōcessa esse, seq; ista & his maiora expertos esse testati sunt. Imò gloriosus ille Hieronymus in regula sua fassus est, se frequenter in huiusmodi raptibus extitisse absorptum, alienatum, sopitum per hebdomadas integras sine interruptione. Talibus splēdidissimis stellis cœlum militantis ecclesiæ innumerabilibus fuit ornatum. Tales habemus fidei nostræ testes: & nunc nos qui credamus uix tot sumus, quot tam idoneos & omni fide dignissimos testes habemus: quorum utiq; conuersatio, fides, doctrina, per innumerabilia præclara ac soli deo possibilia miracula copiosissime approbata est & firmata. Hæc te latuerunt ò reprobe & infelix Auerrois: & plane si prętactos effectus & fructus gloriosissimi sacramēti unquā saltem semel gustasses, non tam blaspheme locutus fuisses. Itaq; ad obtinendos effectus hos, ad degustandum fructus prefatos sacramenti nos strenue preparemus, coram altissimo indesinenter timorati, custoditi ac feruidi persistamus: omnemq; simulationem, duplicitatem, uanitatem, carnalitatem, diabolicamq; ambitionem, quam culpę innumerabiles concomitantur, infinito detestemur horrore: & coram iudice summo in cunctis synceri simus ac iusti, atq; in syncerissimū affectum totius boni honesti integraliter transformati, ac zelo diuini honoris ac boni communis inextinguibiliter inflāmati, Ad laudem & gloriam omnipotentis, & cętera.

Cant. 5 Eccl. 17. Psal. 33.

Psal. 50.

De impedimentis celebrationis & communionis, & specialiter an hominibus passionatis, amaritudinem in corde gestantibus, liceat cõicare aut celebrare.

Sermo V.

SAcerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificẽtur ne percutiat eos: Exodi 19. Manifestum est, ad consecrationem sacramẽti istius debitã materiã requiri ac formam atq; intentionẽ: sed nunc de impedimentis loqui intẽdo, si ne quorũ remotione ac euitatione non potest q̃s licite celebrare neq; cõmunicare. Et constat in primis req̃ri, ꝙ homo facta debita discussione conscientię suę, non sit sibi de mortali cõscius culpa non cõtrita nec confessa, quãuis in aliquo casu possit sufficere propositũ confitendi tẽpore opportuno. Hinc omne peccatum mortale impedimentũ est communicandi ac celebrandi. Nihilominus quędam pctã speciali ratione hominem reddunt ad perceptionem & celebrationẽ huius altissimi sacramenti indignũ. Hoc etenĩ sacramentum (sicut ostensum est) pręcipue est sacramentũ charitatis & unitatis, pacis & unanimitatis: ex q̃bus constat effluere uiscera pietatis, atq; affectum dulcedinis. Hinc à susceptione sacramenti istius impediunt, pręsertim ea, quæ his cõtrariantur uirtutibus, utputa odium, rancor, inuidia, dissentio, diuisio, turbatio, discordia, crudelitas, amaritudo. Insuper, cum istud sit sacramentum maximę spiritualitatis, ad cuius celebrationem ac participationem deuotio exigitur actualis, hinc uitia carnis, & ea quæ mentem uehementer deprimunt, implicant, inq̃etant, ab ipso impedire noscuntur. In quorum figuram in ueteri testamento q̃dam de stirpe Leui & Aaron, ab oblatione hostiarum prohibebantur legaliũ, inter quos specialiter nominati fuerũt herniosi, q scilicet pondus turpitudinis ferunt in corde. Sacerdotibus ergo pręsertim religiosis, summe incumbit implere quod ait Apostolus: Estote imitatores dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit uobis. Itemq;: Obsecro uos in dño, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Hæc & plura his consimilia scripsit Apostolus, non solis religiosis, sed uniuersis fidelibus, etiam secularibus & cõiugatis. Ad omnes igitur Christianos pertinẽt ista, sicut & id quod rursus idem hortatur Apostolus: Nolite esse prudentes apud uosmetipsos, nulli malũ pro malo reddentes, prouidẽtes bona nõ tm̃ coram deo, sed etiam corã omnibus hoĩbus, si fieri potest, quod in uobis est, cum omnibus hoĩbus pacem habentes. Imò & ita ad unumquenq; spectat credentium, quod iubet saluator: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Deniq;, ad perfectã impletionem præcepti de charitate, cuncta euangelica ordinantur consilia, triaq; uota religiosorum, & uniuersa statuta eorũ. Quod si ad hęc etiam seculares tenẽtur, q̃d de religiosis cẽsendum est, q tam faciliter offenduntur, irascuntur, indignãtur, cõtendunt, & cum auersione, rancore & duritia incedunt, ita ut nec beneuolentię signum, nec uerbum pium suis uelint confratribus impartiri, imò non charitatis dulcedine, sed felleæ amaritudinis punctione replentur, affligũtq; miseri semetipsos, in pręsenti habẽtes, & in futuro habituri infernum, nisi resipiscãt pœnitẽdo idonee? An ignoras q talis es, ꝙ nulla sit uita deterior q̃ corpore simul habitare non mente, nec concordiã seruare? Certe ut sancti patres testantur, homo religiosus q non studet nec assuescit in claustro quotidie refrenare ac frangere semetipsum, & proprias relinquere uoluntates passionumq; impetus superare, obedientiam adimplere, abnegare & mortificare q̃cq̃d charitati contrarium est, multo fit peior q̃ si mansisset in seculo, aut q̃ homines seculares. Nam ut asserit dñs, Cui plus datum est, plus requiretur ab eo: atq; ut princeps docet apostolorũ: Melius illis esset non cognoscere uiam iustitiæ, q̃ post cognitionem retrorsum reuerti. Nunq̃d talis ad ueram tendit perfectionem, sicut sua ipsum constringit professio? Pręterea aduertendũ, ꝙ motus & punctiones ac impetus passionum sentire non statim damnabile est, sed consentire eisdem: Immorari uero & non satis celeriter uiriliterq; abijcere, culpa non caret: & nisi ratio reluctet, dissentiat atq; pręualeat, fit mortale. Qui aũt pulsatur his motibus, & in lucta consistit, inuocãs dñm à cõmunione & celebratione nõ prohibet. Nã & aliq ex naturali dispositione ad huiusmodi aculeos passionũ sunt proni, q pro gratia resistẽdi instãter, & pualendi salubriter ad sacrm̃ tãq̃ ad fontem salutaris auxilij possunt accedere. ita tamen ut in meditatione assidua & recogitatione attenta passionis dominicæ enitantur passionum suarũ amaritudines dulcorare, ad-

A susceptiõe sacramẽti eu charitati q̃ impediunt.

Leuit.21.

Ephe.5.

Ephe.4.

Ro.12

Luc.6.

2.Pet.2

uersa

uersa æquanimiter sustinere in abiectione & subiectione, in correptione & correctione, in admonitione & instructione salubri gaudere & gratias agere. Amplius, Cũ celebrare, sit tã priuilegiatum ac dignissimũ opus dei patris omnipotentis, imò & totius superexcellentissimæ trinitatis præcipue honoratiuum, passionisq; Christi & cæterorũ ipsiuus mysteriorum ac beneficiorũ eximie recordatiuũ, toti quoq; ecclesiæ, imò uiuorũ ac mortuorũ potissime subuentiuum: admonendi sunt sacerdotes, ut quotidie celebrare non cessent, nisi speciale occurrat obstaculum, imò sic conuersari, taliter proficere satagant, q̃ ad celebrandũ quotidie quantum humana sinit fragilitas, suo modo sint digni, implentes illud archiapostoli beatissimi Petri: Oẽs unanimes, cõpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles: & quod sanctus admonet Paulus: Induite uos sicut electi dei uiscera misericordię, benignitatem, humilitatẽ, modestiã, patientiam, supportantes inuicẽ in charitate, & donantes uobismetipsis, si qs aduersus aliquẽ habet querelã. Itẽq;, si qua cõsolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera misericordiæ, implete gaudium meum ut idem sapiatis unanimes idipsum sentientes. Nihil per contentionẽ neq; per inanẽ gloriã, sed per humilitatẽ superiores sibi inuicẽ arbitrantes, oĩa facite sine murmurationibus, ut sitis sine querela simplices filij dei. Cum hæc & consimilia apostolica & euangelica documenta oĩbus iniuncta sint Christianis, pensemus quàm uile, detestabile atq; damnabile, quàm erubescibile, turpe & abominabile sit hõies religiosos in istis deficere, ita ut querulosi, contentiosi, & turbatiui sint inuicem, indignabundi, amari ac partiales, non pensantes quod sanctus scribit ap̃lus Iacobus: Si zelum amarum habetis & contentiones sunt inter uos, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus ueritatẽ. Nõ est sapiẽtia ista desursum descendens, sed terrena, aĩalis, diabolica. Vbi eñ zelus & contentio, ibi incõstantia & omne opus prauũ. Quæ aũt desursum est sapientia, primũ qdem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis. O q̃ sententiosa sunt omnia uerba ista: quàm dulcem gereret uitam etiam in præsenti, qui ea impleret, & quàm longe sunt ista à fratribus immansiuis, hominibus proprij capitis, filijs proprij sensus, qui graues sunt sibimetipsis ac alijs. Nempe qui uere est sapiens, suauis est animæ suæ. Non autem est sensus, ubi abundat amaritudo. Hinc nanq; & Moyses populo duræ ceruicis filijs Israel dixit, Non sit inter uos radix germinans fel & amaritudinẽ. Paulusq; uniuersis fidelibus: Pacem, inq̃t, sequimini cũ omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum, contemplantes ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediat, & per illam inquinentur multi. Nempe ut Climacus loquitur: frequenter unus canis totum gregem turbauit, & inficit una morbida ouis multas. Itaq; quę pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt in inuicem custodiamus. Deus aũt patiẽtiæ atq; solatij, det oĩbus uobis idipsum sapere in alterutrũ, ut unanimes uno ore honorificemus deũ & patrem domini nostri Iesu Christi in spũsancto: placeatq; unusq(;) proximo suo in bonũ ad ędificationem, ut oẽs unum simus in dño: pacifici semper & cõcordes in illo. Beati eñ pacifici, qm̃ filij dei uocabunt. Turbatores uero & turbulenti patrẽ suũ diabolum imitantur, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarũ, imitãturq; eum q sunt ex parte ipsius, q dissensiones, & scandala concitant. Et scimus qa uæ homini illi per quẽ scandalũ uenit. Nam ut legislator noster testatur, Quicunq; scandalizauerit unũ ex his pusillis, expedit ei ut suspẽdatur mola asinaria in collo eius, & demergat in profundũ maris. Quòd si ita damnabile est unũ scandalizare pusillum, quantæ damnationis est multos scandalizare huiusmodi, aliorũ impedire profectum, retardare processum, feruorẽ extinguere, & ad remissius agendũ inducere. Porrò, diabolica mala, detractio, susurratio, discordiæ seminatio, in infinitum sint longè à nobis: sed & leuitates, dissolutiones, cachinnationes tãquam spiritualium uenena profectuum solicite euitemus. Nam qui sine timore est, iustificari non potest. Et qui timet deum, nihil negligit. Vniuersa demum quæ agimus, sub ordine diuini amoris ponamus, & cuncta exercitia nostra interiora & exteriora, ad feruentissimum ac synceri ssimum dei & proximorum, potissime dei amorem indesinẽter ac sapientialiter referamus, Ad laudem dei, & cætera.

1.Pet.3.
Colo.3.
Philipp.2.
Iaco.3.
Deute.29.
Heb.12.
Matt.5.
Luc.17
Matt.18.
Eccli.
Eccli.7.

DE SACRA COMMVNIONE Eucharistiæ frequenter deuote suscipienda, Sermo VI.

Qui man-

QVI manducat hunc panem, uiuet in æternum. Iohannis 6. Dominus noster Iesus Christus, qui secundum suam deitatẽ est amor increatus, superardẽtissimus & immensus, atque secundum suã humanitatem tam plenus est sancta spiritali infusa dilectiõe, quod nulla pura creatura capere potest maiorẽ. Ipse dulcissimus unigenitus patris æterni tanquam ardẽtissimus fornax sanctę dilectionis, repletus incendio, charitatẽ suam ad nos multipliciter ac copiosissime nobis mõstrauit, pręsertim in quinque. Primo in hoc, quod nostram naturã, uerã humanitatẽ, suę diuinæ coniunxit naturę, personali & proxima unione, hoc est in unitate personę, sic quod ipse Iesus
Psal.44. Christus sponsus ecclesię speciosus forma pręfilijs hominum, uerissime factus est hõ, inua
Iohan.1. riabiliter permanens deus. Sicque naturam nostrã sibi uniuit & assumpsit in sponsam in utero sacratissimę atque purissimę uirginis, de qua in die natiuitatis suę prodijt tanquam sponsus de
Psal.18. thalamo suo, geminę gigas naturę, exultans ad percurrendã uiam uitę ac peregrinationis
Heb.9. pręsentis, quousque in ara crucis obtulit semetipsum oblationem & hostiã deo patri, pro redemptione & salute eorum quorum naturam assumpsit. Cumque amor uirtus sit unitiua, tanto perfectius atque propinquius uniens amantẽ & amatum, quo ipsa dilectio feruentior fortiorque extiterit, ex hoc cognoscimus æstuantissimã & fortissimã charitatem filij dei ad nostram naturam, & ad genus humanum, pręsertim ad suos electos, quod nostrã naturã suę deitati cõiunxit unioni personali, qua nulla unio in creaturis potest perfectior & propinquior esse. Hinc indefinenter gratulari, deuotissime regratiari, uehementissime inflãmari debemus in deo omnipotente, qui est bonitas prima, pura & infinita: quoniam ipse dñs deus dei patris unicus filius, factus est unus ex nobis, frater noster, consors nostrę naturæ. Secundo, ostẽdit
Zacha.2. nobis hanc suam charitatem ad nos inter homines conuersando, sicut per Zachariã pręd
Baru.3. xit: Gaude & lętare filia Sion, quia ecce uenio & habitabo in medio tui. Vnde & Baruch prę
Ibidem. nuntiauit: Qui fecit stellas, hic est deus noster. Et, post hoc in terris uisus est, & cũ hoibus conuersatus est. Hoc sanctus euangelista Iohãnes impletũ protestans: Verbũ, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis, Et uidimus gloriã &c. O quam amorose ac dulciter, quam fructuose & salubriter, quàm sancte & exẽplariter inter hoies conuersatus est in omni paupertate, profundissima humilitate, firmissima patientia, immobili mititate, plenissima charitate. Tertio, ostendit nobis suã excellentissimam charitatẽ, instituendo in cœna nouissima dignissi
Iohã.6. mũ sui corporis ac sanguinis sacramentũ, in quo tunc contulit, & quotidie cõfert seipsum nobis in saluberrimũ animarum nostrarum cibum ac poculum. Et ita in hoc sacramẽto pręstat nobis seipsum, sic quod ipse sit dator & donum, refector & cibus, inuitator, hospes ac panis uiuificus, manna cœleste, habens in se omne delectamentũ, & omnis saporis suauitatẽ. Hęc est
Sapi.16. charitas summa & liberalitas maxima, in qua dator largitur seipsum. Quarto, monstrauit nobis Iesus Christus suã perfectissimam dilectionem, offerendo seipsum pro nobis deo patri in ligno crucis, ad recõciliandũ nos patri æterno, ad liberandũ nos ab omni pctõ, & ab infernali supplicio: ad impetrandũ ac promerendum nobis charitatẽ & gratiã, donaque spiritus sancti in uita pręsenti, deinde salutẽ & gloriam ęternalẽ in regione sanctorum, superglo riosissimo deo sine fine fruentium. Certe ut ipse deprompsit, Maiorem charitatẽ nemo ha
Iohan.15 bet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Nec suffecit ineffabili charitati, pietati & liberalitati suę benignissimę mentis, quod semel seipsum obtulit altissimo patri pro nobis, sed insuper ordinauit ac statuit se quotidie offerri pro nostra salute in sacro ac diuino Missę officio, in quo indubitanter assunt & adstant cum ineffabili reuerentia angeli sancti: Nec solum inuitat & admonet nos ad suscipiendũ istud præstãtissimum sacramentũ, hunc cibũ angelicum, hoc pignus beatificæ refectionis præstandę in paradiso cœlesti, imò etiã iubet
Iohan.6. hoc ipsum terribiliter in euangelio loquens: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Pręterea, manducantibus deuote hunc salutiferum cibum, promittit fructum exuberãtẽ, uidelicet uitam gratię & profectum uirtutum in isto exilio, uitamque gloriæ & refectionẽ æternaliter cõtentantẽ in cœlesti pa
Iudicio operis. latio. Circa hęc quęri potest, an concedẽdum sit deuotis personis laicis, quotidie seu alternatis diebus in qualibet hebdomada cõmunicare. Ad quod sanctus Thomas super quartum Sententiarum respondet: Quę in hoc sacramento geruntur, similitudinẽ habent cũ his quæ in corporali accidunt nutrimento. Cum enim fiat deperditio quædã continua naturalis humiditatis seu humidi radicalis per actionẽ naturalis caloris exercitiique laboris, oportet frequenter corporeum sumere alimentum ad restaurationẽ deperditi, ne perditio illa continua mortẽ inducat. Conformiter ex concupiscẽtia innata, & occupationibus circa ex

terio

teriora, fit deperditio deuotionis atq; interni feruoris. Hinc oportet ut deperditio illa restauretur per huius uiuifici cibi sumptionem. Hæc responsio consonat uerbis S. Ambrosij asserentis: Panis iste quotidianus est. Accipe quotidie, q̃d tibi prosit quotidie ad salutē. Hinc iterum Thomas affirmat: In hoc sacramento duo requiruntur ex parte recipientis. Primum est, desiderium coniunctionis cum Christo, quod facit amor. Secundum est, reuerentia sacramenti, quod pertinet ad donū timoris. Primum horum incitat ad quotidianā seu frequentem celebrationem ac communionē: secundū retrahit inde. Si qs ergo per experientiam probabiliter noscat ex quotidiana celebratione aut cōmunione in se augeri charitatis feruorem ac reuerentiā sacramenti, talem decet quotidie celebrare aut cōmunicare. Si aūt senserit illa in se ex quotidiana cōmunione non multum augeri, talis debet aliquando abstinere, ut postmodum cum maiore reuerētia ac feruore accedat, imò & niti debet ad pcipiendum quotidie plenius huius sacramenti effectus. Et quantum ad hoc, unusquisq; suæ discretionis iudicio relinquendus est. Ideo loquit Augustinus: Dixerit quispiam non quotidie eucharistiam esse sumendam. Alius affirmat quotidie esse sumendam: faciat unusqsq; quod scd̃m suam fidem pie credit esse agendū. Et probat hoc per exemplū Zachei & Centurionis: quorū primus ex charitatis feruore accepit Christum in domū suā gaudens: Alter ex reuerentia dixit, Dn̄e nō sum dignus ut intres sub tectum meū &c. His per omnia concordant responsiones Petri de Tharentasia, q fuit pontifex summus, & Richardi de media uilla in scripturis super quartū Sententiarū dist. 12. Hæc eadem habentur in Summa Durandi, & in Summa confessorū, & in Summa Pisana. Ex quibus ostēditur indiscretio aliquorū incaute reprehendentiū quasdam personas ualde deuotas, quę singulari affectu ardent ad huius dignissimi sacramenti quotidianā susceptionē: in quibus etiam euidenter conspiciuntur effectus & signa pręcipuę deuotionis. Deniq;, in primitiua ecclesia uigente deuotione & calore sanguinis Christi adhuc in cordibus fidelium inardescente, uniuersi Christifideles quotidie cōmunicabāt. Vnde & Anacletus Papa disseruit: Peracta consecratione oēs cōmunicent, q nolunt ecclesiasticis carere liminibus: alioqui ab ecclesiæ ingressu arceantur. Hinc quoq; ait Albertus: Inter feruorem charitatis ad celebrandū aut cōmunicandum trahente, & inter timorē reuerentię retrahentē, mediū seruet mediatrix discretio. Si aūt in aliqbus dn̄etur charitatis feruor, consulendū est potius ut accedant quotidie. Quibus etiā prouidendū est, ne ex frequētia sacrę cōmunionis fiant minus solicitii ad pręparandū se quotidie totis uiribus ad condignā tanti sacramēti susceptionē: imò indesineter studeāt ad maiorē cordis puritatē, recollectionē, feruorē ac stabilitionē in deo. Porrò, deuotissimę personę, quarū piæ & amorosę mentes subito ac frequenter tā gratiose ac ualde pręstringunt & præueniuntur à spiritu sancto, q abstrahuntur & alienantur à seipsis, & rapiuntur in deum, tamq; uehementer intente & suspensę sunt in eum, q aliud nil aduertunt, nisi ipsum, & illa quæ ipsis ostenduntur, & quæ ipsę uident in spiritu, cōfidenter & salubriter possunt sacramentum hoc sumere omni die, & præcordialissime de tanto dono regratiari altissimo, quem totis præcordijs intra se complectuntur. Ad cuius claram ac facialem & beatificam uisionem, atq; dulcissimam, plenam & æternalem fruitionem tam feruide afficiuntur, anhelant, suspirant, q languent amore, & corporalibus uiribus, sensu & motu priuantur ad tempus. Cūq; sponsum cœlestem nōdum ualeant tam clare & dulciter in seipso conspicere & gustare, hoc eis præcipuū extat solatium, q ipsum in sacramento percipiunt, & inde mirabiliter confortant: q̃m fonti totius gratię omniūq; uirtutum tam propinque iunguntur. Imò hęc ipsa unio & cōmunio quodammodo fructuosior atq; salubrior esse uidetur q̃ uisio & fruitio sponsi huius Iesu Christi in patria beatorū: non q sit tam pfecta & iucunda ut illa, sed qa est meritoria ualde, & abundātioris fructus ac glorię adeptiua: quod uisioni & fruitioni beatorū nō conuenit, quę solum est pręmium, non meritum, sed finis & retributio oīm meritorum. Etenim in hoc sacramēto fides potissime habet locum. Et ista cōmunio figuratur, & inchoatio ac prelibatio est futuræ illius beatissimę refectionis, deliciosissimæ uisionis, supersuauissimæ fruitionis sanctorū in cœlo. Et quanto nunc mentę purior, fide firmiori, affectu calidiori Christum deum ac hominem in hoc sacramento suscipimus, eo in paradiso superno eius deitatem, imò & totam supergloriosissimam trinitatē post hanc miseram & exulem uitam iucūdius ac felicius æternaliter conspiciemus. Verū carnalis hō ista non capit, nec huius cœlestis cibi dulcedinē sapit: ideo grauiter peccat, q tales spūales deuotissimasq; psonas iudicare pręsumit, de qbus nō est iudicandū scd̃m leges cōmunes ac regulares, cū tales psonæ à spūsancto speciali modo mouean

Augustinus.

Luc. 19.
Matt. 8

ueantur, dirigantur & inspirentur. Quarum unaquæque grata & humili mente dicere potest illud Apostoli: Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. Prędictis uerbis consonat Bonauentura super quartum Sententiarum: Si quis, ait, semper esset paratus, semper utile esset sacramentum istud accipere, hoc est, semel quotidie, ut mundum receptaculum habens, comedat cibum istum cum reuerentia pręcipua & deuotione ac fructu multiplici, sicut fiebat in primitiua ecclesia. Ideo fidelibus primitiuę ecclesiæ competebat omni die accedere: postmodum refrigescente charitate, instituta sunt tempora communicandi diuersa: non ut non frequentius liceret, sed ut ad minus tunc fieret. Idcirco ex speciali deuotione communicare quotidie, non præiudicat nec derogat illis statutis ecclesiæ. In hac re negligentes & pigri, imò multum reprehensibiles & acediosi sunt quidam sacerdotes etiam religiosi, qui acediam suam, qua facili occasione, & leui ex causa celebrare omittunt, quodam palliant uirtutum colore, quasi ex humilitate & reuerentia tanti sacramenti, à celebratione abstineant. Quod si ita esset, nec in cæteris actibus cultus diuini tam irreuerenter & tepide se auderet habere. Talis quoque negligentia & cordis tepiditas, ualde indecentes atque illicitę sunt omni religioso, cum status religionis sit status perfectionis, saltem acquirendæ. Propter quod religiosi ex sua uocatione & professione ualde tenentur profectui spirituali ac charitatis feruori studere, & ita assidue orare & celebrare pro his, quorum eleemosynis sustentantur. Postremo, quamuis commendabile sit interdum ex humilitate & timore à celebratione & communione cessare, attamen multo melius est ex charitatis feruore, speciali deuotione ac zelo boni communis quotidie ad celebrationem aut communicandum se pręparare. Quemadmodum charitas sublimior uirtus est quam humilitas. Et præsertim quoniam sacramentum istud sacramentum est totius charitatis, liberalitatis & gratiæ, medicinaque animæ. Et quamuis æque bonum & meritorium esset sacerdoti quoad seipsum, ex humilitate à celebratione cessare, & ex charitate celebrare, tamen quantum ad alios multò fructuosius salubriusque consistit accedere: quia deuote accedens, multipliciter succurrit, non solum sibiipsi, sed et toti ecclesiæ, & uiuis ac mortuis, præcipue quoque astantibus, & eis pro quibus celebrat ac precatur. Hoc breue scriptum deputo & transmitto uobis deuotissimis Christi ancillis. Hoc tibi Mechtildi, quæ in Nouiomagio iaces præ corpusculi tui imbecillitate die ac nocte in lectulo, & assiduis raptibus obdormis ac reficeris in dilecto, corpore tuo sic soporato inflexibilique effecto, ut instar ligni & lapidis uideatur exanime, nec aliqua pars eius ualeat moueri, nisi moueatur & totum. Tibi quoque Christinæ, quę à Christo recte Christina uocata es: quę & instar Christi nuper quinque uulnera in corpore tuo baiulasti, quorum stigmata nunc usque cernuntur in te. Tibi etiam Catharinæ, quæ nullo corporeo alimento multo tempore, puta triennio & amplius usa es, nisi modico poculo liquoris qui remanet caseo facto ex lacte: & nihilominus carnosa & rubeo uiuidoque colore perfusa consistis, quemadmodum aliæ duæ præfatæ. Vestris syncerissimis precibus meipsum & meos humiliter recommendo, ac uestrum indesinentem profectum totis pręcordiis opto ego frater DIONYSIVS, cuius orationes quamuis exiguas, & informationes licet uobis non necessarias, tam frequenter petistis.

Gala. 2.

Opusculi huius dedicatio.

OPVSCVLI DE FREQVENTI sacra communione Eucharistiæ, FINIS.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE MVNIFICENTIA ET BENEFICIIS DEI Liber unus.

ANIMA mea desiderauit te in nocte ô unigenite patris æ- Isaiæ 26.
terni, sed & spiritus meus in præcordijs meis sitiuit in te,
ô pulchritudo quæ cuncta pulchrificas, exemplar ad cu-
ius emulationem condita sunt uniuersa, lux uera quæ il-
luminas omnem hominem uenientem in hũc mundum, Iohan. 1.
dulcis & benedicte Iesu, illustra faciem tuam super seruũ Psal. 30
tuum. Hæc est enim uita æterna, ut cognoscam te, ut dili- Iohan. 17.
gam te, ut transformer in te. O splendor paternæ gloriæ, Sapie. 7.
ô candor lucis æternæ, concupiscit anima mea in te, sciẽs Psal. 41.
quoniam bonitas præstantissima tu es, sed deficit quoni- 1. Timo. 6.
am inaccessibilem lucem inhabitas. Nequit tenuis uisus
syncerum solis radium speculari ô fons sapientiæ, uitæ o-
rigo, & lumẽ luminum sancte Iesu, qui es in sinu, imò qui Iohan. 1.
es in corde patris, signatum est super me lumẽ uultus tui, capax est cognitionis tuę anima
mea. Deniq; quemadmodum dilectus tuus diuinus Dionysius fassus est, ut sol iste sensibi
lis omni quod suæ lucis susceptiuum est, radios impertit, sic omnem tu mentem irradias.
Non se contineat quæso super me multitudo uiscerum misericordiæ tuæ. Accende cor
meum, resolue me & conuerte me in te, erudi me lux mundi, deus salutis meæ, ut ea quæ
te mihi amabilẽ efficiunt, & item me te amare obligant, syncera stabiliq; mẽte contempler.
Da quoq; cordi robur quo te pro uiribus sic diligam atq; honorem, quemadmodum idi-
psum dignum fore, æquum, itemq; idoneum mens propria illustrata censet.

Articulus I. Excitatio mentis in amorem unigeniti.

IN deo salutare meum, & gloria mea deus auxilij mei, & spes mea in deo est. Segrega Psal. 61.
re iam nunc paulisper anima mea à multitudine rerum creatarum, relinque quod
omnium desiderabilium summam non complectitur. Quid nẽpe omnis boni, omnis
pulchri, uniuersiq; desiderabilis plenitudinem sortitum est, nisi præstantissima illa
fontanaq; & item increata bonitas unigeniti? Quicqd eñ in creaturis sparsim atq; per mo
dum incompletum effusum est, in ea supersimplici, perfectoq; modo cõtinetur. Fortitudi-
nem cupis, fortemq; diligis? En dei uirtus est unigenitus. Optas sapientiam? In Christo
sunt omnes sapientiæ atq; scientię thesauri absconditi. Fons quippe sapientię uerbum dei
in excelsis. Pulchritudinem desideras? Speciosus forma præ filijs hominum, est patris uni
genitus. Porrò, omnis decor, omnisq; pulchritudo, ex splendidissimo eius claritatis fonte
profluxit. Diuitias concupiscis? Omnia quę habet pater, habet unigenitus. Gloriam sub-
limitatẽq; efflagitas? En rex gloriæ patriq; per omnia coæqualis, est unigenitus eius. In eo
igitur salutare tuum, quoniam perfectum bonum ipse est. In eo gloria tua, quia ei soli de-
betur omnis honor, & gloria, quippe à quo bona cuncta fluxerunt. Deniq; unigenitus, de
us auxilij tui, quoniam sine ipso nihil uales efficere, sitq; in eo spes tua, benedictus nãq; uir
qui confidit in domino. Iam ergo domine deus uirtutum conuerte me, ne creatarum Tite 4.
commutabiliumq; rerum amor à te me separet, ne tui in me dilectionem minuat, ne à tui
contemplatione me præpediat. Etenim quemadmodum omnis natura, quæ tu non es, à
te ô unigenite processit: sic utique omnis amor, & item cognitio illius à te ordinanda
consistit. Nil ergo extra te amare par est. O igitur adorande & superbenedicte Iesu, hoc
animę meę præsta, ut sicut quicquid sum & habeo, à super dignissima tui munificentia ma
nauit, sic in ipsius honorem & gloriam hæc ipsa indeficienter exhibeam: tibi equidem de-
beo me totum: tibi pareant, teq; cognoscant & diligant omnia intima mea, stet in te fixa,
incalescens & suspensa, omnis uirtus mea. Nil enim præter te beatificare, nil quietum, nil
contentum ualet constituere.

Articulus II. Quemadmodum Christi humanitas ad deitatis contemplationem atq; amorem uia sit.

1.Iohan.4. IN hoc apparuit charitas dei, quoniam filium suum unigenitum misit in mũdum. Diuinæ igitur dilectionis euidens argumẽtum est missio unigeniti, deniq; missio filij incarnatio eius est: in assumpta itaq; humanitate filij, paterna dilectio elucescit. Nũc ergo si quod est in te sapientię lumen, si quę gratitudo, si nobilitas aliqua, intuere & cõsidera o anima, quæ nã sint in humanitate Christi, diuini amoris signa, paternę charitatis indicia, & æternę clementiæ argumenta. Verus (ni fallor) amator censendus est is, qui alteri propter semetipsum propriamq; bonitatem prouidet, succurrit, & proprias diuitias communicat atq; impendit: porrò quò id liberalius magnificẽtiusq; effecerit, eo ardentior est appellandus amator. Intende ergo o deiformis anima, si & qualiter hæc in unigenito dei splendeant, tibiq; ab ipso exhibita sint. Multis quippe hęc amoris insignia exhibendi existentibus modis, nullus utiq; tam idoneus tamq; pręclarus esse poterit, q̃ ut seipsum quoq; pro alterius quispiam salute & bono impendat: quid nẽpe semetipso charius ampliusq;
Iom.15. impartiri quibit? Ideoq; unigenitus dei, Maiorem inqt, charitatem nemo habet, q̃ ut animã suam ponat qs pro amicis suis. Eras o anima olim exul & egena, criminis consors, & æternæ mortis obnoxia. Clausa erat patriæ ianua: non extitit q eam reserare foret idoneus: descenderunt ad inferos uniuersi: ad æternę beatitudinis adeptionẽ condita fueras, sed æqssima summę rationis censura hac te destituit: hãc tibi abstulit originalis culpa. Vidẽs hoc unigenitus, figmenti sui miseria tactus intrinsecus, grauiter quoq; tãtum paternę maiestatis honorem auferri ferens, à regalibus sedibus descendit, & humanę naturæ languoribus
Philip.2 mederi festinans, formam serui accepit, qua nobis cõnaturalius aptiusq; applicari, & item salutis remedia iustius posset impartiri. Etenim liberanda erat assumẽda natura, quatinus
Psal.105. quod offendit, satisfaceret: Homo autem offendit, hincq; hominem deus assumpsit. Sed cũ
Philip.2 ob indefectibilem infinitamq; sui incõmutabilitatem, immensitatis cuiusdam rõnem ipsa contineat specifica natura: ipsum quoq; hominis peccatum, si ad diuinę sanctitatis immensam maiestatẽ cõparet, infinitã quãdã iniurię offensęq; exhibitionẽ cõprehẽdat: quõ utiq; ad totius naturæ reæ liberationem pura satisfaceret creatura? In eandem ergo personam, creatorẽ atq; creaturã coire necesse extitit, si rea creatura redimi debeat, quatinus creaturæ decliuitas superiori deitati pro uiribus satisfaceret, ipsa uero creatoris sublimitas satisfactioni idoneitatem efficaciamq; pręberet. Enimuero, cum nõ aliter nobis supersplendẽs diuinus radius q̃ uarijs sensibilium formarum obtectus uelaminibus lucere queat, quam omnino naturam liberando homini tam congeneam, tamq; connaturalem & aptam assumere ualuit unigenitus patris, quàm humanitatem ipsam?

Articulus III. Quemadmodum in incarnatione unigeniti paternæ charitatis ardor, & item clementiæ immensitas elucescant.

Mat.3 HIc est filius meus dilectus in quo mihi beneplacui. In eo paternę tuę fœcũditatis
Matt.17. dignitas pręstantissima, omnipotensq; comprobatur ò adorande & ęterne geni
Mar.1. tor, quoniam filium tibi per omĩa coæqualem genuisti: Nempe gloria patris est
Luc.3. Luc.9. Prouer.10 filius: imperfectio quippe filij, paternę dignitati gloriæq; paternali derogat. Est igitur tibi ò superfelix pater in teipso infinita iucunditas, atq; in omni creata illuminataq; mente honor immensus in eo, q tibi coæternũ, coimmensum & æque perfectũ filiũ gignere & poteras, & scilicet cõcomitanter uolebas. Laudat & glorificat ois supmũdanus spũs,
Iohan.1. qm̃ uerũ deũ deus uerus genuit, perfectus perfectũ, incõmutabilis incõmutabilẽ, simplicissimus simplissimũ, adorãdus adorandũ: & is cui inest oĩs nobilitas, origo uitę, lucis plenitudo, fontana sapientia, & oĩs felicitatis incircũscriptio, eũ cui hæc cũcta supeminẽtissime cõueniũt, cui nulla deest sublimitas. Quo mõ ergo ò pater immẽsę maiestatis, paternã tuã su
1.Cor.1. perexaltatã magnificentiã eatenus inclinasti, tam dignanter (si sic loqui oporteat) humiliasti, sicq; uehemẽter exinanisti, ut uelles dilectissimũ filium tuũ tam excellentẽ & pręstantẽ, tã humilia atq; abiecta assumere, & tam ima ac defectuosa de ipso tui unigenito enunciari sustineres? Etẽm si honor tibi est & infinita gloria, qm̃ unigenitus tuus per oĩa perfectus est, incõmutabilis, adorandus, æternus ac uerus deus, quomodo non uisum est pręstãtissimę tuæ paternitati incõgruere ac derogare, ut unicus summusq; tuus filius, mortalis & indigens, tẽporalis & finitus, imò creatura, qa homo: & demum crucifixus appelletur. Deni
Mat.13 q;, queãdmodũ nõ uile tibi uisum est cum muliere humili utiq; paupercula, q; uirgine cõmunem habere natum: quid te ò sapientissime & supersancte pater ad hæc induxit? Nunquid hæc frustra & absq; ratione egisti? Nunquid creatura meruit? Egisti equidem, sed paterna tua amorosa que benignitas, nostræ per hunc modum indigẽtiæ auxiliari, sola tua bonita-

bonitatẽ instigante dignata est atq; decreuit. Amoris est ista proprietas, ut amato amantis bona cõmunicet. Tu autẽ ô superamande, supersublimis ac superdiues pater, filium tuum & nobis & pro nobis donasti & misisti, quatenus per eum & cum eo & in eo filij tui nominemur & simus: nos utiq; qui eramus natura filij maledictiõis & iræ. Eia benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & uirtus, & fortitudo sit tibi bendicte deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis. 1. Ioan 3. Apoc 7. 2. Cor 1.

Articulus IIII. Qualiter in incarnatione filij dei incomprehensibilis dignatio spiritus sancti refulgeat.

INter uniuersa humanæ arrogantię mẽdacia nefandaq; scelera, nil eatenus graue opinor ut est blasphemia, dum sibi diuinũ aliquid homo impudenter attribuit. Maledictus plane infelix ille Manichæus, qui se spiritu sancto intantũ repletũ disseruit, ut iã nõ aliud esset ipse Manichęus q̃ spiritus. Te aũt ô alme paraclete sancteq; spiritus, q diuinarum scripturarum testimonio uerus deus diceris ac crederis, nedum à patre sed à filio q̃q; emanare certissime agnoscimus. Porro qcquid es & habes, ab unigenito tibi concessum est: Cũq; uerus perfectusq; deus existas, quẽadmodũ precor ab homine te procedere itẽq; mitti ac donari, dici suffers atq; dignaris. Ait equidem amor noster crucifixus Iesus: Cum uenerit paracletus quem ego mittam uobis à patre. Et denuo de te loquens: Ille, inquit, de meo accipiet. Iã nũc ô fons gratiarum, ô spiritus ueritatis & humani cordis lumẽ. O desiderata benignaq; bonitas, ostende cur tam uehementer tãq; indicibiliter ueram tuã deitatẽ inclinasti: & si ita fari fas est, exinanisti: Enimuero à maiore quidpiã sortiri minorẽ, magnificẽtia est: ab æquali aũt, in nullo dedecus censetur: sed à minori pendere & suscipere, uile & sine laude uidetur. Vniuersaliter nanq; passo honorabilius est agens. Distat autẽ à deitate, humana species distantia infinita. Tuæ igitur æterne, est id dilectionis atq; clementiæ, ut ad eius à quo profluis, incarnationẽ nedum consentire sed & cooperari adijceres, sicq; à uero homine nõ utiq; ab hũanitate, te manare, totũq; quod es itemq; habes, suscepisse profiteri non uilipenderes. Tu pudicissimę uirginis castissimũ uterũ impregnasti. Tu illustrissimæ mũdissimæq; puellæ uirgineã cellulã corpore unigeniti occupasti. Tu ex purissimis sanctissimisq; deiformis Mariæ, dulcis ac pręstantis columbæ sanguinibus, æterno uerbo humanæ formæ corpus parasti: sicq; actum asserimus, ut à quo æternaliter spiraris, uerus fit homo & mulieris filius. Sed nec inde erubescis, non id spernis. O misericordissime consolator, perfecte ac desideratissime deus, ingens foret, ni fallor, humanitas, si ab angelorum imo summus se doceri Seraphin contestari dignaret, aut ab homine angelus, seu ab idiota præclarus philosopus, uel eruditus theologus. Deniq; Seraphin altissimi super angelorum imũ, angeli quoq; super hominem, & hominis peritissimi super quempiam ignarum excellentia finita est, & in ordine ad deitatis super creaturã eminẽtiam nulla & nihilominus ab homine nedũ sapere sed etiã eẽ te suscipere. O adorande ardẽsq; paraclete dici sustinuisti. Ioan. 16. Ioan. 14. Ioan. 16. Ioan. 1.

Articulus V. Quod in incarnatione unigeniti, indicibilis ipsius exinanitio, clemẽtia atq; dilectio eluceat.

AMoris est hæc uirtus atque proprietas, ut amato amantem uniat Porro q̃ amor ipse uehementior ardentiorq; fuerit, eo intimiorem magisq; inseparabilem coniunctionem efficit. Denique, perfecta charitas triformem operationem sortita est: Est nempe eius, ut amantem amato uniat, unita quoque in se mutuo trãsponat: demum, unita & item transposita indissolubiliter colligat, inseparabiliq; concordiæ uinculo cohærere faciat. Ex modo igitur ac qualitate unionis, amoris est censendus ardor metiendaq; quantitas. Prętera omniũ unionũ intima ac uicinissima, personalis existit cõiunctio. Te aũt ô æterne unigenite, homini eatenus unitũ fatemur, ut ex diuina humanaq; natura una subsistat persona, quę pfectus deus & perfectus homo credit, ita ut & diuina homini, & deo humana uerissime cõpetant. Nõ poteras o sancte fili dei te homini uicinius copulare, q̃ ut teipsum hominẽ faceres, humanãq; naturã sic tibi assumeres, atq; nedũ indissolubiliter sed & suppositaliter nostrã tuæ colligares naturã deitati, quatenus in eodẽ eẽ eadẽq; psonali subsistẽtia qua tu æternaliter subsistis, assumpta à te nostra natura supposítaretur itemq; subsisteret. Vnde scimus incõprehensibilẽ tuæ charitatis ardorẽ: nimiũ honorasti creaturã tuam domine. O gloriose & superfelix dei unigenite, quantũ te amare obligamur, qui nostræ naturæ humilitatẽ sic diuinitatis tuæ consortem statuisti: qui super omnẽ supermundanorum illorum feliciũ animorum præclarã splendidãq; altitudinem eam tam

incomparabiliter sublimasti, similitudo quippe amoris causa censetur, ideoq; inter multũ distantia, minor uiget dilectio. Tu aũt o summe Christe nondum nostra assumpta specie, in splendidissimo illo superpulchro q; paternæ lucis fonte latitabas, nec à mundana mente
Philip.2 facile agnosci quibas, ideoq; nec amari: quoniam ignota diligi nequeunt. Sed dum nostra indutus forma in mundũ uisibiliter prodis, tanq̃ ex abdito patris sinu descendis, atq; quõ nos dilexeris experimentaliter pãdis & insinuas. Itaq; quo per incarnationem similior, eo & amabilior utiq; nobis factus es, nempe quem ut uerũ deum adorabamus & uerebamur, iam ut fratrem diligimus, ut redemptorem amplectimur, ut beatitudinis amissæ redditorem amamus.

Articulus VI. Et est inflammatio cordis ad imitandam Christi humilitatem.

Ioan.13. NOn est seruus maior domino suo, neq; apostolus maior eo qui se misit. Respice & intuere o anima mea, intende à quo appellationem sortita sis, à Christo nempe (ut opinor) te Christianam censeri gaudes atq; fateris: te igitur Christũ imitari par est. Aut ergo te domino tuo profundius humilies, quoniã minor eo es:
Phil.2. aut eatenus ut ille, quia maior eo esse nequis: aut certe si horum nullum uales, eius pro uiribus humiliationes assequi enitaris: perfecta nanq; consistes, si illius, ut tibi possibile est, exinanitionem ubilibet cõplecti sectariq; satagas, perfectus est enim discipulus, si sit sicut magister eius: & fideli quoque seruo magnificum perhibetur, si sit quemadmodum do-
Ioan.13. minus suus. Porrò, q̃d tam salubre tamq; præclarum redempto, plasmato atq; fragili creaturę asseri ualebit, quam ut conditori, itemq; saluatori suo iuxta uirium uigorem assimiletur? Nunc igitur o anima, si uere Christianismi fide tripudias, si Christi ueraciter charitate langues, si illius sic rei quemadmodũ nominis parilitatem adepta es, aut utiq; adipisci moliris syncero circũspectoq; mentis contemplatu unigeniti filij dei exinanitiones indesinenter consideres: humilitas deniq; eo uehemẽtior existit, quo q se humiliat sublimior, idq; ad quod se inclinat, decliuius extiterit. Igitur si humilitatis benedicti & beati Iesu intueri sequiq; concupiscis, humiliantis se maiestatem, & eius ad quod superexaltatam suam deflexit altitudinem, decliuitatem conspecta. Et quidem pręfulgidam domini Iesu maiestatem euangelista ille deiformis insinuans, atq; de unigenito fari orsus, ut simus inquit in uero fi-
1. Ioan.5. lio eius, hic est deus uerus & uita æterna. Deniq; cum in forma dei esset, nõ utiq; rapinam
Philip.2 arbitratus est esse se æqualem deo, ipse quidem & pater unum sunt: & ad patrem loquens
Ioan.10. unigenitus, Omnia ait mea, tua sunt: & omnia tua, mea sunt. Palàm igitur quòd tota deita-
Ioan.17. tis plenitudo sit filij atq; in filio: sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio
Iohan.5 uitam habere in semetipso. Agnoscis itaque iam nunc (ut opinor) o nobilis anima, exinanientis se unigeniti maiestatem, quàm ante ipsius quoque mundi constitutionem habuit: est quippe lux pura à pura luce, actus ab actu, deus à deo æternaliter proficiscens. Demum,
Baru 3. assumptę paulisper speculare decliuitatem naturæ, & quidem quid utique lucidius, quid prorsus uerius, quàm quod uerbum caro factum est, quòd post hæc in terris uisus, & cum
Gala.4 hominibus cõuersatus est deus? Quòd dum temporis adfuit plenitudo, misit deus filium suum natum ex supermunda uirgine, factumq; sub lege. Porrò, in cunctis intellectualium substantiarum ordinibus humana specie, præsertim uero humana carne, quid omnino decliuius? deitate autem quid penitus cogitari quibit præstantius? Cumq; ueram deitatẽ, ueræ humanitati, quarum altera summa, ima q; est altera, in seipso in personali unitate copulauerit unigenitus, incomparabilem eius esse exinanitionem innotescit. Verbi itaq; exinanitio, tam propter assumentem deum, cuius digne profari nequit sublimitas, quàm ob assumptum hominem, cuius species in intellectualibus una est ac multiformiter egena, incomprehensibilis prorsusq; incomparabilis censenda est. Enimuero paulominus ab an-
Psal.8. gelis se minorauit angelorum dominus, qui utique fecit angelos suos spiritus, uniuerso-
Dan.7. rum creator creatura manens: tamen quod semper est effici dignatur, & cui milia milium ministrant, decies que centena milia milium assistunt, in medio pauperum suorum non iam tanquam cui ministratur, sed instar ministrantis conuersari acquieuit, uel potius con-
Psal.18 cupiuit: nempe exultauit ut gigas ad currendum uiam, & amantissimæ quoque suæ filiæ decorem præoptauit. Quid superbis terra & cinis: cur humiliari, cur sperni, cur
Eccl.10. inferioribus erubescis uniri? præesse dominari que gliscis: & ille ministrare uenit.

Demũ

denuo non suam, sed patris uenit uoluntatẽ perficere, factusq; est ei obediens usq; ad mor Iohan. 5.
tem: is utiq;, cui uentus & mare obediunt, cui omnis paret natura, quippe quo dicẽte atq; Philip. 2.
mandante facta est & cõdita, & tu miser & miserabilis, q uelut flos egrederis &ontereris, Psal. 32.
ut fœnum decidis, qui si amore dignus sis an odio ignoras, deum & dominum tuum sequi Coloss. 1.
non uis, parere renuis, in oculis tuis fore humilis aspernaris. Præterea cũ nil quod nõ rece Iob 14.
peris habeas, nilq; boni ex te possis, alteri te tam impudenter præfers, & non potius omniũ Isaiæ. 40.
bonorum fonti gratiarum actionẽ confessionẽq; impendis. Iacob. 1. 1. Pet. 1. Eccle. 9.

Articulus VII. Et est plenior mẽtis instructio ad contẽplandum, itemq; sectandam exinanitionẽ unigeniti.

DIscite à me quia mitis sum & humilis corde. O dulce uerbum, sed miti, sed humi Matt. 11.
li, sed & mititatis humilitatisq; amatori. O fons sapientiæ, ò lux mundi, ò unige Iohan. 1.
nite dei, qui utique in hoc natus es, & ad hoc uenisti in mundum, ut testimoni- Iohan. 18.
um perhiberes ueritati, ut illuminares omnem hominem uenientem in hunc
mundum: cur non tuos discipulos, tuos electos, tuos amantissimos trinitatis arcana rima-
ri, supmundanos cœlestium hierarchiarum ordines scrutari, rerumq; naturam & itẽ pro-
prietatẽ inuestigare hortatus es? Cur ò amator hominum præamãde ac supsuauis Iesu qui
certissime maxima nobis bona faues, quod saluberrimum est cõsulis, quod optimum edó Mat. 11.
ces, cur dulcis ac supermellifiue dominator à discendi hortatu exorsus: Discite inqs, à me Iohã. 13.
quia mitis sum & humilis corde? Porrò ante diem festum paschæ sciens bone Iesu, quoniã
uenit hora ut transires ex hoc mundo ad patrem instar benignissimi parẽtis, ardẽtissimiq;
amatoris itẽq; sapiẽtissimi, cõsulis ipsis tuis filijs, discipulis ac præelectis, singulare, saluber
rimum, finaleq; dogma relinquẽs iam nunc præinductum uerbũ nedum sermone, sed actu Matt. 26.
quoq; commendasti, nempe dum apostolorum pedes linteo præcinctus lauisses atq; tersis Iohã. 13.
ses, demumq; resedisses eisdem contestatus es: Vos inqens, uocatis me magister & dñe, &
bene dicitis, sum etenĩ. Si ergo ego laui pedes uestros magister uester & dñs, & uos debe-
tis alter alterius pedes lauare. Cur hoc egisti ò sapientia dei, ò uirtus patris, o uerbum ueri Sapi. 7.
tasq; paternæ mentis, non utiq; aliunde, ut reor, non ob aliud (ni fallor) nisi qm̃ unica beati Eccli. 1.
tudinis æternæ uia ac ianua humilitas extat. Tu equidem, ut idem ipse fassus es, uia, ueritas
uitaq; consistis. Quid itaq; est, q humilitatem eatenus cõmendasti, nisi quoniam illuc ne- Iohã. 14.
quit, nisi per sui exinanitionem homo ascendere, unde per elationẽ angelus ipse prolapsus Isaiæ 14.
est. contrarijs qppe curant contraria, & ad oppositos terminos distinctis contrarijsq; uijs
ac motibus proficiscit. Cũq; ad ima à summis, à cœlis ad inferos per superbiã satan decide-
rit, non utiq; nisi per sui exinanitionem ad supermundanã contubernia, sydereasq; & item
angelicas mansiones ascendere quibit homo. Iamnunc o præchara anima, si ueraciter sapi-
ens effici cupis, æternæ fias discipula sapientiæ: si recte progredi gliscis, Christum uiam se Iohan. 14.
quere, non te domino saluatoriq; tuo præferas, disce quia mitis est & humilis corde, quod Matt. 11.
si non didiceris, quicquid amplius agnoueris quicquid studueris, nedum non proficiet,
sed efferet atq; damnabit. Eniminuero quo Christo conformior effeceris, eo diuinior, eo no-
bilior, eoq; felicior fies. Quo autem uitæ eius uehementius imitaris uestigia, eo illi intenti-
us assimilaris. Quod si sanctissimum euãgelicæ annũtiationis dogma reuolueris, nõ aliud
(ut opinor) tibi clarebit, quàm quod ab exordio & usq; in finem uita Iesu Christi, nedum
humilima, sed & perfectæ quoq; ac totius humilitatis exemplar extiterit. Nascitur in sta- Luc. 2.
bulo, moritur in patibulo, in Aegyptum fugit, & parẽtibus se subijcit. Deniq;, ubi caput re Mat. 27. 2.
clinaret non habuit, & cum sceleratis reputatus est: Sed & in diuinitatis suæ insignibus præ- Luc. 9.
clarisq; miraculis non suam, sed patris quærit gloriam, non se honorificat, sed salutem no Isaiæ. 53.
stram efflagitat. Iohan. 8.

Articulus VIII. De inuestigabili diuinæ mentis consilio, ac incomprehensibili censuræ eius altitudine.

O Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei: quàm incomprehensibilia sunt Roma. 11.
iudicia eius, & inuestigabiles uiæ ipsius. Iam nunc o angele magni consilij, o pa-
ternæ mentis splendor, uerbum, atq; consilium: o lux animæ meæ Iesu dei uni- Isaiæ. 9.
genite, qui omnem supercœlestem mentem syncero intelligibiliq; lumine im- Heb. 1.
ples, mentem meam & uim eius omnem tu irradia, affice & inhabita: tu muni, doce, & gu-
berna: sicq; ob ipsam tui amabilem ac uenerãdam incarnationem spiritum meum deifica,
tibiq; conforma, ut quantum fas est atque possibile, cognoscam sensum domini & ineffa-

bilem illam superalmæ superbenedictęq́ꝫ trinitatis censurã, æternę sapientię decretum, & summę rationis dictamẽ super humanę salutis reparatione sapiam, & item syncere stabiliterq́ꝫ contempler. Enimuero nedum omnes homines, sed & angelos quoqꝫ uniuersos ab
Iohan. 11. æterno saluos effici uoluisti: ueruntamen quos elegeras, agnoscebas: casuros præsciſti & hos quidem irrecuperabiliter, hos uero recuperabiliter nouisti lapsuros. Porro quemadmodum hęc cuncta in ipso æternitatis supersimplici nunc inuariabiliq́ꝫ momento, æternaliter pręuidisti: sic in eodem nunc atqꝫ momento cadenti homini mederi, redemptionisq́ꝫ maneriem statuisti, labentem censens deferendum angelum. Denique, electorum ac reproborum omnium angelorum & hominum non iam duntaxat beatitudines & pœnas: sed ipsorum quoqꝫ præmiorum ac cruciatuum distinctiones, gradus ac ordines ordinasti
Rom. 11. ac pręsciſti. Sed quis cognosceret sensum tuum domine, si non per unigenitum tuum hęc nobis essent reserata? Eos equidem quos ô superpræstantissime & æterne pater saluare decreuisti, redemptionis, ne ingrati increduliq́ꝫ forẽt, latere modum noluisti. Igitur unigeni
Iohan. 1. tus tuus filius q́ est in corde tuo, sui dilecti genitoris ipse reuelauit per prophetas atqꝫ apostolos. Etenim uerbum caro factum est secundum apostolum: sed & Christus dominus ca
Esa. 53. ptus est in iniquitatibus nostris iuxta prophetę uaticinium. Redemptionis igitur humanę exordium, est uerbi incarnatio: passio uero ipsius, salutis consummatio est. Hinc igitur palam, ni fallor, elucescit, quoniam, quemadmodũ ab æterno statuisti hominem producere, sic utiqꝫ pro casuro ab æterno incarnari decreuisti. O patris unigenite. O sapientiale & hę nignissimum, & humana, sed & angelica quoque ratione impenetrabile, æternę adorandęque trinitatis decretum. O abyssus iudiciorum dei, quæ sic homini, relicto angelo auxilia
Ephe. 2. ri uoluit. O infinita dei bonitas & charitas immensa. Etenim propter nimiam charitatem
1. Iohan. 4. suam qua dilexit nos, deus suum filium misit in mundum, non utique nisi ut saluetur mun
Iohan. 1. dus per ipsum: elegit nos nanque in ipso, dum mundi huius nondũ esset instituta molitio.
Ephe. 1.

Articulus IX. Quemadmodum saluis dei benedicti æquitate atque clementia, per temporalem particularemq́ꝫ CHRISTI mortem mors mundi uniuersalis ac æterna ablata sit.

Osee. 13 ERo mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Quoniam ipsa tua supersancta dictante iustitia o sublimis ac supersubstantialis deus, malum nullum impunitum relinquitur, & denuo sic exigente tuiipsius clementia, corporeæ aliundeq́ꝫ deceptæ, atqꝫ per alterius culpam damnatæ erat succurrendum creaturæ. Quid utiqꝫ tam idoneum tamq́ꝫ rationabile extitit, quàm ut huiuscemodi in mundum procederet saluator, qui pro alienis sustinendo clementer eriperet, & ipsa sui passione iuste satisfaceret:
Esaie 53. non utiqꝫ q́ ipse puniri meruerit aut iuste punitus sit, quippe qui culpam quæ mortis passionisq́ꝫ causa consistit fortitus non est: Sed in eo q́ ob ipsam suam bonitatem, charitatem atqꝫ clementiam se pro alijs sponte obtulit, misericordiam liberatis exhibuit. Porrò in eo q́ pro alienis tanquam proprijs passus est delictis, iustitiæ dei satisfecit: quoniam malum impunitum non remansit naturæ: quippe identitas in saluatore & saluatis, & ipsa quoque charitatis uirtus cuncta fecit communia, ut quia homo pręuaricatus est, homine patiente non tamen peccatore peccantibus ignoscatur, quoniam charitas plura uelut unum efficit & alijs propria impendit. Quod si dixeris iustum cernitur, ut qui delinquit puniatur atqꝫ emendet, qualiter ergo is qui peccatum non edidit, neqꝫ inuẽtus est dolus in ore eius,
Ephe. 2. pro illis qui natura filij iræ erant iuste satisfecit? Sed iam satis, ut reor, claruit in humani redemptione generis æquitatis pietatisq́ꝫ commixta fore opera. Veruntamen non sic pro homine unigenitus dei satisfecit, ut nullam originalis culpæ sentiat protoplasti pœnam posteritas: est enim mors hęc quam patimur culpę pœna, quemadmodũ lex peccati, quę in carne sensualitateq́ꝫ consistit, sed gratiam ac beatitudinem mors Christi recuperauit, & id quod homo peccato obnoxius nequibat, effecit. Enimuero propter unitum humanitati uerbũ, Chri passio infinitã quandam efficatiam sortita est, atqꝫ ob id totam naturã redimere fuit idonea, etiam temporalis existens. Purus nanque homo pro ipsa natura satisfacere non ualuit, quoniam in infinitum natura communicabilis est & infinitatis cuiusdam rationem habet, quoniam secundum se indeterminata est & illimitata: denique gratiam ablatã reddere puro homini aut etiam creaturę mere non suppetit, nil enim sine pręinexistente gratia meritoriũ censendũ est: lapsus igitur homo, propria nequibat potestate resurgere.

ſurgere. Quod ſi peccati quoque magnitudo efficaciter penſet, innoteſcet utique, cur ad reparandum lapſum hominem dei neceſſaria conſiſtebat incarnatio. Nempe ſi digniorem offendere, grauioris perhibetur delicti, quomodo non præſtãtiſſimam diuinitatis ſanctitatem & immenſam dei maieſtatem offendere, infinitæ enormitatis eſt? & ad tantum diluẽdum ſcelus is erat opportunus, qui interminabilis efficaciæ dignitatiſq; eſſet: ſed deo ſecũdum diuinitatis ſubſiſtentiam atque naturam ſatisfacere non competit, cum maiorem non habeat: porro, homo purus infinitæ dignitatis ſatisfaciendo nequit exiſtere. Quid igitur reſtabat, niſi in eandem deum hominemq; conuenire perſonam? Ideoq; nedum pro originali culpa, ſed pro cæteris quoque peccatis Chriſtus mortuus eſt: nec peccatum aliquod niſi in uirtute meriti dñicæ paſſionis remitti, fateri par eſt. Rom. 5. 1. Corin. 15.

Articulus X. De unitate dei & humanitatis in Chriſto.

TE denique o altiſſime dei unigenite, uerum deum hominem'que uerum, non utique in una natura, ſed in pſona una confitemur, neq; patrem neq; ſpiritũ ſanctum incarnatum aſſerẽtes, quanquã tu cum patre & ſpiritusancto unus ſis deus, una natura, & ut ad omne dicam, una quędam res ſumma: Humanitatis namq; aſſumptio perſonam in diuinis, non naturam directe reſpicit: & licet tota cooperãte trinitate ſit facta incarnatio, ſicut ab efficiente principio, in ſolo nihilominus filio terminata creditur. Enimuero quorũ eſt una perſonalitas, unũ utiq; eſt eſſe atq; ſubſiſtere. Vnde eluceſcit, ſic à uerbo aſſumptum hominem, ut in ipſo uerbi ſuppoſitali eẽ perſonalizatus ſit, neq; itaq; ex rationalis animæ & humanę in Chriſto carnis unione reſultat hypoſtaſis alia ab hypoſtaſi uerbi, ſed in ipſa carnis ac animę copula pfecta eſt conſtituta natura, ſimulq; ad eſſe uerbi aſſumpta. Veruntamen in Chriſto ſalua manet ac integra utraq; natura, proprias ſibi ſortiens unaquæque operationes, ut idem Chriſtus propter humanitatẽ humana, & item ob diuinitatem ſit operat⁹ diuina. Nam & ſi ſuppoſitum ſit quod patitur & agit natura, tamen agendi patiendiq; ratio eſt atque principiũ. Vnde & ſi de eodem Chriſto ſecundũ differentiam quandam diuina ac humana prędicẽtur, nihilominus qd ſecundũ qd dicatẽ, ſolerter contẽplari par eſt. Ipſe equidem & pater propter diuinitatẽ unũ ſunt, & propter humanitatẽ pater eo maior eſt. Deniq;, Ieſus traduxit populũ ſuũ p deſertũ, & quidẽ in deſerto tẽtauerũt Chrm̃, quæ ratione deitatis enuntiari de Ieſu Chro palã (ni fallor) exiſtit: necdũ qppe erat tũc homo, ſic & q; ob uerbo unitã humanã naturã deus de uirgine naſcit, occidit, & ſepelit. In hac tui unitate, & circa hanc in te ueritatẽ naturarũ, multiformiter à ueritatis tramite ſana'q; fide defluxerũt atq; decepti ſunt inimici tui dñe deus ſalutis meæ, ô ſumme Chre, patris adorãde fili. Hoſtis qppe tuus ſupbus ille Arrius, uerã tibi deitatẽ ac rationalẽ abſtulit animã, quẽadmodũ & Eunomius. Photinus te purũ hoĩem ſuſpicatus ẽ, ſicut & Hebion atq; Cherintus. At uero immũdiſſimus totiusq; falſitatis exemplar Manichæus, humanæ in te nõ credidit ueritatẽ carnis. Valentinus tibi nõ humanum, ſed cœleſte corpus attribuit. Sabellius te uerũ deũ faſſus, te cũ patre unam perſonam diſſeruit, ſicq; patrem ſenſit incarnatum. Porro, reprobus ille Apollinaris, nõ iã ex Mariæ ſanguinibus te corpus ſuſcepiſſe, ſed quod ſolo quoque auditu horribile eſt, uerbi aliud in carnem tranſmutatũ opinatus eſt. Neſtorius ille maledictus, duas dixit uerbi & hominis perſonas, & infelix falſitatis collega Eutyches unam tibi duntaxat naturã largitus eſt, ô ęterne & excelſe dei unigenite. Iohan. 10. Exod. 15. Pſal. 105. Luce 2. Matt. 27. Marc. 15. Pſal. 87.

Articulus XI. De donis naturę homini à deo donatis.

OMne donũ optimum, & omne datũ perfectum, de ſurſum eſt, deſcẽdens à patre luminũ. Amiſſio (ni fallor) rei poſſeſſæ erudit, quantũ res ipſa poſſeſſa chara ſit, ptioſa & appetita. Si igit naturaliũ donorũ dignitatẽ dilectionẽq; quis noſcere appetit, quantũ de illorũ carentia & itẽ amiſſione doleat ſapienter cõſideret, nonne ipſum eſſe cunctis naturaliter appetibile ẽ, & ob eius conſeruationem cætera colliguntur & expẽduntur? Quis prętera ſanę mentis, non actualia ac exteriora bona omnia pro ipſis ſuis interioribus eſſentialibuſq; ſeu naturalibus bonis impendat? Quis nõ uehementius eſſe, uiuere & intelligere, ac cæteras naturæ donationes, quàm diuitias & honores, famam & laudem diligit, atque complectitur? deniq;, quis manum aut uiſum, quis pedem uel auditum pro omni alieno bono relinquit? Quis pro toto uniuerſo intellectum ſeu (quod minus eſt) ſenſum amitteret, aut etiam monſtroſum corpus ſortiri dignaretur? Denique, ſi cuiquam ſenſu ſeu lingua, aliõ ue orbato naturæ munere, is ipſe ab aliquo defectus reparetur, atq; quod deeſt impartiatur, quo utiq; ardore reparantem ſanatus dili- Iacob. 1.

git: quô ei fore gratus molit & satagit? Iam aũt ô bone creator, ô benigne deus, om̃e mihi quod habeo naturæ bonum, à te impartitum est: à tua munificentissima præstãtissimaq̃ bonitate esse, uiuere, & intelligere sortitus sum: à te sensus omnis, & corporis decor atque perfectio: à te sapiẽtia & prudentia, libera quoque uoluntas, itemq̃ sensitiuus appetitus. Quantum te pro uniuersis his amare obligor ô benedicte creator? Amplius autem, quid
Psal.8. hoc ꝙ hominem naturaliter om̃ium terrenorum dominum statuisti, & sub pedibus eius cuncta subiecisti? ꝙ in eius ministerium, elemẽta cœlorumq̃ corpora, planetas & sydera operatus es, & ad tui imaginem & similitudinẽ eundem produxisti? ꝙ rationalem ei immortalemq̃ animam, tuæ ueritatis contemplatiuam, & item tuæ bonitatis dilectiuam, atq; per hoc ꝑpetuæ felicitatis capacem pręstare, sola tua bonitate dignatus es? Porro, altero alterum in multis naturę ꝑfectionibus ac fulcimentis multiformiter prætulisti, & hũc quidem corporis pulchritudine, hunc mentis ingenio, illum nobilitate & diuitijs, istum complexionis æqualitate, naturaliq; mititate pręornasti: alijs hęc omnia, alijs quędam impartiens: hunc fecisti naturaliter amabilem, illum eloquentẽ, istum robore fortem & agilem, statura quoq; elegantẽ, cordeq; prouidum constituisti. Hęc cuncta bonitatis tuę munera sunt ô fontana om̃is boni origo, ô diues & supsplendẽs diuinitas: & qui horum plura adeptus est, amplius om̃ino regratiari, non uero inflari habet.

Articulus XII. Admiratio diuinę munificentiæ in donis gratię & supernaturalibus donationibus.

Psal.118. BOni est hęc proprietas, ut se diffundat atq; communicet. Cumq; o supbenedicte & supsancte deus naturaliter bonus sis, cuius utiq; natura est bonitas, & non nisi pura, nisi incircunscriptibilis, quomodolibetq; perfecta, quid omnino tibi proprium est? quid connaturale? quid ex temetipso agere nosti, nisi diuitias bonitatis tuę impartiri cęteris, nisi tuam alijs communicare beatitudinẽ, & demũ nil prorsus tuę munificentiæ expers relinquere? Nẽpe ut Plato disseruit, optimus eras: Ab optimo porro longe omnis est relegata inuidia, & ob id nil sibi proprium reseruat. Deniq;, non tuę superbonę deitati & item pręstantissimæ bonitati suffecit, o fons uitę & luminum lumen, superexaltate creator, uniuersorum naturales capacitates replere, om̃iq; enti secundũ propriæ suæ speciei naturam, & item naturalem potestatem bonitatis tuæ dona influere, sed ea quoq; quæ omnem creatę mẽtis & essentię dignitatem, perfectionẽ, & ordinem super
Matt.18. grediuntur, homini & ꝓstituisti, & pollicitus es, atq; pręstabis. Nempe quid hoc ꝙ ad sup-
Iohan.15. cœlestem æternamq; beatitudinem hominem produxisti, qđ cum angelis ei beatitudinis
1.Corin.13. Esay.52. ęqualitatem spopondisti, ꝙ insuper te ei facie ad faciẽ manifestare decreuisti, ut sit homo per gratiam, quod tu es per naturam? Deniq;, o hominum amator, patris unigenite, quid
Psal.8. est homo quia magnificas eum, quia uisitas eum, quia innotuisti ei? Etenim ipsi tuo ama-
Psal.143. tori, de te itemq; tuo patre profari orsus promisisti, ad eum inquiẽs: Veniemus & mansio-
Iohan.14. nem apud eum faciemus. O sancta diuinitas, o sublimis indiuisaq; trinitas, o incircunscri-
Danie.3. pta maiestas, quæ excelsos insides thronos, quę sedes super Cherubin, quę preterea inac-
1.Timo.6. cessibilẽ lucem inhabitas, quid est homo quia reputas eum? quia dignum ducis super hu-
Psal.143. iuscemodi aperire oculos tuos, quia ipsum deitatis tuæ tẽplum efficere dignatus es, quia
Iob.14. Prouer.8. delicias tuas esse cum filijs hominũ contestatus es, quia tibi cura est de nobis? Te igitur ô
1.Pet.5. æterne & supsimplex deus, infinitam bonitatẽ confiteor, te omnis boni fontanam originem complector. Te uniuersorum prouisorẽ conseruatoremq; reor, colo, & adoro. Tu instar liquidi elemẽti cunctis supereffluis, uelut indefectibile lumen singula uenustas, tanquam inexhausibilis fons omnia diffundis. Te uniuersæ beatitudinis obiectum fateor, te cunctorum desideriorum finem intueor. Tu uirtus uirtutum, sine qua nil agere idoneũ est: Ens entium, sine cuius participatione ac manutenentia res nulla subsistere ualet: Tibi omnis honor & gloria.

Articulus XIII. De supernaturali fidei dono.

Iohan.1. ERat lux uera quæ illuminat om̃em hominem ueniẽtem in hunc mũdum. Nempe
Iohan.17. ad patrẽ loqui exorsus unigenitus, Pater, inquit, manifestaui nomẽ tuum homini
Iohan.18. bus quos dedisti mihi de mundo. Et denuo, Ego te (ait) clarificaui super terram. Rursusq;, Ego, asserit unigenitus, in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut
Hebr.1. testimoniũ ꝑhibeam ueritati. Multifarie multisq; modis docuisti & illuminasti mundum
Eccl.1. hunc ô lux mundi, fons utiq; sapientiæ, uerbum dei in excelsis. Etenim ꝑ philosophos na-
Rom.1. turalis theoriæ amatores, cęteros illustrasti. Quod enim notum est dei, manifestatum est
in il-

In illis. Inuisibilia nanq; dei per sensibilium notionem ab illis agnita sunt: datū quippe est illis philosophari propter nos. Insuper altiori nos diuiniorięq; sapiētia per sanctos tuos uates imbuisti: nempe horum primus Moyses mūdi originem edocuit, & cæteri de tui incarnatione, itemq; aduētu & hominis reparatione profati sunt. Sed temporis iam instante plenitudine, & ipso patris incarnato filio, uere altissimam edocti sumus theosophiam, quam nos unigenitus dei per se, suosq;, præsertim uero erudiuit apostolos ac euangelistas. Hęc equidem diuina scientia in philosophis prorsus ignorata, in prophetis quoque & si quodammodo, admodum tamen obscure elucescens, à Christo uniuerso est orbi euidēter patefacta. Ipsa est summæ benedictæq; trinitatis confessio, uerbi incarnatio, diuinęq; eucharistiæ cognitio admirabilis atq; salubris. Hinc sancta & ineffabilia uerba didicimus: Hinc panem filiorum, non utique canibus communicandum, sortiti sumus: Hæc est tuę superbonæ deitatis donatio, ô adorande dominator, qua nos tuæ (ut fas est atque possibile) uoluisti naturæ consortes effici, mentes nostras deificans, & ad tuæ uitæ ac operationis deiformem assimilationem sublimās. Quemadmodū enim in futuro similes tibi erimus, quoniam uidebimus te sicuti es, cognoscentes sicut & cogniti sumus, atque in eandem imaginem transformati, sic in præsenti quoque nos tibi deiformiter cōformari uoluisti, sed tūc per speciem, nunc uero per fidem. Enimuero, quæ est ipsa tua uita & actio, ô supfelix omnium princeps, magne & beatissime deus, nisi splendidissimæ tuæ increatæq; ueritatis æterna contemplatio, & item supersubstantialis ac interminabilis tuę bonitatis incessabilis dilectio, nisi æterni uerbi productio, sanctiq; spiritus profluxio? Huius nos uitę & actus participes, ac per hoc naturę tuæ consortes, ô admirabilis & incomprehensibilis domine fecisti, ea quæ in te ipso sunt pandens, & unde tu ipse gaudes, nobis insinuans atque communicans. Omnia quæcunq; audisti à patre, nota nobis fecisti, ô dei unigenite. Pater nempe te diligit, omnia tibi ostendit & docet. Porro nec tu illa abscondis, sed angelicæ humanæq; menti reuelas. Etenim thesaurus absconditus & sapientia occultata, quæ utilitas in utrisque? Ea igitur, quæ diligentibus te præparasti, nos latere noluisti, ne sine spe ac charitate existētes, sensibilibus prorsus essemus intēti. Veruntamen cum ea nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec corde comprehendi queūt, par extitit eadem credi. Fides enim, unionis ad deū principiū est. Incognita nāq; amare qs ualet? Ob hāc nobis à te impartitā sapientiā, tibi ꝓcordialiter grās exhibere uehemēter obligamur, dñe Iesu magister bone.

Matt. 7. Marc. 7. 1. Iohan. 3. 1. Cori. 13. Iohan. 15. Ecci. 20 Isa. 64 1. Cori. 2.

Articulus XIIII. De spe.

DEniq;, ne legis tuæ ardua atq; difficilia mentē auertant, fidei spem coniunxisti legifer sapientissime. Spes enim prēmij minuit uim flagelli. Quomodo equidē immortalis uitæ & beatitudinis futurę fides, pręsentia relinquere & diuinæ legi parere faceret, si spes nulla illam adipiscendi consisteret? Amplius aūt, quis sine spe longanimis, & item usq; in finem perseuerās manebit? & quidem sine charitate fidem, non spem, formatam fore, palam est. Dæmones nanq; credunt, ueruntamen non sperant, sed contremiscunt. Qui autem in charitate non est, nō utiq; sperat spe formata, quēadmodum in Enchiridio Augustinus edisserit de spe formata, quæ diffinitur certa expectatio futuroꝝ bonoꝝ, ex grā dei & meritis proueniens.

Iacob. 2.

Articulus XV. De charitate.

POrro spem fidēq; charitas ipsa cōplectitur: sed est naturalis charitas, qua omnia & non duntaxat intellectuales essentię, rationalesq; animi diuinum esse amāt & appetunt, quippe sine quo ne in momento quidem subsistere queunt. Denique, proximi amor est, sed non in deo, dum uidelicet nō ob eum finem ob quem creatus est, diligitur: sed harum dilectionum nulla est gratumfaciens. Quicquid enim ex fide non ē, meriti est expers. Est igitur charitas quoad actum ex fide & spe proficiscēs, qua deus ipse amatur, & ob æternam felicitatem proximus. Hæc omnium uirtutum prima est atq; altissima, sine qua nulla est actio meritoria: ad ipsam quoque cuncta sunt ordinanda, & ipsi essentiale præmium, quod utique dei uisio est, correspondet. Sunt proinde charitatis tres gradus seu species: Prima communi appellatione, amor dicitur, cuius est ut amato amantem uniat: Secunda autem, extasis est, quæ amantem in amatum transponit: Diuinus enim amor, ut ait Dionysius, extasim facit. Nempe amantem sic in amatum transformat, ut extra se poni uideatur: Tertia uero, zelus dicitur, cuius est unita atque transposita indissolubiliter colligare. Hæc eminentissima est rationalis mentis perfectio. Tu autem ô desiderande deus, ô superexaltata mens, ô honoratissime intellectus, qui natu-

Iohā.4. raliter amor es, qui substātialiter charitas es, te à nobis diligi uoluisti atq; iussisti, sed nunquid ob tui indigētiam? non utiq;. Quid enim afferet? quid tibi præstabit amor & laus, seruitus & contemplatio procedētium à te animorum, siue supercœlestium siue mundano-
Deut.32. rum, qui incommutabilis es, qui perfectus es, qui æternis infinitisq; & item proprijs diuitijs semper exultas? sed propter nosmetipsos nos te uoluisti diligere, ô æterne & superessentialis ardor. Non enim aliter sic sanctissimæ tuæ æquitatis exigente censura, te frui potest mens creata. Deniq;, nil iustius quàm ut ob temetipsum, propriamq; bonitatem, nullo adhuc dilectionis sperato præmio, diligaris. Etenim quicquid bonitatis habet omnis natura, quæ tu non es, à te sortita est. Tu quoq; naturaliter bonus es, ideoq; naturaliter amabilis. Præterea, unumquodq; taliter & ad id conuersiuū est, quemadmodum & à quo processit, à tua autem superadoranda bonitate, sapientia, charitateq; formata, uniuersa ô bene
Psal.103. Sap.11. dicte opifex deus profluxisse constat. Omnia quippe in sapientia fecisti. Deniq;, nihil eorū odisti quæ fecisti. Nil ergo ad te conuerti nisi per sapientiam & charitatem idoneum est, quod intellectualiter emanauit. Nostra autē sapientia, fides est orthodoxa, in increatę ueritatis lumine stabilita, æternæ sapientiæ radius, & diuinæ mentis existens riuulus. Porro amor, fidei forma est atq; pfectio.

Articulus XVI. De amabilitate bonitatis diuinę.

IN quo autem omnium pulchrorum atq; bonorum perfecta possessio sita est, hoc utiq; summe amabile est. Bonum equidem est, quod omnia appetunt: & appetitus obiectum, bonum est. Deniq;, eatenus est ens omne amabile, quantum de bonitate sortitum fuerit: quantum uero defectibilitatis possederit, tantum (ni fallor) uel de odibilitate aut certe non amabilitate adeptū est. Etenim si bonitas limitata est atq; finita, secundum mensuram diligibilis extat. In te autem ô superfelix deus, o præpotens dominator, o rex inclyte, omnium pulchrorum & bonorū perfecta extat possessio: tuæ nanq; perfectionis finis nullus existit. Es enim ens per essentiam, in quo quicquid ad plenitudinem, nobilitatem, ac pfectionem ipsius esse pertinet, eminentissime comprehēditur. Non est in te materia determinans, non potentia contrahens, non denique differentia coartans, sed es
Iohan.1. 1.Iohan.1. actus purus, cuius esse liberrimum & simplicissimum existit. Enimuero lux es, cuncta illuminans, uniuersa decorans, omnemq; uniuersorū speciem ac pulchritudinem instituens. Et quemadmodum sine solis præsentia, diurnum mox iubar euanescit, sic utique tuo paulisper à rebus subtracto lumine, omnis prorsus totius uniuersi ornatus ac dispositio, splendor & actualitas labescit atq; tabescit, discolorat repente uultus naturæ, & lumen omne obtenebrescit, nil amplius amabile, nil desiderabile perseuerat. Pulcher igitur es o sancte deus, & pulcherrimus ipse, cuius pulchritudinis non est finis. At uero omnem supercœlestem tu mentem, angelicum omnem animū intellectuali luce uenustas, intelligibiliq; ueritate fulcis. Tuæ mentis splendor, tuæ lucis quidam candor, omnis creatus extat intellectus: si in momento, si in ictu oculi tuæ destitueretur claritatis manutenentia, in ipsam nihili tenebrosam confestim prolaberetur, odibilemq; caliginem: sine tuę perfusione lucis, ueritas nulla elucescit. Adhuc, naturaliter lux es, & non utiq; nisi æterna, quę aliunde illustrationem non suscipis: nullius autem entis natura in ipso minorata à sui perfectione, pfectaq; plenitudine esse ualet: lux ergo tua o uere beate conditor, omnino splendidissima ē, purissima, penitusq; incircunscripta: deniq;, inuariabilis est, & minui nequit. Ideoq; à tuæ claritatis supersublimi synceritate, lux omnis creata infinite occumbit, incomparabiliter deficit, potiusq; caligo apparet quàm lumē. Sol & luna, cunctaq; cœli sydera & omnis ornatus eorum, tui cōparatione obnubilari uidentur, & in conspectu tuo munda non sunt. Porro supermundanorum illorum animorū Cherubin, Seraphin, atq; Thronorum, omnium quoq; tui supercœlestis uraniciq; templi sacrarum phalangarū uniuersus decor & lumen omne, si ad tuæ lucis plenitudinem referuntur, potius nil & tenebræ quàm aliud uidebuntur. Præterea, à quo præstantissima nobis bona impartita sunt, ardentissime diligi par est: omniū uero naturæ & item gratiæ donorum fons atq; principium deus ē: ab hoc enim ente dependent cœlum & terra, & tota uniuersi natura: ab ipso siquidem omnibus datū est esse & uiuere, secundū nobilē Aristotelē. Deniq;, uniuersorū ultimus finis, diuina existit bonitas: qua non existente, seq; subtrahente, nil secūdorum desiderabile remanet, imo nec sibi ipsi amabile censendum est. Cunctis igitur uehementissime amabilis est, tam utique ob seipsam, quàm propter ipsius communicationem. Est nēpe deus sublimis & benedictus, esse tantū, esse purū, esse in se subsistēs ac separatum.

Articulus XVII. De supernaturali felicitate, ob quam hominem deus ipse instituit.

IAm filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniã cum apparuerit, similes ei erimus, quia uidebimus eum sicuti est. Est hoc omnis creatæ mentis perfectio summa, ut diuinę illi increatęq́ menti, maxime (ut fas est) assimiletur. Deus autem cognoscit se sicuti est. Nos igitur tunc ei uere similes erim⁹, dum ipsum sicuti est uiderimus. Non potest autem id præsenti uita contingere: Non enim uidebit eum homo & uiuet. Iam quippe per fidem proficiscimur, atq; per speculum in ænigmate contuemur: ex parte quoque cognoscimus. Porro, dum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: quod tũc utique accidet, dum cognoscemus quemadmodum & cogniti sumus, contemplantes eum facie ad faciem. Hoc uero quid est, nisi deum per speciem speculari, ipsamq́ diuinitatis essentiam clare & sicuti in semetipsa est intelligere. Hæc est uita æterna, tota'q́ nostra felicitas, ac ultimus finis, ut te taliter uideamus, ò deitas trina, ò trinitas simplex & una, unum uerum deum, ex quo, in quo, & per quem omnia. Hoc tuæ munificentię donum est, ò larga diuinitas, ut nobis nedum cum angelis beatitudinis æqualitatem promitteres, Erunt (inquiens) sicut angeli dei, sed cum superexaltata quoq; tua deitate, uisionis similitudinem spondere præstareq́; dignareris, ut iam sit homo p gratiam, quod tu es per naturam. Quæ est ò supersublimis deus nostra substantia, quæ dignitas nostra, ut tam intime, tam uicine, tamq́ immediate, æternæ tuæ luci & essentiæ incomprehẽsibili, humanam mentem unire non despiceres, ut te per speciem uideat, per essentiam intelligat, & sicuti es clare concipiat. Non est equidem, ni fallor, in hac uisione beatifica inter mentem contemplantem, & te deum contemplatum forma media, à te atq; à mente cognoscente distincta. Etenim per speciem creatã nequaquã (ut opinor) per essentiam uideri uales. Infinite nempe ab altitudine & synceritate superuiuentis tuæ substantiæ, creata om̃is forma occũbit, distat, & deficit. Hincq́; adæquata similitudo, idoneũq́; exemplar, & ratio sufficiens ipsam tuã essentiam sicuti est agnoscendi esse nequit. Nõ enim eam repræsentare efficax est. Per increatã igitur id speciem contingere restat, quę altera quàm ipsa tua essentia consistere nequit. O fontana sanctitas, fons omnis sanctitatis & uniuersæ æquitatis mensura atque principium. O diuinæ naturæ largitas & amor, quę se sic totaliter electis intellectibus contemplandam, diligendam, possidendam atque fruẽdam præstat, itemq́ sibi creatos animos sic indissolubiliter coniungit, ut per eandem speciem, qua deus ipse se cõspicit, mens quoq; creata deum benedictum agnoscat. O infinita & inexcogitabilis æternæ maiestatis dignatio, dum tam propinque, imò sic immediate creatori creatura cõiungitur, quorũ utiq; natura, dignitas & ordo incomparabiliter prorsus distant, bonitas se cõmunicat, amor uero coniũgit. Deniq;, felicitas hęc supernaturalis om̃ino est omnẽ uirtutem creatã transgrediens, ad quam per supernaturalia dei dona peruenire mens ualet. Beati qui habitant in domo tua domine. Beat⁹ utiq; & beatus nimis, quẽ elegisti. O infinita reprobæ mentis miseria, ò reproborum & te deum inhonorantiũ horrenda infelicitas, negligentia, deplangenda ac abominanda ignobilitas, dum ob inanem transeuntemq́ præsentium dilectionem atq; libidinem, hæc æterna & præstãtissima, hęc supernaturalia & diuina bona deserunt, dum tantæ dei largitati & charitati ingrati sunt, ab horum me secerne collegio. O deus æterne, o hominum salus atque amator, ò admirabilis princeps & dominator omnipotens, illustra & conforta me: O uirtus & sapientia dei, ut in te sapiens stabilis'q́ existens, tantam hominum dignitatem, tuamq́ clementiam & amorosam largitatem indesinenter attendam, & digne secundũ hoc coram uultu tuo ambulem.

[Margin: 1. Iohan. 3. — Exod. 33. — 1. Cori. 13. — Iohan. 17. — Matt. 22. — Psal. 83. — 1. Corin. 13 — Psal. 83. — Rom. 11. — Mich. 6.]

Articulus XVIII. Quòd uita Christi sanctitatis mensura sit & perfectionis exemplar.

EGo sum uia, ueritas & uita. Tu utique ò pulcher dei unigenite, imago patris & figura substantiæ es, uia es per quam, ueritas in qua, & uita ad quam gradimur: Tu ostium, per quod si quis introierit, saluabitur: denique, tu ueritas, & qui ex deo ẽ, te audit. Propterea nempe te mundus non audit, quoniam ex deo non est. Tu q̃p pe lux mundi es: & qui sequitur te, non ambulat in tenebris: sed mũdus te nõ cognoscit, quoniã in propria uenisti, & tui te non receperũt. Nã lux in tenebris lucet, & tenebræ eã nõ cõprehenderũt. Es insup ò sempiterne p̃ris fili uita. Sicut eñ p̃r habet uitã in semetipso, sic dedit & filio uitã h̃re in semetipso. Præterea, q uerbũ tuũ audit, & credit ei qui

[Margin: Iohã. 14. — Colos. 1. — Iohan. 10. — Iohã. 1. 8. — Iohã. 1. 5. 6.]

misit te, habet uitam æternam. Hęc est autem uita æterna, ut cognoscamus patrem, in parenteq́ prolem, & item in utroq; supersanctum utriusq; commune profluuium spiritumsanctum, unum solū, uerum, uiuum & omnipotentem deū. Nunc igitur ò anima, ò dei imago, ò rationalis mens, si Christi discipula, si eius imitatrix uitæ effici satagis, eam quā in carne conuersationem duxerit, infatigabiliter speculare, atq; pro uiribus sequere. Ipsius equidem uita in Christiana religione prima est: In omni uero ordine primum, metrum est ac mensura posteriorum: & quo primo illi uicinius quid extiterit, tanto omnino perfectius censendum est. Ideoq; quo uitæ sancti & benedicti, dulcis & amandi Iesu, cuiuspiam fuerit uita similior, eo sanctiorem & item nobiliorem eam fateri par est. Reminiscere igitur uitę domini tui, dei tui, saluatoris tui, cōditoris tui, & eius in quo tota tua salus locata est. Et quidem de ipso tuo crucifixo Iesu id (ni fallor) in primis innotescit, q̄niam ipse qui de ęterno superdiuitiq; patre æternaliter profluxit, ex mortali paupereq; est in seculo matre editus: processit ex utero mulieris, qui ex corde manauit dei patris. Deniq; natus pannis inuoluitur, atq; in præsepio rex gloriæ, princepsq; uniuersoꝝ reclinatur. Circuncidit quoque, qui totius est fontana sanctitatis origo, qui culpę nescius est, & naturaliter sanctus extat: Sed & immolatur in templo, quem sacrificium laudis honorat, qui uere adorādus est, quem omnis decet honor & gloria. Porro tyranni declinat uesaniam, in cuius conspectu cœlum & terra contremiscūt, pro quo contra insensatos orbis terrarum pugnaturus est, à cuius utiq; ira uirtutes cœlorum mouendæ sunt. Demum, parentibus subditur, qui uocat ea quę non sunt, & obediunt ei tanquā quæ existunt: cui uniuersa paret natura, quem omnis quoq; supercœlestis altitudo ueneratur: matri subijcitur, qui deo patri æqualis est, quem dominationes adorant, tremunt potestates. Pręterea prædicans, qui sui uisione angelicas mentes felicitat, ab impijs calumniatur, ab insensatis deridetur, propter nos lassatur & sitit, tentatur & esurit: sudat, dormit, atq; contremiscit: dęmoniacus perhibetur, à q̄ uerissime spiritussanctus emanat: fertur gulosus, qui uetitum protoplasto cibum inhibuit: iniquitatis fautor censetur, qui iustus est dominus & iustitias dilexit. Verum dum temporis existit disposita hora, turpissima amarissimaq; morte dominus uirtutum & item sanctus sanctorum, interemptus est: qui uerus est dei filius, itemq; uerus deus, blasphemans damnatur: Auibus denuo cœli nidos, uulpibusq; terræ habētibus foueas, non habet unigenitus dei ubi caput reclinet: Sed & uisus est non habēs speciem neq; decorem, qui eam quam habet pater pulchritudinem, ab eodem æternaliter sortitus est. Etenim secundum illustrē Hilariū, species ē in imagine. Iā nunc q̄d in cunctis his ò diuina anima, nisi exinanitionem & paupertatem, nisi obedientiam patientiamq; dei & domini tui comperis? Hęc tibi sectanda deseruit, hæc uerbo actuq; edocuit. Enimuero quo illi in his conformior effici te contigerit, eo certissime sanctior p̄stantiorq; statueris: quo autem ab illis uehemētius declinaueris, eo uilior efficeris, & à uero rectoq; beatitudinis calle gressus ampli⁹ deflectis.

Psal. 26. Luc. 2. Isaiæ 53. Luc. 2. Psal. 49. 1. Timo. 1. Matt. 2. Lucæ. 2. Iob. 34. Matt. 9. 27. Luc. 23. Iohan. 13. Matt. 4. Lucæ. 22. Matt. 8. Ioh. 11. 10. Gene. 2. Psal. 10. Isaiæ 53. Lu. 9. Isa. 53

Articulus XIX. De passione unigeniti, & cur talē pręelegerit.

Isai. 53. Iohan. 15.

OBlatus est quia uoluit. Vnigenitus nāq;, Nemo, inquit, tollit animam meam, sed ego pono eam. Sed cum ob infinitam præstantissimamq; tui dignitatem ò altissime Christe, unius utiq; minimi stillicidij sacri tui sanguinis effusio, totius erat mūdi soluere delicta prorsus efficax, omninoq; idonea, cur utiq; turpissimā atq; amarissimā mortis speciē subire maluisti, his ut reor, ex causis: Primo quidē, ut quàm sit grauis peccati transgressio, insinuetur, ob cuius remissionem, tātam sensit sanctus sanctorum pœnalitatem. Secundo, ut diuinæ Christi charitatis nobis ardor pateret, dū propter nos semet taliter impendit, ut nil sibi quod non pro nobis posuerit, reseruaret. Tertio, ut nostræ insufficientiæ auxiliaretur, passionis suæ tantæ nobis merita augens & communicans: nobis quippe, non sibi meruit. Quarto, ut patientiæ fortitudinisq; reseraret exēpla, quibus ob futurę felicitatis amorē prospera mundi despicere, atq; nulla eius aduersa formidare animemur. Quinto, ut obedientiam commēdet, factus obediens patri usq; ad tam horribile passionis genus. Veruntamen cum maiorem hac dilectionem nemo sortitus sit, ut animam suam pro alio donet: rursusq; eo uehementius, ni fallor, comprobetur diligere, quo pœnaliorem mortis maneriem subire non renuit, intēte pro uiribus intuere ò anima, quæ utiq; pro te unigenitus dei pertulerit: & quidem id in primis elucescit, quòd cū optimæ harmoniæ, & item proportionatissimæ cōplexionis extiterit, quippe qui ex purissimis sacræ uirginis sanguinibus natus, atq; uirgineo castissimorum ipsius uberum lacte fuerat enutritus, & dirissima plurimaq; quibat perpeti, & nihilomin⁹ minima illi læsio

poe-

pœnalissima erat, quẽmadmodũ equidem fortissimę, sic utiq; & tenerrimæ quoque naturæ subsistebat. Igit memoria memor sum, & tabescit in me anima mea, ò bone Iesu, ò summe Christe, ò naturalis æterneq; dei unigenite, dum mortis tuę circũstantias ac ambitum contemplor: nempe ante diem festũ Paschę sciens tu ò sancte saluator, quia instaret præordinata ab æterno hora, qua filius hominis esset in manus peccatorum tradẽdus, à discipulis paulisper elongatus, omnemq; tibi instantis passionis amaritudinem qualitatẽq; lucidissime sciens atq; contemplans, sed & propriæ teneritudinem naturæ attẽdens, factus in agonia, prolixius orabas: in ipsam quoq; terram te procidente, factus mox est sudor tuus sicut guttæ sanguinis decurrentis in solum. Per hanc te ò amande Iesu, sanctæ tuæ animæ angustiam atq; timorem precor, ut formido tua non me terreat, neq; sempiternus me horror comprehendat, omnisq; procul à me inordinatus mœror abeat, & tui quoq; nominis sanctus ac filialis me amor possideat. Deniq; ab angelo confortatus, à ministro inquã, itemq; tua creatura, consolamen sortiri non abominans, hostibus tuis (pro quorum etiam salute pati uoluisti atq; uenisti) obuiam profectus es: confestimq; uelut latronem te ligant & circundant, cauteq; ducunt, & se pœnis tuis in hora illa tenebrarum fatigant & satiant. Ipsas quippe illas tuas sanctas ac uenerabiles manus dire contemptibiliterq; uinciũt: oculos insuper tuos uino pulchriores, & nunc certe sole splẽdidiores, scelerati uelarunt, illudentes tibi, & conspuentes in te, uenerandam (ut opinor) barbam euellentes, & honorabiles capillos uiolentissime incęstis reprobisq; manibus educentes. Deniq; percutiũt te atq; blasphemant, & amplius quàm æstimari ualet, totis suis præcordijs uilipendunt. Verũtamen faciem tuam non auertis ab increpantibus & conspuẽtibus in te: dedisti maxillam percutienti te, & opprobrijs saturatus es. Porro, ueritatem fassus, te dei filium, mundiq; iudicem profans, reus ab uniuersis mortis proclamaris, tu utiq; q claues habes uitæ & mortis, qui occidis & uiuificas, & in cuius ore dolus inuentus non est: quippe qui substantialiter sanctus es. Demum, pręsidi ligatum consputumq; te præsentant, irridet te, albam te induens uestem rex sceleratus, qui utiq; es sapientia patris, qui uniuersorũ ordinem instituisti, & in quo sunt omnes sapientiæ itemq; scientiæ thesauri absconditi. Præses insuper ò sancte domine te nudat, ligat, atq; flagellat, qui diẽ lumine suo uestis, qui lumine uelut uestimento amictus es, & qui proprijs cuncta perfectionibus adornas. Nudaris propter me domine mi & deus meus, qui angelicas mentes immortalitatis stolam in ipso seculorũ exordio induisti, uniuersosq; supersplendentis tuæ mansionis felices incolas, beatitudinis splendore uestis, gloria eos & honore coronans. Cõfestim autem facinoris ministri ipsam tuam uirgineã & tenerrimam, nobilissimam ac uiuacissimã carnem sic diris flagellis uulnerant atq; dilaniant, sic laceram cruentamq; efficiunt, ut iam non sit in ea nisi tumens liuor, nisi uulnus & uulnus, nullaq; prorsus sanitas, sed defluens undiq; rubicũdus ille tuus pretiosissimus sanguis, sanctum tuum corpus à planta pedis usq; ad uerticem capitis cruore perfundens: denique, uniuersa spectante cohorte, te summo cum contemptu regem formant, longas acutissimasq; & item multas adorãdo tuo capiti spinas uiolentis ictibus profundissime imprimũt, purpurã induunt, sceptrũ apponunt, teq; ò superbenedicte dei unigenite uilissimi illi canes cum illusione adorant, conspuunt, atq; percutiunt: continuo aũt ex sacro capite sanguinei riui emanãt, oculos uultũq; sanguinolenta rubedine humectantes. Iam uero Iesu bone decorus tuus uultus pallore & mœrore, sputo & sanguine, pcussione & angustia, sic deformis & à propria specie alienatus ẽ, ut agnosci uix queas. Egrederis igitur denuo e prętorio, portans spineam coronã & purpureũ uestimentũ, statimq; te conspicit amãtissima tua uirginea & dulcis genitrix, cuius præ amaritudine cor pene scissum est, sed & præ dolore defecit atq; in semetipso contabuit: uiderũt quoq; te iniq, Tolle & Crucifige insonantes. Tandem igitur baiulans tibi crucem, cum latronibus eductus est: trãsfixisq; manibus & perfossis pedibus crucifigeris, & cum sceleratis reputatus es, atque in illorum medio erectus: felle quoque potatus, inclinato capite spiritũ emittis, mox carni rursus copulandum.

Iohan. 13.
Iob. 13.
Nume. 21.
Matt. 27.
Luc. 22.
Iohã. 10.
Lucæ. 22.
Isaiæ 50
Iob. 16.
Thre. 3.
Marc. 14.
Apoc. 1.
1. Reg. 2.
Isai. 53.
Leui. 11.
Iohã. 18.

Articulus XX. Quòd stultam fecit deus sapientiã huius mũdi.

QVæ abiecta sunt mundi, elegit deus, ut confundat fortia. Deniq; mundi sapientia biformiter (ni fallor) intelligi ualet, utputa mundane carnaliterq; uiuentiũ, & item philosophica illa naturalisq; philosophorum theoria. Vtranq; aũt stultam fecit deus. Prima equidem non nisi pręsentia cogitat, neq; ea quę spũs sunt sapit: ideoq; dominica ei non sapit passio, neq; cruciformiter Christum assequi moliť. Por-

ro, naturalis philosophorum theoria seu scientia, neq; originē neq; finē humanæ nouit pro paginis, imò nec institutionis huius ei maneries innotescit. Vnde consequēs factum est, ut humanæ quoq; beatitudinis media, quibus illam sortiri accidit, ignoret. Quis nanq; eorum protoplastorū quemadmodum sit instituta molitio speculatus est? quis naturalis in illis concreationem iustitiæ? quis diuinæ præuaricationem iussionis intueri quiuit? cui hoc innotuit, q̄ diuinitatis per speciē uisio, hominis finis felicitasq; consisteret? Mundū ab æterno fuisse, à primo tamē processisse principio, Plato & Aristoteles opinati sunt: deum quoq; per essentiam à creatis posse contemplari intellectibus, omnis illa philosophorum catena penitus sensit impossibile. Cumq; Christi incarnatio & mors ad amissæ ordinetur reparationem illis ignotæ beatitudinis, non utiq; mirum, si deum incarnatum passumq; fateri, eximiæ arbitrentur dementiæ: nempe ad naturalem quam ipsi duntaxat asserūt felicitatem, ex puris suis naturalibus hominem astruunt pertingere posse. Horum itaq; sapientiam deus stultitiam reputat, non quasi id quod scientiæ ueritatis est, illorum diligentia complexa est stultitiam aut uanitatem, simpliciter & absolute existimet. Omnis nanq; scientia de numero bonorum honorabilium censenda est: philosophica quoque theoria, diuini esse æternitatem, simplicitatem, perfectionemq;, & plurima uera atque subtilia scrutata est & intuita. Verūtamē, q̄m dum deū agnouissent, nō tanq̄ deū honorificauerūt, neq; sua recte usi sunt sapiētia: sed quā fidei subdere debebāt, p hāc se illi obiecerūt: supnaturali qppe theosophiæ, naturalē oēm parere notitiā par ē, rerum q̄q; creatarum notionē ad diuinitatis contēplationē cōgruit reducere. Rursus, stultā fecit deus mundanā sapientiā, dū id q̄d illa tam impossibile edisserit, p simplices humilesq; sui ministros tā multiformiť egit: Diuinā em̄ uirtutē nil supra rerum naturā ordinēq; posse, fassi sunt: q̄d tūc oīpotēs & immēsus deus reprobauit, dū oēm rerum naturā suis subiecit, atq; p hoc p abiectos mūdi, orbē sibi suçq; fidei tā incōprehēsibiliter substrauit, credulūq; cōstituit: hoc (ut reor) est q̄d diuinus inducit Apostolus: Nos, inqens, p̄dicamus Iesum crucifixū, Iudæis qdē scandalū, Gētibus uero stultitiā.

Articulus XXI. De congruentia modi passionis Christi.

Psal. 109. QVàm magnificata sunt opera tua domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Omnia quippe in sapientia fecisti. Veruntamen uir insipiens non cognoscit, & stultus non intelliget hæc. Si igitur ò sapientissime deus, ò prouide creator, o infallibilis domine, nihil omnino ortum est in uniuerso, cuius nō apud
Sapi. 11. te legitima ratio præuisa est, si omnia in numero, pondere & mensura constituisti, si cœlū terramq; sapientialiter suauiterq; gubernas, si insuper de ipso quoq; malo, bonum prouenire facis, atque per hoc ea quę bona sunt, uehementius splendidiusq; uenustas, nunquid eorum quæ in teipso assumpsisti, fecisti, & item sustinuisti, quippiam sine idonea efficaciq;
Esaiæ 40 ratione peregisti? Nefas est id, opinor, suspicari. Sed quis nouit sensum domini? aut q̄s cō-
Rom. 11 siliarius eius fuit? Veruntā, q̄m signatū est super me lumē uultus tui dn̄e, atq; de ipsa tua le-
Psal. 4. ge utcūq; docuisti me, q̄d illustrās dederis, nō utiq; abscondā. Es equidē o hoībus amāde, amplectēde, sempq; contēplande dei unigenite incarnatus, ut nos bestijs cōparatos deificares, ac angelis coęquares: post hęc in terris uisus es, & cū hoībus cōuersatus, ut supmundani nos tui cōtubernij incolas inęternū efficeres. Porro ut uniuersalē ppetuāq; mortem destrueres, tēporalē sortit⁹ es interitū: sed q̄ tā multiplex tormentorū genus subisti, hinc (ni fallor) cōtigit, quatenus oēme illud diuersumq; infernaliū à nobis agmē suppliciorum tol-
Iob. 24 leres. Ibunt qppe ab aqs niuiū ad calorē nimiū. Ignis q̄q; sulphur & spūs pcellarum, pars ca-
Psal. 10. licis eorum. est enim illic terra tenebrosa & opta mortis caligine, terra miseriæ & tenebrarum, ubi
Iob. 10 umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Deniq; Iesu Chr̄e pauore & formidine cōtabuisti, ne nos iudicij æterni timor opprimeret, ne inferorum horror deglutiret: ligatus q̄q; es, ut nos uinculis facinorum uincturaq; dęmonū absolueres, ut uinctos educeres, ut in cōpedib⁹ manicisq; ferreis alligādos liberares, ut ligatis manibus & pedibus, in exteriores proijciēdos tenebras redimeres. Proinde uinctus duci uoluisti, quaten⁹ à gehēnali nos itinere abstraheres: illudi, cędi, & cōspui dignat⁹ es, ut à demoniorum nos improperio subsannationeq; eriperes: uelari autem in oculis carnis, ut mentis nostrę reuelares oculos: blasphemiam quoq; ferre placuit, quatenus ab ęterna illa barathri erepti blasphemia, ueri summæ deitatis cōfessores ueneratoresq; efficeremur. Insup præsiditam inhoneste p̄sentari tulisti, ut tuo nos tribunali offeramur placētes iteq; honesti, & ne nos iudicialiter dānaremur morti instar iniq ò sancte sanctorum adiudicari nō abnuisti, atq; ut nos q prius stolidi extitimus, insipiētib. utiq; iumētis cōparati, ueri tuę cōstitueremur cōsortes

fortes sapientiæ. Irrisus es, & alba ueste indutus es, ut honoris & glorię nos operiamur indumento. Porro toto corpore flagellari lacerariq; tolerasti, quatenus caro nostra quæ totaliter infecta erat, à dignis redimeretur uerberibus. Illusorie quoque te regem statuunt, & spinis sacrum caput coronant atque transfigunt, quatenus æterni nos regis filij consti- Isaie.63
tuti, ęternaliter regnemus, diademaq; regni de manu dei sortiamur. Sed & sic populo pręsentari sustinuisti, ne utiq; nos æterno iudici cum cōfusione atq; rubore præsentaremur. Demum, baiulans tibi crucem existi, quatenus onus peccatorū super nos grauiter grauatum, ne nos in tartarea loca proijceret, cōbustionisq; materiam præberet, à nostris humeris tolleres, tuisq; ferres ac tecū crucifigeres: ligno proinde affigeris, manibus pedibusq; transfixis, ut qui in ligno uincebat, in ligno quoq; uinceretur: itemq; ut culpā quam pedibus properando, manusq; protoplastus ad prohibitum cibum expandendo ipse meruit, tu sancte innocensq; agne dei lueres atq; deleres. Amplius aūt factus es ꝓnobis patibu- 1.Pet.2.
lum subiēs maledictus, quatenus maledictis benediceres. Cum facinorosis quoq; compu- Isaie.53.
tatus es, ut sors nostra in cœlis, portioq; in terra uiuentium cōsistat. Dederūt preterea in Psal.78.
esca tua fel, & in siti tua potarunt te aceto, q̄d hinc tolerasti, ut cœlestis tuę mensę nos participes constitueres, atque à tartareo felle absinthioq; liberares per dignissimam quoque tuam passionem, & eius præstantissimam sanctitatem uniuersum mūdum uiuificares, sanguineq; tuo lauares atq; mundares.

Articulus XXII. De quibusdā supernaturalibus diuinæ munificentiæ donis, quibus homines uehementer deificati sunt.

QVid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Vehementer nimis Psal.115.
ut cerno, honorasti sublimastiq; nos ô summe dei unigenite, ô Iesu bone atque excelse. Nempe quod uni humanæ speciei personæ contulisti, omnibus quodammodo ob eam quā in specifica natura unitatem sortiti sunt, communicasse uideris: unde quemadmodum uno cadente cuncti cecidimus, & item uno satisfaciente Gen.3.
redimimur uniuersi, sic (ni fallor) uno à te supernaturaliter sublimato, ipsam utique naturam ac eius omnia supposita, honorationem dignitatemq; quandā adipisci constat. Denique, quid tam naturale, q̄ in bonis consorti naturæ congaudere, atq; innocentibus cōtristari? rursusq;, cum ex similitudine proficiscatur dilectio, naturæ participem speciciq; cōsortem diligere par est: similitudo autem unit, dilectio quoque communia efficit cūcta. Elucescit ergo, ea quæ uni hominū impartita sunt, uniuersis quodāmodo fore cōmunia. Ideoq; non duntaxat ô supersancte deus, sup his gratiarū infusionibus, quas ipse à te sortitus sum, grās exhibere obligor, sed de ōmibus q̄q; tuis donis, meæ naturæ participibus à tua suplarga bonitate cōmunicatis, idipsum æquū est efficere. Et quidē in primis ab origine Gene.2.
ordiri congruit: hoc nēpe quid est, q̄ protoplastos cum originali iustitia creasti, in paradiso locasti, atq; immortales, & ab hac uita ad ęternitatis beatitudinē profecturos, si nō trāsgrederent eosdē molitus es? supnaturalia sunt hæc, in omnēq; transferenda sobolē extitērant, nisi culpa intercessisset. Quid aūt q̄ ea protoplastus perdidit, nosq; illis destituit? nō ēm ex te, sed ex ipsa nostrę libertatis adhęsione atq; uoluntatis consensu processit perditio. Nunquid uero ob nostram negligentiā ipsi tuæ munificentissimæ pręstātissimæq; bonitati est exhibēda ingratitudo? Deniq;, omnia subiecisti sub pedibus nostris, Dominamini (inquiens) uolucribus cœli, bestijs terræ, & piscibus maris. Insuper cœlum & sydera in Psal.8. Gene.1.
ministeriū cūctis gētibus cōdidisti: sed his utiq; sublimius ualde censendū est, q̄ ipsas etiā angelicas mentes ac supcœlestes intellectus in hominū custodiā ministeriumq; operatus es. An nō oēs administratorij spiritus sunt? Nōne uni ex nostris dictū est, Cōseruus tuus Hebr.1.
sum atq; confrater, & illorū qui in Christo sunt? Demū, patriarchas prophetasq; statuisti, Apoc.19.22. 1.Cori.12.
ex qbus & per quos te fore incarnandū pollicitus es: his tua secreta & quę naturaliter patere nequeunt, reuelasti: hunc puerū, hunc amicū, hunc electū, hunc seruū, hunc aliorū deum (Moysen loquor) appellare ô superexaltate & supadorāde dominator dignatus es. O mira inexcogitabilisq; dei clemētia, quid equidē est homo, quid hęc mortalis natura, cor- Psal.8.
poralisq; substātia, ut sancti, immortalis, simplicissimi creatoris puer & filius, amic' & electus nominet? Veruntamen de uno ex nostris scriptū est, Et obediuit deus uoci hominis. Deut.26
Itēq; de altero, Ecce constitui te deū Pharaonis. Sed & de oībus nobis, Dedit eis potesta- Exod.7. Iohan.1.
tem filios dei fieri. Ideoq; altissimum precari orsi, cum fiducia depromimus: Pater noster Matt.6.
qui es in cœlis, deū & iudicem nostrūq; creatorem patrē appellātes. Demū, ô superadmirande deus, ô omniū sapiētissime gubernator supsublimis tuæ bonitatis dona eatenus lar-

giter, tamq; superefluenter hominibus impartitus es, ut de ipso omniũ gratiarũ fonte san
Iohan. 7. cto utiq; spiritu scriptura perhibeat. Spiritus (inquiens) nondum erat datus, quia IESVS
necdum erat glorificatus: nempe dudum certe datus (ni fallor) extitit, qui loquutus est
Iere.1. per prophetas, qui Moysen erudiuit, qui beatissimum Dauid induit, suumq; organum effe
cit, qui ipsum quoque Ieremiam in utero sanctificauit: ueruntamen in ea nondum pleni-
tudine ipsius ab hominibus gratia participata fuit, ut adueniẽte & item incarnato dei uni
genito, nondum tam uisibiliter, nondum tam exuberanter communicari dignatus est al-
Psal 47. mus ille uereque adorandus paracletus. Deinceps igitur, apostolos operatus es, quorum
Actu.2. te mentibus ad instar soni uehementis impetusq; fluminis, omnem eis linguam sanctãq;
sapientiam erudiens. Amplius uero, fidelium corda tanta fidei flamma, tanto' que tuæ ô
uere superaltissime uniuersorum conseruator atque plasmator, charitatis ardore uulne-
rasti, ut pro deo nedum sua, sed & se quoque in omnem cruciatum sponte impenderent.
Electis tuis multiformem gratiam elargitus es, huic uirginitatis castimoniam, illi anacho
1.Cori.12. reseos perfectionem tribuens: hunc confessione, illum sacerdotio adornasti. Porro, alteri
sermonem sapientiæ, alteri uero scientiæ, & item signorum ac prodigiorum: alteri pote-
statem pręstitisti: hunc spiritu uaticinandi implere, illi autem cordium arcana reuelare di
gnatus es: hunc fidei fortitudine ac zelo, hunc spei longanimitate eius certitudine uehe-
menter roborasti: uulnerasti hunc charitate tua sanctissima, & omnium præsentium tem
poraliumque contemptum ac derelictionem alij donasti: illum mititate atque clementia,
istum humilitate atque patientia, & item stabilitate ac obedientia, hunc tam singulariter
splendere fecisti: deuotione hunc præcipuum, hunc contemplatione profundum, hunc
morum honestate compositum lucentemq; statuisti. Præterea, cæteris hunc prętulisti, ut
alios quoque erudiat, atq; ad te reducat. Alium synceritate cordis paceq; mentis, & in san
cto exercitio tuoq; ministerio feruentem fecisti. Alterum prę reliquis discretum, & alium
cæteris eminenter exemplarem operatus es. Zelo insuper salutis proximorum ac religi-
onis augmenti quosdam tam mirabiliter constituisti accensos. Hęc omnia ô bone IESV,
ô inscrutabilis ueritas, ô incircunscriptibilis splendor, tuus spiritus efficit & præstat, cum
tamen ipse idem utiq; & simplex incommutabilisq; perseueret.

Articulus XXIII. De ineffabili dignatione spiritussancti in eo quòd tam superefluẽter humanis dignatus est mẽtibus dari atq; infundi.

CVm uenerit paraclet⁹, ait unigenitus, quem ego mittam uobis à patre, spiritus
ueritatis qui à patre procedit, ille uos docebit omnia. O missionem dignissimã,
Rom.5. ô præstantissimum missum, dum is mittitur, qui cum patre & filio simul adora-
tur: quippe qui cũ utroq; unus est deus, unus est dominus. Deniq; charitas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus ẽ nobis. O nobile donum,
ô munus desiderabile atq; præclarum. O uere felix, præcordialiterq; amplectenda infu-
sio, dum is donatur, quo omnis cælorum uirtus subsistit, quo pater filium, & item patrem
filius æternaliter complectitur & diligit, osculatur atq; connectit. Quid est homo o alme
paraclete, o spiritussancte, o desiderabilissima benignissimaq; bonitas, ut ei mitti, ut illi in-
fundi, ut ipsi donari digneris & uelles: neq; enĩ nisi uelles, hęc fieret. una nẽpe tui & patris
ac filij extat uolũtas, impartita essentia, cõparq; potestas. Non te donat pater, nõ mittit fi-
lius tanq̃ minorẽ atq; ministrũ, quemadmodum Eunomius Arriusq; mentiti sunt. Non te
o sup almę consolator creauit in uirtute patris unigenitus, uti infelix ille tuus hostis Mace
donius disseruisse inuenitur. Porro, dum te donari mittiq; ꝓhibes atq; fateris, tam ex par-
Iohan.16. te termini à quo, quàm ex parte termini ad quem, exinanitio quædam (nisi fallor) tui insi-
nuari uidetur. Demum, dum ad decliuiorem sublimior mittit, dignatio quædã uel exina
nitio missi censenda est. Ideoq; q̃ nobis mitti uis atq; ꝓstari, meræ tuæ bonitatis dignatio
est, & immensæ opus clementiæ. Veruntamẽ, quoniã in patre filioq; autoritas cõsistit ori-
ginis, ab illis te infundi ac dari par ẽ, nempe & à prẽ ipse q̃q; unigenitus missus est ac da-
tus, cum tamẽ oĩa quæ habet pater, habeat utiq; & filius, sitq; cũ patre unũ. Veruntamẽ
Isai.7. unũ ex his ad quæ missus, quibusq; datus est filius, est certissime & factus. Paruulus nanq;
Iohan.1. natus est nobis, & filius datus est nobis. Sed & uerbũ caro factum est, & filius incarnatus
est, quod tibi ô superbenedicte superessentialis'que paraclete nequaquam ascribi ualet:
Actu.2. apparuisti in columba igneisq; linguis, nobis quoque te pater filiusq; impartit. Sed nun-
quid hoĩ quippiã factus es? Vehemẽtissima, ut cerno, prorsusq; inexplicabilis est dignatio
tua, munificẽtia benignitatis tuę credi potest, cõprehẽdi neq; ô supbone paraclete, ô lux
syn-

syncera & ęterna, ò naturaliter clemens cõsolator, ò deus sublimis & bñdicte. Etenĩ tu patris filijq; amor es & osculũ, pax atq; cõmunio, nexus itẽq; dulcedo: deniq; tu flumẽ pacis, tu donorum & angelicorum impletor animorum, nihilominus ad hominem descendis, nosq; tuę deitatis templum efficis, nos patri ac filio tibiq; connectis. Porro, eatenus te nostris familiarem exhibere aspnatus nõ es, sic intime illis coniũgi dignatus es, ut de te uelut de consorte familiarissimoq; amico principis nostri, Visum est, inquiant, nobis & spiritui sancto. Tu ò superamabilis deus, ò superclemens paraclete, spiritus es sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus sciẽtiæ & pietatis sanctiq; timoris, hac septiformi gratia tam incõparabiliter Christi animã, demumq; suorum replesti. Tu præstantissimam illam mundissimamq; puellam fœcũdam fecisti atq; puerperam: apostoloꝶ tu inebriasti mentes, in catholicaq; ecclesia uates & doctores, euangelistas sacerdotesq; operatus es: omnem tuæ clementię superaffluentiã, gratięq; plenitudinem in ea effudisti: per te & ex te angelicã & deiformẽ in hoc mũdo hoc prẽs nri conuersationẽ adepti sunt, angelicę puritatis similitudinẽ sortiti sunt, deificati sunt, depurati sunt, & uisibilia supgressi, ęternis dũtaxat omni mente atq; uirtute inhæserunt, quorum nos utiq; uestigia sequi par est. Actu. 15. Esaię. 11. Actu. 2. 1. Cori. 12.

Articulus XXIIII. De mirabili diuinæ potestatis communicatione, dum hominibus omipotens signoꝶ miraculoꝶq; efficientiã præstat.

Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus. Nempe, cuius utiq; imperio nisi solius creatoris paret ordo, obeditq; natura. Ipse equidem sol⁹ est, qui uniuersorum legem & ordinem, cursumq; instituit, & sub eius institutione ordinis omnis natura creata comprehensa est, nec propria ualet efficacia supra naturalem entium agere legem, sub qua ipsa quoque ordinata est atque locata. Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui? Magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis, & faciens mirabilia. Veruntamen ò superfelix trinitas, quæ temetipsam nobis tam exuberanter, tãq; totaliter tribuisti, ut utiq; cognoscamus & diligamus, possideamus itẽq; te fruamur: denique, ut sit nobis summus genitor in patrem, in fratrem unigenitus, & in hospitem mentisq; inhabitatorem spiritussanctus. Idipsum quod tibi tam proprium est, hominibus quoque impartitus es: subiecisti ipsis tuis fidelibus atq; electis rerum ordinem, entium naturas, cursumq; mundi. Magnum est hoc ò sancte & excelse, ò uere bone munificentissimeq; deus, ut tam admirabilem, tamq; supernaturalem ac diuinam hominibus tribueres potestatem, ut qui ex se nil queunt, per te ultra ac supra omnia potentes existant. Quid non subdidisti hominibus ò altissime princeps? Sed quid miror quod eis cuncta subiecisti, quibus teipsum quoque subdere decreuisti? Eras nempe ò unigenite dei subditus illis. Insuper, in illorum ministrorum supermũdanos illos intellectus, supercœlestesq; animos ab alto emittis: & illorum plurimis nostrorum plures gloria & honore sublimiores efficis: quosdam uero ex nostris, cunctis angelicarum phalangarum mẽtibus uehementer prętulisti: Deniq; non tam precante quàm præcipiente Iosue, Solis latio solito relicto itinere mirabiliter cessauit: Ipso quoque sancto Israelitarum olim rege efflagitante Ezechia, decẽ sol gradibus reuersus est. O mira fidei uirtus, quæ mortuos uiuificat, cæcos illuminat, naturam uincit, cœlis imperat, dæmones eijcit, mortiferum omne innocuũ efficit, serpentes calcat, elementis præualet: quę quicquid à fideli ueraciq; domino postulat, sortitur: quã reprobi quoque mirabilia agunt. Enimuero quidam tuorum ò incircunscriptæ potestatis deus, imperatorq; omnipotens, ne in igne quidem lęsi sunt, quod in ueteri interdum lege factum scimus, sed in noua frequenter nimis. Nec enim earum necessarium reor exempla rerũ adducere, quarum uix numerus extat. In fluctibus alij submersi, illæsi egressi sunt, aquaꝶq; undas uelut solidam terræ planitiem calcarunt plurimi. Porro, truncati aliqui, etiam caput ineffabiliter erigentes, usq; ad electa id loca tulerũt. Sanãt ægros umbra Petri, sudariumq; Pauli. Tres legitur Christus mortuos suscitasse: sed maiora his operati sunt sui. Cordium patent aliquibus arcana, & irrationabilia quoq; animãtia instar intellectualium naturarum, sanctis tuis domine parent, eosq; uelut audire uident. His domine sigillis, testimonijs istis fidem sacram diuinamq; signasti atq; firmasti. Alioqn quomodo à paucis atq; simplicibus, ab idiotis & ignobilibus, ab humilibus pauperibusq; hominibus, sine armorum uiolentia, sine dialecticæ astutia, sine Tulliana eloquentia, sine libidinis uoluptatumq; sponsione, ad tam arduam legem, tamq; inscrutabilem fidem uniuersus quiuit orbis conuerti? Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus, nimis cõfortatus est principatus eorum. Vehemẽter mirificasti eos domine. Mirificasti eos nempe in Psal. 71 Exod. 15. Psal. 8. Lucæ. 2. Iosue. 10. Isaiæ. 38. Marc. 16. Act. 5. 19. Iohan. 14. Psal. 138.

uita, in morte, itemq; post mortem. sed quomodo illorum immortales mentes in sublimi tuæ habitationis uranico supersplendenti'q; throno glorificas, quorum cadauera quoque iam uitæ expertia & animarum præsentijs destituta, tot signis tantis'que prodigijs honoras?

Articulus XXV. De eminentissimo sacerdotalis dignitatis munere.

Matt.26. Marc.14. Luc.22. 1.Cor.11. COenantibus autem illis, accepit IESVS panem: & gratias agēs, benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & edite: Hoc est corpus meum: Hoc facite in meam commemorationē. Inquieta est ardens dilectio, donec amāti perfecte copuletur amatum: feruens quoque amator, charitatis suę exhibere indicia dilectis satagit: sic & tu quoq; ô bone Iesu, idoneum & plenum, perfectumq; nobis tuę dilectionis memoriale ac pignus relinquere dignat9, id nobis deseruisti, quod pro nobis

Psal.102. Matt.26. Iohan.6. ex uirgine suscepisti, in mortē tradidisti, & item in cruce effudisti. Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Ecce enim quem colis atq; adoras, in quo summam finaleq; tuam beatitudinem fateris, quē amas & appetis, & ob cuius unione nocte dieq; laboras, præsto est, prope est, substantialiter adest, à te contrectari sumiq; concupiscit, seipsum tibi tradit. Porro, quoniam ipse est panis uiuus, eiusq; caro uerus est cibus, cibato autem essentialiter coniungi oportere cibū, satis ut opinor elucescit. Hinc se Christus per carnē suam & sanguinem sub panis uiniq; speciebus, fideli animæ substanti

Psal.102 aliter unit, quatenus mentem cibet atq; in se resoluat, ac per hoc immensus nobis suę charitatis ardor plenissime innotescat. O nobile conuiuium in quo Christus sumitur. Iam uero benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Non enim modicum quid aut munera tibi duntaxat sua, sed seipsum impartit, carnem sanguinemq; proponit. Deniq;, quoniā o unigenite humanam naturā, non angelicā assumpsisti, nos qui assumpte à te naturæ consortes existimus, ipsis quoq; angelicis potestatibus atque uirtutibus in quodam potentiores operatus es. Cui enim angelorum aliquando uis consecrandi communicata ē? Quis eorum taliter ut homo, præsentem sibi ualet deum, creatoremq; suum efficere? Sed acutius intuere o homo, qui sacerdotio fungeris, qua utiq; reuerētia ac deuotione, qua humilitate ac dilectione te dñm tuū in ipsa sacra hostia suscipere & amplecti, tractare contēplariq; oporteat. Ipse eqdē est, ante cuius te tribunal mox necesse ē astare: qui iudicaturus est uiuos & mortuos & seculū per ignē. In manu illius uniuersa tua sa

Gene.47. Isai.6. lus sita est, cum Cherubin Seraphinq; adorant, Throni ei sedes sunt. Sed iam o metuende dei fili, o adorande Chr̄e, o uirtus & sapientia patris, fac me in te sapiētem & fortē, stabiliterq; conuersum: præsertim autē tunc me o beate saluator, tunc cor meū munias, menteq; in te afficias, erigas atq; conuertas, dū ipsa tua diuina sacerrimaq; mysteria celebro, sacramenta contingo, ac dilectionis tuæ pignus passionisq; memoriale accipio: tunc o omnipotens dñator, præ maiestatis tuę contemplatione, reuerentiali timore concutiar, charitatis tuæ contuitu inextinguibiliter accendar, totusq; in te resoluar & configar: tunc te deus meus splendida fide contempler, tunc te sapiam, affectuosissimeq; cōplectar: Anima mea tua domine ex p̄sentia excitet ac liquefiat. Vtinā te deus meus, amator actorq; salutis meę, qui te mihi tam multipliciter præstitisti: qui ex ipso tuæ benignissimę mētis ardore sic nobis ubilibet coniungi dignaris, anima mea semper corā se, & item se corā te constituat: utinam tibi grata, utinā in te sic custodita cōsistat, ut ad tui participationē, celebrationēq; tuorum, magis incessanter idonea, purior ardentiorq; reddatur.

Articulus XXVI. De singularibus quibusdam diuinæ munificentiæ donis atq; beneficijs.

1.Cori.4. Roma.11. Psal.118. QVid deniq; habes quod nō accepisti? Quoniā ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Da mihi intellectum ô fontana om̄is intelligentiæ origo, uerbum æterne mentis, unigenite dei, quo dona tua intelligam: nempe si non intelligo, non utiq; gratias ago. Demum igitur atq; ab exordio beneficia tua retexā ac reminiscar, ut gratus sim & te diligam, quoniā tu prior dilexisti me. Quicquid (fateor) ô sempiterne incōmutabilisq; deus, in tempore hoc subsistētię meæ mihi impartis, ab æterno utiq;, & dum nondū mū di huius esset instituta molitio, prestare decreuisti: nō existentē uitalem intellectualemq; produxisti. Sed qd nasci profuisset, si non ex aqua & spiritu renasci donasses? Porro, renatum ab infantia custodisti: quot ô sapientissime Christe, ô superclementissime Iesu, in ignorātiæ tenebris, in carnis cōcupiscētijs reliqsti, de q̄s sanguine ortū sum, mihiq; cognatione p̄pinq cōsistūt, E medio illoꝝ eduxisti me, infantulū pene adhuc nondūq;

nondum'que discretionis tempora sortitum:literis me applicuisti & erudisti. Puer aūt eram ingeniosus,capacem'que mihi mentem elargitus es. Veruntamen quod nunc quoque uicissim miror atque reuoluo,tibi ô desiderabilis,&nedum præ filiis hominum,sed præ uultibus etiam angelorum speciose,sanctæ uirginis unigenite confitebor:quid enim hoc,quod tantus mihi adhuc in primordiis disciplinæ inerat literarum amor,ut nocturnis temporibus,dum lunæ se splendor diffundens per fenestræ rimas emicaret, diurnum putans radiare iubar, mox intempestæ noctis silentio surgens,nisi fores clausæ fuissent,ad scholas properassem? Veruntamen procedente tempore, meique cum illo deficiente, omni prodolor me uanitati subieci.sed ô misericors creator cito misertus es mei, atque ad distātiores me regiones studendi ratione deduxisti,in quibus nedum philosophiæ exordia, sed & religiosæ quoque initia uitæ te efficiente adeptus sum. Sed denuo more canum ad uomitum reuersus sum: etenim nondum desideratæ uitæ necessarios sortitus annos,conuersionem distuli, ad studium'que proficiscens, quemadmodum præ cæteris in scientiis, sic inflammatione quoque, & item præsumptione omni profeci,uel potius contabui atque defeci. Nihilominus in omnibus his,in sancto me ô superbenigne conditor,proposito stabilem effecisti: & dum tibi cō placuit,in tua me diu concupita domo statuisti. Quot me meliores, quot uirtuosiores inuestigabilium operum effector reliquisti? Quot in iniquitatibus suis deprehēdisti? Quot insuper iam nunc infernus deglutiuit,me ni fallor præstantiores,ex coætaneis & notis atque sodalibus,dum immortalibus fœterem delictis, non tuam ô pie rex iniuriam ultus es, pro malis bona,pro ingratitudine gratiam impendisti. Porro tentatum afflictum'que conseruasti,& nunc usque eam quam tenui constantiam perseuerantiam'que impartitus es:negligenter & segniter operanti parcis & ignoscis: si quæ mentis deuotio,si sanctitas aliqua, si quæ gratitudo,si profectus tui'que affectus quispiam,hæc bone Iesu tua sunt, ex te profluxerunt,per te perseuerant, & in te consummantur, sine quo omni momento si relinquor, deficio:quippe sine quo nil boni non dicam facere,sed ne concipere quidem ualeo,in quocunque,ubicunque & qualitercūque me reliqueris, ibi & in illo taliter'que omnino pereo, item'que deficio:ex te sufficientia mea,deus meus,ex me uero defectus est.

Articulus XXVII. De enormitate ingratitudinis atque peccati.

CONuerte nos domine & cōuertemur:innoua dies nostros sicut à principio. Iam nunc domine mi & deus meus,tua radiante ueritate,munificentiam amabilitatē'que,& item beneficia æternæ tuæ bonitatis utcunque atque pro uiribus contemplatus sum: Vnde cognoui fassus'que sum,q̄ utique ardenter quam'que uehemēter te amare obligor,q̄ tibi reuerenter famulari teneor, q̄ interea indissolubiliter tibi parere & adhærere par est. Sed ecce dum hæc profunde intueor,conturbat me uita mea: & quæ mihi naturaliter appetibilis est,molesta efficitur. Ex multis quippe rationibus atque circumstātiis peccati & offensæ,pēsatur metitur'que enormitas:quo ēm qui præcipit præstātior sanctior'que extiterit,quo etiam bona plura contulerit,quo deni'que qui offendit subiectior esse iure debet,eo,ni fallor,pctm̄ seu offensa,amplioris perhibēda est excessus. Tu aūt o summe legifer,supersublimis præceptor,immensæ dignitatis es & infinitæ sanctitatis: sed & omne bonum optimum,& omne datum perfectum,& uniuersaliter desiderabile omne ex fontalibus ipsarum tuarum æternalium diuitiarum thesauris emanauit: Rursus'que nil prorsus iustius, nil ut opinor naturalius,q̄ creatori subesse parere'que creaturam. Peccatum ergo omne quo te offendo,sancte dn̄e,grauissimum nimis ex omni parte consistit, quo te tam præstantissimum deum deserui,coram tam sancto domino inique gessi,tam benignum conditorem inhonoraui,à tam uero immenso'que bono auersus sum: Præceptori tam excelso non parui, tam largo quoque supereffluenti'que datori ingratus extiti,& saluatorem tam amorosum contempsi. O infelix homo,o anima miseranda,o uilis contemptibilis'que creatura. O irrationabilibus formis mille milies deterior effecta,reddidisti malū pro bono. Creauit te bonitas eius, & ad sui imaginem similitudinem que te plasmauit: tu uero non dilexisti eum:imperium eius uilipēdisti,maluisti'que irrationabilissimæ tuæ sensualitati ac peruerso appetitui, quām illius supersanctæ assentire uoluntati, plus mūdo quām illi placere conata es: prælegisti omnipotentem offendere,creatorem'que tuum inhonorare,quām proprias immūdissimas'que tuas uoluptates abscindere. O infelix præuaricationis conditio, qua creator offenditur, dæmoni peccatoque seruitur,& æterna pœna meretur. Tanta tibi dominus tuus bona elargitus est, tot dilectionis suæ reserauit indicia, & demum tam multiformiter semetipsum præstitit atque impendit, & toties recessisti & elongata es ab illo,to

Thre.5

Iaco.1.

Psal.7.

 tiei

ties immemor, totiesq; ingrata extitisti. Aequasti te dęmonibus, quę angelis cõformanda
Thre.5 fueras, & sacrę trinitatis imago creata es. Ideo contenebrati sunt oculi tui, ideo cecidit co-
rona capitis tui, ideo abominabilis & egena facta es.

Articulus XXVIII. De singularibus quibusdam circunstantijs peccatum uehementer aggrauantibus.

Seruus sciens uolũtatem dñi sui, & non faciens, uapulabit plagis multis. Melius enĩ
Luc.12 est iustitię semitas ignorasse, q̃ cognitas reliqsse. Sic ego, heu ô misericors & super ex-
altate deus, dum te cognouissem, non ut deum uerebar, nõ uenerabar neq; dilexi.
Hoc dñe mi & salus mea, iniquitatem meã inęstimabiliter grauat, me sapiẽtem cẽse-
bam atq; pręsumpsi, sublimia de te cum uanitate effabar, & turpissimã sceleratissimamq; ui-
tam transegi. Deniq;, iniquitates meæ supergressę sunt caput meũ, & super numerũ multi-
Psal.37 plicatę sunt: duxit me quo uoluit hostis meus, & eisdem animam uulneribus tam multipli-
citer uulneraui: & hoc quoq; ô pie conditor, peccatũ nimis onerat, plus nẽpe repetita uul-
nera lædunt. Porrò post cœptam salutis uiam primitusq; sortitam gratiam, denuo prola-
psus sum, atq; ad inamorem (prò dolor) cõuersationem deuolutus. sed his utiq; cunctis, ni
fallor, miserabiliꝰ hoc extitit, q̃ nũc quoq; dũ perdita ueni tp̃a repetere, meq; abnegare, &
item arctissimã, altissimęq; perfectionis professionẽ subij atq; spopondi, non eatenus ardẽs
sum, ut deo sublimi & benedicto reuerenter seruiam, digne complaceã, totaliterq; subdar
& intendam, quemadmodũ olim mundo florere sategi: non sic infatigabiliter sanctitati ut
tunc iniquitati studeo, neq; taliter uirtutibus, uti quondã scientijs proficio, itemq; insisto.
Spinis dñe sacrũ tuũ caput pro me pungiť atq; coronať, & ego criminosi neci capitis operi-
mentũ, rosis, sericis & cingulis diuersisq; herbarũ generibus adornabam. Alba pro me ue-
ste indueris & aspernaris, & ego quã ualui uestibus culturam pompamq; adhibui. In cru-
ce ut ossa dinumerari queant expansus es, & uilissimus ego cum inanissima toties uanitate
in choreis facinorosa extendere brachia ueritus non sum. Tota insuper tua tenerrima uir-
gineaq; caro o dulcis Iesu liuore propter me & plagis atq; fixuris lacerata ẽ, & ego immũ-
dissimum quo circũdor, corpus uoluptati tam infeliciter subieci. ueruntamen ne legentis
puritatem innocentiam'que contaminem, de cæteris interim, quibus pollutus sum deli-
Psal.78 ctis conticescendum reor. O deus, in cuius conspectu semper existo, sed ne memineris
iniquitatũ mearũ antiquarum, cito anticipent me dñe misericordię tuæ, quia pauper factus
sum nimis.

Articulus XXIX. Quàm sit sancto uir iustus amabilis, & quàm odibilis illi præuaricator consistat.

Ego glorificantes me glorifico: neq; habitabit iuxta me malignus: nec permansuri
1.Reg.2 Psal.5. sunt in cõspectu meo iniusti. Amor om̃is (ut opinor) ex similitudine proficiscitur.
Porro, ex dissimilitudine progreditur rãcor, similitudo eñ copulat, disgregat aũt
dissimilitudo distantiamq; inducit. Elucescit itaq; eo supsplendenti supersanctęq;
illi æternæ menti, mentem creatam amabiliorem effici, quo fuerit uehementiorem cũ ea si-
militudinem sortita. Deniq;, quo dissimilior constituetur, eo utiq; odibilior existit. Iustus
autẽ diuinę se legi conformat, summæ rationi credit & omnipotentis dei uoluntati paret.
1.Cor.6. Impius uero legi peccati substernitur, & à diuinæ mentis censura, ordineq; recedit: at ue-
ro qui adhęret deo, unus spũs est cum illo, & q meretrici cõiungitur, unum quoq; cum ea
corpus efficiť. Ideoq; unigenitus dei discipulos affari orsus: Ego inq̃t, in pr̃e, & uos in me,
Ioan.14. & ego in uobis. Adhuc aũt per operationem uehementissime alteri alter assimilatur: uideť
eñ natura om̃is transformari in id, cuius operationes sectatur atq; exercet: ũnde & iumẽ
Psal.48. tis insipiens cõparatur: qui igitur deiformiter uiuit, deo utiq; simillimus cẽsendus est. Dei
uero operatio, non nisi contemplatio dilectioq; consistunt, nẽpe æternæ increatęq; uerita-
tis agnitio & incircũscriptę, itemq; superpuræ bonitatis amor, diuinitatis ni fallor uita est.
Hãc aũt imitatur pro uiribus contẽplatiuus homo. Quid nẽpe contẽplari, nisi diuino illo
superexaltato enti syncera amorosaq; mẽte uacare atq; intentũ consistere? Relictis eqdem
& ab animo prorsus semotis, nedũ sensibilibus, sed omnibus quoq; creatis subsistẽtijs, pri-
mo uero summoq; bono contẽplator pro uiribus pure atq; stabiliter insistere moliť. Ideoq;
ueraciter deiformis deificatusq;, & tanq̃ quidã deus censendus est. Et ob id Aristoteles So-
cratẽ Platonemq; secutus, contẽplatiuum uirum amãtissimũ deo perhibuit. Sed qd o su-
persublimis om̃isq; felicitatis fontana origo sancte deus, creaturæ à te dignius pręstari q-
bat, q̃ ut cui nedum serua, sed & amica quoq; existeret. Quid homini dari ualebat pręstan-
tius quàm

tius,q̃ ut dei creatorisq; sui hæres & filius, & item amicus cōstitueretur? Porrò, uti nil amabilius, nilq; hoc dono appetibilius extat: sic penitus, ut opinor, nil eatenus horribile odibileq; cōsistit ut tuū inimicū fore. Veruntñ odisti oēs q operātur iniqtatē. Et maledicti q declinant à mādatis tuis. Deniq;, si qs diligit mūdū, nō est charitas dei in illo: Etem̄ si quis uoluerit mūdi huius amicus effici, dei mox inimicus statuetur. Ne ò superprestantissimē supersimplexq; creator, tui precor inimicus fiam, ne tua hæreditate filialiq; adoptione destituar, non tibi displiceam, nec te inhonorem ò superdesiderāde ac superalme plasmator. Tibi uero & nunc, & in die æternitatis sit omnis honor & gloria, Amen. Psal. 5. Psal. 118. 1. Ioh. 2 Iaco. 4

Articulus XXX. De immēsitate diuinę clementiæ.

SVauis dñs uniuersis, & miserationes eius super oñia opa eius. Tua quippe ò superstabilis superessentialisq; deus natura, bonitas est: proprietas uo tua, miseratio existit: Proprium enim tibi est, ut fatemur, misereri semper & parcere. Veruntamē iustus es dñe, & rectum iudiciū tuum: sed misereris ex proprijs, ulcisceris uero ex nostris sceleribus: Tibi nāq; proprium est & naturale, ut te communices, non ut subtrahas: optimus em̄ es. Porrò ab optimo omnis longe inuidia parcitasq; absistunt. Videre aūt nequeo, quemadmodum tā multipliciter, tam grauiter, tamq; mortaliter delinquenti, sic longanimiter parcere, sic clementer ignoscere, sic etiam quod incōprehensibilis pietatis opus est, superesfluenter dona tua sacra posses impartiri, ut ubi abundauit peccatum, abundet & gratia: si non utiq; infinitæ, prorsusq; incircumscriptæ esses misericordiæ. Tuos nempe benigne præuenis, custodis atq; gubernas, omnia eis in bonum cooperari præstas. An nō immensæ clementiæ, longanimitatisq; es ò super felix dominator, qui tot cernis omni hora in tui prospectu scelera perpetrari, nec mox ulcisceris, neq; creaturam preuaricātem in nihilum redigis? Quot quotidie in tui fiunt uultus præsentia blasphemiæ & stupra, homicidia & adulteria, rapinæ & furta, & his grauiora, ac similia, imò utiq; & quæ nominari fas non est? Tangis homicidā & adulterū, fitq; eximius uatum: Persecutorem atque blasphemum erudis, & uas repente electionis constituitur. Et quis miserationes tuas ò sancte benigneq; conditor, eloqui erit idoneus? Etem̄ quacunq; hora ingemiscit transgressus, iā ad miserationem pronior es q̃ ad stuppę inflāmationem ignis. Oīm nempe iniquitatū illius cō festim obliuisceris. In iniquitatibus alter conceptus est, enutritus, atq; usque seniū immersus, & tñ sero pœnitenti, ignoscis. Sed nunquid nisi te clementer pręueniente, & item inspirante ueraciter quispiam pœnitere conuertiq; poterit? Psal. 144 Psal. 118. Rom. 5 Actu. 9. Isaie. 38.

Articulus XXXI. De horrenda æterni iudicis æquitate.

HOrrendū est incidere in manus dei uiuentis. Ne tibi o pręclara uiuensq; dei imago, deiformis anima, pręinducta diuinę naturę clementia, cūstodię & timoris sancteq; solicitudinis expertem efficiat, ne te in dei famulatu negligentē segnemq; cōstituat, diuinæ quoq; maiestatis iustitiā paulisper, ut illo donante uales intuere. Id quippe, ni fallor, in primis tibi elucescit, q̄ nō minus æquitas summi dei, q̃ ipsius clemētia interminabilis oīnoq; infinita existit: nil nāq; in supsimplici deitate est qđ nō illi idē atq; immēsum cēsendū est. Deniq;, iustitia pręclarissima est uirtus. Quō igit in supernobili illo principū principe fatēda nō erit? Iustus utiq; dñs, & in æternū oīa iudicia iustitię eius. Sed profundius aspice, & ex opibus omnipotentis, ipsius qualis quātaq; sit iustitia rimari satage. En magnus ille olim supercœlestis aulę princeps Lucifer, q mane oriebat, de quo sacer ille fari orsus Ezechiel: Tu Cherub (inquit) signaculū similitudinis, in delicijs paradisi dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentū tuū: hic tantus dū mentis tactus arrogantia, corde concepisset & diceret: In cœlū conscendā, supra astra cœli exaltabo soliū meū, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendā super altitudinē nubiū, & assimilabor altissimo: confestim instar fulminis cū suis prolabitur, atq; mox dū in eo suisq; iniquitas inuēta est, æterna irrecuperabiliq; dānatione plectif. An nō metuēdus est rex iste, q tā pulcherrimū phalāgę suę ducē, tāq; illustres supmūdani sui palatij milites, ob momētaneā hāc culpā ppetuo & sine spe oī in æternū eijcit, cōdēnat & cruciat? Deniq;, peccat protoplast[9], & ois ipsius posteritas culpę obnoxia fit, & beatitudine iteq; originali iustitia destituif. Trāsgredif psona, & ipsa mox natura inficif: usq; in psens dq;, q baptismi migrat exps, cœli neqt beatitudinē sortiri: qd hac iustitia stricti[9], qd tā arduū, qđ sic horrēdū? Proide qs agnouit an amore dign[9] sit an odio? qs em̄ cognouit sēsū dñi, aut qs cōsiliari[9] ei[9] fuit? Ecce gētes q̃si stella situlę, & q̃si nihilū & mane ei reputatę sūt. Porrò qs eatenus erit isēsat[9] & amēs, ut sciscitari audeat, cur hūc & nō illū trahat? cur hūc eligat, illū psciat? Cur Iacob n̄ōdū natū Heb. 10 Psal. 118 Isaie. 14 Ezech. 28

dilexit

dilexit, Esau & nondū genitū reprobauit? Hic angelicā uitā ordit, & infeliciter finit. Alter
Deut. 32. in primordijs sceleratissime inchoat, & ardētissime feliciterq; cōsummat. Verūtñ deus fide
Psal. 35. lis & absq; ulla iniqtate, iustus & rectus, & ipsius iudicia abyssus multa: nempe ob tēpora-
lē utiq; preuaricationē, sempiternus cruciatus & horror reprobos possidet atq; deglutit.

Articulus XXXII. De honore quē deo altissimo exhibere debet intellectualis creatura.

VIuit dñs in cuius conspectu sto hodie: magnū est nomen tuū in fortitudine: qs nō timebit te o rex gētiū? Tu nēpe deus, q glorificaris in cōcilio sctōꝝ, magnus utiq; & terribilis super oēs q in circuitu tuo sunt. Quis uero seruus in regis sui presentia consistēs, regio audebit mandato proteruire? qs eo iubente, etiā si cō-
Hiere. 18 sideret parere despiciet? Et tu uniuersoꝝ cōditor, rex es immēsę maiestatis, cuius oculi su
Apoc. 2. per oēs uias filioꝝ hoīm sp incessanterq; aperti sunt atq; intenti. Deniq; tu renes scrutaris & corda: neq; inuisibilis tibi est oīs creatura: Igit q peccat te spectāte, parere tibi despicit, illucq; se cōuertit, quò eū conuerti prohibes: peccare quippe nō aliud opinor est, q̄ mētis à te uero stabiliq; bono auersio. uehemēter igit te, q trāsgredit inhonorat: presertim aūt, si te cuncta cernere noscat. Magna prorsus recte iusteq; uiuēdi necessitas nobis id existit, q
3. Reg. 17 in cūcta cernētis iudicis ꝓspectu uniuersa agim⁹, ꝓq; subsistimus: Ideoq; o aīa, si oīa ab al to spectantē deū uere honorare ęstuas, diuinū illū pro uirib⁹ Heliā assequere, dicq; cū illo: Viuit dñs in cuius cōspectu sto hodie, pudeat eo cernēte agere, qd corā hoībus nō faceres. Adhuc aūt, cū eatenus unūquodq; amabile sit itemq; honorabile, q̄tū de bonitate sortitū fuerit: constat fateor, hūc singularissimo colendū honore principē, q oīs bonitatis fons est, & uniuersę nobilitatis fontana rō, q etiā solus uere ꝑfecteq; bonus existit. Deniq; nil amabile, nullius appetenda scientia, nil prorsus optandū, nisi in ordine ad illū: Est eī idē ordo eadēq; habitudo reꝝ & scientiaꝝ, bonoꝝ q̄q; & amabiliū. Vnde utiq; reꝝ naturaliū & creataꝝ sciētia appetēda exquirēdaq; est, sed in ordine ad diuinā theoriā: & q id reprobat, sensibiliū etiā usum redarguere potest: q tñ utiq; nedū licitus est, sed & necessari⁹, prout ꝑ eū ad spūalia iuuamur. Porrò, cū deus tuus o aīa, cuius te sp uultus cōspicit atq; cōsiderat, immēsę sanctitatis sit, infiniteq; bonitatis & maiestatis incircūscriptę, cuius nobilitas prestātissima ē, qui iniqtatē tā inexcogitabiliter odit, q tot q̄q; bona, ut dinūerari cōprehendiq; ne
Daniel. 7. queāt, elargitus est, cui milia miliū sctōꝝ angeloꝝ tā paratis mētibus parēt atq; ministrāt,
Esaie. 6. & item decies cētena milia supcœlestiū aīoꝝ, oīs quoq; militia supmundanoꝝ ciuiū tā reuerenter assistūt, sic alacriter iubilāt, tāq; indefinēter intēta sunt: hinc eis sp qbus uales uiribus enitere, ut ob reuerentiā dilectionēq; eius presentię mens corā eo digne honesteq; occupata sit, & ut cor in eū cōuersum sit ac stabile: & eius sanctitatē sp & ubiq; honorās: Maledictus nēpe q opus dei negligēter efficit. Alacriter igit ardēterq;, & cū omī mētis custodia ipsi famulari atq; assistere par est. Deniq;, ad eū sp reducēda ac coram ipso discutienda est mens uagabunda.

Articulus XXXIII. De glorificatione corpoꝝ.

Philip. 3 SAluatorē expectamus Iesum Chrm, q reformabit corpus humilitatis nrę cōfigura tū corpori claritatis suę. Dū humanoꝝ corporū uilitates miseriasq;, quas ex natura adepti sunt, cōtēplor: dotes quoq; insup & gloriā, quas demū ex grā sortitura sunt reuoluo, in admiratiōe bñficioꝝ tuoꝝ & i supeffluētis tuę munificētię cōsideratione tabesco, oīnoq; deficio ò supexcelse creator, supbone & adorāde dñe: Iam quippe passibilia sunt & grauia, grossa & obscura: sed electis denuo aīabus unita, immortalia erūt & agilia, clara quoq; atq; subtilia. Nō sic in uirtute sol splēdet, quēadmodū tūc beatoꝝ splēdebunt resumpta corpora. Deniq;, uti aīæ saturabit appetitus: sic corpus agile erit, ut aīæ repēte pareat: & subtile, quo cūcta penetret, & celerrime quo placuerit feratur. Verunth ut oīa electis in gloriā beatitudinēq; proueniāt, atq; in sensibilibus à felicibus hoībus, uisibiliter experimētaliterq; quodāmō agnoscaris ò summe & potēs cōditor, solē quoq;, lunā & sidera, orbes etiā & elemēta ampliore à te splēdore puritateq; uehemētiore uenustabunt. Erit quippe lux lunæ, ut lux solis: & lux solis septēpliciter: Elemēta insup spēdida atq; decora, & totius fecis maculęq; exptia erūt. Splēdebit fatemur ut auꝝ, terra: aqua ut crystal-
Apoc. 10. lus: ut cœlū, aer: atq; ut cœli astra ignis. Porrò tps amplius non erit, sed nec cœloꝝ motus:
Sapien. 3. Sed fulgebūt iusti, & tanq̄ scintillę in harūdineto discurrēt: corpore eī & aīo ꝑfectā plenāq; beatitudinē sortiti, incessabili securitate suauissimaq; pace & supiucūdissima deitatis contēplatione saturabūtur atq; fruētur. Indissolubilis illic cōcordia & ardētissimus amor: supsplendēs societas ordinatissimaq; multitudo: lux indeficiens, & æternus dies: auida fruti

ruritas, ſpẽq; ſatiatur appetitus: & ut ad plenũ dicã, oĩm ibi aderit deſiderabiliũ affluẽtia, & cũ diuina uolũtate incõprehenſibilis cõformitas penniſq; cõſenſus. Cuius nos beatitudinis cõſortes ò dei unigenite, precamur ut efficias, q cũ prẽ & ſctõ ſpũ, una es deitas, una natura, unus intellectus, unaq; uolũtas, unus oĩm fons grãr & oĩs creaturę principiũ indiuiſũ: cui cũ æterno oĩpotentiq; prẽ, almo quoq; ac adorando paracleto infinita exiſtit felicitas, gaudiũ immẽſum, pulchritudo incircũſcripta, & honor indeficiens. Amen.

Libri de munificentia & beneficijs dei, finis.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE DISTANTIA PERFECTIONIS DIuinæ & humanæ.

ESTOTE perfecti ſicut & pr̃ ur̃ cœleſtis perfectus eſt. De- Mat.5
us noſter qui naturaliter bonus eſt, cuius etiã natura, quẽadmodum magnus Dionyſius ait, eſt bonitas pura: cuius
uoluntas ſecundũ Apoſtolum eſt ſanctificatio noſtra, uir- 1.Theſſal.4.
tutum ſtudio nos potiſſime uolens eſſe intentos, ad ſui imitationem nos ubertim ineffabili dignatione inuitauit atq; uocauit: Nempe in ueteri quoq; lege per ſeruum ſuum Moyſen: Sancti inquit eſtote, ſicut & ego ſanctus ſum, do-
minus deus ueſter. Porro unigenitus dei, qui legem perfe- Leui.11
cit, & ueteribus mandatis conſilia iunxit, conſummatam plenamq; fideles ſuos ſanctitatem ſuadens ſortiri cum le-
giſ ſupergrederetur præcepta quæ dixit: Diliges amicũ Matt.5.
tuum, & odio habebis inimicum tuum: ipſe uero dixit: Diligite inimicos ueſtros, benefa- Luc.6.
cite his qui uos oderunt: cauſam huius ſuę nouę doctrinę, inſinuans, Vt ſitis, ait, filij patris Mat.5.
ueſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Vnde ad eminentiorem nos dei imitationem inuitans, q̃ ante legis tempore fecerat, ita diſſeruit: Eſtote igitur & uos perfecti, quemadmodũ pater cœleſtis. Ad hoc quippe uenit homo, ut nos conformaret deo, imò ut Auguſtinus fatetur, ut homines deos efficeret, ipſe homo fieri dignatus eſt. Virtutibus aũt deo cõformamur, ut talis homo fiat per gratiam, qualis ille eſt per naturam, utputa iuſtus, uerax, conſtans, miſericors. Itaq; quoni-
am uirtutibus deum imitamur, imò quemadmodum princeps ait apoſtolorum, diuinæ ef- 2.Pet.1
ficimur conſortes naturę, intuendum quibus pręſertim uirtutibus deum imitari deo'que
conformari queat humana fragilitas, cum ſcriptum ſit: Omnes noſtræ iuſtitiæ quaſi pan- Iſaie.64
nus menſtruatæ. Rurſusq;: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. & ſanctus Pſal.142.
Iob ait: Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus deo, aut mũdus apparebit natus de Iob.25
muliere? Et ad hoc intuendum, ſpeculanda eſt proprietas itemq; diſtinctio uirtutis ac perfectionis diuinæ atq; humanæ: & de hoc erit in editione pręſenti tractatus, prout dare dignabitur ſpũs ueritatis.

Articulus I. De natura & proprietate uirtutis ac perfectionis diuinæ.

VIrtus uniuſcuiuſq; rei eſt perfectio eius: eſt em̃ uirtus quæ habẽtem perficit, & opus eius bonum reddit. Perfectio aũt cuiuslibet entis eſt in eo ſecũdum proprię ſuę ſpeciei atq; eſſentię dignitatem, gradum ac ordinẽ: etem̃ ſublimiorũ dignioruműq; naturarũ perfectiones altiores conſiſtũt. Deo aũt eſt propriũ, ut ſit ens per eſſentiã, utputa independẽs nulliusq; egens, ſed ſibi per ſe oĩno ſufficiens. Om̃i aũt naturę q̃ poſt deũ eſt, id rite cõe cenſet, eſſe ab aliquo atq; à creatore deo profluxiſſe, ab eo inceſſabiliter depẽdere, eiusq; manutenẽtia deficiẽte repẽte deficere, & in nihil relabi. Porrò idem eſt ordo & habitudo conformis eſſentię, & eorum quę eſſentiam concomitantur, uel ab ea oriuntur. Itaq; quemadmodum diuina uirtus atq; perfectio deo naturalis eſt, neque aliunde adepta, ſic ad aliud ordinari non eget neq; referri, ſed eſt ipſa in ſeipſa omnino perfecta. Virtutem autem concomitãtur & ex ea oriuntur: Primum quidem operatio uirtuoſa, hinc uero delectatio ſeu complacẽtia: Omne equidem uerũ gaudium, delectatio uel

complacẽ-

habes & es, deo intelligibilius uehemẽtiusq; ascribis, quò ipsius in oĩbus honorẽ & gloriã precordialius cupis, eo perfectior es. Porrò quo ab hoc sensu amplius decidis eo à uera pfectione ueritatis apice miserabilius deficis: Hinc nẽpe saluator: Cũ feceritis, ait, oĩa q̃ pcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus: sicut eñ quicqd sumus uel in natura uel gratia, à deo habemus: sic in ipsius obsequium atq; preconium idipsum expendere obligamur. Lucæ 17.

Articulus III. In quo perfectio diuina conuenit cum humana.

OStensum iam est, quòd proprietas perfectionis diuinæ, proprietati perfectionis humanę opposita est. Nũc ergo declarare oportet, qd uirtuti seu perfectioni diuinæ atq; humanę cõe sit. Agnoscendum est igitur, qm̃ oẽs uirtutes in quodã iudicio rõnis seu in cognitione intellectus fundãtur. Optimũ quippe hominis est scd̃m Dionysium, esse scd̃m rõnem: ipsa eñ inter bonũ & malũ, uerũ falsumq; discernit. Cũ aũt appetitus siue intellectualis, siue inferior, uel rõ ipsa in operationibus suis uerę rõnis iudiciũ assequũtur, tũc operatio uirtuosa uocatur, & proximũ huiuscemodi actionis principium uirtus dicitur, atq; in illa potentia collocatur, ad quã actio pertinet, sicut prudentiã est in intellectu mãsuetudo in irascibili, iustitia in uoluntate. Itaq; hoc perfectioni & actioni diuinæ uirtutis, itemq; humanę extat cõe, quòd utraq; in contẽplatione ueritatis, seu uero intellectus fundatur iudicio. Vñ licet actio, proprietas atq; perfectio uirtutis diuinæ & humanę plerũq; consistãt opposite, nihilominus utraq; uirtus uere uirtus est. Hãc nãq; inter eas diuersitatẽ uera rõ atq; ipsius ueritatis contẽplatio syncera reqrit, & huius qdẽ exẽplũ tale inducam. Dilectio tã in deo q̃ in hoĩe uera summaq; uirtus est, sed in deo actio atq; pfectio dilectionis est, ut deus summe diligat seipsum propter seipsum, alia q̃q; nisi in se & propter se. In hoĩe uero dilectionis perfectio nõ est, ut summe amet seipsum uel diligat se propter se, aut certe ut diligat alia in se & propter se. Veruntñ presens charitatis diuinæ ac humanę distinctio magis est ex parte subiecti seu amantis q̃ obiecti siue amati. Nã in hoĩe q̃q; perfectio, itẽq; propria actio uerę dilectionis est, ut hõ deũ summe & propter seipsum pure diligat, alia aũt in ipso, & ,ppter ipsum. Necesse est eñ uirtutes q̃ deo & creatis intellectibus ascribuntur, in aliq̃ cõuenire actione. Deniq; hãc dilectionis diuinę atq; humanę distinctionẽ ueritatis agnitio exigit. Cũ eñ bonũ sit appetitus obiectũ, sicut se habet res ad bonitatẽ, sic se habet ad hoc ut appetibilis sit. Cũ ergo solus deus sit essentialiter atq; totaliter, & quõlibet bonus, ipse solus propter seipsum summe, imò in infinitũ plus oĩbus amandus appetendusq; est. Cetera uero eatenus amãda sunt, inquantũ diuinę bonitati assimilãtur, & de ea participãt, atq; scd̃m q̃ nos ad deũ manuducũt & promouent. Itaq; qm̃ uerũ rõnis dictamẽ reqrit, ut inferiora & procreata causata ad superiora causasq;, presertim aũt ad summũ bonũ causamq; primã ordinẽtur, propterea oĩs dilectio, & qcqd uirtutis ac dilectionis in creaturis est, ad diuinã dilectionẽ referre iustissimũ est, deo tanq̃ principali datori & causæ uniuersa attribuendo, atq; in ipso dũtaxat gloriando. Deniq; scire conuenit, q̃ intellectus uolũtatẽ in oĩbus dirigit, propriũ suũ obiectũ eidẽ ostendẽs: est eñ obiectũ uoluntatis bonũ intellectũ. Nihil ergo appetere ualet uolũtas, nisi q̃ sub rõne boni apprehẽdit intellectus: unde nec appetitus nec uoluntas errare põt, nisi in rõne error pcedat. Intuendũ ẽ igiẽ q̃ in oĩbus gratuitarũ uirtutũ meritoriis actibus, rõ inquãtũ fide illuminata ẽ, dirigit uoluntatẽ, debitũ eñ uerũq; finẽ, ad quẽ cuncta referre iustũ est, homini repsentat. In moralibus uero acquisitisq; uirtutibus prudentia dirigit. Itaq; pauloante cõuenienter dicebã, q̃ oĩs uirt⁹ in ueritate uel fide aut poti⁹ cõsideratione ueritatis seu rõnis iudicio originaliter stabilit.

Articulus IIII. De incessabili depẽdentia indigẽtiaq; perenni, qua à creatore bñdicto oĩs creatura cũ uniuersa sua perfectione dependet.

AD supsius uerã adipiscẽdã notitiã, & ad oĩm q̃q; uirtutũ, potissime tñ humilitatis adeptionẽ, non mediocriter cõfert profunda agnitio, quemadmodũ creatura à creatore dependeat. Eñuero ut manifeste cõspicimus, non æqualiter depẽdent à causis suis causata: quędã eñ dependẽt à causis suis dũtaxat, quò ad fieri, seu inchoationem, ut domus ab artifice, & hõ filius à patre gignẽte. Nã si domo cõstitutã artifex desinat, aut filio genito genitor obeat, nihilominus domus & filius in existẽtia sua pdurãt. Alia aũt à suis causis dependent, eisq; indigẽt, nõ solũ in fieri, sed indefinẽter, q̃diu sunt, s. quo ad pmanentiam, sicut depẽdet splẽdor à luce, dies à sole, motus etiã corruptibilium rerũ à motu cœlesti: nempe si uel in momẽto lux ipsa deficiat, protinus splẽdor occũbit: & dies repente extinguitur, si in oculi ictu sol occultetur. Ipse demum motus cœlestis

scdm Aristotelē, est tāq̄ quędā uita inferiorū: & quēadmodū Rabi Moyses ait, sicut se habet mot⁹ cordis ad uitā aīans, sic se habet mot⁹ cœlestis ad oēs mutatiōes mūdi iferioris: & hoc idē magnus Dionysius asserit. Palā est aūt, creaturā uehemētius à deo creatore depēdere, q̄ aliqs effectus à cā scda creataq̄ depēdeat: Tū qa prima causa est magis causa q̄ quæcūq̄ causa secunda: tum quia deus creator incomparabiliter sublimior est oīni creatura quàm aliqua causa creata suo effectu: tum, quia plus recipit creatura à creatore, quā effectus alicuis à causa secunda: causa enim creata nunquā producit totā substanitā totumq; esse sui causati, quemadmodū creator excelsus. Cum ergo rationalis anima à deo immediate creata sit, multo plus cū omni sua perfectione, uirtute & gratia à deo dependet quàm splēdor à luce, dies à sole, aut forma naturalis ab influentia motus cœlestis. Vnde euidentissime elucescit, quod si uel in ictu oculi, aut in indiuisibili instante creator suus eam reliquerit, mox ab omni sua perfectione cadit ac deficit. Et quēadmodum suam naturalem subsistentiam repente amitteret, si in momento deus illā conseruare cessaret: sic omnem gratiam atq; spiritualem decorem sine mora penitus perderet, nisi benignitas diuina hæc ipsa clementissime manuteneret. Itaq; ò homo, si quicquid habes, à deo sortitus es, & nec dona naturę nec munera gratiæ ad momentū seruare uales, nisi deus incessabiliter in te ea conseruet, quid inanissime intumescis de his quæ nec tua sunt, nec in tua potestate consistunt, imo de quibus tanquā de creditis mutuatisq; talentis, districtissimā datori deo rationem pręstare exigeris? Contra naturalē rationem ipsumq; ordinem rerum peccas, dum uelut de proprijs in teipso lætaris, aut certe in cordibus aliorum gloriosus & magnus haberi moliris: uel cupis de his, quæ tibi ad tempus concessa sunt, quatenus si eis bene usus fueris, ampliora recipias: si uero inique, condigna tormēta sustineas: & quæ demū ad illius honorem ordinare rectissimū est, ex cuius liberalissima bonitate fluxerunt. Præterea ut Auicenna Peripateticus pulchre inducit, cum res creata à seipsa non habeat nisi non esse, si influxus bonitatis creatoris retrahatur ab ea, nil manebit in ipsa, nisi q̄d à seipsa habet & est, utputa non esse, seu nihil.

Articulus V. De interno atq; secreto modo orandi affandiq; deum.

PRæinductā igitur suam indigentiam, defectibilitatem, insufficientiā ac indefinētē à deo glorioso & sancto dependentiā, deuotissima sagaxq; anima pensans ad seipsam conuersa, sic deū suum in proprij cordis cubiculo ignitis atq; mētalibus uerbis alloquatur & oret: O deus meus uirtus salutis meæ, in manu tua est tota salus mea: tu naturaliter bonus es, tu nullius indiges: tua natura est bonitas infinita & pura: quicquid boni in me est, tuum est, à te est, per te manet. Tu deus pijssime, qui substātialiter pfectus es, qui à propriæ perfectionis immensa plenitudine nunq̄ mutari neq; deficere uales, incōprehensibili atq; interminabili tuæ beatitudini tota mente ac uniuerso affectu cōgratulor: Nil nanq; iustius, quàm ut te omnis boni principiū, omnis pulchritudinis atq; dulcedinis fontem infinitum, superessentialeq; bonum toto corde amplector, ac per hoc uniuersæ tuæ lætitiæ, perfectioni, felicitati & gloriæ tota affectione congaudeā. Hoc quippe amoris est propriū, ut amantē de bonis amati tanq̄ de proprijs exultare iubilareq; faciat. Itaq; si ego creatura tua paupercula, te deum meum ueraciter diligo, amplector, desidero, tunc utiq; de infinita tua iucunditate, excellentia & immutabilitate totis uiribus glorior: neq; de alio tristor, nisi quòd sanctitatē ac maiestatē inhonorando offendit: quāuis beatitudo tua gloriæ suę æternæ detrimentum sustinere non possit, sed inuariabiliter una eademq; persistat. Tu deus qui naturaliter pius es, cuius sapientiam nil penitus latet, agnoscis creaturarum tuarum congeneam naturalemq; defectibilitatem, insufficientiam, & in omne malum, nisi à te præseruentur, pronissimam procliuitatem. Tu domine nosti, & ego tibi confiteor, quoniam sicut tu à teipso conformiter perfectus es, & in omni nobilitate immensus es, sic ego à meipso nihil sum nihilq; habeo, nisi oēm fragilitatē, uilitatē, & peccabilitatē. Porro si quid boni in me est, si quid uirtutis & gratię, si q̄d amabilitatis & excellētię, totū tuū est, à te profluxit, à te depēdet, non mihi sed tibi dn̄e gloriā pręsto, tibi id attribuo. Precor benignissime & utiq; incōprehēsibilis ac immēsę clemētię deus, exaudi me, miserere mei, age mecū, nō scdm ineffabilē meā uilitatē, nō scdm miserias meas, sed immēsam propriæ tuę bonitatis clementiam, munificētiam, charitatem. Ostende atq; mirifica in me misericordiæ tuæ abyssum. O deus æterne, omnipotens, adorande, si me exaudis, si me conseruas & saluas, misericordissime agis, & eo misericordius, quo ego sum indignior: si uero me spreueris si me damnari ac perire permiseris, nihilominus optime, quoniam iustissime

Oratio pia.

Amoris proprium.

facis,sed noli precor o dñe,noli iustitiæ tuę rigorem,sed misericordię tuæ dulcedinē mani festare in me,appareat quæso in æternum in me charitatis tuæ benignitas,non iustitię tuę seueritas.Sin,oro ò metuendissime atq; imperscrutabilis deus,uas misericordię in honorē, non uas iustitiæ in contumeliam.Nō potest ò deus immense,tanta esse mea malitia,contē ptibilitas atq; miseria,qn bonitas,amabilitas atq; clementia tua ea incōparabiliter uincat, atq; in immensum excedat.Eia ergo supoptie deus,nō scdm mea,me æternaliter deseras, sed scdm tua,me inæternū saluifices,nō ob aliud, nisi ut te in perpetuū & nunc quidem in uia per gratiam,demum autem in patria per gloriam sine fine,fatigatione, labore laudem & honorem & diligam.

Articulus VI. Quod licet tota rationalis creaturę perfectio sit conformari deo,nihilominus multa possumus uelle,licite amare atq; appetere quæ deus non uult,nec cupit,nec diligit.

CONtemplandum præterea est,in hoc nostrā dilectionem,à diuina dilectione distingui,qm̄ deus unūquodq; tanto amplius diligit, quanto ipsum melius ac ipsi conformius existit.Nos aūt non utiq; obligamur, illas creaturas simpliciter magis diligere,quę in seipsis meliores amabilioresq; consistūt,aut certe nobis similiores sunt.Nam si ordinem amabiliū rite pensemus,magis(ni fallor)tenemur amare parētes benefactoresq; pręcipuos q̄ ignotos,alienos siue extraneos,q̄uis meliores.Deus autem qui essentialiter iustus est,ea simpliciter intensius diligit,quæ amabiliora in seipsis ac meliora existunt:uel secundum præsentem iustitiam,uel secundum prædestinationem æternam.Horum aūt ratio est,quia deus omnia propter suam propriam bonitatē diligit.Non enim generatur dilectio dei ex bonitate reꝝ factarum:sed bonitas diuina est deo,ratio diligendi cuncta quę diligit.Porrò,nos non utiq; amamus res propter solam ipsaꝝ bonitatē uel naturā,sed est nobis multiplex rō aliquid diligēdi,utputa bonitas rei dilectæ, beneuolētia propria,& beneficia nobis exhibita:deus aūt à creaturis suis nil recipit,unde nec eas ideo diligit,quia commodum aliquod ei impendunt,sed ideo,ꝙ suam bonitatem eis communicare disposuit,per quam eum honorare atq; diligere queant,in quo utiq; nō deo,sed sibimetipsis proficiunt.Nostra autem dilectio nō semper procedit ex bonitate dilecti,sed ex consideratione beneficioꝝ bonorum seu donorum amati nobis exhibitorum, ab ipso uicissim emanat.Ideoq; parentes atq; magistros,à quibus maxima bona suscepi, intensius diligere debeo,q̄ multos eis meliores,qui ad me nullam simpliciter habitudinem habēt,licet ipsi ex parte obiecti amabiliores consistant,unde angelum uitæ meæ custodem magis diligere teneor,q̄ multos angelos in patria altiores.Deniq;,multi deuoti quosdā sanctoꝝ sibi in patronos præeligunt,honorāt,colunt & diligūt,multis utiq; derelictis maioribus sanctis,ad quos ipsi minorem affectionem cōcipiunt.Ratio equidem diligendi aliquid in deo ē simplex,in nobis aūt est multiplex.Ex istis insuper sequitur, ꝙ uiatores multa licite possunt amare & cupere,quę deus nec amat,nec diligit,nec uult,quēadmodum in Enchiridio Augustinus testatur.Forte enim uult deus hac nocte patrē meum carnalē mori, & exigentibus culpis suis damnari,cuius tamē oppositū ego iuste & licite cupio.Sed & ego quidem uiator sum,oēs diligere teneor,orare pro omnibus,omniumq; salutem toto corde appetere,cuius tamen oppositum uult deus & diligit, quippe qui omnes præscitos & reprobos odit perireq; sinit.Hæc aūt diuersitas ex eo procedit,ꝙ unicuiq; competit agere secūdum status sui conditionē & ordinē:unde q̄diu in uia sumus,actio charitatis secundū exigentiam uiæ nobis exercēda est,ideoq; uiatoribus secundū quod uiatores sunt,impendēda est.Aliter aūt in patria erit,ubi omnia in uerbo clare uidentur. Et ex hoc diuinæ iustitię omnes beati plenissime conformantur.Veruntamē in omnibus his aliquomodo diuinę uoluntati concordamus.Licet eīm deus nō uelit quod nos,uult tñ nos uelle quod uolumus. Sed nec nos eius iustitiæ obuiare intēdimus,quippe q quotidie dicimus,Fiat uolūtas tua.

Articulus VII. De uera ac profunda humilitate.

QVemadmodum superbia est inordinatus proprię excellentiæ appetitus,sic humilitas est suipsius uera deiectio seu ordinatus proprię paruipēsionis affectus. Ideoq; perfectæ humilitatis opus est exhibitam gloriam spernere, nullum in pręsenti honorem appetere,imò omnem uenerationem suipsius horrere,nec sine interno dolore eam sufferre,maioribus,minoribus atq; æqualibus seipsum inferiorem sentire:neminem spernere,sed se pro suis peccatis omni despectu dignū perpendere, atq; per hoc illatam contumeliā æquanimiter ferre:nolle præesse,sed semper subesse. Deniq;,

cũ scd̃m Augustinũ, omnis peccati origo sit suipsius inordinatus priuatusq; amor, ex opposito non immerito oim radix uirtutũ humilitas dicit. Sicut eñ ex hoc q homo seipsum in seipso & non secundũ ordinem ad ultimũ finem amat, consequitur amor honoris, timor aduersitatis, odium persequẽtis, appetitus ultionis ac alia mala, sic ex humilitate oriuntur contemptus honoris, amor aduersitatis, inimicoꝝ dilectio, patientia, mansuetudo atq; simi lia. Itaq; q proficere cupit, omniũq; uitioꝝ à se caput euellere, discat se non in se, sed in deo, sub deo, & propter deum diligere. In deo tanquam in eo q est omnis ueri amoris causa & rõ. Tũc quippe se homo amat in deo, dum se eatenus diligit, inquantum diuinæ bonitatis similitudo in ipso resplendet. Sub deo quoq; se diligit, dum plus deũ quàm seipsum amat. Sed & propter deum se diligit, quando suipsius amorem ad deum refert & ordinat, utputa dum illi soli placere desiderat, nec aliis displicere uereť, nisi per hoc deo displiceat. Dũ insuper de nullo lætatur, nisi quod ad deum se prouehit, neq; aliunde fit mœstus, nisi quo à deo recedit. Qui aũt aliud amat uel quærit, per quod deo non appropinquat, iam se non in deo & propter deum, sed in seipso, & propter proprium cõmodum amat. Et reuera talis se nõ amat, qm̃ q desiderat quod sibi non expedit, non se amat, sed odit. Porrò cũ hũc amorem priuatum homo à se eradicare orditur, ipsa continuo humilitas in anima oritur: tunc eñ uilescit sibi in se, omnemq; honorem & gloriã deo, ad quem seipsum totaliter ordinat, deberi intelligit. Aduertendum prẹterea, q causa humiliandi seipsum immediate naturaliter inest omni rõnali creaturæ, eoipso q creata est. Nam eoipso quod creata est, sibi in se insufficiens, alio indigẽs atq; ab eo dependẽs est, in quibus rõ humiliandi seipsum originaliter constat.

Articulus VIII. Cum humilitas in suipsius uera cognitione consistat, quõ uiri uirtuosi & boni se nihil reputare, aliisq; uiliores arbitrari possunt, quibus tamen ueraciter meliores sunt.

DVbitabit aũt forsan aliquis circa præinducta: dictũ quippe est, q pfecte humilis nõ solũ maioribus atq; cõparibus, sed inferioribus q̃q; inferiorẽ se putat: hoc aũt ueritati derogare uideť, cui tñ nunq̃ derogare fas ẽ. Et eñ scd̃m Phĩum, ueritatẽ præhonorare sanctum est. Sed dicẽdum q aliqs quantumcunq; pfectus se uerissime profundissima humilitate, nihil & infimum atq; uniuersis decliuiorem existimare potest, nõ qdem simpliciter & scd̃m oẽm suipsius aliorũq; considerationẽ, sed scd̃m partẽ aliquã. Cũ eñ qcqd pfectiõis rõnalis creatura habeat, à deo processerit, imò cũ nr̃a merita sint dei dona scd̃m magnũ atq; illustrẽ illũ theologũ Mgr̃m Sententiaꝝ: licet hõ pfectus alio uirtuosior sit, se tñ inferiorẽ ueraciter sentit, scd̃m id qđ ex seipso est. Cũ eñ totã suã perfectionẽ deo attribuat, seq; scd̃m id qđ ex se est pẽset, seipsum nihil esse ueraciter cõcipit. Cũ ṽo proximũ suũ considerat, nõ scd̃m id tm̃ q ex seipso ẽ, neq; scd̃m naturalia tm̃, sed scd̃m dona ac bñficia dei quę in se habet, uel suscipere põt, tũc cordetenus se proxio suo subiicit i inferiorẽq; æstimat. Et breuiter scd̃m uarias sui atq; alioꝝ cõsiderationes potest se hõ pfec[illegible] oibus inferiorem ueraciter credere, non tñ simpliciter. s. oia quę in se sunt intuẽdo, ut cla[illegible] elucescet.

Articulus IX. De uariis incitamentis & causis humilitatis.

CVm proprius humilitatis effectus sit seipsum uilipẽdere atq; despicere, ipsa q̃q; humilitas in ueritate fundeť, restat ut ea quoꝝ cõsideratio ꝓpriũ inducit despectũ, humilitatis dicanť fundamẽta & causę. Veraciter eñ fundať humilitas in ꝓprię impfectionis cõtuitu: uñ scd̃m diuersas proprię insufficiẽtię contẽplatiões, uarię q̃q; traduntur causę humilitatis. Primũ igiť atq; cõissimũ hũilitatis fundamentũ est cõsiderare seipsum scd̃m id q̃d ex se est, & qm̃ ois creatura ex se nihil est, & de se in nihilũ tendit, & nisi à deo cõseruareť, in nihil mox caderet, ideo ois intellectus creatus bñ dispositus tã angelicus q̃ hũanus, dũ se hoc mõ perpẽdit, se utiq; profunde hũiliat, & tãto profundius q̃ hãc suã nihileitatẽ uidet subtilius, & qm̃ beati in patria eã multo lucidius cernũt, q̃ nos exules in uia, propterea tã angeli q̃ oẽs beati, scd̃m hãc cõsiderationẽ, multo humiliores sunt in cœlo, q̃ aliqs hõ uiator in mũdo. Scd̃a præterea uerę hũilitatis fundamẽtalis causa ẽ, cõsiderare seip̃m scd̃m proprię conditionẽ atq; q̃litatẽ naturæ, queadmodũ dũ se hõ cõsiderat scd̃m naturales suas proprietates, ac proprię spẽi imperfectiões. s. q cõpositus est ex corpore, gñatus ex spermate, ualde passibilis, de necessitate mortalis, plurimis indigẽs, mẽte instabilis, ad malũ procliuis, ratione q; debilis, affectione mutabilis, sordidissimaꝝ superfluitatum uasculum, & item innumerabilium peregrinarum impressionum subiectum. Hęc atq; similia bene intuenti seipsum, sunt magnę humilitatis copiosa materia. Insuper tertia humilitatis origo, prædictis q; fortior est, considerare seipsum, secundum id quod à seipso factus est, scilicet peccator deo ingratus, creatoris offensor, maiestatis cõtemptor, seruitutis

Humilitatis uariæ causæ.

diuinę torpens neglector, legis trāsgressor, & in mille malis pręuaricator. Qui seipsum tali
ter rite attenderet, se utiq; uehemēter humiliaret, odiret & sperneret, atq; syncera cōfessio
ne cognosceret, quòd merito oīs creatura in eū insurgeret, creatorisq; sui in ipso iniuriam
uindicaret. Quarta demū humilitatis occasio est cōsiderare seipsum in ordine ad superio-
ra, uidelicet sctōs, aut certe sanctū sanctoꝝ deum altissimū. Cum nempe unū contrariorū
ex speculatione alterius plenius innotescat, quo is, ad cuius sanctitatē seu perfectionē uitā
nostrā cōparamus, pręstantior atq; eminentior est in uirtutibus, eo nostrā miseriā, immūdi
tias, negligentiasq; efficacius intuemur. Et quo ad hoc diuinę maiestatis syncera cognitio
hominē summe humiliat, & se penitus nihil arbitrari cōpellit, qm̄ diuinæ sanctitatis splen
dor atq; sublimitas oēm pfectionē creatā incōparabiliter supexcedit. Nihilominus scd̄m
aliquē modū cōsideratio pfectionis humanę in uiris pfectis nos pctōres magis humiliat, q̄
contēplatio sanctitatis diuinę, aut certe angelicæ. Diuinā nāq; perfectionem imitari pfecte
aut adipisci nequimus, ideoq; ex eius excellentia minus nobisipsis uilescimus, minusq; in-
tra nos de nr̄is negligentijs confundimur. Dum uero eoꝝ studia, profectū, itemq; purita-
tem attendimus, qui nobis in natura pares fuerunt, & in naturalibus interdū decliuiores:
præsertim aūt patrum nostroꝝ, cum quibus in nōie, religione ac professiōe cōicamus, tūc
de nostra ignauia amplius uerecundamur, nosq; uilissimos opinamur, quòd eatenus ab il-
lorum perfectione distamus, ad quoꝝ imitationē obligamur, & q̄bus in gratia conforma-
ri naturaliter apti nati consistimus. Hæc ni fallor consideratio ualde est utilis. Deniq; alia
sunt, quorum consideratio humilitatē inducit, uidelicet pensare nō solum q̄d qualesq; su-
mus, sed quales essemus & esse poterimus, imò & erimus diuinæ pietatis subtracto præsi-
dio, q̄d utiq; infatigabiliter atq; humillime p̄ nobis implorādū est, ne nos unq̄ relinquat,
qm̄ si nos in momento deseruerit protinus deficiemus, nec sine eius clemētia reparari ua-
lemus.

Articulus X. Quòd perfecta atq; profunda humilitas apicem duplicis notitiæ exigit.

EX præostensis lucere iam reor, quemadmodū humilitas in cōsideratione proprię
paruitatis, atq; in speculatione diuinę maiestatis cōsistat. Licet enī proprioꝝ defe
ctuū pensatio, hominē satis humiliare pręualeat, pfecta tamē perfectoꝝ, pręsertim
uiroꝝ humilitas, diuinæq; altitudinis cōsiderationē efflagitat. Quō nāq; aliter oēs suas tā
pręclaras nobilesq; uirtutes, uelut pannū mēstruatę contemnerent, nisi cōparatione atq; in-
tuitu diuinę mūditię ac sanctitatis immēsæ? Constat itaq; qm̄ quò seipsum quis clarius, ple
niusq; intelligit scd̄m cōsiderationes pręctactas, & ipsam demū dignitatē diuinę naturę san
ctitatis & glorię profundius nouerit, eò seipsum pfectius feliciusq; intelligit: Nō enī suffi-
cit qualiscūq; dei notitia, sed exigitur eminens, sapida atq; formata. Ad humilitatē equidē
prout uirtus est meritoria, consideratio rōnis naturalis non sufficit, sed disponit. Cognitio
aūt quæ est in lumine grāe seu per illustrationem diuinam, efficacissima extat. Et hæc sapi
da formataq; dicitur. Desiderabilissima ergo atq; saluberrima est dei cognitio, & eo pręstā
tior quo profundior, potissime si correspondeat uita. Ideo utiq; ad perfectionem adipiscē-
dam, studiosi eā semper concupere, & pro uiribus ad eam sortiendā laborare deberent, nō
tam studio lectionis, q̄ munditia mentis ac synceritate orationis: queadmodū summus no
ster philosophus illustrissimus ille Iohannes Cassianus ex ore sancti anachoretæ Abbatis
Theodori pulchre conscripsit: Cum enī scd̄m diuinū Dionysium diuina lux, quę immēsi-
tate sua super oēm uultum naturę expansa est, sit pura bonitas, cui proprijssimum est mise
reri, seipsamq; effluere, bonitatem suam communicare, gratiam impartire, ubi animā grē il
luminationisq; capacē, ac diuino radio dignā, utputa à passionibus liberā & mundā studio
samq; atq; sapientiæ auidā inuenerit, mox bonitatē suā diffundit, grē lumen immittit, sapi-
entiam tribuit. Et sicut Christus repromisit, ueniens ille spūs ueritatis, docet nos oēm ueri
tatem. Hinc quippe de beatissimis pr̄ibus nostris sancto Bernardo, beato Thoma, alijsq; in
comparabilis scientię uiris legimus, q; sanctitate uitę magis q̄ studio sapientiam suam ade
pti sunt. Queadmodū etiam de sancto Antonio sacer ac diuinus Athanasius, atq; de sanctis
simo Martino uenerabilis Seuerus testati sunt. Deniq; nonne oībus his mirabilibus rite cē
semus, quod iam nō diu ante nos contigit in admirabili illo uiro Iohāne Ruysbroich, qui Laus Iohānis Ruysbroch
cum idiota esset, & ipsius insup Latini ignarus eloquij, nihilominus merito sanctitatis &
simplicitatis tam supernaturales diuinitus theorias sortitus est, & in suo quoq; uulgari tā
subtilissimas ueritates conscripsit, ut excellentissimi sacræ theologiæ professores, spm̄ prę
admiratione uix habeant, seq; non posse sentētias eius intelligere palā edisserant. Enīuero

& ego in Christiana sapientia pauper, recens & modicus, hoc libere fateor, quod in nullius ecclesiasticorum atque catholicorum doctorum uoluminibus tantam sententiarum altitudinem, mihique tam difficilem comperi, ut in libris ipsius, solo uno Dionysio dempto, cuius tamen difficultas propter styli obscuritatem magna ex parte contingit, quod utique in libris huius admirabilis uiri locum non habet. Porro quod diuinae maiestatis notitia hominem summe humiliet, hinc euidens est, quod sanctissimi illi prophetae, cum ad singularem aliquam uisionem raperentur diuinam, subito in facies suas cadentes, seipsos facto ac uerbis humiliabant. Sed & qui gustauit agnoscit durante illa benignissima uisitatione, illustratione, inflammatione, penetratione paracleti spiritussancti, quam prompte, quam profunde tunc spiritus seipsum humiliet, quotiesque toto ignito o deus pijssime, affectu proclamet: O deus dulcissime, o deus pijssime, o deus aeterne, immense, adorande, quid facis, cur propriae dignitati iniuriam facis? cur mihi indignissimo ista impendis? Indignissimus enim sum, cur me aspicis, cur me uisitas, qui te toties spreui, toties ingratissimus extiti, & tam sordidissimus sum? Etenim reuera quo quis deum clarius gratia radiante conspectat, eo se uehementius uilipendit atque humiliat. Vnde amabilis ille propheta, sacratissimus Isaias in diuinae claritatis thesauros intromissus, & in diuinae lucis abyssum absorptus, diuinam insuper incircumscriptibilem excellentiam intuens, non solum seipsum, sed omnes insuper homines ueraciter paruipendens: Omnes inquit, gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & tanquam nihilum & inane reputatae sunt ei. Praeterea superbissimus olim ille rex regum Nabugodonosor, dum se usque ad sydera coeli extolleret, atque à mitissimo deo paululum correptus, cum per septem tempora foenum ut bos comedisset, atque tandem ad pristinum gradus sui principatum reductus fuisset, non tantum se, sed & omnes gentes, reges ac principes humiles esse debere contestans: Omnes inquit, habitatores terrae, apud ipsum in nihilum reputantur, & non est qui resistat manui eius, & dicat, quare sic fecisti?

Articulus XI. De superalta excellentia naturae ac maiestatis diuinae.

QVoniam iuxta praehabita, perfecta humilitas non solum diuinam notitiam, imò diuinae notitiae arcem ac apicem exigit, iamnunc de diuinae maiestatis natura, proprietate & gloria pro uiribus compendiosissime eloquendum est. Agnoscendum igitur, quod deus gloriosus & sanctus, est ut Aristoteles ait, ens simpliciter perfectum. Ideoque omnis inest ei nobilitas. Et quicquid ad excellentiam existendi plenitudinemque essendi pertinet, deo eminentissime conuenit. Praestantius autem est, in propria natura absque omni compositione omnem perfectionem complecti, per quàm compositionem. Compositio namque imperfectionis atque indigentiae indicium est, *componentium utique alterum altero indiget, neque est aliquod ipsorum in seipso perfectum, imò unum ad minus habet se per modum perfectibilis atque potentiae, & aliud per modum perficientis & actus. Hoc autem deo quod essentialiter que simpliciter perfectus est, & secundum Aristotelem purus actus competere nequit. Intelligendum est itaque, quod ipsum diuinum esse sit in seipso, omnem perfectionem plenissime comprehendens, imò sit substantialiter quaedam superessentialis perfectio omniformiter quolibetque perfecta. Vnde secundum Damascenum, propriissimum dei nomen dicitur Qui est, quoniam hoc nomen uelut quaedam infinita abyssus omnem essendi plenitudinem exprimit. Porro cum infinita perfectio omni perfectione finita in infinitum sit praestatior, necesse omnino est diuinam perfectionem intensiue, formaliter, materialiterque infinitam existere ò deus supergloriose, & reuera superbeatissime. Cum enim sit in te omnis nobilitas cum immensa plenitudine, constat quod beatitudo tua infinita sit: sic & cordis tui laetitia intensiue immensa est, sed & lucis tuae claritas infinita est penitus, potentiae tuae nullus est finis, sapientiae tuae nullus est numerus, dulcedo tua, tranquillitas tua, libertas tua prorsus immensa est: tu solus aeternus, incommutabilis uniuersorum creator & dominus, tu naturaliter sanctus, uerax & mundus. Igitur ò anima mea, si hanc maiestatem dei immensam attenderes, te cito humiliares, si diuinae lucis puritatem atque immensam sanctitatem consideras, omnes iustitias tuas quantumcunque praeclaras, uelut quasdam immunditias tenebrasque contemnis, & clarissime uides quòd tanto domino cum omni reuerentia seruire oporteat, & nihilominus totum tuum obsequium humillime uilipendes. Enimuero cum honor sit exhibitio reuerentiae in signum uirtutis, sicut diuinae naturae uirtus ac sanctitas omnino immensa est, sic deus benedictus immenso honore dignus est. Nulla autem creatura quantumcunque excellens, infinitam reuerentiam deo exhibere potest, sed finitam duntaxat. Cum ergo reuerentia finita ab infinita infinite deficiat, palam est quòd omnis honor quem excelso exhibere ualemus, in infinitum distet ac minor sit honore quo ipse ex seipso dignissimus existit. Quid ergo putamus nos magnum aliquid agere? Prorsus caecus est ualde qui uitam suam uelut alicuius eminentiae reputat, imò nullus angelicus spiritus deum digne, quantum in se est, uenerari potest, sed quo altior est angelus, ac deum limpidius cernens, eo hoc ipsum

*Aliter, quoniam utrumque componentium in altero eget.

Ipsum clarius recognoscit, atq; humiliori reuerentia creatori assistit. Vnde sacratissima illa Seraphin, profundissima humilitate, summa reuerentia deo intendunt. Potissime autē uirgo Maria, & præ cunctis & singulis anima Christi sanctissima.

Articulus XII. De naturali perfectione hominis.

Est insuper utile ualde, sui ipsius naturalē cognitionē habere, quatenus homo mensurā suā agnoscens, altiora se temerarie nō attētet, nec subito pfectus & summ⁹ fieri uelit, sed paulatim: ne deijciatur, neq; pusillanimis fiat aut quasi desperet, cum pro desiderio suo nō proficit, neq; ut cupit & nitit, in diuinis deuotus, in gr̄a stabilis, ac in feruore cōtinuus est. Nēpe si homo proprię suę naturæ conditionē, gradū, ac ordinē sapiētialiter penset, nec in prosperitate sui profectus donisq; gr̄ę extolletur, qm̄ sciet hæc non suæ esse uirtutis, neq; in difficultate proficiendi, sterilitateq; gr̄æ & conuersationis suæ imperfectione opprimetur desolatione, sed propriā naturalē decliuitatē recogitans, nō cessabit conari: q si ubertim ceciderit, studebit resurgere. Expedit igit intueri, q secundū oēs philosophos atq; theologos, rōnalis anima est terminus & ultimū intellectu aliū substantiarū in ordinibus. Dicit enim Isaac in libro definitionum, q sit in umbra intelligentiæ facta: ideoq; intellectuale lumen debilissimū atq; minutissimū in ea existit, intantum ut creari non possit intellectualis essentia inferior ea. Nā secundū Aristotelem, intellectus humanus in exordio sui est tanq̄ tabula rasa, uidelicet nec formis rerū neq; sciētijs adornata, sed sicut Auerrois fassus est, sic se habet in ordine intellectuū, sicut materia prima in ordine entium. Materia aūt prima secūdum se nuda est, pura potētia, infimum entium: & secundū Augustinū, prope nihil creata: sic prorsus rationalis anima est omnino possibilis, intellectualiū infima, & prope irrationales formas atq; sensibiles condita. Nam & corpori naturaliter unitur, quatenus per ministerium sensuū à corporeis rebus species entiū atq; notitiā sortiatur. Intantū quippe intellectuale obtenebratur in ea, ut naturalius ei sit per sensus corporeos scientias adipisci, q̄ per influxū substantię separatę. Vnde quēadmodum in quibusdā uilissimis uermibus sensitiua perfectio minima & quasi nulla ē, sic & in rationali anima intellectiua potentia prope nihil est: hoc enim ordo rerū exigit: siquidem in omni genere entiū est quidam ordo à summo usq; ad ultimū per ordinatum descēsum, quemadmodū in animalibus cernimus: conformiter, in uniuersitate intellectuū creatorū à summo intellectu creato usq; ad rationalē animā, quæ infima est, semper species seu natura unius intellectus est inferior alia. Et iste descensus terminatur in anima, sic ut decliuior fieri nequeat. Si igitur poneremus cum sancto Thoma quemlibet angelum à quolibet differre specifice, cum secundum Dionysiū sint tam innumerabilia milia angelorum, tunc facile considerare possemus, per quot gradus perfectionales ac specificos distet anima ab altiori ac suprema natura angelica. Vnde nec mirum, si intellectus sit debilis, memoria uaga, uoluntas fallibilis, mens ipsa instabilis, ac per hoc homo ad ueram perfectionem stabilemq; uirtutem ualde difficilis. Isaac.

Articulus XIII, De comparatione perfectionis diuinę, angelicę, atq; humanæ.

Qvemadmodū Dionysius docet, diuina sapientia species rerū sic ordinat atq; instituit, ut semp in eis sit quædā cōmunis distinctio, nec procedit à distanti in distans, nisi per mediū, q̄ cum utroq; extremorū cōmunicat, & ob id infimū ordinis supioris cū supremo ordinis inferioris maxime cōuenit. Cū ergo inter diuinum intellectū & humanū medius sit intellectus angelic⁹, palā q cū utroq; extremorū in quibusdā participat, maxima uero cōmunio ē inter infimi ordinis angelū rationalēq; animam. Vnde & secundū Dionysiū, angeli q singulis hoim ad custodiā dant, de infimo choro sunt ultimę hierarchię cœlestis. Sed & sacerdos in hierarchia ecclesiastica, ppter cōmunionē sui cū angelo, in propheta angelus dn̄i exercituū appellat. Porro, de diuino intellectu ex pinductis innotescit, q ipse essentialiter sine oñi cōpositione & accidētali additione in oī sapiētia oīq; uirtute simpliciter pfectus sit. Deo em̄ idē ē esse, & sapientē esse, iustū esse, sanctū, oipotentē, clementē: qm̄ diuinū esse cū in seipso oīm pfectionū plenitudinē naturaliter cōprehendat, nō indiget pfici p opationē aut habitū ab essentia cōdistinctū, sed ipsa supsancta ac superessentialis diuinitas est purus actus, in quo esse, posse, & agere penitus idē sunt. Intellectus uero human⁹ oino opposito modo se habet, quippe q in exordio est pure possibilis, informis, & nud⁹, per temporales successus, laborem ac studiū, uirtutes atque scientias cæterasq; perfectiones suas adipiscens. Estq; insuper in rationali anima naturalium uirium proprietatum ac operationum summa maximaq; diuersitas, intantum Malac. 2.

 ut in

ut in nullo ente, neque in cœlo neq; in terra, sint tot potentię naturales, ut in homine. Ipse enim cum omnibus tam superioribus quàm inferioribus communicat. Vnde & omnis creatura ac microcosmus uocatur: & secundum philosophos, anima rationalis est quidā horizon ac ligamentum formarum separatarum, atque materiæ coniunctarum. Intellectus autem angelicus in hoc cum intellectu humano communicat, quoniam non est essentialiter à seipso perfectus, sed tam naturam quàm naturæ perfectionem à deo sortitur, neque unum in eo sunt essentia, potentia & operatio. In hoc uero ab intellectu distat humano, communicatq; diuino, quòd naturalem suam perfectionem tam in scientia, quàm in uirtutibus ab initio concreatam connatamq; habet, quoniam in libro Causarum scribitur: Intelligentia semper formis est plena: unde nec corpori copulari eget, quoniam ex corporeis rebus nullum profectum conquirit.

Marc. 16.

Articulus XIIII. Quòd sola humilitas animæ Christi omnium simul creaturarum humilitatem excessit, & nunc quoque excedit, quia nunquam diminuta est, nec unquam minuetur.

IN præcedētibus assignatæ sunt plurimæ cōsiderationes, in quibus fundatur humilitas, utputa considerare se secundum id quod est ex se, quod aliud non est q̄ considerare se secundū quod ex nihilo est, & de se nihil est: secūdo, considerare naturam creatam secundum naturalem suum gradum ac ordinem: tertio, considerare se secundū mala quę fecit: quarto, cōsiderare se per operationē ad perfectiores, potissimū uero ad deum: quinto, considerare se secundū ea quæ non est, sed esset uel esse posset, nisi à deo misericorditer præuentus in gratia atq; à malis præseruatus consisteret. Nullus equidem homo tam sanctus est, qui non in om̄ia mala prolabi potuisset, in quæ sceleratissimus aliquis corruit, nisi à deo custoditus fuisset. Omnes deniq; considerationes istæ in Christo secundum quod homo est, & in deifera uirgine sunt, dempta secunda, quoniā culpa in eis locū non habet. Aduertendū est tamen, quia (ut theologi astruūt) humanitatē Christi plus diligit deus, quàm totum uniuersum. Maius enim ei bonum impendit, uidelicet hypostaticam cum uerbo unionē. Hinc uero consequitur, quòd sola anima Christi ardentius diligit deū, clarius atq; profundius uidet eum, quàm omnes simul electi homines, angeliq; beati, quoad intellectus creatus in lumine gratię lucidius intuetur deum, eo amplius paruipendit seipsum. Cum ergo anima Christi præ cunctis & singulis deum clarius comprehēdat, imò quasi incomparabiliter dei immensitatem intimius noscat, sequit̃ quòd eius solius humilitas, qua seipsum sub deo paruipēdit, intensior sit omni humilitate, quàm omnes simul electi habent, aut unquam habituri sunt. Pręterea nulla creatura tam clare, tamq; profunde intelligit se secundum quod ex nihilo est, & item secundū id quod ex naturali sua conditione est, secūdum comparationem quoq; ad excellentiam creatoris, secundum ea quoq; quæ sibi accidere poterant gratia diuina subtracta, sicut anima Christi, & post eam Maria Christifera. Ideoq; secūdum omnes pene considerationes philosophicas cōstat, animā Christi incomparabilis esse humilitatis, & æternaliter erit intantū, ut nec summus beatorum angelorum aut hominū, nec infimus, nec medius, nec omnes simul creaturæ, tantæ humilitatis consistāt, ut solus Chr̄s secundum quod homo, & post eū uirgo gloriosa, omni intellectu creato uerissime humilior fertur.

Cōprehēdere sumit thomas, pro beati dicuntur cōprehensores.

Articulus XV. Quòd in diuina natura humilitas locū non habet.

d

Eniq; cum humilitas in ueritate fundetur, in nulla natura potest esse humilitas, in qua non potest esse propriæ paruitatis ac inferioritatis uera cognitio. Cū ergo deus sublimis & bn̄dictus sit substantialiter quomodolibetq; perfectus, nullatenus in eo esse potest aliqua proprię imperfectionis uera cognitio, ergo nec humilitas, nisi forte aliquis instet, & dicat humilitatem exemplarem esse in mente diuina, quod utiq; certum est. Nam & omnia in diuina sapientia exemplariter continentur ac splendent: sed hoc intentioni præsenti non obuiat. Non enim omnia deo insunt secundum propriam rationem ac speciem idemq; nomen, sed ea duntaxat, quę simpliciter ad perfectionem pertinere censentur. Porro, si tota authēticā scriptura percurratur, nō recolo quòd alicubi deo ascribatur humilitas, neq; superbia: cum tamen uberrime attribuatur ei ira, furor, odium, crapula, atq; eorum opposita, quæ tamen proprie deo non competunt, ut dicetur. Si autē quis dicat, quia Apostolus de unigenito dei loquens: Exinaniuit (inquit) semetipsum, formā serui accipiens. Ergo exinanitio seu humilitas deo ascribit̃, etiā ut deus. Respondeo q; exinanitio ista non est aliqua actio seu proprietas in ipsa diuinitate consistens, sed attribu-

Philip. 2.

itur

itur deo ratione termini seu naturæ assumptæ, quam assumens filius dei, per modum humiliantis se habuit, cum ipse creator altissimus naturam quam condidit, sibi tam dignãter, tamq; amanter uniuit, & quoad hoc per quãdam similitudinem attribui posset deo humilitas, tamen ualde improprie. Nunquam enim deus seipsum inquantum deus est, creaturæ alicui uel inferiorem uel parem aut certe comparabilem censet, cũ tamen proprius humilitatis effectus sit suipsius mentalis quædam paruipensio atq; deiectio, quod (ut dixi) diuinæ maiestati nullatenus conuenit. Enimuero communicatio, applicatio & coniũctio, qua se deus creaturis intellectualibus communicat, applicat & coniungit, in terris quidẽ per gratiam, in cœlis uero per gloriam, misericordiæ potius ac dilectioni, quàm humilitati ascribenda uidetur, quemadmodum de patre Apostolus: Propter nimiam, ait, charitatem, qua dilexit nos deus pater, filium suum misit in similitudinem carnis peccati. itemq; de filio, Qui dilexit me, inquit, & tradidit semetipsum pro me. Et Iohãnes: Videte, ait, qualem charitatem ostendit nobis deus, ut filij dei nominemur & simus. Ephe. 2 Gala. 2. 1. Iohan. 3.

Articulus XVI. Quòd licet omnis creaturæ perfectio sit assimilari creatori, quædam tamen perfectiones deo conueniũt, quas creaturæ licite desiderare non possunt, neq; imitari debent.

VNicuiq; porro creaturæ conuenit perfici secundũ exigentiam proprij status, conditionis ac ordinis. Nam ut Aristoteles docet, perfectio correspondet perfectibilibus. Creatura ergo creatori suo assimilari laborãs, cõditionis suę limites non excedat, neq; ea quæ sibi proportionata non sunt, inordinate indiscreteq; appetat. Etenim sicut ordinate deo conformari optare, omnis boni est initium, sic indiscrete assimilari uelle eidem, omnis æque mali principium est: nempe tam Lucifer q̃ angeli boni deo assimilari optabant. Dixit em̃ primus ille apostata angelus: Similis ero altissimo. sed & qui manserunt, & ipsi singuli dixerunt: Mihi autem deo adhærere bonum est, quod utiq; est assimilari eidem per contemplationem & amorem. Itaq; angelus malus diuinam assimilationem appetijt, quæ creaturarum limites transcendit. Voluit enim præesse omnibus quos sibi allicere potuit: non q̃dem sub deo atq; secũdum ordinem diuinę sapientiæ, sed tanquam principalis præceptor, magis secundũ proprium libitum, quàm diuinum beneplacitum. Vnde proprium honorem & gloriam quæsiuit, & in seipso, non in deo honorari uolebat. Nempe naturę suæ excellentiam considerans ac decorẽ, nec ea ad creatoris gloriã referens, in propria pulchritudine delectatus, naturalibusq; donis à deo concessis uolens esse contẽtus, eis dominari inordinatissime cupiebat, quibus secundũ naturalem dignitatem eminentior erat. Cęteri uero angeli, qui se totos ad deũ referebãt, & ad eius gloriã quicq̃d habebant ordinauerũt, diuinã assimilationẽ (ut decuit) optauerũt. Multæ sunt ergo diuinę p̃fectiones, quas uel propter p̃sentis uitæ statũ, uel propter naturalẽ sub deo ordinationẽ ac dependentiã optare non possumus, quę tamẽ perfectiones dignissimæ sunt, & eas sibi soli deus seruauit, uidelicet uelle honorari propter seipsum, uelle pręesse. Deniq; iudicare & altum sapere, seu maiestatẽ perscrutari prohibemur, non q̃a mala sunt hæc, sed quoniã nõ expediũt nobis, propter pręsentis uitę imperfectionẽ ac statum. Cum enim cito fallamur, iudicare nobis periculosum est, pręsertim cum ipsi quoque adhuc iudicandi simus: sed & propter debilitatem nostri ingenij, diuina uelle scrutari illicitum est, conformiter cum in hoc mundo tanquam in exilio, in loco pœnitentiæ, in ualle lachrymarum positi simus, ideo' que ad patriam felicitatis locum non nisi per humilitatem proficisci ualemus. Et ob id nullatenus uelle dñari aut p̃esse debemus, sed oĩno subesse. Porro, ob eandẽ rationẽ dicitur singulis nobis: Noli esse nimiũ iustus: nõ q̃ possimus esse nimiũ iusti aut boni, sed ultra naturaliũ uiriũ capacitatẽ ac propriam speciẽ ad diuinã perfectionẽ conemur p̃tingere, & ne nobis cõtingat q̃d ait propheta: Quia plus fecisti q̃ potuisti, idcirco p̃jsti. Vnde & feruidissim⁹ diuinissimusq; Apostolus, Rõnabile (ait) sit obsequiũ uestrũ. Deus q̃ppe cũ sit causa ordinis rerũ non exigit à nobis, nisi prout conditionis nr̃æ qualitas sustinere potest atq; admittere. Hęc aũt humana cõditio ut paulatim cõtinuo proficere enitatur, nõ subito p̃ficit: nec in se, sed in diuina ope semp cõfidat, & in his deo assimilari laboret, quę sibi pręcepta cõsultaq; sunt, utputa quæ ad uerã beatitudinem promouent, & diuinę fruitionis animam capacem efficiunt, nostroq; statui congruũt. Itaq; constat id soli deo esse propriũ, q̃ proprium honorẽ suijpsiusq; gloriã iuste requirat, & se propter se honorari iustissime uelit. Ipse eq̃dem ait: Ego dominus, & gloriã meam alteri non dabo, & denuo, Mihi (inquit) curuabitur omne genu, & confitebit̃ oĩs lingua dño.

Esai. 14. Psal. 72. Vide nullegendi sit, no lens. Rom. 11. Eccl. 7. Iere. 48. Rom. 12. Esa. 42. 45.

Cui

Cui diuinæ sanctissimæ uoluntati atque iustitiæ, se conformans patriarcha David, ita pre
Psal. 113. catur: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriã. Et diuinus Apostolus, Re
1. Timo. 1. gi (inquit) seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria. Intelligendum est au-
tem, quòd huic dei uoluntati se conformare, atque solius dei in omnibus gloriam toto cor
de intendere, ac honorem optare, excellentissima perfectio est, & eximiæ charitatis effe-
ctus, iustitiaq; sublimis. Hoc nanq; humilitatem & charitatem complectitur, dum homo
per suipsius ueram notitiam ac ordinatum contemptum à seipso auersus, atq; per dilecti
onem ardẽtem ad deum, in eius syncera cõtemplatione conuersus, nil boni, nil laudis aut
gloriæ sibi attribuendum conspiciens, se totum ad dei magnificentiã uertit, eiusq; in omni
1. Reg. 2. bus honorem & laudem cordialissime cupit: de talibus loquẽs deus adorãdus & sanctus,
Prouer. 8. Ego (ait) glorificantes me glorifico. Ideoq; ad hanc perfectionẽ omnem nostrum laborem
ordinare debemus, & scimus quia quãtò dei honorem & gloriam nunc affectuosius cupimus,
eo in futuro à deo sublimius glorificabimur ac honorabimur. Veruntamen absit, ut ideo
dei honorem gloriamq; finaliter quæramus, ut ab eo uicissitudinẽ sortiamur, honoremur
2. Reg. 24. ac glorificemur. Hoc quippe non esset dei honorem syncere requirere, sed propriũ com-
modum instar mercẽnarij finaliter principaliterq; intendere. Denique, nec ad perfectam
charitatem non quæ sua sunt cogitantẽ hoc ipsum pertineret, sed potius ad suipsius pri
uatum amorem. Omnino igitur amemus deum propter seipsum, & pure propter immen
sam eius superamabilissimam bonitatem, omni dilectione dignissimam. Pariformiter quoq;
honoremus glorificemusq; eum pure ac mere propter propriam ipsius sanctitatẽ ac ma-
iestatem, omni prorsus honore & gloria superdignissimum: mercedem uero & retributi-
onem relinquamus cõmittamusq; deo, & ipse abundanter retribuet ultra oĩa uota ac me-
rita. Nihilominus propriũ pręmiũ optare ualemus, imò & debemus, sed ordinate itẽq; mi
nus principaliter, quàm dei honorem & gloriam. Cum enĩ cuncta quæ agimus, ad ultimum fi
nem referẽda sint, ultimus aũt noster finis est futura felicitas, quæ utiq; est uisio dei per spe
Iohan. 17 ciem, ideo ad dei adipiscendã uisionẽ uniuersa ordinare debemus. Hæc nanq; est uita ęter
na, ut agnoscamus deũ uerũ. Sed quoniam nec ipsam dei fruitionẽ optare debem⁹, nisi ad eius ho
norẽ, quatenus deo clare ac immediate coniuncti, nunquam ab eius pręconio atq; honore cesse
mus, ideo finaliter & ultimate cũcta propter dei honorẽ, gloriã, imò propter diuinã boni
tatẽ cupere par est. Sicut enĩ deus substãtialiter bonus est, bonitas summa, omnisq; boni
origo fontana, sic omnia ad eum eiusq; gloriam omnino atq; omnimode referre iustissimũ
est. Circa quod intueri oportet, quoniã finis seu felicitas duplex est: obiectalis uidelicet,
quæ est deus benedictus, in quo uera consistit felicitas: & formalis, quæ uisio dei per spe-
ciem nominatur: & est actio menti inhærens, per quam deo absq; medio unitur. Hęc uero
formalis felicitas ad obiectalem felicitatẽ reducenda est.

Articulus XVII. Quòd multitudo uirtutũ ac perfectionũ, quibus egemus, signum sit imperfectionis decliuitatisq; nostræ.

PRæterea in rerum ordinibus, quo creatura aliqua à deo immediatius prodit, eo
est ipsi uicinior atq; in cunctis similior. Angelus autem secundũ Augustinũ pro-
pe deum creatus e, materia prope nihil: Homo uero, uti pauloante innotuit, est
quasi omnium creaturarum ligamentum, horizon, ac medium: quoniam omniũ re
rum perfectiones in ipso concurrũt, & ipse cum uniuersis cõmunicat. Vnde & omnis cre-
Marc. 16. atura ac minor mundus est dictus. Itaq; cum deus simplicissimus sit, puraq; unitas, quo in
tellectus creatus fuerit ei uicinior, eo prorsus est ei similior atq; simplicior. Porro rationa-
lis anima cum sit in umbra ultimi angeli cõdita, præ cunctis intellectibus creatis à diuina
simplicitate ac puritate maxime distat. Deniq; ipsa potentiarũ operationumq; eius uarie
tas, distantiam eius à diuino simplicissimoq; intellectu euidẽter insinuat: quo autem in po
tentijs potẽtiarũq; actibus multiplicior est, eo pluribus modis à rectitudine, rationis quo
q; censura deficere potest. Nam secundũ singulos exteriores interioresq; sensus, & itẽ sen
sitiuum appetitum peccat, nisi actus eorũ rationi subdantur, atq; secundum eius modera-
men, omnium inferiorum operationes uirium dirigantur. Ideoq; secũdum uarias passiones
quæ in parte sensitiua exurgunt, multis egemus uirtutibus quibus passiones frenentur, sen
sitiuaq; portio rationabiliter gubernetur. Et hæ uirtutes, morales dicũtur. Deniq; tam in-
tellectus quàm uoluntas diuersis egent uirtutibus: sapientia, prudentia, fide, iustitia, cha-
ritate ac alijs. Quo enim (ut in libro de cœlo & mundo Aristoteles docet) distat quid lon-
gius ab ultimo fine, eo pluribus motibus ad ipsum pertingit. Cum ergo rationalis anima
sit

sit omnino in regionem dissimilitudinis missa, uidelicet corpori copulata, pluribus & pene innumerabilibus motibus medijs atque uirtutibus indiget, quatenus summo fini queat uniri. Hoc autem totum propter imperfectionem eius distãtiamque à deo contingit. unde & difficulter ad eum pertingit. Ex hac insuper cõsideratione pulchre ostenditur, cur angelus peccans irreparabiliter lapsus sit, non autem homo. Cũ enim angelica natura simplex sit, incorporea ac deiformis, ad quod se primo cõuertit, ad id se inauertibiliter totaliterque conuertit. Sicut nanque natura eius est à corporis communione immunis, sic libertas sui arbitrij uicissitudinem affectionũ nõ recipit, quemadmodũ libertas rationalium animarum corporibus coniũctarum. Sed sicut natura eius est simplex, ità & libertatis conuersio. Nã & secundum philosophos, intelligentia propter suam simplicitatẽ est substantia inalterabilis. Rationalis uero animæ libertas, non cõuertit se immobiliter, neque inauertibiliter, sed neque totaliter ad id ad quod se conuertit: quoniam anima à diuina simplicitate magis occumbit, eatenus ut materiæ intrinsecæ, & tanquã substantialis endelechia seu actus naturaliter uniatur, imò & separata reuniri conetur. Denique, conuersio eius ad aliqd non est secundum se totam, sed est secũdum aliquid sui, uidelicet uel ex impressione inclinationeque corporis aut sensuum, aut certe ipsius rationis: ideoque q̃diu in corpore manet, & sensitiuo appetitui perseuerat unita, non terminatur, nec figitur, nec immobilitatur in aliq̃, sed semper de bono in malum, de malo itemque in bonum se uertere potest. Cum uero anima à corpore separatur, in illa dispositione seu conuersione ac affectione uelut in termino immobilitatur, in qua à carne seiungitur, nec postea alterari mutari'ue potest illa eius conuersio. Vnde si ipso separationis à corpore momẽto ad deũ conuertit, nunq̃ ab eius amore auellitur: si autem ad bonum caducum, nunquam ad deum se conuertit. Propterea Damascen[9] optime dixit: Quod est angelis casus, hoc hominibus ẽ mors: q̃niam nec angelus post lapsum, nec homo post mortem resurgit. Veruntamen præinductam rationem de irreparabilitate angelorum post primum peccatum, reparabilitateque hominum, sanctus Thomas super secundum Sententiarum, improbare conatur, aliam rationem assignans & dicens, quòd ideo angelus non resurgit, quia statim prima libertatis suæ electione cõstituitur in termino, post terminum autem non restat mutatio: Homo autem non sic mox in termino ponitur. Sed hæc ratio eius uidetur mihi petere id quod quęritur, seu præsupponere q̃d inuestigatur. Hoc nãque inquiritur, cur angelus prima sua auersione à deo potius incõuertibiliter auertatur à deo, quàm homo, cuius utique (quantum pro pręsenti uidere pręualeo) idonea ueraque causa inducta est: huius autem ipse causam non assignat, sed sic esse præsupponit: quo præsupposito, palã satis est, quòd angelus peccans irreparabiliter peccet: imò nil aliud est dicere, angelum prima sua cõuersione electiua in termino poni, quàm dicere eum post lapsum non posse conuerti. Cum ergo utrunque æque obscurum sit, utriusque originalis ratio inuestiganda assignandaque erat.

Damascen[9]

Thomas.

Articulus XVIII. Quomodo in angelis sit humilitas.

Humilitas duplex.

PORRO, ut Bernardus testatur, duplex est humilitas: Prima cognitionis, secunda affectionis. Primam habet, quicunque se à deo creatum cognoscit, & de se nihil esse, atque diuina manutenentia iugiter indigere perpendit. Hanc quoque humilitatem, quę utique non est uera nec uirtuosa humilitas, multi uanissimi habent, utputa qui in studijs quotidie clamant, quòd omnis creatura constat ex quo est, & quod est, & secundum id quod est ex se, nihil est, & indesinenti dei conseruatione est indigens. Alia autem humilitas, quę affectionis uocatur, uera uirtus est, dum quis seipsum paruipẽdit, non solum informi notitia, sed mentali sapore ac cordiali affectu, sed in quantum omnem mentis elationem coercet, & in propriæ paruitatis uera consideratione consistit. Itaque hoc modo, quo angeli in cœlis diuinam maiestatem clarius uident, eo seipsos uehementius paruipendunt, atque solius dei honorem & gloriam amplius optant. Vnde licet hominibus & inferioribus angelis maior sit ratio humiliandi seipsos ex parte eorum, quoniam maior est in eis decliuitas, superiores tamen simpliciter humiliores sunt, quoniam quo dei altitudinem plenius uident, eo propriam dignitatem comparatiue magis paruipendũt. Et ob id in felici illo regno cœlorum, aliud esse nõ potest, nisi summa dilectio atque pfecta tranqllitas. Vbi quo aliquorum est pstantior gloria & dignitas altior, eo pfundior eorundẽ cõsistit humilitas. Ad ampliorẽ denique humilitatẽ, nõ exigit ut qs simpliciter se alijs minus humilibus inferiorẽ existimet: sic em aia Chri nõ esset humilima: sed sufficit q se in conspe-

conspectu dei magis deijciat, & suiipsius honorem cordialius spernat, omneq; bonum diuinæ bonitati syncerius tribuat.

Articulus XIX. Quomodo passiones actum uirtutis impediunt, & de fortitudine rationis contra easdem.

Eccle. 7. FEcit autem deus hominem ab initio rectum, originalem ei concreando iustitiam, per quã sine difficultate & pugna, caro spiritui, sensus rationi, ratio quoq; in cunctis deo parebãt. Et hæc quidem originalis iustitia supernaturale donum extitit, eratq; ea in uniuersam primorum parentum posteritatem transfundenda, si transgressus non fuisset homo protoplastus. Deniq;, tota uirtus iustitię huius ex ordine dependebat rationis ad deum: ideoq; ratione per inobediẽtiam à deo auersa, facta est caro rebellis spiritui, pars quoq; sensitiua rationi. Vnde motus & affectiones, quæ in appetitu sensitiuo inferioriq; parte hominis insurgũt, passiones uocantur, & uirtutes ideo impedire dicuntur, quoniam rationis lumen iudiciumq; obtenebrantur: ratione autẽ obnubilata, actus uirtutis quæ ex directione rationis dependet, impeditur. Enimuero cũ operationem unius potentiæ uehemens occupatio circa alterius potentię operationem impediat: ideo impetus passionis rationem obducit, ne debitum finem rectumq; dictamen consideret: & q̃ fuerit uehementior passionis incursus, eo rationem magis à luce ueritatis excæcat, bestialemq; hominem efficit, ita ut instar bruti illuc feratur, quò passio irrationalis impellit. Propterea tam secũdum philosophos quàm theologos, ad hoc totum studiũ rationis est uertendum, ut passiones sibi subijciat, ne inordinate insurgant: & si insurgunt, ne in actum irrefrenate procedant. Nemp e ut princeps philosophorum nos docet, passiones secũdum se nec laudabiles nec uituperabiles sunt, quoniam à natura insunt: & propter ea quæ à natura habemus, non laudamur nec uituperamur: & neq; primi motus, qui pure naturales sunt, nec in nostra potestate consistunt, culpabiles sunt: porro, si ratione moderentur, laudabiles fiunt: sin autem, culpabiles erunt, quemadmodum de motu iræ uidemus. Potest nãq; ira bene ac male assumi. Igitur ad hoc ut ratio passionibus dominetur, in primis quidem necessaria est magna prudẽtia, cauta cognitio, & inter bonum & malum uera discretio. Veruntamen sola cognitio non utiq; sufficit, sed & ipsę insuper uirtutes habituales ex tremitatibus passionum, uidelicet excessui atq; defectui oppositæ exiguntur. Non eñ ad refrenandã iram sufficit cognitio quomodo ira moderanda sit, sed mansuetudo quoq; requiritur: cognitio autem præexigitur, ut per eam habitum uirtutis sortiri conemur. Itaq; in ipso exordio antequam boni maliq; discretionem habemus, malo resistere non ualemus. Dum autem discretionem habemus, si malum non uitamus, trãsgredimur. Cum autem uirtutibus adipiscendis studere incipimus, in principio sępius inordinatos passionũ impulsus sentimus: quo autẽ magis proficimus, eo rarius atq; debilius talia patimur. Virtutibus uero adeptis, uel non insurgunt, aut si oriuntur, sine difficultate pelluntur. Itaq; si lumen rationis in nobis forte est, insurgentium ortus passionum cito aduertimus, eadem spernimus, dicentes inter nos: En inordinatissima motio, en praua affectio, en contemptibilis passio. Et qui sic agere potest, signum est quòd lumen rationis in ipso forte est, passionibus dominans, uirtutibus formatum. Si autem peccata passionesq; dominantur capiti nostro: & si in ipso passionũ feruore ac impetu taliter eas aduertere & reprobare nequimus, saltem præsenti tali cessante incursu, erubescamus, ad rationem redeamus, eiusq; iudicio acquiescentes, de præterito malo pœniteamus: & denuo, ne in simile malum in futurum illabamur, prouidi circunspectiq; simus. Etenim sic agere, est uirtutibus rite intendere, atq; ueraciter studiosum esse. Tale autem conamen unusquisq; ad illarum passionum reformationem constantius laboriosiusq; impendere egeret, ad quas uel ex harmonia naturæ, uel certe ex pessima consuetudine proniorem se sentit. Nempe quo huius sanctissimi studij maior est labor, eo fructus erit copiosior, atq; honor sublimior. Omnino enim magna uiolẽtia est necessaria, & in ipso conamine multa pœna, sed cõsideratio fructus & spes præmij horrorem tollit laboris, & uim flagelli diminuit. Circa prę inducta autem expedit scire, q̃ peccatum uoluntatis contingit dupliciter secũdum Aristotelem in Ethicis, uel ex passionis inclinatione, ut iam explanatum est, uel ex certa malitia, quę utiq; corruptiua est finis, ut quæ propter habitum uitiosum quo infeliciter inuolutus est, ex electione praui finis peccat. Quemadmodum habituatus luxurię habitu, in ipsa delectatione Venerea finẽ sibi constituit, eamq; non propter passionis uigorem, sed propter seipsam desiderat. Et taliter peccans secundum Philosophum VII. Ethicorum, impœnitens dicitur: secundũ theolo-

ologos uero, induratus: sed primo modo peccãs, passione cessante, celeriter pœnitet.

Articulus XX. Quòd licet deo propriũ sit, ut proprium honorem & gloriam à creaturis requirat, uicissim tamen hominibus fas sit, ut seipsos collaudent, & impẽsum honorẽ æquanimiter ferãt.

CVm rectitudo uirtutum in cognitione ueritatis fundetur, secũdum præhabita, sicut diuinus intellectus uere agnoscit solum deũ à seipso summe bonũ & sanctum, sic diuina quoq; iustitia exigit, ut solus deus diligatur, & honoretur propter seipsum. nihilominus nec ueritate nec humilitate obstante, potest interdũ homo seipsum honorabilẽ esse tam uerbo quàm facto ostẽdere, debitumq; honorem exigere. Et huius quidem exemplum in Christo, cuius tota uita est nostra doctrina, præcessit. Nempe cũ quendã curasset, eidẽ præcepit: Vide nemini dixeris. alteri uero, quẽ sanauerat: Vade ait, & narra quãta tibi fecerit deus. Cõformiter qñq; in regẽ à populo eligendus clam fugit: opportuno aũt tempore principibus Iudæorũ populũ ipsum regẽ esse clamanti indignantibus respondens: Sinite (inquit) eos. Dico enim uobis, quia si hi tacuerint, saxa clamabunt. Sic quoq; quemadmodũ dixit per prophetã: Ego aũt sum uermis & non homo: atq; per seipsum, Filius hominis non habet ubi caput suũ reclinet: sic etiã de se per prophetã locutus est, Et adorabũt eum oẽs reges, oẽs gentes seruient ei. Et p seipsum, Ego (inquit) & pater unũ sumus. Et Pilato, Regnũ meum (ait) non est de hoc mũdo. Et denuo asserit, Ego sum lux mundi, pluraq; alia. Aduertendũ est itaq;, q secundũ superioris exigentiam atq; imperiũ, inferiora operari moueriq; debent: cũ ergo charitas sit omnium uirtutum regina & finis, ideo secundũ charitatis exigentiã, cæterarũ uirtutũ operationes exercendæ exhibendæq; sunt. Porro, cũ eadem charitate gratuita diligamus deum & proximos, sicut diuina charitate exigimur deũ super oĩa diligere, sic charitas fraterna requirit, ut proximos amemus tanq̃ nosipsos: qui aũt alium diligit sicut seipsum, illius quoq; profectum sicut & propriũ optare procurareq; debet, ut potest. Cum ergo absq; diuini honoris iniuria & item propriæ detrimẽto salutis confratri succurrere ualeo, exigit charitas ut sic agam. Cumq; opera & exempla simul iuncta magis audiẽti prosint quàm nuda uerba, potest pius exhortator, imò debet confratri gratiam atq; misericordiã, bonaq; opera quę à deo sortitus est, aliquando ad dei gloriam humiliter pãdere, quatenus in audiente fidē adaugeat, spemq; confortet, & ad similia moueat. Hoc enim sanctissimi uiri, ipse & diuinissimus Paulus ubertim (ut scripturæ eorum testantur) fecerunt. Verũtamen hæc propriæ gratiæ publicatio circunspecta esse debet, & ab omni uanitate immunis. Denique, tria (ni fallor) in ea pensanda sunt, uidelicet qualitas propriam excellentiam (id est gratiam) manifestantis, conditio eius cui aperitur, & intentio finis. Si enim ipse manifestans nondũ inanis gloriæ procliuitatem euasit, laqueum sibi tendit, dum se commendabilẽ referat. Rursus, considerare oportet an is qui audit, ex tali gratiæ publicatione proficiet. Forsitã enim non credendo irridebit. Finis quoq; est intuenda intentio, quatenus homo propriam gloriam nullatenus finaliter quærat, nec sibi quippiam attribui uelit, sed ad diuinæ laudem clementiæ omnia fiant. Veruntamen prælatus & doctor, & qui audienti affectuose optat prodesse, debitum potest honorem licite exigere, non propter seipsum, sed ne si ipse spernatur, instructio sua fit audienti inanis. Nempe dum persona uilipenditur, doctrina quoq; ubertim contemnitur. Et ob id qui alium docere præsumit, se omnino exemplarem honorabilẽq; exhibere tenetur. Alioqui, quãtum in se est, finem sacrę scripturę, uidelicet utilitatẽ audiẽtis euacuat: & secundũ Thomã, eo ipso q̃ nõ implet q̃d docet, mortalit' peccat.

Matt. 8.
Lucæ 8.
Iohan. 6.
Iohã. 18.
Psal. 21.
Matt. 8.
Lucæ. 9.
Psal. 71.
Iohan. 10.
Iohã. 18. & 8.

Articulus XXI. Quæ uirtutes deo proprie insint, & quæ non.

QVoniam præsentis editionis intentio est, inter perfectionem diuinam atq; humanã distinctiones ostẽdere, cõgruit intueri quæ uirtutes proprie deo conueniant, & quæ nobis. Contemplandũ ergo, q uirtutes quæ simpliciter ad perfectionẽ ptinent, deo proprie atq; naturaliter insunt, ut sapientia, charitas, iustitia: quę aũt impfectionẽ quandã circa subiecta sua insinuãt, quemadmodũ uirtutes morales, quę passiones directe refrenãt, deo proprie nõ cõueniũt secundũ ueritatẽ affectus, sed secundũ conformitatẽ effectus. Hę qppe uirtutes psupponunt ea, qbus proprie insint passionibus, affici posse, atq; earũ reformatione egere. Passiones uero sensitiuo appetitui dũtaxat conueniũt: nã cũ corporali quadã trãsmutatione nascunt' secũdum Philosophũ. Ideo uirtutes, quę eas ordinant, nõ nisi improprie deo conueniũt. Mãsuetudo eñ & misericordia nõ sic deo conueniũt, quasi in ipso ira quã mansuetudo refrenet, uel cõpassio quã mise-

ricordia dirigat, esse possint, sed quoniam ira est appetitus uindictæ, cuius uindictæ illationem mansuetudo relaxat: ideo dum deus iustam ultionem indulget, mansuetus seu mitis perhibetur. Denique, cum misericordia secundum quod uirtus est, alienæ miseriæ tanquam propriæ succurrere studeat, propterea dum deus nostris miserijs subuenit, easque releuat, & opem impendit nobis, compati, itemque misericors dicitur, non quod ei compassio competat qui substantialiter gloriosus est & totaliter felix, sed quoniam sic miseris subuenit, uti & nos eis quibus compatimur. Sic quoque pœnitentia deo ascribitur, sicuti scriptum est, Pœnitet me fecisse hominem. & Pœnitet me quod constituerim Saul regem super Israel. non quod deo dolor conueniat, sed quoniam instar pœnitentis se habet, dum effectus eius non pertingit ad id ad quod ipse eum instituit. Præterea, uirtutes quæ proprie deo conueniunt, nobis non nisi secundum quandam participationem debilem competunt, sicut sapientia quam in præsenti habemus, & secundum Aristotelem minima est, & secundum Apostolum, non nisi ex fide est Iesu Christi, sed & charitatis præceptum in præsenti exilio perfecte implere nequimus, ideoque nec perfectam iustitiam exhibere deo ualemus. Hæ namque uirtutes nunc quidem in nobis inchoantur, in patria uero perficientur. Fides enim ueræ sapientiæ inchoatio est, quæ utique in patria non aufertur, sed uisione perficitur. Nam & Maria optimam partem quæ non auferetur elegit. Itaque, quoniam in præsenti huius uitæ statu deum sicuti est nec cognoscere, nec tenere, neque amare ualemus, nolens tamen clementissimus deus ueræ sapientiæ, firmæ tentionis ac perfectæ dilectionis nos iam esse prorsus expertes, tres nobis theologicas nunc præstat uirtutes, fidem, spem, charitatem: quibus diuinæ beatitudini nunc pro uiribus conformemur, atque ad eandem in futuro sortiendam efficaciter disponamur. Fidei namque succedit uisio, spei tentio, charitati fruitio. Enimuero, cum uita dei aliud non sit, nisi suæ æternæ ueritatis contemplatio, atque immensæ bonitatis dilectio, huic uitæ nunc utcunque conformari satagimus, dum eum ex fide speculamur, & per charitatem secundum peregrinationis possibilitatem istius uitæ diligimus, præstolantes in spe consummationem finalem.

Gala. 3. Lucæ 10.

Articulus XII. De numero & subiecto ac distinctione passionum, & qualiter rationi subdendæ sint atque ad deum ordinandæ.

PRæterea nobilior sensus interior, qui in hominibus quædam uirtus cogitatiua, in brutis uero æstimatiua uocatur, hoc habet officium, ut ex speciebus sensatis species insensatas eliciat, quemadmodum agnus uiso lupo mox per uim æstimatiuam, ex forma lupi quam uidet, speciem inimicitiæ elicit, & protinus fugit. Matre uero conspecta, speciem amicitiæ concipit, atque ad eam concurrit. Conformiter quoque, in homine uirtus cogitatiua apprehendit sensibilia sensuum exteriorum, sub proprietate conuenientiæ uel disconuenientiæ, seu boni aut mali. Appetitus autem sensitiuus cum ex cognitione sensitiua procedat, statim cum aliquid sub ratione boni uel conuenientis ei proponitur, inclinatur, atque afficitur, ut illi coniungatur, sicut delectabili secundum gustum uel tactum sibi proposito, appetit illud. Cum autem proponitur ei aliquid sub ratione mali atque nociui, abhorret id & fugit. Hæ ergo inclinationes seu affectiones, quæ hoc modo in appetitu sensitiuo insurgunt, passiones dicuntur. Vnde secundum Eustathium, passio est motus appetitus sensitiui, sub phantasia boni uel mali. Omnes equidem passiones in appetitu sensitiuo subiectiue consistunt, quarum numerus atque distinctio sumitur secundum quod appetitus sensitiuus ad aliquid fugiendum uel prosequendum diuersimode inclinatur. Porro appetitus sensitiuus duplex est, concupiscibilis & irascibilis. Per concupiscibilem inclinatur homo ad bonum sensibile, secundum se absolute acceptum: per irascibilem autem mouetur ad bonum sensibile arduum, ea aggrediendo, quæ concupiscibilem à re concupita impediunt. Sex uero passiones sunt in concupiscibili, quarum tres, uidelicet amor, desiderium, & delectatio seu gaudium, sunt circa bonum: amor enim ex apprehensione boni sensibilis id est conuenientis nascitur inquantum appetitus concupiscibilis mouetur in rem sub ratione boni conceptam, sicut quis amat pecuniam uel mulierem. Desiderium autem est respectu futuri boni, dum scilicet appetitus inclinatur in appetibile secundum sensitiuum quod non habet, sicut esuriens appetit escam, ad quam festinat. Gaudium uero seu delectatio, aliud non est nisi quædam quietatio in re concupita, & oritur ex unione ipsius appetitus ad appetibile. Porro aliæ tres passiones, quæ concupiscibili insunt, odium, fuga & tristitia, sunt respectu mali, & opposito modo sumuntur. Odium enim nascitur ex apprehensione mali ad appetitum concupiscibilem, sicut & amor ex apprehensione boni. Fuga quoque est, prout appetitus à malo futuro fugit. Tristitia autem ex coniunctione mali inconuenientis cum ipso appetitu procedit, & opponitur gaudio. Pariformiter sex sunt passiones in appetitu irascibili, quarum duæ, uidelicet spes & desperatio, sunt respectu ardui boni absentis. Spes enim est, dum appetitus manet stans infractus, reputans sibi esse possibile arduum bonum ad quod in-

Passio quæ dicatur.

inclinatur, unde & terribilia aggreditur: dum aũt cadit & frãgitur, desperatio oritur. Sic ergo appetitus irascibilis nõ nisi in bonũ absens mouetur: quoniã dũ iam adeptũ est, desinit esse difficile. Aliȩ uero quatuor passiones, uidelicet audacia, timor, mansuetudo & ira, sunt respectu mali ardui: Audacia nanq; est, per quã mala futura aggredimur: timor, quo ab eorũ aggressu deficimus: Mansuetudo quoq; & ira, sunt respectu mali prȩsentis: mãsuetudo quippe est, cũ appetitus ab ultione contra malũ presens prorsus cõsternitur, oĩnoq; desicit: Ira aũt est, dũ appetitus ex ipsa passione ad uindictã ardescit, & uelut ignitur. Sic itaq; duodecim sunt passiones in gñe. Verecundia quoq; passio est, & ad timorẽ reducitur. Est em̃ uerecundia timor de re mala seu turpi. Superbia etiã non est passio solum, sed passionis excessus & uitium, quoniã est appetitus inordinatus. Passiones autem secundũ se nec bonæ nec uitiosæ sunt, sed naturales motus: cũ uero ratione ordinãtur, tunc homo uirtuosus efficitur. Enimuero, quoniam uniuersa quæ in homine sunt, ad deum uerãq; beatitudinem ordinanda sunt, tunc passiones istæ rationi subduntur, cum secundũ exigẽtiam ultimi finis regulantur: cum uidelicet nihil amamus, nihil desideramus de sensibilibus bonis, nec gaudemus in eis, nisi inquãtum ad deum nos adiuuãt. Possumus enim & cibum & potum & multa sensibilia licito appetere, dummodo ad rationis profectũ ordinate optentur. Deniq; de nullo sensibili malo dolendum est neq; tristandũ, inquãtum per ipsum à deo abducimur. Hoc igiur modo oẽs passiones rationi subduntur, dũ uirtutibus moralibus moderãtur. Nã & ipse appetitus inferior sensitiuus, appetitui intellectiuo naturaliter subdit, eiusq; imperio parere tenetur. Aduertendũ aũt est, q in noĩatione passionũ uirtutũq; moraliũ, propria nobis noĩa crebro deficiunt: ideo multa passionũ nomina iam assignata frequenter noĩe uirtutũ dicunt, illarũ prȩsertim, quȩ cũ passionibus magis cõueniunt: queadmodũ mansuetudo nunc passio dicta est, & tñ sæpe mãsuetudo uirtus uocatur, irã refrenans & ordinans. Sic quoq; spes, amor & gaudiũ, interdũ accipiuntur in bono atq; pro ipsis uirtutibus: sed & tristitia quæ secundũ deum est, magna pfectio iure censetur. Vehementer ergo incessanterq; conemur passiones prætactas rõne digerere, uirtutibusq; formare. Tẽperet mititas irã: nec irascamur de alio, nisi quo deũ offendimus, atq; ab eo elõgamur. Nil uero nos à deo elongat, nisi propria nr̃a uolũtas consentiat: oĩe em̃ peccatũ ab ea dependet: & ob id, pprię uolũtatis auersioni ac nr̃is peccatis potissime irascamur. Iniuriãs autem, extrinsecusq; repugnãs, nil potest menti nocere, si uoluntas cõsensum suũ à malo uoluerit prohibere. De nullo sensibili tẽporaliq; bono gaudeamus, nisi ad deũ proficiat: neq; de aduersis aut iniurijs contristemur, qm̃ per patientiã animi non solũ non nocent, sed potius occasionaliter prosunt. Affectiones quȩ circa cibos potũq; consistunt, temperãtia ordinet, carnisq; pruritũ continẽtia frenet. Contẽptum nr̃i humilitas uincat: illata autem conuitia, ferat patiẽtia. Et ad hoc iugiter uigilemus, ut oẽs affectiones sensitiuas secũdum diuinã legem dilectionẽq; syncerã regamus, nulli optantes placere, nisi deo: nullũ quȩrẽtes honorẽ, nisi in eo: nullũ laborem fugientes pro ipso: oẽm quietem spernentes, non existentem in eo. Ad hoc laborare, incipientiũ est: in hoc procedere, proficientiũ: hoc autem implere, perfectorum est: quod secundum Aristotelẽ pertinet ad uirtutem heroicam: secundum Macrobiũ uero, ad animum purgatum. Profectus autẽ secundum Macrobium, ad uirtutes purgatorias pertinet: initiũ quoq;, ad uirtutes politicas. Aristoteles, Macrobius.

Articulus XXIII. De uita contemplatiua atq; diuina.

IGitur dum pars hominis inferior sic passionibus pulsis reformata est, ipsa pars hominis superior, in qua supbenedictȩ trinitatis imago resplendet, omniũ diuinarũ illuminationũ capax existit. Tunc nẽpe intellectus seu ratio, sapientiæ sedes efficitur, uolũtas diuino amore ignitur: memoria quoq; intellectualis, quȩ secundum Aristotelem est loc⁹ intelligibiliũ specierũ, formas intelligibiles stabiliter retinet, atq; intellectũ prompte & uelut continue format & actuat. Propter quod intellectus in diuinorum speculatione stabilitur, & nec ipsa uoluntas à spũalium dilectione propter sensuũ affectum inordinatũ ac immundũ auertitur, sed tota mens hominis fortis cõstansq; efficitur. Deniq; secũdum Platonẽ & Aristotelẽ, anima qescendo fit prudẽs, mitigatis uidelicet, itemq; cessantibus sensitiuis passionib⁹, motibus & actibus: ideoq; eo purius, stabilius ac excellentius diuina contẽplatur, diligit & reuoluit, quo à passionũ tumultu exteriorũq; impetu ampli⁹ segregatur. Et hæc est uita contẽplatiua, dum se homo quantũ præsentis uitæ status pmittit, ab oĩbus rebus mundanis atq; carnalibus toto affectu seiungit: neq; de his quȩ ad corpus sensumq; ptinent, amplius curat q̃ necessitas exigit, & ad spũalia exercitia continuan-

da, proficuũ fore ratio censet: ipsum quoq; intellectũ ac superiorem affectum diuinis totaliter mãcipat, immiscet & occupat, prout humanæ fragilitati possibile est. Porro uita talis, dignissime utiq; perhibetur diuina: est enim diuinę uitę simillima: dei enim uita non nisi supprsius contemplatio est atq; dilectio. Cumq; uita dei stabilis sit, incõmutabilis & æterna, quo homo in uita hac contemplatiuæ uitæ stabilius ualet insistere, eo constat eum diuiniorem esse, deo amabiliorem, & futuræ beatitudinis copiosius gloria munerãdum, atq; ad altiorem chorum angelicum transferendũ. Insuper, cum in deo sit æterni uerbi productio & amoris spiratio, tunc mens nostra deo gignẽti spirantiq; cõformatur, cum in se ipsa uerbum quoddam mentale ac internum conceptũ de diuinitate intellectualiter format, apprehendit seu concipit, atq; in eius quem intelligit dilectione flammascit. Hoc aũt necesse est fieri, dum anima deum contemplatur & amat. Concipit enim de deo rationem dei, scilicet quòd sit summa quædam essentia, æterna omnino & immensa. Porro, quàm libenter sit deus cum tali anima, constat, si credimus ei qui dicit: Delicię meæ esse cum filijs hominum. Et denuo: Ego, inquit, sto ad ostium & pulso: si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo. Beati qui manducãt panem in regno dei: siquidem beati qui ad cœnam agni uocati sunt. Sed & beati quos tu bone Iesu inhabitas, in quorum præcordijs cœnas, cum quibus tam deliciose quiescis. Quid Christiano felicius, cui nõ solum promittuntur regna cœlorum in futuro, sed cum quo esse, habitare atq; cœnare, sunt delicię dei cæli, in præsenti hoc seculo? Anima equidem quę hanc diuinam cœliformemq; uitam ducere in terris satagit, instar speculi clarissimi, tersi & peruij, diuinæ lucis & gratię susceptiua est, & purissimis meditationibus, ignitis ardoribus, sacrosanctis gemitibus, atq; copiosissimis gratiarũ augmentis & donis à benignissimo creatore adornatur, impletur & perficitur. Etenim quo se homo magis disponit, eo deus munificentius tribuit.

Prouer. 8. Apoc. 3. Luc. 14.

Articulus XXIIII. De excellentia quorundam emeritorũ hominum.

QVo autem diuinas omnipotentis dei proprietates creatura eminentius participat, eo deiformior est atque præstantior. Proprijssimæ uero dei proprietates, quæ ei conueniunt in ordine ad creata, sunt uniuersalis rerũ causalitas, ac prouidentialis dispositio: Hoc nempe quod omnium entium principium est, & prouidens cunctis, seu uniuersa disponens, ipsi quoque barbari deum appellant. Deus ergo benedictus & sanctus, qui ideo uniuersum mundum molitus est, ut in diuersis rerum naturis atque ordinibus diuinæ bonitatis perfectio multiformiter atque ordinatissime reluceret, non solum rebus creatis communicauit esse, uiuere, sentire, intelligere & cætera dona, quibus singulæ in seipsis perfectę sunt, & secundum proprias species competenter ornatæ: sed & uim causalem prouidentiamq; gubernatiuam quibusdam largitus est. Nam ut Dionysius ait, Hoc diuinæ legis immutabile decretum est, ut inferiora regantur à deo per superiora. Videmus nanque quòd corpora inferiora à corporibus cœlestibus disponuntur. Similiter in hierarchijs cœlestibus angeli inferiorum ordinum à spiritibus altiorũ ordinum purgantur, illuminantur, perficiuntur, reguntur, mittũtur. Pariformiter decet, ut homines decliuioris gradus à superioribus gubernẽtur hominibus: & omnino secundum naturalem ordinem iusq; naturæ, sapientiores cæteris & uirtuosiores præesse deberent. Veruntamen non obstante sapientissima prouidentia dei, frequenter præsunt, qui omni prælatione prorsus indigni sunt: qui autem ad aliorum regimẽ apti essent, non præferuntur: quod quare contingat, non semper innotescit: tantum autem scimus, quoniam teste scriptura, propter peccata populi facit deus regnare hypocritã. Deniq;, nõ uocati à deo seipsos piculosissime ac supbissime ingerũt aliqui: & ubertim exigẽtibus culpis suis, ad dãnationis suæ ampliorẽ pniciẽ sinunt à deo adipisci qd cupiũt. Nihilominus aliq sunt uiri, animi uigore florẽtes, oĩ humilitate fundati, & emeriti. i. excellentis meriti rite uocati, q sibi ipsis nõ assumunt honorẽ, sed deo prouidẽte ac inspirãte, ad plationẽ uocãtur. Et quẽadmodũ seipsos ante rõnabiliter ordinabãt atq; regebãt, sic nunc cõmissum sibi gregẽ solicite instruũt, regũt & custodiũt. Hi igit cæteris diuiniores cẽsendi sunt: qm (ut Dionysius ait) oĩm diuinissimũ est eẽ dei coopatorẽ, reducẽdo uidelicet proximos ad ultimũ finẽ, utpote beatitudinẽ, orãdo, exhortãdo, increpãdo, & qd cõmodius est, uirtuose exẽplariterq; uiuẽdo. Porro si principe aplorũ iubẽte, nõ iã dũtaxat pbis, sed dyscolis qq; dñis obedire tenemur, dũ tñ ueræ saluti, diuinæq; legi aduersa nõ iubeãt, quãtomagis fidelibus ac modestis platis tanq̃ summi dei uicarijs, nos obedire oportet? Prorsus, q ptãti resistit, dei se ordinationi opponit: & utiq; ois mali origo, supiori resistere: sed nec facile à subditis plat⁹ iudican

Diony. Iam. Iob. 34. 1. Pet. 2. Rom. 13.

cand⁹ est: imò si ratio aliq̃ modo admittit, facta eius pie interp̃tanda sunt: si uero facta eius excusationem non habent, agendum est quemadmodũ in epistola ad Demophilũ monachum Dionysius ait: Nempe dum oportunitas adest, insinuanda sunt opera eius superiori prelato, illiq; cã atq; iudicium cõmittenda sunt. Interim uero prelato q̃uis iniquo reuerentia exhibenda est, nõ propter uirtutẽ personę, sed ob dignitatẽ prelaturę, imò propter eũ à quo oĩs prelatio atq; potestas descẽdunt. Ex his seq uidetur, q̃ q spiritualẽ prelationẽ sortiti sunt, & in spũali alioꝝ ductione presunt, in altiori statu cõsistãt, quã q sibi soli prouidẽt per uitã cõteplatiuã, nõ tñ seqtur, q̃ cõtẽplatiua sit inde nobilior uita actiua: qm̃ actus & opera, quę ad spũalem respiciunt, in contemplatione fundanf, nec adhuc sunt nisi quędam extensio contemplatiuę uitę ad opus. Porrò actiua uita, cuius Martha speciem gessit, Luc.10 & à Christo contemplatiua uita ignobilior fertur, ad ea presertim exercitia pertinet, quæ presenti uitę corporalibusq; necessitabus necessaria administrat, quemadmodum Martha illa satagebat.

Articulus XXV. Quibus uirtutibus assimilemur Christo ut homini.

Contemplandũ est insuper, q̃ Christus inquantũ homo, à primo maternæ conceptionis instanti, erat uerus comprehẽsor & nunq̃ uiator, quantũ ad supremã aię partẽ: & hoc propter hypostaticã seu personalẽ humanitatis cum uerbo unionẽ. Ideoq; nũq̃ erat in Christo fides & spes, sed perfectissima charitas: sed loco fidei habuit uisionẽ per speciẽ, & talẽ atq; tam clarã, ut modo nunq̃ em̃ in premio essentiali profecit, nec sibi qcq̃ in eo meruit. Loco aũt spei habuit tentionẽ p̃fectam: charitatẽ aũt habuit etiã creatã, non talẽ qualẽ habent uiatores, sed talẽ ac tantã ut modo: utputa quę non procedat, q̃ ad actũ ex fide, sed ex specie. Preterea scd̃m Damascenũ libro 2. non erant in Christo etiam scd̃m q̃d hõ est, consiliũ & electio: Consiliũ nãq; est appetitus inquisitiuus de his quæ in nobis sunt: Vnde consiliari, ignorantis est: electio q̃q; ex consilio manat: est em̃ eligere duobus propositis, aliud preacceptare. Nihilominus consiliũ atq; electio etiã deo interdũ attribuunf: ideoq; & Christo ut homini, sed minus proprie, s. relinquẽdo quod in ratione consilij & electionis de imperfectione cõsistit. Deniq; gr̃a in Chr̃o aucta nõ est, neq; uirtutes p acqsitionẽ & studiũ est adeptus: tota em̃ natura humana in eo p̃fecta erat, omi uirtute & gratia, in his quę ad interiorẽ aię pertinẽt perfectionẽ, à primo conceptionis maternę momento. Scd̃m corporales uero indetrahibiles defectus, erat uiator: sitiuit em̃ atq; esurijt. Ex his patet utcunq;, quẽadmodum cęteri oẽs à Christo adhuc in mũdo uersante distincti sunt. Omnes nanq; eo excepto uiatores sunt, & in uirtutibus & gratia indefinenter proficere possunt: & quo in conuersatione sua caput suum Christũ eminẽtius assequũtur, eo nunc Christo amplius conformantur per gratiam, & postremo similiores ei erunt per gloriam. Ipse nanq; est uia p quam, ueritas in qua, & uita ad quam tota nostra tendit (si non erramus) intentio. Interim ipse Christus ut homo, plenus est gratiæ & ueritatis, & de plenitudine eius accepimus omnes, gr̃am pro gratia, i. premium pro merito, cum tamen tã meritum q̃ premium gratia dei sit: quoniã utrũq; donũ eius est. Lex quippe per Moysen data est, ueritas aũt & gratia per Iesum Christũ facta est. Veritas qdem, qa ipse in seipso oẽs prophetas uerificat. Gratia aũt, quoniam ipse Christus qui noui testamenti institutor est, dei hominumq; mediator existit, & per eum omnis dei misericordia & gratia in nos abundantissime fluxit & fluit. Ideoq; tempus nouæ legis, tempus gratiæ iure uocatur.

Fides et spes in Chr̃o nõ fuerunt.

Ioan 14.

Iohan.1.

Articulus XXVI. Quemadmodum per misericordiam & iustitiam assimilemur deo.

FRequenter omnia opera dei, quæ circa creaturas exercet, uel misericordiæ attribuunf, aut certe iustitię. Nẽpe uniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas, i. clementia & æquitas. Quod enim quosdam indurat, iustitiæ est: quod aũt nõnullos illustrat & saluat, ad misericordiam spectat. Vide ergo seueritatem & bonitatem dei. Circa quod aduertere expedit, q̃ ut Anselmus testatur, om̃e opus dei ad iustitiam eius potest reduci. Nam licet misericordię ascribamus, q̃ qbusdam misereĩ præ alijs ex parte eoꝝ qbus misereĩ, tamen ex parte dei miserentis hoc ipsum ad iustitiã pertinet, qm̃ tam bonus est deus, ut iustũ sit ei his misereri, q non merenf. Veruntamen cur potius miseretur uni q̃ alteri, isti q̃ illi, noli sciscitari, si non uis iudicari. Voluntas dei prima rerum causa est, primæ causæ non est causa. Rursus quoq; tam sanctus & æquus est deus, ut iustũ sit eum quibusdam malignis damnationem rependere. Cum ergo creationem mundi merita nulla præcesserint, deus tamen liberrimus & gloriosus in inscrutabili æternæ suæ sapientiæ fonte,

Psal.24

Ioan.1.

Rom.9

Roman.11

dispoſuit, quibus miſereretur, quos item relinqueret, quatenus in quibuſdam ſua benignitas, in cęteris uero æquitas ſua luceret. Deniq; prima gratię dei infuſio & iuſtificatio impij ex parte recipientium omnino ad miſericordiam pertinent: nulla enim merita præceſſerũt. Remuneratio autem, gratiæ quoq; adauctio, tam ex parte dei q̃ noſtri, ad miſericordiam itemq; iuſtitiam ſpectat. Iuſtum quippe eſt, ut deus bonis & rectis corde felicitatis mercedem impendat tam propter æquitatem diuinam, quàm meritorum noſtrorum exigentiã. Et rurſus, cum deus ſemper ultra condignum retribuat, cõſtat q remuneratio noſtræ ſanctimoniæ ad miſericordiã q̃q; pertineat. Porro induratio ſeu derelictio qua reprobos deſerit, damnatio quoq; qua eos ęternaliter torquet, non ſolum ad iuſtitiam, ſed ad pietatem quoque reducitur: Semper enim citra demerita punit, etiã in inferno: Non enim obliuiſcetur miſereri deus, nec continebit in ira ſua miſericordias ſuas: quoniam miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Et rurſum, in preſenti nullũ in tantũ relinquit, quantũ meretur: Nam ſicut ſuper ſecundũ Sententiarũ Thomas fatetur: Hoc ad minus obtinet in quolibet quantũcunque magno peccatore cuſtodia proprij angeli, quod eũ à malis plurimis retrahit. qui & in Antichriſto in homine peccati, in filio perditionis, in familiari illo uaſe Luciferi, in inimico dei, in prole diaboli ita erit, quod angelus bonus qui ei deputabitur, à malis eum aliquibus retrahet: omnino ergo in omni opere dei miſericordia iuſtitiaq; miſcetur. Et quoniã in quibuſdam miſericordia, in aliquibus uero iuſtitia euidentius ſplendet, ideo quędã opera miſericordiæ, quędã autẽ iuſtitiæ merito aſſcribuntur. In his autẽ miſericordiæ atque iuſtitiæ actibus deo potiſſime conformari ſtudere debemus, quoniam in hoc ſalus noſtra tota conſiſtit, quẽadmodũ multa ſcripturæ loca nos erudiunt: Beati enim miſericordes: ſed & beati qui eſuriũt iuſtitiã. Et Dauid: Miſericordiã inquit, *&* iudiciũ cãtabo tibi domine. Quare? quia miſericordiã & ueritatẽ diligit deus. Iuſtus nanque dominus, & iuſtitias dilexit: Vnũquodque enim diligit ſuũ ſimile. Omnis itaque actio noſtra in miſericordia aut iuſtitia eſt fundanda. Denique, in omni quod agimus miſericordiæ & iuſtitiæ operationes cõmiſcende ſunt: quandoque tamen miſericordiæ, uiciſſim uero iuſtitiæ uehementius inſiſtendũ innitendũque eſt. Ad cuius cõmixtionis moderamen ſeruandũ diſcretio neceſſaria eſt. Quod ſanctus Propheta ait: Bonitatẽ & diſciplinã & ſcientiam doce me. Bonitatẽ id eſt pietatẽ, & diſciplinã hoc eſt iuſtitiæ rigorẽ, ſcientiã id eſt diſcretionẽ unũquodque ordinate agendi. Enimuero iuſtitiã circa nos ipſos, miſericordiã autẽ circa proximos potiſſime exhibere, atque ubilibet prętactã miſericordiæ iuſtitiæq; mixturã obſeruare debemus. Iuſtitia autẽ circa nos ipſos in hoc conſiſtit, ut ſicut totũ quod habemus & ſumus, ab adorãdo ac æterno deo ſuſcepimus: ſic in eius obſequium idipſum totaliter in laudẽ ipſius & gloriã expendamus: interim quoq; ut corpus animæ, ſenſumq; rationi ſubdamus. Miſericordiã uero circa proximos eſt, eorũ defectibus ſiue in anima ſiue in corpore compati, & eoſdẽ ſicut proprios pro uiribus releuare: nec in hoc inter amicũ inimicũq; diſtinguere, propter eum qui pro nobis (cũ adhuc inimici eſſemus) mori dignatus eſt, ut ſimus filij patris cœleſtis, qui ſolem expandit ſuper bonos & impios, atq; dona naturæ & bona fortunæ largitur uniuerſis. Verũtamen quatenus in omnibus his miſericordia & iuſtitia tẽperatiſſime miſceantur, contuendũ quẽadmodũ nobis ipſis miſericordes & proximis quoq; iuſti eſſe debemus. Erit enim inprimis rationabile obſequiũ noſtrũ, & quo ad hoc nobiſipſis iubemur uiciſſim eſſe propicij. Scriptũ quippe eſt: Miſerere animæ tuæ placens deo. Ille enim animæ ſuæ ſalubriter miſeretur, qui de proprijs ſuis defectibus cõtriſtatur, & ne propter eos in gehennę tormenta mergatur, in pręſenti eos deplangit atq; caſtigat. Erit itaq; unuſquiſq; ſibi inprimis iuſtus atq; miſericors: iuſtus, ut pro peccatis ſuis digne ſatisfaciat, ſeq; diuino cultui ſecundũ omnia quæ in ipſo ſunt, mancipet, nõ corporali quieti, nec ſenſuali appetitui amplius quã natura requirit indulgeat. Iſtud ad rigorem pertinere uidetur, ſed ueraciter ad miſericordiã pertinet: dum utiq; anima ſibi ipſi cõpatiens, pro uitandis pœnis æternis ſponte ſe nunc ſubdit temporali afflictioni & uerę pœnitentiæ: nam & hoc ex ſyncera charitate procedit. Qui autẽ diligit iniquitatẽ, qui deum ſine ullo timore offendit, qui pœnitentiã ſpernit, qui nunc momentaneã ſatisfactionẽ deuitat, is plane odit animã ſuã, quoniam æternę mortis diſcrimini ſubdit eandẽ. Porro alijs etiam eſſe debemus miſericordes & iuſti, maxime tamen miſericordes, quatenus deũ imitemur, cuius miſerationes ſunt ſuper omnia opera eius: Non enim debemus proximos iudicare, damnare, contemnere, ſed nos ipſos, Si uero pręoccupatus fuerit frater in aliquo delicto, qui ueraciter ſpius & charitatiuus ſpiritualiſq; eſt, huiuſmodi in ſpiritu benignitatis

Pſal 118.

Mat. 5.

Roma. 12.

Eccl. 30.

corripe

corripere debet & orare pro ipso, omniq; in quacunq; necessitate posito, & pro uiribus cōsilium auxiliumq; pręstare. Et hic uiscera misericordię induit, qui peccati in se non iam indignatur, sed cōpatitur: & quicquid in fratre imperfectionis cernitur, ad fragilitatē refert humanam, atq; ut ualet excusat. Nihilominus & iusti esse debemus ad proximos: Cum enim sciamus nullum malum manere posse inultū, quo ad hoc debemus affectū nr̄m diuinæ cōformare iustitiæ, desiderando ut frater in pręsenti conterat & doleat, ac pœnitētiæ fructus exoluat, & ut deus q quos amat, arguit & castigat: sic eum in hac uita emendet, ne eū postmodū sua iudicialis sententia dānet. Hæc quoq; iustitię exhibitio ad pastores pręcipue re(spicit. Iob.14 Apoca.3 Heb.12

Articulus XXVII. De deiformi assimilatione per gratiam.

PRæterea intelligere congruit, q gratia gratū faciens, de qua mō est sermo, est quędam supernaturalis pfectio aīę, quę ei à solo deo per creationē infundit, cuius primā infusionē nullus meret. Est nāq; grā inchoatio luminis gloriæ, atq; similitudo quędā diuinę naturę, infinitę quodāmodo existens efficaciæ. Per eam etenim constituitur homo in quodā supnaturali diuinoq; esse, p quod ad oēs opationes æternę uitę meritorias, efficax & idoneus efficitur. Cum eqdem ultimus finis ac uera felicitas hoīs sit dei per speciem uisio, & summę diuinitatis supdulcis fruitio, quę utiq; finis infinitę quodāmodo dignitatis est, atq; omnem creati intellectus naturalem facultatē transcendens: ideo ex puris naturalibus nullus eam adipisci potest, sed per operationes ex dono gratiæ, quæ supernaturale est donum, pręcedens eam meretur. Enimuero agere pręsupponit esse, quod enim nō est, agere neqt Itaq; ad hoc q aliqd operetur actus alicuius pfectionis aut ordinis, requiritur ut proportionabiliter ad hoc dispositū sit: Nō enim potest res aliqua esse discursiua & admiratiua, nisi rōnalis existat: sic nec homo, nec angelus aliquid supernaturalis beatitudinis meritorium facere potest, nisi primo in quodam supernaturali constituta sit esse. Hoc aūt hominē in tali supernaturali esse formaliter constituens, est gratia: Qm̄ scd̄m Dionysium, sicut res per formam naturalē sortitur esse naturale atq; specificum, sic per gratiā collocat in esse diuino & ad promerendū idoneo. Ideoq; sicut unius entis non est nisi una substantialis forma: sic grā scd̄m essentiā quidem est una, estq; subiectiue in essentia aīæ, & est uita eiusdē. Nam sicut ab anima procedunt naturales potentiæ cōnaturalesq; actus, sic à grā sicut à radice, profluūt oēs uirtutes ac meritorij actus. Sic ergo quoniam ad supernaturalem dei contemplationem nō peruenitur, nisi per supernaturalia proportionataq; media, necessaria est homini grā, per quam deo supernaturaliter cōformatur, & quodammodo infinitæ dignitatis efficit: quoniā per eam infinitæ excellentiæ præmium promeretur. Propterea dona grǣ lumenq; glorię totius naturalis perfectionis conditionem, dignitatē ordinemq; excedunt. Neq; alicuius creaturæ seu mentis creatæ supernaturales perfectiones consistere queunt. Cum deniq; per mortale peccatum grā ista extinguitur, tota protinus spiritualis uita mentis corrumpitur: unde omnes uirtutes gratuitæ simul perduntur, unaq; omnes actus meritorij perimuntur.

Articulus XXVIII. De transformatione mentis in deum per charitatem.

TAnta est prouidæ sapientię itemq; charitatis nobilitas, ut inter magnos theologos non mediocris contentio sit, an potius in actu sapientię q̄ charitatis, beatitudo essentialiter principaliterq; cōsistat. De actu enim sapiētiæ Chrs ad patrē: Hæc est, inqt, uita ęterna, ut cognoscāt te solū uerū deū, & quē misisti Iesum Chrm. Veruntamen de charitate nihilominus idē ipse testat: qm̄ in ea tota lex pēdet & prophetę. Deniq; tāta est sapiētię & charitatis perfectio, ut filio dei appropriet sapiētia, spūisancto dilectio. Vnde in nobis præstantissima intellectus perfectio est sapientia uolūtatisq; charitas. Charitas nāq; oīm uirtutū prima atq; nouissima est: ipsa quippe ex grā procedit absq; medio: & sine ea nulla uirt⁹ meritoria ē, eò q ipsius sit cæteraꝝ uirtutū opationes impetrare, formare & ordinare. Et ideo quoq; oīm uirtutū finis censet, qm̄ ad eam tanq̄ ad dn̄am, singulæ referuntur. Tribus igitur existentibus uirtutibus theologicis, fide, spe & charitate, maior horum est charitas: quoniam ipsa sine gratia esse non ualet, & deo nos intimius ac inseparabilius nectit. Ipsa q̄q; oīm actuū cęteraꝝ uirtutum causa ab Aplo dr̄: Est enim patiēs, benigna, nō inflatur, non quęrit quæ sua sunt. Deniq;, primus eius effectus est, affectū deo unire: scd̄us, in deū transponere: tertius, indissolubiliter colligare: quò enim amor diuinus in nobis fortius crescit, eò anima in deo syncerius transformatur & figitur. Nam ab alijs cunctis magis auertitur, & in illo uno, quod solum necessarium est, deiformius simplificatur, uniuersaq; insuper diuinæ uoluntatis mandata delectabilius opatur: Omni enim uirtute

Ioan.17 Mat.22 1 Cor.13 Ibidem.

& forma

& forma charitas iucundius operatur & pronius. Ipsa quoq; duras uias omnesq; tribulationes pro Christo facit esse iugum leue, & onus suaue. Nam si ueraciter æstuans fuerit, nil ei pœnalius erit, quã propter miserrimi corporis huius necessitudies uarias, toties à dei uacatione atq; præconio oportere auelli. Sed & propter amorem dñi nostri Iesu Christi, faciet nos tam charitatiuos ad proximos, sicut ad nosipsos. Quò em̃ Christum magis diligimus, eò honorem & fructum passionis & sanguinis eius ardentius optare debemus. Quoniam ergo ille pro omnibus nobis animam posuit, ac superpretiosissimum sanguinem largissime & affectuosissime fudit, ideo fructum eius in omnibus desiderare debemus, & pro uiribus ad hoc cooperari, ac summo precauere conamine, ne nostro demerito salus alterius uel impediatur uel minuatur, imò eatenus uitare conabimur scandalum dispendiũq; confratrũ, uti & proprium. Sin aũt, non perfecte amamus Christum, nec eius desideramus, ut decet, honorem, proximorumq; salutem.

Matt.11

Articulus XXIX. De consummata & plena assimilatione diuina.

NVnc filij dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus: scimus aũt qm̃ cum apparuerit, similes ei erimus, qm̃ uidebimus eum sicuti est: nunc equidem non uidemus eum sicuti est, qa non uidemus eum in seipso, sed in creaturis dũtaxat: per fidem nanq; ambulamus, nõ per speciẽ. Cum uero deum per speciẽ uiderimus, tunc ipsum lumen diuinum, seu diuinam essentiã in seipsa clara feliciq; acie, atq; irrepercusso atq; immediato prospectu cernemus, cernendo amabimus, amando fruemur, fruẽdo uere beati, & in affectu totaliter quieti contentatiq; erimus. Hæc nempe est mensa, quã Christus dilectis & electis suis, q tempore tentationis constantes persistunt, disposuit: Vt edatis, inqt, & bibatis sup mẽsam meã in regno meo. Et alibi: Comedite ait, amici & bibite, & inebriamini charissimi. Et utiq; rite omnino amicos appellat, quos ad mensam talem inuitat. Hoc quippe ad dilectionem amicitiæ pertinet, ut qs alium ad propriæ felicitatis & gloriæ participationem assumat. Cum ergo deus superessentialis & bonus, electas suas creaturas ad æternæ suæ beatitudinis communione admittit, cum seipsum eis ad fruendũ impendit, cum omnia bona sua eis sine uelamento ostendit, omnemq; uoluntatem eorum adimplet, cum id quod est ipse per naturam, sunt ipsi per gratiam: dum immẽsa sua dulcedine atq; lætitia sic tota eorum corda afficit, aspergit & satiat, ut undique omni iucunditate sic supereffluant, q seipsas præ suauitate & gloria, quibus prorsus intus forisq; occupati sunt, uix capere queant, tunc utiq; recte amici dicuntur, & diuinæ amicitiæ communionem feliciter experiuntur. Enimuero tunc perfecte & plene ei similes erimus. Tunc nanq; & non ante perfecte adimplebimus illud charitatis præceptum: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mẽte tua, & ex omni fortitudine tua. Tũc equidem præsertimq; post resurrectionem beatam, totaliter & semper in actu inauertibiliter deo erimus couniti. Ipsa enim uoluntas diuinam bonitatẽ æstuantissima ac incessabili dilectione amabit, amplectetur & desiderabit: Intellectus in diuinæ ueritatis claritatem mergetur, & diuinę lucis immediato contuitu æternaliter in deo figetur: Appetitus uero inferior, sensitiuus quoq; & caro, in nullo penitus mentem à diuina contemplatione impedient, sed ei perfecte ad nutum obedient atq; inenarrabili accidentali præmio uenusta repletaq; erunt. Ideoq; in deum prorsus trãsformabimur, & quasi in diuinæ pulchritudinis incircumscriptibilẽ abyssum absorpti, in deo stabiliemur, mergemur, unumq; efficiemur, ut sit omnino deus omnia in omnibus. Ad cuius beatitudinis gloriam dignetur nos nũc quidẽ per cordis munditiam sanctamq; conuersationem disponere, atq; post præsens exiliũ sine dilatione trãsferre deus sublimis & benedictus,

A M E N.

1.Iohan.3.
1.Cor.5
Luc.22
Cant.5
Deut.6
Mat.22

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS Mariæ, Libri Quatuor.



REVERENDIS, VENERABILIBVS EXIMIISQVE VIRIS, DOMINIS AC MAGISTRIS, D. IOHANni Schoenraidt Decano, cæterisq́ Canonicis omnibus insignis Ecclesiæ beatæ Mariæ Aquensis, Gerardus Calcificis ab Hamont Procurator, & Theodoricus Loer à Stratis Vicarius Carthusiæ Coloniensis, S. P. D.

QVANDO misericors & miserator dñs, miseram conditionem humani gñis, in uarias calamitates & ærūnas elapsi miseratus, hoīem per unigeniti sui mortē è faucibus erebi eripere statuisset, incarnādo filio suo talē delegit, qn potius cōdidit matrē, q̄ esset omni laude dignissima: nēpe genitricē dei, reginā coeli, dñam mūdi. Quæ benedicta inter oēs mulieres, adeoq́ omni grã fuit plena, ut nec primā similē uisa sit, nec habere sequentē. Erat eqdem tāto munere dotata, ut mr̄ simul esset, atq incorrupta & intacta uirgo, omni uiro prorsus incognita, ante partū, in partu, simul atq post partū illibata in perpetuū permansura, quæ solo spū̄sancto in se superueniente, & uirtute altissimi sibi obumbrāte concepit, quē suis castis uisceribus nobis edidit, redemptorē mundi. Hanc deus ab æterno prædestinatā tm̄ dilexit, tantoq́ diuino cōplexus est amore, ut nulli unq̄ creaturę (excepta humanitate quā ab ea Chrs assumpsit) maiorē copiosiorem ue cōtulerit uel grām in præsenti uita, uel gloriā in illa supna patria huic secū regnanti uirgini. Hinc singularissimū dei tēplum facta est, sacrariū spū̄sancti, & dulcissimū filij sui reclinatoriū, ut abūde deuotissimi autores multis asserūt autoritatibus & rōnibus: quorū de huius sanctissimæ uirginis præconijs, dignitate & laudibus, quæ nunquā suo creatori displicuit: quæ à nullo secundum Damascenum illustrium uincitur, quę tota pulchra est, dulcis, mitis & amabilis, fidelis & misericors, tam lucida, euidentia & præclara sunt testimonia, ne mei putē esse officij, quippiā oīm notissimis adijcere. Verū licet hęc sacratissima uirgo ab æterno fuerit mater dei præuisa, in figuris uarijs designata, prophetarū oraculis prænūtiata, q cōe à regia stirpe Dauid, ac de tribu Iuda proditura, quæ uirgo illibata permanens, spūsancto cooperāte filiū dei conciperet, plena gratia & uirtutibus, quas oēs in summo assequeret, multa benedictione, gradu: habuit tñ sp cacodæmone malignoq́ spū actos hoīes, q eius laudibus miris in modū insidiarent. Cuiusmodi fuere inter cætera infelicissima sectarū monstra, Nestorius, Heluidius, Iouinianus, Vigilantius, Vualdeñ. Piccardi, Lollardi, Vuicclefistę. Quorū errores nūc sub auras ab orco reuocauit Lutherus, Zuinglius, Bucerus, Oecolāpadius, Grubnesyus, & alij sanctorū osores, q nedū cæteros beatos insectant, sed & ipsi uirgini Mariæ dignos detrahūt honores. Cum tñ eius tanta sit laus, gloria & honor, ut nulla prorsus creatura, pter unici filij sui humanitatē, ullatenus cū ea cōparari queat, ut prelibauimus. Verū cōtra hmōi gnicíosissimos nebulones & blasphemos coelitū deturpatores, dñs ediuerso excitauit sp suæ augustissimæ matris pręcones, q ipsius gloriā & honorē, ut par est, multa dexteritate propugnarēt: ut nō pauca dignissimę autoritatis de ipsi᷒ laudib. habeamus uetērū autorū monumēta: etiā si neotericos, q multo labore in hac palæstra desudarunt, silētio transire uoluerimus, q eorū studia satis sese cōmendent. Et proinde q̄d nostri instituti in præsentiarū est, curauimus uiri præclarissimi hisce diebus inter cætera D. Dionysii à Rickel monachi ordinis nostri deuotissima opa, quatuor eius libros de Laudibus btīssimæ uirginis Mariæ cū alio q̄dā eiusdē de cognitione beatorū in patria, nō ingrato opusculo, excudēdos: in q̄bus uidere licet, q̄ta autoris in eandē & sctōs deuotio sit. Cuius exēplo simul & doctria, oēs uere fideles haud iniuria ad tantæ uirginis & matris dei ac sctōrū inflāmabunt amorē pariter & deuotionē, modo eos qua oportet legerint atque legerint attentione & diligētia: id q̄d res magis probabit, q̄ nostris opus sit pollicitationib. Hos aūt libros multa rōne sub uestro patrocinio euulgādos putauimus Procurator noster & ego, olim uestri collegij ut humiles ita fidelissimi cliētuli. Procurator q̄dē ille noster Gerardus Calcificis ab Hamont, uir (citra adulationē loqr) nō minus deo ac B. Mariæ deuotus q̄ domui nr̄æ supra pleros q; ancessores suos utilis & accōmodus, q in octauū iā annū mira dexteritate & prudētia suo fungit apud nos officio, ut nihil miri sit, q olim dū eius famulitio collegiū uestrū in Notariatus officio uteret, ipm in p̄cio tāto haberet, quatenus ei spem certā faceretis futuræ prouisiōis in ecclesiasticis bñficijs, si nō maluisset mecū ad Christi doctrinā, aplorū uestigia æmolari, ut relictis oībus, abnegaret semetipm, & pprīæ crucē assumens, in paupere Carthusiana religiōe pauperē sequeret in iugi disciplina Christū. In qua adeo pauperē ducimus uitā, ut nihil nobis reliquū sit, unde uobis uenerabilib᷒ dñis nr̄is gratificari possimus, q̄ deuotis orōnib᷒ & studijs nostris: q bus in præsentiarū multo labore, & grauibus amicorū & bonorū uirorū expensis nitimur ad operū Dionysii nostri (quæ nō pauciora sunt atq; ipsius Augustini) æditionē. Quēadmodū igit aliqn uestri ambo fideles Notarij fuim᷒, ita nūc q̄q; cōi cōsensu nostro, in gratitudinis pign᷒ (ne tātæ in nos bñuolētiæ uestrę immemores uideremur) uisum nobis erat, huius Dionysii opa de B. uirginis laudibus, & cognitione beatorū in patria, uobis nuncupādos, ut sub uestro titulo & noīe, in publicū ēdant. Tū quippe oībus gratiora fore speramus, si à tātis tālq; oīfariā doctissimis uiris in sacris literis, utroq; iure, philosophia & artib᷒ liberalib᷒ consummatissimis, benigne excepti intelligant. Quis eñi nō acceptū haberet, q tot tātiq́ eruditi iuxta & deo ac beatissimæ uirgini Mariæ deuotissimi uiri, non mō cōmēdarint, sed & sub sua tutela & patrocinio tanq̄ ueri Mecœnates in lucē prodire paterent. Porro, nemini nō cōstat q̄ insigne ac solēne sit hoc uestrū collegiū, cuius Cæsarea maiestas glorietr̄ sese Canonicū esse: q in duabus suis Vicarijs iugiter B. dñæ nobiscū famulet. Et in q̄ nullus nisi in egregia quapiā facultate promotus, admittit, & q omni honestate & probitate refulgeat. Ne mō ex pretiosissimis diuorū exuuijs, quę plurimę apud uos recōditę seruant, inter cæteros præclarissima fama habeat noiatissimū, sed etiā à nobis ipsis unis tēpli lapidibus, nomēclaturā domus uestra sortita sit nō infimā. Quare & nos tñ speramus Dionysij nostri opa aduersus æmulos tutiores fore, quando intellexerint beatissimæ uirginis Mariæ seruos, q eidē iugi cultu deseruiunt, diurnis nocturnisq́ horis in hoc solēni collegio, puinciā assumpsisse defensandi libros in honorē Mariæ editos. Quod si in hac re uoti nostri nos cōpotes senserim᷒, nō est q̄ min᷒ maiorē spem capiam᷒ uestri patrocinij in ulterioribus nobis consecrandis. Valete. Ex Agrippinēsi nostra Carthusia, ipsis d. uirg. Mariæ ferijs, An. 1532.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS Mariæ, Liber primus.

QVæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Deus maiestatis immensæ, non solum incomprehensibilis nobis est in hac uita, secūdum quod in seipso æternaliter inuariabiliterq; subsistit, sed in suis quoque operibus tam gloriosus est & præclarus, ut nec excellentiam sapientiæ ac omnipotentiæ eius in illis satis admirari aut comprehendere ualeamus, nec ipsa opera eius ac creaturas plene intelligere, aut satis possim⁹ mirari. Ideo Salomon dixit: Cunctæ res difficiles, nec potest eas homo explicare sermone. Itemq; Mundum tradidit deus disputationi hominum, ut non inueniat homo quod operatus est deus ab initio usq; in finem. Hinc ait scriptura: Difficile inuenimus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? Quod cum ita se habeat in operibus naturæ, quanto magis in operibus gratiæ, maxime uero in operibus gloriæ. Porrò, inter uniuersa gratiæ opera excellentissimum est hoc, quod deus excelsus & sanct⁹ operatus est in gloriosissima uirgine, in qua ipsemet autor naturæ, fons gratiæ distributorq; gloriæ, naturam assumpsit humanam, suoq; esse personali increato, æterno, & incircūscripto immediate uniuit eandem, unione utiq; hypostatica, incomprehensibili omni mēti creatæ: hoc est summum mysterium, omni admiratione, incessabili gratiarum actione, ardentissima dilectione dignissimum, in electione ac sacratissimæ uirginis utero prorsus mūdissimo celebratum. Denique, post præstantissima ac excellentissima gratiæ dona & opera, assumptæ humanitati à uerbo æterno ac adorando collata, primum excellentiæ gradum sortita sunt munera gratiarum sacrosanctæ uirgini desuper condonata, quæ tam in donis gratiæ gratis datæ, quam in muneribus, habitibus atq; operibus gratiæ gratumfacientis: in donis quoq; gloriæ ac salutis æternæ post unigenitum filium suum, gloriose ineffabiliterq; præfulget: quemadmodum enim decentissimum fuit, ut illam naturam quam creator sublimis ac infinitus uoluit suæ personæ ac deitati personali coniunctione immediate unire, & omi charismate gratiæ ac gloriæ, omni uirtute perfecta, ac dono spiritussancti summe & incomparabiliter decoraret, eodem instāte quo eam assumpsit: ita omnino condecens fuit, ut uirginem illam quam sibi ab æterno in matrem elegit, ex cuius substantia purissimisq; sanguinibus naturam assumere humanam decreuit, post ipsam assumptam humanitatem, uniuersis gratiæ ac gloriæ charismatibus inenarrabiliter, excellentius munificentiusq; ornaret, quantum sine dubio decuit matrem dei præ ministris ornari, exaltari atq; deificari. Etenim sicut non decuit naturam humanam, nisi prætacto modo pulcherrime ac incomparabiliter decoratam assumi à uerbo æterno, & immediate uniri diuinæ & increatæ naturæ: ita nullatenus decens fuit, personam humanam effici dei matrem incarnatumq; deum intra se gerere ac nutrire, nisi præfato modo speciosissime gratiosissime ac gloriosissime perornatam. Hinc spiritussanctus de inæstimabili huius beatissimæ uirginis excellentia in diuinis scripturis multa & magna, mira atq; sublimia, imò altissima & incomprehensibilia est locutus, & diu antequam ipsa nata est prælocutus in prophetis, psalmis & canticis: Præsertim in Canticis canticorū, inter quæ unum est quod nunc pro themate est inductum: Quæ est, inquiens, ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, & cætera. Nempe sacratissima hæc puella, ex utero suæ uenerandæ ac sanctæ matris egressa, mox ut ratione uti incœpit, instar auroræ pulcherrimæ consurrexit ab imus ad summa, & Christum, qui splendidissimus dies est animarum fidelium, parumper præcessit: sicq; progrediebatur à uia ad patriam, à fide ad speciem, ab infantia ad adolescentiam nubilemque ætatem, celerrime incomparabiliterq; proficiens in omni sapientia & uirtute, in omni supernaturali charitate ac illustratione interna atque inflammatione diuina. Pulchra ut lu-

Cant. 6.
Eccle. 1.
Eccle. 3.
Sap. cap. 9
Laus b. uirginis ab op. gratiæ in ea operatis.
Laus eiusdē a donis gratiæ.
Eiusdē laus a donis gloriæ.
Cant. 6.

na:& certe corporali luna in sua sphęra fulgente, incomparabiliter pulchrior mente. Nihi lominus aliquo modo pulchra ut luna illa: quemadmodum nanque luna praeest ac radiat noctis, & post solem clarius splendet in cœlo, sic illustrissima uirgo post solem iustitię domi num Iesum Christum eminentius micat in omni militanti ac triumphanti ecclesia. Militanti quoq; ecclesiae, quae comparatione ecclesiae triumphantis nocti assimilatur, & sedet in tenebris, specialiter praesidet. Insuper, pulchra est ut luna, id est ecclesia, quoniam diuersae gratię ac uirtutes, quę in uarijs ecclesiae mẽbris fuerunt hinc inde dispersae & imperfectę, fuerunt & sunt in ea collectae ac nimis perfectę. Electa ut sol, quia post Christum intelligentiae solem, elegantissima comprobatur, ac electissima esse censetur, sicq; supersplendidissimo saluatori simillima perhibetur. Quẽadmodum etiam cuncta sydera ac planetas sol quantitate, luminositate & causalitate excedit, sic diuinissima uirgo post unicum sui benedicti uteri fructum, uniuersos sanctos in omni perfectione, sapientia, pulchritudine & fœcunditate transcendit: utpute genitrix ueri dei, saluatrix mundi, innumerabiliumquoque perditissimorum reparatrix ac reductrix ad gratiam & salutem. Hinc rite asseritur, terribilis, ut castrorum acies ordinata: terribilis inquam aduersarijs potestatibus, malignis spiritibus, prout hoc infra clarius ostendetur.

Gene. 1. — Mariā post Christū cunctis creaturis praeeminere — Cāt. 6.

Articulus I. De intentione, processu, ac titulo huius opusculi.

Qui elucidant me, uitam aeternam habebunt. Si deum excelsum & gloriosum in sanctis eius laudare iubemur, iuxta illud psalmi: Laudate dominum in sanctis eius, quãto magis in hac sancta sanctarum omniumq; sanctorum sanctissima domina ac regina, deum laudare debemus: & si accepta est creatori pijssimo ministrorum suorum laudatio, qua laudantur à nobis in isto exilio, quanto amplius complacet ei suae praestantissimae commendatio genitricis, à deuotis exhibita famulis & ancillis. Praeterea, cum hortetur scriptura, & sapiens dicat: Laudemus uiros gloriosos & parentes nostros, multo plus gloriosissimam istam, omnium nostrum benignissimam ac praecellentissimam spiritualemq; matrem laudare & glorificare nos congruit. Certe non ignoramus quàm libenter boni filij suos audiant collaudari parentes: quanto magis superbonus & optimus ille aeterni patris ac uirginis matris unigenitus filius delectatur in suae dilectissimae matris praeconijs deuote humiliterq; exhibitis. Insuper, quò haec incomparabilis ac inuiolatissima uirgo in seipsa melior, sanctior honorabiliorq; consistit, eo iustius atq; decẽtius est eius praeconijs immorari. Praeterea quanto maiora ac plura per eam & ab ea beneficia sumus sortiti, & adipisci confidimus atq; optamus, eò frequentius & ardentius laudibus eius intenti esse debemus. Rursus quò amplius incessabilibus ac gratiosissimis eius adiutorijs indigemus, eò affectuosius eius commẽdationibus oportet nos inhęrere, ipsamq; inuocare, uenerari & exaltare. Item, quò fructuosius atq; salubrius nobis est, ipsam assidue cum omni reuerentia collaudare, eò instantius eius laudibus insistamus. Hinc itaq; ego quantumlibet defectuosus, indignus & uilis, hanc amabilissimam uirginem, praeclarissimam dominam, deiferam matrem totis opto praecordijs collaudare, extollere, contemplari, totisq; uiribus uenerari, alios quoque ad haec eadem excitare. Hinc de dignitate & laudibus uirginis gloriosae opusculum istud reor intitulandum, quod ad superbeatissimae trinitatis gloriam & honorem in quatuor diuidam partes. In quarum prima, tangentur praeconia ad praeclarissimae uirginis corpus dignissimum specialiter suo modo spectãtia. In secunda, de sapientia, scientia, & prudentia sanctissimae animae eius, mentio fiet: In tertia, de uirtutibus eius: In quarta, de beatitudine eius in anima & corpore, erit tractatus. Laudemus ergo hanc amantissimam dei, quae nobis totius nostrae genuit reparatorem & causam salutis, per quam à iugo peccati, à seruitute diaboli, à damnatione perpetua sumus erepti. Glorificemus hanc beatissimam creaturam, in cuius manu est salus nostra, per quam ad aeternae beatitudinis reducimur fontem, atq; ad lucem miserationum dei reducimur: quę nos dilectissimo ac unico filio suo, uero deo domino ac iudici saluatori, creatoriq; nostro, potentissima est reconciliare, unire ac semper tueri in ipso.

Eccl. 24. — Psal. 149. — Eccl. 44. — Humilitas & deuotio autoris. — Opusculi huius inscriptio — Diuisio opis

Articulus II. Qualis esse debeat contemplator & laudator pręstantissimae uirginis.

Si bestia

SI bestia tetigerit mõtem, lapidabitur. Et ad Hebręos scriptum est hoc. Bestia est homo carnalis, immundus, partem sequens brutalem, & bestialiter uiuens. Qui ut etiam Aristoteles contestatur, brutis decies milies peior, uiliorq; consistit. Porrò, mõs est uirgo altissima, uniuersis tanto sublimior, quanto humilior. Hanc ergo si bestialis homo intueri, laudare, accedere & tangere insipienter præsumpserit, nonne despici ac repelli magis quàm acceptari & exaudiri meretur, præsertim cum non sit speciosa laus in ore peccatoris. Deniq; uirgo ista purissima, totius sanctitatis simulacrum, ac uniuersę formæ munditiæ, norma iustitię, honestatis atq; synceritatis exemplar: purificato mentis oculo contemplanda est & laudanda, omni immũda imaginatione exclusa, omniq; fœdâ & indecenti cogitatione & affectione, motu & occupatione repulsis. Etenim cognitio per assimilationem quandam efficitur. Laudans quoq; & contemplans, laudato ac contemplato, aliquo modo coniungitur. Coniunctio autem omnino dissimilium inconueniens esse agnoscitur: propter quod inter eos qui uniuntur, proportionem esse oportet. Tu ergo q per contemplationem & laudem purissimæ uirgini, sanctissimæ genitrici, diuinissimæ imperatrici te unire desideras, approximare conaris, adhærere contendis, tuam purifica mẽtem, carnalitatem abhorre, puritati castitatiq; stude. Coram tantæ puritatis matre ac domina, erubesce apparere mente immunda. Quòd si nõ dum purificati es cordis, de tua carnalitate pœnitens ingemisce, atq; pro emendationis gratia, pro castitatis uirtute reginam clementiæ cordialiter ac iugiter deprecare. Si nondum fide formata spiritaliq; charitate eam accedis, utputa in mortali uitio iacens, saltem fide informi ac naturali amore cum emẽdationis proposito, & turpitudinis odio accede & inuoca eam. Tanta est nanque bonitas eius ac puritas, tam inæstimabiliter grandis est honestas eius ac probitas, ut immũdi quoq; & uitiosi accendãtur ipsius amore. Insuper tam ineffabilis est pietas ac misericordia humilitas atq; dignatio benedictissimæ uirginis, ut inuocantem & laudantem se quantumlibet sordidum & iniquum, non penitus aspernetur aut deserat, dummodo de sua doleat fœditate, emendationem proponens, & supernę pietatis auxilium per ipsam misericordissimam aduocatam impetrare efflagitans. Interea perpendamus, quemadmodum illustres principissæ, reginæ ac dominæ seculi huius, non nisi nobiles, decoros, facetosq; pueros ac ministros ornatos coram se stare, ac sibi seruire permittant: quanto magis reginam cœli, dominam angelorum, matrem altissimi, & omnium dominam seculorum, non nisi à mundis, & per uirtutes uere nobilibus, castitate flagrantibus, morum probitate fulcitis, contẽplari, laudari ac honorari, iustum, condecensq; censetur. Verumtamen à laude & cultu illius, immundi & impij non desistant, quoniam laus & cultus illorum exhibiti benignissimę uirgini ad impetrandam misericordiam eius aliquo modo disponunt. Quemadmodum enim supermisericordissimus deus nullum bonum, quamuis extra charitatem factum deserit irremuneratum, sic deiformis domina, pijssima uirgo Maria nullum obsequium sibi impensum reliquit impręmiatum.

Exod. 19. Hebr. 12.

Eccl. 15.

Hiere. 18.

Articulus III. Quàm formidolose ac reuerenter, quàm amorose atq; hilariter ad contemplandum, laudandum ac inuocandum sacratissimam uirginem Mariam debeamus semper procedere.

IN omni animo tuo accede ad illam, & in omni uirtute tua conserua uias illius, & continens factus ne derelinquas eam, inuenies enim requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. Si rite intueamur nostras defectuositates, impuritates & uitia, excellentias quoque uirginis gloriosæ in omni dignitate, sanctitate & gloria, non sine ingenti rubore, humilitate, reuerentia ac pauore ad ipsius laudem, cultum & inuocationẽ progrediemur, recognoscentes nostram indignitatem, atque cum tantis fœditatibus & peccatis coram illius præsentia apparere erubescentes. Porrò, si beatissimæ uirginis uiscerosissimam pietatem, maternam dulcedinem, clementissimam charitatem recte pensemus, cum omni affectu & hilaritate ac grãdi fiducia ad ipsius laudem & implorationem corda nostra aperiemus & ora. Idcirco ut omnibus modis his ipsam laudemus ac deprecemur, sapienter consideremus uniuersam felicissimæ dominæ nostræ sublimitatem in omni autoritate, potentia, sanctitate, iustitia, spiritualitate & gloria. Nostras quoque feces, prauitates, spurcitias: sicq; formidolose, humiliter, uerecunde & reuerenter accedamus ad eius obsequia. Intueamur cum quali & quanta reuerentia oporteat nos seruire matri

Eccl. 6.

incircumscriptibilis & superdignissimi dei, reginę ac imperatrici totius mundi. Rursus, ne horum consideratione ab eius præconio atq; obsequio retrahamur, ponderemus intente quàm inæstimabilis sit bonitas, pietas, charitas, q; ipsius: & tanto maior est eius ad inferiores miseros ac infirmos dignatio, quanto maior est dignitas eius & altitudo: sicq; cum omni charitate, promptitudine, iucunditate ad ipsius laudes ac honorificentias consurgamus in apprehensione & contemplatu tam optimę, amabilissimę, speciosissimę ac benignissimæ matris ac dominæ præcordialissimæ gloriantes, cum ex unione potentiæ ad obiectum conueniens gaudium oriatur. Sed forsan idcirco beatissimam hanc laudare & exorare minus ueremur, quoniam ipsa tota pijssima, ad ignoscendum extat pronissima, & suas non solet dire ulcisci iniurias. Verum qui cogitat hoc, perpendat iustitiam filij eius iudicis summi, pro sua matre zelantis: qui matris suæ pijssimæ iniurias & offensas tanto ægrius accipit, & tanto seuerius uindicat, quanto ipsa existit benignior. Nonne uidemus quàm ægre boni filij suorum ferant parentum iniurias, & qualiter ulciscantur easdem? Ex horum consideratione etiam sancti uiri diuinissimam uirginem cum ingenti laudauerũt formidine. Vnde in Sermone de Assumptione uirginis benedictæ, beatus ait Hieronymus: Talem ac tantam uirginem laudare indignum me fateor, & uereor, ne sicut indignus, ita & reprob[us] laudator inueniar: hinc laudes eius depromere pertimesco. Sanctus quoque Bernardus: Nihil est, inquit, quod tantum me terreat, nec aliquid quod tantum me delectat, sicut de beatissima uirgine sermonem habere. Terret me inquam indignitas propria: sed me delectat laus uirginis sanctę & excellentia eius. Itaque si uiri tam sancti, gloriosissimam uirginem collaudare timuerunt tam uehementer, quantum nos pusillos ac defectuosos uereri oportet, atq; cum omni reuerentia nobis possibili dignissimam commendare Mariam, cuius irreuerentia, dei iniuria est: qui propriam tolerabiliorem arbitratur iniuriam quàm suæ dulcissimæ genitricis offensam. Totis itaque uiribus laudemus ac ueneremur, diligamus ac uereamur præstantissimam dei matrem: Cumq; hoc ipsum egerimus, recognoscamus nos nihil egisse condignum, nec beneficijs eius posse idoneam rependere uicem, cum sancto Augustino dicentes: Quid nos tantilli, quid actione pusilli in eius laudibus referimus, cum etiam si omnium nostrum membra uerterentur in linguas, eam tamen laudare nullus sufficeret?

Hiero. in Sermo. de assũptione. Bernardus. Augustinus

Articulus IIII. Quòd ad contemplandum gloriosam incomparabilemq; Mariam, sit deiformiter procedendum.

Eccl. 26 Domus mu lieris bonæ. Rom. 1

SIcut sol oriens in mundo in altissimis dei, sic mulieris bonę species in ornamentum domus suę. Domus bonę mulieris, est sancta ecclesia, tam militans uirgini gloriosę commissa, quàm triumphans ex angelis atq; hominibus constituta. Itaq; sicut sol materialis suo splendore totum illuminat & perornat hemisphærium nostrum, sic felicissima uirgo omnium optima mulierum, uniuersam decorat, illustrat, letificat militantem ac triumphantem ecclesiam. Deniq; tanta est excellentia perfectionis deiferæ uirginis, quòd sicut ex creaturarum notitia ad creatoris est procedendum agnitionem: ita ex mulierum consideratione ad beatissimæ contemplationem Mariæ est consurgendum. Igitur sicut ex creaturis ad creatoris cognitionem ascenditur, primo per uiam positionis, prout diuinus Dionysius docet, utpura omnium rerum creatarum perfectiones deo attribuendo tanquam fontali & exemplari uniuersorum principio (Quicquid enim perfectionis inest causatis, procedit ex causis, & eis principaliter conuenit) sic quicquid perfectionis, gratiositatis, amabilitatis, dulcedinis, uirtutis & glorię in mulieribus reperitur, totum Mariæ conuenire & inesse nequaquam ambigitur: & ipsa in cunctis primatum sortitur, nec aliqua inuenitur ei æqualis, imò in omni uirtute theologica, intellectuali atque morali, in omni dono, fructu & beatitudine, excellẽtissima fuit. Denique in quibusdam fœminis & puellis commendatur uirginitas: & hęc eminentissime fuit in benedicta ac dulci Maria, quę antonomatice uirgo uirginum prędicatur. In quibusdam fœminis laudatur fœcunditas: & hęc quoq; incomparabiliter in Maria gloriosa prefulget, cuius partu cunctę matres cum sobole sua saluantur, quippe quę peperit illum, à quo omnis procedit causalitas, o[mn]is deriuatur fœcunditas. Porrò, in quibusdam fœminis commendatur in ipso coniugio conseruata uirginalis integritas, quod eximię est uirtutis, & admiratione prædignum: quod utiq; in Maria, primo ac pręclarissime est inuentum, ac eius exemplo à quibusdam electissimis imitatum. Cęterum in nonnullis fœminis collaudatur castimonia uidualis, quę post primum

Incõparabilis Marię ad cæteras mulieres laus. Laus a uirginitate. A fœcunditate. A uirginali pudicitia in ipso cõiugio seruata. A castimonia uiduali.

primum connubiũ cœlibem uitam duxerint, ut uenerabilis Iudith. Et hanc q̃q; puritatẽ gloriosissima fœiarũ oim, decus & gloria mulierũ, dulcissima uirgo Maria præexcellenter possedit: etenim primo spõso defuncto, non aliũ est sortita. Præterea, dũ rerũ creatarũ perfectiones primo uniuersitatis causali attribuũtur principio, per modũ supexcellẽtię ascribuntur eidẽ, utputa remouẽdo ab eis quicqd impfectionis eis annexũ est, imò per modũ infinite & incomprehẽsibiliter altiorem, q̃ creatis conueniat rebus. Sic uirginum & mulierum perfectiones attribuendæ sunt summæ præamabiliq; Marię cum excellentia grandi, seclusa omni imperfectione culpabili, imò & remota quodãmodo perfectione minori. Sunt equidem quædam utriusq; sexus personæ uirtutibus decoratæ, non tamen tantum dem, ut merito essent: ita q̃ minoratio seu impfectio uirtutis earũ, rationem culpę obtinet uenialis. Hoc aũt longe à pstantissima fuit Maria, quæ in termino excellẽtiæ uirtuosissima fuit absq; admixtione totius mortalis uenialisq; culpæ. Pręterea, in nõnullis puellis & fœminis inuenit uirginitas, sed infœcunda ac sterilis: in alijs extat fœcunditas, sed corruptioni obnoxia aut libidini mixta: sed in suauissima hac Maria, duntaxat fuit uirginalis fœcunditas atq; fœcũda uirginitas: neq; id tantum, imò incomparãda fœcunditas, ac beatissima quædam maternitas, omnem cæterarũ uirginitatem ac fœcunditatem ineffabili dignitate trãscendens, sunt ac præfulgent in ea: quæ comparentalis est patri ęterno, eundem cũ illo filium habens, quod est dignitas quodãmodo infinita. Itaq; sicut creator omnipotens causa est productiua uniuersorum, sic bona & deificata Maria, causa est reparatiua cunctorum, & omnium mater fidelium. Ideo sicut superessentiali & incomprehẽsibili deo probatur ratione suę causalitatis cõuenire omnis rerũ creatarũ perfectio excellentissimo modo, sic Mariæ dignissimæ demonstratur inesse omnis fœminarũ ac uirginum uirtuositas, perfectio, sapientia & honestas, per modũ tam eminentem, ut eius comparatione reliquę uirgines ac fœminæ, quantũlibet uirtuosæ, sanctæ, perfectæ, imperfectæ consistant, & occũbere atq; deficere uideãtur, secundum q̃d sanctus dixit Hieronymus, Quòd sicut comparatione dei nemo bonus, sic comparatione matris dei, nulla inuenitur perfecta, quãuis eximia comprobetur. Deniq;, quæ & quantę sint personarũ fœminei sexus defectuositates & imperfectiones, non latet: quę omnes non solum à diuinissima uirgine sunt penitus remouendę, uerum etiã perfectiones & excellentię illis cõtrarię sunt eidẽ cũ ineffabili excellentia ascribendę. O q̃ preclarissime conuenit celeberrimę sacrosanctę Marię, quod deuota illa Sara protestatur: Nunq̃ cum ludentibus miscui me, neq; cum his qui in leuitate ambulant, participem me prębui. Et item quod sanctus asserit Ieremias: Non sedi in concilio ludentium, & diem hominis non concupiui. Si uerum est illud Ecclesiastici, Gratia sup gratiam mulier sancta & pudorata & tacita, quàm gratiosissima ac pretiosissima est hæc persona, hæc benedictissima uirgo, uirtuosissima hęc Maria sancta sanctarum, imò omniũ mater sanctorum, quæ nunq̃ indecentem habuit motum, nunquam impudicum experta est stimulum, nunquam illicitum locuta est uerbum.

Iudith. 1. A perfectionibus & uirginũ & mulierum. A fœcunda uirginitate, & uirginali fœcũditate. Hieronymus Tobi. 3. Iere. 15. Eccl. 26. Marię sanctitas.

Articulus V. Quòd ab infidelibus quoq; amabilissima uirgo Maria sublimiter commendetur.

BEatam me dicent omnes generationes. Recte dixit Apostolus: Non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Vnde pręamanda & honorãdissima hęc Maria, quo spiritum sanctum exuberantius gratiosiusq; suscepit, eo clarius nouit ac certius, supernaturalia sibi diuinitus impartita charismata, propter quę pręuidebat se à cunctis generationibus beatificandã, imò beatissimam reputandam ac nimis sublimiter beatam dicendã, utputa electissimam genitricem fontis totius gratię, gloriæ ac salutis, q̃ spiritu adimpleta prophetico prenuntiauit, dicendo: Beatã me dicent omnes generationes. Et hoc quare? Quoniã, inquit, fecit mihi magna qui potens est. Hoc per Salomonem prędictum sic legitur: Surrexerunt filij eius, & beatissimam pręedicauerunt. Etenim filij eius sunt uniuersi fideles, qui dum ad contemplandam excellentiam Marię sanctissimę mentes suas extendunt, beatissimam eam esse cum ingenti deuotione fatentur. Deniq;, tanta est beatitudo & excellentia eius, ut non solum à generatione iustorum & electorum, uerum etiam à generatione prauorum ac reprobborum beata dicatur: neque à fidelium & Christianorũ generatione duntaxat, sed à Saracenis quoq; perfidis & iniqs, non mediocriter cõmendatur. Hinc qnto Alcorani capitulo recitat: Angeli Mariã alloquẽtes dixerũt: O Maria, omnibus uiris mulieribusq; splẽdidior, mũdior atq; iucũdior, tibi summi nuntij gaudiũ cũ uerbo dei, cuius nomẽ est Ie

Gene. 30. Lucæ. 1. 1. Corin. 2. Luc. 1. Prouer. 31. Alcorani de Marię excellentia testimonia.

est Iesus Christus, qui est facies omnium gẽtium, in hoc, seculoq́; futuro, sapiens uir optimus, ab uniuersitatis mittitur creatore. Illa respondit: O deus, cum uirum non tetigi, filium quomodo concipiam? At angeli: Deo, inquiũt, nihil occurrit impossibile, omnia prout uult operanti. Ipse filium tuũ cum diuina uirtute uenientem, librum legiferũ, omnisq́; magisterij peritiam & testamentum ac euangelium edocebit. Insuper eodem fertur capitulo: Vxor Ioachim, utputa Anna, se grauidam sentiens, ait: Tibi deus creator conceptũ uteri mei libens quidem a... ipsum tibi soli seruientem deuote postulo digneris colligere. Cum autẽ filiam peperisset, & nomẽ ei Mariæ imposuisset, dixit: Natam meam, eiusq́; prolem, tuo deus obsequio penitus deuotas, à tentationibus & insidijs diaboli protege. Hanc puta Mariam, Zacharias in suam tutelam suscipiens, quoties ut orationes funderet ad altare processit, fructus optimos intempestiuos super eam inuenit: quæ ab illo interrogata unde hos sumeret, ait: A deo, qui cui uult dona facit innumera. Ecce, qualiter altissimo prouidente, suamq́; præamantissimam matrem honorificãte, ipsa beatissima uirgo ab infidelibus quoq́; sublimiter collaudetur: imò si quis coram Saracenis contradiceret istis, & felicissimam dominam uirginem esse negaret, mox occideretur ab eis. Credunt equidem Saraceni Iesum Nazarenum esse Messiam in lege à prophetis promissum, eiusq́; gloriosissimam matrẽ consistere uirginem, & contradicentem his trucidarent. Verũtamen deitatem denegant Christi, asserentes quòd purus sit homo & creatura tantum, non deus: sicq́; honori deiformis Mariæ intolerabiliter derogant.

Matt. 9.

Articulus VI. De illustri genealogia ac procreatione glorificandæ ac præamandæ Mariæ, ex semine patriarcharum, prophetarum & regum, imò & sacerdotum.

Prouer. 31.

BYssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis uir eius, cum sederit cum senatoribus terræ. Vnigenitum dei, uerbum æternum, ex patre infinitæ nobilitatis sanctitatisq́; natum secundum diuinam naturam, ex nobilissima quoq́; atque sanctissima matre, ac illustri patriarcharum, uatum, regum, sacerdotum, ac præsulum prosapia, decuit incarnari & nasci. Qui & secundum assumptam humanitatem est rex, Messias & pontifex summus, propheta ac dominus prophetarum, patriarcha & princeps patriarcharum, legifer noster, dux Israel, dominatorq́; populi Christiani. De quo Zacharias prædixit, Erit sacerdos super solio suo. Et Psalmista, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. De quo & in Isaia fertur, Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse ueniet & saluabit nos. Hinc euangelista Matthæus in euangelij sui exordio, docet Christum ex regia stirpe progenitum: Lucas uero describit eum ex sacerdotali progenie natum. Hæ etenim tribus tanquã cæteris principaliores, communiter erant matrimonialiter iunctæ. Hinc ait Hilarius, & idem affirmat Ambrosius, q́; Lucas euangelista genealogiam Christi describit secũdum gradum sacerdotalis originis: Matthæus uero secundum successionem regalis propaginis, imò ut tangit Hilarius, Dauid contraxit coniugium cum aliqua de tribu sacerdotali. Hinc super Iohannem asserit Augustin⁹, quòd beatissima uirgo Maria ex regali & sacerdotali extitit tribu. Vnde & Elizabet ex filiabus Aarõ nata, fert̃ fuisse eius cognata. Porro, de ista materia scribit Damascenus lib. 4. Dauid inter cæteros habuit filios duos, Salomonẽ & Nathan. Ex catena aũt & semine Nathan, Leui genuit Melchi & Pãthera. Pãther uero genuit Barpãthera, q́ genuit Ioachim patrẽ sublimis & sacrosanctæ Mariæ. Ex catena demũ Salomonis Matthan descẽdens, habuit coniugẽ, de q̃ genuit Iacob. Matthan aũt defuncto Melchi, duxit eius uxorẽ, utputa matrẽ ipsius Iacob de q̃ genuit Heli, fratrẽ uterinũ Iacob præfati. Ipsoq́; Heli sine filijs mortuo, frater eius Iacob duxit uxorem eius, de qua genuit Ioseph spõsum Mariæ, ita q́; Ioseph fuit filius legalis prædicti Heli, naturalisq́; filius Iacob prætacti. Sed circa hæc quæritur quæstio duplex: Prima est, de quo Nathan intelligenda sint uerba hæc Damasceni. Secunda, an Christus descendit uere secundum carnem à Salomone. Videtur enim quòd non, quia realiter natus est ex semine Nathan fratris Salomonis. Idem autem ex duobus non nascitur fratribus. Ad primam quæstionum istarum aliqui responderũt, quòd intelligenda sint de Nathan propheta, quem dicunt à Dauid adoptatum in filium, quod stare non potest. Sic enim Christus descendisset realiter ex semine Nathan prophetæ, nõ Dauid, nisi forsan per cõiugium initum inter posteros Dauid ac Nathan. Præterea, primo Paralipomenõ manifeste narratur, q́; Dauid regi nati sunt in Ierusalẽ quatuor filij de Bethsabee, quorum unus ibi uocatur Nathan: de hoc super Matthæum plenius scripsi. Ambrosius

Ieré. 1.
Matt. 21.
Zacha. 6.
Psal. 109
Isaię. 33.
Matt. 1.
Luc. 1.
Hilarius.
Damascenus Lib. 4. ca. 15
2. Reg. 5.
1. Para. 16.

sius quoq; super Lucam fatetur, ꝙ Christus secundũ carnem ueraciter natus est ex semine Nathan filij Dauid. Verũ tunc remanet quæstio, qualiter queat saluari, ꝙ Christus asseritur natus ex semine Salomonis ac regum succedentiũ ei. Ad quod iuxta prætacta poterit respõderi, quòd inter posteros Salomonis ac Nathan sit contractũ connubiũ, ex quo Maria sacratissima sit exorta & Chrs. Deniq;, sicut unigenitus dei uoluit ex mũdissima uirgine nasci, sic electissimã matrẽ suam uoluit ex honestissimo cõiugio procreari, ita ꝙ beatissimę Marię parẽtes fuerunt hoĩes eximię sanctitatis. Si enĩ baptistã suũ ac præcursorem, seruum & paranymphũ uoluit deus ex sanctis generari parẽtibus, prout in Luca describit, quanto plus incomparabilem suam præcharissimam matrem. Hinc in Reuelationib⁹ sanctæ Brigittæ legitur gloriosa & dulcis Maria ad Brigittam protulisse: Ego tibi dico, q̃ dulciter filius me⁹ dilexit corpus meũ & animã meã, & quantũ me honorauit. Ipse coniugiũ parentũ meorũ tanta castitate coniũxit, ut tẽpore illo nõ inueniret cõiugiũ castius in hoc mundo, & nunq̃ conuenire uellent nisi iuxta legem, solũmodo desiderio prolis, ad dei obsequiũ enutriendæ. Et cum nuntiatum eis fuisset ab angelo, ꝙ uirginẽ parerent, de qua salus mundi procederet, maluissent mori q̃ carnali conuenire amore: & uoluptas in eis mortua fuit, ita uidelicet, ꝙ eam non intendebãt nec exquirebãt. Tamẽ pro certo tibi dico, ꝙ ex charitate diuina & ex uerbo angeli nũtiantis cõuenerunt carne, non ex cõcupiscentia uoluptatis, sed ex dilectione diuina: sicq; ex eorũ semine ex diuina charitate compaginata est caro mea. Formato aũt corpore meo, deus animã meã creauit, & corpori meo immisit, moxq; anima mea cũ corpore suo sanctificata est, quã angeli sancti custodiebant & seruabant die ac nocte. Cũ uero anima mea sanctificabatur, & suo corpori iungebat, tãta animę meæ aduenit lætitia, ut impossibile sit effatu. Insuper præinductis consonat, q̃d Honorius anachoreta scribit in libro de ornamentis glorię sanctę Marię. Ex bñdicto patriarcharũ semine, & præclaro prophetarũ germine, atq; sacra sacerdotali stirpe, generosa quoq; regali ꝓgenie processit hęc inclyta uirtutis dei uirga insignis & impiosa uirgo Maria, quę omĩ gñe gñositatis iure debuit præfulgere, quoniã ipsum totius gñositatis principalissimũ ac singularissimum fontem ac florem meruit germinare: eum uidelicet, qui est speciosus forma prę filijs hominum. Sic nãq; decebat nasciturum ex ea Christum regem dominum, ut eam gratia ac meritis, honore & gloria præcellentissimã faceret omniũ, quia diuina mirabilia atq; magnalia fieri oportebat in ea, dum in eius utero uirginali meruerunt consecrari, ac fieri nostrę salutis uenerãda cõmercia.

Articulo. 6. — *Christus ex semine Salomonis natus.* — *Luce. 1.* — *Lib. 1. cap. 9.* — *Maria sanctissima absq; ori. peccati fomite ẽ genita.* — *Honorius.* — *Psal. 44*

Articulus VII. De plena nobilitate gloriosę ac benedictæ Mariæ in anima & corpore, & q̃d sit nobilitas carnis.

IN omĩ gente & populo primatum tenui. Naturam humanam ab unigenito dei filio assumendam decuit undique decorari ac uere nobilitari tam in se, quàm in sua origine: ideo condecenserat, ut ex nobilissima uirgine uerbum dei incarnaretur. Nec obest ꝙ sacratissima uirgo non erat immediata filia regis aut præsulis nec in diuitijs cõstituta, aut temporali dominio eleuata: quamuis enim iuxta Philosophum, nobilitas carnis uideatur esse opulentia antiquata, quia per opulentiã incipiunt homines nobilitari, ex altari, pręesse. Nã ut ait scriptura, amici diuitũ multi: sicq; per diuitias potẽtia quædã acquiritur ex multitudine amicorũ ac ministrorũ. Potentes autem ac locupletes, ad dignitates, præsidentias & officia promouentur, sicq; nobilitãtur. Multa tamen ad ueram & plenam nobilitatem personæ, concurrunt & exiguntur, uidelicet opulentia in se aut in progenitoribus, bonitas complexionis, libertas conditionis, probitas morum, ingenita dispositio ad actus præclaros, dignitas quoque originis ex parentibus mediatis & immediatis contracta. Denique secundum Albertum in libro de laudibus gratiosissimæ uirginis, nobilitas consistit & consideratur in tribus, puta, in causa, in substãtia, in efficiẽtia. In causa, hoc est in dignitate & eminentia progenitorum siue parentum. In substantia, hoc est in possessione donorum naturæ & gratiæ, seu etiam bonorum fortunæ ac laudabilium proprietatum. In efficientia, hoc est in præclaris effectibus. Et hęc tria excellentissime extiterunt in gratiosa & gloriosa Maria: quia ut precedenti patebat articulo, ex sanctorum patriarcharum & prophetarũ, ex regũ atq; põtificum semine orta est. In naturalibus q̃q; prę cęteris mulieribus elegãtissima fuit, ut infra dicetur. Similiter in charismatibus g̃ræ nõ solũ inter mulieres, sed etiam inter uiros post unigenitum suum tenet primatum. A parẽtibus item satis diuitibus est exorta. Porro, preclaritas & excellẽtia effectuum eius exprimi nequit. Ipsa namq; in his omnem puram creaturam incomparabiliter, incõprehensibiliterq; trãscen-

Eccl. 24. — *Prouer. 19.* — *Ad ueră nobilitatẽ quæ requirãtur.* — *Albertus.* — *Ad nobilitatẽ requisita, excellentissime excelluerũt in uirgine Maria.*

scendit: quippe quæ unigenitum patris ęterni, uerum deum concepit, peperit, contrectauit, lactauit, nutriuit: quæ ad totius mundi redemptionem, post unicum filium suum excellentissime est cooperata: quæ in omni uirtute & dono spiritussancti præclarissime fuit heroica ac diuina: uirtutum quoq; & donorum actus in termino excellentiæ est laudabilissime executa. Itaq; ab omni indigna seruitute & seruilitate fuit liberrima, per quā uniuersum genus humanum à seruitute peccati, à iugo & subiectione diaboli, à corruptionibus ex peccato originali secutis, ab obligatione ęternę damnationis est liberatum. Iohā. 8. Nempe si uere liberi sunt quos filius liberauit, ut ipsemet filius dei ac uirginis testatur, quanto magis uere libera est, quę mater est tanti liberatoris? Nonne ipsa est per quam omnis creatura à seruitute corruptionis liberata est, & tandem huius liberationis effectum multiplicem plenarie consequetur in libertate gloriæ filiorum dei? ubi cessabit completo iudicio Rom. 8. omnis prælatio creaturę super creaturam: ubi & seruus liber est à domino suo creato, non à domino increato, cui seruire & subijci, summa ingenuitas esse monstratur. Innotescit igitur ex prætactis, quòd nobilitas secundum carnem multa includit. *Nobilitas multa includit.* Dum enim homo ignobilis incipit abundare diuitijs, delicatioribus cibis ac potibus utitur, ex quibus generatur melior sanguis, & nobilitatur complexio: mens quoque ad exercitia rationis magis acuitur. Sic demum complexione nobilitata, & mente melius disposita, incipit homo honestioribus exercitijs occupari, magnanimis fieri, parua aduersa & damna minus curare, parua & uilia minus attendere, modica lucra minus appetere, aduersarios minus uereri, munuscula minus expetere, libertatem amplius affectare, maiorum consortia adipisci, cum excellentibus personis sociare connubia, eorumq; proprietates, mores, strenuitates ac opera imitari: sicq; natura primo ignobilis ac seruilis, per cōsuetudinem bene uicta, in contrarium transmutatur: imò quanto hoc ipsum à remotiori ac diuturniori radice ad ramos transmittitur, tanto plus inclinatio naturæ firmatur, inseparabiliorq; efficitur, ita ut in sobole quantum est ex parte naturę, inueniatur inclinatio naturalis ad cōsimilia suis parentibus: & hęc appellatur nobilitas carnis, quę quantum est de sui natura, semper ad honesta atque decentia magis quàm ad uilia inclinatur, nisi forsan libertas arbitrij, consuetudo praua, aut alia causa extrinseca operetur & inducat contrarium. *Nobilitas nō solum est ex qualitate cō plexionis.* Constat itaq; quòd nobilitas non est tātum ex qualitate complexionis, cum rex seu alia persona illustris, quamuis melancholicæ aut phlegmaticæ complexionis, communiter audacior, magnanimior, largiorq; consistat rustico complexionis sanguineę siue cholericę. Pręterea, quamuis anima rationalis sit immediate per creationem à deo, non ex traduce aut ex eductione materiæ, tamen secundum dispositionem carnis cui infunditur, communiter operatur, & prout à corporis sui proprietate ad aliquid magis aut minus inclinatur, secūdum hoc communiter affici solet & operari. *Nobiliū proprietates bonæ 4.* Postremo, de proprietatibus nobilium tractat Philosophus in libris Politicorum, & ait, quòd nobilium sunt quatuor proprietates seu mores laudabiles: Primo enim communiter sunt magnanimes, & tendunt in magna: secundo, solent esse magnifici, id est magna agentes, atq; ad grandes sumptus præ alijs inclinati: tertio, solent esse industrij ac dociles, seu bene capaces, quoniā ab infantia inter nobiles, morigeratos, & expertos sunt conuersati, à quibus instrui ac reprehendi consueuerunt: quarto, solent esse politici & affabiles: in loquendo quoq; uel scēdo ac alijs gestibus, sunt communiter magis faceti & honestiores. *Nobiliū proprietates malæ duæ.* Habent etiā aliquos uituperabiles mores, specialiter duos secundum Philosophum: quia sunt nimis auidi excellentię ac honoris, & solent despicere suos progenitores, quibus se reputant nobiliores, quoniā ex utroq; parente trahunt nobilitatem: imò cū nobiles communiter sint diuites, & oēs diuitū mores secūdum Philosophum sint uituperabiles, una proprietate excepta: ideo mores nobilium, secundum quod diuites sunt, penè oēs sunt mali. De hac materia, & quid sit nobilitas carnis, in libro de regimine principum plenius scripsi. *Lib. 2. Arti. 14. & li. 3. Articu. 12. 13. 14.* Et quāuis nobilitas carnis parū habeat laudis, dum tamē nobilitas carnis atq; nobilitas cordis in eodē conueniūt, se inuicem ornant.

Articulus VIII. An glorificanda & benedicta uirgo Maria, deifera, ex angelica nuntiatione ac miraculose concepta sit. Et quid ueritatis cōtineat liber ille apocryphus reputatus, de ortu & uita Marię intitulatus.

Cant. 6. Fulbertus episcopus.

VNa est columba mea, perfecta mea. Quemadmodū ait Fulbertus Carnotensis episcopus in solennitate de natiuitate sacratissimę uirginis, legēdus esset libellus de ortu & uita sanctę Mariæ inscriptus, nisi esset inter apocrypha à sapientibus uiris ac patribus reputatus. Veruntamen multa in illo habentur libello, quæ

quæ probabiliter uera censentur, quia à uiris sanctis & eruditis uera feruntur, utpûta ꝙd Ioachim pater uirginis gloriosæ, & Anna mater eiusdem ac Ioachim uxor, fuerunt de tribu Iuda, ita quòd Ioachim fuit natus ex Nazareth, Anna ex Bethlehē. Insuper fertur ibi, quòd multis annis sine sobolis procreatione simul uixerunt: ideo dominum assidue rogauerunt, ut eis concederet prolem: quod si facere dignaretur, uouerunt eam diuinis mancipare obsequijs. Sicq; tandem angelus eis seorsum denuntiauit, quòd filiā generarent, quæ suo tempore Messiam pareret regem, ipsamq; filiam deo offerrent seruiturā eidem in templo. Hæc autem uera uidentur: nempe si (ut ait Maximus episcopus in sermone de beatissimo Iohanne Baptista) decentissimum fuit, ut ipse Iohannes Christi præcursor miraculose nasceretur de sterili matre, quatenus mirabiliter natus, mirabilius nasciturum dominū Christum suo exordio designaret: sic decentissimum fuisse uidetur, ut præelecta genitrix Christi ex sterilibus gigneretur parētibus, quatenus mirabiliter nata, mirabilius conciperet ac pareret dominum saluatorem, & suæ natiuitatis miraculositate præsignaretur miraculosissime conceptura ac paritura totius naturæ autorem, unigenitum dei, tam ex patre quàm ex matre incomprehensibiliter natum. Preterea, in ueteri testamēto leguntur quidam præcipui ex sterilibus matribus geniti, ad insinuandum quòd futuri erant filij gratiæ potius quàm naturæ, ut constat de Isaac, Sampsone & Samuele. Ideo uerisimile est hoc quoque gratiosissimæ conuenire Mariæ, quæ fontem gratiæ, reparatorem naturæ fuerat conceptura, quæ (ut asserit Damascenus) à nullo illustrium uincitur, imò cunctis illustribus sanctis ineffabiliter fuit illustrior, ita quòd priuilegia dignitatum, ornamenta gratiarum alijs concessa illustribus sanctis, ei sublimius sunt cōcessa. Ista quoq; Damascenus euidenter fatetur: Ioachim, inquiens, honestam & laude dignam in matrimonium duxit Annam. Sed sicut uenter Annæ prioris, uidelicet, coniugis Helcanæ sterilis existens, per uotum & repromissionem peperit Samuelem, ita & Anna hæc per preces & repromissionem diuinam, dei protulit genitricem. Preterea, quo sancti quidam ueteris testamenti fuerant Christo propinquiores, eo eorum cōceptio & sanctificatio maior ac mirabilior fuit, ut patet de beatissimis Iohanne ac Ieremia. Cum igitur unica uirgo electissima MARIA fuerit excellentissime deo filio suo propinquior, tenendum censetur, quòd eius cōceptio fuit per angelum prænuntiata, diuinitusq; promissa & miraculose impleta. Et ipsa quoque concepta, mox præ Ieremia & glorioso Iohanne multo excellentius fuit sancta, & spiritu sancto in materno utero adimpleta. Amplius, figuræ huius benedictæ ac summæ Mariæ prorsus dulcissimæ, fuerunt supernaturaliter exhibitæ & miraculose ostensæ, ut patet de rubo sine læsione ardente, de uirga Aaron fructificāte, de sede sapphirina supra firmamentum Ezechieli monstrata, & de porta clausa eidem ostensa, de uellere Gedeonis, & consimilibus multis. Figuratum autem, figuris suis ac signis multo præstantius esse cognoscit. Maria ergo dignissima, supernaturaliter & per angelicam prænuntiationem atq; diuinam promissionem, est concepta sancta & nata, præsertim cum eius conceptio ac natiuitas, ab ecclesia tam solenniter (ut dignum est) celebrentur. Illud quoque, ut allegatum est supra, felicissima uirgo Maria legitur sanctæ Brigittæ reuelasse. Hinc sanctus ait Bernardus: Ego puto quòd copiosior sanctificationis benedictio in sacratissimam MARIAM descendit, quæ non tantum ipsius sanctificauerit ortum, sed & uitam ipsius deinceps ab omni peccato seruauit immunem, quod nulli alteri in natis mulierū creditur esse collatum.

Marginal notes: Maximus episcopus. — Genes. 21. Iudic. 13. 1. Reg. 1. — Io. Damascenus li. 4 ca. — 1. Reg. 1. — Lucæ 1. Iere. 1. — Virgo Maria omnino expers fuit originalis culpæ. — Exod. 3. Num. 17 Ezech. 44. Iudic. 6. — Artic. 6. — Li. 6. ca. 48

Articulus IX. De natiuitate illustrissimæ uirginis, & gaudio glorioso ꝙd tūc fuit in mūdo.

MVlti in natiuitate eius gaudebūt. Sicut aurora propinqus se habet ad diē ꝗ lucifer stella, sic sapiētissima uirgo Maria, ꝓpinqus atq; simili⁹ habuit se ad Chrm̄ ꝗ gloriosus Iohānes baptista. Cū ergo de ipso sctō Baptista desup sit ꝓdictū prius ab angelo sctō: Vxor tua pariet tibi filiū, & erit gaudiū tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebūt: & hoc in signū, ꝙ ipse felix ꝓcursor annūtiatur⁹ fuit & ꝓdicatur⁹ apte saluatorē mūdi filiū dei uenisse in carne, atq; in signū gaudij ꝙd angeli sancti Chrō nato intra se habuerūt, deīq; laudādo forinsec⁹ ostēderūt, ꝙd & angel⁹ un⁹ insinuauit pastorib. Annūtio, inquiens, uobis gaudiū magnū, ꝗa nat⁹ ē uobis hodie saluator Chrs dñs. Hinc credendū pie uidet, ꝙ in natiuitate gloriosissimæ uirginis mariæ dulcissimæ, præcipuū extitit gaudiū, nō solū eius parētibus, sed & uicinis atq; cognatis ex inspiratione oīpotentis, imò angelicis ꝗq; spiritibus ac multis electis hoībus tunc in mundo uiuentibus, qui tūc ex inspiratione secreta insolito ꝗdam gaudio ꝓfundebātur, sed & sanctis in limbo detētis. Hinc in Reuelationib. sanctæ Brigittæ recitaſ ꝓamanda ac honorādissima semp uir

Marginal notes: Lucæ 1. — Luc. 1. — Lucæ 2. — Gaudiū de Mariæ natiuitate.

Lib.4.c.58. go Maria, ad ipsam Brigittam esse locuta: Tempus in quo fui concepta, bene potest uocari pretiosa & aurea hora. Tunc nanque incepit principium uniuersorũ, & tenebræ quasi festinabant conuerti in lucem. Deus etenim singulare quoddam & à seculo absconditũ fa-
Num.17 cere uoluit in me opere suo, quemadmodum fecit in arida uirga florente. Porro, dum nata fui, amici dei qui longa expectatione erant detenti, deo eis inspirante, dicebãt: Cur amplius iam dolemus? gaudendum magis est nobis, quoniam nata est lux, qua illuminabuntur tenebræ nostræ, & desiderium nostrum perficietur. Angeli uero gaudebant, dicẽtes: Natum est in terra quoddam desiderabile bonum, ac specialis amica dei, per quam reformabitur in cœlis & in terris pax uera, & ruinæ nostrę instaurabuntur. Vere filia mea dico tibi, quòd natiuitas mea fuit uerorum initium gaudiorum, quia tunc prodijt uirgula de qua processit flos ille, quem reges & prophetæ desiderabant uidere. Dęmones quoque non latuit mea natiuitas, sed dicebant: Ecce nata est uirgo quædam, quid faciemus? Nam mirabile quid cernitur in ea futurum. Si adhibuerimus ei omnia retia malitiæ nostræ, confringet ea ut stuppas. Pręterea de his loquitur uir illustris Honorius anachoreta: Nascente be-
Honorius ata MARIA, illuminata sunt omnia. Nempe dum nata est uirgo sacratissima, prę electa & in æternum benedicta uirgo sancta MARIA, tunc ineffabilis gratia diuina dixit uerbis ac
Philip. rebus: Ecce adsum. Tunc quippe cœpit patescere recto orientis tramite luminosa cœlestis gratiæ fenestra, quæ sui luminis abũdantia, cœlestia simul & terrestria perfuderat uniuersa, per quam deus nos præ solito cœpit misericorditer intueri. Per te ò præamabilissima, suauissima uirgo MARIA, ueri solis aurora progreditur, indeficiens sol iustitiæ oritur, mortis tenebræ effugantur, filij lucis instaurantur, uia salutis ostenditur, ueritas illuminatur, uita inuenitur, deus gratiæ facie ad faciẽ agnoscitur, & rex gloriæ in decore suo oculo ad oculum gloriose desiderabiliterque uidetur. Hęc Honorius. Itaque ex inductis elicitur, quòd sicut inter CHRISTVM & eius præcursorem, serenissima uirgo MARIA media est, utputa sanctior ac toti mundo salubrior ipso Iohanne, sed minus sancta quàm CHRISTVS, sic gaudium quod fuit in eius natiuitate, habuit se medio modo inter gaudiũ quod fuit in natiuitate sancti & magni Iohannis, & inter gaudium quod in natiuitate extitit saluatoris: ita quòd maior generalior que iucunditas fuit in syncerissimæ natiuitate Mariæ, quàm sancti Iohannis Baptistæ.

Articulus X. De comparatione uirginis summæ ad parentes sancti Iohannis Baptistæ.

Gen.30. Luc.1. BEatam me dicent mulieres. Cum Lia uxor Iacob patriarchę, peperisset filios quatuor, & per ancillam suam quam marito suo dederat cõiugem, acquisisset adhuc filios duos, lętata est uehementer, Beatam me (inquiens) dicent mulieres: quanto magis sancta Anna, sciens se genuisse filiam, futuram regis Messiæ matrem, potuit dicere, Beatã me dicẽt mulieres. Videmus quòd filij ac filiæ ualde specialiter ac naturaliter diligãt auos suos & auias, & econuerso. Credendũ est ergo, quòd Christus nõ mediocria gratiarum ac uirtutũ charismata contulerit parẽtibus suę dilectissimę matris, à quibus & ipse tenerrime amabatur, etiã si ante ipsius incarnationẽ obisse dicant. Hinc quod in libro apocripho de ortu summę & bñdictę Marię narratur, uerum apparet, cũ dicitur: Vita Ioachim & Annę cõiugis suę erat simplex, recta & pia, oẽmque substantiã suã trifarie diuiserũt: unã partẽ templo ac tẽpli ministris, aliã pauperibus & peregrinis, tertiã sibi ac suæ familiæ deputantes,
Luc.19. Luc.1. quod & aliqui demũ in euangelica lege fecisse leguntur. Itaque quod de parentibus beati Iohannis Baptistę Lucas euangelista refert, parẽtibus quoque gloriosissimę Mariæ, excellenter creditur conuenire, cũ dicitur: Erant iusti ambo ante deũ, incedentes in oĩbus mandatis & iu-
Iob.1. stificationibus dñi sine querela. Sic demum Ioachim similis fuit beato Iob, de quo ait scriptura: Erat Iob uir simplex & rectus, ac timens deũ, & recedens à malo. Hinc ait Honorius anachoreta: Beata Anna pro gloriosę filię suæ reuerẽtia inter oẽs mrẽs mulieres uere beata &
Annæ sanctæ præconium. benedicta est appellãda: in qua nois sui redundante grã (siquidẽ Anna gratia interpretatur) accelerata sunt diuini & antiq cõsilij sacra mysteria: quoniam in sacratissima eius filia aperiri cœperunt uniuersa sacramenti cœlestis sacra signacula, quæ à seculis clausa fuerunt & signata. Etenim beatitudo omnium beatitudinum, & benedictio omnium benedictionum, in beatissimam uirginem in plenitudine charitatis diuinę copiosissime redundauerũt, ex qua fons uiuus bñdictionis æternæ, stillicidijs gratiæ affluentis humano generi
Merid Ioachim ... largissime atque dulcissime emanauit. Benedictum est in æternum beati Ioachim genitoris syncerissimæ uirginis honorabile meritum, omnipotenti deo multa dignatione bene-

neplacitum & acceptum, cuius præcelsa gloria meretur esse in æterna præclaræ laudis
memoria.

Articulus XI. Quòd serenissima ac suauissima uirgo Maria fuit à seculis multipliciter presignata ac prophetata.

APeriatur terra, & germinet saluatorem. Tanta est excellentia Christi, tãtaq; di- Isai.45
gnitas mysteriorum ipsius, ut non solum ipse ac eius mysteria ab exordio mun
di cœperint presignari, prenuntiari & collaudari in lege naturæ, atque in lege
scripta ac prophetis clarius prefigurari, copiosiusq; describi, sed etiam personç
ad ipsum eminentius ac uicinius pertinentes, prefiguratæ ac prenuntiatæ leguntur. Vn- Isaiæ 40.
de de beatissimo Christi precursore Isaias & Malachias, Psalmista quoq; prophetasse no- Mala. 3.
scuntur. Verum quoniam prestantissima ac diuinissima genitrix Christi prę cęteris ineffa
biliter excellentius atque propinquius spectat ad ipsum, decẽtissimum fuit de ipsa tam in
lege naturæ quàm in lege scripta præcedere uaria ac præclara oracula, signa, uaticinia &
gesta mirifica, supernaturalia quoque mysteria. Denique, cernimus quòd reges & princi
pes magni & prouidi magnalia peracturi, & suam potentiam, munificẽtiam aut excellen
tiam monstraturi, non sine prænuntiatione id agant, sed pręcones præmittant, locum ac
tempus prędicant, congruentibusq; pręambulis intentũ pręueniant opus excelsum, qua
tenus interim ad illius intuitum alij pręparentur ac confluant. Sic dominus maiestatis im
mensæ, pater gloriæ, ab æterno instituens ac disponens superdilectissimum unigenitum
suum fieri hominem in plenitudine temporum fineq; seculorum, hoc ipsum à mundi pri-
mordio exorsus est reuelare, pręsignare, prędicere, atque ad credendum & amplectendũ
tantum mysterium ac beneficium suum, corda hominum pręparare, erudire, accendere:
Hoc est quod iustus Zacharias in suo fassus est cantico: loquens nanque de deo: Erexit, in Luce.1.
quit, cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui: sicut locutus est per os sanctorum, qui
à seculo sunt, prophetarum eius. Hinc gloriosus princeps apostolorum ait: Omnes prophe Act. 3.
tæ à Samuel & deinceps, annuntiauerunt dies istos. Vnde & ipsemet dominus ac saluator
in euangelio est locutus: Oportet impleri omnia quę scripta sunt de me in lege & psalmis Luc. 24.
& prophetis. Itaque de hac pręelectissima atque sanctissima uirgine, in qua, ex qua, & per
quam implenda erant excellentissima Christi mysteria, quam pater ęternus præelegit si-
bi in sponsam singularem, in comparẽtalem, in ueram unici & coæqualis sui filij matrem,
quam & uerbum ęternum sibi in amantissimam elegit genitricem, quam spiritus sanctus
elegit sibi in summum sacrarium atque purissimum templum, & in parentem illius à quo
ipse ęternaliter incomprehensibiliterq; procedit: de hac inquam tanta ac tali, decuit totũ
supergloriosissimam trinitatem, per patriarchas & prophetas pręfari, signa & figuras prę
mittere, supernaturalia insinuare. De hac omnium fortissima ac uictoriosissima mulierum,
purissima uirginum, fœcundissima matrum, in mũdi exordio dixit sub typo serpentis, di- Gene.3.
abolo: Inimicitias ponam inter te & mulierem. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiabe-
ris calcaneo eius. De ipsa quoq; & adorando filio eius locutus est Balaam: Orietur stella Nume.24
ex Iacob & exurget uirga. Et ut alia habet translatio, Virgo de Israel. Pręterea, ad signan-
dum omnipotentem dei filium puritate huius incomparabilis uirginis attrahẽdum, eiusq;
sancto amore uinciendum, & in eius sinu reclinandum, Balaam superfortissimum creato-
rem fortitudini unicornis comparauit, dicendo: Dominus deus eduxit eum de Aegypto, Num.23.24
cuius fortitudo similis est rhinocerotis. De hac sua desideratissima filia ac dignissima do-
mina, multa locutus est Dauid in Psalmis: Astitit, inquiens, regina à dextris tuis in uestitu Psal 44.
deaurato. Itemq; Audi filia & uide, & inclina aurem tuã, & concupiscet rex decorem tu- Eodem.
um, quoniã ipse est dominus deus tuus. Et denuo, Veritas de terra orta est. Ac rursus, Ho- Psal.84.86.
mo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. De hac optima delectabilissimaq; Maria Isaie.7.11.
uaticinatus est plurima sanctus & inclytus Isaias: Ecce, inquiens, uirgo concipiet & pari-
et filium. Et, Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et rursus, Ro- Isaie.45.
rate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Insu-
per, in persona dei loquens, Accessi, inquit, ad prophetissam, & concepit. Itemq;, Antequã Isaie.8.66.
parturiret, peperit. Hinc sanctificatus in utero Ieremias prędixit: Nouum faciet dominus Iere.1.31.
super terram: mulier circundabit uirum. De ipsa quoque in Canticis diffusius cęteris ua-
ticinatus est Salomon, qui & in Prouerbijs de ea legitur sciscitatus: Mulierem fortem qs Prouer.31.
inueniet? Amplius, illustrissimam hanc Mariam omniũ creaturarum prorsus dignissimã,
præsignauit lux illa, seu lucida nubecula in exordio facta, de qua die quarto legit sol for- 3.Reg.18. Gene.1.

Gene. 7. natus, sic de uirgine præcolendа natus est Christus. Hanc omnium dominam seculorum,
Exo. 26. 25. sine qua nemo saluatur, præfigurauit arca, extra quam nemo euasit diluuium. Hanc signa
Exod. 37. uit tabernaculum Moysi, hanc arca testamenti, hanc propiciatoriũ & uelamen: In ipsa eq
Exo. 25. dem deus legis uerissime commorari, & in natura assumpta circũscribi dignatus est. Ipsa
3. Reg. 5. in se continuit manna cœleste, panẽ uitæ qui de cœlo descendit. Per ipsam reconciliamur
Iudic. 6. altissimo: Ipsam præsignauit candelabrum templi, thronus Salomonis, uellus Gedeonis,
Ezech. 44. porta clausa Ezechieli monstrata, per quã deus Israel est ingressus, & quę principi mansit
Num. 17. clausa: Virga quoq; Aaron, quæ floruit ac protulit fructum, non radicata in terra, nec irri
Exo. 3. 15. gata ab aliquo: rubus etiam ardens, nec læsus. Ipsam nomine & effectu præfigurauit Ma
Iudic. 4. 5. ria soror Moysi, prophetissa Iahel, Delbora, Sara, Hester, Iudith, & Bethsabee, imò de his
Tobi. 3. Hester. 12 Iudith. 3. præfigurationibus innumerabilia ac præclara possent induci, de quibus hęc pauca suffi ciat tetigisse. Neq; incongruum est, gratiosissimã incomparabilemq; Mariam per tam di uersa atq; per coniugatas ac uiduas figurari. Tanta quippe est excellentia eius, tot com mendabiles proprietates ipsius, tot præclarissimi sunt illius effectus, quòd per pauca sa tis præfigurari ac designari nequiuit: imò cũcta prętacta atq; omissa pariter sumpta, à ple na & cõdigna significatione ac præmõstratione eius ineffabiliter deficiunt & occũbunt.

Articulus XII. De oblatione ac commoratione uirginis benedictæ in templo.

SVscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Sicut ex præhabitis in notescit, deuotissimi parentes suauissimæ & incomparabilis uirginis, quam ex an nuntiatione angelica ac promissione acceperũt diuina, uouerunt se deo oblaturos & eius mancipaturos obsequijs, quod & fideliter impleuerũt. Etenim ablactatam sacrosanctam gratiosissimam'q; infantulam duxerunt ad templum: & sicut non solum in libro de Ortu ipsius apocrypho legitur, sed à sanctis quoq; quibusdam patribus Epipha nio ac alijs recitatur, posuerunt gloriosam uirgunculam circiter trium annorum, in infi mo quindecim graduum, per quos ascendebatur in templum in monte situm: quo facto, puella sanctissima per se absque ducentis ac leuantis subsidio ascendit per uniuersos gra dus illos, non sine ingenti intuentium admiratione, ac si perfectæ fuisset ætatis. Nec hoc incredibile uideatur, cum & in quibusdam infantulis, ubera adhuc materna sugentibus, uisa sint signa & opera præcipuæ deuotionis: Quemadmodum in sancto & magno præ sule Christi Seruatio, qui in sua infantia atque lactatione frequenter per duos aut tres dies ab uberum suctione abstinuit, & inter nutrientis lactantis'q; brachia, oculos sæpe ad cœ lum leuauit. Sic & electus dei pontifex Nicolaus, cum infantulus baptizaretur, stetit ere ctus: secunda quoque quartaq; ferijs semel duntaxat ubera suxit. Si tam gratiose præuen ti sunt, illustrati, confortati & moti famuli saluatoris, ad presignãdum excellentiam futu ræ eorum deuotionis ac sanctitatis, quid sentiendum est de electissima matre omnipoten tis, quæ incomprehensibiliter & incomparabili gratiositate operabatur in sanctissima illa uirguncula, mox matre sua futura, cuius mentem & corpus supernaturaliter ac specialis lissime gubernauit ac roborauit: & si gloriosus Iohannes baptista adhuc in utero matris CHRISTVM cognouit, & de eius præsentia exultauit, usu rationis miraculose præuen tus: cur non amantissima dei, quæ à nullo illustrium uincitur, imò & superat uniuersos, credatur ex supernaturali illuminatione, ante solitum tempus usu rationis frequẽter pr[illegible] uenta, & ante coætaneas suas, assiduum & completum rationis usum sortita. Postremo, decentissimum fuit, ut præelecta concipere dominum templi, in ipso templo consecrare tur, obsequereturq; domino, & suam infantiã in exercitijs expenderet sacris, atq; ibidẽ in strueretur literis sanctis.

(Margin: Maria uirgo miraculose tẽpli gradus ascendit. — Lucæ 1.)

Articulus XIII. Cur filius dei non elegit nasci ex uirgine opulen ta, potenti, temporaliterq; regnante.

(Margin: 1 Corin. 1.)

INfirma & abiecta mũdi elegit deus. Dictũ est q; toti⁹ nobilitatis fontem unigenitũ dei, regem regũ, præsulem summũ, dominũ Iesum Christum decuit ex illustri & re gia, patriarchali põtificaliq; stirpe nasci: unde cõueniens fuisse uidet, ut ex immedia ta filia regis, regina potẽti, tẽporalit̃ p̃sidẽte ac diuite nasceret. Cur ergo ex puella fa bro despõsata uoluit gigni? Et r̃ndendũ q; sapiẽtia dei uerbũ ęternũ, unigenit⁹ p̃ris, cũcta
Sapi. 11. sapiẽter disponẽs ac decẽtissime faciẽs, atq; ĩ nũero, põdere ac mẽsura cõstituẽs uniuersa, sic elegit ex illustrissima nasci adolescẽtula, ut tñ proximi & propinqui parẽtes illius non essent excellenter potentes, locupletes, aut nobiles secũdum reputationẽ humanam, seu

iuxta seculi huius cursum, cuius rei causæ rationabiles assignantur: Prima est, ne promulgatio euangelicæ legis posset ascribi potestati, nobilitati aut opulentiæ genitricis Christi, aut cognatorum & propinquorum ipsius. Eadem causa noluit in Ierusalem urbe metropoli gigni, sed in Nazareth modico oppidulo concipi, atq; in Bethlehem ciuitate parua generari. Hinc quoq; idiotas, plebeios, impotentes & pauperes elegit constituitq; apostolos, ne omni miraculo mirabilior, couersio mundi ad arduissimam legem, & incomprehensibilem fidem catholicam ascriberetur sapientiæ, eloquentiæ, uersutiæ, potentiæ aut dignitati prædicatorum legis ac fidei Christianæ, sed in omnibus agnoscatur operata diuinitas, quæ non per aliquid prædictorũ, sed per signa, prodigia, miracula, ac uaria spiritussancti charismata non solum uulgus ignobile, sed philosophos quoque & oratores, reges & principes, scribas sacerdotes q; Mosaicæ legis, legi ac fidei CHRISTI subiecit. Secunda huius rei ratio assignatur, quoniam filius dei descendit in mũdum hunc, quatenus uerbo & exemplo ostenderet, uniuersa mundi huius magnalia, nobilitatem, potestatem, diuitias, delicias & honores, desiderio futuræ, cœlestis ac sempiternæ felicitatis esse paruipendenda ac relinquenda: propter quod in maxima pauptate, humilitate, abiectioneq; uixit in seculo isto: atque in omnibus quod carni molestius est, elegit: ut ipsum in talibus efficaciter in uitam imitentur, qui ueraciter appellari cupiunt Christiani, & per gratiam CHRISTI saluari. Tertia causa est, quoniam primus CHRISTI aduentus fuit prænuntiatus in omni paupertate & humilitate futurus, iuxta illud Zachariæ: Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam. Quarta, ne filius dei uideretur mundanam prosperitatẽ beatificare, & magnos seculi huius pauperibus humilibusq; præferre. Hinc ait Apostolus: Videte uocationẽ uestrã fratres, quia non multi sapientes secundũ carnẽ, nõ multi potẽtes, nõ multi nobiles sunt inter uos. Hinc sup Lucã ait Ambrosius, circa illud, Angelus ad pastores ait: Non gymnasia, nõ rhetores eliguntur, sed simplicem deus plebem assumpsit, quæ audita phalerare nesciuit. Quinta, ut merito paupertatis humilitatisq; CHRISTI spiritualiter per dona gratię locupletemur, & ęternaliter per dona gloriæ felicitemur. Vnde de CHRISTO ait Apostolus: Propter nos egenus factus est, ut illius inopia nos diuites essemus.

Christus cur humili loco nasci uoluerit.

Causa II.

Causa III.

Zach. 9.

Causa IIII.

1 Corin. 1.

Lucæ 2.

Causa V.

2. Cor. 8.

Articulus XIIII. Quòd beatissima & admirabilissima uirgo Maria uerissime facta sit & existat genitrix ueri dei.

PAruulus natus est nobis, filius datus est nobis, & uocabitur admirabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Hæc est summa sapientiæ Christianæ, hæc plenitudo theologicæ ueritatis, quòd deus ęternus & uerus, sic uere unus & simplex est in deitatis essentia, ut nihilominus uere trinus sit in personis: atq; quòd unigenitus dei patris patri adorando consubstantialis, coęqualis & coæternus, uere factus sit homo, assumendo naturam humanam ex intemerata serenissima q; Maria, hoc est, ex purissimis eius sanguinibus formando sibi corpus humanum, non ui formatiua, uirili, humana, sed uirtute omipotenti, diuina, cui cõpetit agere cum uoluerit in instanti. Sicq; corpori illi instantanee supernaturaliterq; formato & organizato, in instanti per creationem infudit animam rationalem, quam eodem instãte tanta plenitudine gratię ac uirtutum, tanto decore donorum & fructuum, tanto splendore ac eminentia sapientię ac diuinorum charismatum, tanta claritate beatificę uisionis diuinę essentię, tanta delectatione atque dulcedine gloriosę fruitionis increatę bonitatis, tanta pfectione totius sanctitatis, donis quoque gratiæ gratis datæ impleuit, perfudit, ac speciosissime decorauit, quantum ipsa anima extitit capax, & capere potuit: ita quòd tota eius capacitas tunc fuit impleta. Eodem quoque instante animam illam prorsus pulcherrimam ac carnem ea animatam, hoc est, perfectam humanitatem suę deitati immediate coniũxit, & in seipso ac in suo esse personali increato suppositauit, ita quòd uere factus est homo, eó quo ab æterno pręordinauit, momento ac modo, absque sui mutatione, permanẽte utriusq; naturę naturali proprietate inuiolata. In hac uerbi æterni incarnatione, summe & excellentissime incomprehensibiliterq; apparuit, ac relucet ineffabilis charitas dei ad nos, inæstimabilis q; dignatio ac infinita pietas eius in nobis, sed & copiosissima liberalitas eius: & primo ac maxime apparuerunt hæc omnia in ipsa natura humana, quã sibi ita uniuit: deinde in prę clarissima uirgine Maria dignissima, ex qua eam accepit atque assumpsit, ita quòd ipsam uenerandissimam sanctissimamq; Mariam effecit propriam matrem: deinceps in omnibus nobis, quorum naturã sic exaltauit, & quibus in specie specialissima sic similis est effectus,

Isaię. 9.

Christianæ sapientiæ summa.

& quorum sororem fecit suam propriam genitricem. Praeterea, non sine sapientissima ratione, non sine profundissimo consilio, non sine multiplici causa, nō absque copiosissimo fructu, sic factus est homo. Non enim factum est hoc tantum ad ostendendum charitatē, dignationem, pietatem & munificentiam eius ad genus humanum, & specialiter ad suos electos, & ad suas praeelectissimas creaturas, uidelicet CHRISTI humanitatem ac Mariam dulcissimam: sed item ad subueniendum indigentijs ac necessitatibus, damnis atque periculis totius humani generis, quod nec conuenientius neque salubrius poterat reparari, redimi & saluari, quàm per incarnationem & passionem unigeniti filij dei. nec enim pura creatura fuit idonea & condigna totum genus humanum ab originali culpa caeterisq; peccatis suis mundare, à potestate daemonum liberare, ab aeterna damnatione eripere, & gratiam reformationis eidem mereri, ac satisfacere pro omnibus in communi, atque aeternam beatitudinem cunctis recuperare: imò ad haec omnia peragenda congruentissimum fuit, ipsummet dei filium deum uerū fieri hominem: cui ex parte naturae assumptae, competebat satisfacere & mereri: ex unita uera deitate & immediata ac hypostatica unione cum uerbo aeterno, conueniebat ipsi uerbo incarnato homini facto, efficacia, idoneitasq; immensa ad taliter succurrendum, medendum, atque saluandum, prout istud in aliis opusculis diffusius est ostensum. Postremo, sicut non decuit unigenitum dei, humanam naturam ad personalem sui assumere unionem, nisi tanta diuinorum charismatum plenitudine decoratam, quod maioris ornatus & pulchritudinis interioris capax non fuit: ita non decuit ipsum dei patris unicum filium humanitatem assumere, nisi ex uirgine tantae perfectionis ac puritatis, quod purae creaturę subsistēti in esse creato non decuit ampliorem conferri.

Articulus XV. Quod dignitas & gratia, puritas & excellentia Marię dulcissimę, sit quodammodo infinita.

Psal. 44. AStitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circūdata uarietate. Dignitas creaturę est assimilari suo creatori pro posse: & quo creatori excellētius conformatur, eo deiformior digniorq; efficitur. Cum ergo beatissima uirgo Maria eundē conceperit, pepererit, & indefectibiliter habeat filium quem pater ęternus, cōstat quòd ei comparentalis existat atq; simillima: nēpe quem ille genuit ab aeterno sine matre, ipsa optima uirgo genuit in tempore absq; patre, id est, uiro ad eius foecūdationē non concurrente. O quàm incomprehensibilis est dignitas & excellentia ista, illū habere filiū, quem tota indesinēter adorat subtilitas angelicorū spirituū, omnisq; ciuiū exercitus supernorū: quē polus, tellus pontusq; contremūt, ac ipsa numina perhorrescūt, à quo totū uniuersum incessanter dependet. Intuere pro uiribus quāta sit gloriosissimae huius Marię autoritas & potestas, excellentia & dignitas, quae mater est eius, & maternam habet autoritatem in illum, à quo omnis profluxit potentia, omnis processit autoritas & dignitas uniuersa, imò cuius comparatione totus mundus est tanquam puluis exiguus, qui uniuersis ac singulis penitus infinite & prorsus incomparabiliter maior, perfectior, dignior, felicior-
Esai. 40. orq; censetur. O quàm inaestimabilis est huius honorabilitas matris, quàm incomparabilis excellentia huius felicissimę genitricis. Deniq; secundū philosophica documenta, res illę sunt nobiliores, quę maioris & altioris extāt foecunditatis & causalitatis: imò iuxta Philosophū, unumquodq; tūc in sua specie & natura perhibetur pfectum, dum potest sibi simile generare. Nōne igif nobilissima ac pfectissima rite asseritur, & quodāmodo infinitae excellentię esse conuincif, quę cōcepit & genuit deū deorū, germē maiestatis oīno immēsae, quę mater & causa est eius à q̄ omis causalitas, cuius fructus ac filius omnem effectū & fructum ac filium excellentia simpliciter infinita transcendit? Insup, sicut uirginea mater deo filio ex se nato propinquissima est, ita quoq; eidē extat simillima. Cū igitur nō ad mensurā datus sit spūs sanctus, & omnis gr̄a eius filio uirginis secundū humanā naturā ipsius, innotescit q plenitudini ac suo modo, infinitati gr̄ae atq; internę munditiae Chr̄i gratiositas, puritasq; Mariae sanctissimae, prę cunctis uehemētissime appropinquat. Ampli⁹, sicut ait Philosophus, dijs, magistris atq; parentibus nō potest reddi ęqualens: à qua lege ac regula q̄uis ille excipiatur, qui propriam cōdidit matrem, cui multo plus cōtulit, q̄ ab ea suscepit: nihilominus certū est, q trī cōtulit ac retribuit suę mr̄i, q̄tū tali genitrici tā fidelissimę, affectuosissimę, obseqosissimę atq; hūilimę mr̄i à tali ac tāto filio decuit cōdonari. Verū quę mens queat cōcipere, quę lingua exprimere, qd & quantū decuerit filiū bonitatis ac maiestatis immēsae, charitatis ac munificētiae infinitae, & supabundantissimę liberalitatis, suae

Maria nobilissima ac perfectissima.

suæ tam dilectissime & amorosissimę dare & rependere matri, pfertim cum ipse det omnibus affluenter, neq; improperet: imò cum ipse quærat occasionem prestandi, miserēdi, ac infinitas indeficientesq; suas diuitias cōmunicandi, cui generale & proprium, delectabile & innatum est seipsum communicare, opulentiam suam immēsam undiq; exuberanter diffundere, gratiarum charismata impartiri, subuenire, mederi, saluare ac iugiter misereri. Postremo, quamuis maternitas dei secundū se assumpta, dicatur donum gratiæ gratis datæ, propter quod bene disseruit Augustinus, q excellentissima uirgo Maria fuit felicior concipiendo Christum per fidem mente, quàm concipiendo eum corporaliter uentre, attamen quia maternitas ista fuit in benedicta & præamanda Maria eo modo quo decuit, puta cum comproportionata & correspondente plenitudine uirtutum ac donorū gratiæ gratum facientis: patet q ipsa dignissima sit tam ex parte donorū gratię gratis datę, q̄ grę gratificantis: atq; ex hac dignitate & excellētia, qua ipsa est mater dei, insunt & cōpetunt ei alię plurimę pogatiuę, excellentię ac priuilegia, de qbus dicendū est infra. Iacob.1.

Articulus XVI. Quòd per intemeratam diuinissimāq; Mariam sol & luna, imò cūcta cœlestia, & elemēta ac inferiora, dignitatē pcipuā sunt sortita.

Deus qui fecit mundū & omnia quę in ipso sunt, manibus humanis non colitur, nec indiget aliquo. Non ob suipsius indigentiā, commodū aut profectū perfectus & inuariabilis deus condidit quicquā, sed ad creaturarū utilitatem cūcta creauit: & quanto creator omipotens ad suas creaturas gratiosius atq; propinquius se inclinat & applicat, tanto creaturę sublimius exaltantur, & magis dignificantur, atq; (ut asserit Leo papa) ipsius ad ima inclinatio, est nostra ad summa prouectio. Denique omnis creatura aliqd diuinę participat bonitatis, & per hoc suo creatori aliquo modo assimilat: non q aliquid uniuoce creatori ac creaturę cōueniat, aut eadē in utrisq; existat natura. Cum ergo ex te ò ueresbeatissima ac uenerabilissima uirgo Maria creator ęternus creatam naturā assumpserit, atq; in proprio esse increato ac psonali suppositauerit eā, factus ueraciter homo, constat q primū in te & per te dn̄s uniuersoꝶ maxime & profundissime inclinauit se ad creata, propinqssime quoq; applicuerit se eisdem, intātum, q q omia fecit, factus est aliquid omium: et qui infinita ac prorsus incomparabili dignitate & excellentia transcendit cuncta opera sua, factus est eiusdem speciei cum aliquibus illorū, imò & similis cūctis in genere. Eiusdem quippe rationis ac speciei est humanitas quam assumpsit, cū humanitate hominum cæterorum, atq; per eam cum omni creata substantia conuenit saltem in genere: sicq; per hoc potissime sublimauit, honorauit & dignificauit creata, presertim ea quorum assumpsit naturam. Insuper per hoc q ex splendidissima ac deificatissima uirgine Maria deus creator factus est homo, & conuersatus est in mundo, usus est in propria persona creaturarum suarum obsequijs, terram calcās, aerem attrahens, aquis se abluens, residensq; ad ignem, cibis ac potibus uescens, imò & corpus ex elementis mixtum accipiens: hæc aūt est pręcipua dignificatio creaturaꝶ, q sic creatori suo in ppria eius persona ministrauerunt. Itaq; ex hac terra illa promissionis, olim inquinata sceleribus Amorręoꝶ, facta est terra sancta: quia in ea cōuersari, commorari & ambulare elegit atq; dignatus est creator ipsius. Sol quoq; & luna, ac sydera in ministeriū gentibus cunctis creata, ex hoc dignificationem grādem adepta sunt, quòd suo supdignissimo creatori luxerunt & obsecuta noscunt. Conformiter orbes cœlestes, qui suum incircūscriptibilem creatorē intra se continuerunt, & concluserūt hominem factum. Simili modo angeli sancti, qui super ipsum hominis filium descenderunt & ascenderunt, atq; in deserto ministrauerūt eidem. Pręterea, orbes cœlestes, sydera ac planetæ, elementa & mixta, indecentiam quandam & ignobilitatem incurrisse ac passa uidentur per hoc, quòd indignis uitiosisq; seruierūt hominibus atq; idololatris. Verum per benignissimam excellentissimamq; Mariam, ecōuerso, multo maiorem decentiam ac nobilitatem recuperasse & obtinuisse cernuntur, dū proprio creatori in suipsius psona impenderunt obsequiū. O si tanti honoris habuissent notitiā, q̄ hilariter hoc fecissent. Amplius, ab excellentia creatoris distabat olim in infinitū totius cōditio creaturę. Sed per bn̄dictā suauissimāq; Mariā, atq; in medio uteri eius castissimi, facta est unio creatoris ac creaturę immediata, & in unā conuenerunt personā, deus & homo, increata & creata natura. Ecce quantū oīs creatura, & totū uniuersum tenet suo modo honorare & amare Mariā deiferā. Merito gloriosissima uirgo creaturis oībus est plata, p quam tantā dignificationē sortita est omis natura creata. Ecce quantū gaudent mechanici, quantū putant se honorari, si princeps aut rex terrę ipsoꝶ dignet ferre uestē eoꝶ cum

Act.17.

Per uirginē Mariam deus se ad creata cōuertit.

Per uirginē Mariā, unio creatoris & creaturæ facta est.

signo officij eorundem. Multum ergo sublimata est omnis creatura, dum ex benedicta & summa Maria creator omnipotens indutus est creata natura.

Articulus XVII. De supernaturali dignitate & admirabili puritate corporis sacratissimæ uirginis. Et q̃ p illud dignificata sunt corpora oim nr̃m.

1.Cor.6.

GLorificate & portate deum in corpore uestro. Corpus humanũ quamuis in sua natura sit multipliciter defectuosum, fragile, indigens ac mortale, tamen quemadmodum anima rationalis præ cæteris formis substantialibus magnæ est dignitatis, sic corpus eius prę corporibus cęteris mixtis est dignius, ac nobilioris complexionis, atq; ad ampliorem elementariũ qualitatum temperaturam & ęqualitatem redactũ. Sed ex primorũ trãsgressione parentũ fomite est infectũ, pronũ ad uitia, ac rebelle animæ factum, hinc moriendi necessitatem incurrit. Porro per gloriosæ Mariæ sanctissimæ salutiferũ partum ac uteri eius uirginei fructũ saluificum, liberatum est corpus nostrum, & reformatum in spe merito Christi, reformandum in re & glorificandum in resurrectione futura. Mundatũ est quoq; à reatu fomitis in baptismo.

Corpus nostrũ per partum Mariæ in spe reformatum.

Cõparatio.

Insuper, sicut corpus humanum uehementer uilificatur animæ repugnando, concupiscẽtijs ac uitijs seruiendo, atq; ad creatoris iniuriam uilissimis turpissimisq; sceleribus, gulæ ac luxuriæ inhærendo, p quod fit cloaca fœdissima, meretricia massa, uolutabrum dæmonum, spurcitia ac putredo iniquitatum: sic ipsum corpus prę clare nobilitatur rationi obediendo, uirtuosisq; actibus insistendo, sanctæ sobrietati ac flagrantissimę castitati uacando, sicq; prębendo se instrumentum cultui ac honorificẽtiæ dei in omni exercitio uirtuoso: quod quàm gratũ ac placitum sit regi omnipotenti, ipse frequenter ac euidenter ostendit in sanctorum corporibus, quæ post separationem ab animabus prę seruauit in monumentis, per plurima annorum curricula à resolutione & putrefactione atq; fœtore: imò hæc honorauit fragrantissimo sæpe odore, & per præclara atq; innumera mirificauit ea miracula, in tãtum, quòd ex eorum contactu reuixerunt defuncti, mundati fuerunt leprosi, liberati obsessi. Quãtis demum miraculis honorauit beatissimorum martyrum corpora, tam in eorum martyrijs, q̃ postea, longum est recitare. Videmus quoq; in quanto honore habeantur sanctorum reliquiæ, imò & materiæ in se uiles, quæ sanctorum corpora tetigerunt, & ad ea aliquo modo pertinuerunt, ut uestes, baculi & capilli ipsorum.

Psal.4.

Itaque innotescit, quòd quanto incomparabilis uirginis sacratissimum corpus fuit ab omni labe peccati, etiam uenialis, magis immune, rationi quoq; ac legi diuinæ magis subiectum, & excellẽtissima castitate amplius decoratum, in quo nunquam fuit ne minimus quidem motus inordinatus aut stimulus, atq; in summa sobrietate omniq; exercitio sancto, incessabilius ac eminentius exercitatum, eo nobilius ac dignius est effectum: & certum est, quòd in his omnibus, inclytissimę & in æternum benedictæ MARIAE corpus ineffabilis excellentię fuit. Ideo acceptissimum extitit creatori: & quanto per naturam erat decliuius, tanto per gratiam & uirtutes factum est sublimius, dignius atq; nobilius.

Corpus Mariæ creatori acceptissimũ fuit. Idẽ aliunde dignificatũ.

Præterea, aliunde inæstimabiliter dignificatum est prę stantissimum Mariæ pijssimę corpus: primo ex eo, quod eius portione ac substantia sumptum & formatum est corpus illud deificatiuum, quod in unitatem personæ sibi assumpsit uerbum æternum. O prorsus incomparabilis domina, pretiosissima uirgo Maria, cuius portio modica à uerbo ęterno assumpta, ad redimẽdum totum genus humanum fuit idonea: Secũdo, quoniam in castissimo utero eius quieuit & cõmoratus est mensibus nouem dei unigenitus, homo factus & nutritus mundis ipsius sanguinibus. Si uirtus exiuit de Christo inter homines conuersante, & sanauit omnes, quãta uirtus intra tot menses emanauit ex eo in uas illud mundissimũ, in q̃ ipsemet sic personaliter habitauit. Si quis per horã teneat in manu rem odoriferã, ptiosam, suauem, nonne manus eius contrahit inde fragrantiam & uirtutem? Quantã ergo suauitatem, dignitatem, munditiam conferunt immaculatissima uiscera benedictæ Mariæ ex causa diuina habitãtis in ea, præsentia eius qui est essentialiter & incircunscriptibiliter ac superplenissime sanctus, dignus, suauis ac uirtuosus. Tertio, quoniã uerum deum ex se uere & corporaliter natũ hæc optima & benignissima uirgo Maria suo felicissimo corpore quotidie cum summa charitate, reuerentia, & humilitate honorauit, nutriuit, lactauit, circunferebat, amplectebatur, deosculabatur & contrectauit, impendens adorãdo infantulo, quod infantibus solent impẽdere genitrices. Quis in horum consideratione satis miretur, & non prorsus deficiat? quis electissimæ uirginis dignificationem capere queat? quis non totis præcordijs tantę dignitati, excellentię ac beatitudini eius singularissimę, cõgratuletur? Certe ò præamabilissima

uirgo tam dignificata est ex prætactis tua illustrissima caro, ut nullius puræ creaturę corpus, nec cœlorum, nec planetarum, nec syderum ei ualeat in nobilitate & dignitate ęquari.

Articulus XVIII. De dignitate & sanctitate singulorum membrorum uirgineæ matris: & de copiosa iucunditate ipsius in pręsentia, contrectatione & deosculatione unigeniti sui.

BEatus uenter qui te portauit Christe, & ubera quæ suxisti. Cum dominus & saluator cœlestis doctrinæ fluenta euangelizanda effunderet, una mulierum, sacrę eius prædicationi toto corde intenta, atq; ipsius eloquentiam sapientiamq; uehementer admirans, ex interiori abundantia protulit suauissimum uerbum iam allegatum. Deniq; quàm uere & eminēter, q̃ singulariter & supernaturaliter dignificata, beatificata, & ut sic loquar, deificata sint omnia fœcundissimæ uirginis membra, ex Christi uerbis docemur, quibus suis dixit discipulis: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis, & aures quę audiunt quę uos auditis. Dico enī uobis, ꝙ multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quę uos uidetis, & nō uiderunt: & audire quę auditis, & nō audierunt. Si ergo cōmendantur & beatificantur à Christo oculi & aures, qui eum uiderunt & audierunt: & si tam magnum ac salubre fuit saluatorem uidere & audire in carne, quòd sancti prophetę & reges hoc auidissime optauerunt, q̃ magnum, saluberrimum ac desiderabilissimū fuit, ipsum dei patris unicum filium, castissimo uentre concipere, portare, nutrire, parere, cōtrectare, & non solum interiori exterioriq; uisu uidere, ut dominum deum ac saluatorem: atq; audire, ut magistrum & prędicatorem, sed etiam ipsum quotidie per tot annos ad libitum intueri & audire, ut unicum & amantissimum filium, imò ut ei dignissime subditum, ut cœlestem spiritualem & specialissimū sponsum, ut familiarissime & amorosissime cohabitatorē domesticum. Beatissimi ergo sunt oculi summę suauissimę & æternaliter benedictę Marię, qui deum incarnatum ita uiderunt: beatissimę aures eius, quę Christum sic audierunt: beatissimus tactus eius, qui illum assidue ac maternaliter corporaliterq; tractauit: beatissimus gustus eius, q cum rege cœlorum q̃tidie comedit & bibit: beatissimus eius olfactus, q dulci saluatoris odore frequenter est immutatus. Sacratissima ac suauissima ubera eius, quę uniuersitatis opifici alimoniam prębere electa sunt. Felicissimum os & labia uenerabilissimæ & pręclarissimę prorsus Marię, quæ deum ex se natum infantulum, toties & tam affectuosissima atq; purissima affectione sunt osculata. Beatissimę manus glorificandę Mariæ, quæ filium dei ac suum tam crebro in se tenuerunt, circumferebant, duxerunt, & obsequia infantibus debita exhibuerunt eidem. Beatissimum pectus eius & brachia, iuxta quod & inter quę dei filius, toties in sua infantia pie creditur quieuisse. Beatissimum collū eius, ad q̃d puer Iesus ubera sugens uirginea, toties sua extendit brachiola: beatissimi pedes eius & crura, quibus processit ad prętacta Christi obsequia, & eum tam intra se nondum foris natum, quàm extra iam genitum baiulauit. Beatissima ac splendidissima uiscera eius, in quibus omnipotens uirtus, sapientia increata & incarnata, tot mensibus requieuit. Sic & cętera eius membra rite beatissima prædicantur, & quod minus honestum apparere posset in ea, singulariori honestate, castitate & gratia, in ipsa desuper honestatum agnoscitur, hęc oculo mundo sunt contemplanda. Sicq; de his uiri deuoti ac cœlitus illustrati, synceriter ac deuote sunt elocuti: O beatissima mater ac uirgo purissima, quàm sancta, suauia, puraque oscula, tenellis genis, ac labijs atq; clarissimis Christi infantuli oculis hilariter ac reuerentissime impressisti. O felices purissimiq; amplexus, quibus sanctus sanctorum, sanctitas ipsa immensa, & mater sanctitatis ac pulchrę dilectionis se inuicem amplectebantur. Quis cordis tui arcana nobis poterit referare? Optima & pręamabilissima uirgo Maria, qualiter cogitatum tuum ad utrunq; flectebas, dum unum eundemq; filium dei ac tuum in manibus tenens, nec adorares ut deum altissimum, nec oscularereris ut tuum puerulum. Quid lætitię habuisti in mente, dum talem ac tantum filium tuis sacris lactasti uberibus, & circumferebas tuis brachijs sanctis, quæ ipsum fouebas in gremio, reclinasti in cunis & lecto, & osculabaris ore sereno. O quanta, quàm incomparabiliter grandia, quàm unice ac saluberrime singularia sunt hæc ò benedicta ac diuinissima uirgo Maria, quantum dilexit & qualiter pręelegit te de⁹ omipotēs, q̃tū te honorauit, q̃ familiarissime & gratiosissime tecū egit, q̃tū eū diligere, & qualiter ei regr̃ari teneris. O delectabilissima dn̄a, ò admirabilis ac felicissima creatura, o q̃ uere dixisti, qa mihi fecit magna q potēs ē, q̃ grata ac hūili mēte cecinisti:

Luc.11

Luc.10

Magnificat anima mea dñm, q̃ synceriter fatebaris, Exultauit spiritus meus in deo salutari
Lu.1 meo. Ecce uenerandus & magnus ille patriarcha Abraham pater tuus, imò potius seruus
Iohan.8 ac filius tuus, exultauit ut uideret diem Christi filij tui, uidit & gauisus est, qui tamen filiũ tuum non uidit, nisi in spiritu aut figura. Et si tantus uir ex imaginaria, spiritali aut typica uisione Christi futuri ita gauisus est, atq; cum tam ingenti affectu ipsum optauit uidere, q̃ pręcordialiter tu felicissima mẽs, laudabilissima semper Maria, in ipsius Christi filij tui gaudebas pręsentia & aspectu. Certe tanto plus quanto amplius eũ amasti, quo clarius cognouisti, quo familiarius cohabitasti, quo licentius contrectasti. Postremo, Symeon ille iustus ac timoratus, uiso filio tuo, quẽ tam diu ac feruide fuerat pręstolatus, gauisus est uehementer, imò ineffabiliter, apprehenditq; puerũ IESVM in ulnis suis, & benedixit deum patrem
Lu.2 ac dixit: Nunc dimittis seruum tuũ dñe scdm uerbum tuum in pace. Verum sanctus & sapiens senex ille te ò gloriosa Maria, ò affectuosissima mater, sapienter pręauisauit, & contra futuros tuos dolores congrue pręmuniuit, admonens te sic de filij tui maiestate atq; præsentia gloriari, ut nihilominus scires te cum illo, & propter illum multa passuram. Hinc dixit ad te de filio tuo: Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorũ in Israel, &
Ibidem in signum cui contradicetur, & tuã ipsius animã pertransibit gladius.

Articulus XIX. Quòd pręfatę iucunditati benedictæ ac uirgineę matris, admixtus fuit frequenter dolor & mœror multiplex & amarus.

Cant.1 FIlij matris meæ pugnauerunt contra me. Filij matris beatissimæ uirginis fuerunt Iudęi, filij synagogæ, q Christum persequendo, eius quoq; genitricem grauiter afflixerũt. Itaq; sancta & gloriosa uirgo Maria excepta nõ fuit à lege & regula illa cõ
Psal.31 muni, multę tribulationes iustorum, imò quo iustior, perfectior, atq; in charitate
Multæ uirginis Marię tribulationes. dei ac proximorũ erat feruẽtior, eò in uita hac plures & acerbiores habuit afflictiones. Primo aũt fuit pia compassione afflicta, dum Christo ex se nato statim uidit eum frigore affici, eiusq; uagitum ac ploratum audiuit, & dum eum in duro reclinauit præsepio. Secundo & grauius condolebat, dum puer sanctus circũcidebatur, nõ sine graui dolore, cum esset cõplexionis tenerrimæ, & uteretur plenarie rõne. Tertio, dum iusti Symeonis prophetiã au
Luc.2 diuit dicentis: Ecce positus est hic in ruinã & resurrectionem multorũ in Israel, & in signũ cui contradicetur: & tuam ipsius animũ pertransibit gladi⁹. Ex quibus uerbis cõsiderauit dilectissimum filium suum à multis Iudęis spernendum ac crucifigẽdum, quod & ante cognouit. Quarto, quando percepit filium suum in Aegyptum esse transferendum ad fugiẽdum persecutionem Herodis, & quod impius ille inquisiturus esset innocentissimũ infantem ad occidendum. Quinto, quãdo audiuit occasione filij sui trucidatos esse à crudeli & ambitiosissimo illo tyranno plurimos pueros innocentes, quorũ parentibus & amicis, potissime matribus, pijssima uirgo cõdoluit uehementer. Sexto, dum unicum filium suũ charissimum natũ, pannis inuoluendo, ac deinde assidue intuendo, audiendo & iuxta se collocando, meditabatur q̃ crudeliter esset ab impijs crucifigendus perforandus & occidendus, ex qua meditatione fuit in sacratissima atq; mitissima & affectuosissima matre tenerrima prorsus, pijssima, frequẽs & nimis amara cõpassio, afflictio, angustia interdum pene usq; ad extasin & defectum. Veruntamen ex spiritussancti dispositione talis consideratio & afflictio in benedictissima matre moderamen habebant, & ex intuitione copiosissimi ac saluberrimi fructus passionis dominicę, releuamen & consolationem sortiebant. Septimo,
Luc.2. quando quęsiuit eum, & post triduum quęsitum inuenit in templo. Octauo, quãdo aduenit quemadmodum Iudæi increduli & ingrati Christum persequebantur detrahẽdo, mur
Luc.14 murando, irridendo, blasphemãdo, obseruando: & quando eduxerunt eum ad pręcipitãdum, atq; dum eum lapidare uolebant. Nono, dum eum audiuit passionem suam prædice
Mar.14. re, præsertim in domo Symonis leprosi, fuso super eũ pretioso unguento, ac deinde clarissime in domo Marthę. Decimo, quando in die cœnę recessit ab eo, sciens eum in die sequente crucifigendum. Vndecimo, quando audiuit eum iam esse captum. Duodecimo, dum primitus uidit eum in manibus hostiũ lamentabiliter immutatũ: & exinde in tota filij sui passione ei fidelissime, indesinenter ac uehemẽtissime fuit cõpatiens. In grauissimo quoq; mãsit dolore quousq; filius suus à morte resurgens, ei primo apparuisse credẽdus est. Et tãto suauius eã alloquebatur & consolabatur, quãto nouerat eã præ cęteris cordialius sibi condoluisse. Attamen Christo sepulto, benignissima uirgo ex consideratione glorię filij sui, & mox futura resurrectione ipsius, atq; ex contẽplatione multiplicis fructus passionis Christi, quoddam habuit consolatoriũ releuamen. Tertiodecimo, quando loca passionũ sui filij

uisitabat: tunc enim diligentissime ad memoriam reuocauit ea quæ Christus in illis sustinuit locis. Quartodecimo, quando attendit ea quæ fideles sustinuerunt pro Christo, quibus condoluit pijssima domina. Quemadmodum etiam fertur in Actis: Quòd uiri timorati, qui Stephanum sepelierunt, fecerunt planctum magnum super eum. Insuper sacratissima uirgo Maria omni spiritali amore plenissima, de infidelium Iudeorũ excæcatione, obduratione, ingratitudine, damnatiõe, maxime tristabatur. Sicut & apud Marcum legitur: Contristatus est Iesus super cæcitate cordis eorum. Hinc ipsa uerissime dicere potuit illud apostoli Pauli: Tristitia mihi est magna & dolor continuus cordi meo pro Iudeis. Deniq; his concordãt quę in reuelationibus sanctę Brigittę recitantur, in quarum una legitur excellentissima uirgo sanctę Brigittę retulisse: Quãdo considerabam in manibus & pedibus filij mei loca, in quibus erat clauus perforãdus, quem scdm prophetas sciui crucifigendũ, tunc oculi mei lachrymis replebãtur, & cor meum quasi præ tristitia scindebatur. Et dum filius meus inspexit oculos meos lachrymãtes, condoluit mihi & tristabatur quasi ad mortem. Cum uero considerabam potentiam deitatis eius, iterum consolabar, sciens q ipse sic uellet & taliter expediret: ideo oẽm uolũtatem meã conformaui uolũtati ipsius, & sic semper letitia mea mixta extitit cum dolore. In alia quoq; reuelatione dulcissima uirgo Maria ait ad Brigittam: Licet sciebam filium meum ex inspiratione diuina passurũ, tamen ex uerbis Symeonis, quibus dixit, gladium pertrãsiturum animam meam, & filium meum positum in signum cui contradiceretur, grauius perforauit dolor iste cor meum. Qui quousq; assumpta fui in corpore & anima, non à meo defuit corde, licet ex consolatione spiritus sancti temperabatur. Nam quoties aspiciebam filium meum, quoties eum pannis inuolui, quoties manus eius ac pedes inspexi, toties animus meus quasi nouo dolore absorptus ẽt quoniam cogitaui qualiter crucifigeretur. Insuper quoties audiui obprobria filij mei & mendacia contra eum prolata atq; insidiãs ei positas, toties animus meus motus est dolore, ita quòd uix potuit se tenere: sed uirtute dei, dolor meus modum honestatemq; habuit, ne leuitas & impatientia in me notarentur. Patiebar quoq; dolorem ex tribulatione apostolorum & aliorum discipulorum: ideo non discedat dolor iste ab anima tua: quoniam nisi essent tribulationes, paucissimi saluarentur. Cum autem quodam tempore, cogitante me de passione filij mei, uideret me mœstissimam, dixit: Non credis mater q ego in patre sum, & pater in me est? Nũqd tu polluta es in ingressu meo, aut in egressu meo tribulata? Cur mœrore contraheris? Voluntas enim patris mei est me pati mortem: imo uoluntas mea est cũ patre. Quod aũt habeo de patre, pati non potest, sed caro quam sumpsi de te, patietur, ut caro aliorum redimatur, & spiritus saluentur.

Margin: Actu. 8 — Mar. 3. — Rom. 9 — Lu. 2 — Ioan. 14. — Mat. 26. — 1. Cor. 4

Articulus XX. Cõmendatio uteri uirginei ac materni.

Benedictus fructus uentris tui. Quàm excellenter, supernaturaliter ac singulariter honorauit deus omnipotens uirginem benedictã, quàm inæstimabiliter sublimauerit suauissimam, admirabilem diuinissimamq; Mariam, nulla mens penetrare, nulla potest lingua effari. Certe in prę amabilissima hac Maria optima uehementer, copiosissime adimpleuit, quod primo Regum effatur: Quicũq; glorificauerit me, glorificabo eum. Etenim quoniam beatissima & in æternum uenerandissima uirgo Maria creatorem suum totis uiribus honorauit, ipse quoq; adorandus creator, deus incircunscriptibilis maiestatis, ipsam tanto sublimauit honore etiam in hac uita, quod personæ creatæ non potuit maior honor ac dignitas exhiberi, faciendo eam sui ipsius genitricem uerissimam. Tanta quoq; plenitudine gratię ac uirtutum, donorum & fructuum, beatitudinum ac meritorum hic ipsam ornando ac superimplendo, quòd puræ creaturæ in esse creato subsistenti non decuit plus conferri. Denique, nonne ista est dignitas serenissimæ uirginis quasi immensa, quòd is qui est uerbum æternum, naturalis, incircumscriptus, adorandusq; filius dei patris, appellatur & est fructus uentris præstantissimæ uirginis huius? O gloriosissima domina, superexaltata Maria, quanta est excellentia ista, quod fructus & unica proles mentis paternæ genitoris altissimi & immensi, factus est, & uocari dignatur fructus uteri tui. Ecce unigenitus filius qui est in sinu patris, qui ęternaliter manet & conquiescit in luce paternę mentis, descendit o domina gratiosa, ò regina dignissima in uterum tuum per incarnationis mysterium, & in eo conclusit seipsum, efficiens se filium tuũ & uteri tui mundissimi fructũ. Nõ immerito locutus est deuotus tu' Bernardus: O uenter cœlis diffusior, orbe terrarum capacior. Nonne cellula illa uteri uirginalis, in qua continebat & circũ

Margin: Luca. — 1. Reg. 2 — Luc. 1. — Iohan. 1. — Bernardus.

circũſcriptus erat in natura aſſumpta is quem nec capere poteſt, nec circũſcribere machina uniuerſi,facta eſt per effectum hunc cœlo diffuſior,totoq; mundo capacior. O deſuper honoratiſſima & ineffabiliter preelecta Maria,quàm totam cuiuſq; ſingula membra,ſpecialiter quoq; uterum prorſus caſtiſſimum taliter honorauit & dignificauit altiſſimus: nempe uenter tuus dei filio conſecratus,tam uere & eminẽter factus eſt thronus dei, ut nec aliquis angelorũ,nec aliqs cœleſtium orbium,nec cœlum empyreum,nec anima ulla iuſtorũ tam appropriate ac uere dicatur thronus dei,ut ſacratiſſimus uterus tuus. Nec enim in aliquo illorũ cõmoratus eſt unq̃ aut reſedit uel requieuit deus maieſtatis incircũſcriptæ per commenſurationem realem,per circũſcriptam incluſionem,per continẽtiam filialem, ſed duntaxat in te atq; in medio uentris tui digniſſimi ita cõmoratus eſt, reſedit & requeuit dei filius deus uerus. O ſumma & benedicta Maria uirgo puriſſima. Deniq; ex hoc priuilegio tuo appellationes digniſſimę tuo ſacro cõueniunt uentri ò omnium decus & ornamentũ creaturarũ. Hinc nanq; tuipſa & uirginalis ac fœcundiſſimus uterus tuus ueriſſime cõme-
Pſal.18 datur & appellat thalamus dei,cubiculum ſponſi cœleſtis,domus & manſio creatoris, ta-
Pſal.45. Pſal.47 bernaculum ſaluatoris,ſacrarium ſpiritusſancti,templum altiſſimi,hortus deliciarũ,paradiſus cœleſtium gaudiorũ,myſticarũ ſecretarum nuptiarum, quibus unita eſt uerbo æterno natura humana & ipſa quoq; eccleſia. O q̃ cõuenieter,q̃ deuote locutus eſt tibi fidelis Ber-
Bernardus. nardus. Iam igitur uterũ tuũ tanq̃ ſacratiſſimũ dei templũ totus mũdus ueneret, quia in eo ſalus mundi eſt initiata. Ibi decorem indutus eſt filius dei, & preelectæ ſuę eccleſię formoſus
Pſal.92 Eſa.61. in ſtola candida exultanter occurrit, deſideratũ diu oſculũ porrigens, & eccleſiam ſibi deſpõſans. Hortus deliciarũ eſt nobis ſacratiſſimus tuus uter⁹ Maria, qa ex eo multiplicis gau-
Pſal.30. dij flores colligimus, quoties mẽte recolimus, q̃ magna multitudo dulcedinis uniuerſo orbi inde profluxerit.

Articulus XXI. De fœcunditate glorioſæ ac generoſæ Marię.

Pſal.51. EGo quaſi oliua fructifera in domo dei. Cum bonum ſit ſui cõmunicatiuũ ac diffuſiuum, quod melioris productiuum eſt germinis, melius eſſe cenſetur: quanta ergo bonitas uirgineę matris, quæ filium peperit bonitatis immenſę, utputa uerum deum: quanta eſt eius fœcunditas, quę comparentalis eſt patri æterno, quę opificẽ genuit uniuerſi, & proprium generauit artificem increatum: & q̃uis ipſa non ſit mater illius q̃tum ad eam naturam, qua ille eſt bonitatis immenſæ, qua & creatiua potentia conuenit ei: nihilo min⁹ uere eſt mater illius: & niſi p dona excellẽtiſſimę grę dignificata & aptata fuiſſet tantum concipere, generareq; filium, non eum utiq; concepiſſet. Itaq; ſicut bonitas, ita quoq; cauſalitas & fœcũditas amabiliſſimę uirginis Marię ſanctiſſimę, omnium creaturarũ bonitatem, cauſalitatem & fœcunditatem tranſcendit: Quippe quę peperit illum à quo non ſolum deſcendit omne eſſe naturę, ſed etiã omne eſſe grę, & omne eſſe glorię ac ſa-
Cauſæ uniuerſales quatuor. lutis. Amplius, Summi philoſophi poſuerunt quatuor cauſas uniuerſales, uidelicet deum, intelligentiã, animã nobilem, quã putabãt cœleſtis corporis formã, & naturam uniuerſalem, id eſt, uim cauſalem cœleſtium corporũ ſubſtãtijs inditã: ut conceſſo q cœleſtia corpo-
Nulla cauſarũ uniuerſaliũ Marię cauſalitati æquari poteſt. ra eſſent iuxta illorũ opinionem aĩata, nulla tñ prędictarũ cauſarũ poſt deũ, imò nec oẽs tres ſimul cauſalitati & fœcunditati Marię poſſent ęquari: quoniã fructus & filius glorificãdę Marię omnes illas atq; earũ effectus in bonitate & dignitate trãſcendit in infinitum, q̃tum ad deitatis ſuę naturã: ineffabiliter quoq;, quo ad naturã aſſumptã, ut uerbo ęterno immediate unitã, ac tãta grarũ plenitudine conſummatã, atq; tã inæſtimabili beatitudine adimpletã. Inſuper dato q una intelligentia produxiſſet aliã, ut quidã ſcripſerũt philoſophi, nõ tñ earum fœcunditas, ſacratiſſimę Mariæ poſſet fœcunditati ęqualis cenſeri, cũ ipſa oim in-
Maria oĩm intelligẽtiarũ cauſam primã peperit. telligentiarum pepererit primariã ac ſummã cauſam, quem omi effectu plus influit q̃ quęcunq; cauſa ſecunda. Amplius, In redemptione, reparatione & ſaluatione totius humani generis, illuſtriſſima uirgo tã excellenter cooperatã uidetur, q nulla creatarum cauſarũ naturalis cauſalitas, fœcunditas aut poteſtas ei ualet æquari: ſicut nec dona naturæ donis
Maria ad impetrandũ potẽtiſſima. poſſunt gratię aut glorię in dignitate comparia perhiberi. Conſtat prętereà, q amãtiſſima dei tam potens ſit apud omnipotentem filium ſuum ad impetrãdum cunctis eã inuocãtibus chariſmata grarum, q eius potentię in hoc nullius creaturę poteſt comparari potentia, nec ulla naturalis poteſtas. Poſtremò in ſupnaturali poteſtate faciendi miracula, in poteſtate coercendi aereas poteſtates, in poteſtate gubernatiua ac defenſiua totius eccleſiæ,
Cant.6 in poteſtate imperãdi omni rationali intellectualiq; creaturæ, non eſt poſt deum perſona, prę̃ſtãtiſſimæ uirgini comparanda. Sed ipſa beatiſſima ac diuiniſſima creatura primatũ in

his

his omnibus est sortita, ideo aduersarijs potestatibus perhibetur terribilis ut castrorum acies ordinata: de qua rursus in Canticis legitur: Quid uidebis in Sunamite, nisi choros castrorum? At uero prefatam supernaturalem fœcũditatem accepit incomparabilis uirgo non à uiro, sed à spiritusancto: qui quod in alijs matribus facit uir & uis seminalis, superior inferiorq; natura, hoc totum in deiformi uirgine Maria Christifera, instantanee & miraculose effecit. Hęc est pręclarissima uirgo: quoniam sicut mens dei patris genuit ab æterno uerbum ęternum, per quod facta sunt om̃ia, quod est uniuersorum creator: sic uterus uirginis peperit idem uerbum adorandum ex se incarnatum, per quod reparata sunt cũcta, quod omnium est saluator. Ex fonte paternę mentis manauit sapientia æternalis, omnium salus & gloria: & hęc ipsa sapientia incarnata ex fonte profluxit uirgineę matris. Cant. 6 Eccl. 24. Iohan. 1.

Articulus XXII. Quàm specialiter & ineffabiliter deus hanc uirginem dilexit ac pr ędilexit, elegit & pręelegit.

EGo dilecto meo, & ad me conuersio eius. Diligere, est alicui bonum uelle: Illud ergo deus plus diligit cui maius tribuit bonum. Vt ergo intueamur quantũ & qualiter deus omnipotẽs ab æterno dilexit gloriosam optimamq; Mariam, pensemus quid ei contulerit. Nonne pater æternus consubstantialem & unicum filium suũ, quem certe tã infinite amat sicut seipsum, misit & dedit uirgini gloriosæ in filium uerum, fecitq; eam sponsam suam singularem & sibi comparentalem, atq; prę omni creatura in esse creato subsistente eam honorauit ac sublimauit, ita ut omnes quoq; ciues triumphantis ecclesię eam iure fateantur dominam suam, reginam & imperatricem, utpute dei ac creatoris eorum matrem? Preterea unio ex amore procedit: tanto itaq; specialius ac eminentius deus adorandus dilexit & pręelegit Mariam, quãto intimius, propinquius ac familiarius se ei uniuit. Sed huic gloriosissimæ Marię deus coniunxit se, non solum per gratiarum charismata, per illuminationem, dilectionem aut adhęsionem extrinsecam, sed item per naturalem & realem quandam idẽtitatem: quia factus est aliquid eius, eo modo quo proles est aliquid suæ parentis. Etenim aliquid substantiæ uirginis sacrę assumpsit, & hypostatice atq; realiter illud sibi uniuit, & habitauit in medio eius. Deniq; tam inseparabiliter sibi coniunxit mentẽ beatissimę & gratiosissimę huius Marię, etiam in utero matris suæ, q; ipsa deinceps nunquam potuit peccare aut separari à deo. Cumq; ipsa unica dei amica ratione uti cœpisset, mox indefinenter deus sublimis mẽtem ipsius magis ac magis sibi coniũxit, eam in omni charitate, ueritate & gratia faciẽs incessanter proficere: sicq; ipsam assidue spiritaliter ditans, largissime implens & amorosissime superadimplens. Ex quo innotescit quàm specialissime ipsam dilexit. Amplius, amicorum est eadem uelle & nolle: Idcirco tanto plus diligit deus mentem creatam, quanto perfectius eam conformat suæ uolũtati diuinæ & increatę. Cum itaq; deus maiestatis & glorię infinitę mentem Marię dulcissimę tam perfectissime conformauerit sibi, q; ipsa beatissima uirgo nunquam aliquid uoluerit, optauerit, effecerit aut omiserit displicẽs aut contrariũ deo, aut aliter quàm deus uoluit eam uelle optare, committere siue omittere, imò in omnibus illis toto corde ipsa concors, conformis & placita fuit deo, constat q; specialissime & ineffabiliter ipsam dilexit. Insuper, amicorũ est mutuo sibi pandere sua secreta: Ideo conditor benedictus tanto excellentius sacratissimam dilexit Mariam, quo ab exordio redemptionis humanæ ei familiarius, clarius atq; solennius reuelauit incerta & occulta sapientiæ suæ, ac decreta sui consilij super saluatione generis humani, per incarnationem & passionem uerbi ęterni. De qua re per Gabrielem archangelum, gratiosissimam adolescentulã informauit & certificauit eandẽ, affirmãs ex ea, & in ea & per eã tm̃ humanę salutis cõplendũ esse mysteriũ. Postremo, ut partim patuit ex inductis & infra clarius elucescet, deus munificentiæ infinitæ diuitijs gratiæ suæ in uia atque diuitijs gloriæ suæ in patria tam munificentissime suam dilectissimã adimpleuit Mariam, quãtũ sine personali unione potuit pura capere creatura, aut ei desuper dari condecuit. Laudemus ergo & iugiter glorificemus deum omnipotentem, æternum, immensum in hac sua praeclarissima creatura, singulari & praecharissima sponsa, eo quòd bonitatis, pietatis ac charitatis suæ immensitatem, liberalitatis suæ interminabilitatem, sapientiæ suæ profunditatem, & omnipotentiæ suæ uirtutem tam praeexcellenter in ipsa monstrauit, non solum ad ipsius felicissimæ Mariæ salutem, honorem & laudem, imò etiam ad om̃ium nostrum opem, profectum & gloriam: quia per ipsam unicam suam amicam decreuit om̃ibus nobis copiose succurrere, implens eam tã admirabili ac liberalissima plenitudine opulentię

Cant. 7 Maria q̃rõ a deo dilecta. Iohan. 15. Psal. 45. Psal. 50

Ioan.1. lentiæ suæ, quatenus de plenitudine eius omnes accipiamus. Itaq; si hanc serenissimã amabilissimamq; Mariam, qua post deum nulla persona creata amabilior extat, uere diligimus, totis congratulemur ei præcordijs. De omni hac excellentia & prælectione ipsius, & quia ita diuino amore præuenta est, ac super his tota mentis alacritate regratiemur altissimo.

Articulus XXIII. Cõmendatio sacratissimorum uberum uirginis gloriosæ.

Cant.1. Meliora sunt ubera tua uino, fraagrãtia unguẽtis optimis. Queadmodũ speciosissimæ uirginis uterus est omnibus nobis specialiter honorandus, syncere ac feruide diligendus ac deuotissime cõmendãdus, eo quòd filius patris æterni Luc. factus sit fructus & filius uteri eius, & ipse uirgineus uenter factus est thronus ac thalamus unigeniti dei patris, ita post hunc uterum purissimũ uirginalem, diuinissimæ Mariæ ubera sunt syncerissime diligenda, reuerentissimę collaudanda, puroq; mentis intuitu contemplanda. Intueamur pro uiribus quàm deificata sunt ubera illa uirginea, quę deus incarnatus proprio ore sanctissimo toties suxit, & puerilibus ac tenellis manibus suis tã frequenter appendit, tetigit, contrectauit. O quàm ineffabiliter dignificata sunt ubera illa ex tam amoroso, immediato assiduoq; contactu unigeniti filij dei: amplius tñ ex suctione, lactatione & educatione ipsius ex illis. O felicissima illorũ fœcunditas uberũ, quæ uniuersorum pastorem ac prouisorem pauerũt: quæ illi alimoniã præbuerunt, in quo oculi omnium sperant, datq; illis escam in tempore opportuno: qui aperit manũ suã, & implet omne animal benedictione: qui & angelicas reficit mẽtes: sine cuius prouisione omnis mox are-

Psal.146. sceret atq; deficeret creatura. Nonne ò benedictissima & prorsus præamabilissima, uirgo mater dña & saluatrix, nonne ipse est qui operit cœlũ nubibus, & parat terræ pluuiã, quã si subtraheret, cuncta hæc fame deficerent? Hic talis ac tantus, deus æternus, immẽsus nulliusq; indigens, ex te ò Maria clarissima, infans unius diei effectus, ex tuis sanctissimis uberibus est nutritus. O suauissima & superdignissima uirginea ubera, quę illum sustẽtare electa sunt, sine cuius conseruatione nulla creatura ad momentum posset subsistere. Bene in

Cãt.4. Canticis sponsus munditię ait ad te: Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea, sponsa. Certe meliora sunt ubera tua uino, fragrantia unguentis optimis: qm̃ ab omni terrena & sensuali concupiscentia, labe & contactu immunissima erant, atq; totius autorem dulcedinis refecerunt. Quemadmodum etiam exuberantia interni fulgoris sacratissimæ puerperæ in uenustissimo eius uultu aliquo modo fertur resplenduisse, eo q; sol sapientię in purissimo ipsius mãserit corde ac uẽtre: sic bendicta ubera eius, quę credi possunt dulci fragrasse odore ex plenitudine suauitatis suæ internæ assiduoq; contactu, oris & manuum prolis diuinæ ac adorãdæ. O admirabile & pręclarum iucundissimumq; spectaculum, oculis fidei intueri Christum dominum, regem Messiam, gloriosum infantulum, unigenitum dei filiũ uberibus matris uirgineæ applicatum, & ea sugentem, suisq; infantilibus tenerrimis manibus ipsa tangentem. Quid mẽtis, quid glorię tibi tunc fuit ò pudicissima turtur, ò deuotissima ac speciosissima uirgo, dum illis tuis uirgineis ac maternis columbinis & clemẽtissimis oculis cernebas puerulum illum speciosum forma præ filijs hominum, rubicundũ & cãdidum prę milibus angelorum, imò creatorem uniuersorum, sic tuis uberibus appendentem? Opinor ò domina, non eum tot stillicidia materni uirginalisq; lactis ex sacris uberum tuorum fontibus emulsisse, quot iaculis charitatis, quot sancti amoris ardoribus beatissimam tuam inflammauit uulnerauitq; animam: nisi, quod absit, qui dat omnibus affluẽter, tibi duntaxat extiterit parcus. Quantum ò delectabilis gracilisq; Maria, liberrimus deus nulli penitus obligatus, tibi se obligauit, cuius carnem induit, cuius ubera suxit. Intueamur oculis fidei ac deuotionis puerum Iesum brachiola delicata, nũc ad collum matris extendere, nunc blãdienti nutu ubera matris deposcere, nunc oscula suauissima matri porrigere. Contemplemur matrem lętitię brachijs uirgineis suum filium sustentantem, nunc osculum imprimere oculis Christi sydereis, nunc genis purpureis, nunc labijs roseis, nunc niueę fronti, nunc lacteo collo. Quæ mater, quę uirgo unq̃ in seculo isto usa est tali solatio, tali speculo & obiecto? Hinc congrue dixit quidam deuotus: Oculi uirginales Mariæ nimio fulgore micantes, ò genę rubentes, ò crines aureo splendore nitentes. Felicissima labia tua crebris osculis filij dei deificata. Et licet totum quod in te est, circino diuinę sapientię prudentissime sit formatum, ac decentissime perornatum, singulariter tamẽ miseris nobis ubera tua, quę regem dominũ lactauerunt, dulcius sapiunt, quoniã ab eorum ubertate atq; uberrima fœcunditate cœligenæ ac terrigenę iucundãtur, ac dulcibus uestris recreantur ex fructibus. Hæc sunt uelut hinnuli capreę gemelli, qui pascuntur in lilijs. En condi-

Cant.4.

tor orbis, cœlos ornauit syderibus, elementa animantibus uarijs, nemora folijs, prata flori
bus: sed sup hęc oia corpus tuũ sanctissimis decorauit uberibus. Hęc sunt duę oliuę specio
sę, uberrime liquorẽ grę, lactis ac mellis, superis ac inferis propinãtes. Niuei pomella cãdo
ris, quę à spũ sancto fœcũdata, fructũ immortalitatis conferunt degustata. Hæc sunt mala Cant.
granata aurea, spherulę ac lilia, templũ ueri adornãtia Salomonis. In his plena cõcupiscen-
tię carnalis extinctio, & cœlestis ac supernaturalis delectatio. Nouit qui gustauit, q̃ citissi-
me ac perfectissime om̃is carnalis euanuit affectio & uoluptas, cum de lacte gratiarum tu-
arum fuerit degustatum.

Articulus XXIIII. De annuntiatione dominica facta uirgini gloriosæ.

MIssus est Gabriel angelus à deo in ciuitatẽ Nazareth ad uirginẽ. Producturus Luc.
omnipotẽs quosdã electos & eximios uiros, eorundẽ per angelos sanctos præ
nuntiauit cõceptum, nomẽ, officium, gratiã, uitã. Queadmodũ patet in ueteri
testamento de Isaac, Sampsone atq; Iosia: in nouo etiã testamẽto de beatissimo Gene.
Iohanne Baptista: q̃tomagis unigeniti filij dei incarnationem, conceptum & natiuitatẽ ex Iudic.13.
uirgine prępelecta, decuit ei pręnuntiari per angelũ sanctũ, pręsertim quia in hac incarnati 4. Reg.
one unici filij dei, pręclarissima uirgo Maria fuit assumenda in sponsam patris ęterni, ad cõ Luc.1.
cipiendum ac pariendũ unicũ filiũ eius. In despõsatione aũt & matrimonio requiritur cõ-
sensus personæ accipiendę. Venit ergo desuper missus paranymphus, & in primis accipit
gloriosissimę beneuolentiã adolescentulę, salutans eam celeberrime, imò inaudita antea sa
lutatione, Aue, inquiẽs, gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus: hoc est,
prę uniuersis personis fœminei sexus repleta donis gratuitis uirtutibusq; infusis, & gratia
gratificante: in quibus tñ omnibus uirgo gratiosissima adhuc non fuit tam plena, qn in eis-
dem profecit quotidie, saltem quo ad actũ q̃diu fuit uiatrix in mũdo. Deniq;, solennissima
salutatiõe ista audita, turbata, id est, uehemẽter admirata est uirgo humilima, quæ minima
fuit in oculis suis, & sub omni se humilians muliere. Et congrue retulit euãgelista, q turba
ta fuit in sermone hoc angeli, non in apparitione illius, quemadmodum de Zacharia nar- Luc.1.
rauit, quòd turbatus est angelum uidẽs. Creditur quippe, quòd puella sanctissima uidere 1.Cor.
angelum fuerit assueta, q item spirituũ discretione habuerit. Pręterea certissime sciens an
gelus gratiosissimã uirginẽ suæ denuntiationi ac desponsationi diuinę acquieturã & con-
sensurã, per modũ certę assertionis ei pręedicit, q cœlestis sponsi ac patris æterni conceptu
rã sit filium: Ecce, inquiens, concipies ac paries filiũ, & filius altissimi uocabit: qđ prudentis
sima, & in lege ac prophetis erudita puella de rege Messia in lege ac prophetis promisso &
pręnuntiato, intelligendũ esse aduertens, mox inquisiuit, quomodo fiet istud, qm̃ uirũ non
cognosco: tanq̃ dicat: Merito quęro qualiter istud continget, quoniã omnino quãtum in
me est, propono sicut & uoui, nõ cognoscere uirũ. Quocirca rite inquiritur, cur beatissima
hoc quęsiuit, cum (Ambrosio teste) ex Isaia didicerit: Ecce uirgo cõcipiet. Respondet Am Ambrosius.
brosius: Legit, ecce uirgo concipiet: sed quomodo fieret, non legit. Nam quomodo fieret, Isa.7.
nec tanto prophetæ fuerat reuelatum. Sed his obuiare uidetur: quoniam Isaias eo ipso
quo ex reuelatione diuina cognouit uirginem non ex uirili semine concepturam, certus
fuit supernaturali modo ac diuina id futurũ uirtute. Vnde & rursus de tali Christi natiui- Isaiæ.53
tate uaticinans, Ascendit, inquit, sicut uirgultum corã eo, & sicut radix de terra sitiente: Et
est sensus, q sicut uirgultum oritur ex terra non seminata, & radix de terra non complu-
ta: sic Christus nasciturus esset ex uirgine, à uiro nõ fœcũdata. Pari ratione idipsum Chri-
stifera nouit Maria. Et respondendum, q utiq; in generali tã sacratissima uirgo q̃ Isaias no
uerant Christũ diuina uirtute ex intacta uirgine nasciturũ, in particulari: tñ non nouerant
hoc ita distincte, sicut angelus id expressit gloriosæ Marię. Porrò, audita informatione ar-
changeli, illuminatissima atq; docilima uirgo mox credidit & consensit: Ecce, inquiens, an Luc.1.
cilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. O Maria dulcissima quàm ineffabiliter
honorata es in hac annunciatione dominica atq; angelica, in qua pater excellentiæ infini-
tæ offert se tibi, accipere te in singularem & unicam sponsam, ut habeat te sibi comparen-
talem familiarissimamq; amicam & sociam. Offert tibi ò omnium beatissima creaturarum,
unigenitum filium suum ex sua substantia æternaliter natum, ut sit tuus non solum eo mo
do quo est omnium timentium se & diligentium nomen suum, quorum est per gratiam &
amorem, sed specialissimo modo per natiuitatem ex tua substantia, quo utiq; modo, nul-
lius est post patrem æternum nisi tui solius. Hũc unigenitum suum sibi infinita dilectione
amabilem & amatum tibi ò sacratissima Maria, nuntiat, offert, mittit, committit & præstat

in filium. Vide qualiter sentit de te, quàm dignam ac uenerandam te arbitratur, qui te sibi tam familiarem, similimam ac propinquissimam habere dignatur. Itaq; deo pręcipiente angelus iucundissimos, saluberrimosq; rumores à cœlo delaturus in mundum mox descendit, salutat uirgunculam pudicissimam, honestissimam puellam iucundissimo ueneratur elogio. Quę audito modo qualiter mox futura esset genitrix filij dei, dicente archangelo, Spiritussanctus superueniet in te, & uirt⁹ altissimi obumbrabit tibi: ideoq; quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. cognita quoq; impregnatione felicis suę cognatę Elisabeth, gauisa est uehementer, & sancta magnanimitate assumpta, pręualente in ea sanctissimæ charitatis ardore fortissimo, zelo quoq; fraternæ salutis ac redemptionis communis totius humani generis, toto affectu cōcupiuit fieri mater dei, ac saluatorem concipere mūdi. Et modestissimum atq; humilimum dedit respōsum, dicendo: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Et sicut tunc æquiualēter locuta est, Osculetur me osculo oris, hoc est, ipse qui olim multifarie multisq; modis locutus est patrib⁹ in prophetis, imò patribus ac prophetis per angelos sanctos, iam instante plenitudine temporis, in propria persona descendat ad me, & per incarnationis suæ mysterium immediate mihi iungatur, me amplectatur, meoq; utero circundetur ac demum natus ex me, me quoq; corporaliter osculetur. Prolatis autem à sacrosancta iuuencula uerbis prætactis, Ecce ancilla domini, & cętera, protinus deus pater assumpsit sibi eam in sponsam pręcipuam, eamq; mystico spiramine fœcundauit, induens unigenitum suum substantia carnis uirginis benedictæ, quę tunc in instāti deum dei filium, uerum deum concepit. O felix & desideratissima hora, hora ab æterno pręordinata, patriarchis ac prophetis in lege naturę ac lege scripta promissa, in qua misit deus filium suum in terrā, ut homines faceret filios dei. Præterea, pręinductis concordant, quæ in reuelationibus sanctæ Brigittę recitantur, in quarum una legitur Maria pijssima ad Brigittam elocuta: Cum audissem q̄ deus legis, redempturus esset mundū, & nasciturus ex uirgine, tāta circa eum charitate fui affecta, quòd non nisi ipsum cogitaui ac uolui, & iugiter affectaui, ut uiuerem usq; ad tempus suę natiuitatis, si forte fieri promererer indigna suę matris ancilla. Cumq; quadam uice solicite cogitarem, qualis & quanta esset gloria ineffabilis & interminabilis dei, & de eius beatitudine admirarer, uidi mirabilia tria: uidi etenim sydus, sed non tale quale fulget in cœlo. Vidi lumen, sed non quale lucet in mundo. Sensi odorem, sed non quasi herbarum aut rerum similium, imò uere ineffabilē atq; dulcissimum, quo tota replebar & præ gaudio exultabam. Inde statim audiui uocem sed nō de ore humano, qua audita uerebar, ne forte esset illusio: & statim apparuit ante me angelus dei in specie hominis pulcherrimi, dicens: Aue gratia plena. Quo audito mirabar, cur me taliter salutaret: quoniam reputabam me indignam ad salutationem huiusmodi. Cumq; audissem ab angelo, qualiter filium dei conciperem, feruentissimum affectum habui esse matrem dei, & pręamore tunc dixi: Ecce ancilla domini, *&* cętera. Ad quod uerbum concipiebatur filius dei in utero meo cum ineffabili exultatione animæ meæ, omniumq; membrorum corporis mei, & portaui eum in utero sine dolore, aggrauatione ac tædio: humiliaui me quoq; in omnibus, sciens eum quem portaui, esse omnipotentem.

Cha. Heb.1. Gal.4

Tria mirabiles Mariæ ui fionc.

Luc.1

Articulus XXV. In quo actu & loco, & quali situ fuit gloriosa & pręclarissima uirgo Maria, dum ei fiebat annunntiatio de conceptione filij dei, per angelum sanctum.

Luc.10.

MAria optimā partē elegit. Verba hæc ad literā de electa & sctā Maria Magdalena à Christo prolata, de felicissima uirgine Maria Christifera, multo excellētius possunt proferri: ipsa enim prę cæteris ineffabiliter contemplatiuam, quietissimam ac internissimam duxit uitam, etiam in suo sancto connubio. Et nec minus in domo habitationis suæ in Nazareth, quàm in templo Ierusalem: imò in exercitijs uitæ contemplatiuæ profecit assidue, & tantæ fuit perfectionis, q̄ per exercitia uitæ actiuę, ab exercitijs uitæ contemplatiuæ non impediebatur: & si forsan interdum ad horulam suspendebatur actus contemplationis in ea per exercitium uitæ actiuæ, mox cum maiore feruore ad contemplationem redibat. Itaque pie atq; communiter creditur, quòd uirgo dignissima tunc fuit in contemplatione sublimi *&* in loco secreto. Nec obstat, q̄ aliqui pie existimant, q̄ in actu orationis tunc erat, quod *&* satis credendū censet. Imò putāt nōnulli, q̄ tūc deū deuotissime & affectuosissime exorauit pro cōi gn̄is humani salute, & p̄ aduētu regis Messię, q̄ uerę opinor: & hoc ex ordinatiōe & inspiratiōe fiebat diuina: qm̄ p̄ hm̄ōi actus pręcipue disponebat & aptabat ad recipiēdā reuelationē, apparitionē & annū-

tiationē

tiationem illam dominicā de Christi conceptione & incarnatione ex ipsa. Talis aūt oratio
benedictæ atq; dulcissimę uirginis, cōtemplationē & laudē dei includebat, cum oratio di Oratio quid
catur mentis ascensus in deum, quod certum est & cōtēplationi competere: Orans nāq;
perfecte, tota mente in deum suspendit, & eius excellentiā depromit ac fatetur, iuxta quod Psal.17.
sanctus uir loquitur: Laudās inuocabo dominū. Deniq;, solicitis & feruenter orātibus pro
cōmuni salute, fieri solent uisiones & cōsolationes diuinæ. Vnde Daniel ait propheta: Po Daniel.9.
sui faciem meā ad dominū deū meum rogare & deprecari. Cūq; adhuc orarem & prosterner
nerē preces in conspectu dñi dei mei pro monte sancto eius, ecce Grabriel cito uolās teti-
git me, dixitq;: Nunc egressus sum ut docerem te, & indicarem tibi, quia uir desideriorum
es. Communiter quoq; reuelationes diuinę factę sunt sanctis dei, dum erant abstracti ab a-
lijs, & circa diuina ac spiritalia occupati. Hinc patres communiter dicunt, ꝙ pręamāda ac
uerecundissima uirgo Maria tunc erat in secreto cubiculi, & forsan genibus flexis orauit,
apparentiq; angelo sancto, reuerentiam humiliter exhibuit, assurgendo ei, aut alio modo:
& quamuis angelus in assumpto corpore apparebat, perfacile tamē extitit ei clauso introi
re cubiculo: cum & Actuum quinto legatur, angelus apostolos eduxisse de carcere, clau- Act.5
so carcere remanente. Missi eñ nuntij ad adducendū apostolos coram concilio Iudæo-
rum, redeuntes, dixerunt: Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, &
custodes stantes ad ianuas. Aperientes autem, neminem inuenimus: Nempe uirtute diui- Cur p Gabriel
na fit penetratio dimensionum. Postremo si inquiratur, cur incarnatio altissimi nō annun e i facta sit
tiabat Mariæ pijssimę per angelum summi chori, aut certe per multa milia supernorū spiri annunciatio
tuum, sed per Gabrielem archangelum, qui & in ueteri testamēto apparuit Danieli, & Za Mariæ.
charię natiuitatem denuntiauit sancti Iohannis baptistæ, prętertim cum asserat Isaias: Vo Daniel.9
lauit ad me unus de Seraphim. Et respondendum, ꝙ filius dei in primo suo aduentu uenit Luc.1
in mundū. Hunc in omni humilitate & paupertate, ut humilitatis & paupertatis nobis cō- Esaiæ.6.
ferret exēpla, idcirco ad denuntiandum suam conceptionem ex Maria dulcissima, contē-
tus fuit communi solitoq; legato: qui, ut sanctus ait Bernardus, intrauit ad serenissimā uir- Matt.6
ginem in secretum thalami eius, ubi ipsa orauit patrem in abscondito.

Articulus XXVI. Per quam uirtutem electissima uirgo Maria, potissime disponebatur ad hoc, ꝙ facta est mater dei.

FEcit mihi dominus magna qui potens est. Vere sacratissima uirgo Maria dulcissi- Luc.1.
ma, uere magna, imò & maxima, fecit tibi dominus uniuersitatis: quoniam pręcla-
rissima beneficia contulit tibi, & tam in donis gratiæ gratum facientis, q̄ in donis
gratiæ gratis datæ, tam excellenter post humanam filij tui naturam te decorauit,
impleuit, ditauit præ omni rationali intellectualiq; creatura, ut exprimi nequeat: Nempe
ab omni te culpa incessabiliter pręseruauit, & in matris tuę te utero prę cęteris copiose san
ctificauit, & fecit te matrem sui ipsius, per quod te omni purę prętulit creaturæ subsistenti
in esse creato, & fecit te sibi tam placentem, tam amabilem, tam appetibilem, tam decoram,
quòd concupiuit tuam speciem & decorem, & quasi traxisti eum de cœlo in terram, & in Psal.44.
medium uentris tui, ita quòd ex te tuam & omnium nostrum induit & assumpsit naturam,
& sic deus & creator tuus, factus est filius tuus ac omnium nostrum saluator. Nūquid par
ua sunt ista? Nonne tam magna, tam summa & singularia sunt, ut puræ creaturæ citra per-
sonalem unionem cum uerbo æterno maiora dari non ualeant? Interim quæri potest, qua
uirtute potissime felicissima ista iuuencula in diebus adolescentiæ suæ sic placuit creatori,
quòd eius filius uoluit fieri. Et uidetur quòd in actu & merito suæ fidei, cum sancta Elisa- Luc.1
bet dixerit ei: Beata quę credidisti, quoniā perficientur ea quę dicta sunt tibi à domino. Ali
unde apparet, quòd merito suæ humilitatis, quemadmodum ipsa fatetur, Respexit humili ibidem
tatem ancillæ suę. Quòd autem pulchritudine suę mentis, apparet ex uerbis psalmistę, di- Psal.44.
centis ad eā: Concupiuit rex decorem tuum. Quòd uero sua mundissima castitate, uidetur
ex eo quòd in Ecclesiastico legit: Omnis ponderatio non est digna continentis animæ. & Eccl.6.
Sapientię sexto: Incorruptio facit esse proximū deo. Porrò ꝙ per actum doni sapientię, pu Sapien.6
ta per contemplationem & orationem deuotam, quæ actus est latriæ, uidetur ex articulo
præcedente. Et quoniam teste scriptura: Omnia quę desiderant, sapientiæ nequeunt com
parari. Quòd uero per charitatem potissime disponebatur & aptabatur ad dei maternita- Prouerb.8.
tem, probatur ex eo, quòd charitas est uirtus altissima, cæterarum uirtutum forma, finis,
uita & motrix, sine qua nulla uirtus est meritoria aut deo complacita. Charitas q̄q; maxime

Esaie.32

Exod 32.

unit mentem creatam cum deo, qui uinculis charitatis quasi ligari, teneri que dicitur, imò quodammodo superatur, propter quod dolens asseruit Isaias: Non est qui surgat & teneat te, & ipsemet dominus feruido amatori: Dimitte (inquit) me, ut irascatur furor meus cōtra eos. Ad hæc æstimo respondendum, quòd feruidissimus ille interior actus syncerissimę charitatis, quo gloriosa & optima uirgo Maria desiderauit creatorem suum à cunctis hominibus recognosci, amari, laudari ac debite coli, uniuersosq; homines per aduētum filij dei redimi ac saluari potissime, immediate & consummatiue disposuit, dignificauit, aptauit, affectuosissimam dulcissimamq; Mariam ad dei maternitatem. Cęteræ uero uirtutes & dona cum actibus suis cooperabantur & disponebant ad hoc suis modis ac medietate, utputa fides, tanquam basis atq; exordium promerendi. Humilitas, tanquam gratiarum conciliatrix, procuratrix & custos, & tanquam remotiua primi obstaculi omnis boni, puta superbię. Castitas seu uirginitas, tanquam carnem ipsam fœminæ huius pręsertim apti ficans ad unionem cum uerbo infinitę munditiæ. Sapientia, tanquam à creatis ad increatum illud obiectum directe intuitiueq; eleuans. Porrò, per pulchritudinem seu decorem uirginis benedictæ, potest intelligi congeries & ornatus, connexio & complementum omnium uirtutum & donorum meritorumq; gratiosissimæ Mariæ, per quæ omnia simul sumpta maxime deo complacuit, & in eius matrem assumpta est. Quocirca pēsandum, qđ in incarnatione & conceptione filij dei, multa considerantur. Primum est, supernaturalis & incomprehensibilis arduitas siue sublimitas tanti mysterij. Idcirco hoc credere ex se protinus adimplendum, fuit præcipue meritorium: sicq; fides serenissimę & glorificandæ Mariæ, eam ad conceptionem uerbi æterni specialiter præparauit, propter quod dictum est ei: Beata quæ credidisti, quoniam perficienter in te, quæ dicta sunt tibi à domino. Secundo consideratur in incarnatione & conceptione filij dei summa dilectio dei ad genus humanum, qua tam immediate & proxime uniuit sibi humanam naturam per hypostaticam unionem in sexu uirili, humanam quoq; personam, faciens eam propriam matrem in sexu fœmineo, ut per hæc saluaret & sibi uniret in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam totum genus humanum. Ideo ait Apostolus: Propter nimiam charitatem qua dilexit nos pater, filium suum misit. Atq; Iohannis tertio fertur: Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Tertio consideratur in cōceptione filij dei maxima dignitas ac potestas uirginis concipientis, quæ per hoc facta est dignitatis quodammodo infinitę & domina ac regina totius mundi: sicq; humilitas beatissimę Mariæ eam pręcipue ad dei maternitatem aptauit, iuxta illud quod legitur: Qui se humiliat, exaltabitur. Quarto, familiaritas maxima & administratio carnis unitæ uerbo æterno, & ita uirginea castitas Marię purissimę eam ad conceptionem filij dei pręsertim aptauit. Itaq; dici potest, q; summa & amabilissima uirgo, quantum ad superiorem uim suam appetitiuam, maxime disponebatur ad dei conceptionem ac maternitatem per actualem feruētissimam dilectionem dei & proximorum: quantum ad uim rationalem, per fidem certissimam & donum sapientię in gradu perfecto: quantum ad uim irascibilem, per profundissimā humilitatem: quātum uero ad uim concupiscibilem & potentiam generatiuam, per consummatā ac redolētissimam castitatem: sicq; se totā exhibuit creatori, & ei perfectissime obediuit. Vnde & deus omnipotens, qui obedientibus sibi plenarie, solet quodammodo obedire, id est, per modum obedientis eorum preces ac desideria celeriter adimplere, factus est obediens huic obedientissimę atq; humilimę ac amabilissimę suę ancillę, fecitq; eā suā matrem ac regni sui participē.

Per decorē.i. uirtutū oīm congeriē, Maria deo placuit.

In conceptione filii dei multa considerantur.

I. Luc.1

II.

Ephe.2.

III.

Luc.14.

IIII.

Articulus XXVII. De natiuitate sancti sanctorum ex dulcissima ac sublimi Maria.

Luc.2.

ANnuntio uobis gaudium magnum, quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Omnia in uirgine gloriosa fuerunt supernaturalia ac diuina in concipiendo ac pariendo: nō enim decuit auctorem naturæ creatorem uniuersorum communibus legibus subiacere, aut consueto cursu naturæ arctari, aut ordinem illum seruari in domino, quem ipse subiectis imposuit creaturis, imò rex ipse & dominus maiestatis immensæ supra cursum & ordinem naturalem uoluit à mundissima atq; sanctissima uirgine nasci, quemadmodum & conceptus fuit ab ea. Itaq; partu uirginis imminēte, ascēdit ipsa cū suo ministro beato Ioseph à ciuitate sua Nazareth in Bethlehem urbem, ubi in diuersorium quoddam diuertens, inibi ipsa nocte sine dolore & corruptiōe peperit filiū dei. Nēpe hora pariēdi instāte, supnaturali illuminatiōe gaudiosissime ac copiosissime tota pfusa in altā cōtēplationē est eleuata, & sicut in instanti cōcepit, sic instātanee peperit, egrediēte utero eius ple adorāda, cū dimensionū penetrati-

Maria uirgo instantanee sine oī indecētia pepit.

one,utero ipso clauso manente: sicq; per consuetam exijt uiam, quod uirginale signaculũ mãsit integerrimũ penitusq; illæsum. Nec ulla fuit ibi impuritas,indecẽtia,inhonestas,ut turpissimi imaginant hæretici,ac reprobi obijciunt infideles. Deniq;,cœlestis illa & cunctis angelicis mentibus purior puerpera,natum ex se cernens infantulum, uerum deum, mox adorauit eundem. Vidit autem eum ante oculos suos in terra iacentem, splẽdidissima luce circumdatum,sed more humano,non necessitate,magis autẽ uoluntaria ordinatione uagientem,ac frigore hyemali affectum,statimq; materna charitate ac pia compassione cũ reuerentia summa leuauit,pectori suo uultuiq; astrinxit,calefecit, pannis inuoluit, ac tandem in pręsepio super fœnum,ut creditur,reclinauit infantulum. De his in reuelationibus sanctę Brigittę satis credibiliter recitatur. Loquente in uisione ad Brigittam uirgine benedicta: Scias certissime,q flexis genibus peperi,orãdo sola in stabulo, cum tanta exultatione atq; lætitia,q nullum sensi grauamen,quãdo exiuit de corpore meo, sed statim eum in uolui panniculis mundis, quos diu ante paraui, & ex proposito ad Bethlehem mecum tuli,quoniam sciebam me in Bethlehem parituram. Vidensq; Ioseph me sine adiutorio peperisse,admiratus est cum ingenti lætitia. Hinc sancta Brigitta refert,q pie & credibiliter accipi potest: Cum essem,inquiẽs in Bethlehem ad pręsepe domini,uidi in uisione uirginem quãdam pręgnãtem ualde pulcherrimã,indutã albo mãtello subtiliq; tunica, per quã carnes ei⁹ uirgineas ab extra clare cernebã,cuius uterus plenus & multum tumidus fuit,quoniã iam parata erat ad pariendũ,cum qua senex honestissimus erat, qui cãdelam accensam fixit in muro,& exijt ne partui interesset. Tunc uirgo se discalceauit discooperuitq; suum mãtellum,ac uelum capitis sui amouit,& iuxta se posuit,remanens in tunica sola,quę tunc duos panniculos lineos & duos laneos mundissimos ac subtiles extraxit,quos secum portauit ad inuoluendum nasciturum infantem. Alios quoq; duos paruulos lineos pãnos ad operiẽdum & ligãdum caput infantuli,quibus paratis uirgo genua flexit, ponens se cum grãdi reuerentia ad orãdũ. Erectisq; manibus & oculis ad cœlũ intẽtis, stetit quasi in extasi contẽplationis suspensa atq; diuina dulcedine inebriata: qua sic stãte,uidi paruulum se in utero eius mouentẽ,& ilico in momento in ictu oculi peperit filium,à quo tãta tamq; ineffabilis lux processit,q lux solis ei non esset cõparabilis, & cãdela ibi affixa nullũ lumẽ reddere uidebatur. Deniq;,tã subitus & momentaneus fuit modus ille pariendi,q non ualebã aduertere neq; discernere,quomodo uel in quo membro peperit uirgo. Veruntamen statim uidi illum gloriosum infantem iacentem in terra nudum,nitidissimum habentem corpusculum,ab omni sorde & immunditia alienum. Vidi etiam pellẽ secundinã prope eũ iacentem,inuolutã ac nitidã. Cumq; uirgo sensisset se peperisse,mox capite inclinato,& manibus simul iunctis cum magna reuerentia adorauit puerũ,dicens: Bene ueneris deus meus,dominus meus & filius meus. Tuncq; puer plorãs ac tremens præ frigore ac duritia pauimenti,super quod iacuit,uoluebat se paululum,extendebatq; membra,quęrens refrigerium ac matris solatium: quę tunc suscepit eum in manibus, & strinxit ad pectus suum, & cum maxilla ac pectore calefaciebat eum cum grãdi lætitia ac tenera compassione materna,& residẽs posuit puerum in gremio suo inuoluens eum pãniculis solito modo: quibus completis,intrauit senex & prosternẽs se,puerum adorauit genibus flexis, plorãs pręgaudio. Hæc loco prællegato: O Bethlehem ciuitas dei summi, quãtum exaltata es, dum Iesus Christus filius dei natus est in te. O gloriosissima uirgo, ô dulcissima & inæternũ benedictissima uirgo Maria,quid tibi retribuet homo,quid machina mundi,quid uniuersitas creaturę pro omni bono quod per te datum est mũdo. Pręsertim generi humano olim deperdito: Nẽpe ex te ô unica dei pręelectissima sponsa,ortũ est mũdo lumẽ æternũ, salus perpetua,saluator perfectus,honor immẽsus. Ex te & per te natus ac datus est nobis unigenitus dei,angelus magni cõsilij,admirabilis, cõsiliarius,deus,fortis,pater futuri seculi,princeps pacis,deus fortis & potẽs rex glorię,uictor diaboli,reparator hois lapsi,fons gratiæ,dator uirtutũ,per quẽ à potestate dęmonũ,seruituteq; uitiorũ redempti, facti sumus dei filij atq; hęredes & ciues cœlestis regni,nunc quidẽ in spe adepturi tot bona in re,si pijssimo redemptori fuerimus grati. O optima & excellentissima uirgo Maria,quę mundo suum ostendisti opificẽ,ex qua deus æternus factus est infans unius diei, quãto gaudio lætificasti cœlũ & terrã,dum dei filium peperisti. Tunc equidem angelus sanctus mox apparuit cum splẽdidissima luce pastoribus,Ecce inquiens,annuntio uobis gaudium magnum: & protinus facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus,hoc est,innumerabilium concio angelorum laudantium deũ atq; dicentiũ: Gloria in excelsis deo. O q̃tum fuit tunc gaudiũ in uni- Esa.9. Psal'as Luca

uersa patria beatorum, in regno cœlorum, in cunctis ordinibus angelorum, de hominum redēptione, de suæ minorationis reparatione, de diuinorum mysteriorum adimpletione, de beatissimę uirginis gloria & honore, de humanitatis Christi sublimatione ineffabiliter prorsus gaudentium, ac deo altissimo deuotissime regratiātium. Etenī si gaudent de uno peccatore pœnitentiā faciente, quantum gloriabuntur de omnibus iam prętactis. Postremo, patribus sanctis in lymbo facta est tunc consolatio magna.

Luc.15

Articulus XXVIII. De mirabilibus dei in dulcissima ac pijssima Maria peractis.

Hiere.31 Gene.7 Exod.5 Exod.8. Iosu.4

NOuum creauit dominus super terram, mulier circumdabit uirum. Quamuis omnipotēs deus ab exordio seculorum multa & magna mirabilia operatus noscatur in uniuersorū creatione, distinctione, ornatu, in generali diluuio, in eductione filiorum Israel ex Aegypto, in deductione eorum per eremum, in introductione eorum in terrā promissam, in totius regimine uniuersi, atq; per uiros sanctos, per quos in lege scripta & euangelica egit innumerabilia signa, portenta, miracula, tamen hęc oīa per respectum admirabilia & incomprehensibilia, quæ in gloriosissima ac dilectissima sua Maria effecit, parua uidentur modiciq; decoris: Nēpe in ea & per eā, imò ex eius substantia constituta est una psona ex re æterna & increata, & ex creata natura humana. Ipsa concepit & genuit prçexistentē æternā inuariabilemq; personā, & is quē totus non capit nec circumscribere potest orbis, in beatissimę uirginis utero clausus est, finitus & circumscriptus. Ipsa concepit atq; in utero circūdedit puerū, qui primo die suę conceptionis extitit uir perfectus: Vir inquā, non corporis quātitate neq; ætate, sed mentis pfectione & oīi uirtute, qui eodem instante quo cœpit esse in natura assumpta, factus est deitatis comprehēsor, beatus in superiori suę aīæ portione. In pręclarissimę uētre Marię celebratę sunt nuptię personales inter uerbū æternū & assumptā ab eo humanitatē, atq; in infinitū distātia in ipsius sacratissimo utero immediate ac hypostatice sunt unita, sicq; in unā conuenerūt psonā æternū & tpale, inuariabile atq; mutabile, natura dei & forma serui, sic q̄q; pręstātissima & incōparabilis uirgo facta est patri æterno cōparentalis. Insuper ipsa à spūsancto est supernaturaliter fœcundata: in ea conuenerūt maternitas & uirginitas: ex eius utero clauso & integro permanēte, egressus & natus est filius dei procedēs tanq̄ spōsus de thalamo suo. Ipsa sine carnali delectatione, cum spiritali exultatione concepit, sine grauamine tulit, absque dolore ac tristitia peperit, in ipsa humanæ naturæ fragilitas, humani instabilitas cordis, fœminei sexus infirmitas, tāta grāæ plenitudine est prçuenta, tāta uirtutū perfectione corroborata, tot & tātis diuinis charismatibus adimpleta, tantis munita profectibus, q nunq̄ peccauit, q mētis distractionē à deo nunq̄ perpessa est, q nullā unq̄ negligentiā est illapsa, q nūq̄ inordinatū carnis aut fomitis motū est passa, q nec in cibo, potu, somno, uirgo cogitatu, effectu aut sensu unq̄ saltē uenialiter fuit culpabilis. Quàm supnaturalia sint hæc, innotescit scientibus humanę cōditionis naturā, proprietatē, defectuositatē ac pronitatē in omne malū. Hęc est suauissima ac serenissima dña, quę suū in se gestauit artificē, quæ oīm genuit creatorē, in qua & per quā reconciliati sunt deus & hō, quę caput infernalis cōtriuit serpētis, p quā dignificata & honorata est oīs creatura, cui subiecta est omnis natura creata, per quā deus altissimus innumerabilia fecit pręclarissima prorsus miracula, quę meritis suis ac precibus grām obtinuit cōuersionis, innumeris quoq; obduratis peccatorib⁹ & malignis, imò & multis in mortalibus uitijs mortuis & defunctis obtinuit reduci ad corpus ac pœnitere salubriter in corpore reinduto. Ecce qualiter omnipotens, liberrimus & supergloriosissimus deus, omnipotentiam, charitatē, pietatem, munificētiam, opulentiam libertatemq; suam in pręclarissima demonstrauit Maria, quę omnia poterimus contēplari in ea: quia post assumptam uerbi ęterni humanitatē nō est in uniuersa machina mūdi, in toto ordine reæ tam pręclaræ & euidens, tam gratiosum, gloriosum & admirabile obiectum cōtemplādi deum in suis effectibus, ut felicissima uirgo Maria.

Psal.18

Psal.8

Articulus XXIX. Adhuc de mirabili excellentia benedictæ & glorificandę Mariæ. Testimoniū quoq; astrologi cuisdā de ea: & qualiter ipsa adhuc in carne mortali uiuēte uiri sancti profundi sensus eā uidere optabāt ac festinabant.

Sapien.7.

NIhil inquinatum incurrit in eam. De Aristotele ait in regula sua sanctus Hieronymus: Audi & tu princeps fatuorum, quamuis procul dubio fueris grāde miraculum in tota natura, quoniam quicquid naturaliter sciri potest, tibi infusum fuisse uidetur: itaque si Aristoteles per eminentiam suæ naturalis scientiæ uocatur

catur grande miraculum, quanto eminentius sacrosancta Maria, quæ fontē totius supernaturalis ac naturalis sapientiæ ac scientiæ sapientiam increatā filium patris ęterni essentialiter & incircunscriptibiliter sapientem concepit & peperit, mente & corpore tulit, appellanda est grāde miraculum, summum prodigium & præclarissimus dei effectus: quæ & incomparabiliter amplius abundauit in sapientia supernaturali infusa, quàm Aristoteles in naturali scientia. Deniq;, tot & tanta supernaturalia, mirabilia, incomprehēsibilia & diuina in syncerissima ac unica hac Maria sunt facta, & ipsa super omnem naturā, cursum, legem & ordinem entium naturalem tam eminenter est sublimata, ut præcedenti articulo, & ante iam sæpe ostensum est, quod præclarissime potest uocari, grande miraculum. Præterea libro de ciuitate dei, asserit Augustinus: Omni miraculo quod in mundo fieri potest, maius miraculum est ipse mundus. Et rursus: Omni (inqt) miraculo quod fieri potest per hominem, maius miraculum est ipse homo. Quod dictum uidetur propter mirabilia & incomprehensibilia, quæ circa mundi productionem, consistētiam, ordinem, collocationem ac consimilia ad eū naturaliter pertinētia attendunt. Et simili modo de homine intelligendū censetur: quanto magis omni miraculo, q̄d per gloriosam amabilissimāq; Mariam in creaturis peractum est, mirabilius excellentiusq; miraculum est ipsa serenissima & illustrissima uirgo, in qua & per quā tam incomparabiliter sublimia, supernaturalia ac diuina sunt facta, & conuenerūt ac iūcta sunt, prout p̄cedenti est tactum articulo. Hinc à laudibus eius deficit om̄is lingua, non hominū tantum, sed etiam angelorū: quia nec ipsi satis queunt mirari & penetrare quāta sit dignitas ista, esse matrem ueri dei, & comparentalem æterno patri, & quāta sit excellentia eius: hinc om̄es sancti in cœlo inæstimabili reuerentia afficiuntur ad ipsam. Deniq;, istud totum quidam preclarissimi uiri in primitiua ecclesia ex Iudaismo aut paganismo conuersi, ipsa benedictissima Maria adhuc in seculo isto degente, profunde quantū ualebant cōsiderantes, miro modo eius excellentiā attēdebant, stupebāt, amabāt, uenerabantur, & tam sublimē personā corporaliter ac p̄sentialiter cernere cupiebāt, satagebāt, ac proficiscebant ad eā uidendā. Quemadmodū fertur de magno & diuino illo Dionysio, q̄ à Græcia intrauit Iudęā, & sanctū Iohānem euangelistā accessit, ut beatissimā sibi demōstraret Mariā: q̄ acqescēte, uidit eandē in tāta pulchritudine, excellētia & decore, q̄ p̄ admiratiōe & uehemēti iucūditate uberti plorās, corruit tāq̄ mortuus: & reuersus ad se, dixit: q̄ nisi per rationē ac fidē agnosceret aliā deitatem, non crederet qd aliud altius uirgine tāta, atq; uix posset de cętero aliud ea iucūdius cogitari: addēs, q̄ non qcunq; deberet eam uidere propter uenerabilitatē ipsius. Præterea, egregius ille Ignatius, martyr & pontifex p̄tiosus, in quadā epistola glorioso Iohāni apostolo missa, int̄ cætera scribit: Sunt hic multę de n̄ris mulieribus Mariā Iesu cupientes uidere, & à nobis q̄tidie uolētes discurrere ut eam cōtingant, & ubera eius tractent quę d̄nm Iesum lactauerūt, & etiā quędā eius secretiora p̄contētur. Et sicut nobis à fide dignis narrat, in Maria Iesu humanę naturæ, natura sanctitatis angelicæ sociatur: & hęc talia excitauerūt desideria mea, & cogūt ualde desiderare aspectū huius, si fas est sic fari, prodigij atq; sanctissimi monstri. In aliā q̄q; sic ait epistola: Iohāni sancto, suus Ignatius: Si licitū mihi ē apud te, ad Ierosolymę partes uolo ascēdere & uidere fideles sanctos q̄ ibi sunt, p̄cipue Mariam Iesu, quā dicūt uniuersis mirandā & cūctis desiderabilē. Quē uero nō delectet eā uidere & alloq;, quæ peperit deū deorū, si n̄ræ sit religionis amicus? Heu qd moror? q̄re detineor? Bone p̄ceptor, p̄perare me iubeas. Insup, q̄ p̄cordialiter cōuersi ad fidē cupiebāt ex beatissimę ac diuinissimę aspectu & affatu Marię consolari, edoceri ac roborari, elucescit ex ep̄la sancti Ignatij ad d̄nam mūdi, in q̄ ait: Chrifera Marię, su⁹ Ignati⁹: Me neophytū, Iohānisq; tui discipulū cōsolari & cōfortare debueras: de Iesu etenī tuo p̄cepi mira dictu, & stupefactus sum ex auditu. A te aūt, q̄ semp familiari⁹ ei fuisti cōiūcta, & secretorū eius cōscia, desidero ex aīo fieri certior de auditis. Valeas, & neophyti q̄ mecū sunt, ex te & p te & in te cōfortēt. Ampli⁹, in ep̄la illa notabili de martyrio sctōrū aplōrū Petri & Pauli, q̄ Dionysio sancto ascribit, inter cętera fert: Quēadmodū cōuersi ad fidē inter se dicere cōsueuerūt: Eamus Romā uidere mgr̄os & p̄ricipes n̄ros Petrū & Paulū, q̄to magis p̄fundiores ex illis frequēter collocuti credēdi sunt. Eamus in Iudęā uidere gloriosissimā dei & saluatoris n̄ri matrē. At uero ipsemet Paul⁹ uas electionis de seipso fatetur: Veni Ierosolymā uidere Petrum, & mansi apud eū diebus quindecim. Si tātæ reputationis & eminētiæ extitit archiapostolus Petrus, ut coapostolus eius Paulus desiderio uidēdi tm̄ Chr̄i uicariū, à remotis locis uenerit Ierosolymam, quāto magis credendū est tam Paulū apostolū, q̄ alias quam-

Augustinus

Ois lingua à laudibus Mariæ deficit.

Mira Marię pulchritudo

Mulieres multæ Mariā uidere cupiebant.

Ignatius ad Mariam epistola.

Actu. 9. Gala. 1.

Actu. xv.

plurimas utriusq; sexus sanctas & cōtemplatiuas personas ad locum præsentiæ uirginis benedictæ multoties aduenisse, desiderio conspiciendi eandem. Postremo, ad beatissimæ prędilectę Marię spectat pręconium, quod Ptolemeus libro septimo Almagesti, Albumazar quoque astrologus in Introductorio maiori, libro sexto testātur, quod & astronomi Aegyptij ac Chaldæi communiter sunt effati, dicentes quòd in prima facie signi Virginis oritur in terra uirgo mūda, puella immaculata, corpore speciosa, uultu uenusta, habituq; modesta, crine prolixo, habens in manu spicas, & ipsa sedet super sedem stratam, nutriēs puerum & pascens in terra Iudæa: Vocantq; puerum quidam gentium Iesum, quem nos (ait Albumazar) Græci dicimus Christum. Veruntamen circa hæc multa uerba difficilia possent moueri, quæ hic locum non habent.

Mira astrologorum de Maria testimonia.

Articulus XXX. De dulcissima, familiari, ac sancta cohabitatione Christi ac matris suæ uirgineæ in seculo isto.

Sapi.8. INtrans in domum meam, conquiescam cum sapientia. Non enim habet amaritudinem conuersatio eius, nec tędium conuictus illius, sed gaudium & lętitiam. Cogitet unusqsq; quàm dulce, quàm consolatorium, quàm appetibile sibi esset per unam horam uidere Iesum in ea dispositione, apparatu ac maturitate, quibus quotidie in suæ dignissimæ pręsentia matris ibat & conuersabat, tam in sua infantia quàm in pueritia, adolescentia ac iuuentute: q̄ delectabile fuit conspicere puerum illum speciosum forma prę filijs hominum, omni morali uenustate decoratissimum, in cunctis ordinatissime se habentem: & certe quo præstantissima uirgo Maria unicum filium suum prę cunctis feruentissime diligebat, tam naturali q̄ infuso spiritali amore: quo item excellentiam adorādi filij sui clarius nouerat, & syncerius atq; profundius contemplabatur, eo præcordialius in eius præsentia & aspectu, in eius colloquio & conuictu, in eius exemplaritate & sanctitate delectabatur: Et quia cognouit se tam pręelectam, prędilectam, pręuentā, totq; ac tantis beneficijs præuētam & adimpletam, imò incomparabiliter sublimatam ac dignificatam, & paulopost multo pręclarius eleuandam & glorificādam ab ipso, Deniq, filius uirginis mitis & humilis, uniuersaq; intuens atq; certissime sciens, suæ electissimæ ac purissimæ matris dignitatem, uirtuositatem, feruentissimam charitatem, maximam quoq; & humilimā reuerentiā ad se, reddidit ei uicem, & amorose, familiariter ac beneuolentissime habuit se ad eam, cum nunq̄ inter eos aliquid eueniret, quo unus alteri displiceret, aut alteri⁹ offenderet oculos: imò in se inuicem & actibus suis complacentiā mutuā maximāq; haberēt assidue. Refert beatus & illustrissimus Clemens, q̄ dū gloriosus princeps apostolorum Petrus, post Christi resurrectionem recordabatur dulcissimæ cōuersationis Christi secū habitę, lachrymas continere nequiuit. Si tam dulciter Christus in uirili ętate cū apostolis uersabatur, quàm suauissime uixit cū sua dilectissima matre, pręsertim in pueritia sua. Nempe ut Isaias prædixit, Nō erat tristis nec turbulētus: erat uero disertissimus & suauissima decoratus facundia, delectabilisq; affatu: nec uerborum eius sapientiali dulcedine benignissima mater poterat satiari. Insuper subditus fuit prōptissime tam optimæ matri q̄ eius ministro. Est demū probabile, quòd studiosa ac docilima uirgo sciēs sapientiā filij sui, in quo nouerat omēs sapientiæ ac scientię thesauros esse absconditos, imò quē sciuit essentialiter sapientē & ipsam sapientiam esse, interrogauit eū de multis, & informationem ab ipso suscepit. Qui usq; ad tricesimū circiter annū cum sua commoratus est tranquillissima matre, cui uniuersi mores, incessus, affatus, aspectus & actus sui præcharissimi filij, erant summe accepti, placiti ac iucundi: quanquā (ut tactum est supra) affectuosissima atq; pijssima uirgo uicissim afflicta sit ac plurimū contristata, suū filiū intuendo ex consideratione futuræ passionis ipsius: cui nihilominus dolori rursus consolatio fuit admixta, ex cōsideratione resurrectionis filij sui & copiosissimi fructus suę saluificę passionis. O incomparabilis prę electissima ab æterno Maria, ad hanc familiarissimā, suauissimā, saluberrimā, diuturnam, amorosissimā ac maternā habitationem cum deo incarnato pręordinata. Hinc in reuelationibus sanctæ Brigittę felicissima uirgo Maria ad ipsam Brigittā fertur locuta: Nūc quærere poteris, quid egerit filius meus in toto tempore suæ ętatis antequā pateretur. Respōdeo, q̄ (sicut loquitur euangeliū) subditus erat parentibus: nec mirabilia defuerunt pueritię eius, quando creaturę seruierunt ei ut creatori suo: quādo idola obmutuerunt, & plurima corruerūt ad eius aduentū in Aegypto: quando Magi prędixerunt filiū meū magnorum futurorū existere signū, quando & ministeria angelorū super eum apparuerūt: quando nec aliqua immunditia ascendit super eū, nec perplexitas in capillis eius apparuit. Poc

Psal.44. *Isai.42* *Luce.2.* *Colos.2* *Luce.2 Iesu uita, eiusq; actiones.* *Matt.2.*

rocl

ro cum uenit ad maiorẽ ætatem, in orõnibus erat continuis, & obediens ascendit nobiscũ in Ierusalem ad festa statuta. Cui⁹ uisus atq; locutio sic mirabilis fuit, ut multi tribulati inter se dicerent: Eamus ad filiũ Mariæ, à quo possumus consolari. Crescẽs uero ætate & scientia, qua ab initio plenus erat, laborabat manibus suis q̃nq; ea quæ erant decentia: & loquebatur nobis separatim uerba consolatoria, & uerba deitatis, ita ut indicibili gaudio repleremur. Cum uero in pauptate, timoribus, difficultatibusq; essemus, non fecit nobis aurum & argentũ, sed hortabaẗ ad sapientiã, & mirabiliter præseruati sumus ab æmulis. Necessaria prouenerũt nobis ex piarũ mentiũ compassione, q̃nq; ex nostro labore. Post hæc aũt conferebat filius meus in domo cũ aduenĩetibus amicis familiariter de lege & eius significationibus & figuris. Disputabat q̃q; cum sapientibus aliq̃n in aperto, ita ut mirarentur, dicẽtes: Ecce filius Ioseph docet magistros: aliquis magnus spũs loquitur in eo. Insuper, tam obediens fuit, ut quũ Ioseph casu diceret ei, Fac hoc aut illud, mox faciebat: quia sic occultauit suę deitatis potentiã, ut nisi à me, & q̃nq; à Ioseph sciri non posset: Qui uidimus lumẽ admirabile eum multoties circũfulsisse, & angelicas uoces sup eum cãtantes audiuimus. Vidimus item q̃ spiritus immundi qui p exorcistas in lege nrã probatos eijci nõ ualebant, egrediebãtur ad præsentiã filij mei. Hæc ibi. Præterea, quod in hac reuelatione iam tactũ est, q̃ Christus cum ad maiorẽ uenisset ætatem, in orõnibus erat continuis, non est ita intelligẽdum, quasi ante & in sua infantia nõ orauerit pro mũdi salute, imò ab incarnationis exordio fuit in pleno usu & exercitio rõnis, & orauit pro suis, saltẽ mentaliter & secrete. Quòd uero dicit creuisse in sciẽtia, intelligendũ est quantũ ad manifestationẽ. Postremo, q̃ fertur cũ amicis aduenĩetibus cõtulisse de lege & cũ sapiẽtibus disputasse, uideẗ credibile, eo q̃ Lucas euãgelista dicat eum profecisse ætate, grã & sapiẽtia corã deo & hominib⁹, etiã cũ 12. erat annorũ: q̃d de sapiẽtia & grã q̃ ad manifestationẽ accipiẗ. Et rursus, ex hoc q̃ scribit ipsum duodennẽ in Ierusalẽ remãsisse, atq; inuentũ in medio doctorũ audientẽ interrogantẽq; illos, ita q̃d oẽs mirabãtur sup prudẽtia & respõsis ipsius.

Marginal notes: Iohan. 2. — Luce 2 — Luce 2. — Iesus parentibus obsequentissimus — Luc. 2.

Articulus XXXI. De beatitudine Marię dulcissimæ in hac uita.

LAuda & lætare filia Sion, quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui. De uirtutibus, donis, perfectione & felicitate amabilissimæ ac serenissimæ Mariæ, præsertim quantũ ad animã eius, in sequẽtibus erit sermo: idcirco quod nũc de beatitudine beatissimę uirginis tãgere opto, de beatitudine ad exteriorẽ eius hoĩem, seu ad corpus ipsius quodãmodo ptinente intelligo. Magnũ reputamus quòd cũ Moyse locutus est deus facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad suũ amicum: quæ tñ locutio per subiectam extitit creaturam, hoc est, per angelum sanctũ in dei psona apparẽtem atq; loquentem. Magnũ etiam arbitramur, quòd Dauid rex & alij quidam quasi ad libitũ receperunt diuina oracula & respõsa: quanto magis præclarissimum fuit, quòd incomparabilis uirgo Maria, non angelum tantum siue legatum, sed ipsummet dominũ angelorũ, deum uerum, oĩpotentem, immẽsum sibi habuit cohabitãtem, colloquentẽ, consulentẽ, cõsolantem, docentem: & non solum sic habuit eum sibi coniũctum ut deum ac dominum, sed item ut filium & amicum. Deniq;, si (ut ait scriptura) beati sunt qui Heliam uiderũt, & amicitia eius decorati fuerunt, quanto plus beata, beatior & beatissima hæc Maria, quę deum Heliæ uidit assidue ad oculum clare, imò oculis mentis ac corporis gaudiose, & singularissimam ac intentissimam, prorsusq; familiarissimam cum ipso amicitiam habuit mutuã. Insuper, nõ immerito beatificamus Marthã quam Chrs elegit in hóspitam, & Mariam eius sororem, quam elegit in deuotissimam auditricẽ, Lazarum quoq; fratrẽ illarũ, quẽ in amicum elegit: Nõne ergo incõparabiliter plus beatificanda est summa & unica hæc Maria à deo ęternaliter pręelecta in amantissimam matrem, in continuã ac diuturnam cohabitatricem, in quotidianã ac secretissimã auditricem, in specialissimã feruẽtissimãq; amicam, & in singularem ac spiritualissimam sponsam? Amplius, merito commendamus fœminas illas egregias, Iohannam, Susannam ac similes, quæ in euangelio leguntur Christum mente & corpore esse secutę, & ei de suis facultatibus ministrasse. Quàm cõmẽdabilissima ergo est hæc optima ac suauissima uirgo Maria, quę non solũ de suis laboribus sibi ac deo filio suo necessaria exhibuit uictui, imò etiam de purissimo sanguine suo præbuit ei incarnationis materiam, atque uirgineo suorum sacratissimorum uberum lacte educauit eundem. Præterea, in palatijs imperatorum & regum non mediocriter reputantur, qui ad ipsius imperatoris aut regis latus assistunt, & secretorum ipsius sunt conscij, ac circa ipsius occupantur personam: qualiter ergo diuinissimam excellentissimamq́ue MARIAM po-

Marginal notes: Zach. 2. — Num. 12. — Iohan. 11. — Iere. 40. — Luce. 24 — Daniel. 8.

poterimus satis aut digne beatificare seu admirari, quæ regi cœlorum, præceptori angelicorum spirituũ, dominatori uniuersorũ, materna autoritate, summa & inuiolabili familiaritate, gratissima obsequositate, integerrima charitate inseparabiliter ac proxime astitit, sicut
Psal 44. prædixit Psalmista: Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, id est, in spiritali amictu, charitatis feruore ornato. Adhuc, regina Saba uisa sapientia Salomonis & excellẽtijs
3.Reg.10. 2. Para.9. eius, dixit ad eum: Beati uiri tui & beati serui tui hi, qui astant corã te semper, & audiũt sapientiam tuã: quanto amplius beatissima gloriosa Maria, quæ corã ipsa sapientia æterna uere ex ipsa uirgine incarnata stetit assidue, ac sapientissima uerba ipsius audiuit cõtinue. Præterea, cum gaudiũ sit diffusio animi in conceptu boni, & oriatur ex unione potentiæ cum obiecto conueniẽte: quis poterit excogitare, effari, describere, quantũ tu ò syncerissima & affectuosissima Maria gaudebas, dum unigenitũ filium tuũ, qui secundũ suam deitatẽ est bonitatis penitus infinitæ, atque secundũ naturam assumptã omni melior creatura, uidebas quotidie coram te ire, stare, sedere, eiusque mores ac gestus cernebas, & uerba audiebas illius, qui tibi tam notus, tam charus, tam munificus, tam familiarissim' fuit: à quo sciebas te tam prælectam, tam summe dilectã, tam incomparabilibus beneficijs honoratã & honorandã. Postremo, cũ beatitudo creaturæ sit unio eius cum creatore, quàm mira & specialissima fuit ò optima Maria tua beatitudo & gloria, etiã in hac uita, quæ tam incomparabiliter fuisti filio tuo uero deo coniũcta, & unũ cũ eo effecta, & cũ eo tam familiarissime uersabaris: quàm accepta & gaudiosa extitit tibi tam prædilecti & unici, tam speciosi ac uirtuosi filij tui præsentia, cohabitatio atque cõmunio, quem quanto plus diligebas, tanto plus in eius pulchritudine, bonitate, coniunctione gaudebas: Nempe si (ut ait scriptura) filius sapiens
Prouer.17. gloria est parentis, quantũ tu optima parens gloriabaris in filio tuo essentialiter sapiente, qui est sapientia infinita, ut deus, & secundũ naturã assumptam tanta fuit sapiẽtia adimpletus, quòd tota eius intellectus creati capacitas fuit omnino repleta. Videmus quòd parentes in sobole sua bene disposita in naturalibus bonæque indolis uehementer lætentur, sperantes quod ad magna sit perducenda aut promouenda: & si parens mediocris agnoscat filium suũ in episcopũ promouendum, non parum gloriatur in ipso. Tu ergo ò omnium felicissima matrũ in tuo filio uehementissime lætabaris, qui omnibus donis naturæ ac gratiæ fuit in excellentiæ termino speciosissime decoratus. Quem tecũ tam humiliter, tam reuerenter, obedienter, amorose ac familiariter cõuersantem certissime noueras per totum mundum in summo honore habendũ, in cœlo & in terra dominaturum, imò iam habentem omnem potestatẽ in cœlo & terra. O quàm consolatoriũ & iucundum extitit tibi esse, uiuere, com
1.Cor.1. Isaiæ.48 municare & cõmorari cum illo, quem considerabas tam amorose & dulciter, tam humiliime, filialiter, obedienter se habere ad te, qui est angelorũ felicitas, uirtus & sapiẽtia dei patris, deus creator, dominus & saluator tuus, ò celeberrima domina, ò uirgo pulcherrima, ò pijssima mater: nunquid unquã pater aut mater tantam habuit consolationem & delectationem in sobole sua in seculo isto, quãtum tu benedicta MARIA in prole tua unica tam præclara?

Articulus XXXII. De florido lectulo sponsi cœlestis & eius singularis sponsæ uirgineæ genitricis.

Cant.1. LEctulus noster floridus. Christus in sua infantia instar aliorum infantium in multis se habuit, præsertim à uirginea genitrice suscipiendo materna obsequia, lactea alimenta, & quæ piæ affectuosæque matres suis solent exhibere infantulis prædilectis. Denique, Christus uirilis factus ætatis, suos ad se uenientes discipulos in sancto consueuit recipere osculo: Multo magis est credendũ, quòd in infantia ac pueritia cõstitutus, suam dulcissimam, dilectissimam, atque sanctissimã matrem, adhuc adolescentẽ, iuuẽculam, crebro sit osculatus: Ipsa quoque affectuosissima mater ac pudicissima uirgo, unicum sui uteri pignus tempore opportuno in suo lectulo secum collocauit, & ex syncerissimo tunc amore amplectebatur & deosculabatur eundem cum reuerẽtia & honestate extrema. & quem iam amplectebatur ut filium, iam adorauit ut uerum deum. O quàm floridus lectulus, in quo sanctitas ipsa, sanctus sanctorum, fons totius munditiæ, & mater ipsius spiritualissima pariter quiescebant. Nonne melior, desiderabilior, spiritaliterque iucundior fuit una nox talis super milia noctium, quas aliæ cũ suis expendunt sponsis? Quis nõ uellet cunctis mundi ac carnis semper carere delicijs pro una huiusmodi nocte? Scimus ò optima & perfectissima uirgo Maria, quòd carnem filij tui non sensuali amore nec carnaliter diligebas, sed prorsus purissime: et tamen hanc naturali ac spiritali amore intẽse amabas.

bas.Hinc ex corporali cōtactu,deosculatione,amplexu dilectissimi filij tui,spiritalib⁹acce debaris affectib⁹,& ad deitatis filij tui contēplationē eleuabat mens tua, mysteriūq; incarnationis filij dei ex te factę,ad memoriā sapientissime reuocasti,bñficia desuper tibi exhibita attendisti:sicq; ex horū recordatione omīpotenti ex te nato, imò toti superbeatissimę trinitati pręcordialissimas grates egisti ac obtulisti.Itaq; in te ô diuinissima ac purificatissima mater,non habuit locū quod unigenitus tuus suis dixit discipulis,amore aliqualiter sensuali adhuc circa ipsum detentis & affectatis: Nisi ego abiero, paracletus nō ueniet ad uos.O prę amabilissima ac felicissima uirgo Maria,cū quali deuotione,cū quanta trāquillitate ac spiritali iucunditate transisti ad lectulū,amplexatura & deosculatura in ipso non Ioseph fabrum lignariū,sed Iesum puerū adorandū,totius mundi fabricatorem,cuius cōtactus te spiritaliter delectabat intense,purissime.Sic uiri excellēter heroici Paulus & Antonius,Barlaam & Iosaphat,Iacob quoq; patriarcha & filius eius Ioseph,se inuicē amplectentes deosculabātur, & spiritalibus cupitis amplexibus uix poterant satiari. O benedicta & prę amāda Maria,q̄ modico somno eras contēta, q̄ altis considerationibus, q̄ ignitis affectibus,q̄ internis ac diuinis exercitijs uacabas in lectulo, & syncerissime exultabas in tuo tibi præsente infantulo,deliciosissimo speciosissimoq; obiecto.

Iohā.16
1.Cor.11
3.Reg.22
Gene.46.

Articulus XXXIII. De hilari mēsa regis Messię, ac eius genitricis uirgineæ.

VEniat dilectus meus in hortū suum,ut comedat fructum pomorū suorum. De primitiua sancta ecclesia in Ierusalem congregata scriptū est,quemadmodum recepto spiritusancto,fideles illi sumebant cibū cum exultatione & simplicitate cordis,collaudantes deum:quanto magis est credendū,q; beatissima ac spiritusancto plenissima Maria cū unigenito suo,ablactando à lacte,auulso ab ubere,sobrijssime sumpsit cibū cū gaudio spiritali & colūbina simplicitate. Nonne deliciosum fuit spectaculū,sedere ad refectionē cum unigenito dei ac suo,& ex eodē cū eo uasculo cibū accipere & potare? Deniq;,& id pie uidet credendū,q; humilimus & obedientissimus filius ille mēsam frequēter parauit suę dignissimę matri,apponēda apposuit,remouēda remouit sicut & postea dixit:Ego in medio uestrū sum sicut q ministrat:& sicut post cœnā suam nouissimam,hymnū & gratiarū actionem exoluit:ita q̄tidie ad mensam creditur benedictionem dedisse,& gratias retulisse.O domina magna,ô cœlestis regina,cui uescenti rex regū & deus deorū conuescitur & ministrat.

Cant.5.
Actu.2.
Luce 22.
Mat.14.

Articul⁹ XXXIIII. De corporali pulchritudine benedictę & gloriosę Marię.

QVàm pulchra es amica mea,quàm pulchra es.Credendū est, talem & tam speciosam fuisse Mariam sanctissimam,ut summi astronomi scribant, nasci uirginem in prima facie signi Virginis,utputa quòd fuit uirgo munda, puella immaculata,corpore speciosa, uultu uenusta,habitu'q; modesta,ut patet ex dictis supra 29.Articulo,Deniq;, sicut autorem naturæ,fontem pulchritudinis uniuersæ,reparatorē corruptorum,atque deformatorum reformatorem,decuit nasci ex uirgine inuiolata,penitus incorrupta,sic & ex pulchra prorsus immaculata.Deniq;,in scripturis commendantur personæ utriusq; sexus de pulchritudine corporali,qui bene & uirtuose usi sunt ea,p̄sertim cū & de ipsomet dño Iesu Christo sit scriptū:Speciosus forma prę filijs hominū.Rebecca quoq;,Rachel,Iudith & Hester,de eximia pulchritudine in scripturis laudātur.Similiter sacratissimę uirgines Catharina,Vrsula,Agatha,Hagnes,Barbara,Dorothea, Margareta,multæq; aliæ,in suis Legēdis de pulchritudine corporali laudantur.Hinc credendum censet,cūctis illis uirginibus p̄stantissimā hanc Mariā fuisse & esse etiā corporaliter formosiorem.Prętera,tanto plus commēdatur quisq; de mundi contēptu & uirginitate seruata,quāto ad ea q̄ mūdi sunt aptior,& ad carnis delicias appetibilior ex naturali dispositione esse uidet.Vt ergo serenissima uirgo Maria de oim mundanorū contēptu, & itē de sua purissima castitate commēdabilior esset, decuit eā esse prorsus pulcherrimā, & in cunctis naturalibus optime in suo gñe dispositā.Etenim sicut incōtinentia uituperabilior est in deformibus,sic continētia laudabilior est in pulchris.Siqdem speciositas apta, sed rara est pudicitię comes.Deniq;,de hac re scribit Albert⁹:Ordo ē in rebus naturalibus,corporibusq; humanis.Natura nanq; facit aliqd pulchrū,aliqd pulchrius,ergo aliquid erit pulcherrimū secundū naturā.natura eñ habet terminū in quē potest,& non ultra.Aut ergo alicubi attinget terminū illū aut nusquā:si nusquā,ergo deficiet respectu oparationū suarū:qd est contra Philosophū dicentem:Natura non abundat superfluis,nec deficit in necessarijs:ergo natura habet alicubi suum summum.Corpus autem naturale quandoque forma

Cant.4.
Psal.44
Gene.24.29.
Iudith.10.
Hester.2.
Maria pulcherrima fuit & castissima.
Albertus.

matur à causa & corpore naturali, ipsa natura creata immediate per se & simpliciter, operante naturaliter: Aliquando uero corpus formatur deo supernaturaliter operante: ergo alicubi summū est in corpore humano, deo operāte, & alicubi summum natura operante, sicq; natura operans est immediate sub deo operante: similiter, summū naturæ operantis est immediate sub summo dei agentis. Quemadmodū ergo corpus Christi, quod deus supernaturaliter per seipsum formauit, ē perfectissimū atq; pulcherrimum in natura, quod fieri potuit secūdum statum uiæ, sic corpus beatissimę uirginis ad hoc immediate ordinatum, fuit pulcherrimum secundum statum uiæ, quod natura per se operās facere potest.
Psal.44 Ideo dicimus, quòd sicut dominus noster Iesus Christus fuit speciosus forma prę filijs hominū, sic gloriosissima uirgo speciosa atq; pulcherrima fuit inter filias hominum: & quòd ipsa habuit summū & pfectissimum in pulchritudine, quod potuit esse in mortali corpore fœmineo secundū statum uiæ, operante natura. Hæc Albertus. Ex quibus consequens est, quòd sacratissima uirgo Maria fuit corporaliter pulchrior ipsa Hester, de qua legitur:
Hester.2. Erat Hester formosa ualde & incredibili pulchritudine, omniū oculis amabilis & gratiosa
Iudith.8. uidebatur. Similiter quòd pulchrior fuit quàm Iudith, de qua fertur in libro eius: Erat eleganti aspectu nimis, & considerabant faciem eius, & erat stupor in oculis eorum, & dicebant: Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu uerborum.
Iob.42 Item quòd pulchrior fuerit filiabus beati Iob, de quibus recitatur: Non sunt inuētæ mulieres speciosæ sicut filię Iob, in uniuersa terra. Prę terea, iuxta doctrinam Philosophi, pulchritudo corporis consistit in tribus, puta in eleganti corporis quātitate, in cōgrua membrorum dispositione & proportione ad inuicē, & in uiuido ac uenusto supfuso colore: idcirco in his fuit dignissima uirgo Maria excellens post filiū suū. Nam & regulariter talis generat talem, tantus tantum, nisi error aut impotentia impediat, aut per uiam accidentis aliter fiat. Porro optimus color, ex albo & rubro est permixtus. Prę terea aduertēdum, quod corporalem optimę Marię speciositatem mirabiliter uenustabat pulchritudo moralis, in compositione atq; facetia morum & actuum, apparatuq; uultus & exteriori maturitate consistens, in qbus omnibus diuinissima, probissima, ac maturissima uirgo Maria maxime prę fulgebat. Interior quoq; pulchritudo mentis suæ gratuita & supnaturalis fuit ita exuberans, quòd miro modo radiauit in facie eius, incessu, actu, moribusq; forinsecus. Hinc Honorius anachoreta disseruit: Benedictæ uirginis huius totū corp' est rite uenerabile, summo creatori singulari prærogatiua semper amabile, uniuersis quoq; angelis & hominib' incessanter honorabile. Totum etenī uirgineæ matris corpus erat incomparabili pulchritudine speciosum, inæstimabili suauitatis dulcedine gratiosum, & omi habitudine sua in beneplacito dei decenter & admirabiliter gloriosum. Tota etenim pulchra fuit, nec ulla in ea unquā macula extitit. Omis uigor, omis intellectus ac sensus ipsius à spūsancto regebatur: à quo ipsa non per diuisam, sed per integram gratiam replebatur.

Margin notes: Pulchritudo corporis in tribus cōsistit. — Maria optimis prędita fuit morib'. — Honorius

Articulus XXXV. De pcipua bonitate harmonię & cōplexionis Marię dignissimæ.

Cant.4 — Cant.8.

QVæ est ista quæ ascendit delicijs affluēs, innixa super dilectum suum? Ex dictis constat, quòd sicut beatissima uirgo Maria fuit pulcherrima corpore, ita & nobilissima atq; tenerrima complexione: imò decentissimum fuit, ut optimæ esset complexionis, ex cuius substantia purissimisq; sanguinibus accipiendū & formandum fuit corpus autori naturę, & totius domino creaturæ hypostatice uniendū: sicut & corpus illud oportuit esse in omi dispositione & complexione præclarū & optimū. Insuper, molles ac teneri carne, apti sunt mēte ac indolis bonæ: complexionisq; bonitas, ad scientiam ac uirtutes disponit. Decuit aūt electissimam uirginem æternæ sapientię matrem, esse ingeniosam, docilem, indolisq; præclaræ, & ad omniū perfectionē uirtutū aptissimam: idcirco post Christum præclarissimæ fuit complexionis, atq; ex naturali dispositione, quieta, modesta, mitis, pudica & taciturna. Amplius, cum similitudo sit causa amoris, inter eos qui in complexione & moribus multū conformes sunt, maior ac naturalior solet esse dilectio: Idcirco inter Christū & uirgineā eius matrem, decuit eē complexionem simillimam, quēadmodum & amorem non solum infusum, sed etiam naturalem ac præcipuum. Insuper, eorum qui in complexionis bonitate atq; ingenitæ indolis præclaritate magis communicant, dulcior & conuenientior cohabitatio & conuersatio extat. Cohabitationem autē & conuersationē filij dei ac eius præstantissimæ genitricis in seculo isto, oportuit suauissimam conuenientissimāq; existere: idcirco in harmoniæ æqualitate benedicta & serenissima uirgo Maria fuit suo simillima filio. Amplius, sicut nobilissima extitit Chri-

Margin note: Maria nobilissimæ fuit cōplexionis.

sti

sti complexio, sic decuit eum proportionato lacte in sua foueri infantia: Lac ergo uirginalium uberum deiferæ matris, optime fuit dispositionis, quod eminentiam exigit bonæ complexionis. Ideo uirgo hæc unica, per quam reparata & reformata sunt uniuersa, quæ deum concepit naturæ, fuit in suo sexu omni naturali perfectione sublimiter decorāda. Nec decuit tenerrimum ac nobilissimæ complexionis infantulum ac puerum Iesum contrectari & educari, amplecti, deosculari, constringi, nisi à matre uirginea, in naturalibus atq; gratuitis elegantissime perornata, de qua ipse in Cāticis uerissime contestatur: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Etenim à planta pedis usque ad uerticem capitis, nil penitus fuit in ea neq; in anima, neq; in corpore indecens, reprehensibile, indecorum: imò totum fuit diuinæ sapientiæ circino formatum, pulcherrime circuncisum ab omni superfluitate, plenissime ac speciosissime operatum. nempe, sicut Christi humanitatem propter eius personalem cum deo unionem decuit omni perfectione naturæ & gratiæ, in termino excellentiæ præfulgere: ita ipsius genitricis personā post unigeniti sui humanitatem, oportebat in oībus sic ornari: qm̄ post hypostaticā cum deo coniunctionem, non est alia tam uicina, ut unio matris dei cū deo filio suo. Canti.4

Articulus XXXVI. An aliquis supernaturalis atque sensibilis splendor in beatissimæ Mariæ apparuerit uultu, suauitatisq; odor in sacratissimo corpore eius.

PVlchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem. In libello de Ortu & uita benedictæ Mariæ apocrypho recitatur, quòd cum esset trium annorum, tā maturo gressu ambulabat, & pfectissime loquebatur, quasi triginta esset annorū: ita orationibus insistebat, & facies eius splendebat, ut uix posset in eius uultum quisquam intendere. Sed hæc apocrypha reputantur: quanquam ut tactum est supra, credibile æstimetur, quòd usus rationis fuit anticipatus in ea, & quòd supernaturaliter roborabatur corpore & anima ad diuina obsequia. Denique, dispositio cordis relucere solet in uultu, præsertim in oculis: propter quod in Prouerbijs Salomon protestatur: Quomodo in aquis resplendent uultus prospicientium, sic corda hominū manifesta sunt prudentibus. In Ecclesiastico quoque legitur: Ex uisu cognoscitur uir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Hinc in Ecclesiaste habetur: Sapiētia hominis lucet in uultu eius. Itaq; quo amabilissima & gratiosissima uirgo Maria adhuc infantula & adolescētula abundātioribus diuinorum charismatum infusionibus fuit præuenta, eo hæc ipsa exuberātia magis in eius refulsit uultu ac uisu: & quo quotidie in omi gr̄a & uirtute, in omni luce contemplationis theoricæ, in mysticæ theologię splendore, in puritate interna & sanctitate angelica excellentius copiosiusq; profecit, eo interior illa cœlestis ac diuina synceritas luminosa, euidentius in sacratissimę Marię facie apparebat, atq; ut quidā etiā magni dicunt doctores, uisibiliter radiabat. Veruntamen moderatione diuina reor radiationem huiusmodi fuisse tēperatā, ut conuersationi hominum esset portabilis, & ne excellētia eius ante tempus opportunum nimium pāderetur. Deniq;, de multis sanctis legitur patribus, q uultū prætendebant ac deferebāt angelicum, & splēdida quadam uenustate ornabātur in facie, per q̄d ab intuētibus sancti esse sunt agniti: qui & uicissim uisi sunt igneū lucifluūq; gerere uultum. Cūq; à secreto contemplationū & feruore orationum suarū progrederētur in publicū, uidebātur roseo quodā colore, diuinoq; lumine esse perfusi: cur non talia multo excellētius liceat de sanctissima, illuminatissima & gratiosissima suspicari Maria, quę prę uniuersis frequenter rapta fuit in diuitias gloriæ dei, atq; insup splendidissimæ deitatis absorpta abyssum: Præterea, quidam patrum sanctorū tam abstinētissime ac sobrijssime leguntur uixisse, quòd sancta eorum corpuscula adhuc in terris animata & conuersantia, dulciter redolebant. Similiter castitatis perfectæ fragrātia potest redundare in corpus. Cur igitur nō putetur credibile, q mundissima atq; uirginea uirtuosissimę uirginis caro supercastissima, quæ nec in cibo nec potu unquam excessit, quod patribus quantūuis sanctis non conuenit, dulcem sit sortita odorem, pręsertim quia & optimę fuit complexionis, ordinatissime quoq; & ualde naturaliter semper uixit. Insuper, ex assiduo diuinę prolis contactu & deportatione eius in utero extitit uehementer deificata, & quæ uniuersæ suauitatis fontem, datorem & causam tot mensibus tulit in uentre, tot annis contrectauit, fouit, amplexa est, potuit utiq; non mediocrem inde contrahere mētis corporisq; dulcedinem, poteratq; dulcedo interior redundare ac odorari in corpore. Nēpe (ut optime dixit Ambrosius) incomprehensibilis filius, incōprehensibiliter operabatur in matre. Amplius, prętactam hanc lu-

Cant.6. Prouer.27. Eccl 19 Eccle.8 Ambros.

minositatem ac redolentiam uirgineæ carnis gloriosæ MARIAE post filij sui ascensionem, sancti spiritus missionem auctas fuisse opinor, quatenus filio plene glorificato in cœlis, mater quoq; munditiæ clarificationem quandam paulatim sortiretur in terris, & sanctitatis eius sublimitas intuentibus innotesceret cunctis, ad omnipotentis honorem, intuentiumq; ædificationẽ. Hinc merito creditur, ex solo sanctissimæ Mariæ intuitu plurimos Iudæorum atq; gentilium fuisse cõpunctos, attonitos, & conuersos.

Articulus XXXVII. In qua ætate gratiosissima uirgo concepit Christum.

Cant. 8. SOror nostra paruula est, & ubera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? Dixerunt quamplures, etiam eruditi, quòd sacratissima Maria circa quintumdecimum suæ ætatis annum cõceperit dei filium. Porro Albertus circa hoc argumentatur, & uerius opinatur, quòd in ea concepit ætate, qua perfecta fuit corporis statu & quantitate, & quòd circa eandem sit desponsata ætatem, & inter cætera argumentatur sic: A corpore beatissimæ uirginis formabatur corpus CHRISTI perfectissimum secundum naturam: quia ex corpore tali formatur corpus tale, & ex magis tali magis tale. Corpus autem perfectissimum secundum statum non est ante statũ uigintiquinque annorum: ergo corpus beatissimæ uirginis debuit esse ad minus uigintiquinque annorum dum CHRISTVM concepit. Itaque supponendo, quòd in beatissima uirgine fuit omnis congruentia tam ex parte naturæ, quàm ex parte gratiæ, ad hoc ut mater dei fieret, credimus quòd deum concepit tali ætate, qua perfecta fuit statu corporis & quantitate, & quòd circa eandem quantitatem ætatis fuerit desponsata, tanto tẽporis spatio dempto, quanto sponsalia matrimonium solent præcedere, duorum uidelicet mensium. Hæc Albertus. Cuius non obstantibus dictis, uerius puto, quòd uirgo dignissima circa quintumdecimum conceperit annum. Nec argumentatio ad oppositum introducta concludit, cum & experientia doceat, ex iuuenculis nondum sedecim annorum nasci frequenter magnos atque fortissimos uiros: & dato quòd hoc secundum naturam fieret, tamen in gloriosa & benedictissima uirgine Maria aliter fieri potuit & congruebat: quia in ea totum fuit supra naturam, & ipsa à spiritusancto uirtutem conceptiuam & generatiuã accepit. Denique, Iudæi connubia filiarum suarum non consueuerunt differre tam diu, atque (ut tactum est supra) dulcissima ac pijssima uirgo Maria in templo fuit oblata, impletoq; tẽpore, quo uirgines in templo deseruientes consueuerunt desponsari, felicissima uirgo cum cæteris de templo in sua remissa est, ac desponsata. Istud etiam cõsonat expositoribus quibusdam, super illud Canticorum: Soror nostra paruula est, & ubera non habet: dicentibus quòd electissima uirgo Maria, in tenera ætate filium dei concepit.

Albertus.

Articulus XXXVIII. Quòd ea quæ de incarnatione filij dei, & excellentia sanctissimæ Mariæ asserimus, deitati non derogent.

Ephe. 2. DEus qui diues ẽ in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos CHRISTO, cuius gratia estis saluati. Filijs huius seculi, perfidis hæreticis, Iudæis, Saracenis, ac cæteris filijs perditionis à lumine fidei alienis, uisum est deo esse iniuriosum, ac eius excellentiæ, perfectioni & gloriæ derogare, quòd dicimus unigenitum dei uerum deũ, temporaliter conceptum, & natũ ex muliere, iacuisse in uentre, immunditijs naturalibus non carente, circuncisum, passum & crucifixum fuisse, atque tam uiles denominationes sortitum, ac per materni uteri portam egressum. Hinc quidam hæretici, ut Hebion & Heluidius, negauerunt eam uirginem esse: Alij, ut Cherintus, Photinus, Dioscorus, asseruerunt eam non deum, sed purum hominem peperisse: Alij finxerunt eam genuisse quidem deum, sed non uerum deum, ut Arrius & Eunomius, affirmantes Christum esse puram creaturam, & tamen cœli ac terræ creatorem: Alij mentiti sunt eam non hominem uerum, sed phantasticum generasse, ut Manichæus: Alij blasphemantes, dixerunt filium dei nihil ex ipsa sumpsisse, sed per ipsam tanquam per aquæ ductum dũtaxat transisse, ut Valentinus. Verum hos omnes damnat catholica fides. Et utiq; uitiosa fuerunt caligine excæcati, non intuentes syncere, qd abhorreat, qd diligat deus. Nõne ipse ubiq; uere est pñsens, & oia penetrat, & ipsas illabitur rerũ essentias, estq; intimior atq; uicinior cũctis, q̃ essentialis pars suo toti? Non ergo naturales immũditias materiales'ue sordes, sed uitiorũ abhorret impuritates, spũalesq; maculas, gratiæ ac uirtuti contrarias. Porro, carnem humanam rationi obedientẽ, castitate ornatã, uirtuosorũ actuũ instrumentũ, tanq̃ hostiã sanctã acceptat, & tanq̃

Hæretici cõtra de maria pñ dic.

templum suum inhabitat, sicut ait Apostol⁹: Nescitis quoniam membra uestra templum sunt spiritussancti? Itemq́; Glorificate (inquit) & portate deū in corpore uestro. Videmus quantis miraculis mirificet & honoret sanctorū reliquias. Si ita honorat mortua corpora, quantum adhuc animata, & sanctis exercitijs dedita, amat & ueneratur? Ea uero quæ ex naturali institutione ac diuina ordinatione habemus, non spernit: ac pure naturalia, seu corporaliter tantum immunda, non detestatur: imò quo fœmina est sexu fragilior, ac natura infirmior, eo si sancte, caste & spiritaliter uixerit, gloriosior est coram deo, uictoriosior, ac cœlesti sponso acceptior. Munda igitur acie mentis intuenda sunt ista, & sacratissimam spiritalissimamq́; Mariam, cum debita reuerentia ac munditia contemplemur, mysteria quoque Christi. Vere nanque dixit Apostolus: Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum: sed inquinatæ sunt eorum mens & conscientia. Cōfitentur se nosse deum, factis autem negant. Præterea, sic deum credimus incarnatum, & ex uirgine natum, atque in assumpta humanitate circunscriptum, ut deitatem eius seu diuinam naturam fateamur æternaliter inuariabilem, inuariatam, illimitatam, impassibilem, immortalem. Hinc nasci ex uirgine, educari, crescere, pati, crucifigi, sepeliri, circunscribi, ac consimilia, competunt ipsi ratione naturę assumptę, absque iniuria & derogatione, mutatione ac læsione propriæ deitatis & assumentis personæ in propria sua natura, imò in benedicta uerbi ęterni incarnatione, in eius mundissima ex illibatissima atque sanctissima uirgine natiuitate, in eius salutifera passione, infinita bonitas eius, pietas, charitas, dignatio, liberalitas, omnipotentia, sapientia, iustitia, ineffabiliter, pulcherrime, profundissime & euidentissime repræsentantur, relucent, commendantur, cōtemplariq́; ualent, prout hoc supra est tactum, & alibi clarius demonstratum. Ad laudem & gloriam omnipotētis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

1.Cor.6. Ibidem. Tit.1. Luc.2. Marc.8. Matt.27. Luc.23.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS Mariæ, Liber Secundus.

SAPIENTIA ubi inuenitur? & quis est locus intelligentię? Sapientiam, aliquid nobilissimum esse, cōstat ex eo quòd ipsemet deus in scripturis frequenter sapientia nominatur. Ipse est enim sapientia increata, ęterna, immensa: à qua omnis sapientia, omīs sciētia, omīs ueritas quæ ipse non est, fontaliter manat. Rursus, sapientiam esse dignissimum quiddam, hinc patet, quòd sapientia dei patris Christus dominus in actu sapientiæ beatitudinem nostram consistere, imò actum sapientiæ beatitudinem nostram esse disseruit loquendo ad patrem: Hęc est uita ęterna, ut cognoscāt te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Et quoniam similitudo est causa amoris, fons sapientiæ deus altissimus neminem diligit, nullum amat aut approbat nisi sapientem, id est, salutarem sapientiam (quæ est donum spiritussancti) habentem, iuxta illud Sapientię: Neminem diligit deus, nisi qui cum sapientia inhabitat. Vnde de carentibus luce sapientiæ huius, scriptum est: Quia non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. Hinc unigenitus filius dei ad hoc uenit in mundum hunc, ut sapientiam hanc nobis communicaret, atque ad eius nos induceret actum, hoc est, ad salubrem deitatis notitiam, prout in prima sua Canonica sanctus fatetur Iohannes apostolus, Scimus, inquiens, quoniam filius dei uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus deum uerū. Denique, hoc est quod tempore passionis stans ipse omnium iudex coram iudice homine dixit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Hinc ait Gregorius: Angelorum hominumq́; naturam ad cognoscendum se dominus fecit. Voluit equidem nos suæ beatitudinis esse participes: Eius autem beatitudo immensa ac ęternalis, quid aliud est nisi sui ipsius plena, perfecta & comprehensiua cognitio, ad quam participandam nos condidit, cuius participatione ei excellētissime assimilatur rationalis intellectualisq; creatura, prout in prima sua epistola sanctus testatur Iohānes: Charissimi, nunc filij dei sumus,

Iob.28. Sap.7. Baruch.3. 1.Iohan.5. Ioh.18. 1.Iohan.3.

mus,& nōdum apparuit quod erimus. Scimus quoniā cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Ideo uniuersorum creator iussit, ut ei in uita præsenti cōformari per sapientiam & uirtutes conemur, quatenus uitæ huius finito circulo, ad plenariam illam ipsius conformitatem beatificam perducamur. Ad recuperandam, promerendam & dandam nobis beatitudinē istam, æterna & increata ac ingenita dei patris sapientia, uerbū æternū, unigenitus dei dignatus est fieri homo & filius uirginis, atque inter homines conuersari, quatenus per assumptā ex benedicta ac gloriosissima uirgine humanitatē nos informaret, redimeret & saluaret, q de suis mysterijs suaque deitate eā potissime & in primis instruxit, & salutari hāc sapientia gratiosissime adimpleuit, quā ab æterno sibi præelegit in matrem, de cuius præclarissimæ & inæternum dulcissimæ uirginis laudibus, quia in primo est tractatū libello, quantum ad ea quæ ad tantæ uirginis sacratissimum ac deificatum potissime spectant corpusculum, nunc in secūdo isto Tractatu restat disserere de eiusdem uirginis glorificandæ præconijs ad syncerissimam atque mundissimam eius pertinentibus mentem, hoc est, de sapientia & scientia, de prudentia, arte & industrijs eis, de altitudine contemplationum ipsius, & de quotidiano profectu eiusdem in omnibus istis, atque in primis præmittenda sunt aliqua de eminentia eius puritatis, & de plenitudine gratiæ eius.

Baruch 3.

Articulus I. Qualiter intelligendum sit uerbum sancti Anselmi, dicentis optimam pijssimamque Mariam, tanta puritate resplenduisse, quod maior sub deo intelligi nequit.

Psal. 44 Concupiscet rex decorem tuum. Certū omnino est, decentissimū extitisse, ut decus puritatis immensæ, qui essentialiter & incircūscriptibiliter sanctus est, ac sanctitas infinita, non nisi ex purissima uirgine nasceretur, & sicut humanitatem à uerbo æterno hypostatice assumendam decuit tanta plenitudine gratiæ, sapiētiæ, uirtutum, donorum, imò & beatificæ uisionis ornari ac adimpleri, quod rationalis creaturæ capacitas capere plus nequiuit, sicut felicissimam illā puellam à uerbo æterno ac adorando in uerā matrem prælectam ac assumendam, decuit tāta puritate nitere ac decorari, quod post humanitatē Christi nō potest rationali aut intellectuali creaturæ maior puritas conuenire, inesse, aut condonari. Verum ex hoc uerbū illud Anselmi uidetur nō posse saluari. Si enim, imò quia puritas humanitatis Christi extitit maior & ineffabiliter maior puritate uirginis benedictæ, non splenduit ipsa tāta puritate, quòd sub deo maior nequit intelligi, cū maior ea sub deo sit, & esse noscatur in Christi humanitate. Ex eadem ratione uidetur uerum non esse, quod ait Albertus, tantam fuisse sacratissimæ uirginis puritatem, quòd pura creatura maioris puritatis capax esse nequiuerit, cum Christi humanitas pura creatura existat, cuius caro fuit & est purior ac sanctior carne dulcissimæ uirginis: anima quoque illius purior extat & sanctior præstantissimæ uirginis anima. Insuper, excellētissima uirgo Maria fuit uiatrix, & quādiu hic uixit in corpore, profecit quotidie. ergo dum filiū dei concepit ac peperit, non nitebat tanta puritate, ut postea. Amplius, ipsa in die sancto Pentecostes cum gloriosis apostolis accepit spiritumsanctum: nec dubium quin copiosius quam quisquam illorum: ergo tunc uehementer creuit in puritate & in omni sapientia ac uirtute. Insuper, maior & præclarior facta est puritas matris totius munditiæ, quando de uia & fide ad patriā ac speciem, seu beatificam uisionem perducta est, quia ex tunc ineffabiliter clarius contemplata est superbeatissimam trinitatem. Non ergo in uita hac tanta nituit puritate, quòd sub deo maior non ualet intelligi. Præterea, iuxta diuini Dionysij documenta, supremum ordinis inferioris cum infimo superioris ordinis magnam habet cōuenientiam, non tamen attingit illius perfectionem seu dignitatem. Cum ergo præclarissima uirgo Maria fuerit in hoc mundo uiatrix, quamuis altissima, non tamen uidetur existēs in terra ad infimi puritatem angeli peruenisse, præsertim cum sancti in patria propinquius atque lympidius increato lumini ac fonti munditiæ sint uniti, quam uiatores. Adhuc autem, cū puritas creatoris in infinitū sit maior omni puritate creata, possunt inter puritatem dei & uirginis beatissimæ puritatem innumerabiles gradus puritatis imaginari siue intelligi. Deus quoque cum sit illimitatæ ac prorsus infinitæ potentiæ, potest omni creata forma perfectiorem producere. Potuit item gloriosissimæ MARIAE uitam in hoc seculo prolongare: quo facto, profecisset in puritate. Cui & tantā poterat puritatem adijcere, quantam habuit Petrus aut Paulus. Non igitur ad summū puritatis gradum sub deo pertigisse uidetur. Multa in hūc modū obijci queūt, quæ id potissime exigūt, ut declaretur qualiter

præinductũ Anſelmi uerbum ſit intelligendum: quocirca penſandum, quod autoritas hæc Anſelmi, à diuerſis, uarijs modis exponitur. Quidã nanque exponunt dicẽtes, quòd puritate ſeu ſatisfactione Mariæ maior nequit intelligi ſub deo & ſub Chr̃o, qui deus eſt, quoniã Chriſtus fuit ſine originali peccato cõceptus, & uirgo beata quãuis in originali cõcepta, ſecundũ iſtos, tñ ab illo mox fuit purgata, non quidem eodẽ inſtanti quo anima eius fuit creata, ſed cito poſt hoc. Hæc autẽ reſponſio ſuperficialis uidetur: & eis præſertim nõ placet, qui affirmãt, & bene, beatiſſimã uirginẽ in originali nõ eſſe cõceptã. Porro, alij plenius dicunt, quòd ſacratiſſima Maria fuit in utero ſanctificata per gratiam ſingularẽ, quæ remouit & abſtulit culpam originalem & pronitatem peccandi, non ſolum mortaliter, ſed uenialiter quoque. Et addunt, quòd tres fuerunt ſanctificationes matris Chriſtiferæ: Prima ſanctificatio eius fuit in utero matris, tres habens effectus: uidelicet, originalis culpæ expiationem, & gratiæ infuſionem, ac tantam fomitis reſtrictionem, quòd non poſſet in aliqd duci peccatum, quamuis ſecundum eſſentiam remaneret. Secunda ſanctificatio uirginis glorioſæ fuit, in ſpiritusſancti obumbratione & filij dei conceptione, quæ tribus præmiſſis effectibus ſuperaddidit duos, puta omnimodam fomitis extinctionem & confirmationem in bono. Itaque prius poterat tantum non peccare, iam nõ poſſet peccare. Tertia ſanctificatio eius fuit in filij dei inhabitatione, qui nouẽ menſibus in eius utero uirginis manſit, quæ ſanctificatio cunctis prædictis duos effectus addebat: Vnus fuit, quòd omnes diſpoſitiones fomitis abſtulit, ſicut interdum morbus curatus eſt, & tamen aliquæ eius reliquiæ manent curandæ. Secundus fuit conſecratio ſeu dedicatio ſanctiſſimæ uirginis ad diuina præſciſe, ita quòd etiam uſibus humanis ſeu mundanis licitis, utputa matrimonialibus, impoſſibile eſſet eam aptari, quia tunc non ſolum mens eius, ſed etiam corpus luce deitatis reſplenduit. Itaque ex prima ſanctificatione benedictiſſima uirgo Maria excellebat puritate omnes baptizatos, in quibus fomes non intantum reſtringitur, quin in eis remaneat pronitas mortaliter, uenialiterque peccandi. Ex ſecunda ſanctificatione excellebat puritatem Adæ, quam habuit ante lapſum, quia in ſtatu innocentiæ non fuit confirmatus in bono. Per confirmationem quoque illam angelos excellebat: qui quamuis confirmati erãt in bono, tamen nec creſcere poſſunt in præmio ſubſtantiali, quemadmodum neque decreſcere. Beatiſſima autem Maria proficere potuit, non deficere. Denique, in puritate ſanctificationis, quam ſortita eſt ex ſuperuentione ſpiritusſancti & ex præſentia dei, omnem etiã excellit creaturam. Cum etenim eſſe matrem dei, ſit ſuprema dignitas, quæ puræ poteſt creaturæ cõmunicari, oportet gratiam ad hoc diſponentem eſſe maiorẽ om̃i gratia, puræ creaturæ conceſſa. Hæc ſecundum horum poſitionem ſint tacta: quæ itẽ diſplicet eis, qui amãtiſſimam dei affirmant non eſſe in originali peccato conceptam. Aliqua quoque continentur in horum poſitione quæ tranſiliui, quià aut ueritate aut certitudine carent: imò & quædam eorum quæ ſecundum hos dicta ſunt, patiuntur inſtantiã. Porro Albertus in libro ſuo de laudibus feliciſſimæ uirginis ſuper his loquitur: Hæc puritas dominæ noſtræ ẽ ab originali peccato, non dico diſtantia, ſed ſegregatio, & ad primam increatãque lucem quantum poſſibile eſt puræ creaturæ, deiformis approximatio. Vnde ſecundũ rem, nihil eſt aliud puritas iſta, niſi peccati originalis deletio, fomitiſque extinctio & gratuitarum uirtutũ ultimatio, & ſumma & ultimata perfectio. Concedimus etiam, quòd in beatiſſima uirgine ſecundum ſtatum uiæ fuit gratia deiformior quàm in angelis: & hoc dico quantum ad ſubſtantiam, id eſt, eſſentiam gratiæ, non quo ad actum ſeu operationem ipſius, quemadmodum & de charitate eiuſdem dicendum eſt. Dicimus item quòd hanc puritatem in ſumma quatuor gradibus aſcendit beata uirgo. Primo enim purificata fuit per ſanctificationem ſuam in utero: Secundo, in uirtutum exercitio: Tertio, in ſpiritusſancti ſuperuentione: Quarto, in filij dei conceptione. Hæc Albertus. Qui etiam in his uerbis præſupponit Mariam digniſſimam in omni originali conceptam, de qua re ex rationabili ſuperſedeo cauſa. Porro ad principale reſpondendo quæſitum, reor dicendum, quòd puritas beatiſſimæ conceſſa MARIAE in ſeculo iſto extitit tanta, quod nulli creaturæ puræ in eſſe creato ſubſiſtenti conceſſa eſt maior, imo neque æqualis: per quòd ſoluitur, quod de humanitate ſeu anima Chriſti obijcitur. Illa quippe quamuis in ſe pura fuerit creatura, non tamẽ unquam fuit ſubſiſtens in eſſe creato, ſed eodem momento fuit producta, atque ad hypoſtaticum eſſe uerbi æterni aſſumpta, & in illo ſuppoſitata. Præterea, conſiderata infinita dignitate & excellentia Chriſti ſecundum ſuam deitatem ex una parte, & decliuitate ac nihileitate beatiſſimæ uirginis, quam habuit ex ſe ipſa ut creatura ex nihilo facta, talis & tan

Tres ſanctificationes matris.

Eſſe matrẽ dei, ſuprema dignitas.

Albertus.

ta fuit puritas & sanctitas eius, quod non decuit puræ creaturæ in esse creato subsistēti dari maiorem, nec parē, imò intantum puritas eius ac sanctitas, omnium cæterarum rationalium ac intellectualium creaturarum puritatem & sanctitatem excessit, præsertim quantum ad habitum atq; essentiam & acceptationem puritatis & gratiæ, sapientiæ ac uirtutum & donorum, quantum in his decuit matrem ueri dei, ministris eius præferri. Veruntamen actualis contemplatio, actualisq; feruor dilectionis non erant in ea tam excellēter saltem cōtinue, quemadmodū in beatis deo indesinenter fruētibus. Nihilominus cōtemplatio & dilectio sacrosanctæ Mariæ, quibus in hac uita contemplabatur diligebatq; deum, fuerūt deo ita acceptæ, tamq; efficaces, uirtuosæ, pretiosæ ac meritoriæ, quod per eas promeruit ad eminētiorem & clariorem deitatis contemplationem, ardentiorem quoq; & perfectiorem ipsius dilectionem & fruitionem promoueri in patria, quàm aliquis sanctorū aut beatorum habet in regno illo cœlesti. Et per hæc patet ad cuncta obiecta solutio. De quotidiano autē & indesinenti dulcedine Mariæ, profectu in omnia grã, uirtute & dono, infra dicetur.

Articulus XXIX. Qualiter plenitudo gratiæ inerat uirgini gloriosæ.

Luc. 1. INgressus angelus ad Mariam, ait: Aue gratia plena. Multi theologi tradūt gratiam gratificantem, seu gratum facientem, realiter esse distinctā à charitate, & alia quacunq; uirtute, & iuxta horum doctrinam dicendū, quod suauissima uirgo Maria fuit plena gratia gratificante, habituali, perficiente essentiam animæ eius, atq; ponente eam in esse supernaturali, deiformi, ad promerendū idoneo. Sunt autē diuersi atq; multiplices plenitudinis gradus. Siqdem de beato & magno Iohāne, ut nondū nato ex utero Gabriel sanctus ꝑdixit: Spūsancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. De quo certū est, quod post ea multo plenior factus est gratia, & usq; ad ultimū uitæ suæ in hoc seculo diem creuit in grã. Similiter de apostolis scriptum est: Repleti sunt oēs spiritusancto. de quibus id patet, quod ex die repletionis illius qtidie profecerunt in charitate & gratia, & in donis cæteris q; uirtutibus. Sic itaq; electissima uirgo Maria in matris suæ utero multo copiosius fuit repleta spūsancto & gratia, quàm sanctus Iohannes Baptista: atq; ex eo quo uti cœpit ratione assidue. Creuit quoq; quotidie in gratia, sapientia & uirtute: sicq; ex iugi exercitatione interna, facta est ingenti gratia plena, quādo ad eā missus Gabriel angelus dixit: Aue grã plena. Nec tā tunc gratia fuit ita plena, quin mox replenda fuit grã ineffabiliter ampliori, charitate maiori, omniq; uirtute ac dono exuberātiori, per incrementa, augmēta seu profectus & completiones illorum, atq; per additamenta seu adiectiones quorundam supernaturalium diuinorum charismatum. Vnde angelus dixit ad eā: Spūsanctus supueniet in te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Insup, in salutatione illa angelica, per gratiā potest intelligi cōgeries uniuersarum uirtutum infusarum & gratuitarum, ac septem donorum, unà cum gratia gratū faciente, & beatitudinibus octo, atq; duodecim fructibus spūs, quibus oībus Maria pͥssima plena tunc fuit, quantū ad suū pertinuit statū. Verum in superuentione spūsancti, & conceptione filij dei, aucta sunt uehementer in ea oīa ista superna charismata. Deinde, in tam diuturna deportatione diuinæ adorādæq; prolis in utero, postea quoq; qtidie usq; ad horā suæ felicissimæ assumptionis, ꝑsertim in die celeberrimo Pentecostes, quæ cū cæteris in cœnaculo congregatis, præ oībus illis abundātissime spūmsanctum accepit, prout hæc infra plenius exponent. De hac plenitudine grã Mariæ dignissimæ, scribit Hericus de Hassia: Aue Maria grã plena: plena totaliter, plena permanenter, plena supeffluenter, plena inquā grã plenitudinis omnium uirtutum, certitudine credendarum omnium ueritatum, gratia illustrationis propheticæ, contēplationis excellentissimæ, grã optimæ cōpaginis naturalis, singularissimæ pulchritudinis corporalis, decētissimæ habitudinis moralis: quā oīm artifex deus ad ipsius formationē in utero supnaturaliter cōcurrens, filio suo dignū habitaculū fabricaturus, eā intrinsecus oīm gratificātium charismatū & dignificantiū habituū plenitudine adornauit, ut etiā in exteriore eius effigie grã diuina tā copiose efficaciterq; luceret, quod eius aspectus carnaliū æstus extingueret, peccatorum corda cōpungeret, mundanorum hominum desideria ad cœlestia eleuaret, speculūq; munditiæ uniuersis consisteret cōtra peccata. Impleuit eā deus in uētre, ꝑsentia inhabitātis diuinitatis: in corde, grã charitatis: in ore, grã affabilitatis: in manib⁹, grã misericordiæ & largitatis: Gratissima quoq; maturitate, in gressu: in uultu, pudicissima puritate: in intellectu, prudētia: in cogitatu, munditia: modestia, in auditu: tēperātia, in affectu: uerecūdia, in aspectu, atq; in oī sensu & corporis gestu, relucētia uirtutū præcipua. Hæc Hericus. Præterea ad intelligēdum lucidius, qualiter plenitudo aliter competat Christo, aliter uirgini benedictæ, pensandum quòd in tertia parte

Luc. 1.

Lucæ. 1.

Actu. 2.

Aspectus eius peccatorum æstus extinxit.

Sum-

Summę suæ sanctus Thomas conscribit: Plenitudo (inquiens) grãæ attendi potest dupliciter: Vno modo ex parte grãæ, alio modo ex parte habentis grãm. Ex parte grãę, dicitur esse plenitudo ex eo, quòd quis pertingit ad summũ grãę gradum, & quantũ ad eius essentiã, & quãtum ad eius uirtutẽ: quia uidelicet habet grãm, & in maxima excellẽtia qua potest haberi, & in maxima extẽsione ad oẽs grãæ effectus. Scđo attenditur plenitudo grãæ ex parte subiecti, qñ aliquis habet plene grãm scđm suã conditionẽ, siue secundũ intensionem, prout grã est in eo intensa usq; ad terminum ei pręfixum à deo, iuxta illud: Vnicuiq; nostrum data est grã, secundum mensuram donationis Christi: siue etiã secũdum uirtutem, inquantum habet facultatem gratię ad omnia quæ pertinent ad suum statum siue officium: & talis gratię plenitudo non est propria Christo, sed alĳs communicatur: sicq; beata uirgo dicitur grã plena, non ex parte gratię: quia non habuit gratiã in excellentia summa qua potest haberi, nec ad omnes effectus gratiæ, cum horum utrunq; Christo sit proprium; sed dicitur gratia plena, quia habebat gratiam sufficientem ad statum, ad quem erat electa diuinitus, ut scilicet esset mater dei. Insuper, in eadem Summa, quæstione 26. testatur: Illos quos deus ad aliquid elegit, ita pręparat ac disponit, ut ad id ad quod eliguntur, inueniantur idonei. Ideo tanta eam gratię plenitudine decorauit, ut decuit eam ornari ad hoc secũdum moderamen sapientię: & sic beata uirgo pręcæteris Christo fuit propinquior, sic ad plenitudinem gratię Christi amplius propinquauit. Et erat triplex perfectio gratię in Maria: Vna quasi dispositiua ad hoc, quòd fieret mater dei: alia ex pręsentia filĳ dei in eius utero incarnati, & hęc fuit maior quàm prima: tertia fuit in eius glorificatione, quãdo coniuncta ęst ultimo fini per gratiam consummatam. Præterea de plenitudine gratię uirginis ueneràdissimę scribit Albertus in libro de laudibus eius: Beatissima uirgo grã fuit plena: Primo, qm̃ omnes grãs generales & speciales omnium creaturarũ in summo habebat. Secũdo quia & illas grãs habuit, à quibus omnis creatura uacua fuit: Tertio, qm̃ eius grã tanta fuit, quòd pura creatura nõ fuit maioris gratiæ capax: Quarto, qm̃ increatã grãm quę deus est, totã in se cõtinuit. hęc Albertus prolixe declarat, & sane intelligẽda sunt, cũ certũ sit capacitatẽ aĩæ Christi maiorẽ grãm suscepisse q̃ fuit grã Marię dignissimę. Verũ ut tactũ est, non decuit purę creaturæ in esse creato subsistenti grãm conferri maiorem, q̃ uirgini matri dei electę, imò nec gratiam ei æqualem, sed ualde minorem. Deniq;, sicut ponitur natura naturans uidelicet deus autor naturæ, & natura naturata, id est, à deo instituta & facta, sic iuxta uerba Alberti prætacta, est gratia increata quasi gratia gratiãs, id est, omnem gratiam creatam producens, & est ipsa pietas seu misericordia creatoris, de qua gratia potest intelligi, quòd plenitudo gratię dicitur se Mariæ dulcissimę totam atq; totaliter infudisse, utputa filius dei in uterum eius descẽdens, & ex ea carnẽ assumens: Alia appellatur gratia gratiata, hoc est producta, causata, infusa.

Ephe. 4

Maria quõ gratia plena.

Triplex in Maria gratię perfectio.

Albertus.

Gratia duplex.

Articulus III. De excellentia doni sapientię gloriosissimę uirginis Mariæ.

SApientia in animas sanctas se trãsfert. Sanctorum patrum & catholicorum doctorum doctrina est, septem dona spiritussancti inseparabiliter esse charitati cõiuncta: & quanto quis in charitate diuina extat perfectior, tantò in dono sapientiæ eminẽtior esse censetur. Ideo sicut suauissima uirgo Maria fuit in dei amore inęstimabiliter feruens præ cęteris sanctis & uiatoribus uniuersis, ita in sapientia, quæ est domini, præ omnibus excellentissima fuit. Porrò, septem dona spiritussancti sunt habitus supernaturales infusi, per quos mens creata fit prompte docilis, mobilis ac dirigibilis à spiritusancto, pficiuntq; dona hæc ipsas theologicas tres uirtutes expediendo, habilitando & promptificando eas ad exeundum in actus ipsarum. Itaq; per donum sapientiæ cognoscit & contẽplatur mens deum & ea quæ dei sunt cum gustu interno, & discernit ea ab alĳs ac bene iudicat de eisdem, cum conformitate & connaturalitate affectus ad ea, utputa, quòd soli deo sit summe, pure ac finaliter inhærendum, quod que spiritualia, diuina, æterna incomparabiliter cunctis creatis, uanis, sensibilibus & caducis sint præferenda. Itaque in habentibus donum sapientiæ, cognitio atque affectio mentis circa diuina connexæ sunt & concordant. Quemadmodum etiam assignantur gradus tres charitatis, ita & tres sunt sapientiæ huius gradus: ita quòd tertius gradus charitatis ac sapientiæ inest perfectis, conuenit' que personis heroicis. Habet quoque hic tertius doni sapientiæ gradus latitudinem grandem, & speciales gradus diuersos, atq; multiplicem perfectionis distinctionem & ordinem, secundum quod unus sanctus est sanctior alio, secundũ innumerabiles distinctiones, gradus ac differentias perfectionis & sanctitatis. Vnde elicitur, q͂ sicut Maria pręs-

Sapien. 7

ſima uniuerſis ſanctis poſt Chriſtum ineffabiliter extitit ſanctior, ita & in dono ſapientiæ maior, perfectior, atq; ſplendidior. Propterea prę oĩbus inęſtimabiliter, ſecretiſſime, ſuauiſ-
1 Pet. 2 ſime, frequentiſſime, exuberantiſſime guſtauit, experiebatur & ſapuit pleno mentis ore, q̃
Pſal. 72 Thre. 3 dulcis ſit deus, q̃ bonus deus Iſrael his qui recti ſunt corde, q̃ bonus dñs ſperantibus in ſe,
Pſal. 30. animę quęrenti illum, q̃ magna ſit multitudo dulcedinis eius, q̃ uere ipſe ſit deus abſcondi-
Iſaiæ. 45 tus omni ſecreto ſecretior, intus cãdidiſſime micans, & menti purgatæ ad intuendũ ac de-
Prouerb. 11 guſtandũ dignãter, clementer & copioſe ſe pandens. Prętere, Prouerbiorũ xi. ait ſcriptura: Vbi fuerit humilitas, ibi & ſapientia: quod de ſapientia iſta (quę donum eſt) potiſſime intelligitur. Humilitas quippe mentẽ deo directe ſubijcit ac ſubſternit ad ſuſcipiendũ ab eo lumen ac radios ſapientię ſalutaris. Quemadmodũ ergo amabiliſſima uirgo Maria cũctis inæſtimabiliter fuit humilior, imò in totius humilitatis abyſſo profundior, ac prorſus conſtantior: ita in dono ſapientię radiantiſſima ac ſplendidiſſima fuit, in propinquiſſimo ſtans contactu ſapientię increatę ad recipiendum indefinenter ac liberaliſſime ab eadem ſapientia, riuos, illuminationes recentes, aſſiduas, lucidiſſimas & feruentes, quibus benigniſſima atq; humilima mens deiferę uirginis ac uirgineæ matris indeſinenter reficiebatur, recreabatur & exuberauit. Inſuper Iſaię ultimo, iuxta trãslationem antiquã ait pater ęternus: Su-
Iſaiæ. 66 per quem requieſcet ſpũs meus, niſi ſuper quietum & humilem? Quemadmodum aũt diuiniſſima Maria fuit humilima, ita ſine dubio quietiſſima fuit mẽte, imò & corpore, quãtum ei fuit poſſibile: ſolitaria diligens loca uelut turtur pudiciſſima, nec ſine prægnãti cauſa uſq; foras egrediens. Porrò mente quietiſſima fuit, quippe in qua nulla unquã paſſionum perturbãtium inquietudo, nullus ſtrepitus culpę, nullus tumultuãtium cogitationum, aut fluctuantum deſideriorum inordinatus tumultus, ſed iugis tranquillitas, atq; in omĩ euentu pax ſtabilis & interna. Idcirco ſpũſſanctus cum ſeptem donis ſuis clariſſimis in corde ſereniſſimæ Mariæ, cum inenarrabili plenitudine inceſſabiliter requieuit, & in dono ſapientię eam pulcherrime, imò & incomparabiliter uenuſtauit. Amplius, puritas cordis ad ſapientiæ incrementum ac complementũ ſumme diſponit: In maliuolam nãq; animã non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, ſed ſicut pręallegatum eſt, ſapiẽtia in animas ſanctas ſe trãsfert. Cum igitur ſicut expoſitum eſt, pulcherrima uirgo Maria tãta ſplenduit puritate ac ſanctitate, q̃ ſub deo maior nequit intelligi, conſtat q̃ increata ſupermunificentiſſima ac ſuperopulentiſſima ſapientia in animam benedictæ Marię ſe copioſiſſime trãſtulerit atq; infuderit, & donum ſapientię tam indicibiliter in ipſa profecerit, q̃ prę omĩ pura creatura in eſſe creato ſubſiſtenti, hæc ipſa pręſtãtiſſima ſapiæ mater, in ſapię dono incomparabili modo pręfulget. Adhuc aũt Iſaię 28. inducitur: Quẽ docebit dñs ſcientiã, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab ubere. hoc eſt, eos
Iob. 28 q̃ à carnalibus abſtinent oblectamentis. Vnde & in Iob aſſerit: Sapiã non inuenitur in terra ſuauiter uiuentium. Quemadmodum ergo optima uirgo ſpũaliſſima Maria, ab omĩ carnali mollitie omĩq; ſenſuali oblectatione immuniſſima fuit, & mũdo ac carni maxime mortua, ſic in dono ſapientiæ illuminatiſſima erat. Prętere, q̃ fonti ſapientię & primo ac ſummo totius ſapientię cauſali principio propinquius extat, copioſius utiq; illuminatur, & repletur ab illo: idcirco quò deo incarnato uirginea mater eius, prę cũctis exiſtit propinquior, eò ſapiẽtiæ dono fuit repletior. Nec dubium, quin tanto ſit mater propinquior dei unigenito ex ipſa incarnato, quãto mater prę ſeruis proli propinquior perhibetur. Poſtremo quo ſacratiſſima uirgo Maria mundiſſima ſuo creatori ex ipſa incarnato ac genito charior fuit atq; ſimilior, eo diuitias gratiæ ſuę, fluenta ſapientię, ſuperna chariſmata, adorãdus creator ei exuberãtius cõmunicauit, & eam ſibi in omĩ ſapientia, ſanctitate & honeſtate fecit ſimilimam, quia & per hoc mutua eorum conuerſatio in ſeculo iſto dulcior, cõuenientior, familiarior & amoroſior fuit. Siquidẽ ſimilitudo eſt cauſa amoris, & ſimilium unio magis connaturalis agnoſcitur. Ideo mutua conuerſatio ſapientium, in quibus non eſt immoderantia paſſionum nec peccati offenſio, extat ſuauior.

Articulus IIII. De excellentia glorificandę Mariæ in ſapientia, quæ eſt donum gratiæ gratis datæ.

1 Cor. 12. ALij per ſpiritum datur ſermo ſapiẽtię, alij ſermo ſcientię. Hæc uerba Apoſtoli de ſapientia, quæ eſt donum gratiæ gratis datæ intelligũtur. Hæc aũt ſapientia eſt notitia diuinorũ atq; cognitio ſcripturarum, per quam quis ſcit ea quę fidei ſunt declarare, defendere, perſuadere, ita q̃ nouit rõnes & argumenta credendorũ, per quæ aduerſarijs fidei ualet reſiſtere: quę ſapientia ad doctores ac prælatos ſpectat potiſſime.

tissime. Et potest sapientia ista à malis ac bonis haberi hominibus, sicut & cętera dona gratiæ gratis datę: potest quoq; tam ex diuina & supernaturali infusione, q̃ ex instructiõe humana seu studio obtineri. Deniq;, in hac sapiẽtia credit celeberrima atq; mũdissima uirgo Maria prę cũctis doctoribus & prelatis ecclesię, prę uniuersis ap̃lis ac ꝓphetis, prę euãgelistis & p̃triarchis excellẽtissima ac illuminatissima extitisse, & ipsas scripturas intellexisse ꝓfundius, ordinẽ quoq; & nexũ, cõsonantiã ac rõnabilitatẽ credibiliũ agnouisse lympidius, intm̃ ꝙ ipsi quoq; gloriosi apostoli habuerunt ad eã refugiũ, & illuminationem acceperũt ab ea. Quẽadmodum nãq; diuinę scripturę, quo ad earum principale intentum, in ea & ꝓ eã excellentius sunt implerę: sic datum est ei illas clarius penetrare, & de earum mysterijs decuit eam à spũsancto lucidius edoceri ac gratiosius illustrari. Cum enim ueraciter dicat apostolus Paulus: Nos non spiritum huius mũdi accepimus, sed spm̃ qui ex deo est, ut sciamus quę à deo donata sunt nobis: quanto magis præstantissima & illuminatissima uirgo deifera ex unctione & irradiatione spũsancti cognouit dona sibi desup impartita, & qualiter in ea ac per eam essent completæ prophetarum scripturæ, qui omnes, ut etiã Hebreorum fatentur doctores, non sunt locuti, nisi super dies Messię, id est, de Christi aduentu insignibusq; mysterijs eius, quem electissima ac honestissima uirgo Maria concepit ac peperit. Deniq;, ipsa de beneficijs sibi desuper condonatis, fuit totis uiribus deo gratissima: idcirco hæc ipsa beneficia eorumq; dignitatem ac eminentiam clarissime ac profundissime quãtum puræ extitit creaturæ uiatrici possibile, intellexit: utputa, quanta dignitas sit esse matrem dei, quãta charitas, pietas, sapientia, iustitia, omnipotentia dei fuit, ꝙ per incarnationem & mortem uerbi æterni genus redemit humanum, q̃ decentissimum fuit per filium dei incarnationem ac passionem mundum saluari. Preterea, felicissima Maria sicut corpore fuit pulcherrima cõplexionisq; optimæ, ita ingeniosissima fuit mente, studiosa ac docilis ualde: idcirco ad recipiendum copiosissimas illuminationes à spũ sancto fuit aptissima. Nec dubium, quin eã quotidie affluentissime illustrauit, quæ eum concepit & peperit, lactauit & enutriuit, à quo ipse uere æternaliterq; procedit. Amplius, sicut prehabitum est, puritas mentis efficit hominem diuinę illustrationis capacem, & quo intellectus extiterit purior, eo ad sapientialem illuminationem dispositior digniorq; consistit. Ideo sicut præstantissima uirgo Maria fuit post Christum summa & incomparabili puritate ornata, sic & in sapientia ista & scripturarum notitia, omni quoq; illustratione superna fuisse excellẽtissima est credenda. Adhuc autem, sicut euangelista testatur, benedicta uirgo Maria conseruabat in corde suo, non dubium quin cum diligentia maxima omnia uerba quæ erant de Christo, quæ ipsa à pastoribus, ab Elisabeth, à Magis, à Symeone, ab Anna, & presertim ab angelo sancto audiuit, & ea in suo contulit corde. Deniq; certissimũ est, ꝙ uerba ab ore unigeniti sui prædicando prolata diligentissime auscultauit, atq; prę cęteris sapientissime intellexit, sicq; per istam assiduam, seriosam ac feruidam diuinorum eloquiorum cõseruationem, reuolutionem, collationem, summe profecit in sapientiali intelligentia scripturarum, tum ex naturalis ingenij acumine, tum ex supernaturali gratiæ lumine, tum ex habitibus sapientialibus ac scientialibus acquisitis atq; infusis, potissime uero ex frequentissima, gratiosissima ac prorsus plenissima illustratione æternæ & increatæ sapientiæ, quam concepit, peperit & nutriuit. Insuper, in omni genere principium est maximum, & in ordine suo potissimum: & quod illi extat uicinius, est ei similius. Christus autem fons sapientiæ in excelsis, in uniuersitate fidelium & sapientium ac legislatorum est caput & uertex, causa uniuersalisq; dator illuminationis totius. Hinc deificatissima mater ipsius, post eũ in omni ecclesia præ cunctis prefulsit in omni sapientia, scientia intelligentiaq; scripturarum. Deniq;, ut recitat Cassianus, sancti patres edocuerunt, ꝙ in uera, profunda ac salutari scripturæ sanctæ notitia cupiens crescere, non opus habet libros multos reuoluere, sed puritati internæ studere, in qua quanto plus creuerit, tanto copiosiori diuinæ illustrationis radio desuper perfundetur. Ideo, quo Maria dulcissima præ cunctis in omni exercitatione interna, occupatione uirtuosa, puritate splendiflua enituit, abundauit, effulsit, eò ad intelligendum sacra eloquia, diuina mysteria scripturarum que abdita exuberantius ac lympidius docebatur diuinitus. Deinde, pensemus quod Iacobus hortatur & affirmat apostolus: Si quis indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat, & dabitur ei: postulet autem in fide nihil hæsitans. Vnde & Psalmista: Accedite (inquit) ad eũ & illuminamini. Itaq;, quo incõparabilis dña feruentius, frequẽtius, fidelius ac fiducialius dñm exorauit pro sapia & uirtute, eò celeri⁹ & copiosi⁹ exaudiebat ac replebatur

1.Cor.2
Maria gratissima fuit de beneficiis sibi collatis.
Luc.2
Luc.2.
Mat.2.
Eccli.
Cassianus.
Psal.33
Iacob.1

pleba

1.Pet.3 plebatur ab illo. Hinc electissima uirgo Maria paratissima & summe idonea fuit ad reddendũ rationẽ om̃i poscẽti se de fide & spe, omniq; doctrina & prædicatione euãgelicæ legis.

Articulus V. An deifera uirgo Maria habuerit etiam usum & ministerium præfatę sapientię atq; scientię, alios informando.

Prouer.31 OS suum aperuit sapientię, & lex clementię in lingua eius. Videntur quidam doctores sentire, q benignissima uirgo Maria, sapientia & scientia, prout sunt dona grę gratis datę, usa non fuerit ad aliorum ministerium, informationem, profectum, quoniam mulierum non est euãgelizare, dicẽte Apostolo: Mulierem docere non permitto, sed esse in silentio. Hinc in tertia parte Summę suę, quęst. 26. asserit Thomas: Virgo beata habuit usum sapientię in contẽplando, non aũt in docendo, quia non cõueniebat sexui muliebri. Albertus quoq; in libro de Laudibus beatissimę uirginis: Quæ dã (inquit) dona gratiæ gratis datę dantur in proprium profectum sui & non alio͡r, ut dona instructionis beatissimę dominę. Sed his obuiare uidetur, q super prętacta ṽba, Maria cõseruabat omnia uerba hęc, aliqui dicunt expositores, q ideo uerba illa memoriter tenuit, ut ea postmodum alijs, tempore opportuno exponeret ac doceret: imò secũdum Bedã & alios, Lucas euãgelista specialiter creditur à felicissima & serenissima Maria instructus de his, quę ipse solus de ea & mysterijs filij eius conscripsit. Hinc & Lira super prętacta asserit uerba: Maria prudenter attẽdebat quomodo prophetię implebãtur in puero nato, & ista collatio erat ei ualde delectabilis, ac toti ecclesię plurimum utilis: quia secundũ Hieronymum in Sermone de beatę uirginis assumptione, ipsa post filij sui ascẽsionem remãsit ad tẽpus in terris cũ sanctis apostolis, ut eos plenius de uerbo instrueret incarnato, de quo ipsa plenius fuit edocta per spiritumsanctũ, quod ipsa familiarius uiderat atq; tractauerat: propter quod de ipso melius exprimere poterat, secundum quod ait Hieronymus, quod melius nouimus, melius & proferimus: Hęc Lira. Deniq;, sanctarum uirginum multitudo electa legitur mundissimę uirgini post Christi ascẽsionem cohabitasse, quas sapientissima & feruentissima uirgo creditur opportunis instruxisse temporibus. Postremo, supra ex epistolis sancti Ignatij est probatũ, qualiter multę excellentes personę ex paganismo ad Christum conuersę in exordio primitiuę ecclesię, maxime optauerunt Mariam dignissimã intueri, audire, atq; de singulis pleni⁹ informari ab ea, quorũ desiderijs pijs misericordissima domina dulciter ac utilissime acquieuit: & hæc arbitror uera esse. Porrò, ad uerba Thomę & Alberti poterit dici, q intelligenda sint de publica prædicatione & doctrinatione ad populum, non de instructione priuata.

1.Tim.2 Luca.2

Articulus VI. De naturali sapientia & scientia glorificãdę Mariæ.

1 Iohan.2 NOn necesse habetis ut aliquis doceat uos, sed unctio docet uos de oĩbus. Quemadmodum sanctus Epiphanius & Damascenus fatentur, optime uirgo Maria adhuc adolescentula in templo ubi uirgines docebãtur, est erudita, nec dubiũ quin præuenta à spiritusancto circa scripturas studiosissima fuit, & cum omni reuerentia se ad illas gerebat. Vnde sanctus testatur Hieronymus, q legit in Isaia, Ecce uirgo concipiet: instructio aũt scholastica à grãmatica sumit exordiũ. Deniq; de Susanna recitatur, q parentes eius cum essent iusti, erudierunt filiã suã secundum legem Moysi. Conformiter est credendum, q sacratissimę Marię parentes, qui erãt secundum prę inducta excellenter iusti, ipsam in templo fecerunt in scripturis legis ac propheta͡r doceri, in quibus multa continent de re͡r productione, distinctione, ornatu, proprietate & ordine, de mũdi dispositione, de cursu & influxu cœlo͡r, planeta͡r ac syde͡r, quę ad naturalẽ spectãt philosophiã, & tam ex lumine naturali q̃ ex humana instructione, supernaturali q̃q; informatione queunt agnosci ac disci. In omni etenim creatura & prẽsertim in uniuersa machina mũdiali, in elementorum situ, alteratione & subsistentia, in ordinatione, gubernatione q; mundi, in angelicis spiritibus & eorundem ordinibus, in anima rõnali totoq; homine relucent, ac cognoscuntur omnipotentia, sapientia, bonitas supergloriosissimi conditoris, qui per Isaiam hortat⁹ est, Leuate in excelsum oculos uestros, & uidete quis creauit hęc. Vnde ad Romanos scripsit Apostolus: Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, conspiciunt: sempiterna quoq; uirtus eius & diuitiæ, ita ut sint inexcusabiles, qui scilicet deum ue͡r non cognouerunt, uel cognitum non debite coluerunt, cum causa in suo effectu resplẽdeat, & creatoris cognitio ex creatura͡r notitia possit facilime deprehendi quãtum ad quia est: Propter quod dicitur: Vani sunt omnes homines, quibus non subest scientia dei, & de his quę uidetur bona, nõ potuerunt intelligere eum qui est. A magnitudine enim speciei creaturę poterit

Isa.7. Daniel.13 Isaiæ.40. Roman.1. Sapien.13

terit creator eorum cognoſcibiliter uideri. Hinc ſanctus pater Antonius dixit, ipſam rerũ naturam fuiſſe ſui ſtudij librum, ex quo ad tantam deuenit ſcientiam. Potiſſime autem in ſcripturis eruditi, & ultra hoc, dono ſapientię ac ſcientię eminẽter repleti, atq; in ſancta deuotione & charitatis feruore exercitati, ex conſideratione naturalium rerum ad adorandi contemplationem creatoris ſubito & facilime, iucunde & feruide, acute atq; ſępiſſime eleuãtur, etiã interdum cum admiratiõe & dulci fletu ex intuitu rerum paruarum, ut florũ ac graminum. Deniq; ad ſapientiã iſtã diuinorum naturalem, ac creaturarũ ſcientiã ſcholaſticã, plurimum confert ingenij ſubtilitas, puritas cordis, trãquillitas conuerſationis, aſſiduitas exercitationis internę, in qbus omnibus excellentiſſima uirgo Maria ineffabiliter præfulgebat, quemadmodum & in pręfactis bonis gratuitis. Idcirco ex omni parte fuit aptiſſima ad huiuſmodi naturalem ſapientiã atq; ſcientiã, quas partim ex proprio ſtudio ac lumine naturali, partim ex ſcholaſtica informatiõe, & maxime ex diuina & angelica illuſtratione poſſedit, & ex charitate & grã, ex fide & dono infuſę ſapientiæ actus illarum ſapientię ac ſcientiæ formauit, initiauit, produxit, ſicq; actus illi meritorij erant. O quàm ſubtiliter & profunde illuminatiſſima uirgo, ordinem uniuerſi attẽdebat, cœleſtium corporum magnitudinem, pulchritudinem, cauſalitatem, penſauit angelicorum ſpirituum naturas, poteſtates, actiones, eminentias in naturalibus & gratuitis conſiderauit. Opera quoq; ſex dierum, diſtinctiones & ornatus eorum aduertit, quatenus ex omnium horũ unigeniti dei ex ſe incarnati & geniti magis perpenderet dignitatem, perfectionem excellentiamq; immenſam, ac per hoc ineffabilem magnitudinem dignationis diuinæ & beneficiorum ſibi deſuper exhibitorum, & per eam toti humano generi pręſtitutorum euidentius ponderaret, maioremq; gratiarum actionem referret datori. O quàm celerrime ac ſubtiliſſime ex creaturis ad creatorem, ex uiſibilibus ad inuiſibilia, ex corporalibus ad incorporalia, ex tẽporalibus & caducis ad æterna ac diuina ſuam ſynceriſſimam, luminoſiſſimam ac ſapientiſſimam tranſtulit mentem.

Rerum naturæ ad cognitionẽ q̃ſ (?) ſeruiat

Maria ad naturalẽ ſapientiã aptiſſima fuit.

Articulus VII. Quòd ſacratiſſimæ Mariæ uita fuit maxime contemplatiua.

INtrans in domum meam conquieſcam cum ſapientia, non enim habet amaritudinẽ conuerſatio eius, nec tædium conuictus illius, ſed gaudium & lętitiam. Quid mirum, ſi decor & ornamentum totius creaturæ ſuauiſſima ac digniſſima uirgo Maria, uitauit pro uiribus publicum, amauit ſecretum, & domi libentius reſidebat, quæ omnium creatorem ac dominum, ſapientiam increatam, ęternam, immenſam habuit ſibi corporaliter, familiariter, imò & obedienter ac amoroſiſſime cohabitantem in domo ſua materiali, ſpẽaliter uero ac gratioſiſſime in domo ſua interiori, hoc eſt, in mente propria, de qua in Eccleſiaſtico fertur: Niſi in timore dei tenueris te inſtãter, cito ſubuertetur domus tua. Denique, contemplatiua uita, ut ait Gregorius, eſt charitatem dei ac proximi feruenter ac ſyncere tenere: ſoli conditoris deſiderio inhærere, ut terrenum iam habere nil libeat, ſed calcatis ſolicitudinibus cunctis externis, ad uidendum clare per ſpeciem creatoris faciem animus inardeſcat. Itaque quò iſta glorioſiſſimæ incomparabiliq; Mariæ excellentius inerãt, eò uita ipſius ſublimius fuit contemplatiua. Verum quid certius, quàm benedictam Mariã in charitate ſynceriſſima dei & proximorum ineffabiliter pręcunctis ardentiſſimã extitiſſe, prout hoc infra multipliciter oſtendetur. Et erat beatiſſima uirgo aut indefinenter aut pene indefinenter ſemper actualiter deo per charitatem unita, & ſacris deſiderijs æſtuans, ad plenam ac beatificam diuini uultus intuitionem indefeſſe anhelans, ſuſpirans ac properans: nec unquam circa temporalia inordinate ſolicita, utputa de omnipotentis paternaliſſima ac ſingulariſſima circa ſe prouidentia prorſus certiſſima. Interim tantę perfectionis fuit hęc ſumma uirgo Maria, q̃ per exercitia uitæ actiuę, per ſpũalia & corporalia miſericordiæ opera, per occupationes externas & actiones humanas, per allocutiones & deambulationes ab exercitijs uitæ contemplatiuæ non impediebatur: & ſi forſan interdum ad horulã exercitia illa contẽplatiua interpolationẽ acceperant per actiuæ exercitia uitę, mox cum uehemẽtiori ad ea redibat feruore. Inſuper ſereniſſima uirgo Maria in affectum ſynceriſſimę ac ardẽtiſſimę charitatis ineſtimabiliter fuit cõuerſa, trãsformata, abſorpta, ab oĩ paſſionũ inqetudine & inordinatione oĩno liberrima, in oĩ uirtute morali ſumme pfecta, dono ſapiẽtiæ in termino excellẽtię ſplẽdidiſſime adimpleta: idcirco in uita contẽplatiua fuit maxĩe ſtabilita & feruida. Amplius, experimur q̃ uſus ſit quaſi altera quędã natura, faciẽs prõptiſſime opari ac rei actioni q̃uſitatę ſtabiliter immorari. Illuſtriſſima autẽ

Sapien. 8

Eccl. 27.

Vita cõtemplatiua quæ.

Maria qualis fuerit perfectionis.

Mariæ uirginis exercitiũ

autẽ atq; sanctissima uirgo Maria ab hora qua cœpit assidue uti rõne, in exercitijs uitę contemplatiuę prętactis, in orationibus feruidis, in meditationibus puris, in deuotissimis dei laudibus & spũalibus canticis exercitauit se ualde fixe, frequẽtissime, affectuosissime & pure, atq; in omnibus his mirabiliter & incomparabiliter profecit quotidie: ideo tẽpore procedente, facta est uita ipsius contemplatiuissima, imò eminẽtius contemplatiua, q̃ uita Adę in statu innocentiæ, quemadmodum in charitate sapientissima, latria omniq; uirtute & dono ualde perfectior fuit illo, & inter uitã beatorum ac uiatorũ fuit præcipue medio modo se habens, atq; ad uitam beatorum prę cunctis uiatoribus inenarrabili modo propinquãs, & proxima uitę angelicę. Incomprehẽsibilis eñi incomprehensibiliter ac liberalissime operabatur, irradiauit, communicauit, calefecit, monuit, excitauit, perfecit, uniuit in anima suę dilectissimę matris, quę luce sapientiæ, charitatis feruore, exercitatione interna tam copiosissime fuit referta, pfusa, assuefacta, q̀ nequaq̃ poterat obliuisci sui dilecti, neq; ab intimis & secretissimis illius amplexibus abstinere, imò incessanter feruebat in illo. At uero tot & tãta, imò tam incomparabilia beneficia ei fuerunt collata, tot supernaturalia ac magnificẽtissima dei opera fuit in seipsa experta, tot & tãta audiuit uerba cœlestia ac diuina ab angelo sancto, ab Elisabeth & Zacharia, à pastoribus, à Symeone & Anna, à magis, deinde à proprio filio secum dignãtissime conuersante, q̀ horum utiq; nequaq̃ poterat obliuisci, sed cõtinua horum memoria, collatio, contemplatio, admiratio inerat menti eius, & ipsa excellẽtissime creditur adimplesse illud Deuteronomij: Erunt uerba dñi in corde tuo, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atq; consurgens. Postremo ipsa incomparabiliter felix ac dulcis Maria, tot annis habuit secum pręsens & sibi conuiuens, domesticæ cõmorans totius contemplationis obiectum, sapientiæ fontem, ueritatem æternã, deum incarnatum, dei patris ac suum unicum filium, quem tam corporalibus q̃ spũalibus oculis synceríssime, reuerentissime & affectuosissime intuebatur, atq; ex tã diuturno, quotidiano, assiduo feruentissimoq; aspectu in omni perfectione, stabilitate ac plenitudine uitę contemplatiuæ indicibiliter creuit quietissima ac trãquillissima uirgo, quæ sic quiescendo prudentissima fuit.

Mariæ uita, angelicæ uitę proxima.

Luc. 1
Lu. 2
Matt. 2.
Deut. 6

Articulus VIII. Quòd mitissima atq; dulcissima uirgo Maria prę omnibus sanctis, post Christum in hac uita altissimarũ contemplationum splendore resplenduit.

Iob. 28

TRahitur sapientia de occultis, & abscondita est ab oculis omnium uiuẽtium. Cõtemplatio quæ est amorosa ac sapida dei cognitio, actus est sapientiæ quę est donum: & sicut iuxta præhabita, sacratissima uirgo Maria prę cunctis uiatoribus, dono sapientię incomparabiliter fuit ornata, splendidissime decorata, ineffabiliterq; impleta: sic prę uiatoribus uniuersis clarius atq; profundius in uita hac contemplata est deum, & intellexit diuina, cœlestia ac æterna, imò quãtum purę extitit unquã possibile creaturæ in esse creato subsistenti, stabiliter, pure, feruenter, & quasi continue fuit diuinorum contemplationi intenta, mysteriorumq; Christi sedula ac deuotissima meditatrix, intuitum suę purissimæ ac feruentissimæ mentis in increatã simplicissimæ deitatis ac superbeatissimæ trinitatis lucem lympidissime figens, amorosissime ac deliciose demergens, abyssum quoq; incomprehensibilium iudiciorum ipsius profundius speculans, & arcanũ supersapientiale consilium eius de modo saluandi genus humanum sublimius penetrans, tantoq; euidentius mysteria incarnationis & natiuitatis Christi intelligens, q̃to singularius datũ est ei illa in seipsa felicissime experiri, eademq; in ea & per ea impleri. Prętereaiuxta prætacta, per tertium ac supremum sapientię donum fit homo quasi secretarius & consiliarius dei. Idcirco quò præstãtissima uirgo Maria in hoc sᵘpremo sapientiæ dono fuit ineffabiliter cunctis perfectior, eo eminentius ac familiarius fuit præ uniuersis cõsiliaria & secretaria omnipotentis, atq; ex reuelatione & intuitione diuina, nouit plura secreta & secretiora mysteria, etiã clarius q̃ alij sancti, itaq; mente gratissima, excellentissime dicere potuit creatori: Incerta & occulta sapientiæ tuę manifestasti mihi. Insuper per charitatem mens creata coniungitur deo potissime: & quo in charitate fuerit syncerior, feruentior atq; perfectior, eo intimius ac familiarius deo unitur, copiosius quoq; ab ipso illuminatur, erudit, ac ungitur. Electis etenim suis pręcipuis, deus adorandus essentialiter bonus & substantialiter charitas ipsa, sua pandit secreta, sicut in Genesi ait: Num celare potero Abraham quę facturus sum? Unde & Amos dixit propheta: Non faciet dominus uerbum, nisi secretũ suũ reuelauerit ad seruos suos prophetas. Ideo electissimę ac dilectissimæ suæ sponsæ, imò & pręcha

Psal. 50
Genes. 18.

issimę matri excellentissimã cōdonauit diuinoꝝ intuitionē. Amplius, egregia & propinqua contemplandi dispositio est puritas mentis, iuxta qđ ait saluator: Beati mundo corde, qm̃ ipsi deū uidebūt. V ñ ut tactū est suprà Sapiæ 7. legit: Sapia in aïas sanctas se trãsfert. Id circo q̃ misericordissima uirgo Maria cūctis sctis fuit in puritate p̃clarior, eo & in acumine ac feruore contẽplationis sublimior. Insup, ut tradunt doctores, fomes & oïs inclinatio ad peccandū, imò & peccãdi possibilitas, ablatę erãt à Maria mũdissima, ita q̃ corp⁹ nō traxit mentē ipsius deorsum, nec ulla unq̃ inordinata affectio, distractio, fragilitas, uirtuosissimã mentē eius à contẽplationis lumine reuocauit, neq; occupatio ulla exterior, imò om̃e qđ egit extrinsecus, assidue retulit ad dei honorē ac uerã salutē. Nulla quoq; otiositas, nulla omissio aut negligentia unq̃ habuit locū in ea: ideo indesinenter, continue aut summe assidue memor extitit dei, cogitauit salubria, contẽplabatur diuina, & pfectissime adimpleuit illud Apostoli: Omne qđcunq; facitis in uerbo aut ope, oïa in noie dñi nr̃i Iesu Chr̃i agite, grãs agentes deo prĩ p ipsum. Et qđ dixit Psalmista: Benedicã dñm in om̃i tpe, sp laus eius in ore meo. Deniq;, tres isti effectus hierarchici, purgari, illuminari & pfici, adinuicē sunt cōnexi, sic q̃ ad maiorē purgationem seqtur illuminatio maior, ad maiorē quoq; illuminationē maior pfectio: Ideo sicut unica uirgo Maria cũctis erat incomparabiliter purgatior atq; pfectior, ita & prę uniuersis sanctis ineffabiliter illuminatissimã & cōtẽplatiuissima extitit. At uero de eminẽtia cognitionis Marię altissimæ, S. ait Bernardus: Quis illa forsan excepta, quę sola in se hoc meruit experiri, intellectu ualeat capere aut rōne discernere, qualiter inaccessibilis ille splendor uirgineis se infuderit uisceribꝰ: qa nimiꝝ res erat in sacramēto: & qđ sola p se trinitas in sola & cū sola uirgine uoluit opari, ei soli datū est nosse cui datum est felicissime experiri. Dicat ergo, spũsanctus supueniet in te, q̃ te utiq; sua potentia fœcūdabit, & uirt⁹ altissimi obūbrabit tibi, hoc est, illū modū quo de spũsancto concipiēs, Chr̃s dei uirtus & dei sapia sic in secretissimo suo cōsilio cōteget, quatenus q notus eẽt prĩ, notus sit tibi: ac si angelus uirgini responderes: Quid à me requiris qđ mox in teipsa experieris: scies scies, & feliciter scies, sed illo doctore q̃ actore: nec pōt doceri, nisi à donãte: nec addisci, nisi à suscipiente. Adhuc aūt cum dñs dicat: Non uidebit me hō & uiuet, dicitur, q̃ quãto aliqs perfectius moritur uitæ presenti, & om̃i priuato amori ac carnalitati atq; inordinatę om̃i affectioni om̃iq; culpę, tanto ad contẽplationē est aptior, imò ad contẽplandū altissime magis idoneus. Porrò, beatissima dña & regina cœloꝝ, uitę carnali, mundanę, pręsenti om̃iq; culpę & inordinationi ac priuato amori fuit plenissime mortua, & cū Aplo, imò p aplo excellẽtissime dicere poterat: Viuo aūt iã nō ego, uiuit ỹo in me Chr̃s. Idcirco in altitudine, claritate, stabilitate & perfectione cōtemplationis fuit ineffabili modo præclara: siquidem super oēs uiatores penitus mortua fuit mundo & carni, & uita peccati extincto iam fomite, irresuscitabiliter mortua fuit in ea. Ideo sacratissima uirgo Maria perfectissime prę omnibus adimpleuit, quod ad Colossenses hortatur Apostolus: Quę sursum sunt quęrite, ubi Chr̃s est in dextera dei sedēs: quę sursum sunt sapite, nō quę sup terrã: Mortui eñ estis, & uita uestra abscōdita est cū Chr̃o in deo. O q̃ pręclarissime, uita spũalissime cœlestis q̃ uirginis fuit cū Chr̃o in deo abscōdita, utputa summe interna atq; angelica. Vnde & cōuersatio eius pręcipue fuit in cœlis: sicq; sanctuarium dei ingressa, habitauit infra sancta sanctoꝝ, & supernę curię per contẽplationē cœliformē extitit præsens, sup se iugiter eleuata, stansq; indesinenter in contactu solis iustitiæ, à quo illuminabatur assidue, prorsus liberalissime. His consonat illud beati Gregorij: A qbuslibet in hac carne uiuentibus, sed tñ inæstimabili uirtute crescentibus, potest claritas dei uideri, si tñ huic uitę funditus moriãtur. Certumq; est, nullã unq̃ pure creaturã fuisse huic uitę tã purã ac integre mortuã, ut benedictã uenerãdissimãq; Mariã. Idcirco ipsa prę cunctis in uita hac claritatē dei est lympidissime contẽplata. Postremo, beatitudo & pfectio uitę huius, est inchoatio quędã & prægustatio felicitatis supnæ: & beatitudo illa cœlestis correspondet beatitudini uię, quemadmodum finis medio, & pręmiū merito: Ideo sicut amãtissima dei incōparabiliter maior est in beatitudine consummata & uisione per speciem, ita in uita hac in beatitudine inchoatã, & contemplatione per anagogicum lumen, fuit cunctis pręfulgens.

Matt. 5.
Sapien. 7
Maria fomite & omni peccandi libidine caruit.
Col. 3
Psal. 33
Luc. 1
1. Corin.
Exod. 33.
Gala. 2
Col. 3
Philip. 3
Gregorius

Articulus IX. De spẽbus contemplationis, & q̃ gloriose in illis pręeminens fuit genitrix uirginalis.

Accessistis ad montem Sion & ciuitatē dei uiuentis, & Ierusalem cœlestē, & multorum milium angeloꝝ frequentiã, & ecclesiam primitiuoꝝ q conscripti sunt in cœlis, & iudicem om̃ium deum & spũm iustoꝝ, perfectoꝝ. Accessus iste Chri- Hebr. 12

stiū fidelium ad militantem ac triūphantem ecclesiā, ad angelorum phalāgas, ad iudicē deū & spūm sanctum, iustorum & perfectorum sanctificatorem ac habitatorem, est spūalis per fi- Psal.33.
dem & charitatē contemplationisq; gratiam. De quo accessu ait Psalmographus: Accedi- Heb.4
te ad eum & illuminamini. Atq; Apostolus: Adeamus cum fiducia ad thronum grāe eius.
Tāguntur quoq; in praeinducta autoritate Apostoli diuersa contēplationis obiecta, scdm
quae quidam species quasdā contemplationis assignāt. Porrò, sanctus Bernardus assignat Contemplabilis species.
contemplationis species quatuor, quarum prima est, admiratio maiestatis, hoc est, contuitio
incomprehensibilis deitatis cum ingenti admiratione infinitę excellentię ac incomprehē
sibilitatis ipsius, ita ut homo huic contēplationis speciei intentus, dicere queat illud Iob:
Digne eū inuenire non possumus, & enarrari non potest: ideo nō audebūt contēplari oēs, Iob.37
qui sibi uidentur esse sapientes. Secunda species contemplationis, est consideratio iudicio
rum altissimi, in quorum consideratione & discussione contemplator deficiens, dicere po
test: O altitudo diuitiarum scientię & sapientię dei, q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius, &
inuestigabiles uiae eius. Tertia est speculatio beneficiorum dei, ex quorum intuitu dicere con
gruit contemplanti: Quid retribuam dño pro omnibus quę retribuit mihi? Itemq; Bene- Psal.115
dic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Et rursus cum Isaia: Mi- Psal.102
serationum domini recordabor, laudē dominū super omnibus quę reddidit nobis, & quę Isa.63
largitus est nobis secundum indulgentiā suam. Quarta est diuinorum attentio promissorū, Isa.64
quae teste Apostolo, nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascenderunt, haec 1.Cor.2
sunt bona gloriae quae praeparauit dominus suis electis. In his contemplationis speciebus
gloriosissima Maria fuit altissima: nempe quo in seipsa fuit humilior, quo propriam nihilie
tatem profundius intellexit, & ea ex q̄ consideratione seipsam profundissime humiliauit,
frequentius acutiusq; pensauit, eo uehementius admirabatur, q deus maiestatis immensę
tam gratiosissime, dignātissime ac munificentissime egit cum ea, q sublimitas illa prorsus
illimitata tam incomprehensibiliter se exinaniuit, tamq; superpijssime & humilime circa
ipsam se habuit ac taliter conuesabatur cum ea. Insuper, quo sacratissima uirgo Maria in
seipsa humilior fuit ac purior, sapientior & illuminatior, atq; incircumscriptibili maiesta-
ti per charismata sublimiora propinqor familiariusq; unita, eò infinita excellentia dei lym
pidius ei resplēduit, & eo plus maiestatis infinitatem ac gloriae plenitudinē perfectionisq;
omnimodam admirabat immensitatē, & sedens obstupuit, & prę admiratione defecit, atq;
ex comparatione cohabitantis sibi ex se nati incomprehensibilis dei humiliauit seipsam in
effabili modo, ac tātae maiestatis & humilitatis filij sui respectu, seipsam & oēm suam digni
tatem ac humilitatē reputauit pro nihilo. Prętereaq̄ imperscrutabilia secreta & iusta sint Luc.17.
dei iudicia, qualiter ab exordio inter electos reprobosq; discernit, qualiter semper fuerunt
pauci electi, quō Abrahā pr̄iarcham & eius posteritatē ex Isaac elegit, & gentiles usq; le- Eccl.44.
gis prędicationē reliqt, & quō exinde relicturus fuit Iudęos & saluaturus gentiles, contē
plabat Maria sanctissima, timorata ac sobria mēte, quod etiā in Cantico eius ostendit: Dis- Luc.1
sit (inqt) superbos mente cordis sui. Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles. Ampli
us, ut patet ex pręinductis, beneficia dei tā gn̄alia q̄ specialia, itemq; singularia sibi soli col-
lata, tanto clarius intellexit, quo prę caeteris magis grata extitit deo omnium beneficiorū
datori, & quanto plus beneficia quaedam generalia ac specialia per ipsam hominibus sunt
donata, atq; quo ipsa omnium fonti bonorum uicinius fuit unita, & supnaturalius ac eminē
tius assimilata ac cōsors effecta: Nempe ex ea & per eā deus noster factus est frater noster,
creator noster factus est noster saluator, iudex noster factus est noster aduocatus: & dñs
scientiarum, factus est magister noster ac legislator: & dñs angelorum, inter hoīes conuersa- Baru.3.
ri dignatus est. Quāta sint ista, uirgo purissima prę cęteris uiatorib⁹ profundius intellexit,
tanq̄ cōcausa & suo mō horum origo. Simili mō, q̄ta sit dignitas & excellētia, pmissorum altissi
mi, munerum glię, ac totius felicitatis aeternę, ipsa prę cūctis uiatorib⁹ ualde splēdidius intue
bat, eo q propter illa hoīb⁹ recuperāda unigenitus dei pr̄is, fact⁹ fuit filius eius, & tot & tā
ta fecit ac ptulit. Etenī ex dignitate legati, magnitudo causę solet ppēdi. Cōformiter, ex ua
lore & eminentia pretij, pretiositas empti boni & obtēti pensat. Contēplabat ergo sapien-
tissima uirgo Maria pspicacitate mirabili, quēadmodū ad angelicę beatitudinis ęqualitatē
& ueritatē fact⁹ sit hō, q̄ ptiosissima bona sint nobis pparata in coelis, & orauit assidue, imò
ęstuātissime, ut ad ea hoīes pducāt: sed & doluit uehemēter, q tā multi ea sic uilipēdūt ac
pdūt. Deniq;, spēs contēplationis adhuc aliter distinguunt & assignātur, ut prima uocet su Aliter species contemplationis assignatio.
pnaturalis cōtēplatio adorādę trinitatis: scda dicat naturalis speculatio simplicis. deitatis:

tertia, consideratio assumptæ humanitatis: quarta, intuitio naturalium effectuum: quinta, inspectio supernaturalium operum, utputa donorum gratiæ ac gloriæ: de qua distinctione specierum contemplationis, in opusculo de contemplatione tractaui. Itaque in his contemplationis speciebus illuminatissima ac splendidissima uirgo Maria cunctis inæstimabiliter fuit perfectior. Cum enim superbeatissima trinitas elegerit eam in summam consortem, familiarissimamque amicam, in comparentalem dei patris, in ueram genitricem filij eius, in matrem illius a quo spiritus sanctus uere procedit, in præstantissimum paracleti adorandi sacrarium, dubium nullum relinquitur, quin ualde præeminentiorem sui cognitionem tam electissimæ & incomparabili contulerit uirgini, ut & ipsa tantam gratiam clarius contemplando gratior esset datori. Conformiter, quoniam deus ex ipsa uoluit incarnari, suæ deitatis perspicaciorem contemplationem præstitit ei, humanitatem quoque uerbi ex se incarnati ac eius mysteria tanto familiarius lucidiusque cognouit, quanto certius & experimentalius sciuit, quod uerbum æternum fuit in ea, & ex ea incarnatum & natum, educatum & contrectatum ab ea, commoratum & conuersatum cum ipsa, atque in eius præsentia sermocinatum, signa & prodigia operatum. Postremo, dona naturæ & gratiæ ac gloriæ tanto sapientialius contemplabatur, quanto de omnium horum notitia eminentius decuit illustrari ac edoceri matrem actoris omnium horum ab ipso unigenito suo, qui dona sua in propria dilectissima, amorosissima atque purissima matre specialius munificentiusque locauit, auxit, perfecit.

Articulus X. Quòd ad mysticæ theologiæ perfectionem, affectuosissima ac mitissima uirgo præ cunctis uiatoribus excellenter peruenit.

Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est & non potero ad eam. Non solum diuinus Dionysius & theologi eum sequentes, sed subtiliores quoque philosophi concorditer sunt testati, quod perfectissima cognitio quam in hac uita habemus de deo, est per negationem, i. per ablationem & abnegationem uniuersorum ab ipso. Etenim deum dupliciter in hac uita cognoscimus, primo per affirmationem, ascribendo ei quicquid perfectionis in rebus inuenitur creatis, tanquam fontali, causali & exemplari omnium rerum principio, cum excellentia infinita, omni imperfectione seclusa: Secundo per negationem, uniuersa & singula abnegando de ipso tanquam de superessentiali & incomprehensibili omnium creatore, nil commune aut uniuocum cum creaturis habere, sed cum infinita excellentia omnia transcendere, æterno non scibili, utputa nullam causam habente, cum scire sit rem per causam cognoscere, quem quantum ad quid est penitus ignoramus, quem in uita præsenti cognoscimus tanto perfectius, quanto clarius intuemur non posse nos eum quantum ad quid est agnoscere, imò ab eius clara huiusmodi cognitione in infinitum deficere: & hoc modo per mysticam theologiam cognoscimus deum: non quod quæcunque talis cognitio dei mystica theologia existat, imò mystica theologia est perfectissima actio & contemplatio doni sapientiæ secundum gradum suum supremum, dum mens deo per ardentissimam charitatis affectionem infigitur & unitur, supergrediendo ac relinquendo omnia sensibilia & intellectibilia, cuncta creata, & seipsam ac propriam actionem, ita quod tota in deum transformata, rapta, absorpta nihil horum aduertit, sed soli incomprehensibili deo tanquam quoad quid prorsus ignoto, pure ac integre est coniuncta & in ipsum prorsus demersa. Fit autem unio ista in apice mentis & uertice uoluntatis per ardentissimam charitatem atque per abstractionem ab omni ente creato, ad quam requiruntur reformatio passionum, extinctio uitiorum, recollectio & tranquillatio cordis. Interdum uerò repente rapitur mens in deum præuenta spiritusancto, & quasi sopita propria libertate absque sua dispositione, conatu & deliberatione, ex irradiatione, inflammatione & attractione omnipotentis, quod sic mens deo tam uehementer intenta est, atque in eius admiratione & dilectione suspensa, quod omnium obliuiscitur cæterorum. Hæc est mystica theologia secretissima, affectuosissima ac immediata mentis cum deo locutio, eiusque intuitio, quæ est caliginis ingressio atque inspectio, hoc est diuinæ, æternæ, immensæ, incomprehensibilis & inuisibilis lucis, quantum possibile est, agnitio: qua mens certissime cernit deum prorsus supersubstantialem, incomprehensibilem & superignotum consistere. Denique ad hanc mysticam theologiam sex dicuntur concurrere ac requiri, quæ sunt pax uera, internum silentium, adhæsio amorosa, quies apicis intellectiuæ in deo & obdormitio in eodem, atque intuitio ipsa caliginis. Itaque quia omnia ista excellentius in gloriosissima uirgine Maria fuerunt, eò ipsa præ omni uiatore ad mysticæ plenitudinem theologiæ præclarius est producta. Fuit plane in ea incomparabilis puritas cordis, tranquillissima pax pectoris, internum silentium ab omni strepitu tumultuantium cogitationum ac fluctuantium desideriorum, imò ab omni distractione inordinationeque animi, adhæsio amorosissima, inseparabilis, plena & integra: quies quoque in deo dulcissima, in quo omnis eius intentio, affectio, occupatio fuit immobiliter ac indeuiabiliter fixa: & obdormitio in eodem, per quam de

Psal. 138. Perfectissima de deo cognitio, est per abnegationem.

Theologia mystica.

Ad mysticam theologiam sex concurrunt.

fluens à seipsa, in ipsum tota defluxit, nõ mutata substantia sed actione in deo prorsus simplificata: atq; caliginis intuitio, quæ essentialiter est ipsa mystica theologia. Itaq; sicut uirtutes morales passionũ moderatrices uirtutesq; intellectuales ac theologicæ, ipsaq; dona Spũssancti fuerunt in benedicta incomparabiliq; Maria in maxima pfectione & in termino excellentię, ineffabiliter prę omni pura creatura uiatrice: sic & mystica theologia in termino excellẽtię fuit in ea, & prȩsertim prout mysticę theologię contẽplatio causat ex prȩuentione diuina procedente ex dilectione dei ad hoiem: qa quem amplius diligit, magis in se trahere solet. Ideo sicut optimã amabilissimãq; Mariam prę omi pura creatura in esse creato subsistẽte inæstimabiliter prędilexit: sic eã ad mysticę theologiæ contẽplationes altissimas ubertim & gratiosissime eleuauit, mera gr̃a prȩueniẽte. Deniq;, quo felicissima Maria fuit in exercitijs uitę contemplatiuę ac donis sapię magis exercitata, & in puro ac feruẽtissimo dei amore actuali stabilior, eò ad mysticę theologię assiduas ac pfectissimas uisiones fuit habilior. Postremo, hmôi contẽplationes sublimes, prȩferuidas, ut frequentius credit habuisse absq; alienatione à sensu omi exteriori & stupore, debilitatiõe immobilitationeq; corporis, quę in alijs raptis uidẽtur: & hoc fuit ex moderamine & dispẽsatione oipotentis, sic esse uolentis in uirgine benedicta: & qm̃ purissima & illuminatissima mens gloriosę ac summe deificatæ Marię fuit ad lucẽ & irradiationẽ diuinã ad mysticę theologiæ uisiones eleuantẽ magis porportionata ac roborata.

Articulus XI. De excellentia contemplationis Mariæ mundissimæ comparatione contemplationis aliorum.

Esaiæ.60 QVi sunt isti, qui ut nubes uolãt, & quasi columbę ad fenestras suas? In his uerbis sanctus propheta miratur altitudinẽ contẽplationis sanctorũ instar nubis à terra ad supna surgẽtium, ductuq; occultorũ ad cœlestis pr̃ię mansionẽ appetendã se erigentiũ. Tales in euãgelica lege innũerabiles extiterũt, & in primis sancti apl̃i, imò utriusq; sexus q̃plurimi, inter & sup quos oẽs humilima uirgo Maria sortitur primatũ, ut ex prȩinducto constat articulo. Verũ qm̃ in moralibus & rebus humanis exẽplaris deductio plus informat, ut plenius innotescat excellentia contẽplationis deiformis Marię, de inferiorũ contẽplatione sanctorũ aliqd tangã, ut horũ respectu, exẽplo & cõparatione elucescat propositũ. Atq; inprimis de beato Paulo patet aplõ, q raptus fuerit usq; ad tertium cœlũ, audieritq; uerba arcana quę nõ licet homini loqui. Vñ & dixit: Ne magnitudo reuelationũ extollat me &c. De altitudine demũ uisionũ & contemplationũ S. Iohãnis apostoli, in Apoc. & prologo libri illius pluria continẽtur. Deniq;, de prȩclara Maria Magdalena testatur historia, q in uastissima cõmorãs eremo, eleuabatur quotidie angelorũ ministerio in aera septies, audiuitq; etiã corporeis auribus melodiã cœlestẽ atq; angelicas uoces. Sic & de sancta illa Maria Aegyptiaca uerax narrat historia, q orando & contẽplãdo eleuabatur in aere. De magno quoq; pr̃e Antonio legitur, q frequẽter totis noctibꝰ stetit uigilans in orone & contẽplatione, quousq; sol de mane sup faciẽ eius irradiaret. Sic & abbas Arsenius interdũ inuentus fuit, stãs eleuatis manibus in contẽplatione, raptu & extasi, atq; in signũ interioris sui feruoris ac luminis, uidebãtur decẽ digiti eius instar decẽ lãpadarũ splendentiũ fulgidi & ardẽtes. Abbas quoq; Syluanus post raptũ mirabilẽ reuersus ad se, uere testatus est: Ego hucusq; raptus fui ante thronũ glorię dei, & steti ibi, uidẽs gloriã eius, & mõ dimissus sum. Insup abbas Dulas de abbate suo S. Bessarione narrauit, q stetit p xiiij. dies in contẽplatione & raptu cõtinuo. Sic & uir mirabilis innocẽtię abbas Sysois, qñ manus suas in orone extendit, mox eas retraxit, ne raperetur. Harum contemplationum sublimiũ artifex & magister ac prędicator diuinus & magnus Dionysius fuit. At uero sanctus doctor Hieronymus, in regula ad Eustochiũ de se ad dei gloriam ac oimnrõrũ ædificationem ueraciter refert, q frequenter per hebdomadas integras extitit raptus, nil corporeum sentiens, & angelicę curię præsens, ac superbeatissimã trinitatem contemplãs, & ineffabilem ibi gloriã habens. Sed & seraphicus ille Franciscus, qui in contemplationibus suis frequenter eleuabatur in aere, & interdũ tam alte, q uideri uix poterat: nonne cõtemplator fuit sublimis? Similiter frater Aegidius, de quo refert Bonauentura, q toties uidit eum raptũ in diuinis etiam uno die, q uidebatur angelicam ducere uitam in terris. Et nunc qd digne narrabo de sancta & innocẽte uirgine Elisabeth de Spalbeec, quę quotidie septies sic rapiebatur in deum, q totum corpusculũ eius iacuit rigidũ instar saxi? Consimiliter sancta & innocens uirgo Catharina de Senis contemplatrix fuit altissima, quæ in cõtemplationibus suis quotidianis sic ab omni sensu & motu alienabatur, quod ĝuis manus aut pedes

Paulus. 2.Cor.12 — Iohãnes euãgelista. — Maria Magdalena. — Maria Aegyptiaca. — Antonius — Arsenius — Syluanus. — Bessarion — Hieronymꝰ — Franciscus. — Aegidius — Elisabeth — Catharina de Senis.

aut pedes ei abscisi fuissent raptu durante, nequaquam sensisset. De uisionibus quoque & contemplationibus sanctæ Brigittę uiduę mira & magna legūtur. Hæc pauca de multis exemplariter tāgo, ut ea quę de incomparabili eminētia contemplationis benedictissimæ uirginis Marię sunt introducta, melius perpendantur. Ipsa quippe à nullo illustrium, non solū non uincitur, imò & uniuersas personas illustres, contēplatiuas, heroicas incōparabiliter uincit. Ideo contemplatio, uisio, reuelatio eius, omnium prædictorum cōtemplationes, uisiones, reuelationes inclyte superauit, quis nō oporteat ęstimare, quod contēplationes ipsius fuerint cum huiusmodi alienatione, extasi, rigoreque corporis, ut de pręfatis dictum est sanctis, prout in pręcedenti articulo est ostensum.

Articulus XII. An glorificandissima uirgo Maria uidit deum per speciem in hac uita.

OStende mihi faciem tuā, sonet uox tua in auribus meis. De excellentia sapientiæ & contemplationis admirādę & pręamandę Marię iam introducta sunt multa, & qualiter ipsa uniuersos in his, cęterisque charismatibus superauit & trāscendit illustres, tamen utique quātum cōdecuit uerā dei matrē pręfulgere dei ministris. Dicunt aūt doctores cōiter, quod Moyses legislator Hebręorum, & Paulus gentiū doctor, uiderūt deū in hac uita per speciem, saltem semel, & ad tēpus determinatū: Nempe de Moyse dn̄s ait: Moyses in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei & palam, non per ęnigmata & figuras uidet deum: sicque pro tempore illo cōcessum est Moysi, quod ante fuit ei negatum, iuxta quod legitur: Dixit dominus ad Moysen: Inuenisti gratiam corā me, & te ipsum noui ex nomine: Qui ait ad dominum: Ostende mihi gloriā tuā: &, Si inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam ut sciam te. Respondit dn̄s: Ego ostēdam tibi omne bonum, & miserebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Faciem autem meā uidere non poteris: non enim uidebit me homo & uiuet. Porrò, Paulus de seipso ad Corinthios loquens: Scio, inquit, hominem in Christo, siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit, raptum usque tertium cœlum: & scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit: quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana uerba, quę non licet homini loqui. Huiusmodi quoque uisionem dicit Albertus habuisse Iohānem apostolū in hac uita. Si ergo deus bonitatis immensę seipsum tam gratiose, & clare in uita pręsenti ostendit famulis suis, quanto magis dilectissimę matri suę, imò pie credendum uidetur, quod utique suę dignissimę atque purissimę genitrici tāto frequentius, clarius ac diuturnius ostendit in uita ista suę essentiam deitatis per speciem, quanto in hac gratia decuit matrem dei prę cæteris honorari atque excellere. Amplius, quod deus omnipotens, actor liberrimus, qui omnia operatur secundum suę propositum uoluntatis, maiorem gratiā, clarioremque notitiā pręstat uni quam alteri, ex duobus potest contingere siue ex duplici causa. Primo ex parte ipsius, qui eos quos ad sublimiorē felicitatē elegit, maioribus gratijs pręuenit, & quosdā misericordissime pręueniēdo tāgit, inspirat, cōuertit, illuminat & inflāmat. Vn̄ in euāgelio dixit: An nō licet mihi quod uolo facere? Volo huic dare &c. Scd̄o ex parte recipiētis, qui quanto maioris fuerit capacitatis & dignitatis, tāto plus grãæ desup suscipit, iuxta illud: Dedit unicuique scd̄m propriā uirtutē. Quòd aūt primo modo abundātiorē diuinitus gratiā quis sortitur, ex maiori charitate dei, ad suscipientem prouenire censetur: quòd uero scd̄o modo quis amplius suscipit, ex maiori sui pręparatione causatur, principaliter tamen ex pręordinatione & condonatione. Itaque quò sacratissima uirgo Maria fuit à deo magis dilecta, quò etiā erat pręfatæ uisionis dei per speciem sublimius susceptiua, utputa maiori puritate & charitate ornata, eo prę cęteris uidetur ad eā excellentius frequentiusque promota. Pręterea ipsa unigenito suo in omni sapientia, perfectione & gratia fuit sublimior atque propinquior, imò inter Christum ac cęteros uiatores habuit medio modo: Christus autem secundum superiorem suæ animę partem, uidelicet intellectiuam, fuit comprehensor, deitatem clare per speciem cernens à primo creationis animæ suę instātī: condecens igitur fuit, eius præstantissimam ac capacissimam genitricem ad huiuscemodi uisiōem saltem interdum & forsan frequēter prę cęteris clarius ac gratiosius, imò & gloriosius in uita hac eleuari. Adhuc autē, quāto uiator se plenius mancipat cultui creatoris, & quo seipsum totalius exhibet deo ac feruentius ei adhæret, eò deus adorandus, cuius pietas, charitus ac liberalitas est immēsa, se & sua sancta charismata gratiosius ac copiosius homini tali rependit, & ei se clarius manifestat. Palamque est, mitissimam deuotissimamque Mariam se pro omnibus sanctis uiatoribus deo incomparabiliter, plenissime ac integerrime subdidisse, mancipasse, exhibuisse,

Cant. 2
Exod. 33.
1. Tim. 2
2. Cor. 12
Num. 12.
Exod. 33.
2. Cor. 12
Rom. 9
Mat. 25.

Imò & ei carnis suæ substantiam, pro incarnationis materia ministrasse, ipsumq; nutrisse, lactasse, & maternaliter ac reuerentialissime contrectasse: idcirco & ipse superbonus ac munificentissimus filius talem suam genitricem præ cunctis gratiosissime ac plenissime uisitauit, repleuit, illuminauit, & seipsum sicuti est, ei splendidius frequentiusq; ostendit. At uero ex cognitione procedit dilectio: ideo sicut reuerendissima ac illustrissima uirgo Maria in sancta deitatis dilectione præ cæteris arsit, & perfectior ac indesinentior ineffabiliter fuit, ita præ cæteris deum splendidius uidit: & quamuis feruor diuini amoris conceptus ex intuitione dei per speciem non permaneat in suo uigore, cessante huiusmodi uisione, attamen persona taliter deum intuita, postmodum memor est uisionis tam spendidissimæ, desiderabilissimæ ac iucundissimæ: & sicut magis ad eam aspirat, ac sancto amore ualidius intabescit, reminiscens in quanto decore & gloria, suauitate, amabilitate & excellentia uiderit deum: idcirco quemadmodum Moyse & Paulo ardentior extitit in amore diuino optima ac diuinissima uirgo, ita prę illis deum in maiori gratiositate, decore & gloria uidisse pie credenda est. Rursus, sicut deiformis uirgo Maria præ Moyse ardentissima fuit in charitate diuina, sic præ illo amplius ad clarum diuini uultus intuitum creditur aspirasse, & pro eo rogasse, atq; pro sua reuerentia exaudita fuisse. Postremo pensandum, quod sanctus ait Bernardus: Quicquid hic de uisione & cognitione dei fidelibus impartitur, speculum est & ęnigma, tantum distans à futura cognitione ac uisione, quantum fides distat à ueritate, & tempus ab æternitate: nisi cum aliquid fit quod de deo in libro Iob legitur: Qui abscondit lucem in manibus, & præcipit ei ut rursus oriatur, atq; enuntiat de ea dilecto, quod possessio eius sit, & ad eam ualeat peruenire. Electo etenim & dilecto dei aliquando lumen quoddam uultus dei ostenditur, sicut lumen clausum in manibus, quod latet & patet ad arbitrium tenentis, ut per hoc, quod quasi in transcursu uel in puncto uidere permittitur, inardescat animus ad plenam luminis æterni possessionem: cui ut aliquatenus innotescat quid ei desit, nonnunquam quasi pertransiens gratia præstringit sensum amantis, & eripit eum sibi, rapitq; eum in diem qui est absq; tumultu rerum ad gaudia silentij, atque pro modulo suo ad momentum, ad punctum idipsum ostendens ei uidendum sicuti est: Interim quoq; & ipsum efficit in idipsum, ut sit & ipse pro modulo suo sicut illud est. Vbi cum didicerit quid intersit inter mundum & immundum, sibi redditur, & remittitur ad mundandũ cor, ad uisionem: ut si aliquando denuo admittatur, sit purior ad uidendum, atq; stabilior ad fruendum: Nusquam enim melius se deprehendit modus imperfectionis humanæ quàm in lumine uultus dei, & in diuinæ speculo uisionis. Ecce in uerbis his sanctus pater Bernardus insinuare uidet, quod qbusdã electis & dilectis dei pręcipuis, interdũ ad punctũ ostendit se deus ad uidendum sicuti est: quanto magis hoc electissimæ ac dilectissimæ suæ sponsæ ac matri deus dei filius interdum aut sæpius concessisse credendus est?

Bernardus. Iob. 36

Articulus XIII. Obiectio contra prædicta, & eius solutio.

1. Cor. 13.

VIdemus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: quia dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Iam de præexcellentia, sapientia gloriosæ & benedictæ Mariæ tacta sunt multa, quibus forsan alicui obuiare uidebitur, quod Lucæ secundo habetur: ubi refert euangelista, quod Iesu adhuc paruulo inuento à uirginea matre in templo, cum illa confidenter dixisset: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Iesus respondit: Quid est quòd me quęrebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Quibus uerbis euangelista adiecit: At ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est eis. Si ergo non intellexerunt beatissima uirgo & Ioseph illud responsum, non uidetur ipsa mater & uirgo fuisse tam eminentis sapientiæ ut est dictum. Et respondendum, quod indubitanter felix & gloriosa Maria certissime nouerat, quod unigenitus suus per patrem suum designauit patrem æternum, quod item per ea quæ patris sui sunt, intellexit diuinum cultũ, atq; quòd cultui patris cœlestis oporteret eum secundum assumptam naturam semper esse intentum: sed circumstantias loci ac temporis, modumq; occupandi se in his quæ patris sunt, nondum cognouit: quemadmodum etiam filium suum cum dolore quęsiuit, non quod putauit eum errasse, perisse aut perditũ esse, sed separationis à dilecto impatiẽs, uerebatur ne ex proposito forsan ad alia diuertisset aut demigrasset: Vel, ut Origenes exponit, ne forte

Obiectio.

Responsio.

credisset

redisset ad coelos, inde dũ sibi placeret, reditur⁹. Insup dici potest, ꝙ Maria pijssima & Io-
seph dicunt non intellexisse uerba prętacta, quoniã Ioseph ea nõ intellexit iuxta tropum,
consuetudinẽq; scripturæ, qua aliquid cõmunitati, aut duobus seu tribus ascribitur, quo-
niam conuenit parti eius aut uni illorũ. Præterea, cõtra id q̃d dictum est, quosdam sanctos Obiectio alia.
deũ in hac uita uidisse per speciẽ, obijci potest quod dñs Moysi dixit: Non poteris faciem
meã uidere. Non enim uidebit me homo & uiuet. Et quod ait Iohãnes: Deum nemo uidit Exo. 33.
unquam. Vnde apud eundẽ filius protestatur: Patrẽ non uidit quisquã, nisi is qui est à pa- Iohã. 1. 6.
tre. Hinc & ad Timotheum ait Apostolus: Beatus & solus potens rex regum, qui solus ha 1. Timo. 6
bet immortalitatẽ, & lucem habitat inaccessibilẽ, quem nullus hominum uidit, sed nec ui-
dere potest. Propterea diuinus Dionysius docuit hanc esse perfectissimam dei cognitio-
nem in uita hac, coniungi ei tanquã prorsus ignoto, & per negationem eum agnoscere, ut
patuit paulo ante. Verũ ad hæc omnia atq; similia est una ratio, ꝙ de lege cõmuni nemo in Responsio.
hac uita pręsenti potest deum per speciem intueri, sed ex priuilegio potest. Alia quoq; re
sponsio est, ꝙ nemo uiuẽs uita sensibili & humana, uidere potest deum in seculo isto per
speciem. Sancti autem qui deũ clare in sua uiderunt essentia in hoc mundo, non erant pro
tunc uiuẽtes uita sensibili & humana, sed intellectuali ac deiformi; utputa in deum omni-
no demersi & transformati. Dionysius uero loqtur de contẽplatione dei per speciem cre
atam, quæ à plena repræsentatione diuinæ essentię deficit infinite. Insuper poterit respõ
deri, quòd ꝓtactæ autoritates sint exponendæ de corporea uisione, qua certum est simpli
cissimũ deum in propria sua natura uideri nõ posse. Rursus, exponi possunt de uisione cõ-
prehensionis perfectæ, qua aliqd cognoscitur tam ꝑfecte, sicut ex sua natura cognoscibi-
le extat: sicq; solus deus cognoscit & uidet seipsum, qui sicut infinitæ est actualitatis, ita &
infinitæ intelligibilitatis, omniq; menti creatę incomprehensibilis.

Articulus XIIII. Quòd pie credendum sit, mitissimam ac tranquillissimam uirginem Mariam, multa ab unigenito suo secum commorante interrogasse ac didicisse.

APprehendam te & ducam in domũ matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ, Cant. 8
ibi me docebis. Cum tota hominis perfectio in actu sapientiæ ac diuini amoris
consistat, dubitari non licet, quin fructuosissima ac uirtuosissima uirgo Maria q̃
tidie in his duobus præsertim profecit: & quoniã sacras ueteris testamenti scri
pturas in maxima reuerẽtia habuit, ad earũ utiq; plenã ac claram intelligẽtiam extitit stu-
diosa. Cumq; agnosceret in suo amantissimo filio sibi obediente ac subdito, atque familia- Colos. 2.
rissime cohabitante, omnes thesauros sapientiæ ac scientiæ esse absconditos, & sibi ab illo
nihil negari, informationem in dubijs ac secretis, plenioremq; elucidationem in agnitis pe
tijt ab eodem, cum omni plane humilitate, reuerentia & affectu: & qui ab exordio patriar
chas ac prophetas de suis instruxit mysterijs, iudicijs, consilijs & secretis, de eisdem quo-
que singulariter ac eminentissime suam dilectissimam, docilimam, ac capacissimam docu-
it matrem. Præterea, cum familiarium amicorum & se inuicem præcordialiter amãtium,
ista cõsistat proprietas, sibi inuicem sua communicare & reuelare secreta, & de pertinen
tibus ad dilectum libẽter loqui ac sciscitari & instrui, certum uidetur, quòd sicut inter do
minum IESVM & eius uirgineam genitricem fuit familiaritas summa, mutua quoque di
lectio maxima, fidelitasq; perfecta, & munificentia consummata, sic mater sanctissima di-
ligentissime inquisierit à filio sapientissimo mysteria ad ipsum spectãtia, abdita scriptura-
rum, concordantiam Mosaicæ & Euangelicæ legis, rationem & explanationem eorum, Luc. 1.
quæ de ipso audiuit ab angelis, à pastoribus, à magis, à Zacharia & Elizabet, à Symeone Matt. 2.
& Anna, & quid signauit ruina idolorum Aegypti cum eam intrabant. Insuper, de deita- Luc. 2.
tis natura, de gloria trinitatis, & cur filius potissime naturam assumpsit humanam, de sta- Matt. 2.
tu animarum post mortem, de beatitudine electorum, de supplicijs reproborum confe-
rebat cum filio: & in responsis ac informationibus eius pręcordialiter lætabatur. De hac
materia in Reuelationibus sanctæ Brigittæ cõtinetur, quemadmodum benignissima uir-
go MARIA dixit in uisione ad Brigittam: Filius meus loquebatur mihi & Ioseph separa-
tim uerba consolatoria & uerba deitatis, ita ut indicibili gaudio repleremur. Conferebat
q̃q; in domo familiariter cũ amicis aduenientibus, de lege & eius significationibus ac figu Luc. 2.
ris. Disputauit etiã cũ sapiẽtibus, ita ut mirarent, dicẽtes: Ecce filius Ioseph docet mgr̃os,
aliquis magnus spũs loqtur in eo. Ampli⁹, electi & sancti tã in ueteri q̃ in nouo testamẽto

pro illuminatione increatæ & ęternę ſapientię tam anxie rogauerūt, & nos quotidie dñm Ieſum Chriſtū indeſinenter precamur, ut nos illuſtrare ac edocere dignetur. Cū ergo celeberrima ac diligentiſſima uirgo Maria certiſſime ſciret hanc ipſam ſapientiā ex ſe incarnatam, generatā, ſecum corporaliter cōuerſantem, euidens reor, ꝙ ab ea illuminationem
Iacob. 1. & informationem petijt & accepit aſſidue, & filius dei dans oĩbus affluenter, & ſicut capaces ſunt, ſeq́ꝫ diſponūt, ſuę pręchariſſimę matri tanto pleniorem infudit illuſtrationem, ſapientiam & doctrinam, quanto ipſa præ oĩbus fuit capacior, dignior, & ad ſuſcipien-
Marię docta dum purior, diligentior atq́ꝫ feruetior. Erat quippe optima domina, naturaliter ualde ingenioſa, ſapientiæ auida, prçclariſſimę indolis, fortiſſimę ſynterefis, & ad intelligēdum diuina tam ex naturali diſpoſitione, q̄ ex gratię inſpiratione plurimū inclinata. Poſtremo, filius eius cuius deliciæ ſunt eſſe cum filijs hominū, cui tanto delicioſius fuit eſſe cū uirgine
Prouer. 8. matre, quanto præcordialius ſuper omnē creaturā eam dilexit, nō ſolum quoniam mater eius, ſed ideo maxime, quia in oĩ ſanctitate & perfectione ſibi fuit ſimilima, ipſe inquā filius eius, diuitias ſapientiæ & ſcientię ſuę, quibus erat pleniſſimus, ſuę tam mundiſſimæ & affectuoſiſſimæ matri munificenter ac delectabiliter impertiuit, etiam multo plus quàm petijt ipſa.

Articulus XV. De ingenioſitate atq́ꝫ ingenita bonitate Marię dulciſſimę.

Sapi. 8. PVer eram ingenioſus, & ſortitus ſum animā bonam. De excellentia glorioſiſſimę uirginis dictum eſt in primo libello: & quoniā teſte Philoſopho, molles ſeu teneri carne, apti ſunt mente, cōſtat, ꝙ feliciſſima uirgo Maria fuit nobiliſſimę, tenerrimę, & ęqualiſſimę complexionis poſt filium ſuum, ita ex naturali diſpoſitione ingenioſiſſima fuit, atq́ꝫ ad ſapientiā, ſcientiā ac uirtutes naturaliter diſpoſitiſſima ac maxime inclinata, pręſertim quia ex ſingulari dono altiſſimi non fuit in ea ulla culpa aut paſſio, retrahens ab huiuſmodi inclinatione naturæ. Ipſa ergo excellentiſſime dicere potuit: Puella erā ingenioſa, & ſortita ſum animā bonam. Nonne autorem naturæ decuit mater
Hebr. 1. oĩ naturali elegātia decorata: ſic & eum q̄ eſt ſplendor glorię, & character paternę ſub-
Sapien. 7. ſtantię, candor lucis ęternę, fons ſapientiæ uniuerſę, uerbum & ſapientia dei patris, decuit matrē habere ſubtilitate ingenij præfulgentem, ſplendore intellectus ornatā, ſimilitudine deitatis eminenter inſignitam. Deniq́ꝫ, de multis electis & ſanctis utriuſq́ꝫ ſexus narratur, ꝙ in eis fuit concertatio quędā gratuitoꝝ naturaliumq́ꝫ donorū, quæ mutuo ſe iuuabant, & dona gratię perficiebāt dona naturę: & difficile fuit in eis perpendere, in q̄bus donis amplius excedebāt, erantq́ꝫ tales tam deo q̄ hominibus complacentes, amabiles & accepti, qualiter inter uirgines ſanctas fuerūt, Catharina, Vrſula, Barbara, Hagnes, Agatha, Margareta, & aliæ multæ, inter quas oĩes illuſtriſſima ac perfectiſſima uirgo Maria tāto præfulget primatu, quanto decet pręfulgere matrem fontis & cauſæ totius gratiæ ac naturę, ancillis ipſius. Hinc in annis pueritię, cum adhuc moraretur ac doceretur in templo, miro modo prę coętaneis & conſodalibus ſuis profecit in oĩbus, fuitq́ꝫ erudita ſubtiliter in ſcripturis. Hinc quoq́ꝫ conuerſio eius plena ad deum, & totius mūdi contemptus, q̄ mundana dei intuitu & amore deſpexit omnimode, tāto acceptiores deo & tanto plus meritorij erant, quanto ipſa elegātiſſima adoleſcētula per eminentiā ſuam in naturalibus tam in corpore q̄ in anima, poterat mūdo aptior acceptiorq́ꝫ haberi. Vnde & ideo decuit eam in oĩ naturali dono ita eſſe pręclaram, quatenus ex hoc eius ad deū conuerſio laudabilior eſſet. Minùs nanque commendabile reputatur, quòd hi ſeculum derelinquunt, qui ſeculo minus apti conſiſtunt.

Articulus XVI. Quòd laudabiliſſima uirgo Maria ſermones filij ſui prę cunctis auidius audiuit, clarius intellexit, & amplius inde profecit.

Eccle. 6. AVris bona, cum omni concupiſcentia audiet ſapientiam. Quo ſacratiſſima & benedictiſſima uirgo Maria præ cęteris clarius certiusq́ꝫ cognouit filium ſuum eſſe uerum deum, uirtutem & ſapientiam atq́ꝫ unigenitum p̄ris ęterni, eo ſermocinationes & uniuerſa uerba ac documenta illius diligentius auſcultauit, feruētius libentiusq́ꝫ audiuit: & quia certiſſime nouerat hoc, idcirco cum ineſtimabili & feruētiſſima diligentia aduertit loquentē, & in ſermonibus eius uehementer delectabatur, pręſertim quando intellexit eoſdē profunde, ac prę cęteris uniuerſis profecit ex illis. Verumtamen quando audiuit eum ſuā paſſionem pręnuntiare, ſcribas quoq́ꝫ & phariſæos acer-
Matt. 16. rime increpauit, ſecūdum unum reſpectū condoluit & expauit, certa ꝙ illi tanquā obſtinati, ex huiuſcemodi filij ſui uerbis uehementius incitarentur ad perſequendum, interfici

ca-

endumq; eum. Præterea, quo deuotissima & serenissima uirgo Maria filium suum præ cun ctis ardentius prædilexit, eo præ alijs maiori auiditate prædicantem aduertit. Rursus, cũ filius eius testatus sit, Qui ex deo est, uerba dei audit: quo Maria deifera excellentius erat prædestinata, & ex deo per gratiam diuinitata, quo deo charior fuit, similior atq; propinquior, imò & familiarior, eo instantius ac libẽtius audiuit deum dei filium de deo patre loquentem, & uerba ipsius diligentissime cõsiderauit, tenaciusq; retinuit, & magis perfecte impleuit. Deniq;, uerba aliorum de filio suo loquentium, utputa angelorum, pastorũ, magorum, Zachariæ, Elizabet, Symeonis & Annæ, cum grandi diligentia aduertit, memoriter tenuit, & in suo contulit corde, quãto magis ipsummet filium suum uerum deum cum incomparabili diligentia & feruore audiuit. Amplius, quanto plus audientium desiderauit conuersionem atq; salutem, tanto libentius audiuit filium suum illis sermocinantem, sperans conuersionem illorum, & sciens efficaciam filij sui in prædicando. Adhuc autem, si Maria Magdalena uerbis Christi tã auide & dulciter fuit intẽta, ut nec à sorore sua Martha de ipsa conquerẽte & dñm interpellante, auerti ualeret, quãto magis purissima ac feruentissima mens Mariæ Christiferæ intentissima extitit uerbo dei, utputa incomparabiliter contemplatiua, quæ optimam partem integerrime prælegit: illiq; uni, quod solũ necessarium est, perfectissime inauertibiliterq; inhæsit. Nempe & uerba Christi de sua deitate loquẽtis, uidelicet, Antequam Abraham fieret, ego sum, Ego & pater unũ sumus, Quæcunq; facit pater, hæc & filius similiter facit, & consimilia, syncerissima & illuminatissima uirgo Maria sapientialiter intellexit, atq; in cõtemplatione deitatis filij sui cordialiter exultauit. Pensemus quàm delectabile nobis iam esset, Paulum apostolum aut maiorem illi omnino in cunctis æqualem, audire sermocinantem, ac prædicationis suæ eloquia signis atque miraculis copiosis ac magnis corroborantem: & ex hoc consideremus quàm deliciosum fuit affectuosissimæ matri illum audire loquentem, quem ipsa certissime nouerat uerum deum, angelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorumq; omnium creatorem, impletorem ac instructorem: uidere quoq; præclarissima & innumerabilia signa ac miracula, quæ fecit imperiose atq; ad libitum, in quibus frequenter mirabilior fuit modus agendi quàm opus ipsum.

Iohan. 8. · Luc. 2. · Matt. 2. · Luc. 1. 2. · Luc. 10. · Iohan. 8. 10. 5.

Articulus XVII. An beatissima uirgo Maria agnouerit trinitatem personarũ in deo, antequam filium dei concepit.

PArvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & uocabitur deus, fortis. In lege & prophetis, trinitatem personarũ in deo insinuari, multipliciter probãt doctores & expositores scripturæ: Magister quoq; Sententiarũ primo libro, quod & in diuersis demonstraui opusculis, præsertim in dialogo de fide catholica, & certe spũssanctus sanctis illis sui notitiam prebuit, quos ad prophetandum repleuit: deiq; filium esse incarnandũ, diu ante fuit prædictum. Porro uenerãdissima & prorsus p̃stantissima uirgo Maria non minus q̃ sancti prophetæ, imò ut ex p̃habitis constat, multo plus q̃ prophetæ, fuit illuminata atq; in fide p̃fecta, explicitã uel potius explicitissimã hñs fidẽ necessariorũ ac p̃tinentiũ ad salutẽ: ideo mysteriũ supgloriosissimę trinitatis ei p̃clare innotuit. Deniq;, erudita extitit in scripturis: nec dubiũ quin uerã ac lympidã scripturarũ intelligentiã ei contulerit autor totius sacræ scripturæ spũssanctus: idcirco tam uere ex scripturis agnouit deum esse in personis trinũ, quàm uere scriptura ueteris testamenti docet hoc ipsum. Amplius, beatissima illa & ineffabiliter prælecta puella, in totius adorãdæ supessentialisq; trinitatis cõsortiũ assumẽda, eiusdẽ supfelicissimæ trinitatis fideli notitia fuerat excellẽter ornãda: nec pater ęternus eã suę cognitionis reliq̃t exptem, quã p̃elegit & promouere decreuit, atq; assumere uoluit in cõparentalẽ: filius q̃q; se ei splẽdide reuelauit, ex qua incarnari, cõcipi, nasci, educari elegit: sic & spũssanctus ei se specialiter manifestauit, per fidẽ & contẽplationẽ fidelẽ ac sapientialẽ, quã elegit in templũ atq; sacrariũ, & in ei⁹ felicissimã matrẽ, à q̃ ipse uere ęternaliterq; p̃cedit. Nec eã sine sua reliq̃t fideli ac distincta notitia, per quã uoluit adimplere prophetarũ oracula. Hinc fatet̃ Ambrosius: Magnificat aĩa Marię dñm, eo q̃ p̃ri filioq; deuota, unũ deũ ex quo oĩa, & unũ dñm p̃ quẽ oĩa, pio ueneret̃ affectu. Pari rõne fuit sine dubio & spũisancto, à q̃ oĩs p̃fluit grã, uere deuota: deuotio aũt fidẽ p̃supponit. Itaq; q̃ præclari⁹ fuit mysteria Chr̃i in se & p̃ se impleri ac uerificari, quod factum est in Maria dignissima, quàm ea uaticinari, quod fecerunt prophetæ, eo sublimior notitia fuit serenissimę uirgini de supexcellẽtissima trinitate infusa, q̃ uatibus sanctis. postremo, oĩm hoĩ; ueritas ex euãgelio lucide cõprobat̃: nẽpe cũ sapiẽtissima ac pudicissima

Isaiæ. 9. · Ambrosius. Luc. 1.

Lucæ. 1. adolescentula ab archangelo didicisset se regem Messiã dei filium concepturam, modum sciscitans supernaturalis, arduissimi, incomprehensibilisq; effectus: Quomodo (inquit) fiet istud, quoniã uirum non cognosco? i. nequaquã cognoscere intẽdo, quod & promisit uel absolute, uel sub conditione honestissima, utputa, nisi deus omnipotens aliter cũ ea disponeret. Ad hoc angelus sanctus respõdit: Spũssanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te sanctũ, uocabit filius dei. In qua utiq; responsione, superbenedicta trinitas designatur. Si igit electissima dei sponsa ac filia, iam ante ne sciuit mysterium trinitatis, non intellexisset responsionem hanc ipsam, uidelicet, quid per spiritumsanctum, quid per patrem filij dei innueretur: nec agnouisset an filius dei, quem erat conceptura, esset filius naturalis patriq; coæqualis, an potius adoptiuus: ideoq; de his omnibus fuisset prius erudienda, imò sicut in Actibus apostolorũ leguntur quidã à Pau-
Actu. 19. lo interrogati, Si spũmsanctum recepistis credẽtes? protinus respondisse, Neq; si spũssanctus est, audiuimus: sic uirgo sanctissima, nisi iam trinitatis habuisset notitiam, quærere debuisset ab angelo, quid per spiritumsanctum, quid per uirtutem altissimi, quid per filium dei designas?

Articulus XVIII. Quòd benedicta uirgo Maria, dono prophetiæ fuit ornata.

Isaiæ. 8. ACcessi ad prophetissam, & concepit. Quanto maior est puritas mentis humanæ & familiaritas ac amicitia eius ad deum, tãto copiosius illustratur ab ipso, & plura atq; maiora secreta solent ei desuper reuelari. Vnde sicut præallegatum est, in
Sapien. 7. libro Sapientiæ de increata sapientia legit, quod in animas sanctas se transfert, prophetas & amicos dei constituẽs: ideo sicut beatissima uirgo Maria fuit puritate incomparabili decorata, omnipotẽtiq; domino summe & inæstimabiliter familiarissima atq; charissima, ac prorsus præcordialissima eius amica, ita (ut credo) cognitione mysteriorũ, notitia futurorum, intuitione secretorum, fuit præ uiatoribus uniuersis excellentissime adimpleta. Deniq; personis sublimibus curam communitatis habentibus, solent ostendi futura & secre-
Danie. 4. ta ad cõmune bonũ spectantia, quemadmodũ de rege Nabuchodonosor patet in Danie-
Gene. 41. le, & de Pharaone in Genesi. Cum igitur sacratissima domina fuerit à filio suo adorando constituta mater & aduocata, regina & custos, protectrix & adiutrix totius militantis ecclesiæ, decuit ei plurima reuelare de statu, processu, euentu ecclesiæ militantis, ut ex illorũ præcognitione magis procuraret ac tueret bonum ecclesiæ. Quamuis itaq; de sancto cantetur Iohanne apostolo, quod nunquã uidit tot secreta purus homo purius: hoc tamen intelligi congruit, dẽpta benedictissima dei matre, quæ præminet uniuersis, & priuilegijs singularibus maximisq; præfulget. Amplius, his qui pro cõmuni bono ecclesiæ syncerius ac uehementius extant soliciti, & pro ea feruentius ac frequentius deprecantur, reuelant ubertim quædam secretiora ac futura concernentia statũ ecclesiæ pro consolatione ipsorũ, uel ut instantius orent pro ipsa. Quemadmodũ autem affectuosissima atq; sanctissima uirgo Maria in charitate Christi & proximorum incomparabiliter feruida fuit, iugiterq; perfecta, sic pro communi bono ecclesiæ, pro omni profectu ac salute fidelium, pro incremento credentiũ, atq; constantia plena conuersorum ad fidem, uehementissime fuit solicita, indesinenter ac feruentissime orans: idcirco decentissimũ fuit, plura & maiora ei de pertinentibus ad ecclesiã desuper reuelari. Præterea, quàm longe ac late euangelica lex fuerat promul-
Luc. 1. ganda, & à cunctis gentibus acceptanda, clarissime præuidit in spũ, dum prophetice ceci-
Gene. 30. nit: Beatã me dicent omnes generationes. Tunc certissime uidit, quàm magnifice esset laudanda, quàm deuote colenda, quàm reuerẽter ac intime diligenda à cunctis toto orbe terrarum fidelibus. Noueras ò mater dulcissima, ò uenerandissima domina, prophetatum esse de te:
Psal. 44. Vultũ tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Itemq; Ecce uirgo concipiet & pariet
Isaiæ. 7. 24. filium. Noueras de filio tuo prædictum, A finibus terræ audiuimus laudes, gloriam iusti.
Psal. 71. & rursus, Benedicẽtur in ipso omnes tribus terræ. omnes gẽtes magnificabunt eum. Idcir-
Lucæ. 1. co dixisti, Beatam me dicẽt omnes generationes. Adhuc, in Iob habetur, Inspiratio omni-
Iob. 32. potentis dat intelligentiam. Cum ergo serenissima uirgo incessabilem ac copiosissimam habuerit inspirationem spiritus sancti, multa & maxima inde agnouit abdita & futura.
Iohan. 16. Christus quoque post cœnam dixit apostolis: Multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare modo. Cum igitur sapientissima & perfectissima uirgo Maria aptissima fuerit illa suscipere, intelligere ac portare, nõ uidetur ambiguũ quin de talibus unigenitus eius docuerit eam seorsum ore ad os, atq; per internã suæ deitatis irradiationem in suæ amantissi-
Iohan. 11. mæ ac familiarissimæ matris mentẽ. Præterea, de Caipha (non obstante eius malitia) scri-

ptum

ptum est: Cum esset pontifex anni illius, prophetauit: quanto magis excellentissimæ Ma Ioh.11.
riæ, aduocatæ, imperatrici, custodi, nutrici ac matri totius ecclesiæ, competebat de cōcer
nentibus ecclesiā pręscire uentura ac uaticinari. Insup, de magno & sancto Iohāne Bapti Matt.11.
sta asseritur, q̄ fuit propheta & amplius q̄ propheta: q̄m quem prędixit uentuꝝ, monstra
uit pręsentem: quanto magis Maria dulcissima plus fuit q̄ prophetissa, quoniā Christum
de quo nondū nato ex utero multa in suo cantico prophetauit, non solū monstrauit præ
sentē pastoribus, magis, Symeoni & Annę, multisq; alijs, sed & toti mundo peperit eum ac
pręsentem exhibuit. Postremo, non solum gloriosi apostoli, sed & alij plurimi euangelicę
legis sancti, dono prophetię sublimiter splenduerunt, ut Dionysius, ut patet in eius episto
la ad Iohannē apostolū: Seruatius, Martinus, Bn̄dictus, Bernardus, Frācīscus, q̄s oēs amabi
lissima & unica uirgo Maria inęstimabiliter in hoc dono sine dubio superauit.

Articulus XIX. An bn̄dicta & gloriosa uirgo Maria habuit cætera dona grāæ gratis datæ, uidelicet, grām sanitatū, operationē uirtutū. I. miraculoꝝ, discretionem spirituū, interpretationem sermonū, genera linguarum.

BEnedicta tu in mulieribus. Bn̄dictio dei, ē collatio beneficioꝝ ac muneꝝ eius & Luce.1.
multiplicatio eorundem, potissime aūt spūalium donorum gratiæ & gloriæ. Ita Bn̄dictio quid.
q̄ electissimę incomparabiliq; Marię in mulieribus, inter mulieres, supra mulie
res, & pręmulieribus cunctis excellētissime sunt collata tam dona grāæ gratū fa
cientis, q̄ munera grāę gratis datę, quę alijs mulieribus diuisim & per partes sunt pstita. Por
ro multis mulieribus. i. psonis fœminei sexus cōcessa sunt dona grāæ gratis datæ in articu
lo tacto, ut ex Chronicis & Legēdis patet sanctoꝝ: idcirco hæc oīa simul & eminentissime
sunt donata Mariæ dignissimę, quę à nullo superatur illustriū. Deniq;, discretionē spiritu 1.Cor.12.
um habuit ante annūtiationē dn̄icam. Nam & ab infantia cū uti cœpit ratione, assidue cre 1.Iohā.4.
ditur angelicis apparitionibus assueta fuisse. Viso quoq; & audito Gabriele archāgelo, fu
it turbata in eius sermone, nō in apparitione, certa q̄ fuerit angelus sanct⁹. Per qd autē dis
cernaē spūs bonus à malo, & de examinatione spirituū, difficilis est ac subtilis materia, de
qua nup deo auxiliāte opusculū edidi. Interpretationē uero sermonū. i. elucidationē scri
pturaꝝ, hoc est, clarā eaꝝ intelligentiā, facultatē quoq; exponēdi eandē habuit ante mis
sionem paracleti, imò & ante conceptionem filij dei, sic tamen quòd in cōceptione unige
niti summi patris, & deinde quotidie, maxime autem in die sancto Pentecostes accipiēdo Act.2.
cum gloriosis apostolis spūm sanctū, ualde profecit in euidenti scripturaꝝ intellectu san
ctaꝝ, ueritates in eis contētas intelligēdo lympidi⁹, quaꝝ plena cognitio pro magna par
te nō habetur nisi in patria, aut uisione deitatis per speciē. Gn̄a uero linguaꝝ accepit cum 1.Corin.12.
beatis apostolis in pfacta spūs sancti susceptione. Gratiā uero & uirtutē faciendi prodigia
creditur habuisse, saltē ab eo tēpore, quo omniū mirabiliū, incomprehensibiliū & supnatu
raliū mirabilissimū, incōprehensibilissimū & supernaturalissimū opus, uidelicet, incarna
tio uerbi ęterni in ea, & p eā peractū est: q̄uis gloriosissima dn̄a nō legaē publice fecisse mi
racula, manēs in uita ista, quēadmodū nec sanct⁹ Iohānes Baptista. An uero mater deifera
in uita hac usa sit dono linguaꝝ & sapiētia q̄ est donū grāę gratis datę, alios instruendo, par
tim præhabitū est. Deniq;, de hac re scribit Albert⁹ in libro de laudibus uirginis gloriosę, Albertus.
Donoꝝ gratis datoꝝ & nō gratū facientiū, quędā danē in ministeriū, & nō in propriū pro
fectū, ut prophetia Balaā & Caiphę: quędā aūt in propriū profectū & etiā in ministerium Num.22.
seu commodū alioꝝ, ut dona discretionis spirituū & linguaꝝ, atq; scientia apostolis datæ Iohan.11.
quędā uero in propriū suijpsius profectū, & nō alioꝝ, ut dona instructiōis beatissimę dn̄ę
& taliū quędā danē ad pficiendā indigentiā, quędā ad decorandā potētiā, & quędā ad nō
bilitandā naturā, & honorandā personā: & sic habuit beatissima uirgo nō ad ministeriū, Maria dona
sed ad decorationis cumulū, ad pfectionis & delectationis augmētum, ad materiā laudis, gratis data
& incrementū honoris, & ad oim bonoꝝ spiritaliū cōplementū. Hęc uerba Alberti, pbabi quæ habuerit.
liter dicta uidenē, dēpto q̄ ait, beatissimā uirginē nō accepisse dona instructionis ad alioꝝ
pfectū: q̄a (ut supra ostēsum est) Lucas euāgelista crediē ab ea in multis instructus. Sāctus
q̄q; Ignati⁹, multiq; neophyti alij, petierūt & acceperē informationē ab ea, ut supra ex ep̄la
sancti Ignatij ē ōnsum. Sed & sctāꝝ collegiū uirginū, gloriosis. dn̄ę cohabitātiū, post Chri
ascēsionē istruebaē ab ea assidue: multęq; alię mulieres deuotę, cōfugiētes & accedētes ad
ipsam assidue: pterea, quēadmodū iuxta diuini Dionysii documēta uniuersi chori & ordi
nes angeloꝝ, nō solū à Chrō scdm naturā assumptā, sed à pstātiss. q̄q; Maria, purgationē, il
luminationē & pfectionē suscipiūt in triūphāte ecclesia, ita in militāte ecclesia etiā sūmi in

primitiua ecclesia, puta apostoli, purgationem, illuminationẽ & perfectionem sortiebantur ab ipsa, atq; in dubiis & arduis recursum habuerunt ad eam tanquã ad omniũ sapiẽtissimam & excellentissimã dei matrem, suamq; dominã, ut supra ex uerbis quoq; Hieronymi est ostensum. Amplius, sicut est prę inductũ, multæ psonæ sublimes ex paganismo cõuersæ in primitiua ecclesia, scientes pręclarissimam incomparabilemq; Mariam dei matrẽ adhuc in carne mortali uiuentẽ, ipsius sanctitatem & excellentiã uehementissime mirabã tur, atq; desiderio eam uidendi ac audiẽdi, ex remotis ac uariis locis uenerũt ad ipsam, prout ante ex epistolis sancti Ignatij est ostensum, ac de diuino Dionysio recitatum: nec dubium quin mitissima, humilima & affectuosissima uirgo Maria, ex ineffabili charitate, pietate & humilitate præbuerit se illis conspiciendã, roborauitq; ipsos in fide, suo aspectu, sermone, exẽplo: imò & innumerabiles ex Iudaismo ad Christũ conuersos, ut etiam in Reuelationibus sanctæ Brigittæ continetur, & infra tangetur. Hinc reor, q; & dono linguarum ad conuersos gentiles interdum fit usa uirgo dulcissima, præsertim quia (ut supra ex epistola eius ad sanctũ Ignatium est relatũ) ipsa Maria pijssima scripsit Ignatio, se uenturã ad ipsum, & ad existentes cũ eo ex gentilitate conuersos, pro confirmatione, consolatione & instructione ipsorũ. Postremo, de ista materia scribit Thomas in tertia parte Summæ suæ, quæstione 26. Non est dubitandũ quin uirgo beata acceperit excellenter donum sapientiæ, gratiãq; uirtutum, & etiã gratiã prophetiæ: Non tamen sic ea accepit, ut haberet usus harũ & similium gratiarũ, sed secundũ quod conueniebat conditioni ipsius. Habuit enim usum sapientiæ in contẽplando, non aũt ad docendum, eo quòd hoc non competebat sexui muliebri, secundũ illud Apostoli: Mulieri docere non permitto. Miraculorum quoq; usus seu actus ei non cõpetebat, dum uixit hic: quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Christi miraculis: ideo soli Christo & eius discipulis, qui erãt baiuli doctrinę Christi, conueniebat miracula facere. Hæc Thomas, cuius uerba incerta sunt, & forsan nec uera. Iam enim ostensum est, quòd sacratissima uirgo Maria multos edocuit: nec talem priuatam doctrinationẽ, quæ etiam actus est sapientiæ, quæ est donũ gratiæ gratis datæ, nõ prohibuit mulieribus Paulus: quanquã & si eam illis prohibuisset, non tamen super excellentissimã dei matrem cecidisset prohibitio illa, quippe sup quam Paulus iurisdictionem non habuit, & quæ est super omẽs magis quàm omniũ una. Postremo, quod asserit Thomas, solis discipulis Christi, baiulis eius doctrinæ conuenisse miracula facere, nõ apparet, quoniã per Mariam Magdalenam deus multa fecit prodigia, quæ & sterili principissæ foecunditatẽ orando obtinuit, ut patet in eius Legenda. Secundo, qm̃ soror eius beata Martha inter cætera mortuũ suscitauit, draconẽ horrendũ compescuit & ligauit, mortiq; tradidit: & istæ apostolorum erant temporibus, & eorum discipulæ, imò & Christi. Conformiter per sanctam Teclam, apostoli Pauli discipulam, multa dñs egit miracula, quæ oñia in Aurea patent legenda sanctorum.

Thomas. — *1. Tim. 2.* — *Thomę uerba trutinantur*

Articulus XX. Quòd in donis intellectus & consilij, pręstantissima uirgo Maria, post Christum perfectissima fuit.

Ieremias

QVis affuit in consilio domini, & uidit & audiuit sermonem eius? Septẽ dona spiritussancti sunt habitus supernaturales, creati, infusi, formati, charitati inseparabiliter iuncti, reddentes intellectualem creaturam prompte mobilem à spũ sancto. Porro intellectus secundum q̃d donum, est huiuscemodi habitus mentem illustrans, per quem ea quæ fidei sunt, aliquo modo perspiciuntur ac penetrantur, p hoc quòd rationes seu argumenta credendorũ ac fidei cognoscuntur. Cũ igitur benignissima ac sapientissima uirgo Maria habuerit fidem cum rationibus credendorũ & purificatæ mentis intelligentia in gradu inter puros uiatores supremo, constat quòd ea quę fidei sunt, clarissime quantum uiatrici menti fuit possibile, penetrauit, ueritatesq; fidei p signa certissima, imò per experientiam copiosam agnouit, utputa uirginem cõcepisse deum, hominem factum esse, regem Messiam uenisse, deum in personis consistere trinum, in essentia unũ, filiũ dei in unitate personę esse deũ ac hominẽ. Agnouit optima uirgo clarissimæ fidei argumenta, qualiter per scripturas ueteris testamenti, per Iudęorũ finalem derelictionem, per diuina miracula soli deo possibilia, per euidentiã diuinorũ charismatũ, per reuelationes supnas & apparitiones cœlestes, ac aliis modis probẽtur. Porro consiliũ, ut est donum, non est actus prudentiæ, sed habitus per quem mens dirigitur à spũsancto ad intuendũ quid in arduis atq; ambiguis sit agendũ aut euitandũ, in quibus prouidentia humana sine directione supnaturali diuina non sufficit. Hoc dono consilij electissima uirgo Maria

Ea quæ fidei sunt, clarissime penetrauit.

ria fuit tam plena, q in cunctis huiusmodi à spũsancto indeuiabiliter dirigebatur, & quid agendum aut omittendũ esset, per unctionem & inspiratione instruebatur. Nec in ea habuit locũ illud Sapientię, Incertę sunt prouidentiæ nostrę: sed impleuit plenissime quod ait scriptura, Ante omnẽ actum pręcedat te consiliũ stabile. Itaq; per splendidissimum donum intellectus aptissima atq; promptissima fuit serenissima uirgo Maria, ea quæ fidei sunt subtilissime intueri, nexũ & ordinẽ, consonantiã ac rationabilitatẽ credibiliũ, dum omnia comportãtur, delectabiliter contemplari, dignitatem quoq; suam, & gratiarũ suarum eminentiã considerare, ac per hæc deo deuotissimas rependere grates. Per donum uero consilij fuit familiarissime ac specialissime assueta moueri à spiritusancto, in omni consiliari negotio, in tantum, quòd ipsa unica uirgo fuit summe idonea, etiam alijs saluberrima conferre consilia. Maria cõsilii dono plenissima. Sapien. 9. Eccl. 37

Articulus XXI. Quàm præclaræ prudentiæ fuit suauissima ac diuinissima uirgo Maria.

DIc sapientię, soror mea es, & prudentiam uoca amicã. Prudentia appellatur recta agibilium ratio, id est uirtus intellectualis, docens qd agẽdum, quid cauendum, atq; ad agenda inclinans, & cauenda abhorrens. Frequenter quoq; solet prudentia sumi pro discretione. Quemadmodum ergo sapiẽtia uersatur circa diuina, sic prudentia circa humana: estq; directrix actuũ humanorũ, atq; de medijs ad obtinendum finem intentũ, ac commodis prouidens & disponens. Quis ergo nunc sacratissimę uirginis Mariæ prudentiã satis queat mirari aut digne laudare, cum ipsa incomparabilis dña in omni conuersatione sua, in omni domus suæ regimine, in omni sua electione, nunquã excesserit neq; errauerit, uerum in cunctis habuerit se irreprehensibiliter ordinate, regia iugiter uia incedens, & nunquã ad dexterã aut sinistram declinans, summe adimplens illud Apostoli: Omnia decẽter & secundũ ordinem fiant in uobis. Vere prudentissima prorsus Maria, quæ sic feruentissima fuit, ut nihilominus in cũctis discretissima fuerit, rationabilissimum deo obsequiũ incessabiliter offerens, quæ nec in cibo, potu, somno, uestitu, uerbo, actu, dispositione, nec in aliquo uitæ suæ processu unquã uenialiter saltẽ peccauit. O quàm superhumanũ, quàm admirabile, quàm gratiosissimũ fuit hoc, quàm misericordissime, paternaliter & incessabiliter deus omnipotens suam prædilectissimam sponsam, matrẽ ac filiam custodiuit, direxit, protexit in omnibus. Hæc summæ benedictę Mariæ prudentia ab omni præcipitatione, inconsideratione, inconstantia, negligentia & torpore præseruauit eandem, & ipsam ineffabiliter q̃tidie fecit proficere. Nempe ut magnus ait Antonius, Nulla uirtus tam cito & expedite hominem ad perfectionem perducit, sicut discretio quæ est prudentię. Ideo discretissima uirgo profecit celerrime. Deniq; ꝑ consummatam istam prudentiam Maria deifera, sacerrimum illud felicium uirginum cẽtum uiginti, ut fertur, collegium eius obsequio deditarum optime gubernauit, ordinatissime semper direxit, corporalia ad spũalia rectissime ordinauit: custodita & diligens in uniuersis maxime fuit, pręteritorum habens reminiscentiã, pręsentium intelligentiã, futurorum prouidentiam consummatam, undiq; oculata, in singulis circũspecta, & in cunctis summe modesta, solers ac docilis tanquam totius uirtuositatis simulacrum & exemplar. Ideo fuit similima uiro prudenti domino Iesu Christo, ędificans domum suę mentis atq; suarũ structuram uirtutum supra petram solidissimæ humilitatis, firmissimiq; filialis timoris, ac interioris custodię cordialis. Prouer. 7. Prudentia. Deut. 28. 1. Cor. 14. Matt. 7.

Articulus XXII. De perfectione scientię & cognitionis summę & benedictę Marię secundum quosdam.

COncupiscentia sapientię deducet ad regnum perpetuum. De multiplici sapientia atque scientia Marię dignissimę, & de incomparabili eius excellentia in eisdem, introducta sunt multa. Hinc in libro de laudibus beatissimæ uirginis scribit Albertus: Beatissima uirgo in cognitiõe sua plura habuit priuilegia: Primũ est perfecta cognitio trinitatis dei sine medio, quam habuit in uia per specialissimam gratiã. Secundũ, est ꝑfecta cognitio mysterij incarnationis, & hãc habuit ꝑ grãm & experiẽtiam singularem. Tertium, est cognitio suę pręděstinationis, quam habuit per reuelationem & causam. Quartum, est cognitio aĩę suę atque spirituum per proprias species, quam habuit dispositiue per naturam, & completiue per gratiam: & secundum hanc uidit angelos & animas ac dęmones. Quintum, est perfecta cognitio omnium ad statum uię pertinẽtium, quam habuit per gratiæ infusionem & inspirationem: & hoc comprehendit perfe- Sapi. 6. Maria in cognitione sua multa habuit priuilegia

ctam cognitionem scripturarum,& operandorum ac contemplandorum. Sextum est cognitio omnium circa se futurorum, quam habuit per reuelationem & in speculo beatorum. Septimum, est cognitio omnium ad statum patriæ pertinentium, quam habuit per contemplationis reuelationem. Octauum, est cognitio statuum omnium creaturarum, quam habuit per naturam & gratiam & reuelationem. Nonum est, quòd habuit matutinam & uespertinam cognitionem: Matutinam, per gratiam: Vespertinam, per naturam. Decimum, est conclusio ex prædictis, quòd proprie loquendo, nullius rei habuit ignorantiam, ita quòd beatissima uirgo sufficienter perfecta fuit per habitum naturę & gratię, exire in operationes, & consequi finem cuiuslibet scientiæ: & hæc scientia exiuit in actum & operationem, quãdo, ubi, qualiter & quantum ordinabatur sibi in beatitudinem, ac aliis in salutem. Habuit enim perfectam cognitionem omnium ad suam beatitudinem secundum statum uiæ pertinentium, & nullorum inutilium atque ad gratiam impertinentiũ, sed per totum fuit gratiæ plena. Vnde omnia quæ fuerunt in ipsius anima, uel naturalia uel acquisita, sic erant gratia informata, uel cum gratia coniuncta, ut iam oĩa essent gratuita. Vnde oĩs scientia eius fuit gratuita, omnis dilectio eius gratuita, omnis operatio gratuita: ut sine omni restrictione, largissima & uerissima interpretatione esset omnifaria gratia plena. Hęc Albertus. Cuius uerba recitatiue magis quàm assertorie introduxi, quę & satis obscura uidentur. Quamuis nanque benedictissima uirgo Maria credatur deum in hac uita interdum per speciem contemplata, non tamen apparet quòd habuerit perfectam trinitatis cognitionem sine medio, cum omnis cognitio fiat per intelligibilem formam tanquam per medium. Veruntamen in uisione qua cernitur deus, seu trinitas adorãda facie ad faciem, medium illud seu intelligibilis species non differt realiter ab obiecto. Nempe sic deus uideri non potest per formam creatam, sed quoniam ineffabilem eminẽtiam scientiæ atque notitiæ Mariæ sanctissimæ nequaquam cupio minuere aut arctare, imò magis extollere, idcirco de prętactis Alberti uerbis pertranseo, nec contra ea curiose arguere opto, quę bono animo credo prolata.

Alberti uerba plicant.

Articulus XXIII. Qualiter benignissima uirgo MARIA dicatur mũdi saluatrix, ac filio suo cooperata in mundi redẽptione.

Matt. 1.

VOcabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Solus unigenitus dei uocatur & est mundi saluator, hoc est, humani generis redemptor ac liberator, tanquam qui pretium soluit pro captiuorũ redemptione, seipsum pro illis tradẽdo in mortem, suumq́; sanguinem effundendo, ita quòd uirtus & idoneitas conueniebat eius humanitati ex deitate unita: ipsa uero satisfactio, meritum ac solutio assumptæ humanitatis: sicq́; passio CHRISTI per modũ causæ instrumentalis ac meritorię est causa nostræ redemptionis atque salutis. Veruntamen, sicut facta est nostra perditio, muliere suggerente & cooperante, quæ uirum induxit ad ueciti esum fructus, sic nostra redemptio per fœminam est effecta. Etenim uirgo purissima redemptorem nobis produxit: imò & suę merito sanctitatis de congruo nobis promeruit redemptoris aduentum: quod autem est causa causæ, dicitur esse causa causati. Et quamuis filius uirginis sit & mundi creator, non tamen ob hoc ipsa uocatur mundi creatrix: quia creare ex diuinitate competit CHRISTO, quam non sumpsit nec habet à matre: Redimere autem & saluare modo prætacto, ex humanitate sua CHRISTO ascribitur. Veruntamen saluare per modum causæ principalis & efficientis, utputa peccata dimittendo, gratiam infundendo, ac salutem ueram præstando, competit CHRISTO ex diuinitatis natura, sicut & toti superbeatissimæ trinitati, & unicuique diuinæ personæ, iuxta illud Isaiæ XLV. Deus iustus & saluans non est præter me. iuxta que illud Osee XIII. Ego dominus deus tuus, & saluator non est præter me. Insuper, amantissima dei uirgo Christifera, dici potest mundi saluatrix propter eminentiam, uirtuositatem, & meritum suæ cõpassionis, qua patienti filio fidelissime ac acerbissime condolendo, excellenter promeruit, ut per ipsam, hoc est, per preces eius ac merita, uirtus ac meritum passionis Christi communicetur hominibus. Ipsa quoq; eis q̃ à gratia CHRISTI prolapsi sunt, rursus procurat eandem, & regnum misericordię ei cõmissum est. Vnde ipsa est singulare ac potentissimũ refugiũ perditorũ, spes miserorũ, aduocata & recõciliatrix oĩm iniquorũ ad eam confugientium. Deniq;, tanta est plenitudo & exuberãtia meritorũ p̃ßimæ uirginis, q̃ & uirtute ipsius deus omĩpotens oĩbus nobis miseret ac subuenit, & ipsa illud Apostoli excellẽtissime potuit protestari: Suppleo ea quæ desunt passionũ Chrĩ in carne mea pro corpore eius,

Gene. 3.

2. Cor. 9. Coloss. 1.

tius, quod ẽ ecclesia. Itẽq;, Gaudeo in passionibus meis pro uobis. Amplius, si Paulo Christi ministro licuit dicere de Iudæis, Vt saluos faciam aliquos ex eis: quanto magis potẽtissimæ matri Christi ascribitur, quòd sit eorum saluatrix qbus indesinenter auxiliatur, pro quorum solicitatur salute, quorum est fidelissima aduocata, affectuosissima mater, reconciliatrix pijssima, adiutrix & protectrix assidua. Eodem.

Articulus XXIIII. Quàm conuenienter Maria dignissima nuncupetur mũdi illuminatrix: & de beneficijs nobis per ipsam collatis.

EGo sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Inter priuilegia uirgini nec matri concessa continetur, quòd ipsa est stella maris, id est, procellosi & inquieti mundi istius, uidelicet humani generis in hoc seculo peregrinantis, periclitantis, ac deuiantis. Quemadmodũ enim in firmamento stella illa quæ dicitur stella maris, est situ sublimis, & uelut immobilis, nautasq; dirigens, & attrahens ferrum, & circa ipsam orbis uersatur: sic optima incõparabilisq; Maria in ecclesia militãti fuit, & in ecclesia triũphanti nũc est, summa & maxima constãs, exules dirigẽs, uiam salutis demonstrãs, induratos emolliens, & circa ipsam mundus uersatur. Præterea esse recreatricem, illuminatricem saluatricemq; mundi, dñs & saluator suę dilectissimę, electissimæ ac præstantissimæ genitrici cõmunicauit in quadruplici genere causę. Ipsa nanq; primo facta est causa efficiens nostræ reparationis & illuminationis, quoniã reparatorem & illuminatorẽ oim nostrũ, ipsa concepit ac peperit nobis: & rursus, quoniam precibus suis ac meritis, ueniã, grãm ac salutem nobis procurat: facta est etiam nrę reparationis causa materialis, quia ex eius purissimis sanguinibus sumptũ & formatũ est corpus saluatoris. Causa quoq; formalis & exemplaris, quoniam luce grã suę, & suarũ splendore uirtutum atq; exẽplo suę conuersationis sanctissimæ, prębet omnibus nobis formam uiuendi, & uiam redeundi à tenebris ad salutem. Est etiam causa finalis nostræ reparationis, quoniam salus nostra principaliter ordinatur ad gloriam Christi, deinde aliquo modo ad gloriam suæ matris, queadmodũ profectus & salus subditorum bonorũ, ad suorum gloriam prælatorũ, prout Thessalonicensibus scribit Apostolus: Quæ est spes nostra & corona gloriæ? Nõne uos in aduentu dñi nostri Iesu Christi? Ex his innotescit multitudo & magnitudo beneficiorũ nobis desup per Mariam dulcissimã prestitorũ. nẽpe ex ipsa & per ipsam, deus noster factus est frater noster: dñs noster, factus est noster minister: creator noster, factus est noster saluator: iudex noster, factus est noster mediator, recõciliator & aduocatus. Qui eramus filij irę, p ipsius fructũ & opẽ, facti sum⁹ filij grã: quicqd bonitatis & grã diuinitus obtinemus, p ipsam acqrimus. Per ipsam à iugo peccati, à pœnis inferni sumus erepti, spem meritumq; ęternę salutis adepti. O q̃ pręclarissima ac celeberrima es uirgo Maria, ardentissima lucẽtissimaq; lucerna, luminosissima lampas igne diuino accẽsa, ęterno lumine imprægnata, quæ lucẽ incircunscriptã infra corpusculũ ex te sumptũ manentẽ, intra uirginea uiscera deferebas, tãtæq; lucis radijs intra te exuberanter nimis micabas: quæ uere & copiose mundum illuminasti, dum sedẽtibus in tenebris & umbra mortis, lumen hoc peperisti, & suũ ostendisti hoĩbus creatorẽ: detentis quoq; in lymbo, desideratissimũ protulisti liberatorẽ. Ex te & per te illũ suscepimus, per quem ueritas & grã facta est: qui est doctor iustitiæ, legislator perfectus, fons sapientiæ, cãdor lucis æternæ, speculum maiestatis diuinæ. Quem quia in sua nõ potuimus capere puritate, nec ipsum in sua infinita conspicere claritate, nostrã ex te assumpsit naturã, sicq; seipsum prębuit nobis uisibilem, audibilem, atque tractabilem. In te & per te habemus in om̃i necessitate subsidiũ, in om̃i mœrore solatium, in omni tentatione releuamen, in omni indigentia opem. De tot & tãtis bñficijs nobis desuper ex te & per te collatis, deo nequaq̃ condigne regratiari ualemus.

Apoc. 22. — Maria causa efficiens, materialis, formalis & finalis. — 1. Thess. 2. — Ephe. 2. — Lucæ. 1. — Iacob. 4. — Sapien. 7.

Articulus XXV. Quòd diuinissima uirgo Maria certissime præcognouit filium suum passurum.

SVscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros. In uerbis cantici sui dulcissimi benedictissima uirgo Maria insinuauit se scire, qualiter olim deus multifarie multisq; modis locutus fuit patribus per prophetas de filij sui aduentu ad redimendũ genus humanũ. Nec fuit illuminatissima uirgo Maria de carnalium numero Iudęorum, q putabant Chrm uenturum in potestate & gloria in primo suo aduentu, ad redimendum Iudæos de captiuitate temporali, humana, & ad regnandum potenter in seculo isto, atq; ad subijciendũ gentiles dominio Iudæorum, ut usq; in pręsens putãt carnales, excęcati & obstinati Iudęi. Sed fuit sapientissima uir

Lucæ. 1. — Hebr. 1.

go de spiritualium catalogo Israelitarum, sciens prophetas esse de duplici Christi aduentu locutos: primo, in humilitate, paupertate & occultatiōe, ut iudicaretur & pateretur: & de secundo, in maiestate & gloria, ut iudicet uniuersos. Et item quòd primo ueniret ad redimendum non solum Israeliticam plebem, sed & totum genus humanum à spiritali captiuitate diaboli ac iugo peccati. Hęc nouerat speciosissima ac morigeratissima uirgo: idcirco Christi aduentum deuotione ardentissima aspirabat. Denique, non latuit illuminatissimam dominam, quod prophetis patuit cunctis, quemadmodum in Actibus princeps apostolici ordinis ait: Deus qui pręnuntiauit per os omnium prophetarum suorum, pati Christum suū, impleuit sic. Nouerat quoq; (ni fallor) domina prophetarum unctissima uirgo Maria, quod de tempore aduentus Christi prædixerat Daniel, & Iacob patriarcha in Genesi: Non auferetur (inquiens) sceptrum de Iuda, donec ueniat qui mittēdus est: quod optima uirgo uidit ablatum. Etenim horum ignorantiam redarguit Christus in pharisæis, dicens: Facto uespere, dicitis: Serenum erit: rubicundum est enim cœlum. & mane, Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo cœli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis? Hæc itaque ignorantia longe fuisse credenda est à sapientissima mente Mariæ. Ideo sicut teste Ambrosio, legit in Isaia, Ecce uirgo concipiet & pariet filium, sic in eodem legit propheta: Tradidit in mortem animam suam, & cū sceleratis reputatus est. Vulneratus est propter iniquitates nostras. Cuius liuore sanati sumus. Hæc quoque tam ex priuata sui dilecti protestatione, q̄ ex publica eius sermocinatione cognouit: nec ignorauit, q̄ tertio die resurgeret.

Actu. 2.
Gene 49.
Danie. 9.
Matt. 16
Isaiæ. 7. 53

Articulus XXVI. De excellentissimo Marię purissimæ incremento in donis spiritussancti, in missione & infusione eiusdem paracleti.

CVm uenerit paracletus, ille docebit uos omnem ueritatem. Quemadmodū Lucas euangelista docet in Actibus, cum CHRISTVS coram discipulis ascendisset à monte Olïueti in cœlum, regressi sunt inde Ierusalem, & ascenderūt in cœnaculum, ubi tunc eis nouissimam fecerat Christus cœnam: & ibi perseuerabāt unanimiter in oratione cum beatissima matre & uirgine, aliisq; fœminis sanctis, implentes quod apud Lucam CHRISTVS legitur eis iussisse: Ego, inquiens, mittam promissum patris mei in uos. Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini uirtute ex alto. Itaq; à die ascensionis usque in horam diei Pentecostes, in qua spiritumsanctum receperunt, sacratissimum illud collegium orationibus ieiuniisq; deuotissime insistebat, per hęc & consimilia exercitia sancta interna, ad susceptionem spiritussancti se præparans. Porro, adueniens spiritussanctus, unumquenque illorum tanto copiosius adimpleuit, quanto capacior fuit ac dignior, seq; deuotius præparauit. Ideo sicut sola serenissima uirgo Maria, cæteris illis cunctis fuit pręstantior, capacior, excellentiusq; disposita, sic sola plus de supernis charismatibus tūc collatis à spiritusancto accepit, atq; p̄ oībus illis in charitatis ardore, sapientię luce, notitia scripturarum, omniūq; uirtute ineffabiliter tunc profecit. In dono quoque linguarum & prophetica gratia, in discretione spirituum & interpretatione sermonum, id est, facultate exponendi sacri uerba eloquii: cęteris quoque prætactis gratię gratis datæ muneribus, tunc præ omnibus creuit. Præterea, feruens charitatis affectio potissima ac propinquissima est dispositio ad suscipiendum charismata meliora, abundantiorē influxum spiritussancti, incrementum gratiæ, omniumq; profectum uirtutū. Etenim amoris intensa affectio aperit mentem, ac eam sui dilecti reddit copiose capacem. Hinc, sicut felicissima creaturarum, incomparabilis uirgo Maria fuit præ cunctis & singulis illis in syncerissimæ charitatis feruore ineffabiliter magis perfecta, sic præ omnibus illis charismata paracleti exuberantissime sumpsit. Nempe cum in charitate dei & proximorū fuerit mirabilissime æstuans, & fructum passionis unigeniti sui, hoc est, hominum conuersionem affectuosissime cupiens, imò diuinæ maiestatis honorem summe affectans, non dubiū, quin pro gratiosissimo illo spiritussancti aduentu, ardentissime ac instantissime infra tempus illud orauerit, sine cuius influxu, ope & gratia, nouerat nullum illorū posse impleri. Idcirco per desideria illa summe ignita, diuina atq; purissima, ad abundantissimā & incōparabilem spūssancti susceptionē disponebatur. Deniq;, spūssanctus cuius opulētiæ ac munificētię nō est finis, uas illud electissimū & familiarissimū suū sacrariū, pręstantissimā genitricē ipsius, à q̄ ipse eternalit̄ p̄fluit, totāq; deitatis plenitudinē accepit, spōsam ac filiā suā, prius charissimā, in q̄ potissime sibi cōplacuit, singularissime uisitauit, grosissime adīpleuit, atq; præ

Iohan 16.
Actu. 1.
Luc. 24.
Maria p̄ oībus dona spiritussancti accepit.
1 Corin. 12.

præ omnibus liberalissime superimpleuit. Amplius, cum humilitas sit pręcipua ad cōpiosiorem spiritussancti impletionem aptatio, certum omnino, quòd sicut sacratissima Maria fuit tunc profundissima humilitate præ cunctis incomparabiliter decorata, sic ad exuberantissimam susceptionem paracleti, dispositissima fuit, & inæstimabiliter replebatur eodem præ omnibus, quemadmodum decuit amantissimam matrem ueri dei prę eius ministris munificentissime uisitari: & quia ad eam oēs etiā sancti apostoli erāt refugiū habituri, atq; in ipsa tanquam in purissimo speculo ipsum dominum conspecturi. Adhuc autem, ut ueritas contestatur, Habenti dabitur & abundabit, quod de spūalium possessione diuitiarum uerificatur. Profectus nanque de profectu exoritur, & merita meritis faciunt incrementa: & sicut unum uitium trahit ad aliud, sic una actio uirtuosa ad aliam allicit, & quanto quis in quacunq; uirtute aut dono extat perfectior, tanto ualidior est ad proficiendum in illis, exercendo se in eisdem. Ideo quanto benedictissima ac dulcissima uirgo Maria ante illam paracleti missionem, fuit præ cæteris cunctis in omni sanctitate purior, in sapientia omni splendidior, in syncerissima charitate dei ac proximorum feruentior, in omni uirtute & dono perfectior: ita in omnibus his præ cæteris incomparabilia suscepit incremē ta in illa spūssancti infusione plenissima. Sicq; deinceps suarum orationum incomparabili efficacia & feruore, suorum sanctissimorum desideriorum potentissimo assiduóq; uigore, suæ conuersationis uirtuosissimæ exuberantissimis meritis, omni die promeruit innumerabilibus peccatoribus gratiam conuersionis, conuersis profectum, proficientibus perfectionem: & fuit totius ecclesiæ fidelissima & efficacissima custos. Luc. 19.

Articulus XXVII. De profectu theorico contemplationis assiduæ, & uehementissimo profectu quotidiano misericordissimæ ac tranquillissimæ uirginis Mariæ post ascensionem filij sui.

Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter ubera mea cōmorabitur. Deus & saluator mox ascensurus in cœlum, dixit apostolis: Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus. & paulo ante, Nō relinquam uos orphanos. Et rursus, Tristitia uestra uertetur in gaudium. Hac spiritali & consolatoria pręsentia mansit Christus potissime cum sua dignissima ac dilectissima matre, quam tanto frequentius internis refouebat solatijs, quanto plus illa aspirabat ad ipsius præsentiā facialem. Deniq;, quanto plus spreuit cuncta terrena solatia, tanto diuinis ac cælestibus consolationibus dignior fuit. Hoc quoq; aduertere possumus, quòd quamdiu beatissima uirginea mater pręsentem habuit filium suum in terris, ęquanimiter tolerare potuit huius incolatum exilij, dilationēq; gloriæ. Iam uero filio eius in alta scandente polorum, iam & matris suæ dulcissimæ cor simul cum illo ascenderat, & filio suo in summo cœli empyrei residēte, mens affectuosissimę genitricis immobiliter fixum fuit in illo, intentumq; illi indesinēter ac feruide, nec aliud potuit cogitare aut intueri, nisi dilectum & cætera in dilecto: ideo contemplationibus diuinorum præ solito fuit fixa, nec occupatio circa persecutiones & afflictiones filij morituri eam à contemplatione retraxit. Pręterea, si Paulo dicere licuit, Nostra conuersatio in cœlis est, itemq;, Viuo aūt iam non ego, uiuit uero in me Christus, quātò magis mitissimæ ac spūalissimæ uirginis conuersatio iam tota fuit in cœlo, & purificatissima erat ab omī amore priuato, uiuens in cunctis secundum dei uoluntatem, præceptum, consilium & doctrinam, ad ipsius gloriam & honorem. Sicq; contēplatio atq; dilectio, oratio, laudatio, totaq; occupatio præstantissimę matris, claritati beatificæ uisionis, feruori charitatis ciuium supernorum, canticis & affectibus beatorum ac uitę paradisi cœlestis quotidie, imò assidue magis ac magis appropinquauit, conformabatur, inhæsit & pręfulsit. Insuper, decentissimum extitit, ut sicut filio patienti ipsa semper summe ac fidelissime erat compatiēs, ita illo glorificato, ipsa præ solito futuræ beatitudinis participatione gauderet, pręgustu refloceretur, contemplationibus fulciretur, iamq; quodammodo in terra glorificari inciperet, atq; angelicum pręferret apparatum in uultu, ad insinuandum cœliformem munditiam, deiformemq; sanctimoniam suæ mentis, cuius splendor sapientialis, synceritas perfectionalis, tranquillitas diuinalis, abundantissima uirtus & gratia sic forinsecus in omī tuo gestu, sermone, incessu ac facie resplendebant, ò pręclarissima ac glorificādissima uirgo Maria, ut hæc ipsa intuentibus te syncere, essent sufficiens argumentum ueritatis fidei Christianæ, atq; ex tui aspectu, ex uerborum tuorum auditu, ex totius conuersationis tuæ contemplatione, euidenter pateret cernentibus euangelicæ ueritas legis. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Cant. 1. Matt. 28. Johan. 14. Johan. 16.

Phil. 3. Gala. 2.

Actiōes Mariæ quotidie magis ac magis beatorū affectib' cōformabātur.

CARTHVSIANI DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS Mariæ, Liber Tertius.

Cant.6. VNa est columba mea, perfecta mea. Sicut optime sanctus affirmat Hieronymus, sicut comparatione dei nullus est bonus, quantumlibet uirtuosus, ita respectu Marię sanctissimæ, nulla est perfecta, quantumlibet uirtutibus prędita: imò sicut luna & sydera ac planetæ in se pulchra ac splendida, comparatione solis occũbunt neq; apparent: sic uirgines & fœminæ multę fuerunt eximiæ sanctitatis, & usq; ad martyrij beatitudinẽ uictoriose uiriliterq; egerũt, attamen per respectũ ad electissimam dei matrẽ, imperfectę con-
Eodem. sistunt. Hinc ad insinuandã præclarissimam benedictissimæ uirginis Mariæ excellẽtiam, sponsus cœlestis uerbis iam ex Cãticis allegatis, præmisit: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta cõcubinę, & adolescentularũ non est numerus. In q̃bus uerbis (ut super Cãtica plenius scripsi) per reginas intelligũtur animæ uirtuosæ, sanctæ, perfectæ, quæ cæteris eminent, sicut reginæ ancillis: atq; ad assiduos summi regis amplexus purissimos introducũtur, propter quod reginæ non immerito nuncupantur. Et item, quoniam carni & concupiscentijs ac passionibus dominãtur tam plene, ut recte uocentur reginæ. Nihilominus inter eas est ordo, secundũ quod una est sanctior alia: estq; gloriosissima uirgo Maria omnium earum regina, imperatrix, & incomparabilis domina, & cæteræ uelut pedissequę eius
Psal.44. sunt, sicut ait Psalmista: Adducentur regi uirgines post eam. Porro per concubinas intelligũtur animæ proficientiũ, quæ nondum sponso cœlesti tam familiares & puræ effectæ sunt, ut reginæ dicantur, sed instar concubinarũ minus principales existunt: nec tam assi-
Cõcubinę in scripturis q̃ dicantur. duę, ut reginæ, cupitis ac mundis fruuntur amplexibus. Etenim in scripturis concubinæ feruntur non solum fornicariæ & illegitimæ conthorales, sed etiam secũdariæ ac minus principales uxores, sicut in Genesi Bala & Zelpha interdũ nuncupãtur uxores, interdum
Gene 25. Eodem. concubinæ beati Iacob patriarchę. Similiter Agar & Cethura, nunc uxores, interdũ con-
Adolescentulæ. cubinę sancti Abrahę in Genesi nominãtur. At uero per adolescentulas, aĩæ incipiẽtium designãtur, quæ instar adolescentularũ adhuc lasciuiæ sustinent motus, & leues sunt, nondum spũales: attamen spõso sup̃no per fidem gratiãq; baptismi & obseruationem decalogi sunt cõiunctę, quarũ maior est numerus, quemadmodũ & proficientiũ maior est numerus q̃ perfectorũ. Etẽi quo aliqua sunt p̃fectiora ac eminẽtiora, tãto sunt in uita hac pau-
Hebr.4. ciora: & sicut in tota militãti ecclesia unus est põtifex summus, cui soli inest plenitudo ecclesiasticæ potestatis, cuius respectu alij prælati quãtumlibet excellentes, sunt subditi ac modicę potestatis siue autoritatis: ita in uniuersa triumphãti ecclesia, imò in tota electorũ uniuersitate inter electas creaturas in esse creato subsistẽtes, una sola est p̃fecta & summa deo charissima, incõparabiliter magna, & super omniũ angelicorũ ordinũ altitudines eleuata, atq; cœlesti propinq̃ssima sponso. Hæc ẽ pijssima, purissima, dulcissima uirgo Maria, ęterno patri comparẽtalis, unigeniti dei mater, electissimũ, mundissimũ ac splendidissimũ templũ adorãdi paracleti spũssancti: de cuius uirtutibus in hac tertia parte huius opusculi loq̃, q̃uis prorsus indignissimus, opto: confidens de eius ineffabili pietate materna, ac misericordissima ope superna.

Articulus I. De claritate & certitudine fidei præamandæ & glorificandę Marię.

Luc.1. BEata quæ credidisti. Cognitio uiatorum in beatissima uirgine Maria in tantũ appropinquauit & assimilata est uisioni beatorum & comprehensorum, quantum fieri potest aut decet in persona creata uiatrice. Et sicut suauissima uirgo Maria prę cunctis incõparabiliter similior fuit aĩę Christi in sanctitate, ita & in cognitionis synceritate. Porro anima Christi à suę creationis exordio deitatẽ adorandã uidit clare per speciẽ. Ostensum est autẽ in pręcedenti libello, q̃ dignissima uirgo Maria non solũ
2.Cor.12. uidit deũ per speciem in hac uita, ut Paulus ac Moyses, sed etiã clarius, & (ut uerisimilius
Exodi.33. est) item frequẽtius. Talis autem uisio uehemẽtissime roborat fidẽ. Nã & in uiatoribus sic deum cernentibus manet fides, quãtum ad habitum, quæ uisione tali cessante, ex eadẽ miram & ineffabilẽ clarificationẽ & certificationẽ reseruat, ita ut homo ambigere nequeat,

quin fides & lex, per quarum tenorē ac meritū ad tam supernaturalē eleuatus est uisionē, sint uere diuinę ac omnipotenti acceptę. Praeterea, fides est totius spūalis structurę oimq; uirtutum & actuum uirtuosorum ac meritorum in uita hac fundamentum, sine qua nihil est meritorium, & sine qua impossibile est deo placere, aut ad ipsum accedere, seu spiritaliter uiuere, dicente Apostolo: Accedentem ad deum oportet credere. Et item, Iustus ex fide uiuit. Ideo uolens altissimus in electissima matre uirginea, perfectissimam uniuersarum machinam uirtutum construere, collocauit in ipsa firmissimum fidei fundamentum, omni certitudine ac claritate ineffabiliter roboratum. Idcirco ut tactum est libello praehabito, Maria dulcissima habuit fidem cum rōnibus credendorum, & purificatissimę mentis diligentia in gradu altissimo. Amplius, pręostensum est, q; in dono sapientię, in sublimitate & puritate contemplationis, in splendore mysticę theologię uniuersos uiatores incomparabiliter uicit atq; transcendit gloriosissima uirgo Maria: & ex talibus homo immobiliter ratificatur & illustratur in fide, intm̄ ut quamuis totus mundus à fide corrueret, ipse de fidei ueritate non posset ambigere: & dato q; ex poenarum formidine aut acerbitate, fidem negaret ore, corde tamen non posset eam negare, dum conferret in se suae fidei argumenta. Interim quāuis sacratissima uirgo Maria dicatur in hac uita fidem iugiter habuisse, ita q; per fidem actus suos direxit ac ordinauit ad supernaturalem finem, & multa supernaturalia ac incomprehensiblia credidit esse uera, quę rō non comprehendit humana: nihilominus habuit multas cognitiones diuinorū non ex fide immediate elicitas, sed ex perfectissimo sapientiae dono, donoq; intellectus, atq; interdum ad horā ex lumine gloriae: ex singulari quoq; & supernaturali gratiosissima experiētia: ex suauissimo futurę felicitatis praegustu, cuius felicitatis pignus & arrā, participationemq; ualde pręcipuam sortita est in uita pręsenti, & istae cognitiones excellentissimae uirginis altiores fuerūt notitia fidei, & pręter eam, imò & altiores notitia raptus & extasis cognitionisq; Adę ante ruinam. Tu igitur praestātissima incōparabilis Maria in fide uicisti & excessisti sctm̄ pr̄em Abrahā p̄riarchā: qui q̄uis de fidei firmitate specialiter cōmendetur, quippe qui contra spem in spem credidit, & pater credentiū noīatur, tn̄ pollicitatione desuper de filij sibi ex sterili cōiuge nascituri facta audita, quasi uacillans locutus est deo sibi p angelū promittenti: Vtinā Ismael uiuat corā te. Sic & promissione sibi facta de possidēda Chanaan terra, dixit: Dn̄e deus unde possum hoc scire, q; possessurus sim eam? Tu aūt electissima dei, audita annūtiatione angelica, de incomprehensibili & superarduissimo mysterio in te fiendo, hoc est, de filio dei uero deo in te & ex te incarnando ac nascituro, non respondisti: Vnde hoc sciā, aut quale erit mihi signū? sed ad oīpotentiā & ueritatē dei sapienter aspiciēs, fidelissima mēte dixisti: Ecce ancilla domini, fiat mihi scdm uerbum tuū. In quo etiam admirabili, sapiētissimo sobriissimoq; respōso, tua humilitas, tua cōstātia, tua discretio, tua magnanimitas inclyte resplēduerunt. Deniq; Moysen legislatorē, Aaron primū pōtificem, Gedeonem uirorum fortissimum constat dubitasse subinde in fide. Similiter Zachariam sancti pręcursoris progenitorē. Quāta sunt ergo ò benedictissima uirgo Maria pręconia tua, quę tales ac tātos uiros uicisti in fide, quę legislatore constātior, pontifice primo prudentior, iudice Israel fortior, sacerdote praestantior es inuenta: quę ex angelica apparitione, ex incarnationis filij dei experientia, ex propriae foecunditatis & integritatis experimentis, ex uerbis & factis pastorū atq; Magorum, ex prophetia Zacharię & ūbis Elisabeth, ex uaticinio Symeonis & sermonibus Annae, atq; ex alijs pene innumeris & iā partim prętactis, pręsertim ex copiosissimis ac frequētissimis illuminatiōibus, uisitatiōibus, inflāmationib. cōsolatiōib' spūssancti, creuisti, profecisti & summe pfecta es facta in fide, quae robore fidei tuae dicendo, Ecce ancilla dn̄i, fiat mihi secundum uerbum tuum: montē illum altissimū, olim montium montē, uerbum aeternum, fecisti de summo coelo, & p̄ris ęterni sinu in hoc mare descendere, & in uterum tuum mundissimum per incarnationis mysterium mox uenire.

Heb.11 — Ibidem. — Rom.1 — Gene.15 — Gene.12 — Rom.4 — Gene.17 — Gene.15 — Luc.1 — Exod.4 — Exod.7 — Iudic.6 — Luc.1 — Lu.2 — Matt.2 — Luc.1 — Luc.1

Articulus II. De perfectione & excellentia spei in deiformi & serenissima uirgine Maria.

Spera in deo tuo sp. Spes, definitur esse certa expectatio futurae beatitudinis, ex grā dei meritisq; sperātis proueniēs. Quę descriptio dat de spe formata. i. uirtuosis actib' decorata, atq; de actu hmōi spei. Porrò spes, q̄ uirtus theologica & habitus uocatur infusus, sic pōt describi: Spes ē uirt', p quā certitudinaliter pręstolamur aeternā salutē, ex pietate dei & proprijs meritis. Nēpe, futurā felicitatē sine meritorijs actib' cōsequi uelle, aut putare se posse acqrere, stultitia est & psumptio. Itaq; spes duob' innitit, utputa pietati

Osee.12 — Spes quid.

& gratię primo ac principaliter: dein de meritis. Et ex primo horum duorū, spes certitudinem habet. Certum est nãq; φ ex parte diuinę misericordię non erit defectus nostræ salutis, sed ex secundo, spes timorem habet annexum: Primo, qm̃ sine reuelatione cognoscere non ualemus φ spem habeamus formatam, quę sine charitate formata cōsistere nequit, cũ sine charitate nil meritorium censeatur. Secundo, qa etsi uel probabiliter uel certitudinaliter nobis constet, φ charitas & meritũ uitę æternę in nobis sint, ignoramus tñ, an in charitate & meritis ueræ salutis simus finaliter permāsuri ac morituri, nisi de hoc ꝙq; desup certificemur. Propter hoc hortatur Apostolus, Qui stat, uideat ne cadat. Itaq; certitudo spei nostræ conditionalis esse asseritur, utputa φ saluabimur, si in charitate & actibus uirtuosis manserimus. Est quoq; certitudo spei nostræ coniecturalis atq; probabilis, nō absoluta: siquidem ex eisdē signis, quibus probabiliter scire ualemus nos esse in charitate, etiam agnoscere possumus, φ spem formatā & opera meritoria habeamus. Porrò apostoli, pręsertim post receptionem primitiarū spũsancti, certi erant se esse ac perseuerare debere in charitate, imò & in militante ecclesia esse pręcipuos: in triũphante quoq; ecclesia proportionabiliter tales futuros. Hinc de eminentia dignitatis & meriti ac pręmij apostolorum, multa in Apoc. Iohãnes scribit apostolus: in quorũ item personā loqt̃ Paulus: Certus sum, qa neq; mors, neq; uita, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu dño nostro. Quãuis aũt apostoli & alij qdam sancti ista de se, ex speciali grã & gratiosa reuelatione nouerunt, non tñ oportet putare, quòd certitudinaliter nouerunt se omnibus illis magis electos ac sanctiores, qbus reuera electiores & sanctiores fuerunt: sicq; ꝗuis felix archiapostolus Petrus certissime se cęteris apostolis in ecclesiastica potestate nouit maiorem, nō tñ oportet fateri, quòd sciuit, qbus apostolis fuit electior & sanctior gloriosiorq; futurus in cœlis: ꝗuis probabiliter forsan sciuit, qbusdam illorum se sanctiorem & electiorem consistere. At uero gloriosissima & unica uirgo Maria, ex specialissima reuelatione & gratia certissime sciuit se electissimā esse atq; sanctissimā oĩm hominum post unigenitũ suum, & super uniuersos angelorum ordines exaltandā ex hoc, quòd sciuit se esse matrem ueri adorandiq; dei, & pręomni pura creatura in esse creato subsistenti electam. Ideo certitudo spei suæ fuit absoluta & maxima, summe quoq; consolatoria & iucunda, qa certissime nouerat se ad tam summā & ineffabilem beatitudinem perducendam. Etenĩ illud apostoli: Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei, ipsa potissime & iucundissime dicere potuit, utpute tam certificata de his, ueraq; genitrix fōtis totius salutis ac oĩm saluatoris. Deniq; cũ spes ex grã meritisq; procedat, sicut grã dei & merita copiosa in Maria dulcissima incomparabiliter abundabāt, & sicut ipsa hoc certissime nouerat, sic plane spes eius incomparabiliter magna, perfecta, certa & consolatoria extitit. Quẽadmodum etiã claritas suæ notitię fuit ineffabiliter superior cognitione fidei secundum cursum cōmunem: sic certitudo suæ expectationis proportionabiliter extitit maior certitudine expectationis spei in uiatorib' cęteris. Pręterea, spes pietati diuinæ præsertim innititur: & ꝗto qs propriā defectuositatē & insufficientiā clarius noscit, atq; immensitatem misericordiæ dei lympidius contemplatur, eò plus confugit ad deum, & ab omni propriarum uirium pręsumptione recedit. Itaq; sicut utriusq; istius saluberrima ac lympidissima agnitio excellentissime uirgini cum incōparabili eminentia est collata, sic ipsa perfectissimā habuit spem in deo, & in ipso totam suā firmissime immobiliterq; fixit fiduciā, cui & tanꝗ principali causę, cuncta sua attribuit merita, & refluxit pure in omnium fontem bonorum. Amplius, multa sunt quę pariunt, augēt & conseruāt confidentiā unius in alio, utputa certitudo bonitatis & cōstantiæ eius, in quo qs confidit: experimentalis quoq; familiaritas illius ad se, & experientia charitatis, cōmunicatio beneficiorum, & degustatio suauitatis ipsius: In qbus oĩbus celeberrima ac diuinissima uirgo Maria circa deũ altissimũ maxie abundauit: Nēpe, ut patuit, dei & proprietatũ ipsius profundissima extitit contemplatrix: Familiarissima quoq; extitit ei, utputa ex se nato unigenito suo, ac deo patri, tanquā suo comparentali: atq; spirituisancto, tanꝗ suæ mētis inhabitatori suauissimo incessanti. Cōformiter, charitatē dei ad se fuit eminētissime & frequētissime ꝓrsus experta: quippe cui se ille tā ꝓpinqssime ac dignãtissime couniuit, intm̃ ut fieret filius eius: sic & beneficia eius munificentissime sciuit se accepisse, & abundantissime degustauit ꝗ dulcis sit dominus, ꝗ infinita sit magnitudo & copia dulcedinis eius. Idcirco ex oĩbus his habuit spem superpfectam & supplenam in deo: Nihilominus cum summa reuerentia habuit se ad illum, nec familiaritas illa peperit contemptum aut paruipensionem, seu reuerentiæ detrimētum, imò auxit dilectionem, admirationem, humilitatem & uenera

1. Cor. 10.
Roman. 8
Apoc. 4
Rom. 8
Rom. 5
1. Pet. 2.
Psal. 30

uenerationem ad maiestatem & pietatem illius immensam, qui tam familiariter ac dignãter habuit se ad ipsam. Hinc cum in nuptijs dixisset dilecto: Vinum non habent: & ille quasi durius respõdisset, Quid mihi & tibi mulier? ipsa nihilominus certa de filij bonitate, quod indubitanter suam impleret petitionem, dixit ministris: Quodcunque dixerit uobis, facite. Etenim si sancto Iob dicere licuit: Etiam si occiderit me, in eo sperabo: quanto magis mitissima Christifera uirgo in omni euentu immobiliter confidebat in illo. Iohan. 2. Iob. 13

Articulus III. De ardentissima atque purissima charitate diuinæ & gratiosæ Mariæ ad deum.

FVlcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Quamuis charitas sit uirtus infusa, tamen interior actus eius, uidelicet actualis dilectio dei, ex multis procedit, crescit, perficitur, excitatur, fouetur & inflammatur: Interdum quippe asseritur, quod bonitas rei amatę sit causa dilectionis: Interdum, quod cognitio: quandoque, quod similitudo: aliquando, quod propinquitas: nonnunquã, quod beneficẽtia: frequenter, quod dispositio affectiue: item, quod pulchritudo, probitas, strenuitas operis, mansuetudo, societas, humilitas, quæ tamen ad prætacta queunt reduci. Itaque bonitas rei amatę est causa dilectionis tãquam materia circa quam & obiectum. Similiter pulchritudo, probitas, strenuitas, mãsuetudo, humilitas, sapientia, scientia, ingeniositasque, quæ omnia & eis similia mouent & excitant uoluntatem ad diligendum. Porrò, cognitio est causa dilectionis tãquam uia ad eam, & sicut ostendens rem esse amabilem. Propinquitas quoque similitudo & beneficentia sunt incitamenta amoris: similiter dilectio quam habet & sentit diligẽs in dilecto. Ex parte etiã diligentis causa dilectionis sunt bonitas & intensa uis affectiue, recollectio cordis, puritas, quies, reformatio, imperturbatio mentis. Ideo ubi hæc magis conueniunt, præsto sunt & abundant, ibi est maior, feruentior, purior perfectiorque dilectio. Nunc ergo pensemus pro uiribus, & quantum donauerit dominus, qualiter ista inter deum & beatissimam fuerunt Mariam: & constat in primis, quod pura incomparabilis ac prorsus infinita sit bonitas dei, in infinitum amabilior quàm à pura possit creatura amari. Deinde, ex introductis in secundo libello est euidens, quod serenissima & præamabilissima uirgo Maria deum in hac uita multũ præclare cognouit: interdum quidem per speciem, quandoque per excellentissimum sapientiæ donum, aliquando per mysticæ theologiæ profundissimam uisionem, ac alijs modis: imò per assiduam splendidissimam illuminationem spiritussancti, per familiarẽ instructionem cohabitantis sibi uerbi æterni ueri dei ex se nati. Item per fidem, rationibus credendorum, purificatæque mentis intelligentia lympidissime decoratam. Per donum intellectus acutissime penetrantis ac perspicientis ea quæ fidei sunt. Per sapientiam, quæ est donum gratiæ gratis datæ, atque per sapientiam naturalem scholasticam acquisitam, quæ utraque sapientia fuit in syncerissima per charitatem & sapientiam, quæ est donum: & per gratiam gratum facientem formata, & in actibus suis meritoria facta. Insuper, similitudo mentis sacratissimæ Marię ad deum, per dona gratuita, & merita copiosa, per actus uirtutum, per uitæ imitationem tanto extitit maior atque splendidior, quo uirtutes infusæ, gratia, dona cum actibus suis incomparabiliter excellentiores erant in ipsa, & quo conuersatio ac præsertim interna exercitatio eius purior, sanctior, ac deiformior, hoc est, magis contemplatiua extiterat. Propinquitas demum inter benedictissimam Mariam & deum altissimum facta est tanta, quòd ille factus est unigenitus filius eius, & ipsa, unica mater illius. Beneficentiam uero dei in Maria dignissima nemo potest exprimere: ipse nanque omnipotẽs eam gratiosissime ac liberalissime prorsus prȩuenit, omni benedictione uirtutis ac gratiæ atque dulcedinis suæ & copiose sanctificauit in utero, nondum ratione utentem, & tandem dedit ei seipsum in filium: sicque in apice dignitatis puræ creaturæ possibili, eam præclarissime collocauit, hoc est, in statu maternitatis ueri dei, per quam comparentalis effecta deo patri, quod est dignitas quodammodo infinita, ut in primo libello elucidatum est plenius. Denique pulchritudo, probitas, strenuitas operum dei, seu Christi ex optima uirgine nati: mansuetudo, humilitas, sapientia, ingeniositas & societas eius ad ipsam, nec plene intelligi, nec digne queunt à nobis laudari: & tamen utcunque nostris cordibus innotescunt. Interim, cor purissimæ admirabilisque Marię, ad amandũ syncere fuit aptissimũ, utpute intensissima affectiua dotatũ, ab omni inqetudine passionũ ac uitiorum liberrimũ, à fomite purgatissimum, ab omni distractione & inordinatione penitus alienũ, imò & plenitudine donorum gratuitorum incomparabiliter plenũ. Iã ergo ex his elucescit, quàm incomparabiliter

Cant. 2. Actus interior charitatis, ex multis procedit. Heb. 11.

liter & omnino ineffabiliter mitissima & uere dulcissima uirgo Maria prefulsit & arsit, abũdauit, exuberauit, efferbuit, ebulliuit, incalluit in syncerissimo deitatis ac supessentialis trinitatis amore, pręsertim in amore filij dei ac sui secũdum naturam eius utranq;, potissime secundum diuinam: Ipsa equidem felicissima uirgo, mundissima mater, bonitatem & pulchritudinem omnemq; perfectionem, sapientiam & excellentiam deitatis præ cunctis, ut tactum est, lympidissime intellexit, inspexit, perpendit: oẽm quoq; filij sui secundum naturam eius assumptam, uirtuositatem, sapientiam, mãsuetudinem, humilitatem, decorem, dignationem, familiaritatem & societatem ad se. Et strenuissima opera eius secundũ utranq; ipsius naturã, pręclarius nouit, diligentius atq; subtilius considerauit, frequentiusq; & quasi indesinenter attendit. Intuebatur se ab illo assumptam in amantissimam matrẽ, in singularẽ spõsam, in pręclarissimã filiã, in summã amicã, in domesticã & familiarissimã cohabitatricẽ, in affectuosissimã enutricẽ, in fidelissimã secretariã, in sapientissimã unicãq; discipulã. Quis iam uel ex minima parte queat concipere, quantum ex omnium horum assidua & incessabili diligentissima ac profundissima contemplatione, tu ò mater uirginea ac diuina, ò cœlestis regina, ò supergloriosissimæ trinitatis consocia, ò uenerabilissima atq; sanctissima uirgo Maria, purissimo ac feruentissimo accẽdebaris amore, qualiter ex his in sancta & cœliformi dilectione creuisti atq; cõtinue profecisti? Nõne quasi totaliter in diuinissimæ charitatis affectum transformabaris, & in uiscera sancti ac puri amoris conuertebaris? Certe excellentissime unus cum dilecto spũs, una mens, una uoluntas per amoris inhæsionem & per pręcipuam uitæ conformitatem fiebas. O oim electissima ac beatissima creaturarũ, qualiter ex ea hora qua filium patris æterni ex te inuiolatissima ac integerrima matre natũ uidisti, & ipsum maternaliter cõtrectare, lactare, amplecti, deosculari, deferre cœpisti, in ipsius accendebaris & proficiebas amore. Deinde dum coram te cœpit deambulare, tibi conuesci ac ministrare: dum eius innocentissimam atq; sanctissimam conuersationem intuebaris: dum eius modestiam & decorem, mãsuetudinem, humilitatem & probitatem, omi hora corporalibus atq; mentalibus oculis aspexisti: dum deinceps uidisti ipsius miracula, & doctrinam audisti, certe in omnibus his inæstimabiliter & prorsus inenarrabiliter tu purissima & ad amãdum aptissima in sanctæ charitatis ardoribus profecisti, in pura irreflexa dilectione creuisti, & in ipsa perfectione amoris assidue efficiebaris perfectior. Nempe qs
Psal. 18 nostrum quantumlibet durus, defectuosus, irreformatus, non uehementer emolliretur & cresceret in amore, proficeret in uirtute & delectaretur in domino, si uel uno die conspiceret Christum aut angelum in Christi persona in ea effigie ac dispositione & morum probitate coram se ambulare & conuersari, in quibus tu eum quotidie corã te ambulãtem & cõuersantẽ uidebas in pueritia sua. O præclarissima, celeberrima ac speciosissima uirgo, quãtũ ergo tu tranquillissima, affectuosissima ac uirtuosissima dña profecisti continue ex quotidiana cohabitantis & conuiuentis tibi inspectione filij dei ex te nati & pueri tui facti. Horum considerationi & contẽplationi magis quàm recitationi & explanationi oportet nos immori: & tamen rursus ad loquendum de his impellit affectio. Nonne ò uirgo, ò mater, ò domina, ò saluatrix, miseratrix & consolatrix nostra, nonne in amore totaliter inflammabaris, & igne diuini amoris quasi comburebaris, dum deum tuũ ex te natum uidebas tecũ taliter conuersantem, te dulcissime alloquentem, tibi humilime ministrãtem? & nunc uerba abrumpit affectio, & silentium indicit miratio.

Articulus IIII. De naturali dilectione Marię illustrissimæ, ad filium suum unigenitum, secundum naturã eius assumptã.

Cant. 2 ORdinauit in me charitatem. Quãuis ordinatissima & sapientissima uirgo Maria, unigenitum suum secundum q; deus est, incomparabiliter plus dilexit, quàm secundum q; homo, nihilominus, ipsum secundum naturam assumptam, naturali amore uehementissime diligebat. Primo qm̃ filius suus sic erat. Porrò, amor materni cordis ad filium, pręsertim ad unigenitũ intensus est, & uehemens ualde. Quod & in
2. Reg. 1 matre uidua solet potissime ita esse. Propter qđ Dauid Ionathan deflens, locutus est: Sicut mater unicum amat filium suum, ita te diligebam. Deniq;, amor iste tanto est plenior, & tãto de die in diẽ fit maior, quo filius in omnibus uoluntati parentis magis concordat, & placet consolatoriusq; consistit. Certum est aũt uoluntatem Iesu Christi, & omnem conuersationem ipsius uoluntati suę matris in cunctis concordãtissimam placentissimamq; fuisse, atq; in multis consolatoriam ualde: in aliqbus equidem tristitiam habuit, bonam actione dilectissimi filij suit ut dum ea ignorante in Ierusalem mansit, duodecim factus annorum. Et

dum uidit eum à scribis & Pharisæis obseruari, irrideri, ac blasphemari. Et breuiter inter matrem illam purissimam, filiumq; sanctissimum ardētissima fuit etiam naturalis dilectio, qui nunquam seinuicem in aliquo offenderunt, & quorum uterq; sciuit & experiebatur se alio summe ac syncerissime diligi. Pręterea quo parens & proles in complexione extant similiores in complexione extant similiores eo est inter ipsos dilectio naturalis feruentior. Certumq; est ex declaratis in primo libello, q̄ post Christum excellentissimæ & optimæ complexionis consistentem, electissima uirgo fuit complexionis nobilissimę atq; tenerrimę, & complexioni filij sui similimæ. Ideo & ex hac parte ad seinuicem naturaliter maxime afficiebant. Insuper, quo aliqui sunt magis conformes in moribus, eo sunt inuicē chariores: & constat q̄ prę cunctis hoībus deus incarnatus & irreprehensibilis, ac morigeratissima mater eius fuerūt in oṁi probitate morum sublimi, quippe in quibus solis nunq̄ aliqd fuit morum honestati contrarium. Amplius, hi in q̄bus est natura uiuacior, & affectiua uis naturaliter maior ac melior, in eisdem est maior dilectio naturalis ac mutua, nec dubiū, qn in Christo ac matre eius uirginea fuerit natura uiuacissima ac recētissima. Affectiua quoq; uis fortissima & aptissime prorsus disposita. Ideo sine dubio fuit dilectio naturalis maxima inter eos. Adhuc aūt, quo pia mater conspiciat prolem suam esse indolis melioris, & sapientiorem ac pulchriorem sibiq; magis obedientem, eo ualidius ad ipsum afficitur. Et manifestum q̄ felicissima uirgo Maria certissime nouit unicum filium suū in omnibus his etiā secundum naturam assumptā excellentissimū esse. De quo nouerat scriptū, & uidit impletū illud psalmistę: Speciosus forma prę filijs hoīm. Quem & secundum superiorē suæ animæ partem cognouit esse comprehensorē. Hinc & naturali dilectione uehementissime eū dilexit, scdm naturā qua & filius eius erat: nec ambiguū, qn & deitatem naturali dilexit amore etiam ampliusq̄ seipsam. Pręsertim, qm̄ oṁis naturalis sua dilectio fuit charitate & supnaturali amore perfecte iugiterq; formata. Rursus, cum parens naturaliter appetat prolis suę profectum, prosperitatem & promotionem, beatissima uirgo tanto feruentius filiū suum dilexit, quāto ad maiora eum nouerat prouehendum, siue secundum existentiam, aut certe secundum manifestationem. Nouerat autem eum, qui secum in tanta humilitate, paupertateq; uixit toto orbe terrarum pro uero deo quod erat esse colēdum & corpore ac inferioribus uiribus glorificandum, uiuos & mortuos iudicaturum, atq; in tota militante ac triumphante ecclesia regnaturum. Insuper cernimus, q̄ dum sublimis cum inferiore persona, proba & discreta, familiarius atq; dignantius conuersatur, eo inferior in amore superioris illius cordialius inflammatur. Idcirco Maria prorsus humilima, probissima, discretissima, in suis oculis minima, attendens filium altissimi & coaltissimū deo patri secum tam superhumilime, familiarissime, dignātissime conuersantē, in amore ipsius ineffabiliter creuit, inęstimabiliterq; incaluit. Præterea, in oṁi naturali pfectione deus hō, & mater eius dignissima oībus prǫfulserūt. Quāta aūt & q̄ uere mirāda, fortis ac singularis dilectio etiā naturalis fuerit inter Auiliū & Amicū, narrat eoꝝ legēda, & tn̄ inter Christū & eius incōparabilē genitricē dilectio naturalis extitit maior ac fortior. Postremo, q̄tū primi parētes dilexerūt innocentē Abel, Abrahā ipsum Isaac, Iacob filiū suū Ioseph, Dauidq; Ionathā, sacra docet scriptura. Veruntn̄ illoꝝ oīm mutuā dilectionē indicibiliter uicit mutua dilectio naturalis Chri ac matris suę mūdissimę, quoꝝ tn̄ mutua charitas supnaturalis infusa, multū oīno maior fuit ac fortior, quā & naturalis illa dilectio mutua uehementissime fouit, auxit, pfecit in bn̄dictissima uirgine, q̄tū ad actū. Porro charitas aīę Chri à sua infusione fuit æque pfecta, nec creuit nisi quātum ad manifestationē & opera.

Mat. 15. Iohan. 8 Psal. 44. 1. Thess. 4. Gene. 4. Gene. 22 Gene. 43 1. Reg. 18.

Arti. V. De feruentissima charitate ad proxīos, ac calidissimo zelo aīaꝝ Marię sanctissimę. Cle. 3

EGredimini & uidete filię Sion regē Salomonē in diademate, quo coronauit eū mater sua in die despōsationis illius, & in die lętitię cordis eius. Agnouit & sapientissime ac frequentissime cōsiderauit illuminatissima uirgo Maria unigenitū dei patris ideo hoiem factū, quatenus suæ incarnationis mysterio hoīes deificaret, suęq; mortis merito ac sanguinis pretio genus liberaret humanū à potestate diaboli & iugo peccati, ac pœnis inferni atq; cœlestis beatitudinis eidē mereret coronā. Ad hæc pagenda, ad mundū saluādū, ad cōuertendū Iudęos & paganos, ad cōstituendū ex oībus unū ouile, & unā ecclesiā, nouerat iuxta prophetaꝝ oracula suū filiū aduenisse, deiq; filiū, suū filiū factū esse: sicq; cognouit se propter pditoꝝ reparationē ad tantā excellentiā, ad dei mr̄nitatē assumptā: atq; ex hoc q̄dā debito, saltē cōdecēte se astrigi, pc̄torib⁹ misereri, & eoꝝ optare ac pcurare salutē. Hinc iugiter pserti ex ea hora q̄ filiū dei cōcepit, zelo salutis pximoꝝ uehemen Iohan. 10.

mentiſſime fuit accenſa. Hinc inter beatiſſimam Mariam & nos eſt mutuæ dilectionis ma
xima cauſa: nam & ipſa recognoſcit ſe peccatoribus ſuo modo debere ꝙ mater dei effecta
eſt, Nos quoq; cognoſcimus nos per eius ſalutiferæ fructũ eſſe redemptos, imò & ipſam de
congruo quodammodo meruiſſe ſaluatoris aduentum. Præterea, quo deum unum ac tri-
num ardentius, puriusq́; dilexit, eo ipſius honorem & cultum fortius affectauit, ut ſcilicet
ipſe omnibus rõnabilibus creaturis debite honoraretur ac coleretur, quod aliud nihil fuit
niſi zelo humanæ ſalutis, ex ſancta charitate feruere. Amplius, quo unigenitum ſuum etiã
ſecundum naturam ex ſe ſumptam amauit ardentius, eo ſuæ paſſionis fructum & ſangui-
nis ſui effuſionem ac meritum uehementius appetit operari ac dilatari, atq; intentum con-
ſequi finem in hominum conuerſatione & finali ſaluatione eorum, quod fuit tam diuinę ꝙ
humanæ dilectionis actio uere pręcipua. Hinc in charitate proximorum ardentiſſima ac ꝑ
fectiſſima fuit, & in ea ac zelo diuini honoris, & humanæ ſalutis ipſos quoq; Moyſen & He
liam ac Paulum, miro & ineffabili modo exceſſit ac uicit. Propterea de Iudæorum excęca
tione, ingratitudine, peruerſitate uehementiſſime doluit: & dum uidit eos ſuo filio eis euã-
gelizanti, ac eorum ſalutem quęrenti reſiſtere, ac mala pro bonis rependere, grauiſſime tri
ſtabatur, & illis condoluit uehementer. Et nunc ut ſacratiſſimæ Mariæ flãmigeram ad ho-
mines dilectionem clarius cognoſcamus, intueamur quãtum & qualiter præfati ſancti ui-
ri charitate arſerint proximorum atq; diuini zelo honoris. Nõne pro plebe ceruicis duriſ-
Exod.32. ſimæ, pro gente incredula, pro rebellibus & ingratis ſanctus Moyſes dominum exorauit:
Actu.9 Aut dimitte populo hanc noxam, aut dele me de libro quem ſcripſiſti. O quãtus ardor ue
Roman.9 ri amoris. Eodem affectu locutus eſt Paulus uas æternæ electionis: Optabam ego ipſe ana
thema eſſe à Chriſto pro fratribus meis Iudæis. Itaq; pręceptum charitatis dei & proximi
benedictiſſima uirgo Maria præ cunctis ineffabiliter, excellẽter impleuit, quippe quæ nũ
quam motum aut actum uel inclinationem à charitatis plenitudine retrahẽtem aut impe-
dientem in ſe ſenſit aut habuit. Inſuper, ipſa cognouit ſe deſuper conſtitutam dei & homi
num mediatricem, fidelium matrem, eccleſię aduocatam, miſerorum refugium, pietatis re
ginam. Idcirco materna charitate iugiter affectuoſiſſime ac fideliſſime ſuum impleuit offi-
cium, hoim procurando conuerſationẽ: & tanꝙ amoroſiſſima nutrix ac genitrix uniuerſo
rum dilectione formatur, & ſicut in cęteris uirtutibus, ita in charitate dei ac proximorum
eſt Chriſto ſimilima, & poſt eum altiſſima, ac tantum perfectior alijs, quantum præſtantiſſi
mã dei matrem decuit eius miniſtris eſſe perfectiorem. Poſtremo, cum dicat ſaluator: Ma-
iorem hac charitatem nemo habet, ut animã ſuam ponat qs pro amicis ſuis. Etiã iſtud ipſa
pleno impleuit affectu, & ſi poſſibile, deo'ue placitum extitiſſet, libentiſſime una cum filio
ſuo, & item pro filio ſuo, id eſt, pro ereptione illius à morte, acerbiſſimã mortem ſuſtinuiſ-
ſet: ſed & animam filij ſui, quã plus ꝙ propriam diligebat, aliquo modo tradebat in mortẽ.
Mat.26. ꝙuis enim naturali affectu appetituq́; ſenſitiuo, ac conditionaliter deſiderauit filium ſuũ
non pati, ſicut & ipſemet filius, dicens: Pater, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte, nihilo-
minus ex deliberata rõne & ſuperiori abſolutaq́; uoluntate uoluit eum pro mũdi mori ſa
lute, inquãtum deus ita pręordinauit ac uoluit, & maluit amãtiſſimum ſuum temporaliter
pati, corporaliterq́; occidi, ꝙ electos æterna felicitate deſtitui, ac ſuperbeatiſſimam trinita-
tẽ ſuo honore & cultu quos ex Chriſti paſſione fuerat habitura, priuari: nihilominus alio
reſpectu de ſui filij paſſione uehemẽtiſſime triſtabatur, prout de hoc infra magis tractabit,
Cãt.3 atq; ad iſtud ſpectat quod in articuli huius exordio ex themate eſt inductum, in quo ſapi-
entiſſima ac feruentiſſima uirgo Maria hortatur filias Sion .i. fideliũ ſpeculatiuorumq́; ani
mas, ut egrediantur de luto fecis, de uiſco ac actibus carnalitatis, & per fidem, charitatem,
compaſſionem ac imitationem, contemplẽtur regem Salomonem, uidelicet Chriſtum ue-
rum & ſummum pacificum, in diademate quo coronauit eum mater ſua .i. in aſſumpta hu-
manitate & eiuſdẽ acerbiſſima paſſione, qua humanitate eum coronauit, ueſtiuit, ornauit
ſua genitrix benedicta in die deſponſationis ipſius, hoc eſt, in hora incarnationis & conce-
ptionis qua illum intemerata concepit, in qua filius eius ſibi deſponſauit eccleſiam, imò &
ipſam quam aſſumpſit naturam, quam ſibi intime copulauit, atq; pleniſſime fœcũdauit, qđ
Pſal.18. factum eſt in die lætitiæ cordis eius, qa tunc exultauit ut gigas ad currendam uiam, & læ
Prouerb.8 titiæ eius tunc erant eſſe & demorari in medio ſingularis ac amantiſſimæ ſponſæ & ma-
tris ſuæ puriſſimæ.

Articulus VI. Quàm plene & eminenter glorificanda & optima uirgo Maria, duo charitatis præcepta in hac uita impleuit.

Reſpon

RESpondit Iesus, Primum omnium mădatum est, Diliges dominum tuum ex to to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente, & ex tota uirtute: secundū aūt simile est illi, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Hoc primum charitatis diuinæ præceptū, tribus modis exponitur, & tribus modis impletur. Primo etenim ita exponitur, ut sic deum totis corde, mente, anima & fortitudine diligamus, ut ei ac eius spiritali amore nil amplius diligamus nec proponamus, nec quicq̃ charitati contrarium admittamus. Istudq; omnibus est necessariū ad salutē: & ita impletur istud præceptum à cunctis qui diuina & ecclesiastica obseruant mandata. Secundo exponitur ut non solum sic deum totis corde, mente, anima, uiribusq; amemus, q charitati diuinæ contraria deuitemus, sed ea quoq; abijciamus & relinquamus, quæ q̃uis in se non existant illicita, tñ solent habere multa mala annexa, suntq; ruinę propinqua, & incrementū ac perfectionem charitatis diuinę solent pręcipue impedire, ut sunt uxor & eius amplexus: temporales diuitię & cognati, propria quoq; uoluntas. Ideo sapientia dei patris non iussit, sed consuluit à fidelibus ista propter deum relinqui, quatenus creatori purius uacent, liberius obsequātur, atq; in eius amore proficiant plenius: sicq; pręceptum charitatis à ueris religiosis impletur, quorum non est circa communia tantum languere, sed ad perfectionem quotidie tendere. Tertio exponitur hoc præceptum, ut totis corde, mente, anima & uirtute indefinenter feramur actualiter per charitatem in deum secundum extremum & maximum posse nostrū, quod scđm cōem cursum neq; fieri in hac uita, nec puris uiatoribus extat possibile. Verę in patria à beatis ita impletur pręceptū hoc. Porrò, perfectę illi impletioni huius pręcepti celeberrima & incōparabilis nostra dña ac regina in hac uita prę cūctis puris uiatoribus incōparabiliter propinquauit & excellētissime se intinxit, imò interdū ad horā ad eā perfecte ac excellenter pducta est, dum scilicet deū per speciē uidit: qua uisione subtracta, pręclarissima ac diuinissima uirgo mansit ad eleuatas ac feruidas deitatis contemplationes & delectationes prorsus assiduas siue continuas maxime expedita, utputa om̃ino cōfirmata in gratia, in qua nullū impedimentum charitatis nec impeditiuū incrementi aut pfectionis diuini amoris habuit locū: imò diuitias, delicias & honores seculi hui⁹ plenissime abnegauit: ab omni sensuali & carnali amore fuit prorsus immunis, sed & uolūtas eius, uoluntati diuinę indeuiabiliter, inauertibiliter & pfecte fuit subiecta, obediens, conformata. Sicq; gloriose impleuit, quod sanctus pater eius Dauid propheta & patriarcha admonuit eam in spū: Audi (inquiens) filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populū tuum & domum patris tui. Veruntñ, q̃a dilectio cognitionem consequit, & ex ea procedit ac oritur, q̃diu electissima ac dilectissima dei mater Maria deum non uidit in seipso clare per speciem, nō potuit indisrupte & scđm extremum suū posse instar beatoꝝ ferri in ipsum. Attñ, ex plenitudine gratię suę, ex sua feruentissima charitate, ex assiduitate, diuturnitate & claritate contemplationum sapientiæ suæ, ex iugi suo profectu & illuminatione superna ac exercitatione & inflāmatione interna, toties tāq; perfecte, pure ac feruide ferebatur in deum, ut mēti uiatrici ac purę creaturę à dño adhuc peregrinanti atq; in ualle hac lachrymarum uianti fuit possibile. Nempe charitas ignis est, & charitas tam perfecta, tam summa & feruida non cessat assidue sursum mouere, ascendere, aspirare, ac dilecto unire amantem: q si paululum interrumpatur, mox fortior redit ac uehemētius incalescit, tanq̃ separationis impatiens. Sicq; inter perfectionem animę Christi comprehendentis & alios uiatores perfectos ac sanctos, Maria sanctissima se habuit medio modo in contemplādo ac diligendo.

Mar. 12

Psal. 44.

Articulus VII. De amorosis & ignitis affectibus beatissimę matris ac dominę, quibus feruebat, sacra loca sui filij uisitando post ascensionem ipsius.

IN meditatione mea exardescet ignis. Obiectum uoluntatis est bonum intellectualiter apprehensum & cognitum: ideo quò obiectum assiduum considerationum & affectionum Marię clarissimæ fuit præstātius, utputa dei filius incarnatus: & quò ipsa illum profundius contemplabatur clariusq; cognouit, eò ex consideratione tā summi & amabilissimi boni, imò tam dilectissimi atq; dignissimi filij, & mysteriorum ac beneficiorum ipsius, inflammabatur ualidius, æstuabat ardentius, suspirauit frequentius: Pręsertim post gloriosam & iucundam sui dilecti ascensionem, & maxime dum sacra ipsius uisitauit inspexitq; loca, in quibus nostræ salutis peregit mysteria: in quibus prædicauit & psecutiones sustinuit: in quibus ter orans, sanguinem sudans, fuit angustiatus, horrescens

Psal. 38.

& usq; ad mortem pœnalissime, rationabiliter ac uoluntarie contristatus, captus, ligatus, conspputus, flagellatus, irrisus, blasphematus, de iudice ad iudicem ignominiosissime tractus, spinis coronatus, falsissime accusatus, diiudicatus, ac proprijs humeris crucem sibi baiulans ad locum supplicij opprobriosissime ductus, clauis perfossus, in cruce uiolentissime distentus, aceto & felle potatus, illusus, occisus. O quantis pijs compassionum affectibus in horum recordatione affligebatur: quantas lachrymas fudit: quomodo sacrificauit & mactauit seipsam deo hostiam prorsus acceptam. Hæc quoq; pensando, non minus de copiosissimo passionis filij sui secum, de omni saluberrimo mysteriorũ eius effectu consolabatur & gaudebat in domino. Deniq; prętacta iam intuens, reminiscens, perpendens, quàm ardentissime putas, fructum desiderauit omnium horum, quæ pro hominibus filius eius assumpsit, fecit ac pertulit: hoc est, hominũ cõuersationem atq; salutem, tam Iudæorũ quàm paganorũ: quàm sæpe & affectuosissime, quàm humiliter & lachrymose orauit pro eis: puto, ꝙ ex inęstimabili deuotione ac pietate sacra loca frequẽter osculabatur, lachrymis irrigauit, & pro mundi salute inenarrabilibus intercessit gemitibus, potissime cũ legamus quosdam post sacrorum uisitationes locorum in monte caluariæ tanta deuotione, tanto feruore succensos, tanta compassione concussos, ut non solũ ad extasim defectionemq; uirium, sed item ad cordis scissionem deuenerint, & mortui fuerint asportati. Deinde, cũ tu innocẽtissima & affectuosissima, illuminatissima totiq; mũdo uenerãdissima ac celebrãdiss. uirgo Maria, dũ locũ ascẽsionis amãtissimi tui filij uisitabas, & qualiter ascenderat recolebas, cum quanto angelorum sanctorũ beatarumq; animarũ exercitu, cum quãto gaudio & triumpho, & quemadmodum angeli gloriosi tunc dixerunt apostolis, Viri Galilæi &c. uehementer gloriabaris, & glorificatissimo filio congratulabaris, sic tamen, ut huic quoq; lętitię admisceretur tristitia, sicut in omni uita tua in seculo isto, consolationibus & spiritualibus iucunditatibus tuis assidue erant admixtæ piæ tristitiæ, afflictionesq; uarię & internę, intantum, ꝙ tota uita tua in mundo hoc fuit quasi continuũ quoddã martyriũ, cui nihilominus erant copiose permixtæ internę lętitiæ, ita ꝙ uerissime psallere poteras: Secundum multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo, consolationes tuę lætificauerunt animã meã. Et itẽ: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christũ abundat consolatio nostra. Nẽpe, gloriosam Christi recolendo ascensionẽ, suspirasti ad eius præsentiã, & ipsa dispensatiua dilatio fuit tibi amorosissimę matri molesta. Contẽplabaris tunc oẽm beatitudinẽ filij tui, & uehementissime congaudebas eidẽ, ꝙ post flagella, sputa, flagra, opprobria, spinas & crucẽ, sedit ad dexterã patris: ipsumq; regẽ ex te beatissima natũ, in tanto decore conspicere affectasti, tuęq; ardẽtissimę charitatis separatio, expectatio, & huius incolatus exilij fuerant afflictiua. Tunc ô optĩa prędulcissima uirgo Maria, ex sententia, ex felici experientia, ex charitatis uehemẽtia dicere potuisti, Quẽadmodũ desiderat ceruus ad fõtes aquarũ, ita desiderat aĩa mea ad te deus. Sitiuit aĩa mea ad deũ fontẽ uiuũ, qñ ueniã & apparebo ante faciẽ dei? Certe ex his innotescit, ꝙ conuenienter dixit Hieronymus: Considerate attentius, qbus ardoribus afficiebatur hęc uirgo, dũ cuncta quę audierat, uiderat, nouerat, mente reuoluit: quibus tunc cremabatur sanctarũ affectionũ incendijs. Etenĩ ab omni terrena solicitudine, praua inquietudine, ab oĩ culpa & distractione penitus aliena, ad charitatis excessus, ad contemplationum uolatus, ad inflammationes indefinentes fuit prorsus aptissima, & nobilissima ac perfectissima uirgo, in cuius uisceribus tot requieuerat mensibus, imò in cuius pręcordijs tot habitauerat annis. Is qui essentialiter charitas est, filius paternę dilectionis, deus bonitatis immensæ dilectionisq; infinitę, fuit in uiscera sancti amoris, in affectus piæ dilectionis, in ignẽ supernę affectionis, pene tota conuersa. Postremo, si de apostolo Paulo dicere licuit Iohãni Chrysostomo, Sicut ferrũ in ignẽ missum, totũ quasi ignis efficitur: sic Paulus charitate accensus, totus quasi charitas factus est. Et itẽ: Paulus ac si totũ mundũ genuisset, ita pro oĩm laborauit salute. Et sicut indulgentissimus pr̃ circa phreneticũ afficitur filiũ, cuius q̃to plus iniurijs ictibusq; pulsatur, tãto ampli⁹ illũ deplorat, & ipsius miserat insaniã: sic Paulus circa incredulos & ingratos afficiebat, & bona reddebat pro malis: quãto magis hæc de incomparabili atq; sanctissima sunt proferenda Maria, quę indubitãter ineffabiliter plus quàm Paulus dei ac proximorum fuit charitate succensa, & indesinenter fuit solicita, anxia, studiosa, pręferuida pro mundi conuersione, pro uniuersorum salute, pro diuulgatione euangelicæ legis plenaria: cuius sanctitate, precibus ac meritis spiritussanctus innumerabilium tetigit hominũ corda, animasq; conuertit innumeras.

Ephe.5. Esaie.61. Actu.1. Psal.93. 2.Cor.1. Psal.41. Hieronym⁹.

Articulus VIII. Quòd ad originalis iustitiæ perfectionem & eminentiam, illustrissima uirgo Maria præclarissime est perducta.

DEus hominem fecit rectum. Creator omnipotens infinite bonus & diues ac liberalis, non in puris naturalibus cōdidit primos nr̄os parētes, sed ut docet scriptura, originalē eis cōcreauit iustitiam, per quam caro per omnia prompte obediens erat spūi: sensitiua pars, rationi: ratio atq; uoluntas, deo: nec consurgebat in carne aut sensitiua parte aliquis motus rationi contrarius, nec ulla pœnalitas, quamdiu ratio mansit creatori subiecta, ac uoluntas diuino precepto. Estq; probabilis multorū opinio, q in gratia quoq; gratum faciente, uirtutibusq; & donis ei annexis producti fuerunt homines protoplasti. Cum itaq; in electissima dei gloriosa Maria ex nimia gratiæ præuentione, caro aduersus spiritum nunquam concupierit, nec motus culpabilis in ea surrexerit, nec sensitiua pars fuerit rationi in ea unquam renitens, ipsaq; ratio ac uoluntas in eadē fuerint deo plenarie inauertibiliterq; subiectæ, atque promptissime obedientes, constat q eminenter ad originalis iustitiæ conformitatem peruenerit, & quamuis in excellentissima uirgine incomparabiliterq; amanda Maria dulcissima, fuerunt pœna, labor, fatigatio, mœror, timor, afflictio: quæ in primis parentibus ante lapsum esse nequibāt, nihilominus deifera uirgo indefinenti profectu ad tantam celeriter peruenit perfectionem eminentiamq; uirtutum moralium, intellectualium, theologicarum atq; donorum ac fructuum, q in his primos parentes uehementer transcēdit, etiam quantum ad actus illorū: & ita non solum ad originalem illam innocentiam, iustitiamq; conscendit, uerumetiā uirtuositatem, excellentiam ac confirmationem in bono, multo sublimiorem sortita est, intantum, q nec peccare ualebat. O incomparabilis & unica uirgo, quæ innocentię uestem tam immunem seruauit, imò quotidie omniq; hora puriorem, splendidiorē ac cœliformiorem exhibuit deo. Eccle.7 Gala.5

Articulus IX. Quàm excellenter morales ac cardinales uirtutes erant ac præfulgebant in ipsa.

MVlierem fortē qs inueniet? Nouerat Salomon, q sicut per fœiam deceptā & infatuatam perijt mundus: ita ex fœmina sapiente ac insuperabili, dependeret quodammodo mundi salus. Rursus, agnouit de eadem muliere deum in exordio seculorum dixisse serpenti tartareo: Ipsa conteret caput tuum. Itaq; intuēs sapientissimus Salomon, genus humanum non sine hac fœmina liberandum, nec ante eius natiuitatem, perfectionem ac robur uirtutum, regem Messiam esse uenturum, imò potius ex ea gignendum, affectuoso ac suspirante locutus est corde: Mulierem fortem quis inueniet? Nempe sapiens ille perpendens fœminei sexus debilitatem, inconstantiam, defectuositatem, mollitiem, atq; ad filij dei conceptionem exigi mulierem uirtuosam, constantem, perfectam, totius fœmineæ leuitatis, mollitiei, imperfectionis uictricem plenissimam, ita exorsus est: Mulierem fortem quis inueniet? tāquam dicat: raro & difficulter inuenietur, nisi desuper mundo prouideatur, mittatur, donetur. Vnde sic eam fore præstādam cognoscens, de futuro per modum præteriti loquēs, Accinxit (inquit) fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. De qua denuo in Canticis admiratorie sciscitatur: Quæ est ista, uelut aurora consurgens: pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? O uere omnium fortissima mulierum, quæ humanæ perditionis calcauit autorem, atq; amissæ beatitudinis reparatorem produxit. Hæc omni morali uirtute fuit summe ornata, insuperabiliterq; armata: morales quippe uirtutes dicuntur, quæ circa passiones uersantur, refrenando & reformando ac moderando easdem. Veruntamen una earum, puta, prudentia, rationis est directiua, & in ratione tanquam in subiecto consistit, aliarumq; uirtutum moralium moderatur ac dirigit actus: Alia circa operationes intenta est, id est iustitia, cuiq; quod suum est, reddens: & uolūtati inhæret. Cæteræ in appetitu sensitiuo à quibusdam esse dicuntur, & certe in eo sunt aut per essentiam aut per quandam impressionē. Cum itaq; in sacratissima uirgine Maria appetitus sensitiuus inferior, cuius motus & inclinationes naturales uocantur passiones, fuerit rationi ac uoluntati inuiolabiliter subditus, indeuiabiliterq; obediens, ac prorsus promptissime seruiens, constat q uirtutes morales in benedicta & in supernaturali Maria fuerunt, prout dicuntur, uirtutes purgati animi, atq; heroicę ac perfectę: quarum sunt quatuor cardinales, puta prudentia, iustitia, fortitudo & temperantia: sicq; prudentiæ, secundum Macrobium, est cuncta mundana, contēplatione diuinorum contemnere, & tanquam aliud nihil sit, omnem cogitatum in superna defigere, ac sola diuina cognoscere. Fortitudinis est, passiones iam rectas amplius nō scire neq; Prouer.31 Gene.3 Prouer.31 Prouer.31 Cant.6

sentire. Tēperantię est, terrenas cupiditates & carnis illecebras iam repressas de cętero obliuisci. Iustitię uero est, sic deo in bonis coniungi, ut seruet cum eo fœdus perpetuum. Si ergo uirtutes hę secundum philosophos atq; theologos, competunt hominibus heroicis & perfectis, quanto magis incomparabiliter perfectæ diuinæq; uirgini omnium perfectorum ac sanctorum matri ac dominæ? Ipsa uerissime passiones nesciuit, id est, immoderantiam passionum nunquam in se sensit aut habuit, ac menti diuinæ inauertibiliter fuit unita ac conformata. Nihilominus habuit has cæterasq; uirtutes morales, prout homo per eas bene & condecēter se habet in cōuersatione sociali, humana, domestica, ad eos inter quos conuersatur: superior nāq; gradus uirtutum, perfectionem inferioris gradus includit, & aliquid eis superaddit perfectionis. Sic dignissima uirgo Maria, per prudētiam inter alias ordinatissime se habebat, & media sua ad finē intentū irreprehēsibiliter disponebat, cūcta discretissime agens. Per temperantiam quoq; in usu alimentorum tam moderātissime habuit se, & taliter ieiunauit atq; abstinuit, q nec in minimo in eisdem unquā excessit. Per fortitudinem etiam in aduersis & arduis extitit constans, & passionem timoris uictoriosissime superauit, paratissima mori pro deo, pro fidei ueritate, pro defensione iustitię: neq; fœminee timiditati succubuit unquam. Per iustitiam autem, non solum unicuiq; dedit quod debuit ei, sed plurimum cunctis supererogauit, uniuersos ædificans, iuuans, consolans: & sicut totum quod fuit ac habuit, à creatore adorando ac summo accepit: ita se totā & omne quod habuit, omnipotenti, ac cultui atq; amori ipsius intergerrime mācipauit, exhibuit & rependit, prout de his infra plenius est tangendum.

Articulus X. De temperantia, honestate, pudicitia, modestia ac uerecundia purissimæ uirginis gloriosæ Mariæ.

Roman.13 CVram carnis ne feceritis in desiderijs. Contraria contrarijs curari dicuntur: hinc infinita dei sapientia ordinauit, ut sicut prima fœmina per intemperantiam cecidit: sic saluatrix & reparatrix hæc fœmina, in omni temperantia excellentissime

Gene.3. præfulgeret. Etenim de perditrice fœmina illa scriptum est: Vidit mulier lignū quòd bonum esset ad uescendum, & pulchrum oculis ad uidendum, aspectuq; delectabile: & tulit de fructu eius & comedit, deditq; uiro suo, qui & comedit. Hæc uero saluifica mulier dicere potuit illud secundi Regum: Nūquid delectare me potest cibus aut potus?

2. Reg.19. Hest.14. Illud quoq; quod locuta est sancta Hester, eius figura: Nunquam læta est ancilla tua, nisi in te deus Israel. Spiritualissima nanq; & delicatissima uirgo Maria, spiritualibus deli-

Psal.62 Eccl.15. cijs assuetissima, & diuinis atq; cœlestibus refertissima consolationibus, id est, inebriata internis saporibus, & tanquam adipe ac pinguedine refecta & impinguata cœlestibus alimentis, pane uitæ & intellectus, aqua sapientiæ salutaris, pane substantiali, & omni actione gratiose uitali, nequaquā ad corporalia pabula aut pocula afficiebatur inordinate, nec in eis delectari sensualiter quiuit, nec per usum talium à spiritualibus exercitijs suis internis impediebatur. Deniq; legimus spirituales & sanctos uiros ad corporalem refectionē, quasi ad carcerem sæpius accessisse, atq; in ipsa mensa frequenter à sensibus abstractos corporeis, raptos ad dominum: Quanto magis omnis huiuscemodi perfectio excellentius extitit in Maria sanctissima, quamuis absq; huiusmodi exteriori inditio. Amplius, gustus & tactus uehementius in hominibus sunt infecti, difficiliusq; curantur: idcirco uirtutibus quibus delectationes & actus, gustus & tactus refrenantur ac moderantur, utputa sobrietate & castitate, quæ sunt partes tēperantiæ, fuit gloriosissima uirgo Maria mulier saluatiua, ac totius spiritualitatis magistra specialius atque pręclarius decoranda, quippe quæ fontem totius munditiæ, lumen æternale, uniuersę sanctitatis originem concipere, parere, lactare, contrectare, amplecti, deosculari & enutrire extitit prælecta. O supernaturalis & ineffabilis laus Marię, ò exuberantissima gratię plenitudo, ò inuiolabilis ordinatissimaq; discretio in uiuendo, quòd felicissima creatura in rebus & actibus ac necessitatibus illis quotidianis nunquam excessit, nec in minimo est prolapsa: nunquam in cibo, potu, somno, uerbo,

Mariæ modestia omnibus nota fuit. cogitatu aut omissione recessit à medio. Hinc prorsus honestissimæ fuit uitæ, & modestia eius omnibus erat nota: nec fuit qui malum loqueretur de ea: Fuit'que sapientiali pudore extreme ornata. Omne quod probitati derogat, & offensiuum est diuinæ præsentiæ, toto corde detestans: Nempe honestum dicitur quasi status honoris: honor

uero

uero debetur uirtuti. Ideo sicut electissima uirgo Maria fuit uirtuosissima, sic & honestissima fuisse censetur. Attamen honestas ad temperantiã specialiter pertinere asseritur: quoniam sicut in uitijs & delectatiõibus tactus & gustus est maxĩa inhonestas, turpitudo, brutalitas: ita in uirtute & actibus tẽperantię, præcipua consistit honestas. Vnde & casti ac sobrij, specialiter appellantur honesti. Præterea, uerecundia proprie sumpta, fertur laudabilis passio & non uirtus, sed dispositio ad uirtutes, retrahens à peccatis: estq; iuxta Philosophum laudanda in iuuenibus, potius quàm in senibus: Est quippe uerecundia timor ingloriationis, ut asserit Damascenus, hoc est, timor incurrendi quid confusione condignum. Atq; secundum Philosophum, est timor de re turpi tanquã arduo ad uitandum. Iuuenes autem communiter imperfecti sunt & proni ad mala culpæ, quæ turpia sunt, quæ uitare est ipsis difficile: propterea commendabile est in ipsis, uerecundum existere. Senes uero debent esse in uirtutibus stabiliti, & turpia posse faciliter uincere ac uitare: ideo non commendatur in eis uerecundia ista, quæ nihilominus in eis multo commendabilior est quàm sine uerecundia peccare. Sicut sunt multi etiam senes, in quibus affectio boni honesti pene sopita est, & bono honesto præferunt utile ac delectabile bonum, hoc est, commoda atq; solatia sua, quãuis uirtuti contraria. Exercitati autem in uirtutibus & perfecti, rebus inhonestis ac turpibus faciliter queunt resistere: Idcirco non habet in eis uerecundia locũ, secundum istũ loquendi modum. & iuxta Philosophum, quia non apprehendũt inhonesta & turpia ut ardua ad uitandum: nihilominus habitualiter ita dispositi sunt, quod si incideret turpia, mox uerecundarentur. Hinc & Iohanne contestante apostolo: Perfecta charitas foras mittit timorem. Itaq; quoniam benedictissima uirgo Maria ad uirtutum perfectionem deuenit celerrime, non uidetur ei uerecundia pro tunc proprie competisse, pręsertim quoniam sciuit se in gratia confirmatã: interdum tamen uerecundia pro uirtute aut pro pudicitia bona accipitur: & sic gloriosę Marię uere ascribitur. Postremo, quia secundum theologica documẽta, in laqueorum medio conuersamur, iustus quoq; septies cadit in die, atq; in multis offendimus omẽs, nec sine continuo auxilio gratiæ dei ualemus peccata effugere, oportet nos iugiter coram deo de tantis defectuositatibus nostris & culpis uerecundari, ac speciali pudore incessanter ornari, ne in conspectu uultus diuini inhoneste nos habeamus.

Verecundia quid. | 1 Iohan. 4. | Prouer. 24. Iaco. 3.

Articulus XI. De fortitudine, constantia ac stabilitate inuictissimæ ac uictoriosissimæ Marię clarissimæ.

QVi sperãt in domino, mutabunt fortitudinem. Virtus, robur est mẽtis: ideo nisi præstãtissima uirgo Maria fuisset ineffabili cunctarum uirtutum robore uehementissimo corroborata, nequaquã sic euasisset, non solum uniuersorum mortalium, sed uenialium quoq; omnium peccatorum ruinam. Quę ergo in cãpo seculi huius, in stadio peregrinationis istius, in humili sexu, in fragili carne, in medio nationis prauissimæ stetit immobilis, semper inuicta, semper uictoriosa contra aciem uitiorum, contra turbas inuisibilium inimicorũ, contra persecutiones filio suo ac sibi illatas fuit omnino uirtuosissima, prorsus fortissima, in omni euentu tranquilla & constans: Quid enim instabilitatem, inconstantiam, fluctuationem, infirmitatem menti inducit, nisi passiones & uitia? A quibus sicut celeberrima uirgo fuit liberrima, constat quod in omni constantia, stabilitate firmitateq; animi fuit completa. Nempe ut Salomon dixit: Iustus quasi fundamentum æternum. Et de obediente sic ait Saluator: Omnis qui audit uerba hæc & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram: & descendit pluuia & uenerunt flumina, & flauerunt uenti & irruerunt in domũ illã, & non cecidit: fundata enim erat supra petrã. Beatissima ergo uirgo, quæ in cũctis obedientissima extitit creatori, immobilis fuit in eo, nec à regia uia flexibilis ex incidẽtia quarũcunq; aduersitatum, tribulationum, tentationum aut uarietatum: quod itidem innotescit, si quæ de plenitudine sapientię eius, secundo libello sunt introducta, pensentur. Etenim teste scriptura: Homo sanctus in sapiẽtia manet ut sol, stultus aũt mutatur ut luna: Ideo plenitudinem sapientiæ & lucem splendidissimam intelligentiæ eius nulla potuit tentatio, mœror, uarietas ita obruere, ut de ueritate & æquitate fieret dubitans aut uacillans. Talem decuit esse felicissimã matrem eius, qui est uirtus & sapientia patris, domino fortis & potens, dominus uirtutum rex gloriæ, per quem princeps huius mundi fuerat superandus, quam omnium uirtutum oportuit esse exemplar formamq; uitæ. Nonne omnipotentem decuit sic roborare uirginem quam elegit in matrẽ? De qua cõuenienter dixit Hieronymus: Talibus decebat uirginem oppignerari

Isaiæ. 40 | Philip. 2 | Prouer. 10. | Matt. 7. | Eccl. 27.

rari muneribus,ut esset gratia plena,quæ dedit cœlis gloriã,terris deum pacem\u0026q; refudit, fidem gentibus,finem uitijs,ordinem uitę,moribus disciplinam. De cuius excellentia potentiaq; gratia, & mirabilibus per eam & in ea completis, denuo protestatur sanctus Hieronymus: Quod natura non habuit,usus nesciuit,ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum,stupet terra, creatura omnis etiam cœlestis miratur, hoc totum est quod per Gabrielem Marię diuinitus nuntiatur,& per Christum impletur. Insuper,cum dicat Apostolus: Optimum est gratia stabiliri cor,certum est naturã per gratiam stabiliri, & mẽtem uirtutibus figi. Incomparabilis ergo fuit stabilitatis ac firmitatis, cui tam excellentissima gratię plenitudo consummatioq; uirtutum erant impressę. Legitur quoq; primo Regum de Anna,quod uultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Sed & de sancto Martino scripsit Seuerus, Nemo illum unquam uidit iratum,nemo mœrentem,nemo ridentẽ, sed uno & eodem iugiter permanens uulu,angelici uultus exhibuit apparatum. Salomon etiã, Nõ contristabit(inquit)iustum quicquid ei acciderit. Si hęc & consimilia de sanctis utriusq; sexus uere conscripta sunt,quanto magis de sancta sanctarum,de præclarissima matre sancti sanctorum, & plane de incomparabili genitrice dei deorum? Hæc hisq; maiora uerissime astrui queunt: hanc equidem filius ille opulentiæ ac munificentię penitus infinitę prę omnibus incomparabiliter adimpleuit uirtutibus,deiformemq; uniformitatem eidem largitus est.

Articulus XII. De iustitia Marię rectissimæ.

RECti diligunt te. Rectum est quod nulla curuitate distortum est,nulla obliquitate deflectitur: sicut in corporalibus rebus primo uidemus in linea: ideo recta est mens creata,quę linealiter tendit in deum, & in suum redit principium,atq; in ipso tãq; in ultimo fine defigitur ac quiescit, hoc est,cuius tota intentio est syncera,tota affectio pura,tota conuersatio uirtuosa: quod nec cogitatu,nec uerbo,nec actu à diuinę beneplacito uolũtatis discordat,auertitur seu recedit. Qđ præ cũctis puris uiatoribus Mariæ competit gloriosæ,cuius uita nulli fuit culpæ obnoxia,cuius summa & tota intentio fuit honorificentia creatoris, cuius uniuersa affectio fuit dei dilectio, aut ad dei amorem bene & syncere relata,cuius tota conuersatio, actio, passio fuit sub ordine diuini amoris irreprehensibiliter posita: ita quod quicqd egit aut pertulit, compendiosissime ac optime ordinauit ad dei amorem atq; honorem, & ad proficiendum per illud in sancta dilectione, ideo nil iniustitiæ fuit in ea. Deniq;, prout sanctus fatetur Hilarius, Hoc potissime deo tenemur, ut eum omnis sensus noster, omnis uirtus, uita & actio nostra loquantur ac uenerentur, quatenus sicut quicquid sumus, possumus & habemus, desuper sumpsimus, dicente Apostolo. Quid habes quod nõ accepisti? Sic totum referamus in deum, & in eius amorem ac cultum omne illud integraliter conuertamus, nec aliquid nostri nobis seruemus: imò totum dilectioni ac honorificentiæ conditoris ac saluatoris totaliter mancipemus totis uiribus nostris: quod nullum mortalium tam gloriose implesse, ut amandissimam glorificandissimamq; Mariam certissimum est: quippe quæ tota agilitate & alacritate, omni seclusa ignauia, fuit creatoris contemplationi, amori, obsequio indesinenter, & quãtum possibile fuit, actualiter semper intenta. Itaq; quod debuit deo, exhibuit ei pro uiribus, quanquam de condigno non poterat æquiualens reddere deo, præsertim pro supernaturalibus beneficijs eius, & maxime quòd eam assumpsit in matrem. Preterea, quãuis cæteri sancti rependerint deo per gratiarum actionem cultum & actionem seipsos, & quicquid diuinitus acceperunt, quantum eorum infirmitati fuit possibile: nulla tamen rationalis persona sic deo rependit quod ab ipso recepit, ut id quod suæ substantiæ est, fiat & sit aliquid dei & de eius substantia seu natura: Nec sic ut id quod ex substantia sua emanat, conuertatur in naturam atq; substantiam dei: Nec sic deo seruiuit, tanquam indigeat ipse seruitio creaturæ. Sed hæc tria tu ò benedictissima uirgo Maria, deo altissimo uere exhibuisti: nempe ex tua substantia natus est, & portio tuæ carnis facta est caro ipsius, sicq; incarnationis prębuisti ei materiam, & carnis naturam. Deinde aluisti eũdem in utero, & natum ex utero tuo lactasti, & educasti ipsum uirgineo mundissimorum tuorum uberum lacte: sed & quotidie ministrasti ei in propria sua persona, & pabulum uitæ parasti ei assidue. Hæc omnia persona dei & deus ipse accepit à te, atq; intantum obligauit se tibi dignatione, non necessitate. Pro aliorum quoq; conuersione & inductione ad amandum & honorandum proprium creatorem, fecisti quod tuũ erat, & proximos summe ędificasti, eisq; in spũalib' maxime subuenisti, & gratiã tibi plenissime impertitã, eis copiose cõmunicasti, sicq; naturalis

ralis illud legis præceptum, Quod tibi uis fieri, fac alteri, perfectissime adimplesti, & iusta per oia ad proximos extitisti. Postremo, & q̃d tibiipsi tenebaris, tibi moderatissime præbuisti. Corpori etenim suo tenetur homo sustentationẽ, directionem & gubernationem, ut faciat illud seruire spiritui. Animæ quoq; suæ tenetur ex ratione custodiam, & sibiipsi directionẽ ad ueram salutẽ, quemadmodũ in Ecclesiastico fertur: Deus ab initio constitu- Eccl. 15
it hominẽ, & reliquit eum in manu consilij sui: Adiecit pręcepta sua. Apposuit tibi ignem & aquam: ad quod uolueris porrige manũ tuam. Porro, gratiosissimam Mariam hæc suo corpori, suo cordi, suæ personę perfectissime impẽdisse non oportet probare, cũ in pręstãtissimi atque mundissimi corporis sui educatione nunquam à regia discesserit uia, uersus magis aut minus. Cor quoq; suum sanctissimum ab omni custodiuit iugiter labe, & quicquid suum fuit, pro sua strenue fecit salute, cooperans gratię. O gloriosissima uirgo Maria, quantũ in uirtute iustitiæ resplenduit anima tua, & quantum per eam placuisti altissimo: similitudo nanq; dilectionis est ratio. Et de illo ait scriptura: Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit, ęquitatem uidit uultus eius. Nam ut etiã sapiẽtes huius mũdi testã- Psal. 10
ti sunt: Iustitia est p̃clarissima uirtus, & nec hesperus neq; lucifer est ita admirabilis. In ea nanq; uirtutis splendor est maximus. Nec tam pulchre sol fulget in cœlo, ut in anima tua radiauit iustitia, quæ tamen circa proximos fuit in omnibus contemperata misericordię, iuxta censuram uere prudentis.

Articulus XIII. De misericordia & pietate gloriosæ Mariæ.

AB infantia creuit mecum miseratio. Misericordia uirtus est, qua proximis cõdo- Iob 31
lemus in eorum miserijs, & pro posse subuenimus eisdem. Hæc uirtus in charitate fundatur, & ex dilectione procedit. Ideo sicut benignissima uirgo Maria p̃ cunctis, uisceribus charitatis redundat, repleta est, & superabundat, ita prę uniuersis misericordissima comprobatur. Insuper, pietas ex bonitate emanat: Bonum nanq; est suiipsius communicatiuũ ac diffusiuum. Ideo sicut fons infinitæ & incomprehensibilis bonitatis, suam dilectissimã matrem, suæ immensæ bonitatis liberalissima participatione repleuit, ita deiformi pietate repleuit eandem. Ideo prorsus pijssima est: & sicut deo essentialiter & incircunscriptibiliter bono ac pio proprium est misereri semper & parcere, quoniam ex seipso id conuenit ipsi, irasci uero & ulcisci, punire, damnare, ex aliorum peruersitate: sic præstantissimæ uirgini, misereri, subuenire, indulgere ac parcere proprium est. Impleuit equidem excellenter quod hortatur Apostolus: Imitatores dei estote sicut Ephes. 5
filij charissimi. Sicq; ipsa tanquam filia uere charissima imitata est deum in ista proprietate dignissima, in omni pietate & misericordia. Deniq; deo maiestatis immensæ nihil similius, nihil propinquius quàm electissima mater eius Maria. Idcirco in pietate & misericordia est deo incõparabiliter prę cunctis conformior: & sicut unicuiq; connaturale ac delectabile est facere illud, q̃d ipsi est propriũ, & ad quod connatã siue ingenitã habet inclinationẽ, sic serenissimæ & optimæ matri uirgineæ connaturale atq; iucundũ est miseris subuenire, pauperrimis condolere, misericordiã cunctis ad se confugientibus exhibere. Pręterea, sapientissimus deus unicuiq; infundit ac tribuit dona, per quæ extat idoneus ad exequendum suũ officiũ, ad quod est diuinitus ordinatus ac institutus. si eñ natura non deficit in necessarijs, multo utiq; minus gr̃a. Benedictã uero, syncerissimamq; Mariã omĩpotens deus ab ęterno elegit in matrẽ & aduocatã, in custodẽ & mediatricẽ uniuersorũ fideliũ ac totius ecclesiæ. Matrem uero & aduocatã, custoditricẽ ac mediatricẽ pietas & misericordia potissime decent, & tãto copiosiores, quãto maiora sunt miserorũ pericula, q̃ maior indigẽtia, quo plures egeni ac miseri. Idcirco Mariã dignissimã tam innumerabiliũ milium miserorũ, imò miserrimorũ ac indigentissimorum matrẽ & aduocatam, oportet esse omĩfarie misericordissimã atq; pijssimam, pręsertim cum miseri & exules isti, quorũ diuinitus constituta est mater & aduocata, sicut grauissimis & ineffabilibus, irrecuperabilibus ac æternis periculis perpetuæ damnationis expositi, atrocissimis, fortissimis & uersutissimis inimicis circundati, omni fragilitate, inopia, calamitate repleti. Hæc ergo pericula clementissima & sapientissima illa Maria, clarissime ac diligentissime intuens, multo plus q̃ ipsimet miseri, uehementissime condolet eis, & paratissima est misereri, auxiliari, & usq; in finem astare & adiuuare. Insuper, seruo ingrato, duro, immisericordi dominus in euangelio loquitur: Serue nequã, omẽ debitũ dimisi tibi quoniã rogasti me. Nõne ergo oportuit & Matth. 18
te misereri cõserui tui, sicut & ego misertus sum tui? Quo constat, unũquenq; tãto misericordiorẽ esse debere, quãto maiorẽ desup misericordiã ẽ sortit⁹. Pijssima aũt uirgo Maria

prę omni creata persona, summã & incomparabilem, protsusq; ineffabilem misericordiã & pietatem est consecuta: utputa abundantissima benedictione diuinæ dulcedinis omnino præuenta, in utero sanctificata ac spũsancto repleta, deinde ab omi culpa etiam uenia li misericordissime præseruata, mater sui creatoris ac saluatoris effecta, ad incõparabilem gratię ac glorię excellentiã plenitudinemq; perducta. Nec misericordia dei solũ consistit in remissione culpaꝝ, sed etiam in largitione præuentioneq; gratiaꝝ. Adhuc autẽ, unum quodq; contrahere solet proprietates & qualitates eius cui magis unitur, & quod propinquius ei coniungitur, & quod infra ipsum continetur, cõmoratur, ac diurne quiescit. Nonne ergo uenerandissima uirgo Maria in uiscera misericordiæ ac pietatis pene tota conuersa est, omniq; pietate & misericordia exuberantissime & superefflũetissime est repleta, quæ fonti totius pietatis & misericordiæ tam propinquissime ac familiarissime est unita, quę illum uere concepit, atq; ex se incarnatũ, intra se tot mẽsibus baiulauit: ac natum ex se tot annis contrectauit, fouit, cohabitanteq; habuit? Quãto pietatis odore inde perfusa est, quanta misericordiæ largitate ex illo impleta est, quanta totius benignitatis affluentia est inde respersa. Si quis ad horulam teneat in manu herbã fragrantem aut odoriferũ pomũ, nonne manus eius hinc contrahit odorẽ suauẽ? imò & rebus illis amotis, adhuc manet in manu odoris suauitas. Quanto magis diuinissima uirgo Maria ex tam familiari & etiam coniunctione cũ illo, qui substantialiter & interminabiliter pius, misericorsq; consistit, in suauissimũ totius pietatis ac misericordię affectum cõmutata censetur, & uere pijssima perhibetur, in tantũ, ut rite mater gratiæ, regina misericordiæ, imperatrix clementię nuncupetur: quã trinitas deus in regni sui sumpsit consortẽ: & regno iustitiæ sibi ipsi retẽto, regnũ misericordię illi commisit. Nec illos condẽnet, qui ad thronũ confugiũt misericordię pijssimæ matris, cuius meritis & precibus nil decreuit esse negandũ. Postremo, propter miseros subleuandos, tanta gratiæ plenitudo est glorificandę Marię tam misericordissime cõdonata. Decentissimũ ergo est, ut de plenitudine misericordiæ suæ communicet miseris, præsertim cum & princeps apostoloꝝ dicat: Vnusquisq; sicut accepit gratiã, in alterutrũ illam cõmunicantes, sicut boni dispensatores multiformis gratię dei. Tactum est quoq; & certũ, ꝙ felicissima uirgo Maria, quãto plus cupit fructum passionis & sanguinis filij sui, tanto paratior est miseris subuenire quousq; saluentur. Insuper, ad præsidentes & principes, ad reges & imperatores misericordia spectat potissime, quemadmodũ Salomon loquitur: Firmatur clementia thronus regis. In cuius rei signũ, rex apum caret aculeo. Tullius quoq; in laudibus Iulij imperatoris, ait: Nulla te uirtus tam cõmendabilem reddit ut pietas tua. Vnde & Assuerus rex, Dum omibus, inquit, prouincijs imperarẽ, uolui nequaquã magnitudine abuti potentiæ, sed cũ clementia & lenitate gubernare subiectos. Hinc quo maior, latior, ac uniuersalior est autoritas & potestas, regnum ac dominatio beatissimę deiferę matris, quæ iure maternitatis dei, & quia cõparentalis est patri æterno, uerissime creditur, est & uocatur angeloꝝ & hominũ imperatrix, regina cœli, domina mundi, tãto plenior & exuberantior est pietas ac misericordia eius. Postremo, sexum fœmineũ pręcipue decent dulcor clementiæ ac lenitas pietatis: & quãto persona sexus huiusmodi maior est atq; potentior, tanto eã esse magis piam condecet & clementem.

In oratione pro M. Marcello.

Hester.13

Articulus XIIII. De magnitudine pietatis & misericordię admirabilis ac cœlestis Mariæ, ex uerbis patrum sanctorum.

Tobi.4.

QVomodo potueris, ita esto misericors. Si multũ tibi fuerit, abundanter tribue. O quàm præclarissime adimpleuit Maria dignissima hanc doctrinã. Quemadmodũ enim abundantissima fuit, & est in opulẽtia spiritali, in plenitudine gratiæ, in omni benedictione cœlesti, sic & copiosissime semp inuocantibus se subuenit, atque ad omes per cuncta tempora se extendit, sicut deuotus pater ait Bernardus: Quis ò benedicta misericordię tuę longitudinẽ, latitudinem, sublimitatem & profundum queat inuestigare? Nam longitudo eius usq; ad nouissimũ diẽ inuocãtibus se subuenit uniuersis, latitudo eius replet orbem terraꝝ, ut tua quoq; misericordia plena sit omnis terra. sic & sublimitas eius supernę ciuitatis fecit instaurationem. Et profunditas eius, sedentibus in tenebris & umbra mortis, obtinuit redemptionẽ. Deniq;, tam opulenta est gratia & misericordia sacratissimæ uirginis, ut se cõmunicet cunctis, creatorisq; gloriam uideat augere. Vnde rursus testatur Bernardus: Maria omnibus misericordiæ sinũ aperit, ut de plenitudine eius accipiant uniuersi, captiui redemptionẽ, ægri curationem, tristes consolationem, peccatores ueniã, iusti gratiam, angeli lætitiam, tota trinitas gloriã, persona filij car

Bernardus

nis humanę substantiam. Nempe ut denuo Bernardus disseruit, quemadmodũ sol indifferenter oritur super bonos & malos, sic Maria præterita non discutit merita, sed se omnibus exorabilem, omnibus clementissimã præbet, omnium necessitates amplissimo miseratur affectu. Etenim sicut uas liquore plenum, si quo modo moueatur, de facili effundit liquorem: sic beatissima uirgo si precibus moueatur, gratiã mox effundet. Ideo dico uobis charissimi, si pie à uobis fuerit pulsata, non deerit uestræ necessitati, q̃niã misericors est & misericordiæ mater. Si enim compassa est inopiæ ac uerecundiæ illorum, à quibus fuerat inuitata in nuptijs, multo magis compatietur uobis, si pie fuerit inuocata. Hinc itẽ Bernardus disseruit: O Maria pijssima, tu peccatorẽ quãtũlibet fœdũ nõ horres, nõ despicis: sed si ad te suspirauerit tuũq; interuentum pœnitenti corde petierit, tu illũ à damnationis barathro pia retrahis manu, ac toti mũdo despectũ, materno affectu amplecteris, foues, nec deseris, quousq; tremendo iudici reconcilies miserũ. Sileat ergo misericordiam tuã si quis inuocatam te in suis necessitatibus sibi meminerit defuisse. Etenim quando misereri non poterit mater om̃ipotentiæ, quando misereri non uelit mater misericordiæ? In manibus tuis ò beatissima sunt omnes thesauri miserationum dei repositi. Absit ergo, ut cesset manus tua à munere. Hinc quoq; dixit Anselmus: O fœmina mirabiliter singularis & singulariter mirabilis, per quam homines saluantur, animæ de purgatorio liberantur, angeli lætificantur. O fœmina plena & superplena gratia, de cuius plenitudinis abũdantia respersa reuiuiscit omnis creatura humana. O uirgo benedicta, per cuius benedictionẽ benedicitur nõ solum omnis creatura à creatore, sed etiã creator à creaturis. His cõsonat uerbum Bernardi, dicentis: O Maria, in te merito respiciunt oculi omnis creaturæ, quoniã in te, ex te, & per te benigna manus omnipotentis, quicqd creauerat, recreauit. In te angeli lętitiam, iusti gratiã, peccatores misericordiã inuenerũt. Sicq; omnibus gñationibus gratiã genuisti, dum omniũ creatorẽ toti seculo peperisti.

Articulus XV. De religione & deuotione benignisimę ac sublimis Marię.

PSallam deo meo quàm diu sum. Religio seu latria, est uirtus moralis, parsq; iustitiæ, cultum & ceremoniam offerens deo. Cuius uirtutis actus sunt orare, adorare, laudare altissimum, uouere & sacrificiũ ei offerre, decimas atq; primitias soluere eius ministris. Interior quoq; & elicitus actus latriæ, est promptitudo uolũtatis ad ea quæ dei sunt, quę promptitudo uoluntatis uocatur deuotio. Deuotio quoq; interdum uocatur feruor bonæ uoluntatis ad colendũ altisimũ, quod redit in idem: uel deuotio appellatur huiusmodi feruor, quia ex charitatis feruore procedit deuotio inspiratiue, sicq; descriptio illa deuotionis, est prædicatio per causam. Tertio, deuotio describitur, quòd sit quædam teneritudo cordis, qua qs ex conceptu atq; affectu boni faciliter in fletum resoluitur, quod est descriptio & prędicatio per effectum. Denique, cum deuotio sit promptitudo & feruor actusq; uoluntatis, certum est quòd ex pręuia apprehensione, meditatione seu contemplatione intellectiuæ oriatur potentiæ. Immediatius tamen ex charitate, quæ efficit mentem ad actus diuini cultus promptam & expeditam. Itaq; quo felicissima & incomparabilis uirgo Maria fuit in diuino amore feruẽtior, & in diuinorũ contemplatione profundior, eo utiq; erat deuotior: hoc est, promptior & alacrior ad omnem actum cultus diuini, ad orandum, psallendum & laudandum suum creatorem ac saluatorem. Porro, quàm ardentissima & incomparabiliter stabilis ac perfecta fuerat in charitate diuina & in sapientia salutari, in superioribus est ostensum. Vnde certissimum est quòd diuina & electissima uirgo Maria, fuit prę omnibus sanctis ineffabiliter prompta & feruida ad prætactos actus diuinos, ac stabilissima in eisdem, iugiterq; intenta, orationibus prorsus purissimis, deuotissimis dei præconijs, psalmis & hymnis, ac reuerentialissimæ adorationi omnipotentis, & quãuis interdum in exterioribus occupata, aut cum hominibus loquens à uocali oratione & laudatione dei cessauit, ab intimis tamen & deuotissimis mentalibus orationibus & laudibus dei non destitit, quẽadmodum nec à contẽplationibus, meditationibus, affectionibusq; diuinis. Quippe, quę tantæ fuit perfectionis, tantę plenitudinis, tamq; assiduę illustrationis & inflãmationis à spũsancto, q̃ per exteriora ab interioribus non impediebatur. Præterea, quoniam iuxta præhabita, deuotio ex consideratione & charitatis affectione emanat, ideo ea quorũ consideratio extat diuinior, & q̃ ex sua natura magis idonea sunt charitatẽ accendere, utputa meliora, maiorem possunt deuotionem causare in mente, & in ipsis maior ac altior consistit deuotio, ut ẽ deitas Christi, adorãdaq; trinitas. Veruntamen ex parte imperfectionis nrę frequẽter cõtingit, q̃ cõsideratio humani-

nitatis Christi & passionis ac cæterorũ ministerioꝝ & actuum eius, ad deuotionẽ & compunctionem magis nos incitat: seu etiam sanctoꝝ Legẽdæ, quia & ex sensibilibus atq; humanis ad diuinoꝝ notitiam & amorẽ erigimur. Porro, perfecti ex cõtẽplatione & feruido diuinorum amore, ex cõsideratione infinitæ bonitatis, honorabilitatis & excellentiæ dei, ex superbeatissimæ trinitatis intuitu, & ex consideratione cõmunicationis & emanationis eius adintra, ac mutuæ intuitionis, dilectionis, cõplacentiæ ac fruitionis, ad deuotionem potissime excitantur. Gloriosissima aũt uirgo Maria tam in deuotione ex consideratione humanitatis & mysterioꝝ Chrĩ nascẽte, q̃ in deuotione ex cõtẽplatione deitatis filij sui ac supbñdictę trinitatis surgẽte, pfectissima fuit, quẽadmodũ & in utraq; illa cognitione atq; delectatione. Deniq;, ipsa oĩm creaturaꝝ electissima, ac prsus dignissima uirgo, se totã in obsequio filij sui secundũ ipsius humanitatẽ deuotissime, reuerẽtialissime & assidue occupauit, maternam ei ministrationẽ in cunctis impendens: & faciendo hoc ipsum, diuinitatẽ ipsius ac superessentialis trinitatis charitatem, pietatẽ & munificentiã contemplabatur clarissime, ex qua cõtemplatione ad inæstimabilem mouebatur deuotionem, & offerebat seipsam totam deo in holocaustũ continue ex summa deuotione. Amplius, religio cuius actus existit deuotio, dicitur à relegando, quoniã mentem à uanis & caducis relegat, ac deo efficit inhærentẽ. Ideo religiosi uocantur, qui à sensibilibus & terrenis se alienantes ac sequestrati, mente libera ac syncera deo intenti sunt. Hinc Maria dulcissima tanto religiosior atq; deuotior extitit, quanto mens eius longius ac purius fuerat relegata ab omni affectu & actu à Chr̃o & eius intuitu ac amore impediente. Hinc q̃q; in adolescentia sua antequã filiũ dei concepit, quatenus oĩpotenti posset mundiore corpore, purioreq; mente perfectius obsequi & uacare, uirginitatẽ suã deo promisit, uel absolute, uel sub honestissima conditione, uidelicet, nisi deus aliter secum disponeret: aliàs archangelo conce-
Matt.1. ptum ei annuntiante, cum esset desponsata, non tam constanter respõdisset ac inquisisset:
Luce.1. Quomodo fiet istud, quoniã uiꝝ non cognosco? Postremo, deuotioni tãto solet maior cõiungi spiritalis iucunditas, quanto ipsa deuotio alacrior feruentiorq; consistit, & quo persona deuota est magis perfecta. Vnicuiq; nanq; delectabile est agere ea ad quæ uehementer afficitur. Ideo quo benedicta & gloriosa uirgo Maria fuit in omni uirtute, prẽsertim in actibus charitatis ac sapientiæ magis perfecta, eo actibus deuotionis fuit feruentius, iucũdius, stabiliusq; intenta, quamuis consolationi & alacritati ipsius frequenter fuerit mixta pia quædam tristitia ex dilecti absentia, & propter mundi peccata, atq; ex cõsideratione passionis unigeniti sui interna cõpassio, prout diffusius est ostẽsum. Itaq; in oĩ actu deuotionis, scilicet cordis, oris & operis, incomparabiliter deuotissima fuit sacratissima domina, in omni promptitudine & affectione interna, in omni oratione & laudatione ac adoratione uocali, in oĩ prostratione, genuflxione, inclinatione: in oblatione & sacrificatione: in cuius corde & corpore, tanq̃ in electissimo templo habitauit dei filius incarnatus.

Articulus XVI. De mansuetudine & patientia excellentissimę uirginis Mariæ.

Cant.1. Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalẽ. Vnigenito suo, deo, dei filio incarnato, prę electissima mater eius uirginea fuit in cunctis grãrum muneribus proxima atq; simillima. Etenim in omni genere ac ordine rerum primũ, est maximũ & magis perfectum in genere ac ordine illo, sicut in uniuersitate sensibiliter lucidorum, sol est maxime lucidus, estq; primum illud in ordine & genere suo mensura & regula secundorũ, idq; quanto aliquid illi propinquius est, tanto in ordine illo extat perfectius. Quemadmodũ ergo amantissima dei præ cunctis uiatoribus fuit Christo incomparabiliter in omni perfectione charitatis ac sapientiæ, cęterarũ quoq; uirtutum & donorum conformior, sic & in aduersitatum patientissima ac tranquillissima tolerantia ei consimili-
Matt.2. or extitisse censetur, in tantũ, q̃ nec contra Herodem Christum adhuc infantulum persequentem, nec contra scribas & pharisæos ac sacerdotes, dilectissimũ filiũ suũ usq; ad acer-
Sapi.1. bissimam & ignominiosissimã mortem crudeliter ac multipliciter persequentes, unquam indignationẽ, impatientiã, iram, murmurationem aut auersionẽ cõcepit: quin potius illorum peruersitati condoluit, & orauit pro eis. Durante quoq; amarissima Christi passione,
Luce.1. cum uideret unicũ sui uirginei uentris fructũ tam ferocissime contrectari, totq; blasphemias & crimina obijci ei audiret, atq; in cruce confossum & fixũ, ac miserabilissime distentum
Mat.27. tum conspiceret, nullatenus aduersus sæuissimos illos homicidas, imò & deicidas cõmota est, nec indiscreto zelo permota, sed inæstimabilem mansuetudinẽ patientiamq; seruauit: nec ex suauissimo, tranquillissimo, mitissimo ac patiẽtissimo corde illo materno dei-

 se

feræ uirginis poterat emanare impatientię uerbum, amaritudo, toruus aspectus, indigna
tio, dura, iracundiæ fumus, murmuratio siue contentio: quippe quod totũ in uiscera cha-
ritatis & pietatis, in abyssum mititatis ac patiẽtiæ, in affectum humilitatis & bonitatis erat
conuersum, immobiliterq́ʒ mutatũ. Deniqʒ, commẽdantur uiri eximij de mititate præci-
pua, de patientia magna. Nonne de seipso tanquã de alio sanctus Moyses in Numeris scri Num.12
psit? Erat Moyses uir mitissimus super omẽs homines qui morabantur in terra. Sic & Da
uid loquens de se, Memento (inquit) domine Dauid & oĩnis mãsuetudinis eius. Porro be- Psal.131.
atum Iob de patientia specialiter collaudari, liber ipsius fatetur. Sed quid hoꝵ & consimi Iob.1. Iacob.5.
lium mansuetudo & patientia ad tuam ò amabilissima & suauissima uirgo Maria patienti
am ac mititatẽ? Nonne legifer ille Moyses rebellium prauitate exasperatus dominũ exo- Exod.32
rauit, Ne respicias ad sacrificia eorũ, moxq́ʒ horribiliter sunt plagati? Aegyptium quoqʒ Num.16. Exodi.2.
rigorose occidit, & multa idololatrarũ milia iussit interfici. Sic & Dauid improbitate Na- 1.Para.20.
bal commotus, iurauit se illum interempturũ, & super aduersarios suos Ammonitas circũ-
egit ferrata carpenta, diuisitq́ʒ cultris. Ioseph demũ fratres suos uindicauit & afflixit ad li- Gen. 44.
bitum. Iob uero disputans contra amicos, multa dura & increpatoria eis locutus est uer-
ba. Sed nunquid tale quid mitissima ac patientissima domina, suis aut filij sui persecutori-
bus locuta est unquam? Christo autẽ tanquã iudici, rigor quoqʒ iustitiæ & iudicialis cen-
sura attribuuntur. Et quanquã uirtuosissima uirgo etiam omni decore iustitię fuerit deco-
rata, tamen omniũ mater & aduocata ac mediatrix effecta, misericordiã & miseratione in
cunctis exercere elegit, mansuetudinẽ demonstrauit, patientiã est amplexa. Patientia nan
qʒ est omniũ probatrix uirtutũ, & charitas patiens est. Mansuetudo quoqʒ reddit hominẽ 1.Corin.13.
multũ amabilem, atqʒ diuinę illuminationis ac supernæ consolationis capacẽ, sicut ait scri
ptura: Fili, in mansuetudine opera tua fac, & super hominũ gloriã diligeris. Et rursus, Mã- Eccl.3. Psal.36.
sueti aũt hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Hinc incõparabili-
ter perfectam & sanctã, sapientem ac supernis consolationibus assuetã Mariam, summa &
incomparabilis mansuetudo & patientia decuerũt. Propter quod ait Bernardus: Reuol-
ue diligentius euangelicæ historię seriem uniuersam, & si forte quid increpatoriũ, si quid
durũ, si quod deniqʒ signum tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cętero suspectũ
habeas & accedere uerearis. Quòd si plena magis oĩs pietatis & gratię, plena mansuetudi
nis & misericordiæ inueneris, quæ ad illam pertinẽt, gratias age illi, q talem tibi mediatri-
cem benignissima miseratione prouidit, in qua nihil posset esse suspectũ.

Articulus XVII. De ineffabili ac profundissima humilitate Marię altissimę.

RESpexit humilitatem ancillæ suæ. Cũ beatissima & admirabilissima uirgo Ma- Luc.1.
ria cunctis esset uirtutibus in termino excellentię præ cunctis uiatoribus incõ
parabiliter plena, ipsa tamen humilitatem suam asserit à deo clementer respe-
ctam per approbationem & acceptationem, quia (ut plenius dictum est supra
primo libro) benedictissima uirgo per humilitatem pręcipue disponebatur ad tam super
naturalem sui eleuationem, qua facta est mater dei altissimi, cum dicat saluator: Qui se hu Luc.18.
miliat, exaltabitur. Ideo quoque dixit: Respexit humilitatem ancillæ suæ, ut innuat se nõ Luc.1.
meritis suis de condigno tam incomparabiliter sublimatam in matrem dei, sed omnipo-
tentem deum approbasse in ea, illam suipsius corã deo depressionem, qua se maiestati di-
uinæ prostrauit bassissime, & comparatione illius se uehemẽtissime paruipendit, ac prorsus
indignissimam reputauit ad tantum mysterium in se, ex se, & per se complendum. De-
nique, quando deus uoluit eam super omnem puram creaturam in esse creato subsisten-
tem eleuare, tam in donis gratiæ gratificantis, quàm in donis gratiæ gratis datæ, dedit ei
in primis perfectissimam ac profundissimam humilitatem, quia humilitas ad omnium di
uinorum charismatum susceptionem, profectum ac perfectionem disponit: & quanto qs
crescit in sancta humilitate, tanto fit aptior ad proficiendum in oĩni cæterarum uirtutum
atqʒ donorum completione. Nempe (ut constat) quemadmodum pluuiarũ fluenta ad ual-
lium confluũt concaua, & quo ualles fuerint profundiores, eo sunt plurium imbrium sus-
ceptiuæ, abundantioresq́ʒ aquæ colliguntur in eis, ita quo cor humilius fuerit, tanto copi
piosior ei infunditur gratia, iuxta quod ait scriptura: Deus superbis resistit, humilibus au Iacob.4.
tem dat gratiam. Hinc deus uirtutum rex gloriæ, uolens unicam illam sacratissimam & 1.Petr.5. Psal.23.
singularissimam uirginem MARIAM, quam sibi ab æterno præelegit in matrem, incom
parabili gratiaꝵ plenitudine adimplere in uita hac, atque incomparabili felicitate, hono
re & gloria in cœlesti extollere patria, impleuit eã in primis summa & pfundissima humili
tate

tate in uia. Deniq;, perfecta humiliatio suipsius, ex duplici depēdet cognitione, uidelicet creatoris ac suipsius. Quo enim intellectualis creatura bene disposita, creatoris sui maiestatem, perfectionem, excellentiãq; immensam clarius contemplatur, eo comparatione illius seipsam profundius deprimit, uehementius paruipendit, & cordialius humiliare co-
Gene. 18 gnoscitur. Hinc Abrahã loquens cum deo, & illius eminentiã pensans, Loquar (inquit) ad dominũ meum, cum sim puluis & cinis. Rursus, quo quis seipsum lympidius noscit, omnē uidelicet suam defectuositatē, proprietatem, indigentiã, nihileitatem, dependentiãq; inde finētem à deo, eo profundius humiliat semetipsum. Porro, q̄ incomparabiliter, clare ac sapientialiter amantissima uirgo Maria in hac uita contemplata sit deum, quàm etiam uerissime seipsam & omnem suam proprietatē cognouerit, patet ex introductis in secũdo libello. Ideo innotescit q͏̄ ex parte utriusq; cognitionis istius, in omni extiterit humilitate ineffabiliter summa, incõparabiliterq; perfecta, sicq; in totius humilitatis fundo defixa, Oce-
Marci 7. anoq; demersa, q͏̄ applaudentibus turbis filio eius atq; dicentibus, Bene oĩa fecit. &, Nun-
Matt. 9 quam apparuit sic in Israel. &, Propheta magnus surrexit in nobis. &, Hic ē uere prophe-
Luc. 7. ta qui uenturus est in mundũ. ac rursus, Benedictus qui uenit in nomine dñi, o sanna in ex
Iohan. 6. cellsis, nũquam inaniter est gauisa, nec spiritali elatione hinc mota. Deniq;, per missionē pa
Psal. 117. racleti, cum ab uniuersis fidelibus uera dei genitrix crederetur, atq; in summa post deum
Matt. 21. admiratione uenerationeq; haberetur, ac cultu hyperduliæ coleretur, cum ad eam cõspi
Marc 11 ciendam multæ & excellentes personæ ex diuersis mundi partibus conuenirent, & undi
Luc. 13 q; diffunderetur fama ipsius, numquã ex tantis suis honorificentijs atq; prçconijs, quacũ-
Iohã. 12. q; uanitate aut superbia est pulsata, sed in profundissima humilitate mãsit immobilis: imò quo plus reputabatur, honorabatur, laudabatur ab omnibus, eo amplius humiliauit se iugiter. Et in cunctis totũ bonum suum deo cũ prçcordialissima gratiarum actione ac purissima humilitate attribuens, & tanto pfectius se illi in omi obedietia subdēs, quãto plura &
Eccl. 3. eminentiora ab ipso beneficia fuit sortita, plenissime implēs q̄d ait scriptura: Quanto maior es, humilia te in omnibus. Erant etenim ei semper aperti duo libri, id est, duæ illuminationes internæ: unus fuit liber sapientialis, in quo ea quæ dei sunt, & omnem excellētiam eius contemplabatur perlucide ac profunde: alter fuit liber sciētialis, in quo seipsam & quç sua erant, intuebatur clarissime: sicq; cum admiratione & reuerentia summa dixit: O deus meus, quid tu & quid ego? Vnde, quo deum gratiosius ac magis dignanter secũ egisse conspexit, eo uehementius mirabatur, regratiabatur, & humiliabat se penitus. Quo etiam suam paruitatem ac qualitatē comparatione infinitæ excellentiç dei lympidius nouerat, atq; pro nihilo reputauit, eo profundiorem suipsius humiliationem concepit. Adhuc cum fuerit docilima ac obedientissima Christi discipula, perfectissime didicit ab eodē, q̄d dixit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde: præsertim quoniam uidit illum cuius
Mat. 11. immensam optime nouerat maiestatem, tam humilime ac obedienter secum & coram se q̄tidie conuersantem, cuius exemplaritate & uirtuositate ineffabiliter ædificabatur, & accendebatur indesinenter. Insuper in Actibus apostolorum describitur, quemadmodum
Act. 6. 1. misso & infuso paracleto, cõstituti sunt septem diaconi, & paulo ante Matthias pro Iuda, multaq; alia recitantur ibidē gesta. ueruntamē in toto libro illo nihil legit̃ p̄dignissima uirgo Maria egisse, dixisse aut ordinasse, aut materna autoritate ullatenus attētasse, uel se intromisisse de aliquo. O quàm immensa, incomparabilis humilitas summæ & gloriosç Mariæ, quantum nostram confundis stultissimam, damnabilissimamq; superbiam, quoniam non obstante quòd sumus omni fragilitate, defectuositate ac culpis repleti, grauissimisq;
Eccl. 9. & pene innumeris periculis circundati, & incerti an simus electi an reprobi, an amore an odio digni, tamen cæteris nostris miserijs ac uitijs hanc quoq; adijcimus impietatem, insaniam, peruersitatem, quòd extollimus ac alijs prçferimus nosmetipsos, non metuentes se-
Iacob. 4. creta ac metuenda iudicia dei, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Et ut totius
1. Petr. 5. magistra humilitatis fatetur, Dispersit superbos mente cordis sui. O uere beatissima uirgi
Luc. 1. nis glorificandæ humilitas, tam fœcunda, tam digna & deo patri ita gratissima, quòd perdito mundo peperit saluatorem, quòd excæcatis & imperitis genuit lumen æternum & sapiētiam increatam: quòd hominibus generauit deum ac dominum uniuersorum, uiam errantibus, ueritatem deceptis, uitam mortalibus, imò & mortuis: quæ sua fœcũditate angelicam reparauit ruinam, detentos in limbo pērduxit ad gloriam. O amabilissima ac delectabilissima uirgo Maria mundissima, quàm fortis & insuperabilis, quàm perfecta atque immobilis fuit tua humilitas, quæ nullo præconio, nulla promotione, nulla sui honorifi-

cation e poterat flecti,aut qualicunque uanitate seu elatione aut complacentia uana pulsari. Vides archangelum tibi apparentem,audis illum te excellentissime salutantẽ,te cunctis fœminis præferentem,tibi incomparabiliter grandia promittentem, te unigenitum dei concepturam annuntiantem. Audis dicentem & tibi spondentem,quod nunquã creatura rationalis neque angelica sibi dici & sponderi audiuit,utputa:Spiritussanctus superueniet in te,& uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Quo promisso,aduertis te omnium creaturarum reginam ac dominam mox futurã. Nec tamen tantis præconijs,tantis prærogatiuis,tantis honoribus mens tua extollitur, nec ulla tangitur uanitate, sed respondet humilime: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Hinc apte ait Bernardus: Non magnum est humilem esse in abiectione,sed magna prorsus & rara uirtus est humilitas honorata. Si me miserum homuncionem,ecclesia simulationibus meis decepta,ad aliquem uel mediocrem prouexit honorem,deo nimirum hoc permittẽte,uel propter mea,uel propter subditorum peccata,nonne statim oblitus quis fuerim,talem me reputo,qualis ab hominibus qui cor non uident,sum reputatus: famæ credo,quoniam conscientiam non attendo:& tanto me æstimo sanctiorem, quo me cerno superiorem. At illa quæ mater dei eligebatur,humilitatem non obliuiscebatur. Et rursus: O Maria dignissima, tu spiritũ elationis ea humilitatis contriuisti uirtute:quam ita in te respexit dominus,ut eius merito super omnes choros angelorum te dignam duceret sublimare. Nunquam enim super omnes ordines angelorum sublimata ascendisses,nisi prius infra om̃es homines humiliata descendisses. O uirgo sublimis,ad quantam altitudinem uerticem tuum extendis. Certe usq; ad thronum maiestatis,quoniam in profundissimum misisti radices humilitatis. Postremo,sicut in triumphanti ecclesia unusquisque angelicorum spirituum est tanto humilior, quanto sublimior: non quòd superior inferiore se reputet uiliorem,sed quòd tanto humilius ac reuerentialius se deo subijciat,quo & illius maiestatem & suam propriam cõditionem clarius intuetur. Eo modo beatissima uirgo MARIA,& etiam CHRISTI anima,dicuntur fuisse humilime, & sub omni se homine humiliasse,quanquam agnouerint se omnium creaturarum electissimas atq; dignissimas esse.

Lucæ 1.

Articulus XVIII. De obediẽtia,diligentia,ac quotidiano, imò assiduo incessabiliq; profectu sapientissimæ ac deiformis Mariæ.

QVæ præcepit tibi deus,illa cogita semper. Obedientiam intantum commẽdat scriptura,ut deus omnipotens supra omnem legem,naturam,ordinemq; consistens,obedientibus sibi obedire dicatur:quia quo quis diuinæ uoluntatis imperio,suam uoluntatem integrius promptiusq; subiecerit,eo uolũtati illius ac precibus citius ac copiosius acquiescit altissimus, ita ut per modum obedientis se habere cernatur. Hinc scriptum est in libro Iosue: Dixit Iosue domino: Sol cõtra Gabaon ne mouearis. stetitq; sol in medio cœli,& non festinauit descendere spatio unius diei,obediente deo uoci hominis. Siquidẽ Iosue ille fuit deo eminenter ac perfecte obediẽs,quemadmodum in ipsius libro legitur: Non præteriuit Iosue de uniuersis mandatis domini ne unum quidem uerbum. Veruntamen sicut in cæteris uirtutibus,ita in sancta obedientia, electissima ac singularissima uirgo Maria ipsum Iosue incõparabiliter uicit,præceptaq; charitatis pręcunctis pręclarissime adimpleuit,& conformiter reliquarum præcepta uirtutũ tã plenissime,deuotissime,feruentissime atq; humilime consummauit,ac se totã creatori tã integerrime subdidit,quod deus adorandus prę nimia cõplacentia sua ad ipsam, descendit in eã, & habitauit in medio uteri uirginei eius,factus homo ex ea,& uere nascẽs ex ipsa. Sicq; in propria persona subiecit se illi, ut matri dignissimę,prorsus charissimęq; & ita iuxta desiderium feliciss imæ matris,nõ sol,sed solis creator, sol sapiẽtiæ atq; iustitiæ stetit in medio cœli,i.militantis ecclesiæ,quę in euangelio & Apocalypsi ubertim regnũ cœlorum uocatur:ac ipsa uolente,descendit cũ ea,& fuit subditus ei. Deniq; cũ filio dicere potuit excellenter, Quæ placita sunt deo patri,facio semper. Om̃i etenĩ actu suo,motu ac passione deũ honorauit,promeruit & profecit: sicq; inclyte adimpleuit illud Psalmi: In lege domini uolũtas eius,& in lege eius meditabitur die ac nocte. Iure ac merito tibi ò præstantissima ac speciosissima dña,subijcitur ac obedit om̃is creatura cœlestis, terrestris,ac intermedia, quoniam omnium conditor deus tibi ut matri fuit subiectus. Euangelica quoq; consilia ò sponsa dei charissima,gratiose implesti. Hinc in Reuelationibus sanctæ Brigittæ, serenissima ac honestissima uirgo Maria ait ad illã: A principio cũ audirẽ & intelligerẽ deũ esse, semper solicita

Eccl. 7. Iosue. 10. Iosue 11. Psal. 46. Eccl. 1. Matt. 13. Apoca. 1. Lucæ 2. Iohan. 8 Psal. 1.

& timorata fui de salute & obseruantia mea. Cum autem plenius audissem ipsum deum esse creatorem meum & iudicem omnium actuum meorum, intime eum dilexi, omniq; hora timui & cogitaui, ne eum uerbo aut facto offenderem. Deinde, cum audissem eum dedisse legem & pręcepta populo Israeli, atque cũ eis tot & tanta mirabilia perpetrasse, proposui firmiter in animo meo, nihil nisi ipsum diligere: & amara mihi erãt mundana oĩa uehementer. Post hęc, audito quòd nasciturus esset de uirgine, & redempturus genus humanum, tãta circa eum fui charitate affecta, quòd nihil nisi deum cogitaui aut uolui. Ego me elongaui, quantum potui, à præsentia atq; colloquijs parentum & amicorum: omnia quoq; quæ habere potui, indigentibus dedi, nihil nisi uictum tenuem & uestitum mihi reseruans, & nulla mihi nisi deus complacuerunt, cui oĩem uoluntatem meam commisi ac subdidi, & nouis quotidie inflãmabar ęstibus, desiderijsq; amoris. Hinc constat, q; summa & optima uirgo Maria fuit filiali amore repleta.

Articulus XIX. De ueris, spiritalibus, copiosis ac indeficientibus gloriosæ Mariæ diuitijs.

Ephe. 3. DEus det uobis secundum diuitias gloriæ suæ. Veræ diuitiæ rationalis creaturæ sunt, quæ ei inuite auferri non queũt, ut sunt interna charismata spiritus sancti, gratia gratum faciens, uirtutes & dona, beatitudines & fructus, uirtuosiq; actus ac merita. His sacris diuitijs, ut constat ex præinductis, adeo fuit repleta beatissima uirgo Maria præ omnibus sanctis, ut decuit electissimam matrem dei præ ministris eius repleri, ditari, exuberare, ornari ab unigenito filio suo, fonte munificentiæ infinitæ ac opulentiæ prorsus immensæ. Denique, cum ipsa constituta sit desuper mater gratiæ, mater misericordię, refugium pauperum, regina clementiæ, mater ac miseratrix cunctorum fidelium, decuit eam tanta spiritalium diuitiarũ plenitudine adimpleri, ut de plenitudine sua uniuersis queat communicare, cunctisq; miseris subuenire, totum mundum illuminare, ac omniũ indigentias locupletare. Hinc spiritaliter prorsus ditissima fuit, exuberantissima in omni sapientia, charitate, gratia, omniq; abũdantia deiformi. Quid nanq; omnipotens suæ non daret electissimæ genitrici? Nam & deus diues perhibetur, nõ pecunia, sed omnipotentia. Vnde quemadmodum liberalissima fuit benedictissima uirgo Maria ad dandum, ita & potentissima fuit ad prosequendum & succurrendũ. Et sicut regnũ misericordiæ ei commissum est, ita & diuitiæ gratiarum ei redũdantissimę sunt collatę ab eo, qui dat omnibus affluenter. Præterea, adeo diues fuit, quòd ipsum uniuersarum diuitiarũ fontem, causam, autorem, infinitis in seipso diuitijs plenum genuit, effudit, exhibuit nobis. Sicq; fons processit de riuo, & mater uirginea facta est fons fluminis gloriosi, qui oĩem terram, id est, totam irrigat ac perfundit ecclesiã. O beatissima & præamabilissima uirgo Maria, quàm gloriosa dicuntur de te. Vere in plenitudine sanctorũ detentio tua, quæ uniuersos patriarchas fide uicisti, prophetas lumine, prophetiæq; spiritu transcendisti, zelo quoque diuini honoris ac fraternæ salutis superasti apostolos, fortitudine martyres, deuotione confessores, castimonia uirgines, fœcunditate coniugatos, puritate sanctitateq; angelos. Nempe opulentissimum ac pretiosissimum illud balsamum deitatis, exuberantissima unda gratiæ ac uirtutis, fons bonitatis immensæ, tanta liberalitate ac plenitudine tibi influxit, atque seipsum infudit, ut copiosissime effluat circumquaq;. Plane tu digne uocaris gratijs plena, quæ sola hanc gratiam quam nulla alia meruit, consecuta es, ut totius gratię replereris autore. Recte dixit de te deuotissimus puer tuus Bernardus: O diues in omnes & super oĩes Maria, cuius substantiæ modica pars assumpta, suffecit soluere totius mundi peccata, imò & gratiarum recuperare charismata, promererique nobis gaudia sempiterna. O tu fidelis MARIA, quæ salutis antidotum uiris ac mulieribus propinasti, de plenitudine tua accipimus uniuersi: & oĩe quod dat tibi filius tuus, uenit ad te: & eum qui uenit ad te, nõ eijcis foras: nec ullum eorum permittis perire, quos dedit tibi excelsus, quos per te speciali pietate ac munere decreuit saluare.

Iohan. 1. Iacob. 1. Gene. 2. Eccl. 24. Iohã. 6.

Articulus XX. Quàm amanda ac ueneranda sit nobis uirginea mater salutis, quàm multa ac magna sint nobis per eam collata beneficia desuper.

Cant. 4. VVlnerasti cor meum soror mea sponsa, uulnerasti cor meum. Vnumquodque tantum habet de amabilitate, quantũ de bonitate, cum bonum sit ipsius appetitus obiectum. Est quoque res nobis amabilis, non solum quoniã in seipsa est bona, sed etiã quoniã nobis bona est, id est, utilis ac necessaria, delectabilisq; be-

benefica. Insuper, naturale est homini affici ad res pulchras, suaues & pias. Nec aliquid naturalius quàm amare consortem naturæ. Ex his pensemus quàm amanda & ueneranda, imò quàm amandissima ac uenerandissima sit nobis summa & benedictissima uirgo MARIA. Primo nãque amabilis nobis est, ob similitudinem suam nobiscum in specie, & quia in naturalibus optimæ fuit dispositionis, utputa egregiæ complexionis, prorsus pulcherrima corpore & moribus summe uenusta, ingeniosissima & optimę inclinationis. deinde, quoniam acquisitis uirtutibus atque scientijs fuit excellentissime perornata, prout hoc secundo libello est declaratum. Tertio & præcipue, quoniam in donis gratiæ gratum facientis, hoc est, in omni uirtute infusa, in donis spiritussancti, in octo beatitudinibus, in duodecim fructibus, in omni merito & profectu fuit post CHRISTI humanitatem ineffabiliter incomparabiliterq; perfecta. Quarto, quoniam nunquam peccauit, utputa prorsus innocentissima, in illis uirtutibus potissime decorata fuit & est, quę faciunt hominem homini magis amabilẽ, hoc est, omni pietate & misericordia, omni liberalitate ac charitate, omñi innocentia simplicitateq; sancta, & synceritate penitus columbina. His omnibus in termino excellentiæ fuit plenissima. Quinto, propter excellentiam eius in donis gratiæ gratis datæ, & maxime quoniam ueri dei mater existit, quod est dignitas summa, puræ creaturæ in esse creato subsistenti cõmunicabilis, ob quã etiã ab omñi intellectuali rationaliq; creatura, honore hyperduliæ adoranda est & colenda. Dulia quippe est uirtus, per quam creaturis rationalibus reuerentia debita exhibetur. Hyperdulia uero est, per quam excellentissimis creaturis, ut humanitati Christi, gloriosæq; uirgini debitum & decentem exhibemus honorem. Sexto, propter inæstimabilem eminentiam eius in omni felicitate & gloria æternali, in omni glorificatione & gloriosissima pulchritudine, supernaturali bonitate atq; dulcedine eius, de quibus in sequenti libello tractabitur. Septimo, propter charitatem & pietatem, omnemq; beneuolentiam & misericordiam eius ad nos, quoniã ipsa prior dilexit nos, & misericordissime ac pijssime afficitur circa nos, & nostrum profectum ac
salutem appetit summe. Ideo quod Iohannes apostolus ait, Charissimi, diligamus deum, 1. Ioh. 4.
quoniam ipse prior dilexit nos, etiam proportionabiliter applicari potest genitrici illius, dicendo: Charissimi, diligamus Mariam, quoniam ipsa prior dilexit nos, & post deum maxime amat nos. Octauo, propter beneficia quæ per eam sumus sortiti, & propter præstantissima ac supnaturalia bona, quæ ipsa uel deus per ipsam contulit nobis. Nẽpe per ipsam Lucæ. 1.
& per benedictum fructum uirginei uteri eius, deus creator & iudex noster, factus est frater, saluator, aduocatusq; noster. Iohã. 1.
Per ipsam & prolẽ ipsius adorãdam, dignissimã, liberati sumus à pœnis inferni, à iugo peccati, à potestate imò tyrãnide & seruitute diaboli, ab originali infectione, à multiplici calamitate, atq; altissimo sumus reconciliati, serui & filij dei effecti, hæredes gratię ac glorię constituti, Christiformes ac deiformes facti, imò deus noster factus est similis nobis in natura, gratia & gloria, & super omnem angelicam dignitatem & gloriam, exaltata est nostra natura: sicq; ęternaliter sumus recuperati & saluati per ipsam. Nono, quoniã ipsa est constituta mater & aduocata, protectrix, domina ac regina, mediatrixq; nostra fidelissima, potentissima atq; pijssima. Si ergo parẽtes nostros secundũ carnẽ amamus & ueneramur, quanto magis matrẽ hanc nostrã secundum gratiam & gloriam, diligere ac honorare debemus? Decimo, propter beneficia eius quotidiana, assidua & indesinentia, quoniã iugiter orat pro nobis, & nos ad se confugientes, ipsamq; inuocantes, misericordissime suscipit & exaudit, nosq; reconciliat Christo, gratiã & profectum nobis procurat, nosq; tuet, nec unquã in toto relinquit nos, & aduersarios nostræ salutis crudelissimos ac callidissimos dæmones ipsa reprimit, cõpescit, refrenat, depellit, conculcat. Vndecimo, quia per ipsam, per eius merita atq; suffragia, per eius directionẽ & opem speramus, & quantum in ipsa est, indubitanter adipiscemur felicitatem æternam, atq; in morte protegemur ab ea, & in iudicio mox post mortem assistet: pœnas quoque purgatorij, si illud inciderim⁹, misericordissima mater ac domina pijssime nobis diminuet. Ecce quàm copiosa, ingens ac multiplex nobis est causa ac ratio ardentissime diligendi, fiducialissime inuocandi, ac syncerissime honorandi præstantissimam, suauissimamq; Mariam, in seipsa tam bonam & pulchram, nobis quoque tam charitatiuam, piam, necessariã, utilem, beneficam, consolatoriam. Certe post deum eam unice, pręcipue ac deuotissime debemus diligere, uenerari, laudare & colere, atque uniuersa motiua ac incitamenta amandi uenerandiq; eam, in unum colligere pariterq; pensare, quatenus ex eorum consideratione, amabilissimam ac uenerabilissimam illam feruẽtius, puriusq; amemus, ac perfectius honoremus. Et

Cant.4 ita ex corde dicamus ei ueraciter: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Soror inquam mea, per communionem naturæ: sponsa singularis ac amātissima sponsi cœlestis, quæ nō solum summi & supernobilissimi, superpulcherrimi, superditissimi, sapientissimi ac omnipotentis illius sponsi, sponsa esse & uocari es digna, uerumetiam ex inæstimabili tua pieta te & gratia, sponsa esse & uocari non despicis omnium te syncere amantium, quamuis adhuc defectuosorum ac pauperum, infirmorum atq; in multis quotidie culpabilium. Accēdatur cor meum tuo sancto amore ò præamabilissima mater, ò uirgo mundissima, ò domina summa, ita ut tui amore omnem carnalitatem detester, & quicquid tuæ sanctitatis est offensiuum, abominer iugiter ac deuitem. Illuminetur anima mea splendore cōtemplationis tuæ excellentissimæ dignitatis ac puritatis, ut te semper pure contempler, ac diligentissime uenerer. Repleantur mens mea & os meum indesinenter tuis sanctis & gloriosis
Psal.70. præconijs, ò omnium decus, ornamentum ac gloria creaturarum, uniuersorū imperatrix angelicorum spirituum, potentissima uictrix ac refrenatrix cunctorum spirituū malignorum. Diligam te mater ac domina mea, cuius quanto maior est dignitas & maiestas, tanto abundātior extat dignatio ac uiscerosior pietas. Idcirco, quamuis totus indignissimus, uilis, fœdus & aspernabilis, tamen confidenter accedo te ò regina misericordiæ, ad te suspiro, ad te animā meam leuo, ad te ingemiscit spiritus meus, ad te stillat oculus meus. Te intuendo accendor, te diligendo resoluor, te apprehēdendo consolatur, exhilarat & liquefit anima mea. Effundam sicut aquam cor meum coram te domina: aperiam tibi & confi-
Thre.2. Eccl.51. tebor ante conspectum clementiæ tuæ miserias meas, culpas & negligētias meas, pericula quibus expositus sum, indigentias quibus inuoluor. O tota mitissima, dulcissima, & misericordissima uirgo Maria, genitrix filij dei, comparentalis æterno patri, templum atq; sa-
1.Reg.2. crarium spiritussancti, laudabo te & inuocabo assidue. Exultabit cor meum laudando te, exaltabo & magnificabo te in sempiternum genitrix uitæ, imperatrix ueniæ, recuperatrix& gratiæ, quæ misericordiā tuam nunquam abstulisti à me, nec errantem, auersum, ingratum deseruisti, imò adolescētulo adhuc uel potius puerulo, & inter bonum & malum discernere nondum ualenti, præueniēte pietate dulcissima, contulisti nominis tui affectū ac tuijpsius amorem. Hanc precor ò optima domina misericordiā tuam continuare & cōseruare digneris in me usque in finē. O quàm bene ait Bernardus: Altius intueamini quanto deuotionis affectu Mariam à nobis uoluit honorari, qui totius boni plenitudinem collocauit in ea, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare. Et rursus: Quicquid in Maria gestum est, totum puritas & simplicitas, to-
Psal.84. tum gratia & ueritas fuit, totum misericordia & iustitia, quę de cœlo prospexit. Anselmus quoque recte disseruit: O sancta, & inter sanctos post deum singulariter sancta Maria, mater admirabilis uirginitatis, uirgo amabilis fœcunditatis, quę filium altissimi genuisti, quę perdito humano generi saluatorē peperisti, præfulgens tanta sanctitate, supereminēs tanta dignitate, quam utiq; certum est, non minorē prædicta esse potestate ac pietate. Hinc loquitur Augustinus: Maria hominē adiuuat in uita & in morte. Quomodo? Audiò Christiane. Anima in baptismo Christo uero sponso per fidem despōsatur, & per spiritumsanctum dotatur, ac hæres dei cum angelis deputatur. Sed dum peccatis inficitur, Christum sponsum mox abijcit, & diabolo se coniungit, atq; adultera eius efficit, sicq; deo & regno cœlesti iuste priuatur. O triste & stultum concambium, Christum sponsum pro uili uoluptate ac culpa abijcere, & pessimo hosti se subdere. Sed Maria mater gratiæ cū ipsa sit dei genitrix, & peccatorū adiutrix, ostendit filio pectus & ubera, sicq; ueniam reo efflagitat: uidens hoc filius, ostēdit patri latus & uulnera, sicq; ab eo misericordiā impetrat. Sic ergo Maria peccatorē in uita iuuat, q per eius opem & gratiā, anima peccatoris rursus fit templum spūssancti, sponsa Christi, filia regis æterni, hæres regni dei. Deinde, Maria iuuat in morte. Quomodo & quare? Audi Christiane. Maria propter necessitatem peccatorum facta est mater regis cœlorum. Atque intantum est exaltata, quòd à dexteris filij est locata super choros angelorum. Et hæc uirgo faceta, uirgo honesta & discreta aduertit ac recognoscit. Et quoniam tātum honorem propter peccatores suscepit, eos iuuare & pro ipsis coram deo aduocare non desinit. Nec eum pœnitentem in morte reliquit, sed à diabolo protegit, à culpa erigit, à pœna eripit, atque in gloriam introducit. Propter omnia beneficia ista tam grata, Maria uirgo beata, iuste & pulchre mediatrix, auxiliatrix, recuperatrix, illuminatrix atq; adiutrix est nuncupata.

Articulus

Articulus XXI. De dulcedine uirginis gloriosæ.

PVlchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem. Fons pulchritudinis infini- Cant. 6 tæ deus, essentialiter, incomparabiliter & interminabiliter dulcis, à quo uniuersa dulcedo creata manauit, infiniteq; distat ac deficit, immensitatem suæ dulcedinis electissimæ suę matri copiosissime communicauit, impressit, atque tam dulcem eã in seipsa ac omnibus nobis effecit, ut nec sine sensibili quadam suauitate ualeamus ipsam recolere: nec ipsa portam piæ memoriæ potest intrare, quin insitæ sibi exuberantissimæ suauitatis odorem respergat. O dulcis, delectabilis & amœna, ò redolentissima, pręamabilissimaq; Maria, in teipsa omni tranquillitate, bonitate, pietate, charitate, iucunditate plenissima, merito dulcis uocaris, quæ in teipsa tam suauis & gaudiosa consistis, omniq; menti bene dispositæ tam dulciter ac consolatorie sapis, quæ desolatos lætificas, miseros foues, animas ungis, imò uniuersam triumphantem ac militantem ecclesiam dulcedine tua mira ac magna magnifice ac clementer reficis, exhilaras & perfundis. Dulcis domin⁹, dul- 1. Petr. 2. Psal. 58. cis domina: quoniam ille dominus meus, misericordia mea: hæc domina mea, misericordiæ porta. Ille nihil gratiæ & uirtutis, nihil spiritalis lætitiæ & consolationis internæ habere nos uoluit, nec dare decreuit nisi per manus Marię, in qua nihil unquam fuit distortum, nil indignabundum, nihil reprehensibili amaritudini mixtum. Tu suauissima uirgo mater es floris misericordiæ, mater solis iustitię, mater fontis sapientię, mater regis glorię, genitrix dulcedinis summæ, suauitatisq; uniuersæ. Hinc omni pietate, æquitate, sapiẽtia, felicitate, suauitate & gloria usque ad summum & quantum capere potuisti, es repleta, ac prorsus plenissima: ad quam deuotus puer tuus Bernardus synceriter est locutus: Ortus deliciarum nobis est tu⁹ sacratissimus uterus ò Maria, quia ex eo multiplicis gaudij flores colligimus, quoties mente recolimus, quàm magna multitudo dulcedinis uniuerso orbi inde profluxit. O fons uoluptatis deificę, utere uirgineę, ex quo natus est fructus ille ac fi- Psal. 30. lius, qui ex mente dei patris est æternaliter genitus. Quid nisi delicias dixerim, decus uirginitatis cum munere fœcunditatis, imò cum fructu prolis diuinæ, humilitatis insigne di- Cant. 4. stillans charitatis fauum, uiscera misericordiæ, plenitudinem gratiæ, prærogatiuam glorię singularis? Ideo quicunque mœrore deprimeris, desolatione affligeris, aduersitatibus prægrauaris, hanc pijssimam prorsusq; suauissimam accede, implora, contemplare MARIAM, & cito senties eius opem: perseuera inuocare eius misericordiã, & celeriter experieris consolationem mentalem

Articulus XXII. De supernaturali ac plena pulchritudine Marię dignissimę.

COncupiscet rex decorem tuum. Pulchrum ad sui amorem inclinat & allicit in- Psal. 44. tuentem. Et sicut bonum ac appetibile dicitur per comparationem ad appetitiuam potentiam, sic uerum ac pulchrum per respectum ad potentiam intellectiuam. Pulchritudo quoque consequitur formam rei: & sicut forma est ornamẽtum materiæ, sic gratia est ornamentum naturæ, decorq; animæ. Porro de naturali & corporali pulchritudine uirginis benedictæ, dictum est primo libello. De excellentia quoque pulchritudinis, quæ fuit in intellectu eiusdem ex plenitudine sapientiæ, scientiæ atq; prudentiæ multiplicis, cæterorũq; habituum & actuum, quibus intellectiua uis pręstãtissimę uirginis ineffabiliter extitit decorata, & ab omni errore ac ignorantia aliena, patet ex introductis in libello secundo. Nunc quoq; ex habitis in libello hoc tertio, potest utcũq; patere de pulchritudine potentiæ affectiuæ seu uolũtatis diuinæ, ac præclarissimę matris. In omni nanq; uirtute, præsertim in charitate hanc potẽtiã pulchrificante, perficiente, dignificante, fuit amantissima dei perfecte plena ac plene perfecta, quantũ purę creaturæ conferri quiuit aut decuit. Hinc uerissime tota pulchra laudatur, in qua nunquam ul- Cant. 4 la extitit macula culpæ, sed splendidissimus nitor gratiæ, uniuersarũ splendor uirtutum, claritasq; donorũ in summo, ardentissimus feruor diuini amoris, copiosissimus zelus diuini honoris ac fraternæ salutis, exuberantia meritorum ac omium interiorũ ornatuum, in qua singulæ uires modis sibi congruentibus erant, pręfatis charismatibus gratiarũ in termino excellentiæ cœliformiter ac Christiformiter perornatæ. Quid mirũ, si tam speciosissimæ puellæ, tam honestissimæ uirginis, tam perfectæ adolescentulę speciem concupiuit Psal. 44 rex summus, princeps cœlorũ, glorię dominus: nec cessauit quousq; fieret filius eius, & habitaret in medio eius, ac deinceps cõuersaretur cũ ea in terra, atq; se inuicẽ purissime am- Psal. 45 plecterentur, deoscularentur & contrectarent. Certe non aliũ filium q̃ deũ habere decuit uirginem, præsertim uirginem talem: nec aliam matrem quàm uirginem tam præclarã

habere decebat deum. Te ô sacratissima uirgo Maria sibiipsi tam amabilē, tam desiderabilem, tam summe & singulariter, tam plene atq; totaliter complacentē fecit altissimus deus pater, qui te uoluit habere cōparentalem: deus filius, qui te elegit in matrē: deus spiritussanctus, qui te sibi preparauit in formosissimū ac toto orbe famosissimū templum, atq; in eius præstantissimā genitricem, à quo ipse uere procedit per emanationē adintra æternā. Tuam ô felicissima domina ac regina cœlestis, tuam speciē & decorem nō solū sol & luna, sed uniuersi electi ac ciues superni mirantur, admirandoq; intuentur, ac intuēdo inflammantur, sicq; in te & de te uehementer, imò ineffabiliter delectantur. Tu amantissima domina in utero tuæ matris sanctificata, egressa es pulchra, moxq; ut rationis cōpos es facta, in tantum quotidie in pulchritudine illa interna profecisti, tantumq; intus induisti decorē, tan tam sanctitatem atque perfectionem, quòd omnium supernorum ciuium in te prouocasti aspectum, & demum ipsius regis ac creatoris uniuersorū ad te animum inclinasti, ac deum deorum de summo cœlo in terram, de sinu patris in medium tui castissimi uentris traxisti. O uirgo prorsus mundissima, in cuius gremiū omnipotens ille rhinoceros caput suum ac uerticē reclinauit, seq; à te ô potentissima capi permisit. Ecce quomodo pulchritudo tua interna eum attraxit. Postremo, quemadmodū corporalis pulchritudo ex eleganti statura & proportionata membrorū cohabitudine, atq; uiuido quodam superfuso resultat colore, sic pulchritudo præ tacta interior, ex complemento perfectionis tanquā ex spiritali eleganti statura, & ex uirtuosorum habituum actuumq; eorum apta connexione & contemperatione, & item ex discreta directione, seu recta intētione resultare uidetur: Ideo sicut hæc omnia incomparabiliter extiterunt & præfulserunt in uirgine benedicta, sic & pulchritudo eius interna, incōparabiliter fuit grandis, iucūda, oblectans & attractiua.

Psal. 49 Num. 23.

Articulus XXIII. De perpetua uirginitate Mariæ sanctissimæ, & de immunitate eius ab omni peccato.

Sapien 6

INcorruptio facit eē proximum deo. Aeternum & inuariabile uerbum unigenitum summi patris, decuit de integerrima uirgine nasci. Et sicut habuit patrem sine matre in cœlis, sic congruentissimum fuit eum habere matrem sine patre in terris. Nec decuit unigenitū dei duos habere pr̄es immediatos. Rursus, quemadmodū purissima ē generatio eius ęterna, sic & purissimā quantū possibile erat, oportuit esse eius generationē temporalem ac maternalem. Filium quoq; dei tam excellentem ac patri æterno ęqualem, specialis imò & singularissima ex uirgine pura natiuitas condecebat. Nec condecens erat matrem tanti filij postmodum generationi uacare carnali. Ideo sicut per omnipotentiam deitatis Christus surrexit de clauso sepulchro, ita eadem uirtute processit ex clauso uirginis utero, tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Nec comparentalem deo patri & singularem ac unicā sponsam ipsius licuit unquā, presertim post uerbi in se incarnationē, uiro misceri. Conformiter, nullatenus decuit matrē dei ulla unquā culpa fuscari, & eā per quam cęteri sunt saluati, & per quā corrupti ac perditi & peccato obnoxij, sunt reintegrati, recuperati, purgati, decuit ulli unquā corruptioni, perditioni ac culpę quantūlibet modicæ subiacere, nec deo in aliquo displicere, sed potius (sicut præhabitum est) tanta puritate pollere, ut sub deo maior non possit intelligi. Hinc impijssimi, miserrimi ac odibilissimi hæretici, Hebion, Cherintus, Heluidius, his contradicentes, ęternaliter sunt confusi, damnati & reprobati. Absit absit, ut in amantissima ac spiritualissima & diuinissima dei sponsa ac matre dicatur unquam carnalis libido fuisse, aut sensualitatis motio ulla, imò hoc ipsum in sui filij dedecus redundasset. Præterea, si his obijciatur quod Augustinus dicit eam in passione sui filij dubitasse, nempe in Quæstionibus noui & ueteris testamenti, exponens illud Lucæ secundo, Tuam ipsius animam pertransibit gladius, ait per gladium illū, dubitationem MARIAE intelligi, quà in morte CHRISTI quodam dubitauit stupore. Cui uidetur consonare, quod dicit Basilius: Beatissima uirgo assistens cruci, & aspiciens singula post Gabrielis annuntiationem, post ineffabilem diuinæ conceptionis notitiam, post ingentem miraculorum ostensionem, animo fluctuabat: ex una scilicet parte uidens eum pati abiecta, & ex alia parte considerans eius mirifica: respondendum, quòd sapientissima & constantissima uirgo, quæ & filij sui passionem passionisque modum, clare ac distinctionem præcognouit magis quàm Dauid, Isaias, Daniel, aut aliquis prophetarum, in passione ipsius nullatenus dubitauit, imò fidelissima mansit. Ideo uerba Augustini & Basilij exponuntur non de dubitatione infidelitatis, sed admirationis, naturalisq;

pie-

pietatis,qua qs de ueritate aliquã omnino certissimus miratur, & per modum dubitantis stupet seu discutit qualiter res possit se ita habere,dũ uidet rei illi accidere,quæ uidentur ei maxime disconuenire,queadmodum innocentissimo atq; altissimo filio dei tam acerbissima & ignominiosissima passio minime competebat, & maxime disconueniebat per respectum ad eius dignitatem,innocentiã,uirtutes ac merita.

Articulus XXIIII. De uehementissima affectuosissimæ Mariæ compassione in filij sui passione.

STabat iuxta crucem Iesu Maria mater eius. Quàm præcordialissime & amarissime amorosissima,fidelissima ac benignissima mater uirgo Maria unigenito suo cõpassa sit in passione illius,ex multis potest perpendi: Primo & maxime ex incomparabili & ineffabili amore,quem ad dilectissimũ & unigenitũ suum habuit filiũ, q quãto præcordialiter atq; intensior extitit,tãto acerbiorẽ in corde pijssimæ matris produxit cõpassionem. Deniq; triplex fuit amor matris illius ad filium suum,uidelicet naturalis,acquisitus,gratuitus. Quorũ unusquisq; intẽsissimus fuit in ea,ut patet ex præinductis. Idcirco cõpassio illa materna ex cunctis illis emanans amoribus inenarrabiliter fuit pœnalis & dolorosa ac penetratiuua,corporali martyrio grauior,ac ipsa morte amarior: imò sicut in Christo patiẽte dolor cõpassionis,quo ingratis ac perituris præsertim populo peculiari, ad quẽ fuerat missus,condoluit: dolorẽ corporalis passionis excessit & uicit. Sicut in benedictissima matre dolor compassionis dolorem corporeæ transcenderat passionis. Secundo potest istud perpendi ex hoc, q mitissima uirgo prorsus affectuosissima, dispositionem filii sui in corpore & anima præ cæteris omnibus clarissime nouit: sciuit quippe quòd esset nobilissimæ & omnino tenerrimæ,recentissimæ ac uiuacissimæ complexionis in corpore. Vnde pependit q cruciamenta illa corpori suo afflicta erãt ei ineffabiliter pœnosa ad sustinendum: quodq; separatio illa corporis sui dignissimi ab aĩa sua sanctissima fuit uiolentissima. Nouerat quoq; dulcissima mens materna inæstimabilem innocentiã filii sui,& oẽm charitatem, pietatẽ,mãsuetudinemq; ipsius. Ideo inæstimabiliter ei condoluit, potissime q à crudelissimis ac impiissimis illis ribaldis tam irreuerentissime ac immisericordissime tractabatur. Nã & filii sui dignitatem immensam secundũ suã diuinã naturã, indicibilẽ quoq; scd'm assumptam humanitatem certissime sciuit. Tertio idẽ perpẽditur ex dispositione ipsius mr̃is cõpatientis,quæ tota piissima,mitiss. misericordiss. extitit etiã ex dispositione ingenita: ideoq; ad compatiendũ intense,summe disposita. Quarto,qm̃ sciuit q non pro seipso,sed pro cæteris uniuersis: imò & pro salute ipsius matris asstãtis ptulit cuncta. Quinto perpẽdit istud ex multiplicitate pœnarum filii sui quas intuebatur, atq; ex diuturnitate afflictionis ipsius,ex quibus omnibus piissimæ matris compassio continue augebatur. Quod posset prolixe probari,totam passionis historiam pcurrendo,sed prolixitatem uitando breuiter tangi potest. Primo itaq; grauissime doluit amantissima domina, quando in die cœnæ recessit à filio suo,hora cœnæ instante,circa q eum amplius non uideret nisi in manibus inimicorum,quoniam nocte illa eum nouerat capiendum,sicut ipse euidenter prædixit. Idcirco ab illa hora fuit inæstimabiliter anxia,solicita,dolorosa. Secundo uehementissime augebatur dolor,angustia atq; compassio eius,dum primo audiuit charissimum filium suum esse iam captum ac crudeliter tentum: tunc nanque creditur præ dolore mox corruisse in terram. Tertio dum uidit eum ligatum duci ad Pilatum, miserabiliter immutatum, consputum,cæsum,afflictum,dolentem ac mœstum. Quarto,quãdo audiuit sanctum sanctorum dilectissimũ filium suum multipliciter atq; falsissimæ accusari ac blasphemari. Quinto,dũ uidit eum ab Herode illusum,contemptũ,ac pro fatuo reputatum, ad Pilatum remitti. Sexto dum uidit eum inhumanissime flagellari. Septimo dum ipsum sic flagellatũ,spinis coronatum,purpurea ueste indutum,uidit à Pilato educi ac populo præsentari, quod reuera fuit tenerrimæ & affectuosissimæ matri intolerabile pœnalissimumq; spectaculũ. Octauo dum audiuit incomparabiles inuidiosissimosq; Iudæos clamantes,Tolle,tolle, crucifige eum. Nono dum uidit quod potius elegerunt latronem quàm Iesum sibi dimitti. Decimo quando aduertit eum morti adiudicatum. Vndecimo quando conspexit eum proprijs humeris crucem sibi baiulantem,duci ad mortem. Duodecimo dum uidit eum cruci affigi, quod super omnia pœnalissimum erat conspicere. Tertiodecimo dum uidit eum iam crucifixum à sceleratissimis, derideri, blasphemari, aceto & felle potari. Quartodecimo quando audiuit eum se matrem alloquentem atque dicentem, Mulier ecce filius tuus: Deinde discipulo, Ecce mater tua. Cuius uerbi recordatio sola

Ioan 19.

Matt 27.

Matth.

Iohan 18

nostra (quis dura & saxea) corda scindit: quanto magis realis illa auditio tuam penetrauit, scidit, punxit benignissimam mentem ô dulcissima mater? Quintodecimo, quando audisti
Io.19 eum dicentem, Sitio: imò & antea quando dixit, Pater ignosce illis. Sextodecimo, quñ audi-
Psal.21. Mat.27. sti eum pre intolerabili poena clamantem, Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? quæ uerba omnia interiora tua, amantissima domina perfoderunt. Septimodecimo, dũ ui disti eum in tantis constitutum tormentis, se ad expirationem disponere, & iam totum ex haustum, desiccatum, extenuatum tam miserabiliter, poenaliterq; pendere, q nunq̃ homo
Psal.30. in mundo uisus est tam lamentabiliter se habere aut dispositus esse. Octauodecimo, dũ au disti eum ualide exclamare, Pater in manus tuas cõmendo spm̃ meum: sicq; inclinato ad te capite suo, tradidit spm̃. Nonodecimo, dum primo considerasti eum iam mortuũ, quem
Mat.27. noueras esse omnium uitam & redemptorem. Vicesimo, dum latus eius uidisti lancea mili tis perforari: sicq; inauditã crudelitatem in mortuo exerceri. Vicesimoprimo, dũ eũ de cru ce depositũ accepisti in brachijs, & tenuisti in gremio. Vicesimosecũdo, dum eũ auellebant à pectore tuo ac sepelierunt, & tuo conspectui subtraxerunt. Certe uenerabilissima uirgo ac mater dignissima in hor; aspectu, auditu, præsentia, dolor parturientiũ fuit duplicatus in te. Mortuo aũt & sepulto dilectissimo filio tuo, ex consideratione fructus suæ sanctissi me passionis, & ex certa notitia sue resurrectionis mox future consolata est utcunq; mens tua purissima.

Articulus XXV. An gloriosa & benedicta uirgo Maria, filio suo in cruce pẽ dente, habuit gaudium ex consideratione fructus dñicæ passionis.

Cant.8. Pone me ut signaculum super cor tuũ, ut signaculũ super brachia tua. Questio ista est, utrum Christo patiente, beatissima uirgo simul habuit dolorem compassionis & gaudiũ congratulationis, quemadmodũ ipsemet Christus tunc habuit summũ gaudium maximumq; dolorem, & uidetur q non: quĩa sacratissima uirgo fuit tũc tota absorpta dolore, nec uidetur tunc actualiter considerasse fructum passionis filij sui. Nam anima circa unum uehementissime intenta, ab aliorum cõsideratione impeditur, mo tus quoq; maiores expellunt impediuntq; minores. Insuper, dolor & gaudiũ uidentur cõ trariari, nec simul posse eidem inesse. Præterea, gaudium causatur ex apprehensione boni conuenientis & unione potentie ad obiectũ conueniens. Dolor uero seu tristitia ex appre hensione perceptioneq; mali & unione cum illo. Nõ aũt uidetur possibile, animã simul ad diuersa conuerti tanq̃ ad terminos: sed oppositũ huius apparet, quoniã uirgo dignissima fuit sapientissima & cõtemplatrix illuminatissima mysteriorum filij sui, & optime sciuit q passio eius esset dei pr̃is maxime honoratiua, atq; totius humani generis redẽptiua. Cũ er go ipsa felicissima Maria fuerit in amore dei & proximor; summe perfecta, ac maxime ze lans & cupiens dei honorem & proximor; redemptionem: quor; utrunq; agnouit per sui passionem filij procurari: ergo de filij sui passione ut tam fructuosa, summe gaudebat secũ dum superiorem sue anime partem. Circa huius dubij solutionem pensandũ, q passionem Christi debemus multipliciter considerare. Primo ad recolendũ, ne tãti beneficij simus im memores, qm̃ maxima pars ingratitudinis est, beneficij impensi obliuio. Scd̃o ad compati endum, inquantum innocentissimus dei agnus tot & tanta absq; suo tolerauit demerito.
Gal.5 Tertio ad imitandũ Christi uestigia: ut crucifigamus corpora nostra cum uitijs & concu piscentijs: & charitatem, pietatem, patientiam, fortitudinem, mãsuetudinem, ceterasq; uir tutes, quas Christus in sua passione nobis ostendit ac docuit, imitemur. Quarto ad gratulã dum, inquantum passio Christi fuit tunc fructuosa. Quinto ad admirãdum, q unigenitus dei tot ac tanta pro nostra sustinuit redemptione. Sexto ad regratiandum de beneficijs tã tis. Septimo ad inflãmandũ, ut ex consideratione passionis dñicæ, & charitate ac fructibus eius, diuino accendamur amore. Octauo ad cõteplandũ, q a in Christi passione possumus & debemus dei patris, imo & supergloriosissimæ trinitatis sapientiam, misericordiam atq; iu stitiam contemplari, imò & charitatem eius ad genus humanum. Iuxta hunc modum opi nati sunt aliqui, q serenissima uirgo Maria, durante passione filij sui, non solum uehemen tissime doluit atq; condoluit de passione illa, inquantum fuit ita lesiua & afflictiua, sed etiã uehementissime gloriabatur, inquãtum passio illa fuit tam saluberrima ac fructuosissima, ut est tactum. De hoc sic scribit Albertus: Hoc priuilegium, quod est communicatio passi onis Christi, duo importat: Primum est, actualem fidem crucifixi dei & hominis. Scd̃m est per se passio ex compassione patientis: & fuit quadruplex diuersitas respectu dñicæ passio nis. Quidam enim nec habebant fidem nec compassionẽ, ut crucifixores & eis consentien

tes

tes,blasphemantes ac irridentes. Quidam habebant compassionem non fidem,sicut apo- Matt.27.
stoli & mulieres qbus dñs dixit: Filiæ Ierusalem,nolite flere super me: quidam habebant fi Luc.23
dei cognitionem,sed non cōpassionē,ut angeli,& alij extra statū uiæ positi,& latro electus
q habuit fidē,sed nō cōpassionē per se,qa circūdatus fuit propriæ mortis passione. Sola aūt
beatissima uirgo fidē tunc habuit,& cōpassionē crucifixi dei & hois,atq; per se passionē ex
cōpassione patiētis. Concedimus etiā,q sicut dñs Iesus Chrs simul habuit summū gaudiū
& summū dolorem, sic dña simul habuit summam compassionem & summam congratu-
lationem,compassione existente in natura,simul & in ratione ut natura. Congratulatione
aūt in ratione ut ratiōe. Vel dicatur,q summum tristabile in tali materia potest dupliciter
accipi. Vno modo ut summe cōtrarium appetitui,& sic summum infert dolorem. Alio mō
ut est uia ac medium ad summū delectabile: sicq; infert gaudium summum. Et sic anima
beatissimæ uirginis apprehendit mortem filij, ut summe contrariū appetitui eius naturali,
& sic intulit ei summū dolorem. Et ut medium in redemptione generis humani,& sic cau-
sauit in ea summam delectationem,& possunt hæc simul esse,quia unum materia est ad al-
terum. Vel secundum alium modum uia in alterum,mediumq; in illud: Hæc Albertus.
Quibus consonare uidetur,quod ait Ambrosius: Maria stetit iuxta crucē, non ut filij pas- Iohan.19
sionem uideret,sed ut mūdi redemptionem expectaret. Porro alij potius sentiunt, quòd
electissima uirgo Maria filio patiente ita fuit compassione,dolore,mœrore absorpta,quòd
fructū dñicæ passionis non attendebat, nec de resurrectione mox futura cōsolabat. & quis
habitualiter sciuit hoc,nō tñ actualiter attendebat,uel tenuiter ea pensauit. Vnde S. Pauli-
nus in epistola ad Augustinū testat,qd mors seu passio Christi in oculis astātis matris po-
sita,fidem resurrectionis cæcault,id est,ab actu impediuit. Cui concordare uidentur uer-
ba Augustini atq; Basilij,dicentium quòd Maria tūc dubitauit,quod ut ex præcedenti ha
betur articulo,de dubitatione admirationis, secundum Thomam in tertia parte Summæ
suæ: uel naturalis pietatis secundum Alexandrum de Halis super tertium Sententiarum,
est accipiendum.

Articulus XXVI. Cur Christus sapientia patris,uoluit suam dilectissimam ma
trem,passioni suæ esse præsentem.

EXeamus ad Christum extra castra,improperium eius portātes. Mirum uideri po- Hebr.13.
test,cur dominus & saluator,sine cuius prouidētia nil fit, sine cuius nutu nec foli-
um arboris cadit,uoluit innocentissimā atq; pijssimam matrem suā suæ adesse pas-
sioni,tanquam grauissima afflictione torqueri. Ad quod arbitror respondendum,
q non absq; sublimi consilio nec sine multiplici ac rationabilissima causa id uoluit ac per-
misit. Primo,quoniam præstantissimam suam genitricem uoluit nostræ salutis esse coope
ratricem præcipuam. Ideo uoluit ut sua fidelissima compassione uehemētissima ac mater-
na,mereret copiose exaudiri pro multis,& illis obtinere fructum dominicæ passionis,qui
eidem passioni sunt facti ingrati. Et item,ut incomparabilis domina suam charitatem,fide
litatem,constantiam,imò & fidem ad filium suū monstraret assistendo & condolendo ei
usq; in finē. Insuper,ut per hæc felicissima mater sibi ipsi inæstimabilem gloriā ac coronam
promereret: quia ut ait Apostolus,Si compatimur,& conregnabimus. Ideo sicut amantis- Rom.8
sima ac pclarissima uirgo Maria præ cunctis incōparabiliter ac acerbissime filio patiēti est
cōpassa,sic ei præ oībus est beatissime atq; dulcissime cōglorificata,& in omi felicitate simi
lima. Amplius,ut nos iugiter cōpatiamur nō solū Chro patienti,sed & mri cōpatienti: ac
per hoc plenius mereamur,ac per matrem accessum habeamus ad filium. Hinc scribit Al-
bertus, Vt Christus suæ matri daret præmium uoluit ei communicare passiōis meritū, & ut
ipsam participem faceret beneficij redemptiōis,participem esse uoluit, & pœnæ passionis:
quatenus sicut fuit adiutrix redemptoris per passionē, ita mater fieret omium per recre-
ationem. Et sicut totus mundus deo obligatur ob passionem eius,ita & beatissimæ dñæ
omnium obligaretur ob eius compassionem.

Articulus XXVII. An sacratissima uirgo Maria fuerat baptizata.

NIsi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum Iohan.3.
dei. Baptismus iuxta sanctorum doctrinam,est ianua sacramentorum,& sacra-
mentum necessitatis: ita quòd omnes tempore euangelij diuulgati teneñ ad il
lud,dummodo assit facultas. Et sicut sanctificati in utero tēpore legis Mosaicæ
circum-

Hiere.1. circumscisionem sumpserunt, ut patet de beatissimis Iohanne Baptista ac Ieremia. Sic & si
Luca. qui in euangelica lege sanctificarentur in utero, adhuc tamen deberent baptismũ accipere, tum propter Christi pręceptum, tum propter suscipiendum characterem quo baptizatus Christo interius conformatur, eiusq; populo annumeratur, tum propter grę incremẽtum, tum ut per corporalem baptizationẽ Christo passo & sepulto etiam corporaliter cõfiguretur. Hinc quoq; apostoli in circũcisione ab originali culpa purgati credũtur à Christo baptizati: prout de hac re doctores super quartum Sententiarũ, & in Summis suis plenius scribunt. Quamuis enim circũcisio in lege scripta, & baptismus in euangelica lege instituti sint contra originale peccatum, secundũ cõmunem cursum, tamẽ & alios habuerũt effectus salubres, & baptismus adhuc habet, propter quos possunt & sanctificatis in utero conuenire. Hinc immaculatissima & optima uirgo Maria fertur Christi baptismate baptizata: quæ etiã legi purificationis ex obedientia ac humilitate se subdidit. Et item, ob singu
Mat.3. laritatem uitãdam, ne baptismum uitãdo, uideret innocentiã suam iactare: pręsertim quia
Iohan.1. & innocentissimus atq; sanctissimus filius eius Christus baptismum sumpsit sancti Iohannis: item ob scandalum euitandum, & adhibendum exemplũ, ne persona quantũlibet eminens baptismum renuat saluatoris: atq; ob græ ac uirtutum augmentum, & meritorũ suorum supererogationem, & propter characteris impressionẽ sumendã, & ad ampliorẽ suã exaltationem, ac gloriã sempiternã: quia quo amplius ac profundius se humiliauit, eo gloriosius exaltari promeruit.

Articulus XXVIII. Vtrum pręstantissima uirgo Maria cętera quoq; euangelicę legis acceperit sacramenta: & specialiter an confitebatur.

Eccl.31. ESto in illis quasi unus ex ipsis. Totius humilitatis magistra & perfectissima Christi discipula, filij sui uestigia pfectissime est secuta: inde, ut propter motiua in præsenti articulo tacta, dicatur sacramentũ pœnitentiæ non uitasse, sed confessa fuisse præsertim Iohãni apostolo, cui fuit cõmissa, quãdo poterat opportune habere eius præsentiam, alias Iacobo Ierosolymorũ episcopo, aut forsan beatissimo Petro oĩm summo, non q directe dixerit se peccasse, sed gratijs ac beneficijs dei ex se incarnati, non esse plenarie gratam, nec condignas grates rependere posse deo: nec deum ut dignus extat diligere. Et ita se habuit potius per modum pœnitentis & confitentis, q̃ uere pœnitens aut confitẽs fuerit: prout pœnitere est pctã deflere, & de proprijs culpis dolere. Sacramentum uero ordinis fœmineo non conuenit sexui. Confirmationis autem sacramentum magis potuit ei competere, quod baptizatis datur ad robur, ad exercitia Christianæ militiæ, in qua ipsa strenuissima fuit, caput hostis uictoriossime conterens, oẽmq; aciem uitiorũ atq; tentationum promptissime & inuictissime prorsus expugnans & uincens. De sacramento etiã matrimonij non remanet quęstio. An uero sacramentum extremę unctionis acceperit, magis ambigitur, qm̃ sine dolore migrauit, cum unctio illa sit infirmãtibus constituta. Porrò, sacramentum Eucharistię creditur indubie suscepisse. Hinc scribit Albertus: Dicimus beatissimam uirginem accepisse omnia ecclesię sacramenta, quæ tempore suo omnibus hominibus fuerunt generaliter instituta & promulgata, omnibus obseruãda, ob maiorem sui ipsius humiliationem, ob scandali euitationem, ob pręcepti impletionem, ob meritorum supererogationem, ob hereticorũ confutationem, dicentium eam angelum esse non hominẽ, ob
Apoc.22. pfectorum instructionẽ, q̃tenus qui sanctus est sanctificetur adhuc: Atq; ob peccatorũ redargutionem. Suscepit ergo per baptismum, impressionem characteris, exercitationẽ uirtutis, augmentum in meritis. In sacramẽto cõfirmationis accepit alterius impressionẽ characteris, ampliorem meritorũ augmẽtationem: pfectiorem quoq; uirtutum exercitationẽ & declarationem. In sacramẽto altaris commemorationem dñicæ passionis, exercitationẽ actualis deuotionis, & consolationem de corporali absentia saluatoris. De sacramento pœnitentiæ accepit gratiam in excellenti æquipollenti, uidelicet pro contritione conseruationem innocentiæ, pro confessione gratiarũ actionem, pro satisfactione supererogationẽ. At uero si extremam unctionem suscepit, in ea completę uictorię pręteritę, & plenę glorię futuræ significationem percepit: ac loco remissionis uenialium, totius doloris mortis immunitatẽ, pro infirmitatis alleuiatione totius sui corporis glorificationẽ: Hæc Albertus.

Articulus XXIX. De duodecim priuilegijs mitissimę atq; sanctissimæ uirginis.

Apoc.12. SIgnum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Vere grande miraculum, magnũ signũ, diuinum præclarissimumq; prodigium est gloriosissima & pręamabilissima uirgo

Maria

Maria. Sicut hoc primo ostēsum est libro, hęc beatissima amicta ē sole iustitię, sole sapiētiæ infinitę, ꝟbo ęterno: de quo ait apostolus, Induimini dominū Iesum Christum. Et rursus: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hoc sole spiritaliter est amicta, induta, circūdata incomparabilis uirgo, cuius mentem sol luminis infiniti impleuit, circūdedit, ornauit, uestiuit, muniuit omni diuino charismate ac seipso. Etenī dominus in circuitu eius: dominus in templo sancto suo: Dominus fortitudo eius, robur, protectio, decor ipsi⁹. Ipsa quoq; circumdedit & uestiuit hunc solem, exhibens ei humanæ carnis substantiam, tanquam deitatis uestem & habitum. Deniq;, sub benedictæ Mariæ pedibus iacet luna, tanquam reginæ cœlorum prostrata, id est ecclesia militans, cuius aduocata est electissima uirgo Maria, per quam à sole iustitię illuminatur ecclesia, & accedendo ad ipsum iustitiæ solem, & minorationem lucis incurrit per elongationem ab ipso. Porrò, per coronam stellarum duodecim, quibus ornatur felicissimę uirginis caput, uertex & mens, intelliguntur duodecim eius prærogatiuę, quarum quatuor sunt cœlestes, quatuor ad corpus eius spectātes, quatuor quoq; ad mentē ipsius. Quatuor prerogatiuę cœlestes sunt superna suę natiuitatis promissio seu pręnuntiatio, angelica illa celeberrima salutatio, superuentio spiritussancti, ineffabilis conceptio filij dei. Prerogatiuę carnis sunt, ꝙ fuit uirginitatis primiceria, sine corruptione fœcunda, sine grauamine grauida, & sine dolore puerpera. Prærogatiuę cordis ipsius sunt, mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis. De his prerogatiuis loquitur plenius sanctus Bernardus, in sermone quodam de natiuitate excellentissimę uirginis. At uero Albertus ponit quatuordecim priuilegia uirgineę matris. Primum est, ꝙ nunquam peccauit, secundum ꝙ peccare non potuit: tertium ꝙ est uirgo & mater: quartum ꝙ est mater dei: quintum ꝙ est uirgo uirginum: sextum ꝙ nullius ignorantiam proprie habuit: septimum ꝙ habuit puritate in summo post deum: octauum ꝙ est mater omnium: nonum ꝙ quolibet motu suo promerebatur, id est, quolibet motu, actione & passione liberi arbitrij: decimum ꝙ est stella maris: undecimum quòd est porta cœli: duodecimum communicatio passionis dominicę, iuxta sensum pauloante expressum: tertiumdecimum, super omnem puram exaltatio creaturam: quartumdecimum, quòd est regina misericordię. Veruntamen quatuordecim ista priuilegia, ad duodecim possunt reduci, quia ad summam præclarissimæ puritatem reducuntur immunitas à peccato, id est, quod non peccauit, & quòd peccare nō potuit. Ad quod item redcuif, uel in q̄ potius includitur extinctio fomitis. Insup, per duodecim stellas intelligi queūt duodecim uirtutes morales, quę in summitate & termino excellētię radiabāt in mēte altissimę uirginis. Sic & duodecim fructus spiritus, qui eminentissime extiterunt in ipsa, ualent per duodecim stellas signari. Octo quoq; beatitudines, & quatuor uirtutes cardinales, accipi per duodecim stellas nil prohibet, sed ad instar stellarum coruscabant in corde Marię dulcissimę, tres uirtutes theologicę, septem dona spiritussancti, uirginitatis promissio, & euangelicorum consiliorum, quantū ad ipsam pertinebat impletio.

Rom. 13 Gala. 3 Psal. 88 Psal. 10. Psal. 45. Apocal.

Articulus XXX. De uirtute & efficacia nominis huius MARIA.

SAnctum & terribile nomen eius. Deus glorię, rex cœlorum, unigenitus patris, omnipotens sermo genitoris altissimi, unicam illam quam sibi prælegit & assumpsit in matrem, sibiipsi mirabiliter ac gratiosissime cōformauit, ita quòd sicut nomen eius est efficacissimum, uirtuosissimum, terribile impijs, dulce iustis, saluatiuum, consolatorium, iugiter recolendum, reuerenter ac deuote pronuntiandum, incessabiliter inuocandū, ita & nomen matris suę dulcissimę. Est ergo hoc nomen Maria ineffabiliter uirtuosum, directiuum, exhilaratiuum, suauissimum, terribilissimum, & omni preconio extollendum. Non quod nomen ex seipso, ut est prolatio quædam aut ex literis ac syllabis constans, hęc habeat, cum & multę personæ uitiosę, ac reprobę tali nomine nuncupentur, sed ex uirtuositate rei illius singularis significatæ, uidelicet uirgineę matris dei per ipsum, ob cuius beatissimę deiferę matris honorem, sanctitatem & gloriam, deus omnipotens hoc nomen Maria, ut est proprium nomen illius, tam honorabile, efficax, uirtuosumq; fecit & esse constituit. De quo apte ait Bernardus, Vbi & dum nomen Mariæ exprimitur, uires dæmonum effugantur. Non sic timent hostes uisibiles quamlibet castrorum multitudinem copiosam, sicut aereæ potestates MARIAE uocabulum, patrocinium & exemplum. Fluunt & pereunt sicut cera à facie ignis, ubicunque inuenerint huius nominis crebram

Psal. 110. Bernardus. Psal. 67

Psal. 73 recordationem, deuotam inuocationem, & solicitã imitationem: Ideo bene cõuenit ei: Tu confregisti capita draconis. i. dæmonũ uires abstulisti. O magna, ô pia, ô multũ amabilis ac suauis Maria: tu nec nominari potes, quin accẽdas: nec cogitari, nisi recrees affectus diligẽtium te. Tu nunq̃ sine insitę tibi dulcedinis aspsione portã memorię pie ingrederis. O uirgo purissima, ô mater deifera, ô Maria dulcissima, q̃ dulcis est tua memoria. De te cogitare, magna est cordis refectio: de te loqui, magna est consolatio: te inuocare, grãde est adiutorium in omni necessitate, tentatione, aduersitate: te sequi, est ad æternã beatitudinem recte ac saluberrime proficisci. Deniq; hoc nomen Maria in salutatione angelica, ex deuotione addidit sancta ecclesia: nullum em̃ nomẽ post Iesum est in cœlo uel in terra, quod ita deuotionem accendat cõpunctionemq́; excitet, consolationem ingerat, defensionem cõtra hostes exhibeat, sicut hoc nomen Maria: Ideo bene in Canticis dicit ei: Oleũ effusum nomẽ tuũ. Oleum quippe sup̃natat liquoribus: ita hoc nomen Maria supeminet post Christum cunctis nominibus. Hinc Maria interpretatur mare, q̃m sicut nullus ualet guttas maris dinumerare: sic misericordiã, gratiam, excellentiã gloriamq́; Mariæ, nullus potest exprimere. Hinc quoq; ait Gilbertus: Quẽadmodũ nebula matutina dissoluitur à calore meridiani feruoris: & sicut cera liquescit ac deficit à facie ignis: sic uitia quæq; atq; dæmonia uniuersa eorumq́; tentamenta fugantur ac pereunt potentia ac uirtute noĩs Mariæ sacratissimæ uirginis. Hinc sup illud nomen uirginis Mariæ Albertus: Hoc (inquit) nomen beatissimæ uirgini congruentissime adaptatur propter rei pfectionem, quę in hoc noĩe denotat, & ad exprimendum proprietatẽ conceptionis, quę hic annũtiatur: & ad designãdũ statũ mediationis beatissimę uirginis, qua mediante genus humanum per mare huius seculi ad portum cœli, exẽplo, suffragio & merito reuocat. Vnde Bernardus: Loquamur pauca de hoc nomine, quod interpretatur maris stella, & uirgini matri ualde congruenter aptatur: quoniã sicut sydus absq; sui læsione radium emittit, sic uirgo sine sui corruptione peperit filium: Nec radius syderi suã minuit claritatem, nec uirgini filius suã integritatem. Ipsa est nobilissima stella ex Iacob orta, cuius radius uniuersum orbẽ illuminat, cuius splendor in supnis pręfulget, & inferos penetrat, terrã quoq; perlustrans, & calefaciens mentes magis q̃ corpora: fouet uirtutes, & excoquit uitia. O quisqs in hoc seculo fluctuas, ne auertas oculos à fulgore syderis huius, si nõ uis obrui procellis. Si insurgant uenti tentationũ, si incurras scopulos tribulationum, respice stellã, inuoca Mariã. Si auaritia, si iracundia aut illecebra carnem concusserit, nauiculã mentis impulerit, intuere Mariã. Si criminum inumanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicij terrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, & desperationis abysso, in periculis, in angustijs, in dubijs Mariã cogita, Mariã inuoca, nõ recedat ab ore, non à corde: atq; ut impetres, orationis eius auxilium, non deseras, conuersationis exemplũ. Ipsam sequẽs, non deuias: ipsam cogitans, non erras: ipsa tenente, non corruis: ipsa protegente non metuis: ipsa duce, peruenies: Hęc Bernard^9: Præterea in reuelationibus sanctę Brigittę hinc narratur: Dixit gloriosissima uirgo ad Brigittã: Audi quantũ filius meus nomẽ meũ honorauit, nomen meũ est Maria: Hoc nomen dum angeli audiunt, gaudent & deo regratiant, qui per me & mecũ talem gratiã fecit. Et quoniã uidẽt humanitatem filij mei in deitate glorificatã, qui in purgatorio sunt, gaudent nomine meo audito, quẽadmodum æger iacens in lecto, cum audit uerbum solatij. Angeli etiam boni audito hoc nomine, iustis magis propinquant, & de eorum lætãtur profectu, quibus sunt ad custodiam deputati. Omnes quoq; dæmones uerentur hoc nomen Maria, & eo audito fugiunt. Sicut em̃ auis quæ in prædam fixit ungues suas & rostrũ, si audierit sonum, relinquit prędam: & dum nihil operis sequi uidet, reuertitur ad eandem: sic dæmones audito nomine meo, relinquunt animam tanq̃ perterriti, sed rursus reuertuntur & aduolant uelut uelocissima sagitta ad eam, nisi emendatio subsequatur. Nullus demum in uita hac est tam frigidus ab amore diuino, quin si inuocauerit nomen meũ cum integro proposito pœnitendi, statim diabolus ab ipso recedat. Nec aliquis est ita damnatus in inferno nec tam grauiter punitur in purgatorio, quin propter me minor sit pœna ipsius. Postremo, in apparitione cuiusdã boni defuncti in purgatorio diu atq; durissime cruciati describitur, ꝙ ipse defunctus uiro fideli, cui diu ac frequẽter apparuit, dixit se ob aliquas culpas in purgatorio dire punitum, de quibus sibi in confessionibus suis non fecerat conscientiæ remorsum. Quarum extitit una, ꝙ audito hoc nomine Iesus, aut nomine isto Maria, nõ inclinauit reuerenter cum capite. Quò constat, ꝙ unaquęq; persona fidelis debeat taliter inclinare cum audit hęc nomina IESVS, MARIA. Scio item per experientiam certam, ꝙ ad repellẽ

Marginalia: Cant. 1 (beside "tionem accendat"); Luca 1 (beside "mæ uirginis"); Bernardus (beside "portum cœli"); Numer. 24 (beside "nobilissima stella"); Nota. (beside "remorsum").

repellendum terrores,qui machinante diabolo,interdum contingunt in somno,imò & excitant dormientem,potissime ualeat,ut expergefactus mox dicat ex corde: Aue Maria gratia plena &c.usq; ad finem,& sæpius repetat: quoniã sic fugatur diabolus, acceditq; angelus,& domina suffragatur:& hoc ipsum in om̃i tentatione ita agendum est,& ita se habet. Hinc Honorius Anachoreta: Hoc inquit nomen Maria plenum est om̃i dulcedine ac suauitate diuina,dignum æterna memoria,omnium ore simul & corde celebrandum,inuocãdum & gloriosum. Ad laudem & gloriã omnipotentis,qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS Mariæ, Liber Quartus.

POSITVS est thronus matri regis quæ sedit ad dexteram eius. Deus gloriæ,dator munificentiæ infinitæ,cuius opulẽtia in seipsa penitus est immensa,imminorabilis,indeficiens, suiipsius maxime diffusiua,& nihilominus in seipsa permanens inuariabilis & perfecta,in qua est omnium bonorum & pulchrorum, omniumq; desiderabilium inexhausibilis, superplena ac superfelix possessio: hic uniuersorũ creator & rex,cœli & terræ possessor, ultra condignũ remunerat iustos,& citra condignum punit iniquos:quoniam miserationes eius sunt super omnia opera eius. Ipse supergloriosissimus deus diligentes se diligit,imò in dilectione præuenit eos:& hoc ipsum ꝙ diligunt eũ, benigne ipsis largitur. Ipse quoq; glorificantes se glorificat: & quanto quis cordialiori ac reuerentialiori affectu ipsum honorat,tãto ipse præclarius atq; felicius illum in regno cœlesti exaltat. Deniq;,quo quis feruentius ac syncerius diligit deũ, & ei cupit uniri ipsumq; intueri,tantò in patria claritatis æternæ ostendit se illi magis clare,magis iucunde ac gloriose. Porro,q̃ incomparabiliter excellentissima ac diuinissima uirgo Maria unigenitum filium suum uerũ deum sc̃dm utranq; ipsius naturã dilexerit ac uenerata sit in seculo isto, in præhabitis iam libellis utcunq; & pro uiribus est inductũ. Vnde certissime constat,ꝙ ipsa quoq; ab unigenito suo,oĩm iudice summo,incomparabiliter sit exaltata, glorificata ac remunerata in cœlis. Itaq; qm̃ in primo libello de excellentijs atq; præconijs incomparabilissimæ uirginis Marię ad corpus ipsius uirgineum pręsertim spectantibus,est tractatum: in secundo aũt libello de excellentia sapientię, scientię ac prudentiæ eius:in tertio uero de uirtutibus,sanctitate & meritis eius ad uim ipsius appetitiuã specialiter pertinentibus:superest nunc de felicitate,gloria & pręmijs eius,prout ipsa concesserit,meritisq; ipsius fuerit condonatum,tractare.

3.Reg.2. Psal.144 Prouerb.8 1.Reg.2.

Articulus I. Quod Christo per resurrectionem & ascensionem glorificato, benedictissima uirgo Maria cœpit etiam in hac uita cœliformiter glorificari.

SIcut abundant passiones Christi in nobis,ita per Christum abundat consolatio nostra. Dño nostro Iesu Christo super terram cum hominibus conuersante ac prædicante,pręstantissima ac dilectissima mater ipsius mente & corpore gradiebatur cum illo,atq; sermonibus,signis,uirtutibus ac gestis ipsius fuit summe intenta. In tribulationibus quoq; & persecutionibus unici & adorãdi filij sui unice ac pręcordialissime cõdoluit illi. Porro,filio eius in cœlũ assumpto,glorificato ac pręsidẽte,iam cor electissimę ac spũalissimę matris simul cum filio ascendit,quieuit & habitauit in cœlo: & illud Apostoli, Nostra conuersatio est in cœlis,excellentissime dicere potuit. Si em̃ ut asserit Augustinus, uerius est anima ubi amat q̃ ubi animat,consequens est ꝙ sacratissimæ Marię uirginis anima tãto uerius fuit cũ filio suo in cœlo q̃ in proprio corpore in terra, quãto filium suũ pre omnibus,imo & plus q̃ seipsam dilexit, potissime cum & filius eius ueritas summa testetur: Vbi fuerit thesaurus tuus,ibi erit & cor tuum. Quis aũt benedictæ & gloriosę Mariæ thesaurus,nisi unicus & amantissimus filius eius? Hinc dicitur: Vbi amor,ibi oculus: qa in illũ interior exteriorq; ocul' dirigi solet,qui magis diligitur, & in quem fertur dilectio,atq; in

2.Cor.1. Baru.4. Philip.3 Augustinus. Matt.6

quo quiescit affectio. Tunc itaque contemplationi gloriæ filij sui serenissima uirgo Maria fuit omnino continue siue assidue prorsus intenta non sine consolatione interna, imò quo præillustrissimo filio suo uehementius fuit compassa, eo decentissimum extitit, ut illo iam

Luc.1 glorificato, ipsa quoque præ solito quotidie desuper consolaretur, exhilararetur & exulta-

Psal.93 ret in spiritusancto: ita quòd eminentissime dicere potuit deo: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuę lętificauerunt animam meam. Hinc quãto de Christi passione uehementius fuerat contristata, afflicta, compassa, tãto de fructu passionis ipsius post missionem spiritussancti cordialius letabatur in domino: uidens quotidie tot milia passim conuerti ad fidem. Primo, in populo Iudęorum: deinde in gentibus. Et quamuis fidelibus pro Christo aduersa quàm plurima, & amarissimas mortes assidue patientibus pie condoluit, attamen de illorum constantia, patientia, meritis & præmijs multo abundãtius gloriabatur ac regratiabatur altissimo. Iamque tota mente fuit suspensa in cœlum, quietem, silentium ac solitudinem diligens & complectens, quantum permisit charitas proximorum, pro quorum consolatione, ædificatione, instructione, opportunis temporibus exhibuit se gratiosissime prorsus affabilem ac præsentem. Erat quippe cunctis fidelibus, imò & sanctis apostolis dulce cõsolatoriumque spectaculũ ipsam uidere, audire, sectari, quã

Psal.49 certissime nouerãt uerã matrẽ dei deorum, omnique angelorum ordini meritis iam prælatã, ac paulo pòst premijs preferendam, dignitate quoque maternitatis dei ineffabiliter omni suppositam purę creaturę in esse creato subsistenti.

Articulus II. Quòd dignissima uirgo Maria cõpleto uitę huius curriculo, uere sit mortua: & de specialibus gratijs ei circa mortem concessis.

Psal.88 QVis est homo qui uiuet, & non uidebit mortem? Sicut ad Hebręos affirmat Apls:

Heb.9. Statutũ est hoibus semel mori. Sic beatissima dña uirgo Maria per corporalem mortẽ migrauit à seculo isto, & aĩa eius sanctissima per mortẽ fuit à sacratissimo suo corpore separata, ita quòd non fuit in cœlo assumpta simul cũ corpore & aĩa absque prima morte. Veruntñ ut in sermone de assumptione Mariæ dulcissimę scribit Hieronymus. Quidã fideliũ ambigebãt an simul cũ corpore & aĩa fuerit absque morte assumpta, an relicto corpore aĩa eius migrauit primo ad dñm. Quocirca refert Hieronymus, quemadmodũ sepulchrũ purissimę uirginis ostendat in uallis Iosaphat medio, ubi in eius honore pulcherrima fuit constructa ecclesia, in cuius medio eius cõspicit monumentũ: estque uallis illa inter urbẽ Ierusalẽ mõtemque Sion sita: & circa eundem locũ credit post Chri ascensionem scdm Hieronymũ habitasse, qm locus ille sic situs est, ut ab eo faciliter poterat sacra dñicę passionis, sepulturę atque ascensionis loca adire: sicque pro certo relinquit eam mortuã ac sepultam fuisse, sicut uere fuit mortalis. Porrò circa mortem benedictissimę uirginis, quinquepertita grã est ei cõcessa. Prima, quòd diẽ mortis suę ex diuina reuelatione cognouit: secunda quòd mox moritura fuit à filio suo adorando ad glorã inuitata: tertia quòd obijt sine dolore: quarta quòd protinus euolauit: quinta quòd paulo pòst resurrexit atque cũ corpore & aĩa in cœlũ conscendit: prout infrà clarius ostendetur.

Articulus III. De quatuor primis gratijs istis.

Cant.5. VEni in hortũ meum soror mea spõsa. Hæc est unica & amãtissima dei, quę à nullo illustrium superatur. In qua collectę & superabundantes fuerunt gratię creatoris, ita quòd dona supernorum charismatum alijs per partes atque diuisim collata, ei simul ac plene sunt data. Quid igitur mirum, si dominus uniuersorum, qui sanctis apostolis Petro, Iohãni multisque alijs: imò & Cypriano, Antonio, Martino, Benedicto, ac cõsimilibus utriusque sexus sanctis, diem mortis eorum prędixit, suę etiã prędilectissimę, dignissimę atque incõparabiliter sanctæ matri pręnuntiauit diem obitus sui in signum præcipuę dilectionis suæ ad ipsam, ac merito sanctitatis eiusdem. Prętere, Iohannem apostolũ Christus eidem cum alijs apparẽs apostolis inuitauit ad mensam ac ad epulas paradisi cœlestis: Veni inquiens mi dilecte, ut cum fratribus tuis epuleris. Cõformiter sacras uictoriosasque uirgines in martyrijs cõstitutas, Catharinam, Barbaram, Agatham, ad cœlestes nuptias inuitauit, imò multis utriusque sexus martyribus in carceribus & tormentis apparuit, ut Marco, Dionysio, Theodoro: & ipsos cõfortans ad æternę felicitatis inuitauit delicias, multo magis est credendum, quòd incomparabiliter prędilectam, uirtuosissimã ac sacratissimã suã matrem ad supernę beatitudinis inuitauit dulcedinem, affectuosissimis utique ac suauissimis uerbis, quæ in Cãticis sunt expressa, & ibi erãt prędicta. Insup, quod sapientissima & cõtemplatiuissima uirgo Maria obierit sine dolore, hinc uidet, quia in filij sui passione præ compassio

passionis acerbitate plus fuit q̃ martyr, & nisi fuisset diuinitus conseruata atq; à morte præseruata, spm̃ exhalasset. Tunc quoq; perforata est gladio, aureolamq; martyrij ferí promeruisse. Idcirco condecuit, ut in morte esset à dolore immunis. Pręterea ad amplexus sponsi cœlestis, & ad facialē dilecti sui intuitum cum inęstimabili & incomparabili aspirauit ardore. Diuinorum quoq; ac supernorum contemplationi erat profundissime ac lympidissime tunc intenta. Ergo prę spiritalis suauitatis affluentissima experientia, ac feruentissima dilectione separabaf sine pœna à corpore. Pręsertim cū multi martyres utriusq; sexus in atrocissimis suis martyrijs prę nimia exuberātia & redundantia internæ cōsolationis spiritalis & lætitię, sua uix senserunt tormenta, & gloriabantur in illis, sicut in cunctis delitijs, ut patet de sanctis, Laurentio, Vincentio, Agatha. Amplius, de sancto Iohanne fertur apostolo, q̃ facta oratione, ad suos est appositus fratres, tā alienus à mortis dolore, q̃ immunis à carnis corruptione. Sed uirgo dignissima incomparabiliter fuit à carnis corruptione alienissima, & sanctior digniorq; ipso Iohāne, ergo priuilegio gratiæ huius præclarius honorāda. Præterea homo actibus unius potentię uehementer intentus, aliarum uirium actiones & passiones, aut minus, aut prorsus non sentit. Propter qđ Moyses & Helias ac plures euangelistæ legis sancti, diuturnas ac miras ieiunationes ac abstinentias sine defectu fecerunt. Cum igitur beatissima uirgo Maria fuerit tēpore mortis suę actibus superioris partis aīæ uehementissime ac iucundissime occupata, potuit anima eius à suo sacratissimo corpore sine dolore sensibili, cum ingenti lętitia separari. Ad quod probandum etiam confert, quod de seipso fatetur Apostolus, Scio hoiem raptū siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit. Vnde elicitur, q̃ anima separari & exire queat à corpore homine ignorante, nec sentiente, q̃ in Maria summe theorica ac diuina maxime creditur adimpletum. Aliqui quoq; catholici uiri sunt fassi se interdū tanta spiritali iucunditate repletos ex auditu concentus angelici ac melodiæ cœlestis, aut diuinorꝫ pręgustu, q̃ eis apparuit, quod aīæ eorum à suis prosilirent corporibus. Hinc quoq; in Vitispatrum de quodā recitatur mendico, in plateis moriente deuoto & sancto, q̃ Michael & Gabriel descenderunt ad eum, eiusq; animā hortabanf exire de corpore. Qua nolente suum corpus relinquere, dixit Gabriel sanctus beatissimo Michaeli: Accipe iamnunc animā istam ut eamus. Responditq; Michael, Nō potest sic fieri: qm̃ dn̄s iussit, ut sine pœna uoluntarie eijciatur de corpore. Tūc dn̄s dixit: Ecce mitto Dauid cum cithara, & oēs psallentes Ierusalem: qbus uenientibus atq; psallentibꝰ aīa illa prę gaudio exiliuit de corpore, & sedit in manibus Michaelis. Si hoc aut tale qd datum est dei famulis ac ancillis, quanto magis innocentissimę uirgini, quæ nunq̃ alicui culpæ fuit obnoxia, & tanta passa est in hac uita. Postremo, de multis utriusq; sexus personis eximię sanctitatis fidedignę narrant historię, q̃ lenissima morte recesserunt à corpore, dulciter obdormiētes in dn̄o, quasi in soporem subitū resoluti, ut patet de sacratis Maria Magdalena & Maria Aegyptiaca, quæ tamen interdum magnę peccatrices fuerunt. Nonne ergo prorsus credendum est pieq; sentiendum de incomparabili & sacratissima uirgine Maria matre deifera, quod sine dolore obierit, cum & aliqui in hoc mundo ita nonnunquam rapiantur ad dominum, quod durante huiusmodi raptu, nō sentirent, quamuis eis manus & pedes amputarentur.

Luc.2.

Num.20.

2.Cor.12

Mar.8.

Articulus IIII. De quinta gratia circa mortem beatæ uirgini Mariæ collata, quòd scilicet corpore & anima sit glorificata, & gloriosissime in cœlum assumpta.

Veni de Libano sponsa mea: Veni de Libano, ueni. De splendidissima, optima & gloriosissima uirgine Maria, sancti apostoli & euangelistę pauca scripsisse uidētur, nisi quod sanctus Lucas plus cæteris scripsit de ea. Porrò, ultimū quod de ipsa in Euangelistis narratū est, quòd interfuit passioni unigeniti filij sui, & ibi à filio suo est affata, atq; Iohanni aplo cōmendata. In Actibus uero apostolorꝫ hoc solū & ultimum recitatur de ipsa, quòd apostoli post Christi ascensionem à monte Oliueti reuersi, in cœnaculo permanserunt cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. Sed q̃uis apostoli & euangelistę pauca nobis de ipsa reliquerunt in scriptis, tamē eoipso quo docuerunt & conscripserunt eam esse matrem uirgineā ueri dei, uidelicet Christi filij patris æterni, eam excellentissime laudauerunt, extulerunt, omniq; purę prętulerunt creaturæ, atq; copiosissimā & quasi immēsam nobis reliquerūt materiā, incitamēta & causas laudādi, magnificādi & glorificādi eandē, ita ut oia illa benedictissimę ascribamus Marię, quę genitrici ueri dei decet ascribi. Ad qđ primo oim pertinet, ut cōfidenter & indubitāter dicamꝰ

Cant.4.

Iohan.19.
Act.1.

eam ab oipotente & supoptimo filio suo prę omni creatura pura honoratā, impletā & glorificatā. Et item, q dilectissimā matrē suā sibi plenissime, integraliter atq; totaliter sociauit in cœlis, hoc est, in aia & corpore. Deniq;, materialia inaiataq; tēpla sua deus omnipotens honorat & conseruat in esse, nec solet permittere q destruanī, nisi ob plebis pctā. Cūq; ex naturalibus cœperint causis corrumpi, excitat mētes fideliū ad instauratione illorū. Quō ergo putādū est, q amantissimę matris suæ corpus dignissimū ex supsius reali inhabitatione deificatū & propriissime factū ipsius templū, tabernaculū, reclinatorium, arcā ac thalamū uiuum, aiatum & sanctū, permiserit cōmuni lege resolui, incinerari, putrefieri, dissipari, & non potius post mortis ruinā protinus instaurauerit illud, suę aię illud iterū uniendo, iustisq; pmijs remunerādo ac sublimādo? Præterea, proles est aliqd suæ mřis, pręsertim q̄tum ad corpulētam substantiā, utputa ex substātia matris nata: mater quippe in gñatione prębet materiam proli: Ideo electissimū & sacratissimum corpus illud uirgineum, ex quo & in quo incarnatum est uerbum dei patris æternum prorsus, condecuit Christi corpori sociari, quemadmodum totū parti. Amplius, sicut incōparabilis & delectabilissima uirgo Maria, sua purissima carne deū filium ex se natū unice ac singularissime honorauit, ipsum intra se affectuosissime, reuerentissime atq; humilime baiulando, alendo & deinceps pariēdo, ac natum ex se cum inæstimabili reuerentia & charitatis ardore, ac profundissima humilitate contrectando, lactando, ac omne maternitatis obsequium fidelissime ac diligentissime impendendo, sic & ipsa ab eodem filio suo promeruit unice ac singulariter in corpore & anima honorari ac pręmiari. Idcirco sic honorauit ac glorificauit ipsam filius eius in corpore & anima, non differendo resuscitationem & glorificationem præstantissimi corporis suę matris, usq; in finem mundi iuxta communem legem, sed priuilegiādo eam per plenam ac celerem resuscitationem & glorificationem in anima sancta & corpore benedicto. Insuper, corpus illud ineffabiliter dignificatum ex dei conceptione, incarnatione, inhabitatione, educatione, contrectatione, non decuit remanere in terris, neq; abscondi in ea, & sine honore relinqui in ipsa: cum inferiorum sanctorum corpora tam subtiliter sint manifestata, & honorata à deo, & à fidelibus uisitentur ac honorentur. Præterea, tam electissimam, præstantissimam atq; sanctissimam matrem dei non decuit communi lege, miserabili conditioni, consuetæ resolutioni seruorum ancillarumq; subijci, sed corpori sui filij copulari ac consedere, quemadmodum cernimus regem & reginam: reginam quoq; & eius filium in eadem mensa locari ac thronis propinquis sedere. Adhuc autem Christus dominus & saluator, deus iudex & omnium dominator, non solum sapientissimus, sed & sapientia ipsa æterna, increata, immensa, fuit Salomone incomparabiliter probior, munificentior, magisq; gratus. Salomon autem matrem suam ad se uenientē adorauit: & primo in proprio throno, deinde in throno collaterali fecit eam sedere. Multo magis Christus matrem suam sibi totaliter ac singulariter, imò & proxime in regno gloriæ sociauit. Præterea, quò filius bonus ac potens, diues ac sapiens, matrem suam feruentius amat, eo plus satagit & festinat eam remunerare, exaltare honore ac pręmio, quos ab ipso promeruit, quantum rationabiliter fieri potest. Cum igitur serenissima uirgo Maria meruerit à filio suo in corpore & anima præclarissime glorificari, & filius eam incomparabiliter amet præ cunctis creatis: constat quod eam post eius mortem celeriter in anima & corpore sublimauit: præsertim, quia hoc decuit eum, & potuit illud: imò ad laudem & honorem spectat ipsius, quod matrem suam humilimam sic glorificare anticipauit. Amplius, sicut eam in uita hac singulariter per dona gratiæ exaltauit, eamq; mente & corpore ineffabiliter ac misericordissime adimpleuit, habitās in ipsius uentre materialiter, atq; in ipsius mēte spūaliter: sic decētissimū fuisse uidet, quod ipsam post uitā hāc singulariter ac plenarie p dona glīæ sublimauit. Rursus, ut ait Philosophus, Dijs, parētibus ac magris nō potest reddi ęqualens. Et q̄uis hoc in Christo & matre eius uirginea patiatur instantiam, nihilominus ad gratitudinem, probitatem, liberalitem & dilectionem dei incarnati pertinuit, quod affectuosissimam ac fidelissimam, obedientissimam ac uirtuosissimam suam matrem tanta remuneratione & gloria protinus honorauit, quātis ipsa promeruit, imò & ultra, prout capax fuit ac decuit. Meruit autem in anima & corpore glorificari plenissime: mox ergo eam adorandus filius ita glorificauit. Ad quod probandum possent multæ consimiles rationes proferri. Nam & sanctus Augustinus hoc ipsum rationabiliter persuadet, cuius argumenta satis sunt nota. Idem fatetur & asserit deuotissimus summæ MARIAE cultor & puer Bernardus, doctissimus quoq; theologus Iohannes Damascenus, & S. Germanus Constantinopolitanus antistes

Corpus mariæ quantæ dignitatis.

3.Reg 4.
3.Reg.2

Augustinus.

antistes, imò & sanctus Cosmas, apostolorum uicinus tpibus. Idem per diuersas reuelationes ostensum est: quod etiā Honorius anachoreta in suo fatetur libro de Laudibus beatissimę uirginis, de cuius preconijs XII. lib. scripsit. Albertus etiā in lib. suo de Laudibus sacratissimę uirginis, hoc multipliciter probat atq; affirmat: quę oīa nimis prolixū est recitare: de qbus tñ infrà quędā tangent. Et certum est, φ aīa naturalē inclinationē habet ad corpus suum, etiā aīa glorificata ad corpus suū glorificandū, quod secum cupit glorificari, nec sine illius glorificatione glorificat perfecte, nec uestit duplicibus. Decuit ergo Chrm suæ obedientissimę ac syncerissimę matris naturalē inclinationē in isto mox adimplere, & eā plene in aīa & corpore felicitare: de quo & si uellē dubitare, non possem. Cur ergo Hieronymus hoc reliqt sub dubio in sermone? Respondit Albertus, φ ideo, qm̄ loqtur ut interpres scripturę, propter qd noluit affirmare, nisi quod p Biblia est expressum. Augustinus u°o, cuius autoritas nō est minor q̄ Hieronymi, loquit ut inuestigator expositorq; scripturæ. Idcirco & istud asseruit, quod ex scripturis fit consequens, nulla ratione aut autoritate repugnāte. Ecclesia quoq; non determinauit istud esse sub dubio relinquendū: idcirco non prohibet istud asserere. Apoc. 19.

Articulus V. An ex uerbis magni & sancti Dionysij queat probari, sacrosanctā dulcissimamq; Mariam in corpore & anima esse assumptam.

NOnne dominus fecit sanctos suos enarrare mirabilia sua, quę confirmauit omnipotens dominus stabilis in gloria sua? In Aurea legenda sanctorum ad probandum, in expiratione & assumptione excellentissimæ uirginis conuenisse apostolos, allegatur diuinus Dionysius 4. capitulo de diuinis nominibus loquens ad Timotheū: Nos ut nosti & multi ex fratribus nostris ad uisionem corporis, quod deum suscepit, & principis uitæ cōuenimus. Præsto autem erat Iacobus frater domini, & Petrus eximia & maxima theologorum summitas. Deinde placuit ut post uisionem uniuersi summi sacerdotes hymnizarent, prout unusquisq; esset idoneus, immensę uirtutis bonitatē uiuificę infirmitatis. Hanc autoritatē Albertus quoq; allegat ad persuadendū Mariam dignissimā in corpore & aīa esse assumptā, hac utens translatione, qm̄ & apud ipsos deo acceptos nostros hierarchas, qñ nos, ut nosti, & ipsorum multi nostrorum sanctorum fratrū cōuenimus ad uisionē uel diuisionē corporis uitę principis, & quod deū suscepit. Aderat aūt & frater dñi Iacobus & Petrus summa & prouectissima theologorum summitas. Super quæ uerba, ut addit Albertus, glossa uult maxime, φ in dormitione dñæ nostrę fuerūt prædicti apostoli, & beatus Dionysius & magister suus Hierotheus. Et post assumptionē corporis fecerūt collationē, & Hierotheus fuit rapt⁹. Sicq; uidet approbare hic Dionysii textus cū glossis suis, qd legit de assumptione gloriosę uirginis corporali: hæc Albertus. Insup, tertia habet trāslatio, qm̄ & ipsis deo acceptabilibus, nostris summis sacerdotibus, quō & nos, ut æstimat, & tu & multi sanctorum fratrū nostrorum in uisionem uitā inchoantis, & deū recipiētis corporis conuenimus: Aderat aūt & dei frater Iacobus & Petrus uertex & honorabilissima theologorum summitas. Deinde post uisionē placuit laudare summos sacerdotes, prout unusqsq; erat idoneus, multū potentē diuinę infirmitatis uirtutē. Hæc theologissimi Dionysii u°ba obscura sunt, & fateor φ ad prętactū sensum ualeant applicari. Nihilominus ab alijs aliter exponuntur, qui per corpus uitæ principis intelligunt corpus Christi, quod uitam gratiæ inchoauit & deum suscepit, quoniam templum extitit deitatis, qua personali unione assumptum est in persona uerbi æterni. Hinc Abbas Vercellēsis, qui in libris diuini Dionysii studiosissimum se per uiginti annos fuisse testatur, transtulitq; eosdem non ut alij trāslatores, in stylo difficili, sed ad stylum facilimū ita interpretatus est locum istum: Perfectionem Hierothei Dionysius sanctus insinuat ex trāscendente atq; extatica laude diuinæ bonitatis humanā infirmitatem assumētis in ciuitate Ierusalem iuxta sepulchrum domini, in præsentia sanctorum apostolorum Petri, Iacobi & Iohannis, Dionysii, Timothei & aliorum spūalium uirorum conuenientiū ad tractandū de mysterio incarnationis dominicæ, cui etiā disputationi beatus Paulus interfuisse ostenditur. hæc Vercellensis. Hæc magni atq; seraphici Dionysii uerba, tam diligenter multipliciterq; induxi, ut eorū clarius innotescat sententia: nempe si constaret diuinissimum uirum Dionysium omni fide dignissimum prætēdisse se dormitioni & assumptioni excellentissimæ Mariæ interfuisse cum sanctis apostolis alijsq; discipulis, uix quisquā catholicorum, ut reor, aliter q̄ qd Dionysius scripsit, sentiret. Præterea, fateor me non scire certo, quem e duobus sensibus magis Dionysius sanctus intenderit. Deniq; tactum est supra primo libro, quemadmodū magnus ille Dionysi Eccl. 42. Gala. 1.

us legatur à Grecia uenisse Ierusalem ad uidendum corporali intuitu beatissimam uirginem adhuc in carne uiuentem: quod Vbertinus libro quarto de Vita saluatoris testatur, ac plenius recitat, dicens: Dum Dionysius ad uidendum Mariam uirginem sanctissimam introductus fuisset, uidit tantum splendorem & multitudinem angelorum innumerabilem circa eam, ipsamque uirginē tanta luce fulgere, ut referatur dixisse, quòd eam adorasset præ magnitudine gloriæ, in qua eam uidebat, nisi euāgelica fide de alia deitate fuisset certificatus. Hæc uir deuotus & doctor facultatis theologicæ Vbertinus. Ex his ni fallor, suspicari quis posset, quod in præallegatis uerbis ipse magnus theologus Dionysius de hoc suo aduentu in Ierusalem sit locutus: & quod factum sit hoc tēpore illo de quo scribit apostolus Paulus: Deinde post annos quatuordecim ueni Ierosolymam uidere Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim: alium aūt apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum & Iohannem. Potuit equidē esse quòd uas electionis tunc secū adduxit præclarissimos suos discipulos, Dionysiū, Timotheū, forsan & Hierotheum: cupientes excellentissimam illā in carne conspicere, quā crediderunt uerum deum concepisse ac peperisse. Quid aūt his obijci posset, sequenti soluetur articulo. Sed quicquid de re ista dicatur, firmiter & indubitātissime teneo, quod diuina, deiformis & deificata Maria superdignissima uirgo, in corpore & anima sit assumpta, atque plenissime glorificata.

Gala. 1. Actu. 9

Articulus VI. Quàm diu mundissima uirgo Maria post Christi ascensionē uixerit in hoc mundo.

Sapien. 11

OMnia in mensura, & numero, & pondere constituisti. De protractione temporis numeroque annorum, quo uirgo mitissima Maria dulcissima post sui filij ascensionē uixit in carne mortali, non habetur certitudo plenaria, eò quod fideles & uirtuosæ utriusque sexus personæ, de hoc diuersimode leganī sensisse atque scripsisse. Nempe in reuelationibus Elisabeth fertur uirgo benedicta dixisse, quod post ascensionem filij sui uixerit in hoc mundo uno anno & tot diebus, quot sunt à die ascensionis usque ad festum assumptionis: & quod beatissima uirgo, quadragesimo die post suam expirationē resurrexit, & glorificata atque assumpta sit corpore. Alij opinantur, quēadmodum & in Passionali sanctorum habeī, quod duodecim annis post Christi uixit ascēsionem. Porrò, Epiphanius protestatur, quod post ascensionem saluatoris uixit uigintiquatuor annis: atque quod quintodecimo anno uitæ suæ genuit dn̄m: sicque in toto uixerit septuagintaduobus annis in isto exilio. At uero sancta Brigitta in Reuelationibus suis affirmat, quod mater Christifera uixit post Chr̄i ascēsionem quindecim annis in seculo isto. Vnde elicitur, quod si quintodecimo aut sextodecimo anno uitæ suæ peperit redemptorē, qui trigintatribus annis & tanto plus, sicut à natiuitate eius est usque ad diem parasceuen, quo extitit crucifixus, uixit in mundo hoc: & ipsa post filij sui ascensionem quindecim uixit annis, quòd in toto uixit in terris, sexagintaduobus annis aut circiter, quod uerius æstimatur. Porrò, quòd recitatio illa Elisabeth nō fiet, uidetur ex multis quæ præcedenti articulo partim sunt tacta. Etenim ante conuersionem beati Dionysij à Paulo apostolo, multi fluxerunt anni à Christi ascensione, ut ex epistolis Pauli apostolorumque Actibus colligi potest. Insuper, introductum est primo libro, quemadmodum sanctus martyr ac præsul Ignatius interdum ad beatissimam scripsit Mariam: ipse autem Ignatius à Iohanne apostolo fuit conuersus pluribus annis, ut creditur, post ascensionem domini saluatoris. Quòd autem beatus Ignatius interdum, imò & frequenter gloriosissimæ scripsit mariæ, sanctus testatur Bernardus Sermone septimo super psalmum, Qui habitat, loquens: Magnus ille Ignatius, discipuli quem diligebat Iesus auditor, martyr noster, cuius reliquijs nostra est ditata paupertas, Mariam sanctissimam in pluribus quas ad eam scripsit epistolis, Christiferam consalutat. Egregius plane titulus & commendatio honoris immensi: nempe cui seruire regnare est: hunc gestare, non onerari est, sed ornari. Itaque credibilius æstimatur, quòd gloriosissima uirgo quindecim circiter superuixerit annis post ascensionem altissimi redemptoris, quia & tot aut circiter annis ferūtur apostoli ante suā diuisionem in Iudæa & eius circuitu prædicasse. Postremo, ex prætactis elicit, quòd circa reuelationes personarum fidelium, præsertim simplicium atque fœminei sexus grandis adhibenda sit cautio, ne contingat deceptio & falsitas misceatur. Nō enim concordari posse uidentur in hac re prætactæ reuelationes Elisabeth ac Brigittæ. Cumque reuelationi diuinæ falsum subesse non queat, altera talium saluari non ualet.

Epiphanius. Bernardus. Psal. 90 Iohan. 19

Articulus

Articulus VII. Ex Reuelationibus sanctæ Brigittæ, de modo & tẽpore assumptionis præstantissimæ uirginis.

EGo in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. Sexto libro Reuela- Eccl.24.
tionum sanctæ Brigittæ recitatur insignissima uirgo Maria dixisse ad Brigittam:
Patiebar ex uehementi desiderio perueniendi ad filium meum, postquam ascen-
dit in cœlum, quoniam lõga mora quam habebam in mundo post ascensionẽ ipsi
us, meũ auxit dolorem. Eodem libro fertur MARIA dignissima Brigittæ reuelasse: Ego
post ascensionem filij mei longo tempore uixi in mundo, & hoc uoluit deus, ut uisa pati-
entia mea & moribus meis, plures animæ conuerterentur ad deum, apostoli quoq;, alij q;
electi roborarentur. Et etiam naturalis dispositio corporis mei hoc exigebat, ut diuti⁹ ui-
uerem, ut mea augeretur corona. Porro, quòd assumptio mea non multis cognita fuit, nec
à pluribus prædicata, hoc uoluit deus filius meus, ut prius infigeretur cordibus hominũ
credulitas suæ ascensionis, quoniã corda humana tarda erant & dura ad credendũ ascen- Luc.24.
sionem ipsius, quanto magis si prædicata fuisset statim in initio fidei assumptio mea. Insu
per, benignissima uirgo MARIA libro eodem loquitur Brigittæ: Dum quadam die mul-
tum anxiarer desiderio pertingendi ad filium meum, uidi angelum fulgentem mihi dicẽ-
tem: Deus & dominus noster filius tuus, misit me tibi annuntiare, quòd tẽpus iam sit, quo
corporaliter ad eum peruenies: Venientq; amici filij tui, qui corpus tuum sepelient. Quo
dicto, disparuit angelus. Et ego me præparaui ad exitum, circuiens omnia loca, in quibus
filius meus fuerat passus. Cumq; quadam die animus meus fuisset in admiratione diuinæ
charitatis suspensus, anima mea in ipsa contemplatione charitatis illius, tanta fuit exultati
one repleta, q; seipsam uix capere poterat, atque in ipsa consideratione à corpore fuit so-
luta. Verum quæ & quàm magnifica uidit tunc anima mea, & quali honore honorauerit
eam pater & filius & spiritussanctus, atque à quali & quanta angelorum multitudine fue
rit eleuata, nec capere posses, nec tibi in hac uita dicere uolo. Porro, qui mecum tunc erãt
in domo dum tradidi spiritum, bene nouerunt ex insolito lumine, qualia diuina mecum
tunc agebantur. Post hæc, amici filij mei diuinitus missi, sepelierunt corpus meum in Iosa
phat ualle, cum quibus fuerunt angeli infiniti ut atomi solis. Maligni autem spiritus non
audebant appropinquare. Quindecim uero diebus iacuit corpus meum sepultum in ter
ra. Deinde, cum multitudine angelorum fuit assumptum in cœlum, & hoc tempus nequa
quam maximo mysterio caruit, quia in septima hora erit resurrectio corporum, & in octa
ua complebitur beatitudo animarum ac corporum. Postremo, septimo suarum Reuelati-
onum libro asserit Brigitta sancta: Quum essem in ualle Iosaphat, orans ad beatissimæ uir
ginis MARIAE sepulchrum, apparuit mihi cum splendore nimio, dicens: Attende filia:
Ego, postquam filius meus ascendit in cœlũ, uixi in mundo per quindecim annos: & tan-
to diutius, quantum est à festo ascensionis filij mei usque ad diem obitus mei, & tunc mor
tua iacui in isto sepulchro per quindecim dies. Deinde fui cum corpore assumpta in cœ-
lum, cum infinito gaudio & honore. Scias quoq;, q; nullũ corpus humanũ in cœlo est, nisi
benedictũ corpus filij mei & corpus meũ. Hæc loco præallegato. At uero circa ultimum
uerbũ hic dictũ, q; scilicet nullũ corpus humanũ est in cœlo empyreo, prẹter corpus Chri
ac uirginis benedictẹ, pensandũ, q̊d sicut Hieronymus tangit in sermone, multi antiq̃ do-
ctores ante ipsum dixerũt, eos q resurrexerunt cũ Chr̃o, postea nõ obisse, sed glorificatos
esse in corpore & aĩa cũ dño saluatore: qm̃ aliter ueri testes nõ essent suẹ resurrectionis in
corpore ultra nõ morituro: q̊d etiã Albert⁹ Magnus atq; Vlricus, ac alij quidã defendũt.
Et sicut sanctus refert Hieronymus, hoc ipsum quidã de Dauid rege, propheta, ac patriar
cha dixerũt, eo q; apl̃s Petrus ait de ipso, Sepulchrũ eius apud nos est, & nõ dixit, Corpus Act.2.
eius aut ossa apud nos sunt. Idẽ de felici Iohãne euãgelista quidã dixerũt, qm̃ in sepulchro
eius nõ nisi mãna fuit inuentũ. Hieronymus etiã sup Isaiã disseruit, q; Iacob p̃triarcha & Io
seph, ac cẹteri filij Iacob idcirco uoluerũt in terra sc̃tã sepeliri, secundũ nõnullos, q a noue Gen.49.50.
rũt in terra illa dei filiũ moriturũ ac resurrecturũ, q̃tenus simul cũ illo ibidẽ resurgerẽt: sed
ut ait Hieronymus, istud totũ securius cõmittit̃ deo. Postremo, VI. libro p̃tacto misericor
dissima uirgo Maria narrat̃ locuta ad Brigittã: Hieronymus non dubitauit de assumptio-
ne mea in cœlũ cum corpore. Sed qm̃ deus usq; ad tẽpus Hieronymi non reuelauit aper-
te huius rei ueritatẽ, ideo maluit pie sic credere, q̃ non ostensa à deo, diffinire.

Articulus VIII. Introductio testimonij Iohannis Damasceni de assumptione plenaria Mariæ pijssimæ.

Sapien. 7. HAec est speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarũ, luci cõparata inuenitur prior. Iohannes Damascenus uirgo & doctor eximius, præclarus philosophus ac profundus theologus, cui abscisam manũ legitur potentissima uirgo Maria restituisse, qui & eidem excellentissimę uirgini Mariæ fuit multum deuotus, de eius gloriosissima ac integra loquẽs assumptione: Hodie, inquit, sacratissima uirgo Maria cœlesti templo inuehitur: hodie sacra & animata arca, quæ suũ intra se tulit artificem, in templo nõ manufacto reponitur: hodie sacratissima columba, simplex & innocẽs, euolans ex arca, id est, ex corpore suo quod deum suscepit, pedibus suis requiem adinuenit: hodie immaculatissima uirgo, terrenarum nescia passionum, imò cœlestibus intellectibus erudita, non in terram abijt, sed uere cœlum animatum uocata, in cœlestibus tabernaculis habitat: quãuis enim naturaliter beatissima atq; sacerrima anima tua à glorioso corpore tuo separaretur, & sepulturæ corpus tuum traderetur, ueruntamen corpus tuũ dignissimum non manet in morte, nec dissoluitur corruptione. Cuius enim parientis uirginitas inuiolata permansit, huius & migrãtis corpus irresolutum per omnia perseuerat, & ad meliorem sanctioremq; uitam traducitur, non morte solutum, sed in eterna secula permansurum. Quemadmodum enim sol iste lucifluus sub lunari corpore latens ad breue, quodammodo uidetur deficere, quamuis suo lumine non priuetur: sic tu fons ueri indeficientisq; luminis, & inconsumptus thesaurus, quamuis breui temporis interuallo sis morti addicta, tamen copiose nobis infundis perpetui luminis claritatem. Hinc sacra obdormitio tua, non tam mors q̃ transmigratio & aduentus est appellanda. Discedens nanq; à corpore, aduenis cœlo, tibi obuiant angeli atq; archangeli, ascensum tuum horrẽt spiritus immundi. Non iuisti beatissima uirgo in cœlum, sicut Helias, neq; ut Paulus in cœlum tertiũ ascendisti, sed usq; ad regalem tui thronũ filij attigisti. Mors aliorũ sanctorũ benedicitur, eo q̃ ipsos beatos exhibet. In te autem hoc ita locũ non habet. Mors enim tua non est beatitudo tua, nec transmigratio tua est pfectio tua: nec recessus largitur tibi beatitudinis securitatem. Omniũ nanq; bonorũ, quæ humanam mentem excedunt, tu principiũ, tu medium & finis. Tua securitas & tua perfectio, est Christi cõceptio & diuina inhabitatio. Vnde uere dixisti, non à morte, sed ab ipsa conceptione ab omnibus generationibus te beatificari. Hinc te mors non tã beatificauit, sed tu potius mortem clarificasti, soluẽs eius mœstitiam, & mortem conuertens in gaudium. Quomodo corruptio aliquid in tuũ corpus auderet, quod ipsam uitam portauit? Porro apostolos qui ubiq; terrarũ dispersi, hominũ piscationi uacabant, diuina iussio quasi sagena quędam seu nubes Ierusalem contulit, uelocius aquilis colligens eos. Tunc primi parentes Adam & Eua exclamauerũt: Veni ad nos ò sacrum & salutiferũ Christi cellarium, quę nostrũ implesti desiderium. E contra, sancti q aderant adhuc in carne mortali uiuentes, dicebant: Mane nobiscũ consolatio nostra. Non relinquas nos orphanos, quam habemus laborũ solatiũ, refrigeriumq; sudorũ. Tibi uiuenti conuiuere, tibi morienti commori, gloriosum. Nobis enim hęc uita quomodo erit uita, destitutis tua præsentia? Hæc & similia (ut arbitror) apostoli cũ reliqua plenitudine ecclesiæ crebris singultibus querelas interrumpentibus proponebant. At illa conuersa ad filium, ait: Tu dilectis filijs, quos fratres appellare complacuit, de meo recessu dolentibus, fias consolator, & p impositionẽ manuum mearũ appone benedictionem super benedictionem eorũ. Deinde extendẽs manum, fidelium collegiũ benedixit, & addidit: In manus tuas commendo spiritũ meum. Suscipe animam meam tibi dilectam, quam inculpatã seruasti. Tibi, & non terræ corpus meum commẽdo. Custodi illud integrũ, quod inhabitare tibi complacuit. Transfer me ad te, ut ubi tu es meorum uiscerum partus, sim & ego tibi cohabitãs. Ibi tunc talia sunt audita: Surge dilecta mea, pulchra in mulieribus. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quæ beatissima uirgo audiens, commendat in manus filij spiritum suum, & migrat cum ipso in cœlum, regnatura in sempiternũ. Perfusi'q; lachrymis sancti apostoli, infigunt oscula tabernaculo domini, benedictione & sanctitate ex contactu sacratissimi corporis adimpleti. Hæc Damascenus.

[Margin notes, in order: Cant. 2. — 4. Reg. 2. — 2. Corin. 12. — Actu. 8. — Ioh. 14. — Psal. 11. — Psal. 30. — Cant. 2. 4 — Psal. 30. — Mat. 27.]

Articulus IX. Qualiter supgloriosissima trinitas uenienti ad cœlos electissimę uirgini obuiauit, & q̃ incõparabiliter gloriose eã suscepit & glorificauit.

Cant. 6. VNa est columba mea, immaculata mea, perfecta mea. Pius & iustus deus, unũquenq; ex hoc seculo sanctum ad se uenientem, tanto amorosius suscipit, tanto iucundius amplexatur, tanto suauius deosculatur, tãto sublimius felicitat, tantoq; clarius se ei ostendit, & tanto uicinius sibi eum coniungit, quanto ardenti

us atq; syncerius ipse ab illo fuit in hoc mundo dilectus & concupitus, quãtoq; purius ac perfectius ab illo extitit honoratus: & quanto rationalis creatura in uita præsenti seipsam totalius, prõptius ac reuerẽtialius exhibet, offert & mancipat creatori, & eius amori ac cultui, tanto in patria illa cœlesti creator om̃ipotens semetipsum liberali⁹ ac gloriosius rependit ac tribuit se illi in præmiũ, in sortem & possessionẽ æternam. Si itaq; iuxta præhabita recte pensemus ac rite intueamur, quàm summe & incõparabiliter, q̃ pure atq; totaliter, quàm perfecte & inæstimabiliter, reuerenter, benignissima & incomparabilis uirgo Maria in creatoris ac saluatoris sui arserit charitate, fulserit cultu, excesserit seruitute, & in ei⁹ contemplatione, adhæsione, honoratione indesinenter quieuerit, occupata intentaq; fuerit, poterimus utcunq; pro posse intelligere, quàm incomparabiliter gloriose, reuerenter, iucũde sit à superbenedicta trinitate suscepta, amplexata, deosculata, ac lumine gloriæ adimpleta, beatifica uisione remunerata, suauissima deitatis fruitione perfusa ac superimpleta, & in totius superessentialis supersanctæq; trinitatis consortium eleuata, atque ineffabiliter excellenter assumpta ad gustandum plenarie, ad uidendum clarissime, quàm infinite dulcis ac speciosus sit deus, & quæ, qualis ac quanta sit beatitudo & gloria superaltissimæ trinitatis: qualiter tres superfelicissimæ & superpræstantissimæ personæ se inuicem æternaliter, superclarissime intueantur, superferuentissime diligant, superdulcissime perfruantur: qualiter filius à manatione adintra & generatione æterna producatur à patre, & spiritussanctus æternaliter ac superdeliciosissime profluat ab utroq;: quanta sit huius superuenerandissimæ trinitatis complacentia mutua, q̃ superinfinita lætitia, quàm immensa sit abyssus sapientiæ eius, quanta profunditas iudiciorũ ipsius, quanta incomprehensibilitas maiestatis ipsius, q̃ prorsus immensa excellentia eius. Ecce in omnibus his præelectissima uirgo Maria præ omni mente creata in esse creato subsistẽte, tam incomparabiliter summe, perfecte & proxime est deitatis luci immersa, trinitatis abysso absorpta, totiusq; secreti secretoria facta, totius gloriæ consors effecta, quantũ sine hypostatica unione & sub personali coniũctione dari potuit aut decuit creaturæ. Et sicut uere ac prorsus felicissima uirgo fuit in uita hac præ cunctis adorandæ trinitati familiarissima, utputa deo patri comparentalis, eiusq; singularis & unica sponsa, atque unigeniti dei genitrix uera, ac spiritussancti sacrarium, thalamus, thronus, triclinium, ita in regno cœlesti est supersublimi trinitati familiarissime ac secretissime iuncta, eiusq; perspicacissima, profundissima ac deliciosissima contẽplatrix effecta. Deniq; sicut præ cunctis fuit in ualle hac lachrymarum gr̃a plena, meritisq; abundans, & Christo compassa, & ei in propria persona corporaliter ac spiritaliter seruiens, ita in paradiso cœlesti est incõparabiliter gloria plena, p̃miis copiosa, Christo cõglorificata, ac p̃xime iũcta. Itaq; spõsæ suæ singulari, charissimæ, fidelissimæ, pulcherrimæ, sanctissimæ, cõparentali, de huius uitæ miseriis ad cœlestẽ thalamũ ascẽdenti de⁹ pater iucũdissime ac gr̃osissime obuiauit, amplexũ & osculũ inæstimabilis dignationis, suauitatis & pacis p̃bens & imprimẽs ei: unigenitusq; dei fili⁹ matrẽ suã dignissimã cõsimili obuiatione, deosculatione, amplexu honorauit, suscepit, astrinxit: sic & spũssanctus uas suũ dilectissimũ atq; mundissimũ pari obuiatione cõplectẽs, tã summe & singularit̃ adimpleuit illud oĩ felicitate, donis ac dotib⁹ gloriæ, q̃ eminẽter illud ante impleuerat oĩ dono gr̃æ ac uirtutũ. Ideo recte disseruit Augustinus: Te ô Maria ipse rex regũ, ut matrẽ uerã & decorã sponsam præ omnibus diligens, amoris amplexu sibi consociat. Itẽq;, Nec mirũ ô Maria, ut dignetur tibi congaudere deus regnans in cœlis, quẽ paruulum ex te hominem natum, toties es osculata in terris. Hinc & Bernardus optime contestat̃: Profundissime ultra q̃ credi ualet, diuinæ sapientiæ Maria penetrauit abyssum, ut quãtum sine personali unione cõditio patit̃ creaturæ, luci illi inaccessibili uideat̃ immersa. De hac materia loq̃t Vbertinus: Nõ solũ Iesus hõ laureat⁹ corpore glorificato, sed & ipse rex de⁹ trinitas sc̃tissimæ uirgini triũphaliter occurrit & obuiauit nõ locali motu, sed cõplacẽtia fauorali, glorificatione diuinali, & influẽtia principali. Nã pr̃ p quandã appropriationẽ occurrit & amplexat⁹ est spõsam castissimæ dilectiõis, singularissimæ fœcũdationis, ac solicitissimæ educatiõis unigeniti filii dei. Hãc corã cœlesti curia pr̃ dulcissime amplexat̃ & recognoscit esse m̃rem dignissimã unici filii sui. Vñ b̃ndictissima uirgo recepit fontalẽ fœcũditatem ad generãdum oẽs electos, & etiã angelos sc̃tõs in gustu q̃dam & gradu exp̃ientiæ diuinorũ: atq; ex hoc habet à p̃re rationẽ potestatis & sublimitatis imperialis, post filiũ suũ sup oẽm naturã creatam. Occurrit etiam ei filius eius, omnibus manifestans hanc genitricem sui uerissimam, quæ ipsum concepit, peperit, nutriuit, ac fidelissime sociauit in natura humana assumpta.

Psal. 44.

Psal. 35.

Apoc. 19

Ideo

Ideo filiali reuerentia eam dicitur adorasse, ut matrem dignissimam. O bone Iesu omnipotens ęterne deus, quid est quod mulierē adoras? Adoro (inquit) per duliā, quoniā duo faciunt eam adorandam, uidelicet ratio maternitatis, & meritū humilitatis. Maternitas quippe fuit in ea singularis, humilitas incomparabilis. Adorat ergo IESVS matrem, non qualemcunque, sed matrem singularis sufficientiæ, singularis magnificentiæ & singularis diligentiæ: singularis inquam sufficientiæ, quoniam sine semine uiri sola de spiritu sancto concepit: singularis magnificentiæ, quoniam nulla præter eam deū genuit, nulla præter eam post partū uirgo permansit: singularis diligentię, quoniam nulla unquam mater tantum dilexit atq; solicita fuit pro filio, imò nec oēs aliæ simul sumptæ, quantum ad dilectionis solicitudinisq; substantiam. Quemadmodū ergo in conceptione filij dei nullum habuit socium, sic in isto honore nullum habet consimilem. Hūc quoq; honorem requirit in
Luce.14 uirgine meritum abyssalis humilitatis. Nam qui se humiliat, exaltabitur. Et quia in humilitate non habuit puram creaturam parem, in exaltatione non habebit consortem. Deniq; triplex ponitur modus præmiandi uirtutes. Primus, per euacuationem, ut in fide & spe: qbus euacuatis, succedit fidei uisio clara, & spei tentio gloriosa. Secūdus, per completionē, sicut in charitate & in pluribus uirtutibus cardinalibus, qbus in patria addetur completio sine defectu. Tertius, per oppositionem, sicut in paupertate, esurie, luctu & humilitate, quibus deus promittit regnum, saturitatem, consolationem & exaltationem. Vide igitur qualiter in beata uirgine & regina, profundissima eius humilitas ac bonitas dei uidentur
Matt.5. contendere, Maria se humiliante, & deo hanc exaltante: imò Maria non solū se humiliante, sed & in humilitate sub omni creatura se abyssante: & deo eam non solū exaltante, sed & super om̄em angelicam creaturam eam magnificante. Sicq; eam deus sublimis ut suam uerissimam matrem, reuerēter secundū quod homo adorat, atq; ad eam honore inęstimabili corporaliter ac filialiter se inclinat. O stupendum priuilegium, & inauditę dignitatis fastigium, ut à uirginea matre ista, se dei filius recognoscere uideatur habere esse humanum. Quid non debuit cōcedere uirgini matri, quā taliter uoluit honorare? Certe isto honoris respectu nō respiceret dei fili⁹ millesies mille millia Seraphin, & infinities infinitos, quia non possunt deū amare ut filiū, nec frui eo ut fructu uteri sui. In hac assumptione be-
Hester.2. atissima genitrix dei, tanquam altera Hester, de triclinio fœminarū (id est, de militāti ecclesia) adducta est per totam militiam cœlestis exercitus, ad cubiculū sponsi cœlestis dei patris: quoniam om̄es hierarchiæ cœlestes uiderunt eam ascendentem, atq; delitijs diuino-
Cant.8. rum amplexuum affluentem, innixam super dilectū suū. Certe ipsi soli ac filio eius in plenitudine natæ sunt deliciæ mutuorū amplexuum, quę eundem habet sponsum ac filium. Insuper tunc sacratissimæ uirgini occurrit spiritussanctus, recognoscens eam esse sui amoris fornacem, ac suę mirę operationis eximiam officinam, in qua & de qua formatū est corpus mundissimum filio dei, & summa creata est anima Christi. Ostenditq; spiritussanctus uniuersis beatis, quòd in hac officina, & per eam fabrefecit, quicquid in gratia mirificum operatur, & quòd in hac totum ignem operationis uirtuosę inclusit, & quod unquam dare disposuit creaturæ. Sic igitur tota trinitas adoranda uniformi & concordi uolūtate ac charitate, inæstimabilem uirginem ostendit esse suam sponsam incōmunicabilis charitatis, reginam cœli inattigibilis dignitatis, mundi dominam imparticipabilis bonitatis, electorum omniū genitricem inexhausibilis benignitatis, omniū hostium dei conculcatricē triumphalissimā insuperabilis strenuitatis, omniū thesaurorū cœlestiū dispensatricem largifluam pro suæ complacentia uoluntatis. Hæc Vbertinus.

Articulus X. De summa & ineffabili felicitate & gloria amantissimę dei Mariæ.

Cant. 2. EN dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni. Iam em̄ hyems transiit, imber abijt. Essentiale pręmium beatorum est beatifica uisio deitatis, hoc est, facialis, clara, immediata ac fruitiua contemplatio ueri dei, unius ac trini: qui sicut est uere unus & simplex in essentia, ita est uere trinus in personis. Porro, hæc uisio gloriosa correspondet perfectioni charitatis, ita quòd quanto in dei amore feruentior, perfectiorq; extiterit quispiam, tanto clarius deum uidebit, & deliciosius eo fruetur. Cum igitur iuxta pręhabita uirgo dignissima in charitate dei fuerit summe incōparabiliterq; perfecta, hoc est, in charitatis substātialitate & habitu in hac uita, & etiam in actu charitatis prę omni puro uiatore, imò etiam in actu charitatis tā meritorio, quòd per eum promeruerit deum clarissime intueri in cœlo præ omni intelle-

ctu

ctu angelico,spirituq́ cœlesti. Credẽdum est equidem, quòd sacratissima uirgo MARIA sæpissime in hac uita habuit perfectiores,feruentiores ac puriores affectiones & conuersiones mentis ad deum,quàm quicunq; angelici spiritus ante suam confirmationem & beatificam uisionem,quam meruerunt se libere conuertendo ad creatorẽ per amoris coniunctionem. Omnes autem angeli beati,de quocunq; sint ordine,suam confirmationẽ & beatitudinem una conuersione ad deum promeruerunt. Cum itaq; MARIA dulcissima in omni sua conuersatione in seculo isto fuerit atque profecerit,imò & perfectissima prę omñi pura creatura extiterit, in continuis aut certe assiduis charitatis sanctæ affectibus, ardoribus, aspirationibus, desiderijs,& amorosis purissimis'q; excessibus,contemplatiuis,flammigeris,extaticis,deiformibus ac diuinis,constat quòd prę cũctis angelicis mentibus etiam Seraphicis,meruit incomparabiliter deo approximare,uniri,immergi per profundissimam atq; clarissimam superbenedictæ trinitatis uisionem,fruitionem,amplexum, ideo omni iucunditate,felicitate & gloria ineffabiliter est repleta: & nunc lympidissime uidẽs facie ad faciem,quàm misericordissime,gratiosissime,amorosissime,& incõparabiliter munificentissime,familiarissime ac magnifice tota trinitas adoranda egit cũ ea,ita ut deus pater faceret eam sibi comparẽ talem,& filius dei efficeretur filius eius, & spiritussanct⁹ eam in summum ac unicum templum,thronum,triclinium,imò & in summam spõsam charissimamq́ amicam,secretariam,consiliariam,filiam & consortem assumeret. Hæc inquam, & omnem gratiam,gloriam,excellentiam,laudem,honorem ac potestatem sibi collatas à deo conspiciens,superineffabiliter delectatur in ipso, & superferuẽtissime diligit eum, & cum inexcogitabili ardore,gratiarum actione,laude atq; lætitia,incessanter & inauertibiliter inspicit ipsum,uidetq́ omnem non solum militantem,sed & triumphantem ecclesiã, sibi subiectam ac seruientem,seq́ de tam immensa felicitate & gloria æternaliter ac plenissime securatam. Præterea, de tanta beatitudine Mariæ dignissimę, diffuse loquitur Vbertinus,inter cętera dicens: Si considerentur quæ dicta sunt de occursu gloriosissimæ trinitatis in ascẽsione Mariæ,bene apparet quòd ipsa per se inæstimabiliter plus participat de gloria trinitatis beatæ,quàm omnis pura creatura alia simul sumpta. Quod probo ex hoc euidenter, quoniam firmiter tenet ecclesia, quòd ipsa est super om̃es angelorum ordines eleuata. Ideo alter ab ea & inferior ipsa ad sedem Luciferi assumetur,quoniam de hominibus om̃ium angelorũ ruina supplebitur. Sed nulli catholico ac deuoto est dubium,quin beata uirgo in hora qua facta est mater dei,plus habuit de substantialitate grãæ, q̃ pura aliqua creatura: uel ad minus insanus est,qui eam cuicunq; maximo non æquaret. Sed quid addidit super hoc plenitudo ex superuentione spiritussancti,generatioq́ materna atq; inæstimabilis amor? Quantum autem superaddidit in gratia in hac uita, tantum in gloria in futura. Nihil ergo est gratiæ uel gloriæ in omni creatura inferiori simul sumpta, quę non sit multo præcellentius in MARIA,secũdum Dionysii documenta,dicentis quòd omnia dona inferiorum angelorum præcellentius à superioribus angelis possidentur. Et quantum gradus materni amoris ac dignitatis maternæ requirit,tantum præ omnibus & super omnes participat gloriam dei & inæstimabilem fruitionem trinitatis. Vnde consequitur,quòd benedictissima uirgo Maria super omnes ordines angelorum & hominum beatorum simul sumptorum,improportionabiliter est prælata. Hæc Vbertinus. Quocirca pensandum, quòd ista maioritas gloriæ dupliciter posset intelligi. Primo, quãtum ad specificam dignitatem seu perfectionem maiorem in gradu aut specie iuxta quem modum, modicum auri est incomparabiliter dignius quacunque massa argenti, & sensitiuum uegetatiuo. Secundo, quantum ad gradualem quandam additionem. Et primo modo intelligit Vbertinus: nam subdit: Nec hic attendas copiosam multitudinem aliorum,quia hoc nihil facit ad substãtialem rem maioritatis gloriæ,quia in spiritualibus idem est maius & melius. Denique,gratia & gloria sunt quædam tota potestatiua: in totis autem potestatiuis pars suprema plus continet de perfectione generis sui,q̃ totum residuũ. Itaque in glorificatione MARIAE facta est summa & ultima reseratio deitatis fontalis,ita ut nunquã debeat tantum reserari alicui creaturæ,sicut reserata est MARIAE sanctissimæ, quoniam ipsa tantum accepit de gloria dei, quantũ donabile est puræ creaturæ in sempiternũ.

Articulus XI. De processione illa solennissima, qua deus incarnatus, suam præstantissimam genitricem migrantem à corpore, deduxit cum uniuersitate cœlestis militiæ usq; in summum cœlum.

Cantic. 8. QVæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum su
um? Sicut in sermone de beatissimę Marię assumptione ait Hieronymus, ad glo
riosissimæ uirginis exequias sancti angeli famulabantur, & uniuersę cœlorum
curiæ congratulabantur. Nec mirum, quoniam honor matris est honor illius,
qui ex ea nasci dignatus est, quem omnis cœlorum ordo ueneratur & adorat super se ele
uatum cum patre. Consequenter Hieronymus probat istud per locum à maiori, adijciens:
Legimus frequenter ad funera sanctorũ quorundam sanctos angelos aduenisse, & ad eo
rum exequias præstitisse obsequia: sicq; animas sanctorũ cum hymnis & canticis ac laudi
bus detulisse ad cœlos, ubi & utriusq; sexus chori cõmemorãtur auditi, ac laudes cecinis
se in terra: & quod perspicacius est, eosdem sanctos nonnunquam multo lumine resplen
duisse: insuper, & adhuc uiuentes in carne, ibidem miri odoris sensisse fragrãtiam. Quod
si interdum ad recreandam & corroborandã spem astantiũ saluator noster ob merita ele
ctorum suorum amplius comprobanda ac declaranda, tanta & talia dignatus est exhibe
re circa morientes, quanto magis eius genitrici in die obitus sui credendum est, cœlorum
militiam cum suis agminibus festiue obuiam aduenisse, eamq; ingenti lumine circũfulsis
se, & usque ad thronum sibi olim ante mundi constitutionẽ paratũ, cum laudibus & can
ticis spiritualibus perduxisse. Nulli dubium est, totam illam cœlestem Ierusalem ineffabi
li tunc lætitia exultasse, atq; inæstimabili charitate tunc iucundatam. Nec immerito. Cre
ditur enim quòd ipse saluator omnium, per se, totus festiuus occurrit, eamq; cum gaudio
Exod 20. secum in throno gloriæ collocauit. Alias, qualiter impleuit quod in lege præcepit, Hono
Deut. 5. ra patrẽ tuũ & matrẽ tuã? Hæc Hieronymus. O, quis cogitare sufficiat, q̃ gloriose ea die mũ
Matt. 15. di regina processit, & quãto deuotionis affectu tota in eius occursum cœlestium legionũ
Marci. 7. multitudo prodierit? quibus canticis ad thronum glorię sit deducta, q̃ placido uultu, quã
Ephe. 6. serena facie, quàm diuinis amplexibus à filio sit suscepta, ac super omnem creaturam exal
tata, eo honore, quo tantam matrem à tanto decuit filio exaltari ac honorari? Hinc quoq;
dicit Bernardus: O quàm gloriosa apparet in ascensu suo uirgo Maria, cuius ascendentis
dignitatem & gloriam admiratur partus ac filius eius. Hinc Christo occurrente suæ bea
tissimæ genitrici, tota trinitas obuiam illi procedit in filio. Quòd si angelorũ dominus ob
uiam illi procedit, totus gratulabundus atq; congratulans, quis putas angelorũ retro tar
dauit, quin reginæ suæ & matri regis æterni cum festinatione & gaudio, obuiam currens
non exilierit? Talis processio à principio nunquam facta fuit, nisi tunc dum Christus cœ
lum ascendit. Obuiã processerunt uirgineæ matri dei Cherubin ac Seraphin cum Thro
nis & Dominationibus, cæterisq; choris angelicis. Et assumptam ac eleuatam super se re
ginam, splendidis honorant obsequijs. Cumq; serenissima uirgo Maria in cœlum deduci
tur, præ nimia exultatione cœlestes curiæ deo cum iubilo resonantibus organis gloriam
concinunt: Angeli & Archãgeli, Principatus & potestates, pro susceptione tantę matris
ac uirginis, choros ante illam diuinis concentibus agunt: inter quos Gabriel archãgelus
felicissimæ Mariæ familiarissimus, utpute ipsius paranymphus, illi post Christum nimis
occurrit, & quasi cantor cęteros ad cantandum prouocans, suauissimũ illud gloriosę Ma
Lucæ. 1. riæ canticum inchoans, ait: Aue Maria gratia plena, dominus tecum &c. Qui cãtus dum
ab alijs repetitur modulatis uocibus & organo uariante, in iubilatione uirgo mater dedu
cit. Hinc rursus ait Bernardus: Felicia prorsus oscula labijs Christi lactentis à uirginea ma
tre impressa, cui mater pijssima uirginali applaudebat in gremio. Verum nunquid non fe
liciora censebimus oscula illa, quæ ab ore sedentis in throno & in dextera patris, hodier
Cantic. 1. na die Maria gloriosa suscepit, cum ascenderet thronum gloriæ, epithalamium canens ac
Isaiæ 53. dicens, Osculetur me osculo oris sui? Denique, Christi generationem & Mariæ assumptio
Actu. 8. nem quis enarrabit? Quantum enim gratiæ præ cæteris adepta est in terris, tantum & in
Isaiæ. 64. cœlis obtinet gloriæ singularis. Quòd si oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor ho
1. Cori. 2. minis ascenderunt quæ præparauit deus diligentibus se, quid præparauit gignenti se, &
(quod omnibus certum est) præ omnibus se amanti? His consonat quod scribit Hierony
mus: Maria quanto uirtute altissimi ad sublimiora extollitur, tãto clarior resultat in glo
ria. Plena siquidem deo, plena gratia, plena uirtutibus, nõ potest non plene possidere glo
Cant. 6. riam claritatis æternæ, quam utique accepit plenissime. Hanc itaq; uiderunt filię Sion, be
atissimamq; prædicauerunt, & reginę laudauerunt eandem: imò tantam uiderunt ipsam,
quantam nullus explicare potest mortaliũ. De hac celeberrima processione loqtur Vber
tinus: O, quis sufficiet exprimere cœlestis curiæ solennitatem, quando surrexit Iesus rex
fe-

festiuus & lętus, decoreq; regio laureatus, & totam cōmouit ciuitatem supernā, ut omnes cœli ciues occurrerent matri uirgini ascendenti. Tunc implebatur quod in libris Regum narratur: Adduxit Dauid arcā dei cum gaudio, & erant cum eò septem chori psallētium. Sic etenim deduxit Christus matrem suam charissimā cum iubilo summo, & erāt cum eo cœlestium spirituum, patriarcharū, prophetarum, apostolorum tunc defunctorum, martyrum, confessorum ac uirginum turbę. O imperialis solennitas, ò inexpressibilis iubilus, qui nec plene exprimi ualet neq; taceri. Nam salua reuerentia ascensionis Christi, assumptio ista uirginis benedictę, atq; processio eius assumptionis, aliquid excellentius habuit quo ad triumphalem occursum præ Christi ascensione, cui ascendenti soli occurrere poterant angeli. Porro, matri ascendenti filius eius cum tota curia, tam angelorū quàm animarum beatarū occurrens, solenniter euexit eam ad beatissimę consistoriū sessionis. Hinc denuo deuotissimus protestatur Bernardus: Sublimis ista dies & splēdidior sole refulgēs, in qua uirgo regalis ad thronum dei patris euehitur, atque in summæ trinitatis throno reposita, naturam etiam angelicam solicitat ad uidendum. Tota cōglomeratur angelorum frequentia, ut uideant reginam sedentem à dextris domini uirtutū, in uestitu deaurato, in corpore immaculato, circundatā uarietate, uirtutum multiplicitate distinctam. Hęc est illa dies, quæ cœlorum officinas sublimiori gaudio cumulauit, annua mundo, continua angelis, homines angelis sanctis continuans, angelosq; hominibus felici cōfœderatione coniungens. Hāc solennissimā processionē ò optima domina meruisti ac recepisti pro illa processione dolorosissima atq; mœstissima, qua cū dilectissimo filio tuo ad eius crucifixionis locū pœnalissime processisti.

2. Reg. 6 | Psal. 44. | Apoc 17 | Psal. 44.

Articulus XII. Adhuc de eadē materia, & quòd synceerissima uirgo Maria super omnes choros angelorum sit eleuata, Christum ore ad os alloquens, & oculo ad oculum intuens.

Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper riuos aquarum, cuius inęstimabilis odor erat nimis in uestimentis eius, & sicut dies uerni circundabāt eam flores rosarum & lilia conuallium. Rectè exponuntur hæc uerba de innocentissima illa simplicissimaq; columba ac pudicissima turture, gloriosa Maria, quæ instar columbæ extitit speciosa, quia illius columbæ speciem ac simplicitatē secundum Hieronymum præmonstrauit, quę super dominū uenit, docuitq; Iohannem. Cuius inęstimabilis odor erat nimis in uestimentis (id est, in uirtutibus ac meritis) eius. Ad cuius profectò odoris fragrantiam, læta decurrit omnis illa cœlestis Ierusalem. Circundabant quoq; eam flores rosarum ac lilia conuallium, eo quòd omnes animę martyrio rubricatę, brachijs eam dilectionis perpetuæ complectuntur. Consimiliter animæ uirginitatis splēdore candidatæ, atque in ualle humilitatis enutritę, eam circundantes, eidem deuotissime obsequuntur, quæ singulari commendatur priuilegio, & immenso ditatur mercimonio. Quemadmodum enim comparatione dei nemo bonus, sic comparatione matris dei nulla perfecta, quamuis eximia comprobetur. Etenim sicut uirgo incomparabilis & incomparabiliter dignior ac sanctior est uirginibus cæteris, sic & assumptionis eius solēnitas incomparabilis est cæteris sanctorum solennitatibus, & admiranda ipsis quoque angelicis spiritibus. Ipso etenim die beatissima uirgo alternantibus hymnidicis angelorum choris, intrauit feliciter pascua æternæ uiriditatis, & usque ad celsitudinem throni peruenit, atq; prima post CHRISTVM gloriosa resedit. Vnde confidenter de ipsa cātat ecclesia, quod de nullo aliorum fas est dicere, quòd scilicet ultra angelorum merita ordinesq; transcendit, cum eleuata est ad cœli palatium in dexteram patris. Hinc demum ait Bernardus, qui de beatissima uirgine cęteris gratiosius atque deuotius uidetur esse locutus: Fateor (inqt) imperitiam meam, & pusillanimitatem propriā non abscondo. Non est quod amplius me delectet, sed nec est quod magis me terreat, quàm sermonē facere & habere de gloria uirginis matris. A laudibus siquidem humana mortalitas non debet cessare, cum hominis sola natura super spiritus immortales exaltatur in uirgine, de cuius laude & gloria nec silere patitur deuotio, nec dignum aliquid potest concipere cogitatio, aut inerudita parturire locutio. Nam ipsi cœlestis curiæ principes in tantæ nouitatis consideratione clamāt nō sine admiratione, Quæ est ista quę ascendit de deserto: id est, de sub sole, ubi non est nisi labor & afflictio spūs. Ascēdit inq̄, delicijs affluens spūalibus. Quid nisi delicias dixerim decus uirginitatis cū munere fœcūditatis, humilitatis insigne, fauū charitatis distillante uiscera misericordię, pulchritudinē gratię, prrogatiuam gloriæ singularis? Ascēdens ergo

Cant. 2. | Ioh. 1. | Cant. 2. | Cant. 8.

speciosa, facta est suauis etiã angelis sanctis. Hęc Bernardus. Insup, beatissimã dñam esse super oĩm angelicorũ ordinũ altitudines eleuatã, & collocatã iuxta soliũ filij sui, multipliciter comprobat. Primo, qm̃ rex & regina ab eodẽ principatu, regno ac dignitate denoĩantur, sicut rex Frãcię & regina Frãcię, ab eodẽ regno noĩa suę præsidentię sortiuntur. Sed sicut Chr̃s uocat rex cœlorũ, sic benedicta uirgo Maria regina cœlorũ asseritur. Dignitas autẽ Chr̃i, & regnũ principatusq; eius, incõparabiliter est sup dignitates oĩm angelicorũ spirituũ: ergo & dignitas, regnũ ac potestas sacratissimę uirginis. Amplius, plus trãscendit diuinissima uirgo Maria Seraphin, q̃ Seraphin Cherubin. Sed tãta est excellentia Seraphin sup Cherubin, qp ad diuersos pertinent choros: ergo præclarissima dña sup Seraphin est

Hebr. 1. prouecta, & seraphico ordine altior est effecta. Deniq;, oẽs angelici spũs sunt serui creatoris, & cõparantur ad uirginẽ summã, ut serui ad dñam: ideo ipsa sup uniuersos illorũ ordines est sublimata, tanto sublimius, quãto matrẽ regis creatorisq; oĩm uirtuosissimã, præfici decuit & superferri mãsionibus ministrorũ & ordinibus angelorũ sanctorum, ad dexteram filij collocata. Rursus, ad gloriam Seraphin homines possunt ptingere, non autem ad gradũ, dignitatem & gloriã uirginis benedictę: quę cũ sit uera genitrix dei, iure, titulo ac priuilegio maternitatis istius, prælata est omĩ personæ creatæ regina & imperatrix ac do-

1. Cor. 1. mina angelorũ. Postremo, decentissimum fuit, Chr̃m dei uirtutem ac dei sapientiã, propriã matrẽ in donis grę ac diuitijs glorię, & tã in donis grę gratificãtis, q̃ in donis grę gratis datę, oĩb⁹ suis præferre ministris: imò incõparabiliter collocare, exaltare & honorare p̃ illis.

Articulus XIII. De ineffabili iucunditate, quam habet beatissima uirgo Maria in uisione corporali ac interiori humanitatis filij sui.

Cantic. 3. Psal. 103. Eccl. 42. Psal. 91. EGredimini filię Sion, & uidete regem Salomonem in diademate quo coronauit eũ mater sua. Sicut lætatur creator omnipotens in operibus suis, sic & mentes creatę in sui creatoris effectibus iucundantur. Etenim gloria domini plenum est opus eius: ideo dixit Psalmographus: Delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Quemadmodum autem essentiale præmium beatorum in uisione diuinæ consistit essentiæ, sic eorundem præmium accidentale, in creaturarum speculatione consistit, per relationem earum ad creatorem. Talis nanque cognitio delectabilis eis est, inquantum conditoris magnificentiam, omnipotẽtiam, perfectionem & sapientiam in suis contuentur effectibus. Denique, quo creatura aliqua fuerit perfectior, deiformior, speciosior, ac magis dilecta, deo quoque magis propinqua, tanto in eius intuitione beati plus delectantur, & deum in suis benedicũt operibus. Certum est autem, solam CHRISTI humanitatem toti residuo entis creati, deo esse chariorem, pulchriorem, perfectiorem, cum ipsa ad increatum & hypostaticum esse uerbi æterni, assumpta sit & supposi tata in illo, totaq; eius capacitas plenissime est impleta omni dono gratiæ, omni quoq; munere gloriæ. Omnes etiam beati in patria, diligunt eam prę omni creatura: idcirco in eius agnitione post deum potissime gloriantur, imò plus collętantur in eius intuitu, q̃ in totius residui contẽplatu. Nec omĩa delectamenta & gaudia etiã simul uitę pręsentis, queũt ęquari delectationi, quã habẽt in humanitatis Chr̃i aspectu. Prętereà, in humanitatis illius contemplatione exultãt nõ solũ, qm̃ ipsa in se tã bona, tã dulcis, tã amabilis & decora cõsistit, sed etiã propter bñficia ei⁹: hoc est, propter bona quę p̃ eã sunt cõsecuti, qa p̃ eã est reparata ruina cœlestis Ierusalẽ: atq; in ipsa humanitate à uerbo ęterno assumpta, clarius q̃ in toto creato residuo oĩpotentiã, bonitatẽ, charitatẽ, pietatẽ, miam, iustitiã, sapientiã & munificentiã creatoris cõspiciũt. Specialius aũt gloriant in humanitatis assumptę intuitu, animę sanctæ iam beatæ: atq; post corporũ suorũ resuscitationẽ, hoĩes p̃destinati gloriabunt, p̃cipue in ei⁹ aspectu exteriori & interiori. Nũc uero singularissime, p̃cordialissime & exuberantissime gloriaris tu ò mũdissima ac excellẽtissima uirgo Maria, in contẽplatione clarissima, sensibili & intellectuali glorificatissimę humanitatis p̃dilectissimi ac unici filij tui. Et quãto prę cęteris cũctis filiũ tuũ dignissimũ secundũ utrãq; ei⁹ naturã clari⁹ contẽplaris, atq; feruẽtius amas, tãto in oĩ eius intuitu, & in eius hũanitatis interiori ac exteriori p̃fecto aspectu ineffabili⁹ iucũdaris, & cũ inęstimabili lętitia ei⁹ incessabiliter intueris humanitatem, prorsus pulcherrimã. Amplius, q̃ plura ac maiora cõsecuta & adepta es bona per Christi incarnationem, eo plus diligis eius humanitatem, & deliciosius atq; affectuosius inspicis eam. Certumq; est, qp per Christi incarnationẽ sis facta genitrix dei, domina mundi, angelorum regina, & mater totius militantis ac triumphantis ecclesiæ: idcirco in contẽplatione humanitatis filij tui, est tibi benignissima mater inexcogitabilis gloria & dulcedo.

Rur-

Rursus,quo cũ unigenito tuo in hac uita es familiarius ac amorosius conuersata,& quanto fidelius ac cordialius ei in omni eius persecutione,aduersitate,labore,angustia, irrisione,blasphemia,passione & morte condoluisti ac astitisti,eo nunc utiq; in omni honore,exaltatione,glorificatione,prosperitate,decore, gloria humanitatis filij tui gloriosius gaudes,epularis,tripudias:& regem in decore suo cernunt oculi tui,alloqtur lingua tua,osculatur os tuum,amplexantur brachia tua,astringit sibi pectus tuum,contrectãt manus tuę dignissimæ,& iuxta omne desiderium ac placitum tuum, frueris eo purissime atque dulcissime inæternum. Postremo,ò præcharissima & optima domina,quo ipse tibi propinqor est,& quo magis es unum cum eo,quo maior mutua tui & eius communio, eo felici⁹ in ipsius humanitatis aspectu lętaris.Porro ipse est unicus fructus uentris tui, singularis spõsus tuus,summus amicus tuus,dominus & saluator tuus:idcirco in eius humanitatis aspectu inenarrabiliter gloriaris. Nunc ergo ò uenerandissima & prædilectissima uirgo mater ac domina,nunc cum om̃i iucunditate & gloria uide & intuere, ac æternaliter sine interpolatione conspice unigenitũ tuum in summo cœlo,in throno altissimo felicissime residentem,cœlo & terræ,omniq; creaturæ imperiosissime præsidentem,prę cunctis electis incomparabiliter pulchrum ac radiantem, gloria & honore coronatum, amictum lumine tanquam ueste: in cuius nomine flectitur omne genu cœlestiũ, terrestrium & infernorum:cuius aduersarij sunt confusi, cuius persecutores æternaliter sunt damnati, quẽ olim uidisti in cruce suspensum, distẽtum,irrisum, blasphematum,factum opprobrium hominum,deformatum ut leprosum,& acerbissima atque ignominiosissima morte peremptũ, tibi quoque uehementissime compatientem. Ecce nunc laudant eum astra matutina,& iubilant ei omnes filij dei:& ipse delectatur in te,& gaudet in tuo aspectu,om̃iq; felicitati ac gloriæ tuæ congratulatur.

Isaiæ 33 · Psal. 103. · Ephe. 5. · Philip. 2. · Psal. 15. · Matth. 27. · Psal. 21. · Isaiæ 53. · Sapiẽ. 2. · Iob. 38. · Isaiæ. 62

Articulus XIIII. De honore & gloria, quam deus incarnatus suæ dilectissimæ matri coram uniuersis beatis in triumphanti ecclesia incessanter impendit.

OStende mihi faciem tuã,sonet uox tua in auribus meis. Vox eñ tua dulcis,& facies tua decora. Si uerum est, quod tu domine Iesu Christe in euangelio de teipso & de tuis protestaris electis, Amẽ dico uobis,quòd pręcinget se,& faciet illos discumbere,& transiens ministrabit illis:si inquam sic in tuo cœlesti palatio tuos honoras electos, qualiter æternaliter ueneraris tuam amantissimam matrem?qualiter reficis eam?Tu quippe dixisti in nouissima cœna apostolis: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis:& ego dispono uobis regnum,ut edatis & bibatis sup mensam meam in regno meo. Veruntñ hi quibus hoc ipsum dixisti, paulo post fugerũt à te,& in extrema tua persecutione ac amarissima passione te reliquerunt. Nonne ergo tuæ fidelissimæ ac cõstantissimæ genitrici delicatissimã ac singularissimã parasti & exhibuisti, indesinẽterq; exhibes refectionem,quę te nunq̃ reliquit,neq; te unq̃ offendit? Deniq; ipsa te iugiter totis uiribus honorauit, tuis doctrinis promptissime obediuit, tibi in cũctis reuerentissime,humilime ac amorosissime ministrauit. Idcirco promeruit à te in cœlesti paradiso pręclarissime honorari: & quam inter homines conuersando es ueneratus in terris, nunc inter beatos regnando decẽtissime ueneraris in cœlis. Tu nanq; toti cœlesti militiæ, cunctis angelorum agminibus & uniuersis beatis iussisti, ut matri tuæ benedictæ in cunctis obediant, sicut & tibi:& eam honorent hyperdulię cultu, quemadmodum & te secundum humanitatem assumptam. Præterea, tu dixisti: Qui me confessus fuerit coram hominibus,confitebor & ego eum coram patre meo: Ideo tuam pręstantissimam genitricem, quæ te non solum nunquam erubuit,nec tempore tuæ ignominiosissimę passionis à te usquam recessit,imò circa te se semper reuerentialissime habuit,& præ nimia humilitate ex consideratione excellentiæ tuæ,se uix matrem tuam audebat uocare,se'q; tuam ancillam maluit nuncupare. Hanc inquam,nunc coram patre cœlesti, coram superbeatissima trinitate,coram uniuersa ecclesia triumphanti confiteris, honoras, commendas, oĩbus testans, pandens,annuntiãs,quòd ipsa sit tua dignissima atque charissima mater, cui nil negas, cuius faciem nunquam confundis,à qua uultum tuum nunquam auertis:& quanto ipsa pijssima uirgo,mater ac domina,seipsam profundius humiliauit in terra,& nunc usq; in cœlo humiliat,tãto uersa uice tu deus sabaoth, rex glorię, iudex iustissime, & omnium sapientissimus moderator ac ordinator, magis ac magis eam exaltasti & honorasti, exaltas atq; honoras:& pro reuerẽtia eius,meritis eius ac precibus, toti mũdo misereris, parcis & sub-

Canti. 2 · Lucæ 12 · Lucæ 22 · Marc. 14. · Baruch. 3. · Marc. 8. · Lucę 12. · Lucæ 1. · Isaiæ 6. · Iere. 11. · Iacob. 5. · Psal. 24

uenis. Postremo, in militanti ecclesia per præclara miracula, per innumerabilia signa, per basilicarum structuras, per fidelium deuotas culturas, tuam ut decet dignissimam matrē ab exordio primitiuæ ecclesiæ, præsertim à tempore suæ assumptionis, copiosissime honorasti.

Articulus XV. De dilectione ac ueneratione, quas uniuersa triumphans ecclesia impendit reginæ cœli.

Iudit 15. TV gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi tui, quia fecisti uiriliter, & subuenisti ruinæ populi tui. Ostēsum est paulo ante, quemadmodum accidentale premium & secundarium gaudium omnium beatorum, in uisione humanitatis Christi consistant: deinde uero, in cōtemplatione deiferæ genitricis, summæ & gloriosæ Mariæ, uniuersi ciues cœlestes potissime gloriantur ac delectantur, & ipsam potissime ac suauissime amant, reuerentissime uenerantur, ac deuotissime laudant, ac summe magnificant, admirantur, extollunt: quoniam ipsa post CHRISTI humanitatem, est maximæ bonitatis, summæ perfectionis, altissimæ dignitatis, splendidissimæ formositatis, dulcissimæ pietatis, sublimissimæ potentię, eminentissimę sapientiæ, plenissimę munificētię, sed & saluberrimæ fructuositatis. Nam & per ipsam reparatum est genus humanum, ac instauratum cœleste palatium: quoniam ipsa sacratissima uirgo cōcepit & peperit, lactauit & enutriuit omnium saluatorem, tantamq; prærogatiuam & excellentiam meruit saltem de congruo. Porro animæ beatæ tanto specialius, feruentius ac honorificentius eam diligūt, uenerantur, colunt, collaudant: quāto plus in specie ei propinquāt, & quo maiora pluraq; bona per eam sortitæ sunt, atq; quo gratiosius per eam adiutę sunt ad euadendum laqueos & tormenta damnationis æternæ, & item ad obtinendum charismata gratiarum in uia, ac munera gloriæ in patria: & qui in his magis misericorditer ab ea adiutę sunt, eamę ternaliter quantum ad hoc amplius amant, laudant, glorificant, atq; pręcordialius regratiantur eidem. O, quanta est beatitudo, charitas & concordia ciuium supernorum, quanta ordinatio, bonitas, confirmatioq; eorum, quanta subiectio & obedientia sub creatore omipotente, ubi nullus cœlestium illorum angelicorum spirituum, immaterialium substantiarum, nobilissimarum creaturarum, deiformium mentium, simplicissimorum incorporaliū animorū, inuidet mulieri ipsis tam eminenter pręlatæ, tam incōparabiliter super se exaltatæ, nec ei subijci dedignatur. Non spernunt in ea sexus humilitatem, carnis conditionem aut inferioritatem naturæ, imò præcordialiter fauent ei omnem excellentiam eius, & uniuersæ exaltationi ac gloriæ eius intime congratulantur, ac ipsam reginam summam atque humilimam magnifice uenerantur, humiliterq; collaudant uniuersi & singuli illi. Præterea, quid mirum, si eam ita extollunt, & illi se libenter subijciunt, quam à deo creatore suo cernunt sic prælectam ac predilectam, in qua & ex qua uident

Psal. 49. deum hominem factum, cui & ipsum uniuersitatis cōditorem, regem cœlorum, deum de

Luc. 2. orum uident fuisse obedientem ac subditum, imò adhuc & inęternum exhibentem & impendentem honorem præcipuum, ut proprię genitrici: per quam insuper intuentur omnium ciuium supernorum felicitatem & gloriam tam ineffabiliter esse auctam. In ipsa ergo post CHRISTVM uehementissime iucūdantur, quia post Christi humanitatem sacratissima uirgo Maria est pręclarissimum splendidissimumq; simulacrum contemplandi altissimum: in quo plane simulacro, adorandę trinitatis bonitatem, pietatem, charitatem, omnipotentiam, sapientiam, liberalitatem, misericordiā, ęquitatem lympidissime ac iucundissime contemplantur, & deū laudant in ipsa, ac ipsam in deo: qui se tam charitatiue ac liberalissime cōmunicauit ac dedit uirgini tantę, atq; per eā oīa tam sapienter & clementer refecit: sicut per primā fœminā omnia fuerant deformata, imò per hanc multo plus profuit q̄ illa nocuerat. Nempe per hanc confert, quicquid gratię dare decreuit, ut patuit supra. Vnde conuenienter dixit Hieronymus: Hęc est uirgo, quę sola uniuersam hęreticam perimit prauitatem, sola post deū in omi nos roborat ueritate, suisq; meritis nos deo commendat, ac precibus iugiter auxiliatur. Etenī teste Bernardo, ipsa est nostra fidelissima mediatrix

Psal. 108. & aduocata, ostendens filio iudici pectus & ubera, & indesinenter interpellans pro miseris, pro periclitantibus in mari hoc procelloso, pro pereuntibus in hoc mundo immundo. O, quàm indicibiliter omnes beati iucundantur in ea, in tam speciosissima dn̄a, in tam fœcundissima, mundissima, saluberrima ac diuinissima matre, in tam sanctissima atq; humili-

Iohan. 1. ma impatrice, in tā benignissima adiutrice, per quā tot bn̄ficia sunt adepti, de cuius plenitudine suscipiunt uniuersi, quę tā pulcherrimū ornamentū est curię supnorum patrię beatorum,

tam uenustissimus ac pulcherrimus flos paradisi cœlestis, tam amorosissima uniuersorum amatrix, per quam deus & conditor noster factus est saluator & frater noster, in qua quod decliuius est, per naturam copiosius uenustatum & honoratum est per gratiam singularem, & per incomparabilem gloriam. Vnde optime dixit electus Bernardus: Quod in terra non fuit dignior locus utero uirginali, & cellula eius uirginea, ubi deum recepit, incarnauit, tulit & aluit. Nec post thronum Christi in cœlo est altior locus, quàm ubi Christus suam matrem locauit. Innotescit quoq; ex introductis, quàm ueraciter idem disseruit sctūs: Summa gloria ô Maria, est post dñm te uidere, tibi adhærere, & in tuæ protectionis munimine demorari. Hæc est beatissima illa, in qua ut sanctus ille fatetur, extruxit sibi domum sapientia cœlestis & æternalis, quæ adeo uirginis mentem repleuit, ut de plenitudine mentis fœcundaretur caro ipsius, & uirgo singulari gratia eandem sapientiam carne tectam pareret, quam prius pura concepit. Postremo, hæc est mulier illa dignissima, cuius pulchritudo & species est in ornamentū domus suæ, domus supnæ, domus totius triumphantis ecclesiæ: sicut sol oriens in mundo in altissimis dei est in ornamentum totius mundi sensibilis. vnde diuinus Dionysius uerissime docuit & conscripsit, quod etiam summi ordines angelorum, Throni, Cherubin ac Seraphin purgantur, illuminantur ac perficiuntur ab ea, multo præclarius sine dubio, quàm inferiores ordines à quocunque choro superiore, secundum quod ipsa unica & incomparabilis uirgo in omni sapientia, scientia & diuinorum notitia secretorum incomparabiliter superat uniuersos ciues cœlestes. Ideo' que de exuberantissima plenitudine sua inferioribus communicat & diffundit.

Articulus XVI. De iucunditate & gloria quam habet optima uirgo Maria in cunctis electis & beatis.

QVæ est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne uos ante dominum? 1.Thess.2. Vniuersi beati Christi sanguine liberati, & gratia eius renati, sunt spirituales filij eius ac filiæ. Naturale autem est matri, gloriari in sobole prolis suæ, dum soboli illi bene succedit. Ideo in omnibus animabus beatis, felicissima Maria intime gloriatur: atq; quo uniuersos & singulos ciues cœlestes clarius noscit, ac plenius diligit, eo de uniuersorum & singulorum salute, decore & gloria cordialius delectatur, cunctis quoque congratulatur, & uniuersum illum triumphantis ecclesiæ exercitum copiosissimum, pulcherrimum, iucundissimum, ordinatissimum atq; sanctissimum cum inæstimabili iucunditate, complacentia, congratulatione, charitate & beneuolentia intuetur, tanquam opus & agmen, curiam & militiam unigeniti filij sui: imò & tanquam ministros ac filios suos, quia per ipsam sunt omnes saluati aut instaurati. Amplius, delectabile est habere bonum optatum, & bono concupito uniri. Ideo, quo præstantissima ac feruentissima uirgo MARIA in hac uita affectuosius concupiuit uniuersorum conuersionem, gratiam & salutem, & quo pro cunctis intensius exorauit ac fortius laborauit, eo de ipsorum adepta salute cordialius gratulatur, atq; de ea superbenedictæ trinitati deuotius ac iucundius semper regratiatur. Præterea, quo benedictum & adorandum fructum uentris sui uirginei amat ardentius, eo fructificationem suæ passionis ac mortis iugiter affectauit, & affectat intensius. Idcirco in tam innumerabilibus milibus animarum sanctarum cernens passionem sui filij saluberrime fructificasse, uehementissime gaudet de omnium illorum salute. Insuper dictum est, quod quicquid gratiæ ac uirtutis confertur hominibus, per Mariam dulcissimam distribuitur ipsis, ideo ipsa uere uocatur mater gratiæ, mater & regina misericordiæ: hinc ipsa in beatis animabus tanquam in sobole sua mirabiliter delectatur: nempe & meritis ac precibus serenissimæ dominæ nostræ post preces & merita Christi, etiam ipsis apostolis post eorum ruinam data est gratia reparationis: & quicquid boni per apostolos & eorum coadiutores, successores & sectatores in mundo est gestum, splendidissimæ atq; pijssimæ uirgini post filiū eius est ascribendū. Vnde asserit Vbertinus. Ipsa dignissima uirgo singulariter totum mysticum corpus cum uero Christi corpore suo portauit in utero, & in continuis cordis sui doloribus assimilata doloribus sui filij, parturiuit. Cui attribuitur tota corona duodecim aplorū, q̄m meritis eius fuerūt uocati, atq; per eius instructionem edocti. Per eius quoq; suspiria & orationes spiritusancto repleti. Vnde & uirgini sanctæ singulariter attribuitur tota per apostolos facta mundi uictoria. Tu igitur deliciosissima, tenerrima & illustrissima uirgo Maria, in sanctis patriarchis tanq̃

in tuis progenitoribus ac mysticis præsignatoribus gloriaris. In sanctis quoque prophetis tanquam in prænuntiatoribus mysteriorum filij tui, ac tuæ personæ ac dignitatis, atque in omnibus sanctis ueteris testamenti, ac legis naturæ, qui tuum desiderauerunt aduentum, sine cuius præcessu nouerant regem Messiam non esse uenturum. Gaudes demum præcipue in sanctis apostolis, tanquam in filij tui summis præconibus charissimisque amicis, ac totius mundi côuersoribus ac magistris: per quorum prædicationem, uirtutes, miracula, fructificauit passio filij tui, & mundus conuersus est. Præcipue autem gaudes in tuo adoptiuo filio & custode Iohanne apostolo, quemadmodum & in paranympho tuo Gabriele archangelo: sic & in sanctis tuis parentibus, in consanguineis tuis apostolis ac ceteris sanctæ tuæ parentelæ electis personis, atque in fidelissimo tuo ministro, custode ac sponso castissimo Ioseph. In fœminis quoque sanctis, tibi in mundo familiaribus, & filio tuo fidelibus, præsertim in prælecta illa Magdalena. Item in uictoriosis martyribus tanquam in filij tui efficacissimis testibus strenuissimisque militibus. In confessoribus uiris heroicis, & potissime in sacris uirginibus, tuis specialibus dilectricibus, imitatricibus, filiabus, adolescentulis & ancillis charissimis: sicque in cæteris, quanto tibi in hac uita fuerût deuotiores, & in tuo sancto amore feruentiores, ac zelo fraternæ salutis atque diuini honoris magis fuerunt succensi, & pro Christi honore ac proximorum salute plus laborauerunt, & plura ac grauiora perpessi sunt. His omnibus tanquam diademate coronaris, & tanquam sponsa ornata suis monilibus, decoraris. Hæ animæ sanctæ post te regi regum adducuntur, cui regratiantur ac iubilant incessanter: à cuius superdulci amplexu & amorosissimo prorsus affatu nunquam auelleris, quem cordetenus facietenusque indesinenter gaudiosissime intueris.

(Iohan.19) (Esaiæ.61)

Articulus XVII. De dotibus glorificatissimi corporis felicissimæ uirginis.

(Sapien.3.) FVlgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Vniuersi domestici patris cœlestis uestientur duplicibus, hoc est, plena glorificatione animæ & corporis. Etenim corpus quod modo cooperatur animæ & ei obedit in actibus bonis, & tribulationum ac passionum, quæ dei amore sustinentur, est particeps, glorificationis quoque & præmij erit consors. Vnde dixit Apostolus: Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Et rursus: Oportet (inquit) corruptibile hoc induere incorruptelã, & mortale hoc induere immortalitatem: Itaque ponuntur quatuor dotes corporum glorificatorum, uidelicet claritas, impassibilitas, agilitas atque subtilitas. Veruntamen Anselmus uidetur ponere septem: Erunt, inquiens, beatitudines corporis, pulchritudo, uelocitas, fortitudo, libertas, sanitas, diuturnitas & uoluptas. Sed hæc septem ad præ tacta quatuor reducuntur & continentur sub eis, utputa pulchritudo sub claritate: uelocitas, libertas ac fortitudo, sub agilitate: sanitas & diuturnitas, sub impassibilitate: uoluptas autem concernit omnia iam præfata. Erunt quoque corpora glorificata odoris prorsus dulcissimi: & omnia ista erût in corporibus sanctis per redundantiam quandam ab anima per modum meritoriæ causæ, sed effectiue erunt à deo. Ideo quo maior fuerit animæ beatitudo & essentiale præmiû eius, eò hæ dotes eminentius erunt in corpore. Atque quo anima increatæ luci propinquius unita extiterit, profundiusque immersa, ac clarius per contemplationẽ intenta, eo caro erit splẽdidior, pulchrior, agilior, uoluptuosior, dulcior, liberior atque robustior. Si igitur præindicta pensentur, in quibus ostensum est quàm incomparabiliter & inæstimabiliter grãdis, copiosa, exuberans sit beatitudo animæ sacratissimæ uirginis post beatitudinẽ animæ Chri, poterimus utcunque conijcere, imaginari, intelligere, quàm omnino ineffabiliter abundet Mariæ sanctissimæ corpus iam glorificatum in uniuersis dotibus & proprietatibus ac felicitatibus nunc prætactis. O quàm inenarrabiliter speciosum, clarum & splendidum, imò superclarissimum est corpus intemeratæ ac benedictæ Mariæ, cuius anima lumine increato tam profundissime ac radiantissime est immersa, quantum sine personali unione communicari quit aut decuit creaturæ. Deniq; prout ait saluator: Fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorum: non utique solum sicut modo sol fulget ac radiat, sed etiam sicut splendebit post generale iudicium, dum mundo innouato erit lux lunæ sicut modo est lux solis: & lux solis septies maior quàm modo est, ut Isaias prædixit. Præterea creditur, quòd lux illa gloriæ gratiosæ præstanda, omne lumen naturæ excedit. Et si corpora inanimata tanto lumine supernaturaliter uestientur, quanta claritate & luce uenustabuntur ac induẽtur corpora rationabilium creaturarum deo fruentium, increato lumini immersarum, in quibus lux interior

(Philip.3) (1 Cor.15) (Corporum glorificatorum dotes quatuor.) (Mat.13) (Isaiæ.30)

terior omnem naturalem lucem & claritatem incomparabiliter uincet, inæstimabiliterq; transcendet. Hinc creditur, q etiam inferiorum sanctorum corpora glorificata erunt sole innouato clariora & pulchriora. Quo dato, quis iam poterit enumerare, cōcipere aut effari q̄ incōparabiliter, q̄ multipliciter, q̄ abundantissime corpus deiferæ uirginis, caro principis uitæ, quę deum in se suscepit uitamq; inchoauit, clarior, candidior, speciosior erit sole etiā innouato. Certe tūc sol & luna pulchritudinē & splēdorē uirgineę carnis deificatę Mariæ admirabuntur, & eius comparatione nec stellę splendebūt. Tūc per oēm amplitudinē cœli empyrei serenissima uirgo Maria splendidissimos suæ indeficientissimæ claritatis radios fundet, & suę fragrantiam suauitatis undiq; sparget, totamq; cœlestem patriam uenustabit ac delectabit, ac omnium animas in sui admirationem suspēdet, imò & nunc interim agit hęc omnia. Pręterea, si consideremus q̄ deificatum & supernaturalissime ac gratiosissime dignificatum & exaltatum sit Mariæ sanctissimæ corpus in uita pręsenti ex incarnatione uerbi æterni in se & ex se facta, ex cōceptione filij dei, ex inhabitatione tam diuturna ueri dei in utero eius, ex educatione, lactatione & cōtrectatione assidua sancti sanctorum, ex familiarissima & materna cōuersatione cum ipso, ex sanctificatione ipsi in utero matris concessa, ex uirtuosissima exercitatione in omni actu perfecto, ex immunitate peccati, atq; plenissima subiectione sub rectę rationis imperio, poterimus aliqualiter capere q̄ iustissimum decentissimumq; extiterit, innocentissimæ uirginis corpus taliter à suo filio glorificari & adornari in cœlo. Nempe quo in uita hac caro illa uirginea, deo altissimo singularius, familiarius & propinquius communicans, & coniuncta, eo est nunc ab illo sublimius exuberantiusq; glorificata. O quis capere queat, qualiter modo splendeant ubera illa purissima, quæ regē gloriæ aluerunt, & ex diuini oris contactu assiduo honorabilissima erāt facta. Sic & uenter ille castissimus, in quo tot mensibus fons totius decoris, fons immensæ dulcedinis, deus maiestatis & claritatis incircūscriptę incarnatus quieuit & habitauit. Nōne inęstimabili claritate, decore, suauitate resplendet & flagrat? Sic & pectus illud uirgineum ac maternū, iuxta quod unigenitus dei toties requieuit: & quem pudicissima, affectuosissima ac honestissima mater toties pectori suo cum summę charitatis ardore purissimo applicuit & astrinxit. Sic demū manus eius eburneæ, oculi eius syderei, labia eius dulcissima: & breuiter, singula membra excellentissimę dñę ac reginę indicibiliter sunt glorificata, & omni suauitate ac uenustate exuberantissime incōprehensibiliterq; pfusa, repleta & superimpleta, q facialiter intueri, sensibiliterq; percipere, atq; experimentaliter degustare, iucūdissimum prorsus est, & oia gaudia mundi incomparabiliter uincens. O quàm beatissima es uirgo & mater pijssima, quantum tibi congaudere debemus, quantū te laudare, amare, ac uenerari tenemur?

Articulus XVIII. An prestantissima uirgo Maria triplici aureola, ac triplici fructu decoretur in gloria.

HAec est quę nesciuit thorū in delicto, habebit fructū in respectione aiarū sanctarū. Tres ponunt beatorū aureolę, quę opibus arduis priuilegiatisq; competūt ac donant: per quę specialis uictoria obtinet, & in qb⁹ specialis difficultas ac pœna solet consistere, ut in martyrio, uirginitate ac docendi exercitio efficaci. Cū ergo dicat Apl's, Mulieri docere non pmitto, uidetur beatissima uirgo, doctorū aureolā non habere. Rursus, cum nullam unq̄ habuerit inclinationem fomitis ad Venerē, nec difficultatē in resistendo cōcupiscentijs, uidet nec uirginitatis possidere aureolam. Amplius, soli uoluntati patiendi, aut interiori compassioni non debet aureola martyrū, sed reali martyrio. Cū itaq; uirgo dignissima in pace uitā finierit, nō uidet aureola martyrū decorari. Et respōdendum, q Maria sanctissima quę à nullo illustriū superat, omniq; gra ac gloria & decore pręfulget prętactis tribus aureolis, pręclarissime decorat: sicut & ipsa est uirgo uirginū apostolorumq; doctrix, & euangelistarū directrixq; ut suprà libro 2. est declaratū, ipsa benedictissima uirgo per u̓ba & quasdā eplās docuit multas utriusq; sexus psonas, tā ex Iudaismo q̄ ex paganismo cōuersas. Tempore quoq; passionis Chri facta est plus q̄ martyr, mēte & corpore uehementissime prorsus afflicta, & dolens intantum, q nisi diuinitus fuisset conseruata, spiritum exhalasset: prout de isto suprà tertio libro multa sunt introducta. Amplius, in ipsa fuit castitas triplex in summo: utputa uirginalis, coniugalis ac uidualis. Nam & ante connubium uirginitatem promisit. In coniugio uirgo permansit, post obitum sponsi in sancta perseuerauit uiduitate: ideo fructus centesimus castitati uirginali correspondēs, Fructus quoque sexagesimus, qui castitati uiduali debetur, Fructus item tricesimus,

Cant. 7 | 1. Timo. 2

castimoniç coniugali proportionatus in gloriosissima atq; purissima uirgine inueniuntur plenissime, quæ omni nobilitate, plenitudine & excellentia gratiæ ac gloriæ incomparabiliter est præfulgens. Nunc ergo o misericordissima, prælectissima & affectuosissima uirgo Maria mater dulcissima & præclarissima domina, spiritualissima ac diuinissima creatura in æternum dignissima: hoc imperitiç meç opusculum, hoc paruitatis meç præconium patienter admitte, benignissime suscipe, clementissima dignatione accepta, nec iuste despicias, q; ego immundus, uilis ac indignissimus te laudare præsumpsi, & tua describere præconia usurpare, sed solitam tuam benignitatem ostende in me: & apud omnium iudicē iustum tuum filium adorandum, præsumptionem, insufficientiam, indignitatem meam excusa, me q; sub alas misericordiæ tuæ maternæ indefinenter custodi, conserua & salua. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amē.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE MVTVA COGNITIONE SANCTORUM IN PATRIA, Liber Vnus.

PRAEFATIO.

Ephe.1. PATER gloriæ det uobis spiritum sapientię in agnitione eius. Hęc sunt uerba Pauli apostoli ad Ephesios. Sapiētiam sacra scriptura multipliciter laudat, uariosq; ac sublimes Sapien.7 eius actus ascribit. Sapientia nanq; efficit hominē dei amicum, quemadmodum in libro sapientię legitur: Neminem diligit deus, nisi qui cum Sapiētia inhabitat. Christus quoq; apud Iohannē ait apostolis: Iam nō dicā uos seruos, sed amicos: quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Hinc rursus protestat scriptura: Sapientia in aias sanctas se transfert, prophetas & amicos dei constituens. Vt aūt nil fugibilius, nil horribilius est q̄ dei inimicū consistere: sic plane nil appetibilius, nihil prçclarius q̄ esse dei amicum. Sapientiam ergo, per quam mens creata dei creatoris sui fit amica, ardenter ac maxime debemus diligere: propter quod ad Colossenses scribit apostolus: Postulamus ut impleamini agnitione uoluntatis dei in omni sapientia & intellectu spirituali, ut ambuletis digne deo per omnia, crescentes in scientia dei. Secundo per sapientiā uilescunt homini cuncta hæc inferiora carnalia ac terrena: pretiosaq; chara & dulcia fiunt ei superna, diuina ac spiritalia bona. Sapientia quippe est saporosa diuinorū notitia, per quā anima gustat & uidet q̄ dulcis est dominus: gustato aūt spiritu, desipit oīs caro, secundum Gregoriū: id est, supernis atq; internis gustatis delicijs, carnales delectationes uilescunt. Tertio, sapientia omi peccato resistit ac prçualet: quia per eam homo uitam suā gubernat iuxta regulas iuris diuini seu legis eternę prçcepta, & in ratione constabilit ac cōstans efficitur, scdm q̄d scriptum est: Homo sanctus in sapientia manet ut sol: nā stultus mutatur ut luna. Et Aplus ait: Libenter suffertis insipientes, cū sitis ipsi sapientes. Et itez diuina affirmat scriptura: Sapientia uincit malitiā. Signū itaq; uerę sapientię, uita est uirtuosa, potissime conuersatio mā sueta, iuxta illud Iacobi: Quis sapiens & disciplinatus inter uos, ostendat ex bona conuersatione operationē suam in mansuetudine sapientię. Quāuis em̄ uniuersa peccata, specialiter tamen ira & impatientia sapientię contrariantur: propter quod Salomon loquitur: Ira in sinu stulti requiescit: & qui impatiens est, operatur stultitiā. Postremo intantum sapientiā cōmendat scriptura, ut summū hoīs bonū, uidelicet felicitatē in ea cōstituat, prout apd Iohannem asserit filius dei, alloquens patrem: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solū uerū deum, & quem misisti Iesum Christum. Sed & tempore passionis dixit saluator: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundū, ut testimoniū perhibeā ueritati. Ideo ait Cyrillus, q; semper etiam usq; ad finem uitæ sapientiæ studere debemus. Verū hęc omnia de sapientia naturali infusa ac salutari, illa prçcipue quę est unum ac primum septem donorū spiritualium

Marginal notes: Ephe.1. — Sapien.7 — Ibidem — Iohan.15 — Sapien.7. — Col.1. — Psal 34. — Gregorius — Eccl.27. — 2.Cor.11. — Sapien.7 — Iaco.3. — Eccle.7 — Iohan.17 — Iohan.18. — Cyrillus.

rituſſancti ſunt intelligenda, de qua ſapientię primo inducitur: In maleuolam animā non introibit ſapientia. Hanc equidem ſapientiā nullus in mortali exiſtens uitio, habet. Eſt aūt & alia ſapientia ſcholaſtica, quę per ſtudium obtinet ſeu diſcitur, quę duplex cōſiſtit, utpu ta philoſophica & theologicalis. Qm̄ ergo tanta ſapientiæ extat nobilitas, hinc anima tua prędilecte ac uenerabilis frater Gulielme, in hac ultima tua ętate ſapientię auida me roga uit inſtanter, quatenus aliquid tibi conſcribā, de modo quo hoīes electi ſeinuicē noſcēt & cernēt in regno cœleſti. Et quidem de iſta materia doctores catholici copioſe ſubtiliterq; ſcripſerunt: ſed qm̄ laicus es, & hęc ipſa quę tibi ſcribo, in Teuthonicum transferri optas, cōgruit ut iuxta tuā capacitatē ſcribat. Eapropter planius, facilius q́q; quo potero, loquar. Sapientia ſcholaſtica duplex.

Articulus I. Propter quid rationalem creaturam deus creauit.

d Eus glorioſus & ſanctus, qui in ſeipſo infinite perfect᷑, diues ac plenus eſt, nec aliquo eget, ex ſuę puriſſimę bonitatis ſuperexuberāti plenitudine, atq; ex ſuę æternę dilectionis liberaliſſima beneuolentia totum mundum creauit, ut ſcilicet ſuam perfectionem, bonitatem ac felicitatem entibus cōmunicaret, ad ſui ipſius gloriam & honorem. Bonum enim eſt ſui diffuſiuum, id eſt, ſuę bonitatis cōmunicatiuum (ſicut Ariſtoteles docet) Amor quo nil proprium ſibi reſeruat, ſed communicat bonū quod habet dilecto (prout diuinus Dionyſius profitet.) Hinc in libro de doctria Chriſtiana aſſerit Auguſtinus: Quia bonus eſt deus, ideo ſumus: & primo capitulo libri de diuinis nominibus ſanctus ac magnus Dionyſius aſtruit, ꝙ diuinus amor non reliquit deum ſine germine eſſe: hoc ipſum & gentiles philoſophi aliqualiter cognouerunt: Plato enim, quē Auguſtinus duodecimo de Trinitate nobilem uocat philoſophum, ait in primo Timæi, ꝙ deus optimus exiſtens, omniq; prorſus carens inuidia, ideo uniuerſa inſtituit, ut ſingula diuinę bonitatis aliquid participarent: quędam nanq; ab ipſo participant eſſe, quędam uero eſſe & uiuere, alia uero eſſe, uiuere & ſentire, cætera aūt eſſe, uiuere, ſentire & intelligere: & iſta duntaxat diuinę felicitatis capacia ſunt, creatorem ſuū contēplando, diligendo & ipſo fruendo. Ideo rationalem intellectualemq; creaturā, uidelicet hominem & angelum condidit deus, ut ſuę æternę, atq; immenſę beatitudinis ipſa ſit particeps, diuitias glorię ſuę uolens ei monſtrare & communicare, ut & ipſa in ipſo beata ſit: & quod ipſe creator habet & eſt per naturam, creatura hęc habeat & ſit per gratiam. Hinc magiſter Sententiaꝝ ait lib. 2. Tanta eſt bonitas dei, ut ſuę beatitudinis qua æternaliter beatus eſt, alios uelit eſſe participes: ſicq; fecit deus rōnalē creaturā, quę ſummū bonū intelligeret, intelligendo amaret, amādo poſſideret, poſſidēdo frueretur. Et ſi quęritur, ad quid creata ſit rationalis creatura. Reſpondetur, ad laudandum deum, ad ſeruiendum ei, ad fruendum eo: in quibus proficit ipſa, nō deus. Hinc duodecimo de Ciuitate dei loquit Auguſtinus. Porrò, q̄ magna ſit laus rationali creaturę deo adhęrere ut ei uiuat, inde ſapiat, illo gaudeat, tantoq; bono ſine morte, ſine errore, ſine moleſtia perfruatur, quis digne cogitare poſſit aut eloqui? 1. Cor. 8. Ephe. 2. Pſal. 15. Auguſtinus. Dionyſius. Mag. Sſten. Heb. 1. Gene. 1. Sapien. 1

Articulus II. Quòd propter ſupernaturalem beatitudinem rationalem creaturam deus condiderit.

QVamuis omnipotentia dei ſublimis & benedicti in totius mundi creatione, ſapientia in gubernatione, bonitaſq; ipſius in creaturarum conſeruatione euidenter ac eminenter reſplendeāt, ueruntamen in hoc omnipotētia, ſapientia & bonitas amabiliſſimi ac ſereniſſimi dei multo, imò & ineffabiliter euidentius eminentiuſq; relucent, ꝙ non propter naturalem felicitatem ac finem dūtaxat, ſed & propter ſupernaturalem finem ſeu beatitudinem, rationalem & intellectualem creaturam plaſmauit: Non enim ſatis uiſum eſt optimo atq; pijſſimo creatori naturalem beatitudinem communicare rationabilibus creaturis, Verum ſupernaturalem felicitatem eis conferre decreuit: In quo utiq; eius bonitas, ſapientia & poteſtas tanto ſublimius pręclariuſq; refulgent, quo ſupernaturalis felicitas naturali beatitudini extat pręſtantior. Quæ ergo eſt felicitas naturalis, quę item beatitudo ſupernaturalis? Dicendum, ꝙ naturalis felicitas eſt contemplatio dei, ad quam intellectualis creatura per dona naturæ ualet pertingere, utputa per naturale lumē rationis, & per ſcientias acquiſitas, eo modo quo deus creator ex rebus creatis poteſt agnoſci. De hac felicitate loquuntur philoſophi. Ait enim Ariſtoteles decimo Ethicorum, quòd in ſpeculatione optimi ſpeculabilis, ſcilicet primę ſummęq; ueritatis, beatitudo conſiſtit. Hanc quoq; naturalem felicitatem quidam elegantes philoſophi ualde deſiderauerunt ac magnipenderunt. Refert nanq; decimo de Ciuitate dei Auguſtinus, Felicitas naturalis quæ ſit. Ariſtoteles.

Beatitudo supernaturalis quæ. Plotinum Platonicum scripsisse, quod contemplatio dei tantę pulchritudinis uisio est, & tanto amore dignissima, ut sine hac quibuslibet alijs bonis homo sit præditus & abundans, infelicissimus sit. Præterea, supernaturalis beatitudo, ad quam creatus est homo, est contem-
1.Cor.13 platio diuinæ essentiæ in seipsa, clare & immediate: quam Apostolus nominat uisionē dei per speciem, seu facie ad faciem: quia in hac beatifica ac desiderabilissima & deliciosissima uisione conspicitur deus benedictus sicut est in sua claritate & gloria infinita, nō per similitudines creaturarum, sed per ipsammet increatam lucem ac diuinam essentiam, mēti creatæ per modum intelligibilis formę unitam, prout sanctus Thomas in Summa contra gētiles profunde disseruit. De hac felicitate ait in prima sua epistola Iohānes apostolus: Charissimi, nunc filij dei sumus, & nōdum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei, scilicet deo, erimus: quia uidebimus eum sicuti est. De hac uera, plena, cœlesti, sempiterna ac supernaturali felicitate philosophi nil loqui sciuerunt: imò impossibilē eam putabant omni menti creatæ angelicæ & humanæ. Quoniam itaq; ob tantam beatitudinem conditi sumus, non negligamus nosipsos, nec deo altissimo simus ingrati, nec propter ista terrena, caduca, temporales honores, aut immundæ carnis turpia oblectamenta, æterna hac gloria nos priuemus: sed bonum ac munificentissimum deum ardenter amemus, solicite honoremus, eiq; indesinenter in uera iustitia deuotissime ministremus.

1.Iohan.3.

Articulus III. Quomodo deus omnia in seipso cognoscit

Augustinus. VT innotescat quomodo beati omnia uident in deo, dicendum paulisper, quomodo deus adorandus & felix, omnia in seipso cōspiciat. Nil quippe uideri potest aut nosci, nisi per aliquam eius similitudinem in uidente & agnoscente cōsistentem. Cum igitur deus sit infinitus, omnisq; creatura finita, difficile forte apparet, quomodo in deo sint similitudines creaturarū, cum finiti & infiniti nulla existat proportio: & quicquid in deo simplicissimo est, deus est. Est ergo sciendum, quod inter deum & creaturas est proportio ac similitudo imitatiua, non naturalis. Per hoc itaq; quòd sapiētissimus deus intuetur suam essentiam, perfectionem & bonitatem, ut à rebus creatis imitabilem seu participabilem secundum aliquem gradum seu speciem entitatis, bonitatis seu perfectionis, prout creatura aliquo modo participare & imitari potest perfectionē & bonitatem proprij creatoris: per hec inquam diuina essentia appellatur & est exemplar, idea, & quasi intelligibilis similitudo omnis rei creatæ. Rursus, per hoc quod deus omnipotentiam suam perfecte cognoscit, uidet & scit uniuersa & singula in quæ sua omnipotentia potest,
Heb.4 & quæ ei subiecta sunt aut subijci possunt: sicq; cognoscit plenissime atq; certissime non
Psal.138 duntaxat uniuersa quæ sunt, fuerunt & erunt: sed & cūcta, imò utiq; infinita quæ nec sunt nec unquam erunt: omnia itaq; splendēt, continētur ac præsentantur in diuina essentia seu in deo tanquam in primo fonte ac summa origine, atq; causali ac principali uirtute, prout Augustinus in libro octoginta trium quæstionum, & illustrissimus doctor Bonauentura
Bonauētura declarant.

Articulus IIII. Quòd beati deum clare uidentes, non comprehendunt deum, nec omnia uident in eo, quæ in eius essentia splendēt aut continētur.

QVoniam deus in seipso uere, essentialiter ac perfectionaliter infinitus cōsistit, ita quod suæ bonitatis & excellētiæ nullus est finis, suæ sapientię nullus est numerus,
Psal.105. suæ maiestatis & perfectionis nulla prorsus extat mensura: ideo à nulla crea-
Psal.146 tura potest comprehēdi, id est, tam perfecte, clare & plene cognosci, sicut ex sua natura cognoscibilis est: sed ipse solus comprehēdit seipsum: creatura uero cum finitæ capacitatis sit atq; potentiæ, distat ac deficit infinite à dei dignissimi plenaria comprehensione. Deniq;, præcedenti articulo patuit, quod in diuina essentia eiusq; omnipotentia splendēt & continētur penitus infinita: & certum est, quod intellectus creatus cum sit finitus in eē, posse & agere, nequeat infinita cognoscere: idcirco sancti deo fruētes, quāuis diuinā essentiā, sapiētiam ac oīpotētiam clare inspiciant, non tā oīa uidēt in ea quę continētur ac lucent in ipsa, imò in infinitum pauciora in ea conspiciunt: sed quo maioris fuerint meriti, quo deū ardētius amauerunt, quo in maiori puritate ei ministrauerunt, eo ipsum clarius delectabiliusq; conspectant, & plura in ipso cognoscunt: & in hoc doctores concordes sunt. Aliqui tā dixerunt, prout quarto Sentētiarū narrat Magister, quod uidētes diuinā essentiā oīa uidēt
Mag.Sten. in ea, quę deus scit, sciētia uisionis, id est, oīa pręterita, pręsentia & futura. Sed ut S. Thomas alijq; doctores ibi declarāt, dictū illorū repugnat documētis sctōrū, potissime *b. Dionysii*, qui

in libro

in libro de Hierarchia angelica docet, ꝙ angeli superiores purgant inferiores à nescientia quorundam diuinorum operum dei mysteriorumq; gratiæ, & de eisdem illuminant inferiores. Insuper docet, ꝙ Christus secundum humanitatem assumptã, & item uirgo Maria etiam summos angelicorum spirituum de dei operibus mysterijsq; effectuum gratiæ eius illuminant. Septimo quoq; capitulo angelicę Hierarchię ostendit, ꝙ Christo post passionẽ & resurrectionem ascendente in cœlum, angeli sancti tres quæstiones fecerũt, in quarum prima inferiores à superioribus edocti sunt. Constat ergo, ꝙ angeli non uident in deo qcquid agitur & est in creaturis.

Articulus V. Quæ sint illa quę omnes beati uident indefinenter in uerbo.

IN libro Confessionum S. Augustinus ait ad deũ: Dñe, creasti nos propter te: & inquietum est cor nostrum, donec ueniat ad te. Hinc mentẽ humanã nil potest satiare atq; plenarie quietare, nisi deus creator, qui est bonum incommutabile & immensum: unde nec intellectus noster penitus potest quiescere, nisi summã ueritatẽ, quæ deus est, clare beatificeq; cognoscat: nec uoluntas nr̃a potest finaliter satiari, nisi summã bonitatẽ, quæ deus est, fruitiue adepta sit. Omnes ergo deum clare cernentes, omnia sciũt conspiciuntq; in eo, quæ naturaliter scire desiderant, utputa totum ordinem uniuersi, omnesq; species rerum ac gñā & uirtutes, ac proprietates earũ: illa quoq; indiuidua quæ non plurificãtur, sed in uno eorũ saluatur tota natura specifica, sicut sunt sol, luna & phœnix, quę est unica auis. Sciunt insuper singularia hæc inferiora, & quosdam actus eorum, inquantum specialis ratio idipsum efflagitat, aut per species sibi diuinit⁹ inditas cognoscere talia possunt. Verũtñ interiores actus nostros, qui ex mera libertate nostra procedũt, uidelicet affectiones uoluntatis, & cordium meditationes, certitudinaliter scire non ualent, nisi ex reuelatione diuina: quanq̃ coniecturaliter talia possint perpẽdere ex actibus exterioribus & sensitiuis pureq; naturalibus. Hãc materiã plenius prosequi, maiori indiget difficultate, idcirco omitto. Verũ Albertus Magnus in libro suo de quatuor coæquęuis, & Thomas in Sũma contra gentiles libro 2. Durandus quoq; de sancto Portiano super secundum Sententiarũ, ista diligenter pertractãt. Pręterea dici non potest q̃ utiq; delectabile & iucũdum sit præfato modo cognoscere totum ordinẽ uniuersi, & omniũ entium naturas specificas, uires ac proprietates, cętera quoq; prædicta, uidelicet choros & ordines omnium angelorũ, uirtutes, naturas ac proprietates cælestiũ orbium, omniũq; stellarũ & planetarum ac elementorũ, formas mixtorum, naturas & uires cunctorum animalium, uniuersarum gẽmarum atq; herbarum, & cæterorum innumerabilium nobis in hac uita ignotorum.

Augustinus. | Thomas. Albertus.

Articulus VI. Autoritates quędam sanctorũ, ex quibus alicui apparere potest, ꝙ beati uideant in deo, quicquid in toto ambitu creaturæ, seu in toto mundo consistit: & quomodo autoritates illæ sint intelligendæ.

DIuina essentia est uelut splendidissimum speculum, in quo om̃ia clarissime pręsentantur ac lucent: nam ipsa est exemplar, similitudo & ratio om̃ium rerũ: qui autem inspicit speculum, intuetur ea quę resultant in speculo. Cũ ergo uniuersi beati diuinam essentiam in seipsa clare conspiciant, uidetur ꝙ omnia uident in ea quæ in ipsa relucent, & maxime omnia ea quę fuerunt, sunt aut erũt. Pręterea Augustinus super Genesim dicit, ꝙ ea quę temporaliter in materia fiunt, deus in principio angelorũ mentibus pręmonstrauit. Isidorus quoq;, Omnia inquit, angeli sciunt in uerbo, id est, filio dei, antequam fiant. Insuper Gregorius protestatur: Illi qui claritatem lucis diuinę in seipsa conspiciunt, nihil agitur in creaturis quod intueri non possint. Postremo, maius est uidere diuinam essentiam quàm cętera uniuersa: cum ergo diuinam conspectent beati essentiam, uidetur ꝙ aliorũ nil prorsus ignorent, præsertim cum dicat Gregorius, Quid est q̃d nesciant, qui deũ cuncta scientem sciunt? Ad ista dicendum, ꝙ deus sublimis & benedictus est omnium rerum speculum uiuum ac uoluntarium, prout sanctus Thomas deducit quarto Sententiarum: ideo se ostendit mentibus beatorum prout uult, & ut decet ex parte ipsorum, uidelicet secundum capacitatem, dispositionem & dignitatem meriti eorundem, quemadmodum Guilielmus Parisiensis describit: ideo non oportet, ut intuentes speculum illud æternale & exemplare, omnia quæ in ipso continentur atq; refulgent, intueantur. Deniq;, uerba Augustini & Isidori intelligi possunt de omnibus nõ simpliciter, sed per modum distributionis accommodę, scilicet de om̃ibus in genere, & item in specie: uel de omnibus ad angelos specialem respectum habentibus, seu eorum beatitudinem cõcer

Augustinus. | Gregorius.

Thomas. nentibus. Ad uerba uero Gregorij Thomas respondet, quod in uisione beatifica est sufficientia ad omnia singularissime cognoscenda, ex parte diuinæ essentię: ideo sancti quicquid uidere aut scire desiderant, aut ad eos seu felicitatẽ eorum pertinet, in ipsa agnoscunt, horũq; nihil ignorant. Ad id demum quod ultimo tactum est, respondetur: quod licet sit maius uidere diuinam essentiam q̃ cætera uniuersa, non est tñ maius, imò minus uidere diuinam essentiam, & uidere illam simulq; cum ea & in ea cætera uniuersa: Idcirco non sequitur, quod uidẽtes diuinã essentiam omnia contemplentur in ea, quę relucent in ea. Prętere a aduertendũ, quòd sicut diuinitas est ens omnino perfectum, sic eius clara facialisq; uisio ad plenam atq; perfectam beatitudinem sufficit: idcirco non sequitur, quòd beatitudo sanctorũ sit imperfecta, si non omnia sciant quę in diuina splendent ac repręsentantur essentia. Hinc uidens diuinam essentiam, quamuis aliud nihil cognosceret, uere & perfecte beatus est: nec est perfectior ex hoc, quòd aliquid aliud cum ea uidet, nisi inquantum eam perfectius uidet. Propter quod quinto Confessionum loquitur Augustinus: Infelix homo qui omnia illa, scilicet
Augustinus. creaturas, scit, te autem ignorat: beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat: qui uero te & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te tantum beatus.

Articulus VII. Quòd sancti in regno cœlesti distinctissime noscunt omnes secum in regno existentes: & de innumerabili multitudine angelorũ.

Augustinus. Duodecimo de Ciuitate dei asserit Augustinus, quòd angeli sancti cum deo & inter se sanctam habeãt societatem, suntq; una ciuitas dei: eadem autem est ratio de animabus beatis, ita quod ipsę cum deo & inter se atq; cum angelis societatem sanctam sortitæ sunt: qui autem societate iunguntur, seinuicem noscunt.
Gregorius Præterea secundum Gregorium aliosq; doctores, ex electis hominibus & angelis sanctis fit una triumphans ecclesia: quia & homines secundum uarietatem meritorum ad diuersos assumuntur choros seu ordines angelorum, sicq; omnes beati conciues sunt supernæ Ierusalem, & summa uniuntur concordia ac maxima charitate nectuntur, & unusquisque de alterius beatitudine gloriatur: quod esse non posset, nisi seinuicem distincte & perfecte cognoscerent. Hæc nempe cognitio mutua ad plenitudinem felicitatis eorum exigitur, & ad accidentale pertinet præmium, quod ex mutua communione, præsentia, & aspectu concipiunt: quò enim seinuicem ardentiori complectuntur amore, tãto ex mutuo aspectu inseparabiliq; præsentia copiosius gratulantur, & de omni felicitate sua ac gloria sibi inuicẽ abundantius cordialiusq; congaudẽt. Et sicut eorũ pulchritudo, ornatus, opulentia, beatitudo, lætitia nobis in uita hac incomprehensibilis est: ita incomprehensibile nobis est, q̃ cordialissime ac hilarissime de mutua sua societate, ac de omni sua felicitate ac gloria sibi mutuo congratulentur, & intra se glorientur. Veruntamen ista eorum lætitia accidentaleq; præmium quasi nullius est reputationis, respectu præmij & gaudij essentialis, quod ex superexaltati ac beatissimi præsentia sortiuntur: sicut & deus solus uniuersis simul creatis incomparabiliter melior, amabilior, pulchrior, dulcior, pręstantiorq; consistit. Porrò, se-
Anselmus cundum Gregorium & Anselmum in libro, Cur deus homo: tot homines electi perducentur ad regnum cœleste, quot in eo angeli stantes & boni manserũt: qui quot sunt, à nobis
Dionysius comprehendi non ualet: imò secũdum diuinum Dionysium, angelicorum multitudo spirituum, quasi incomparabiliter maior est omni multitudine corporalium rerum. Vnde per
Daniel.7 illud Danielis, Milia milium ministrabant ei, & deciesmilies cẽtena milia assistebant ei: nõ insinuatur aliquis certus numerus angelorum, sed per numerum determinatum, exprimitur numerus indeterminatus: & per numeros illos perfectos ac maximos in se taliter repetitos, datur intelligi multitudo angelorum penitus inæstimabilis, & quodammodo infinita: propter quod scriptum est: Nunquid est numerus militum eius? scilicet dei, imò utiq;
Iob.25. sicut testante Psalmista, Deus secundum altitudinem suam multiplicauit filios hominum,
Psal.11. ita & angelos. Veruntamen ex scripturis aliqualiter potest perpendi, quàm inęstimabilis sit angelicorum multitudo spirituum. Constat enim, quod quilibet homo in mũdo hoc uiuẽs, tam fidelis q̃ infidelis, specialem habeat angelum sui custodem: imò scdm doctores, etiam pueri in utero materno antequam gignuntur, angelum habent: sed & Antichristus angelum bonũ habebit, qui etiã filiũ illũ perditionis ab aliquibus retrahet malis, scdm Thomã & Alo

& Alexandrum de Hales, qui fuit maximus (eratq; frater minor deuotissimus homo) tpis sui theologus. Omnes autem angeli isti, qui singulos custodiunt homines, de infimo sunt ordine angelorũ secũdum Dionysium. Ad minus ergo tot angelici spũs de infimo choro seu ordine angelorũ, quot modo sunt homines in toto mundo uiuentes: q̃uis dubium non sit, quin sint plures. Insuper, scd̃m beatissimũ, imò ut uerbis Damasceni utar, secundũ sacratissimũ, diuinissimũ ac theologicissimũ Dionysiũ, quo angelicorũ spirituũ chor⁹ est altior, eò plures angelici spiritus continenť in eo: sicq; quasi inæstimabiliter plures sunt angelici spũs de ordine Seraphin (q est ordo supremus) q̃ de infimo choro angelico. Sed qs æstimare queat, quot nũc hoies in mũdo existant? Nonne innumerabiles sunt, qđ etiã ex scripturis perpendere possumus: siquidem in Deuteronomio Moyses ait ad populũ Israel: Te elegit dñs deus tuus, ut sis ei populus peculiaris: non qa cunctas gentes nũero uincebatis, cũ sitis oĩbus populis pauciores. Ecce scd̃m uerbũ hoc Moysi, pro tunc filij Israel erant cęteris nationibus pauciores, & tñ pro tunc erant cõmuniter sexaginta milia uirorum, sicut in libro scribiť Numerorũ, mulieribus paruulisq; exceptis. Paruuli aũt uocanť, q citra uicesimum annũ fuerunt, qui forte simul cũ puellis fuerunt non pauciores q̃ uiri: & forte mulieres uiris nõ fuerunt pauciores. Si igitur tunc tot erant p̃sonę in populo Israel cunctis gentibus pauciore, q̃ innumerabiles in toto mundo fuerunt? & tñ tunc multę terræ inhabitabiles extiterũt, quę interim habitari cœperunt. Constat igiť q̃ inæstimabilis sit multitudo sup̃norũ spirituũ, qui sunt splendidissimi atq; fortitissimi milites oipotentis dei, quorũ oim naturã, uirtutes, proprietates beatitudinesq; cognoscere iucũdissimũ erit. Veruntñ posset aliquis obijcere, qa scd̃m Damascenũ species specialissimę angelicorũ spirituũ soli deo creatori sunt agnitę. Rabanus quoq; dicit, q̃ soli deo cõpetit scire, quõ angelica natura in sua puritate subsistit. Ad hęc dicendũ est, q̃ uerba istorũ intelligenda sunt per exclusionẽ uiatorũ & inclusionem beatorũ, ita q̃ soli deo illa sunt agnita p̃ respectum ad uiatores. Ex istis charissime frater aliqualiter patet, quõ homines electi seinuicẽ in regno cœlesti cognoscẽt atq; inspicient. Omnes quippe seinuicem uidebũt ac noscent in increata luce sui creatoris, in quo uidebunt ac noscent oẽs suos conciues. Videbunt ac noscent se etiam per species intelligibiles sibi à deo impressas, per quas & angelicus spũs, & oim rerum naturas ac ordinem uniuersi cognoscent. Quemadmodũ anima Christi, licet à primo suę creationis instãti uidit deum clare per essentiam, & uniuersa in ipso, nihilominus per species seu similitudines rerũ intelligibiles sibi à principio sui cõcreatas, eadem uidit ac nouit secundum oẽs doctores. Postremo, quõ homines electi uidebunt se etiam oculo corporali post generalẽ resurrectionem & diem iudicij, infrà deo pręstante, dicetur.

Al xāder de Hales

Dionysius.

Deute. 7. 14. 26.

Nume 26.

Damascen⁹.

Rabanus.

Articulus VIII. Quomodo anima rationalis à corpore separata intelligat.

SIcut in libris de Trinitate & Ciuitate dei, ac alijs locis sępius recitat Augustinus, q̃dam philosophi, ut Plato atq; Platonici posuerunt, scientias & uirtutes ac intelligibiles rerũ species animabus concreatas, ita q̃ nostrum addiscere esset reminisci eorũ quę sciuimus, eo q̃ anima per dimersionem suã in corpore obliuisceretť scitorũ. Hęc aũt positio quantum ad suum fundamentũ non solum est falsa, sed & fidei sanctæ contraria: ponebant nanq; philosophi isti animas ante corpora esse creatas. Alij aũt philosophi, s. Aristoteles cum suis sequacibus, posuerunt animam nõ pręcedere corpus, & intellectum nostrum in principio sui esse ut tabulam, in qua nihil est pictum aut scriptũ: & ista positio consonat fidei nostrę. Cum itaq; quęritur quõ anima à corpore separata põst hãc uitam intelligat. Si quęstio intelligatur de naturali animarum separatarum cognitione, habet difficultatem pręcipuam de animabus innocentum infantũ, qui ante discretionis tempora moriuntur, in quorũ animabus cum recedunt à corpore, non sunt scientiæ & species intelligibiles acquisitę nec concreatę. Et q̃uis quæstio ista de animabus puerorũ baptizatorũ separatis facilius solui posset, quia mox p̃ducuntur ad regnum cœlorum, ubi omnia uident in deo, & per similitudines rerum eis desuper inditas, seu à deo impressas: tamẽ de animabus infantum non baptizatorum remanet difficultas, quomodo illuminantur, & quæ, quanta & qualiter noscunt. In qua quęstione etiam magni doctores satis discordare uidentur: nã & Thomas & Bonauentura, & Iohannes Scotus, qui uocatur doctor subtilis, diuersimode loquuntur, idcirco pertranseo: quia materia difficilis est, & intantum dico, quia ut omnes isti concorditer dicunt, huiusmodi animæ separatæ aliquam suscipiunt illuminationem à deo & angelis, per quam naturalia & ordinem rerum aliquo modo intelligunt. De animabus autem eorum qui scientia prædiri erant in hac uita, dicitur quòd tanto maiorem illu-

Augustinus.

plato cum se quacib⁹ suis.

Aristo. cũ suis sequacib⁹.

Thomas.
Bonauẽtura
Io. Scotus.

minationem à deo & angelis sortiuntur, quo in hac uita per scientias, uirtutes & species intelligibiles acquisitas fuerunt magis dispositi: & istud de naturali earum cognitione asseritur. Cæterum secundum Christianę fidei ueritatem loquendo, animæ tales cum ad regnũ cœleste peruenerint, ex reuelatione diuina atq; angelica scire possunt ea quæ aguntur in mundo seu uita præsenti, itemq; per animas hinc decedentes, & illuc peruenientes. Similiter animę quæ in purgatorio detinentur, per sanctos angelos & animas illuc uenientes mul- Thomas. ta agnoscunt. Dicit autem Thomas in prima parte Summæ, quęst. 88. & etiam quęst. 89. ꝙ aīę separatæ à corpore per species intelligibiles eis à deo influxas nõ intelligũt singularia omnia, sed ea duntaxat ad quæ aliquo modo determinant, id est, ad quę specialem habitudinem habent, siue per pręcedentem cognitionem, aut pręuiam affectionem, uel per naturalem aut diuinam ordinationem: sic enim & oẽs beati eos specialiter noscunt, q colũt seu Gregorius inuocant eos in speciali. Porrò, de animabus beatis deo fruentibus dicit Gregorius, nequaq̃ esse putandum, ꝙ ignorent ea quę foris aguntur, id est, quę in mundo hic fiunt: sed quic- Augustinus. quid pręsentialiter hic agitur aut est, noscant. Augustinus aũt in libro de Cura mortuorum aliter dicit, scribens ꝙ mortui q̃uis beati, non sciunt quę hic agunt, & quid eorum filij agant: & allegat Augustinus pro se quod Isaiæ 63. scriptum est in persona populi Iudęorum: Abra- Isaiæ 63 ham nesciuit nos, & Israel, scilicet Iacob patriarcha, ignorauit nos. Vnde patriarchę illi defuncti ignorasse uident facta posteriorum suorum. Allegat quoq; pro se, ꝙ mater sua defuncta eum non uisitauit. Verũ ut Thomas exponit, Augustinus scribit hęc uerba dubitando seu opinando magis q̃ asserendo. Argumenta etiã Augustini pretacta nihil cõcludũt: quia tẽpore quo uerba illa Isaię scripta sunt, patriarchę erant in lymbo patrũ, nondũ beati. Sed & uerba illa Isaię multipliciter exponunt: Nec seqtur, ꝙ mater eius defuncta facta sua nesciuit, quãm eum post mortem non uisitauit. Visitationes enim & apparitiones mortuorum secundum dispositionem sapientiæ dei aguntur & subtrahuntur ex causis occultis.

Articulus IX. De dotibus beatorum in patria cœlestis paradisi.

QVando electi de hoc seculo aut purgatorio in regnum cœleste transferunt, dantur eis quędam supernaturalia dona eos adornantia, qui ornatus à magistris do- Dotes beatis attributæ, tes uocant: suntq; dotes hę septem: quarũ tres primę principales spectant ad animam, scilicet uisio, fruitio, tentio: quæ etiã tribus uirtutibus theologicis correspondent: Fidei quippe succedit correspondetq; uisio: spei, tentio: charitati fruitio. Aliæ quatuor dotes spectant ad corpus, utputa claritas, agilitas, impassibilitas, subtilitas: p quas dotes corpora beatorũ glorificabũtur, & aīabus plenissime subijcientur, ita ꝙ actum contemplationis ac fruitionis beatificæ nullo mõ impedient, imò aīæ felicitatẽ gloriãq; auge- Sapien. 9. bunt. Nunc eñ durante hac uita, corpus corruptibile aggrauat animã, deprimitq; terrena inhabitatio intellectum multa cogitantem: tunc uero corpora electorũ omnino impassibilia & immortalia, erunt agilia, clara atq; subtilia, tanto utiq; agiliora seu mobiliora, clariora ac subtiliora, quo anima fuerit deo magis gloriose, propinque ac intime copulata: siquidẽ beatitudo, claritas & gloria animæ redundabit in corpus: ideo quo anima diuina increataq; luce magis perfunditur & impletur, & quo summa bonitate suauius fruitur, eo magis claritas, agilitas subtilitasq; redundabũt in corpore. Veruntamen natura carnis seu corporis permanebit, ita quòd corpora glorificata solida erunt, carnem & ossa habentia, sicut & Luc. 24. Christus post resurrectionem apparens apostolis: Palpate (inquit) & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Hinc corpora illa dicuntur futura spiritualia atq; subtilia, non quòd in spiritualem conuertentur naturam, sed quantum ad proprietates spiritualis naturæ, seu per effectum spiritalis potentiæ, & quia dominio aīæ erũt plene subiecta: erunt quoq; aliorum corporum penetratiua. Postremo, quia proprietas gratiæ excedit proprietatem naturæ, merito credimus quòd corpora glorificata erũt Luc. 17. sole clariora. Hinc Christus in euangelio ait: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eo- Daniel. 12. rum. Et sapientiæ tertio legitur: Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto dis- Matt. 13. current. Augustinus quoq; tertiodecimo de Ciuitate dei, In corporibus inquit, glorificatis, natura carnis remanente, nulla omnino corruptibilitas aut tarditas remanebit. Et ut alibi scribit, ubicũq; uoluerit anima, ibi protinus erit corpus: imò secundum Anselmum, in momento glorificata corpora mouebuntur, id est, in tempore breuissimo, non tamen in instanti.

Articulus X. De claritate corporum glorificatorum: & an erunt transparentia.

IAm dictũ est, quòd corpora beatorum clara ac splendida erũt, tantoq; clariora, q̃ interna lux animę fuerit maior, hoc est, q̃ lumen glorię, quo anima ad dei beatificum intuitum disponitur, perfectius splendidiusq; extiterit, & quo increatæ æternęq; creatoris luci mens intimius fuerit iuncta. Sed tũc quæstio orit, An corpora ista glorificata ac lucida, erũt etiã puia, transparẽtia seu translucẽtia. Et rñdent quidã q̃ nõ. Vnde in compendio theologię, q̃d incipit, Veritatis theologicę, dicitur: q̃ aliqd fertur clarum dupliciter: Primo, quia est peruiũ, sicut uitrũ: secundo, quia est lucidũ sicut stella. Corpora autẽ glorificata, ut consequenter ibi asseritur, non erũt peruia, sed lucida. Sed istud non reor tenẽdum: primo, quoniam sanctorum patrum dictis manifeste repugnat. Ait nanq; S. Gregorius 18. Moralium super illud Iob: Non adæquabitur ei (puta sapientiæ) aurum uel uitrum: quòd in regno patriæ cœlestis, ipsa etiam corporis harmonia corporalib⁹ oculis patebit. Ex q̃ sequitur, quòd oĩa corporis uiscera, iuncturę ac dispositurę, corporeo oculo uidebunt. Præterea, B. Augustinus XXII. de Ciuitate dei capite ultimo loqtur: Omnia membra & uiscera incorruptibilis (scilicet glorificati) corporis, proficient laudibus dei. Oĩes quippe harmonię corporis, quæ nunc latẽt intrinsecus, tũc nõ latebũt, sed in eis mirabilis pulchritudo cernetur, atq; ex oĩbus mens in amore pulchritudinis sui creatoris succendetur. Hinc S. Thomas super quartũ Sententiarum, asserit huic sentẽtiæ cõsentiendũ: quia p eam magis saluatur dignitas corporis glorificati. Sed & dominus Iohannes Ruysbroick, uir magnæ illuminationis, scribit in libro de regno electorum, q̃ corpora glorificata transparentia erunt. Ex qbus elicitur, q̃ unũ corpus glorificatũ cernetur in corporalibus oculis per aliud, ita quòd corpus glorificatũ non abscondet ab oculis quæ retro ipsum sunt. Erunt quoq; colorata pulcherrime, secundũ exigentiã dispositionis suæ naturæ, partiũq; suarũ, & color ille per claritatem adiunctam miro modo ornabitur.

Duplicitet aliquid dicit clarum.

Gregorius Iob. 28.

Augustinus

Thomas.

Iohannes Ruysbroic.

Articulus XI. Quòd beati secreta conscientiarum & cogitationũ suarum mutuo intuent.

SIcut in Moralibus super Iob loco allegato articulo præcedenti ait Gregorius: In illa supernorum ciuium societate, corda electorum sibi inuicem claritate fulgẽt & puritate translucent: & cum uniuscuiusq; uultus attendit, simul & conscientia penetratur: Ibi qppe uniuscuiusq; mentẽ ab alterius oculis membrorum corpulẽtia nõ abscondit, sed patebit animis: q̃usq; autẽ in hac mortali carne uiuimus, cogitationes nr̃as in alterutrũ non uidemus. Illa aũt superna ciuitas, quæ sua uicissim singulis corda manifestat, ex auro simili uitro mundo constructa dicitur, ut designetur auro clara, uitro perspicua. De qua ciuitate cœlesti Iohãnes ait in Apocalypsi: Et erat structura muri ei⁹ ex auro mundo simili uitro mũdo. Deniq; his concordat quod 22. de Ciuitate dei asserit Augustinus: Patebunt etiã cogitationes nostrę tunc inuicem nobis: pluraq; alia ad id pertinentia Augustinus disseruit. Ex hac aũt mutua agnitione interiorum, sibi inuicem ineffabiliter congaudebunt. Certũ est enim, q̃ unusquisq; beatorũ de alio sciet, qualiter mens eius intenta sit deo contemplando, amando, fruendo, & omnia in ipso uidendo, & quomodo oẽs conciues suos ardentissime diligat. Veruntamen inferiores beati, superiorum interiores actus non ita perfecte, distincte & clare cognoscent, ut superiores. Ante finale quoq; iudiciũ inferiores angeli & beati à superioribus de aliquibus mysterijs gratiæ ac diuinis operibus, quæ inferiores ante non nouerant, illustrantur ac edocentur, ut supra iam dictum est. Idcirco fateri oportet, quòd inferiores beati iam interim non sciunt in particulari, quicquid in mentibus superiorum intellectualiter continetur, splendet & est, de huiusmodi effectibus dei.

Gregorius

1. Cor. 2.

Apoc. 21

Augustinus

Articulus XII. Solutio ad principale quæsitum.

EX oĩbus pręinductis uenerabilis atq; charissime frater claret solutio ad id, quod principaliter interrogasti, Quomodo scilicet homines electi se inuicem uidebũt ac noscent in regno cœlorũ. Dico ergo, quòd uisio & cognitio duplex est, scilicet corporalis & spiritalis, seu exterior & interior, uel sensitiua & intellectiua. Si itaq; de cognitione ac uisione corporali, exteriori ac sensitiua loquamur, dicendũ, quòd sancti post diẽ iudicij in corporibus suis glorificatis uidebunt ac noscent se mutuo, corpora sua intus & extra cernendo, imò perspiciendo, uidelicet ipsam complexionem, harmoniam, renes, uenas, neruos & musculos, interiorumque sensuum organa, & quicquid sub pelle corporeum est, lucidissime ac iucundissime intuendo: nec aliquid impuritatis aut indecentiæ in illis erit corporibus. Porro, si de interiori, spiritali, intellectuali cognitione ac uisione loquamur, dicendum quòd animæ beatæ modo se inuicem omnesque ange-

Visio & cognitio duplex.

los sanctos uident, & noscunt per species seu similitudines intelligibiles sibi à deo impressas seu inditas: unde et quoque se inuicem in diuina essentia, illam beatifice contemplãdo. Taliter autem se inuicem intuendo, cognoscunt mutuo omnia dona naturæ, gratiæ & gloriæ sibi diuinitus condonata: conscientias quoque, cogitationes & affectiones iuxta modũ
Gregorius in præcedenti articulo assignatum: imò ut affirmat Gregorius, Vnusquisque tunc magis conspicabilis erit alijs, quàm in hac uita sit sibimetipsi. Postremo, beati in corporibus glorificatis deũ secundum diuinã suam naturã corporali oculo non uidebunt, imò nec angelos, nec proprias animas, tanquã uisibile per se, sed ut uisibile per accidens, inquantũ diuinæ naturę excellentia, perfectio & maiestas, tunc in omnibus rebus, quas corporaliter sunt uisuri, eminentissime apparebit. Nihil aũt uisibile est per se, nisi sit aliquid suũ habens materiale, & uisum per radiũ uisualem immutans, suamque similitudinẽ uisui corporaliter seu
Gen. 17. Apoc. 1. Augustinus materialiter imprimens. Ideo deus omnipotens & excelsus, cũ sit simplicissimus spũs, angeli quoque & animæ, cum sint immateriales essentiæ, non sunt corporali oculo quãuis glorificato uisibiles directe per se. Augustinus tamen uicesimo secũdo de ciuitate dei, quęstionem hãc, uidelicet, An deus ab oculis glorificatis possit uideri, prolixe mouet, discutit, atque determinat. Sed solutio eius iam uirtualiter tacta est. Solent præterea nonnulli simpliciores inquirere, An corpora glorificata erunt uestita an nuda. Ego tamen in nullo doctore eam quæstionẽ legi motam neque solutã. Et puto, quòd doctores magni ac solidi reputent eam puerilem, & tangi indignã. Nihilominus quidam minus (ut arbitror) eruditi dicũt, quod erunt uestita, & quòd uestes illæ tenuissimę erunt ac peruię, mirabiliterque decorę. Sed contra hoc obijci potest: si enim uestita erunt, hoc erit uel propter nuditatem occultandã, uel propter frigus uel cauma pellendũ, aut propter ornatũ. Primũ dici nõ potest, cum uestes illæ dicuntur peruiæ ac transparentes: Iam quoque ex uerbis Gregorij & Augustini innotuit, quòd corpora glorificata tam translucentia erunt, quòd eorũ harmoniæ ac intima uiscera, iuncturæ & ossa corporalibus oculis uidebuntur: quod esse non posset, si uestimenta illa corporum nuditatẽ occultarent ab oculis. Secundũ etiã dici non potest, quoniã nulla intẽperies frigoris aut caloris, imò nulla pœna aut incommoditas erit in regno cœlorum,
Isaiæ 49. quemadmodũ Isaias profatur: Non percutiet eos æstus & sol. Sed nec tertiũ congrue dici potest, quoniam corpora glorificata pene ineffabiliter pulchriora erunt & ornatiora, quàm sint aliqua uestimenta, imò sole & cunctis syderibus uenustiora, honestioraque erũt. Deni-
Gen. 1. que, Adam & Eua in paradiso ante peccatum nudi fuerunt, nec erubuerunt, neque ex mutuo aspectu aliquã indecentem motionẽ perpessi sunt. Beati autẽ erunt confirmati in bono, eorumque corpora pene incomparabiliter splendidiora erunt ac pulchriora, quàm fuerunt corpora Adæ & Euæ in paradiso: Minus ergo eis competet, uestimenta habere extrinseca atque corporea, quàm Adæ & Euę. Si autem alicubi scriptum est, quod erunt uestita, intelligendum est de uestimentis metaphorice dictis, ut uestes dicantur ornatus, splendor & decor exterior
Psal. 91. Psal. 103. corporis, & decentissimi mores ipsius. Nam & de deo scriptũ est in libro Psalmorum: Dominus regnauit, decorem indutus est. & item, Confessionẽ & decorem induisti, amictus lumine sicut uestimento. Sic intelligendum existimo, quod in Reuelationibus sanctæ Brigittę
Exemplum legitur benedicta uirgo Christifera dixisse ad Brigittã: Ego talia habeo uestimenta in cœlo, qualia filius meus, scilicet, Iesus Christus.

Articulus XIII. De essentia, perfectione ac maiestate dei æterni.

VT clarius intelligatur, quàm beatum ac iucundissimũ sit deo frui, & quàm desiderabile ac nobile sit, ei in uita hac per charitatem & gratiã firmiter adhærere, reuerenter seruire, affectuose uniri: quàm etiam uile, impium atque miserrimum sit eum offendere, inhonorare, non amare, sed perdere: aliquid de natura & excellentia, felicitate & gloria superbenedicti & supergloriosissimi dei dicendum uidetur, simpliciter tamen & plane, ut ab omnibus capi possit. Itaque, prout in Exodo legitur, cum deus uiuus & uerus Moysen ad filios Israel destinaret, Moyses'que ad deum dixisset,
Exod. 3. Quod est nomen tuũ, deus statim respõdit: Ego sum qui sum. Hæc dices filijs israel: QVI EST, misit me ad uos. Ex hoc dicunt doctores, præsertim sanctus Hilarius & Damascen',
Hilarius. Damascen' quòd proprium nomen dei est, ESSE, seu QVI EST: sic quòd esse, uere, plene ac proprijssime competit deo, intantũ, quòd sicut comparatione infinitæ sapientiæ dei nullus est sapi-
Prouer. 30 Iere. 10. ens, cum & Salomon dicat, Stultissimus sum uirorum. & Ieremias propheta, Stultus (inquit) factus est omnis homo à scientia sua. & sicut comparatione lucis diuinæ, supersplendidissimæ & immensæ, nihil creatũ est clarum aut candidum, sicut in libro Iob scribitur

Ecce

Ecce cœli non sunt mundi in conspectu eius. Et denuo, Ecce luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ coram eo: sic comparatione increati, æterni diuiniq; esse, nulla creatura dicitur esse: imò potius fertur non esse & nihil, quàm esse aut aliquid: quoniam à plenitudine, pfectione & puritate diuini esse, distat & deficit infinite. Deus ergo est ipsum esse ęternum, primum & increatum, plenum, perfectum, immensum, ita quòd quicquid ad eminētiam, perfectionem, nobilitatem ac beatitudinem ipsius esse pertinet, hoc cum infinita plenitudine, gloria & excellentia, simplicissime competit deo, imò hoc est ipsemet deus: ita quòd in esse diuino absque omni additamento & compositione continetur simplicissime & perfecte, quicquid perfectionis & gloriæ est. Porro, in rebus creatis uidemus aliqua esse: sed esse eorum non est uitale, idcirco est imperfectum: esse ergo diuinū est uitale. Quædam uero sunt & uiuunt, non autem intelligunt, ut sunt bruta, ideo sunt imperfecta: Esse ergo diuinum, est uitale & intellectuale. Quædam autem sunt, uiuunt, & intelligunt: sed entitatis, uiuacitatis & intellectualitatis eorum est finis: & quicquid sunt & habent, non à seipsis, sed aliunde sortita sunt: idcirco non sunt omnino perfecta, sed imperfecta, indigentia ac dependentia. Illic nempe incipit entis imperfectio & non esse, non uiuere, non intelligere, ubi ipsius perfectio & esse, uiuere ac intelligere finiuntur. Esse ergo diuinum cum sit omnino perfectum, ita est uitale & intellectuale, ut eius uiuacitatis & intellectualitatis nullus sit finis: nec esse istud diuinum est aliquo indigens aut depēdens, sed simplicissimū ac nobilissimum est in seipso, ita quòd quicquid in ipso esse asseritur, est ipsummet esse diuinum. Insuper, esse intellectuale non est prorsus perfectum, nisi omni uirtute & sapientia decoretur, nisi omni sanctitate, pulchritudine, suauitate ornetur: esse ergo diuinum est uirtuosum ac sapientiale, sanctum, pulchrum ac dulce: & ita de cæteris, quicquid absolute simpliciterq; loquendo melius atque præstantius est habere quàm carere, id competit deo, & idipsum est deus cum perfectione penitus infinita. Itaque in deo est, & ipsemet deus est bonitas interminata, sapientia infinita, potestas immensa, uoluntas liberrima, sanctitas incircunscripta, pulchritudo illimitata, dulcedo immēsurata, dilectio ardentissima, delectatio exuberantissima, beatitudo omnifarie infinita. Similiter, cum immensa perfectione conueniunt deo adorando & superexaltato iustitia, misericordia, inuariabilitas, ęternitas, pax, opulentia, serenitas, omnisq; omnino dignitas ac maiestas. Ecce talis ac tantus est dominus deus noster omnipotens & excelsus, de cuius perfectione summe gaudere, cuius beatitudini summe congratulari debemus: quem prę omnibus ac super omnia ardenter amare, iugiter honorare tenemur. Præterea, secundum nostram sanctissimam fidem, deus noster unus & trinus est, ita quòd pater & filius ac spiritussanctus, sunt tres personæ coæternæ, coæquales & consubstantiales, & unus uerus ac simplicissimus deus, ita quòd trium personarum est una essentia, una sapientia, una potestas, una maiestas, una pulchritudo, una beatitudo: & quicquid absolutæ perfectionis est in una earum, est in tribus, sic utique, quòd quęlibet harum trium superexcellentissimarum ac supersanctissimarum & superbeatissimarum personarum est infinitæ dignitatis, perfectionis, felicitatis, dulcedinis, gloriæ ac uirtutis: & quicquid filius est & habet, à patre æterno suscepit: quicquid etiam spiritussanctus est & habet, à patre & filio tanquā ab uno principio sumpsit. Ideo quęlibet harum personarum infinitam in se habet felicitatem & gloriam, & unaquæque earum diligit aliam amore penitus infinito, superardētissimo & superdulcissimo: & unaquęque habet in alia complacentiam prorsus immensam, & delectationem uerissime interminatam. Aeternaliter quoque intuentur se inuicem deliciosissime atq; clarissime, & fruuntur seinuicem cum uoluptate infinita ac supermundissima: sicq; lætitia, pax & suauitas domini dei nostri, in seipso est omnifarie plena, perfecta, immensa: & si uere ac syncere diligimus eum, debemus de hoc cordialissime exultare. Quo etenim aliquis syncerius atq; feruentius diligit aliquem, eo de felicitate, perfectione & gloria eius abūdantius gaudet.

Iob 15. Iob 25. Psal. 31 Heb. 1. Psal. 18 Tobi. 13. Iere. 29. Apo. 4. 14 19. 22. Isaie 60. Deute. 6. Eccl. 1. Zach. 14. Matt. 19. 23. Iohan 8. Gala. 5. Ephe. 4. 1. Tim 2 Sapien. 7.

Articulus XIIII. De ineffabili & inæstimabili gaudio præmij essentialis sanctorum in regno cœlesti.

PVlchrum uocamus, quod uisum delectat: & dulce, quod delectabiliter sapit: & quo aliquid pulchrius fuerit, eo eius aspectus deliciosior est: quo autem suauius extat, eo unio gustus & usus, seu fruitio eius sentitur iucundior. Cum ergo deus altissimus & ęternus sit ipsa pulchritudo penitus infinita, sapientialis ac uiua, nō ac-

accidẽtalis, sed substãtialis, imò potius superessentialis, in seipsa purissime inuariabiliterq; subsistens, atq; ab omnibus per infinitam excellentiam separata & superexaltata: nonne inæstimabiliter gaudiosum est, hunc superpulcherrimum deum, hancq; infinitam, super splendidissimam pulchritudinem, primam, exemplarem ac supermundissimam in seipsa clare ac immediate conspicere, cum ipsa ęternaliter habitare, ab eius intuitu nunquam cessare? Porro, quàm incomparabilis, amœnissima atq; gratissima sit pulchritudo & claritas dei adorandi ac benedicti, ex diligenti creaturarum consideratione potest perpendi. Ecce enim, quanta est speciositas & claritas solis, lunæ, planetarũ, stellarum, cœlorum ac elementorum: quàm delectabiliter tempore æstiuali terra ornatur fructibus, herbis, graminibus, floribus, arboribus & uirgultis: & si in faciebus quorundam hominum mortalium tantam pulchritudinem posuit deus, ut intuentes facies tam decoras plurimum delectentur, & diutius inspiciendo uix lassentur, ipsumq; tempus eis breue uidetur, cum tamen facies hominis sit uilis & corruptibilis materiæ portio parua: quàm pulcher est ipse creator
Capit.5. omnipotens, cuius essentia est lux superpurissima, prorsus immensa: & ipsa hæc lux est sa-
Sapiẽ.15. Psal. 90.33. & 144. pientia increata, ueritas interminata, sanctitas cuius nullus est finis. Pręterea, cum deus sit peramabilis, superdesiderabilis ac supergratiosissimus, sit in seipso infinitę suauitatis, imò utique ipsa dulcedo fontana, immensurata, nonne eius fruitio, eius gustus & sapor internus, ineffabiliter iucundissimus, deliciosissimusq; cõsistit? Et si corporalia alimenta ac potus nonnulli tam delectabiliter sapiunt, si corporum unio tãtum delectat, quàm uoluptuosissima est beatifica illa fruitiuaq; unio, qua mẽs creata, dulcedine dei increata, purissima & immensa in seipsa ad libitum fruitur, eamq; in suo fonte experitur, gustat, & ea ad plenũ intus in æternum reficitur: nonne excæcati, insipientes atq; miserrimi comprobantur, qui tanta felicitate se priuant propter præsentis uitæ delectationes impuras, fœdas ac bestiales, propter caducos honores, ac pereuntes diuitias? Nunc igitur mentis puritatem ame-
Prou.22. Sapien.7. 1.Tim.1.6. mus: quia ut Salomon loquitur, Qui diligit cordis mũditiam, amicum habebit regem: de quo ait Apostolus: Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria. Quid autem est ista cordis munditia, nisi detestatio om̃is carnalis affectionis, expulsio totius mundani amoris, atq; immunitas à peccato, decor gratiæ & uirtutum, diuini amoris
Eccl.21. Job 19. Matt.5. Lucæ 6 Psal. 33. Isaiæ.1. synceritas? De huius munditię amatoribus, qui à peccato uelut à colubro fugiũt, qui om̃em iniustitiam tanquam uenenum abhorrent, saluator disseruit: Beati mundo corde, quoniã ipsi deum uidebũt. Porro, hæc præscripta æternæ ueritatis ac summæ bonitatis uisio fruitiua, est essentiale præmium electorũ, correspondens feruori charitatis diuinæ, ita quòd quanto quis iam deum ardentius puriusq; dilexerit, tanto eum clarius cernet, atq; iucundius eodem fruetur. Hæc itaq; est uita beatorum in regno cœlesti, deum incessabiliter intueri, eo iucundissime frui, ipsum cum inæstimabili feruore amare, eius infinitæ beatitudini cordialissime congaudere, ipsum securissime stringere ac tenere, totisq; uiribus pfectissime reuereri, à laudibus eius nunquam cessare, & omni bono impleri. Postremo, summa perfectio quam in uita præsenti possum⁹ obtinere, est, ut huic cœlesti felicissimæ uitę núc quotidie quantum possibile est, propinquemus, uidelicet contemplationi dei ac supernorum, per illuminatam fidem ac luminosum sapientiæ donum, frequenter & quantum ualemus iugiter insistendo, soli deo finaliter propter se pure adhærendo, eius suauitatẽ iam prægustando, eum quotidie ardentius diligendo, eius felicitati & glorię congratulando, ipsum intra nos sanctę charitatis brachijs amplectendo, ac zelo feruido in omnibus hono-
1 Cori.1 Roma.2. 2 Cori.12 Phil.3. Ephe.5. Matt.24. rando, orationibus ac laudibus eius incessanter uacando. O quàm felix ac nobilis est talis uita, sicut & incomprehensibiliter uilis est coram deo uita carnalis. Itaq; qui gloriatur, in domino glorietur: & qui stat, uideat ne cadat: & quo quis plura à deo gratiarũ charismata sortitus est, eo plus regratietur, amet, subdatur, obediat. Qui autem in luto carnalitatis & uitiorum iacet fœtore, consurgat, id est pœniteat, nec differat: quia nescimus diem neque horam.

Articulus XV. De accidentali præmio beatorum.

Accidentale præmium beatorum in summi regis palatio, in cœlesti paradiso, est beatitudo & gloria, quam habent sancti ex mutua societate, intuitione, dilectione ac communione: sicq; beatitudo ista consistit in creatura ad creatorem relata, id est, in ordine eius ad deum. Potissime quoq; felicitas ista, quæ est accidentalis & secundaria merces, consistit in aspectu humanitatis Christi, & in omni pulchritudine eius interiori & exteriori accidentali, quæ sola omnium beatorum pulchritudinẽ uincit,

cit,nec cogitare aut concipere possumus, quàm deliciosissimus erit iste aspectus, præsertim beatis hominibus,qui corpore glorificati, corporalibus oculis exteriorem corporis Christi pulchritudinem intuebuntur,& de suæ naturæ glorificatione in Christo ineffabiliter lætabuntur ac gratias agent,& ipsam Christi humanitatem affectuosissime diligent, quia per eam & eius acerbissimam passionem saluati sunt,& propter bonitatem,sanctitatem ac pulchritudinem eius.Deinde,beatitudo ista & gloria in uisione beatę uirginis Mariæ consistit,quæ beatissima uirgo indicibili speciositate post Christum resplendet,omniumq; beatorum oculis gratissima amabilissimaq; monstratur. Ineffabiliterq; delectabile erit,uidere mutuam dilectionem,delectationem,complacentiam,unionemq; Iesu Christi ac matris eius uirgineæ.Deinde beatitudo ista & gloria consistit in omium angelicorum ordinum ac beatorum hominum uisione clarissima. O,quàm iucūdissimum erit,uidere ac noscere inexcogitabilem magnitudinem,multitudinem,pulchritudinem,perfectionem, dignitatem,& gloriam omnium angelicorum spirituum: intueri quomodo sacratissimę illæ mentes de ordine illo altissimo Seraphin,in dei amore ardent, quomodo spiritus uniuersi de ordine Cherubin in creatoris sui contemplatione clarissime lucent,& ita de cæteris choris angelicis.Nec dubiū quin infimi angeli pulchritudo,ornatus & splendor, omnium huius mundi uisibilium rerum pulchritudinem uincat.Insuper,beatissimorum apostolorum uenustatem,excellentiam & gloriam intueri,martyrumq; innumerabilē,uictoriosum exercitum,confessorum lucidissimam turbam,uirginum purissimam collectionē, totiusq; cœlestis curiæ præclaram militiam,sapientissimam cōnexionem, pulcherrimam ordinationem.Deniq;,cum unum ciuem cœlestem in suo decore & gloria cernere,omne gaudium pręsentis uitæ transcendat: quàm iucundum erit, tam innumerabilem supernorum multitudinē in suo decore & gloria feliciter sine fine inspicere,uidere glorificata corpora electorum in tanto splendore,ornatu ac uenustate,in quibus omnibus erit ętiā quædam decentissima ac delectabilissima pulchritudo,moralis uidelicet,ordinatissima omnium membrorū habitudo,dispositio,modestia siue facetia,quæ & in uultibus maxime apparebit.Erunt quippe in illis beatis hominibus uenustissimi mores, nec aliquod membrū sine prætio infallibilis rationis iudicio unquam mouebitur. Ibi erit omnium inuiolabilis æterna concordia,mutua complacentia,charitas perfectissima. Eruntq; omnia corda uoluntati diuinæ plenarie ac inauertibiliter conformata,atq; in deo inseparabiliter confirmata. Tantæ ergo beatitudinis desiderio,& supergloriosi dei amore,nunc peccatis uiriliter resistamus,carnem cum uitijs & concupiscentijs crucifigamus. Absit nobis gloriari nisi in cruce domini nostri IESV CHRISTI, per quem nobis crucifixus sit mundus, & nos mundo: Per arctam uiam (id est,pœnitentialem uitam) infatigabili corde tendamus ad patriam electorum,& super omnia atque præ omnibus deum filialiter metuamus,ne scilicet eum in aliquo offendamus, eumq; pure ac feruide diligamus: primo ac potissime propter puram & immensam ipsius bonitatem: deinde, propter beneficia eius innumera,ac promissa cœlestia,qui est super oīa deus sublimis & bñdictus. Amen.

Apoc.5. Neemi.1. Isai 43.44. Osee.7 Gala.2. Tit.2. Psal.44 Psal.16.18. Gala.5.6. Matt.7. 4.Regū.17. Deut.4. 1.Reg.12. Iudit.16 Psal.33. Prouer.14 Eccis.5. Matt.10. Apoc.14. 1.Petr.2

D.Dionysii

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI EPISTOLA, QVA RESPONDET quibusdam quæstionibus: quam, quia huic loco non pessime quadraret, apponēdam duximus.

REVERENDO AC PROBO VIRO, DOMINO AC MAGISTRO Arnoldo Cāpion, doctori Iuris & aduocato &c. dño & pceptori suo charissimo.

ZELO dei feruere. Reuerende dñe doctor, libellus de modo corripiēdi & iudicādi, quem cupit dñatio tua, est in domo ordinis nri prope Leodiū: & uenerabilis pater Prior domus illi⁹, mittet pietati tuæ: uel si placet, mittas ad eum ut mittat. Multa alia opuscula continētur in libro illo, in quo inter cætera pfatus continet libellus. Cōposui etiā specialem Tractatulū contra superstitiones: sed haud scio, an & ille Tractatus cōtineatur in libro prætacto. Porro ad ea
Quæstio 1. quæ circunspectio tua quærit, puto dicendū, q̄ infirmitates illę denoiantur à sanctis non quia infligant ab eis, sed potius quia ob speciale meritū eorundē, datū est eis priuilegium quoddā uirtutis curādi huiusmodi morbos. Nihilominus ad commēdandam iustitiā dei & merita pclara sanctoꝝ, legūtur interdū quidā in seipsis atq; in posteris suis plagati, propter iniurias sanctis illatas, ut in Legēda S. Remigij patet de gutturosis. Et idē fert de patiētibus furiā S. Iohannis. Posteri q̄ppe quantū ad corpus, frequenter puniūtur propter su-
Quæstio 2. orū peccata parentū, à q̄bus secundū corpus exorti sunt. Præterea, q̄d tangis de liberatione ægroꝝ per ęq̄pondus, uidet, quia si materię tales offerātur deo ad reuerentiā suoꝝ sanctoꝝ, ad impetrandū patrocinia ipsoꝝ, nec in ipsa æquipōderatione habeat fiduciā, quasi æqualitas pōderis specialē uim sortiat efficiēdi q̄d petitur: sed ideo ęq̄ponderatio adhibeatur, ut aliq̄d boni ac liciti denotetur, utputa ad designandū q̄ æger se totū offerat deo & sancto qui inuocat, seu aliq̄d tale, non apparet esse supstitiosum neq; illicitū: Aliàs uideret prophanū. Et huic respōsioni cōcordare, imò uim conferre uidetur, q̄d Thomas scribit in Secūda secundę quæstione XCVI. in solutione quæstionis qua quæritur: An suspensio sacroꝝ uerboꝝ ad colla sit licita. Vbi inter cętera ait: Cauendū est, ne cū uerbis diuinis & sacris, uana aliqua coniūgantur, ut sunt quidā characteres, pręter signum crucis: & ne spes habeatur in modo scribendi uel ligandi, aut simili uanitate, quę ad reuerentiā dei non per
Quæstio 3. tinet. Hæc Thomas. Amplius, quod quæritur, cur cura ignis S. Antonio potius ascribitur, q̄ beato Laurentio, qui ignis incendio coronā est adeptus martyrij: uidetur ita soluendū, q̄ magnus ille Antonius diuturno ac graui cōflictu ignē libidinis uicit. Vnde & S. Genoseuæ ascribit. Sed cur potius uni sancto q̄ alteri deus talē uirtutem curandi largitus est, nō
Isaiæ 40. debemus immoderate aut curiose inquirere. Quis eñ cōsiliarius eius fuit? & ipse diuidit
Roma. 11. dona sua prout uult, qui solus nouit omniū corda & secretissima merita uniuersorū, & q̄d
Prouer. 16. ampli⁹ deceat fieri. unde & Salomon: Spirituū (inquit) pōderator est dñs. Postremo, quod
Quæstio 4. tangis, cur peregrini S. Cornelij oblationē suā non soluāt, nisi mēdicatim collectam, etiam si abundent. Quocirca uidetur, si mēdicatio illa ex tenacia seu cupiditate procederet, plane illicita esset, & oblatio minus accepta: quæ non est accepta ex opere opato, sed solū ex opere operante. i. deuotione, fide & pietate offerētis. Si aūt mēdicatio fiat pro maiori mendicantis humiliatione, & ut materia illa humiliter postulata, atq; ex alioꝝ charitate & pietate seu liberalitate misericorditer pręstita, reddatur acceptior, commendabile esse uidet, præsertim si & taliter mendicātes, de rebus proprijs paupibus communicēt largius, pro eo q̄ paupeꝝ dona. i. eleemosynas, quę pauperibus potius essent erogandæ, præripuisse, seu saltē accepisse uidētur. Ista pro præsenti occurrūt, quæ sapientiæ tuæ iudicio discutienda & emēdanda relinquo. Venerabilis pater noster Visitator, iam in ultima uisitatione mihi cōmisit, ut apud me seruē copiā epistolaꝝ huiusmodi, seu respōsionū & opusculoꝝ quæ alijs mitto. Sed quia mihi non bene uacat talia exscribere, opto ut copiam huius epistolę, alterius q̄q; in qua nuper respondi ad quædā dubia, mihi à tua probitate proposita, scilicet de petrinis &c. & multis quæ exciderunt memoriæ, remittere mihi dignemini. Valeat semper in Chr̄o charitas tua, & oremus pro nobis inuicē, ac pro bono cōmuni ecclesię & terraꝝ istarū, quia undiq; circundamur malis: præcipiasq; mihi.

Tuæ dominationis orator & seruus, frater

Dionysius Carthusiensis in Ruremunda.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC D. D. THEODERICO HEZIO THEOLOGO ETC. CATHEDRALIS ECCLESIAE S. LAMBERTI LEOdiensis canonico &c. longe dignissimo, F. Theodericus Loer à Stratis ordinis & domus Carthusien. in Colonia, humilis monachus & Vicarius, S. P. D.

PONTIFICIS maximi, Romani inquã præsulis, super uniuersalem ecclesiam unicã summaq́ꝫ potestas, mi Hezi cognate coniunctissime, tot tantisq́ꝫ utriusq́ꝫ testamenti exẽplis, autoritatibus & rationibus firmata & comprobata est, priscorumq́ꝫ patrum eruditissimorum iuxta & sanctissimorum sentẽtijs asserta, argumentis efficacissimis defensa, ut communis omnium uere orthodoxorum cõsensus subrepserit, & hactenus uniuersi populi Christiani consuetudo habeat, credat & obseruet, ipsum summum ecclesiæ antistitem Petri successorẽ, Christi in terris uicariũ, à deo ipso institutũ, plenã in oẽs gẽtes & natiões ac sup uniuersũ clerum & populũ gerere potestatẽ: adeo ut nemo sanæ mẽtis & cõpos rationis inficiari queat, ipsum unicũ esse principẽ, q cũcta moderet, ad quẽ inferiores episcopi recurrãt: cuius autoritate cõcilia (si q̃ fieri debeãt legitima) conuocẽt: & q̃ ad bonũ reipublicæ, Christianæ fidei & ecclesiæ defensionẽ, morumq́ꝫ correctionẽ spectẽt, salubriter statuãt. Quæ oĩa etsi ex sacris literis ꝓdita sint, plurimũ tñ huius nr̃i seculi penè ferrei ꝑfricta frõte, nihil reformidãt oĩbus uiribus ad hoc eniti, ut hãc põtificiã maiestatẽ labefactẽt & penitus euertãt. ad q̃d errores nõ mõ Græcorum, sed & Latinorum (nẽpe Hussitarum & Vuickleffistarum atq́ꝫ id genus pluriũ hæreticorum olim publice cũ suis autoribus dãnatos) excitare satagũt. Porrò nũc oẽs episcopos & sacerdotes pares inter se esse facultate cõtendũt: nũc uero, ueluti suijpsius & assertorum obliti, cõtinuo eos omni autoritate priuãt: laicos eisdẽ nõ inferiores esse asserẽtes, q̃s & generatim oẽs hoc honore dignãt. Rursus sũmũ sacerdotiũ nihil nisi merã tyrannidẽ blasphemãtes, multis calũnijs & iniurijs afficiũt. Hi tñ nullã assertorum rationẽ q̃ fulciãt adferre queũt, nullũ'ue ex sacris literis locũ cui nitãt, indicãt: sed sua temeritate impudẽter adserũt, q̃ nũq̃ probare poterũt. Quin potius cõtrà, rationi cõsentaneũ est, ut sit unus aliquis Monarcha unũ'ue aliq̃d caput primariũ in populo Christiano, ad q̃d causæ magis ambiguæ & difficiliores referãt: quẽadmodũ olim Iudæis cõstitutũ erat, ut ueteris legis historia recẽset, arduiora ad summũ sacerdotẽ referre, cuius iudicio & decreto standũ erat. Chr̃s proinde uiuẽtis dei filius legifer nr̃ & sũmus, secũdũ ordinẽ Melchisedech sacerdos, ubi corporalẽ p̃sentiã suã mũdo subtrahere statuisset, noluit tñ sine capite uicario relinquere, ut nobiscũ maneret eius autoritas cũctis diebus usq́ꝫ ad cõsummationẽ seculi. Hinc iure optimo & benigna sua ꝓuidẽtia actũ est, ut nobis de oppotuno prouideret uicario: quẽ Petrũ cõstituit, eidẽ claues regni cœlorum promittẽs ob fidei cõfessionẽ, ac tandẽ post multiplicis charitatis protestationẽ tribuẽs, ad eccl̃iæ utilitatẽ & necessitatẽ. Quãuis itaq́ꝫ de Petri eiusq́ꝫ successorum potestate plenissima illã Chr̃o collata aptissime sint scripturarum autoritates nõ paucæ, q̃bus idẽtidẽ fiẽdũ p̃figuraret, promitteret & iã factũ testaret: uarie tñ de hac pro ingeniorum uarietate disceptatũ est. At q̃ties hæc quæstio in dubiũ & cõtrouersiã reuocata fuit, toties imò semꝑ determinatũ ẽ pro sctã sede apostolica & eius autoritate: aduersariorum assertis, reprobatis & prorsus reiectis: machinis, arietibus & tormẽtis, q̃bus hãc sedẽ impetere & subruere statuebãt, diuulsis & amotis, ut ꝑpetuo inconcussa ꝑmaneat: nẽpe cõtra quã nec potestates aẽreæ in cœlestibus, nec portæ inferi p̃ualebũt. Et ne propugnatorum huius sanctæ sedis oĩm oĩa uetustissima in mediũ adferã monumẽta instituti mei est mi cognate tibi nõ mõ nr̃i Dionysii à Rickel libros de Vita & regimine ꝓsulũ & officio Archidiaconorum, De Vita Canonicorum & Curatorum cũ reliquis oĩbus subsequẽtibus in hoc I. Tomo nũcupatim dedicare: sed q̃d p̃cipuũ est q̃maxie doctissimos tres libros de summi põtificis & cõciliorum gñaliũ iurisdictiõe & autoritate, q̃s hocce tẽpore tuo noĩ cõsecratos euulgãdos opportune cẽsuimus cõmẽdare: nihil subdubitãs eos tũ liberiores fore à Theoninis dẽtibus, si tã rabidi canes tui patrocinij uirga arceãt. Neq́ꝫ erit admodũ graue tibi cõsummato theologo & iuriũ perito protonotario & scriptori apostolico, sanctissimi dñi nr̃i papæ acolyto in Romana curia diu uersato, eius doctrinã tueri, q nihil habet q̃d nõ ex sacris literis aut priscorum patrũ decretis, & doctorum scriptis profectũ sit (cuius rei mecũ testes sunt tres eruditissimi in theologia & iuribus summi, q̃rum examini, ne q̃d temere agerẽ, cõmissa est) Et argumẽtũ, q̃d tractat à Neotericis haud est neglectũ. Vbi eq̃dẽ lib. hos Dionysii nostri (ut multos alios pertransẽã) cũ reuerẽdissimi patris & dñi D. Thomæ Caietani cardinalis S. Sixti, ex ordine Prædicatorum lib. de Cõparatione autoritatis papæ & cõcilij seu ecclesiæ uniuersalis cõtuleris, absq́ꝫ negotio intelliges, hũc ab illius sentẽtia nõ abesse: nisi q̃ q̃sq́ꝫ suo tẽpori, stilo, phrasi, mõ & ratione tractãdi inseruierit. Velut etiã causa & occasio alia & alia fuit, licet eadẽ utriq́ꝫ intẽtio: nẽpe defensandi uerã, unicã summãq́ꝫ Romani pon. sup uniuersalẽ ecclesiã maiestatẽ, dignitatẽ & potestatẽ. In q̃si tũ ille errasse diceret, hic iã acerrimus defensor, utriusq́ꝫ cõmunẽ sentẽtiã tutabit. Prõptiorẽ uero animũ defensandi Dionysiũ in te nõ desidero, q̃ hactenus in me & totũ ordinẽ nostrũ multiplici bñuolẽtia & largissimis declarasti bñficijs, q̃bus nos totos tibi deuinxisti. Possem hic q̃q́ꝫ nõ paucas adsignare rationes, cur hic honor q̃maxie tibi à me deferri debuerit, ut inter plurimos nobilitate, dignitate aĩæ & corporis dotibus p̃clarissimos uiros Dionysio fauẽtes, te in præsentiarum delegerim Mecœnatẽ & horum p̃fatorum librorum patronũ, nisi uererer rursus abs te inculpari ac plus satis te cõmendasse uelim: q mauis re ipsa oĩbus honoribus dignus esse, q̃ uerbis ampullosis præconizari & extolli. Cur altoq subticerẽ tuũ amicũ syncerumq́ꝫ in me aĩm & pium adfectũ, quẽ multiplicibus bñficijs dulcissimisq́ꝫ ad me epistolis sæpe declarasti: multorumq́ꝫ tuo cõsilio, q̃ ut nõ rarẽter, ita q̃q́ꝫ prudẽter mihi meisq́ꝫ profuisti? Ne interim q̃d semꝑ pro tua humilitate uitas, nimius sim mortaliũ laudator, hoc unico oĩa inuoluã uerbulo, te tãti abs me æstimari tantũq́ꝫ amari, ut reer nũq̃ satis te cõmẽdari posse: siquidẽ per publicã famã, nõ ignoremus te sic laude dignis præcellere, ut facile sis extra laudis aleã collocãdus: in q̃ sic ex æquo uirtus cũ sciẽtia pugnet, ut in te neutra parẽ habere uidearis. Atq́ꝫ hinc est q̃ te docti & indocti, nobiles & ignobiles seculares & spirituales, nõ mõ infimi & medij uerũetiã summates & principes, nõ secus atq́ꝫ unũ ex paucissimis colãt, amẽt & obseruẽt: imò quẽ perinde habẽt de q̃ uere dici queat, σοφὸς: q sic prudẽtiæ eruditionẽ & miræ uitæ cãdorẽ, diuino munere (cui oĩa accepta referre debes) undecũq́ꝫ copulasti, ut sis, in quẽ solũ, in solatium multorum, longa desideret uita. Vale felix mi oĩm amãtissime cognate, & perge promouere Dionysiũ, tuũq́ꝫ amare pauperẽ cognatũ, ut hactenus soliẽtus. Ex Agrippinẽsi nostra Carthusia ipsis S. Barbaræ, nostræ domus singularis patronæ, ferijs. Anno 1531.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, DE AVTORITATE, OFFICIO, DIGNITATE summi pontificis & generalium conciliorum, Liber primus.

PROLOGVS.

Luc.10 CONFITEOR TIBI PATER DOMINE COELI & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quia sic placuit ante te. Hæc sunt uerba unigeniti filiȷ dei ad patrē æternū scripta, in qbus Christus secundū naturā assumptā grās agit patri æterno, eo q̄ sua supnaturalia documēta utpute fidei Christianæ mysteria legisq; euangelicæ sacramenta, humilib⁹ reuelauit, quę sapiētibus atq; prudētib⁹, id est supbis q in oculis ppriȷs magni & docti sunt, occultauit: quēadmodū eñ humilitas efficit mentē diuinę illustrationis capacē, qa substernit & subiȷcit eam deo altissimo, ita supbia facit eā ad suscipiēda gratiaꝝ charismata prorsus

Eccl.11 1.Pet.5 Iaco.4 indignā, eo q̄ reddat eam creatori suo inobedientē atq; rebellē. Hinc scriptū est: Quantò magnus es, humilia te in oībus, & corā deo inuenies gratiā, quoniā ab humilibus honoraṫ. In eodē quoq; libro habeṫ: Deus supbis resistit, humilibus aūt dat grām. Quod uerbū tāti est ponderis, ut sacratissimi apl̄i Petrus & Iacobus illud allegent in scriptis suis canonicis. Itaq; qui sapiētiæ dono perfundi, qui desup illustrari ac edoceri, qui incerta & occulta sapientię dei sibi manifestari desiderat, humilitate se uestiat, imò in oībus pfundissime seipsum humiliet. Deniq;, sicut in exordio primitiuæ ecclesiæ deus oīpotens per humilimos Christi discipulos sanctos apl̄os fidē ac legē euangelicā in toto orbe disseminauit, plantauit, firmauit: sic usq; in præsens per tales hanc ipsam fidē ac legem sanctissimā in suo conseruauit uigore, ita ut nec à tyrannis, neq; hæreticis, neq; à falsis fratribus potuerit hæc fides & lex extirpari. Vnde sperandum est, quòd nunc quoque similiter suæ succurret ecclesiæ, ecclesiasticam unitatem reformando in ea.

Articulus primus. De motiuo editionis huius tractatus.

QVarto capitulo de Diuinis noibus magnus ille theologus sctūs Dionysius præstaṫ: Bonitas diuina diciṫ lumē, propria plenitudine oēm mentē illuminās, & intellectualia ac rationalia, scilicet hoīes ac angelos in superfuso radio cōgregans & cōcordās: quēadmodū eñ ignorātia seu ratio humana inquantū est defectiua, ē diuisiua abinuicē eoꝝ q ducti sunt in errores multiplices, ut in hæreticoꝝ & schismaticoꝝ multitudine cōstat: ita præsentia siue infusio lucis diuinę est coadunatiua eoꝝ q illustranṫ, & conuersiua seu reductiua eoꝝ à multis opinionib⁹ ad unā uerā, consistentē, diuinā & inuiolabilē ueritatē. Itaq; causa tā uariaꝝ tāq; discordātiū opinionū in his quæ statū ecclesiæ & aīaꝝ cōcernunt salutē, est carentia illustrationis supnę, quā deus sublimis & benedictus iā iusto iudicio subtrahit multis, qa indigni sunt ea. Hinc cōtra se mutuo altercanṫ, unusq; alteꝝ dānat, hæreticū atq; schismaticū noiat. Hinc fidelib⁹, ne in hm̄oi schisma labāṫ, maxie necessaria est illuminatio instructioq; diuina, ut naturale lumē ratiōis p lumē

Roma.15 Phil.2 grāæ cōforteṫ atq; directione sc̄ti spūs in oībus cōcordeṫ: q̄d uniuersis chr̄ifidelib⁹ summe necessariū eē cognoscēs Apl̄s ait & orat: Deus patiētię & solatiȷ det uobis idipsū sapere in alterutrū secundū Iesum Christū, ut unanimes uno ore honorificetis deū & patrē dñi nr̄i Iesu Chr̄i. Et iteꝝ Philip. affectuosissime exhortaṫ: Si qua cōsolatio in Chr̄o, si q̄d solatium charitatis, si qua societas spūs, si qua uiscera misericordiæ, implete gaudiū meū, ut idē sapiatis, unanimes idipsum sentiētes, nihil agētes p cōtentionē neq; p inanē gloriā, sed p humilitatē supiores sibiȷnuicē arbitrātes, nō q̄ sua sunt singuli cōsiderātes, sed q̄ alioꝝ. Pręterea, qa nūc prohdolor in eccl̄ia dei periculosissimū schisma emersit, i q̄ opiniōes multifarie dissentiētes nascūṫ, qbusdā q̄si p papa loquētib⁹ atq; scribētib⁹, aliȷs uero q̄si p cōcilio, uerbo & scripto agētib⁹, q̄ꝝ tn̄ diuersificatio in hoc p̄sertim cōsistit, q̄ una pars dicit papā eē supra cōciliū, alia aūt affirmat, q̄ cōciliū sit supra papā. Iccirco de hac re q̄d spūs, sctūs spūs utiq; ueritatis & pietatis dignatus est aut dare dignabitur, scribere cogitaui, tanto humilius hoc ipsum exordiens tanto'que minus de uiribus meis præsumens, quanto minorem me esse co-

gnoſco & impotentiorē ad iſta, quanto etiam difficilior præſens extat materia: nempe altiſſimum & uere arduiſſimum eſt iſtud negotium, nec ſine ſpecialiſſima ope ac gratia ſpiritusſancti poterit expediri. Eius ergo illuminationem, directionem & cōfortationem in cunctis cordialiſſime inuoco, qui naturaliter bonus eſt, infiniteq́ pius, dulcis & liberalis.

Articulus II. De uniuerſali autoritate ac præſidentia Papæ ſuper totā eccleſiam, ſeu uniuerſos fideles ſimul acceptos, ſecundū ſanctos catholicosq́ doctores, tam Græcos quàm Latinos.

EOrum qui nunc pro Baſileenſi, ſeu etiam pro quocunq́ gn̄ali cōcilio loquūtur & ſcribunt, aliqui dicunt, quòd Papa pro tanto ſummus pontifex appellatur, & plenitudinē ptātis habere aſſeritur, quia quācunq́ particularē eccleſiā habet purgare, illuminare atq́ pficere, & ſup quālibet eccleſiaſticā perſonā ptātem plenā ſortitur, quaſi nō & totā eccleſiā ſimul ſumptā habeat tanq̄ uerus paſtor ipſius purgare, illuminare, pficere, & quaſi nō oībus ſimul acceptis fidelib⁹ præſit, nec ſuper oēs pariter ptātem iuriſdictionēq́ habeat. Videnť aūt hi ualde extremi in cauſa hac, atq́ ptāti Papali ac dignitati in aliq̄ derogare, ſiue quodāmodo cōtraire: ſicut & quidā illoꝝ qui quaſi pro Papa loquunť & ſcribūt, uidētur nimis multū attribuere Papę, dicētes quòd à nullo in terra neq́ à gn̄ali cōcilio legitime cōgregato queat iudicari, reprobari, abſolui: qm̄ ptātem in terra ſup ſe nō habet maiorē. Vnde inter hos ita extremos, uideť media uia procedendū: ſicq́ extollēda eſt ſummi pōtificis dignitas ac ptās, ut gn̄alium concilioꝝ autoritati nullaten⁹ derogeť: & inſup ſic pręconizanda & magnificāda eſt gn̄alium concilioꝝ autoritas, ut ptāti & excellentię Papę nil detrahatur. Et qs ad hæc tam idone⁹, niſi quē ſupclementiſſimus ille paracletus ſpūſanctus, cuius inſpiratio dat intelligentiā, gratioſe ac uehemēter adiuuerit, qui ab exordio infirma, abiecta & ſtulta mundi elegit, ut iuxta Apoſtolum, ſapiētes & fortes cōfundat, in cuius pietate atq́ ſubſidio tota mea fiducia ē. Vnde nec pręſumptionis me arbitror arguendū, q̄ ſcribere iſta tētauerim, pręſertim cū in defenſione ueritatis fidei & eoꝝ q̄ fidē concernūt, oēs ſumus æquales, ut aſſerit Auguſtin⁹, & Thomas allegat. Nūc ergo iuxta tenorē articuli huius, probādum per teſtes idoneos, ſanctosq́ doctores ac patres, quòd Papa toti & uniuerſali eccleſię præſit, ſitq́ paſtor, princeps, caput & dux ſuper eam ſummi pontificij ſui poteſtatem, & iuriſdictionem ordinatam, ordinate poſſidens ſuper ipſam, ita quòd ratione commiſſi ſibi à Chriſto officij habet totam eccleſiā purgare, illuminare, perficere, ſeu uerbo & ope paſcere, quantū ipſi poſſibile fuerit: & quod p ſe nequit implere, alijs debet committere mediate uel immediate: qui idcirco in partem ſolicitudinis uocari dicuntur. Ait quippe Chryſoſtomus ſuper illud, Sequere me: Si dixerit aliquis, Qualiter ergo Iacobus thronum aſſumpſit Ieroſolymorū? illud utiq́ dicam, quoniam Chriſtus Petrum orbis terrarum inthronizauit magiſtrum. Et iterū ait ibidem Chryſoſtomus: Magna Chriſtus Petro prædixit, & orbem terrarum ei commiſit. Theophilus quoq́ circa eundem locum tēſtatur: In hoc quòd dominus dicit Petro, Sequere me, cunctorum fidelium ei prælaturā inſtituit, & denuo in perſona CHRISTI ait ad Petrum: Te nunc dirigo ad orbis pontificatum. Præterea ſuper illud, Dicit ſimoni Petro Ieſus, ſcribit Theophilus: Commiſſionem ouium mundi commendat Petro, & non alij. Vbi & Chryſoſtomus ait: Præteriens dominus alios, Petro de talibus loqtur, puta de ſuis ouibus paſcēdis. Eximius enim apoſtolorū erat Petrus, & os diſcipulorum, & uertex collegij. Auguſtinus etiā dicit ibidē: Confitenti Petro amorem ſuū, commendat Chrs oues ſuas, dicens: Paſce agnos meos, tanquā non eſſet ubi oſtēderet Petrus amorē ſuum ad Chrm̄, niſi eſſet paſtor fidelis ſub principe paſtorum. Deniq́, ſuper illud, Sedens Ieſus docebat de nauicula turbas, tangit Ambroſius, quòd tota eccleſia nauis eſt Petri: & q̄ nō turbatur illa quę Petrum habet, turbatur illa, quę Iudā habet. Amplius, ſuper illud, Aſſumpſit Ieſus Petrū & Iacobum & Iohannem, aſſerit Damaſcenus: Petrum aſſumpſit quaſi præſidem futurū totius eccleſię: ſed Iacobum aſſumpſit, tanquam moriturū pro Chriſto ante alios apoſtolos: Iohannē uero, tanquā theologiæ puriſſimū organum. Similiter ſuper illud, Faciamus hic tria tabernacula, Damaſcenus diſſeruit: Non te ò Petre dominus tabernaculoꝝ, ſed uniuerſalis eccleſiæ conſtructorem conſtituit. Adhuc autem, ſuper illud, Intuitus eum (ſcilicet Petrū) Ieſus dixit, ſcribit Beda: Intuitus eſt eū non exterioribus oculis ſolū, ſed & ęterno diuinitatis intuitu, uidit cordis eius ſimplicitatē & animi ſublimitatē, cuius merito toti præferendus eſſet eccleſiæ. Præterea, ſuper illud, Ait autē ei (ſcilicet Chriſto) Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad oēs? ait Theophilus: Petrus, cui iam commiſſa ec-

1.Cor.1

Papa princeps & caput, ſpeciali toti uniuerſali eccleſiæ.

Iohan.21.

Theophilus

Iohan.21.

Auguſtinus Iohan.21.

Lucæ.5 Ambroſius.

Lucæ.9

Lucæ.9.

Iohan.1.

Lucæ.12.

Iohan. 18. clesia fuerat, quasi omniū curam gerens, inquirit. At uero super illud, Dicit Petro ancilla ostiaria, scribit Chrysostomus: Petrus orbis terrarum doctor & magister, peccauit homo passibilis super omnes homines ordinatur, ut dū ipse in aliis suas recolit passiones, mitē eis
Iohan. 21. se præbeat & benignū. Insuper, sup illud, Ascēdit Simon Petrus & traxit rete &c. ait Gregorius: Petro sancta ecclesia est commissa: ipsi specialiter dicitur: Pasce oues meas. Porro
Lucæ. 22 super illud, Ego pro te rogaui ut non deficiat fides tua, Theophilus in persona Christi lo-
Theophilus quitur Petro: Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. quasi dicat, Postquā me ne-
Lucæ. 22. gato ploraueris ac pœnitueris, corrobora cęteros. Hoc enim te decet, qui meum robur es ac petra ecclesiæ. Hoc autem, ait Theophilus, intelligendū est non solum de apostolis qui tunc erant, ut roborarentur à Petro, sed & de omnibus qui usq; in finem mūdi futuri sunt fidelibus. Postremo, quidam deuotus ordinis nostri, tertio uolumine uitæ Iesu Christi cō scripsit: Pastorem omnium fideliū, apostolorumq; principem ac summū uicarium in tota ec-
Iohan. 21. clesia Christus Petrum præfecit, cum ei dixit, Pasce oues meas. Ex quibus omnibus autoritatibus prçinductis sapienter pensatis, clarissime atq; certissime patet, φ Papa toti ecclesię præsidet, seu cunctis fidelibus simul sumptis: summā, plenam ac pōtificalem autoritatem ac præsidentiam, potestatē & prælationem habens diuinitus super eam in terris, tamē sub Chrō, & secundū mensurā ac legem sibi à Christo præfixam, uidelicet in his quæ ad pon-
Papa Christi uicarius, toti⁹ uniuersalis ecclesię pastor tificii sui officiū seu magisteriū pertinent, ita φ in talibus Papa est inter Christū cœlo præsidentē, & inter totā ecclesiā in terris peregrinātem, medius & sequester, tanq̄ immediat⁹ & proprius Chri uicarius, ac totius ecclesię uniuersalis pastor ac pōtifex, princeps, iudex & pses. Quēadmodū enī qcunq; episcopus Papę subiectus, ad suā particularē ecclesiā, quam totam iuxta officii sui exigentiam, habet purgare, illuminare, perficere, gubernare & iudicare, ita dominus Papa ad totam comparatur ecclesiam. Partes autem non constituūt to-
Boethius tum, nisi simul sumptæ, cum dicat Boethius, In entibus aggregatis unius est forma. Sed & facile est probare, φ si Papa omnē seu quamcunq; particularem ecclesiam habet purgare, illuminare, pficere, φ etiam uniuersalem & totā ecclesiam habet purgare, illuminare, pficere. Vnde eo ipso, q̄ Papa est summus cōmunisq; pastor & pontifex totius ecclesię, habet totam quantū ipsi possibile est, uerbo & doctrina modisq; aliis pascere, purgare, illumina-
Consistentia gnalis concilii non derogat potestati Papæ re, pficere. Cōuocatio q̄q; seu consistentia gnalis cōcilii non derogat potestati Papali, nec sedente gnali concilio, Papa definit esse Papa ratione residentiæ cōcilii. Vnde nec desinit esse summus prælatus, pastor & caput ecclesię in hoc mundo, q̄uis pro tunc quantum ad aliqua, aliter habere se debet q̄ temporibus aliis. Sed hoc nunc tetigisse sufficiat, qm̄ id, spiritu sancto præstante, clarius est pandendū. Cæterū palam est, ea quę de Petri autoritate & præsidentia dicta sunt, de successoribus quoq; ipsius debere intelligi.

Articulus III. De mirabili excellentia & plenitudine potestatis domini Papæ, ex uerbis sancti Bernardi ad Eugenium Papam, ex quibus præhabita confirmantur.

Bernard⁹ de plenitudine ptātis Papæ SEcundo libro de Consideratione deuotissimus ille Bernardus ad Eugeniū Papam loqtur: Parem sup terram non habes. Si ergo Papa sup terram parē nō habet, quē habet maiorem? Sed hoc infra magis tractandū est. Insuper scribit Bernardus Eugenio Papæ: Indagemus diligētius quis sis, quam geras pro tempore personam in
Cōsideratio Papæ magnifica p S. Bernardū. ecclesia dei. Quis es? sacerdos magnus, summus pontifex. Tu princeps episcoporū, tu hæres apostolorum, tu primatu es Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abrahā, ordine Melchisedec, dignitate Aaron, autoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alii cœli ianitores & gregū pastores: sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius, utrunq; præ cæteris nomen hęreditasti. Habēt illi assignatos sibi greges singuli singulos: tibi uniuersi sunt crediti. Nec modo ouiū, sed & pastor tu unus omniū es pastorum. Vnde id probem quæris? Ex uerbo domini. Cui enim non dico episcoporum, sed etiam apostolorum sic absolute &
Iohan. 21. indiscrete totæ commissæ sunt oues? Si amas me Petre, pasce oues meas. Quas? Illius uel illius populos ciuitatis aut regionis, aut certe regni? Oues meas inqt. Cui non planū nō designasse aliqs, sed assignasse oēs? Nihil excipit, ubi distinguit nihil. Et forte psentes cōdiscipuli cæteri erāt, cū cōmittēs uni, unitatē oībus cōmendat, & in uno grege & uno pastore,
Cant. 6 secundū illud: Vna est colūba mea, formosa mea, pfecta mea. Vbi unitas, ibi perfectio. Reli-
Vbi unitas, ibi pfectio. qui numeri perfectionem non habēt, sed diuisionem, recedētes ab unitate. Inde est, quòd alii singuli singulas sortiti sunt plebes, sciētes sacramētum. Deniq; Iacobus qui uidebatur

coluo

columna esse, una contētus est Ierosolyma, Petro uniuersitatē cedens: quo cedente, qs alter ingerat se Petri prerogatiuę? ergo iuxta canones tuos, alij in partē solicitudinis, tu in plenitudine potestatis uocatus es. Aliorum potestas certis limitibus coarctatur: tua extenditur in ipsos, qui potestatē super alios acceperunt. Nonne si causa extiterit in episcopo cœlum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere & etiā satanæ tradere potes? Stat ergo inconcussum priuilegiū tuū tibi, tam in datis clauibus, q̄ in ouibus commendatis. Accipe aliud, q̄d nihilominus prerogatiuā confirmat: Discipuli nauigabant, & dn̄s apparebat in littore: sciēs Petrus quia dominus est, in mare se misit, & sic uenit ad ipsum, alijs nauigio peruenientibus. Iohan. 21. Quid istud? Nempe signum est singularis pontificij Petri, per quod nō nauem unam, ut cęteri quiq; suam, sed seculum ipsum susceperit gubernandū: mare em̄ seculum est: naues, ecclesiæ. Inde est, q̄ altera uice in stadio gradiēs sup aquas, unicum se Chr̄i uicarium designauit: qui non uni populo, sed cunctis pręesse deberet. Siquidem aquæ multę, populi multi. Ita cum quisq; cæterorū habeat suam, tibi una commissa est grandissima nauis, facta ex omnibus, ipsa uniuersalis ecclesia, toto orbe diffusa: tibi mundus est creditus, & omniū ecclesiarū solicitudo relicta est tibi. Nōne ex his beatissimi illuminatissimiq; Bernardi eloquijs, luce clarius constat, q̄ totius ecclesiæ pariter sumptę, Papa sit pastor, prælatus & pontifex, habēs eā dirigere, gubernare, purgare, illuminare, pficere, atq; eidē pro uirib' p se & coadiutores suos solicite puidere? Elucescit demū ex dictis, q̄ uniuersę principales dignitates ac potestates ecclesiasticæ, utputa primatus, patriarchatus, episcopat', ordo, autoritas iudiciaria, & papatus, in summo pontifice continētur: sed de hoc infra clarius est tractandum.

Articulus IIII. De potestate, dignitate ac præsidentia Papę secundū Thomā in Sūma contra gentiles, & super secundū Sententiarū.

SAnctus Thomas IIII. libro Sūmę suæ contra gentiles, de ista materia inter cætera scribit: Manifestū est, q̄ q̄uis populi fideles distinguātur per diuersas diœceses & ciuitates, tn̄ sicut una est ecclesia, ita oportet esse unū populū Christianū. Vna est ecclesia catholica, cuius caput est papa. Sicut ergo in uno speciali populo unius particularis ecclesię reqritur unus episcopus, q sit totius illius populi caput, ita in populo Chr̄iano reqritur, q̄ sit unus totius ecclesię caput, scilicet Papa. Preterea, ad unitatē ecclesię reqritur, q̄ oēs fideles in fide conueniant. Circa uero ea quę fidei sunt, contingit quęstiones moueri: per diuersitatē aūt sententiarū diuideret ecclesia, nisi in unitate per unius sententiā cōseruaretur. Oportet ergo q̄ sit unus, q toti ecclesię pręsit. Manifestū est aūt, q̄ Chr̄s ecclesiæ in necessarijs nō defuit, quā dilexit, & pro ea sanguinē suū fudit, cū & de synagoga dicatur per dn̄m: Quid ultra debui facere uineę meę & non feci? Esaie 5. Non ergo est dubitandū, quin ex ordinatione Chr̄i unus toti ecclesię præsit. Preterea, nulli dubiū esse debet, qn ecclesię regnū sit optime dispositū, utputa p eū dispositū, per quē reges regnant, & legū conditores recta discernūt. Optimū aūt regnum multitudinis est, ut regatur per unū: q̄d patet ex fine regētis. Pax em̄ & unitas subditorū, est finis regētis. Vnitatis aūt congruētior causa est unus q̄ multi. Manifestū est ergo, regnū ecclesię sic esse dispositū, ut unus toti ecclesiæ p̄sit, seu uniuersis p̄sideat. Si autē qs dicat, q̄ unū caput & unus pastor est Chr̄s, q est unius ecclesię spōsus, nō sufficienter r̄idet. Manifestū est em̄, quòd oīa ecclesiastica sacramēta ipse Chr̄s pficit: ipse est enim q baptizat, ipse q peccata remittit. Ipse est uerus sacerdos, q se obtulit in ara crucis, & cuius uirtute corp' eius in altari q̄tidie cōsecratur: & tn̄ quoniā corporaliter nō erat cū oībus fidelibus pmansurus pręsentialiter, elegit ministros, per q̄s prędicta sacramēta fidelibus dispēsaret. Eadē ergo ratione, qa pręsentiā corporalē erat ecclesię subtracturus, oportuit ut alicui cōmitteret, q loco sui uniuersalis ecclesię gereret curā. Hinc est q̄d Petro dixit ante ascensionē, Pasce oues meas. Iohan. 21. & ante passionē, Tu aliqn̄ cōuersus, cōfirma frēs tuos. Lucæ 22. Et ei soli promisit: Tibi dabo claues regni cœlorū. ut ostenderet ptās clauiū per eū ad alios deriuādā, ad conseruandū ecclesię unitatē. Non aūt dici potest, q̄d etsi Petro dignitatē hanc dederit, nō tn̄ ad alios deriuaf. Manifestū est enim, quòd Chr̄s ecclesiā sic instituit, ut esset usq; ad finē seculi duratura, secundū illud: Sup soliū Dauid & sup regnū ei' sedebit, ut cōfirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & usq; in sempiternū. Esaie 9. Manifestū est ergo, q̄d ita illos q tūc erāt in ministerio, cōstituit, ut eorū ptās deriuaref ad posteros pro utilitate ecclesiæ, usq; ad seculi finē, pręsertim cū ipse dicat: Ecce ego uobiscū sum oībus diebus usq; ad consummationē seculi. Matth. 28. Per hoc aūt excludif præsumptuosus error q̄rundā, q se subducere nituntur ab obediētia & correctione Petri, successorē eius Romanū pontificē, uniuersalis eccle

fiæ paſtorē eſſe non recognoſcentes. Hæc oīa ſunt uerba Thomæ loco præallegato, in quibus clariſſime aſſeritur & probat, ꝙ Papa uniuerſę pręſit eccleſię, & toti multitudini Chriſtianorū pręſideat: ꝗ patet, ꝙ nō ſolū quācunq; particularē eccleſiā habeat purgare, illuminare, pficere, gubernare & iudicare, ſed etiā uniuerſalē ac totā ex oībus reſultātem ſeu adunatā. Veruntū in his uerbis Thomę præhabitis aliqua continētur, quæ ſanū reqrunt intellectū, ut ꝙ ait Chrm ſoli Petro promiſiſſe: Tibi dabo claues regni cœlorū: & ꝙ ptās clauiū per eū ad alios deriuata ſit. Hoc qppe quidā ſic accipi uolunt, ꝙ & cæteri quoq; aplī à Petro & per Petrū, & nō immediate à Chro ptātem clauium ſint ſortiti. Idcirco de hoc infra plenius loqui oportet. Amplius, ſuper II. Sententiarū diſtinctione ultima aſſerit Thomas, ꝙ ptās ſuperior atq; inferior dupliciter ſe habēt: aut ita, qđ poteſtas inferior ex toto oriaſ à ptāte ſuperiori: & tunc tota uirtus inferioris fundatur ſup uirtutē ſuperioris: & ita ſe habet poteſtas dei ad oēm ptātem creatā: ſic etiā ſe habet ptās imperatoris ad ptātem procōſulis, itē q; ptās Papæ ad oēm ſpūalem poteſtatē in eccleſia: quia ab ipſo Papa gradꝰ dignitatū diuerſi in eccleſia & diſponūtur & ordinanť: unde eius ptās eſt ꝗddam eccleſiæ fundamentū. Secūdo, poteſtas ſuperior & inferior ita ſe habēt, ꝙ ambę oriūtur ex una quadā ſumma ptāte, quæ unā alteri ſubdit ſecundū qđ uult: & tunc una non eſt ſuperior alia, niſi in qbus una ſupponitur alteri à ſuprema poteſtate. Sicq; ſe habent poteſtas archiepiſcopi atq; epiſcopi, deſcēdentes à Papæ ptāte. Hęc eadē Durādus de S. Portiano, ſcribit ſuper II. Sententiarū. Inſup aſſerit Thomas, ꝙ ſpūali ptāti ſecularis ptās in Papa coniūgitur, qui utriuſq; poteſtatis (uidelicet ſpiritalis & ſecularis) plenitudinē tenet & apicem. Vnde ſi rationale eē perſpexerit, regē ignauū poterit regno priuare, & digniori illud præſtare, ſicut cōſtat aliqties peractū, prout infra clarius deduceť. Poſtremo, & hoc plenius infra ſcrutādū ac diſcutiendū eſt, qđ Thomas affirmat oēm ſpūalē eccleſiæ ptātē ex toto à Papa oriri.

Articulus V. De diſpoſitione eccleſiaſticę hierarchiæ inſtar hierarchię angelicę, ſecundū diuū Dionyſiū, S. Bernardū, B. Thomā & Hugonē de S. Victore: ex qbus probatur, quòd in tota eccleſia unus ſummus præſideat pontifex.

PRimo capitulo Angelicę hierarchiæ Magnꝰ Dionyſius ait: Sācta ordinatio dei dignata eſt facere nr̄am ſanctiſſimā hierarchiā imitatricē Angelicæ hierarchiæ. Et denuo: Ordinationes (inqt) congregationū ſenſibiliū ordinate diſpoſitarū, imagines ſunt ordinationū quę ſunt in cœleſtibus ordinibus, ad dei imitationē ordinatis. Itaq; ſicut in tota triumphanti eccleſia, atq; in tota Angelica hierarchia eſt unus ſummus omnibus præſidens, ſcilicet deus: ita in militanti eccleſia ſeu eccleſiaſtica hierarchia eſt unus ſummus Chriſti & dei uicarius, uniuerſis & ſingulis fidelibus, utputa toti & uniuerſali eccleſiæ præſidens, ſcilicet Papa. Porro, ut III. capitulo Angelicę hierarchiæ Dionyſius docet: Hierarchia eſt ſancta rationaliū perſonarū congregatio, per gradus atq; officia ordinate diſtincta, cū ſcietia & opatione ſibi cōpetenti, ad dei conformitatē (prout ipſi poſſibile eſt) aſſimilata, atq; p illuminationes ſibi diuinitus infuſas, iuxta uniuſcuiuſq; capacitatē, ad dei imitationē ſurſum acta. Septimo aūt capitulo Angelicæ hierarchię teſtatur: Ordo hierarchiæ eſt, alios purgare, alios purgari: alios illuminare, alios illuminari: alios pficere, alios perfici. Quorū uero ſit purgare, illuminare, pficere: quorū item purgari, illuminari, perfici, III. capitulo Angelicæ hierarchiæ docet: Cuius ordo (inquiēs) hierarchię eſt, ut inferiores purgentur, illuminentur & perficianť: ſuperiores uero purgēt, illuminent, atq; perficiant inferiores ſuos. Vnde & IX. Angelicę hierarchię capitulo ait: Gn̄aliter à deo ordinatum eſt, ut inferiores per ſuperiores participent illuminationibus diuinis. Itaq; ex his certiſſime innoteſcit, ꝙ eo ipſo quo Papa toti præeſt eccleſiæ ſimul acceptæ, quemadmodum deus toti cœleſti præſidet curiæ ſimul ſumptæ, competit Papæ ratione ſui officij totam eccleſiam purgare, illuminare, perficere, gubernare & iudicare, plenam habēs poteſtatē & iuriſdictionem ſuper eam: tamē ſecundū menſuram & legem ſibi diuinitus pręſtitutā, cui ſubijci debet: à qua ſi recedat, obediendū eſt deo magis ꝗ ipſi. Præterea his cōcordat, quod tertio libro de Conſideratione ſanctus Bernardus ait: Non uilem reputes hanc formam, ſcilicet eccleſiaſticam ordinationem, quia in terris eſt exemplar habens e cœlo. Neq; enim filius poteſt facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facientem, præſertim cum ei ſub Moyſi nomine dictum ſit: Vide omnia facias ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Videbat hoc qui dicebat, ſcilicet Iohannes in Apocalypſi: Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, nouam, deſcendentem de cœlo, à deo paratam. Ego eñ propter ſimilitudinem dictum reor, quòd ſicut illic Seraphin & Cherubin & cæteri, qui uſq;

Hierarchia quid.

Bernardus.

Iohan. 5. Exodi. 25. Apoc. 21.

ad

ad Archangelos & Angelos ordinantur, sub uno sunt capite deo: ita hic quoque sub uno summo pontifice primates uel patriarchæ, archiepiscopi, episcopi & reliqui sunt in hunc modum. Non est paruipendendum quòd & deum habet autorem, & de cœlo ducit originem. Insuper S. Thomas 4. libro Summæ contra gẽtiles sic arguit: Ecclesia militans ab ecclesia triũphante p̃ similitudinẽ deriuatur: ad quod allegat autoritates iam in ṽbis b. Bernardi pręhabitas: sed in Ecclesia triumphanti pręsidet unus, q etiã pręsidet in toto uniuerso, scilicet deus: ergo & in ecclesia militãte unus est q̃ pręsidet uniuersis, utputa Papa. hinc Iohelis prio dr: Congregabunt filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibi caput unũ. Deniq; sup angelicã hierarchiã multa de hac re scribit Hugo de S. Victore, inter cętera dicẽs: Quia per uisibilia conuenienter inuisibilia demonstrãtur: idcirco diuina sapia quę oĩa disposuit, & ad similitudinẽ angelicæ hierarchię, quæ inuisibiliter ordinata erat in cœlis, humanã hierarchiã uisibiliter formauit, ut essent quoq; in hoĩbus sicut in angelis potestates & principatus, sancti uidelicet, cõuenientissime coordinati sub uno. Albertus quoq; in libro de quatuor coæquęuis multa pulchra de hac ipsa cõscribit materia, quæ breuitati studẽs omitto, pręsertim cũ ad demonstrandum propositum, ista sufficere & supsufficere uideantur: qbus tñ id adijcio, quod nono Ecclesiasticę hierarchiæ ca. Dionysius loquitur: Nostra hierarchia per ordines diuinitus angelicæ hierarchiæ conformat, & ad dei imitationẽ ac deiformes angelicæ hierarchiæ distinctiones, ut mortalibus congruit, continetur. Thomas. Hugo. Albertus.

Articulus VI. De potestate & excellentia Papæ, atq; de casibus ad ipsum specialiter pertinentibus ex Raymundo, & ex Summa Pisana, item ex Summa confessorum.

VT uitetur prolixitas, quæ in tribus prætactis habent autoribus, uno decreui articulo recitare, pręsertim quia pro maxima parte coincidunt: sed & Summa Pisana casus à Raymundo positos allegat, & aliquos supaddit. Porrò, in sũma confessorum adhuc quædam adduntur, idcirco ex ea magis hęc sumpsi: allegationes uero quas ex iure copiose allegant, ad uitandã prolixitatem omitto, potissime quia pręfati libri ubiq; habentur, & in eis has inuenire in promptu est. Itaq; dicunt, quòd Papa est summus inter omnes: ipse enim plenitudinem habet potestatis, alij partem solicitudinis. Item, licet alijs apostolis dixerit dominus ut laxarent retia, soli tamen Petro dixit: Duc in altum: & ei soli præcepit ut piscaretur hamo: per quod eius præeminens potestas ac iurisdictio designatur. Item quoniam ipse specialiter est uicarius Iesu Christi, & quodammodo maior homine, minor deo: ideo aduertendum, quòd quædam adeò adhærent Papæ & sedi apostolicæ, quòd non possunt per alios expediri, nec transeunt etiam cum generali mãdato, nisi specialiter demandentur. Sunt autem hæc: Questio fidei, translatio episcopi uel electi, confirmatio, depositio episcopi, acceptatio, renuntiatio episcopi electi uel confirmati, exemptio episcoporum, restitutio depositorum ab ordine. Iudicialis diffinitio uel interpretatio suorum priuilegiorum: & idem secundum Hostiensem, si dubitetur de rescripto apostolico, scilicet contentioso, ita quòd ab alio per uiam rationis solui non possit. Idem secundum Hostiensem de interpretatione statuti facti per legatum, cuius iurisdictio finita est, nec aliquis ei successit: Mutatio sedis episcopalis, construere de nouo sedem episcopalem, subijcere unum episcopatum alteri, diuidere unum episcopatum in duos, unire duos episcopatus in unum. Commutatio uoti Ierosolymitani. Solus Papa potest concedere, ut quis ueniat contra uotum uel iuramẽtum licitum, uel de quo dubitatur an sit licitum uel illicitum, quod intelligitur secundum Gulielmum, solum in arduis. Solus potest dispẽsare regulariter in criminibus: solus potest consuetudinem ecclesię circa religionem amouere, ut de carnibus non comedendis & huiusmodi. Solus potest generale concilium celebrare. Solus potest condere legem seu Canonem generalem. Solus potest personam ecclesiasticam suo iure priuare. Solus potest concedere pręebendam & ecclesiam non uacantem: & licet hoc legatus à latere missus non possit, potest tamen sibi retinere primo uacantem ecclesiam secundum Hostiẽsem: & hoc, si ecclesia illa habeat patronum ecclesiasticũ: secus si secularis esset. Solus potest excommunicatum à se, absoluere. Solus potest excommunicatum à suo legato, qui nolebat obedire diffinitiuæ sententiæ, absoluere, si steterit in excõicatione p annũ. Idem est de excõicato à legato, uel de legato, cuius iurisdictio expirauit, & cui nullus successit. Solus cognoscit simpliciter appellatione remota: qa, ut dicit Hostiensis, ab ipso appellari nõ potest, & ipse solus sic causas committit appellatione remota.

Papa plenitudinem habet potestatis. Luc. 5.

Papa maior homine, minor deo.

¶ Casus in quibus solus Papa disponit aut dispẽsat.

Solus cognoscit de causis ad eum delatis per appellationem uel relationem: solus ordinat diaconum, quem ipsemet ordinauit subdiaconū. Solus concedit pallium: uel, scdm Gulielmū & glossam, etiam illi, q concedēdi habet priuilegium, ut patriarchę. Solus dispensat cū bigamo: solus dispensat cum illegitime nato, uel defectum ætatis habente, ut promoueat ad dignitatem ecclesiasticam, personatum uel curam animarum: similiter cum illo qui nō est in sacris, uel aliàs de iure indignus ut in episcopum promoueatur. Idem potest etiā dici de omnibus defectibus quantum ad promouēdos in episcopos: Nam sacrilegij instar est, dubitare utrum dignus sit quem princeps elegerit. Solus dispensat ut aliqs habeat plura beneficia curam animarum habentia, uel plures dignitates uel personatus in eadem ecclesia, licet curam non habeat animarum. Solus utitur pallio, semper & ubiq;. Solus potest cōferre ordinē subdiaconalē die dñico & alijs pręcipuis festis. Solū ad eum appellatur, omissis alijs iudicibus intermedijs. Additq; Hostiensis, q legatus idem uidetur habere priuilegium, quod obtinet tm̄ de consuetudine, similiter patriarcha. Solus absoluit excōmunicatum scienter cōmunicando cum illo, si per hoc intendit eum absoluere. Dicitur tamē, q si papa salutat aliquem excōmunicatum in literis, non propterea habēdus est pro absoluto, quia huiusmodi literę impetrantur aliqñ per subreptionem. Item maiora negotia ad eum sunt referenda, & iste casus plures sub se continet. s. dispensationem in Symonia & homicidio uoluntario, & cum illo qui in excōmunicatione celebrauit uel recepit ordines. Addit etiam Hostiensis alios casus, ut quod complet defectum regis, regno uacante: item imperatoris, uacante imperio. secundum Hostiensem quoq; non iudicatur papa de aliquo, nisi de hęresi: & hoc uerū dicitur, nisi se submittat iurisdictioni alterius. Item ipsemet seipsum deponit. Prohibet etiam fieri professionem in religione infra decimūoctauum annum: quod tm̄ ibi speciale est, propter loci asperitatem, sed secus est alibi, ut dicunt Innocentius & Bernardus ibi in glossa: quia profiteri possunt post annos pubertatis tam masculi q̄ fœminæ. Item ad solum papam ptinet dispensatio cum irregularibus. Item electum in imperatorē confirmat, consecrat, aut cassat, uel etiam imperatorem deponit. Et quādocunq; princeps secularis, si fuerit negligens & inutilis circa regnum & iustitiam, uel circa hæresum extirpationem, potest p papam deponi. Vnde Zacharias papa deposuit Lodouicū regem Francorum, & Innocentius tertius Ottonem imperatorem, & Innocentius quartus Fredericū impatorem. Item pronuntiat electionem quę nōdum facta est, si fiat, irritam fieri & inanē. Solus habet canonizare sanctos. Item q ualet, facit non ualere, & cōtra. Item nulli legi subiacet: decet tamen eum iura seruare. Sentētia etiā eius ius facit. Potest monachū contra uoluntatem tam suam q̄ abbatis de claustro extrahere, & alicui episcopo uel principi in socium assignare, uel secum tenere. Item in matrimonio in multis casibus ipse solus dispensare potest, ut in gradibus prohibitis. Potest quoq; laxare & artare matrimonij impedimenta. Item ordinatur eodem die quo consecratur. Insignia episcopalia concedere potest abbatibus. Item laico concedere potest spūalia, sicut ius eligendi. Concedit secundum quosdam presbyteris, ut chrismare possint infantes in fonte. Summum in ecclesia tenet locum, estq; plenus uicarius Christi. Plures etiam casus includunt in suprà dictis. Notandum quoq; q licet Hugo notauit, q papa potest concedere simplici sacerdoti, q confirmet & quòd chrisma conficiat, & omnes ordines conferat pręter episcopalem quem nō habet: & quòd uirgines consecret, & quòd etiam concedere possit diacono conferre diaconatum ordinesq; minores: & cuilibet habenti ordinem, possit concedere quod conferat illum ordinem: posset etiam, ut dicit, concedere diacono uel inferiori clerico & laico, quòd cōsecret uirgines: si tm̄ talis consecratio posset fieri absq; Missa, aliàs non: & eandem opinionem etiā Raymundus ponit. Veruntamen secūdum quosdam, tutius est dicere, quòd ea quæ sunt ordinis, nō potest alijs demandare qui non habent ordinem, qui exigitur ad exequēdum id quod demandatur: sed ea quę sunt iurisdictionis, potest. Thomas sup quartū Sententiarū dist. septima dicit, quòd probabilius dicitur, quòd papa potest committere sacerdoti, quòd confirmet, sed non alteri: quia hoc ptinet ad pfectionem corporis mystici, sup quod papa habet plenitudinem potestatis: sed non posset simplici sacerdoti committere quòd ordinaret aliquem in sacerdotem: posset autem committere simplici sacerdoti conferre ordines minores. Postremo in his multa iam dicta sunt, quę intelligentiam sanam requirunt, ut quod papa nulli subiacet legi, & quædam similia, de quibus clarius erit loquendum.

Nota.

Casus in quibus solus papa disponit aut dispēsat.

Articulus VII. De excellentia, potestate ac præsidentia Papę secundum Bonauenturam & Durandum de sancto Portiano, itemq; secundum Durandum

dum

dum, qui fuit ordinis sancti Franscisci.

DOctor deuotus dominus Bonauentura in Breuiloquio suo sexta parte duodecimo capitulo ait: Excellentia quanto magis descendit, tanto plus dilatatur: & quanto magis ascendit, tanto magis unitur. Hinc est quòd plures sunt episcopi, pauciores archiepiscopi, paucissimi patriarchæ, & unus pater patrum, qui Papa merito appellatur, tanquam unus, primus & summus pater spiritualis omnium patrum, imò omnium fidelium hierarcha præcipuus, sponsus unicus, caput indiuisum, pōtifex summus, Christi uicarius, fons, origo & regula cunctorum principatuum ecclesiasticorum, à quo tanquam à summo deriuatur ordinata potestas, usq; ad infima ecclesiæ mēbra, secundum quod exigit præcellens dignitas in ecclesiastica hierarchia. ¶ Deniq;, Durandus de sancto Portiano, doctor & frater ordinis Prædicatorum, super secundum Sententiarum inter cętera scribit: Omnis potestas iurisdictionis ecclesiasticæ deriuatur à Papa, prẹsertim quantum ad illa, ad quæ Christiani tenentur, etiā si propria sponte non obligarent se. Iterum ait: A potestate Papę dependet omnis potestas ecclesiastica, sicut à potestate imperatoris in imperio dependet omnis potestas secularis. Itemq;, Philosophus primo Politicę dicit, quòd in omni pluralitate ordinata naturale est atq; expediens, quòd unus omnibus principetur, & cæteri sint subiecti: in hoc autem consistit ordo & ratio prẹlationis: ergo ordo est in hominibus secundum debitum rationis ac diuinæ ordinationis. His uerbis Durandi concordant quæ alter Durandus asserit in sua Summa distinctione prima circa principium, dicendo: Christus singulariter dixit Petro: Tibi dabo claues regni cœlorum: ad denotandum ecclesiæ unitatem, & ut omnes à Petro, & à quolibet suo successore acciperent suæ posteritatis originem, eiq; in omnibus tanquam membra capiti obedirent: & hoc patet uicesimaquarta quęstione prima c. quicunq;, & in c. loquitur. Rursus testatur prima distinctione: Solus Papa habet plenitudinem potestatis plene liberam, quantum ad omnes homines qui sunt uel esse possunt, & quantum ad omnia peccata, quę possunt ab homine perpetrari: Prælati uero inferiores habent potestatem liberam, sed aliqualiter limitatam tam quantum ad personas, quàm quo ad peccata. Insuper dicit: Thesaurum ecclesiæ de quo dantur indulgentiæ, nullus dispēsare potest nisi illi, qui uice Christi spirituale matrimonium contrahunt cum ecclesia, ut Papa, qui est sponsus uniuersalis totius ecclesiæ: & fratres sui episcopi, contrà contrahunt spirituale matrimonium cum aliqua particulari ecclesia. Papa quoq; potest ubiq; indulgentiam dare, quoniam habet potestatem plenariam super thesaurum ecclesiæ, & ad ipsum pertinet totius uniuersalis ecclesiæ cura. Præterea ex doctoribus istis possem utiq; multo plura hanc materiam concernētia allegare, sed breuitati studendum est. Vnde ex omnibus iam inductis certissime innotescit, ꝙ dominus Papa habet totam militantem ecclesiam pariter sumptam gubernare ac iudicare, purgare, illuminare, perficere, atq; eidem præcipere legemq; condere tanquam summus pastor, pater & pontifex, prẹses & iudex ipsius in terra, plenā habēs super ipsam autoritatē, potestatem & iurisdictionē in his, in quibus Petro succedit, & in quibus Christus suas ei uices commisit, hoc est, secundum mensuram & exigentiam sui officij, seu in his quæ magisterium suū concernunt: & istud asserere in nullo, prout infrà deo prẹstante ostendam, derogat aut obuiat autoritati generalium conciliorum. Hinc nempe Alanus ad Clementem Papam scribit, ꝙ habet totum mundum illuminare. Et Nicolaus de Lyra super illud, Sequere me, asserit: Cōmittitur Petro super ecclesiam uniuersale regiminis officium. Et denuo super illud, Sic eum uolo manere, loquitur exponendo: Non uolo eum, puta Iohannem sequi me, quantum ad prælationis officium in regimine uniuersalis ecclesiæ tecum. Plura demum similia sup euangelistas scribit Nicolaus de Gorra. Quid aūt est uniuersalis ecclesia, nisi tota & una, cōmunis ecclesia ex oībus particularibus ecclesiis cōstans, resultās seu cōgregata? Nō ergo dūtaxat quācunq; particularē ecclesiā habet Papa purgare, illuminare, pficere, q̄d hucusq; spāliter uolui demōstrare: & q aliter dicūt, dispositione & ordinē ecclasiasticę hierarchię, iuxta diuini Dionysii documēta, nō satis subtiliter cōsiderasse censet.

Bonauentura. Vnus pater patrū Papa. Durandus. A Papa dependet oīs potestas ecclesiastica. 24. q. 1. c. quicunq; & c. loquitur. Prælati inferā Papā habent limitatā potestatē. Papa gubernat & iudicat totā militantem ecclesiam. Alanus. Iohan. 21. Iohan. ult. Vniuersalis ecclesia qd sit.

Articulus VIII. De subordinatione, limitatione & subiectione potestatis seu autoritatis Papalis sub uoluntate, lege atq; imperio Christi.

MVlta iā dicta sunt de eminētia, potestate & prẹsidētia summi pōtificis, quę nisi sapiēter intelligant, occasionē ministrabūt erroris, sicut & iā qbusdam deuiationis ac delirationis fomitē occasionaliter ministrauerūt: qm̄ inordinata affectio rōni unita, facit eā sub cōi ueritatis dicto male subsumere: qa rōnem pri-

intus in

intus in seipsa deordinat, trahit, excæcat. Itaq; magnifica quæ de potestate Papę inducta sunt, ita sumēda non sunt, quasi Papa nulli subiaceat legi, nulli pręcepto, nulli supiori, nulliq; regule: si enī sic esset, nunq̃ peccaret nec posset peccare: cum iuxta Ambrosium, Peccatum sit legis diuinę transgressio. Itaq; Papa in primis subijcitur legi naturę, ut faciat alteri quod sibi rōnabiliter uult fieri, aut in casu fieri uellet: nec faciat alteri quod sibi rōnabiliter non uult nollet' ue fieri, cum Christus in euangelio dicat: Quęcunq; uultis ut faciāt uobis homines, hęc & uos facite illis. Et scriptū est: Quod tibi nō uis fieri, uide ne alteri feceris: grā nanq; naturam non tollit, sed perficit: quemadmodum nec peccatum destruit, sed inficit eam, prout quarto capitulo de diuinis nominibus beatissimus Dionysius inclyte rōcinatur, docet & asserit. Augustinus quoq;, Thomas & cęteri eū concorditer sequuntur. Itaq; dona grāæ & euangelica lex non excipiunt hominē ab obseruatione legis naturę, naturalis scilicet rationis. Rursus Papa subijcitur legi diuinę & euāgelicæ legis pręceptis, nō solum ut ea ab alijs iubeat faciatq; impleri, sed etiā ut eadem impleat ipse, astrictus generali illi Christi mandato: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata: imò non uerbo tm̄, sed & fama laudabili, uirtuosa exemplariq; uita pascere debet gregē seu oues Chr̄i: propter quod secundū Gregorium & alios sanctos, Christus ter locutus est, iussitq; Petro, Pasce oues meas. Insup non excipitur Papa à communi illo uerbo sanctorum: Quo gradus est altior, eò ruina est maior, imò quo pluribus est prælatus, eo solicitior ac uirtuosior esse debet, exēplariorq; in cunctis. Insup, Papa non ita est iudex aut dn̄s, pastor & legifer, quin superiorem habeat dominum & iudicē, pastorem & legislatorem, cuius ipse est seruus & subdit⁹, ouis & obedientarius: cum ergo sit Christi uicarius ac minister, secundum Christi legem, testimonia & pręcepta in cunctis se regere ac procedere debet, ut sit tanto timoratior, quanto est maior: aliter nec à peccato excusaretur, nec ei obtemperādum consisteret in his quę legi & fidei Christi directe contrariantur. Porrò, q̄ hęc ita se habeāt, p doctores ac testes cō probabo idoneos. Ait enī diuinus Dionysius tertio angelicę hierarchiæ capi. Illicitum est tam supioribus qui pficiunt in omni hierarchia angelica, tam inferioribus qui pficiuntur ab illis, aliquid operari, pręterq̃ singulis ordinatum est à deo principe pfectionis. Necessaria enim eis est diuinæ ordinationis obseruantia, ut in suæ felicitatis statu psistant, & deo proportionabiliter conformentur. Insuper, primo ca. ecclesiasticæ hierarchię testatur, Hierarcha designat uirum diuinum in deo manentem, qui est peritus sanctæ cognitionis, in quo omnis doctrina ad propriam pertinens hierarchiam munde perficitur. Cum ergo Papa sit summus hierarcha in militanti ecclesia, maxime spectat ad eum, ut diuinitus reguletur, & deo per obedientiam cōformetur, atq; quę docet efficaciter operetur. Hinc quarto Ecclesiasticæ hierarchiæ ca. beatus Dionysius fortissime tractat, ut alios instruere nō præsumat, qui quod docet non fecerit, & quod docens ac præsidens tantæ debet perfectionis cōsistere, ut de sua plenitudine alijs possit cōicare. Hinc Papæ copiosissima illumīatio pnecessaria est, quā ut sortiatur purgari præcipue indiget, & deo in omnibus subdi. Preterea septimo Ecclesiasticæ hierarchiæ ca. dicit, Nr̄a hierarchia expellit à se inordinationē & cōfusionem atq; in suis ordinibus conseruat bene ornatam ac stabilem ordinationē iuxta singulorum ordinum congruentiam. Postremo, primo de diuinis noibus ait ca. Nos sequentes leges hierarchicas, ut scilicet quilibet inter proprios se exerceat terminos ad diuina, quibus legibus gubernantur ordines oēs angelici. Itaq; si in triumphanti ecclesia nullus beatorum tantæ est excellentiæ, qui diuinitus sibi præstitutam audeat transgredi legem, quomodo in militanti ecclesia alicui hoc licebit, præsertim homini mortali ac fragili? Hinc quoq; sanctus Bernardus libro de Cōsideratione ad Eugenium multipliciter exhortatus est eum, ut quanto altioris est gradus ac potestatis, tanto maioris studeat esse perfectionis, & quod legibus Christi maxime obedire tenetur. Reprehendit quoq; eundem, q̄ militantem non rexit ecclesiam secundum imitationem triumphantis ecclesiæ, eo q̄ aliquos inferiores subtraxit ab obedientia superiorū suorum: uidelicet abbates quosdam ab obedientia episcoporum, atq; episcopos quosdam ab obedientia archiepiscoporū, archiepiscopos quoq; ab obedientia patriarcharū siue primatum, cum tn̄ in choris angelicis semper ordo inferior superiori ordini subiectus permaneat. Amplius de hac re sanctus Thomas subtiliter tractat in Summa contra gentiles libro 3. ca. 103. ubi ostendit quō in angelis potuit esse pctm̄: inter cætera sententialiter dicēs duo: Primum est, q̄ quia angelus non fuit sibijpsi finis, sed ad altiorem ac alium finem ordinabatur, potuit ab illo deficere & peccare, non ordinando proprium bonū, & suam perfectionem in ultimum debitum supremumq; finem, sed pro

Margin notes: Pctm̄ qd, secundū Ambrosium. — Matt. 7. — Tob. 4. — Papa subiacet legi diuinæ. — Matt. 19. — Iohan. ulti. — Hierarcha. — Nota. — Bernardus. — Thomas.

sed proprio bono inhærendo ut fini. Secundum est, ꝙ dum aliquis pluribus superioribus subest, quorum unus tenetur alteri esse subiectus, potest recedere ab uno superiorum illorum, non recedendo ab alio: quemadmodum miles qui subest regi & duci militiæ. Si ergo unus superiorum recedat à lege & ordine superioris cui subdi tenetur, ille qui ambobus fuit subiectus, licite imò & uirtuose potest se auertere à superiori illo, qui suo superiori non manet obediens & subiectus, & cõuertere se ad supremum superiorem, nam & uitiosum esset aliter se haberet ordo equidem inferioris principij dependet ab ordine superioris. Itaq; hæc ad propositum applicãdo, cum finis papæ sit deus, & eius adhæsio siue fruitio, si se ad deũ & eius honorificentiam non ordinauerit, culpę obnoxius erit, proprium bonum seu commodum aut honorem intendendo siue quærendo. Rursus cũ Christiani tam papæ q̃ Christo, cuius uicem gerit papa, teneantur esse subiecti, si papa Christo non maneat subiectus, Christiani ei obedire non debẽt in his, in quibus contra legem atq; doctrinam sibi à Christo pręfixam procedit ac agit uel iubet: in talibus quippe potestate sua abutitur: & resistẽdum est sibi ordinate, queãdmodum Paulus in faciem restitit Petro, utiq; non pro mortali sed ueniali peccato. Nec hoc est repugnare aut superiori inobedire proprie loquẽdo, sed eius abusui nõ parere, & deo sancto & infallibili magisq̃ homini aperte & inexcusabiliter deuianti obedire ac adhærere. Quod in Actibus Petrus apl's docet esse agendũ, atq; in ueteri testamento sancti ꝓphetæ leguntur egisse, reges & sacerdotes sacrilegos cõstantissime arguendo, sicut in libris Regũ ac Paralip. & itẽ in Ieremia & Amos clarissime legit. Verũ tamẽ iuxta apostolica documẽta prelatis principibusq; iniustis parendũ est, dũmodo cõtra deum & æq̃tatẽ nil iubeant. Postremo de hac subiectione, qua oĩs creata mens legi diuinę debet esse subiecta, Hugo & Albertus super uerba beati Dionysii præinducta pulchre loquuntur: sed quia hæc plana sunt, ad difficiliora est properandum.

Quãdo papæ nõ sit obediendum [illegible]

Act. 5

1 Pet. 2

Articulus IX. Qualiter liceat summo pontifici dispensare.

DE plenitudine potestatis papę iam dicta sunt plurima: ueruntamen ꝙ corã deo non liceat ei ea uti ad libitum suum, sed solũ debeat ea uti sapienter, pie ac iuste, iam clarius est pandendũ. Porrò cũ Christus fateatur sicut mãdatũ dedit mihi pater, sic facio: & alibi, Non ueni ut faciã uoluntatẽ meam, sed uoluntatẽ eius qui misit me: quanto magis papa deo in omnibus obedire ac subijci debet, & instar dei potestate sibi cõcessa uti tãtũmodo ordinate, sapiẽtia seu discretione ipsum in oĩbus dirigente, charitate mõnẽte, pietate, iustitia, cęterisq; uirtutibus ipsum ad rite agendũ ꝑficiẽtibus atq; trahentibus, ut sic agat sicut approbat deus: dispensandi nãq; potestas in summo cõsistit põtifice cæterisq; prælatis, non sicut in dño aut principali principio, sed tanq̃ in ministris & instrumentalibus causis atq; uicarijs, præcepto & domino superioris imò summi dei subiectis, qui eis potestatẽ largitus est in ædificationẽ, id est, ad hoc ut ea rationabiliter ad subiectorum salutẽ utantur: non in destructionem, id est, non ut ea abutantur ad animarum perditionem: imò hoc diuinitus eis prohibitũ est ab illo, cui omne iniustum inordinatumq; displicet, cum essentialiter sanctus & sapiens sit. Minister nanq; & instrumentalis causa moueri & agere debent secundum directionem & uoluntatem dominatoris ac principalis artificis. Vnde ut dispensatio ualeat atq; à culpa coram deo excuset, necesse est ut secundum summi legislatoris omnipotentisq; dei uoluntatem exhibeatur, puta ex rationabili causa absque iuris iniuria, prout sanctus Thomas in Secunda secundæ quæstione 88. alijq; doctores concorditer scribunt. Hinc Gulielmus Parisiensis disseruit: A multis prudentibus dicitur, quòd dispensatio est ius, & non iuris diminutio aut derogatio seu eius in aliquo læsio. Causa siquidem propter quam dispensatio fit, facit proculdubio ut iustum sit quod indulgetur: alioquin non dispensatio, sed iuris dissipatio esset. Hinc alij dicunt, quod dispensatio aliud non est, quàm latentis & uirtualis intentionis ipsius legislatoris expressio, ita quòd si ille adesset, ipse stante tali rationabili causa dispensandi, sic iudicaret agendum ac dispensandum, imò sic ageret. Iccirco secundum hæc per dispensationem mutatur materiale legis, non eius formale. Nempe formale legis est intentio legislatoris, quæ est principale principaliusque pensanda in lege. Porrò secundum Hostiensem, dispensatio est misericors relaxatio rigoris iuris, in causa per eum ad quem pertinet canonice facta. Et sic, ait Durandus super Sententias: dispensatio designat amotionem obligationis iuris in casu quantum ad aliquem uel aliquos, quod absque rationabili causa fieri non licere omnibus constat. Talis uero rationabilis causa dispensandi à doctoribus ponitur duplex, uidelicet urgens necessitas, & uera ac manifesta utilitas: quorum si neutra affuerit

Iohan. 14
Iohan. 5

Dispẽsatio q̃ secundũ Gulielmũ Parisiẽ.

Dispẽsatio secũdũ Hostien.

Dispensandi causa duplex

affuerit, non dispensatio sed dissipatio iuris erit, & nec dispensator nec dispensationem suscipiens erit à culpa immunis. Hinc sanctus Bernardus scribit Roberto monacho suo atque cognato, q de licẽtia papæ relicto pristino ordine Cisterciẽsiũ rigorosiore, ordinẽ Cluniacensium introiit leniorem: Non tibi frustra quis blandiatur de dispẽsatione apostolica, cuius conscientiam tenet ligatam diuina sententia. Denique idem Bernardus pro quadam culpa Eugenium papam tertio libro de Consideratione fiducialiter increpãs inter cętera ait: Sic agendo probatis uos habere plenitudinem potestatis, sed iustitiæ forte non ita: facitis hoc quia potestis, sed utrum & debeatis, quæstio est. Honorum & dignitatum gradus & ordines quibusque suos seruare positi estis, non inuidere aut tollere. Quomodo non indecẽs tibi ô beatissime papa, uoluntate pro lege uti: & quia non est ad quem appelleris, potestatem exercere, negligere rationem? Tu ne maior domino tuo qui ait: Non ueni facere uolũtatem meam? Quanquam non minus deiecti q̃ elati animi est, ueluti rationis expertem, nõ pro ratione sed pro libitu agere: nec iudicio agi, sed appetitu. quid tam bestiale? Et si indignũ cuique utenti ratione, uiuere ut pecus: quis in te omnium rectore tantam naturæ contumeliam, tantam honoris iniuriam ferat? Sed dicis mihi: Quid, inquis, prohibes dispẽsare? Nõ, sed prohibeo dissipare. Nõ sum tam rudis, ut ignorem uos positos dispẽsatores, sed in ædificationem, non in destructionem. Denique ut ait Apostolus, quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur: ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est: ubi utilitas prouocat, dispensatio laudabilis est: utilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum est, non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. His aũt concordant summorum uerba pontificum: ait quippe Gelasius papa: Ubi necessitas non est, inconuertibilia maneant sanctorum patrum decreta. Et Leo papa: Ubi inquit necessitas non est, nullo modo uiolentur sanctorum patrum instituta. Ex quibus omnibus elucescit, quando & qualiter dispensatio à culpa excuset: q̃ rationabiliter sit petenda, q̃ prudentialiter exhibenda: per qd etenim status ecclesiæ eatenus lapsus est ac defecit, sicut per consuetudinariam, incircunspectam leuemque dispensationem? Iccirco prælatus (quantum congrue fieri ualet) iusti uerique tenax sit. Sed his obiici potest in primis, quod superius ex summa Confessorum & ex summa Pisana allegatum est, quod papa nulli subiaceat. Sed hoc nec de lege æterna neque de lege diuina, nec de naturali sumendum est lege, sed de positiuis legibus à prædecessoribus papæ institutis, quæ sub eius cadunt dispensatione: quia, ut dicunt iuristæ, par in parẽ potestatem nõ habet. Secundo obiici potest, quod secundum prædicta uerba Durandi, papa potestatem plenam habet & liberam: sed hoc ita intelligẽdum non est, quasi pro beneplacito suo potestate queat concessa inculpabiliter uti, iccirco potestas papæ libera dicitur respectiue non absolute, cum legibus Christi sit subdita: uel dicitur libera, quasi nõ impedita, & quoniam charitatiue ac libere ea utendum est.

Margin: Bernardus. — Iohan. — 1.q.7.c. inquiri tis & c. necessitas — 1.q.7.c.& si illa — Potestas papæ cur libera dicat.

Articulus X. De præcipua difficultate in negotio ecclesiæ iam uersante, uidelicet an papa sit super generale concilium, uel econtra: hoc est, an maior sit potestas concilii q̃ papæ, an uice uersa.

CVm iuxta omnia prædicta papa sit uniuersalis seu totius militantis ecclesię cõiunctim acceptæ, quantum ad eos qui suo sunt tempore, pastor, princeps & pontifex, gubernator & iudex, caput, sponsus & pater, purgator, illuminator atque perfector, uidetur quod absolute loquẽdo, ipse sit super generale conciliũ habeatque maiorem potestatem q̃ illud, possit quoque illud iudicare, nec habeat iudicari ab illo: quo cõcesso, multa uidentur inconuenientia sequi. Porrò quod generale concilium sit super papam, & amplioris potestatis seu autoritatis q̃ ille, ac iudex ipsius, hinc apparet necessario concedendum, quoniã in generali concilio Constantiensi hoc apertissime determinatum est. Sed & uniuersitates seu studia quædam priuilegiata in scriptis suis hoc uidentur concorditer affirmare, quibus contradicere uidetur penitus insecurum, præsertim cum (iuxta illud ueri prouerbii) Unicuique in sua arte experto & trito credendum sit. Unde uenerandi sacræ theologiæ professores in difficultatibus scripturarum & quæstionibus statum ecclesiæ atque salutem concernentibus animarum exercitati fundamentaliterque edocti, uidentur de hac materia certius iudicare: sunt autem & aliæ & uariæ controuersiæ ac difficultates, in quibus contra se inuicem scribunt, fauentes concilio & stãtes cum domino Eugenio, quæ infra tangendæ sunt.

Articulus XI. Probatio per scripturam canonicam, qua aliqui probant quod concilium generale sit supra papam.

DIcentes concilium esse super Papã, asserũt conciliũ immediate habere potestatem & autoritatẽ à Christo, ipsum quoq; cõciliũ immediate atq; infallibiliter dirigi à spũsancto in his quę sunt de integritate fidei & necessitate salutis: q̃d probãt ex eo, q̃d ait saluator: Si duo ex uobis consenserint de omĩ re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo: ubi eñ sunt duo uel tres cõgregati in noĩe meo, ibi sum in medio eorum. Quod Cęlestinus Papa ad Synodũ Ephesinã de celebratione gñalium conciliorum exponit, ut Isidorus in libro de cõcilijs recitat. Isidorus quoq; affirmat sic exponendũ. Sed & Thomas circa uerba illa euãgelica protestat indubitãter esse credendũ, gñalia concilia infallibiliter regi à spũsancto, ex illa Chri promissione certissima. Chrs ẏo in medio suorum fidelium non est absq; autoritate & potestate: cũ sine eo nulla creatura aliquid posse dicatur. Præterea Christus promisit ecclesiæ assistentiã indefinentẽ seu gratiosam presentiã usq; ad finem seculi duraturam, dicens apostolis: Ecce ego uobiscũ sum cunctis diebus, usq; ad consummationem seculi. Quę promissio non solum apostolis, sed toti ecclesię facta est, ut Augustinus & Beda cæteriq; expositores testantur. Nec eñ apostoli fuerũt usq; ad cõsummationem seculi in hoc mũdo uicturi. simili modo repromittit: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternũ. De quo spiritu item profitetur: Cum uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos oẽm ueritatem. Vnde elicitur, q̃ circa ueritates necessarias ad salutem, utputa fidei bonorumq; morum, ecclesia infallibiliter dirigatur à spũsancto. Cum ergo generale concilium in spũsancto legitime cõgregatum, representet uniuersalem ecclesiam, secundum doctores cõcorditer: sequitur q̃ infallibiliter dirigatur à spiritusancto, nec possit errare. Quo dato patet, q̃ Papam posset iudicare atq; deponere, si rationabile ac iustum hoc uiderit, imò quia hoc fecit & fieri posse dictauit, apparet q̃ bene & iustè. Insuper, Christus præceptum fraternæ correptionis tradens, generaliter est locutus: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eũ inter te & ipsum solũ: si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecũ unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum: q̃ si non audierit, dic ecclesię: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Itaq; ab hoc præcepto & à lege hac non excipitur Papa: imò secũdum doctores, huic correptioni fraternæ omis Christianus subdi tenetur. Si ergo Papa ecclesiam seu generale cõcilium audire noluerit, uidetur tanq̃ infidelis reprobandus ac dijudicandus ab eo. Ad idem allegatur quod pręallegato capitulo loquitur Christus: Si pes tuus, manus seu oculus scandalizat te, erue & proijce abs te. Vnde cum Papa dicatur membrum ecclesiæ, si publice & intolerabiliter scãdalizauerit eam, uidetur ab ea per depositionem abijciendus. Postremo Christus promisit ecclesiæ, Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Vt aũt sanctus ait Hieronymus, per portas inferi intelliguntur errores, scilicet hæreses & schismata, atq; peccata per quæ itur atq; introitur ad inferos. Ex quo trahitur, q̃ ecclesia ipsa sit confirmata in gratia, neq; in peccata ruere possit mortalia: propter quod de ipsa dicit Apostolus: Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut illam sanctificaret, & exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam neq; rugã. Tales aũt promissiones non sunt summo pontifici factæ, nec ei ista conueniunt: propter quod magis standum uidetur iudicio ecclesiæ, & quod illa sit dignior atq; potẽtior, itemq; q̃ ipsa immediate à Christo iudiciariam potestatem sortita sit, seu claues regni cœlorum: sed de hoc necesse est infrà inquisitionem facẽre pleniorem.

Matt. 18.

Matt. ult.

Iohan. 14.

Matt. 18.

Matt. 16.

Ephe. 5.

Artic. XII. Quid obijci possit contra predicta in articulo proximo.

QVamuis, sicut ex processu patebit, intẽtionis meę nequaq̃ sit, cõciliorum autoritati gñalium in aliquo derogare: tñ, ut ueritas clarius innotescat, q̃d pręinductis obijci queat, cõpendiose perstringã: nẽpe q̃ autoritas euãgelica prio adducta pro concilio non cõcludat, hinc argui potest: Gñale nãq; conciliũ integrari potest ex personis grã gratumfaciente & charitate carentibus, quemadmodum & iam fatentur pro Basilienũ cõgregatione scribẽtes: ergo autoritas illa, ubi fuerint duo uel tres &c. ad taliter cõgregatos & cõciliantes nõ ptinet: illa eñ autoritas à sanctis doctoribus atq; catholicis expositorib⁹ ita exponit: [Vbi duo uel tres.] nec dubiũ quin multo plus, ubi q̃ plures fuerint congregati. i. per fidẽ & charitatẽ uniti, non per dissentionẽ discordiãq; diuisi, neq; per passionũ immoderantiã mente dispersi, [in noĩe meo.] i. ad honorẽ & gloriã nominis mei, quęrentes suam aut aliorum salutem, [ibi sum in medio eorum.] acgescens piæ uolũtati precibusq; ipsorum. Vnde Origenes circa hęc ẏba loquitur: Ista est causa propter quã nõ exaudimur orantes, qa non consentimus nobis per omnia sup terrã, nec cõuersatione nec

Origenes.

doctrina: sicut enim in musicis, nisi fuerit consonantia uocum, nō delectat audientem: sic in ecclesia, nisi consensum habuerit, non delectatur deus in ea. Hieronymus quoq; testatur: Nisi spiritus & anima corpusq; consenserint, nec intra se bellum diuersarum habuerint affectionum, exaudiuntur orantes. Hinc scribit Chrysostomus: Nō dicit Christus simpliciter, ubi congregati fuerint, sed addit, in nomine meo: quasi dicat, si quis propter me principalem amicitiæ causam habuerit ad proximum, cum eo ero. Postremo, Rabanus clarius loquens: In nomine, inquit, domini congregati sunt, q ipsius gratiam æmulantur, ipsius spiritu feruent, ipsum in oculis & per omnia fidei oculis & mundo corde non desinunt intueri. Præterea, in concilio generali negotium dicit secundum pluralitatem uocum procedere: sed frequenter contingere potest, ut maior pars personarum illic uocem habentium in charitate & gratia non existat: ergo incertum erit, an sint in Christi nomine congregati, & an in medio illorum sit ipse. Sic quoq; autoritas illa: Ego uobiscum sum cunctis diebus &c. per gratiosam inhabitationem, non pertinebit ad eos. Præterea, quoniam ad probādum q Papa possit instar aliorum corripi, accusari, puniri, deponi, præcipue innituntur quidam autoritati qua dicitur: Si peccauerit in te frater tuus &c. contra hoc argumentū quis potest obijcere, quòd licet hoc præceptum regulariter loquendo sit omnium in omēs, nihilominus quandoq; casus ponuntur, in quibus ab hoc præcepto absoluitur homo: Primus, dum nō est spes de emendatione peccātis: propter quod ait Hieronymus, Frustra niti, & nihil aliud quàm odium quærere, extremæ dementiæ est. Secundus est casus, dum timet effectus probationis, & criminaliter agitur, ubi uidelicet actor ad talionem, si in probatione defecerit, obligatur. Tertius dum prælato ut iudici nota est culpa: quoniam reus notarius est uel cōuictus. Quartus, dum meliori operi uel saltem æquo bono quis uacat, sicut monachi facere debent. Quintus casus est, dum multitudo uel potestas est in culpa, ubi correptio plus noceret ecclesiæ quàm prodesset. Hos casus in tertio uolumine de Vita Iesu Christi scribit qdam deuotus ordinis nostri, quos ex catholicorum collegit scripturis doctorum. Cum ergo in Papa plenitudo sit potestatis, uidetur à cōmuni hac lege correctionis fraternæ exceptus. Deniq;, Hostiensis manifeste hoc asserit, quod scilicet contra Papam nō sit procedendum iuxta modum correptionis fraternæ à Christo in euangelio generaliter traditum. Rursus, in uerbo quo ait saluator, Dic ecclesiæ, per ecclesiam non uidetur intelligendum generale concilium aut uniuersalis ecclesia, sed publica psona, utputa ecclesiasticus iudex siue prælatus: & hoc, scilicet quòd p ecclesiam possit intelligi ecclesiasticus iudex, asserit Durādus in Summa sua distinctione undecima, allegans Chrysostomum exponēdo dicentem, Dic ecclesiæ, id est, his qui præsunt ecclesiæ, scilicet prælato ut iudici: sic quoq; exponunt Gorra & Lyra, alijq; cōmuniter interpretātur. Nō ergo ex his vbis probatur Papa à gñali cōcilio iudicādus, imò cū iudicē in terra superiorē nō habeat particularē psonā, uidetur à nemine iudicari debere, sed à Christo dūtaxat. Insuper, Thomas in secunda scdæ frequenter sumit ecclesiam pro ecclesiastico iudice, præsertim pro summo pontifice. Hæc breuiter tango, non quasi probare intendens præinductas autoritates pro concilio generali non militare, sed ut ueritas diligentius inquiratur. Potest quippe forsitan qs dicere, quòd generale concilium inquantum est exemplar & signum repræsentās uniuersalem ecclesiam Christi sponsam electam, sit congregatum in nomine Christi, & dirigat à spiritusancto, quāuis supposita illa p se seorsum accepta, sint uitiosa. Rursus, cum ait saluator, Dic ecclesiæ, ecclesiæ nomine non solum prælatus seu iudex determinatus, sed & tota ecclesia seu generale cōcilium locum iudicis supplens, eiusq; psonam & uicem gerēs potest intelligi.

Hieronym.
Chrysostomus.
Rabanus.
Matt. 28.

Articulus XIIII. Probatio qua aliqui probant concilium esse super Papam, ex uerbis sanctorum patrum atq; doctorum.

Augustinus

QVanta sit uerbis ecclesiæ seu generalis concilij ipsam repræsentātis autoritas & potestas, probatur ex eo quod in libro contra Faustum Manichæum loquitur Augustinus: Ego euangelio non crederem, nisi me autoritas ecclesiæ commoneret. Vnde tanta est autoritas ecclesiæ, ut illa duntaxat scriptura sacra habenda sit, quam ipse sacram esse declarauit. Hinc omnes doctores catholici scripta sua determinationi, declarationi & correctioni ecclesiæ merito subijciunt & cōmittunt. Itaque in omni materia fidei & in ecclesiasticis cunctis negotijs ad autoritatem ecclesiæ quasi ad

canonem diuinitus inspiratum cum omni est reuerentia recurrendum. Porrò, his consonat quod super tertium Sententiarum ait Durandus de sancto Portiano quęstione qua quęrit, an deus sit obiectũ fidei, dicens, Quia complexa quæ creduntur, sunt plura: inter ea est aliquid primo creditum, quod est ratio credendi alia, & ad quod fit ultima resolutio credibilium. Hoc autẽ est credere ecclesiam regi à spiritusancto. Credimus nanq; deum esse unũ ac trinum, filium dei esse incarnatum & passum &c. qa scriptura hoc dicit, quam credimus diuinitus inspiratam & reuelatam. Ergo credere scripturam diuinitus inspiratã esse à deo, est ratio credendi ea quæ in scriptura traduntur. Rursus credimus scripturã diuinitus inspiratam, quia ecclesia quæ regit à spũsancto, hoc approbat. Cum enĩ multi scripserint gesta saluatoris, ut Nicodemus & Nazarei: illa sola euãgelica scriptura recipitur tanq̃ authẽtica atq; canonica, eiq; solum fides adhibetur, quã approbat ecclesia. Hinc contra Manichęos asserit Augustinus: Euangelium Nazaręorum non admitto, qm̃ ecclesia non admittit. Ergo credere q̃ ecclesia non erret, tanq̃ à spũsancto directa, est ratio mediumq; credendi scripturam quam approbat esse diuinitus inspiratam. Et itẽ, hoc credere est ratio credẽdi ea, quæ in sacra scriptura tradũtur: ergo à primo ad ultimum, primum inter credibilia quod est ratio credendi alia, & ad quod fit ultima resolutio credibilium, est credere ecclesiam regi à spũsancto: hæc Durandus. Ex his quidam concludunt, q̃ maior sit autoritas ecclesiæ q̃ scripturę, magisq; recurrendum sit ad autoritatem ecclesię q̃ ad scripturam diuinam: q̃d intelligi potest quantum ad manifestationem, ut scriptura dicatur ab ecclesia autoritatem habere, inquantum ecclesia manifestat atq; determinat scripturam esse à deo: alioqui sacra scriptura realiter non ab hominibus, sed à spũsancto autoritatẽ sortitur. Insup Thomas in secunda secundę quęst. 5. disserit: Obiectum fidei est ueritas prima, sc̃dm quod manifestaẽ in scripturis & in doctrina ecclesię: & q̃cunq; non inheret ecclesię sicut diuinę & infallibili regulę, talis non habet fidem de articulis fidei, sed opinionem sc̃dm propriam uolũtatem. Rursusq; ait: Omnibus articulis fidei adhęret fides, propter unicum medium. s. propter ueritatem primã propositã in scripturis sc̃dm doctrinam ecclesię intellectis. Ex q̃bus concluditur, ecclesiam nõ posse errare in his quæ sunt fidei ac salutis. Vnde maior uidetur eius autoritas q̃ Papę, q in fide ac moribus potest errare atq; erronee iudicare. At uero S. Ambrosius epistola 76. testatur: Cum aliquid per synodum fuerit diffinitum, stãdum est super illo cuiq;, etiam si angelus de coelo esset. Rursus circa illud Actuũ q̃nto Congregati erant apostoli in noĩe Iesu, fateẽ: Ab hac gloriosa congregatione depẽdent cateruata cõcilia, in q̃bus deus pr̃ est ecclesię tutor, filius est ut spõsus, spũsanctus ut rector. Nec credendũ est q̃ ibi idẽ in concilio gñali sit depẽdens aut mẽdicata autoritas, ubi diuina pręsidet maiestas. Ex q̃bus uerbis ostendiẽ, gñale conciliũ desup infallibiliter dirigi, nec simpliciter depẽdere neq; principaliter autoritatẽ à Papa habere. Hinc Augustinus in ep̃la ad Ianuariũ scribit: Cõciliorum in ecclesia dei saluberrima extat autoritas, q̃bus oĩa ecclesię terminanẽ negotia. Adhuc b. Hieronymus ait: Oĩbus cõsideratis puto me nõ temere dicere, alios ita esse in domo dei, ut ipsi etiam sint eadẽ domus, quę ædificari dr̃ supra petrã, quę unica colũba appellaẽ, quę spõsa pulchra sine macula & ruga, & hortus cõclusus, fonsq; signatus: quę domus etiã claues accepit & potestatẽ soluẽdi atq; ligãdi. Hanc domũ si q̃s corripientẽ corrigentemq; contẽpserit, sit tibi tanq̃ ethnicus & publicanus. In quibus u̾bis Hieronymus attribuit ecclesiæ iudiciariam potestatẽ, à qua neminẽ dicit exẽptum. Vñ & illud probaẽ, q̃d cũ ait saluator: Dic ecclesiæ. noĩe ecclesię non solũ ecclesiasticus iudex, sed & tota ecclesia seu gñale conciliũ illã repręsentãs, intelligaẽ. Insup Thomas in sc̃da sc̃dę q. 12. loquiẽ: Maximã autoritatẽ habet cõsuetudo ecclesiæ, quæ semper in oĩbus est ęmulanda: qa ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia habet autoritatem, propter quod magis standum est autoritati ecclesię q̃ Hieronymi aut Augustini, aut cuiuscũq; doctoris. Pręterea Petrus de Aliaco quõdam Cardinalis, doctor eximius, edidit librum contra eos, qui asserũt Papã nõ esse subiectũ gñali cõcilio, nec iudicari posse ab eo: & q̃ cõciliũ totũ suũ robur haberet à Papa. Postremo, Gerson Cancellarius Parisiensis, q cõcilio Constantiensi interfuit, multa de hac scribit materia inter cętera dicẽs: Gñale conciliũ sic est super oẽs leges positiuas à summis põtificib' editas, q̃ possit eas mutare, interpretari seu tollere, si uiderent impedimẽto aut scandalo esse ad iter ecclesiasticę unionis: decreta q̃q; summorum pontificũ potest interpretari, tollere seu mutare: Papa u̾o in decreta conciliorum ita non potest, potissime qñ hoc sibi à concilio prohibeẽ. Item dicit: Concilium gñale bullas & processus, ordinationes siue statuta Papæ potest irritare uel annullare, ut determinatum est in publica sessione & multipliciter

Ambrosius

Augustinus

Hieronym'.

9. dist. c. Quis nesciat.

pliciter practicatum. Porrò consilium gñale q̃uis non possit nec debeat papalis potestatis plenitudinẽ Petro & eius successoribus à Christo concessam, tollere aut mutare, sed de ea deo gratias agere nihilominus usum potestatis certis statutis ac legibus limitare in ædificationem ecclesiæ. Hæc Cancellarius.

Articulus XIIII. De autoritate gñalium conciliorum ex dictis summorum pontificum.

Quoniam generaliũ autoritas conciliorũ libertati Papę uidetur quodãmodo obuiare, ipsum summũ pontificem legibus limitando, illumq; sibi subdendo, parui pendendũ nõ est, si ipsi summi pontifices inueniantur pro autoritate conciliorũ gñalium quid locuti. Porrò, in his quę allegabo, loca allegationũ omitto, cum certum sit ea in Decretis contineri: & roborare allegationes, his, qui in iure triti non sunt, obscuritatem in legendo magis q̃ declarationẽ in intelligẽdo adducit. Itaq; in primis occurrit q̃d ait Gelasius Papa: Cõfidimus, q̃ nullus iam ueraciter Christianus ignoret, uniuscuiusq; synodi constitutum, quod uniuersaliter ecclesiæ probauit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere, quàm primam, puta Romanam. i. summum pontificem, qui cæteris debet esse totius æquitatis exemplar. Quo uerbo ostenditur Papã debere gñali obedire concilio, cæterisq; in hoc præbere exemplũ. Deniq; Zozimus Papa testatur: Contra statuta patrum condere aliquid uel mutare, nec huius quidem. i. Romanæ sedis potest autoritas. Patrum aũt statuta appellat, generalium conciliorũ decreta. Insuper, Damasus Papa ad Aurelium archiepiscopum, sicut in libro Conciliorum refert Isidorus, ait: Blasphemare spiritumsanctum non incongrue uidentur, qui cõtra sanctos canones nõ necessitate compulsi, sed libenter, ut præfixum est, aliquid aut proterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere uolentibus sponte consentiunt. Rursusq; asserit: Idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt spiritu dei & totius mundi reuerentia cõsecrati, fideliter sunt à nobis scienda & diligenter pertractanda, ne quo modo sanctorum statuta absq; ineuitabili necessitate (quod absit) transgrediamur. Præterea Leo Papa ad Anatolium Constantinopolitanum testatus est: Illa Nicenorum canonum ordinata conditio, nulla est usquam ex parte solubilis. Cęlestinus quoq; Papa ad Ephesinam synodũ scribit: Spiritussancti præsentiam iudicat congregatio sacerdotum: nec ibi putãda est trinitatis diuinitas deesse, quę sanctificat concilium. Item Isidorus in libro Cõciliorum uerba Cęlestini sic recitat: Valde necessarium esse perspexi uestram in unum conuenisse multitudinem, habens sententię diuinæ fidem, quæ dicit: Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo &c. Credo eñi beatam sanctæ trinitatis diuinitatem huic sacro interesse concilio, & ideo ante cõspectum dei in medio uestrum meam pertuli fidem. Amplius, sanctus & magnus ille Gregorius papa in Registro testatus est: Sicut sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & uenerari me fateor: hæc tota deuotione cõplector atq; integerrima fide custodio: cunctas uero quas præfata ueneranda concilia personas respuunt, respuo: quas uenerantur, amplector, quia dum uniuersali sunt consensu instituta, seipsum non illa destruit, quisquis præsumpserit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluunt. Et certum uidetur, q̃ omnium generalium conciliorum rite celebratorum una sit ratio. Rursus beatus Gregorius cum Constanstinopolitanum episcopum sępe admonuisset, ne se uniuersalem diceret, nec præficeret, sic in Registro est locutus: Si in mea correptione despicior, restat ut ecclesiam debeam adhibere. Sic itaq; pluris fatetur autoritatem ecclesię q̃ suam. Similiter Nicolaus Papa Lotharium regem increpans, Si id inquit, non egeris, pręcaue ne hoc ecclesię sanctæ dicamus. In quorum pontificum uerbis per ecclesiam nil aptius quàm generale cõcilium uidetur signari. Deniq; his addi possunt plurima argumenta in textibus & glossis contenta, & ex dictis sanctorum patrum accepta, sicut est illud ex uerbis Hieronymi sumptum: Maior est autoritas orbis quàm urbis. & quod iterum dicitur: Maioris autoritatis est constitutio concilij quàm Papæ. Raymundus quoq;, Hostiensis & cæteri, pene omnes concorditer dicunt, quod Papa propter hæresim sit à concilio deponendus. Martinus demum in Chronicis describit, quemadmodum Marcellinus Papa in idololatriã lapsus, ad pœnitentiam reductus obtulit se synodo corripiendum, iudicandum ac puniendum, seu deponendum. Quæ omnia stare non possent, si concilium suprà Papam potestatem & iurisdictionem non haberet.

Gelasius papa. Damasus papa. Leo papa. Cælestinus papa. Isidorus. Gregorius. Nicolaus papa. Hieronym⁹. Raymund⁹.

Articulus XV. De autoritate conciliorũ gñalium ex his, quæ in gestis conciliorũ leguntur.

Legi

LEgitur in gestis magni illius Niceni concilij contra Arrij blasphemias celebrati: Hæc est fides, quam exposuerunt patres primo aduersus Arrium blasphemantē, & contra oēm hęresim extollentē se contra catholicam ecclesiam: quā cum autoribus suis damnant apud Nicenam ciuitatem trecenti decem & octo in unum cōgregati episcopi. Quod concilium cum quosdam excommunicasset, Hos inqt, anathematizat sancta catholica & apostolica ecclesia. In eodē quoq; cōcilio fuit sancitum, quos synodus illa excōmunicaret, ne Romanus pontifex ad se ueuientes, reciperet. Ex qbus uerbis diligenter pensatis, tria patescunt: Primo, q̄ ad gn̄alem synodum pertinent iudiciaria potestas atq; diffinitiua sententia. Secundo, quòd generale concilium uniuersalem ecclesiam repræsentat. Tertio, quòd Papæ legem præfigere potest: & idem scripsit Africanum concilium ad Cęlestinum Papam. Deniq;, in gestis Chalcedonēsis concilij scribitur: Non licet illum qui damnatus est ab omni synodo, episcopum nominare: Diffinitio omnibus placet, Hæc est fides patrū: qui præter eā sapit, hęreticus est. Et rursus: Ab electa synodo nō licet appellare: hęc est fides patrum, qui pręter eam sapit, hæreticus est. Ex quo infertur, quòd in generali concilio est summa sedes iudicij. Insuper, in uerbis Constantinopolitani concilij continetur: Si synodus uniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit de sancta Romanorum ecclesia quęuis ambiguitas & controuersia, oportet uenerabiliter & cum conuenienti reuerentia de proposita quęstione sciscitari, & solutionem accipere, nō autem audacter sententiam contra senioris Romę summos pontifices ferre. Quibus uerbis innuitur, quòd Papa à generali concilio iudicatur, non solum de hæresi, sed & de quauis ambiguitate & controuersia: quamuis reuerenter hoc fieri debeat. Hinc literæ Martini Papæ interrogari iubent suspectos de hęresi, an credant quodlibet generale concilium repręsentare uniuersalem ecclesiam: & nisi hoc credant, hęretici iudicentur. At uero in Africano concilio legitur, quòd dum eidem concilio legati Papę ostendissent literas eius, dicentes competere Papæ cognoscere de appellationibus episcoporum iuxta deliberata in primo Niceno concilio, respondit Africanum concilium: Inquirendum esse, an ista in Niceno concilio continerentur: sicq; ad Græciam missum est pro ueris exemplaribus Niceni concilij: & quoniam ibi repertum non est, quod Papa asseruit in literis suis: responsum fuit, standum non esse in eo quod petebatur literis Papæ. Vnde elicitur, quòd si Papa uolebat disponere siue asserere contra Canones generalium conciliorum, non præbebatur ei assensus. Adhuc, lex Martiani imperatoris per canones confirmata, affirmat: Iniuriam facit iudicio religiosissimę synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita, reuoluere & publice disputare contendit. Constantinus etiam imperator, ut in Niceno fertur concilio, fassus est, se concilij illius uenerari sententias, quasi cœlitus latæ fuissent. Postremo, de hac re in gestis Constantiensis concilij plura clarissime determinata & scripta habentur, ut est illud, Generale concilium potestatem immediate habet à Christo, cui concilio quilibet cuiuscunq; status, conditionis dignitatis' ue fuerit, etiam si papalis sit dignitatis, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & schismatis extirpationem, ac generalem ecclesiæ reformationem in capite & in membris. Itemq; illud, Quicunq; cuiuscunq; gradus, status aut dignitatis fuerit, etiam si papalis existat, qui mādatis, statutis seu ordinationibus aut præceptis huius sanctæ synodi, & cuiuscunq; alterius concilij legitime congregati super præmissis aut ad alia pertinentibus, factis uel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignę pœnitentię subijciatur & debite puniatur: etiam ad alia iuris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. Idem quoq; concilium deposuit Iohannem Papam ob scelera, de quibus fuit delatus concilio: fecitq; decretum de perpetua generalium conciliorum celebratione in posterum de decennio in decennium: atq; ut Papa iuret se seruare fidem, iuxta decreta generalium conciliorum.

De isto concilio uide c. sicut sancta, 15. distin.

24. q. 1. c. maiores.

Articulus XVI. Introductio obiectionum contra prædicta: ex quibus apparet, quòd Papa à cōcilio non possit iudicari neq; deponi.

SVprà articulo sexto, ex Raymundo atq; ex Summa Confessorum & Summa Pisana præhabitū est, quòd solus papa conuocat aut celebrat generale concilium: potest ergo illud dissoluere, nec compelli aut inuitus iudicari potest ab illo. Hinc Anacletus papa testatur: Electionem summorum pontificum sibi dominus reseruauit. Et Bonifacius papa ac martyr: Si papa suæ ac fraternę salutis oblitus, innumerabiles populos secum cateruatim ducat ad gehennam cum ipso plagis multis æternaliter uapulandos;

Anacletus papa.

Bonifacius papa.

huius culpas istic redarguere nullus præsumat mortalium: quoniam cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus. Præterea, concilia generalia publica exordiũ habuisse scribuntur temporibus sancti Syluestri & Constantini magni: sed non instituebant, nisi iubente Romano pontifice, ut habetur eodem capitulo primo: quoniam ipsorum conciliorum caput est ipse pontifex & Petri successor, ut habetur in c. firmiter, & 7. quęst. 1. c. Nouitianus. Nec aliter concilium congregari potest, nisi per sententiam Romani pontificis, in quęst. 6. c. dudum. Hinc dicitur in c. significasti, de electione, quod concilia non possunt præfigere legem Romanæ ecclesiæ, cum omnia concilia eius autoritate sint celebrata, & inde robur sumpserunt, atque in eorum statutis Romana patenter excipitur autoritas. Ideo contra regentem superbire non debent subiecti, transsumptiue, 21. distin. c. inferior. Et subditur eadem dist. c. nolite, quod filij erga spiritualem patrem ita deuoti ac sobrij esse debent, ut nulla penitus temeritate ad eius uitam nedum iudicandam, sed nec reprehendendam prosiliant. Denique, de hoc uidetur expressus textus 21. distin. cano. nunc autem diuinæ: ubi habetur, quòd cũ Marcellinus Papa tempore Diocletiani compulsus idolis thurificasset, conuenerunt patres de concilio: quibus sciscitantibus an uerum esset: confessus est cum lachrymis, afferens se paratum obedire, quicquid sibi ab eis iniungeretur: qui dixerunt: Nobis aduersum te non est iudicium, sed causam tuam in sinu tuo collige, & teipsum iudica. Legitur quoque in chronicis Martini, quod dixerint: Absit quod summus pontifex ab aliquo iudicetur: & tunc Marcellinus tulit sententiam extra se. Iterum hoc probatur eadem disti. canone in tantũ, ubi patres de concilio damnauerunt Chalcedonensem Dioscorum Alexandrinum patriarcham tanquam hæreticum, quia præsumpsit Leonem Papam excommunicare. Porrò, Dionysius uel Symmachus de adulterio diffamatus, coram quadraginta duobus episcopis se purgauit: patres uero contra eum in synodo congregati dixerunt: Symmachus quantũ ad homines pertinet, sit immunis: cuius causam totam dei iudicio reseruamus, horumque ratio est, quoniam Papa est uicarius dei, & omnibus præest in mundo. Cum ergo sit uice dei in terris, à nemine est iudicandus, nisi à solo deo. 2. q. 6. can. anteriorum, & non a quęst. 3. ca. cuncta per mundum: ubi textus dicit, quod Romana ecclesia fas habet iudicandi, neque cuiquã de eius liceat iudicare iudicio. Rursus eadem cã 9. q. 3. cano. Nemo, dicitur: quod nemo iudicabit primam sedem. Itemque eadem cã. 9. q. 3. c. aliorum, dicitur: Aliorum causas deus uoluit per homines terminari: sed sedis istius præsulem suo sine quęstione reseruauit arbitrio. Postremo, lege diuina in omni dubio ad apostolicam sedem recurrendum est, ut in cano. per uenerabilem &c. Itaque cum par in parem potestatem non habeat, & Papa totius ecclesię pastor & pontifex sit, caputque concilij iuxta præallegata, non uidetur à generali concilio posse deponi, nec legibus eius stringi, præsertim quoniã in præallegato ca. nemo, asseritur: Neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque à regib. neque à populo iudex iudicabitur. Vbi & glossa fatetur, quod si totus mũdus sentiret in aliquo negotio cõtra Papã, uideretur sententię Papæ standũ. Veruntamen, ut aliqui dicũt, glossa hoc dicit argumẽtando, non determinando.

19. distin. c. canones.

21. distin. c. in tantum.

Articulus XVII. Solutio obiectionum istarum.

QVoniã ueritati nõ ueritas, sed falsitas cõtrariatur, ideo qui pro cõcilio scribũt, prædictas autoritates quasi unica respõsione soluũt, dicẽdo: quod Papa à nemine, id est, à nullo particulari hoĩe debeat iudicari, cũ oĩ hoĩe particulari & uiatore extet superior. Iterum dicũt, quod in præfatis autoritatib. nõ est generalis cõcilij exclusum iudicium, quia nõ proprie est humanũ, sed diuinũ, imò iudiciũ spũs sancti, cõcilium in his, quæ concilij sunt, gubernãtis: iuxta quod apostolus Iacobus in Actib. cũ cæteris qui concilio, de quo ibi agit, interfuerũt, in epistola cõscripserũt, Visum est spũi sancto & nobis. Præterea cõcedit, quod regulariter loquẽdo, soli Papę cõpetit cõuocare & celebrare generale cõciliũ, tanquam totius ecclesię curã gerẽti, per cõparationẽ Papæ ad quascũque determinatas personas, nõ tamen concluditur, quin si immineret manifesta necessitas celebrandi conciliũ, & Papa inexcusabiliter errando, nollet cooperari ad hoc, aut etiam prohiberet, tunc ipsa ecclesia autoritate sibi à Christo concessa, posset celebrare concilium. Porrò quòd concilia dicuntur autoritatem & robur à Papa habere, non est omnifarie intelligendum, sed eo modo intelligi potest, quo sacra scriptura dicitur ab ecclesia autoritatem & robur sumpsisse, uidelicet quantum ad manifestationem seu declarationẽ, quòd ipsa scriptura esset uere diuina & sacra: nõ aũt quantum ad existentiã ueritatis scripturæ, quã nõ habet nisi à deo, cuius increatæ ueritati innititur. Insuper, dum generale concilium Papam de hæresi aut intolerabili culpa seu à scandalo corripit, iudicat & deponit, non hoc agit superbe aut temere, sed charitatiue & iuste atque consulte: quod uero de Marcellino Papa inducitur non conuincit, ille enim incorrigibi-

Act. 15.

lis non fuit, sed uere ac humilime pœnitens: idcirco ab alijs non fuerat iudicandus: nec pontifex ita se habens, ab aliquo iudicādus est homine. Similiter Symmachus Papa se probauit de crimine sibi obiecto immunem: ideo causa eius deo fuerat committenda. Postremo, quoniam Paulus apostolus in epistola ad Galatas toti mundo notificat, se Petro principi apostolorum in faciem restitisse, utique pro ueniali peccato, nequaquam Paulus tam aperte scripsisset hoc, si non liceret summo pontifici resistere pro cōseruatione fidei ac boni communis. Vnde & Thomas secunda secūdæ quęstione XXXIII. docet, quòd prælat⁹ sit manifeste redarguendus, si fidei uel reip. ex eius culpa periculū immineat. Vnde Hieronymus asserit: Sal infatuatū ad nihil utile est, nisi ut ejciat foras, & conculcetū à porcis. Quō autē Papa, secundū q̄d à concilio iudicatur, non superior, sed inferior sit, infra dicetur. Galat. 2. Thomas. Hieronym⁹

Articulus XIX. An omnis seu tota potestas & autoritas generalis concilij siue ecclesiæ sit à Papa.

SCribentes quasi pro Papa, & asserentes totā autoritatem conciliorum dependere à Papa, omnemq́ꝫ potestatem ecclesię oriri ab ipso, in hoc potissime fundant se, quòd Christus Petro dūtaxat ac singulariter dixit: Tibi dabo claues regni cœlorum &c. itemq́ꝫ, Pasce oues meas. Hinc dicunt, ꝙ solus Petrus immediate à Chro claues ecclesiæ accepit & habuit, cæteri uero apostoli acceperunt eas immediate à Petro, hoc est à Chro per Petrū. Ex q̄bus concludūt, ꝙ tota potestas ecclesiæ sit à Petro & successoribus eius, ita ꝙ conciliorū autoritas ac potestas à Papa dependeat & procedat, non immediate à Chro, proptē q̄d Papa possit ad libitū conciliū dissoluere, eiusq́ꝫ statuta & canones amouere. Quāuis aūt istud prima facie mirabiliter sonet, argui tamē potest ꝙ ita sit. Scriptum est enim in c. Ita dn̄s, distinctione 19. Dominus Iesus Chr̄s munus potestatis clauium ita ad omne apostolorum officiū pertinere uoluit, ut in beatissimo Petro summo apostolorū illud principaliter collocaret, ut ab ipso quasi à quodā capite dona sua uelut in corpus om̄e diffunderet. Preterea, in Sūma contra gentiles IIII. libro loq̄tur Thomas: Soli Petro Chr̄s promisit, Tibi dabo claues regni cœloꝝ, ut ostenderetur ptās clauium per eū ad alios deriuāda, ad conseruandā unitatē ecclesiæ. Rursus, super II. Sententiaꝝ distinctione ultima scribit: Omnis ptās spiritualis in ecclesia est à Papa. Et addit. Potestas superior & inferior dupliciter se habent: aut ita quòd inferior potestas ex toto oriatur à superiori, & tunc tota uirtus inferioris potestatis, fundatur supra uirtutē superioris: & ideo simpliciter in oībus est magis obediendum ptāti superioris talis, q̄ inferioris, sicut etiam in naturalib⁹ causa prima plus influit supra causatum causę secūdę, quàm ipsa causa secunda: & sic se habet potestas dei ad omnem potestatem creatam, & potestas imperatoris ad potestatē proconsulis: sic etiam se habet potestas Papę ad oēm potestatem spūalem in ecclesia, quia ab ipso Papa gradus dignitatū diuersi in ecclesia disponuntur ac ordinantur. Vnde eius potestas est quoddā ecclesiæ fundamentū. Ex his uerbis Thomæ sequi uidetur, ꝙ tota concilioꝝ potestas à Papa dependeat, & sine eius autoritate nil ualeat. Sed & Durandus de S. Portiano, preallegata distinctione testat: Omnis ptās ecclesiastica oritur totaliter ex potestate Papæ. Et denuo, Omnis (inq̄t) ptās iurisdictionis ecclesiasticę deriuatur à potestate Papę, quo ad illa ad quæ Christiani tenentur, quāuis propria sponte se non obligarēt ad ea, q̄m hęc intentio est ex ordine prelationis ecclesiasticę. Insuper, prout allegatum est supra, Bonauentura affirmat: Papa est fons, origo & regula omniū principatuum ecclesiasticorū, à quo tanquā à summo deriuatur ordinata ptās usq́ꝫ ad infima ecclesię membra, secundum q̄d exigit præcellens dignitas in ecclesiastica hierarchia. Postremo, Durādus ordinis sancti Frācisci, ait in Sūma sua distinctione I. Chr̄s singulariter dixit Petro, Tibi dabo claues regni &c. ad designandum ecclesię unitatē, atq́ꝫ ut omnes à Petro & à q̄libet eius successore acciperent suę ptātis originē, eiq́ꝫ in oībus obedirent. Multa huiusmodi possent adduci, quę facilius est allegare quàm idonee soluere. Nempe ut difficultas augeatur, & ueritas uigilantius inquiratur, id adjcio, quod super IIII. Sententiaꝝ distinctione 24. asserit Thomas dicendo: Quamuis omnibus apostolis data sit communiter potestas ligandi atq́ꝫ soluendi, tamen ut in hac ptāte aliquis ordo significaretur, primo soli Petro data est, ut ostēdatur, quòd ab eo ista potestas debeat in alios descēdere: propter quod ei singulariter dixit, Cōfirma fratres tuos. &, Pasce oues meas. id est, loco mei (prout ibidem ait Chrysostomus) præpositus & caput esto fratrum, ut ipsi te in loco meo assumentes, ubiq́ꝫ terrarum te in throno tuo sedentem prædicent & confirment.

Matth. 16. 19. distin. c. Ita dn̄s. Durandus. Bonauentura. Durādus. Matth. 16. Lucæ. 22. Iohan. 21.

Articulus XIX. Solutio quæstionis istius, & de sex potestatibus ecclesiasticis.

QVidam scribentiũ totam ecclesiasticam potestatem à Petro in cæteros, imò & in alios quoq; apostolos descendisse affirmant, q claues à Christo collatæ sint
Iohan.21. Petro per uerba quæ dixit ad Petrũ, Pasce oues meas. Porro, ut intelligat clarissime, quàm erroneũ sit hoc dicere, oportet aduertere, quid sint claues ecclesiæ, & quando & quomodo sint collatæ à Christo sanctis apostolis. Claues ergo ecclesiæ, quamuis pluraliter designantur & duæ esse dicantur, uidelicet potestas discernendi inter pctũm & non pctm̃, & potestas ligandi atq; soluendi, radicaliter tamẽ & essentialiter una est clauis, sed in effectibus duæ, prout Thomas super quartũ Sententiarũ, & Durandus in Summa sua distinctione I. aliiq; doctores cõmuniter dicũt. Rursus, hæc clauis realiter est character seu potestas sacerdotalis, quæ dicitur potestas ordinis seu consecrationis. Eadẽ quippe potestas est, qua sacerdos corpus Christi uerũ consecrat, etiam ipsos fideles q sunt corpus Christi mysticum, soluit & ligat, prout sanctus Thomas super quartũ sententiarũ distinctione XXIIII. testatur, & alij ibidem declarant. Per hãc enim potestatem habet sacerdos duos actus: unum principalem, qui est corpus & sanguinẽ Christi consecrare: alium secundariũ, qui est soluere & ligare. Nũc ergo uidendũ, quomodo saluator dedit apostolo Petro potestatem hanc sacerdotalẽ: quo uiso, patebit an alij apostoli potestatẽ hanc immediate à Christo acceperint, an à Petro. Itaq; aduertẽdum, q sicut expositores catholici astruunt, potestatẽ consecrãdi contulit Christus omnibus simul apostolis in cœna, cũ
Lucæ.22. dixit: Hoc facite in meam commemorationẽ. Hinc super quartum Sententiarũ prææallegata distinctione Thomas conscripsit: Christus discipulis dedit sacerdotalẽ potestatẽ, quan
1.Cor.11. tum ad principalem eius actum, ante passionem in cœna cum dixit: Accipite & mãducate. Vnde subiunxit, Hoc facite in meam commemorationẽ. Sed post resurrectionem dedit eis potestatem hanc sacerdotalem, quantũ ad eius secundariũ actum, qui est absoluere &
Iohan.20. ligare, quando insufflauit in eos & dixit: Accipite spũmsanctum. Quorũ remiseritis p. &c Hinc Henricus de Hassia, circa hęc uerba Canonis, Hæc q̃tiescunq; feceritis &c. ait in Tractatu suo de Missa: Per hæc uerba Christus instituit discipulos suos sacerdotes noui testamenti, per huius sacrificij oblationem deum patrem placaturos. Sed & Ludolphus III. uo
Ludolphus. lumine uitę Iesu Christi, circa hęc uerba scribit, quod etiam ex Gorra accepit: Christus in amoris sui recordationem subiunxit, Hoc facite: id est, sacramentũ hoc cõficite uel celebrate, accipite & date in meam commemorationem: per quæ uerba ordinauit eos in sacerdotes, & dedit eis potestatem conficiendi sacramentũ corporis & sanguinis sui. Rursus, eodẽ
Matth.16. uolumine ait: Claues Petro promissæ sunt, non datæ, cum ei saluator dixit: Tibi dabo claues regni cœlorũ. Sed ibi ecclesiæ prælatus eligitur, postmodũ uero cum alijs apostolis hanc promissam potestatẽ accepit, ubi apostoli à Christo episcopi sunt ordinati, cũ insuf
Iohan.20. flans in eos, dixit: Accipite spũmsanctum &c. Sed pastorem omnium fidelium atq; in tota
Iohan.21. ecclesia uicariũ suum eũ præfecit cum dixit, Pasce oues meas. Hæc Ludolphus ex dictis aliorũ. Itaq; certissime constat, q Christus non contulit Petro sacerdotalẽ potestatem seu
Iohan.21. claues tunc primo, cum locutus est ei, Pasce oues meas, præsertim cum uerba illa prolata sint postq̃ apostolis dixit, Accipite spũm sanctum. Quorũ remiseritis pctã &c. ut patet. Iterum patet, q apostoli hanc potestatem non acceperũt à Petro, sed immediate à Christo.
Petrus de Aliaco. Præterea, ut hæc clarius elucescant, pensandum q (ut scribit Petrus de Aliaco) sex potestates ecclesiasticæ leguntur in euangelio à Christo apostolis traditę, pro ipsis successoribusq; eorum. Prima est potestas consecrationis, quæ interdum dicitur character seu po
Lucæ.22 testas ordinis, quam contulit Christus, dicens: Hoc facite in meam commemorationẽ. Secunda est potestas administrationis sacramentorũ, & potissime sacramenti pœnitentiæ, q est potestas clauium, uel spiritualis iurisdictionis in foro conscientiæ: & hæc potestas propter diuersitatẽ effectus à prima distinguitur, quamuis essentialiter idem cum illa existat. Tertia est potestas apostolatus seu prædicandi autoritas, quæ data est eis à Christo cũ di
Marc.16 xit, Euntes prædicate &c. Quarta est potestas iudiciariæ correctionis in foro exteriori, p quam timore pœnæ corriguntur peccata, præsertim quæ sunt in scandalũ ecclesiæ, quæ
Matt.18. collata est eis ubi loquitur Christus, Si peccauerit in te frater tu' &c. Quinta est potestas dispositionis ministrorũ, quo ad determinationem iurisdictionis ecclesiasticæ, ut euitetur confusio dissensionisq; nota in populo & inter ministros, si ipsi indistincte atq; æqualiter de omni populo curam haberent: & hæc potestas collata est Petro & successoribus eius, ubi specialiter dictum est ei, Pasce oues meas. Sexta est potestas accipiendi necessaria uitæ ab his, quibus spiritualia ministrabant, ut hæc potestas declarata est apud Matthæum

&Lu

& Lucã, ubi habetur In eadẽ domo manete edẽtes &c. Dignus est enim operarius mercede sua. Matt.10. Luc.10.
Preter has sex ptãtes, aliã à Chr̃o nõ acceperũt, secũdum hunc Petrũ, nisi ptãtem faciendi miracula ad fidei cõfortationẽ, in qua eis nõ necessario succedũt ẽpi, aliiq; p̃sbyteri, qm̃ fides modo nõ indiget miraculis cõfirmari. Itaq; ex his patet r̃nsio ad oẽs autoritates in precedẽti articulo positas, ad probandũ q̃ oĩs ptãs ecclesiastica deriuet à Papa. Dicẽdum est nãq; q̃ descẽdit ab eo quantũ ad dispositionẽ ministrorũ ecclesię, quo ad determinationẽ iurisdictionis ecclesiasticę, ut euitet cõfusio sc̃dm modũ iã tactũ. Pręterea cõstat ex præinductis doctorũ sentẽtijs, q̃ doctores p̃allegati nequaq̃ dicere uoluerũt oẽm ptãtem ecclesię sic esse à Papa, quasi ipsi ap̃li à Petro claues aut sacerdotalẽ acceperint ptãtem. Nec rursus ita intelligendũ est, prędictã qntã ecclesiasticã ptãtem specialiter Petro cõcessam, quasi Chr̃s sibi ipsi ptãtem hanc nõ reseruauerit, ad faciendũ actũ ipsius pręter cõmunẽ modũ & ordinẽ à se institutũ. Nã & Paulus ap̃ls anteq̃ uidit Petrũ locis uarijs p̃dicauit ex Chr̃i cõmissione. Insup, oẽm ecclesiasticã ptãtem, autoritatẽ ac principatũ à Papa oriri, ita potest intelligi, q̃ nulla sit ptãs ecclesiastica, quæ ab ipso tanq̃ à plenitudinẽ ptãtis habẽte nõ possit procedere, imò quælibet ptãs talis ab ipso procedit, aut certe procedere potest mediate uel immediate. Oẽs quippe dignitates & ptãtes ecclesiasticas potest cõferre. Vnde in expositione quorundã sup Iohannẽ inueni: Ideo Petro tanq̃ principaliori inter ap̃los & capiti uniuersalis ecclesię dictũ est, Qdcũq; ligaueris sup terrã &c. ut cũ sit ordo in ecclesia, Matt.16.
hæc ptãs credat primo & principaliter residere in summo põtifice S. Petri uicario, atq; ab ipso deriuari in archiep̃os & ep̃os, & ab his tanq̃ à medijs in simplices sacerdotes. ueruntñ quis oĩs sacerdos in sua ordinatione ligãdi ac soluẽdi suscipiat ptãtem, cũ iuxta præhabita idẽ sint character sacerdotalis atq; præfata ptãs, q̃ etiã clauis uocat, nõ tñ habet hui⁹ ptãtis executionẽ, nisi ipsi subijciat materia, utputa hoĩes, sup q̃s ipsi iurisdictio det seu cura animarũ cõmittatur à supiori: q sicut dat eã inferiori, sic potest ei eã auferre in toto, aut in parte, causa legitima occurrẽte. Postremo, qđ Chr̃s Petro singulariter dixit, Tibi dabo claues Matt.16.
&c. nõ dixit alios excludẽdo, sed idcirco ad Petrũ direxit sermonẽ, q̃a prę cæteris fuit uenerabiliter Chr̃m cõfessus, dicẽdo: Tu es Chr̃s filius dei uiui. Vnde ibidẽ ait Hieronymus: Hieronym⁹
Mercedẽ recipit uera cõfessio. Nihilomin⁹ sicut Petrus id pro oĩbus dixit ap̃lis, sic ipsi facta est illa promissio, nõ solũ ut fuit p̃sona certa, sed ut fuit totius ecclesię gerẽs p̃sonam repræsentansq; uicẽ, quemadmodũ Augustinus, Ambrosius, Beda, Rabanus cũ cęteris multis expositorib⁹ cõtestant. Asserit etem Augustin⁹ in sermone de beatissimis Petro & Paulo ap̃lis: Dñs Iesus discipulos suos ante passionẽ suã (sicut nostis) elegit, q̃s & fratres uocauit, inter q̃s q̃si ubiq; Petrus toti⁹ ecclesiæ gestabat personã. Propter quod audire meruit, Tibi dabo claues regni cœlorũ: q̃s claues ille nõ ut unus homo, sed unitas ecclesię accepit.

Articulus XX. De rõnibus, propter quas quidã iam tẽporis asserũt conciliũ esse sup Papam, & de modo loquendi aliquorũ in ista materia.

CONcilium esse super Papã, quidam nunc taliter argumentãtur: Tota ecclesia est unum mysticũ corpus secundum doctrinam Apostoli, & huius corporis caput uicariũ ac ministeriale seu membrũ est Papa: membrũ uero est pars totius, pars autẽ non est maior suo toto nec sup illud. Pręterea, status Papatus est status gratiæ gratis datæ: status uero ecclesiæ, est status grãæ gratum facientis: status autem gratiæ gratis datę, est bonis ac malis cõmunis. Vnde & Iudas proditor fuit apostolus, & Balaam ariolus fuit propheta. Status uero gratię gratum faciẽtis, solis competit bonis, ergo status ecclesiæ atq; concilij generalis illam repręsentantis, est super Papam seu statum illius, pręsertim cũ dona gratiæ gratis datæ ordinentur ad dona gratiæ gratum facientis, sicut me dixi & inferius ad finẽ & ad superius, ut Thomas & Petrus de Charẽta ac Bonauentura affirmant. Cum ergo finis sit præstãtior atq; sublimior ordinatis in ipsum, ecclesia siue conciliũ erit super Papã. Insuper, Papa est minister seu seruus, filiusq; ecclesię, & illa est mater ac domina eius: ergo est sub ea, et ei obedire tenetur. Rursus, ecclesia sic est confirmata in gratia, q̃ errare mortaliterq; peccare nõ ualet, quod Papæ non competit. Bernardus quoq; libro de Consideratione ad Eugeniũ scribit, q̃ Papę nõ competit esse dñm ecclesiæ, sed Bernardus.
ministrũ. sicq; relinq̃tur q̃ ecclesia sit dña eius, nõ ipse dñs illius, sed seruus: propter quod sanctus Gregorius scripsit se seruũ seruorũ dei. seruo aũt competit dominæ suæ obedire, non uice uersa. Postremo, Papa est propter ecclesiam, tanq̃ relatus ac ordinatus ad bonũ illius, non ecclesia propter Papam. Itaq; cum ecclesia sit confirmata in gratia, nec possit deuiare ac peccare, ut fertur, cõcluditur quod maior, altior atq; potentior sit quàm Papa.

Articulus XXI. Solutio siue discussio rationum istarum.

RAtiones præcedentis articuli breuiter tactæ, diligenter sunt discutiendæ, soluendæ aut declarãdę. Ad primũ ergo argumentũ dicẽdum, ꝙ pars non est pars ut dignior suo toto, includẽdo partem in suo toto, quia sic pars esset maior seipsa, imò sic pars est minor toto: sed intuendum, ꝙ pars & totum multis modis dicũtur, uidelicet proprie ac metaphorice, corporaliter ac spiritaliter. Porro cum dicitur, Pars non est maior suo toto, si pars seorsum accipiatur seu cõsideretur, & illud quod remanet totum dicatur, sic tam in corporalibus q̃ in spũalibus potest contingere, ut pars sit maior & dignior toto seu uniuerso remanenti residuo: imò sic caput hominis, maioris perfectionis ab aliquibus perhibetur, q̃ tota corporis moles residua, cum omnes interiores exterioresq́; sensus in capite uigeãt. Deniq;, Abbas seu Prior monachalis conuẽtus, secundũ se acceptus seu seorsum sumptus, maior est toto residuo monasticæ congregationis, & prælatus, pastor ac pater ipsius. Infrà tamẽ hoc clarius exponetur, ubi de duplici maioritate, dignitate seu superioritate dicetur. Itaq; cum dicitur, Ecclesia est quoddam totum, cuius Papa est membrũ, dico ꝙ Papa nequaquã est maior aut dignior tota ecclesia, id est, uniuersa congregatione fideliũ, ex Papa ac cæteris uniuersis constante, imò sic ecclesia est maior quodammodo parte illa, iuxta quod ait Aegidius de Roma, ꝙ bonum creatũ additum bono creato, facit ipsum maius. Si uero Papa secundum se seorsum accipiatur, & residua fideliũ uniuersitas totũ dicatur seu tota ecclesia, dico ꝙ Papa sit summus põtifex, pastor & princeps illius, repræsentãs & supplens uicem Chr̃i circa illam: & ita quodammodo maior est illa ac altior, dignior atq; potentior. Sed aduertẽdum ꝙ duplex est maioritas, dignitas seu potestas: utputa prælationis seu pręsidentię, & conuersationis seu uirtutum, aut meritiuitæ. Prima maioritas pertinet ad dona gratię gratis datæ, ad quam pertinẽt gradus officiorũ, dignitatum & principatuũ ecclesiasticorum, secundum doctores concorditer. Porro secunda pertinet ad dona gratię gratũ facientis, quia attenditur penes perfectionem charitatis uirtutũq; aliarum. Loquendo ergo de maioritate prima, dico ꝙ Papa sit quodammodo maior tota & uniuersali ecclesia, cui non solum diuisim, sed & collectim sumptæ pręest ac pręsidet, sicut ostensum est: & propter contrarium asserentes, adhuc probabitur. Itaq; quãtum ad id, in quo habet ex officio præesse toti ecclesiæ, eiusq; curam habere, uidelicet ut ecclesia iuxta Christi legem deo deseruiat, ipse Papa maior, dignior, superior atq; potẽtior est tota ecclesia sibi commissa, cuius ipse est caput, iudex, magister & dux super terrã, tamen sub Christo & iuxta mensurã ac legem sibi à Christo præfixã: quoniam inter Christum & ecclesiam taliter sumptam, Papa est medius & proprius, summus, plenus ac generalis Christi uicarius, quemadmodũ sanctorum patrum atq; doctorum testimonijs ẽ probatum, & sanctus Bernardus apertissime dicit, sanctusq; Thomas ex intẽtione declarat ac probat, quemadmodũ patuit & patebit. Nec istud (prout protinus deducetur) in aliq̃ derogat autoritati generaliũ conciliorum. Ad secundum argumentũ & ad quædam ipsi annexa, dicendum ꝙ satis conuincit, ecclesiam eiusq; statum esse super Papam & statum Papalem, loquendo de maioritate & superioritate pertinente ad uirtutẽ ac meritum uitæ, & idẽ probant sequentia argumenta. Papa enim potest uitiosus consistere. Veruntamẽ proprie simpliciterq; loquendo, maioritas in ecclesia potissime attenditur penes dona gratiæ gratis datæ, uidelicet secundũ gradus potestatum & officiorum seu dignitatum ecclesiasticarum. Vnde Durandus frater Minor, in Summa sua libro II. distinctione LXVII. asserit, ꝙ maioritas in tribus attenditur, puta in prærogatiua ordinis & consecrationis ac dispẽsationis. Idem affirmant Raymũdus, & Summa confessorum, ac Summa Pisana: addũtq; quartum, uidelicet pręrogatiua temporis. Postremo restat solutio argumenti, qua arguit Papa esse inferior ecclesia, cum sit eius minister & filius: quod quia paucis uerbis plene & clare solui non ualet, de eius solutione plenaria erit sequens articulus.

Aegidius de Roma.

Duplex est maioritas seu dignitas

Articulus XXII. Quomodo summus pontifex dicat filius & minister ecclesiæ, & ipsa ecclesia mater ac domina eius.

SIcut in prima parte Summæ suæ quęstione XCVI. sanctus Thomas testatur, alijq; doctores conscribunt, dominiũ dupliciter sumit. Vno modo, prout libertati opponitur: & sic domin' est qui habet seruum proprie dictũ. Seruus autem opponit libero. Liberũ uero secũdum Philosophũ dicitur, q̃d est causa sui: seruile autem, q̃d ordinatur ad aliud. Dominiũ ergo sic sumptũ, est prout aliquis principatur subiectis, non ad illorũ utilitatem, sed ad propriũ commodũ. Porro tale dominiũ esse non solet absq; po

Dñium dupliciter sumitur.

na inferiorum. Nam sicut unicuiq; naturale est atq; iucundum, propriã perfectionem acquirere & habere, sic triste est ei ut sua perfectio nõ sibi ipsi, sed alteri cedat in commodũ. Idcirco tale dominiũ in statu innocentię non fuisset. Hoc etiã modo Papa de iure non est dñs Christianorũ, nec taliter facere aut reputare se debet dñm eorũ, quia hoc cupiditatis esset & elationis. propter quod Petrus in I. sua Canonica pastoribus scribit, Nõ quasi dominantes in clero. & Paul⁹ suis scribit discipulis, Nõ quęro quę uẽra sunt, sed uos.i. salutẽ uestram, non cõmoda mea. Secũdo, dominiũ dicitur quęcunq; gubernatio siue prælatio: & sic etiã ille dñari ac dñs perhibetur, qui alios dirigit ad utilitatẽ & felicitatẽ ipsorũ, seu ad bonum commune: de quo dñio XIX. de Ciuitate dei loquitur Augustin⁹: Iusti imperant nõ dominãdi libidine, sed officio consulendi. Tale aũt dominiũ fuisset in statu innocentiæ: & hoc Thomas ibidẽ multipliciter probat. Hoc etiã modo secũdum Hugonẽ & Albertũ est dñium in spiritali regimine militantis ac triũphantis ecclesiæ: sicq; dñium competit Papę magis, q̃ alicui in tota ecclesia, imò sic ipse dñs & pręceptor seu imperator imperatoris ac omniũ secularium principum, omniumq; prelatorum & uniuersorũ Christianorum, & ut compendio stringam, ei de iure, etsi nõ de facto, cõpetit totius mundi dñium, cum in ipso sit plenitudo utriusq; potestatis secundũ Thomam, totusq; mundus cõmissus & creditus sit ei, secundũ illuminatissimũ illũ magnũ Bernardũ atq; Alanũ. Itaq; Papa est seru⁹ seruorum dei & minister ecclesię, non utiq; seruitute subiectionis seu imperfectionis, inferioritatis seu inopię, sed seruitute charitatis atq; iustitię, pręlationis ac p̃sidentię, quę maioritati ac dignitati nõ derogat, sed cõcordat. Vnde ob eã non cõcludit: Papa simpliciť inferior ẽ ecclesia sibi cõmissa, sed magis supior: & q̃ ministeriũ seu officiũ istud ordinať ad bonũ ecclesiæ, tantũ concludit, quòd Papa est inferior ecclesia, seu status principalis statu ecclesiæ, quantũ ad excellentiã pertinentem ad dona grãe gratum facientis, ut clarius dictũ est. Rursus, officiũ dignitatis Papalis non solũ ordinatur ad bonũ ecclesię, sed etiã ad ipsius Papę salutẽ, principaliterq; ad dei honorẽ. Deniq;, de hac seruitute charitatis & æq̃tatis, seu etiam humilitatis, multa scribit Apl's. Ait nempe ad Galatas: Per charitatem seruite inuicem. Et ad Corinthios: Cum liber essem ex omnibus, oĩum me seruum feci, ut plures lucrifacerem. Rursusq; ait Corinthijs: Non nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Chrm, nos aũt seruos uestros p̃ Iesum. Et denuo: Oĩa (inq̃t) uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas.i. Petrus. Quòd aũt tali ministerio honor, non subiectio debeatur, cõstat ex eo, quod ad Tessalonicenses fatetur: Neq; fuimus quærentes ab hominibus gloriã, cũ possemus uobis honori esse ut Chri apl'i, sed facti sumus paruuli in medio uestrũ. Insup, hoc modo etiã Christus fuit minister ecclesię ac discipulorũ suorum, quibus locutus est: Filius hominis nõ uenit ministrari, sed ministrare. &, Ego in medio uestrũ sum sicut qui ministrat. Hinc ad Hebræos dicitur: Christus melius sortit⁹ est ministeriũ. Et ad Romanos: Dico Christum ministrũ fuisse circuncisionis, ministrũ inquã humilitate, ut Gorra exponit. Fuit deinde dñs Iesus subditus illis, uidelicet Mariæ & Ioseph, ut Lucas euãgelista describit, nõ tamen fuit inferior eis. Præterea, si prędictis obijciatur, q̃ status ecclesiæ est status libertatis, sicut ait Apostolus: Vos in libertatẽ uocati estis fratres, ergo Papę non competit dominiũ super fideles: respondendum q̃ consequentia non ualet, loquẽdo de dñio iuxta secundam eius acceptionẽ: imò sic in triumphãti ecclesia unus angelus alteri dñatur, unusq; ordo, Dominationũ ordo secundum diuinũ Dionysiũ appellatur. Ecclesię etenim status dicitur liber, libertate à seruitute dæmonis & peccati, de qua in secũda sua epistola loquitur beatissimus Petrus: Iniqui sunt serui corruptionis: non autẽ libertate obedientialis subiectionis, aut etiã corporalis tẽporalisq; seruitutis. Hinc in secũda secũdę quęstione CXIIII. Thomas affirmat: Dicuntur filij ecclesiæ liberi libertate à spirituali seruitute peccati, nõ à seruitute corporali, quia per gratiã Christi liberamur in pręsenti à defectibus alæ, non à defectibus corporis. Durandus q̃q; sup II. Sententiarũ: Lex (inquit) euangelica dicitur lex perfectæ libertatis, quoniã liberat ab onere ueteris legis & à seruitute peccati, nõ à seruitute temporali. Hinc ad Romanos dicitur: Oĩs anima potestatibus sublimioribus subdita sit. quod de subiectione ad iustitiam pertinẽte prolatũ est. De subiectione uero humilitatis scriptum est: Subiecti estote omni humanæ creaturę propter deum. Itaque summus pontifex non ita est minister ecclesiæ, quin etiam iuxta modum iam declaratũ sit domin⁹ eius, id est, pręlatus & rector, cum & cęteri inferiores episcopi, hoc modo dicãtur dñi terrarum plebiũq; suarum, seu ecclesiarum. Vnde & principes ecclesiarum S. Bernardus in q̃dam sermone eos appellat: sicq; ecclesia est subdita Papę, tanq̃ summo põtifici suo. Insup,

Papa

1. Petr 5.
2. Cori. 12.
Augustinus
Gala. 5.
1 Corin. 9
2 Corin. 4.
1. Cor. 3.
1. Thess. 2.
Matt 20.
Hebr 8.
Roma. 15
Luca. 2
Galat. 5.
2. Pet. 2.
Durandus.
Rom. 13
1 Petr. 2.
Bernardus.

Papa non est ita filius ecclesiæ, quin etiam sit spiritalis pater ipsius: imò inquantum est Pa pa, competit ipsi esse patrem ecclesiæ: primo, ratione prælationis: secundo, ratione instru ctionis, quoniã habet eam illuminare: tertio, ratione curæ ac prouisionis. Nam & Paulus
Galat.4. suis scribit discipulis: Filioli mei, quos iterũ parturio donec Christ⁹ reformetur in uobis. Item, In Christo per euangelium ego uos genui. Idcirco secundum Bonauenturam Papa est pater patrum & uniuersorũ fidelium. Atq; ut ait Bernardus, ipse est pastor ecclesiæ ex oibus ecclesiis cõgregatę. i. totius ecclesiæ coniunctim acceptæ. Nihilominus Papa uoca tur & est filius ecclesiæ: primo, quoniam in fonte baptismatis spiritaliter regeneratus est
Augustinus in ea & ex ea, quemadmodũ Augustinus super Iohannem disseruit, ꝙ ecclesia generat ex aqua & spũsancto: secundo, inquantum est determinata persona & unus Christianus: ter tio, inquantum ab ecclesia. i. à filijs ecclesiæ adiuuatur, fouetur, & dum opus fuerit, dirigi
Cant.1. tur atq; instruitur: sicq; sugit ubera eius, de quibus in Canticis legitur: Meliora sunt ubera tua uino. & quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ? Postremo, patet ex his, quomodo pater sit frater noster seu cunctorũ fidelium. Eisdem enim modis ac rati onibus dicitur frater noster, quibus ecclesiæ filius appellatur: sed & propter communio nem naturæ specificæ nobiscũ, frater est noster, & propter eandem Christianitatis religi onem. Multis etenim modis dicitur aliquis frater alterius, sicut in libro contra Heluidium scribit Hieronymus. Sed ex hoc Papali maioritati non derogatur, præsertim cum & Chri stus deus noster factus sit frater noster, secũdum Bernardum. Vnde post resurrectionem
Iohan.20 dixit ad Magdalenam: Vade, dic fratribus meis. & Apostolus ait, Non confunditur fratres eos uocare, & debuit per omnia fratribus assimilari. Id autem adijciendum, ꝙ ecclesia etiã ideo dici potest domina Papę, quia est sponsa Christi, cuius minister est Papa, & quia in do nis gratiæ gratũ facientis eum excedit, & quoniã in quibusdam Papa acquiescere ac pare re habet eidem, ut infra clarius exponetur.

Articulus XXIIII. Quomodo competat Christo esse caput ecclesiæ.

VT clarius innotescat, quomodo Papa dicatur caput ecclesię, primo uidendum qualiter Christus sit caput ecclesiæ. Itaq;, sicut in I. parte Summæ suæ quæsti one VIII. Thomas & Durandus super III. Sententiarũ testatur, quemadmodũ tota ecclesia dicitur unũ corpus mysticum, per similitudinem ad corpus homi nis naturale, eo ꝙ sicut in corpore naturali sunt multa membra diuersos actus habẽtia, sic in ecclesia sunt multæ personę habentes diuersa dona atq; officia, prout in multis locis do cet Apostolus: sic in ecclesia dicitur esse aliquod caput ad similitudinem capitis humani. Porro, in capite hominis duo considerantur: primum, est naturalis conueniẽtia eius cum cæteris membris: secundum, est differentia eius ab illis: quę differentia consistit in tribus: puta in ordine, quoniã caput est prima pars hominis, incipiendo à superiori: item in per fectione, quoniã in capite uigent omnes sensus exteriores & interiores, cũ in cęteris mem bris solus sit tactus: & in uirtute, quoniã uirtus & motus cæterorum membrorũ & guber natio quędã in actibus eorum, est à capite propter uim sensitiuam atq; motiuã in eo domi nantem. Igitur Christo, secundũ quod homo est, conuenit esse caput ecclesiæ secundum omnes has proprietates seu conditiones: quia ut homo, est eiusdem naturæ cũ cæteris ho minibus, sicq; naturalem conuenientiã habet cum eis. Differt quoq; ab eis in tribus præ dictis, puta in ordine, eo ꝙ gratia eius sit altior & prior dignitate, quamuis non tempore: & alij acceperunt gratiam per respectum ad gratiã eius, dicente Apostolo ad Romanos:
Rom.8. Quos pręsciuit & prędestinauit cõformes fieri imaginis filij sui. Et ad Ephesios, Deus ele
Ephe.1. git nos in Christo ante mundi constitutionẽ. Differtq; ab alijs in perfectione, quoniã ple nitudinem gratiæ habet iuxta illud Iohãnis, Vidimus eum plenũ gratiæ & ueritatis. & Io
Iohan.1. hannis tertio ait Iohannes Baptista de homine Christo: Non ad mensurã dat deus spiritũ homini. Rursus, tanta est gratia Christi, quòd influit de plenitudine eius in membra eccle
Iohan.1. siæ, sicut Iohannes ait: De plenitudine eius omnes accepimus. Porro Christus homo influ it membris ecclesiæ gratiam seu spiritalem motum & sensum, non autoritatiue, sed instru mentaliter & per modũ causæ meritorię: sed ut deus, influit autoritatiue. Vnde etiã secun dum quod deus, magis ipsi competit esse caput ecclesiæ, quantũ ad tria hæc ultima, quib⁹ caput differt à membris: quia ut deus, magis ipsi competũt prioritas, perfectio & uirtus in fluendi, quàm secundum quod homo est: sed quantũ ad primũ, quod est conuenientia na turalis, non competit ei secundũ quod deus est, ratio capitis. Deniq;, sicut Christus ut ho mo, est caput ecclesię, sic deus secundũ naturam diuinitatis est caput Christi, inquantum

est

est homo, quia à deo humanitas Christi omne quod habet bonum, accepit. Propter quod ad Corinthios loquitur Paulus: Caput Christi deus. Praeterea, secundum praeallegatos aliosque doctores quàm plures, ista est differentia inter corpus hominis naturale & mysticum corpus ecclesiae, quod membra corporis naturalis sunt omnia simul, membra autem corporis mystici non sunt omnia simul, neque quantum ad esse naturae, quoniam corpus ecclesiae constituitur ex omnibus qui fuerunt à principio mundi & nunc sunt, & usque ad finem seculi erunt, sicut Gregorius in homilia ait, quod sancta ecclesia quae dicitur uinea, ex omnibus constans electis ab Abel iusto usque ad ultimum electum, qui in fine seculi nasciturus est, quot electos habuit, tot quasi uuas produxit, uel tot palmites misit. Nec etiam simul sunt, quantum ad esse gratiae, quia etiam eorum quae in eodem sunt tempore, quidam ad horam gratia carent, postea gratiam habituri, alijs contemporaneis iam eam habentibus. Itaque membra corporis mystici non solum accipiuntur secundum quod sunt in actu, sed etiam secundum quod sunt in potentia: quaedam tamen secundum quod sunt in potentia, quae aliquando reducentur ad actum: quaedam uero secundum quod sunt in potentia nunquam ad actum reducenda: quorum primum est secundum triplicem gradum: Primus est secundum unionem per fidem, secundus penes unionem per charitatem & gratiam uiae, tertius secundum unionem beatificam patriae. Itaque generaliter accipiendo secundum omne tempus seculi huius, Christus est caput omnium hominum secundum gradus diuersos. Primo enim & principaliter est caput eorum, qui actualiter uniti sunt ei per gloriam. Secundo, eorum qui actu uniuntur ei per charitatem & gratiam uiae. Tertio, eorum qui actualiter uniuntur ei per fidem. Quarto, eorum qui uniuntur ipsi in potentia, ad actum aliquando reducenda secundum praedestinationem diuinam, quis nondum reducta per adimpletionem. Quinto, eorum qui ei uniuntur in potentia nunquam ad actum reducenda, ut praesciti seu reprobi nunc uiuentes, qui cum ex hoc seculo discedunt, totaliter desinunt esse membra Christi, quia de caetero non sunt in potentia, ut in Christo uniantur. Ex his innotescit, non usquequaque uerum dicere eos, qui dicunt illos solum esse membra Christi, qui ei per charitatem coniuncti sunt, eo quod illis duntaxat Christus influit sensum intelligentiae spiritualis, & motum charitatis atque uirtutum. Nec enim tales tantummodo ad ecclesiam pertinent militantem, quae bonos malosque continet, secundum quod Christus in euangelio aptissime docet, comparans eam sagenae missae in mare, & ex omni genere pisciũ congreganti. Sed & mali in ecclesia explent officia ecclesiastica: quotidie quoque contingit, quosdam praedestinatos extra charitatem & gratiam esse tandem perducendos ad eas: quosdam uero praescitos seu reprobos, esse in charitate & gratia tandem has perdituros, quemadmodum super Ioannem Augustinus diffuse pertractat.

1.Corin.11

Gregorius

Matt.13.

Articulus XXV. An Papa sit caput totius militantis ecclesiae, & qualiter.

ALlegata sunt iura Articulo XVI. in quibus Papa uocatur caput concilij generalis, multipliciterque probatum est, quod totius ecclesiae pastor & pontifex summus sit Papa: sed aliqui ista nunc non admittunt, ea uel negantes, uel sic intelligenda dicentes, quod Papa est caput totius ecclesiae, id est, omnium particularium ecclesiarum ac singularum personarum. Sed ista non uidetur intentio patrum ac doctorum, qui allegati fuerunt. Papa nanque gerit uices Christi in terra plenarie, ut super secundum Sententiarum asserit Thomas. Cum ergo sit summus ac proprius Christi uicarius, illam ecclesiam Christus ipsi commisit, & illi praeest ecclesiae tempore suo, ad quam saluandam CHRISTVS in hunc mundum uenit, cuius & ipse principalis pastor, caput, & pontifex fuit: aliter non esset plenus Christi uicarius. Christus autem totius ecclesiae simul sumptae caput, pastor & pontifex est principalis: ergo eiusdem ecclesiae sic acceptae caput & pontifex est Papa, omni tempore pontificij sui, sicut sanctus Bernardus clarissime scribit, quòd Christus totas oues Petro commisit, nihil omittens quod non commiserit ei. Praeterea, conuocatio ac celebratio generalis concilij, non est in derogationem potestatis ac praelationis Papalis. Conuocato ergo & durante concilio, non desinit Papa esse pater, pastor, caput & pontifex eorum qui in concilio sunt, quorum ante inceptionem concilij pater, pastor, caput & pontifex summus fuit. Insuper, tota multitudo ecclesiae pariter sumptae, est quaedam pluralitas à Christo decenter disposita & congrue ordinata: ergo in ea est aliquod primum omnibus praesidens non solum diuisim, sed & collectiue: & hoc est Papa. Denique, sicut superius patuit, sanctus Thomas istud non solum affirmat, sed etiam ex intentione probat in Summa contra gentiles. Sed & super IIII. Sententiarum distinctione XXIIII. probat idem hoc modo: Vbicunque sunt multa ordinata in unum, oportet esse aliquod uniuersale regimen super particularia regimina, quia in omnibus actibus atque uirtutibus (ut dicitur in principio Ethicorum) est

Christus totas oues commisit Petro.

Nn ordo

Bonũ cõmune dignius q̃ bonũ speciale.

ordo secundũ ordinem finium. Bonum aũt commune dignius est q̃ bonum speciale: ideo sup potestatem regitiuã, quæ concernit bonũ speciale, oportet esse ptãtem regitiuã respectu cõmunis boni: alias non posset esse colligatio ad unũ. & ideo cũ tota ecclesia sit unum corpus, oportet si ista unitas debet cõseruari, ꝙ sit aliqua ptãs regitiua respectu totius ecclesiæ: & hęc est potestas Papę. Idcirco q eam negant, schismatici appellantur, quasi diuisores ecclesiasticæ unitatis. Constat aũt, ꝙ tota ecclesia non est unum corpus, siue mysticũ siue politicũ, nisi in quantum collectim accipitur, non diuisim. Ideo Papę conuenit esse pastorẽ & caput atq; pontificẽ, p̃sidem & rectorem totius ecclesiæ siue corporis huius collectim accepti. Ampli⁹, ex Raymũdo alijsq; autoribus ad hoc uaria iura allegãtibus, est ostẽsum, ꝙ Papę conueniat gñalem condere legem, cõstitutionem seu canonem, ad quam uniuersitas Christianorũ teneatur, etiã simul accepta: q̃d non esset, nisi sup totam ecclesiã potestatem, prælationem ac iurisdictionem haberet. Est igiť caput totius militantis ecclesiæ, non utiq; primũ ac principale absolute loquẽdo, q̃uis sit caput primũ & principale ecclesiæ respectiue loquendo, uidelicet quantũ ad p̃latos & principes in hoc seculo pegrinantes: sed cõparando Papã ad Chr̃m, sic est caput secundariũ, ministeriale ac uicariale, seu instrumentale: & quõ hoc sit, Thomas in III. parte ostendit, dicẽdo: Caput influit membris dupliciter: uno modo, q̃dam fluxu intrinseco, secundũ q̃d uirtus motiua ac sensitiua à capite deriuatur ad cętera membra: alio modo, secundũ quandã exteriorem gubernationẽ, prout p uisum & alios sensus in capite radicatos, dirigiť homo in exteribus actibus. Chr̃o igiť propriũ est esse caput primo modo, uidelicet q̃tum ad interiorẽ grãæ influxũ atq; directionẽ internã: sed secũdo modo principes & prælati subditis influũt, hortãdo, docẽdo, regendo, sicq; subditorũ capita nũcupanť. Vnde in libris Regũ Sauli diciť: Caput in tribus Israel factus es. Et Isaias ait, Senex & honorabilis ipse est caput. Item Amos, Optimates capita populorũ. Hinc Thomas testatur, ꝙ dicũtur iam capita pręsidentes, inquantũ uicẽ Christi gerunt. Cũ ergo nullus in tota ecclesia tam eminenter ac plene gerat uicẽ Chr̃i ut Papa, palàm ꝙ ipsi præ cæteris competat esse caput ecclesiæ, imò totius ecclesię. Nec ideo sequitur, ꝙ ecclesia sit monstrosa tanq̃ bicipitalis, seu duo capita habẽs: quoniã Christus & Papa non sunt capita æque prima, sed subordinata: nec est inconueniens, eiusdẽ corporis mystici esse plura capita metaphorice dicta, sicut alicuius particularis ecclesiæ capita sunt plebanus siue decanus, & eps ac Papa & Chr̃s. Postremo, multipliciť in scripturis diciť aliq̃d caput, scilicet ratione ętatis, ratione curę & puisionis, ratione prælationis, ratione principalitatis, ratione spiritalis regñationis, ratione paternę dilectionis: & certum est, ꝙ omnibus his modis Papa sit aut esse possit caput totius ecclesiæ, quæ suo est tempore.

1. Reg. 15. Isaiæ 9. Amos. 6.

Multipliciter diciť aliq̃d caput.

Articulus XXVI. De modo loquendi quorundam circa materiam istam.

Duplex quidã ponũt caput ecclesiæ

QVidam distinguũt & ponunt duplex caput ecclesiæ: uidelicet essentiale, quod est Chr̃s, quod errare non potest, spiritalemq; motũ uirtutũ & uitam gratię influit ecclesiæ: aliud uocant caput accidentale, utputa Papam, quod caput cum non sit cõfirmatum in grã, potest errare: & eo defuncto, adhuc manet ecclesia in uita spiritali & potestate ecclesiastica sibi à Christo concessa. Et hoc caput dicunt proprie dici non posse caput ecclesię, quia nõ influit ei uitam gratię & motum operationis uirtuosæ. Quamuis autem prẽmissa distinctio possit saluari (quanquã Papa sublato seu mortuo ecclesia sit priuata mẽbro suo dignissimo atq; altissimo, nec ipsa Papalis potestas sit formaliter, proprie ac distincte permanens in ecclesia, nec ipsa ecclesia absque Papa sit usquequaque perfecta: quia ad conseruationem boni status ecclesiæ & ecclesiasticæ unitatis in ea, oportet esse in ecclesia unum summum pontificem, ad quem in præcipuis difficultatibus, dubitationibus ac necessitatibus recurratur, prout Thomas copiose demonstrat, iãq; probatum est, nec ecclesiastici ordinis decentissima pulchritudo in gradibus dignitatum & officiorum sine Papa completa est) ueruntamen nequaquam est consequens, Papã non esse caput ecclesiæ, quia non influit ei sensum & motũ. Primo etenim dico, quòd licet non influat ei sensum & motum efficienter, ut deus trinitas: nec principaliter meritorie, sicut CHRISTVS ut homo, tamen influit dispositiue ac instrumentaliter, purgando, illuminando, perficiendo, orando seu gubernando, & sacramenta (quæ sunt uasa gratiæ) dispensãdo per se & suos ministros. Deniq; non solum dicitur aliquis caput, quia efficienter influit sensum & motum, sed & ratione principalitatis ac alijs modis, ut dictum est. Alioquin nullus prælatus aut princeps diceretur caput ratione subditorum: quod contra Canonicam esse scripturam, Articulo patuit præcedenti. Nam & diabolus secundum beatum Gre-

Oportet esse in ecclesia unũ summũ pontificem.

Gregorium, dicitur caput malorum, quamuis non influat eis motum & sensum seu uitã, nisi forte uitã carnalem motumq; uitiorũ, quas influit suggerendo, non efficiendo. Insuper dicunt, q; uniuersalis ecclesia consideratur dupliciter: Vno modo, ut est corpus mysticũ, utputa prout regitur donis & charismatibus gratiarum, uiuens semper uita spiritali per fidẽ & charitatẽ, ita q; Christus eam ut spõsam suã respicit & gubernat, nec permittit eam maculari aut separari à se, quoniã ipse ei specialiter spiritaliterq; assistit, ab erroribus eã defendẽs: & sic proprie caput ecclesiæ est Chrs, non Papa. Secũdo, consideratur ecclesia ut alia quæuis cõmunitas aut societas politica, quę etiã absq; influxu diuinorũ charismatum & sine speciali assistentia Chri, quantum est ex humano iudicio, potest debite regi lege humana aut diuina: sicq; Papa posset dici caput ecclesiæ. Istud uidetur impropriissime dictum. Papa enim secundũ fidem catholicam, est uicarius Christi: ergo eo modo est caput ecclesiæ, quo ipsa ecclesia est grex Chri & ouile, seu cõgregatio ouiũ ei⁹: non autẽ est grex Christi & ouile ipsius, proprie loquendo, nisi in quantum est mysticum corpus ipsius. Nec dubium intelligenti, quin ecclesiæ magis competit esse gregem ouileq; Christi, inquantũ est mysticum corpus charismatibus gratiæ informatum & rectum, quàm ut est politica societas. Præterea, hoc uidetur esse contra debitum Papalis officij, regere ecclesiam sine gratiosa ac speciali assistentia Christi, quia & ipse Papa tenetur esse in charitate & gratia, & suum exhibere officium ex charitate, subditos quoq; ad charitatem cęterasq; uirtutes, quãtum in ipso est, inducere. Sed & ipsa ecclesia sine charismatibus gratiæ considerata, amittit rationem ecclesię, cum iuxta doctrinam sancti Augustini in libris de Ciuitate dei, ecclesia sit ciuitas dei: ciuitatẽ uero dei cõstituit amor dei, crescens usq; ad contemptũ sui, quẽadmodum ciuitatem Babylonis seu dæmonis constituit amor sui, crescens usque ad contemptum dei. Insuper, gubernatio qua Christus per gratiarum charismata regit ecclesiã, non excludit coöperationem inferiorum regentium ac pastorũ, sicut Hugo de sancto Victore super Angelicam hierarchiam pulchre ostendit, & diuus Dionysius in libro Ecclesiasticæ hierarchiæ testatur. Aliàs angeli infimæ hierarchiæ Angelicæ, homines non dicerentur custodire atque dirigere. Hinc ait Apostolus, Dei adiutores sumus, haud dubium quin in hominum directione ad ultimum finem: ergo ecclesiæ consideratæ sub ratione mystici corporis desuper recti, non repugnat, sed penitus congruit secũdum ordinem diuinitus institutum, præter Christum habere caput & rectorem in terra, qui sit summus ac plenus Christi uicarius: & iste est Papa, sicut beatus Cyrillus in libro Thesaurorum clarissime contestatur. At uero etiam dato, quòd tota ecclesia infallibiliter regeretur à Christo, & confirmata esset in gratia, quantum ad omnes & singulos Christianos, sicut in die Pentecostes confirmati fuerũt apostoli, adhuc deceret & expediret eam habere unũ summum caput in terra, uidelicet Papã, qui adhuc esset prælatus, pastor & summus põtifex eius in seculo isto. Prelatio eñ non solũ ordinatur ad retrahendũ inferiores seu subditos à peccato, sed etiam ad hortandũ ac inducendũ eos ad meliora ac perfectiora. unde & ipsis apostolis prælatus fuit ac mansit beatissimus Petrus. In angelicis quoq; spiritibus extat prælatio, ut sanctus Dionysius docet in libro Angelicæ hierarchiæ. similiter in innocentiæ statu fuisset, secundũ Thomam & alios multos. Ex quibus concluditur uana esse argumentatio aliquorũ, qui dicunt, q; ipsa ecclesia est cõfirmata in bono, nec potest peccare neq; errare, quoniã regitur à spũsancto, idcirco Papa nõ est caput ipsius, nec indiget eo. Porro, q; ecclesiam dicũt non posse peccare, & q; Christus aspicit eam ut spõsam, non permittens eam à se separari nec maculari, discutiendum est quomodo sit intelligendum. Cõstat namq; q; Christus quotidie permittit multas animas sibi per charitatem coniũctas, & per consequens spõsas suas particulares à se separari, & inquinari per peccata mortalia, ita q; fiunt adulteræ diaboli, quę fuerunt sponsæ Christi: sed uerum est quòd Christus nõ permittit totam ecclesiã à se totaliter separari, imò semp sunt aliqui boni in ecclesia, propt q̃d ecclesia dicitur quodammodo munda & confirmata in gratia, denominando totũ à parte. Veruntamen etiam boni isti maculantur quotidie per uenialia peccata, nisi quis dicat, q; ueniale peccatum maculam non ponat in anima: sed hoc stat in quid nominis, cum certum sit, quòd ueniale peccatum quantum habet de ratione peccati, tantum quoq; habet de ratione immunditiæ & maculæ ac offensę. Vnde uerbũ Apostoli quod allegant, quòd Christus dilexit ecclesiã, & tradidit se pro ea ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquę in uerbo uitę, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habẽtem maculam neq; rugam, potius competat ecclesiæ in statu futuro, q̃ ei modo conueniat: propter quod Tho-

Diabolus caput est malorum.

Papa est uicarius Christi secũdum fidem catholicam.

Augustinus

1 Cor. 3.

Ephe. 5

mas in tertia parte quęstione V. sic ait: Ecclesiam esse gloriosam non habentem maculam neq; rugam, est ultimus finis ei⁹, ad quem per Christi passionem perducitur: & hoc erit in
1.Johan.1. statu patriæ, nec est in statu uię, in q̊ si dixerimus quia pc̄tūm non habemus, nosipsos sedu cimus, ut scriptum est. His uerbis sancti Thomę concordat expositio Nicolai de Gorra & aliorum multorum, super inducta uerba Apostoli.

Articulus XXVII. Determinatio difficultatis præcipuæ, an scilicet Papa sit super concilium, an econtra.

IN omni gñali cōcilio atq; in tota Chr̄i ecclesia, summā ac prętantissimā personam esse Papam, omniū patrem & patrē patrum, secundū Bonauenturā dubium esse nō debet, loquendo de maioritate ac dignitate ad dona gratię gratis datæ pertinēte, ita q̄ nulla particularis ecclesia aut persona ei in his adæquet, ut supra ostensum est, si concilio Papa intersit per se, aut per suos legatos eius personā rep̄sentātes. Cū itaq; quæritur, an Papa sit supra conciliū, an econtra, mentio fit de Papa atq; concilio seorsum consideratis seu sumptis. Quidam itaque nunc absolute loquēdo audacter respondent, quòd generale concilium sic acceptum, prout uniuersalem ecclesiam repræsentat, sit super Papam, & maioris autoritatis ac potestatis quàm Papa, ita quòd Papa tenetur obedire cōcilio, nō econtrario. Verum quia hucusq; probatum & tentum est, quòd Papa sit totius seu uniuersalis ecclesiæ simul sumptæ, non solum diuisim acceptæ, pastor summusq; pontifex, prælatus & caput, potestatis plenitudinem habens, uidetur periculosum, tam absolute simpliciterq; asserere, quòd concilium sit super Papam, loquendo appropriate de maioritate, dignitate & potestate, pertinente ad dona gratiæ gratis datæ, ad quam certum est pertinere iudiciariam potestatem, præsidentialem dignitatem, iurisdictionalemq; prælationem. Moderatius ergo loquendo, dum quæritur, An Papa sit super cōcilium, an uice uersa, arbitror respondendum, quòd ibi sit excedēs & excessum, id est, quòd in aliquibus, puta in his, quæ proprie ac directe spectant ad forum generalis cōcilij, & propter quorum determinationem seu expeditionem illud celebratur: in his inquam concilium uidetur esse super Papam, ita quòd concilium dando uoces seu uota, est liberum, nec Papa potestatem coerciuam habet super illud in huiusmodi causis: magisq; stādum est determinationi seu ordinationi concilij generalis, quàm Papæ, qui determinationem seu ordinationem concilij conciliariter factam, impedire seu reuocare nec debet, nec potest, eo quòd concilium à spiritusancto dirigatur & gubernetur in talibus, quādo conciliū ipsum legitime est procedens imploratione directionis spūsancti, & sinistras informationes deuitat. Porro in cęteris, puta in his quæ Papalis prælationis mensuram, regulam, magisteriumq; concernūt, Papa est super concilium & super totam ecclesiam, circa quam ipse uices Christi plenarie gerit, secundū sanctum Cyrillum & Theophilum, beatum Bernardū & Thomam, hoc pręcæteris (ut mihi apparet) clarius exprimentes. Si itaq; inquiratur, quę sunt in quibus Papa est super conciliū, & quæ sunt quæ magisteriū, regulam & mensuram Papalis prælationis respiciunt, dicendum q̄ omnis uicarius legislatoris ad hoc principaliter ordinatur, ut legem legislatoris sui à suis subditis faciat obseruari. Cum ergo Papa sit generalis, summus ac plenus Christi uicarius, hoc ad suæ prælationis mensuram, ad suæ pręsidentiæ regulam, ad magisterij sui officium primo ac maxime pertinet, ut ad euangelicæ legis adimpletionem, omnem inducat quantum potest populum Christianum per se & per suos ministros. Cum itaq; generale concilium cōgregetur præcipue propter commune bonum ecclesiæ, & propter causas animabus salubres, si Papa uellet aliquid agere aut iubere, per quod bonum concilij impediretur, iam ipse Papa trāscenderet & exiret regulam & mensuram, magisteriumq; suæ prælationis ac potestatis, quæ data est ipsi in ædificationem, & non in destructionem secundum Apostolum, qui etiam protestatur: Nō possumus aliqd
2.Cori.13. contra ueritatē, sed pro ueritate. Præterea, quoniā Papa ratione sui officij debet semp̄ pręcipuam ac paternam solicitudinem habere pro bono communi totius ecclesię sibi commissæ, durante generali concilio posset aliqua ordinare, quę essent accommoda toti concilio ad impetrandum copiosius directionem spiritussancti, ut bonum ecclesiæ plenius sequeretur: & si talia præciperet concilio obseruanda, concilium generale teneretur ipsi obedire ut summo pontifici & pastori: quia in tali ordinatione ac iussione Papa non exiret limites potestatis suæ sibi à CHRISTO præfixos. Quo patet, quòd in talibus potestatē & iurisdictionem habet super generale concilium & sup̄ totam ecclesiā, cui (ut abundanter probatū est) potest generalem legem seu canonem cōdere. Hinc quantū capere queo, stare

stare non potest, quod aliqui scribunt, Papam non esse caput concilij, cũ principale agens (scilicet Christus) ibi per se immediate operetur: & ideo non esse necesse, aliquam ibi facere mentionem de Papa. Quãuis enim Christus ibi per se immediate operetur interius dirigendo in his quæ conciliariter sunt tractanda, non tamen excludit instrumentalem cooperatorem extrinsece cohortantem, aut etiam interius instigantem ac disponẽtem suppositã consulẽtia, ad suscipiendũ influxum spũssancti copiosum. Vnde nec angelorum inspirationes, nec Papæ exhortationes illa immediata operatio seu gubernatio Christi, uel interior præsidentia spũssancti, excludit. Postremo, quæ in isto articulo in communi breuiter tacta sunt, in sequentibus articulis diffusius exponentur.

Articulus XXIX. Declaratio exemplaris eorum, quæ in præcedenti articulo sunt inducta.

QVoniam in moralibus magis informant exempla quàm generalia documenta, eo ꝙ actiones sint suppositorũ, ea quæ dixi, exemplariter declarabo. Ista ergo, ut dixi, stant simul, ꝙ Papa præest ac præsidet toti ecclesiæ simul acceptę, & tamen in aliquibus magis est standum ordinationibus, decretis atq; sentẽtijs uniuersalis ecclesiæ, seu generalis concilij illam repræsentantis, quàm Papę, secundum modũ in præcedenti articulo explanatum, cuius exemplũ est, q̃d in claustris collegijsq; contingit. Nam quamuis Abbas, Decanus seu Prior præsit toti collegio siue conuẽtui, habẽs potestatem & iurisdictionẽ super totam congregationem simul acceptam, quæ ad suæ prælationis spectat officium, nihilominus in uarijs causis & casibus occurrẽtibus, imò in cunctis quæ conuentualiter & conciliariter proponũtur, quilibet habet libere uocem suam, & prælatus propriam habet uocem: nec cõgregatio tenetur eius iudicio acquiescere, aut eius sententiæ stare: imò potius ipse maiori & saniori parti congregationis acquiescere obligatur: nec hoc repugnat obedientię, quam religiosi ex uoto suo tenentur superiori impẽdere. Nempe cum dicitur, In om̃ibus obediendum est Papę, intelligendum est per modũ distributionis accommodæ, puta in omnibus quæ prælationẽ eius concernunt, prout sanctus Thomas & Durandus, alijq; doctores circa II. Sententiarũ conscribunt. Deniq;, quoniam in concilijs speratur directio spũssancti, imò in generalibus concilijs indubitãter pie præsumitur, hinc rationabile est, in eis maiorem uocũ sequi partem. Spiritus nãq; ubi uult spirat, ut Christus testatur, & plerũq; inferiori & simpliciori reuelat, quod maiori ac doctiori non manifestat, quia ut Salomon loquitur, Cum simplicibus est sermocinatio eius. Hinc in Niceni concilij gestis habetur: Vincat plurima uel plurimorũ sentẽtia sacerdotũ. Præterea, cum concilium sit actus prudentiæ, sitq; probabile, plus prudentiæ aut cõsiderationis esse in multis, quàm in uno aut paucis (Nam & multi oculi uident quod unus nõ uidet, & quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur) hinc rationabiliter accidit, ut in cõciliatiuis tractatibus secundum uoces procedatur, nec prælatus coerciuam habeat potestatem, ne impediatur libertas concilij, nec diuinæ inspirationi obex ponatur: quia ut ait Apostolus: Vbi spũs domini, ibi libertas. Nihilominus in tractatibus illis habet prælatus potestatem & iurisdictionem super cõgregationem cõsulentem in alijs, ita quòd possit ei prohibere ea, quę bono concilij ingerunt impedimenta: illa quoq; eis iniungere seu iubere, quæ bono concilij extant accommoda.

Iohan. 3. Prou. 3. 2. Cor. 3.

Articulus XXX. Quòd uniuersæ potestates & dignitates ecclesiasticæ uirtualiter concurrant & simul existunt in summo pontifice, etiam pfectiori sublimiori q; modo, q̃ in cęteris p̃latis atq; principibus.

QVemadmodum omniũ rerũ creatarũ perfectiones in deo sunt idealiter atq; causaliter, eminentiori q; modo quàm in rebus creatis, ita in summo pontifice concurrunt & sunt om̃es potestates & dignitates ecclesiasticę uirtualiter & ualde præeminenter, modoq; altiori, q̃ in reliquis qui præsunt aut præsident. Hinc sanctus Thomas Romanę & apostolicę sedis defensor fidelissimus, quem & ego tãtillus in hoc sequi cupio & propono, circa finem secundi Sententiarũ fatetur, quòd in Papa est plenitudo & apex utriusq; potestatis, uidelicet spiritalis ac secularis, ita ꝙ om̃ium spiritalium prelatorum ac secularium principũ potestas & dignitas, pręsidentia atq; pręlatio conueniunt & cõprehenduntur & sunt in summo pontifice per modum eminentiorem ac potẽtiorem, q̃ in illis. Hinc in Articulo sexto dictũ est, Potest regem inutilem regno priuare, illudq; alteri dare: potest & imperatorẽ deponere, eiusq; electionẽ cassare & roborare: potest episcopũ de episcopatu deijcere, & alia plurima agere, quæ ipsi duntaxat conueniũt.

Nullus autem alteri dat quod ipse nõ habet. Papæ ergo sunt regna & imperium, ducatus & comitat⁹. Deniq; ipse sacerdos, ipse episcopus, episcoporumq; princeps, ipse patriarcha & primas, atq; in omnibus principalis, in ipso plena clauium est potestas. Hinc ut supra allegatum est, sanctus Bernardus disseruit, quòd Papa ratione sui primatus est Abel, ratione gubernationis est Noe, ratione patriarchatus est Abraham, ratione ordinis Melchisedec, ratione dignitatis Aaron, ratione autoritatis Moyses, ratione iudiciariæ autoritatis Samuel, ratione potestatis Petrus, ratione unctionis est CHRISTVS. Hinc demum sanctus Cyrillus Alexandrinus archiepiscopus, in libro Thesaurorum testatur: Ipsi beati apostoli in euangelijs atq; epistolis affirmauerunt, in omni doctrina Petrum esse loco CHRISTI in eius ecclesia, Petro locum præstantes in omni concilio & synagoga, in omni loco & cõfirmatione. Idcirco ut membra maneamus in capite nostro apostolico Romanorum pontificum throno, à quo nostrum est quærere, quid credere & quid tenere debeamus, ipsum uenerantes & ipsum rogantes pro omnibus: quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere & ligare loco illius, qui ipsum ędificauit, & nulli alij q̃d suum est plenũ, sed ipsi soli donauit, cui om̃es iure diuino caput inclinãt, & primates mundi tanquam ipsi domino Iesu Christo obediunt. His concordat, quod in sermone de apostolis loquitur Augustin⁹: Quis piscatorem crederet apostolorum fieri principem, & regibus obsistere, reges sanctificare, & regnis omnibus imperare, mundum legibus refrenare, dæmones pedibus conculcare? Magna potestas est, quia totius orbis obtinet principatum. Ex quibus sequi uidetur, quòd absolute & absq; distinctione dicendum non sit, potestatem concilij esse super Papam, atq; maiorem potestate ac dignitate Papali, quãuis in aliquibus sit super eum, secundum modum præhabitum.

Bernardus. S. Cyrilus. Augustinus

Articulus XXXI. Quæ sunt illa, in quibus potestas atq; autoritas concilij generalis dicitur esse super potestatem & autoritatem Papalem.

Concilium generale nõ nisi propter causas singulariter magnas & arduas, utputa quæ aliter congrue expediri non queunt, congregandum celebrãdumq; esse omnes fatentur. Porro, hæ causæ sunt extirpatio hæreticæ prauitatis ac schismatis, declaratio fidei, atq; editio symboli ei⁹, uniuersalis reformatio ecclesię in capite & in membris ipsius. Itaq; in expeditione istorũ maior dicitur potestas concilij generalis, quàm Papæ, quoniã Christus promisit ecclesiæ seu concilio ipsam repræsentanti infallibilem directionem & gloriosam assistentiam incessantem, ita quòd errare nõ potest in fide, neq; in his quę ad bonos pertinent mores, eo quòd in talium determinatione regatur immediate à spiritusancto. Vnde & Papa in talibus tenetur stare determinationi ecclesiæ, seu statutis concilij, tanquam ordinationi ac sententiæ spiritussancti. Cumq; Papa possit errare in fide & moribus, ac cæteris quæ sunt de necessitate salutis, eius iudicio non uidetur ultimate ac certitudinaliter standum in istis, cum non sit infallibilis regula, neq; indeuiabile fundamentum. Veruntamẽ sicut pręhabitũ est, infallibilis ista directio à spiritusancto, non uidetur pertinere ad maioritatẽ potestatis ac iurisdictionis pręsidentialis, sed potius est supernaturale donum spiritussancti, actuale magis quàm habituale. Idcirco ex hoc non satis probatur, potestas ecclesiæ esse super potestatẽ Papę, sic quòd maior sit gratia atq; perfectio uniuersalis ecclesię. Vnde beato Petro defuncto, & sancto Clemente seu Lino sedem Papalem tenente, uiuente adhuc beatissimo euangelista Iohanne, qui confirmatus fuit in gratia, certum est, Clementem seu Linum maiorem fuisse Iohanne potestate ac iurisdictione, prælationisq; dignitate. Sed & Petrus maior fuit Iohanne, quamuis Iohannes fuerat maior Clemẽte ac Lino infallibili directione spiritussancti, seu indeuiabili confirmatione in charitate & gratia. Prætereа, cũ Papa constitutus sit totius ecclesię summus generalisq; custos, pastor & põtifex, fideiq; defensor, ac præcipuarum difficultatum ecclesiæ determinator, non sic ad generale concilium pertinet hæreses & schismata extirpare, totius ecclesię reformationi intendere, fidem declarare, ac fidei symbolum edere, quin etiam hæc ipsa ad Papam ratione sui officij directe pertineant. Ideo neq; ex his satis ostenditur, quòd potestas concilij sit absolute loquendo maior potestate Papali, sed quãtum ad aliquid: quoniam hæc certius seu expeditius fiunt per generale concilium, quàm per Papam dũtaxat, eo quòd maioris gratiæ atq; subsidij promissio sit facta ecclesiæ quàm Papæ. Quomodo autem hæc ita se habeant, in sequentibus patebit articulis.

Articulus XXXII. An & quomodo ad summum pontificem pertineat symbolum fidei edere.

In hoc

IN hoc quidam præcipue præferunt concilium dño Papæ, quia ad concilium pertinet ultimate determinare, ita ut ei cũ omnimoda certitudine à cunctis credatur. Videndũ est ergo, an' ne istud ad Papalis dignitatis spectet officium. Hãc aũt quæstionẽ S. Thomas in scda scdæ q. 1. determinans, ait: Noua editio symboli necessaria est ad uitandũ insurgentes cõtra fidem errores: ideo ad illius autoritatẽ pertinet editio symboli, ad cuius autoritatem pertinet sententialiter determinare ea quę sunt fidei, ut ab omnibus inconcussa fide teneantur. Hoc aũt pertinet ad autoritatẽ summi põtificis, ad quem maiores & difficiliores ecclesię quæstiones ptinere referuntur, ut dicitur in Decretis distinc. 13. unde & Christus Petro dixit, quem summum pontificem constituit: Ego pro te rogaui, ut nõ deficiat fides tua: & tu aliqñ conuersus cõfirma fratres tuos. Et huius ratio est, qa una est fides totius ecclesiæ: hoc aũt seruari non posset, nisi quæstio de fide exorta determinaretur per eum, q toti ecclesiæ præest, ut sic eius sententia à tota ecclesia firmiter teneatur: & ideo ad autoritatem summi pontificis pertinet noua editio symboli, sicut & omnia alia quæ pertinent ad totam ecclesiam, ut congregare synodum generalem, & alia huiusmodi. Hæc est sancti Thomæ respõsio, cui concordat quod (ut pauloante allegatum est) beatus Cyrillus Alexãdrinus patriarcha in libro Thesaurorũ disseruit: A Romano põtifice nostrũ est quærere qd credere, & qd tenere debeamus, qa ipsi⁹ solius ẽ statuere atq; disponere loco Christi: qui quod suum est, ei soli plenum donauit. Deniq; expositores super Matthæum concorditer dicũt præcipue ad Petri successorem pertinet certificatio dubitationum de fide. Vnde & diuinus Dionysius in libro de Ecclesiastica hierarchia insinuat, q ad summum hierarcham pertineat difficiliorum solutio quæstionum. Sed contra hæc quidam objiciunt, q cum Papa possit errare, non potest quis eius determinationi atq; sententiæ absq; omni formidine tam actuali quàm habituali assentire, sed determinationi ecclesię, quę errare nõ potest, certitudinaliter statur. Idcirco ad gñale cõcilium pertinere uidetur ultima decisio credẽdorum, quod uerum reor. Nihilominus ad autoritatẽ Papæ pertinet istud, quamuis persona cui tanta autoritas concessa est, sit similis alijs, mortalis & fragilis atq; peccabilis. Idcirco sententiæ eius, secundum quod à tali persona procedit, nõ ita certitudinaliter statur, sicut sententiæ uniuersalis ecclesiæ non errantis, ad quam etiam pertinet declarare editionem symboli à summo pontifice factam, esse idoneam. Rursus quãdo cõcilium, actu cõgregatum non est, ad papam est potissime recurrendum: qui etiam imperfectum suum cõsiderans, ardua explicare non solet absq; approbatione ecclesię seu sine pręsentia concilij, ut notatur in ca. ad apostolicę de re iudi. libro 6. Vnde, ut dictum est, quantũ ad aliqua præfertur ecclesia seu gñale concilium Papę. Postremo, ut Thomas testatur, editio symboli à beato Athanasio compilata, facta est potius per modum doctrinę q̃ symboli, ut ex ipso modo loquendi apparet: sed qm̃ integram fidei ueritatem eius doctrina breuiter cõtinet, autoritate summi pontificis fuit recepta, ut quasi regula fidei haberetur. Cyrillus. De re & re iudi. in 6 ca. ad apostolic.

Articulus XXXIII. An summo pontifici sit magis obediẽdum in omnibus, quàm cuicunq; alteri inferiori potestati seu prælato.

SVperius articulo decimooctauo tactum est, queãdmodum scdm Thomã atq; Durandum potestas superior & inferior dupliciter se habent: Primo sic, q inferior potestas à superiori potestate totaliter oritur & descendit, tũcq; simpliciter magis obediẽdum est in omnibus potestati superiori q̃ inferiori: & ita se habet potestas Papæ ad omnem spiritualem potestatem in ecclesia. Hinc magis obedire tenemur Papæ quàm alicui inferiori prælato, imò & monachus magis obedire tenetur illi quàm suo abbati, absque ulla distinctione. Secundo ita se habent, quòd una non oritur ex alia, sed ambæ oriuntur ex quadam potestate suprema, quę unam alteri subdit secundum quod uult: & tunc una non est superior alia, nisi in illis, in quibus una supponitur alij à potestate suprema, & in illis duntaxat magis obediendum est potestati superiori quàm inferiori: sicq; habent se potestas archiepiscopi & episcopi descendentes à potestate Papę. Veruntamen sicut nono Ethicorum ait Philosophus, in quibusdam plus obediendum est patri carnali quàm duci exercitus: In quibusdam uero magis obediendum est duci exercitus q̃ patri carnali: qa inconueniens non est, patrem esse superiorem filio in rebus familiaribus atq; domesticis, ducem uero in bellicis rebus: sed ei qui in omnibus existit superior, scilicet deo, & ei qui uices eius gerit plenarie, scilicet Papæ, est magis obediendum simpliciter. Porrò, monachus magis tenetur obedire abbati quàm episcopo in his quę ad statuta regulę pertinent: in his aũt quæ ad ecclesiasticã ptinent disciplinã, magis teneẽ obedire episcopo: qa in illis abbas

est episcopo subditus: sed Papæ magis q̃ alicui alij prælato obedire tenetur. Insuper, cum spiritualis quàm secularis potestas à potestate diuina procedit: idcirco secularis potestas intantum est sub spirituali, inquãtum ei à deo supposita est, puta in his quæ ad salutem aiæ pertinent: idcirco in his magis obediendum est potestati spirituali quàm seculari: in his au
Matt.22 tem quæ ad bonum spectant ciuile, magis obediendum est potestati seculari q̃ spirituali, prout ait saluator: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: nisi potestati spirituali secularis po
Ephe.6 testas coniuncta sit, sicut in Papa, qui utriusq; potestatis apicem tenet, illo sic disponente, q̃ est sacerdos & rex, unigenito scilicet filio dei. Porrò quod ait Apostolus, Filij obedite parentibus per omnia, non est intelligendum de omnibus absolute, sed de oĩbus quę ad prælationem pertinent. Quamuis aũt Durandus Thomæ cõsentiat in pręfata distinctione potestatis superioris ac inferioris, tamen in hoc contradicit ei, q̃ asserit monachũ in omnibus etiam & in his quę pertinẽt ad statuta uel regulã suę religionis, magis debere obedire summo pontifici quàm abbati: quia licet omnis potestas iurisdictionis ecclesiasticę deriuetur à Papa, quo ad illa ad quę Christiani tenentur, etiamsi propria sponte se ad ea non obligarent: tamen ubi tota potestas prælati super subditum oritur ex spõtanea obligatione subditi, quo ad illa in quibus subditus est ita liber, q̃ contra præceptum Papę potest ea facere licite, non uidetur q̃ talis potestas dependeat aliquo modo ex potestate Papę. Ex quo eñi adeo liber sum, q̃ cõtra pręceptum Papę possum licite hoc facere uel omittere, possum me obligare prout uolo uni, ita q̃ non alteri: sed potestas prælati religiosi super subditum suũ quoad uota religionis & obseruantias regulę, oritur ex spõtanea obligatione subditi, quo ad illa in qbus subditus est ita liber, q̃ contra pręceptum Papę potest licite facere uel omittere, ut sunt pauptas, castitas & cętera similia, quę Christus suadet. Ergo uidet, q̃ talis potestas à nullo dependeat quàm à potestate Papę: propter quod in talibus si abbas aliqd pręcipiat monacho, puta q̃ non comedat carnes, & Papa pręcipiat contrarium, uidetur q̃ abbati esset obediendum regulariter loquendo; quia in casu posset contingere contrarium. Verbi gratia: Si Papa propter utilitatem ecclesię indiget pro aliqua legatione discreto monacho, & pręcipiat ei quòd uadat, tenet ire, non obstante præcepto abbatis dicentis, quòd resideat in claustro iuxta statuta ordinis sui: quia spontanea obligatio eius ad statuta suæ religionis non absoluit eum ab obligatione qua erat prius obligatus ecclesiæ: sed si Papa uolens solum ostendere potestatem suam, dicat: uolo quòd uadas ad forum, & possis ire p uillam sine licentia quotiescunq; uolueris, & similia, quæ sunt contra statuta ordinis, & abbas dicat contrarium, uidet probabiliter quòd abbati esset obediendum. Hæc Durandus. Veruntamen positio Thomæ uidetur conformior his, quę suprà articulo sexto dicta sunt ex Raymundo & ex Summa Confessorum atq; ex Summa Pisana, ubi ad hoc iura uaria allegantur: ubi inter cætera dictum est, quòd Papa potest monachum de claustro extrahere inuito abbate inuitoq; monacho.

Articulus XXXIIII. Quomodo Papa possit à generali concilio iudicari atq; deponi.

PApam propter heresim posse à concilio deponi, superius etiam ex summorũ pontificum sententijs est probatum: in quo pene omnes doctores concordãt, adduntq; multi, quòd pro quocunq; peccato notorio quo scandalizat ecclesiam, & in quo pertinax incorrigibilisq; maneret, possit à concilio iudicari, reprobari, deponi. Verũtamen iuxta hucusq; probata habet difficultatem quomodo id licite fieri queat, pręsertim cum dictum sit, quòd Papa sit totius ecclesię etiam collectim acceptę, pastor, pręses, caput & pontifex, sponsus & iudex. Iudex autem à subditis iudicari nõ potest nec deponi: minor quoq; maiorem soluere uel ligare non potest, imò par in parem potestatẽ non habet. Itaq; ad intelligendum quomodo ista stent simul, primo pensandum, quòd eidẽ secundũ diuersa quæ in ipso sunt, imò & scdm diuersas considerationes eius, diuersa cõueniũt. Nã & in deo, in q̃ nulla est substãtialis distinctio, fundant diuersę cõsiderationes de ipso cõceptę, & scdm eas diuersa deo cõueniunt: & hoc in creaturis amplius locum habet, in quibus est diuersa cõsiderare: sicq; de eodẽ diuersa ueraciter enuntiant, pręsertim in hoie in quo maxia cõpositio seu multiplicata inuenit. Aliud quippe cõuenit hoi rõne naturæ, aliud rõne cul
Augustinus. pę, aliud rõne grã. Hinc & S. Augustinus de beatissimo principe apostolorũ Petro testat super Iohannem: Petrus natura unus homo erat, grã unus Christianus, abundantiori grã unus idemq; primus apostolus, sed quãdo dictum est ei, Tibi dabo claues, uniuersam significauit ecclesiam. Hinc quoq; superius est ostensum, quòd Papa secundum diuersa quæ in ipso

 ipso

ipso sunt,& secundũ diuersas sui considerationes uocatur & est pater & princeps ecclesię,
itemq; filius & minister ecclesiæ. Rursus inquantum est unus homo & unus Christianus,
similis nobis fragilis atq; mortalis atq; peccabilis, ac legibus Christi subiectꝰ, sic est frater
noster & mẽbrum ecclesiæ,fraternæ quoq; correptionis præcepto subijcitur. Porrò,ratio
ne peccati efficitur inferior,imò & uilior & damnabilior etiam infimi status Christiano bo
no seu iusto:sicq; quotidie iudicẽ habet proprium confessorem, cuius est ipsum ut pecca-
torem corripere,iudicare,pœnitentiamq; imponere. Præterea quædam glossa Decreti di
cit,ꝙ minimus fidelis maior est Papa infideli:& ita habet textus Decreti, ꝙ qui iustior fue
rit,ille maior:quę intelligenda sunt de maioritate uirtutis & pfectionis,non iurisdictionis.
Vnde & Thomas scđa scđæ quęst.33. ait:Omnis delinquẽs inquantum delinquens,est infe
rior corripiente:qui quoad hoc quod rite corripit,sanum habet iudicium:sicq; alteri,quã-
uis simpliciter superiori,hanc spiritualem eleemosynam,id est,fraternam correptionẽ im-
pendere potest. Deniq; super quartum Sentẽtiarum distinctione decimanona ait: Quidã
dicunt ꝙ correptio fraterna non se extendit ad prælatos, quia nõ debet homo ponere os
in cœlum:sed hoc nihil est,quia prælati inquantum peccant,non sunt cœlum:ideo ratione
peccati correptio eis debetur: prælatus enim ex hoc quod est publica persona,uicẽq; dei
super subditos gerens,non amittit ea quæ sunt propria illius singularis personæ: & ideo
omnia illa quæ debẽtur alicui ex fraterno charitatis affectu,qui ad omnes homines est ha
bendus,etiam prælato debentur. Hæc Thomas. His præmissis dicendũ, quod Papa scđm
ꝙ talis,utputa inquantum summæ ecclesiæ pastor & pontifex, non est à concilio generali
sententialiter iudicãdus aut per depositionẽ puniendus:quia ut talis,est superior & prę la-
tus ac iudex ecclesiæ:sed inquãtum esset intolerabiliter uitiosus seu criminosus,sic esset in-
ferior,& concilium haberet super eum potestatem ac iurisdictionem à Christo,à quo im-
mediate claues accepit ecclesia,quam repræsentat cõcilium:qui etiam Christus dedit po-
testatem ecclesiæ abijciendi membrum scandalizans,infectiuum ac putridũ. Sic ergo gña
le concilium potestatem & iurisdictionem habet in Papam,inquantum Papa ratione cul-
pæ inferior redditur ipso concilio,imò insuper & inquantum Papa consideratur ut mem-
brum filius'que ecclesiæ,puta ut determinata persona fidelis seu unus Christianus,uiator
peccabilis:& inquantum talis est,dicitur ei à concilio lex præfigi, ne sua potestate abuta-
tur,sed debite dirigatur. Ex his patet ad obiecta solutio: par enim potestatem non habet
in parem,inquantum est talis,id est æqualis, sed ut aliquo modo extat inferior. Similiter,
minor non ligat nec absoluit maiorem,secundum quod maior est,sed inquantum est quo-
dammodo minor:sic nec iudex iudicatur,ut iudex,sed ut publice reus. Porrò ut in Summa
sua scribit Durandus,regula illa qua dicitur,Minor maiorem soluere uel ligare nõ potest,
in aliquibus casibus fallit,uidelicet in iudicio pœnitentię: quia simplex sacerdos absoluit
Papam. Item,cum superior se submittit iudicio inferioris. Item,cum delinquit superior in
prouincia inferioris:tunc enim minor potest illum excommunicare aut aliquo modo pu-
nire,prę sertim si ille non sit eius prę latus,secundum quod Gotfridus & Hostiensis testan-
tur. Hinc Thomas in secunda secũdæ quæstione sexagesimaseptima dicit, quòd quilibet
sortitur forum secundum rationem delicti, ita quòd qui in territorio alicuius prę lati aut
principis peccat,ratione culpę subijcitur ei. In Summa quoq; Cõfessorum asseritur,ꝙ qui-
libet Christianus ratione delicti efficitur de foro ecclesię. Itaq; constat, quòd superiori nõ
omnifarie repugnat ab inferiori iudicari. Veruntamen iuxta prę missas distinctiones uide-
tur subtilius & conuenientius dicendum,quòd superior nunquam iudicatur,soluitur aut
ligatur ab inferiori,inquantum superior seu secundum id in quo extat superior,sed inquã
tum inferior,& scđm id quo cõprobatur esse inferior. Nẽpe & Papa inquantum confitens,
est inferior cõfessore suo quocunq;,ut tali q inquantum confessor est Christi,reprę sentans
psonam & uice & loco ipsius,Papa uero ut confitens,peccatoris gerit psonam,sicq; cõfes-
sori suo subijcit,& ille potestatem & iurisdictionem habet in istũ scđm ꝙ talis est,nõ inquã
tum est superior eo summusq; põtifex. Hinc Iohãnes glossator Decreti in c. Si Papa,40. di
stinctione dicit:Papa scandalizans ecclesiam,& monitus desistere si nõ desistit, est censen-
dus hę reticus:quia contumacia seu incorrigibilitas est hę resis,cum obuiet legi naturæ seu
rationi naturali quam euãgelica lex dicitur sibi prę supponere atq; substernere, ac subster
nendo perficere. Hinc non solum dicitur esse contra fidem fideiq; doctrinam qđ formali-
ter & directe ei repugnat,sed etiã illud q̊d repugnat ei,qđ illa prę supponit, qđ est lex na-
turę:sicut & uniuersaliter loquendo,nõ solũ est cõtra artẽ siue sciam q̊d imediate ac ꝑprie

repugnat

repugnat principijs artis, ſed & illud quod obuiat his quæ ars aut ſcientia præſupponit:

40. dist. can. Si papa in glo.

ſicq; omne peccatum notorium, in quo quis cõtumaciter manet incorrigibilisq; perſiſtit, dicitur eſſe contra fidem, & reduci ad hæreſim. Vnde ob tale peccatum Papa dicitur deponendus. Poſtremo, pręhabitum eſt, ꝙ in his quæ directe ac proprie pertinent ad forum & expeditionem generalis concilij, Papa ſit ſubiectus inferiorq; concilio ſecundum modum expreſſum. Cum ergo potiſſime ad conciliũ pertineat reformatio eccleſiæ in capite & mẽbris, ad quam ualde neceſſaria eſt reformatio, ſi ea indigeat, ſummi pontificis, ex cuius regimine totum bonum eccleſiæ quodammodo pẽdet, quẽadmodum ſcriptum eſt: Secundũ

Eccl. 10.

iudicẽ populi, ſic & miniſtri eius, & c. qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitãtes in ea. Hinc iuſtum & rationabile perhibetur, ut Papa præbeat ſe concilio corrigẽdum: quod ſi facere noluerit, aſſerunt eum rite poſſe deponi.

Articulus XXXV. De rationibus & autoritatibus quas dominus Eugenius in quadam epiſtola allegat contra Baſilienſe, ut fertur, concilium.

VNiuerſitati ſtudij Mõtis Peſſulani quondam dñs Eugenius direxit epiſtolã, in qua contra Baſilienſem congregationem terribiliter loquitur, uolens probare ꝙ Papa abſolute ſit ſupra cõcilium, & maioris poteſtatis q̄ illud ſimpliciter: q. item ipſe de plenitudine ſuæ poteſtatis poſſit tranſferre cõcilium, & ipſum cõcilium à Papa autoritatem & firmitatem accipiat. Itaq; inter cætera ſcribit: Vna eſt uera fides, una eſt eccleſia catholica, unaq; eſt plenitudo eccleſiaſticæ poteſtatis in b. Petro apoſtolorum principe collata, quę eadẽ nec maior nec minor in ſuis ſucceſſoribus uſq; in finẽ ſeculi perſeuerat. Quod potuit Petrus, hoc Syluester, hoc Leo, hoc cæteri potuere pontifices: & quod illi potuerunt, nos poſſumus. Nec ſi in prædeceſſoribus noſtris apoſtolica ſedes concilijs autoritatẽ dare conſueuit, & legitime facta firmare, perperam uero & inique actitata dãnare, tẽporibus noſtris debet ab hac autoritate cecidiſſe. Nã & ſi ſumus impares meritis nõ tñ imparis ptãtis. Aliud eñ (inqt beatiſſimus Leo) ſunt merita pręſulũ, aliud iura & priuilegia ſedium. Dedit Nicenæ ſynodo autoritatem beatiſſimus Syluester, ſynodũ conuocando, pręſidentes uice ſua ibidem deſtinando, geſtis conciliarijs firmitatẽ roburq; pręſtando. Extant ad ipſum Nicenæ ſynodi literæ, quibus patres cum ſumma humilitate depoſcunt, ut ibidẽ geſta apoſtolicę ſedis autoritate cõfirmet. Extant ipſius literę, qbus in ſynodo Romę celebrata, habito diligenti diſcuſſionis examine, Nicenę ſynodi geſta confirmat. Pariter beatæ memorię Cęleſtinus Papa primam Epheſinam ſynodum apoſtolica autoritate firmauit, nomine ſuo certos ibi ſtatuens pręſidere. Cum uero Neſtoriana peſte damnata, Eutychiana inſurrexiſſet impietas, & ad illam funditus abluẽdã ſcelo apud Epheſum Theodoſii iunioris tẽpore ſynodus uocaretur, eam beatiſſimus Leo apoſtolica autoritate firmauit, miſſis Iulio epiſcopo, Renato presbytero, Hilario diacono, q ſuo nomine pręſiderent. Cum Dioſcorus Alexandrinus antiſtes eam ſynodum ad approbationẽ Eutychiani erroris ui & arte traxiſſet, & apoſtolicis pręſidentibus uim ut ſubſcriberẽt inferre uoluiſſet, ac fugam inire coegiſſet, beatiſſimus Leo dictam ſynodum uniuerſalem atq; plenariã & apoſtolica autoritate cõuocatam, ſed à uera fide & eccleſiaſticis regulis deuiantẽ, eadẽ autoritate ſubmouit: & damnatis impię factionis autoribus, Chalcedonẽſem ſynodum in correctionẽ illius, cõuocauit: in qua eliminata Eutychiani erroris inſania, Dioſcor⁹ pro ſua temeritate & impietate mulctatus eſt. Verum cum terminato concilio acta ſynodalia cõfirmari autoritate apoſtolica patres ſynodi humiliter poſtulaſſent, beatiſſimus Leo ea duntaxat cẽſuit cõfirmãda, quę ad materiam fidei ptinerẽt. Quod aũt Cõſtantinopolitanę ſedi in Alexandrinę & Antiochenę ſedis præiudicium fuiſſet indultum, quamuis in ea re præſidẽtes ſuo nomine ſubſcripſiſſent, tanq̄ indignũ iniuſtumq; reiecit, aſſerẽs eam ſynodum ad extinguẽdam ſolam hęreſim ad conformitatẽ fidei catholicæ congregatam, & pręſidẽtibus ſuis facultatẽ in ea ſola re fuiſſe conceſſam. Extant ipſius beatiſſimi Leonis literę, quę

Concilia ſp autoritatem a papa ſuſcipiunt.

hæc omnia ita ſe habere teſtantur. Ex quibus euidẽter elucet, concilia plenariam ſp autoritatẽ à ſede apoſtolica ſuſcepiſſe, nec ſine illa aliqđ uirtutis aut roboris habuiſſe, & de ipſis iudicandi apud eandẽ ſp facultatẽ iudiciumq; reſediſſe. Multa inſup his ſimilia allegat Eugenius, aſſerẽs ſynodos multas magnis ſimultatibus ac diſſenſiõibus laboraſſe, atq; in multis erraſſe, ita ꝙ apoſtolica ſedes nulla ſynodo præſidẽte, propria autoritate abſoluit, quos ſynodus inique damnauit: & ponit exẽplum de b. Athanaſio, quẽ oriẽtalis ſynodus dãnauit, ſed apoſtolica ſedes ſuſcepit & iuſtificauit. Similiter de Iohanne Chryſoſtomo, quẽ catholicorum pręſulum ſynodus condẽnauit, ſed apoſtolica ſedes ſola abſoluit. Inſup ſcri

bit

bit, quòd à Christianæ religionis exordio semper apud apostolicam sedem mansit autoritas declarandi, interpretandi ac dispensandi omnia decreta synodica, nõ ex potestate sibi per synodum quacunque concessa, sed ex sola plenitudine potestatis in beato Petro Christi uoce collata. Itaque Eugenius asserit se transtulisse Basiliense concilium, & Ferrariense substituisse, propter causas tales ac tantas, quòd maiores in dei ecclesia esse non potuerunt: & ex hac trãslatione ac substitutione cõcilij dicit maximum ecclesiæ dei honorẽ & fructum iam prouenisse. Secuta est quippe, ut ait, Græcorum unio, & Armeniorum diuturnum schisma sublatum est, cum Græci quasi quingentis annis, & Armenij fere mille annis à Romanæ ecclesiæ obediẽtia deuotioneque recesserunt.

Trãslatio cõcilij Basilien. ad Ferrariã, ubi schisma Græcorum sublatũ fuit.

Articulus XXXVI. Responsio quorundam ad recitata in præcedenti articulo.

IN præcedenti articulo contenta sunt multa, contra quæ aliquæ uniuersitates & literatæ personæ scripserunt, scilicet, quòd generalia concilia possint errare, atque interdum errauerint: quo dato, fateri oportet, quòd non immediate ac infallibiliter regantur à spiritusancto, quod præinductis non consonat. Insuper, quòd totum robur & autoritatẽ immediate sortiantur à Papa: quòd item Papæ sit præsidere concilio autoritatiue & coerciue, confirmare quoque & approbare seu reprobare sententias ac decreta concilij, & interpretari, declarare, dispensareque ea: quibus concessis, sequitur quòd concilium generale in nullo sit super Papam, nec concilium in aliquo casu possit deponere illum, nec aliquam ei legem præfigere: quæ à prædeterminatis discordant. Breuiter ergo solutiones argumentorum præcedentis articuli tangendo, hoc aduertendum est, quòd sicut præhabitum est, personæ in concilio congregatæ atque concilio incorporatæ, uno modo considerantur ut mysticum corpus, quod spiritusancto dirigitur, seu gratiæ eius charismatibus gubernatur: & sic considerati, errare non queunt circa fidem & bonos mores, in his quæ conciliariter tractãt, & dum rite procedunt in inuocatione spiritussancti secundum formam conciliari processus congruentem ac præstitutam. Secundo considerantur ut corpus politicũ, & ita in his quæ ipsi seu quidam eorum determinant & pertractant, secundum sensum humanũ, seu ut melius ualent, secundum quòd homines sunt, iuxta dona eis concessa, absque singulari directione spiritussancti, sic possunt errare: sed talia eorum gesta non sunt conciliariter facta, nec spiritusancto attribuenda. Præterea quædam concilia fuerunt prouincialia, nõ generalia, ut illa quæ quosdam sanctos patres condemnauerunt: prouincialibus autem concilijs non semper conueniunt generalium prærogatiuæ conciliorum in directione certissima spiritussancti. At uero sicut prætactum est, cõcilia generalia habere autoritatem & robur à Papa, uno modo intelligi potest declaratiue, ita quòd Papa tãquam os seu lingua ecclesiæ, uerbis aut scriptis fatetur, declarat & cunctis insinuat, ipsum concilium esse aut fuisse legitime congregatum, continuatum & finitum. Vnde ad totius plebis certificationem & ob scandala euitanda, atque pro pace plenius conseruanda, tã ipsa concilia quàm imperatores quandoque postulauerunt à Papa confirmari conciliorum decreta, potissime ne putaretur inter Papam & concilium esse dissensio. Postremo, quòd allegatum est, Papam habuisse præsidentiam in generalibus concilijs, conceditur loquendo de præsidentia honoraria à concilijs sponte ac libere pontificibus quibusdam concessa, forte propter eorum sanctitatem sapientiamque præcipuam. Veruntamen regulariter loquendo, nec Papæ nec eius legatis competit de iure, neque de facili danda est, sine idonea ratione in concilio generali præsidentia autoritatiua & coerciua, nisi quantum ad impeditiua bonorum concilij, ne auferatur concilio sua libertas, & ne ab homine potius quàm à spiritusancto regi putetur. Sufficit mihi hæc tetigisse: neque enim ad particularia quæque inter dominum Eugenium & Basiliense concilium gesta descendere meum est.

Gñalia cõcilia habere robur à Papa, dupliciter intelligitur.

Articulus XXXVII. De utilitate generalium conciliorum.

QVoniam iuxta præhabita indubitanter credendum est uniuersalem Christi ecclesiam non posse errare in fide & moribus, & per consequens nec gñale concilium illam exemplariter repræsentans, quin ipsum generale cõcilium rite inceptum, & ordinate procedens in imploratione spiritussancti cum debita consulens libertate, dirigatur à spiritusancto, quantum ad agnoscendum ac diffiniendum quid pertineat ad fidei ueritatem, morumque æquitatem. Hinc gñale concilium saluberrimũ atque

aptissimum medium est ad reformationẽ ecclesiastici status in capite & in mẽbris, atq; ad
cætera, propter quæ celebratur concilium, expediẽda, eo ꝙ Christus in medio eius sit, & præ
sidẽtem, dirigẽtem infallibiliterq; iuuantẽ habeat spiritumsanctum in his, quę rite ac cõci
liariter pertractantur. Quis enim non diceret quodcunq; prouinciale, particulare, collegi
ale siue claustrale concilium saluberrimum esse atq; præopportunum, si in eo certitudina
liter agnosceretur pręsidere aliquis homo tantæ sapientiæ ac uirtutis, ꝙ in directione con
siliariorum seu consulentium non posset errare. Deniq;, sicut prætactum est, ꝙ à pluribus
quęritur facilius inuenitur, nec unus omnia potest considerare, quia ueraciter quasi pro pro
uerbio dicitur, Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Cũ ergo ad gñale cõcilium
plurimi de omni statu ecclesiæ totius hierarchico cõfluant, certum est uiros multos doctis
simos & expertos illuc cõcurrere, qui multa ualent denuntiare, considerare & determina
re. Cumq; supernaturali adiutorio spiritussancti innitantur ac fulciantur in his quæ conci
liariter tractant, constat quàm uere salubre sit gñalia celebrari concilia. Hinc quidam gña
le diffinientes concilium dicunt, ꝙ sit fidelium congregatio legitima autoritate facta, ad
certum locum, ex omni hierarchico totius ecclesiæ statu, nulla fideli persona quæ audiri
cupit exclusa, ad tractandum & ordinandum salubriter quæ eiusdẽ ecclesię debitum regi
mẽ respiciunt in fide ac moribus. Præterea his concordat quod etiam Aristoteles, natura
li ratione inductus, tertio ait Politicorum: Princeps seu rex associare sibi debet multos sa
piẽtes, ut habeat quasi multos oculos intellectuales quorũ utatur consilijs. Vnde q̃ utilia
Prou. 11 sint consilia, Salomon in libro Prouerbiorum pandit, dicendo: Erit salus ubi multa consi
Prou. 3 lia. Rursusq; ait: Custodi legẽ atq; consiliũ, & erit uita aĩæ tuæ, & ambulabis fiducialiter, &
Prou. 12. pes tuus non impinget. Itaq; qui sapiens est, audit consilia. Magna est ergo sapientium cõ
Prou. 20 siliariorum utilitas, scd̃m quod in Prouerbijs Salomõ fassus est: Lingua inquiẽs sapiẽtum,
sanitas est. Aurum & multitudo gẽmarum & uas pretiosum sunt labia sciẽtiæ. Vñ & Sapiẽ
tiæ 6. habetur: Multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum. Propterea gñale conciliũ
appellatur quasi oculus dexter ecclesię: idcirco qui illud impedire conantur, nec Christi nec
ecclesiæ uidentur amici, sed hostes & propria commoda & priuatos honores diuinæ hono
rationi ac bono cõmuni impie præferentes. Hinc quoq; in quodam decreto Cõstantiensis
concilij fertur: Frequens gñalium conciliorum celebratio, agri dominici præcipua est cul
tura, quę uepres, spinas & tribulos hęresum, errorum & schismatum extirpat, excessus cor
rigit, deformata reformat, & uineam domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit: illo
rum uero neglectus, premissa mala disseminant atq; fouent.

Articulus XXXVIII. Qualia decet esse gñalium conciliorum supposita.

QVamuis, ut tactum est, gñali concilio præsidens principalis sit spiritussanctus, à
quo speratur dari directio in diffiniendis, etiam si ipsi qui conciliũ celebrãt, grã
careant gratumfaciente & uitiosi consistant, nihilominus pie & rationabiliter
est credendum ꝙ quanto supposita ipsius concilij fuerint deo chariora seu ma
gis deuota, atq; diuinæ directionis, illuminationis & gratiæ capaciora, eo exuberantius &
copiosius illuminabuntur, ungentur & dirigentur à spiritusancto in conciliaribus factis.
Hinc omnino decẽtissimum saluberrimumq; consistit, ut non solum studeant esse in statu
salutis sine peccato mortali uiuendo, imò etiam satagant esse pfecte deuoti abundanterq;
uirtuosi, ut in primis reformẽt seipsos, & tam copiosa sint gratia adimpleti, ut de plenitudi
Matt. 16. ne sua alijs communicẽt ac diffundant: Quid enim proficit hõ si lucretur uniuersum mun
Mar. 8. dum, seipsum aũt perdat & detrimẽtum sui faciat? Rursusq; in Ecclesiastico scriptum est:
Luc. 9 Qui sibi nequã est, cui bonus erit? & item: Miserere aĩæ tuę placẽs deo. Deniq;, cum ad pro
Eccl. 14. uidentiam, cuius actus est concilium, ptineat de hominum actibus seu agẽdis idonee iudi
Eccl. 30. care, apta quoq; media inuenire ad obtinẽdum seu conseruandum debitum finẽ, qui præ
cipue est bonum commune. Hinc scd̃m Aristotelẽ cęterosq; philosophos atq; theologos
uera prudentia non nisi uirtuosis inest hominibus, præsertim cum uirtutes cõcatenatę di
cantur, & peccata passionesq; animę rationem obtenebrent, ne efficaciter iudicet: pruden
tia aũt pręcipue ad conciliantes noscitur ptinere: idcirco ut in ea abundẽt, in primis nitan
tur purgare & reformare seipsos. Postremo, inter septem dona spiritussancti unum est do
num consilij, sumendo consilium pro habitu supnaturali infuso, quo homo fit bene doci
lis ac faciliter mobilis à spiritusancto ad inspiciendum expedientia media ad finẽ optatũ,
& ut sciat alijsq; notificet, qd sit potius eligẽdum ac faciendum: dona aũt nullis insunt nisi
habentibus charitatem & gratiam: idcirco ut supposita cõciliorum hoc supernaturali do

nio consilij impleantur, sicq; à spiritusancto plenius dirigantur ac illustrentur, satagere debent, ne alicui subiaceant mortali peccato, sed charitate & gratia dei prę cęteris decorent.

Articulus XXXIX. Qualiter admonendus, & (si opus fuerit) etiam reprehendendus sit Papa à uiris sanctis seu familiaribus, sibi ad hoc idoneis: & de exhortatione facienda summo pontifici.

TEste sancto Hieronymo, quòd prælatus in altiori est gradu seu maiori officio, eo in periculosiori est statu: & quo pluribus præest, eo nisi diligens fuerit, maior dãnatio erit: ideo sanctus Augustinus obtestat subiectos, ut prælatũ suum non solum debite reuereãtur, sed etiam eidem propter magr tudinem oneris sui miserean tur. Cum itaq; Papa uniuerso præsideat orbi, omniumq; fidelium cura sibi commissa sit, & totius ecclesiæ generalis gubernatio atq; præcipua solicitudo, certum est quòd in periculosissimo statu sit constitutus, & quo reuerentialius obediẽdum, eo & cordialius cõpatiẽdum sit animæ eius. Ipsius demum est adimplere quod in Ecclesiastico scriptum est: Quanto maior es, humilia te in omnibus. Admonendus est ergo cum humilitate & reuerentia maxima, & cum diligentia quoq; præcipua. Quòd si ex negligentia aut prauitate ipsius, bono communi aut fidei immineret periculum, reprehendendus esset publice & instanter. Porro, ut innotescat lucidius exemplariterq; patescat, qualiter agenda sint ista, breuiter commemorabo quædam uerborum sancti Bernardi, quibus ipse in libro de Consideratione Eugenium sui temporis Papam, uirum utique religiosum & uirtuosum hortatur & increpat. Nempe obijciens illi, quòd de sui licentia abbates substraherentur episcopis, episcopi archiepiscopis, archiepiscopi patriarchis, inter cętera ait increpando illum sanctum pontificem summum. Bona'ne species hęc? Mirum si excusari queat uel opus. Quid tam bestiale, quàm non pro ratione, sed pro libitu agere? Et si indignum est unicuique homini ratione utenti uiuere pecus seu brutaliter se habere: quis in te rectore omnium tantam naturæ contumeliam tantamq; honoris ferat iniuriam? sic degenerando, quod absit, generale opprobrium fecisti proprium tibi. Quid tam indignum tibi, quàm ut totum tenens, non sis contentus toto? Quæ utilitas in sanguine isto? Si nanque extollitur qui subtrahitur, & is cui subtrahitur uritur, qui subtrahit quomodo innocens erit? Hoc est quod dicitur, Occidisti & possedisti. Adde, quòd qui audiunt, scandalizantur, indignantur, detrahunt & blasphemant, hoc est, uulnerantur ad mortem. Non est arbor bona faciens fructus tales, utputa insolentias, dissolutiones, dilapidationes, simultates, scandala, odia: quodque magis dolendum, inimicitias graues. Tu ne licitum tibi censes, ecclesias suis mutilare membris, confundere ordinem, perturbare terminos quos posuerunt patres tui? Si iustitiæ est unicuique ius suum seruare, auferre cuique sua quõ iusto poterit conuenire? Mihi in promptu est, ut multa & innumera prætermittam, quæ passim neglecta iacent, nonnulla etiam ex his quæ plantauit dextera tua, monstrare conuulsa. Nonne os tuum in Remensi concilio quædam capitula promulgauit? Quis ea tenuit? quis tenet? falleris, si teneri putas: si non putas, ipse peccasti, aut statuẽs quę non tenentur, aut quę non tenentur, dissimulans. Ecce sanctus ille Bernardus quàm fidutialiter, quàm audacter reprehendit Eugenium Papam pro re pręfata sub specie boni admissa. Non ergo indigne ferre debet pontifex summus, si charitatiue admoneatur, aut feruide increpetur à uiris uirtutum ad hoc magis idoneis, multoq; minus generalis concilij exhortationem aut reprehensionem abijcere debet, imò totius humilitatis, longanimitatis ac corrigibilitatis seu docibilitatis prębere se debet exemplum cunctis fidelibus, ut docet Bernardus. Vnde & beatissimus archiapostolus Petrus non solum Pauli reprehensionem seriosam & publicam patientissime tulit, imò & Paulum in secunda epistola sua euidenter laudauit. Qui etiam à cõuersis Iudęis, sed iudaizantibus acriter interrogatus atque iniuste increpatus, qui ad Cornelium centurionem fuit ingressus, mansuetissime atque humilime respondit eis ac satisfecit. Postremo, Bernardus exhortans Eugenium: Superest (inquit) ut generaliter super uniuersum ecclesię statum intendat consideratio tua: si plebes clericis, si clerici sacerdotibus, si sacerdotes deo in ea qua oportet humilitate subiecti sint. Si in monasterijs & religiosis locis seruetur ordo ac uigilet disciplina: si supra dogmata uigeat censura ecclesiasticæ: si uestra ipsorum apostolica mandata ac instituta, ea qua dignum est solicitudine, obseruẽtur

Eccle. | Bernardus | 1. Reg. 21. | Act. 10

tur, ne quid in agro domini tui aut neglectu incultum, aut fraude subreptum inueniatur. Itaq; iuxta hæc uerba Bernardi, Papa ab his quorum interest, affectuosissime est monendus, ut circa singulos ecclesiæ status existat solicitus, faciatq; ut potest unumquenq; fidelium digne ambulare uocatione qua uocatus est: ipsos quoque maiores prælatos, puta episcopos atq; consimiles per se & suos legatos siue per scripta hortetur, ut in primis seipsos reforment, deinde sacerdotes & clericos, siue collegia atq; cœnobia, præsertim quatuor ordines mendicantium, quorum est euangelizare: ex quorum reformatione, fructus præcipuus sequeretur.

1. Cor. 7.

Articulus XL. De his in quibus Papa dispensare aut non potest aut debet: & an Papa possit Symoniam committere.

QVamuis supra articulo nono quædam dicta sint de dispensatione, & qualiter liceat, & quomodo etiam nonnunquam nec summo pontifici licita extet: non tamen descendebatur ibidem ad determinatas materias, in quibus Papæ non liceat. Nunc ergo inde tractandum est, præsertim cum aliqui quasi in fauorem Papæ iam clament, quòd Symoniam non possit committere, quia res ecclesiæ sunt suæ. Insuper dicunt: Papa ita est super omnia iura diuina atque humana, quòd dispensare potest. Contra ea uidendum est de ueritate istorum. Primo itaque recito quæ Durandus in Summa sua distinctione sexagesimaquarta de ista scribit materia, primo nanque sic quærit: In quibus casibus Papa non potest dispensare: Et respondet: Papa dispensare non potest in his, quæ sunt contra articulos fidei. Item nec contra generale statutum ecclesiæ. 19. distinctione, quod intellige in fidei subuersionem: Nam Papa dispẽsare posset, quòd omnes clerici contraherent, cum hoc non sit contra legem dei: quod intellige de clericis futuris, nõ de præsentibus in sacris ordinibus constitutis: quoniam tales continentiam uouerunt. Papa dispensare potest contra generale statutum ecclesiæ, sicut Innocentius dispensauit de gradibus consanguinitatis, tribus resecatis, extra, de consanguinitate, canone Non debet. Item nec in his quæ sunt contra substantiam monachatus, ut quòd monachus habeat proprium, uel quòd abijciat continentiam, ex. de statu monachorum, canone Cum ad monasterium. Innocentius tamen dicit, quòd ex causa necessaria Papa potest dispensare, quòd sanctimonialis ducat uirum, aliàs non: ut, si rex Saracenorum uellet cũ toto regno suo baptizari, si sanctimonialis sibi detur in uxorem, tunc papa dispensare potest: quia sua autoritas semper intelligitur excepta, uidelicet nisi deus uel eius uicarius aliter uoluerit, quod non credo, ait Durandus: quoniam uotum æquiualet iuramento, quod seruare est præceptum primæ tabulæ, ubi nec deus nec homo proprie dispẽsare potest. Item, nec in his quę ex sua natura sunt mala potest dispensare, ut in his quæ sunt prohibita, quia Symoniaca, sicut uendere sacramenta, & alia spiritualia: sed in his quæ sunt Symoniaca, quia prohibita: quemadmodum dare pecuniam pro renuntiatione iuris spiritualis Symoniacum est per constitutionem ecclesiæ. Hæc Bernardus. extra, de pactis, canone Cum pridem. Item, nec in causa matrimoniali, ut scilicet matrimonium contractum & consummatum solui possit quantum ad uinculum, extra, de transactis canone Ex parte: uel, quòd aliquis simul habeat duas uxores, extra de transactis canone ultimo. Item, nec cum bigamo: item, nec in uoto, nisi ex causa necessaria, distinctione 33. c. si quis. Item nec in gradibus cõsanguinitatis diuina lege prohibitis. Item, nec contra quatuor concilia, di. 15. c. sicut, quod tñ usquequaq; non est uerum secundum Durandum. Nam contra multa quæ sunt statuta in illis cõcilijs, dispensare potest, licet nõ audeat ea reprobare. hæc Bernardus. extra de statu, c. cũ ad monasterium. Item, nec in iuramentis uoluntarijs, sed in coactis bene dispensat: si tamen absoluit à uoluntario iuramento, absolutio tenet, sed hoc non credo de iuramento ait Durandus, nisi esset illicitum, uel in aliud æquiualens commutaret, quia iuramentum deo reddere, est præceptum primæ tabulæ, ubi nec deus nec homo dispensat. Item, in homicidio uoluntario non solet dispensare, sed facile in casuali uel dubio. Hæc recitatiue scripsi in forma sicut ea ponit Durandus. Ex quibus ostenditur, quòd papa dispensare non potest contra omnia iura diuina. Veruntamen secundum Thomam super quartum Sententiarum distinctione uigesimaquinta, papa dispensare potest cum bigamo, quia (ut ait) bigamiæ non est adiuncta irregularitas de iure naturali, sed de iure positiuo, quod dixit Apostolus, Oportet episcopum esse unius uxoris uirum. Nec iterum est de essentialibus ordinis quòd aliquis non sit bigamus. Nam si quis bigamus ad ordines accedit, characterem recipit. Ideo papa potest dispẽsare in tali irregularitate totaliter, sed episcopus quantum

Durandus.

tum

tum ad minores ordines: & quidam dicunt, quòd etiam quantũ ad maiores, in illis qui uolunt deo in religione seruire, propter uitandum religiosorum discursum. In his uerbis innuit Thomas, quòd contra ius naturale dispẽsare non potest. Porrò, in Summa Confessorũ atq; in Summa Pisana ponuntur quatuor casus, in quibus Papa circa ordinem non dispensat, id est, dispẽsare non solet, licet de plenitudine potestatis possit: quia de iure positiuo est, ut dicit Gulielmus. Primus casus est, si quis eundem ordinem bis receperit. Secundus, si quis bis scienter fuerit baptizatus: secus, si ignorãter: ut cum quis sub conditione propter dubium iterato baptizatur. Tertius, si quis ex contemptu ecclesiæ fecerit se ab hæretico ordinari. Quartus est, si Symonia interueniat ex parte ordinatoris & ordinati. Hos etiam casus ponit Durandus. Solet præterea quæri, an Papa possit dispensare in uoto solenni continentiæ religionis. Ad quod Thomas in secunda secundę quæstione sexagesimaoctaua, opinionibus recitatis ac reprobatis, respondet & fortiter tenet quòd non: quoniam religiosus defunctus est mundo, consecratusq; deo: idcirco ad mundana reuocãdus non est, præsertim cum continentia sit religioni essentialiter annexa. Vnde in fine Decretalis cum ad monasterium, dicitur: Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus pontifex posset indulgere. Veruntamen Thomas super quartum Sententiarum distinctione trigesimaoctaua aliter sentit: & probabilius dicitur, si communis utilitas totius ecclesiæ uel unius regni aut prouinciæ exposceret, posset conuenienter & in uoto continentiæ & in uoto religionis dispẽsare, quantumcunq; esset solẽnizatum: Non enim per uotum potest homo deobligari ab eo in quo tenetur alteri. Vnde talis possit imminere necessitas, quod posset alicui iuste prohiberi, ne continentiam uel religionem uoueret: & eadem necessitate manente, potest etiam dispensari in uoto iam facto, præsertim cum uotum non debeat esse impeditiuum boni maioris, & bonum commune præferendum sit bono unius personæ. Hæc Thomas. Albertus autem affirmat, quòd in huiusmodi uoto non liceat dispensare, inter cætera hoc allegans, Quòd sancta uirgo. N. deo consecrata, non acquieuit nubere regi, promittenti se cum regno suo ad fidem conuertendum, si ipsa sibi coniunx daretur: nec beatissimus euangelista Mattheus permisit hoc fieri. Insuper aduertendum, quòd iuxta Richardum de media Villa super Quartum, Papa dispensare non potest contra ius naturale, nec contra ius diuinũ: quia potestas eius est utroq; illo iure inferior, præsupponitq; illud ut fundamentum: sed dispensare potest contra statuta apostolorum quorumcunq;, si uim immediate non habeant ex iure diuino aut naturali: Papa quippe ęqualem, imò eandem potestatem habet quã Petrus: inferior autem superiorem non obligat, nec par parem. Thomas quoq; in prima secundę testatur, quòd pręcepta quæ continent intentionem legislatoris, quæ respicit primo & principaliter ad bonum commune, secundo ad ordinem iustitiæ atq; uirtutis, secundum quem conseruatur bonum commune, indispensabilia sunt: & addit, quòd quia huiusmodi sunt præcepta decalogi, idcirco indispensabilia extant. Ex quibus omnibus innotescit, quòd Papa nequaquam sic est super omnia iura naturalia ac diuina, ut dispensare ualeat contra ea: ad quod probandum multorum doctorum possent testimonia allegari: sed ista reor sufficere, præsertim cum dictum illud nullius sit apparentiæ. Postremo, ut Thomas super quartum Sentẽtiarum distinctione uigesimaoctaua fatetur: Si Papa pro aliquo spirituali munus acciperet, Symoniam committeret, sicut & alius homo: potissime, quoniam Petrus, cuius ipse successor est, primus in nouo testamento symoniæ uitium cõdemnauit: nec res ecclesiæ sunt ipsius secundum quemlibet modum habendi, sed ut dispensatoris, qui iuxta uoluntatem domini sui debet eas præstare, qui in euangelio ait: Gratis accepistis, gratis date. Hinc in Summa Cõfessorum libro primo titulo primo quęstione sexagesimaseptima apertissime dicitur: Papa potest Symoniam cõmittere, tantoq; grauius, quanto in altiori gradu consistit. Res enim ecclesiæ non sunt eius ut domini, sed ut dispensatoris. Vnde si pro aliqua re spirituali reciperet aliquam pecuniam de redditibus alicuius ecclesiæ Symoniacus esset: & idem accideret, si reciperet pecuniã ab aliquo laico, non de redditibus ecclesiæ.

Papa contra ius naturale nõ dispensat

Matt. 10.

Articulus XLI. Demonstratio quòd Papa est supra totam ecclesiam simul seu collectiue acceptam tanquam caput, pastor & pontifex eius.

VT finis huius tractatuli connectatur principio suo, rursus clarissime reor probandum, quod in principio eius constat probatum, utputa quòd Papa toti ecclesiæ coniunctim acceptæ præsideat, eiusq; rector, princeps & iudex, pastor, caput, sponsus, pontifexq; consistat, quod amplius quàm probatum est, non arbitrabar probandum, eo quod præinducta hoc ipsum sufficienter & supersufficienter demonstrent: sed quoniam interim quum hæc scripsi, quoddam ad me deuenit opusculum, cuius collector pro magno reputat inconuenienti ita asserere, dicens quòd Papa nequaquam præsit toti & uniuersali ecclesiæ, nisi ad hunc sensum, quod præest cuicunq; particulari ecclesiæ, atq; cuilibet particulari personæ ecclesiasticæ. Contra cuius imaginationem prę terquàm plurimas autoritates & rationes copiose suprà inductas allegari possent multæ Decretales, propositum lucidissime affirmantes, ut est textus qui ait, Papa est rector uniuersalis ecclesię: & alius textus ait, Papam uniuersalem ecclesiam regere illiq; pręsidere. Sed quid necesse est huiusmodi allegare, quæ utiq; copiosissime possent adduci: quia & si mille huiuscemodi autoritates allegarentur, disputator prętactus & alij quidam, omnes una solutione soluunt dicendo, quod accipi debent in sensu quo possunt ualere, non in sensu quo perirent: ut, ubicunque legitur, Papa præest toti seu uniuersali ecclesiæ, exponendum sit ita: id est, omni particulari ecclesiæ. Contra quam solutionem primo sic quasi pueriliter argui potest: Omnes particulares ecclesię realiter sunt ipsa tota uniuersalis ecclesia simul sumpta: sed uno eodem que tempore Papa pręsidet omnibus particularibus ecclesiis, ergo & toti & uniuersali ecclesiæ simul acceptę ab eodem ad idem. Præterea, Papa pręsidet Romanę ecclesię & cęteris cunctis ecclesiis, quę faciunt uniuersalem ecclesiam, ergo uniuersali pręest ecclesię. Insuper, si Papa solum pręest cuicunque particulari ecclesiæ, accipio unam particularem ecclesiam, & interrogo, an ei præsideat Papa: & dicetur, quod imo. Addam ergo illi particulari ecclesię unam aliam particularem ecclesiam, & sciscitabor an istis duabus ecclesiis coniunctim acceptis pręsideat papa: si respondetur quod non, opponam quod imo, quia & si duę particulares ecclesię accipiantur ut una & etiam fiant una, quod realiter fieri potest à Papa, qui de duobus episcopatibus potest facere unũ, sicut de uno duos, ut supra ostensum est. Si ergo hoc fiat uel consideretur ut factum, adhuc illa ecclesia ex duabus collecta est una particularis ecclesia respectu totius uniuersalis ecclesię: ergo Papa pręsidet ei, qui unicuiq; pręest particulari ecclesię: imo cum sint multæ particulares ecclesiæ quarum quęlibet dignitate autoritateq; pręsulis seu principis sui & numero subditorum excedit multas particulares ecclesias simul acceptas seu realiter unificatas, si Papa pręsidet unicuique tali particulari ecclesię, non uidetur cur negetur pręsidere ecclesiis particularibus paruis & multis pariter sumptis. Rursus fuerunt quidam episcopi, quorum quilibet pluribus particularibus episcopatibus pręfuit etiam simul seu collectiue consideratis & sumptis, ergo multo plus hoc potest competere papæ: si igitur concedatur quòd sic, mox illi ecclesiæ ex duabus coniunctæ adijciam tertiam, arguam que ut ante, & quæram, quousque queat admitti talis additio: si dicatur, quòd quousque ad medietatem omnium particularium ecclesiarum peruenero: dicam quòd ecclesia ex media parte omnium particularium ecclesiarum resultans, adhuc est una particularis ecclesia respectu totius ecclesiæ militantis, de qua sola iam sermo est: addam ergo ei adhuc unam particularem ecclesiam, & tamen adhuc non erit tota seu uniuersalis ecclesia, ergo particularis: Nam quicquid est citra totum, uidetur esse pars seu partialis collectio comparatione totius. Addam ergo ei uniuersas quæ restant particulares ecclesias una excepta, & quæram an ei sic simul acceptæ præsideat Papa: & apparet quòd imò, quia nondum est uniuersalis ac tota ecclesia. Itaque quæram, cum Papa præsit toti illi ecclesiæ sic acceptæ, itemq; particulari ecclesiæ residuæ seorsum acceptæ, an ne possit concedi quòd pręsit toti illi ecclesię, & huic residuę si accipiantur coniunctim: &

apparet

apparet φ imò: quia coniunctio ista prælationi non obuiat, sed magis concordat: cum prę latio hoc intendat, ut subiecti sint unum spiritali connectione, & tendant ad unum. Præterea, cum iuxta omnium sanctorum patrum atq; doctorum catholicorum documenta & testimonia pręinducta beatissimus Petrus, & quilibet eius successor sit plenus Christi uicarius in hoc mūdo, necesse est cōfiteri, φ toti⁹ illius ecclesię in terris sit pręlatus & pastor & pōtifex, cuius Christus est princeps, rex, pastor summus, ita φ pręsit toti populo Christiano simul accepto, suo tēpe existēte: sicq; totus hic populus sit unus grex Papę subiectus, cuius ipse est pastor. Deniq;, plenus uicarius medius est inter pręsidentem principalē & inter totum populum illi principali subiectum simul seu collectiue acceptum, aliter enī nō plenarie gereret uices principalis illius. Vnde si rex terrenus cōmittat alicui principi regnū suū plenaria commissione atq; cum potestatis plenitudine, nullum est dubium quin princeps ille pręesse & prouidere habeat toti populo regni sibi commissi simul accepto, secūdum φ rex prefuit ei, q̄uis iste sit princeps uicarialis: cum ergo Papa sit plenus Christi uicarius, cōstat φ inter Christum in cœlo regnantem, & inter totum populum Christianū in terra peregrinantē simul acceptum, Papa sit medius tanq̄ summus & plenus Christi uicarius, atq; totius ecclesiæ rector, pastor & pontifex: idcirco à uiris catholicis atq; doctissimis theologis ac iuristis Papa dicitur esse supra hominem & infra deum. Nec tamē ex his sequitur, ut quidam quasi derisibiliter arguunt, φ Papa esset prælatus & pōtifex suipsius: Nēpe sic argumētantur: Ad hoc φ Papa pręsideret toti ecclesię, requireret φ pręsideret capitibus & mēbris omnium ecclesiarum: sed Papa non pręsidet capiti Romanę ecclesię, quia sibiipsi pręsidere non potest. Ecce q̄ puerile ac facile in tam ardua materia argumētum. Cū enī dicit Papa à sanctis doctoribus pater patrum, pastor pastorum, prępatus, præses & pōtifex totius ecclesiæ seu omnium ecclesiarum uniuersorumq; Christianorum, quis non cōsideret hoc dici atq; intelligi per suipsius exclusionem, queādmodum deus dicitur creator omnium, & de Christo dicit Apostolus: Dedit illi, scilicet deus pater, nomē quod est super omē nomē, ut in nomine Iesu omne genu flectatur: & de uirgine gloriosa cantatur illud Prouerbiorū ultimo: Tu sola supergressa es uniuersas. Amplius, isti seu quidam eorum qui negant Papam pręsidere toti ecclesię collectiue acceptę seu gn̄ali concilio, asserunt quòd uniuersalis ecclesia seu gn̄ale concilium non habet caput, rectorem, pastorem aut superiorē in terris quod prima facie uidetur periculose sonare, pręsertim cum Christus ascensurus in cœlum loco sui reliquerit Petrum, superius quoq; istud improbatum est euidēter. Pręterea Christus non sic pręsidet toti ecclesię, quin & Michael sit eiusdem princeps ecclesię, prout olim pr̄iceps extitit synagogę, ut sancti p̄res & doctores, Hieronymus, Gregorius, Beda &c. cōmuniter dicunt. Cur ergo præsidentia Christi super totam ecclesiam excludat præsidentiam Papæ super eandem, præsertim cum caput & mēbra, pastor & grex, prępatus & subditi esse soleant conuenienterq; debeant eiusdem naturæ uniusq; status existere? Insuper in Numeris sanctus Moyses, cum se cito moriturum audisset, deprecatus est dicens: Prouideat dn̄s deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit sup multitudinē hanc, ne sit populus domini sicut oues absq; pastore: & certum est, quòd nec Moyses, nec Iosue eius successor sic pręfuit multitudini seu populo filiorum Israelis, quin deus esset principalis pastor, princeps & rex plebis illius, quę fuit populus eius peculiaris. Vnde Ezechiel testatur: Ego requiram gregem meum, & ego ipse pascam oues meas. Et primo Regum loquitur Samueli: Nō te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Sed & apud Isaiam scriptum est: Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster. Hinc Beda, Strabus, Rabanus, & cæteri expositores scripturæ, sanctus quoq; Thomas & alij concorditer dicunt, φ deus in ueteri testamento habuit ualde specialem curam & prouidentiam Israelicę plebis. Propter quod ait psalmographus: Qui annuntiat uerbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel: Non fecit taliter omni nationi. Quibus omnibus non obstantibus, sanctus Moyses reputauit plebem Israel esse sicut oues sine pastore, nisi & hominem sibi præsidentem haberent: & palam est, quòd de tota plebe illa Moyses loquebatur. Ergo & populus Christianus simul acceptus seu uniuersalis ecclesia, si pastorem, rectorem & caput non habet in terra, erit ut oues absq; pastore, quamuis pastorem, rectorē & caput habeat Christum in cœlo, imò Christus non solum totius uniuersalis ecclesiæ, sed & cuiuslibet particularis ecclesiæ & congregationis deuotæ est principalis rector, pastor & caput. Nihilominus requiritur rector & pastor secūdarius, determinatus & ministerialis, uicarialeq; caput: ergo & in uniuersali ecclesia proportionabiliter est pensandum. At uero quidam inculte sic argu

Argutia.

Philip. 2.
Prou. 31

Daniel 12

Num. 27.

Ezec. 34.
1 Reg. 8
Isaiae 33.

Psal. 147.

guunt: Tota & uniuersalis ecclesia est Papa cum cætera congregatione fidelium: sed tota ista ecclesia non habet caput seu rectorem aut pastorem in terra, ergo totius ecclesiæ rector, pastor & caput solus est Christus. Ad quod facilime respondetur, quòd frequenter totum denominationem sortitur à parte, sicut econtrario, ut docet Philosophus: Sic ergo & tota ecclesia præfato modo accepta præter Christum, habet caput in terra, quia in ea includitur actu uel aptitudine una persona cæteris uniuersis à Christo prælata. Porrò, hæc omnia, scilicet quod toti populo Christiano simul accepto seu uniuersali ecclesiæ collectiue considerata præsit Papa, sanctus Thomas non solum affirmat, sed etiam ex intentione rationibus autoritatibusque demonstrat, præsertim in Summa contra errores Græcorum, atque in Summa contra gentiles, & super secundum & quartum Sententiarum, ut suprà iam patuit: quod etiam clarissime innotescit ex uerbis beati Bernardi libro secundo de Consideratione ad Eugenium, ubi ut allegatum est, inter cætera ait: Christus committens omnes oues Petro, unitatem omnibus commendauit in uno grege & uno pastore. In quibus uerbis clarissime insinuatur, quod Petrus post Christum fuit unus pastor omnium ouium Christi, omnesque oues fuerint unus grex Petro commissus ab subditus: particulares uero ecclesiæ non sunt unus grex Christi, nec eius uicarij scilicet Papæ, secundum quod partitiue seu diuisim, sed ut collectiue sumuntur: Aliter nempe sunt plures greges, sicut & plures ecclesiæ & plures prælati. Rursusque ait illuminatissimus ille Bernardus Eugenio Papæ: Cum quisque cæterorum suam scilicet nauim habeat siue ecclesiam, tibi una commissa est grandissima nauis facta ex omnibus, ipsa uniuersalis ecclesia toto orbe diffusa. Nescio quid clarius dici potest. Sed nec ego apertius queo exprimere quod probare & inferre intendo, quam illud expressit magnus ille Bernardus: sed quia hæc suprà commemoraui, addam quædam ex uerbis Bernardi, quæ nondum adduxi. Itaque in exordio tertij de Consideratione ad Eugenium ait: Considero quæ sub te sunt: quæ nam sunt illa, non est quòd à me quærendum putes. Rectius forte quæ non sint quæras. Orbe exeundum est ei, qui uult explorare quæ non ad tuam pertinent curam. Tu hæres, & orbis tua hæreditas. Curandum summopere tibi est, & tota uigilantia considerandum, quomodo qui non sapiunt, sapiant: & qui sapiunt, non desipiant: & qui desipuere, resipiscant. Ergo & infidelibus debitor es, Iudæis & gentilibus. Interest tua dare operam quam possis, ut increduli conuertantur ad fidem. Deinde Bernardus de isto prosequitur, & inter cætera docet, quod Papæ commissum est seculum, commissus est mundus, commissa est uniuersitas ipsa, ita ut non solum toti ecclesiæ, sed uniuersitati hominum etiam infidelium sit prælatus. Vnde, sicut quicunque episcopus comparatur ad suam particularem, cui præest, ecclesiam, sic Papa ad totam uniuersalem ecclesiam, imò per prius ad eam quam ad quancunque particularem ecclesiam quamuis Romanam. Quòd enim toti ecclesiæ per se solum solus non præest, hinc accidit, quod simul in diuersis locis & temporibus nec faciliter successiue in omnibus esse præsidereque nequit: ideo alij in partem solicitudinis dicuntur uocati. Ad istud sunt copiosissime autoritates sanctorum & autenthicorum doctorum præhabitæ, præsertim sancti Cyrilli in libro Thesaurorum. Sed uide in præscripto eiusdem, qui contra hæc arguit, & potissime duas autoritates allegat, unam Gregorij, aliamque Gelasii Papæ. Gregorius namque Eulogio patriarchæ Alexandrino, à quo uniuersalis Papa fuit uocatus, sic scribit: In præfatione quam ad me direxistis, superbæ appellationis uocabulum, uniuersalem me Papam uocando, imprimere curauistis: quod peto dulcissima sanctitas uestra ultra non faciat: quia uobis subtrahitur, quòd alteri plus quàm ratio exigit præbetur. Ad quod respondendum: quòd sanctus Gregorius titulum illum magnitudine humilitatis magis quàm zelo ueritatis abhorruit, quia non solum à malo, sed insuper ab omni specie mali secundum doctrinam Apostoli uoluit abstinere. quoniam ergo nomen uniuersalis papæ tempore suo insolitum fuit, nec prædecessores sui illud sibi ascribere consueuerunt, ipse illud tanquam iactantiam sonans abhorruit, nec tamen hinc sequitur, quod uniuersalis Papa non fuit. Quid enim est uniuersalis Papa, nisi generalis pontifex seu communis episcopus: quod utique summo pontifici ueraciter competit, qui sic Romano episcopatui præsidet, ut & uniuersis episcopatibus præsit, tanquam summus hierarcha in tota ecclesia. Rursus, non sequitur sic: Noluit sic uocari, ergo non fuit, nec ita uocari ueraciter potuit. Nam

Joh.1. & Iohannes Baptista negauit se esse prophetam. & Paulus dixit, Non sum dignus uocari
1.Cor.15. apostolus. & tamen de Iohanne pater eius uere prædixit, Tu puer propheta altissimi uo-
Luc.1 caberis. & Paulus præclarus fuit apostolus. Sic & Amos propheta asseruit, Non sum pro-
Amos.7. pheta. Denique, sanctus Gregorius à Stephano episcopo laudatus, laudem illam ferre non

po

potuit, nec eam sibi competere dixit, imò non tulit quòd matronæ dicebant se eius ancillas, quæ omnia in eius continentur Legenda. In locutionibus nanq́;, quas uiri uirtuosi ex humilitate pronuntiant, magis intuenda est mentis eorum intentio, quàm forma uerborum. Insinuauit quoq́; non se uniuersalem episcopum, per exclusionẽ prælationis episcopalis aliorum. idcirco adiecit, Quia uobis subtrahitur &c. Porro uerba Gelasii sunt: Vniuersæ per orbem ecclesiæ, sunt unus thalamus Christi, & ecclesia Romana cæteris ecclesiis est prælata. non dicit quòd sit prælata thalamo Christi, id est, uniuersali ecclesiæ, sed ecclesiis reliquis. Verum hoc argumẽtum modici est ualoris ac roboris, & potius ad oppositum militat. Sicut enim nõ dicit quòd sit prælata thalamo CHRISTI, ita nec oppositum astruit, imò cum Romana ecclesia particulariter sumpta, sit pars thalami hui⁹, ipsa propriè non debuit dici prælata thalamo huic, nisi ratione pontificis sui, qui & Romanæ ecclesiæ ac cæteris præsidet. Amplius, suprà ex dictis Bonauenturæ atq́; Durandi ostensum est, q̃ Papa sit sponsus generalis & unicus totius ecclesiæ, quod uerum non esset, nisi toti ecclesiæ quodammodo esset prælatus. Sicut enim iuxta Apostolum, Vir caput est mulieris, ita & sponsus caput est sponsæ, quamuis Papa non sit caput simpliciter principale, principalis' ue sponsus. Attamen Bonauẽtura testatur, quòd Papa est caput indiuisum ecclesię. Alii qui uero allegant Bernardum, dicentem circa finem secũdi libri de Consideratione, quòd Papa non sit sponsus, sed paranymphus ecclesię. Sed salua pace eorum, hoc Bernardus ibi non dicit. Si autem alibi dicit, hoc intelligendum est quòd non sit sponsus principalis, imò comparatione Christi est ecclesiæ paranymph⁹. Et hoc modo circa finẽ quarti libri de Consideratione ait Bernardus, quòd Papa sit amicus spõsi, scilicet Christi, paranymphusq́; sponsæ, id est, ecclesiæ. Veruntamen non negat, quòd Papa sit sponsus ecclesiæ secundum sensum præhabitum. Legi quoque in scripto cuiusdam, quòd Papa non debeat dici pontifex summus, quod est contra commune dictum catholicorum. Et sanctus Bernardus sicut pręallegatũ est, scribit quòd Papa sit princeps episcoporum, summusq́; pontifex. Verum ut alibi dicit, Papa dicitur summus comparatione, non consummatione. In Canone quoque Chalcedonensis concilij, Papa uocatur summus antistes. Vnde præinductæ autoritates sanctorum, reprimere merito debent ora incaute loquentium, & plenitudinem potestatis Papalis nimis limitare atque arctare uolentium, nedum Papali derogant dignitati, uerum Christo cuius summus uicarius Papa est, derogare inueniuntur. Sed CHRISTVM in suo uicario uenerentur, quoniam Christus suis ait uicarijs: Qui uos spernit, me spernit. qui cum patre æterno & spiritu sancto unus est omnium dominator, super om̃ia de⁹ sublimis & benedictus. AMEN.

Bonauẽtura

Luc. 10.

Finis libri I. de autoritate Papæ & generalium Conciliorum.

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHVSIANI, DE AVTORITATE SVMMI PONTIficis & concilij generalis Liber II.

Eccl. 4. PRO iustitia agonizare pro anima tua, & usq; ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te. Quemadmodũ secundo de Of-
Tullius. ficijs Tullius loquitur, omnia ficta celeriter tanquam flosculi decidunt, nec simulatum aliquid potest consistere diuturnum. Veritas nanq; paulatim aut tandem monstratur ac praeualet. Idcirco pulchrius & sibi constans animus floret amplius in aduersis, suiq; rite compos eo securior atque potentior redditur, quo sine intermissione minis aut iniurijs amplius prouocat. Hinc iustus quasi leo cõfi-
Prou. 28. Is. Eccl. 14. dens absq; terrore erit, & secura mens quasi iuge conuiuiũ. Neqtia uero est timida, sed cor iusti omni tempore metu non deprauabitur: nempe qui timet deum, nil utiq; trepidabit. Sed quò ista? An ut iustũ me iactem, qui defectuositatibus squalens, imperfectum meũ nedum uidere, sed & palpare iam queo? Quò igitur haec, nisi ut uano excluso timore, in dño summam fiduciam, sicq; opus aggrediar, ad quod omnis Christi fidelis, utputa christianę fidei & eaȝ quae ad illam pertinent ueritatum defensor, obligatur? quas qui gladio materiali nequit tueri, gladio spũs (quod est uerbum dei) & oratione seu scriptis defensare tenet, ut patres sanctissimi Augustinus atq; Hieronymus contestantur. siquidem in fidei defensione omnes sumus aequales: & in hoc casu potissime ueritatem sortitur, qđ scriptũ est: Sapientia abscõdita & thesaurus occultus. quae utilitas in utrisq;? Porro, de sede apostolica bene sentire eatenus spectat ad fidem, ut male sentientes de ea, schismatici (imò & haeretici) à uiris sanctis uocentur. Peccant eqdem contra articulum fidei, quo creditur ecclesia sancta esse una catholica. Cum ergo de dignitate ac potestate Papali quaedam iam legerim, quae sanctoȝ patrum atq; catholicorũ dictis doctorum consona non uidentur, decreui in Tractatulo isto colligere ea, quae de hac materia uiri sancti atq; catholici conscripserũt, aut ex scriptis illoȝ sequũtur & elici ualent. Aliqua quoq; miscebo de uniuersali ecclesia seu generali concilio, id quod & in priori libro factũ est: sed nouis exortis iam causis, ista adijcio. Idq; potissime nunc probare intendo, q̃ Papa praesit toti militanti ecclesię simul acceptae, seu collectim & pariter sumptę. Quod quidam iam negant, scribentes & asserentes q̃ non pręsit toti ecclesiae suo tempore existenti, nisi diuisim acceptę. i. cuicunq; particulari ecclesiae. Ex quo sequi uidẽtur inconueniẽtia non parua, nec pauca, prout spiritu ueritatis protestante ostendam, & in priori libro introduxi. Postremo, quomodo praesidentia summi pontificis super totam ecclesiam simul sumptam, generalium concilioȝ autoritati nullatenus deroget, in praefato libro est ostensum.

Articulus I. Demonstratio, q̃ Papa toti ecclesię militanti simul seu collectiue acceptae praesideat, ex dictis catholicorum doctorum.

Augustinus SIcut II. de Trinitate asserit Augustinus, Nullus reprehensor formidandus est amatori ueritatis. ueruntamen ueritatis zelator eo cautius loqui debet, quo amplius ueritati repugnantia detestatur: propterea certo ac stabili fundamento innitatur, ne securitate fallatur inani, & ut tutius ei credatur. Hinc ait Gregorius: Omnis senten-
Gregorius tia, quo plus sacrae scripturę ac patrum testimonijs confirmat, eo facilius creditur. Quanquam itaq; in priori libro praesidentiã Papę super totam ecclesiam tam Gręcorum q̃ Latinorum, autoritatibus patrum sanctorum atq; doctoȝ probauerim, utputa sancti Cyrilli, Chrysostomi, Theophili, Damasceni, Ambrosii, Augustini, Gregorij, & alioȝ multorum,
Matt. 10. nunc tamen quasdã adijciam. Siquidẽ super illud Matthęi, Primus eorum Simon Petrus, tam Gręci quàm Latini expositores concorditer scribunt, quos etiã ibidem Gorra & Lyra sequũntur, dicentes q̃ Petrus apostoloȝ dicitur primus prioritate dignitatis, non temporis: quoniã ei tanquam principali apostolo Christus ecclesiã commisit ac dimisit regẽdam, quod de tota & uniuersali ecclesia, non de particulari certũ est dici: quia ut ait Chry-
Chrysostomus. sostomus, Petrum Chrs inthronizauit orbis terraȝ magistrum: atq; ad totius orbis pontificatũ direxit, secundũ Theophilũ: quod in libro Thesauroȝ Cyrillus patriarcha Alexandrinus clarissime docet ac comprobat, prout in Sũma contra Graecos Thomas allegat.
Luce. 22. Idem affirmãt praefati doctores super id, quod apud Lucã ait Petro saluator: Tu aliquando

do conuersus, confirma fratres tuos. Deniq; super illud Iohannis, Erat autē Andreas frater Simonis Petri, asserit Beda: Ad laudem beati Andreę pertinet, quòd frater Simonis fuisse dicitur: futurum nanq; erat, ut ipse Simon Petrus esset summus princeps apostolorum & totius ecclesiæ caput. Quid autem est, totius ecclesiæ, nisi omniū particularium ecclesiarum simul sumptarum, pręsertim cum particularibus ecclesiis diuisim acceptis, seu toti ecclesiæ diuisim susceptę, cōpetat diuersos habere pastores, pluraq; capita? Insup, sup illud Iohannis, Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas, disseruit Beda: Magnū fuit quòd Petro Christus nomen mutauit. futurum quippe erat, q nomen nouum ei imponeret, quod pręsuli totius ecclesiæ conueniret. Pręterea, super illud Iohannis, Iterum ergo negauit Petrus, Beda conscripsit: Cum dominus ascensurus in cœlum, Petrum pastorem ecclesiæ & principem apostolorum esset relicturus, cur eum se negare permisit? Eandem quæstionem mouet Gregorius, asserens Petrū cunctis prelatum ecclesię, quod ipsum super illud Iohānis, Ascendit Petrus & traxit rete in terram, pręfati sancti doctores, multiq; alij expositores fatentur. At uero super illud Petri, Seniores obsecro, pascite qui in uobis est gregem, scribit Albertus Magnus, uel ut aliqui putant, Nicolaus de Gorra: Sicut se habet beatus Petrus respectu Christi, sic se habent omnes prelati & pastores respectu Petri: sed beatus Petrus humiliter recepit curā ipsius ecclesię & totius gregis fidei Chrianę iniunctā sibi à Christo: ergo & similiter alij prelati debent talem curā humiliter suscipere ex præcepto beati Petri. Huicq; dicto concordat quod Glossa ait ibidem: Sicut dominus Petro totius gregis ecclesię iussit curā habere, ita Petrus sequentibus ecclesię pastoribus nūc mādat, ut quisq; eum qui secum est gregem dei gubernatione solicita tueatur. Ex his rite pensatis, subtiliterq; perspectis, clarissime sequi uidetur, quòd summus pontifex. i Papa, per prius seu magis immediate, directe comparatur ad totam ac uniuersalem ecclesiam collectiue susceptam, quàm ad quamcūq; particularē ecclesiā: imò q ad aliquā particularē ecclesiā specialit cōparat, refertur, ordinatur, seu intuetur, est uelut per accidens, utputa quoniā omnibus simul adesse, præsidere ac prouidere per se ipsum nō potest, imo alij præsules & prælati in partem solicitudinis secundum Canones uocari feruntur, quod & Thomas super quartum Sententiarum insinuat, ut infrà euidentius elucescet. Aliter quoq; Petrus non fuisset plenus Christi uicarius. Cuius oppositum sentit beatus Cyrillus dicendo: Christus Petro & nulli alij quod suum est plenum dedit. Porro hæc omnia ex uerbis Anselmi in epistola de incarnatione uerbi certius comprobātur. Sic etenim scribit Vrbano Papę: Domino & patri uniuersę ecclesię in terra peregrinantis summo pontifici Vrbano. Quoniā diuina prouidentia uestram elegit sanctitatem, cui fidem & uitam Christianam custodiēdam & ecclesiam suam regendam committeret, ad nullum alium rectius refertur, si quid cōtra Catholicam fidem in ecclesia oritur, ut eius autoritate corrigatur, nec ulli alij tutius ostenditur, si quid contra errorem scribitur, ut eius prudētia examinetur, quàm ad uos summum pontificē: quapropter ut nulli dignius possum, ita nulli libētius præsentem epistolam quàm uestræ destino sapientiæ, quatenus si quid in ea corrigendum est, uestra cēsura castigetur: & qd regulā ueritatis tenet, urā autoritate roboretur. Ex his uerbis Anselmi plurima elici queunt, quę infra fortassis tangentur. Postremo, sanctus Bernardus in epistola ad Eugenium: Terribilis (inquit) est locus iste, in quo positus es: locus est Petri, locus principis apostolorum, cui cōmissa est ipsa ecclesia, ut suo magisterio oīa collocaret terrena. Sed & uenerabilis pater dñs Guido, olim Prior maioris Carthusię, in epistola ad Innocentiū Papam, à quo præceptū piū accepit, sic loqtur: Ad tantę (uidelicet Papalis) pondus autoritatis ne mutire quidem præsumpsimus, ne cū ei non obedimus cui totus commissus est mundus, eū offenderemus à quo factus est mundus. Hoc & sanctus Bernardus ad Eugeniū Papā frequēter testatur: Tibi (inquiens) mundus est creditus, tibi uniuersitas est commissa prout in priori libro plenius introduxi.

Iohan. 1. Iohan. 18. Iohan. 21. 1 Petr. 5. Bernardus. Guido.

Articulus II. De autoritate & presidentia summi pontificis super totam ecclesiam simul sumptam, ex dictis summorum pontificum.

Quemadmodū in secunda secūdę questione secūda sanctus doctor testatur, cōtra autoritatem summi pontificis nullus doctorum sanctorum suam presumit defensare sententiā. Nempe ad illum pertinet certificatio dubitationū concernētium fidem, & præcipuarū determinatio difficultatum in ea. Non ergo paruipendenda ea, quæ sancti ac summi pontifices concorditer astruūt. Nec eñi uanitatis affectu, sed ueritatis zelo sui eminentiā pōtificij sunt professi. Itaq; Bonifacius VIII. in prin-

ci-

procemio 6. Decretal. cipio sexti Decretaliũ, procemialiter ait: Sacrosanctę Romanę ecclesiæ q̃ imperscrutabilis
diuinæ prouidẽtię altitudo uniuersis dispositione incommutabili prętulit ecclesiis, & to-
tius orbis præcipuum obtinere uoluit magistratũ, regimini præsidẽtes, curis solicitamur
continuis, & assidua meditatione urgemur, ut iuxta credita nobis dispensationis officiũ,
subditorũ commodis iugi (quantum nobis ex alto cõcessum fuerit) solicitudinis studio in
tendamus. Insuper ait: Cũ agitur de creatione uicarij Iesu Christi, successoris Petri, recto-
ris uniuersalis ecclesiæ, gregis dominici directoris, Cardinales electuri seu id acturi, ut eo
rum ministerio acceleretur utilis & pernecessaria totius mũdi prouisio, idoneo eidem ec-
clesiæ sponso dato. &c. Notanda sunt utiq; singula uerba hęc diligenter, in qbus Papa uo
catur Christi uicarius, & Petri successor in regimine uniuersalis ecclesię, & directione gre
gis dominici, haud dubiũ quin totius. Itẽq;, q̃ toti mundo utilis & pernecessaria est de Pa
pa prouisio. Et rursus, q̃ Papa est sponsus totius seu uniuersalis ecclesiæ: quo testimonio
comprimuntur ora dicentiũ, q̃ Papa non est rector & spõsus uniuersalis ecclesiæ, & quòd
ipsa ecclesia Papa non existente nihilominus sit perfecta, & sua perfecte exercens officia.
Sed de hoc infra diligentius est tractandũ. Præterea idem Bonifacius ait: Veritas, quæ an-
Bonifacius. tea legis & prophetarũ uehebatur præconio, per apostolicã tubam & salutem uniuersita
tis exiuit, sicut scriptum est: In omnem terrã exiuit sonus eorum. Huius autem muneris,
scilicet prędicationis secundũ Glossam, sacramentum ita deus ad omniũ apostolorum uo
luit ptinere officium, ut in beato Petro apostolorũ omnium summo principaliter colloca
ret, ut ab ipso quasi à quodã capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet. Hunc enĩ,
scilicet Petrum, in consortiũ indiuiduæ trinitatis assumptum, id quod erat, dominus uolu
it nominari, dicẽdo: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. ut ęter-
Matt. 16 ni templi structura deo ędificante constructa, mirabili munere gratiæ consisteret in Pe-
tri firmitate. Cui saluator Paulum adiunxit. Isti sunt, qui Romam in hanc gloriã peruexe-
runt, ut sit per sacram beati Petri sedem caput totius orbis effecta. Ne autẽ ipsa mater Ro
mana ecclesia in aliquo deficeret, Constantinus monarcha quarto die sui baptismatis, unà
cum omnibus satrapis & uniuerso senatu, optimatibus etiam & cuncto populo in perso-
na sancti Syluestri ipsi Romam concedendo, urbem relinquens, ut ab eo scilicet Syluestro
96 dis. c. cõstantinus & successoribus eius per pragmaticũ constitutum disponenda esset discernens, in ipsa ur
be utriusq; potestatis monarchiã Romanis pontificibus declarauit, non iustum arbitrans,
ut ubi sacerdotij principatum & Christianę religionis caput cœlestis imperator instituit,
illic imperator terrenus habeat potestatem. His Bonifacij Papæ uerbis consonant præci-
puorũ documenta doctorum, ut cum asserit Damascenus: Te ò Petre non materialium ta
Damascen. bernaculorũ, sed uniuersalis ecclesiæ constructorem constituit Christus. Et Theophilus
Theophilus loquens de Petro, Tu inquit, cum Christo robur es ac petra ecclesiæ. Raymundus quoq;
Thomas. Thomas & alij asserunt, utriusq; plenitudinem potestatis esse in domino Papa. Deniq;, in
De sen. re. iu di. c. Pastoralis in Clem. Clementinis habetur: Pastoralis cura solicitudinis nobis diuinitus super cunctas Christi
ani populi nationes iniuncta, nos inuigilare subditorum compellit remedijs. Iterum in eis
dem: Plenitudinẽ potestatis Christus rex regum & dominus dominantiũ, nobis licet im-
meritis in persona sancti Petri concessit. Adhuc autem, sanctus Leo Papa in sermone bea-
tissimorũ Petri & Pauli, de eis loquens: Isti sunt (ait) ò Roma, qui te ad hanc gloriam perue
xerunt, ut per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta, latius præsideres religione di
uina, q̃ dominatione terrena. Quãuis enim multis aucta uictorijs, ius imperij tui terra ma-
riq; protuleris, minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit, quàm quod pax Chri-
stiana subiecit. Et denuo ait: Beatissimus Petrus princeps apostolici ordinis, ad arcem Ro
mani destinatur imperij, ut lux ueritatis, quæ in omniũ gentium reuelabatur salutem, effi
cacius se ab ipso capite, scilicet Petro eiusq; successore, per totũ mundi corpus effunderet.
Ex quibus omnibus conuincitur Papa toti simul acceptæ pręesse ecclesiæ. utriusq; siqui-
dem potestatis monarchia non competit Papæ, nisi inquantũ uniuersus populus Christi-
fidelis, seu etiam totus mundus collectiue acceptus, subijcitur ei de iure seu facto, tãquam
una communitas, unusq; principatus, seu una plebs uni principi seu monarchæ: quia nec
aliter competit multis ac uarijs nationibus subijci uni, & eandem seu unam efficere cõmu
nitatem aut plebem, ut paulopost clarius ostendetur. Patet quoq; ex uerbis Leonis, q̃ to-
tus mundus comparatur ad Papam, sicut unum corpus ad unum caput, quod nullatenus
uerum est, nisi inquantũ habitatores mundi collectim sumãtur. diuisim namq; accepti, nõ
sunt unum mysticum corpus, sed plura, & capita habent diuersa, q̃d & experiẽtia docet.

Arti-

Articulus III. Demonstratio quòd summus pontifex uniuersę militanti ecclesiæ collectim acceptę pręsideat, ex dictis Innocentij Papę & aliorum.

INnocẽtius IIII. in apparatu suo super Decretalibus ait: Si sancti diuersas opiniones inter se habeant, ut de corpore beatę Marię assumpto, uel Salomone damnato, licitũ est cuiq; quod uult dicere: si uero nulla diuersitas inter sanctos inueniatur, necessarium est usq; ad unũ Iota seruare q̃d dicũt, postq̃ eorum opuscula à sancta ecclesia sunt autentica. Olim autem antequam erant autentica, licitum erat ea tenere uel non. Cum ergo in isto nũc libro & multo diffusius in priori, per tot sanctorum patrum ac summorum pontificũ, scholasticorum quoq; doctorum testimonia sit probatũ, ꝙ Papa toti & uniuersali præsit ecclesiæ, nec aliquis sanctus aut doctor autenticus inuenitur (ut apparet) cõtrarium asseruisse, uidetur illicitum aliter nunc sentire. Ego quoq; in nullo doctore autentico potui huiꝰ oppositũ comperire, imò sicut in priori scripsi libello, multi patres sanctissimi & doctores catholici, præsertim magnus ille Cyrillus in libro Thesauroꝝ, & diuinus Bernardus in libro de Consideratione, & S. Thomas in Summa contra Græcos, & super IIII. Sententiaꝝ distinctione XXIIII. & in Summa contra gentiles libro IIII. non solum affirmant, sed & multipliciter ac efficaciter probãt, ꝙ summus pontifex ꝑsit toti ecclesię simul sumptę, utputa sic, ꝙ ipsa est una unusq; populꝰ, & in una fide ac lege cõmunicans: & tam euidenter hoc probat Thomas, ut nemo si rite ac diligenter argumẽta eius cõsideret, queat negare quin hoc sit de mente ipsius, & quin efficaciter suũ probet intentum. Veꝝ sunt aliqui, ita in suis opinionibus q̃uis erroneis immãsiui, ut quicquid eorum dictis cõtrarium ipsis obijciatur, quantumcũq; sit claꝝ ac planũ, aut negent, aut ad suũ propositũ glossent, aut palliata aliqua adinuentione euadant: sicq; seipsos ac alios fallunt, contra quos secundo de Ciuitate dei loquitur Augustinus: Ille est maior & cęcior insipientium morbus animorum, quo irrationabiles motus suos siue errores, etiam post rationem plene redditam, uel nimia cæcitate qua nec apta cernũtur, uel obstinatissima pertinacia qua & ea quę cernuntur non recipiuntur, tanquam ipsam rationem ueritatemq; defendunt. Hi quoniam uera carent docilitate, etiam uera priuati uidentur prudentia. Vnde & quidam præfatorũ argumenta sanctorum atq; doctorum aliter euadere non ualentes, dicunt quòd doctores huiusmodi, quoniam contra errores Græcorum & quorundam hæreticorum Papalẽ autoritatem aut prorsus negantium, aut ad quamcunq; particularem ecclesiam extendi nõ admittentium disputationes, extense & quodammodo extreme locuti sunt, asserendo q̃d Papa præsit toti ecclesiæ, ideoq; dicta eorum sunt restringenda & pie interpretanda. Sed quòd istud in hac parte non sit nisi excogitata & uana euasio, ueritatisq; obscuratio, clarissime constat sapienter pensantibus præfatorum argumẽta sanctorum in priori descripta libro. Aliud quippe est, aliquid simpliciter per modum autoritatis asserere: & aliud, aliq̃d scholastice, distincte ac proprie comprobare, sentientesq; aliter confutare. Deniq; ipse tenor, processus & forma argumentoꝝ præfatoꝝ doctoꝝ, & maxime sancti Thomæ, euidẽtissime monstrat ꝙ concludere uelint, Papam pręesse toti ecclesiæ collectim acceptæ, q̃d item ex sequentibus certius elucescet. Augustinus.

Articulus IIII. Summaria perstrinctio inconuenientium, quæ sequi uidentur ex hoc, quòd summus pontifex dicitur non præsidere toti ecclesiæ simul sumptæ.

VNo inconueniente dato, ut ait Philosophus, multa sequuntur, sicut & Iacobo testante apostolo, modicus ignis syluam magnam incendit: & Paulus fatetur: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Rursus, secundum Philosophum, modicus error in principio, magnus erit in fine. Vnde cum Papa sit in tota militãti ecclesia atq; ecclesiastica hierarchia quid summum, primum ac dignissimum, constat ꝙ de eius ptãte ac pręsidentia male sentire, grandem ualde pariet errorem in processu & fine, imò & quædam subuersio erit ordinis totius ecclesiasticę hierarchiæ. Itaq; si Papa negetur præesse toti ecclesiæ simul acceptæ, non mediocres aut paucæ absurditates sequi uidentur, uidelicet quòd ipsa ecclesia militans taliter sumpta, sit ouile & grex absq; pastore & duce, exercitus dei sine principe spiritalis militię, hierarchia sine hierarcha, corpus mysticum absq; capite, regnum sine rectore, sponsa sine sponso, nauis absque gubernatore, ciuitas absque præside, domus sine patrefamilias, multitudo inordinata seu turba, Iaco. 3. 1. Cor. 5.

id

id est, multitudo turbata, utputa ad unum ordinarie nõ reducta. Insuper, ꝙ nullus in hac uita subsistens, possit ei præcipere, ipsaq; nemini in hoc mundo obligata sit obedire: quæ quàm absurda sint, consequenter probabitur. Sed quoniam in priori libro satis reor probatum, quàm inconueniens sit dicere, totam ecclesiam simul sumptã nõ habere nec debere habere pastorem in terra, aut esse gregem absq; pastore & duce: itẽ probatũ est, ꝙ non competat ei habere unum summum ac generalem pastorem in terra, nisi inquantum consideratur ut unus grex ac unum ouile, hoc est, ut multitudo, uniuersitas siue communitas simul & collectiuę suscepta, idcirco hac absurditate relicta tãquam idonee reprobata, de reliquis arbitror prosequendum.

Articulus V. Quòd necesse sit fateri, Papam toti simul acceptæ præsidere ecclesię, eo ꝙ tota sic sumpta ecclesia, sit exercitus dei.

Iob.7. SIcut testãte beato Iob, Militia est uita hominis super terram, ita totius in hoc seculo peregrinantis ecclesiæ uita est malitia in hac uia: propter quod militans appellatur, quia ad hoc in huius est campo exilij atq; certaminis constituta, ut cõtra aciem uitiorum prælietur, tentatoribus reluctetur, aduersarijs dei & saluatoris sui resistat. Hinc iuxta Apostolum, non coronatur nisi qui legitime certauerit. Rursusq; ad spiritualia arma nos hortans, Induite (inquit) armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Itaq; tota ecclesia militans, est quidã totalis ac generalis exercitus dei, qui in prophetis frequenter, præsertim in Zacharia, dominus exercituũ nuncupatur. Iste exercitus uirtutibus spiritaliter roboratus atq; munitus, terribilis est aduersarijs potestatibus, ut castrorum acies ordinata, prout sancti patres Hieronymus atq; Gregorius fassi sunt. Hunc aũt exercitũ Christus, tanq̃ sapientissimus summusq; princeps exercitus huius, utiq; optime ordinauit siue instituit. Porro, quanto exercitus fuerit congruentius adunatus ac melius ordinatus, tam ad se inuicem q̃ sub principe militiæ, tanto efficacior est ad præualẽdum, & tanto plus competit ipsi ratio ipsius exercitus. Quemadmodũ enim secundum Augustinũ, turba dicitur multitudo turbata seu inordinata, sic exercitus fertur multitudo sub uno principe ordinate disposita & collecta: hoc est, collectim, non diuisim accepta. Diuisio nãq; bonę dispositioni ac rationi exercitus obuiat & repugnat. Toti igit̃ populo Christiano seu toti ecclesię, non competit esse unũ totalem ac generalem exercitum dei, nisi inquantũ collectiue accipitur, ita ꝙ omnes simul ad unũ ducem ac principem spiritalis militię referuntur, concernunt ac ordinantur, illiq; parent & obedire tenentur. Hinc quidã doctores super IIII. Sententiarum, quæstione de correctione fraterna, sic scribunt: Conuersatio hominũ secundum legem Christi, assimilatur exercitui in quo duplex est ordo: unus, quo omnes de exercitu & cũ exercitu ordinantur ad ducem, ut ei obediant & regãtur ab eo: alius, quo singuli de exercitu ita coordinantur, ut unus alteri auxiliũ præbeat. Et uterq; necessarius est ad finem consequendũ, scilicet ad triumphũ, ad quẽ ex ordinatione ducis totus exercitus ordinatur. Simili modo in conuersatione uitæ humanæ, & eorũ qui in aliqua uiuũt communitate, duplex est ordo: unus uidelicet ad prælatum, qui habet omnes regere, & cui tenẽtur omnes & singuli obedire: alius singulorum ad inuicem, ex quo ordine unus habet alij præbere auxiliũ per correctionem fraternam ad consequendã salutẽ. Præterea, sicut se habent membra in corpore naturali ad actus naturales, ita se habẽt membra in corpore spiritali ac mystico ad actus charitatis & gratię, per quam tanq̃ membra in uno corpore connectuntur, quemadmodũ Romanis scribit Apostolus: Sicut in uno corpore membra multa habemus, ita multi unũ corpus sumus in Christo: singuli autem, alter alterius membra. Sed in corpore naturali membra pro se inuicem solicita sunt, & unum pellit malum alterius: nec ex omnibus membris unũ corpus resultat perfectũ suo modo in esse & agere, nisi inquantũ ad inuicem uniũtur, & collectiue, non diuisim sumũtur: ergo sic est in mystico corpore atq; exercitu totius ecclesiæ, sicut expositores sup epistolas Pauli concorditer scribũt, & Petrus de Tharẽtasia atq; Durandus frequenter affirmãt. Si igitur Papa cõcedatur esse princeps militię spiritalis huius totius exercitus, puta uniuersalis ecclesiæ, habetur intentũ, uidelicet ꝙ cunctis fidelibus simul acceptis præsit, iureq; habeat. Si aũt hoc negetur, consequens est ꝙ exercitus iste non habet principem militię spiritalis in terra, si imperfectus & insufficienter ordinatus consistat, cuius oppositũ diuinus Dionysius in libro de Ecclesiastica hierarchia edocuit: imò sequi uidet̃, quòd ratio exercitus ei non competat. Præterea, si quis dicat sufficere, ꝙ Christus seu Michael princeps est huius exercitus, certũ est hoc inconsiderate insipienterq; dici, quoniã bona dispositio exercitus

Marginal notes: 2. Tim. 2. — Ephe. 6. — Zacha. 1. — Turba secũdũ Augustinum quid. — Rom. 12. — Galat. 6.

tus exigit principem sibi approportionatum, & eiusdem status conuersationisq; secum, à quo generaliter dirigi possit. Vnde & præter hoc, quòd uniuscuiusq; particularis ecclesię ecclesiasticæq; personæ caput, rector & pastor principalis est Christus, requiritur quòd particulares ecclesiæ & personæ proprios & uicariales habeāt pastores atq; rectores eiusdem secum status conuersationisq; consistentes. Simili modo & præter hoc quòd CHRISTVS seu Michael dicitur princeps, pastor, caput & rector totius uniuersalis ecclesiæ militantis, requirit ordo, natura & conditio huius ecclesię siue exercitus, q̄ unum summū uicarialē ac gn̄alem principē & pastorem sortiatur in terra. & iste est Papa.

Articulus VI. Quòd ordo ac unitas ecclesiasticæ hierarchiæ exigunt summum pontificem pręsidere toti ecclesię simul acceptę.

ABbas Vercellensis ex uerbis diuini Dionysii hierarchiam diffiniens, ait: Hierarchia est sanctarationalium personarum congregatio, gradibus & officijs ordinate distincta, cum scientia & operatione sibi competentibus, ad dei cōformitatem, prout ei possibile est, assimilata per illuminationes q̄q; diuinitus, iuxta propriam uniuscuiusq; capacitatem influxas, ad deiformem imitationem sursum acta. Hinc super secundum Sententiarum distinctione IX. ait Durandus de S. Portiano: Ordo recipiēdi diuinas illuminationes, quia ab uno scilicet deo originaliter descendit atq; depēdet, & ad unum finaliter tendit, uidelicet ut reducamur in deum, uocatur hierarchia, hoc est, sacer principatus, ab ἱερὸν quod est sacer, & ἀρχὴ quod est princeps. Est enim principatus multitudo sub uno principe ordinata propter finem, quem princeps intendit, ad quem consequēdum requiritur diuersitas officiorum, & scientia dirigens actionem, actio eū quoque perducens ad finem intentum. Itaq; constat, quòd de ratione hierarchiæ sit sub uno principe ordinari, eiq; subijci, & eius directione ac influentia gubernari. Cum ergo tota militās ecclesia seu uniuersus populus Christianus simul acceptus, dicatur & sit una ecclesiastica hierarchia, oportet ad eius perfectionem concurrere unum summum ac generalem hierarcham in terra, qui eiusdem status cum illa consistat, & eius qui absolute summ⁹ hierarcha est, scilicet Iesu Christi plenus in terra uicarius, sic toti ecclesiasticæ hierarchiæ pariter sumptæ uicarialiter ac uniuersaliter præsidendo. hoc autem est Papa, quem Bonauentura totius ecclesiæ summum uocat hierarcham. Denique, his concordant quæ Thomas in prima parte quęstione CVIII. scribit, dicendo: Hierarchia est sacer principatus. In principatu autem oportet esse principem & multitudinem ei subiectam atque sub eo ordinatam. Cum ergo sit unus omnium princeps, scilicet deus, ex hac parte est omnium intellectualium creaturarum una hierarchia sub uno principe deo. Propter quod Augustinus libro de Ciuitate dei duas inducit ciuitates seu societates: Vnam bonorum tam angelorū quàm hominum, quam constituit amor dei crescens usq; ad contemptum sui: Aliam uero malorum, quam facit amor sui crescens usq; ad contemptum dei. Porro, si consideretur hierarchia ex parte multitudinis subditæ, sic hierarchia dicitur una, secundum quod multitudo uno & eodem modo recipere potest principis directionem, gubernationem seu illuminationem. Quoniam ergo homines diuinas illuminationes suscipiunt sub sensibilibus formis, ut patet in sacramentis ecclesiæ & figuris scripturæ. propter quod primo cœlestis hierarchiæ capitulo magnus Dionysius scribit: Impossibile est nobis aliter lucere diuinū radium, nisi circūtectum uarijs uelaminibus sensibilium formarum. Angeli uero diuinas illuminationes suscipiunt in intellectuali puritate. Hinc aliā oportet esse hierarchiam angelicam & ecclesiasticam seu humanam: sed in utraque est unus omnibus præsidens, secūdum Bernardum & Thomam: quoniam ecclesiastica angelicam imitatur, sicut octauo ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo sanctus Dionysius cōtestatur. Postremo ad idem probandum ualet, quod libro de quatuor coæquæuis Tractatu de angelis ait Albertus: Hierarchia est sacrorum & rationabilium ordinata potestas, in subditis retinens dominatū. Hęc autem (ut ait) ordinatio attenditur in modo participandi illuminationes & transfundendi super alios lumen. Comparatio quoq; ad principium illuminationis supponitur in ordinatione, cum dicitur ordinata potestas. Hinc super angelicam hierarchiā asserit Hugo: Hierarchia est ordo diuinus. i. potestas à deo ordinata, & scientia qua quid faciēdum sit intelligatur, & actio qua quod agendum agnoscit, perficiant. In ordine officium, in scientia discretio, in actione ministerium designatur: sine ordine actio ē præcipitatio, sine actione ordo est negligentia, sine scientia & actio est reprehensibilis, dicit eam esse hierarchiam sine hierarcha in seculo isto.

Hierarchia. Principatus. Augustinus

Articulus VII. Quòd perfectio mystici corporis totius ecclesiæ exigat, summum pontificẽ esse caput & præsidem totius ecclesię collectim acceptę.

Ecclesia est unũ spiritale & mysticum corp'.

SEcundum Ambrosium super Lucam, cæterosq; doctores concorditer, unũ est corpus ecclesiæ, id est, ipsa ecclesia est unum spiritale & mysticum corpus. Vnius uero totius corporis unum & idem est caput, prout super III. Sentẽtiarum distinctione XIII. Petrus de Tharentasia declarat. Vt ergo ipsa ecclesia sit unũ corpus mysticum, non acephalũ, sed completum, oportet ut habeat in terra unum caput, quod utiq; nullus est nisi Papa, quem Bonauentura appellat unum caput habere, nisi collectiue sumatur. Diuisim enĩ accepta, est corpora plura, & diuersa habet capita, scilicet prælatos diuersos. Papa ergo est caput & præses totius ecclesiæ simul sumptæ. Denique super illud Canticorum, Caput eius aurum optimum, Ockam per caput intelligit Papam: & super illud Canticorum, Caput eius sicut Carmelus, disseruit: Caput secundum Isidorum, dicitur à capiendo, eo quòd omnes sensus inde initium capiant: & non immerito personam summi pontificis repræsentat, à quo omnes sensus ecclesiæ, hoc est potestates spirituales, initium sumunt, & à quo omnes potestates ecclesiasticæ initium sumpserunt, atq; ad eã tanquam ad suum fontale principium respiciunt. Vnde caput est dignius membrum, sedesq; sensuum, digniorem in corpore obtinens locum, diffundens ad alia mẽbra sensum & motum. Quis dubitet ista potissime conuenire personis summorum pontificum, ex quorum defectu etiam alia membra patiuntur defectum & detrimentum? Hoc & Hugo in libro de Sacramentis fatetur. Postremo, quamuis in priori opusculo diffuse ostensum sit, quomodo esse caput ecclesiæ diuersimode competat Christo secundum suam diuinitatẽ & secũdum naturam assumptam, ac summo pontifici, nunc tamen addendũ, qualiter secundum Petrũ de Tharentasia, Christus diuersimode caput sit omniũ hominum. Itaq; super tertiũ Sententiarum distinctione XIII. de hoc pulchre effatur: Quadruplex est ratio unionis inter humani corporis membra: una est conformitatis naturæ: altera, colligatio per neruos & iuncturas: tertia est, concomitantia subministrationis, qua unum influit alteri: quarta est, ordo ad unam animam perficientem totum corpus: similiter est quadruplex ratio cõpletiua unionis mystici corporis: Prima est conformitas naturæ, secunda colligatio p iuncturas fidei & sacramentorum, tertia concomitantia per charitatem, quarta uiuificatio per spiritum sanctum. In prima ratione conueniunt omnes homines, ut quantum ad hoc, Christus dicaĩ caput eorũ. In II. soli fideles q sunt de ecclesia numero uel merito. In tertia & IIII. soli iusti. Ideo simpliciter Chrs est solũ caput eorũ, aliorũ uero secundũ quid, & hoc magis uel minus, secundum quod magis & minus accedunt ad perfectam mystici corporis unitatem.

Articulus VIII. Quòd complementum regni militantis ecclesiæ exigit in ea esse uerũ rectorem, qui toti præsit ecclesiæ pariter sumptæ.

QVamuis in scripturis Canonicis per regnum cœlorum communiter designetur patria beatorum, nihilominus in eisdem per regnum cœlorum frequenter intelligitur præsens hæc militans'que ecclesia, cuius conuersatio debet esse cœlestis, non terrena siue carnalis, ut cum in euangelio ait saluator: Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. item'que, Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Et Paulus de quibusdam discipulis loquens, Hi soli (inquit) sunt adiutores mei in regno dei. Regnum autem refertur ad rectorem seu regem, quemadmodum seruus ad dominum. Cum ergo tota ecclesia militans sit unum totale CHRISTI regimen, indiget uno summo ac generali rectore in terra, sicut & quodlibet regimẽ speciale indiget proprio suo rectore. Præterea, ipsa ecclesia esse nõ ualet unum regnum, nisi in quantum uniuersus populus regni huius collectiue suscipitur. Diuersa etiam regna seu plurimæ nationes in unum regnum non coeunt, nec unum regnũ fiunt siue constituunt, nisi in una lege unoq; rege siue rectore cõmunicando, prout Aegidius de Roma in libro de regimine principũ tangit. Et Durãdus sup II. Sententiaꝝ sic ait: Illæ ciuitates non ptinent ad eundẽ principatũ, quę eodẽ modo seu secũdum easdẽ leges & cõsuetudines principis gubernationi nõ subsunt. Papę ergo non cõuenit esse rectorẽ regni huius militantis ecclesię, nisi inquantũ regnum istud seu popul' totus Chrĩanus collectiue accipiĩ. Insup, sup 4. Sententiaꝝ distin. 21. asserit Thomas: Papa habet plenitudinẽ põtificalis ptãtis quasi rex in regno: sed episcopi assumuntur in partem solicitudinis, quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi. Certũ est aũt

Cant 5. 5.

Matt. 13

Matt. 13.

Coloss. 4.

Aegidius de Roma.

quòd rex per prius comparatur ad totum regnum, quàm ad aliquam eius partem seu orbem: totumq; regnum collectiue susceptum, subijcitur regi ui iurisdictioneq; eius: ergo & Papa per prius comparatur ad totum militantis ecclesiæ regnum simul acceptũ, quàm ad quamcunque partem ipsius: & super totum hoc regnum ipse iurisdictionem sortitur. Regnum autem nunc sumptum est pro plebe seu multitudine gubernata aut gubernanda, quemadmodum & tertio capitulo de diuinis nominibus beatissimus Dionysius accepit illud.

Articulus IX. Quòd perfectio ecclesię, eo quòd dicitur sponsa, exigit summũ pontificem preesse toti ecclesiæ simul acceptæ.

TRiplex ponitur Christi sponsa: utputa singularis, quę est uirgo Christifera: specialis, quę est cuiuslibet iusti anima: generalis seu uniuersalis, puta ecclesia. Sed hæc generalis sponsa dupliciter intelligi potest generalis, scilicet comparatiue & absolute. Primo modo quælibet particularis ecclesia dicitur sponsa generalis, scilicet comparatione animæ iusti, quæ dicitur sponsa specialis. Secundo, tota ecclesia militans simul sumpta dicitur sponsa generalis seu uniuersalis. Quemadmodum autem quęlibet particularis ecclesia ad sui complementum requirit sponsum specialem, qui sem per speciale & spirituale matrimonium contrahat secum, ut patet de particularibus ecclesiis, quæ episcopis sunt commissæ, sic tota & uniuersalis ecclesia requirit in terra habere spõsum uniuersalem, qui cum tota ecclesia collectiue accepta uice Chri uniuersale matrimoniũ contrahat, quia nec aliter competit toti ecclesiæ esse unam uniuersalemq; spõsam, nisi inquantũ collectiue accipitur. Huiusmodi autem sponsus est Papa, secundum Durandum de ordine fratrum Minorum in sua Summa. Vnde Bonauentura affirmat, quòd Papa est unicus indiuisusq; sponsus ecclesiæ, quod esse non ualet, nisi respectu unicę indiuisæq; sponsæ, quæ secundum beatum Hieronymum est uniuersalis ecclesia. sed & sup Cãtica scribit Gregorius: Deniq; sicut particulares ecclesię suo pastore ac sponso priuato uiduatæ dicuntur, & alio pastore ac sponso uehementer egentes: sic & uniuersalis ecclesia suo priuata pastore, à sponsa quodammodo dicitur uiduata, quãuis in cœlis habeat sponsum, quia & particularium sponsus est ecclesiarũ, uehementerq; indiget uniuersali pastore ac sponso, ut in sua permaneat unitate. Nec solum Romanæ, sed & toti ecclesiæ periculosa est & nociua Papæ carentia, ideo sexto Decretalium Bonifacius Papa testatur, quàm grauibus sit onusta dispendijs, & quantis sit plena periculis ecclesiæ Romanę prolixa uocatio, exacti consideratio temporis edocet, & considerate, diligenter, prudenter illius temporis discrimina manifestãt. itemq; animarum salus exigit, & totius orbis requirit utilitas, ut Papa rite eligatur, dum prædecessor eius obierit. Hinc denuo loquitur eius filius Iesus Christus, ne gregem sui sanguinis gloriosi pretio redemptum, ascensurus post resurrectionem ad patrem, absque pastore desereret, ipsius curam (scilicet generalem secundũ Glossam) beato Petro commisit, ut suæ stabilitate fidei cæteros in Christiana religione firmaret. Cum ergo hæc ita se habeant, quomodo quidam nunc dicunt ecclesiam sine Papa adhuc esse perfectam, & sua exercitia implere idoneam, eo quòd apostolica sedes interdum diu uacauit? Non uidentur (quantum ad hoc) boni filij, qui sic summi pontificis omnium spiritualis patris nituntur deprimere dignitatem.

Triplex ponitur sponsa Christi.

Bonauentura

In proœmio sexti Decretalium.

Iohan. 21.

Articulus X. Quòd ecclesia eo quòd nauis uocatur, indiget uno summo gubernatore, qui totius nauis huius curam gubernationemq; habeat.

HOc præsens seculum nequam, laqueis plenum, inquietudine ac fluctibus uitiorum, persecutionum quoq; & tentationum procellis repletũ, non immerito mare uocatur. Ecclesia uero, cuius suffragio per mare hoc ad portum salutis ęternæ trãsuehimur, rite nauis uocatur, prout super Lucam & Matthæũ Ambrosius, Chrysostomusq; fatentur. Vnde Eugenius Papa cui scripsit S. Bernardus, in epistola ad Cistercienses profatur: Diuinæ dispositionis arbitrio in medio pelagi ad regendã nauem ecclesię constituti sumus. Huius igit nauis bona directio exigit, ut unũ summũ atq; communẽ habeat gubernatorẽ ac prouisorem, qui in alto speculationis se ponens, non spũalia tantum, sed & generalia nauis huius dispendia, per se piculis & occurrat, & de specialibus ac generalibus remedijs commodis prouideat. & iste est Papa.

24. q. 1. c. nõ turbatur.

Articulus XI. Probatio ueritatis eiusdem ex hoc, quòd tota ecclesia est una ciuitas, unaq; domus dei.

TAm militans quàm triumphans ecclesia, in ueteri nouoq; testamẽto ciuitas ap-
Psal. 86. pellatur. De militante quippe ecclesia ait Psalmista: Gloriosa dicta sunt de te ci-
Hebr. 12. uitas dei. Et ad Hebręos scribit Apostolus: Accessistis ad ciuitatem dei uiuẽtis.
de qua ciuitate in ultima uisione Ezechielis multa obscure & mystice sunt con-
scripta, sicut ibidem Hieronymus & Gregorius attestãtur. Hinc librum de Ciuitate dei, id
est ecclesia electorum, sic incipit Augustinus: Gloriosissimã ciuitatem dei. De triumphan
Apoc. 21. ti uero ecclesia scribit in Apocalypsi Iohannes: Ciuitas non eget sole neq; luna, & nõ intra
bit in illã aliqd coinquinatũ. Ciuitas eñ quasi ciuiũ unitas interpretatur. Vnde I. de Ciui-
Ciuitas tate dei asserit Augustin⁹: Ciuitas non est aliud q̃ concors hominũ multitudo. Cũ itaq; in
militanti ecclesia diuersę nationes, gentes, tribus & linguæ per fidẽ & charitatem sub una
euãgelica lege congregentur, ut sint unus populus dei, in q̃ secundũ Apostolũ, non est di
Rom. 10. stinctio Iudæi & Gręci. de qua spiritali unione Iohãnes ait: Iesus moriturus erat nõ solum
Iohan. 11. pro gente, sed ut filios dei qui erãt dispsi, cõgregaret in unũ. Hinc ipsa ecclesia rite ciuitas
nuncupatur. Porro optimum regimen ciuitatis est, ut per unum supremum regatur, pro
1 Mach. 9. pter q̃d in libris Machabæorũ in laudem dicitur Romanorũ: Committũt uni principatum
suum, & oẽs obediunt uni, & non est inter eos zelus neq; inuidia. Ergo Philosophus quas-
dam regiminis species cõdistinguens, concludit q optimum regendi genus est, q̃ un⁹ to-
ti multitudini pręest. Ex quo etiã XII. primę philosophiæ cõuincit, q toti uniuerso un⁹ al
tissimus p̃sit princeps. Entia inqt, nolunt male disponi, pluralitas principantiũ mala, unus
igitur princeps. Itemq; primo Politicæ: In omni (ait) pluralitate ordinata naturale atq; ex
pediens est unũ præesse, cæteros autem parere. De hoc Aegidius libro de regimine prin-
cipũ plenius tractat. Toti itaq; ciuitati huic, quæ est uniuersalis ecclesia simul sumpta, un⁹
pręest rector supremus, qui dicitur Papa, quia nec aliter ciuitas hæc una est, nisi per unius
legis & gratię communionẽ & per reductionem ad unum: ideo ipsi non competit regi ab
uno, nisi collectiue sumãtur. plura nanq; nisi participent uno, confusa sunt, & ad hoc regẽ
tis conatur intentio, ut in quandam unitatis formam ac speciem redigantur: aliter indeco
ra consistunt. De hoc Proclus Platonicus in Elementatione sua theologica subtilissime
philosophatur, probans quòd bonitas rei in eius unitate sit sita, inter cætera dicens deci-
mo tertio theoremate Elementationis suæ theologicæ: Omne bonum unitiuũ est partici
patiuum ipso, & omnis unitio boni & bonum uni idem. bonum eñ est saluatiuum omniũ
entium. quod aũt saluatiuũ & contentiuum est substantiæ singulorũ, oñe ipsum unũ. uno
enim saluantur oñia, & dispersio exire facit unumquodq; à propria substãtia. Augustin⁹
Lucæ 10. quoq; circa illud saluatoris in euãgelio, Vnum est necessarium, ait: Vnum cogitate fratres
mei & uidete, si in multitudine delectet aliquid nisi unum. Ecce deo propitio quàm mul-
ti estis, quis uos ferret nisi unum saperetis? unde in multis quies ista? Da unum, & populus
est: tolle unum, & turba est. Quid est turba nisi multitudo turbata? Sed audite Apostolũ:
1 Corin. 1. Obsecro autem uos fratres, multitudini dicebat. sed oñes unum facere uolebat, Obsecro
autem uos fratres, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Denique, sicut
tota ecclesia militans ac triumphãs dicitur ciuitas, & ciuitas una, sic dicitur domus & do-
1. Tim. 3. mus una. De militanti quippe ecclesia scribit ad Timotheum Apostolus: Scias quomodo
te oportet conuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei uiui, columna & firmamentum ue
Iohan. 14. ritatis. Porro de triumphanti ecclesia apud Iohannem ait CHRISTVS: In domo patris
mei mansiones multæ sunt. Vna uero totalis domus si conuenientissime debeat guberna
ri, requirit unum supremum patremfamilias, qui cunctis domesticis simul sumptis, totiq;
domui præsit, & omnes ad congruum dirigat finem, generalem quoque & præcipuã do
Augustinus mus habeat curam, quemadmodum decimonono de Ciuitate dei loquitur Augustinus:
Verus paterfamilias omnibus suis domesticis per dilectionem consulere debet & prodes-
se ut deum colant. Hanc ergo ecclesiæ domum, eiusq; dispositionem & regimen, CHRI
STVS de mundo hoc trãsiturus ad patrem, gloriosissimo ac beatissimo archiapostolo Pe-
tro commisit atque reliquit. Insuper, sicut ex uerbis Philosophi introducit & declarat
Aegidius, tria distincta regimina sunt in domo: scilicet nuptiale, quo uir pręest uxori: pa-
ternale, quo pater præest filijs: & dominantium, quo præest seruis. Sed horum trium re-
giminum summa consistit & concurrit in uno patrefamilias, qui cunctis suis domesticis,
uxori, soboli & ministrantibus præest, quamuis modis diuersis hæc tria regimina in do-
mo militantis ecclesiæ proportionaliter possunt notari, cum iuxta præhabita summus
pontifex sit sponsus ecclesiæ, pater fidelium, & Hierarcha siue sacer princeps eorum,
imò

imò pater & dominus totius militantis ecclesiæ secundũ Anselmũ, cum ratio hierarchiæ sit, ut hierarcha retineat in subditis dominatum secũdum Albertũ. Nec obstat quod quidam sanctorũ dicunt, Papa non debet se reputare aut dicere dominũ ecclesię siue fideliũ, quoniam hoc intelligendũ est de ordinato dñio, quo quis subiectionem subditorum & præsidẽtiam suam super eos, refert ad propriũ commodum. sed hoc in priori libro plenius est inductũ. Quibus nunc adijciendũ quod libro de IIII. coæquæuis scribit Albertus, dicẽdo: Duplex est dominiũ: Vnum tyrãni, secundũ oppressionem & arrogantiã fastus superbię. Aliud suppositionis, propter prouidentiã & gubernationem subditorũ, de quo ait saluator apostolis: Vos uocatis me, magister & domine. Primũ dominiũ prohibet Christus sub hierarchis, dum ait: Reges gentiũ dominantur eorum. Vos aũt non sic. Secundum uero dominiũ est de perfectione hierarchiæ, & ingreditur diffinitionẽ ipsius. De tali quoq; dominio dicit Bernardus II. de Consideratione: Dominant Dominationes cœlestes, sed sub dominio dominantur & seruiũt pariter: præsunt Potestates & regunt, sed reguntur & ipsæ, ita ut regere iam non norint, si regi desierint. Ita ergo & Papa instar cœlestium Dominationũ dominari, præesse atq; præcipere debet, secundum tenorem legis sibi à Christo summo & infallibili legislatore præfixæ, non secundũ propriã uolũtatem instar tyranni. Iohan. 13. Lucæ. 22. Bernardus.

Articulus XII. An Papa toti ecclesiæ simul seu collectiue acceptæ, præcipere possit, loquendo proprie de præcepto, an scilicet habeat iurisdictionem super eam.

QVæstio ista ex introductis in isto libro, & presertim ex dictis in priori tractatu, solutionem habet clarissimam atq; certissimam. Cum enim copiosissime sit probatũ, quod Papa præsit toti ecclesiæ simul acceptæ, & immediatiorẽ magisq; propriam habeat operationem ad totam uniuersalem ecclesiam, quàm ad quamcunq; ecclesiam particularẽ, tanq̃ summus hierarcha, & proprius uniuersalisq; pastor, prælatus, caput, sponsus, pater ac rector totius ecclesiæ pariter sumptæ, dubiũ nullum relinquitur, quin iurisdictionẽ habeat, potestatem & autoritatem super totã ecclesiam collectiue susceptã, secundũ legem sibi à Christo præfixam: hoc est, quantum ad ea quæ concernunt cathedram seu magisteriũ & pontificium eius: sicq; directe ad eius spectat officiũ totam ecclesiam purgare, illuminare, perficere, gubernare & regere, legem seu iussionẽ obligatoriã ei præfigere. Sed his contrariari uidentur, quæ quidam quasi pro generali concilio scribens, ait: Obediẽtia uno modo capitur proprie & specialiter, prout respicit pręceptum superioris: & sic non est concedendũ, quod uniuersalis ecclesia obediat Papę, uel teneatur ei obedire. Alio modo capitur obedientia pro uirtute obtemperandi his, quæ ab alio consulũtur, admonentur, optãtur aut pręcipiantur: & sic superior inferiori dicit obedire, ut deus ipsi Iosue in solis statione: & sic debet capi nomen obedientiæ, si alicubi legitur quod ecclesia obedit uel obedire debet Papę. Iterum ait: Miror quod aliqui præsumũt dicere, quod Papa sit maior & superior generali concilio aut uniuersali ecclesia, cum omne totũ sua parte sit maius. Insuper contra quendam scribens, sic ait: Quidam dicit: Omnes Christiani tam coniunctim quàm sigillatim obedire tenent Papæ. Contra propositionem hanc scribit qui supra: Si ille in hoc quòd dicit coniunctim, intendit Papam extollere supra ecclesiam, & eius (scilicet Papæ) imperiũ potestatiuũ & proprie præceptiuũ, tanquam superioris esse in eã (scilicet ecclesiam) ut inferiorem, cui competit Papę obedire, periculose errat. Iterum scribit: Potestas illa ratione ecclesię matris aliarum ecclesiarum particulariũ, respicit super se potestatem uniuersalis ecclesiæ, imò includitur in ea, sicut pars in suo toto. Ad omnia ista, quia idem prætenditur, uidelicet quòd Papa non præest toti ecclesię collectim acceptę, est una responsio, scilicet quòd non uidentur catholice posse saluari: quod primò probatur per omnia, quę hucusq; tam in priori libro q̃ in isto inducta sunt, ex dictis sanctorum patrum, catholicorum doctorum ac summorum pontificum, ad probãdum oppositum, utpote quod Papa præsit toti ecclesiæ simul sumptę. Secundo demonstratur idipsum, qa (ut doctores catholici & antiqui tam theologi q̃ iuristæ concorditer dicunt, uidelicet Hostiẽsis, Raymundus, Guilhelmus, Durandus, Sũma cõfessorum, Summa Pisana, & alij quasi innumeri) inter cætera quę summo põtifici sunt propria & proprie competunt, unũ est, cõmunem legẽ condere, generalemq; canonem constituere, & legẽ seu canonẽ talẽ toti ecclesię pfigere seu mãdare. Ideo quippe Canon & lex in hac locutione cõmunis & generalis uocatur, quoniam uniuersam concernit ecclesiã. aliter enim quilibet episcopus diceret posse communem condere legẽ, quia toti ecclesiæ sibi cõmissę potest pręcipere. Lex quoq; hic sumit potissime Iosue. 10.

pro præcepto. Proprie nanque pro præcepto accipitur, ut in prima secundæ Thomas declarat. Si igitur Papa non præsidet toti ecclesiæ, nec illa tenetur ei proprie obedire, sequi detur quòd legem & canonem generalem condere Papa non possit: & si condat, ecclesia tamen ad obseruandum obligata non sit. Quòd autem legem seu canonem talem condere Papa non possit, non solum est contra præfatos doctores, sed insuper contra ea quę sancti ac summi pontifices frequenter egerunt. Vnde & VI. Decretalium habetur de ordinatione summorum pontificū, qui prçceperunt festa sanctorū in uniuersali ecclesia celebrari. sic enim Bonifacius Papa instituit festa omniū sanctorꝝ, & Vrbanus Papa festū sacramēti. Et idem probari potest de sanctorꝝ reliquijs uenerandis, de certis ieiunijs obseruandis, de quibusdam cibis certis diebus uitādis, de confessione & cōmunione ad minus semel in anno. Huiusmodi aūt prçceptorum multa à summis sunt pontificibus instituta, & toti ecclesię ad seruandū prçstituta, prçfixa, mandata, ꝙ non obedientes rebelles censentur atque mortaliter peccent, nisi legitime excusentur: sicque huiusmodi leges uim obligatoriā sortiuntur: & huius oppositū pertinaciter dicere, uidetur hçresim sapere. Prçterea, sanct⁹ Thomas super quartū Sententiarꝝ frequenter testatur, ꝙ potestas faciendi indulgentias sequitur iurisdictionem. Idem affirmant Raymundus, Durandus & alij. Si igitur Papa non habet prçsidentiam & iurisdictionem super totam ecclesiam, sequitur ꝙ non possit communes seu uniuersales indulgentias facere & plenas ac simul ubique, quod est contra prçfatos doctores & contra iura, sed & contra ea quę à summis pontificibus frequēter facta noscuntur. Denique, de hac re quidam cuius nomen ignoro, super quartū Sententiarum sic scribit: Ille solus potest dispēsare communē thesaurū ecclesiæ, qui præest toti ecclesię, sed hoc est solus Papa. Præterea ad hoc sunt iura, quę dicūt potestatem Papę esse illimitatam, quo ad indulgentiarꝝ cōcessionem, potestatem uero episcoporꝝ esse limitatam. Hinc Papa potest facere indulgentias, quo ad remissionē totius pœnę satisfactorię, & respectu omniū in ecclesia fideliū. Episcopi aūt non possunt facere nisi quasdā indulgētias partiales, & hoc ex concessione Papę, nec respectu oīm, sed solū in sua diœcesi. Prçterea, ad illū pertinet proprie indulgentias cōmunes facere, ad quē pertinet cura ecclesię uniuersalis Romanæ, cuius ꝑtinet ad ipsum custodia & dispēsatio thesauri ecclesię: qa ad illū qui habet curā communitatis, ꝑtinet dispensare bona cōmunitatis: sed indulgentię sunt de cōmuni thesauro ecclesię: ergo ad eū q habet curā, ꝑtātem & iurisdictionē sup totā ecclesiā, ꝑtinet huiusmodi thesaurꝝ dispēsare. hoc aūt est Papa dūtaxat. Hęc sunt uerba in forma prçtacti doctoris, cui⁹ nomen (ut dixi) ignoro, q̄uis hoc cōstet ꝙ cæteris prçallegatis doctoribus uerba eius concordēt. Ex quibus oībus clarissime sequitur, ꝙ scripta cuiusdā quę cōmemoraui, stare nō possunt, & ꝙ tota ecclesia seu oēs Chr̄iani tam coniūctim q̄ sigillatim, obedire tenentur summo pontifici, proprie tamē supiori in his quæ cathedram eius respiciunt. Porro argumenta illius in priori libro sunt soluta, quæ in ueritate puerilia sunt atque facilia, ut cum ait, Papam non esse maiorem & superiorē uniuersali ecclesia, cum sit pars eius. Cum enim Papa dicitur maior & superior tota ecclesia, intelligendū est hoc per exclusionem suiipsius, iuxta quem modum, secūdum Damascenum aliosque doctores, humanitas Christi dicitur omni creaturæ prælata & cunctis creatis superior, cū tamē ipsa sit pars creaturæ. Vnde & pars non est maior suo toto, sumendo totū cum partis inclusione: sed pars potest esse sup totū residuū, ut prçsul super totam diœcesim, & Abbas seu Prior super totum conuentū. Sic & Leo Papa uocat sacratissimū Petrum principē apostolici ordinis seu agminis, cū tamen Petrus fuerit pars seu una illius ordinis agminisque ꝑsona. Simili modo cum arguit ꝙ potestas Romanæ ecclesię includitur in uniuersali ecclesia sicut pars in toto, clarum est ꝙ in hac locutione uniuersalis ecclesia sumat cū inclusione Romanę ecclesię, prout Romana ecclesia pro particulari ecclesia sumit, sic ꝑtās Romanę ecclesię aliq̄ modo respicit super se ꝑtātem uniuersalis ecclesię, & includitur in ea ut pars in toto. Si aūt uniuersalis ecclesia sumat in ꝑfata locutione p exclusionē Romanæ ecclesiæ seu pontificis eius, scilicet Papæ, sic non solū Romana ecclesia, sed & solus pontifex eius seu Papa est sup totā ecclesiā tam Romanam q̄ uniuersalē, tanq̄ pastor, hierarcha, rector & ꝑsul tam Romanæ q̄ uniuersalis ecclesiæ, & Papę ꝑtās sup totā ecclesiā se extēdit, loquēdo de ꝑtāte iurisdictionis & ꝑlationis seu prçsidentię. Oēs quoque ꝑtātes & dignitates ecclesiasticę cōtinent & sunt in ea similiori modo q̄ in cæteris uniuersis. Hinc libro de quatuor coæquęuis notabiliter scribit Albertus: Hierarchia est quoddā totum potestatiuū. in ꝑtātibus aūt ordinatis semp sequēs seu altior supponit ꝑcedentē & habet plus, qd probat tam in ꝑtātib⁹ naturę q̄ officiorꝝ & grę. In po-

De reliquiis & uene. sancto. c. Gloriosius deus in VI.

De pœni. & re. c. Omnis utriusque sex⁹

Nō obedientes summo pontifici hic uide quantū peccant.

Oēs Christiani summo tenent obedire pōtifici

potestatibus etiã naturæ uegetatiuũ est in sensitiuo, & sensitiuũ in rõnali, sed nõ cõuertit: ut uult Dionysius 6.c.de diui.noībus: In officijs q̃q; ptãs decani, est in ptãte centurionis, & ptãs cẽturionis in potestate tetrarchę, sed nõ cõuertit: similiter in gratijs ptãs subdiaconi est in ptãte diaconi, & ptãs diaconi in ptãte presbyteri, sed nõ cõuertit: unde partes totius potestatiui scd̃m ordinẽ cõstituũt ipsum. Deniq;, si sup totã ecclesiã, prælationẽ, curam, gubernationẽ & magisteriũ summus põtifex nõ habet, cõseq̃ns erit q̃ ad eũ nõ spectet symbolũ fidei edere, gñaleq; synodũ conuocare ac celebrare, q̃d est cõtra uniuersos doctores pręallegatos, & spãliter cõtra Thomã in scd̃a scd̨ q.1. cõsequẽtia tñ probatur, qa ut S. Thomas ac alij asserũt, una est fides totius ecclesię: hoc aũt seruari nõ posset, nisi quęstio de fide exorta determinetur p eũ q toti ecclesiæ preest, ut sic eius snia à tota ecclesia firmiter teneatur: & ideo ad solã autoritatẽ summi põtificis ptinet noua editio symboli fidei, sicut et oĩa illa quæ ptinent ad totã ecclesiã, ut cõgregare synodũ gñalem & alia huiusmodi multa similia possem inducere argumẽta, sed breuitati studendũ est, hoc aũt ut priori opusculo patuit, autoritati gñalium conciliorũ nõ derogat, & ipsum gñale conciliũ q̃tum ad aliqua est supra Papam, puta in determinatione, expeditione & diffinitiõe eorũ quæ directe & proprie ad forum generalis spectat concilij, dum cõciliariter in talibus est procedens. Postremo, quia materia huius articuli est ardua uehemẽter, q̃uis oĩa tñ specialiter cõtenta in isto articulo sub correctione oĩm sanius sapientium, & q̃bus incumbit, idoneiq; consistunt hęc scripta sint, nil ptinaciter aut temere assero.

Articulus XIII. An Petrus apostolus potestatẽ suã & autoritatẽ, potestatisq; plenitudinem immediate à Christo accepit & habuit.

SIcut in priori recitaui opusculo, quidã pro Papa scribẽtes asserunt, q̃ solus Petrus claues ecclesię immediate accepit à Chr̃o: cęteri uero ap̃li eas acceperint immediate à Petro, hoc est, à Chr̃o p Petrũ: propter q̃d insup dicũt, q̃ tota ecclesiæ ac gñalium cõcilior ptãs à Papa procedat atq; dependeat. Præterea alij q̃dã quasi fauẽtes cõcilio, prętactam opinionẽ penitus abhorrentes, in alio extremo se ponũt, dicentes q̃ Petrus ptãtem suã nõ habuit immediate à Chr̃o, sed ecclesia & Petrus p ecclesiã. Vñ q̃dam sic scribit: Chr̃s immediate cõtulit potestatẽ & plenitudinẽ ptãtis ecclesiæ sponsę suæ, & mediante ecclesia spõsa sua cõtulit potestatẽ suo Petro & plenitudinẽ potestatis quã dr̃ habere. Prima aũt opinio huic oĩno contraria in primo est reprobata tractatulo: sed ista scd̃a inconueniens esse uidetur: ostensum est eñ in primo, quòd in euãgelio leguntur sex potestates ecclesiasticę à Chr̃o collatæ apostolis: quarũ una est potestas consecrationis, quã oẽs & singuli apostoli immediate acceperunt à Christo cum dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Alia est ptãs clauium seu spiritualis iurisdictionis in foro pœnitentiæ, quam etiam sancti apostoli immediate acceperunt à Christo, quum post passionem insufflauit in eos & dixit, Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis. Tertia est potestas apostolatus seu prædicandi autoritas, quæ omnibus simul à Christo concessa est quando dixit: Euntes pręsdicate. Quarta est potestas iudiciarię correctionis in foro exteriori, quæ data est, ubi apud Matthæũ Chr̃s loq̃tur Petro: Si peccauerit in te frater tuus. Quinta est potestas dispositionis ministrorũ quo ad determinationem iurisdictionis eccesiasticæ, ut euitetur confusio dissensionisq; nota in populo: & inter ministros, si ipsa indistincte atq; æqualiter de omni populo curam haberent: & hæc potestas collata est Petro & successoribus eius, ubi Iohannis ultimo Christus locutus est ei: Pasce oues meas: q̃bus uerbis constitutus est Petrus pastor & princeps totius ecclesiæ, sicq; potestatem hãc ipse accepit à Christo non solum immediate, sed etiam mediate; solus Christus equidem immediate dixit ad eum, Pasce oues meas: quæ uerba fuerunt non solum significatiua, sed etiam effectiua, ita q̃ uerbis illis Chr̃us præstitit Petro ordinariam potestatẽ & iurisdictionem præfatam absq; causa intermediante. Hinc Thomas sup quartũ Sentẽ. d.19. affirmat: Potestas ordinis, quantum est de se, extendit ad omnes absoluendos: ideo indeterminate dominus dixit apostolis: Quorum remiseritis peccata: intelligens tamen quòd usus illius potestatis esse deberet præsupposita potestate Petro collata secũdum ipsius ordinationẽ. Porrò plenitudo potestatis præcipue data est Petro, cũ dictũ est ei: Pasce oues meas: quando totius ecclesiæ prelatus est constitus. Constat itaq; q̃ Petrus potestatẽ suã potestatisq; plenam autoritatẽ & uniuersalem iurisdictionẽ immediate accepit effectiue à Chr̃o, præsertim cũ p creationẽ data sit ptãs illa ptãtisq; plenitudo: ea aũt quę immediate p creationẽ

Luc. 22 | Iohan. 20 | Matth. 18 | Matth. 28 | plenus

præstantur, à deo immediate causant effectiueq; dantur, cum creare deo sit proprium. De-
niq; præfatæ propositionis assertores dicunt, q ecclesia sit solũ causa sine qua non Petrus
potestatẽ suam accepit à Christo, qm̃ dantis intentio fuit, propter bonum ecclesiæ confer-
re Petro huiusmodi potestatẽ. Sed ex hoc nõ sequit, q Petrus non accepit eam immediate
à Christo, magisq; proprie dicetur accepisse potestatem suam propter ecclesiam, q̃ per ec-
clesiã: qm̃ præpositio per, proprie notat propter & habitudinẽ causæ in casuali sibi apposi
to. Imò cum omnia dona gratiæ gratis datæ ordinantur finaliter ad dona gratiæ gratificã
entis, secundum hoc sequeret, q nullus apostolorũ accepisset aliquã prædictarũ potestatũ
immediate à Christo, sed per ecclesiam, quia propter bonũ ipsius: cum tamẽ Paulus de se
Gala.1. ipso oppositum protestet in exordio epistolæ suæ ad Galatas, dicens: Paulus apl's nõ ab ho
minibus neq; per hominẽ, sed per Iesum Christum & deũ patrẽ. Vnde & circa hoc exposi
tores testant, q gratiam apostolatus accepit immediate à Christo. Hinc etiam qdam quasi
in fauorẽ concilij, ad probandum q ecclesia totam suam potestatẽ & autoritatẽ à Papa nõ
habeat, dicunt q Paulus apostolus potestatẽ suam habuit immediate à Christo, non à Pe-
tro. Et mirum cur negent Petrum suam potestatẽ accepisse immediate à Christo, cum cõ-
stat Petrũ pleniorẽ & altiorẽ potestatem & iurisdictionẽ accepisse q̃ Paulũ: quia prælatus
est toti mundo, secundũ omnes sanctos patres & doctores prællegatos. Circa præhabita
quæri potest, an sacratissimus Petrus primus tpe accepit claues à Christo q̃ apostoli alij: &
ex iam dictis patet q non: sed probat q imò: ait nãq; Gregorius: Beato Petro primo pasto
ri in hac adhuc carne existenti, dñs noster pastor bonus ante passionẽ suam dans claues re
Matt.16. gni cœlestis, ait: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Post resurre-
Iohan.20 ctionẽ uero eãdem ligandi soluendiq; potestatẽ cæteris cõmuniter discipulis cũ beato Pe
tro cõmisit, dicens: Quorũ remiseritis peccata, remittunt eis. Huic cõcordat, quod super 4.
Sententiarũ distin. 19. asserit Thomas: Ad absolutionẽ à peccato requirit duplex potestas,
scilicet potestas ordinis & potestas iurisdictionis. Prima æqualiter est in sacerdotibus om̃i
bus: ideo ubi dñs Iohãnis 20. dedit oĩbus apostolis cõmuniter potestatem remittẽdi pc̃tã,
intelligit de potestate quæ consequit ordinẽ. Vnde & sacerdotibus quando ordinant, uer
Matt.16 ba illa dicuntur: sed Petro dedit singulariter potestatẽ remittendi peccata, ubi ait: Tibi da
bo claues regni cœlorũ &c. ut intelligat, q ipse præ alijs habet potestatẽ iurisdictionis. Præ
Luc.9. terea sup illud Lucæ: Assumpsit Iesus Petrum, Iacobũ & Iohannẽ, scribit Ambrosius: Pe-
trus ascendit, qui claues regni cœlorum accepit. Similiter sup illud Lucæ, ait aũt ei. s. Chrõ
Luc.12. Petrus: Dñe ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? dicit Theophilus: Petrus cui iam
commissa fuerat ecclesia, quasi omnium curam gerens, ingt. Ad hæc respondẽdum, q qdã
dixerunt Petro claues esse collatas p inducta ỹba apud Matthæum scripta, cum ait salua
Matt.16 tor: Tibi dabo &c. sed Beda & alij contradicunt, & dicunt q illis uerbis non datæ sed pro-
missæ fuerunt Petro claues: id quoq; etiam Thomas in Summa contra gentiles libro quar
to testat. Ad autoritates uero adductas dici põt, q illo loco seu ante Chri passionẽ Petrus
claues accepit, & ecclesia sibi commissa fuit, nõ reali exhibitione, sed certa promissione: nã
& cæteris apostolis ante Christi passionem promissæ leguntur hæ claues aut datæ quo-
Matt.18 dammodo, cum apud Matthæũ locutus est Christus: Quæcunq; ligaueritis in terra, erũt
ligata & in cœlo.

Articulus XIIII. De quibusdam uerbis fratris Vlrici in Summa sua.

VLricus frater ordinis Prædicatorum discipulus Alberti magni, in Sũma sua li-
bro sexto sic ait: Quia de cõparatione apostolorũ adinuicẽ frequẽter quæritur,
dicam quod sentio. s. q Petrus & Paulus non solum quãtum ad consecrationẽ
& ordinem qualiter etiam omnis episcopus, par est Papæ, sed & quantũ ad ad-
ministrationẽ pares fuerunt: quoniam aliter Paulus non p æqualem conditionẽ apostola-
tum suum, quod nomẽ potius sonat administrationẽ missi quàm ordinis dignitatem, apo
Gala.2. stolatui Petri comparasset, dicẽs: Qui operatus est Petro in apostolatũ circũcisionis, operatus
est & mihi inter gentes: nec ei in faciem restitisset: quia ut dicit Hieronymus, Petrus Paulũ
reprehẽdit: quod nõ auderet, nisi se nõ imparẽ sciret. Et Gratianus quidẽ exponit hoc de
puritate uitæ & sanctitate conuersationis: sed hæc expositio textui non consonat, quia redar-
1.Timo.5 guere coram oĩbus potius ptinet ad officiũ ecclesiasticæ dignitatis (illi em̃ redarguũt pec-
cãtes coram omnibus) q̃ ad sanctitatem cõuersationis cui dicit: Argue eum inter te & ipm̃
solum. Et ut de omnibus apostolis dicamus, sciendum est q potest in eis considerari autori
tas psonalis & successionis. Primo mõ habuerunt omnes non solum parem, sed etiã eandẽ
autori-

autoritatē: si enī ordo inter eos fuisset, unus ab alio autoritatē sumpsisset, q̄d nō est uerū, cū oēs immediate à Chr̄o autoritatē acceperint: sed sc̄do mō soli Petro collata est hæc ptās, ut. s. sui successores haberēt plenitudinē ptātis: qa ei soli commisit oues suas, & successores aplo͞ꝝ in partē solicitudinis uocant, sicq̨ ordo ecclesiasticę hierarchię post ædificationē ecclesię in suis partib. potestatiuis integer cōsistit: q ordo in uno Cepha. i. capite cōsummat: hoc enī exigit in q̄libet uno ordie, ne regnū in se diuisū desolet. Vñ dicit glossa: Ideo Chr̄s Petrū principē aplo͞ꝝ constituit, ut ecclesia unū principalē Chr̄i uicariū in caput haberet, ad q̄d diuersa ecclesię mēbra recurrerēt, si forte inter se dissentirēt, qa nō erāt apl̄i in unum colligēdi, sed in uniuersum orbē dispgendi: sed collectis oībus in unū ouile, fuit necessarius unus pastor. Hucusq̨ Vlricus. Cuius ꝟba multiplicē uidētur pati instantiā. Prio, qa præcedenti articulo dictū est, queādmodū inter ecclesiasticas potestates apostolis à Chr̄o collatas q̄nta sit ptās dispositiōis ministro͞ꝝ, q̄tū ad eclesiasticę iurisdictionis determinationē, ut euitetur cōfusio dissentionis ꝑnota in populo & inter ministros, si ipsi indistincte atq̨ æqualiter de om̄i populo curā haberēt: & hæc ptās collata ē soli Petro pro se & successorib⁹ suis. Vñ ut allegatū est, sc̄dm Thomā usus potestatis alijs apostolis datę esse debuit pręsupposita ptāte Petri sc̄dm ipsius ordinationē. Nec obstat q̄ Paulus diuersis in locis p̄dicauit, anteq̄ Petrū uidit, & absq̨ ordinatione ipsius: qa Chr̄s pręfatam ptātem nō taliter cōtulit Petro, q̄n sibi ipsi eā seruauit, & p seipsum aliqua ordinauit: qa & Thomā apostolū ut legitur, direxit ad Indiā. Hinc ut tactū ē, Thomas affirmauit, q̄ Petrus præ alijs apostolis habuit potestatē iurisdictionis. Præterea Chr̄s primus papa summus' ue pontifex totius ecclesiæ sub tempore gratiæ soli Petro reliquit & dedit dignitatem & autoritatem papalem, uidelicet iurisdictionem & pręsidentiam super totam ecclesiam, maior ergo fuit potestas, iurisdictio atq̨ prælatio Petri q̄ aliorum apostolo͞ꝝ: aliter quoq̨ Petrus non fuisset plenus & proprius Christi uicarius. Insuper, cum dei perfecta sint opera sc̄dm Moysem, & quæ à deo sunt, ordinata sunt sc̄dm Paulum, ordo etiam sit q̄d optimum in rebus sc̄dm Dionysiū, constat q̄ beatissimū id apostolo͞ꝝ collegium post Christi ascensionē ordinatissime dispositum fuit ac mansit: ordo aūt seu ordinatio talis exigit cōgruam habitudinē inter superiores & inferiores: Christus uero q̄diu inter apostolus fuit, eo͞ꝝ extitit princeps, prelatus atq̨ superior: ergo recedens ab eis constituit & reliquit eis aliquē loco sui in principē & pręlatum, & is fuit Petrus. Rursus pulchritudini ordinis ecclesiasticæ hierarchiæ repugnat, q̄ omnes apostoli fuissent capita ecclesiæ æque prima & principalia, ideo unus cūctis pręlatus est. Sed & ipse Vlricus testatur, q̄ Christus præfecit Petrum toti ecclesiæ, ergo & cæteris apostolis, qui ipsius ecclesiæ præclarissima membra fuerunt. Chrysostomus quoq̨ testatur, q̄ Petrus fuit uertex collegij, & loco Christi præpositus, id est, apostolorum, & secundum Theophilum, apostoli Petrum loco Christi habebant. Hinc sanctus Cyrillus in libro Thesauro͞ꝝ fatetur: Ipsi beati apostoli in epistolis atq̨ euāgelijs affirmauerunt in om̄i doctrina Petrum esse loco Christi in eius ecclesia, Petro locum præstantes in omni concilio & synagoga, in omni loco & confirmatione. Deniq̨, argumenta Vlrici robur non habent aduersus hanc ueritatem, præsertim quia & ipsi apostoli multis annis in India manserunt, sæpeq̨ conuenerunt, & in Ierusalem multa milia Christianorum sub eis fuerūt, ubi deoportuit unum cunctis præesse. Paulus demum suum apostolatum comparat apostolatui Petri, non ut se Petro ostendat æqualem, sed quòd ab eodem domino Iesu CHRISTO gratiam apostolatus sortitus sit, unde & Petrus: Quomodo autem Paulus restitit Petro in faciem, & de uerbis circa hoc Gratiani, in priori habitum est libro. Sed his obijci potest, quod in sermone disseruit Leo Papa, Petrum & Paulum gratia dei in tantum apicem inter omnia ecclesiæ membra prouexit, ut eos in corpore, cui Christus caput est, quasi geminum constitueret lumen oculorum. De quorum meritis atq̨ uirtutibus, quæ omnem loquendi superant facultatem, nihil diuersum, nihil debemus sentire discretum: quoniam illos & dilectio pares, & labor similes, & finis facit esse æquales: sed hæc obiectio soluit seipsam, cū ex argumenti processu pateat, S. Leonē loqui de æqualitate pfectionis in sanctitate ac meritis, quæ est pfectio ptinens ad dona grāæ gratū faciētis, nō de æqualitate potestatis, prelationis & iurisdictionis ad dona gratiæ gratis datę spectante: in his quippe tanta fuit excellentia Petro super Paulum, quod sicut in passionali sanctorum habetur, tempore martyrij eorum Paulus dixit ad Petrum: Tuum est præcipere, meum orare.

Iohan. 21. Matt. 12. Deut. 32. Rom. 13.

Gloss

Glossa quoq; super epistolam ad Galatas ait, quod alij apostoli Petro obedierunt: & est glossa illa ex uerbis Augustini suscepta. Vnde & beatissima Maria Magdalena à principe gentili cui prędicauit, interrogata: Potes defendere fidem quam prędicas? dixit: Equidem illā defendere prestosum, utputa quotidianis miraculis & prędicatione magistri nostri Petri, q Romæ pręsidet, roboratā. Preterea, loco pręfato scribit Vlricus: Quāuis duo gladij præcepto dñi in ecclesia sint distincti, tamen habent ordinē inter se: Nam sacerdotalis potestas habet iudicare ex potestate clauium, quæ potestas extendit ad omnes homines super terram: propter qđ suprema potestas sacerdotalis. i. papalis, à nullo potest iudicari, nisi à deo, di. 9. q. 3. facta subditorū à nobis iudicantur, nr̃a aūt à dño. Et hoc ideo, quia superiorem nō habet: potest tamen iudicari iudicio fraternę charitatis, sicut Paulus redarguit Petrum: unde dicit glossa, q̄d Paulus fecit libertate charitatis, hoc Petrus sustinuit humilitatis & pietatis uel, si ipse Papa spōte se subiecit iudicio inferiorū. Vnde Leo papa scribit Lodouico imperatori: Nos si incompetenter aliquid egimus, uestra ac missorum uestrorum cuncta uolumus emēdare iudicio. Vel si per infidelitatem à petra in qua autoritas Petri solidata est, remotus fuerit: Tunc eñ necesse est, ut fundamēto sublato, sua autoritas cadat: & ideo potest tunc de hoc crimine etiamsi notorium non est, accusari & condemnari, 40. dis. c. Si Papa. Et quia contumacia hæresis uocat, & contumax infidelis dr̃, 11. di. c. Nullus, ideo qdam dicunt idē in quolibet crimine notorio, de quo Papa nō corrigit se propter quācunq; correptionem fraternam: sed hoc (ut ait Vlricus) non credo. Verum quia cum stabilis maneat sua autoritas quamdiu in petra quæ Chr̃s est fundat, & hoc sic etiam per fidem informem, ipse sola sua fide manēte, non habet superiorem à quo possit iudicari. Insuper quod soli infidelitati tribuit, de alijs criminibus negat. Cōtumacia aūt transsumptiue dicit infidelitas, ideo argumenta sumpta ex talibus tanquam sint proprie dicta, nihil ualent. Hucusq; Vlricus: cui tamen in hac parte contradicunt q̄ plures, sed de hoc in priori tractatulo plenius dictum est.

Papa non ab homine, sed a solo deo iudicat. 9. q. 3. c. facta.

40. di. c. Si papa.

11. d. c. null°.

Articulus XII. Obiectio breuis contra præhabita, & eius solutio.

FRequenter iam dictum est, summum pontificem habere plenitudinem potestatis: sed obuiare uidetur, quod super tertium Sententiarū d. 37 Petrus de Tharētasia affirmat, sic eñ arguit: Omnis uicarius habens à dño suo commissam sibi plenitudinem potestatis, potest in preceptis domini sui dispensare, sed talis est Papa. Ad qđ Petrus iste respondet, hoc uerum est de uicario habente plenitudinem potestatis uniuersalem, non de illo qui habet restrictam & determinatā: uicarius aūt Christi non habet plenitudinem uniuersalem, Non eñ potest facere miracula quę Christus faciebat, nec dare nouum euangelium, sed habet potestatem restrictam ad ea quę pertinent ad cathedram suā: sed istud præhabitis non repugnat, sed consonat: quoniam sæpius dictum est quod Papa sua debeat uti potestate secundum legē sibi à Christo præfixam, & prout ad sui pontificij spectat officium: unde etiam non in omnibus absolute magis obediendum est ei, q̄ cuiq; alteri, sed in his quæ cathedram suam concernunt, obediendum est ei: propterea idem doctor præallegata dis. sic ait, Secundum gradus seu species superioritatis determinandus est modus obediētiæ, Omnis eñ anima potestatibus sublimioribus subdi debet secundum Apostolum, ptās aūt sublimior aut præsidet in spiritualibus, ut prelatus ecclesiasticus, & in his illi est obediendum. aut in tēporalibus, aut ergo quo ad regimen reipublicæ, ut princeps, ideo in ptinentibus ad huiusmodi regimen est ei obediendum, aut quo ad regimen familiæ, ut paterfamilias, & quo ad hoc est ei à domesticis obediendum, hæc aūt in priori opusculo finaliter dicta sunt. Itaq; potestas Papę per comparationē ad Christum restricta est, sed in comparatione ad alios prælatos ecclesiæ dicit plena.

Rom. 13.

Articulus XIII. Cum quanta reuerentia loquendum sit de summo pontifice, & de dignitate Papali, quàm etiam reuerenter occurrendum ac deferendum sit ei.

Luc. 10

CHristus suis apostolis & in eorum persona uniuersis suis uicarijs aliorum rectoribus ait, Qui uos audit, me audit, & quos spernit, me spernit. Paulus quoq; prima ad Thessalonicenses 3. scribit, Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum. Quò ergo diuinior, admirabilior atq; sublimior est Papæ autoritas & ptās, eò tam de ipso summo pontifice q̄ de eius dignitate reuerentialius loquendum est & agendum, imò & tanto indecentius est irreuerenter oracula minus reuerenter loqui de eo. scribentē ergo de summo pontifice indecens esse uidet eum frequenter hominē ærumnosum uocare

uocare, quamuis communi mortalis naturæ fragilitate non careat. Hinc Ockam super Cã tica scribit: Quoniam perscrutator maiestatis, opprimetur à gloria, uelut inscius & inexpertus, summi pontificis personam sicut describere nequeo, ita uelut indignus non præsumo: quia cum spiritualis potestas caput habeat summum pontificem, ipsi summo pontifici possunt aptari quæcunque in capite possunt laudabilia inueniri, secundum Hugonem libro de Sacramentis: Possumus tamen dicere cum reuerentia & humilitate, quod caput istud debet esse dulcoratum stillicidio pietatis paternæ, decoratum priuilegio sanctitatis internæ, honoratum fastigio dignitatis supernę, fidutialiter dico, tantam esse autoritatem ac dignitatem Papæ, ut etiam Seraphin & Cherubin inde mirentur, cernendo hominem mortalem in terra esse plenum dei incarnati uicarium, totumque mundum ei esse subditum & cõmissum, atque utriusque potestatis plenitudinem ei esse collocatam. Hinc ergo etiam tempore generalis concilij multum ualde deferendum est summo põtifici, eiusque indignatio atque offensa quantum rationabiliter fieri potest, cauendę sunt: sed beneuolentia eius semper pro posse captanda est. Deniqꝫ, Thomas & Aegidius questione qua querunt, an à principibus immutandæ sint leges & consuetudines patriæ, dicunt hoc passim & faciliter fieri non deberet: quia & si leges nonnunquam possint in aliquid utilius commutari, tamen frequenter ex alia parte ex tali mutatione maius contingit incommodum: quod si probabiliter putetur oriturum, mutatio legum & consuetudinum est uitanda, nisi in iustitiã. Cõtinenter similis consideratio elici potest, an expediat Papam absolui: quia & aliqua licent, quæ non statim expediunt. Itaque ut ex prę inductis ostensum est, concedi non debet, quod apostoli oẽs fuerunt in potestate & iurisdictione æquales, sed quod Petrus fuit princeps utique spiritalis, id est, prælatus eorum, imò hoc fuit error Armeniorum dicere, quòd apostoli omnes fuerũt in potestate & autoritate æquales: sicut & error Græcorum fuit, quod Romanus pontifex nõ præesset toti & uniuersali ecclesiæ: propter quod utrique subtraxerunt se ab obedientia Papę. Talium ergo erroribus nec cõmunicare nec appropinquare debemus. Postremo, quomodo Papa secundum diuersas sui considerationes sit non solum ut aliqui dicunt, seruus & filius atque discipulus ecclesiæ, sed etiam pater, princeps seu dominus ac magister eiusdem, & quomodo in quibusdam sit supra eam, & in aliquibus infra eam synodaliter congregatam: quomodo etiam summa totius mundi huius potestas sit in Papa, loquendo de potestate præsidentiali & iurisdictionali, ex introductis in isto tractatulo, clarius autem ex præcedenti reor patere. Hinc secũdum doctrinam sancti Bernardi libro de Consideratione, Ad officium Papæ pertinet etiam infidelium conuersioni intẽdere, mittẽdo ad illos uiros idoneos, qui eis prędicent legem, nec sine peccato hoc omittit, nisi totalem habuerit causam se excusantem: ipsi quod quod infideles eo modo quo esse tenent Christiani, etiam obedire tenẽtur summo pontifici, utputa ei de iure subiecti, atque commissi ab unigenito dei filio, qui cum patre æterno & spiritusancto paraclεto unus est super oĩa deus sublimis & benedictus,

A M E N.

D.DIO

Cherubin et Seraphin mirantur de potestate Papæ.

Mutatio legum uitanda.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI DE AVTORITATE SVMMI PONTIficis & concilij generalis, Liber III.

VERBA sapientum quasi stimuli & quasi claui in altū defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore uno. His amplius fili mi ne requiras. Prudens deus supsapiēs & excelsus imbecillitatem, instabilitatem atq; multiplicem fallibilitatē mentis humanæ, quæ nisi desuper illustret, gratia corroboret, certis ac infallibilib. regulis innitat & gubernetur, in diuersos errores prolabit: eidem gloriose prouidit salubriterq; consuluit, quosdam electissimos homines supnaturaliter instruendo, eorumq; mētem & linguam in loquendo atq; scribendo, infallibiliter dirigendo, ac per eos etiam aliquos de necessarijs ad salutem docendo: horum ab exordio seculi primi fuerunt patriarchæ prophetæq; sancti. Deinde, cum temporis plenitudo uenisset, unigenitus dei ueraciter incarnatus, & inter homines conuersatus, proprio ore suos informauit discipulos, quibus multa dicere ante passionem suam haberet, quę illi protunc portare nequibāt, promisit eisdem: Cum uenerit ille spūs ueritatis, docebit uos oēm ueritatem. Hanc promissionē
Iohan.16 quinquagesimo post suam resurrectionem die gloriosissime adimpleuit, sicq; per beatissimos apostolos & eorum coadiutores mundum edocuit uniuersum. Deinde secūdum exigētiam tēporum & locorum in uarijs mundi partibus plurimos suscitauit uiros egregios, sapientes & sanctos, per quorum fidelia documēta omnem illuminauit ecclesiam. Illi sunt sapientes uiri, magistri nostri, doctores catholici, quorum uerba quasi stimuli prohibētur, quoniam torpentia excitant corda, & frigidas mentes accēdunt, fluitantibus quoq; inuicte resistunt. Nempe quid uerba sunt hoꝝ nisi quædam scintillæ supacutissimi & supferuidissimi uerbi ęterni, propter quod Salomon protestat: Omnis sermo dei ignitus. Et Dauid ad
Prou.30. dominum: Ignitum inquit, eloquium tuum uehementer. qd̄ Ieremias expertus, Factus est
Psal 118
Iere 20 ait, sermo dn̄i in corde meo quasi ignis exæstuans, & defeci, ferre nō sustinens. Insuper horum sapiētum nostrorum uerba sunt quasi claui in altum defixi, id est, profunde incussi, cū inuiolabilis insuperabilisq; ueritatis existant. Hæc data sunt nobis per consilium, prudentiam ac doctrinam magistroꝝ nostroꝝ, quorum unus ait: Quæcunq; scripta sunt, ad no-
Rom 15. stram doctrinam scripta sunt. Et hoc à magistro uno, qui de seipso effatus est: Vnus est ma-
Mat.23
Iohan.13. gister uester Chr̄s. Itemq; Vos uocatis me, magister & domine. Itaq; his uerbis nil amplius requiramus, hoc est, nihil quod in eis uirtualiter non cōtineatur, aut quod eis nō consonet, acceptemus: sed solidissimis antiquorum doctorū ac patrum nr̄orum dictis & scriptis irremouibiliter insistamus, quēadmodum ad Hebręos monet Apl's: Doctrinis uarijs & pe-
Heb.13 regrinis nolite abduci. Et Eccli 5. habetur: Esto firmus in uia dn̄i, & in ueritate sensus tui.

Articulus I. De motiuo atq; materia tractatuli huius.

MOdico euoluto iam tēpore, duos collegi tractatus de ptāte & autoritate summi pontificis ac gn̄alis concilij, in quibus quoniam quædam contēta sunt, quæ quibusdam non posse stare uidentur, & contra quæ unus nunc specialiter scripsit, inductus sum ista adijcere ad defendendum, declarandum ac roborandū ea quæ in illis scripsi opusculis. Deniq; illū qui cōtra me scripsit, per meipsum ac alios multipliciter & instanter rogaui, ut scriptum suum mihi ostēderet, offerens me paratū uel ad rationabiliter respondēdum, uel ad humiliter acquiescēdum, præsertim cū & ego mea opuscula ea conditione acquieuerim ei ostēdi, ut & ipse sua mihi monstraret, uerum in petitione hac non profeci: unde nec scriptis obiectionibusq; ipsius pronunc ordinate ac formaliter respondere præualeo, quod tamē postea deo auxiliante facturus sum, si me ea cōtigerit intueri, nec aliunde fuero impeditus. Veruntamē intellexi in gn̄ali quæ nam illa sint puncta in tractatulis meis contēta, contra quæ ille scripsit: quandam quoq; responsionem ipsius, qua multas à me inductas autoritates & rationes soluere ē conatus, quam infrà monstrabo inanem, & nunc ea quæ ipse singulariter reprobat, singulariter comprobabo, animum clarius recondēs, neq; in scriptis meis nec autoritati domini Papæ, neq; gn̄alis concilij de scriptis canonicis, aut in libris authenticis, aut in catholicorum doctorū uoluminibus expresse dicatur, certe ex eis euidēter sequitur, si quo minus, nequaquam incorrigibilis ero, imò plane ut decet, sub correptione omnia scribo, ad quod tanto plus teneor, quanto inferioris

gra

gradus ac minoris esse scientiæ cognoscor.

Articulus II. Quæ sunt illa in quibus quibusdam uideor in præfatis opusculis deuiasse.

IN primo opusculo, cuius exordium est, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, scripsi eos in aliquo potestati ac dignitati derogare papali, qui summum pontificem negant præesse toti ac uniuersali ecclesię: Illos quoq; generalium derogare auctoritati conciliorum, qui dominum Papam sicut uniuersali affirmant prælatum ecclesiæ, ita in nullo subesse generali concilio, sit astrictus: sicq; inter duas huius temporis opiniones nimis extremas mediam uiam elegi, asserens summũ pontificem in his quæ ad suam ꝑtinent cathedram seu suum magisterium officiumq; concernunt, toti & uniuersali præsidere ecclesiæ tam coniunctim q̃ diuisim consideratæ aut sumptæ. Nihilominus generale concilium in his quæ determinationem eorum quæ conciliariter sunt tractanda, esse quodammodo super Papam: quod qualiter reor intelligendum, quæ item sint illa quæ ad supremi pontificis cathedram, & quæ ad generalis concilij forum pertineant, in primo libello præsertim ibidem articulo 26. plenius declaraui. Itaq; quoniam scripsi Papam præesse uniuersali ecclesiæ iuxta sensum prętactum, etiam alias plures propositiones ex hoc sequentes atq; aliquibus displicẽtes asserui, utpute quod Papæ sit totam ac uniuersalem ecclesiam purgare, illuminare, perficere, gubernare ac iudicare, eidem pręcipere ac legẽ pręfigere, generalemq; canonem & constitutionem formare. Præterea quod Papa sit uniuersalis ecclesiæ caput & sponsus, pastor & pontifex; prælatus & rector, summus hierarcha & pater, purgator, illuminator, perfector & iudex. Quod item in Papa sit plenitudo ecclesiasticæ potestatis seu summa potestas ecclesiæ, loquẽdo de potestate iurisdictionis & prælationis: huiusmodi propositiones & alia quędam pluries scripsi, prout opportunis in locis particularius tangam. Hęc igitur nunc euidentius sunt probanda, & quędam obscurius aut certe breuius celeriusq; prolata resolutius sunt pandenda.

Articulus III. Confirmatio prędictorum, uidelicet quod Papa pręsit toti ac uniuersali ecclesię etiam simul sumptę seu collectiue cõsideratę, ex dictis pręclari doctoris reuerẽdiq; patris dñi Petri de Alliaco Cardinalis.

QVidam uelut in sua subtilitate ac scientia gloriantes dicere solent, non nisi quosdam grossos iuristas suis textibus superficialiter innitentes, summũ põtificem toti ac uniuersali pręferre ecclesię, ac per hoc generalium conciliorum auctoritatem deprimere. Vt ergo appareat quàm uerum sit hoc, disputationem hãc à profundi nimis sacrę theologię doctoribus, qui ante paucos annos fuerunt, suisq; temporibus habuisse maiores non æstimantur, generalium quoque conciliorum fuisse fautores noscuntur præcipui, inchoabo, utputa à Petro præfato: deinde ab exercitatissimo in scholasticis uiro, magistro Iohanne Gersone Cancellario Parisiensi, qui ambo in Constantiensi concilio inclyte floruisse, & de ista materia plura scripsisse sciuntur. Itaque in libro de ecclesiastica potestate Petrus de Alliaco disseruit: Beatus Petrus apostolus prius fuit pontifex summusq; episcopus Romanus: utrunq; tamen episcopatum à Christo immediate accepit. Cum enim Christus dixit ad eum, Pasce oues meas, dedit ei potestatem erigendi sedem ubicũq; uellet, ut ibi esset particularis Episcopus. Vnde sicut ecclesiasticæ tradunt historiæ & sanctorũ patrum decreta testantur, Petrus quatuor annis tenuit cathedram ecclesiæ nullam sibi particularem ecclesiam eligendo, sed tanq̃ prælatus & caput omnium fidelium sedebat ubicũq; uolebat. Vnde in Hierusalẽ, ubi legitur Iacobus statim post Christi ascensionem à Petro cæterisq; apostolis fuisse Episcopus ordinatus, Petrus licet in omnibus pręfuerit, tamen illam ecclesiam tanq̃ sibi specialẽ non elegit, sed post quatuor fere annos Antiochię sedit annis septem, & illam sibi ecclesiam appropriauit. Deinde apparente & reuelante sibi Christo Romam transtulit sedem suam, & ibi factus est Romanus Episcopus, & ita extunc in Petro & successoribus suis duo episcopatus concurrerunt, uidelicet, uniuersalis ecclesię & particularis ecclesiæ Romanæ: sicq; patet, quòd beatissimus Petrus prius fuit episcopus uniuersalis ecclesię, & per prius comparatur ad eam quàm ad quancunq; particularẽ ecclesiam. At uero pręallegato libro idem disseruit doctor: Prius Antiochena & deinde Romana ecclesia super cęteras ecclesias obtinuit principatum, & à tempore q̃ Petrus & sui successores summi pontifices fuerunt & erunt Romanę ecclesię episcopi, ipsa Romana ecclesia fuit & erit caput omnium particularium ecclesiarum ac totius uniuersa-

Iohan. 21

lis ecclesiæ, hac ratione, quoniã eius particularis episcopus.s. Papa est caput uniuersalis ecclesiæ, eo modo loquendi quo una metropolitana ecclesia dicitur caput omnium ecclesiarum suffraganearum, quia episcopus eius est caput seu archiepiscopus suffraganeorum. Et in hanc sententiã concordant Ecclesiasticę historię & sanctorum patrum decreta. Vnde ad hũc sensum negare Romanã ecclesiam esse caput omnium ecclesiarum, est hęreticum, sicut negare summum pontificem esse caput ecclesię. Imò Papa est caput & pontifex summus uniuersalis ecclesię. Amplius idem asserit doctor: Romana ecclesia pręmissam capitis autoritatem & pręeminentiam obtinet nõ tam humana traditione q̃ diuina, & hoc rõne Petri apostoli uicarij Christi, & cuiuslibet sui legitimi successoris, qui ex Christi institutione sub eo tanq̃ principali capite tam Romanæ q̃ uniuersalis ecclesiæ caput fuisse uel esse dinoscit. Item ait in libro pręfacto: Non solum quęlibet congregatio ecclesiasticorum una speciali unitate, est una ecclesia, sub uno capite scilicet Papa, cui incũbit cura ecclesiæ gñalis: ideo ipse est uniuersalis dispensator tanq̃ supremũ mẽbrum ecclesiæ oĩm gñaliter ecclesiasticorum bonorum spũalium ac tpalium. Omnia hæc uerba sunt præfati doctoris, ex qbus ea quæ de pręeminentia, potestate ac pręsidentia dñi Papę super totã & uniuersalẽ ecclesiam scripsi, euidenter probant. Primo, qm uniuersalis ecclesia aliud prorsus non est, q̃ una totalis ecclesia, ex omnibus particularibus ecclesijs congregata, integrata constans collecta, sicut ex uerbis Bedę & Alberti in secundo Tractatulo est ostensum. Vnde quarto Moraliũ ait Gregorius: Multiplicatę fidelium ecclesię unã catholicam.i. uniuersalem efficiunt. Si uero dicat, sicut nunc quidam cõmuniter dicunt, ꝙ Papa pro tanto asserit uniuersali pręesse ecclesię, quoniam cuicunq; particulari ecclesię pręest. Verum nõ esset quòd Petrus prius fuit episcopus uniuersalis ecclesię q̃ alicuius ecclesię particularis. Quòd item papa per prius comparatur ad uniuersalem ecclesiam q̃ ad q̃cunq; ecclesiã particularẽ. Si em̃ dicetur pręesse uniuersali ecclesię, qm̃ pręest cuicũq; ecclesię particulari, tũc ratio cur Papa dr̃ pręesse uniuersali ecclesiæ esset autoritas ac præsidẽtia sua sup q̃cunq; particularẽ ecclesiã: ergo p prius compararet ad q̃cunq; seu aliquam particularẽ ecclesiã q̃ ad aliquã uniuersalem, magisq; proprie diceret episcopus cuiuscunq; seu alicuius particulariũ ecclesiæ q̃ ecclesiæ uniuersalis, iuxta illud Philosophi: Propter q̃d unũquodq; tale, & illud magis. Causa quoq; seu ratio alicuius naturali ordine prior est illo cuius est causa seu rõ: imò si ita esset, Papa ad minus per prius compararet ad Romanam illam particularẽ q̃ ad uniuersalem. Insuper uniuersalis ecclesia diuisim accepta nõ est nisi ipsę particulares ecclesię seorsim seu cõiunctim sumptę: si igitur Papa nõ pręest uniuersali ecclesię nisi diuisim, tũc p prius cõpararetur ad particulares ecclesias seu ad aliquã aliquas ue earum, q̃ ad uniuersalẽ ecclesiã. V n̄ si p prius cõpararetur ad uniuersalẽ ecclesiã, oportet ꝙ cõpararetur ad eã formaliter sumptã, uidelicet inquantũ est uniuersalis, ꝙ nõ est nisi cõiunctim accepta. Præterea nisi Papa pręesset toti uniuersali cõiunctim cõsideratę seu pariter sumptę, uerum nõ esset q̃d astruit doctor pręfat⁹, dicẽdo: Oẽs ecclesiasticę cõgregationes hñt quandã gñalẽ unitatẽ, inquãtũ sunt una ecclesia sub uno capite.s. Papa: hãc quippe gñalẽ unitatẽ sub Papa seu p cõparationẽ & reductionẽ ad ipsum nõ hñt nisi inquantũ cõiunctim seu simul uel collectiue sumũtur: diuisim nã ꝙ acceptæ huiuscemodi gñalem unitatẽ nõ hñt sub propria nec una sub ipso extant ecclesia. V n̄ sic argui potest: oĩbus ecclesiasticis cõgregatiõibus pręsidet Papa, scd̃m q̃d una ecclesia sunt sub ipso, & inquantũ gñalẽ unitatẽ hñt p respectũ ad unũ põtificẽ summũ, uidelicet Papã: Itẽq; prout reducũtur ad ipsum sicut ad caput unũ: sed nullũ horum triũ cõuenit oĩbus ecclesiasticis cõgregationibus quantũ ad Papã, nisi inquantũ coniunctim sumũtur: ergo toti & uniuersali ecclesiæ cõiunctim pręsidet ipse, pręsertim cũ cõgregationes diuersæ nõ cõstituant unũ corpus mysticũ sub capite uno nisi coniũctim accipiãtur: sic nec plura mẽbra efficiunt unũ corpus naturale, nisi simul accepta, quẽadmodũ in II. opusculo diffusius probatũ recordor: propter q̃d ait Boethius: Nõ entibus aggregatis unio est forma. Porrò à forma nomen, ratio speciesq; sumuntur, secundum philosophos.

Gregorius.

Boethius.

Articu. IIII. Demõstratio earundẽ ueritatũ, & de pręlatione ac pręeminẽtia beatissimi Petri sup cęteros apl'os, & qualiter dñi Cardinales succedũt apl'is, ex dictis eiusdẽ doctoris, cuius scripta, cœlesti reuelatione facta de sancta Clara, corroborantur.

RVrsus in libro de Ecclesiastica potestate Petrus de Alliaco affirmat ecclesiasticas potestates.s. Papatus, Cardinalatus in apostolis præfuerũt, puta in Petro papalis dignitas, & in alijs apostolis ipsius cardinalatus autoritas, quia ut patet ex decursu Actuum apostolorum alijsq; ecclesiasticis historijs, atq; sanctorum patrum decretis, ante diuisionem apostolorum ipsi apostoli Petro tanq̃ principale gerenti officiũ

ad

astiterunt, tanq̃ Cardinalatus ministerium exercentes: sicut nunc Papæ assistunt Cardinales, tanquam ipsius principales assessores & consiliarij & cooperatores in regimine uniuersalis ecclesiæ. Postquam uerò apostoli à Petro separati, & per diuersa mundi loca ad prędicandum diuisi sunt, diuersas sibi diœceses sunt sortiti, atq; extunc episcopale officium exercuerunt: unde ex hoc potest inferri, q̃ dicti apostoli prius fuerunt Cardinales quàm episcopi: seu q̃ prius exercuerunt Cardinalatus ministerium quàm episcopale officium. Prętereà scribit hic doctor libro prætacto, sicut Petrus prius fuit Papa orbis .i. uniuersalis ecclesiæ quàm urbis, puta Romanæ ecclesię, sicut apostoli prius fuerunt Cardinales orbis q̃ aliqui fierent Cardinales ecclesię Romanæ urbis: & in signũ huius distinctionis in inuestitura papatus dicitur Papæ: Inuestio te de Papatu, ut præsis urbi & orbi: in utraq; autẽ prę sidentia assistunt Papæ Cardinales tãquam speciales ipsius adiutores uice & nomine tam Romanæ quàm uniuersalis ecclesię. Ideo Papa ante suam consecrationem profiteri debet sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium consensu, directione & rememoratione ministerium suum gerere atq; peragere, ut patet in professione quam Bonifacius fecit octauus. Itaq; sacro collegio atq; senatui apl'orũ succedit in ordine hierarchię collegiũ Cardinalium, uidelicet quãtum ad illum statum, quo apostoli assistebant Petro antequam post eorum diuisionem fierent particularium ecclesiarum episcopi: statui autem apostolorum, inquantum fuerunt episcopi, succedit ordo episcoporum: septuaginta uero discipulis succedunt presbyteri. Ex præinductis infert hic doctor: Ex his sequitur, q̃ ad Romanos pontifices p̃tineat episcopos ordinare: unde & Petrus multos in Roma ordinauit episcopos, quos ad loca diuersa direxit, & de concilio apostolorum Iacobum Ierosolymorum ordinauit episcopum. Insuper scribit hic doctor: Apostoli possunt tripliciter cõsiderari: Primo, ut Christo principaliter astiterunt ante eius passionem. Secundo, ut astiterunt Petro tãquam primo pastori ante apostolorum diuisionem, & separationem à Petro. Tertio, ut ex præcepto Christi postea à Petro separati, per mundum se diuiserunt. In primo statu apostoli pares fuerunt, nec præfuit eis Petrus: in secundo & tertio præfuit eis. Et quantum ad primũ & secundum statum Cardinales repræsentant apostolos, in hoc q̃ assistunt Papæ, qui est Christi uicarius & Petri successor: sed quantum ad tertium statum, episcopi succedũt apostolis, hinc ad statum Cardinalium tanquam ad statum apostolicum primo pertinet unà cum Papa regimen & ordinatio totius ecclesię. Nam sicut p̃fectio episcopalis status in hoc consistit secundum Thomam secunda secundę, q̃ quis diuina dilectione se obligat ad hoc ut curam proximorum gerat, & eorum saluti insistat, qui suo regimini specialiter sunt cõmissi: ita perfectio status Cardinalium in hoc consistit, q̃ ex charitate se obligãt ut cum capite suo Christi uicario generaliter fidem & Christianitatem usq; ad sanguinis effusionẽ defendant, in cuius signum galerum uel pileum rubrum ferre dicũtur. Hinc ad Papam & Cardinales p̃tinet declaratio ueritatum necessariarum aut utilium ad salutem prę cæteris ecclesiis particularibus. Deniq; prę inductis huius doctoris doctrinis cõcordat, quod in legenda sanctissimę Claræ narratur. Vt enim ibidem describitur, cum beata Clara grauiter infirmaretur, moxq; moritura æstimaretur, atq; ob hoc sorores ac filię eius incõsolabiliter flerent, quædam diuina ac ueneranda p̃sona in uisione apparẽs, eisdem dixit: Nolite ò filię flere uicturam hanc Claram, quoniam mori non poterit quousq; dñs cum suis discipulis ueniat. Ecce post modicum tempus p̃uenit curia Romana Parisium Reuolutoq; anno, dominus Papa cum Cardinalibus de Perusio transiuit Asisium, ut de transitu sanctæ Claræ prę ostensa uisio sortiretur effectum: ipse nãq; summus pontifex ultra deum & citra hominem existens, p̃sonam domini repræsentat, cui in templo militantis ecclesię familiarius haberẽt uelut discipuli dñi Cardinales. Et sancta Clara cum à summo põtifice fuisset in extremis uisitata, dixit: Laudate dñm filię meæ, quoniam tale beneficium mihi Christus hodie dare dignatus est, quòd cœlum & terra non sufficiunt compensare: Nã ipsum recepi in sacramento altissimũ, & uidere merui eius uicariũ. Ex his digne pensatis patescit, quanta in exordio primitiuæ ecclesiæ fuerat beatissimi Petri excellentia sup̃ cæteros apostolos in autoritate, prælatione & potestate, talis utiq; qualis & nunc ẽ summi põtificis sup̃ Cardinales atq; episcopos. Quo constat uerum esse quod in secundo scripsi opusculo, Petrum post Christi resurrectionem aliorum fuisse apostolorum prælatum: quod item eis præcipere potuit: reprobaui etiã illic opinionẽ dicentiũ, q̃ in omnibus apostolis fuit autoritas p̃sonalis æqualis, imò & eadem, ita q̃ fuerunt capita ecclesiæ æque prima & principalia. Preterea ex eo quod in precedenti articulo dictum est, Petrum apostolum utrunq; uidelicet apostolatũ

Apostoli posfunt tripliciter cõsiderari

Fuit reuelatũ S. Claræ q̃ in p̃sona Papæ repræsentatur dñs Iesus Christus.

orbis & urbis immediate suscepisse à Christo ostenditur, inepta esse opinio asserẽtis, quod
Petrus apostolus auctoritatem & potestatem potestatisq; plenitudinem non immediate
accepit à Christo, sed ipsa ecclesia & Petrus per ecclesiam, contra quod in secũdo libro sa-
tis arbitror disputatum: quibus nunc addo quod in libro de ecclesiastica potestate asseris
Iohā. 21 Petrus de Alliaco: Christus dixit ad Petrum, Pasce oues meas, id est, sis pastor & prælatus
generalis, ad quem pertineat dispositio & regimen uniuersale ouium & ouilis. Quemad-
modum autem apostoli & discipuli, sic Episcopi & presbyteri ecclesiæ ministri à Christo
imediate potestatẽ ecclesiasticã acceperũt, tanq̃ ab eo qui solus est proprie & maxie caput
ecclesiæ. Nihilominus Petrus & quilibet eius uicarius Pontifex summus potest dici ca-
put ecclesiæ, inquantum principalis est inter ministros, & à quo tanq̃ à principali hierar-
cha & architecto, à quo modo dependet totus ministrorum ecclesiasticus ordo, uidelicet
Iohā. 18. cum cęteris apostolis, generaliter dictum est: Quęcũq; ligaueris super terram: tamen quia
hoc Petro specialiter dictum est, ideo principaliter dicitur claues accepisse, propter prin-
cipalitatem quam à Christo immediate accepit. Iterum ait hic doctor: Potestas & auctori-
tas Papæ non ab ecclesia seu electoribus, sed à Christo immediate depẽdet. Rursusq;, uni-
uersalis ecclesia uel congregatio ipsam repręsentans, originaliter & principaliter habet à
Christo ius eligendi sibi caput seu rectorem, cuius tamen capitis & rectoris auctoritas seu
potestas nõ ab ecclesia sed à Christo immediate depẽdet. Ex quo uerbo probatur & hoc,
quod Papa sit caput & rector uniuersalis ecclesiæ, quod doctor iste sæpissime asserit. Po-
stremo sic scribit: Christus ecclesiam suam instituit statibus, officijs, gradibus uarijs hierar
Ephe 4. chice distinctam, iuxta illud Apostoli: Vnicuiq; uestrum data est gratia secundum mensu-
ram donationis Christi. Ex quo sequitur, quod uarietas officiorum, graduum, statuum & di-
gnitatum in ecclesia, non est principaliter ex institutione ecclesiæ, nec ex cuiuscunq; puri
hominis auctoritate processit: unde nec eam destituere potest. Pręmissa uero uarietas ad
sui pulchritudinem ordinemq; requirit, quod inter auctoritates ecclesiæ regitiuas sit hie-
rarchica subordinatio, & quod una scilicet papalis auctoritas sit suprema ex institutione
Iohā. 21. diuina, iuxta illud Iohannis: Pasce oues meas. Vnde licet pluraliter dicat Apostolus, quod
Christus dedit apostolos & pastores, tamen ad innuendum quod dictum est, pręmisit, Vni
Ephe. 4. cuiq; uestrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, tanq̃ dicat, uni ue-
strum plus, alteri minus datum est: & uni supremum regimen ecclesiasticum Christus ita
cõmisit, utiq; respectu totius uniuersalis ecclesiæ, ut doctor iste frequenter testatur, imò &
Bonauentura super quartum Sententiarum, ex cuius scripto hæc sumpta uidentur, disseruit.
Itaq; ex dictis in isto ac pręcedenti articulis facile est probare, quod in duobus pręceden-
tibus scripsi opusculis, puta quod summi Pontificis sit totam uniuersalem ecclesiam purga
re, illuminare, perficere, gubernare & iudicare: quilibet enim pontifex & pręlatus, eccle-
siam, gregem seu plebem sibi cõmissam habet purgare, illuminare, perficere, iudicare ac re-
gere, in his quæ pręlationem & cathedram suam respiciunt: sed domino Papæ cõmissa est
tota uniuersalis militans tempore suo existens ecclesia, ut præinducta declarant. Similiter cõ
probatur processu, quod totius ac uniuersalis ecclesiæ Papa sit sponsus, rector, pręceptor,
hierarcha, pater, pręses & iudex.

Articulus V. De cõparatione dñi Papæ ad triplicẽ ecclesiã, ubi probantur quæ in primo libro induxi de potestate & iurisdictione summi pontificis, super ipsum quoq; generale cõcilium quantum ad aliqua, secundum præfatum doctorem.

IN prima materia huius tractatus asserui me medium ueritatis seruare inter duas po-
sitiones nimis extremas, quarum una sic pręfert uniuersale ac generale concilium il-
lam repręsentans summo pontifici, ut asserat eum nullam prorsus potestatem, iurisdi-
ctionem ac pręsidentiam super uniuersalem ecclesiam ac generale concilium esse sor-
titum. Porro, positio altera summum Pontificem sic pręfert uniuersali ecclesiæ ac gene-
rali concilio, ut affirmet Papam in nullo esse generali concilio subiectum. Inter hæc medi
ando conscripsi, quod Papa in his quæ ad suum directe spectant officium, uniuersæ
pręest ecclesię, ita quod & ipsi generali concilio possit auctoritatiue pręcipere ea quę sunt
concilio ipsi & fini ibi intento accommoda atq; salubria: hoc etenim competit Papę iure
diuino, eo ipso quo tota uniuersalis ecclesia sibi extat cõmissa: ideoq; non potest sibi aufer-
ri ab homine, quamdiu permanet Papa, pręsertim cum generalis concilij conuocatio & ce-
lebratio nequaq̃ in derogationẽ aut depressionẽ seu minorationẽ Papalis potestatis ac pręsi-
dentię

dentiæ cedent, ordinentur aut tendant, imò potius ad honoratiorē expeditioremq; usum ipsius, tanquam ad Papæ subsidiū. Vnde in primo opusculo articulo XXVI. sic scripsi: In his quæ papalis prælationis prælationem, mensuram, regulam magisteriumq; concernūt, Papa est super concilium & super totam ecclesiam, circa quam ipse uices Christi plenarie gerit, secundum beatum Cyrillum, sanctum Bernardum & Thomam, hoc præ cæteris, ut mihi apparet, clarius exprimentes. Si itaq; inquiratur: Quæ sunt illa in quibus Papa est super concilium, quæ sunt quæ magisterium, regulam & mensuram Papalis prælationis respiciunt? Dicēdum, q̄ omnis uicarius legislatoris ad hoc principaliter ordinatur, ut legem legislatoris sui à suis subditis faciat obseruari. Cum ergo Papa sit generalis, summus ac plenus Christi uicarius, hoc ad suæ prælationis mensuram, ad suæ præsidentiæ regulam, ad magisterij sui officium primo ac maxime pertinet, ut ad euangelicæ legis adimpletionem omnem inducat, quantum potest, populum Christianum per se & per suos ministros. Cū itaq; generale concilium congregetur præcipue propter bonum cōmune ecclesię, & propter causas animabus salubres: si Papa uellet aliquid agere uel iubere per quod bonum cōcilij impediretur, iam ipse transcenderet & exiret regulam ac mensuram magisterium' que suę prelationis ac potestatis, quę data est sibi in ædificationem, & non in destructionem, secundum Apostolum, qui etiam ait: Non possumus aliquid contra ueritatem, sed pro ueritate. Preterea, quoniam Papa ratione officij sui debet semper precipuam ac paternā habere solicitudinem pro bono communi totius ecclesię sibi commissę, adhuc durante generali concilio posset aliqua ordinare, quæ essent accommoda toti concilio, ad impetrandū cōpiosius directionem spiritussancti, ut bonum ecclesię plenius sequeretur: & si talia precipe ret concilio obseruanda, teneretur illi obedire ut summo pōtifici & pastori: quia in tali ordinatione ac iussione Papa nō exiret limites potestatis suę sibi à Christo prefixos, quod patet, q̄ in talibus potestatem & iurisdictionem habet super generale concilium & super totam ecclesiam. Hæc illic scripsi. Nunc itaq; restat ostendere hęc rationabiliter esse prolata. Ad quod primo cōmemoro, q̄ Petrus de Alliaco, imò Thomas, Bonauentura, itemq; Boethius ante eum, dixerunt: sicut sanitas consistit in quadam proportione media inter qualitates extremas contrarias: Virtus quoq; moralis, quę magna pars est sanitatis animę secundum Philosophum 2. Ethicorum, consistit in medio. s. inter duo uitia extrema: sic proportionabiliter doctrina sacrę scripturę, in qua cōplemētum est totius spūalis sanitatis, quasi media est inter errores diuersos, imò sępe inter errores cōtrarios, queadmodū in libro de duabus naturis Christi docet Boethius, q̄ fides catholica media est inter duos contrarios Nestorij & Eutychetis errores. consimili modo circa eccesiasticā potestatē medium docet ueritas inter duos errores cōtrarios. Hinc plerunq; contingit, q̄ uolētes aliquem uitare errorem, periculosius in errorē contrarium dilabunt, inter quos sana doctrina medium tenet: talisq; error passionatis hominibus solet contingere, quos impetus passionis à medio rationis frequenter faciliterq; abducit. Deniq;, q̄uis ad probandum quod dictū est de autoritate & iurisdictione Papæ super generale concilium, quātum ad aliqua ualeant omnia quæ tam in isto tractatulo quàm in duobus prioribus sunt inducta, ad demōstrandum q̄ summus pontifex pręsit uniuersali ecclesię tam coniunctim q̄ diuisim acceptæ: nunc tamen aliqua addam, primoq; illud, quod in libro de Ecclesiastica potestate Petrus de Alliaco inducit, dicēdo: Multi & magni prælati atq; doctores dicunt, Romana ecclesia sicut ratione pontificis sui summi, omnium ecclesiarum caput dicitur, sic secundum aliquos dici potest caput generalis cōcilij, imò & uniuersalis ecclesiæ, quæ omnibus particularibus ecclesiis integratur. Verū, quoniam Petrus iste hoc dicit recitatiue magis q̄ assertiue, pēsandum q̄ secundum propriam asserat mentem. Itaq; prefato libro affirmat: Romanus pontifex caput est triplicis ecclesię, primo & principaliter ecclesię uniuersalis, respectu cuius dicit pōtifex Romanus. Secundo est caput Romanę ecclesię particularis, respectu cuius dicit pontifex Romanus: & in utroq; episcopatu tam uniuersalis q̄ Romanę ecclesię succedit Petro, qui prius habuit primum episcopatum quàm secundum. Tertio est caput generalis concilij, quod uniuersalem ecclesiam repręsentat, tamen respectu Papę, generale concilium est quędam particularis ecclesia, sumens unitatem ab autoritate summi pontificis in eo actualiter uel uirtualiter pręsidentis, ut patet ex can. significasti, de electione, cum suis concordantijs. Hanc triplicem ecclesiam constat esse triplex corpus mysticum, cuius Papa est caput immediatum. Iterum ait: Papa uel suus uicarius ipso absente in generali concilio pręsidere deberet, nisi manifesta causa & in iure diuino fundata obsisteret: alias non esset cōgre-

2. Cor. 13

c. significasti De electiōe & elect. po.

gatio una nec ordinata, nisi esset unum caput principaleq; membrum. Insuper, cōcilium inquit, pręsente Papa, à quo ipsum concilium uocatum est, est uelut unum corpus mysticum, cuius Papa est caput, & alij sunt mēbra. Ex his doctoris uerbis sic argui potest: Caput corpori suo habet influere, illudq; aliquo modo dirigere: conuenitq; eidem pręcipue, cum spirituale caput respectu mystici corporis habeat hæc agere: Cū ergo Papa sit caput generalis cōcilij, & cæteri sint mēbra capitis huius, habet eis aliquo modo influere, & præesse seu præcipere, eosq; suo modo dirigere. Insup, si generale concilium p comparationē ad Papam est particularis quædam ecclesia, uidetur q Papa sit eius prælatus, præsertim cum omnium particularium ecclesiarum prælatus dicatur: Ecclesia nanque per cōparationem ad suum prælatum, unitatem & præclaritatem sortitur: prælatus uero prælationē iurisdictionemq; aliquā habet super ecclesiā suā. Rursus, sicut generale concilium per cōparationem ad Papam uocatur particularis ecclesia, sic & particularis grex & particulare quoddam ouile per comparationē ad Papam esse uidetur: quo dato, apparet quod Papa sit pręlatus & pastor ipsius, præsertim cum generale cōcilium etiam quo ad se totum, possit esse in mortali peccato seu extra charitatem & gratiam, sicq; indiget pręlato sicut & alia quęuis congregatio. Verūtamen quomodo Papæ conueniat concilio pręsidere autoritatemq; dare, & quomodo pręinducta sint intelligenda, in præhabitis opusculis aliqualiter est ostensum, & infra diffusius ostendetur, ubi & ea quæ dicta sunt nūc ex quisitius præstante domino probabūtur. Hucusq; enim pręcipue ex dictis Petri de Alliaco, scripta mea confirmare proposui. Veruntamen ad probandum principale intentum huius articuli, addo quòd in epistola Vniuersitatis Parisiensis missa Imperatori tēpore Constantiensis concilij, inter cętera sic legitur: Iam nostros prę gaudio exultātes animos rei nouitas retorsit in tristitiam, cum dominum nostrum summū Pōtificem se inopinate nouimus absentasse, & nobis durum, ægreq; ferendū pijs animis uidebatur, uerū pastorē suū tam celebri cōuocatione uocatum, ouile tam improuise relinquere. Hoc autem dictum est in illa epistola de Johanne papa, qui mutato habitu clam discessit à Constantiēsi concilio. Sicq; in uerbis pręfatis Papa uocatur uerus Pastor generalis concilij, & illud dicitur eius ouile. Nam subditur in eadem epistola: An apud singulares personas amplior pax q̄ apud totam uirtualiter ecclesiam quęrenda sit, quis dubitet: Pastor autem super suum ouile potestatem & iurisdictionem aliquam habet. Deniq;, quidam doctor præcipuus in quodam sermone quē fecit in Basiliensi concilio, quum nullo dubitante fuit adhuc ibidem generale concilium, sic inter cætera loquitur: Quamuis fere omnes uobis inferiores ac subditos esse cognosci, respectu quorũ uos superiores iuste dici debere non dubium est, oēs tamen uos inferiores, omnes subditi estis respectu capitis uři, prælati uestri, unici in ecclesia dei monarchę, uicarij Christi in terris, summi pōtificis. Nec ęstimo uos propterea aut indigne aut ægre id ferre, quoniāquidem ut omniū natura est mediorũ, maiorē longe excellentiam aut perfectionem estis ex propinqore ad superiorū subiectione q̄ ex inferiorũ dominatiōe sortiti. Sicut autem nec pes, nec manus, nec cæterorũ aliqua corporis mēbra caput esse possunt, nec propterea tamen non ideo non sunt corporis membra: sic nec omnes Cardinales, archiepiscopi aut episcopi, Papę esse possunt, nec uos ipsi Papa esse potestis. Et nihilominus propterea non ideo non estis corporis mystici mēbra. Inferiora membra ex natura uenerari non zelare quod in superioribus bonum uideant: neq; dignioribus inuidere, aut maiorū inhiare debent dignitatibus usurpādis. Alioqui si pes capitis, & manus oculorum officia uel zelarēt uel ambirent, concilio inordinato, confuso, & certissime totius corporis ruina ex hac monstruosa æmulatione prouenirent, necesse est: sed sua unūquodq; inferius membrum uocatione contentū, ut id ad quod deputatū est officiū, absq; liuoris stimulis, absq; ambitionis ardore fideliter exequatur, studio summo conetur. Cauetote ne sub honesta & sanctissima reformationis medela, lętale inobedientiæ uirus intra conscientiarum latebras cæco admittatur colore. Inferior quisq; superiori, & omnes supremo obediant. Et sicut ab inferioribus uultis uobis obeditū iri, sic & superioribus obedite, ne iusto illo dei iudicio, per quæ quis peccat per hæc & torquetur, totius tandē obeditionis maneatis expertes: Istoq; pacto, ecclesia dei quę ordinata membrorũ cōpage consistit, ueniat peritura aut quia nūq̄ peritura, grauissimā & forsan inauditam perpessura iacturam. Verba hæc non mediocriter sunt sententiosa, in quibus ostenditur rationabiliterq; probatur, quòd occasione celebrationis concilij, non debeat se ipsa congregatio conciliaris ab obedientia summi Pontificis prorsus subtrahere, puta in his quę nō sunt impeditiua boni ipsius concilij.

Arti-

Articulus VI. Confirmatio praedictorum, & de pręsidentia summi pontificis super uniuersalem ecclesiam, ex dictis Cancellarij Parisiensis.

PEr Cancellarium Parisiensem in isto opusculo, intelligo egregium illum doctorem Iohannem de Gersono, quē communiter Gersonē uocamus, qui tēpore Constantiensis cōcilij floruit, & de ista materia diuersos tractatus composuit. Deniq; sunt qbus scripta mea uidentur tanti doctoris scriptis contraria. Fateor ꝙ interdum in uerbis cōtrarietas sonet, sed in sensu esse concordantiā declarabo. Primo igitur dicta mea ꝑ illius uerba probare, deinde quę in dictis illius uerbis meis uidentur contraria, tangere propono ac soluere. Itaq; in libro de ecclesiastica ptāte testatur: Attenta Chri primaria ordinatione, uoluit ecclesiā regi principaliter sub uno & ab uno monarchice, sicut est una fides, unū baptisma & una ecclesia, unitate tam capitis primarij scilicet Christi, q̄ uicarij, utputa Papę, quoniam iste optimus principatus, pręsertim in spiritualibus, ad conseruationem unitatis fidei ad quam obligātur omnes. Ex hoc uerbo multa possunt argumēta formari. Primo, ꝙ Papa praeest toti uniuersali ecclesiae etiam coniunctim consideratae. Ipsa enī tota ecclesia de qua loqtur, non est una unitate capitis primarij aut uicarij, nisi cōiunctim accepta, seu collectiue considerata, uidelicet ut unum corpus sibi inuicē compaginatum, atq; ad unum caput reductum & ei unitum. Cum ergo Christus uoluit ecclesiā suam sic regi monarchice sub uno & ab uno, quo ecclesia est una unitate pręfata, quod est per omniū coniunctionem ad unum caput, patet quòd Papa ecclesiae simul acceptae pręsideat, utputa uniuersali. Certū est quidem, ꝙ de ea & non de aliqua particulari ecclesia hic doctor loquitur. Similiter argui potest ex eo q̄d ait, Sicut est una fides. Omniū namq; fidelium fides nō est una ex parte subiecti, sed obiecti, hoc est, per respectum & reductionē ad unum formale obiectum. Baptismus quoq; à sua forma unitatem sortitur. Insuper, ex pręallegatis sequitur uerbis, ꝙ Papa sit huius ecclesiae monarcha, id est unicus princeps, per omnium recollectionem seu adunationē, hoc est, simul acceptionem ad ipsum, quod patet, ꝙ taliter sumptis omnibus pręsit ut uni gregi sibi subiecto. Rursus constat ex uerbo inducto, ꝙ ecclesia militās una sit non solū per reductionem ad Christū, sed etiam per reductionem ad Papam, quamuis utraq; reductio non sit aeque inseparabilis, ut patebit. Hinc sequitur quòd ecclesia tota sit unum corpus sub Papa, qui habet illud dirigere, sicq; eidem pręesse, secundū quod unum est per inductionem ad ipsum, utputa ut est unū corpus sub ipso, puta simul acceptum, quamuis ex consequenti etiā diuisim habeat ei pręesse. Ideo dictum est, & infrà magis probabitur, ꝙ per pri⁹ comparatur ad totā uniuersalem, quàm ad quamcunq; particularem ecclesiā. Praeterea, in eodem libro Cancellarius scribit: Ex institutione Christi nullus in ecclesia debet dare uel accipere gradus hierarchicos, q̄ sunt purgare, illuminare, perficere, si non interueniat uere uel interpretatiue autoritas summi hierarchae uel monarchae in ecclesia dei sancta, quatenus uitetur in ea confusio, & optimo regimine gubernetur ad exemplar triumphantis ecclesiae. Propter quod dicit Iohannes in Apocalypsi se uidisse ciuitatem sanctam Ierusalem, nouam, descendentem de coelo. Constat autem ꝙ per optimū regimen doctor iste intelligat regimē regale, quo unus toti multitudini praesidet. Rursusq; certum est quòd in triumphanti ecclesia unus omnibus tam coniunctim q̄ diuisim pręsideat: conformiter ergo in militanti ecclesia erit gubernatio ac pręsidentia talis, & hoc in primo tractatu ex uerbis sanctorum Bernardi & Thomae clari us est deductum. Insuper, in libro de Ecclesiasticis statibus Cancellarius loquitur: Status Papalis institutus est à Christo supernaturaliter immediate, tanquam primatum habens monarchicum & regalem in ecclesiastica hierarchia, secundum quem statum unicum & supremum ecclesia dicitur una sub Christo, deinde sub eius uicario, sicut iam dictum est: quem primatum quisquis impugnare uel diminuere praesumit, si hoc pertinaciter faciat, haereticus est, schismaticus, impius atq; sacrilegus. Ecce ex uerbis his innotescit, quòd Papa ratione sui Papatus sibi supernaturaliter dati, habeat primatum seu principatum monarchicū & regalē in ecclesia dei. Cū ergo monarcha & rex ꝑ prius cōpareł seu referał ad totā cōmunitatē, politiā seu multitudinē sibi subiectā, q̄ ad aliquā eius partē, urbē siue ꝑsonam, possitq; toti cōmunitati simul acceptae legē pręfigere ac iubere, sicut in libro Hester Assuerus rex fertur fecisse, pręcipiens ut in uniuerso regno suo uiri uxoribus & domibus suis praeessent, cōcluditur ꝙ pontifex summ⁹ monarchico ac regali regimine ꝓsidēs toti ecclesię, per prius cōparetur atq; respiciat ad eam totam seu pariter sumptam, q̄ ad aliquam

Ecclesia sub uno monarcha regitur.

Ecclesia militans una est.

Apoc. 21.

Impugnans primatū Papae pertinaciter, haereticus est.

eius partem, possitq; generalem condere legem, ad quã tota ecclesia etiam coniunctim accepta teneatur, quemadmodum sępius factum esse in secũdo tractatu diffusius est probatum. Adhuc aũt in libro de Ecclesiastica unitate Cancellarius ait: Vnitas ecclesiæ essentialis semper manet ad Christũ sponsum suũ. Nam caput ecclesiæ Christus, in quo omnes sumus unũ, secundũ Apostolũ. Vnitas aũt ecclesię ad unum certũ Christi uicariũ est quodãmodo accidentalis atq; mutabilis. In his uerbis hic doctor insinuat, qualiter unitas ecclesiæ diuersimode attendatur, ac pendeat ad Christũ & ad eius uicariũ Papam, quoniã dependentia illa ad Christũ est essentialis & inseparabilis talia uero, puta ad Papam, est accidentalis, separabilis atq; mutabilis. Nihilominus ad perfectam ordinationem subsistentiamq; ecclesiæ, etiã ista secunda ad Papã requiritur. Ecclesia igitur etiã una est per relationem seu comparationẽ ad unũ Papam, quod non est, nisi per omniũ fidelium adunationẽ, reductionem seu simul acceptionẽ ad unicũ istum uicariũ. Diuersi quippe non unificantur in uno, nisi per eorũ reductionem & coniunctionem ad illud in illo, ut per hoc sint adinuicem omnes quodãmodo unũ, omnesq; pariter unũ quodammodo in illo, sicut om̃es unius regni unus sunt populus per comparationẽ ad unũ regem. Sic ergo ecclesia militãs est una sub Papa, & ei sic sumptæ præsidet ipse ut caput & rector, hierarcha atq; monarcha. Præterea istud esse de mente Cancellarij, liquet ex eo quod in libro de auferibilitate Papę ab ecclesia scribit, dicẽdo: Sentientes q fas est esse plures Papas, aut q quilibet episcopus est in sua diœcesi Papa uel pastor supremus, æqualis Papæ Romano, errant in fide & unitate ecclesiæ contra illum articulũ, Vnam sanctã ecclesiam catholicã: & si pertinaces maneant, sunt iudicandi hæretici, sicut Marsilius de Padua, & alij qdam. Cõsonat ratio, q sicut ad unam fidẽ & ad eadem sacramenta obligantur om̃es uiatores, sic oportet ne sit schisma, reductionem finalem fieri omniũ ad unum supremũ, uidelicet Papam. constat autẽ q uniuersi uiatores non solum diuisim, sed & coniũctim ad unam fidem ac eadem sacramenta teneant: ergo & simili modo ad eundem habent supremũ reduci ac subdi. Deniq; in libro contra Petrum de Luna Cancellarius scribit: Quo probatur hoc dictũ: unitas ecclesiæ non sic dependet à persona Papæ essentialiter, quin possit manere una maneatq; de facto, quando nullus est Papa in ecclesia: & quamuis unitas ecclesiastica essentialis sit ad primariũ caput Christum, nihilominus unitas altera accidẽtalis & secũdaria consistit in obedientia ad unũ summum pontificem, qui est caput secundarium in ecclesia Christi. Ecce hæc uerba sunt clarissima confirmatio prędictorũ. Amplius, in libro de ecclesiastica potestate Cancellarius regnũ seu politiam regalem describens, Regnum (inqt) est politia sub uno bono, uel expressius, congregatio communitatis perfectę sub uno bono, secũdum leges suas bonas pro republica. Dicitur autẽ unus ille bonus uel rex, uel imperator aut monarcha, qui non propriũ bonum principaliter, sed commune bonũ in principatu suo intendit. Huic politiæ in ecclesiastica hierarchia correspondet politia Papalis. Cum ergo Papa gubernatione regali monarchica præsit, sequitur quòd uniuersitas fidelium sit una ecclesiastica politia, seu congregatio communitatis perfectę sub uno: quod non est, nisi uniuersos fideles simul sumendo, uel collectiue uel coniũctim considerãdo: ergo & ipsis sic sumptis præsidet Papa. Rursus, in libro de ecclesiasticis statibus Cancellarius ait: Eniti debẽt Christiani sub schismatis pœna, quòd in hoc statu, puta Papali, constituatur & præsideat assidue unicus & certus summus pontifex, quantũ fieri potest, in quo sit ecclesiasticæ potestatis plenitudo: & q non sint plures, ex quo ecclesiasticum regimen desinere posset esse monarchicũ, & in aliam politię speciem, ut in aristocraticam aut democraticam uerteretur, quamuis Papatus has politiarũ species non excludat, sed assumat, quemadmodũ de sacro dominorũ Cardinalium collegio & generali concilio est uidere. Postremo, in libro de auferibilitate Papæ ab ecclesia, doctor iste testatur: Ecclesia in uno monarcha supremo per uniuersum fundata est à Christo, nullamq; aliam politiam instituit Christ' immutabiliter esse monarchicam & regalem, nisi ecclesiam. Secus, ubi communitas regitur solis naturalibus legibus, traditionibusq; humanis, quæ pro uarietate locorum & temporum laudabilius atq; utilius uariantur, q̃ in uno tenore omnes ligentur. Ex prędinductis Cãcellarij uerbis clarissime corroborantur quæ scripsi de potestate ac præsidentia Papæ super uniuersalem ecclesiam, etiam collectiue consideratam, prę sertim cum doctor iste frequẽter affirmet summe esse cauendũ, ne quis dicat regimen ecclesię non debere esse monarchicum & quodammodo regnũ. Certumq; est q non loquitur de quacunq; partiali aut particulari, sed de totali ac uniuersali ecclesia militanti, ut ex prędinductis eius uerbis claruit. Sunt autem

22. distin. c. præceptis.

tem & alia quædam uerba ipsius, ex quibus istud infra efficacius ostendetur.

Articulus VII. Obiectio contra prehabita ex dictis eiusdem doctoris, ubi agitur de autoritate generalis concilij.

IAm scripsi de mente esse Cancellarij, ipsam militantem uniuersalem ecclesiam instar triumphantis esse regẽdam regimine monarchico ac regali. Sed obuiare uidet quod in sermone quodam scribit hic doctor, dicendo: Generale cõcilium est saluberrima ac efficacissima regula ad regimen totius ecclesiæ tranquillum uel conseruãdum uel reformandum uel inueniendum, tanquam supremus & sufficiens legislator uniuersalis & potens ..., præterea legitimus & securus, nec suspectus rationabiliter ab aliquo Christiano, cum procedat omnium uel quasi omnium communi consensu uel assensu. Insuper libro de ecclesiastica potestate disseruit: Teneatur concilij generalis iudicium & maneat ecclesiastica hierarchia optimo regimine, quali fuit sub Moyse gubernata, quoniam mixta fuit ex triplici politia, puta regali in Moyse, aristocratica in septuaginta senioribus, & democratica dum de toto populo ac singulis tribubus sub Moyse rectores assumebantur. Iterum ait: Non licuit facere tot & tantas non obstantias eorum, quæ constituta sunt in generalibus concilijs, quot & qualibus non obstantijs uti solet Papa in bullis suis. At uero quidam respondent per unicum uerbum, dicentes quòd generale cõcilium semper intellexit autoritatem summi pontificis esse in omni sua constitutione exceptam. Nimirum quoniam posuerunt ipsi Papalem autoritatem esse super concilium, uel saltem non imparem: Benedictus autem deus, qui per hoc sacrosanctum concilium Constantiense illustratum lumine legis diuinę, liberauit ecclesiam suam ab hac pestifera & perniciosa doctrina: qua semper perseuerãte, perseuerasset semper schisma internum in ea. Denuo ait in libro præfato: Falsæ & iniuriosæ sunt de concilio generali assertiones, quæ negant ab eo & ab ecclesia executionem potestatis supremæ iurisdictionis, negant insuper discernendi uel diffiniendi potestatem in eo uel ea dum Papa est, ponentes in eo solo hãc autoritatem diffiniendi, cum ex multis concilijs constet oppositum. Præterea in eodem libro testatur: Potestas generalis concilij dici potest maior potestate Papali in ampliatione uel extensione, in infallibili directione, in morum reformatione in capite & in membris, in coerciua potestate, in causarum fidei difficilium ultima decisione. Maior denique, quia copiosior: complectitur enim saltem uirtualiter omnem potestatem & omne politicum regimen, scilicet Papale, Imperiale, regale, Aristocraticum & democraticum. Rursus in Tractatu, An liceat in causis fidei à summo pontifice appellare ad generale conciliũ, sequeretur quòd concilium non esset super Papam, uel iudex eius legitimus, cuius oppositum determinauit & practicauit Constantiense concilium, quod uocauit & iudicauit Iohannem tanquam suum subditum, cum tamen in toto processu contra eum usque ad sententiam diffinitiuam suæ depositionis, reputatus sit ab eodem concilio uerus Papa. Postremo, in prædicto asserit libro: In uerbo CHRISTI quo ait, Dic ecclesiæ, fundatur plenitudo potestatis gladij spiritualis, & executio eius in ecclesia super quemlibet Christianum, etiam si Papa fuerit: & si potestas hæc data est ecclesiæ, concilium generale ecclesiam repræsentans habet illam: & fundatur ista potestas in unitate uel unione ecclesiæ, ut notasse uidetur Augustinus, dum innuit quòd claues ecclesiæ datæ sunt unitati. Verũtamen hoc impedit quoniã datę sunt Petro tanquam monarchę, legitimisq; successoribus eius: principalius tamen ecclesiæ: primo, ratione indeuiabilitatis eius: secundo, ratione regulationis, quoniam habet regularẽ usum ptãtis Papalis, nõ sic ecõtra: tertio, ratione multiplicitatis, qm̃ ecclesia habet potestatem quamlibet ecclesiasticam, etiam Papalem, si non sit Papa, præsertim in extensione: quarto, ratione obligabilitatis, quoniam ecclesia potest cõdere leges obligantes & regulantes etiam ipsum Papam, tam quo ad personam quàm respectu usus suæ potestatis. Non sic econtra potest Papa iudicare totam ecclesiam, uel usum suæ potestatis limitare. Ecce hæc & quædam similia huius doctoris uerba (quæ omitto, quia in his sententialiter continetur) prędictis contrariari uidentur, præsertim ei quòd scripsi Papam ex suo officio gubernare & iudicare debere totam uniuersalem ecclesiam, eiq; legem posse statuere ac iubere, generali quoq; concilio quo ad aliqua præsidere, præesse & posse pręcipere.

Concilium gl.

Vide c. multis. & c. concilia 17. dist. 16. dist. c. sancta.

Vide c. regula cũ sequẽtibus. 17. dist. Itẽ c. præceptis 12 dist.

Articulus VIII. De triplici regimine & triplici politia ecclesiæ, & quomodo in gubernatione ecclesię ista concurrant, ubi partim soluuntur præinductæ instantiæ.

Libro

Petrus de Alliaco. Libro de ecclesiastica potestate scribit Petr᷒ de Alliaco: Licet Papalis dignitas sit à deo, quare ab homine nec maior nec minor fieri potest, tamen usus plenitudinis potestatis istius ad excludendũ ipsius abusus, potest à generalis concilij autorita te constringi: ideo antiquo iure statutũ est, ꝙ Papa professionem faceret, & huius modi professio per lapsum temporis ampliata est. Porro, ad regulandum usum plenitudi nis potestatis Papalis, & ad excludendũ abusum eiusdem, considerare conuenit, non con uenire ecclesiæ quę dicitur habere regale sacerdotiũ, quòd regatur regimine regio puro seu pure regali, sed mixta cũ aristocratia & democratia. Nam licet regimẽ regium, in quo unus singularis principatur multitudini, secũdum uirtutem sit melius quolibet alio regi mine simplici, ut ostendit Philosophus tertio Politicorũ, tamen si fiat mixtum cum aristo cratia, in qua plures dominantur secũdum uirtutem, & cum democratia in qua populus principatur secũdum uirtutem, tale regimẽ melius est, inquantũ in regimine mixto oẽs aliquam partem habent in principatu. Et etiam, quoniam licet regale regimen sit optimũ in se, si non corrũpatur, tamen propter magnam potestatem quæ regi conceditur, de faci li degenerat in tyrannidem, nisi sit in rege uirtus perfecta, quę rara est & in paucis. In cu ius signum in populo Israel, cui succedit populus Christianus, deus constituit quodãmo do regem, licet non cum plena potestate, ut patet in Moyse & Iosue, successoribusꝗ eorũ, qui toti illi populo præerant. Licet autẽ in eis esset regimen regale, inquantũ unus princi paliter omnibus præfuit, erat tamen aliquid de aristocratia admixtum, inquantum sub il Nume. 11. lo uno septuaginta seniores eligebantur. Erat etiam ibi aliquid de democratia, inquãtum illi seniores eligebantur de omni populo & ab omni populo, ut dicitur in Deuteronomio, Deut. 1. sic manifeste uidetur quòd esset optimum regimen ecclesiæ, si sub uno Papa eligerentur plures ab omni & de omni prouincia, & tales esse deberent Cardinales, qui cũ Papa & sub eo ecclesiam regerent, usumꝗ plenitudinis potestatis temperarent: & hæc notari uiden tur in capitulo, Per uenerabilem. Porro, de hac re plenius scribit Cancellarius in sermone Triplex est politia. qui incipit, Prosperum iter faciet nobis deus: Triplex inquit, est politia: prima dicitur re galis seu monarchia, secũda dicitur aristocratia, tertia democratia. Esset aũt inter istas po litias melior quàm aliqua singularis, illa quę ex regali & aristocratia componeretur, ut in regno Franciæ, ubi rex instituit Parlamentum, à quo iudicari non refugit. Esset uero oĩm optima & saluberrima politia, quæ hanc triplicem bonam complecteretur. Est autem ge nerale conciliũ politia talis composita, habens directionem suam ex directione sancti spi ritus speciali & promissione Christi magis, quàm ex natura aut humana sola industria. In libro quoꝗ de ecclesiastica potestate his addit: Politia est communitas ordinata ad aliquẽ finem perfectum. Politiarũ uero alia est cœlestis, alia autem humana: quæ duplex est: pri ma, quę appropriato uulgatoꝗ nomine dicitur ecclesiastica: alia secularis, quæ ab Aristo tele diuiditur in III. partes, scilicet in regnum, aristocratiam & democratiam. Quid aũt sit regnum, prædictum est. Aristocratia uero est communitas perfecta sub paucis bonis, bo num reipub. per suas leges principaliter intendentibus. Omnis autẽ politia ecclesiastica, siue dicatur unus, siue pauci, siue plures boni præesse, dicitur proprie diuina, quia secũ dum leges supernaturales debet quilibet regulationem accipere, & ita perspicuum est, ꝙ tres istæ politiæ seu species istæ regiminis in ecclesia uniantur aliter, quàm in politia ciui li, propter diuinæ legis unitatẽ. Considerari igitur debet ecclesia, prout instituta ẽ à Chri sto supra firmam fidei petram ad finem supernalem secundum euangelicam legem & sa cram scripturam, secundum quam debet regulari iudicium in fide & moribus. Possumus itaꝗ conformiter ad prædictam Philosophi politiam tripliciter distinctam in naturali re gimine, ecclesiæ politiam seu gubernationem diuidere, ꝙ alia est Papalis, alia collegialis, alia synodalis seu concilij generalis. Papalis imitatur regalem, collegialis dominorũ Car dinaliũ aristocratiã, synodalis generalis concilij democratiã, uel potius est perfecta politia aut gubernatio resultans ex oĩbus. Præterea, sicut sæpius oretenus fassus sum, sicut nũc scripto protestor, multo mihi facilius esse scripta mea cum scriptis Cancellarij concorda re, ꝙ scripta eius adinuicem. Vt enim sæpius dictum est, ipse frequẽter affirmat regimẽ ec clesiæ debere esse monarchicum & regale, nihilominus interdum scribit generale conci lium esse efficacissimam regulam, sufficientem quoꝗ & supremum legislatorẽ ad regimẽ Ecclesiæ regimen monarchicũ dicitur. totius ecclesiæ. Sic ergo sumẽda sunt ista & alia uerba ipsius de ista materia, ut sibi mutuo non repugnent. Itaꝗ ꝙd ait ecclesiæ regimen esse monarchicum, dictum uidetur de regi mine eius primo & cõtinuo, simplici, puro, & quasi suo modo humano. Sic enim Papa pr est

est ecclesię & quantum fieri potest prouidendum est, ut omni tempore aliquis sit Papa in actu: sic uero non oportet semper esse generale concilium, cuius regimē non est simplex, purum, continuum aut solum humanum, sed potius mixtum, interruptum, diuinū, quantum ad necessaria directe ad salutem. Constat autem quòd regimen Papale praecessit in ecclesia generalis concilij conuocationem & celebrationem & determinationē. Per hoc soluta est prima obiectio in praecedentis articuli facta exordio. Ad secūdam eadem extat solutio, quia generalis concilij est tenendum iudicium, & tempore opportuno est celebrandum conciliū, quo expeditius dirigatur ecclesia ac optime gubernetur, loquendo de isto regimine mixto seu democratico. Nihilominus expedit ut semper praesit in ea unus monarcha, qui regio regimine principetur in ipsa, quod regimen optimum dicitur, quoniam melius est quauis alia specie gubernationis secundum se solam accepta, ut ex dictis Petri de Alliaco inductis patescit. Mixtum itaque, synodaleque regimen non debet regimen monarchicum Papale excludere. Vnde quoque Cancellarius ait summe esse cauendum, ne regimen ecclesiae negetur esse monarchicum, & ne in aliam speciem gubernationis uertatur, intelligendum est quòd non debeat solum esse aristocraticum aut democraticum, utpute per monarchici exclusionem regiminis. Ad tertiam instantiam, quòd non licuit Papae facere tot non obstantias, quae praetendit quòd concilium sit super Papam, saepius responsum est, & infrà respondebitur clarius. Nunc quoque intantum dicatur, quòd concilium in his quae ad suum directe pertinent forum, conceditur quodam modo esse super Papam. Rursus, concilium incontracte acceptum, uidelicet cum actuali, formali inclusione Papę ac dignitatis Papalis, est super Papam, sicut collegium unà cum decano, est super decanū: & Vniuersitas unà cū rectore, super rectorem: generaliterque, totum super partem suam, sumendo totum cum actuali partis de qua agitur inclusione. Rursus, in quantum Papa est deuiabilis peccabilisque persona, aut intolerabiliter reus esset, non negatur subesse concilij generalis iudicio. Hęc nunc tetigisse sufficiat, ad aliam respondendo, quòd non sit neganda à concilio executio potestatis supremae iurisdictionis in his, quae ad ipsius concilij determinationem atque iudicium proprie pertinent, cui & in talibus autoritas diffiniendi discutiendique competit, sicut & Petrus de Alliaco fatetur. Ad sequentem obiectionem patebit solutio in sequenti articulo. Ad aliam solutio data est, declarando qualiter concilium super Papam uere esse dicatur, infrà tamen plus inde tangetur. Ad ultimam, in qua multa tanguntur, multiplex extat responsio, quę in primo opusculo prolixe inducta sunt. Ostensum est enim quòd sicut ecclesia seu concilium potest in Papam, quo ad ea in quibus est super ipsum, ita & Papa potest in his quae ad suam pertinent cathedram, tam uniuersali ecclesiae quàm generali concilio condere legem, eisque praeest ut caput & pastor. Quod ergo Cancellarius & alij dicunt Papam non posse regulare ecclesiam, nec posse eidem praecipere, legem statuere, eam ue iudicare, quod etiam de generali concilio pariformiter asserunt dicendum, quod loquuntur de ecclesia, ut synodaliter cōgregata seu de generali concilio formaliter, ut sic & quo ad supremum ipsius, hoc est, quo ad potissimum quòd concilio competit, quod est libere determinare, diffinire & ordinare ea quae conciliariter sunt tractanda secundum promissam, speratam & inuocatam directionem Spiritussancti. In his etenim Papa non habet potestatem aut praesidentiam coerciuam super concilium, sed magis subijcitur ei. Ratione huius diuinae directionis praefertur concilium Papae, propter concilij in talibus indeuiabilitatem, certamque regulationem. Nihilominus generale cōcilium materialiter sumptum, ut est quidam populus Christianus, quaedam particularis ecclesia per respectum ad Papam, secūdum Petrum de Alliaco est quaedam congregatio ouium CHRISTI, seu particulare ouile secundum existentiam suam, quamuis repraesentet uniuersalem ecclesiam, gensque peccabilis atque damnabilis in proprijs factis multipliciter potens errare, damnabiliterque peccare, sicut & alia quaeuis particularis ecclesia: hoc modo habet, potest & debet à summo pontifice regulari, regi & iudicari, nec ab eius obedientia est exemptum, dum modo nil ei praecipiat quo bonum concilij ualeat aliquatenus impediri. Insuper & ipsum generale concilium, quantum ad ea quae sunt praeparatoria & accessoria ad principales ipsius actus, subijcitur Papae, ita quòd potest concilio & quibuscunque eius personis praecipere ea, quae uere & indubitanter accommoda sunt concilio ad principale ipsius negocium exequendum. Vnde propter certam directionem concilij à spiritusancto, in determinatione & diffinitione eorum quae ad ipsius concilij pertinent forum, non amittit Papa potestatem & praelationem aut

40. dist. c. Si papa. in glo.

aut iurisdictionem suam super concilium in aliis, quemadmodũ si alicui cõgregationi canonicorum aut religiosorum, seu prouinciali concilio daretur ex gratia spirituali certa infallibilisque directio spiritussancti in consulendo & diffiniendo ea, quę decanus uel abbas seu præsul conciliariter tractanda proponeret, suorũq determinationi stare obligaretur: ob hoc decanus, abbas siue antistes non amitteret autoritatem & præsidentiã suam sup gregem suum in aliis. De hoc in primo libello, presertim XXVI. articulo dicta sunt plura. Denique, quoniam Cancellarius suo tempore scripsit contra quosdam, qui Papam absolute & immoderanter prætulerunt concilio, scilicet contra Petrum de Luna & eius fautores, idcirco sategit ad reprimendum illorum audaciam, autoritatem concilii totis uiribus commendare, loquendo de ipso multum formaliter & quo ad supremum, quod competit ei secundum quod consuetudinis est doctorum loqui nõnunq utrunque extreme, dum contra errores contrarios disputant. Demum etiam in scriptis canonicis de eadem re quãdoque fit sermo secundum suum superius, ut cum ait Apostolus: Si secundũ hominem ad bestias pu-
1. Cor. 15 gnaui Ephesi. id est, rationabiliter ut sapientis est hominis, contra bestiales homines dis-
1. Corin. 3. putaui in Epheso. Interdum secundum suum inferius, sicut dum ait: Cum sit inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis?

Articulus IX. Quòd in solo Papa resideat subiectiue atque formaliter, proprie & existẽtialiter uertex, supremitas & plenitudo ecclesiasticæ ptãtis, & quõ in gñali cõcilio & in uniuersali ecclesia esse dicat.

QVęstionem, qua quæritur, An in solo Romano pontifice sit potestatis ecclesiasticæ plenitudo, Petrus de Alliaco in libro de ecclesiastica potestate eleganter determinans, primo sic ait: Iura quæ loquuntur de plenitudine ecclesiasticæ potestatis, intelliguntur de potestate iurisdictionis, & non de potestate ordinis sacramentalis, quia hæc fuit æqualis in omnibus apostolis. Plenitudo autem potesta-
Iohan. 21. tis iurisdictionis data est Petro, cum dictũ est ei, Pasce oues meas. Secundo dico, quòd hęc plenitudo potestatis iurisdictionis, proprie loquẽdo, solum residet in Romano ac summo pontifice Petri successore: quia proprie aliqua potestas dicitur esse in illo, qui illam potest generaliter exercere, & in omnes ministerialiter dispensare. hoc autem est in solo Papa, & non proprie in aliqua communitate, quoniam secũdum Philosophum actiones sunt suppositorũ. Tertio dico, quòd huiusmodi plenitudo potestatis, tropice & aliquo modo æquoce est in uniuersali ecclesia, & in generali concilio ipsam repræsentãte. Pro cuius decla-
Tripliciter aliquid dicit esse in aliq. ratione sciendum, quod quãtum ad propositum pertinet, aliquid dicitur esse in aliquo tripliciter: Primo, sicut in subiecto, sicut accidens est in subiecto: secundo, ut in obiecto, sicut effectus dicitur esse in sua causa uel in suo fine, quia in illum tendit tanquam ad suum finale obiectum: tertio, tanq in exemplo, sicut res uisa dicitur esse in speculo, & doctrina in libro, quia repręsentatur in eo. Primo modo, plenitudo potestatis ecclesiasticæ est in Papa, tanquam in subiecto ipsam recipiente & ministerialiter exercente. Secundo modo est in uniuersali ecclesia tanq in obiecto ipsam causaliter atque finaliter cõtinente, quoniam plenitudo hęc non est tantũ propter Papam, sed Papa & eius potestas sunt propter ecclesiam, & ordinantur ad eam sicut ad finem, id est, ad eius ædificationẽ, quia secundum Apostolum hanc potestatẽ dedit deus in ædificationem, & non in destructionem. Tertio, est in generali concilio tanq in exemplo ipsam repręsentante, atque realiter dirigẽte: quia si Papa abuteretur hac potestate in destructionem ecclesiæ, generale conciliũ est exemplum uel speculũ uniuersalem ecclesiã repręsentans, eiusque uice & nomine abusum talẽ coercens. Hinc quoque (ut recitat Petrus pręfatus) quidã egregius sacræ scripturę doctor Mauricius de Praga, respondit quod plenitudo ecclesiasticæ potestatis resideat in generali concilio repræsentatiue. Denique his omnino concordant, quæ de hac quæstione Cancellarius diuersis in locis testatur. siquidem libro suo de ecclesiastica potestate differuit: Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est formaliter & subiectiue in solo summo pontifice, qui post suam consecrationem in sacerdotẽ & episcopum, habet plenitudinem ecclesiasticę potestatis tam ordinis, q iurisdictionis utriusque. Insup ait describendo: Possumus dicere quod plenitudo ecclesiasticæ potestatis est potestas ordinis & iurisdictionis, quæ à Christo collata est supernaturaliter. Primo, sicut uicario suo & monarchę primo pro se & suis successoribus legitimis usque in finem seculi, ad ædificationem ecclesię militantis propter consecutionem felicitatis ęternę. Item dicit: Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est in ecclesia sicut in fine, & sicut in regulante applicationem & usum huiusmodi plenitudinis ecclesiasticę potestatis

per

per seipsam uel per generale concilium. Constat itaque datam fuisse Petro plenitudinem ecclesiasticæ potestatis à CHRISTO ad ædificationem ecclesiæ. Ideo loquitur Augustinus, quòd claues datæ sunt non uni, sed unitati: & quòd datæ sunt ecclesiæ, quoniam claues datę sunt propter ecclesiam & unitatem ipsius, tanquā propter finem. At uero in sermone qui incipit, Prosperū iter, sicut nobis Cancellarius notabiliter ait: In concilio Papalis potestas includitur, quamuis aliter sit hæc potestas in Papa, aliter in concilio: sicut claues aliter datæ sunt Petro, aliter ecclesiæ. Vnde concilium in multis quæ Papam respiciunt, habet autoritatem consiliatiuam & dictatiuam, Papa autē exercitatiuam. Non enim posset concilium per se ipsum absoluere in foro conscientię, aut pres byteros ordinare, uel corpus Christi conficere, aut infideles manu armata debellare, sed ad ipsum spectat in huiusmodi consulere uel dictare, cuius dictamini qui contumaciter repugnat, spirituisancto repugnat, cuius est ipsum concilium in consulendo & dictando dirigere. Huius exemplū est in homine, in quo ratio potestatem habet dictatiuam & consiliatiuam, uoluntas autem exercitium habet & directionem. Claues sunt datę nō uni, sed unitati.

Articulus X. Confirmatio quorundam uerborum in primo opusculo contentorum, ex dictis in pręcedenti articulo.

SCripsi in primo tractatulo Articulo XXVI. quemadmodum ad quæstionem quā quæritur, An concilium sit super Papam, an potius econuerso, quidam nunc absolute loquendo audacter respondent, ꝙ generale cōcilium sit super Papam, itemq́ʒ maioris ptātis & autoritatis q̄ ille, etiam loquendo de cōcilio & Papa seorsum acceptis seu cōsideratis. q̄bus uerbis adieci: Verū quia hucusq́ʒ probatū & tentū est, ꝙ Papa sit totius ac uniuersalis ecclesiæ etiā simul sumptæ, non solum diuisim acceptæ pastor summusq́ʒ pontifex, prælatus & caput, potestatis plenitudinem habens, uidetur periculosum tam absolute simpliciterq́ʒ asserere, ꝙ concilium sit super Papam, loquendo appropriate de maioritate, dignitate & potestate ad dona gratiæ gratis datæ pertinente. Moderantius ergo loquendo arbitror respondendum, ꝙ ibi sit excedens & excessum, ita ꝙ in aliquibus concilium est super Papam, & in aliquibus econuerso: quod quo dixerim sensu, sæpius tactum est. Itaq́ʒ uerbum istud aliquibus displicet, asserentibus in Constātiensi concilio hoc esse conciliariter determinatum, ꝙ concilium sit super Papam. sed ad hoc iam dedi responsum, quia de gn̄ali concilio formaliter sumpto, & quo ad supremum quod competit ei, scilicet iudicare & diffinire secundū directionem spūssancti in causis pcipuis ad eius forum spectantibus, dictū & intelligendū est hoc; & ꝙ Papa subijcitur determinationi cōcilij, nō ut monarcha & supremus hierarcha uniuersalis ecclesiæ, sed ut deuiabilis, rea, peccabilis'ue persona, & ut quidam ipsius ecclesiæ Cancellarius, hoc est, inquantum inferior, non inquantum superior, ut ibi plenius dictum est, & infrà tāgetur. Porro ꝙ papa sit nihilominus potestatis & iurisdictionis supremæ autoritate decoratus in terra in his, quæ & quantum ad suam pertinent cathedram super totam ecclesiam, ex dictis in pręcedenti articulo demonstratur. Accidens nanq́ʒ suum subiectum, in quo realiter formaliterq́ʒ consistit, potissime denominat atq́ʒ uerissime, imò & proprijssime, pręsertim cū accidētis esse sit inesse. Cū ergo iam dictū sit, ꝙ ecclesiasticę ptātis plenitudo in solo summo pontifice subiectiue sit, existentialiter atq́ʒ formaliter, cōstat ꝙ eum duntaxat uerissime proprijssime'q́ʒ denoīet: ergo & ei (scilicet Papæ) tantum taliter conuenit, quātum ad ipsius pontificiū ac magisteriū spectat. Pręterea in pręcedentibus habitū est libellis, ꝙ potestas dignitasq́ʒ Papalis uniuersas cæteras ecclesiasticas dignitates & potestates uirtualiter in se comprehēdit & continet, etiā sublimiori pfectioriq́ʒ modo q̄ in alijs illę consistant, sicut in toto potestatis pars ptātiua sup̄ior inferioris pfectionem includit, & aliquid supaddit secūdum Albertū in libro de IIII. coęquęuis, q̄d & Thomas sup quartū Sententiarū testatur: Nō ergo absolute loquēdo concedendū uidet, ꝙ in uniuersali ecclesia aut in gn̄ali cōcilio sit maior plenior ue ptās, q̄ in pōtifice summo, loquēdo de ptāte hac iurisdictiōis & prælaturę. Hinc oēs antiqui & sancti pr̄es, catholiciq́ʒ doctores cōcorditer sunt locuti, ꝙ plenitudo potestatis in solo sit Papa. Pręterea si plenitudo hęc est aliquid unum simpliciter, non aggregatiue, non poterit subiectiue esse nisi in uno eodē numero manens, & hoc subiectū utiq́ʒ summus pōtifex rite censet. Ideo asserit S. Cyrillus, ꝙ Chr̄s soli Petro nulliq́ʒ alteri q̄d suū est, plenum dedit. Vnde & Cancellarius protestatur: Ex cōsideratione potestatis huius Papalis stupendæ & miraculosæ, imꝑatores & reges procūbunt ad oscula pedū Papæ, & priores sancti patres miris modis extulerunt eundem. Cyrillus.

Articulus XI. Obiectio cõtra prehabita, ubi designatur & alius sensus, secundum quem potestas Papæ ab aliquibus minor dicitur potestate uniuersalis ecclesiæ ac gñalis concilij. Itemq; de concordãtia & intelligẽtia q̃rundã uerbo℞ Cãcellarij, quę sibi inuicẽ uidenł cõtraria.

DIctum est quemadmodum in solo domino Papa sit subiectiue atq; formaliter potestatis ecclesiasticę plenitudo, qua in ecclesia maior & plenior esse nequit, cum plenitudo alia sit uertex ac supremitas ecclesiasticę potestatis, ut Cancellarius loquił. Sed obuiare uidetur quod libro de ecclesiastica potestate Petrus de Alliaco profatur: Errores contra fidem magis damnari debent autoritate concilij generalis, aut per ipsum gñale conciliũ absq; expressione Papę sub hac forma, Sacrosanctum conciliũ damnat & reprobat &c. q̃ per summũ pontificem sub hac forma in aliquibus cõcilijs consueta: Nos sacrosancto approbãte concilio damnamus. Ratio huius est, quia concilium maius est Papa, cum sit totũ, & Papa pars eius: totũ aũt maius est sua parte. Denuo ait: Conciliũ pręsente Papa à quo ipsum conciliũ est uocatum, est uelut unũ corpus mysticum, cuius Papa est caput, & alij sunt membra. Idcirco secundũ quosdam nõ solũ falsum, sed etiã fatuũ esset dicere, ꝙ maior sit autoritas unius partis scilicet Papę, q̃ totius corporis puta concilij. Rursus sic scribit: Oĩe totũ est maius sua parte, loquendo de toto respectu sua℞ partiũ integraliũ: sed Papa est pars concilij, sicut caput pars corporis. Pręterea Cancellarius libro de ecclesiastica ptãte disseruit: Plenitudo ecclesiasticę ptãtis si cõsidereł in sua latitudine, non est in solo Papa, nisi q̃dammodo fontalił, ptãtiue & originaliter suo modo. Hęc eñi latitudo ptãtis complectił in se oẽs ptãtes ecclesiasticas collectiue à summo usq; deorsum, estq; in eis plenitudo ecclesiasticę ptãtis Papalis, tanq̃ pars integralis in suo toto: & ita nõ est maior, supior ad totam ecclesiam, sicut nec pars maior est suo toto. Si uero consideretur hęc plenitudo in sua supremitate, tunc absq; ulla dubitatione plenitudo ecclesiasticę potestatis Papalis maior & superior est ad reliquas. Superius quoq; inductum est, quomodo secundũ Cancellarium multosq; alios, potestas generalis concilij potestati Papali pręfertur. Verum hæc quantum capere queo, in primo clarissime sunt soluta libello. Certum est enim quòd totũ maius sit sua parte, loquẽdo de toto prout uniuersas & singulas sui partes includit. Si aũt totum sumatur cum quadam contractione seu restrictione, puta pro toto residuo quod est pręter quãcunq; ipsius partem, qua dicitur maius, tunc totum non semper maius est sua parte, nec in his quibus totũ & pars proprie, nec in his q-bus metaphorice competunt, ut cũ dicimus corporale hoĩs caput toti eius corpori pręminere, altiꝰ esse atq; influere: solum hoc caput situaliter, uirtualiter ac influẽtaliter, forsan & dignitate ac perfectione toti residuo eminet, similiter rector toti uniuersitati, decanus collegio, abbas conuentui. Itaq; si de uniuersali ecclesia seu generali concilio loquamur, prout Papã actualiter formaliterq; includit, sicut dũ Papa existente dicimus, ꝙ Christus sit caput totius ecclesię, sic utiq; ecclesia & concilium maius est Papa, sicut collegiũ cum decano & uniuersitas cum rectore, maius est solo decano & solo rectore. sicq; Petrus de Alliaco asserens concilium super Papam, sumit concilium cum Papę inclusione formali & actuali. sicq; simpliciter uerum est, concilium esse super Papam. Si uero sumatur concilium cũ Papæ inclusione, hoc est, pro illo residuo præter Papam, sicut cum ait hic Petrus, & in Decreto habetur, ꝙ Papa est caput concilij, & concilium per comparationẽ ad Papã est quædam particularis ecclesia, sic in aliqbus concilium est sup Papam, & in aliqbus econuerso, ut declaratũ est sępius, sicut in qbusdam decanus est sup collegiũ, & in aliqbus ecõuerso, sumẽdo collegiũ pro residuo illo canonico℞ citra decanũ. Pręterea si qs absq; hmõi distinctione ex pinducta autoritate qua totũ dicił maius sua parte, grosse ac ruditer concludere uellet, simili ratione sequereł ꝙ omnis politia, oĩs cõmunitas, oĩs congregatio esset absolute loquẽdo sup suũ pręsidentẽ, prælatũ aut principẽ, ut regnũ sup regem, diœcesis sup episcopũ, conuentus sup abbatem, quod q̃ insipienter resonet quis non pẽset? Porro ad argumentũ ex uerbis Cancellarij sumptum, est respondendũ ꝙ in ista autoritate loquił de plenitudine ecclesiasticę ptãtis, nõ secũdum eius essentiã pcise, cũ sic sit subiectiue in solo summo põtifice, sed logtur de ea quoad uniuersa quæ uirtualiter continet, imò potius de ipsa tota ecclesiastica potestate in sua latitudine sumpta, cuius Papalis potestas q̃dammodo pars est, minorq; illa secundũ quod illa accipił cum actuali & formali inclusione ptãtis Papalis, quę tamẽ secundum se sumpta, maior est tota illa residua, sicut & Cancellarius innuit. Quod autem ista solutio uera sit atq; de mente huius doctoris, constat ex eo quod in

17. dist. c. regula & c. multis.

libro de ecclesiastica unitate testatur: Nolumus (inquiens) impugnare quin summus pontifex habeat potestatem regitiuam & autoritatem respectu omnium hominum, quantum Christus uoluit & cognouit esse expediens ipsi dare pro exercendo eam, non pro se tantummodo, sed magis ad utilitatem ecclesiæ, qualem autoritatem non habet totum ecclesiæ residuum, nisi intimatiue quodammodo uel electiue. Sed contra præhabita duo occurrunt nunc argumenta: dictum est enim quòd generale concilium accipi possit quasi contracte cum conclusione Papæ potestatisq; eius, seu pro illo residuo citra uel prȩter Papā. Rursus iam dictum est, quòd tota potestas ecclesiastica in sua latitudine sumpta, maior est sola potestate Papali. Contra primum obijcitur: Cum Cancellarius dixisset, quòd plenitudo ecclesiasticæ potestatis in sua supremitate maior atque supior est ad reliquas, mox adiecit, quòd iam id quod reliquum est, nullo pacto potest restringere generale concilium, quoniam generale concilium in sua ratione formali includit de necessitate autoritatem Papalem, siue Papa sit, siue non sit. Et respondendum, quòd huius argumenti solutio ex istius doctoris sumenda est uerbis. Cum enim secundum ipsum proprie in potestatis Papalis seu plenitudinis ecclesiasticæ potestatis formam sit Papa, certum est quòd Papa nō existente, nec Papalis autoritas seu potestas sit actualiter siue realiter in quocunq; sub sole. Idcirco generale concilium non ita in sua ratione formali includit Papam aut eius autoritatem, ut esse non ualeat, nisi in ipso realiter ac existētialiter includatur: & sic Papa uel eius potestas, præsertim cum secundū hunc ipsum doctorem, in multis casibus possit conuocari & celebrari generale concilium Papa non existente uel etiam renitente, ita de ratione generalis concilij est, ut Papalem autoritatem includat eo modo, quo doctor iste & Petrus de Alliaco affirmant, hanc autoritatem seu potestatis plenitudinem esse in generali concilio, utputa reprȩsentatiue atq; insinuatiue ac electiue & directiue seu dictatiue quasi in fœcunda radice: quia concilium uice totius ecclesiæ in casu potest sibi prouidere de Papa per electionem, quamuis ipsa autoritas efficientialiter sit immediate à deo, sed & suppletiue ac aptitudinaliter, seu quodammodo uirtualiter continetur in concilio de necessitate ista autoritas, cum generale concilium debeat ex omni statu hierarchico, in quo Papalis autoritas summa & prima est, esse collectum. Hinc Petrus de Alliaco fatetur: Vniuersalis ecclesia uel congregatio ipsam repsentans, originaliter & principaliter habet à Christo ius eligendi sibi caput, Papam siue rectorem, cuius tamen capitis autoritas seu potestas non ab ecclesia, sed à CHRISTO immediate dependet. Denique, ex his reor patere, quod in libro de ecclesiastica potestate Cancellarius ait: Potestas ecclesiastica considerari potest & debet tripliciter: Primo, formaliter in se & absolute sine respectu: secundo, materialiter & respectiue, prout applicatur ad hanc uel illam personam: tertio, quo ad exercitium uel executionem. Primo modo potestas ista est inuariabilis & eadem à principio nascentis ecclesiæ usque in finem perseuerat. Ecclesia siquidem dum sic consideratur in suis partibus essentialibus & permanentibus, quæ sunt Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, sacerdotium, habet integrari ex his omnibus, ita q; ablata penitus una huiusmodi potestate, iam non manet ecclesia prout à Christo seminatur, & uelut in quodam germine suo perfecte fuit instituta, ut si Papatus per imaginationem præscidatur à reliquis potestatibus inferioribus, id quod superest, non dicetur ecclesia. Proinde sequitur, si generale concilium repræsentet uniuersalem ecclesiam sufficienter & integre, necesse est ut includat autoritatem Papalem, siue Papa sit, siue esse desierit per mortem naturalem siue ciuilem. Postremo, contra secundum ita obijcitur: Quoniam iuxta præhabita, dignitas & potestas ipsa Papalis cȩteras uniuersas ecclesiasticas potestates & dignitates uirtualiter altioriq; modo quàm in alijs, sic continet, comprehendit, includit, quomodo ergo aliæ simul cum ea maiores sunt ea? Et respondendum quòd licet hoc uerum sit, non tamen Papatus omnifarie aliarum potestatum illarum perfectiones complectitur & includit, sed uerbum illud (quantum ad hoc) uerum est, quòd cum id quod est in aliquo, est in eo secundum modum eius in quo est ipse: quia Papa summus est in ecclesiastica hierarchia, & uniuersæ ecclesiasticæ potestates in ipso habent esse quodāmodo dignius atque simplicius, seu modum simpliciorem & digniorem, quàm in cæteris uniuersis, sicut & res creatæ, secundum Augustinum dicuntur uerius esse habere in deo, quàm in seipsis, quia in deo habent esse ideale, inuariabile, increatum: non tamen omnifarie habent uerius esse in deo, quum in ipso non habeant esse ratum, creatum, propriæ speciei cum proprietatibus suis. Pariformiter ȩcclesiasticæ potestates in cæteris habent esse

Ptās ecclesiastica tripliciter cōsideratur

magis determinatum, distinctum, diuisum cum usu seu actibus proportionatis & propriis, quàm in Papa duntaxat. Idcirco Cancellarius scribit nontanter, quòd ecclesiastica potestas sit in ecclesia maior quàm in Papa, quantum ad extensionem & latitudinem exercitiumq́ue huiuscemodi potestatis.

Articulus XII. Contra eos qui dicũt non pręesse summũ pontificẽ toti ac uniuersali ecclesię, & de resolutione positionis illorũ ac reprobatione eiusdẽ.

MVlti iam dicũt, imò & quædam Vniuersitates nunc scribunt, quod Papa non pręsit uniuersali ecclesiæ, nec potestatẽ ac iurisdictionem aliquã habeat super eã, sed solum sit filius eius, discipulus & minister, nõ pater, magister aut dñs, & quodcunq; legitur quod pręsit toti & uniuersali ecclesię, dicunt esse intelligendum diuisim seu distributiue, ita quod cuicunq; particulari ecclesię seu cuilibet ecclesiasticæ personæ præsideat, non toti ecclesiæ coniunctim susceptę, & per consequens nec generali concilio illã repręsentanti. Quãuis autem cõtra hanc adinuentionẽ introductæ sint plurimę autoritates & rationes in I. & II. libellis, nunc tamen aliqua sunt addenda. Primo quippe ex illa positione sequeretur, quòd absolute loquendo, plenitudo ecclesiasticæ potestatis nõ esset subiectiue & formaliter atq; realiter in solo summo põtifice, imò uerius magisq́ue proprie & item realius, imò & subiectiue esset in generali seu in uniuersali ecclesia, cui' oppositum paulo ante ex dictis Petri de Alliaco & Cancellarij est probatũ, qui huius oppositũ apertissime magistraliterq; determinat. Cõsequẽtia tñ probatur, quĩa altior, maior & plenior est potestas in supiore ac iudice, in patre, magistro ac dño, seu in matre, magistra ac domina, quàm in inferiori ac iudicando, in seruo, discipulo & ministro. Cũ ergo secundũ opinionem pręctactã ecclesia uniuersalis seu synodaliter congregata, sit absolute sup Papã, habẽs sup eum ptãtem & iurisdictionem tanquàm sup simpliciter inferiorem ac subditum & tanquã sup discipulum, filium & ministrũ, consequitur quòd absolute loquẽdo ecclesiasticę ptãtis plenitudo sit uerius, realius atq; formalius in ecclesia & cõcilio, quàm in Papa, magisq; denominet concilium uel ecclesiam quàm Papam: & sic subiectiue insit cõcilio siue ecclesiæ, cuius oppositum præfati doctores clarissime scribunt, quorũ solidissimis omniũ sanctorũ patrum ueterum ac doctorum consonant documẽta. Nempe stãte huiusmodi opinione, Christus nec Petro nec soli Petro quod suum est plenũ dedisset, cuius oppositum docet beatus Cyrillus patriarcha Alexandrinus, & Cyrillus Ierosolymitanus patriarcha affirmat, quòd Christus cum Petro & successoribus eius futurus fuit & sit sacramento & autoritate plenarie: hoc Theophilus Chrysostomusq́ue testantur, quorũ testimonia in primo opusculo sunt inducta. Preterea, si dicatur quòd in Papa sit ecclesiasticæ ptãtis plenitudo non respectu uniuersalis, sed cuiuscunq; particularis ecclesiæ ac psonæ, mox sequit quod in Papa non sit plenitudo ecclesiasticæ potestatis, nisi secundum quid. In generali aũt concilio seu in ecclesia simpliciter sit ponenda, sicq; potestatis huius plenitudo non erit in cõcilio uel ecclesia repręsentatiue & finaliter, insinuatiue, electiueq; solum, sed subiectiue, uere, proprie atq; formaliter, cuius contrarium ex præallegatis doctoribus est ostẽsum. Accidens enim maxime realiter ac proprijssime est in suo subiecto. Insuper, si absolute loquẽdo hæc potestas est uere, subiectiue, realiter siue formaliter in concilio, queratur, an subiectiue sit in uno supposito conciliari, an in pluribus aut in omnibus ut taliter congregatis si in uno quod tamen non sit Papa (Iam enim sumo nomen generalis concilij sicut doctores illi hoc sumunt, dum quærunt an ecclesiasticæ potestatis plenitudo sit in generali cõcilio, an in Papa) Si itaque sit in huiusmodi uno, iam consequens erit quòd aliqua sit persona in ecclesia habens potestatem iurisdictionis maiorem quàm Papa, quod nullũ reor dicturum. Si uero dicatur esse in pluribus, aut in omnibus illis suppositis simul collectis, primo sequitur quòd potestas illa non sit aliquid unum simpliciter, sed cõgregatiue, sicut exercitus & corporalis fortitudo ipsius: & sic talis potestas non posset in quemlibet actũ ecclesiasticæ potestatis, quia non posset in consecrationem corporis CHRISTI, neq; in alios actus pure sacramentales, qui exerceri non possunt nisi à singulari persona. sed hoc plenitudini ecclesiasticę potestatis repugnat. In uno ergo supposito eã subiectiue formaliterq; locare oportet, præsertim cum Cancellarius eam diffiniens dicat, quòd sit supernaturalis potestas à CHRISTO collata Petro & successoribus eius, sicq; de ratione ipsius est, ut in uno consistat supposito. Denique, si esset in pluribus aut omnibus illis personis, ut synodaliter congregatis, sequeretur quòd finito ac dissoluto concilio, summa illa ecclesiastica potestas actualiter esse desineret, sic que uniuersalis ecclesia in gradu & ordine po-

Obiectio quorundã cõtra autoritatem Papæ.

Solutio

Supernaturalis ptãs Petro & successorib' a Christo collata.

potestatiuo hierarchico imp̄fecta maneret, quod increatæ sapiētiæ ordinationi utiq; derogaret, cuius p̄fecta & ordinata sunt opa. Pręterea, uniuersali ecclesię simul sumptæ seu collectiue cōsideratę p̄fectius cōuenit nomen ratioq; ecclesiæ, q̄ ecclesiæ diuisim acceptę, seu cuicunq; particulari ecclesię. Siquidem de illa, non de ista uerificatur indubitanter, q̄ ecclesia dicitur esse semper in gratia, nec errare possit in fide. Si ergo non Papa, sed generale conciliū habet iurisdictionem super uniuersalem ecclesiam coniūctim pensatā, ita q̄ dissoluto concilio uniuersalis ecclesia collectiue considerata, proprie obligatur ad statuta & ordinationes generalis concilij, non est autem ad aliquem canonem, legem seu constitutionem summi pōtificis, sequitur uerius ac magis proprie dici posse, q̄ ecclesia militās sit regenda regimine democratico quo plurimi præsunt, quàm monarchico & regali, quo toti communitati pręsidet unus, cuius oppositū ex omnium sanctorū atq; doctorum autenticorū sententijs est ostensum: imò secundū opinionem præ tactam uideretur ualde perutile, rationale & necesse, q̄ iugiter sine interruptione celebraretur generale cōcilium, q̄d uniuersalis ecclesię reformationi, dispositioni atq; profectui incessabiliter prouideret, atq; ad quod regulariter in omni casu posset à summo pontifice appellari, & tunc ulterius forsitan expediret cessare tam Papam, quàm curiam eius, præsertim ne inter Papam eiusq; curiam, & inter generale concilium altercatio oriretur, & præcipue quia generale conciliū uideretur sufficere. Sed quia hæc dicere absurdissimū & contra Christi institutionē esset, absurda est assertio, ex qua talia cōsequunt. Postremo Petrus de Alliaco sic probat quòd in solo Papa sit plenitudo ecclesiasticæ potestatis: Quælibet particularis ecclesiastica potestas est uel esse potest in Papa, quæ nec est uel esse potest in uniuersali aut quacunq; particulari ecclesia aut collegio. Papa enim potest quamlibet ecclesiasticam potestatem exercere, quod non potest uniuersalis ecclesia aut quodcunq; particulare collegium. Nam ut de exercitio cæterarum ecclesiasticarum potestatū taceamus, sufficit dare exemplum de potestate consecrandi corpus Christi, uel altera potestate pure sacramentali, quoniā constat q̄ talis exerceri non potest nisi à singulari persona.

Ecclesia nō potest errare in fide.

Oīm autenticorū doctorū sententia ē, Papā esse super gñale conciliū.

In solo papa est plenitudo p̄tātis.

Articulus XIII. De multiplici acceptione ecclesiæ, & quomodo intelligendū sit q̄ Papa dicitur præesse toti ac uniuersali ecclesiæ.

MVltiplicē eiusdem nominis significationem non attendētes, multifarie celeriterq; falluntur, quemadmodum etiam ait Philosophus, q̄ ignorātes terminorum acceptionem, de facili paralogizant. Itaq; ad intelligendum quo sensu uiri sancti & summi pontifices, catholiciq; doctores testati sunt Papā præesse toti & uniuersali ecclesiæ, oportet aduertere q̄ nomen ecclesiæ multipliciter sumitur: Primo pro ecclesia materiali, sicut cū dicimus q̄ episcoporū est cōsecrare ecclesias, sicq; ad Corinthios ait Apostolus, Nunqd domos non habetis ad manducandū, aut ecclesiā dei contemnitis? Secūdo accipit, prout contra synagogam distinguitur, sicut dum affirmamus in principio nascentis ecclesiæ, seu in primitiua ecclesia oīa in Ierusalem fidelibus fuisse communia, sicq; fideles noui testamenti ad ecclesiā p̄tinent. Tertio sumit pro uniuersis fidelibus, q̄ à principio mūdi fuerūt & nunc sunt, & usq; in finē seculi sunt uenturi: & ita in homilia de parabola euangelicæ uineæ dicit Gregorius, q̄ ecclesia ab Abel usq; ad ultimum in fine mundi nasciturū electum, quot bonos protulit, tot quasi palmites misit, sicq; primo libro contra Donatistas Augustinus dicit: A principio mūdi quæ peperit Abel & Enoch & Noe & Abraham, ipsa peperit Moysen & prophetas, & quæ istos ipsa etiā peperit apostolos & martyres & omnes Christianos. Omnes enim hi societate unius populi continētur, & eiusdem ciuitatis sunt ciues. Quarto accipitur pro uniuersitate electorū seu deum amantium, in quibus omnibus amor dei unam efficit ciuitatem siue ecclesiam, & ista tam comprehensores quàm uiatores, hoc est, tam triumphantem q̄ militantem ecclesiam comprehendit. Sicq; in quadam homilia de Pentecoste excellentissimis laudibus laudat ecclesiam sanctus Chrysostomus, dicens quòd charior sit deo cœlo & terra, angelis, apostolis & prophetis, & quòd isti fuerunt & missi sunt per ecclesiam. Quinto ecclesia cū quadā restrictione seu cōtractione accipitur, pro parte populi Christiani ad diuinum obsequium quodam speciali signaculo deputati. Vnde in libro de ecclesiastica potestate Cancellarius ait: Ecclesia hic contracte sumitur, dum loquimur de ecclesiastica potestate, pro illis qui speciali signaculo dedicati sunt ad diuinum seruitium à clero, quę infimum tenet gradum usque ad supremum, quo Papa decoratur: sic dici solet, quòd ecclesia non utitur gladio materiali, sic quoque de libertate ecclesiæ agitur sermo. Sexto ecclesia sumitur pro uniuersis

Ecclesia multipliciter accipitur.

Ecclia sumit multiplr

1 Cor. 11.

Acta. 2.

Augustinus

Chrysostomus.

fidelibus eodem tempore existentibus: sicq; secundum Thomam in tertia parte Papa di-
citur præesse ecclesię, id est, cunctis qui suo tempore sunt Christianis, quod tamen intelli
gendum est per suiipsius exclusionem. Non enim suiipsius est caput & pontifex. Itaq; dũ
Papa dicitur pręsidere toti & uniuersali ecclesiæ, sensus est ꝙ præsit toti illi residuo popu
lo Christiano, qui est citra ipsum. Vnde & in tali locutione uniuersalis seu tota ecclesia, cũ
aliquanta contractione accipitur, puta pro toto ouili uicarialis summi pontificis. Potest &
septimo incontracte accipi pro ouili simul cum summo eius uicario capite, sicq; totius mi
litantis ecclesiæ caput principale est Christus, qui etiam particularium ecclesiarum ac fi-
delium personarum principale caput cẽsetur. Interdum quoq; sumitur uniuersalis eccle-
sia pro toto Christiani populi residuo, præter Romanam illam particularem ecclesiam:
sicq; in libris contra Donatistas Augustinus interdũ sumit uniuersalem ecclesiam. Insup.
ecclesia interdũ pro particulari ecclesia sumitur, ut cũ dicimus episcopos esse sponsos ec-
clesiæ, q̃niam unusquisq; illorum spõsus est ecclesiæ sibi commissæ, cũ qua matrimonium
spũale contraxit. Rursus ecclesia quandoq; pro ecclesiastico iudice seu prelato accipitur.
Matt. 18. Vnde & illud in euangelio, Dic ecclesiæ, Chrysostomus, Thomas, Durandus, Gotta, plu-
resq; alij, de ecclesiastico iudice interpretantur: sicq; ecclesia interdũ pro summo pontifi-
ce sumitur, qui secundũ Petrum de Alliaco uniuersalẽ aliquãdo ecclesiã repræsentat, quã
Matt. 16 teste Augustino & Petrus apostolus repræsentauit, cũ dictũ est ei, Tibi dabo claues regni
cœlorum. Et ita quod summi pontifices statuerunt, ecclesia dicitur statuisse, ut cum in ser-
De rel. & ue- mone de sacramento Vrbanus Papa testatur, ꝙ ipsa mater ecclesia festum om̃ium sancto-
ner. sanct. in rum statuit celebrandum: sic quoq; uidetur mihi posse concedi, ꝙ ecclesia habeat plenitu
VI. c. Glori- dinem potestatis, uidelicet ratione sui summi pontificis, & per actualem atq; formalem in
osus deus. clusionem ipsius. Vnde & Augustinus disseruit, ꝙ ecclesia Christi sponsa om̃em sui habet
domini potestatem. Postremo ecclesia impropriissime pro prauorum collectione accipit,
Psal. 25. iuxta quod scriptũ est: Odiui ecclesiam malignantiũ. Hęc omnia breuitati studens tango
magis q̃ prosequr, uarias allegationes omittens.

Articulus XIIII. Contra responsionem quorundam, qua conantur plurimas
rationes & autoritates euadere, quibus in præcedẽtibus opusculis est
probatũ, ꝙ toti & uniuersali ecclesię pręsit dominus Papa.

INtroductæ sunt in prioribus duobus tractatulis, præsertim in primo, plurimę auto
ritates rationesq; sanctorum patrum ac catholicorum doctorum, præcipue Bernar-
di & Thomę, in quibus ubertim asseritur, multipliciterq; probatur, quòd toti & uni-
uersali ecclesię pręsit Papa, & ꝙ absolute ac indistincte Christus totas oues suas Pe-
Tot. sic capit tro commiserit. Verum ut intellexi, huiusmodi argumẽta quidam hoc modo nisus est sol
tripliciter. uere: Totum capitur tripliciter: primo categorice, & sic tantum ualet sicut q̃d habet par-
tes: alio modo sumitur syncategorematice, & sic tantum ualet sicut singulæ partes: tertio
modo capitur partim sic & partim sic, & tunc totũ ualet tãtum, id est, hoc & nihil eius qn
& hoc. sicq; conceditur ista propositio: Totũ q̃d est in mundo, est in oculo tuo, dato q̃d in
eo sit una arena. Vnde secũdo modo sumẽdo totũ, concedo Christum secundũ Bernardũ
Petro cõmisisse totas oues, quia tunc tantũ est dicere totas oues, id est, om̃es simul seu con
iunctim acceptas, quę faciunt unam totã ecclesiam, quæ habet partiales ecclesias: & sic di
co totam ecclesiã simul sumptam, in qua necessario Papa includitur cũ om̃ibus mẽbris of
ficialibus Christi curę immediate subiacere, & ipsum esse immediatũ caput illius, & cũ ea
unum mysticum constituere corpus, sicq; in Christo ecclesia, sicut arca quondam uelut in
uno cubito consummatur. Hæc est illius responsio, quam non esse idoneam, sed simplicitũ
deceptiuam, primo ex beatissimi uerbis Bernardi ostendam. Ait eqdem sanctus ille secun
do de Consideratione, ꝙ Christus committens uni (utputa Petro) oues suas, unitatẽ omni
bus commendauit in uno grege & in uno pastore. Et addit: Vbi unitas, ibi perfectio. Ex
hoc Bernardi testimonio, intelligenti & considerare uolenti atque ualenti certissime in-
notescit, quòd cum Bernardus affirmat CHRISTVM Petro commisisse totas oues, sic ac-
cipit totas oues, quomodo totæ oues sunt unus grex. Aliàs Christus unitatem non com-
mendasset in uno grege. sed totæ oues non sunt unus grex, nisi sumendo totum categore
matice, puta eos coniunctim sumendo ac simul. diuisim enim acceptę, sunt plures greges,
sicut & plures ecclesię, & diuersos habẽt speciales propriosq; pastores. nõ ergo illa respõ
sio secundũ mentẽ Bernardi, ꝓcedit. Deniq; ex his claret, ꝙ secundũ Bernardũ totæ oues
sunt unus grex sub pastore uno, scilicet Papa, ordinate ac ꝑfecte dispositus, quia ubi uni-
tas,

tas, ibi perfectio, iuxta illud: Vna est colũba mea, formosa mea, perfecta mea: sed totæ oues non sunt unus grex sub Papa, nec in unitate tã formose dispositus grex nisi simul acceptę: ergo simul acceptis pręsidet Christi uicarius Papa, & prout totũ categorematice sumitur. Insuper iuxta præhabita ait Bernardus ad Papã: Tibi una est cõmissa grandissima nauis, facta ex omnibus, ipsa uniuersalis ecclesia toto orbe diffusa. Hic per grandissimã nauẽ ex oĩbus factã intelligit (sicut proprio ore exposuit) totã & maximã seu uniuersalem ecclesiam ex omnibus factam. Quid aũt uniuersalem ecclesiam ex omnibus factã, nisi ex oĩbus cõpositã, integratã, cõstantem? & hoc rursus qd est, nisi ex omni collectã siue coniunctã? Etenĩ uniuersum seu totum ex omnibus esse factum, nõ est aliud nisi ipsum ex suis partibus esse cõpositum, integratũ, cõiunctum, hoc est, simul acceptũ seu coniunctũ & pariter sumptũ: Vniuersalis ergo ecclesia ex oĩbus particularibus ecclesijs cõgregata, coniũctim accepta, seu simul uel pariter sumpta, summo põtifici est cõmissa, ergo & preest eidẽ, ut uerꝰ pastor & unicus Christi uicarius: sicut Bernardus clarissime docet, & ex intentione multipliciter probat: nec est effugere, si quis uerba ipsius acute prospiciat & penetratiue cõsideret. Amplius, ipsa abstracta potissime significant ꝑ modum unitatis & formæ, ideo diuersa ac plurima noĩe abstractiuo non proprie exprimũtur, nisi inquantũ coniunctim accipiũtur atq; in quandã unitatis formã redacta sunt. Cum ergo de diuersis fidelibus, imò potius de cunctis hominibus Bernardus loquatur ad Papã: Tibi uniuersitas est cõmissa: palã quòd oĩbus coniũctim præsideat: nẽpe scd̃m Bernardum, etiam infidelibus, Iudæis atq; gẽtilibus Papa est debitor. Postremo ait Bernardus: Quia Papæ cõmissus est mundus, & quòd suscepit ipsum seculũ gubernandũ, ita ꝙ orbe exeundũ est ei, qui uult inuenire quæ non ad Papæ pertineant curã. Quomodo ergo gens quędam in certa residẽs ciuitate asserit se ad Papæ tanquam ad sui pastoris curam non pertinere, quasi subiecta sit illi in aliquo, imò potius, quòd ille sit ei absolute loquendo subiectus. Et quõ uniuersalis ecclesia coniunctim accepta, quæ utiq; sic accepta demoraẽ uel potius prograatur in terra, ad Papæ nõ ꝑtinet curam? Hæc ex uerbis Bernardi contra prætractã euasionẽ sint dicta. Pręterea ꝙ Thomas in Summa contra gentiles & alibi asserendo atq; probando, ꝙ Papa præsit toti & uniuersali ecclesiæ, intelligat hoc, prout totũ categorematice sumiẽ, & prout uniuersalis ecclesia coniunctim accipiẽ, in primo opusculo clare, clarius in scd̃o, & nũc clarissime est probandũ: nẽpe quarto libro Sũmæ cõtra gẽtiles, primo sic arguit: Sicut est una ecclesia, ita oportet esse unũ populum Christianũ: sicut ergo in uno spẽali populo unius ecclesię requiriẽ unus episcopus, qui sit totius illius sui populi caput: ita in toto populo Christiano requiritur, ꝙ sit unus totius ecclesię caput. In his uerbis Thomas insinuat, ꝙ sicut seu eo modo quo tota ecclesia una est, & totus populus Christianus dr̃ unus, cõpetat ecclesiæ & populo isti unũ habere caput, pontificẽ & pastorẽ cõmunem. s. Papam: Ecclesia aũt tota non est una, nec populus Christianus est unus nisi collectiue siue coniunctim sumanẽ uniuersi fideles, ergo & coniunctim omnibus præest Papa. Rursus, ep̃i gregibus sibi cõmissis tã coniunctim q̃ diuisim acceptis pręesse noscuntur, ergo & Papa taliter omnibus pręsidet Christianis: cũ Thoma testãte, Papa sic præsit toti populo Christiano, sicut unus episcopus toti populo sibi cõmisso. Amplius, libro præallegato Thomas in 2. argumẽto inter cętera loquiẽ: Ad unitatẽ ecclesiæ requiriẽ, ꝙ oẽs fideles in fide cõueniant: & addit, ꝙ per diuersitatẽ sentẽtiaꝝ diuideret ecclesia, nisi per unius (puta pontificis summi) sentẽtiam in fidei unitate conseruareẽ. Idcirco ad unitatẽ hãc fidei atq; ecclesiæ conseruandã reqritur, ꝙ unus. s. Papa toti pręsit ecclesię. Ex his itaq; arguitur: Ad fidei unitatẽ tota ecclesia coniũctim oẽsq; Chr̃iani collectiue tenẽtur, & ideo solũ diuisim. Cũ ergo Papa ad hoc pręsit ecclesiæ, ut hæc in ea unitas conseruetur, oportet ut sic pręsit ecclesiæ, quõ magis cõgruũ, imò & opportunũ est eũ illi præesse, ad hoc ꝙ hãc fidei unitatẽ, quantũ ad suũ spectat officium, in ea cõseruet: sed ad hoc necesse est ut habeat autoritatẽ cõdendi legẽ, doctrinã seu cõstitutionẽ, ad quã uniuersi Chr̃ifideles etiã cõiunctim atq; cõcorditer teneãtur: aliter unitatẽ hãc cõseruare nõ posset, cũ ad eã oẽs pariter obligẽtur fideles. Hinc sequr, ꝙ sup uniuersam Chr̃ianitatem dñs Papa habeat ptãtem, prelationẽ & iurisdictionẽ, iure diuino sibi desuꝑ immediate collatãs sicut nõ solum Petrus de Alliaco, sed & Alexãder de Hales sup tertium Sententiaꝝ, & ante eos Hugo de sancto Victore libro de sacramẽtis uerissime contestantur. Insuper Thomas probat intentum per hoc, ꝙ ecclesia militans à triumphanti per similitudinem deriuatur. Sicut ergo in triumphanti ecclesia unus præsidet omnibus, non solum diuisim, sed & coniunctim: in militanti quoque ecclesia esse sic decet. Postremo ad ista probanda Thomas

Osee.1. mas allegat illud Osee: Congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibi caput unum. Quocirca notandum, quòd propheta dicturus, ponent sibi unum caput, præmisit quod congregabuntur pariter, ad insinuandū quod ponere & habere caput unū conuenit eis ut pariter congregatis. i. simul acceptis seu in unum collectis: ergo & sic præsidet eis huiusmodi caput. Allegat & Thomas illud Iohannis: Fiet unū ouile & unus pastor: insinuans, Iohan.10. quod tota ecclesia sit unum ouile sub Papa, & non solum sub Christo: sed esse unum ouile competit ecclesiæ ut simul acceptæ. Possent & alia plurima huiuscemodi argumenta sumi ex Thoma, sed breuitati studere par est, præsertim tamen in scd'o opusculo quædam illorū inducta sint. Præterea quod in prætacta responsione habetur, Totam ecclesiam simul sumptam, in qua necessario Papa includitur cū omnibus mēbris officialibus, Christi curæ immediate subiacere & ipsum esse immediatum caput illius: istud inquam non uidet nisi uerbum intricatum, irresolutum & pluriū deceptiuum. Cōstat quippe quod nullus eorum qui tempore isto dño Eugenio fauent & hærent, afferēdo quod Papa præsit toti & uniuersali ecclesiæ, adeo extet insipiens, ut uelit asserere quod Papa tanquam caput & pontifex præsit autoritatiue sibimet ipsi ac cæteris uniuersis, sed cæteris hominibus etiam simul sumptis. Vnde quòd dr omnibus præsidere, per suijpsius exclusionē debet intelligi, quēadmodum illud quod S. Gregorius atque Isidorus dicūt, Petrum fuisse principē oim apostolorum: & sicut cōiter dicit Abbas præesse toti conuentui, & Decanus toti collegio: ita quod in tali sermone conuentus & collegium cum aliquantula restrictione contractione ue sumuntur, sicut ex ipso adiuncto dat intelligi, puta pro toto residuo monachorum seu canonicorum. Sic & uniuersalis ac tota ecclesia cum aliquantula contractione accipitur, puta cum Papæ exclusione, cum dicit uniuersali & toti ecclesiæ præsidere. Cumque obijcit, quod in tota ecclesia simul sumpta Papa necessario includitur. Dico quod Papa non existente, adhuc est tota & uniuersalis ecclesia, quis non omni-

Obiectio. Responsio. farie quo ad suam subsistentiam, & quantū ad omnes sui partes officiales perfecta. Ideo nō est quomodolibet uerum, quod tota ecclesia simul sumpta necessario includat Papam inclusione actuali atque formali, cum includi hoc modo, præsupponat esse, sicut & actus scd'us actū primum, quas aptitudinaliter, radicaliter seu potentialiter, seu ut Petrus de Alliaco & cancellarius scribunt, finaliter Papatū aut Papam includat. Et dato quod tota ecclesia simul sumpta Papam hoc modo includeret, dicendum esset, uerum hoc esse de tota ecclesia incōtracte accepta, & scd'm perfectam subsistentiā suā atque decorem in ordinibus officialium partiū, ecclesiasticarumque potestatum: & sic sumptæ toti ecclesiæ, concedo Papam nō præsidere, uidelicet sibijpsi & alijs. Cum ergo infertur, nec toti ecclesiæ simul sumptæ: negat sequelam, quoniam diuersificatur acceptio totius ecclesiæ. Ecclesia nanque, imò & tota ecclesia nunc contracte nunc incontracte accipitur. Denique hac distinctione & declaratione præmissa tunc dicitur. De isto amplius disputare iuxta modum argumenti in illa responsione prætacti uidet quasi in æquiuocis laborare, atque inutiliter tempus expendere, præsertim cum in isto non uersetur difficultas tempore isto, uidelicet an Papa præsit toti ecclesiæ simul & incontracte acceptæ, ipso in eo actualiter formaliterque incluso. i. sibijpsi & alijs: sed an præsit toti illi residuo populi Christiani, quod citra seu præter ipsum est, non solum diuisim, sed & coniunctim accepto, ita quod autoritatem, potestatem & iurisdictionem habeat super illud. Si itaque conceditur quod sic, habetur propositum: si aūt dicatur quod non, tunc præfatum illud argumentum impertinens est, quod ideo Papa non debeat cōcedi præesse toti ecclesiæ simul sumptæ, quoniam ipse continetur in ea, ita quòd sibijpsi & alijs non præest. Hinc & cōcedo, quòd ecclesia sic sumpta cum Papæ actuali & formali inclusione, immediate subiacet curæ Christi, ad hunc sensum: quòd pontifex præsit toti ecclesiæ taliter sumptæ. Istud enim nemo uult dicere, nec in isto uertitur difficultas, ideo eundum est ad rem, an scilicet Papa præsit toti illi residuo simul accepto: Nam & nominibus ad placitum utimur. Præterea quòd ecclesia uniuersalis seu tota sæpe sumatur, cum præfata contractione, etiam ex cuiusdam uniuersi-

De transla.e pi. c. inter cor poralia. tatis scripto liquet, quo dicitur: Ecclesia uniuersalis habet Christum pro capite uero & immediato: summū uero pōtificē, pro capite uicario & ministeriali. Cū enim ecclesia uniuersalis dicitur Christum habere pro capite, sumit aūt certe, accipi potest cum Papæ actuali & formali inclusione. Cum uero eadem ecclesia uniuersalis dicit summum pontificem habere pro capite uicariali, sumit cum pontificis huius actuali exclusione, qui suijpsius & aliorum caput & pontifex non est. Postremo, cum Bernardus & alij dicunt Chrm Petro totas oues cōmisisse, ut hoc uerum est sumēdo totum syncategorematice, nisi intelligatur per suijpsius, Papæ seu Petri actualem exclusionem: Cum & ipse Petrus fuerit ouis Christi, sicut & quilibet

bet eius successor: non tñ Chrs Petrũ sibimetipsi cõmisit tanq̃ pontifici, q̃uis aliquo mõ de us unũquenq; sibimetipsi cõmutat, ut scdm rõnis suæ dictamẽ se dirigat. Et breuiter nec coniunctim nec diuisim Papa præest toti ecclesiæ seu fidelibus omnibus, nisi per suĩpsius exclusionem.

Articulus XV. Contra fundamentum eoꝝ q dicunt Papam non præesse uniuersali ecclesiæ coniunctim acceptæ.

MVlti idcirco nunc asserunt, Papam non præesse toti & uniuersali ecclesiæ, quã Christus per semetipsum regit eam immediate per dona charismatũ, per influentias gratiaꝝ, per infallibilem directionem spiritussancti, ita q ipsa ecclesia errare non potest, sed est in gratia confirmata semperq; sancta, nõ habens maculam neq; rugam, sicut de ea dicit ad Ephesios Apostolus: Chrs dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea ut illam sanctificaret, mundans illam lauacro aquæ in uerbo, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam neq; rugam. Vnde & articulus fidei est, credere ecclesiam sanctam catholicam. Hæc ergo ecclesia non uidetur gubernatione indigere humana, ita q Papa ei non præest: sed sicut partim in primo tractatu ostensum est, nuncq; diffusius ostendetur, dictum istud prorsus inualidum est, rationi insufficienti innitens: Primo, quia ut patuit, Thomas & Nicolaus de Gorra pluresq; alij doctores & expositores affirmant uerba illa apostoli cõuenire ecclesiæ pro statu futuro, nõ in præsenti. Vbi si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Hi quoq; habent euidentissime pro se Augustinum in pluribus locis. In exordio quippe libri contra Donatistas fatetur, ubicunq; in libro contra Donatistas commemorari ecclesiam non habentem maculam neq; rugam, non sic accipiendum quasi iam sit: quia nunc præparatur, ut sit quãdo apparebit etiam gloriosa. Nunc enim propter quasdam ignorantias & infirmitates mẽbrorum suorum habet unde quotidie tota dicat: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus &c. Insuper in quarto libro contra Donatistas prolixe deducit, quòd præter Christum nemo fuit immunis à culpa: ideo non tantum uniuersaliter fidelibus omnibus, uerumetiam singulis necessariũ sit dicere, Dimitte nobis debita nostra. De hoc plura scribit super primam Iohannis canonicam, tractans illud: Si dixerimus quòd peccatum non habemus, nosipsos seducimus: ubi affirmat Iohannem non dixisse, Si dixerimus quia peccatum non habemus, sed, nõ habemus: quia sine quotidianis culpis uenialibus nec tantus euangelista fuit. At uero in libro de præsentia dei ad Dordanum clarius ait: Hanc orationem, Dimitte nobis debita nostra, uniuersa ait ecclesia, quã mundat saluator lauacro aquę in uerbo, ut eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam neq; rugam aut aliquid huiusmodi: tunc utiq; cũ perficietur in re, ubi nunc perficienda ambulat in spe: Non quomodo est nunc non habens maculam neq; rugam, aut aliquid eiusmodi, quæ uel in omnibus ad eam pertinentibus hominibus qui iam ratione utuntur, & uoluntatis arbitrio mortalisq; carnis sarcinam portant: uel certe quod & ipsos cõtentiosos necesse est fateri in multis suis membris, dicit quotidie: Dimitte nobis debita nostra. His concordat quod octauo Moralium Gregorius super illud Iob, Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris, ait: Si istud ex uoce ecclesię uniuersalis accipimus, aliqñ hãc proculdubio carnis putredine, aliquando autem grauari sordibus pulueris inuenimus: multi quippe sunt in ea, qui dum amori carnis inseruiunt, fœtore luxuriæ computrescunt: & nonnulli sunt qui à uoluptate carnis abstinent, sed tamen tota mente in terrenis actibus iacent. Dicat ergo sancta ecclesia, quid de utroq; genere hominum tolerat: Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris: ac si aperte dicat: Pleriq; mihi per fidem membra sunt, sed tamen sana & mũda per actionem non sunt: quia aut turpibus desiderijs, aut terrenis actibus seperantur. Præterea dato quòd tota sancta ecclesia sic esset confirmata in gratia, & sancta ac simplex, quòd nullus fidelium posset peccare: propter hoc non repugnaret ei habere in terra prælatum: Primo, quoniam & in cœlesti hierarchia, ubi plena fidelitas est, prælatio est, secundum diuini Dionysij documenta: imò iurisdictio: &, ut Cancellarius scribit. In statu quoque innocentiæ talis prælatio iurisdictio'que fuissent secundum eundem aliosq; communiter. Secundo, quia prælatio non solum instituta est ad retrahendum à malo, imò etiam ad promouendum in bono, ad illuminandum ac perficiendum, & ut increatæ sapientiæ perfectio in rerum ordinibus repræsentetur ac splendeat. Tertio, quia si ideo uniuersali ecclesię non competeret habere prælatũ in terra, quia à Chro immediate per

Ephe 5.
1 Iohan 1
Matt 6
1 Iohan 1
Matt.6
Iob.7
Iob.7

per gratiarum charismata gubernatur, sequeretur quod de notis in charitate & gratia existentibus non conueniret habere prælatum & rectorem in terra: quia interius immediate per dona gratuita reguntur à Christo. Et de confirmatis in gratia, quales à die pentecostes fuerunt apostoli, istud potissime uideretur, quod ex tunc Petrus aliorum apostolorum non fuisset prælatus aut princeps, maxime quoque præstantissima uirgo Maria post Christi resurrectionem non fuisset membrũ illius primitiuæ ecclesiæ aut principi apostolorum tanquam prælato & Christi uicario quodãmodo subditum, cuius oppositum infra patebit. Quarto, quoniam generale conciliũ integratur & constare potest ex personis charitate & gratia carẽtibus: ergo secundum præhabita uideretur, quod saltem generali concilio Papa præesse possit. Et si dicatur quod non, quatinus concilium habet spiritumsanctum præsidentẽ & infallibiliter dirigentem: hoc uerum est, quò ad diffiniendum ueraciter, quid ad fidei ueritatem moresque bonos pertineat: in cæteris regulariter ita non est, sed potest peccare ut cæteri. Quinto, quia interior illa gubernatio Christi exteriorem directionem non excludit prelatiuimò talis quoque exterior directio qua prælati in hac uita dirigunt suos, uniuersali ecclesiæ cõpetit, expedit & opportuna consistit. Ideo concedendum, quod Papa præsit eidem, ut multipliciter est probatum.

Articulus XVI. Quomodo intelligendum sit, quòd ecclesia catholica dicitur sancta: & an sit confirmata in gratia: & quomodo dicitur non posse errare: & an non possit errare. Quomodo etiam intelligendum sit, quod generale concilium dicitur infallibiliter regi à spiritusancto, & non posse errare.

QVamuis præcedenti articulo dictum sit, esse sine macula atque ruga, conuenire ecclesiæ pro statu quẽ habebit in patria, secundum Augustinum, Thomam, & alios multos: non tamen absolute negãdum est, quin istud competat etiam aliquo modo ecclesiæ in præsenti, quamuis non tam perfecte sicut in patria: præsertim cum articulus fidei sit credere ecclesiam sanctam catholicam: sanctum autẽ ut sanctus Dionysius ait, maculam uitiumque excludit. Denique ecclesia congregatio fidelium nuncupatur, quæ sic ab aliquibus diffinitur: Ecclesia est corpus mysticum organicum, fide Christi animatum. Hanc quidam asserunt sanctam, non ex parte materię suæ, uidelicet hominũ, sed ex parte formę suę, utputa fidei, quæ iugiter manet recta, sana, immaculata quo ad se & in se, ita quòd ei nullum falsum nullusque error subest subesse ue possit. Non aũt dicitur ecclesia sancta secundum istos ratione partium materialium. s. hominum: quoniam partes illæ maculam habent & rugam per diuersa mortalia fœdatæ peccata. Vnde si ecclesia diceretur sancta ratione partium materialium, profecto nec ecclesia prædestinatorum existeret sancta, cum multi prædestinatorum sint in peccatis mortalibus pro tempore sordescẽtes, & aliqui nõdũ uenerunt ad fidem. Alia quoque, ut dicunt, est ratio, cur ecclesia dicitur sancta, uidelicet non propter personarum in ea existentium sanctitatem, sed propter sanctitatem sacramẽtorum quę conferuntur in ea, nec inquinari possunt ministrorum malitia, sed semper complacẽt deo & prosunt suscipienti, nisi gratiæ obicem ponat: sed si istud ad hoc quod uniuersalis ecclesia sancta sit esset sufficiens, sequeretur quòd etiam quæcunque particularis ecclesia & christiana persona esset sancta quamdiu manet in integra fide saltem informi, & in ecclesiasticorum sacramentorum professione: sicque ecclesia malignantiũ esset sancta & immaculata Christo, & homines uitiosi qui tamen sunt membra diaboli: quod non uidetur bene sonare. Rectius ergo secundum Hieronymum ecclesia dicitur sancta, quoniam semper aliqui boni sunt in ea & uirtuosi, quorum etiam meritis secundum ipsum mundus subsistit. Hinc Thomas exponens articulũ fidei, quo dicitur, Ecclesiam sanctam, dicit: Ecclesia quatuor modis seu rationibus dicitur sancta: Primo ratione lotionis, quia fideles loti sunt Christi sanguine à peccatis, & in baptismo lotionem huiusmodi sortiuntur. Secundo ratione unctionis spiritalis, per supernæ gratiæ infusionem, quæ in baptismo confertur, & per pœnitẽtiam reparatur: Ideo ad Corinthios dicit Apostolus: Deus signauit & unxit nos. Tertio ratione diuinę inhabitationis: siquidem deus trinitas per charitatem & cætera dona gratuita bonorum inhabitat corda, dicente Iohãne: Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Christus quoque de tali loquens, Ad eum (inquit) ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quarto ratione diuinæ inuocationis, secundum illud Ieremiæ: Inuocatum est nomen tuum super nos: hanc ergo denominationem. s. esse sanctã & immaculatam, sumit ecclesia ratione partium quarundam suarum, puta eorũ qui sunt in charitate & gratia: sed tunc obijci potest, quòd etiam isti frequenter uenialiter & interdum mortaliter peccant. Ad quod dicendũ, quòd nunquam

Ecclesia quid

2.Cor.1

1.Iohan.4.

Iohan.14.

nunquam simul omnes mortaliter peccauerunt, quin indesinenter aliqui in charitate persistant, nunc isti, nunc illi: sed & uirtuosi omnes in ecclesia q̄uis quotidie uenialibus quodāmodo maculentur, tamen & quotidie, imò omni hora talia uenialia uarijs modis atq; remedijs delent per charitatis feruorem, per compunctionem internam, per orationes assiduas, per compassiones fraternas, per pœnitentiæ opa, per multiplicia bona, sicq; in maculis illis non manent, imò quotidie splendidiores fiunt in anima. Hinc super illud Canticorum, Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te, Ockam ex uerbis Gregorij scribit: Quamuis macula uenialis peccati aliquando per te transeat. s. ò ecclesia, seu deuota persona, nō tamē pseuerat in te. Electos etenim temere mentis, & si aliquādo per infirmitatem delinquunt, per compunctionis tñ acerbitatem mox quod uiolentum est, abstergūt. Vnde Apostolus ad Ephe. dicit, ecclesiam esse sine macula & ruga: quia licet in membris suis quotidie uenialiter maculetur, per contritionis tamen lauacrum assidue emundatur. Hinc aliqui dicunt, ꝙ soli boni uidelicet existētes in charitate sint essentiales partes ecclesię: sicq; de ecclesia. s. prout in bonis consistit, ait saluator, ꝙ portę inferi non pręualebunt aduersus eam. Et Gregorius in Moralibus: Sola est sancta ecclesia, per quā sacrificium dominus libēter accipit: sola quæ pro errātibus fiducialiter intercedit: sola in qua opus bonum fructuose pagitur: sola quæ inter se positos solida charitatis compage custodit: quæ dum in se dona septiformis gratiæ spiritus continens claritate supernæ uirtutis irradiat, quasi ab axe ueritatis relucet. Deniq; de ecclesia sic accepta dicunt doctores concorditer, ꝙ etiam mali in persona ecclesiæ sine mendacio dicere possunt hæc uerba: Credo in deum. Et item: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus: quæ in propria persona mendaciter dicerent. Ex his innotescit quomodo ecclesia militans dicitur confirmata in gratia: non enim ita hoc dicitur, quasi uel omnes psonæ fideles uel aliquæ secundū se sumptæ sic sunt gratia confirmatę ꝙ mortaliter peccare nequeant: imò fortassis nulla fidelis psona nunc in ecclesia existens, est taliter confirmata in gratia: sed ob causam prætactam id dicitur, quoniam ex promissione diuina cognoscimus, ꝙ opitulante gratia dei semper sunt, fuerūt & erunt aliqui in ecclesia uirtuosi: & quantum ad hoc aliqualiter potest concedi, ꝙ ecclesia nō potest peccare. i. tota simul cadere in peccatum mortale, q̄uis nullus in ea sit qui non possit peccare. Magis tamen proprie conceditur, ꝙ ecclesia non possit errare in fide. i. tota à fidei ueritate deficere: Nam & ab huiusmodi errore multo plures diuinitus præseruantur, q̄ ab alijs mortalibus culpis. Porrò omnium horum confirmatio est, ꝙ in sermone de uigilia natiuitatis Christi scribit Bernardus: Ecclesia inquiens, secum habet consilium & spiritū sponsi, & dei sui, cui dilectus inter ubera commoratur, ipsam cordis sedem principaliter possidens & cōseruans. Nimirum ipsa est quæ uulnerat cor eius, & in ipsam abyssum secretorum dei oculum contemplationis immersit, ut & illi in suo & sicut in eius corde perennem faciat mansionem. Cum ergo ipsa in scripturis diuinis uerba uel alternat uel trāsponit, fortior est illa comparatio q̄ positio prima uerborum: & fortassis tanto fortior, quātum distat inter figuram & ueritatem, inter lucem & umbram, inter dominam & ancillam. Ex his sancti Bernardi uerbis elicitur, quanta quoq; ecclesiæ extet autoritas in expositione sacræ scripturæ, & in determinationibus credendorum ac necessariorum ad salutem. Insuper, generale concilium uniuersalem ecclesiam repræsentans, q̄uis ad præfatam ecclesiæ prærogatiuā, quæ est esse confirmatum in charitate & gratia, non pertingat ad hanc: tamen pręrogatiuā quę est non errare in fide & moribus. i. in determināndo quid ad fidei & morum rectitudinem spectet non deuiare, pertingit per concilium dirigente ipsum spiritusancto propter commune totius ecclesiæ bonum. Veruntamē tam ipsa ecclesia q̄ gñale cōcilium errare potest in facto & in his quæ facti sunt, & hoc potest cōtingere sine pctō. Hinc Cancellarius libro de ecclesiastica unitate notabiliter scribit: Constat ꝙ in materijs fidei terminādis error nō cadit in gñali cōcilio: Rationem dant doctores, ex speciali assistentia spiritussancti, & Christi dirigentis ecclesiam, non permittentis eam errare in his ad quæ humana inuestigatio ꝑuenire nō pōtst: secus in his, quæ uel facti sunt, uel humana inuestigatiōe terminari possunt. Rursusq; ait: In talibus quæ maxime in facto consistunt quilibet errare sine salutis periculo potest, non solum iste uel ille, sed in talibus ecclesia fallere dicitur & falli, sicut multo tēpore fœminam pro Papa tenuit. Præterea queri potest, si pręfato mō ecclesia est in gr̄a cōfirmata, quō dr̄ lapsa & deformata, imò scd̄m Petrū de Alliaco in lib. de Reformatiōe ecclesię, totū corpus ecclesię est uniuersaliter deformatū: sicut & sanctus Bernardus fatetur, ꝙ propter negligentiam, carnalitatem & cętera uitia prælatorum, ecclesia facta est deformis,

exan

Cant. 4

Ephe. 5.

Matt. 16.
Gregorius

Matt. 6

Ecclesia non potest errare in fide.

Ecclesiæ autoritas q̄ta s.

Ecclesia pōt errare in facto.

Bernardus

exanguis & marcida: sed ex dictis patet solutio, utrunq; enim istorum ecclesiæ conuenit ratione diuersorum membrorum suorum, quorum quædam sunt uirtuosa & aliqua uitiosa. Nunc uero ecclesia dicitur uniuersaliter deformata, quia in omni gradu, statu & ordine eius mali plurimi reperiuntur: Non tamen ecclesia sic uniuersaliter deformata asserit, quod omnes in ea existentes sint mali. Hinc super illud Lucæ: Impleuerunt ambas nauiculas, ita ut pene mergerentur, ait Nicolaus de Gorra: Nauis ecclesiæ nunquam submergit totaliter, sed pene mergitur per peccatum, quia pro tempore maiori. Itemq; super illud Lucæ: Rumpebatur rete eorum, testatur ecclesia nunquam uniuersaliter errat aut deficit, etsi quandoq; particulariter. Ex his plura sanctorum dicta quæ prima facie uident contraria, faciliter concordarentur.

Luc.5.

Luc.5.

Articulus XVII. De plenitudine potestatis papalis, & de autoritate ac præsidentia summi pontificis super totam & uniuersalem ecclesiam, secundum Vbertinum: & de confirmatione quorundam quæ ait ex dictis Thomæ ac Bonauenturæ.

Quidam deuotus doctor ordinis sancti Francisci, contemporaneus domino Bonauenturæ, uidelicet frater Vbertinus, quarto uolumine suo de uita Saluatoris seu arbore crucifixi, de ista materia inter cætera ait: In collatione episcopatus nouum, uerum ac spirituale matrimonium contrahitur inter episcopum & suam ecclesiam, quod secundum Innocentium extra de renuntiatione ca. inter corporalia; habet fortius uinculum quàm carnale, & à solo deo potest dissolui: Nec enim nisi à deo dissoluitur, quando à summo pontifice qui habet uicem dei in terra, mutatur episcopus, uel transfertur, quod omni alteri altiori potestati est impossibile. Propter quod cum summus pontifex sit multo melius unicus & integer sponsus uice Christi totius ecclesiæ peregrinantis in terra solennius & immobilius uinculum spiritualis connubij contrahat cum ecclesia, solo dei iudicio & nulla humana potestate soluendum, quàmdiu idem pontifex uiuit intra corpus ecclesiæ, à cuius corpore per mortem eijcitur, aut per heresim condemnatur, etiamsi prius canonice introisset. Ideo dicunt quidam, quod quantumcunq; renuntiet summus pontifex, non est in terra qui uice dei fungatur super ipsum, ut renuntiationem possit uel debeat acceptare, uel qui uinculum spiritualis connubij, quod traxit cum uniuersali ecclesia, possit dissoluere, onusq; pastoralis curæ de illius humeris amouere, uel qui possit aut debeat à subiectione sibi debita subiectam ecclesiam absoluere, seu eam ipso uiuente alteri possit dispensare: quod si fecerit, alter qui sic introducitur, fiat & fit adulter, non sponsus: & ecclesia quæ sibi subijcitur, non fit legitima sponsa: Illaq; pars ecclesiæ quæ à tali adultero separatur, ex hoc si iam in altero non erret, redditur legitima sponsa Christi, atq; ad ipsam tota cœlestis sponsi influentia & autoritas deriuatur. Porrò istud ultimum huius doctoris uerbum recitatiue ab ipso inductum est, & in sequenti articulo de ueritate ipsius quæretur. Insuper ait, Summus pontifex pro suo arbitrio atq; interno spiritussancti instinctu potest instituere & destituere omnem aliam potestatem intra ecclesiæ corpus contentum, quoniam Papa est uniuersalis ecclesiæ summus hierarcha, summusq; princeps totius ecclesiasticæ hierarchiæ. Et quoniam uirtus ordinis huius. s. episcopatus est iurisdictio totius iurisdictionis, ordo siue potestas est in Papa tanquam in summo Christi, qui uerus est deus, uicario, à quo solo accipit eam, quamuis ab hominibus eligatur. Idcirco pro tanto dici potest, quo ad iurisdictionem ordinem episcopatus in uniuersis sub Papa episcopis posse uariationem accipere, quia à summo pontifice potest episcopo plebs subiecta auferri, atq; legitimi sui ordinis executio interdici, aut spirituale connubium episcoporum cum particularibus ecclesijs illorum dissolui, quoniam omnis iurisdictio & regimen inferiorum à Papa tenetur, & ipse totius ecclesiæ legitimus sponsus est, & cui uult potest ecclesiam suam auferre & alteri coniungere, quia in hoc fungitur uice Christi summi dei. Itaq; omnes episcopi tenent totam suam iurisdictionem à summo pontifice, in quo sicut in Christi summi dei uicario manet totius iurisdictionis & autoritatis ecclesiæ plenitudo: sed contra hanc irrefragabilem ueritatem insurgunt quidam temerarie sentientes, & ad sobrietatem sapere nescientes, dicentes quod omnes apostoli habuerunt à Christo immediate autoritatem, quemadmodum apud Mattheum loquitur eis: Quæcunq; ligaueritis super terram: sicq; omnes episcopi potestatem immediate tenent à Christo sicut & Papa. Nam ita alij apostoli sicut & Petrus autoritatem ligandi & soluendi à Christo immediate accepisse creduntur. Quibus respondemus & eos suo proprio argumento ligamus, dicentes quod utiq; uerum est, quod omnes apostoli acceperunt immediate à Christo potestatem, & uiuente & conuersante hic Iesu Christo summo pontifice, licet præhonoratus sit Petrus in signum

De renunti. epis. ca. inter corporalia.

Ibidem

Matt.18.

donan

donandi sibi principatus successionis à Christo, tamen iurisdictionem super cæteros conuersante hic Christo non accepit: quo crucifixo & à mortuis suscitato, successorem suum Christus Petrum instituit, dum pascendorum agnorum ouiumq; suarum ei super cæteros curam commisit, dicendo illud Iohannis: Symon Iohannis diligis me plus his? pasce oues meas. Vnde sicut ipsum ostendit alios apostolos præcedere in sua dilectione, sic ipsum prę cæteris reputauit dignum suę autoritatis iurisdictione, & suæ potestatis successione, quā in ipsum transfudit plenarie: ac per hoc sicut omnes apostoli receperunt autoritatem immediate à Christo cui erant subiecti, sic eam tenuerunt post passionem ac ascensionem ipsius ab eius uicario beatissimo Petro, & ei plenarie subiacebant, imò quod plus est, ut cum reuerentia & complacentia sacratissimæ uirginis loquar, ipsa recognoscebat se propter plenitudinem potestatis filij sui transfusam in Petrum, inquantum ipsa erat membrum ecclesiæ, beato Petro prælatica autoritate subiectam, licet beatus Petrus eam merito suæ altissimæ sanctitatis ac dignitatis summe uereretur ut dei genitricem & totius ecclesię matrē. Postremo ait hic doctor in eodem uolumine, quòd apostolicæ sedi competit uniuersale magisterium super totam ecclesiam. Hucusq; Vbertini istius scripta commemoraui, quib' quantum ad hoc quòd asserit Papam esse totius uniuersalis ecclesiæ sponsum, pastorem, rectorem: q item in ipso sit totius iurisdictionis & autoritatis ecclesiasticę plenitudo, ipseq; sit uniuersæ ecclesiasticæ hierarchiæ summus hierarcha, concordant aliorum scripta doctorum, præsertim Bonauenturæ, qui super quartum sentētiarum hæc eadem scribit, multaq; alia quæ Vbertinus ex scriptis illius sumpsisse uidetur: ut enim in prioribus allegaui opusculis, secundum Bonauenturam atq; Durandum, Papa est totius seu uniuersalis ecclesiæ unicus uniuersalisq; sponsus, summus hierarcha, caput indiuisum & plenus Christi uicarius, in quo solo est subiectiue atq; formaliter secundum Petrum de Alliaco & cancellarium, uertex, plenitudo & sublimitas ecclesiasticæ potestatis. Quomodo ergo quidā nunc dicunt & scribunt, q Papa non est caput, sponsus, pontifex uniuersalis ecclesiæ? Præterea ad prędinductorum iam affirmationē tanta in prioribus tractatulis introduxi ex his, quæ sanctus doctor scribit in Summa contra gentiles, & contra Græcos & super secundū & quartum Sentētiarum in locisq; alijs, ut pene fastidium pariat plura ex ipso adducere. Nihilominus modicum quid adijciam. Itaque in secunda secundæ quęstione 89. testatur, quoniam summus pontifex gerit plenarie uices Christi in tota ecclesia: ipse habet plenitudinem potestatis in omnibus uotis dispensabilibus. Quęstione quoq; 90. ait: Quandoq; aliquis sub iuramento promittit, de quo dubium est an sit licitum uel illicitum, proficuum uel nociuū, aut simpliciter aut in aliquo casu: & in hoc potest quilibet episcopus dispēsare. Quandoq; uero sub iuramento promittitur aliquid, quod est manifeste licitum & utile, & in tali iuramento non uidetur locum habere dispensatio uel commutatio, nisi aliquod melius faciendum occurrat ad communem utilitatem, quod maxime ptinere uidetur ad Papam, qui habet curam uniuersalis ecclesię: uel etiam absoluta relaxatio, quod item ad Papam ptinet, in omnibus generaliter quę ad dispensationem ecclesiasticarum ptinent rerū, sup quas habet plenitudinem potestatis, sicut ad unumquenq; ptinet irritare iuramētū, quod à suis subditis sancitum est circa ea quæ eius potestati subduntur: Sicut pater potest irritare iuramentum puellę filię suę, & uir uxoris suę, ut dicitur in libro Numerorum, sicut & de uoto dictum est, & in Summa contra errores Gręcorum ait: Similis error est dicentiū Christi uicarium Romanum pontificem non habere uniuersalis ecclesię primatum, errori dicentium, spiritumsanctum à filio non procedere: Ipse em̄ Christus dei filius suam ecclesiam consecrauit, & sibi consignat spiritu sancto quasi suo charactere & sigillo. Et similiter Christi uicarius suo primatu ac prouidentia uniuersam ecclesiam tanquam fidelis minister Christi subiectam conseruat. Ostendendum est ergo autoritatibus Grecorum, Christi uicarium in totam ecclesiam potestatis plenitudinem & uniuersalem prę̨lationem obtinere: legitur enim in Chalcedonensi concilio, q tota synodus acclamauit Leoni Papę: Leo sanctissimus, apostolicus & uniuersalis patriarcha p multos annos uiuat. Hęc Thomas ibidem: ubi & consequenter autoritates Græcorum inducit. Insuper q Vbertinus affirmat apostolos post Christi ascēsionem suam tenuisse autoritatē à Petro & sub eo, eiq; plenarie subiacuisse. s. ut prę̨lato, consonat his quę in primis libellis de hoc ex Thoma sup quartum, & nunc ex Petro de Alliaco inducta sunt, quibus & cancellarius libro de ecclesiasticis statib' cócordans disseruit: Status prę̨lationis epalis quoad sui collationē primariā, fuit immediate à Christo datus apostolis, sicut status papalis Petro, status quoq; prę̨latiōis episcopalis

Iohan. 21

Grati.

Bonauentur.

Nume. 30.

habuit in apostolis successoribusq; eorum usum & exercitiũ suæ potestatis sub Petro & successoribus eius tanquam sub habente uel habentibus plenitudinem fontalem episcopalis autoritatis. Vnde quo ad talia minores prælati, puta curati, subsunt episcopis, à qbus usus suæ potestatis aliquãdo limitatur siue arcetur, sicq; à Papa posse fieri circa prælatos maiores ex certis & rationabilibus causis, non est ambigendũ. Præterea Vbertinus libro memorato addit & alia quædam utilia, dicens: Quædam sunt propria sacramentis quibusdam: Nã quædam eorum imprimunt characterem. i. quoddam spũale signaculũ Christo consignatiuũ, & à cæteris distinctiuum, sicut baptismus, confirmatio & ordo: hisq; tribus sacramẽtis cõe est quod ponũt hominẽ in statu notabili à cæteris non recipientibus separato: Baptismus enim ponit hoĩem in statu filiationis diuinæ: cõfirmatio, in statu uirilis militię & pugnæ contra aduersarios dei: ordo in statu dignitatis eximię: Et quia ab his statibus nullus debet excidere, atq; impossibile est impressum deleri characterem, ideo nunquã reiterantur hæc sacramenta sup eandem psonam. Septem uero sunt ordines: & episcopatus ab aliquibus dicitur ordo, quia Dionysius ponit eum ordinem principalem: ab aliqbus autem dicitur eminentia ordinis: ab aliquibus dignitas ordinis superaddita sacerdotii: ab aliquibus etiam dicit, q in consecratione episcopi non imprimitur nouus character, sed ampliatur in eo character sacerdotalis, & magis in archiepiscopo, amplius in primate & patriarcha, sup maxime in summo pontifice: sed quicquid sit de hoc, in consecratione episcopi nõ canonica secundũ omnes datur noua potestas presbytero in episcopum consecrato, quæ qdem potestas est ita indelebilis quo ad ea quę consequũtur ordinem episcopalẽ, siue uocetur dignitas siue aliter, quoniam non est mihi cura de nomine sed de re. Itaq; inquam indelebilis est, sicut potestas quæ in aliis ordinibus traditur ordinate: Ideo asserũt omnes initerabilem esse episcopalem cõsecrationem, sicut alii ordines inferiores initerabiles extãt. Vnde sicut impossibile est potestatẽ auferre sacerdoti, qm̃ si conficiat, sit uere corpus Christi quod conficit: sic impossibile est auferre potestatem ordinandi episcopo: qm̃ si ordinet in forma ecclesię, ordinatum sit & uerus ordo collatus. Porrò quidam distinguũt & bene, dicentes q ordo põt importare ptãtem traditam ordinato respectu ueri corporis Chri uel mystici. Primo modo episcopatus non est ordo, qm̃ quilibet sacerdos tam plene põt quicquid possibile est circa consecrationem corporis Chri sicut episcopus uel Papa, sicq; super ordinem sacerdotii non ẽ altior ordo, nec quo ad hoc nouus character imprimitur aut ampliatur in epo, sed respectu mystici corporis, quia non solum põt consecrare, sed & ptãtem consecrandi alteri dare. In archiepiscopo quoq; protanto ampliat, quia nõ solum põt aliis ptãtem consecrandi conferre, imò etiam põt episcopos confirmare uel consecrare. In summo autem pontifice protanto dici põt summe ampliari character, quia ut dictum est, põt instituere & destituere omnem aliam ecclesiasticam ptãtem. Secũdo modo accipiendo ordinem per respectum ad ptãtem sup corpus Christi mysticum traditam, dicunt q noua indelebilisq; potestas datur episcopo consecrato seu ordinato, qua potest omnes inferiores ordines dare cuilibet Christiano, licet peccent dans & recipiẽs modo indebito: sicq; dicit, q episcopatus sit ordo, & à beato Dionysio dicitur ordo. Hucusq; Vbertinus. Cuius uerbis concordat cancellarius libro de Ecclesiastica potestate dicens: Episcopatus est potestas hierarchica supra sacerdotium: sed quia nil addit potestatis supra corpus Christi uerum. Propterea dicunt theologi quòd proprie nõ sit ordo, sed bene noua potestas: Vnde & Bonauentura super quartum Sentẽtiarum distinctione 24. fatetur, quòd nec episcopatus neq; Papatus dicit ultra sacerdotium nisi plenitudinem aliquã uel dignitatem in ordine & ordinem nullum addit. Deniq; Thomas super quartũ distinctione 9. scribit: Aliqua potestas habet rationem characteris. Et sequẽti ibidem distinctione affirmat: Omnis potestas quæ datur cum aliqua consecratione nullo casu contingenti potest tolli: sic nec ipsa consecratio annullari: Vnde cum episcopalis potestas cum aliqua consecratione detur, oportet q perpetuo maneat quantumcunq; aliquis peccet uel ab episcopatu præscindatur. Nam si episcopus in hæresim lapsus reconcilietur, non iterum consecratur. Hinc episcopi quamuis hæretici pręcisi & degradati, possunt ordinem conferre, ita quòd potestatem retinent & consecrant ac ordinant, quamuis grauiter peccent hæc agendo.

Ordines sacri, septem.

Episcopatus est ptãs hierarchica supra sacerdotium.

Articulus XVIII. An summus pontifex possit libere papatui renuntiare ac cedere.

Tactum

TActum est præcedenti articulo de spirituali matrimonio, quod est inter episcopos & particulares ecclesias, & inter summum pontificem ac uniuersalem ecclesiam, quòd uinculũ eius sit fortius uinculo matrimonij carnalis, quòdq; uinculũ istud inter Papam & ecclesiam solo dei iudicio sit soluendum, nisi Papa per mortẽ uel hæresim ab ecclesia præscindatur, Item quòd Papa secũdum quosdam renuntiare nõ possit, sed in Constantiensi concilio est aliter determinatum, imò si modo quæsita assereret, multa sequerentur absurda. Itaq; aduertendum, quia ut in libro de Auferibilitate Papæ ab ecclesia Cancellarius refert: Post renuntiationem Cęlestini Papæ aliquando in ecclesia dubitatio fuit an hoc liceret: Primo propter uotum quo se Papa obligat ad ecclesiam. Secũdo propter spũalem desponsationem & matrimonium inter Papam & ecclesiam. Tertio, quoniam Papa iure diuino in hoc cõstitutus est gradu .s. in papatu. Occasione cuius dubitationis facta est decretalis determinans hoc licere, & rationes istæ soluunt, quia uotum non obligat dũ uergit in detrimentum salutis uel in exitum deteriorem. Rursus in spũali matrimonio non est sacramentum, ex quo consurgit indissolubilitas nexus matrimonialis. Papa quoq; nõ est sponsus ecclesię principalis, sed uicarialis: & quis eius officium sit diuinum, & sola diuina autoritate primitus institutum, tñ propter humanã designationem seu electionẽ nunc instituit Papa. Hinc denuo Cancellarius ait: Dicamus probabiliter, quòd sicut humana electio dat ius & titulum ad dignitatem papalem: sic per humanã destitutionẽ perdit elect⁹ & habens. Deniq;, ut scribit Petrus de Alliaco: Clemẽs Papa qui Cęlestinum canonizauit, cessionem illius laudauit. In libro denuo de numero schismatum Cãcellarius scribit, quòd Leo Papa nonus, dubitans an sua electio esset bona, renuntiauit papatui: tandem Cardinales uidentes ipsius bonitatem, reelegerunt eum. Idemq; contigit Honorio secũdo natione Bononiensi. Insuper in legenda sacratissimarũ undecim milium uirginum, pręsertim in reuelatione sanctæ Elizabeth legitur, quemadmodum sanctus Cyriacus papa dño reuelante & admonente papatum reliquit reclamantibus Cardinalibus.

Articulus XIX. De eminentia & præsidentia summi pontificis, & an possit iudicari ab homine secundum Hugonem de sancto Victore, & Alexandrum de Hales.

MAgnus ille theologus ac solidissimus doctor Alexander de Hales super tertium Sententiarum, quæstione qua quæritur, an domino Papæ soluendæ sint decimæ decimarũ, inter cætera scribit, quod & alibi sæpe affirmat, puta quòd summus pontifex noster toti Christianitati præest & prouidet. Insuper, quia omnia bona ecclesię sua sunt, & accipit inde quantum uult, unde non oportet sibi fieri hãc taxationem, ut scilicet solum recipiat decimam decimarum: si uero sit necessitas ecclesiæ, & petat has decimas, uidetur quibusdam quòd ei soluendæ sint. Præterea quæstione nona sciscitatur, utrum habẽtes spiritualem potestatem possint occidere, inter plurima dicit: Ecclesia ordinat secularem potestatem, ut Papa imperatorem, tradiditq; ei autoritatem ad suum officium: Verum est enim quòd imperator recipit suam autoritatem à Papa ad puniendum maleficos: executionem autem suæ potestatis sumit à lege. Vnde à deo per Papam recipit autoritatem usus ministerij iustitiæ. Hinc Augustinus in quæstionibus Leuitici asserit: Cum homo iuste occidit, lex occidit, non in homine iudex. Hinc Hugo de sancto Victore libro de sacramentis testatur: Spiritualis potestas terrenam instituere habet ut sit, & iudicare si bona non fuerit: Potestas etenim secularis spirituali potestati subijcitur, ut imperator summo pontifici: & quantum uita spiritualis dignior est quàm terrena, & spiritus quàm corpus, tantum spiritualis potestas secularem honore ac dignitate præcedit, nam & secularia ad spiritualia ordinantur. Pręterea Alexander super quartum quęstione uigesima sexta inquirit, An suprema potestas spiritualis quę est summi pontificis, possit habere aliquam humanam potestatem, quę ipsam dijudicet. Ad huius quęstionis utranq; partem hic doctor uarios autores adducit, quos quia in primo induxi opusculo, nunc omitto. Deinde responsione concludit: Itaq; summus pontifex non habet ab aliquo quàm à deo iudicari, ipseq; pontifex iudex est ordinarius singulorum, & nullus est qui iudicet eũ nisi deus. Ad quod probandum Alexander allegat Hugonem libro de Sacramentis secũda parte dicentem: Potestas summi pontificis à deo primum est instituta: & cum deuiat, à solo deo iudicari potest, sicut ad Corinthios scribit: Spiritualis homo omnia iudicat, & ipse

Oĩa bona ecclesiæ sunt Papæ.

Imperator recipit autoritatẽ suã à Papa.

23. q. 5. c. homicidas. & c. si homicidiũ

De maiorit. & obedien. c. solitæ.

9. q. 3. ca. aliorũ. et c. nemo 40. d. c. si Papa

[9. q. 3. c. nemo. & c. ne me. 2. q. 7. c. Paul.] à nemine iudicatur. Porrò ad argumenta quibus probatur, summum pontificem posse ab homine iudicari, eo quòd Petrus apostolus à Paulo sit reprehensus, & quidam summi pontifices exposuerunt se iudicio hominum, doctor iste respondet, quòd illa dicuntur facta ad humilitatis exemplum, non iuris necessitate. Ideo glossa fatetur, quod Petrus pietate humilis accepit, quod à Paulo humiliter libertate charitatis fiebat, atq; ita exemplum posteris tribuit, ut non dedignētur maiores, ubi forte tramitem recti reliquerint, à posterioribus corrigi. Ista ex præfato scribimus doctore, non quia nunc sic prorsus tenendum est, præsertim propter generalis concilij Constantiensis ad oppositum determinationem, cuius autoritas maior est quàm cuiuscunq; doctoris catholici: sed ut pateat cum quàm ineffabili [Reuerentia debet exhiberi Papæ ut ipsi Christo.] reuerentia, pietate & longanimitate occurrendum sit summo pontifici, tanquam ipsimet Christo: & ne qui sint nimis procliues ad practicandum de eius depositione: itemq; cum quanto conatu captanda sit beneuolentia eius in celebratione concilij, & quid in ipso emendandum occurrat: quod ut clarius innotescat, quædam adijcio quæ primis in opusculis (ut arbitror) non sunt dicta, quæ super tertium Alexander inducit. Siquidem quæstione [Vtrū īferior possit iudicare superiorem.] qua quærit, An inferior possit iudicare superiorem, sic arguit super illud in psalmo, Tibi soli peccaui: Loquitur glossa: Rex omnium superior est, ideo à solo deo est iudicandus, nec habet hominem qui facta eius dijudicet, nec est ab homine puniēdus: si quis autem de populo peccauerit, deo peccauerit & regi. Insuper, super illud ad Timotheum, Seniorem ne [1. Timo. 5.] increpaueris, ait glossa: Seniorem ætate uel dignitate. Rursus super illud primi Regum [1. Reg. 24] Præscidit Dauid chlamydem Saul, scribit Gregorius: Facta præpositi à subditis gladio oris ferienda non sunt, quantumcunque reprehensibilia uideantur. Ad hanc quæstionem ita [Iudicare dupliciter capit.] respondent: Iudicare accipitur proprie & item improprie: proprie enim accipitur prout procedit ex autoritate superiori in examinandis factis, & arguendis ac puniendis, sicq; superiorum est respectu inferiorum, & non econtra: Alio modo iudicare accipitur communiter, extenso uocabulo ad arguere & corripere atq; monere: & arguere, proprie est superiorum respectu inferiorum: corripere, est respectu parium: Monere, est inferiorum respectu superiorum. Itaq; iudicare ex charitate extenso uocabulo in monendo, bonorum est subditorum respectu prælatorum malorum, similiter increpatione quæ est ex charitate, inferior potest increpare seniorem. Quamuis autem rex uel imperator in suo ordine non habet superiorem, spirituali tamen potestati subijcitur. Porrò ad id quod de chlamydis præcisione adductum est, respondendum, quòd per chlamydem regis potestas regni intelligitur seu regia, quam præscidit qui prelatum suum sententia damnationis ferit, quod [Gregorius] nulli subditorum licet, propter quod ait Gregorius: Facta præpositi à subditis gladio oris ferienda non sunt: ubi per gladium oris intelligitur sententia damnationis. Præterea quòd Paulus reprehendit Petrum, ideo fuit, quoniam Petrus gentes conuersas suo fecit exemplo iudaizare, & ab euangelij ueritate discedere. Pari autem modo reprehendendus est, qui in se à fide exorbitat, & qui alios uerbo aut exemplo deuiat. Hoc ergo exēplo probantur prælati à subditis non arguendi, si à fide non exorbitauerint aut alios fecerint ex- [Actu. 10.] orbitare. Si autem obijciatur, quòd Iudæi conuersi Petrum arguebant, quia ad Cornelium introisset, dicendo secundum Gregorium, quòd Petrus potestatem regendi accepit, & ta- [8. q. 5. ca. ols.] men apostolorum primus querimoniæ contra se factæ non ex potestate officij, qua potuit dici, oues pastorem suum non reprehendant, sed autoritate diuinæ uirtutis, qua gentiles acceperunt spiritumsanctum, respondit. Ex his constat quanta reuerentia etiam malo debeatur prælato. Vnde secundum Alexandrum, per asinam quæ Balaam repræsentat, intelliguntur subditi: per Balaam, mali prælati. Non tamen per hoc probantur prælati à subditis arguendi, sed subditis datur forma humiliter renitendi prælatis, si eos forte ad malum cogere uelint. Præterea quæstione uigesimaoctaua super tertium Sententiarum, ubi [2. q. 7. c. sicut. & oues & c. qualis.] quærit hic doctor, An subditi possint accusare prælatos, sic arguit, quod non: Quia beatus Fabianus Papa secunda quęstione septima dicit, qualis damnatio immineat his, qui in patres peccant, diuina scriptura ostendit: Si enim Cham qui non operuit pudenda patris, maledictus est, multo ampliori damnatione sunt digni, qui patribus legatione fungentibus contumeliam inferūt. Si dicatur, quod istud intelligatur de falsa impositione, quæ canon beati Anacleti Papæ eadem quęstiōe disseruit: Sentētia Cham filij Noe damnātur, qui prępositorū uel doctorum suorum culpam produnt. Sed & beatus Seuerinus in eadem sic ait: Maiorum quispiam numerorum accusationibus nō impetratur. Denuo sanctus Anacletus arguit exemplo dñi, quod sacerdotes, i. episcopi à deo sunt iudicandi, à fidelibus autē portandi, ipso domino dante

exem

exemplum, qui per seipsum ementes & uendentes eiecit de templo. Iterum ait Anacletus: Nullus (ut reor) inuenitur inter nos, qui uelit seruum suũ ab aliquo quàm à se iudicari: & si præsumptum fuerit, indigne irascitur. Amplius, beatus Telesphorus Papa 6. quæsti. prima testatur: Dei ordinationem accusant, qui eos qui ab ipso constituuntur sacerdotes, accusant. Canon quoque beati Pij ait ibidẽ: Oues pastorẽ suum non reprehẽdant: plebs suum episcopum non accuset, nec uulgus arguat eum: quia non est discipulus super magistrum. Dauid quoque percussit cor suum, eo quod præscidit chlamydẽ Saul. Ex quibus uidetur, quod subditi suos non possint accusare prælatos, etiamsi boni sint subditi, & prælati sint mali. In oppositum uero arguitur, quoniam teste Gregorio, Sicut laudabile & discretum est reuerẽtiam & honorẽ exhibere prioribus, ita rectitudinis & dei timoris est, si qua in eis indigent correctione, nulla dissimulatione postponere, ne totum (quod absit) corpus morbus inuadat, si tamẽ fuerit curatus in capite. Rursus ait Gregorius: Verba illa Apostoli, Seniorem ne increpaueris, seruanda sunt, quando culpa senioris ad interitum non trahit corda minorum: Vbi autẽ senior suo exemplo ad interitum trahit, ibi discreta increpatione est feriendus. Insuper, Gelasius Papa 2. quæstio. 7. quibusdam subditis scribit: Si quid damni in ecclesia pontificẽ uestrum uideritis admittere, mox auribus nostris reuelate, ut si quid fieri debeat, censeamus. Gregorius quoque in eodem approbat, quod quidam episcopus inter alia mala corporali crimine lapsus, à suis clericis accusatus atque conuictus sede depositus est. Ad hæc Alexander respondet, dicendo secundum quosdam, quod si subditi criminosi & isti prohibẽtur accusare prælatos, & sunt subditi boni qui inde non prohibentur. Vnde dicit Augustinus: Præsumunt prælati non debere reprehendi uel accusari pro eo quod canones passim non constituunt eos accusandos: quod tamẽ negatur criminosis, cum de reprehẽdendo ueritas ipsa cõstituat: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Sed potest apponi, quoniam canones determinant casum in quo pastores sint à subditis accusandi: ergo in nullo alio poterunt accusari. Casus autẽ est, cum à fide exorbitant. Vnde beatus Eusebius Papa 2. quæst. 7. Oues quæ pastori commissæ sunt, nequeunt reprehendere, nec eum possunt ullatenus accusare, nisi exorbitauerit à fide. Dicendum, quod est accusatio facta ex affectu charitatis fraternæ, & est accusatio ex malignitatis affectu. Rursus, est accusatio facta à criminosis, & est accusatio facta à bonis. Dicẽdum ergo quod affectu charitatis à bonis licita est accusatio prælatorum. Ad id ergo quod de Dauid obijcitur, respondẽdum quòd in hoc datur forma nõ accusandi prælatum de crimine, quod ab uno solo scitur, quod designatur per hoc quòd Dauid in abscondito chlamydem præscidit. Ad ultimũ quod cõtra distinctionẽ Anselmi uel Augustini obijcitur, respondendum quòd canon Eusebij de criminosis atque infamibus intelligitur, quoniam tales oues pastorem suum accusare non possunt, nisi à fide exorbitauerit: tanta est enim illius criminis labes, quòd ad eius accusationem seruus contra dominum, & quilibet etiam contra quemlibet admittitur.

Iohan. 2
6. q. 1. c. sacerdotes.
2. q. 7 c. oues
1. Reg. 24.
Gregorius
1. Timo. 5
2. q. 7 c. quapropter.
2. q. 7. c. oues
Accusatio duplex.
1. Reg. 24.
In cã fidei seruus cõtra dominũ admittitur 2. q. 7. c. Oues.

Articulus XX. De plenitudine potestatis & præsidentia summi pontificis super uniuersalem ecclesiam ex dictis reuerendi patris domini Iacobi de Voragine archiepiscopi Ianuensis.

Doctor iste clarissimus qui ad communem utilitatem ecclesiæ multa cõscribit, in quodam sermone, & item in legenda de cathedra S. Petri, sic ait: Triplex est cathedra: prima regalis, de qua secundo Regum habetur: sedens in cathedra, scilicet Dauid: secunda est sacerdotalis, de qua primo Regum, Heli sacerdote sedẽte super sellam: tertia magistralis de qua apud Matthæum legitur: Super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Beatus ergo Petrus sedit in cathedra reguli, quoniã princeps fuit omnium regum, tanquam totius mundi prælatus & præsul. Hinc Roma & etiam ratione apostolicæ sedis quæ ibi est caput & domina mundi uocatur, seditque in cathedra magistrali, quoniam doctor fuit omnium Christianorum. Hinc Honorius Papa tertius ait: Iuxta prophetæ uerbum constituti sumus super gentes & regna, grandissimum honoris fastigium assecuti. Hinc uerum scribit præfatus doctor, Petrus præ cæteris apostolis dignior fuit autoritate, quoniam princeps fuit illorum, officiumque prælationis super uniuersam ecclesiam habuit. Et sicut Petrus fuit princeps & prælatus totius ecclesiæ, quæ diffusa est in tribus partibus mundi, scilicet Africa, Asia & Europa, ita ecclesia ter in anno celebrat festum de ipso. Præterea præter hãc triplicem cathedram potest & quarta assignari, uidelicet cathedra iudicialis, de qua sanctus Iob loquitur: In platea cathedram ponebãt mihi. In qua etiam sedit Petrus, quia secundum doctorem prædictũ, ad ipsum spectabat iudicium omnium

2. Reg. 23
Matth. 23.
Iob. 29.

causarum seu omne iudicium, utputa ciuile, ecclesiasticũ & medium. Postremo in Sermone de gloriosissimo archiapostolo Petro disseruit: Christus dixit ad Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, cuius ecclesiæ caput est Petrus: & sicut à Christo dicitur Christianus, ita à petra per quam intelligitur Christus, dictus est Petrus, id est firmus. Vnde dominus dicendo ad eum, Tu es Petrus, ostendit Petrum esse fundatũ super petram præfatam præ alijs apostolis in pluribus prærogatiuis: Primo in fidei firmitate, in qua tantum fuit solidatus, ꝙ alios apostolos confirmat in fide Christi, sibi dicente: Confirma fratres tuos. Secundo in officij sublimitate, quoniam Christus fecit eum pastorem ouium suarum, singulariter dicens ad eum, Pasce oues meas: dedit ꝗ ei iurisdictionem plenariam, dans ei plenam potestatem & super cœlum cum dixit: Tibi dabo claues regni cœlorum: & super mundum, dicendo: Quodcunq; ligaueris super terram &c. & super infernum, cum ait: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Porrò quod in præcedenti articulo dixit Alexander de Hales: Omnia bona ecclesiæ esse Papæ, & quod capiat inde q̃tum uult. Et quod nunc dictum est, Petrum sedisse in cathedra regali tanquam principem omnium regum in terra, infrà clarius exprimetur quomodo sint intelligenda.

Mat.16 | Ibidem

Articulus XXI. De potestate & prælatione domini Papæ super uniuersam ecclesiam militantem, ex dictis sanctorum patrum & excellentissimorum doctorum, Hieronymi, Ambrosij, Gregorij & Isidori: quorum dictis cõcordant uerba Origenis & beatissimorum patriarcharum Cyrilli Alexandrini, & Cyrilli Ierosolymitani atq; Chrysostomi.

Mar.14 SVper illud Marci: Demonstrabit uobis cœnaculum grande: Ecclesia magna est, in qua narratur nomẽ domini, strata uarietate, in qua paratur domino pascha. Dominus huius domus Petrus apostolus est, cui dominus domum suã tradidit, ut sit una fides sub uno pastore. Ex his aureis gloriosi Hieronymi uerbis multa eliciuntur & concluduntur: Primo, ꝙ illud cœnaculum grande in quo Christus cœnam ultimam fecit, magna seu uniuersalis ecclesia designatur, in qua euãgelica doctrina per totum seculũ prędicatur, iuxta illud psalmi: Confitebor tibi in ecclesia magna, quę strata est uarietate uirtutum & linguarum, i. diuersis ornata uirtutibus, & populis multis Christo credentibus, prout Daniel ait: Omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei: in qua dño pascha paratur, quoniã Christus agnus paschalis in ipsa quotidie deo patri offertur. Huius deniq; domus, puta magnæ seu uniuersalis ecclesiæ dominus est Petrus apostolus, i. quicunq; eius successor legitimus, qui toti militãti ecclesię præsidet, cui dominus domum, i. ecclesiam suam tradidit, i. regendam commisit, dicendo: Pasce oues meas, ut sit una fides cũctorum fideliũ sub uno pastore, qui est plenus, summus ac generalis Christi uicarius s. papa. Cõstat ergo ꝙ magnæ & uniuersali ecclesiæ præsideat papa secundum Hieronymum: & ꝙ pontifex summus ab Hieronymo dominus ecclesiæ appellaẽ: Quòd item ipsius papæ sit unitatẽ fidei in tota ecclesia conseruare: propter quod oportet eum sic præesse ecclesiæ, ut possit hoc adimplere, uidelicet ut possit toti ecclesiæ legẽ condere, ad quã oẽs tam cõiunctim q̃ diuisim teneantᷣ, qm̃ taliter ad unã fidẽ oẽs sunt obligati. Prǽterea S. Ambrosius tractans illud Christi ad Petrum, Pasce oues meas, affirmat: Petrus à Christo oĩbus anteferẽ, hoc est, uniuersis præficiẽ, ipsumq; Petrũ reliqt Chr̃s suę charitatis uicariũ, ut scilicet post Chr̃m ea dilectiõe pręesset ac prouideret ecclesię, qua Chr̃s hoc fecit. Alia quoq; de hoc scribit Ambrosius, quę q̃ pręhabita reor, omitto. At uero S. Gregorius 26. Moraliũ sup illud Iob: Deus potentes nõ abijcit, cum & ipse sit potẽs, ait: Discretionẽ plenius noscimus, si potestatis ecclesiasticæ exẽpla cernamus: Petrus nanq; autore deo ecclesiæ tenens primatum, à Cornelio immoderãter honorari recusauit, & tñ se summum intra ecclesiam demonstrauit, dum Ananię & Zaphiræ culpam redarguit, quanta potentia super cęteros excreuisset ostendens, iusq; potestatis suę aperiens. Ecce his uerbis testaẽ Gregorius, Petrum primatũ ecclesię tenuisse: nec dubium qn de uniuersali loquaẽ ecclesia, de qua quasi p oẽs libros Moraliũ loquiẽ. Verũ quidam faciunt uim de hoc, ꝙ ait Petrũ fuisse summum intra ecclesiam, nõ supra eã: quod q̃ nullius sit ponderis, constat ex eo ꝙ Gregorius in Moralibus & alibi sæpe uocat Petrũ summum ac primũ pastorem ecclesiæ: talis aũt pastor est super gregẽ sibi cõmissum, sicut in euangelio loquiẽ Chr̃s: Quis putas est fidelis seruus & prudens quẽ cõstituit dñs sup familiam suam? Atq; in psalmo: Constitues eos principes super omnem terram. Papa ergo & supra ecclesiã est, qm̃ toti Chr̃ianitatis residuo, q̃d citra ipsum est, pręsidet, & intra ecclesiã,

Psal.34 | Iohan.21. | Ambrosius | Iob.18. | Actu.10 | Gregorius

cum sit caput, principaleq; membrũ ecclesiæ: unus utiq; de ecclesia, sumẽdo ecclesiam incontracte pro ouili & pastore. Adhuc autẽ Isidorus libro de uiris illustribus loquitur: Simon Petrus in Christo ecclesię firmamentũ est, Cephas (id est Petrus) sic uocatus, corporis Christi. s. mystici, q̃d est uniuersalis ecclesia, principatus & caput est, q iuxta Matthæũ primus eligitur: nec immerito, qm̃ apostolorũ est princeps, & primus cõfessor filij dei, pastor humani gregis, petra ecclesię, clauicularius regni. Præinductis concordat, q̃d super Ieremiã loqtur Origenes: Qui toti ecclesię pręest, & totius ecclesię apicem tenet, pro omni ecclesia redditurus est rationẽ. Insuper super illud Geneseos, Nõ deficiet princeps de Iuda, testatur: Non deficiet princeps ecclesię usq; in finem mundi: & circa eadem uerba tangit, quòd sicut in populo Israel fuit un⁹ totius illius populi princeps, sic in populo Christiano unus est qui præsidet cunctis, scilicet Papa. Refert quoq; in epistolari suo Hieronymus, quòd Origenes misit epistolam Romano pontifici sui temporis, in qua pœnitentiam egit q absurda quędam scripsisset. quo patet, quòd Origenes recognouit Romanum pontificem esse omniũ prælatorum hierarcham, ad quem pręcipue ptinet fidei errores corrigere. Deniq; sicut in Summa contra errores Gręcorũ Thomas allegat, Cyrillus Ierosolymitanus patriarcha in persona Chr̃i ait ad Petrum: Tu cum fine, & ego sine fine cum omnibus q̃s loco tui ponam, sacramẽto & autoritate plene & perfecte ero. Et hoc est q̃d Cyrillus Alexandrinus archiepiscopus (ut sępius allegatũ est) cõtestatur, q Christus soli Petro suã autoritatẽ plenarie cõtulit, q it᷈ apl̃i Petrũ ubiq; loco Chr̃i habuerũt, de cuius S. Cyrilli testimonijs satis præhabitũ est, q̃bus nunc addo quod in libro Thesaurorũ affirmat: Sicut Chr̃s accepit ducatũ & sceptrum ecclesiæ gentium ex Israel, egrediens super omnem principatũ & potestatẽ, & super omne quodcũq; est, ut ei genua cuncta curuent, plenissimam ptãtem sic Petro & successoribus eius plenissime cõmisit, uidelicet ducatũ & potestatem. Chrysostomus quoq; in persona Chr̃i loquẽs ad Petrum: Ter te inquã interrogo an me diligis, quoniã ter me trepidus timidusq; negasti: nunc aũt reductus, ne credant te fratres gratiam & ptãtem clauium amisisse, quoniã amas me, coram ipsis tibi iam cõfirmo q̃d meum est plenũ. Et iterum pręfatus beatissimus Cyrillus ait, quòd pedes Christi humanitas eius & homo ipse, cui tota trinitas plenissimã dedit potestatem, quam humanitatẽ una trium personarum assumpsit, & in unitate transuexit ad patrem & sup omnem principatum & potestatem, ut adorent eũ omnes angeli dei, quod totum dimisit p sacramẽtum & ptãtem Petro & ecclesię eius. Postremo Chrysostom⁹ sup Actus apostolorũ, ait: Petrus est uertex sanctissimus ueri & apostolici chori. Et super Matthęũ disseruit: Filius patris & suam ptãtem Petro uniuersaliter dedit ubiq; terrarum, hominiq; mortali omniũ quæ in cœlo sunt dedit autoritatem, dando ei claues ad hoc, ut ecclesiã ubiq; terrarũ amplificet. Rursus sup Act⁹ apostolorũ fatetur: Petrus à filio super oĩa quę filij sunt, potestatẽ accepit, nõ sicut Moyses in una gente, sed in uniuerso orbe.

Gene. 49.

Hieronym⁹.

Chrysosto mus.

Matth. 16.

Articulus XXII. De præsidentia Papæ super totam & uniuersalem ecclesiã, ex dictis catholicis diuersorum doctorum.

QVæ nunc introducenda, magna ex parte sint in prioribus tractatulis sententialiter introducta, tñ ut aduersarij ueritatis ueridicorũ multitudinẽ testiũ obruant, quędã de oĩbus & pauca de multis cõmemorabo. Et primo occurrit, q̃d q̃dã deuotissim⁹ doctor. s. Hieronymus de Praga, in tractatu suo cõtra Hussitas detestabilissimos hęreticos scribit, dicẽdo: B. Petrus de petra ecclesię, qm̃ prim⁹ in nationibus posuit fidei fundamẽta, ut tanq̃ saxũ immobile toti⁹ ecclesię cõpagẽ molẽq; cõtineat. Ita habet in Canone distinct. 5. ca. Fidelior. Vnde S. Marcellinus Papa sic ait: Rogamus uos fr̃es, ut non aliud doceatis q̃ q̃d à B. Petro & reliq̃s eius successoribus accepistis. Ipse enim est caput ecclesię, cui dñs dixit: Tu es Petr⁹ quod interp̃tatur Cephas. i. caput. & habetur in decreto 24. quæsti. prima, ca. Rogamus uos fratres. Ex quibus uerbis contra articulum Bohemorũ concludo: Iustũ est ut tota ecclesia catholica seu uniuersalis ab uno regat capite & principe sacerdotũ, scilicet Papa. Ipsa quoq; Romana ecclesia sit regina, mater & dña omnium saluandorũ. Hanc conclusionem catholicam probat doctor eloquentissimus Cassiodorus epistolarũ suarũ libro 7. in hæc uerba: Oĩa sine capite sunt confusa: & dũ unusquisq; secundũ uoluntatẽ cogitat uiuere, regulã agnoscitur amittere disciplinę: ergo utile est semp unũ præesse, cui reliqui debeãt obedire: quia si aliorũ uoluntas uaga relinquitur, amica culparũ confusio generatur. Hęc Cassiodorus. Sãctus quoq; Hieronymus idem confirmat in epistola ad Rusticum monachum, & habetur in Decreto VII. quęstione prima,

50 dist. c. Fidelior.

24. q. 1. c. Rogamus.

Romana ecclesia mater omnium saluandorũ.

Hieronym⁹

VII. quæstio ne prima. c. In opibus — ma, capitulo In opibus, ubi sic ait: Apes unum habent principem, & grues unam sequuntur ordine literarum: imperator unus, & princeps prouinciæ unus. Roma etiã condita duos reges simul habere nõ potuit, & fratricidio dedicatur. Vnus gubernator in naui, & un⁹ paterfamilias in domo: ergo & unus summus pontifex in ecclesia Christi. Et ratio est, quia ex regali institutione nullus populus, nulla uniuersitas aliter durat, cum sine rectore regi non possit. Deniq, Aristoteles quãuis paganus idem sentit, dicendo: Pluralitas principantium mala. unus ergo princeps. Hucusq ex præallegato doctore. Cui concordat Alexander de Hales sup tertium Sententiaꝝ, affirmans: Omnis ordo qui quãtum ad gradũ principatus in irrationabilibus commendatur, est ordo secundum instinctum naturæ & secũdum rationis dictamen. sed in apibus commendatur pluralitas principatus, atq in gruib⁹ unitas ducatus. ergo de instinctu naturę & dictamine rationis est unitas ducatus ac principatus. Ideo in eodem gradu esse non possunt duo duces aut principes non subalternati, uidelicet duo summi pontifices, aut duo imperatores. Vnde in Lege institutus fuit un⁹ summus sacerdos, & unus rex. sicq tota Christiani populi multitudo uno summo rectore, qui dicitur Papa, est gubernanda. Præterea Clemens Papa in canonizatione sancti Petri confessoris olim Cœlestini Papæ quinti, sic ait: Dispẽsatione prouida sanctus uir Petrus, ad summum põtificatus apicem est prouectus. At uero beatus hic uir mirę simplicitatis & inspectantibus ad regimen uniuersalis ecclesiæ inexpertus, honori Papatus cessit, ne ob prædicta ex suo regimine quõcunq periculum uniuersali ecclesiæ promoueretur. Ex his patet, q Papæ sit uniuersale ecclesiam regere, & q sit pastor, rector & caput ipsius. Amplius, Petrus de Alliaco, qui præfati Petri confessoris uitam tam eleganter q̃ deuote conscripsit, in prologo illius Legendæ testatur: Venerabiliũ fratrum precibus inclinatus, timens & trepidus scribere præsumo. Quis de q̃? Sane Petrus de Petro, episcopus de episcopo, sed paruus de maximo, infimus de summo, imò de toti⁹ Christianæ ecclesiæ olim sanctissimo pręsule Cœlestino. Postea de huius Confessoris incarceratione loquẽs, fatetur: Bonifacius ille tanquam alter Herodes Petrum seruabat in carcere, qui Petrus nuper custos erat & pastor totius Christiani ouilis. Cui uerbo concordat, quod in sermone de ascẽsione Leo Papa disseruit: In his diebus Petro apostolo dominici ouilis cura committitur. Proinde apparatus Iohannis Cardinalis super Decretalem Bonifacij octaui, quæ incipit, Antiqua habet fida relatio, scribit: Ad hoc q indulgentiæ ualeant, quatuor principaliter requirũtur, & quintum in proposito ratione materiæ potest addi. Requiritur enim autoritas in conferente, idoneitas in recipiẽte, pietas in fide, utilitas in opere: & quintum quod addi potest, congruitas in tempore. Primo requiritur autoritas in conferente, quæ principaliter residet in summo pontifice. Sicut enim in corpore naturali unicũ est caput, in quo positi sunt omnes sensus, sic in corpore mystico quod est tota & uniuersalis ecclesia, est unum caput quod summus est pontifex, habens plenitudinem. Hoc enim esse sic uoluit ordinatio diuina. uoluit namq ut ecclesia militans repręsentaret triumphantem, tanquam exemplata & formata instar ecclesiæ triumphantis, in qua omnibus pręsidet unus. Huic concordãs quidam doctor, effatur: Petrus apostolus summi pontificatus totius ecclesiæ regimen à Christo sibi collatum suscepit, & princeps, magister ac pastor ecclesiæ factus est. Hinc quidam pręcipui expositores symboli apostoloꝝ, circa illud, Credo in deum, conscribunt: Deus, ut nomen sonat, gubernator est. dispositio aũt rerum humanarum melius fit per unum, q̃ per multos, quoniam multitudo pręsidentiũ sæpe in subditis dissensionem inducit. Hinc corpori hominis ut bene regatur, anima una infunditur: partesq corporis ut bene in suis actibus regulentur, per unum caput seu cor regulantur. Familia quoq melius regitur per unum quam p duos: similiter nauis & ciuitas, regnum & mũdus: similiter in ecclesiastico regimine cernimus, quoniam toti ecclesiæ unus pontifex summus præponitur. Ideo dicit Thomas: Dispositio illa rerum humanaꝝ est optima, in qua toti multitudini pręficitur unus. Præterea quidam expositores, doctores & sermocinatores mystice interpretãtes illud Geneseos, Tu eris sup domum meã, & ad tui oris impium cũctus populus obediet, exponunt ista de beatissimo Petro, dicentes: Per domum istam designatur ecclesia, quæ est magna, quia ab oriente usq in occidẽtem, ab aquilone in meridiem dilatatur, cuius imperium est regimen totius seu uniuersalis ecclesiæ, cui prælatus est Petrus tanquam rector ipsius, quando à Christo consecratus & spiritali unctione unctus est in summum pontificem. Huius domus est duplex potestas, uidelicet ecclesiastica & secularis: & utriusq potestatis apicem tenet pontifex summus, cuius impium debet reuereri, timeri ac diligi, cum eiusq

Marginalia: Alexãder de Hales. — Quod indulgentiæ ualeant, requiritur quinq. — Thomas. — Gene. 41.

cuiusq; populus Chrianus ei obedire tenetur. Christus enim curã ecclesiæ gñaliter Petro commisit,& cathedrã ptãtis ei sup alios apostolos dedit. Hinc(sicut in Legenda sancti Alexij scribitur) Arcadius & Honorius imperatores de astãte summo põtifice asserebant: Hic curã gerit uniuersalem regiminis pastoralis. Vnde & Vbertinus sup illud Iohannis, Intuens Iesus Petrum, in psona Christi ait ad illũ: Totius mundi prælatus eris,& totum mundum post me in fide firmabis. Hinc Sixtus ad senatũ populũq; Romanũ disseruit: Fratres, conuenit gaudere in dño,q superna clementia urbem hanc caput & fundamentũ Christianæ religionis effecit,& in ea primatũ totius ecclesiæ collocauit. Deniq; in practica magistri Laurentij docet talis forma scribendi summo pontifici: Sãctissimo in Christo patri domino N. diuina prouidentia sacrosanctæ Romanę ac uniuersalis ecclesiæ summo põtifici, Romanorum imperator & semper Augustus; uestrę apostolicę sedi, quã orbi dñs prępofuit uniuerso, supplicamus cum reuerentia subiectiua. Postremo, summi pontifices in quibusdam literis suis cõmuniter uocant se catholicæ ecclesiæ episcopos. In Collecta quoq; de sancto Vrbano cantatur: Deus qui Vrbanũ uniuersali ecclesię præfecisti,& per eum eandem ecclesiã reformasti. In Legenda quoq; Bonifacij episcopi sociorũq; eius, S. Gregorius appellatur præsul uniuersalis, per quod euacuatur argumentũ uolentium persuadere, q Papa nõ psit uniuersali ecclesiæ nisi diuisim, eo q Gregorius noluerit uniuersalis Papa uocari. sed de hoc in fine I. opusculi dictum est plenius.

Articulus XXIII. De prælatione & autoritate pari super alios apostolos.

QVãuis de hac re introducta sunt plurima, tñ quia adhuc aliqui dicere audent, q oẽs apl̃i pares fuerũt in autoritate, ptãte & iurisdictione,& capita ecclesię ęque principalia, ita q cæteris apl̃is Petrus non pręfuit, contra quẽ errorẽ in II. libello specialiter disputatũ recordor, nũc tñ ad ueritatis declarationẽ aliqua reor addẽda. Ad qd Petrus de Alliaco allegat Augustinũ dicentẽ: Solus Petrus inter apl̃os primatũ gerebat. siquidẽ libro cõtra Donatistas II. loqtur Augustinus: In Petro apl̃o primatus apostolorũ tam excellenti grã præminet. sed & quarto libro contra eosdem testat: Petrus tanti apostolatus meruit principatũ. Septimo quoq; libro aduersus illos fatetur: Petrus in primatu apostolorum, martyrij est gloria coronatus. Insuper, in legenda Barlaam & Iosaphat, quam Damascenus conscripsit, Petrus uocatur princeps apostolorum. Similiter in legenda sancti Eucharij primi Treuerẽsis episcopi. Hinc super tertium Sententiarũ Alexãder de Hales affirmat: Id qd ait Hieronymus, q Paulus Petrũ non reprehendisset, nisi se nõ imparẽ cognouisset, intelligendũ nõ est de paritate quæ est in officio ecclesiasticæ dignitatis, qm̃ quantũ ad dignitatẽ prælationis, Petrus inter apostolos nõ habuit parem. Hinc teste Chrysostomo, Petrus fuit sanctissimus uertex ueri & apostolici chori. Vnde in historia de assumptione beatiss. uirginis scribit, Iohannẽ dixisse ad Petrũ: Dñs nobis te prætulit,& suarũ ouiũ pastorẽ ac principẽ ordinauit. Sed forsan qs dicet historiã illã esse apocrypham. fateor cum Hieronymo, q quantũ ad aliqua extet apocrypha, sed non tota, præsertim cũ sanctus Cosmas, Damascenus & alij uiri clarissimi plura inde fide digna conscripserint. In epl̃a quoq; electionis discipuli S. Iohãnis episcopi sardiensis, quem Hieroymus inter uiros illustres cõnumerat, asserens illũ multa scripsisse opuscula, sic habet: Petrus admonuit Paulũ, ut ipse pręoraret. qui rñdit: Tuũ est illud officiũ inchoare, maxime cũ sis columna luminis, electus à dño,& præcedas nos oẽs in apl̃atu. quo dicto, oẽs qui aderãt, uehemẽter gauisi legũtur. In eadẽ quoq; epl̃a Iohãnes ait ad Petrũ: Meruisti nos oẽs merito fidei in apl̃atu pręcedere. sed & S. Dionysius 4. cap. de diuinis noĩbus scribit: Aderat autẽ & Petrus summa & prouectissima theologorũ summitas. Præterea uir magnæ illuminationis Iohannes Ruysbroick in libro suo de tabernaculo Moysi, tractans illud Christi ad Petrum, Diligis me plus his? ait: Tunc factus est princeps & primas super cæteros apostolos & sup totũ mundũ. Sed obijci potest, q nõ solũ Petrus singulariter, imò Petrus & Paulus pluraliter aliquãdo principes apostolorũ uocantur: ex quo tñ non sequitur quòd Paulus alijs apostolis sit prælatus: ergo nec Petrus. Rursus, in Passionali sanctorũ habet, q Petrus aliquãdo legitur minor Paulo. sed & Paulus testat, q Petrus, Iacobus & Iohannes uidebant colũnæ esse. ergo tres illi fuerunt æquales. Et rñdendum, q Petrus & Paulus nõ æque, neq; ob easdẽ rationes dicunt principes apostolorũ, imò nusquam legitur q Paulus fuit princeps apostolorum, sed Petrus & Paulus simul uocantur principes apostolorũ, qa principales inter eos quantũ ad multa fuerũt, quamuis uterq; non fuerit æque principalis. propter quod Paulus dixit ad Petrũ: Tuũ est pręcipere, meum orare. Secũda obiectio

in Passionali sic soluitur. Interdum Paulus legitur minor Petro, quandoque æqualis, aliquando maior, quoniã maior fuit in actu prædicationis, ęqualis in puritate cõuersationis, minor in dignitate atq; officio prælationis. Ad tertium respondetur, quod licet tres apostoli præ cæteris dicantur colũnę, quia quantũ ad aliqua eminentes, non tamen fuerunt inter se prorsus ęquales, sed ut decentissimus exigit ordo, unus eorum (scilicet Petrus) cæteris præ-
Lucæ 22 fuit uniuersis. Propter quod Grecus expositor sup illud Lucę, Facta est contentio inter eos, testatur: Christo p passionem apostolis ablato, debuit unus eorum cæteris loco Christi præesse. Preterea Vbertinus libro tertio de uita saluatoris, probans quod post Christi ascensionẽ & spũsancti missionẽ, pro seipsis nihil habuerũt apostoli in cõmuni, sic ait: Quando regula aliqd habet in communi, licet non possint subditi dici illud habere ut singulares psonę, tamen prælati non possunt recte negare se illud habere, inquantũ sunt psonę communes.
Actu. 3. Petrus aũt omniũ princeps apte disseruit: Argentũ & aurum nõ est mihi. quo patet, quod ipse cæterorum apostolorũ & totius illius primitiuæ ecclesiæ Ierosolymitanæ, imo & Iacobi tunc ibidem episcopi, prælatus fuit & princeps. Ad hoc probãdum, possunt pene innumerabilia allegari. Nam & Petrus de Tharentasia sup quartum Sententiarum testatur, quod Christus plus commisit & dedit Petro quàm Iohanni, quia totius ecclesiæ curã Petro cõmisit. Sed iterum ista sufficiant, præsertim quum supra rationibus & autoritatibus copiosissime sint probata.

Articulus XXIIII. Quòd omnis princeps, prelatus ac legislator p prius comparetur ad totum populum sibi subditũ & cõmissum coniũctim, quàm ad eum uel aliquam eius partem diuisim.

CVm innumerabiles sint autoritates, in qbus dominus Papa asseritur toti ac uniuersali ecclesiæ pręsidere, quidã idipsum negantes, ut autoritatibus satisfacere uideantur, euasionẽ hanc inuenerũt, quod præsit uniuersali & toti ecclesię diuisim, non coniũctim acceptę, quanquã nullius sit ponderis, elucescet, si poterit demõstrari quod omnis qui pluribus pręest, p prius seu immediatius magis quàm proprie comparetur ad illos, ut coniũctim cõsideratos aut simul sumptos, quàm ad eosdem diuisim. Hoc igitur nunc quantũ dominus dederit, est probandum. Ad quod primo occurrit, quod ait Isidorus, sententialiterq; in decreto habetur, quod lex data & scripta est pro omni communi utilitate, pro nullius bono priuato. Et istud sanctus Thomas in prima secũdę, quęstione XC.
4. dist. c. Erit autoritas. pulchre declarat, dicendo: Lex est ordinatio rationis ad bonũ commune, ab eo qui curam
Lex qd est. gerit reipub. promulgata. Lex quippe est regula atq; mẽsura actuũ, p quam aliqs ad agendum uel non agendũ inducitur. Cum ergo ad rationẽ ptineat regulare ac mensurare actus humanos, palam quod lex sit aliquid rationis, potissimũ practicæ, in cuius intẽtione primum est finis siue felicitas, quæ mouet ad opandum tanquã desideratum & ultimate intentum, propter quod omnia fiunt, Idcirco hunc finẽ & media ordineq; ptingendi ad eum lex respicit. Nam & particularis homo & priuata eius felicitas comparantur, referuntur & ordinantur ad totã communitatẽ, communemq; felicitatem, ut pars ad totũ, & imperfectum ad perfectũ. Lex itaq; spectat & respicit ad bonũ commune. Plures aũt seu diuersæ personæ
s dist. i. Lex non constituũt communitatẽ, nec unam remp. faciunt, nisi inquantũ coniunctim sumuntur seu ordinantur. Diuisim enĩ acceptæ, sunt res singulares, priuatę & distinctę. Quaecunq; ergo lex pluribus datur, p prius respicit eos coniunctim quàm diuisim. quilibet ergo prælatus, princeps seu legislator uel pręsidens, eo ipso quo potest omnibus sibi subditis & commissis constituere legem. i. missionem seu ordinationem, p prius comparatur & autoritatẽ præsidentiãq; sortitur sup omnes sibi subiectos simul acceptos, quàm diuisim consideratos ac sumptos. Hinc sup illud Matthęi, Ambulans Iesus circa mare, dicũt expositores, quos ibi-
Mat. 4. dem sequitur Nicolaus de Lira: Lex non imponitur nisi multitudini: ideo legislationem pręcedit populi adunatio. Vnde in ueteri testamento antequã deus contulit filijs Israel le-
Ex. 16. 19. 20 gem, p Moysen primo illos ab alijs separauit atq; in unũ collegit, ut patet in Exodo. In exordio quoq; euangelicę legis antequã unigenitus dei hanc legem proponeret, plurimos congregauit, qbus collectis legem nouam proposuit. Itaq; ad legem ptinet ut imponatur populo adunato, seu perfectius adunando. Porro quantũ ad hoc, idem extat iudiciũ de lege & de rege seu psidente, prælato aut principe, qa ad hoc in officio præsidentię collocatur, ut legẽ à suis faciat subditis obseruari: ergo & ipse pręficitur plebi sibi cõmissæ, ut adunatæ, hoc est, simul acceptæ & perfectius adunandę. sicq; per prius & immediatius comparatur ad totum gregem suũ coniũctim quàm diuisim, seu ad aliquam illius partem. quo patet,

tet ꝙ autoritatem & prȩsidentiam habet sup oẽs illos collectim. Prȩterea secundũ Augustinũ, iudicandũ est de re secundũ id ad quod finaliter ordinatur ac tendit, q̃d etiam Philosophus docet. Finis nanq; potissima est causarũ, & de medijs iudicandũ & secundũ exigentiã & expedientiam finis. Nam & bonitas mediorũ à fine attẽditur, sed ad hoc ordinat & tendit oĩs prȩlatio in hac uita, ut subditi eiusdem pſidentis ad inuicẽ & inter se pacifice uiuant in aliq̃bus obseruantijs, ritibus, consuetudinibus seu legibus, cõmunicando & concordando, sicq; aliq̃ modo uniformiter conuersando. propter quod monet Apostolus: Id ipsum dicatis oẽs, & non sint in uobis schismata. itẽq; Cum sit inter uos zelus & cõtentio, nonne carnales estis? Hinc secundũ Augustinũ, ciuitas aliud non est q̃ concors ciuiũ multitudo. Talis ergo debet esse autoritas atq; ꝑlatio prȩsidentis, qualẽ reqrit hic finis: sed finis iste reqrit ꝙ prȩsidens habeat autoritatẽ & prȩlationẽ sup oẽs sibi subiectos, nõ solũ diuisim, sed etiã imò & potissime coniunctim acceptos. Aliter eñ non ualet eos ad hunc finẽ ꝑducere seu conuenienter dirigere, atq; in fine huiusmodi conseruare, & impedimenta fini aduersantia tollere, nisi possit oĩbus & singulis sumptis seu pensatis coniũctim, prȩcipere, constitutionẽ prohibitionẽq; facere seu legẽ pfigere, cũ aliter finis iste nequeat obtineri & cõseruari pfecte, nisi oẽs etiã simul media fini proportionata & apta obseruẽt, impedimentaq; uitent. Insup, ad hoc tendũt lex atq; prȩlatio, ut q eidem subduntur, sint unũ per animorũ concordiã, unusq; populus ꝑ legis & regentis communionẽ. Eo igit modo competit prȩsidẽti illis prȩesse, q̃ possit eos ad talẽ unitatem concordiãq; efficacius cõpendiosiusq; ꝑducere, q̃d potissimũ est ꝑ hoc ꝙ potest eis prȩcipere aliqua, quȩ ab uniuersis & singulis gñaliter obseruent, quantũ id rõnabiliter fieri potest: sicq; oportet ut sup oẽs etiã cõiunctim autoritatẽ habeat & iurisdictionẽ. Iterũ, q eidẽ subdũtur, unus sunt grex, una'q; plebs & quasi unũ corpus ꝑ reductionẽ & comparationẽ ad suũ prȩsidentẽ, qui est caput ipsorũ. Idcirco cõpetit eis potissime collectiue illi subesse, & ei illis cõiunctim prȩesse. 1.Corin.1. 1.Cor.3.

Articulus XXV. De specialibus rationibus propter quas concedi oportet, ꝙ summus pontifex ꝑ prius cõparet ad uniuersalẽ ecclesiã coniũctim cõsideratã q̃ diuisim.

Libro tertio Sũmæ contra gẽtiles sanctus doctor pulchre demõstrat: primo quod diuinȩ legis finis sit hominẽ ad deũ ordinare: deinde, ꝙ finis legis diuinȩ ac euangelicȩ sit dilectio dei, per quã homo deo adhæret atq; unitur: tertio, ꝙ finis legis diuinȩ sit etiam homines ad mutuã dilectionẽ inducere, quoniã aliter ad finẽ beatificum nequeũt peruenire. Cũ ergo nemine dubitante Papa sit Chri uicarius sup uniuersos Christi fideles, ad hoc ut quantũ deo prȩstãte potuit, oẽm inducat populũ Christianũ ad euangelicȩ legis obseruantiã, prȩsertim ad dei ac proximi dilectionẽ, oportet ꝙ taliter fidelibus prȩsit, qualiter prȩsidendo potest istud efficacius, promptius atq; facilius adimplere, ut prȩcendẽtis rationes ostẽdunt articuli: sed istud cõpendiosius potest implere cõdendo leges & constitutiones, ad quas tota Chrianitas coniũctim teneatur, q̃ solum diuisim. Nẽpe per hoc ꝙ oẽs coniunctim tenentur, & ad quȩ tenentur adimplent, magis proficiũt in mutua charitate, magis se mutuo iuuant ad proficiendũ, magis pacifice inuicẽ uiuunt, deum magis honorant, copiosius citiusq; ad felicitatem perueniunt. Prȩterea eo modo magisq; proprie & per prius Papa prȩsidet omni ac toti poulo Christiano, q̃modo magis directe ac proprie competit ei habere leges seu ordinationes & cõstitutiones easdem, quas Papa potest ei prȩfigere, sed easdẽ habere cõstitutiones & leges magis directe ac proprie cõuenit toti populo Chriano cõiunctim considerato ac sumpto: primo, q̃m dictũ est ꝙ lex proponit cõitati & populo adunato: secũdo, q̃m diuersi populi ꝑ hoc ꝙ in eadẽ lege cõicant, unus q̃dãmodo populus fiũt. Vnde q̃ in pluribus legibus obser[illegible]tijsq; cõicant & concordãt, eo plus fiũt & sunt popul' unus. Ideo circa illud Machabȩorũ, Prȩcepit Antiochus ut oẽs essent popul' unus, dicũt expositores hoc fieri in eodẽ ritu & cultu cõicando: ergo toti Chrianitati coniũctim prȩsidet Papa, præsertim cũ ad hoc tendat eius prælatio, ut omnes fideles sint unũ seu populus unus ꝑ concordem prȩceptorũ diuinorum & ecclesiasticorũ obseruationem, quantũ congrue fieri potest. Idcirco oportet ut habeat autoritatem inducendi omnes simul ad talia obseruanda, præcipiendo, cohibendo & corrigendo. Amplius, sicut lex euangelica multo melius obseruari potest ubique & semper ab uniuersis & singulis cõiunctim & diuisim, quàm aliqua lex humana & positiua, sic nulli principi seculari, imò nec spiritali prælato tam proprie competit prȩesse cunctis sibi subiectis coniunctim ac diuisim, ut summo pontifici, quia prȩ omnibus illis condere potest leges & constitutiones ac canones euangelicæ legi propinquiores, & indeterminatiores, & per con-

De eminentia epi s c. inter corporalia.

1.Machab.1.

Iohan.17.

consequens, ab uniuersis simul magis obseruabiles. quamuis asit in Papa sit autoritas praeceptiua quantū ad omnes, quantum est ex parte excellentiae autoritatis, aliqui tamē fidelium ex diuersis causis ab obseruantia quarundā ordinationum & iussionum Papaliū rationabiliter excusantur, nec decet summū pontificem sua statuta nimis rigorose & inuiolabiliter uelle ubiq; ab uniuersis impleri. Hinc libro de auferibilitate Papae ab ecclesia Cācellarius loquitur: Nec summus pontifex, nec aliquis aliorū debet conari, ut canones positiui uel aliae traditiones humanę immutabiliter obseruentur ubiq; per totam ecclesiam & per omnes nationes. Oppositum satagere dedit forsan Graecis occasionem recedendi à Latinis. Dat quoq; quotidie materiam multarum litium & grauium scādalorum, dū ęquali tenore quęrit obseruari lex humana, sicut illa Canonica uel ciuilis, quemadmodum custodire legem diuinam sine ulla uariatione necesse est. Inde uenit illa Christi conquestio, Irritum fecistis mādatum dei propter traditiones uestrās. Postremo his modis magis praesidet Papa toti & uniuersali ecclesię, quibus modis magis competit ei habere unum in terra pastorem atq; pontificem. sed hoc est, inquantum tota ecclesia simul sumpta est una hierarchia, unus grex, unum ouile, unus populus, unū corpus, una ciuitas, una domus, una sponsa, unum regnū, unus exercitus, unaq; nauis: quae omnia potissime conueniūt toti ecclesiae inquantū coniunctim accipitur, ergo sic ei praesidet Papa. sed hęc omnia in secundo opusculo latius sunt probata, quibus nunc addo, q̄d Innocētius ait: Vnius ecclesiae debet esse unus rector, & econtrà, unius rectoris debet esse una ecclesia, ne ecclesia uideatur esse scortū, sicut uidemus quòd unus est maritus unius uxoris, & econtra, uicesimaprima quaestione prima

Matt. 15.

21. q. 2. c. praecipimus.

Articulus XXVI. Rationes dicentes ad quaedam inconuenientia & absurda & periculosa, si Papa dicatur non habere autoritatem & pręsidētiam & iurisdictionem super totam ecclesiam simul acceptam & super generale concilium.

SObrie & modeste loquendum est in arduissima ista materia, & quae nunc scribam in isto articulo, inquirendo, admirando & auizando magis q̄ affirmando, iudicando aut reprobando scripturus sum. Primū igitur quaero, an generale concilium teneatur sub pręcepto ad quadragesimale ieiunium, ad ieiunia quatuor temporum, ad obseruandum aduentum, ad celebrandū festum Paschale in die dominico, ad abstinendum à carnibus saltem in die Parasceues, ad celebrandum diem dominicū, & ad quaedam similia quae à summis pontificibus instituta, seruariq; iussa leguntur, sicut ex Chronicis & gestis pontificalibus innotescit. si dicatur quòd sic, consequens erit q; Papa autoritatē pręceptiuam & praesidentiam pastoralem habeat sup generale concilium: aliter illud nō teneretur sub praecepto ad aliquid à quocunq; summo pontifice constitutum. Non enī maior fuit potestas iurisdictionis in Petro, quàm in quocunq; ipsius successore. Et si generale concilium teneatur temporibus istis ad ea quae Petrus & quidam ipsius successores instituerūt uniuersaliter obseruari. simili ratione, pariq; potestate ac iure summus pontifex tēpore isto habet potestatem, pręlationem ac iurisdictionem super generale conciliū, quantum ad suam ptinet cathedram, puta in his quae ipsi concilio extant accommoda & saluti proficua, euidenterq; bona, ita q; talia potest concilio generali praecipere. Porro si dicatur quòd ad nullum praedictorū teneatur concilium, hoc prima facie satis mirabiliter terribiliterq; sonaret, nec personae conciliares peccarent praedicta non obseruando: si uero dicatur quòd concilium non tenetur ad ista, quoniā statuta summorum pontificum potest reuocare, si uiderit expedire: ergo saltē tenentur ad ista q̄diu non occurrit rationabilis causa reuocandi & non obseruandi, imò talis possit occurrere causa, q; etiam quęcunq; priuata persona non teneretur ad ista. Praeterea, secundū scripta istorū pro congregatione Basileensi scribentiū, sicut Papa nullam habet autoritatem, pręsidentiam & iurisdictionē super uniuersalem ecclesiam coniunctim consideratā, ita nec super generale cōcilium: quo concesso, mox concludetur q; generale conciliū ad nullū pręditorum sit obligatū: similiter nec tota Christianorū communitas coniunctim accepta. Pono ergo p impossibile, q; uniuersi & singuli Christiani qui sunt citra Papam, in aliquo uno latissimo campo sint cōgregati, & ad obseruādum praefata summorū pontificum statuta bene dispositi, tūc quaero an tota illa cōgregatio simul pensata & sumpta, seu collectiue accepta, teneatur ad ista: si dicatur quòd imò, ergo Papa potestatem & iurisdictionem habet super illam, & sup uniuersalem ecclesiā coniunctim consideratā: si uero dicatur q; non, hoc absurde (ni fallor) so-

Nō fuit maior ptās in Petro, q̄ in eius successoribus.

na-

naret, præsertim cũ iuxta præhabita cõmunitati & multitudini coniunctim acceptæ potius cõpetat hæc easdẽ leges & ordinationes, q̃ si sumat diuisim. Secũdo interrogo, an Papa possit indulgentias facere gñali concilio. Si dicat quòd sic, infertur q̃ autoritatẽ & iurisdictionem habeat sup illud, qm̃ secundũ omniũ scholasticorũ doctorũ doctrinam sup IIII. Sententiarũ, nulli p̃lato cõpetit indulgentiã aliq̃bus facere nisi sibi subiectis, uel autoritate ei qui p̃sidet illis. Si aũt dicit q̃ non, hoc uidebit esse cõtra eorundẽ scripta doctorũ, dicentiũ q̃ pontifex summus potest ubiter & ubiq; omni totiq; populo Chr̃iano indulgentias facere, eo q̃ habeat plenariã ptãtem sup thesaurũ ecclesiæ, de q̃ indulgẽtiæ conferunt. Rursum secundũ hoc sequeret q̃ conciliũ, quantũ ad hoc, esset peioris & infelicioris conditionis, q̃ quæcũq; alia particularis ecclesia uel p̃sona, qm̃ capax non esset gr̃æ tantæ, cum tñ indigeat ea sicut & cæteri hoĩes. Præterea, si dicatur q̃ ipsummet gñale conciliũ potest indulgentias dare etiã sibimetipsi, primo hoc non inuenit in doctoribus scriptũ, q̃ ad gñale concilium spectet indulgentias dare propria autoritate, qa secundũ oẽs doctores, thesaur⁹ ecclesiæ cõmissus est plene dño Papæ, nec legitur cõmissus gñali concilio, nec antiqua concilia indulgentias dedisse legũtur, ut æstimatur, nisi forte ex summi pontificis ordinatione. Iterum dicũt doctores sup IIII. q̃ nemo possit sibiipsi indulgentias facere, sicut nec seipsum qs potest absoluere, tñ indulgentiã faciens potest indulgentiæ quã aliis facit, particeps esse. Vnde sibi soli non potest indulgẽtiam facere, prout Thomas & alii sup IIII. declarant. Quõ ergo conciliũ sibiipsi indulgentiã facit? Cancellarius aũt quodã in loco quærit, an ad conciliũ spectet indulgentias dare, nec tñ euidenter determinat dubiũ illud. Tertio quæro, an dño Papa in generali cõcilio p̃sonaliter præsente, & toto illo residuo conciliari mortaliter peccante etiã euidenter, q̃d possibile est, cũ oẽs illi possint simul esse in mortalibus culpis, an tunc Papa possit illos peccantes & punitione dignos, autoritatiue corrigere, instruere & punire tali punitione, p̃ quam bonũ cõcilii non impediretur, sed potius promoueretur p̃ gr̃æ impetrationẽ maiorẽ. Si dicatur q̃ sic, ergo præest oĩbus illis tanq̃ prælat⁹ & iudex: si dicatur quòd non, quærã ad quẽ uel ad q̃s ptinebit illorũ correctio autoritatiua & iudicialis. Nõ ad ipsos, cũ ita seipsos corrigere non sit re[illegible], imò reus & iudex diuersi sunt: hoc modo ergo ptinebit ad Papã, uel ad nullũ. Quarto interrogo, si aliquæ certæ p̃sonæ cõciliares grauiter peccent, an Papa præsens possit eas præfato modo corrigere: si dicatur q̃ sic, ergo præsidet eis secundũ modũ prætactũ: si dicatur quòd non, quærendũ est cũ Papa ex suo officio & iure diuino habeat quemlibet peccantẽ corrigere, si cernat & sciat eius excessum, & loci ac tẽporis opportunitas assit, cur illas p̃sonas non poterit ita corrigere: si dicatur quòd ratione conciliaris negotii, seu propter concilii prohibitionẽ, tunc quæstio q̃m iã occurrit, cũ celebratio concilii non cedat in derogationẽ autoritatis officiiq; Papalis, ut Papa iure diuino præsit saltem unicuiq; Christiano, ipsomet dempto, qua ratione, qua autoritate, quo iure tunc se subtrahunt prorsus ab obedientia Papæ, quibus omnibus ante concilii inceptionem præfuit summa autoritate? & quãuis absente potestate Papali, concilium possit eos arcere, tamen salubrẽ, iustũ & piũ usum ipsius nõ uidetur impedire debere aut posse. Hæc charitatiue, non malitiose conscripsi, ut sapiẽtioribus detur occasio profundius cogitãdi. Quõ autem conciliũ quantũ ad aliqua sit liberũ à coerciua ptãte & præsidentia Papæ, habens præsidentem ac dirigentem spũmsanctum, dictũ est sæpe. Insup, secundũ Thomam in secũda secundæ & sup IIII. Sententiarũ, schismatici proprie appellantur, q̃ propria sponte & ex intentione ab ecclesiæ unitate se separãt. Vnitas aũt ecclesiæ in duobus consistit. s. in connexione membrorũ ecclesiæ ad inuicẽ, & itẽ in ordine oĩm membrorũ ecclesiæ ad unũ caput. Hoc aũt caput est Chr̃s, cuius uicẽ in terra gerit põtifex summus. Ideo schismatici sunt, q̃ subesse renuũt summo pontifici, & qui mẽbris ecclesiæ ei subiectis coĩcare recusant. Istud idem Raymundus, Durãdus, Bonauẽtura & alii concorditer scribunt. Si ergo sit aliqua congregatio, quæ se ab obedientia summi põtificis oĩno subducit, subtrahit, eximit, asserens se nequaquã summo põtifici subiectum, ita quòd ille nullam præsidentiã & iurisdictionem sup se habeat, uidendũ est quõ excusetur à uitio schismatis: si dicatur quòd subtrahit se ab obedientia tali, non ut quædã congregatio particularis, sed inquantũ uniuersalẽ ecclesiã repræsentat: ergo saltem ut existentialiter est quædã particularis collectio Chr̃iana, debet manere summo pontifici obediens & subiecta in his, quæ illius cathedrã pontificiũq; respiciunt, cum de iure diuino referãtur ad illum sicut ad caput uicarium, à quo & unitas ecclesiæ secũdario secundũ doctores dependet. Dicit quoq; Hieronymus: Nullũ est schisma quod non aliquã sibi hæresim confingat, ut ab ecclesiasti

Margin notes: De poeni. & remission c. Quod aũt. — Nemo potest sibiipsi indulgẽtias facere. — Schismatici qui dicant — Nota.

Vide c. in ter hęresim. 24. quæst. 3.

ca unitate recte recessisse uideatur. Postremo, Thomas quarto libro Summæ contra gentiles in fine capituli, quo probat quod toti uniuersali ecclesiæ summus pontifex præsit, ita concludit: Per hoc excluditur præsumptuosus error quorundam, qui subducere se nituntur ab obedientia & subiectione Petri, successoremque eius Romanum pontificem uniuersalis ecclesiæ pastorem non recognoscentes. Ex hoc sequitur, quòd & uniuersalis ecclesiæ pastor sit Papa, nec ideo ab eius obedientia penitus excusetur conciliũ, quia uniuersalem repræsentat ecclesiam, cum & illi præsideat Papa. Et præsumptuosus fuit error eorum, qui se subduxerunt ab obedientia subiectioneque Papæ. Videndum an ne præsumptuosior sit error eorum, qui non solum renuunt obedire & subijci summo pontifici, sed absolute ponunt se super illum, ita quòd potestatem & iurisdictionem habent in illum, non econtrario. Multa similia possent proponi, sed ista sufficiant quæ non nisi charitatiue sunt tacta, ut ueritas diligentius inquiratur, & nemo fallatur, presertim cum multi iam dicant, quòd ad ordinationes generalis concilij tota ecclesia etiam collectiue considerata, post concilii dissolutionem teneatur, non ad ordinationem summi põtificis: sicque uniuersali ecclesię, ut sic scilicet coniunctim acceptæ, quomodo proprie dicitur uniuersalis, competit regi non regimine monarchico & regali, ut dictum est, sed alia regiminis specie, contra quod satis est ex doctoribus disputatum. Nam & hoc concesso, sequitur quòd absolute loquẽdo maior seu altior & plenior sit potestas in ecclesia quàm Papalis, cum tamen Petrus de Alliaco & Cancellarius apertissime dicãt, quod plenitudo, uertex atque supremitas ecclesiasticæ potestatis in solo sit summo põtifice subiectiue atque formaliter, utputa uere, realiter seu existentialiter, in generali autem cõcilio repræsentatiue seu insinuatiue, in ecclesia uero finaliter. Hæc superius diffusius sunt inducta, & nunc currenter breuiterque intantũ sint tacta, quæ utique sine tædio & dolore non scribo.

Plenitudo ecclesiasticæ potestatis atque est in Papa.

Articulus XXVII. De negotiis quæ impertinentia & uitanda uidentur generali concilio, & cur in primo opusculo scripsit sic, quod concilium nõ erret in his, in quibus conciliariter procedit.

Generale concilium propter arduissimas atque altissimas causas diffiniendas & expediendas, puta quę aliter rite expediri non ualẽt, & propter quas dignum est generale agi concilium, conuocatur & celebratur. Constat aũt quòd in paruis ac pluribus & impertinentibus occupari uehementer impediat saluberrimã occupationem in principalibus & magnis, uicinioribusque saluti. Talia ergo generali concilio sunt uehementissime fugiẽda. Hinc coiter dicitur: Virtus unita fortior est quàm dispsa. itemque Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Hinc quidã doctor deuotus in sermone quẽ fecit in Basileensi concilio, illo adhuc indubitanter durante, dolorose conqueritur & hortatur: Causarum particularium affectiones & occupationes, quæ multæ & nimis multæ in hoc proh dolor decertant concilio, quia illę dissidij caput & origo, unitati quod ecclesiasticæ aduersari atque eius reformationem impedire solent, sunt amputandæ, quemadmodum in exordio conciliorum per Cõstãtinum magnum historia Tripartita recitat factũ. O uirus pestiferum, ò damnosum studij genus, ò infelix exercitium & sacrosancta uniuersali indignum synodo, ad causas altissimas congregata, quò eo deuenitur, ut in hunc causarum labyrinthum sanctissimas eius operas & diuinos ecclesiæ consumant labores, summam eius inde autoritatem in prouerbium & hæsitationem, ut ita dicam, exponens multorum. Hæc doctor ille. Quoniã ergo in talibus particularibus factis & causis ac litibus, quę in concilio ad partẽ agũtur, tractanť & expediũtur, multiplex accidit error, informatioque sinistra. In primo scripsi opusculo quod conciliũ non erret in his, in quibus conciliariter est procedens, uidelicet iuxta formã prefixã in gñali concilio obseruandã. Nec per hoc infirmaui autoritatẽ concilij, quod etiam si per uiolentiã aut informationem sinistrã ad mali aliqd traheret, non ibi cõciliariter procederet, qd & sępe legitur cõtigisse. Conciliũ em à spũsancto debet directionẽ sperare & inuocare, sicque cũ debita libertate consulẽdo ac diffiniẽdo procedere. Preterea dictũ est, quantũ pluralitas presidentiũ nocet, presertim dũ unus se intromittit de eo, quod ad aliũ ptinet, nisi ille cõsentiat. Hinc istud inter summũ pontificẽ & cõciliũ displicentiã parit, si conciliũ de qbuscũque se intromittat expediẽdis, quę ad ipsum directe nõ ptinent. Et si pro excusatione allegeť necessitas, nõ uideť bona quę ad talia cõpulit: & uno incõueniẽte dato, plura sequunť. qa scdm Aplm, Quæ à deo sunt, ordinata sunt. teste quoque Ambrosio, Nescit tarda molimina spũssancti gratia. Hinc Damascenus libro I. capite quinto, probãs quod plures dij esse non possint, effatur: Qualiter à multis gubernabitur mun

Rom. 13 Ambrosius.

mundus,& non dissoluetur ac corrumpetur,pugna in gubernantibus considerata? Differentia enim contrarietatem inducit. De hoc demum in originali historia sanctissimæ uirginis Barbaræ,legitur uirgo illa contra idololatras taliter disputasse:Hic deus solus omnibus desiderijs est petẽdus, quem confido unum esse hac ratione, quoniam nisi unus esset, tanta rerum concordia non foret. Omne enim quod unum est,id est propter illud quod unum est. Quomodo cœlum curreret perpetua uolubilitate,nisi esset una eademq; uoluntas unius creatoris,qui idem perduraret,& sententiam non mutaret. Si enim duo uel tres essent,unus diceret,Curratːalter autem,Stet:& sic uaria uoluntas uarium pareret ordinẽ. Præterea iuxta Apostolum,ab omni specie mala est abstinendũ,potissime his, qui ideo sunt collecti,ut totius ecclesiæ reformationi intendant. Cũ in Niceno concilio quidã episcopi particulares suas causas niterentur proponere,sapientissimus impator Constãtinus respõdit,propter talia non esse congregatũ conciliũ,nec ea admisit. 1. Thess. 5.

Articulus XXVIII. Quõ oĩa bona ecclesię sint summi pontificis,& qualiter etiam regna & imperiũ ac cætera bona terrena sint eius.

EX Alexandro de Hales est allegatum,ꝙ omnia bona ecclesiæ sint Papæ,& accipiat inde quantũ uult. Insup ex Iacobo de Voragine dictum est,ꝙ Petrus apostolus omniũ regũ terræ extitit princeps. Vidẽdum est ergo quõ intelligenda sint hæc. Itaq; Petrus de Alliaco libro de ecclesiastica potestate de ista sic ait materia: Papa est uniuersalis dispensator tanq̃ supremum membrum ecclesiæ omniũ generaliter ecclesiasticorũ bonoꝝ tam spũalium q̃ temporalium,non sic ꝙ eorũ sit dominus, sed solũ communitas ecclesiæ uniuersalis est dña ac proprietaria illoꝝ bonorũ gñaliter. Et singulę cõmunitates atq; ecclesiæ dñium habent in bonis sibi correspondẽtibus. Personæ aũt singulares non hñt ius dominij,sed ius utendi uel dispensandi. & hoc notauit Innocẽtius. Hinc patet error dicentiũ,ꝙ solus Papa habet ius uel dñium in bonis ecclesię,& non est administrator uel dispensator uniuersalis ecclesiæ,sed bonoꝝ eius uerus dñs ac proprietari⁹. Itaꝙ Papa non potest ad libitũ detrahere bona ecclesiaꝝ,ita ꝙ quicq̃d de ipsis ordinet,teneat:sed cũ sit minister & dispensator bonoꝝ coĩtatis,in quo requiritur bona fides,nõ habet collatã sibi ptãtem sup huiusmodi bona,nisi ad necessitatẽ & communẽ utilitatẽ. Hinc denuo ait:Papæ incũbit cura ecclesię gñalis. Ideo ipse uniuersalis dispensator omniũ ecclesiasticoꝝ bonorũ spũalium & temporaliũ. propterea de præbendis cap. II. lib. VI. dicit: Papa plenariã habet dispositionẽ oĩm beneficiorũ. Insup scribit hic doctor:Papa iure potuit ordinationes maioꝝ & electorũ seu electiuarũ dignitatũ ac collationes alioꝝ beneficiorũ sibi & apostolicæ sedi reseruare,qa hæc ei antiqssimo iure cõpetebant:& ea non solũ iure uniuersalis administrationis potuerũt Papæ cõpetere,sed etiã ex speciali causa tam ratione materiæ subiectę, utputa qa inferiores electores in suis electionibus & ordinarij collatores in bñficiorum collationibus abutebanṫ,& frequenter p potentiã laicalem suo iure libere uti non pmittebanṫ. His cõsonat q̃d in libro suo de ecclesiastica ptãte Cancellarius dicit:Ptãs ecclesiastica Papalis non ita habet dominia & iura terreni simul & spũalis imperij,ꝙ possit ad libitũ de bonis clericorũ,& multo minus laicorũ disponere,q̃uis concederi dum sit ꝙ habeat in eis dñium q̃dda regitiuũ & regulatiuũ & ordinatiuũ. Et istud est medium inter duas pestes contrarias,puta inuidiã Papali dignitati plus debito detrahẽtem, & inter adulationẽ ei nimis multa attribuentẽ. Nam quidã dixerunt,ꝙ Constantinus imperator nil contulit Papę Syluestro, quod nõ esset prius suũ, sed reddidit iniuste detentũ. Huic uerbo concordat Petrus de Alliaco,dicens: Papę & prę̃latis ecclesiæ non repugnat dominium habere in tẽporalibus & iurisdictionem. nec tamen debet eis per se ratione status sui,inquantũ sunt uicarij Christi,apostoloꝝq; successores,sed conuenire potest eis habere talia,si eis ex donatione deuota collata fuerint,uel aliunde iusto acquisierint titulo. Sed obijci potest,q̃d ad Eugeniũ Papã libro de Consideratione scribit Bernardus: Tu hæres & mund⁹ hæreditas. Et rursus: Quid tam indignũ tibi,q̃ ut totum tenens non sis toto contẽtus,atq; exiguas portiones ipsius tibi creditæ uniuersitatis,tanquã non sint tuæ,satagas nescio quo modo adhuc facere tuas? Et respondendum ꝙ Bernardus hæc ait propter hoc,ꝙ summo pontifici specialissime est commissa tota ecclesia, & de omnibus habet exigentiam causæ & loci ac temporis ordinare,non tamen ut dominus principalis,sed potius ut minister & dispensator,ut pfato libro sæpius ait Bernardus. Hinc in Decreto 12. quęstione secunda c. fine exceptione, habetur:Rebus ecclesiæ utatur episcopus ut cõmendatis,non tanquã proprijs bonis. Postremo, Constantinus imperator omnia imperialia insi-

Oĩa bona ecclesię sunt Papæ.

De præbend. & dig. c. Licet.

Verbum Bernardi ad Papam.

12. q. 2. c. fine exceptione.

gnia contulit Papæ, & statuit ut Cardinales uterentur ornamentis senatorum.

Articulus XXIX. Quomodo summus pontifex possit à generali concilio iudicari secundum quosdam doctores præcipuos.

TRactatu de potestate ecclesiastica Petr⁹ de Alliaco sic ait: Restat uidere utrum Papa subijciatur iudicio generalis concilij, non obstante suę potestatis plenitudine. Ad quod breuiter (inquit) respondeo quòd sic, & non solum subijcitur ei in casu quo accusaretur de crimine hęresis proprie dictę, sed etiam in quibusdã alijs casibus, qui possent quodammodo reduci ad hæresim proprie dictam: & hoc ratione obstinationis & incorrigibilitatis in crimine. Ad argumentũ uero quo obijcitur quòd superior ab inferiori iudicari non potest, ita respondet: Hæc propositio, Maior non iudicatur à minori, nec superior ab inferiori, licet regulariter uera sit, tamen aliquando fallit. Nam rex Franciæ qui maior atq; superior est in toto regno suo, sæpe in aliquibus casibus iudicatur, & contra eum fertur sententia in suo Parlamento. similiter Papa à simplici sacerdote in foro conscientię iudicatur. Etiam in foro exteriori iudicari potest ab inferiori suo, si se ei sponte subiiciat. Rursus ait hic doctor: Tam iure diuino quàm humano concedendum est, Papam ab uniuersali ecclesia uel à generali concilio posse iudicari, & ab eo ad cõcilium in multis posse casibus appellari, puta in casibus ecclesiæ destructionem tangentibus. Aliter sequeretur, Christum ecclesiam suam non sufficienter ordinasse, cum illa communitas non sit sufficienter ordinata, quæ perditioni & demolitioni suæ publicæ non potest occurrere. Vnde si in talibus casibus ecclesia non posset sibimetipsi prouidere, sequeretur quòd non haberet sufficientẽ fœcunditatem & fœcundã uirtutem ad se conseruandum & continuandũ, sicq; posset deficere politia Christiana. His cõcordat quod libro de auferibilitate Papæ ab ecclesia Cancellarius scribit, dicens: Quamuis Papa talem habeat autoritatem respectu omniũ hominum, qualem non habet totum residuũ ecclesiæ, nisi in sinuatiue uel electiue: ex hoc tamen non sequitur quin tota ecclesia seu generale cõcilium illam repræsentans, possit autoritatiuam iurisdictionem exercere tanquã in deuiabilis regula ad reducendum, corrigendum seu compescendum Papam, ne noceat sibi & aliis: sic enim tradit Aristoteles quinto Politicę, quòd ad totam communitatem pertinet principis correctio uel totalis electio, si inemendabilis perseueret. Et hęc potestas inabdicabilis est à communitate libera, quæ de rebus suis facere potest ad libitum, nec per appellationem nec per aliquã legem potest suspendi, quanto magis hoc habebit ecclesia? Sed contra hoc obiici potest. quia sic sequeretur quòd quælibet communitas posset suũ principem, iudicem iudicare, corrigere & auferre. Item, quamuis sup̃ior possit iudicari ab inferiori suo in foro conscientiæ, non tamẽ in foro iudiciali, contentioso, exteriori, quo fertur sentẽtia in initũ, ut sup̃ quartum Sententiarum dicunt doctores. Si igitur Papa præsit toti & uniuersali ecclesiæ, quomodo poterit iudicari ab ea, nisi se ei sponte subijciat? Ad primum respondetur, quòd quando communitas habet iudicem sup̃iorem, ad quẽ possit habere recursum, tunc autoritas illa locũ semp̃ non habet. Ad aliud respondetur ꝙ aliqui dicunt oppositũ, asserẽtes quòd sacerdos possit excõicare episcopũ suũ, si fecerit furtũ occultũ in sua parochia: quia licet nemo possit ligare sup̃iorem suũ, tamen episcopus fecit se sacerdote suo minorẽ, committẽdo furtũ in eius parochia. Quidã tamen dicunt oppositũ: unde secundũ intentionẽ Petri de Alliaco & Cancellarij esset dicẽdum, ꝙ licet Papa ut pontifex summus pręsit toti ecclesię, tñ inquantũ est res quædã Chr̃ianę cõmunitatis & politiæ Chr̃ianę, puta minister datus ecclesiæ propter ei⁹ p̃fectũ: secundũ hoc habet rationẽ inferioris, præsertim si fuerit intolerabiliter reus, sicq; tota ecclesia potest abijcere membrũ enormiter scandalizãs. Vnde Origenes in homilia sup̃ Iosue 7. ait, ꝙ ecclesia debet abijcere scandalizantem pastorẽ. Sed q̃a de hoc dictum est plenius opusculo primo, nunc transeo.

40. dist. in c. Si Papa.

Articulus XXX. De autoritate & utilitate generalium conciliorum secundum Augustinũ & Petrũ de Alliaco.

IN libris contra Donatistas multa loquitur S. Augustinus de autoritate generalis cõcilij. Etenim ibi II. libro sic ait: Ipsa concilia quę p̃ singulas regiones uel prouincias fiunt, plenariorũ conciliorum autoritati quę fiunt ex uniuerso orbe Christiano, sine ullis ambagibus cedunt: ipsaq; plenaria concilia priora sæpe posterioribus emendant, quũ aliquo rerum experimento aperitur quod clausum erat, & cognoscitur q̃d latebat. Et rursus cõcilia posteriora prioribus apud posteros præponũtur, & uniuersum partibus semp optimo iure p̃ponitur. Insup̃ IIII. libro testatur: Ecclesia paradiso cõparata, indicat extra

eam

libro asserit: Boni regulam fidei diligenter inquisitam firmissime tenēt, & si quid ab ea deuiant, cito autoritate catholica corriguntur. Hoc etiam libro recitat Augustinus, quemadmodum sanctus Cyprianus non acquieuit Romano pontifici sibi scribenti ac præcipienti ne ab hæreticis baptizatos rebaptizaret. & tamen secundum Augustinum Cyprianus determinationi plenarij concilij libenter acquieuisset, si illud suo tēpore uel ante determinasset, scilicet taliter baptizatos non esse rebaptizandos: Quo patet quod secūdum Cyprianum & Augustinum maior sit generalis concilij, quàm Romani pontificis autoritas in determinatione eorum quæ fidei sunt & salutis. Præterea sexto libro contra quendam erroneum episcopum ait: Non hoc censet ecclesia, cui deus iam plenario concilio reuelauit. Sed & septimo libro: Id inquit, figuratione securę uocis asserimus, quòd in gubernatione domini Iesu Christi uniuersalis ecclesiæ consensione roboratum est. Hinc Petrus de Alliaco libro de ecclesiastica potestate affirmat: Autoritas generalis concilij merito extollenda est, & adeo magnificāda, quòd Romana ecclesia particularis eius iudicio subest in capite & in membris. Ex præhabitis constat, quomodo secundum istum doctorem & alios præallegatos ista stent simul, quòd Papa pręest toti & uniuersali ecclesiæ, atque per prius comparatur ad eam, quàm ad quamcunq; ecclesiam particularem: & tamen concilium generale quo ad aliqua, supponitur ei, sicut & rex pręsidet toti regno. & tamen tota communitas regni potest eum secundum modum prætactum corrigere. Amplius, libro de reformatione ecclesiæ scribit Petrus de Alliaco: De his quæ uidentur reformanda circa totum corpus ecclesiæ, primo occurrit esse expediens & necessarium, ut sæpius quàm hactenus factum est, generalia concilia celebrentur. item quòd sæpius celebrentur concilia prouincialia, quoniam sancti patres primo instituerunt ea bis in anno propter utilitatē ecclesiæ celebrari. Postea uero propter fatigationes, & ut optime haberentur hi qui congregandi sunt, statuto synodali diffinierunt omni excusatione remota, semel in anno fieri ea, deprauataq; corrigi. *Vnde episcopi qui ad synodum uenire contemnunt, & principes* qui hoc prohibent siue impediunt, uel metropolitani qui absq; rationabili causa hoc agere negligunt, canonicis subiacent pœnis, ut hæc in multis canonibus cōciliorum probantur, ut in Toletano concilio legitur, nihil pene mores disciplinæ ab ecclesia Christi magis expellit, quàm negligentia episcoporū & sacerdotum, qui contemptis canonibus ad corrigendos ecclesiasticos mores, synodos facere negligunt: & certe hodie docet experientia, quot & quanta mala ex huiusmodi negligentia proueniūt. Ideo prouidendum est, ut huiusmodi concilia sæpius fiāt: & si non semel in anno iuxta rigorem canonum, saltem de triennio in triennium, ad euitandum uexationes itineris, laborum & expensarum. Si autē dicatur, quòd hodie non sit opus (ut olim) generalia aut prouincialia concilia sæpius celebrari, quia Romana curia potest in casibus emergentibus sufficienter prouidere. Respondetur quòd non, quia experientia docet quòd propter defectum conciliorum & maximè generalium totius ecclesiæ, quæ sola potest audacter & intrepide omēs corrigere, ea mala quæ uniuersalem tangunt ecclesiā, dum manserunt incorrecta & impunita, adeoq; creuerunt & inueterata sunt, quòd tandem multa iniusta sub prætextu fictæ & corruptæ cōsuetudinis licita reputantur, ita quòd multi suspicantur quòd hæc dissimulauerit Romana curia, & super his facere concilia neglexit, ut possit ad suæ uoluntatis libitum plenius dominari, & aliarum ecclesiarum iura liberius usurparet: ob quam diffamiam expurgandam debet super congregatione conciliorum generalium ac prouincialium prouidere, pręsertim cum sanctissima illa Petri & aliorum apostolorum curia legatur in Actibus apostolorum quatuor concilia celebrasse. Præterea aliqui sunt casus ardui necessario reformandi, in quibus non potest commodius quàm per generale cōcilium prouideri, ut patet primo de reformatione Romanę ecclesiæ, quæ necessaria est, nec aptius quàm per generale concilium fieri potest. Idcirco non debet respuere ab illo cōcilio reformari. Deinde reformatio totius corporis ecclesiæ. & specialiter prouidendum esset contra Saracenos & alios infideles, Christianitatem acriter impugnantes, & pro reductione eorum, qui ab obedientia summi pontificis recesserunt. Hæc & multa similia scribit hic doctor libro præfato.

Facta ecclesia nemo pcipit salutē.

Articulus XXXII. An Papa sit dominus ecclesiæ.

QVæstio ista in duobus libellis præhabitis clarissime est soluta. Dictum est enim quod dominium duplex est, unum uidelicet ordinatum, quo quis alijs præest ad utilitatem ipsorum prouidens illis, non propria commoda quærens. Aliud est inordinatum dominium, quo quis propter propria commoda alijs præsi-

Dominium duplex.

det. Primo modo bonis prælatis atque principibus dominium competit, secundo modo tyrannis: imò secundum Albertum, dominium primo modo acceptum, est de ratione hierarchiæ. Quo ergo præ uniuersis principibus & prælatis Papæ sublimior est hierarcha, altior digniorq́ prælatus, eo præclarius ipsi competit dominium tale super uniuersis, quibus præest ac prouidet. Sed dictum istud quibusdam non placet, propter plura quæ sanctus Bernardus libro de Consideratione ad Eugenium loquitur Papam, dicendo: Superiorem te dissimulare non possumus, sed non ad dominandum: & ut multum sentiamus de uobis, non dominium, sed ministerium uobis est datum. Disce exemplo prophetæ præsidere non ad imperandum, sed ad factitandum. Nomen episcopi non dominium, sed officium tibi sonat. Quod habuit Petrus, hoc tibi dedit, solicitudinem super ecclesiam, non dominationem. Considera summum te dici comparatione non meritorum, sed ministeriorum. Sic te existimet homo ut ministrum Christi, & summũ inter ministros. Præsis ut prosis, non ut imperes. Considera ante omnia Romanam ecclesiam ecclesiarum matrem esse, non dominam: te uero non dominum episcoporum, sed unum ex ipsis. Multa similia scribit Bernardus, & ad idem possent uerba aliorum induci doctorum, quia Origenes atque Chrysostomus multa similia scribunt: sed omnium horum est una solutio, quia de inordinato dominio quo quis ex fastu superbiæ ac cupiditate alijs dominatur, sunt intelligẽda. Ordinatum autem dominium quia ad subditorum commoda ordinatur, recte seruitus dicitur, loquendo de seruitute administrationis & prælationis, charitatis ac dignitatis: sicq́ omnes Christianæ prælationes & dominationes sunt seruitutes. ideo põtifex summus scribit se seruum seruorum dei. Romana quoq; ecclesia non est domina ecclesiarum dominatione primo modo accepta, sed secundo modo, præsertim ratione sui pontificis. sicq; Iacobus de Voragine & alij multi uocant eam dominam ecclesiarũ. Deniq; Papam sic esse dominum ecclesiæ prædicta demonstrãt, cum & Anselmus Vrbano Papæ in epistola de incarnatione uerbi sic scribat: Domino & patri uniuersæ ecclesiæ in terra peregrinantis. Hieronymus etiam (ut paulo ante habitum est) ait quòd Petrus fuit dominus magnæ domus sibi à Christo commissæ, puta ecclesiæ, in qua per totum mundum deo Pascha offert. sicq; dominium competere Papæ Bernardus insinuat, dicens: Expectabam si forte aliquis de filijs meis reuerteretur & diceret: Ioseph filius tuus uiuit, & ipse dñatur in tota terra Aegypti. ubi per Ioseph intelligit Eugenium Papam, qui ratione monasticæ professionis filius fuit Bernardi. Rursusq; scribit ad eum, Quia semel loqui ad dñm meum cœpi. Hinc Iohannes Ruysbroick in libro de tabernaculo Moysi ait: sacerdotium & omnes ecclesiasticæ dignitates sunt officia & seruitutes: & quia seruitus maior est atque communior, tanto semper altior nobiliorq; consistit. Et istud probamus in CHRISTO, qui fuit totius mundi minister. Hinc scribit se Papa seruum seruorum, & oportet ut talem se sentiat, si CHRISTI esse debeat imitator. Hinc ait & Vbertinus: Status prælationis ratione sublimitatis & honoris, & requisitæ ad eum perfectionis, est etiam ipsis summus Seraphim tremebũdus. Insuper Cancellarius ait: Quoddam est dominium euangelicum, quod secundum euangelicam legem exercetur, quod utique maxime competit summo pontifici. Denuo ait: Mulier non est ordinis susceptiua, quia est sexus subiectionis, non hierarchicæ dominationis: quod patet, quod ad hierarcham dominari pertinet. Vnde quod quidam arguunt Papam esse inferiorem & subiectum, non superiorem & prælatum ecclesiæ, quoniam uere scribit se seruum seruorum, potius ad oppositum militat, cum hoc de seruitute hierarchicæ prælationis, administrationis ac dominationis sit intelligendum, præsertim quum & ipse sanctus Gregorius, qui primo talem se scripsit, in Moralibus super Iob dicat, quòd Petro sit à CHRISTO datus principatus atque primatus ecclesiæ, ut sæpius est allegatum, & nunc addo quod ait ibidem: Petrus quasi oblitus sui primatus, Paulo se humiliauit.

Bernardus

Hieronym⁹

Gene. 45.

Gene. 18.

Gregorius

Articulus XXXII. De specialissimis causis, propter quas pontifex summus eiusq; curia & cæteri prælati maiores, incessanter conari debent ad reformationem ecclesiæ, & ut generalia concilia tempore opportuno salubriter celebrentur.

Vide c. Si Papa 40. dist.

QVemadmodum in Decreto habetur, maiori reatu delinquit qui potiori honore fruitur, & grauiora facit iudicia peccatorum, sublimitas peccãtium: ita quo in altiori statu digniorique gradu est pontifex summus, eo culpabilior damnabiliorq; coram altissimo apparebit, nisi cum omni conatu ac diligẽtia debitis ad-

impleuerit debitum pontificij sui pro reformatione totius ecclesię omniq; profectu fidelium peragendo quicquid uoluerit die ac nocte orando, hortando, scribendo, & consulendo, atq; cum assistentibus sibi quotidie sapienter ac uigilantissime ptractando, qualiter deformata & lapsa possint ubiq; reformari & erigi: quomodo quæ bona sunt, ualeant conseruari ac pfici: qualiter honor dei ac salus animarum queant incessanter augeri. Hæc omnia tanto infatigabilius atq; feruentius exequi debet, quanto ex adimpletione sui officij maior oritur fructus in uniuersa ecclesia dei, quanto etiam ex negligentia sua maior ruina & plurium perditio animarum sequuntur. Rursus, quanto ex conuersatione sua uirtuosa & debiti sui adimpletione solicita sibi copiosior gloria confertur, quanto item negligenter agendo intolerabiliorem damnationem incurret. Si enim unicuiq; nostrum pro propria anima sola tantum periculum imminet, ut dicat Apostolus: Cum metu, timore & tremore uestram salutem operamini: quàm inæstimabile periculum imminet ei, & quàm timoratissime ac prouidentissima solicitudine eum conuersari oportet, cui totus commissus est mũdus, cui uniuersa ecclesia tradita est, cui tam innumerabilium milium animarum imminet cura, qui pro uniuersis redditurus est rationem. Deniq;, quamuis unicuiq; Christiano supergloriosissimus deus ob bonitatem suam purissimam & immensam sit super omnia toto corde amandus, tanto tamen ardentius eum amare debet pontifex summus, quanto plura ac præstantiora ab ipso beneficia est sortitus, quanto sublimius collocatus, & super cæteros honoratus. Et quanto plus diligit deum, tanto feruentius debet ipsius honorem exquirere, cultum augere, glorificationem optare, uniuersos totis uiribus inducendo, ut uocatione qua uocati sunt, deò honorabilitatis immensæ digne ambulent, deo obediant, eius honorem & gloriam iugiter super omnia quærant. Insuper, cum pontifex summus sit paranymphus & custos sponsæ domini dei sui, debet illam reuerenter ac diligentissime custodire. Cumq; insuper sit sponsus uicarialis eiusdem, debet eam præ cæteris uniuersis tota mente diligere, & zelo animarum in extremum mirabiliter esse succensus, & pro omni saluatione fidelissime laborare. Vnde oportet ut in primis seipsum totius sanctitatis & bonitatis exemplar exhibeat, & tanta gratiarum plenitudine decoretur, ut de abundãtia suę perfectionis influat cunctis. Deinde curiam suam ordinatissimam habeat, nec indecens aliquid inter suos esse sustineat, præcipue quoq; per maiorum reformationem prælatorum conetur, quòd per illos alia corrigat collegia, claustra, omnemq; clerum reformet: quo reformato, plebs facilius corrigetur. Vnde quo omnia ista possint impleri, debet indesinenter scrutari, tractare, dictare. Et quia ad hoc potissime confert celebratio generalis cõcilij, debet satagare, ut generalia, imò & prouincialia concilia salubriter atq; frequentius celebrentur: & qui ad alios reformandos conueniunt, in primis reforment seipsos. Deceret demum omnem summum pontificem sæpius intueri ac legere librũ sancti Bernardi de Consideratione ad Eugenium Papam, in quo compendiosissima documenta traduntur, per quæ Papa seipsum, curiam suam ac cæteros omnes posset feliciter gubernare, reformare, saluare. Quemadmodum autem hæc de summo sunt inducta pontifice, sic ad cæteros prælatos tantò conuenientius applicantur, quanto pluribus præsunt, & in altiori gradu officioq; consistunt. Cui enim plus datum est, plus utique requiretur ab eo. Cogitent semper magni prælati quàm confusibile & pœnale eis foret post hanc uitam in infernum demergi ac dæmonibus subdi, qui nunc in ecclesia in tanta sunt dignitate & gloria constitutis quodcunque ergo potest manus eorum instantissime operetur.

Philip. 2

Luc. 12

Articulus XXXIII. An sacratissimus Petrus apostolus fuit fundamentum.

QVæstio ista difficultatem magnam non habet, tamen quoniam in uerbis sanctorum uidetur de hoc diuersa esse sententia, danda est responsio plana, & uerba doctorum quæ uidẽtur cõtraria, sunt cõcordanda. Augustinus siquidẽ scdo libro cõtra Donatistas allegat Cyprianum dicẽtẽ: Petrum dominus primum elegit, & super ipsum ædificauit ecclesiam suam. Hieronymus quoq; super Matthæum testatur, q; Christus super Petrum suam ædificauit ecclesiam, sed & Augustinus apostolos frequenter appellat firmamenta & fundamenta ecclesiæ. In epistola etiam de morte Petri & Pauli, quæ epistola Dionysio sancto ascribit, fundamentum ecclesię Petrus uocatur: sed obuiare uidetur uerbum Pauli dicentis: Fundamentum aliud nemo ponere potest præ-

August.

Hieronym. Matt. 16.

1. Cor. 3

ter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Chrysostomus quoq; in homilia de pentecoste affirmat, q ecclesia non est fundata super Petrum, nec super hominem purum, sed super petram quæ Christus est. Et respondendum, q loquendo de fundamento primo ac principali, solus Christus est fundamentum ecclesiæ, apostoli aũt sunt fundamẽta ecclesiæ secundaria, & inter eos Petro præcipue conuenit ratio fundamenti tã ratione sui officij, qa toti ecclesię est prælatus eamq; uerbo & opere stabiliuit. In fidei quoq; firmitate & dilectionis feruore legitur prefulsisse, idcirco de eo Ambrosius ait in hymno hoc, Ipsa petra ecclesiæ canenti culpam diluit. Et Theophilus fassus est, q Petrus cum Christo fuit robur & petra ecclesiæ. Isidorus idem protestans infra, Petra inqt firmamentũ ecclesiæ est. Hinc ad Petri successorem summũ pontificem præcipue ptinet omnem populum Christianum in fide & charitate, in legis euangelicæ obseruantia stabilire: nã & bonus uirtuosusq; pastor Gregorius sui fundamentum quoddam & robur consistit: propter quod Sapien. 5. habetur: Rex sapiens populi stabilimentum est.

Articulus XXXIIII. De eminentia Petri ex scriptura canonica.

SI quis fundamentaliter curiosiusq; scire poptat, quãta fuerat præ alijs beatis apostolis excellẽtia atq; autoritas beatissimi Petri, nõ poterit hoc clarius certiusq; cognoscere, quàm Actus apostolorũ diligenter pensando, ubi primo describitur, quomodo post Christi ascensionem ante spũsancti missionem gloriosissimus Petrus uolẽs

Actus. Iudæ proditori alium subrogari, exurgẽs in medio, dixit: Viri fratres, oportet impleri &c. ibi enim determinatiue autoritatiueq; loquitur tanq̃ summus prælatus & omniũ curã habens, quod oportebat loco pditoris alium in apostolum ordinari, moxq; omnes Petro cõsenserũt, & duos statuerũt concorditer deprecantes, ut deus ostenderet quem ex illis duobus uellet in apostolum promoueri. Insup, cum in die pentecostes electissima illa centũ uiginti hominum turba spũsanctum accepisset & templum intrasset, Petrus præ omnibus ausus est loqui, tamq; efficacissime prædicauit, q tria milia Iudæorũ conuertit: nec aliquis apostolorũ legis ibi locutus determinate, ita q uerba ipsius describantur, nisi Petrus, tanq̃

Actu 2. os, uertex & princeps sancti illius collegij, cui omnes tanq̃ prælato & feruẽtiori ac magnanimiori cesserunt, quasi ipsimet Christo. Insup, post modicum tpis cum Petrus claudũ na-

Actu 3. tum curasset, sua prædicatione quinq; milia Iudæorũ conuertit. Cumq; prohiberent apo-

Actu 4. stolis à principibus sacerdotum Christum amplius prędicare, Petrus pro omnibus grandi autoritate respondit: si iustum est in conspectu dei uos potius audire q̃ deum, iudicate. Et

Actu 5. alia uice: Obedire oportet deo magis q̃ hominibus. Deinceps uirum & coniugem eius qui de pretio agri partem occultauerũt, Petrus uerbo prostrauit. Recitat quoq; Lucas quẽad-

Actu 12. modum Herodes Iacobum apostolũ captum decollauerit: Nec ibi scribit factam orationẽ

Ibidem. ab ecclesia pro liberatione. Deinde refert Petrum apostolũ ab eodem Herode paulo post captum, & protinus addit, q oratio fiebat sine intermissiõe ab ecclesia ad deũ pro eo. Quo patet q̃ singulariter necessariũ sibi reputauit ecclesia Petrum tanq̃ summũ & uniuersalem

Actu 15 pastorem. Postea cũ in cõcilio magna inqsitio fieret de obseruatione legaliũ, Petrus uolẽs tractatui finem imponere, recitauit quomodo deus p ipsum primo fidẽ Christi gentilibus nuntiauit, puta Cornelio seu cẽturioni & suis, qbus & deus spũsanctum uisibiliter dedit. Deinde intulit Petrus, Quid tentatis imponere onus humeris discipulorũ, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Quo prolato, Iacobus apostolus & ibidem. s. in Ierusalem episcopus uerba Petri mox confirmauit, sicq; omnes concorditer assenserunt.

Articulus XXXV. Epilogus prædictorum, & contra quoddam dictum quorundam.

AD hoc itaq; trium opusculorum istorum, quæ iam de autoritate summi pontificis ac generalis concilij compilaui, disputatio conclusionaliter est pducta, q dñs Papa est summus, plenus ac generalis uicarius Christi sup totam & uniuersalem ecclesiam tam coniunctim q̃ diuisim consideratam aut sumptã. Quòd item p prius comparetur ad deuotam uniuersalem ecclesiam militãtem suo tpe existẽtem, quàm ad quancunq; ecclesiam particularem. Rursus, q ipsum quoq; generale concilium secũdum Petrum de Alliaco & alios plures, p comparationem ad Papam sit quædam particularis ecclesia, cuius Papa est caput. Insup, q plenitudo, uertex ac supremitas ecclesiasticæ potestatis in solo sit summo pontifice uere, proprie, existẽtialiter, hoc est subiectiue atq; formaliter: in uniuersali uero ecclesia & in generali cõcilio sit tropice & aliquo modo æquiuoce, ita q in ecclesia uniuersali dr esse finaliter, in cõcilio aũt repræsentatiue. Vnde sicut magis

uere

uere, proprie & realiter est in summo pontifice quàm in ecclesia uel concilio, sic magis denominat illū q̄ illam uel illud, sic q̄ nulla particularis ecclesiastica ptās æqualis est ptāti Papæ, imò nec tota residua ptās ecclesiastica simul accepta æqualis est ptāti papali absolute loquendo, præsertim cum in summo pontifice sit utriusq; potestatis uertex & plenitudo. Præterea est ostensum, quō nihilominus gn̄ale concilium quantum ad aliqua sit super Papam, possitq; ei præfigere legem & iudicare eundem, ut dicūt reprobata. Est igitur opinio arbitrantium, q̄ Papa non præsit toti ecclesiæ nisi diuisim, & q̄ gn̄ale cōciliū sit absolute & simpliciter sup Papam etiam seorsum considerando, sumendoq; Papam & ipsum cōcilium seu illud residuum. Sit eñi in concilio & in ecclesia esset absolute loquēdo altior plenior q̄ ptās uere ac proprie formaliter & subiectiue, q̄ in summo pontifice, quod est contra præinductos doctores. Nēpe cū Hugo de sancto Victore, Alexāder de Hales & alij quidā testati sint Papam à solo deo proprie iudicari. Alij uero ut Raymundus, Hostiensis, Innocētius, Vlricus &c. asserant eum non nisi propter hæresim proprie dictam à concilio iudicandum. Certum est q̄ secūdū istos non sit super terram ptās maior ptāte Papali, imò nec æqualis, absolute loquendo. Amplius autem, præsertim in secundo opusculo uarijs consideratiōnibus est ostensum, q̄ Papa præsit toti ecclesiæ simul acceptæ tanquam caput, pastor pōtifex q̄ ipsius, & tanq̄ summus hierarcha unicusq; monarcha. In primo quoq; libello inductum est, quemadmodū aliqui dicant uniuersalem ecclesiam considerari posse dupliciter, uno mō ut est corpus mysticum, quod donis & charismatibus regitur gratiarū, & sic dicūt Papam non esse caput ecclesiæ. Alio modo ut est corpus politicum, quod absq; influxu diuinorū charismatum & sine speciali assistentia Christi debite regi potest, quātum est ex humano iudicio, lege humana aut diuina: sed quod istd̄ sit improprijssime dictū, ibidē XXV. articulo est probatum. Et nunc aliqua sunt addenda ad demonstrandum qd̄ uniuersalis ecclesia ut mysticum corpus & ouile Christi, & secundum rationem ecclesiæ, utputa supernaturalis politia habeat in terra pastorem ipsum summum pontificem tanquā prælatum ac caput & principem sacrum, sub quo tota ecclesia præfato modo unus est grex. Quilibet nanq; uicarius legislatoris præesse & regere debet populum sibi commissum secundū tenorem, qualitatem, intentionē & exigentiam legis ipsius legislatoris seu principalis rectoris. Cum ergo Papa sit proprius Christi uicarius, præest populo Christiano secundum tenorem, intentionē & exigentiam euangelicæ legis, quæ est lex Chri. Porrò euangelica lex est lex utiq; supnaturalis, supnaturalē finē intendens: ergo præsidentia & gubernatio Papę sup ecclesiam est uel esse debet supnaturalis per respectum ad charismata gratiarū, et per relationem ad finē supernaturalē, & non sine speciali assistentia Christi imò cū ipsa ecclesia ad supernaturalem beatitudinem ordinet, ad quā sine donis & charismatibus gratiarum neq; pertingere: contra rōnem, conditionē & proprietatē ipsius est, ut dicat sine huiusmodi donis & gratijs posse regi. Nam & ipse summus pontifex tenet implere gubernatiuum officium ex diuino supernaturali infuso amore & recta intentione, nec sine gratiosa ac specialissima Christi assistentia potest hoc adimplere. Prętereà omnis uicarius legislatoris & principalis præsidentis præesse debet & regere sibi commissos secūdum modum & rationem qua proprie sunt populus principalis rectoris seu legislatoris. Itaq; Papa pręest populo Christiano, non ut est quædam ciuilis societas aut politica cōitas lege humana iudicioq; humano solo regibilis, sed ut est populus Christianus, utputa fide & lege Chri formatus, eiusq; ouile & grex: sic aūt acceptus populus Christianus, est mysticū corpus: ergo ut mystico corpori pręsidet ei pontifex summus tanq̄ prælatus, caput & iudex. At uero ecclesia Christi seclusis supnaturalibus donis & charismatibus gratiarū, amittit rationem ecclesiæ: ergo nec sic competit ei regi secundum euangelicæ legis tenorem, quę est, ut secūdum Christi doctrinam supnaturalē regatur: sed de ratione Papalis officij est, ut regat populum Christi secundū euangelica documenta: ergo est tam contra rōnem ecclesiæ q̄ contra rōnem papalis residentiæ, ut ecclesia dicat regi à Papa, ut alia quæuis ciuilis cōitas aut politica societas. Hinc qdā diffinientes ecclesiā militantē dicūt, quod sit corpus mysticū organicū, fide Chri animatū. Cancellarius quoq; in libro de Ecclesiastica ptāte sic ait: Oīs politia Christiana proprie appellatur diuina, quia scd̄m leges supernaturales debet quilibet in ea regulationem accipere. Item que considerari debet ecclesia, prout instituta est à CHRISTO, supra firmam fidei petram, ad finem supernaturalem secundum euangelicam legem & sacram scripturam, secundum quam debet regulari indicium in fide & moribus. Denique, sicut præhabitum est libro præfato, Cancellarius assignat sex species

Nota de potestate papæ

9. q. 3. ca. nemo. ca. aliorum & ... papa.

Vide c. inter corporalia de transla. epi.

Ecclesia milit. tās qd.

species dominij, quarum unam uocat dominium euangelicum, secundum euangelicam legem, nec alicui sub cœlo tam proprie excellenterque competit, ut summo pontifici: sed secundum euangelicam legem gubernare ecclesiam, est eã gubernare ut mysticũ corpus, & ut Christi ouile ac gregem, non ut quandam communitatem pure ciuilem: ergo hoc modo competit Papæ esse caput & pastorem ecclesiæ, cui in hac uita competit regi nõ solum à Christo per directionem internam, sed etiam ab homine præsidente per directionem dispositiuam & exteriorem: sicque uniuersalis ecclesia ut mysticum corpus & coniunctim accepta, est unum ouile, unus grex, unus populus, una domus, unus exercitus dei sub eius uicario pontifice summo. Postremo, distinctio prænducta qua ecclesia dicitur sumi dupliciter, scilicet ut corpus mysticum & ut corpus politicum seu politica quędam communitas, non uidetur resoluta & clara, præsertim cum & ipsa ecclesia etiam ut mysticum corpus sit quædam politia, imò & triumphans ecclesia politia uocatur. Patet hoc ex diffinitione politiæ, quam Cancellarius sic diffinit: Politia est communitas ordinata ad aliquem finem perfectum: & addit, politiarum alia est cœlestis, alia humana, quæ diuiditur in ecclesiasticam & secularem. De hoc suprà octauo articulo plenius dictum est, quomodo secũdum doctorem istum & Petrum de Alliaco iuxta triplicem politiam naturalem, de qua tractat Philosophus, etiam in ecclesia triplex politia consideretur. Vnde & Thomas sup quartum Sententiarum distinctione 21. disseruit: Cum ecclesia sit congregatio fidelium, congregatio autem hominum sit duplex, uidelicet œconomica, ut illi qui sunt de una familia: & politica, sicut illi qui sunt de uno populo: ecclesia assimilatur congregationi politicæ, quoniam ipse populus ecclesia dicitur: sed conuentus diuersi uel parochiæ in una diœcesi, similãtur œconomicæ congregationi in diuersis familijs siue officijs. Præterea huic tractatulo finem hic more solito non impono, præstolans si forte contingat scriptũ illius qui contra me scripsit, ad meum deuenire contuitum, ut tunc ad singula domino conferẽte respondeam. Veritas autẽ omnibus fortius comprobatur. Idcirco & pręualebit nec angulum quærit, ipsomet Christo protestante: Omnis qui male agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut nõ arguantur opa eius: qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opa eius, qa in deo facta sunt. Porrò qui ueritati aduersatur, quanto illi acutius reniti conatur, tanto in profundiores falsitatum errores caliginesque dilabitur, sicut & Augustinus in simili loquitur: Habet iustitia quandam lucem suam, profundit & illuminat animam inhærentẽ sibi. Anima autem à luce iustitiæ se auertens, quanto plus quærit quod contra iustitiam inueniat, tanto amplius à luce ueritatis repellitur, & in profunda tenebrarum demergitur. Hinc simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, qa simulatio est, & iniquitas.

Ecclesia triumphans etiam politia vocat.

3. Esdræ 4

Iohan 3

August.

FINIS.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI DE VITA ET REGIMINE PRAESVLUM, Liber Vnus.

Præfatio.

ATTENDITE uobis & uniuerso gregi in quo uos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quã acquisiuit sanguine suo. Hæc sunt uerba Pauli apostoli ad uniuersos episcopos, in quibus saluberrime ac sapientissime admonet eos, ut in primis attendant sibimetipsis, hoc est, intenti sint circa proprij cordis custodiam, & circa propriarum animarũ salutem, ne incidãt in peccatum, ne deo displiceant, ne perdãt seipsos, & pereant in æternũ. Quòd si recolant se peccasse mortaliter, non differãt se purgare, ac deo reconciliari p ueram contritionẽ, plenam confessionem & satisfactionẽ condignã. Ista attẽtio suiipsius, primo necessaria est omni pontifici, imò & om̃i homini christiano, cũ dicat saluator: Quid proficit homo si lucret uniuersum mũdũ, seipsum aũt pdat & detrimentũ sui faciat? Nam & charitas incipit à seipsa. i. à proprio suo subiecto, & ita deriuatur ad alios. Hinc ingratum est spirituisancto, qcqd obtulerimus ei, & qcqd boni egerimus

Actu.20.

Prou.24

Matt.16.
Mar.8.
Luc.9.

rimus,neglectis & omissis his ad quæ tenemur. Imo si omiserimus unum quodcunq; eorum ad quæ obligamur ex præcepto diuino aut ex institutione ecclesiæ, siue ex uoto uel iuramento. Conuenienter ergo admonuit sanctus Apostolus præsules, ut in primis attendant sibimetipsis,ne intantum occupentur circa exteriora,temporalia & terrena, aut circa aliorum negotia,quòd obliuiscant intendere examinationi propriæ conscientiæ,ac studio puritatis internæ. Et item ne æstiment se posse omnipotenti placere,occupando se circa regimen subditorum,nisi in primis sint diligentes atq; soliciti ad emundandum & custodiendum corda sua ab omni peccato,ad seruiendum quoq; deo altissimo in sanctitate & iustitia iugiter corā ipso. Sicq; iuxta apostolica hortamenta consequenter attendant uniuerso gregi eis commisso,ita ut totam plebem ipsis commissam cum omni diligentia regant,pascant, ac tueantur,non solum à uisibilibus inimicis & exterioribus damnis,sed multo & incomparabiliter plus ab inuisibilibus atrocissimis & infernalibus hostibus illis, q non aliud quęrunt,nisi ut deuorent oues Christi,& eas ad damnationem pertrahant sempiternam. Psal. 26 Luc. 1.

Articulus I. De excellentia dignitatis & autoritatis episcopalis.

VT clarius innotescat quàm uirtuose,sancte & exemplariter teneantur episcopi conuersari,parum ac breuiter tangam quàm magna & admiranda ac supernaturalis sit dignitas & excellentia epalis officij. Nempe,ut S. ait Ambrosius, talis ac tanta est dignitas & potestas pontificalis,ut nulla res huius mundi possit ei æquari:& multo minus excedūt aurū & pretiosissimæ gemmæ, ferrum & saxa uilissima, q̄ sacerdotalis pontificalisq; dignitas & potestas dignitatem ac celsitudinem regum & imperatorum. Imò tanta est dignitas sacerdotū,ut S. pater Bernardus testet: O pręclara, ò ueneranda sacerdotū ptās,quę talis ac tanta est,ut nihil in cœlo, nihil in terra ei ualeat cōparari. Qm hęc ptās est consecrare,alijsq; porrigere corpus & sanguinē unigeniti filij patris ęterni. sup hac ptāte,super tam insigni priuilegio stupet cœlū,terra miraē,contremiscit homo, & reuereē plurimū angelica celsitudo. Si igiē tanta est dignitas sacerdotū, qs eloqui queat, q̄ta sit pōtificū dignitas,cū pōtifex sit spūalis princeps & pr̄,magister,iudex & ductor oīm sacerdotū totiusq; cleri suæ diœcesis de iure cōmuni,ita q ad eius autoritatem atq; officiū pertinet oēs illos purgare,illuminare,perficere,iudicare ac gubernare? queādmodum ex doctrina diuini Dionysii quinto ca. Ecclesiasticæ hierarchiæ ostendit: itaq; quātum sol est clarior luna,& q̄tum aīa est præstantior corpore, tm̄ spiritalis & pontificalis ptās omi secular & regia potestate ac dignitate extat sublimior. Sicut & Hugo in libro de Sacramentis edocuit. Hinc ut in gestis Niceni concilij legitur, magnus ille Constantinus imperator, dixit episcopos esse deos: Quia diuinā excellentiam sortiuntur, & omnipotētis dei existūt uicarij. De hac materia plenius tractatur in decreto distinctione 97. Ambros. De malo. & obed. c. so. 9. Bernardus De malo. & obed. c. solite

Articulus II. Quàm uirtuosa,exemplaris & sancta debeat pontificum esse uita.

OMnes sancti patres concorditer protestantur,quòd q̄to prelatus in altiori officio maioriq; dignitate & latiori iurisdictione fuerit constitutus,tantò ad ampliorē perfectionē uirtutū tenetur: nec aliter poterit debitū sui officij efficaciter adimplere. Hinc q̄to episcopi uniuersis subditis suis tā spūalibus q̄ secularibus eminent & pręfulgēt ecclesiastica ptāte, prælatica dignitate gn̄aliq; iurisdictiōe,tāto præ oīb⁹ illis obligantur ornari omni uirtute & summæ exemplaritatis existere,imò oīm uirtutū pfectione & grā radiare,quatenus de plenitudine suarū uirtutū influant & infundāt uniuersis sibi cōmissis,suaq; bonitatē & sapia,perfectione atq; cōstātia uincāt,extinguāt & reformēt malitiā,insipientiā,imperfectionē & instabilitatē subditorū suorū,uniuersi q̄q; & singuli ædificenē in ipsis: sicq; in omi aduersitate imperturbati corde permaneāt. Hinc dicūt doctores, q status epōrū est status perfectionis acq̄site, ita q nullus ad episcopatū est promouēdus,neq; ad executionē officij episcopalis idoneus,nisi sit in omi sapia, prudētia & uirtute perfectus. Ideo asserit Gr̄anus: Iuxta gradū sui officij oportet quenq; esse meliorē. Nā reuera q ad hoc eligūtur ut pręsint cęteris, sicut pręordināntur dignitate,ita præeminere debēt & sanctitate: alioqn cur cęteris preficiuntur,q meritis nō præfulgent? Hinc & summo pontifici scribit Bernardus: Absq; uirtutibus tanto es deformior,q̄to in dignitate & prelatione sublimior. Erubescibile est uidere hominem in pontificali apice positū,uirtutū splēdoribus non indutū. Monstrosa res,autoritas alta,& uita indigna. Etenim quanto prælatio altior est & autoritas maior,tanto ad uirtuosiores & diuiniores perfectioresq; actiones ordinantur. 25. q. 1. c. nulli 16. d. c. Rqt.

Articulus

Articulus III. Quòd episcopi in sua consecratione ad prætactam perfectionem solenni uoto se obligant.

SAnctus Thomas in secunda secundæ quæstione 184. declarans qui esse dicantur in statu pfectionis, inter cætera ait: Status proprie pertinet ad conditionem libertatis uel seruitutis. Porrò quantum ad homines, ad hoc q aliqs adipiscatur statum libertatis uel seruitutis, Primo requirit aliqua obligatio ad seruiendū uel absolutio à seruitute. Non enim ex hoc quòd aliquis seruit alicui, efficitur proprie seruus: quia & liberi multotiēs seruiunt, cum dicat Apostolus: Per charitatē seruite inuicē. Nec ex hoc q aliquis desinit seruire, efficit liber, ut patet de seruis fugitiuis: sed ille est proprie seruus, q obligatur ad seruiendum: & ille est liber, qui à seruitute absoluit. Secūdo requirit, q obligatio prædicta fiat cū quadā solennitate, sicut & circa ea quæ inter hoīes ppetuā obtinēt firmitatem, quædam solennitas adhibetur. Sic itaq in statu pfectionis dr proprie aliquis esse, nō ex hoc q habet actum dilectionis pfectæ, sed ex hoc q obligat se ppetue cum aliqua solēnitate ad ea quæ sunt pfectionis: hoꝝ aūt utrunq cōpetit religiosis atq episcopis. Religiosi nanq uoto se astringunt abstinere à secularibus & carnalibus rebus, quatinus deo liberius uacent, in quo consistit pfectio uitæ præsentis. Similiter episcopi obligāt se ad ea quæ sunt pfectionis, assumendo pastorale officium. Ad quod ptinet, ut animam suam ponat pastor pro ouibus suis. Vnde Apostolus ait ad Timotheū episcopum: Cōfessus es bonam cōfessionem corā multis testib⁹, in tua uidelicet ordinatione, ut glossa exponit. Adhibet etiā quędam solēnitas in consecratione episcopi, cū professione prędicta, iuxta illud ad Timot. Resuscites grām dei quę est in te, p impositiōem manuū presbyteri. Qđ glossa exponit de grā episcopali. Vnde & diuinus Dionysius V. ecclesiasticę hierarchię ca. ait, q episcopus in sua ordinatione habet sup caput suū sanctissimam suppositionem eloquioꝝ .i. euāgelij librum, ut significet, q ipse est integre participaturus totius hierarchicę uirtutis perfectionem. Et q ipse non solum est illuminatus de omnibus quæ ptinent ad sanctas locutiones & actiones, sed q etiā hęc alijs tradat. Præterea in eadem Summa asserit S. Thomas, q presbyteri & archidiaconi ex parte curæ quam suscipiunt, non ponūtur in statu perfectionis, quia non obligantur uinculo perpetui uoti ad hoc q curā retineant animaꝝ: sed possunt eam deserere, transeundo ad religionem, etiam absq licentia episcopi, ut in decreto habetur. Et etiam cum licētia episcopi potest aliquis archidiaconatū aut parochiā dimittere, & simplicem prebendā accipere sine cura: Quod nullo modo liceret, si esset in statu perfectionis, cū dicat saluator: Nemo mittens manū suā ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno dei. Episcopi aūt cum sint in statu perfectionis, non nisi autoritate summi pōtificis (ad quem pertinet in uotis perpetuis dispensare) possunt episcopalē curam deserere. Hinc archidiaconi & presbyteri se habent ad episcopum sicut præpositi & baliui ad regem. Propter quod 21. quęst. prima habet: Vniuersis presbyteris atq diaconis attendendum est, ut nihil absq proprij episcopi licentia agant. Ideo sicut in mundanis seu secularibus potestatibus solus rex solennem accipit benedictionem, alij uero per simplicem commissionem instituuntur: ita in ecclesia cura episcopalis cum solennitate consecrationis committitur: cura autem archidiaconatus seu plebanatus cum simplici iniunctione confertur. Prętereа de hac materia scribit sanctus doctor diffuse in libro de Perfectione uitæ, inter cætera loquens: Ad perfectionem fraternæ charitatis episcopi in sua ordinatione se obligant, sicut religiosi in sua professione. Et rursus: Ad episcopos (inquit) ptinet ex obligatione uoti alios ad deum reducere. His consonant quæ super ecclesiasticam hierarchiam 5. & 6. ca. scribit Albertus. Denique sicut ostendit Gulielmus Parisiensis, Episcopus est sponsus suę ecclesiæ. Idcirco in sua ordinatione promittit suę ecclesię inuiolatam fidelitatem, per hoc q ad eius utilitatem atq profectum totam suam obligat uitā. Quemadmodum in carnali cōnubio sponsus promittit fidelitatem propriæ sponsæ. Imò sicut status episcopoꝝ est altior statu religiosorum: ita episcopi ex sua obligatione magis tenetur implere & exhibere ecclesijs suis ea quę promiserunt, quàm religiosi ad impletionē professionis monasticę. Hinc quoq in Summa Confessoꝝ habetur, & idem asserit Hostiensis: Episcopus nō potest aliqđ uotum emittere sine licentia Papę. Quod intelligendum est de uoto per quod dissoluatur uinculum matrimonij spiritualis, quod est inter ipsum & ecclesiam suam spōsam: imò nec aliud, per quod graue prȩiudicium fieret suæ sponsæ. Vnde non potest uotū peregrinationis emittere, per quod oporteret eū ab ecclesia sua diu se absentare. Ex quibus oībus cōstat, q episcopi seipsos totaliter ac solennissime obligant ad præsidendum ac proficiendū suis

Marginalia: Gal. 5. — 54. d. c. ghal. 54. d. c. quā. — 1 Pet. 2. 88. d. c. negotiatorem. — Iohan. 10. — 1. Tim. 6. — 2. Tim. 1. — 19. q. 2. c. duę sunt. — Luc. 9. — 21. q. 1. c. relatio. & c. illud

suis ecclesiis. Et dato q̃ in sua ordinatione ita non obligassent se formaliter & expresse, nihilominus coram deo essent sic obligati, cũ nemini debeat sua culpa seu alterius negligentia suffragari: Nec praua cõsuetudo sit lex, sed corruptela. Queadmodũ etiã religiosus ultra annũ probationis in claustro perseuerãs, pro professo habetur, quis professionẽ formaliter nõ emittat, præsertim cũ iuxta præhabita, obligatio illa sit de rõne status episcopalis. Hinc iterũ asserit S. Thomas in secunda scdę q. 189. Obligatio uoti perpetui pręfertur omni alij obligationi. Obligari aũt uoto ꝑpetuo & solenni ad uacandũ diuinis obsequijs cõpetit proprie episcopis & religiosis: unde episcopi pręsulatũ non possunt deserere quacunq; occasione absq; autoritate Romani pontificis, qui solus potest in uotis perpetuis dispensare, ut habetur extra de regularibus & transeuntibus ad religionem ca. licet. Hæc Thomas.

De transla. epis. quanto

Ibidem.

De regul. et transl. ad religio. c. licet.

Articulus IIII. De uirtutibus ad quas episcopi specialiter obligantur.

VIrtutes dicuntur esse ita cõnexæ, ut una sine alia nõ possit haberi. Idcirco oportet episcopũ omni uirtute esse ornatũ: uerunt quędã uirtutes sunt, quæ specialiter atq; pręcipue ad pręsules pertinẽt, quas in epistolis ad Timotheũ & Titũ tangit Apostolus. Nam prima ad Timotheũ disseruit: Oportet episcopum irreprehensibilẽ esse, sobriũ, prudentẽ, ornatũ, pudicũ, hospitalem, doctorem, nõ uinolentũ, nõ ꝑcussorem, sed modestũ: non litigiosum, nõ cupidũ, suę domui bñ prępositũ: non neophytũ, ne in sũpbiã elatus, in iudiciũ incidat diaboli. Oportet aũt illũ & testimoniũ habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobriũ incidat & laqueũ diaboli. Porrò, ad Titum scribit Apostolus: Oportet episcopũ sine crimine esse, sicut dei dispẽsatorẽ: non sũpbũ, nõ iracundũ, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignũ, sobrium, iustũ, sanctum, cõtinentem, amplectentem eum qui scd̃m doctrinã est, fidelem sermonẽ, ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui cõtradicũt, arguere. Deniq;, sicut in prima parte Decreti per uarias distinctiones diffuse ac prolixe probatur ex ỳbis sanctorũ, Hieronymi, Augustini & aliorum, pręfactæ uirtutes non solũ ad episcopos, sed ad sacerdotes etiã ꝑtinent, imò pro maiori parte ad uniuersos qui in sacris sunt ordinibus constituti, ut S. testatur Gregorius. Ad quelibet quoq; Christianũ pro magna pertinent parte. Quilibet eñ Christianus tenetur esse sine crimine. i. mortali pc̃ō: Sobrius q̃q;, cũ dicat saluator: Videte ne grauenť corda uestra crapula uel ebrietate. Et prudens, sicut rursus dñs Iesus Chr̃s hortať ac ꝑcipit: Estote prudentes sicut serpentes: Item pudicus, cũ iterum dicat: Qui uiderit mulierem ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Ac etiã hospitalis, cũ ipse oĩm iudex in extremo iudicio reprobis sit dicturus: Hospes fui, & non recepistis me. Item nõ uinolẽtus, non percussor, sed modestus, nõ litigiosus, nõ cupidus nec superbus. Sed q̃tum episcopus tam laicis q̃ ecclesiasticis personis suæ diœcesis pręeminet autoritate ac pręlatione, tñ in cunctis præfatis uirtutibus debet oẽs illos excedere.

1. Timo. 3
Titum 1.

1. Timo. 3
2. Timo. 3
Titum. 1.

81. d. c. aplus.
82. d. c. eps.
84. d. c. pueniat.

Luc. 21
Mar 10
Matt. 5
Actu. 10
Matt. 25

Titum. 1

Articulus V. Qualiter in pręfactis uirtutibus debeãt episcopi esse pfecti.

QVum episcopi sint successores apostolorũ & sponsi ecclesiarũ, debẽt esse apostolicæ sanctitatis & spiritualissimi uiri. Et sicut sol in cunctis sydetibus ac planetis clarior est in seipso, & prę oĩbus illis radios suæ lucis undiq; spargit, copiose diffundit ac uisibilia cuncta clarificat & uenustat, sic oportet põtificẽ prę oĩbus sibi subiectis in sapia omniq; uirtute in seipso esse plenissimũ, atq; ex sua plenitudine subditos illustrare. Debet igiť iuxta doctrinã Apl̃i, in primis irreprehẽsibilis & sine crimine esse: quia ad ipsum potissime pertinet corripere delinquẽtes, corrigere reos, & uitia oĩm extirpare: Ideo ne ei quis dicere ualeat: Medice, cura teipsum: debet se irreprehensibilẽ exhibere. Pręterea, quia scd̃m sanctorũ patrũ doctrinã, indignus est alios corripere aut punire, q in eisdẽ est uitijs, in q̃bus hi quos corripere habet, aut paribus seu maioribus culpis: idcirco ut ep̃s dignus & aptus sit uniuersos corripere delinquentes, debet se exhibere ab omni pc̃ō immunẽ, ne ei dicatur illud Apostoli: Qui alios doces, teipsum nõ doces. Insuꝑ, qd̃ ait Apl̃s, episcopũ oportere sine crimine esse, quidã sic intellexerũt, q̃ à die baptismatis sui usq; ad horã suæ ordinationis in pręsulẽ, oportuerit eum sine crimine irreprehensibiliterq; uixisset & sic olim in ecclesia seruabatur. Ait nanq; Innocentius Papa: Primo iubeť episcopus sine crimine esse: nõ q̃ eo tp̃e tñ quo ordinandus est, sit sine omni crimine, & pręteritas maculas noua cõuersatione diluerit, sed q̃ ex eo tp̃e quo in Christo renatus est, nulla pc̃i conscientia mordeať. Quõ eñ põt præses ecclesiæ auferre malũ de medio eius, q in simile delictũ corruerit: aut qua libertate corripere põt peccantẽ: cũ tacitus ipse sibi respondeat, eadem se commisisse quę corripit: Et istud in Decreto probat Gratianus multis autoritatibus

De maiorit. & obed. c. solitæ.

1. Thess. 5
1. Timo. 3

Roma. 2

Titum 1

1. Pet. 1

Isaie. 4

86.d.c. docto rẽ,& c.faciẽ tis culpam

bus patrum sanctorũ. Veruntñ postea fuit rigor hic relaxatus: ita φ nunc sufficere reputat ut is qui ordinandus est pontifex, fit sine crimine tunc, quando ad ordinationem est accessurus, & de præteritis suis culpis pœnitentiã condignã pegerit. Alioqn peccaret mortaliter ad ordinationem procedendo, imò quicũq; aliquẽ sacrum ordinẽ suscipit cum conscia mortalis peccati, peccat mortaliter, prout doctores sup quartũ Sniarũ cõcorditer scribũt. Nam & Thomas ex ỽbis diuini & magni Dionysii probat & cõcludit ibidẽ, φ nõ solũ esse sed etiam sacerdos peccat tanquam blasphemus & deceptor uocatur, qui ordinẽ sacerdotalẽ indigne suscipit siue exequitur. Amplius si (quod absit) episcopus etiam post suã promotionem ad episcopatum, in aliquã mortalẽ lapsus est culpã, adhuc concedit ei pœnitentiæ locus. Et postq̃ per uerã contritionem & confessionem plenariã deleuerit suã culpã, adhuc censetur idoneus corripere & punire culpabiles. Ex his elucescit, q̃ grauiter peccent prælati, qui cum in magnis & publicis uiuãt excessibus aut pctis, nihilominus subditos castigare & punire præsumunt de eisdem aut minoribus culpis. Et si quæratur, Quid ergo agere debent tales prælati, nunqd uitia subditorũ debent impunita relinquere? Respondetur, φ emendare se debent protinus & condigne, uel sua officia resignare.

Suscipiẽs sacrũ ordinem in pctõ mortali mortaliter peccat.

Articulus VI. Quàm sobrijssimos & castissimos oporteat esse episcopos.

35.d.c. uinolentum. Leuit.10 De uita & honesta. cleri co.c.a crapu.

OLim in lege Moysi præceperat dñs Aaron põtifici et sacerdotibus eius: Vinũ & omne quod inebriare potest, nõ bibetis, qñ intrabitis in tabernaculũ testimonij, ne moriamini, ut habeatis scientiã discernendi inter sanctũ & prophanum, inter pollutũ & mundum, doceatisq; filios Israel oĩa legitima mea. Cũ ergo sacerdotiũ ac põtificium euangelicæ legis sint quasi incõparabiliter digniora, spũaliora & diuiniora sacerdotio ac pontificio legis Mosaicæ, constat φ sacerdotes & maxime pontifices euangelicæ legis debeant ab omni immoderantia uini cæterorũq; potuũ quæ possunt inebriare, ab omni quoq; excessu in cibis summe cauere & penitus abstinere. Præterea cũ superfluitas ciborũ ac potuum intellectũ obscuret, & rectũ iudicium rationis impediat, caput cerebrumq; perturbet, summe uitanda est præsuli, quẽ oportet sp esse paratum ad discernendũ de singulis occurrentibus causis etiam arduis, atq; ad expediendũ aliorũ negotia, ad extirpandum litigia, ad iudicandũ inter bona & mala, inter meliora & peiora, inter uera & falsa: ad excogitandum quoq; & considerandum qd expediat bono communi, & qualiter respublica cõseruetur in pace: Ad quæ omnia peragenda ualde necessaria est præsuli lympidus intellectus, ratio clara & caput quietum ac bene dispositum. Insuper, cũ episcopi teneãtur esse uiri spũalissimi, heroici & perfecti, uehementissime debent uitare & aspernari uniuersa carnalia uitia, quæ hominem brutis assimilant. Cumq; episcopi teneãtur esse totius castitatis & puritatis exemplar, omnino uitanda est eis uinolentia omnisq; crapula: quia ut ait gloriosus Hieronymus, Ventris ingluuies ad luxuriam prouocat: & uẽter uino æstuans, cito despumat in libidinem. Hinc legitur in Decreto: Sacerdotalẽ sensum, maxime aũt pontificis intellectum, oportet esse peruigilẽ, subtilem & castum. Deniq;, in conuiuijs & potationibus immoderatis compunctio cordis & oĩs deuotio dissipatur, animus ad inanẽ lętitiã relaxatur: lingua ad uerba prorumpit illicita, risus & ioci nascũtur, sicq; timor dei recedit ab anima, & homo in diuersa ac magna cadit pctã. Cum ergo episcopos oporteat coram deo esse indesinenter & maxime custoditos, solicitos, timoratos, prorsus uitanda est eis immoderãtia in cibis & potibus. Vnde disponere debent, ut ad mensam legatur eis aliquid, quod sanctam deuotionẽ & dei timorẽ magis accendere potest & conseruare. Nec solum debent se ipsos in hora refectionis à ỽbis illicitis alijsq; uanitatibus, leuitatibus ac peccatis reprimere, sed & conuiuas suos atq; domesticos debent per correptionem paternam & salubrem doctrinam à talibus cohibere, ne sibi & eis eueniat quod diuiti epuloni legitur in euãgelio contigisse: Nam positus in inferno, & æternis condemnatus incendijs, testatus & fassus est, se durius cruciari in lingua, quia in conuiuantibus solet regnare loquacitas.

c.a crapu. de uita & hon. clerico.

Articulus VII. De prudentia & sapientia ad episcopos pertinente.

CVm iuxta sanctorum patrum doctrinam, regimẽ animarum sit ars artium, & res maximę difficultatis, certũ est φ quanto episcopus plures aĩas regere habet, tanto maiori eget scia atq; prudẽtia: imò cũ eps habeat gubernare hoĩes ualde multorũ diuersorũq; statuũ, officiorũ ac graduũ, utputa seculares & spũales, coniugatos

ros,uirgines,uiduas,sacerdotes,pastores,prælatos,monachos,canonicos,archidiaconos, diaconos,moniales,rectores,baliuos & iudices,nobiles atq; ignobiles,politias seu urbes, patet φ maxima discretio,præcipua sapientia,gratiosissima & copiosissima illuminatio atq; directio spiritussancti sint necessariæ ei,ut uniuersis ac singulis ualeat prouidere, præsidere ac subuenire per se & cooperatores ac uicarios suos,prout illis necessarium est ad obtinendum ueram salutem,& prout capere queunt. Deniq; in omnibus difficilioribus causis & contentionibus ad episcopum habetur recursus. Et ut sacratissimus Dionysius docet,ad episcopum spectat totam communitatem sibi commissam purgare, illuminare, perficere,conseruare,iudicare & custodire,animas ab inuisibilibus inimicis protegere: ideo oportet episcopum circumspectissimum ac sapientissimum esse. Rursus,ut super quartum Sententiarum asserit Thomas, Ad hoc quod actus hominis sit uirtuosus, requiritur ut adsit directio rationis:ratio autem per scientiam,sapientiam prudentiamq; adornatur atq; perficitur ad hoc,φ possit hominem in omni sua conuersatione & actione dirigere. Ideo quanto episcopus habet plura ac difficiliora tam in tēporalibus q̄ in spiritualibus expedire, ac pluribus magisq; differētibus inter se hominibus prouidere & reformationem ac salubrē directionem impendere,tanto maior prudētia in rebus humanis,copiosior scientia in scripturis,eminentior quoq; sapientia in diuinis necessariæ ei consistunt, prout istud in prima parte Decreti Gratianus diffuse prosequitur,& ex canonibus ac statutis summorum pontificum ac generalium conciliorum declarat. Hinc quippe in Toletana synodo legitur, Ignorantia mater cunctorum errorum,sacerdotibus præsertim,episcopis maxime est uitanda,qui docendi officium in dei populo acceperunt. Sacerdotes nanq; & præsules sacram scripturam legere admonentur,Paulo apostolo dicente ad Timotheum episcopum: Attende lectioni,exhortationi,doctrinæ. Sciant ergo scripturas sacras & canones, prout ad eorū pertinet gradum ac statum,& omne opus eorum in prædicatione & doctrina cōsistat,& uniuersos ædificent ac informent. Hinc quoq; Leo Papa disseruit: Si in laicis intolerabilis est ignorantia,quanto magis in his qui præsunt nec excusatione est digna nec uenia? Sed his obijci potest,φ ex antiquis diebus fuerunt in ecclesia aliqui sancti episcopi modicæ literaturæ & simplices uiri. Quòd item modernis temporibus multi inueniuntur pontifices parum instructi in scripturis ac iuribus. Quid ergo agendum est eis, aut quid consulendum est talibus? Ad primum istorum est respondendum, φ sancti episcopi fuerunt ualde illuminati à spiritusancto & desuper docti,ita quòd habuerunt magnam sapiētiam scientiamq; infusam,quamuis modicum humano studio acquisitam. In quibus impletum est quod ait sanctus Iohannes apostolus: Vnctio dei docet uos de omnibus. Et quod canit in psalmo: Beatus homo quem tu erudieris domine,& de lege tua docueris eum. De quorum numero fuit sanctus Dauid,qui deo grata mente fatetur: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et denuo: Quoniam non cognoui literaturam,introibo in potētiam domini. Ad aliud respondendum,quòd allegatio inconuenientis nō probat neq; excusat. Episcopi ergo nō satis eruditi in scripturis,in iure & in libris sanctorum atq; doctorum, primo de insufficientia sua coram deo humiliter se accusent ac doleant, deinde tam pure ac uirtuose coram diuini uultus præsentia studeant conuersari,ut à spūsancto mereantur illustrari ac edoceri,atq; in omnibus gratiose dirigi ab eodem, pensantes ac facientes quod Iacobus hortatur apostolus: Si quis indiget sapientia, postulet à deo,& dabitur ei. Vnde & psalmista hortatur: Accedite ad eum & illuminamini,& facies uestræ non confundentur. Verun tamen sicut prætactum est,ad impetrandum tam benignam & gratiosam illuminationem & directionem spiritussancti,sapientiamq; infusam,necesse est mētē in primis purgari à uitijs:ac synceriter,iuste ac exemplariter conuersari,quum Sapientiæ primo dicatur: In maleuolam animam nō introibit sapientia,nec habitabit in corpore subdito peccatis. Tertio, non omittāt secum incessanter habere uiros eruditos ac timoratos tam theologos, quàm iuristas:ut sic quasi tot habeant oculos,quot uiros sapientes ac prudētes sibi habent astantes atq; cohabitantes. Quorum consilijs atq; doctrinis dirigantur in omnibus: nam ut sanctus ait Chrysostomus, pontificem oportet sapientissimum & perspicacem esse in cunctis: & mille ut dicitur oculos ex omni parte habentem,ut non sibi soli,sed & uniuerso populo sibi credito uiuat ac uideat.

Marginal notes: 1.Timo.4 · 1.Iohan.2 · Psal.93 · Psal.50 · Psal.70 · Iaco.1 · Psal.33 · Rom.14 · 2.Cor.5

Articulus VIII. Quàm excellenter episcopi teneantur hospitales existere,actibusq; misericordiæ tam corporalibus quàm spiritualibus esse intenti.

Sicut sanctus testatur Ambrosius, Summa .i. plenitudo & pfectio totius Christianæ religionis, in actibus misericordię & pietatis cõsistit. Cum ergo in episcopis tanq̃ in summis ecclesiarũ prælatis ac sponsis, debeat maxime relucere euãgelicę legis Christianæq́ue legis pfectio, constat q̃ præsules teneantur esse hospitalissimi, & in uniuersis misericordiæ ac pietatis opibus eminenter perfecti, presertim cum debeant esse perfe-
12 d.c.gloria epi. cti tam in uita actiua q̃ cõtẽplatiua. Deniq́ue, sicut in Decreto habet 12.q.2. Bona ecclesiastica debent in quatuor partes esse diuisa: sicut hoc infrà magis tangetur. Quarũ una pars debet pauperibus specialiter erogari: nec in alios usus conuerti. Rursus, episcopi in sua ordinatione presertim se obligãt ad pfectionem charitatis fraternæ, ad quam maxime pertinet ut opa misericordiæ tam corporalia q̃ spũalia proximis & egenis, potissime proprijs subdi-
Ierem.48 tis liberaliter ac feruide impẽdant. Et quia episcopi sunt aĩarũ custodes, patres & pastores, ideo spectat ad eos ut tanto plus intenti sint spiritualibus actibus misericordiæ, quãto aĩæ sunt corporibus nobiliores. Queadmodũ aũt corporalia opa misericordiæ septẽ sunt, ut
Matt.25 puta pascere esuriẽtes, sitientibus potum tribuere, nudos uestirẽ, peregrinos colligere, uisitare infirmos, liberare captiuos, præsertim si iniuste sint capti, & mortuos sepelire, sic & spiritalia misericordię opa septẽ sunt, scilicet ignorantes docere, dubitantibus consiliũ da-
1.Thess.5 re, tristes consolari, peccantes corripere atq́ue corrigere, ignoscere offensori, imperfectos & onerosos pie portare, & pro uniuersis etiã inimicis orare. Sit ergo episcopus in affectũ pietatis totus conuersus, & uisceribus misericordiæ copiosissime affluens. Et quod p seipsum non potest exequi & implere, faciat p subditos suos diligenter & condigne impleri. Committat psonis fidelib⁹ ac benignis, ut pauperes ac egenos, infirmos ac nudos, præsertim domi manentes cõsiderent & inquirant, & eisdẽ necessaria largiantur de his, quæ episcopus larga manu talibus suis eleemosynarijs debet cõferre ad distribuendũ ea egenis. Deputet quoq́ue spũalem domũ pro receptione & pia tractatiõe peregrinorũ ac pauperũ. Nõ ergo sic thesaurizet antistes, nec sic magnifice tractet propinquos & nobiles ac diuites ad se uenientes, ut pauperũ obliuiscatur, aut eis subtrahi sinat, quæ ipsorum indigentijs atq́ue inopijs deputanda sunt & præstanda. Veruntñ circa spiritalia misericordiæ opera præsul specialissime, uigilantissime ac feruentissime intẽtus & occupatus sit incessanter: & per seipsum ac suos cooperatores, uicarios & ministros instruat ignorantes, hortetur sciẽtes, illuminet oẽs sibi cõmissos, de his quæ deus requirit ab ipsis, de necessarijs ad salutẽ, & de his quę ad uniuscuiusq́ue pertinent uocationem & statum: uenientibus quoq́ue ad se pro consilio, non dedignetur salubre dare consilium, mœstis condoleat, consolationẽ piam tristibus exhibẽdo. Culpabiles etiã sine personarũ acceptione increpet & castiget: & pronus sit indulgere fo-
Iaco.2. re facientibus & iniuriantibus sibi, quantũ salua iustitia & absq́ue detrimento boni communis cõgruenter fieri põt. Sic & hoĩes defectuosos ac onerosos pñna portet ac sufferat pietate, ac pro toto grege sibi credito die ac nocte feruẽtissime deprecet altissimũ, gloriosamq́ue uirginem ac totã triumphantem ecclesiã: hęc non nisi breuiter tango. Deniq́ue, in prædictis misericordiæ actibus sancti & uenerabiles prędules excellenter resplenduerunt: Nam & de sancto Syluestro summo pontifice legitur, q̃ omnium orphanorum, uiduarum ac pauperum nomina habuit scripta in matricula, eisq́ue necessaria ministrabat. In legenda quoq́ue sancti Gregorij recitatur, q̃ tantæ pietatis ac largitatis in eleemosynis fuit, q̃ non solum uicinis, sed etiam longe positis monachis necessaria ministrauit: & om̃ium egenorum nomina habuit scripta, & eis liberaliter succurrebat. Monasterium etiã in Ierosolymis instituit, & dei famulis illic degentibus necessaria præbuit uitæ. Insuper, tribus milibus dei ancillis contulit annuatim octoginta libras auri pro quotidianis expensis. Quotidie quoq́ue ad mẽsam suam peregrinos quoslibet inuitauit atq́ue suscepit: sicq́ue merito suæ liberalitatis & misericordiæ in egenos una dierum ipsummet dominum Iesum Christum in specie pauperis suscipere meruit, ac suscepit. Alia uice angelum sanctum in forma peregrini habuit cõmensalem. Sic & de sancto Cassio præsule scribit beatus Gregorius, q̃d pene cuncta quæ habuit, pauperibus erogauit. Similiter de sancto Ambrosio præsule refert beat⁹ Paulinus antistes, quod tantæ extitit largitatis, ut omnia quæ habere potuerat, ecclesiis & pauperibus, nihil sibi retinẽs, tribuebat. De hac sanctorũ pontificũ misericordissima liberalitate ac liberalissima misericordia sunt innumerabilia & quasi infinita exẽpla. Si ergo tã sancti antistites fuerũt ita largissime occupati actibus misericordię, q utiq́ue actus precipue ualẽt ad diluẽda pctã, ad impetrãda grãrũ charismata, ad cõsequẽdũ ęternã salutẽ, q̃to magis episcopi

tempo-

temporum horum longe distantes à sancta illorum conuersatione pontifices debent præsertim misericordiæ uacare operibus cum ingenti diligentia, liberalitate ac feruore, ut p hęc purgent ū culpis pręteritis, & à futuris pręseruent pctis, oēmq; gratiā eis necessariā ad condignā suoꝝ officioꝝ executionē adipiscātur: qa ut ait saluator, Beati misericordes, qm ipsi misericordiā consequētur. Deniq; per pręfata misericordiæ opa, præsertim p hospitalitatē electi & sancti uiri olim in lege naturę & in lege scripta deo pręcipue placuerunt, ut Abrahā, Loth, Thobias & Iob, q de seipso fatet: Foris nō mãsit peregrinus, ostiū meū uiatori patuit. Itaq; si qs præsulū recolit se magna ac uaria incidisse facinora, audiat atq; adimpleat cōsiliū Danielis prophetę, q Nabuchodonozor regi grauissime lapso, & ob sua scelera acriter puniendo locutus est: Consilium meū ò rex placeat tibi, & pctā tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas eleemosynis pauperꝝ, forsitan ignoscet deus delictis tuis. Hinc em̄ & filius dei in euāgelio loquitur: Qđ supest. i. qđ supfluit uobis, date eleemosynā: & ecce oīa mūda sunt uobis. Hinc quoq; Thobias: Ex substātia inquit tua fac eleemosynā, & noli auertere faciē tuā ab ullo paupere, ita em̄ fiet ut nec à te auertat facies dñi. Quō potueris, ita esto misericors. Si multū tibi fuerit, abundāter tribue: si exiguū tibi fuerit, etiā exiguū libenter impartiri stude: pręmium em̄ bonū tibi thesaurizas in die necessitatis: qm̄ eleemosyna ab omni pctō & à morte liberat: & non patiet animā ire in tenebras. Fiducia magna erit corā summo deo, eleemosyna omnibus facientibus eam. Postremo, quāuis nullum opus misericordię sit deo gratum, & meritorium uitę æternæ, nisi procedat ex charitate: multis tamē existentibus in mortali pctō, frequenter fit occasio obtinēdi gratiā cōuersionis beatitudinēq; æternā, assiduitas copiosa ac liberalis exercendi opa misericordiæ, quēadmodum patet de sancto Eustachio, cui adhuc idololatræ & uenanti Christus apparuit dicens: Ego sum quē tu ignorans colis: Eleemosynę tuę coram me conscenderunt, & ad hoc ueni ut te conuertam ad me. Matt.5 Heb.13. Tob.2 Iob.31. Dan.4 Iudi.10. Luc.12 Tob.4.

Articulus IX. Quàm incessanter ac charitatiue debeat præsul spiritalibus misericordiæ actibus occupari & insudare.

QVum tanta sit dignitas rōnalium aīaꝝ, φ propter eaꝝ salutē unigenitus dei pris humanam naturā assumere, ac acerbissimā mortem pati dignatus est, tanta uero sit uilitas corporis, ut dñs dicat: Caro nō prodest qcq̄, cōstat φ spūalia misericordię opa incōparabiliter prestantiora ac diuiniora existāt corporalibus misericordię actibus. Si ergo crudelis ac impius cēseret, q uiatoribus peregrinis rectā uiā ignorantibus, aut de ea dubitantibus ac sciscitantibus nollet rectū iter ostēdere, sed illos pmitteret deuiare, pręsertim si ex debito speciali iustitię teneretur illis bonam ostendere uiam, nonne ineffabiliter crudelior iniquiorq; esse probatur oīs pastor, præsertim episcopus, si subditos sibi cōmissos, ignaros aut dubiosos seu uitijs excęcatos, negligat informare, hortari, & eis salubria dare cōsilia: cū teneant ad hoc non solū ex debito charitatis, sed etiā ex obligatione iustitię rōne pastoralis seu pontificalis officij: propter quod de bonis subditoꝝ emolumēta corporalia multa & magna, copiososq; redditus annuatim cōsequitur, atq; ab oībus honoratur: qs concipere queat aut eloqui, q̄ culpabile ac damnabile sit coram altissimo à subditis stipendia consequi & honores, nec tñ debitū pastoralis seu pontificalis officij subditis ipsis impēdere in prætactis spūalibus actibus misericordię. Præterea si crudelissimus reputaretur prfamilias qui domesticos suos uideret corporaliter uulneratos, letaliter ægrotantes, & multis grauissimis uulneribus sauciatos, nec tñ cōdoleret eisdē, neq; pro posse succurreret, quanto magis oīni uera spūaliq; pietate carere dinoscitur pręsul, q tot hoīes sibi cōmissos, imò tot milia subditoꝝ suoꝝ uidet impie cōuersari, incontinenter, superbe, auare scandaloseq; uiuere, alijs q̄q; diuersis ac grauibus subiacere pctis, nec tñ ex corde ipsis cōpatitur, nec aīabus eoꝝ debito mō medet, pręsertim cū uitia & pctā incōparabiliter plus noceāt hoī q̄ quęcūq; dāna, aduersitates, infirmitates, corporalia'ue aduersa. Defleat ergo antistes eos q corruerūt, & oēs animas uitijs mortuas, diabolica fraude deceptas, in statu damnationis existentes, ex uisceribus misericordię dolorose deploret, easq; p seipsum & suos substitutos curare indefesse conet, instruendo, admonēdo, increpando, castigando, orando, exemplariterq; uiuendo: aliàs nequāq̄ debito sui satisfacit officij. Hæc pietas uera & spūalis misericordia in sanctis episcopis uiguit uehementer: Sic nanq; de beato Ambrosio legitur, φ confitentibus grauia pctā tam cordialiter condolebat, φ uberrime fleuit intm̄, φ & illos fecit plorare. Sic quoq; sanctus Hugo Gratianopolitanus episcopus, super capita confitentiū copiosas consueuit fundere lachrymas. Conformiter sanctus Iohan.1 Iohan.6

Prec.9 & innocens atq; doctissimus Thomas de Aquino confessiones audiendo confitētibus cō-
Dan.9 doluit lachrymose. Præterea in ueteri testamento Ieremias, Daniel, & alij sancti prophetę
1.Esd.9 pctã Israeliticę plebis amarissime deplanxerũt. Esdras quoq; cũ pctã grauia filiorũ Israel p
cepisset, scidit uestimēta sua prę ingenti mœrore, seditq; lugēs usq; ad uesperã. Certe si epi-
scopus penset q̃ta sit dignitas aiæ rõnalis, q̃ multipliciter ac grauissime pctã noceãt ei, quę
& q̃ta filius dei pro salute hoim fecit ac pertulit, q̃tum ipse teneat eos, presertim subditos su
os diligere, nequaq̃ poterit se cõtinere, quin subditorũ suorũ imò & oim hoim uitia assidue
defleat: & de culpabilibus malis magis q̃ de pœnalibus malis eorũ incomparabiliter affliga
tur ac doleat: atq; ex consequente multoplus studebit subditos suos à pctis mortalibus &
à statu damnationis ad grãm & uirtutes ad statũ salutis reducere q̃ à quibuscũq; corpora-
libus damnis aduersitatibus ue eruere. Ecce si episcopi terrarũ istarũ qui & ducatus & co-
mitatus dignitatibus cõiter fulciunt, id est, duces comitesq; existũt, agnouerint quosdam
ex subditis suis ab aliarũ regionũ seu territoriorũ ciuibus & prędonibus captos, spoliatos,
incarceratos, mox intime cõpatiunt, uehemētissime indignant, consiliũ ineunt, & tractatu
prehabito oñi mõ eis possibili nitunt ad recuperandũ abductos & captiuatos, & in his lau
dabiliter, prudēter ac strenue agere perhibentur. Sed quid quæso responsuri sunt coram
iudice summo animarũ amatore, creatore ac redemptore: q pro animabus deceptis & ab
infernalibus prædonibus ac pessimis hostibus spiritaliter interfectis, captis & uitiorũ com
pedibus catenatis, erudiendis atq; saluandis nec maiorē nec similem, imò pene nullum co
natum, consultationē diligentiam ue impēdunt? Certe si equus episcopi caderet aut læde
retur, nonne episcopus mox subuenire studeret? Et tñ subditis suis in multa & magna pec
cata ruētibus atq; manētibus in eisdē, dissimulat, tacet, non affligit, nõ deflet nec subuenit.
Quid talibus prelatis dicturus & facturus est iudex altissimus, qui plus amant sua iumen-
ta, q̃ animas Christi sanguine liberatas?

Articulus X. Quòd epm oporteat in omni mansuetudine ac patientia esse pfectũ.

OMnem prælatum necesse est esse tantę uirtuositatis, ut subditorũ suorũ defectuo sitates & improbitates, ingratitudines atq; insipientias pie & charitatiue ualeat tolerare, uincere, reformare, absq; pturbatione & lęsione aię suę. Cũ ergo antistes habeãt multos subiectos ual de impfectos passionatos, ingratos, improuidos indigēt patiētia maxia, & mãsuetudine prorsus inuicta, ne ex subditorũ taliũ ingtetudine, improbitate, insolētia, ad impatiētiã, irã, inuidiã, lites aut rixas labãtur: & ne dũ alios uolũt curare & qetare pturbēt & pdãt seipsos. Deniq; ergo quo episcopi pluribus præsunt eo plura negotia difficilioresq; causę, maiores q̃q; & plures aduersitates solēt ipsis occurrere. Idcirco necesse eis sunt cõstantia cordis, trãqllitas mētis, mãsuetudo fortissima, patiētia incõcussa, ut omnia talia ualeant laudabiliter expedire, prudenter & iuste iudicare, ac æquanimiter sustinere, ne rõ per impatientiã, iracundiã aut alias passiones obtenebret, & à uero
1.Tim.3 impediatur iudicio. Hinc iuxta doctrinã Apli, oportet episcopũ non esse litigiosum, nec p
Titum.1 cussorē, nec iracundũ: sed modestũ, tēperatũ, discretũ ac humilem, ut sp sit puigil clarusq;
Eccle.7 mente, & aptus ad iudicandũ de singulis, atq; ad prouidendũ paci in oibus. Nēpe ut Salo-
Prouer.14 mon ait: Ira in corde stulti requiescit, & q impatiens est opatur stultitiã. Itemq; Ira inqt nõ
Prouer.27 habet misericordiã, nec erũpens furor, & impetũ concitati spũs ferre quis poterit? Hinc &
2.Tim.2 Paulus apls pręcepit Timotheo põtifici: Noli ṽbis contēdere, ad nihil eñ utile est, nisi ad
subuersionē audientiũ. Propter hoc scribit apostolus Iacobus: Vbi zelus & cõtētio, ibi in-
constãtia & oẽ opus prauũ. Præterea cũ ad presulē spectet, uniuersos sibi cõmissos doce
Iaco.3 re, decet eum patientissimum esse cũ dicat scriptura: Doctrina uiri p patientiã noscit. Quo
Prouer.19 circa protestatur Gregorius: Tanto conuincitur quisq; minus doctus, quanto ostenditur
Prouer.14 minus patiens. Oportet itaq; ut prelatus refrenet & uincat seipsum. Quia ut Salomõ dixit:
Qui patiēs est multa gubernatur prudētia: qui aũt impatiens est exaltat stultitiã suã. Et rur
Prouer.16 sus fatetur: Melior est patiens uiro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbiũ.
Hinc Seneca loquitur: Multos regere potest, q seipsum regit ratione. Qui aũt à propriarũ
passionum motibus superat, indiget regi ab alio, imò qui præest, si per iram aut impatien-
tiam superetur, alios scandalizat, & subditis sæpe iniuriatur, qm irascenti iustũ & bonũ ui
detur omne ad quod ira instigat, quũ & ipsa ira sit quædã cordis insania. Propter qđ in li
Iob.5 bro s. Iob scriptũ est: Virũ stultũ interficit iracũdia. Insup, q ait Apls, episcopũ nõ debere
1.Timo.3 pcussorē existere: doctores de triplici pcussiõe exponũt: Prio de corpali pcussione: q a epis.
sacerdo

sacerdotibus & clericis non licet pugnare quum sint ministri altaris, & speciales serui illi Ext. c. Petitio de homi.
us, qui sanguinem suum fudit etiam pro inimicis, & in cruce pendens orauit pro crucifi- Esaiæ 53
xoribus suis. Sed arma ipsorum sunt orationes & lachrymæ, ut dicit Ambrosius: Non de- Lucæ 23
bent episcopi ex ira aut impatientia, aut alia praua radice aliquem corporaliter uerbera-
re, quamuis possint ex charitate & zelo iustitię corporalem disciplinam infligere, secundū
q̄d loquit Augustinus: Corripiamus uerbis, corripiamus & uerberibus. Secūdo exponi Augustinus
tur de spiritali pcussione uerborū, qm̄ episcopus non debet aliquem uerbis mordacibus,
pungitiuis, duris & iniuriosis alloq, sed mitis & affabilis esse, cum discretione corripere, &
ex uirtute oēm suū sermonem proferre, ne ad indignationes, rācores, rebelliones aut alia
uitia concitet audientes. Quòd si interdū subditorum culpæ requirant ut acriter incre-
pentur, aut dure admoneantur, tum hoc ipsum fieri debet cum moderamine rationis, nō
ex impetu passionis. Nā ira per zelum est licita, quę ira ex recto iudicio rationis spōte assu
mitur, ut per eam actus uirtutis fortius exerceatur: ideo ira ista debet rationi famulari, nō
dominari. Tertio exponitur de interiori pcussione conscientię, quę percutitur dum scan-
dalizat. Vnde ait Apostolus: Peccātes in fratres & pcutientes conscientiā eorum infirmā, 1. Cor. 8
in Christum peccatis. Quū ergo antistites maxime teneātur scandala subditorum, pręser
tim impfectorum uitare, & uniuersos ædificare, ideo non debent hoc modo quenq̄ exem
plo malo pcutere. Discat itaq; pręsul à Christo, qm̄ mitis est & humilis corde: & in patien Matt. 11
tia sua possideat animam suam, utiliter uincens se ipsum, ac dominū iugiter orans, ut man Lucæ 21
suetudinem inuiolabilem, patientiamq; insuperabilem sibi præstare dignetur. Hæ nanq; Psal. 30
uirtutes præsidentibus singulariter necessarię extant. Hinc Moyses quē deus constituit Exod. 3
legislatorem ac principem totius Israeliticæ plebis, mansuetus erat super omnes homines Num. 12
qui morabantur in terra. David quoq; rex de seipso loquit deo: Memēto domine David, Psal. 131
& omnis mansuetudinis eius.

Articulus XI. Quòd præsul debet esse singulariter iustus.

IVstitia est præclarissima uirtus, quę ad iudicem potissime pertinet, cum iudex sit mi
nister iustitiæ, ad quem tanquam ad animatam iustitiam confugiunt subditi. idcirco
etiā Aristoteles ait, q̄ iudex debet esse tanquā lex uiua ac animata iustitia, ita ut nus-
quam à rectitudine recedat iustitiæ, sed omni psonarū acceptione abiecta, faciat uni Iacob. 2
cuique iustum iudicium: nec amore, nec odio, nec cupiditate, nec timore, nec adulatione, Leuit. 19
nec aliquorum supplicatione, nec aliqua inordinata affectione recedat à uia iustitiæ, à re- 50. distin. c. Abscis.
gulis iuris, à processu prudentis iudicij. Quùm igitur pontifex sit iudex populi sui, debet
hoc modo esse tenax iustitiæ & æquitatis amator, ut potius uelit mori, quàm contra iusti-
tiam iudicare aut agere. Debet etiam iura cognoscere & prudenter intelligere eas causas
quoque quas ignorat, diligenter inuestigare. Insuper, neminem debet iniuste grauare,
irrationabiliter contristare, opprimere aut turbare, sicq; in omnibus quęrere non propria
commoda aut suijpsius honorem, sed bonum commune & subditorum salutem. Nam (ut
sanctus ait Ambrosius) iustitia est quæ alienum nil uēdicat, quæ cuilibet dat q̄d suum est, Ambrosius.
quæ negligit propriam utilitatem, ut seruet communem profectum. Exigit ergo uera iu
stitia, ut sicut episcopus uult sibi à suis subditis obediri, & quæ ei debentur ab ipsis persol-
ui, sic & ipse supioribus suis in cunctis obediat: hoc est, primo omniū diuinis pręceptis: de Præceptum iuris.
inde præceptis ecclesiæ, canonibus & decretis, ac prælatis iurisdictionem super ipsum ha
bentibus: & præsertim adimpleat quæ promisit omnipotenti in assumptione ordinis sa-
cerdotalis, & maxime in ordinatione sua in præsulem. Ea quoq; quæ subditis suis tene-
tur, exhibeat eis, hoc est pastoralem custodiam, exemplarem conuersationem, instructio 93. distinc. c. Omnes.
nem salubrem, correptionem paternam, iustam correctionem & æquum iudicium: & in-
comparabiliter magis cupiat, quærat & procuret in primis sibijpsi, deinde & subditis suis
spiritalia bona, uidelicet gratiam & uirtutes atque æternam salutem, quàm quæcunque
temporalia & terrena. Hęc est uera & sancta electorum episcopoꝝ iustitia, cui tamē mi-
sericordia debet esse admixta: quemadmodum deus in omī actu suæ iustitiæ aliq̄d miseri
cordię miscet. Interdum quippe asseritur, quòd iustitia maxime pertinet ad pręsidentes,
interdū q̄ misericordia, q̄nq; q̄ prudentia maxime spectet ad eos. Nam per uerā discreti-
onē prudentię, debēt iustitiā & misericordiā in suis opibus contēperare. q̄tenus rigorē iu
stitiæ pietas modereꝛ, & pietatis dulcorē iustitia cōdiat. sicq; p prudentiā sciat ꝑ pēset, qñ
& cur & circa q̊s debeat plus de rigore iustitię exercere: nec ab his qui sanguinis rei sunt,
pretiū pecuniā'ue accipere. Et iterum, quando & cur ac circa quos debeat plus de miseri

cordia exercere. Incorrigibiles etenim, indurati, rebelles, & qui ex proposito aut de industria excesserunt, rigorosius sunt tractandi. Qui uero ex infirmitate, id est, uehementia subitæ passionis, aut ex ignorantia, & de quorum emendatione spes bona est, misericorditer
Matt.5. sunt habendi. Aduertat ergo antistes quod ait saluator: Beati qui esuriunt & sitiunt iusti-
Marc.4. tiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et rursus: Eadē mensura qua mensi fueritis, remetietur uo-
Psal.91. bis. Et coram deo semper sit rectus corde, ut nunquam à rectitudine æquitatis flectatur, neque ad uitiorum obliquitatem labatur, sed in amorem iustitiæ totaliter transformetur.
Bernardus Nempe ut sanctus fatetur Bernardus, Rectus est ille qui ad terrena & carnalia non curuatur, sed ad cœlestia eleuatur, ad spiritalia & diuina tot⁹ dirigitur, & unicuiq; reddit quod ei tenetur: obedientiam reuerentiamq; prælato, & maxime deo: proximis consilium quo eorum ignorãtia informetur, atq; auxilium quo eorum infirmitas adiuuetur: subditis directionem & custodiam incessantem, ut caueant uitia: & disciplinam, ut quę non cauerint, nequaquam maneant impunita.

Articulus XII. Quàm feruidi & perfecti debeant esse episcopi in charitate dei & proximorum, maxime subditorum.

SIcut professio religiosorum directe tendit ad hoc, ut religiosi seipsos & oĩa abnegando ac deserendo, ad perfectionem diuini amoris pertingãt, sic episcopoꝝ professio ad hoc tendit, ut ex feruentissimo dei amore totaliter mancipent & exponãt se profectui ac saluti subditorum suoꝝ. Vnde in secũda secundæ quæstione 185. asserit Thomas: Perfectio episcopalis status consistit in hoc, ꝙ episcopus ex diuina dilectione se obligat ad hoc, ꝙ saluti proximorum insistat. Hinc ad pręsules pertinet esse perfectũ in charitate fraterna, ad cuius perfectionē tria exiguntur: Primum est, ut non solum ami-
Matt.5. ci, sed etiam inimici propter deum synceriter diligãtur, in quantum sunt ad imaginem &
Sapi.2. similitudinē superbenedictæ trinitatis creati, & sanguine Christi redempti, ac ueræ felici-
1 Petr.1. tatis capaces. Secundũ est, ut etiam inimicis bona exhibeantur pro malis, & pro eis oretur, ac pro eorũ conuersione & salute fideliter laboretur, quemadmodũ in euãgelio ait salua-
Matt.5 tor: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequẽtibus & calumniantibus uos. Tertiũ est, ut homo paratus sit pro proximorum salute uitam suã periculis mortis exponere, & totam uitam ordinet ad proximorũ profectum. Itaq; hæc tria perfecte implere, ad pontifices solenniter ptinet. Cum enim præsint toti multitudini eis commissæ, in qua sunt multi imperfecti, passionati, rebelles, ingrati, peruersi, qui corripi & corrigi dedignantur, nec informationibus saluberrimis acquiescunt, sed reddũt mala pro bonis, constat quòd præsul quantumcunq; sit iustus, prudens ac diligens, tamē fre-
10. quæst.1. c.quæcunq. quenter habeat aduersantes, obloquentes & iniuriantes. Quos oẽs nihilominus obligatur diligere, & pro eorum conuersione ac salute efficaciter laborare, orare, & quicquid suum requirit officium adimplere: eosq; quos debite castigat & punit, tenetur ex charitate & zelo iustitiæ ita tractare, & tantæ perfectionis esse obligatur, ut etiam paratus sit oĩa exteriora bona sua pro subditoꝝ suorũ salute exponere atq; deserere, si rationabilis causa requirat hoc. Quũ enim propriã uitam debeat pro fratribus seu proximis ponere, mul-
1.Iohan.3. to magis exteriorem substantiã. Porro charitas est uirtus theologica ac infusa, qua deum
Charitas uirtus theologica est. propter propriam suam bonitatem, puram & infinitã, deinde etiam propter beneficia ac promissa ipsius sup omnia diligimus, & nosipsos ac proximos in deo & propter deũ. Per charitatem nanq; appetimus, & obtinere conamur nobisipsis ac proximis æternam salutem, & quicquid necessariũ siue expediens est ad promerendum ac obtinēdum, eandem uidelicet gratiam & uirtutes, dona spiritussancti & opa uirtuosa, imò etiam bona exteriora terrena, in quantum necessaria sunt ad sustentationē corporis ac uitæ præsentis, sine q-
Deut.6. bus nec uiuere nec deo in terra seruire ualemus. Præterea ordo charitatis requirit, ut deum excelsum & gloriosum præ omnibus & super omnia toto corde propter ipsius incircunscriptibilem bonitatem primo, principaliterq; amem⁹, & ex charitate filialiter diligamus ac iugiter ueneremur. Deinde post deum debet homo amare seipsum, & tertio proximos, ac quarto proprium corpus, ita ꝙ obligamur magis diligere proximos, id est, unũquenq; hominem in hoc mundo uiuentem, ꝗ corpus proprium corporalemq; uitã. Sit ergo episcopus charitate dei ęterni & benedicti totaliter inflãmatus, & desiderio salutis subditorum suorum calidissime inextinguibiliterq; succēsus, & pro illorũ reformatione, profectu, salute infatigabiliter laboret. Omnis labor huiusmodi sit ei suauis in spiritali profe-
Leuit.10. ctu animarum sibi commissaꝝ, sit summa gloriatio sua. Deum creatorem suum, cuius uica-

rius est in terra, totis uiribus ueneretur, atq; ab omibus honorari cũ omni suo posse procu ret, atq; zelo diuini honoris ardeat incessanter, ita ut de nulla re magis doleat aut tristet, q̃ de inhonoratione maiestatis diuinæ. Certe si episcopus ampli⁹ indignatur, irascitur, con tristat de suis ꝑpriis aut cognatorum suorũ iniuria, contemptu aut damno, q̃ de omnipoten tis offensa, certũ est ꝙ seipsum & suos cognatos magis quàm deum amet ac ueneretur. Ex his etiã innotescit, q̃ iniquũ & sanctę charitati contrariũ esset propter quæcũq; propria cõ moda, propter argentũ & aurũ aut dona, negligere subditorũ salutem, dimittere proximo rum reformationem, & uitia relinquere impunita. Qui hoc agit aut talis est, non est uerus Chr̃i uicarius, nec deo fidelis, sed ab omi uero ac spiritali amore dei & proximorũ penitus alien⁹. Ideo resipiscat, & omi carnali abiecto amore, omi cupiditate exclusa, ad pręfatã spi ritalẽ dilectionẽ exurgat, aspiret, conet. Intueat atq; assidue penset, quemadmodũ de⁹ ad orãdus, sanctus & immortalis sit infinite cũctis creaturis melior, amabilior, perfectior, pul chrior, desiderabilior atq; suauior: quemadmodũ etiam spiritalia dona gratiarũ, charisma ta, uirtutes & opa uirtuosa, ac salus ęterna, oĩsq; illa beatitudo cœlestis, sint uere & incõpa rabiliter meliora ac digniora uniuersis tẽporalibus & terrenis. ideo propter transitoria & carnalia ista uilissima, nequaquam amittat aut deserat bona illa diuina, spiritalia & ęterna, sed eorum desiderio & amore summe ac iugiter accẽdatur, ferueat & excrescat, & sensibi lia cuncta contemnat. 1. Timo. 3.

Articulus XIIII. Quòd omnis auaritia sit episcopis maxime fugienda.

VT S. Augustinus testatur, uenenum charitatis est cupiditas, minoratio cupidi tatis est charitatis augmentũ. Omnimoda aũt cupiditatis extirpatio est chari tatis pfectio. Quemadmodũ ergo pontifices tenent esse in charitate perfecti, ita tenentur ab omni cupiditate & auaritia esse penitus alieni: imò cum episco pi teneantur esse spiritualissimi uiri, debent esse depurati ab omni auaritię labe, cũ auaritia sit uitium prorsus terrenum. Iam quoq; præhabitũ est, ꝙ teneantur semper esse parati ad exponendã ac deserendã omnem terrenã substantiã pro suorũ subditorũ salute, quod esse non poterit, si ad tẽporalia bona afficiantur inordinate. Iterũ dictum est ꝙ episcopi sint ui carij summi dñi nostri Iesu Chr̃i, successores apostolorũ, & sponsi ecclesię: ideo debent esse apostolicæ puritatis, & Christi uestigia pfecte sectari in aspnatione omniũ terrenorũ. Præ terea S. Apostol⁹ ait, ꝙ radix oĩm uitiorũ extet cupiditas, & ꝙ auaritia sit seruitus idolorũ. 1. Tim. 6
Præsules igitur, quos oportet à cunctis uitijs esse immunes & syncerissimos dei cultores, necesse est si deo placebunt, esse ab auaritia omni liberrimos, præsertim cũ auaritia sit pec catũ carnale, terrenum, uilissimũ, mentem deorsum fortissime deprimens, atq; ab omi spi ritali solicitudine, scientia ac spiritalis amoris calore infrigidans, à rectitudine iustitiæ re trahens, uiscera misericordiæ claudens, uariasq; inquietudines, timores, anxietates, tristiti as ac curas supfluas inserẽs & inducens. Nempe ut ait Innocentius Papa, cupiditas sacri legia committit & furta, rapinas exercet & prædas, bella & homicidia parit, Simoniã pro ducit, Simoniace uendit & emit, inique petit & recipit, inique negotiatur & fœneratur, in stat dolis & imminet fraudibus, dissoluit pactum & uiolat iuramentum, corrumpit testi monium & peruertit iudicium. Hinc Augustinus: Auarus (inquit) inferno est similis. In fernus enĩ quantoscunq; deuorat, nunq̃ dicit Sufficit. sic auarus nõ satiatur pecunijs. Quę est ista cupiditas auaritiæ, cũ & bestiæ habeant modũ? Tunc nãq; rapiũt qñ esuriunt, par cunt q; prædę cum senserint satietatem. Insatiabilis est auaritia, nec deum timet, nec reuę retur hominem: non parcit parẽtibus neq; cognatis, nec fratri obtemperat, nec amico fi dem cõseruat: uiduam opprimit, pupillum inuadit, in seruitutem reuocat liberos, grauat & spoliat innocẽtes ac simplices. Quę est ista auarorũ insania? acqrere aurum & pdere cœ lum, amare uenenum & animę mortem, sicq; mercari gehennã? Auarus prælatus plus cu pit & quærit argentum & aurum, quàm animarum salutem. Pontifex igitur cupiens deo complacere, & creditum sibi gregem salubriter gubernare, mentem suam ab hoc charita tis ueneno, ab hac omnium uitiorum radice, à uilissima auaritia ista prorsus euacuet & ex purget. Postremo aduertant ac metuant, quod diuiti auaro sancti patres Ambrosius at que Basilius dicunt: Non minoris est criminis, habenti quod suum est auferre ac rapere, quàm quum possis & habeas, indigenti negare. Panis famelici est quem tenes. Tunica nu di est quam in conclaui reseruas. Discalceati calceus est qui apud te marcescit. Indigenti um est argentum & aurum quod habes recõditum. Captiuorum redemptio pecunia quã abscondis. Ideo tot hominibus iniuriaris, quot inde succurrere posses, sciasq; te tã multorũ
Innocentius Papa.
Augustinus
Ambrosius Basilius.

hominũ bona inuadere, usurpare & retinere, quàm multis possis nec uis subuenire. Hinc ait scriptura: Auaro nihil est scelestius. nihil est iniquius q̃ amare pecuniam. Auarus enim animam suam habet uenalem. Sed & dominus ac saluator in euãgelio protestatur: Quàm difficile qui habent pecunias, intrabunt in regnum cœlorũ. Facilius est camelum transire per foramen acus, q̃ diuitem intrare in regnum cœlorum. Veruntamen thesaurizatio moderata pro bono communi, nõ est episcopis & principibus prohibita, sicut ait Antisiodorensis in Sũma sua: Licitum est eis redditus unius anni reponere, attamen possent tales casus occurere, q̃ uel plus possent thesaurizare, uel thesaurizata exponere tenerent. semp uero implendum est quod ait propheta: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Eccl.10. Marc.10 Luc.18. Matth.19. Psal.61.

Articulus XIIII. Quàm timoratum, solicitum, custoditum, humilem oportere at esse antistitem.

Psal.61. 40 dist. ca. Si Papa.

Magna est hominis causa cum deo, quia oportet unumquenq; hominem à iudice summo deo uero & iusto iudicari, atq; ab ipso tandem recipere infernalẽ ac perpetuam condemnationẽ, uel beatitudinem ęternalem. Porro tam metuenda & intolerabilis est infernalis illa damnatio, q̃ quamuis sciremus de toto genere hominũ non nisi unum esse damnandum, attamen merito unusquisq; uehemẽter timeret, & deo formidolose seruiret, ne forsitan ipse esset ille damnandus, quãto magis cũ sciamus tam multos æternaliter esse damnandos, q̃ eorum respectu saluãdi sunt pauci, debemus iugiter esse timorati ne pereamus. Ex hac cõsideratione admonet nos beatus Paulus, dicens: Cum metu & tremore & timore uestrã salutem operamini. Et Psalmista, Seruite domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Et sanctus Iob, Semp (inquit) quasi tumentes sup me fluctus timui deum. Sed cum prȩlati pro omnibus sibi commissis reddituri sint rationẽ, & iudicandi à Christo ac puniendi pro omnibus, pro quorũ salutatione nõ impleuerunt debitũ sui officij, & prȩsertim pro his quibus praua prȩbuerunt exempla, seu aliq̃ modo traxerunt ad uitia, constat q̃ omnem prȩsulem oportet esse tanto timoratiorem & solicitiorem, & tanto plus custoditũ, diligentem ac operosum, quanto pluribus prȩest hominibus, pro quibus omnibus sibi respondere, iudicari ac præmiari incumbit, ita q̃ quasi solus tot animas habet, quot hominibus prȩsidet, atq; (ut sanctus ait Gregorius) tot mortibus, tot æternis condemnationibus dignus est, quot animæ ex sua negligentia aut inexemplaritate peccant & pereunt. Penset episcopus quod ait saluator: Cui plus datum est, plus reqretur ab eo. Idcirco ex consideratione excellentię, potentiæ & honorificentię suę nequaquam extollat se inaniter, neq; glorietur, sed formidolosior solicitior' q̃ reddatur, eo q̃ autoritati, eminentiæ ac uenerationi suę tot & tanta pericula sunt annexa. Nam & sacra scriptura testante, iudicium durissimũ fiet eis qui præsunt. & quanto præsul nunc amplius ab hominibus honorat̃ propter autoritatẽ & dignitatẽ desup ei concessam, tãto plus contemnetur à deo, horribiliusq; damnabitur, si negligens fuerit aut carnalis, nec debitum officij pontificalis impleuerit. Hinc quoq; oportet episcopum esse humilimũ cõsiderando, q̃ defectuosus fuerit & sit in executione tam sublimis & onerosi sui officij, atque ut se profundissime humiliando mereatur obtinere à domino omnẽ gratiæ ac uirtutum plenitudinem sibi necessariam, ad sui officij adimpletionem condignam. Deus quippe superbis resistit, humilibus uero dat gratiam. imò cum timor dei & humilitas sint fundamenta uirtutum, quanto antistes ad eminentiorem uirtutum p̃fectionem astringitur, tanto plus tenetur esse fundatus ac radicatus in profunda humilitate & stabili dei timore. Consideret ergo, q̃ quanto plura ac maiora à deo sortitus est dona, tãto plus obliget̃ deo esse subiectus & gratus in omni humilitate ac filiali timore. Deniq; timor dei retrahit hominem à peccato. Ideo quanto maior facultas ac libertas potest esse pontifici ad peccandũ ex sua eminentia, propter quam non ita corripitur nec arctatur ut alij, eo plus indiget grandi & assiduo dei timore, ne incidat in manus omnipotẽtis. Iuxta prȩtactã doctrinam sancti epi & p̃lati indefinẽter ac uehement̃ timorati, soliciti, custoditi, op̃osi, humilesq; fuerũt. Vnde de sc̃tõ illo episcopo diuino Dionysio legit̃, q̃ ualde formidauit districtũ dei iudiciũ. Sanctus q̃q; Hieronymus dixit: Siue comedo, siue bibo, siue aliud q̃d fecero, semp uidetur insonare in auribus meis tuba illa terribilis: Surgite mortui, Venite ad iudiciũ. Hinc ait sanctus Bernardus: Si stillãtem de corpore saluatoris sanguinem collegissem sub cruce, cum quanta diligentia illum custodirẽ & circũferrem? Et certe iam mihi illi cõmissi sunt pro q̃bus sanguinem ille ipsum fudit. Insup beatus Papa Gregorius tãtæ fuit humilitatis, quòd dum quidam eremita se uellet corã ipso prosternere, ipse prius se in terrã ante pedes eremi

Mich.6. Phi.2. Psal.2 Iob.31. 1.Petr.4. Lucæ.7 Sapi.6 1.Pet.5. Iacob.4 Eccl.1. Hebr.10. Hieronym. Matt.25

mitæ prostrauit. Sed & sanctus Hugo Gratianopolitanus antistes, tãta fuit humilitate ornatus, quòd se frequenter prostrauit ante uiles personas reconciliari nolentes, deprecans eos ut inuicem reconciliarentur.

Articulus XV. Quàm innumerabilia atq; enormia uitia incidant episcopi, negligenter, carnaliter & scandalose uiuentes.

Hic primo considerandum, quòd nouem sunt aliena peccata: hoc est, quòd homo nouem modis incidit peccata alterius & communicat eis, ita q; sibi iuste imputãtur à deo. Primus modus est, dum unus pręcipit alteri facere mala aut omittere bona. Consideret igitur pręsul proprias iussiones, ne subditis suis iubeat uel mali aliquid perpetrare, uel opera bona omittere: quod si fecerit, uniuersa subditorum suorũ peccata quæ ex eius iussione incurrerint, in ipsum redundant. Hinc loquitur Isaias: Vę qui condunt leges iniquas. Cum ergo faciliter ac frequenter contingat, eos qui præsunt quædam iniusta iubere, nisi sint multum uirtuosi & circunspecti, oportet pontificem, imò & omnem principem ac prælatum, esse ualde oculatum, cautum & timoratum in pręcipiendo, alioquin innumerabilibus atque grauissimis inuoluetur peccatis. Hoc maxime uerum est de episcopis, qui etiam duces & comites sunt, & quandoq; generalia mouent bella, in quibus fiunt horribilia peccata, quę omnia redundant in illos qui huiuscemodi bella mouent iniuste. Secundus modus est, dum unus consulit alteri facere illicita, aut bona negligere. Videat ergo qui præest, ne uel subditis suis, uel ad ipsum pro consilio accedentibus consulat quæ non licẽt: imò cum quotidie multi ad antistitem suum pro consilio ueniant, uideat sibi antistes, ut non nisi cum timore dei & bona deliberatione atque prudentia consulat: & si de dando consilio prima facie paratus non fuerit, conferat cum uiris uirtuosis uere prudentibus, & iuxta illorum directionem præstet consilium. Tertius modus est cõsentire aliorum peccatis, & in hoc præsidentes (præsertim pontifices) indigent circunspectione timorata, cautissima, ne subditorum suorum aut alienorum uanitatibus, torneamẽtis, choreis, hastiludijs, ludis impudicis & iocis turpibus ullo modo consentiant. imò cum uitiosum sit unius peccato consentire, quanto magis uitiosissimum est, multorum aut totius communitatis præbere consensum peccatis? Torneamenta autem & hastiludia sunt ab ecclesia seriose prohibita intantum, quòd qui occideretur in eis, non posset in loco sepeliri sacrato. Idcirco est mortale peccatum, non solum talibus interesse, sed etiam consentire: & tanto enormius, quanto plurium torneamentis ac uanitatibus præbetur assensus. Porro qui non solum consentiunt, sed etiam iubent aut consulunt fieri ea, pręsertim si sint spirituales prælati, maxime autem si præsules fuerint, ultra modum peccant grauissime: & uniuersa peccata quæ ibi contingũt, redundant in ipsos. Quartus modus est adulari peccanti, & approbare peccatum illius, iuxta quod scriptum est: Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Nã & hi qui in choreis, torneamentis & consimilibus uanitatibus quasi magistralius habent se, amplius solent laudari. Quintus modus est hospitari peccãtem propter peccatum commissum siue committendum, siue ad defendendum eum contra iustitiam. Sextus modus est aliquid accipere de re male acquisita, si sciatur aut putetur iniuste adepta. Septimus est, celare peccatum alterius quando prodendum est. Octauus est, non resistere & obstare, id est, non impedire alterius culpam pro posse: & quanto quis ex autoritate seu potestate sibi concessa posset facilius plures à peccatis retrahere, cohibere seu reformare, tanto damnabilius peccat hoc omittendo. Nonus modus est non manifestare peccatum alterius, dum quis iuridice exigitur ad testimonium perhibẽdum. Ex his facile est pensare, quàm ineffabiliter multa & magna uitia incidant præsules principesq; iniqui, qui frequenter iniusta præcipiunt, fallaciter consulunt, aliorum peccatis consentiunt, subditorum suorum & proximorum excessus & culpas q̃tidianas non reprehendunt, nec corrigunt, nec eos pro posse compescunt à uitijs, nec reformanda reformare conãtur. Perpendat antistes, quot & quanta facinora fiant in claustris atque collegijs, in urbibus & uillis, præsertim clero & sacerdotibus, quę uitia ipse pro magna parte posset utiq; impedire, si debitum sui officij expleret, & in charitate dei & proximorum tam feruens esset sicut tenetur. Quòd si obijciatur quorundam exemptio, credibile est quòd satis faciliter impetraret à summo pontifice sublationem exemptionis huiusmodi, si ipse talis ac tantus in omni sua conuersatione existeret, ut sua reqrit professio, & status sui uocatio exigit.

Nouẽ sunt peccatorũ alienorũ modi. Primus. Isaias. 10. II. III. Extr. de torneament. ca. primo. & c. ad audientiã. IIII. Psal. 9. V. VI. VII. VIII. IX.

Articulus XVI. De uarijs causis & rationibus, quę debent epm oẽm monere & inflãmare ad debitam & condignã sui officij executionem.

Vnus-

VNusquisq; fidelis tanto plus obligatur omnipotenti subdi ac deseruire, quanto plura ac maiora dona ab ipso suscepit. Intueat igitur præsul, qualis & quanta prælatio ac potestas, quanta temporaliũ abundantia, quantus honor, q̃q; excellẽtia beneficia ei à deo concessa sint, & pro his omnibus enitatur & satagat altissimo liberalissimoq; datori esse gratus, subiectus, fideliterq; ministrans. Attendat præsul ac princeps, quãtam fidelitatem, obsequiositatem gratitudinemq; requirat ipsemet ab his, quibus uel beneficia magna largitur, aut committit officia seu præstat stipendia. Si alicui uiro contulerit arma, equum, castrũ & necessaria uitæ, quatenus sibi fideliter militet, & pro defensione reip. prælietur, quantum uiro illi indignabitur, & quõ comprehensum tractabit, si negligens aut infidelis extiterit sibi, præsertim si consentiat hostibus, & sibi ac patriæ suæ intulerit damna aduersarios adiuuando? Quàm uehementer ergo & horribili-
Phil.4.e ter deus iustus & sanctus indignabitur episcopis uicarijs suis, praue & scandalose uiuentibus, qui tot animas Christi sanguine emptas, malo exemplo & negligentia sua ac alijs modis à deo creatore, saluatore suo auertunt, occidunt & perdunt, dæmonibusq; consentiũt,
Prima. & ad perditionem animarum adiuuãt eos. Hæc itaq; est prima causa & ratio, quæ oẽm põtificem debet ad uirtuosam & exemplarem uitam excitare atq; accendere, quia constitutus est tam magnus & sublimis Christi uicarius, & tot dona ac tanta beneficia à deo accepit: quæ quanto maiora ac plura sunt, tanto plus obligatur creatori suo munificentissimo gratus, subiectus, obsequiosus ac fidelis consistere. Secũda causa est, q tam innumerabilia
II. peccata, magna & maxima incidit, nisi uirtuose & exemplariter conuerset, prout hoc præcedenti articulo est ostensum, imò quasi totius diœcesis suæ scelera redundant in ipsum, si conuersatio eius fuerit euidenter carnalis, intimorata, iniusta: quia tũc omnibus præstat
Augustinus audaciam, atq; ut asserit sanctus Augustinus: Omnis peccans, præsertim prælatus inique agens, tot animas quantũ in se est perimit, à quantis hominibus uidetur aut scitur praue faciens seu impie uiuens. Vnde ait & beatus Gregorius: Tunc culpa uehemẽter ad imitationem trahitur, dum is qui peccat, propter gradus sui honorem & ob suæ præsidentiæ dignitatem ab omnibus honoratur. Et dum pastor per uitiorũ abrupta graditur, grex eum
III. per deuia imitatur, sicq; pariter in profunda inferorum præcipitantur. Tertia causa est, q tam metuendissimũ ac districtissimũ iudiciũ imminet p̃suli. Hinc cunctis p̃sidentibus dicit
Sap.6 in libro Sapientiæ: Audite reges & præbete aures qui continetis multitudines, quoniã data est uobis potestas à domino, & uirtus ab altissimo, qui interrogabit opa uestra & cogitationes uestras scrutabitur: quoniã cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, neq; custodistis legem iustitiæ, neq; secundũ uoluntatem dei ambulastis: horrende & ci-
Sap.6 to apparebit uobis, quoniam iudicium durissimũ in his qui præsunt fiet. Exiguo enim cõceditur misericordia, potentes aũt potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior in-
IIII stat cruciatus. Quarta causa est, quia tam intolerabilis & supergrauissima damnatio debetur & infligetur uitiosis episcopis, qui & pro suorũ subditorum excessibus tam grauiter punientur. Et quanto sunt hic in maiore honore & dignitate, tanto erunt in inferno in maio-
V. ri confusione & calamitate. Quinta causa est incõprehensibilis beatitudo & maxima gloria, quæ uirtuosis sunt præparatæ episcopis, qui non solum pro meritis proprijs coronantur, sed item participes sunt meritorum ac præmiorum omniũ, qui per eorum directionẽ be-
VI. ne uixerunt, & salutem obtinuerũt æternam. Sexta causa est, quia in sua ordinatione tam solẽniter se astrinxerũt episcopi ad uiuendũ perfecte, atq; ad debitã episcopalis officij im-
VII. pletionẽ. Septima causa est præcipua illa dilectio, qua præsul deum amare tenetur, & pro cuius honore semper zelari debet, nec eius offensam æquanimiter ferre, sed omni modo sibi possibili impedire, sicut uera & diuina requirit dilectio, quemadmodũ etiã præsul à su-
VIII. is exigit, ut ipsum honorent & de sua inhonoratione ac iniuria contristentur. Octaua causa est singularis & feruida charitas illa, qua præsul uniuersos & singulos sibi cõmissos tanquam filios spiritaliter ac syncere tenetur diligere, pro quorũ salute tenetur ac uouit se to-
IX. tum impendere. Nona causa est, quoniã deus & saluator cui9 uices gerit in terra, tot & tanta pro animarum salute assumpsit, fecit ac passus est. Ideo pretiũ sanguinis Christi & myste-
X. ria & labores ipsius nequaquã paruipendere debet. Decima causa est, quia ex uirtuosa & exemplari conuersatione episcopi, sequitur gloriosus & maximus fructus, ædificatio, cõuersio & saluatio plurimorum, honor dei præcipu9, & fructificatio mortis & sanguinis Chri-
XI. sti. Vndecima causa est, quia ex uitiosa & scandalosa conuersatione pontificis, sequitur maxima irreuerentia dei, scandalizatio subditorum, perditio sæpe innumerabilium animarum. Ita-

quod tot & tantæ causę prouocēt & accēdant omnem antistem ad sanctam uitam, ad diligentissimam sui officij executionem, ad indefessum laborem pro dei honore & sua ac subditorum salute. Et certe nimis durus atque insipiens est, quē tot & tantæ causæ non mouent. Denique, causæ prætactæ mouerunt quosdam episcopos egregiæ indolis, qui quāuis ante suum episcopatum fuerint uagæ uitæ, tamē cum se uidissent ad tam sublimem & periculosum statum promotos, mox totam uitam suam conuerterunt in melius.

Articulus XVII. Quòd omni episcopo ualde salubre ac necessariū sit, seipsum quotidie secrete discutere, recolligere, & oīa ad quæ tenet, cōsiderare.

EXperientia docet ac monstrat, quantum exterior occupatio in rebus terrenis & causis dijudicandis, distrahat mentem & indeuotā efficiat, atque à charitatis feruore infrigidet, in tantū, ut nisi homo sic occupatus assuescat quotidie certis horis ad interiora recurrere orationibus feruidis, meditationibus sanctis cōpunctionibusque insistere, fiat omnino quasi insensibilis corde, ita quòd nō aduertit peccata quæ incidit, & uulnera animæ quibus ægrotat, sed totus ad exteriora effunditur, ac carnalis efficitur, sicque spiritalia exercitia ei conuertuntur in nauseam, delectat eum cum hominibus fabulari, tædet uero orare, legere & studere, ac meditari saluberrima. Episcopus ergo quotidie quoties ipsi possibile est, in loco secreto & quieto seipsum collocet coram deo, ibi seipsum diligentissime ac acutissime intueatur & perpēdat, quàm uirtuosus ac feruidus consistere teneatur, atque ad quę & quanta sit astrictus ratione pontificatus. Deinde inspiciat qualis sit, & qualiter omne debitum sui officij impleat: & quanto uiderit se plus distare à perfectione uirtutum ad quam obligatur, atque ab executione uniuersorum actuum ad quos ex suscepto officio est astrictus, tanto plus doleat, seque deploret & corā deo humiliet, ac prosternat seipsum, feruētissime petēs sibi indulgeri, & gratiam emēdationis cōdigne infundi: deinde consideret qualiter possit ac debeat se in omnibus emēdare, & ouibus Christi sibi commissis debitum pontificalis regiminis exhibere. Consideret omnē statum subditorum suorum, utpute canonicorum, monachorum, monialium, sacerdotum, curatorum & aliorū presbyterorum ac secularium hominum, & præsertim cum omni diligētia penset, quales sint & qualiter officia sua exerceant hi, qui in certis officijs sunt constituti, & uel in iure ciuili uel in iure spiritali pręsunt ac iudicant: & quicquid in omnibus his cognouerit emendandum, reformet. Hæc ergo & consimilia in suo secreto quotidie agens, & seipsum ita in sancta deuotione inflāmans, ac saluberrimis meditationibus implens, procedat deinceps ad exequendum manifeste in opere, quod cogitauit & decreuit secrete. In quibus omnibus conferre debet cum uiris uere sapiētibus, iustis & timoratis, de quibus expertus sit quod non propria commoda, sed bonū commune, dei honorem, animarum salutem syncere cupiant & exquirant: & iuxta illorum prudentissimā directionē omnia prosequatur.

Articulus XVIII. De grandi ac deflenda deformatione ac ruina status antistitum temporis huius.

DE abusionibus, carnalitatibus, uarijsque peccatis grauissimis episcoporum temporis sui, multa conscripsit electus dei sanctus pater Bernardus. Porro de corruptione, deformatione & ruina multimoda atque extrema pontificum temporis huius, multa scripserūt uiri catholici, potissime reuerēdissimus pater & doctor pcipuus, D. Petrus de Alliaco Cardinalis, & uir ille zelator iustitiæ, magister Iohannes de Gersona, Cācellarius Parisiensis, in diuersis Tractatibus. Nempe ut certum est, & uidemus ad oculum, quanto quis ad maiorem uirtutum pfectionem tenetur, tanto ad plura & enormiora peccata collabitur, dū non studet nec satagit deo digne ambulare ac conuersari secundum exigentiam suæ uocationis aut professionis. Hinc quosdam religiosos & sacerdotes ac clericos in sacris ordinibus constitutos, uidemus multo incorrigibiliores & obstinatiores, carnalioresque laicis ac mūdanis hominibus. Cuius rei causa est, quia ut sanctus ait Gregorius, Peccatum quod mox per pœnitentiam non deletur, pondere suo trahit ad aliud. Propter quod secundum doctores, peccata hominum communiter sunt in se ipsis peccata, in quantum sunt contra præcepta, & etiam sunt pœna peccati: quoniam demerito peccati unius meretur homo à deo relinqui: & sic iuste relictus à deo ruit in aliud uitium, imò assidue in maiora peccata, nisi de præteritis uere pœniteat. Etenim dum homo peccat mortaliter, statim efficitur membrum ac seruus diaboli, & ita diabolus trahit eum quò uult. Cum itaque iuxta pręhabita, episcopi ex sua uocatione & sui altissimi status dignitate ac professione teneantur esse uiri spiritualissimi ac perfecti, spiritali amore igniti, certū

Ephe. 4.

Gregorius

Xx omni-

omnino est quòd eorum peccata extent grauissima, dum non existũt soliciti sancte ac spiritualiter conuersari, cumq; omittunt & negligunt se spiritaliter exercere in suo secreto q̃tidie, prout præcedenti articulo tactũ est, efficiuntur penitus seculares ac insensibiles cor
Psal. 16. de ad spiritualia & diuina. Et quia non delectantur in deo & actibus uirtuosis, quęrunt & diligũt consolationes externas in uerbis & factis, in cibis & potibus, in ludis, in choreis uanitatibusq; mundanis, in uenationibus quoque & insanijs falsis, intantum ut hastiludia &
Psal. 39. torneamenta ab ecclesiis districte prohibita intueri, imò & accedere uel etiam introire nõ
Extr. de torneamen. c. 1. & ultim. erubescant: & ita paulatim labuntur in uitiorum uoraginem, in omnem carnalitatem, in omnem luxurię speciem, in uagam & irrefrenatam libidinem, intantum ut nec deo consecratis uirginibus, nec fœminis maritatis parcant aut deferant. Et heu in his & cum his ecclesiastica bona consumunt. Et quia sola secularia atq; carnalia quærunt, spiritalium uirorum & doctorum theologiæ aut iurium societatem, collationem & cohabitationem raro aut nunquam curant neq; procurant, sed cum carnalibus & secularibus hominibus, cum uagis iuuenibus adolescentibusq; intimoratis & lasciuis tota eorum consolatio, conuersatio & confabulatio est: de spiritali regimine, de animarũ conuersione, de lapsorum reformatione uix cogitant, quia nec de propria soliciti sunt salute. Ecce ad quid deuenit status ecclesiæ, ad quantam miseriam & ruinam, idq; potissime propter recessum pontificũ à sanctæ charitatis feruore, à sancta ac spiritali conuersatione. O q̃ infinita & incomparabiliter dura damnatio his instat, nisi uere pœniteant, & digne se corrigant.

Articulus XIX. Contra irrationabilem quorundam pontificum excusationem.

Forsitan ad prætacta respondebunt episcopi rem hanc impossibilem esse, uidelicet episcopum qui tot & tanta habet quotidie in exterioribus agere, & seculares causas ac terrena negotia pertractare, ac paci urbium prouidere, tam sancte & spiritaliter uiuere, ac omnia reformare ut dictum est. Ad quod primo respõdendum est, quia ut ait sanctus Hieronymus, Maledictus est qui asserit deum sapientem ac iustum impossibile aliquid ab hominibus exigere. Quum ergo omnipotens & superiustissimus omnium iudex deus præfatam uirtutum perfectionem ab episcopis exigat, manifestum est quòd non sit res impossibilis. Præterea multi episcopi tam uirtuose & fructuose sunt conuersati, non obstante omni eorum occupatione externa, imò non solum multi episco-
2. Reg. 5 pi, sed etiam multi potentissimi reges ac principes in nouo ac ueteri testamento, ut olim
3. Reg. 15 Dauid, Asa, Iosaphat, Ezechias atque Iosias. In nouo quoque testamento, Theodosius,
2. Para. 17 Constantinus, Henricus, Carolus, Ludouicus, & alij reges ac principes canonizati. Insu-
4. Reg. 18 per sic communiter dicitur, Amanti nihil difficile est. Si igitur præsules essent tam arden-
4. Reg. 22 tes & fixi in sancta & spiritali charitate dei ac proximorum, sicut tenentur, & ut forsitan sunt in priuato & inordinato suijpsius amore & in carnali affectione, multa exercitia spiritalia & opera uirtuosa, quæ uidentur nunc eis impossibilia, uiderentur & essent eis non solum possibilia, sed & facilia & iucunda: imò si apponerent tantam diligentiam & conatum ad regimen spirituale, ad reformationem communem, ad procurandum animarum salutem, sicut apponunt ad regimen seculare, ad defensionem patriæ siue ad obtinenda temporalia bona siue dominia quæ eis debentur, ac taliter resisterent inuisibilibus hostibus, qualiter resistunt uisibilibus inimicis, experientia demõstraret, quoniam possibile eis esset prædicta implere. Amplius, si perpendant quàm paratus sit omnipotens deus eos iuuare, & confidant in eo, faciantq; q̃d in ipsis est, inuocando indesinenter ac feruide gratiosum auxilium dei, sentient sibi possibile esse per adiutorium gratię dei, quod ex uiribus su
Phil. 4. is non ualent, & cum Apostolo dicent: Omnia possum in eo qui me confortat. Postremo, si horas totius diei prudenter distinguant, & singulis horis deputent singulas actiones occupationesq; proprias, quantum hęc poterunt prouidere & ordinare, inuenie͂t sibi horas diei sufficere ad uacandum aliquibus horis deo & deuotioni & spiritalibus actibus curæ pastoralis circa subiectos: & si forsitan uno die fuerint à talibus actibus aliqualiter ex magnitudine occupationum secularium impediti, poterũt alia die recuperare. Vnde legitur de q̃dam rege Angliæ, q horas diei cuiuslibet diuisit in tres partes, hoc est, in ter octo horas, ita q octo horas deputauit q̃tidie spũalibus actib⁹ cult⁹ diuini, 8. etiã horas expediẽdis negotijs regni, & 8. horas necessitatibus corporis sui. i. refectioni & somno. q̃to magis psul debet uel adhuc meli⁹ facere, nullũq; tẽpus infructuose expẽdere, nec difficilem reputare

la

laborem, quo potest animarum sibi commissarum procurare salutem. Nam sicut in libro Sapientiæ scriptum est, Bonorum laborum gloriosus est fructus. Quod faceret pro milibus auri uel argenti, nõ pigeat pro anima facere rationali, pro dei honore, pro suspfius & multorũ milium hominũ felicitate. Sapi. 3.

Articulus XX. Quòd maior ac principalior cura & occupatio præsulis debeat circa spiritalia ac diuina uersari, ex Reuelationibus sanctæ Brigittæ.

QVamuis quidam episcopi terrarũ istarũ non solum sint spiritales prælati, sed etiam principes seculares, uidelicet duces & comites, nihilomin⁹ suprema & formalior eorũ dignitas, iurisdictio & potestas est spiritalis, hoc est, episcopalis autoritas seu põtificale officiũ: propter quod nec ducere possunt uxorẽ, nec propinquis suis dominia sua hæreditario iure relinquere. Hinc principaliter corã altissimo obligantur ad pontificalis executionẽ officij, ad regimẽ spiritale, ad conuersationem uere episcopalẽ, ut re & nomine sint pastores: & q̃d in talibus p̃ seipsos nequeunt adimplere, non nisi idoneis uiris, iustis atq; prudẽtibus debent committere, de quorũ idoneitate tenentur diligẽtissime pscrutari. Præterea cum triplex sit pax, utputa pax temporis, quæ est quies hominis ab exterioribus impugnationibus: & pax æternitatis, quam habẽt beati in regno cœlesti, qui p̃ beatificam deitatis fruitionem pfectissime quietantur in deo, regimen ciuile ac seculare ordinatur directe ad pacem temporis: hoc est, ad pacificã hominũ conuersationem adinuicem, atq; ad temporalem prospitatem. Porro regimẽ spiritale ordinatur directe ad pacem pectoris, hoc est, ad internam tranquillitatẽ, qua mens in suo creatore quiescit p̃ conscientiæ puritatẽ, abiecto ac pulso uitiorũ tumultu, ita quòd libera est à iugo diaboli & à seruitute peccati. Vtraq; quoq; pax ista tendit & ordinatur ad suauissimam illã ac imperturbabilem pacem æternitatis. Itaq; quanto pax pectoris pace temporis extat præstantior, & quanto salus æterna omni tẽporali prosperitate est melior, quanto etiam libertas à seruitute uitiorum ac uinculis, captiuitate quoq; demonum, desiderabilior est libertate à seruitute & captiuitate uisibilium hostium, tanto diligentius ac incessabilius debet omnis episcopus occupari in regimine spiritali quàm seculari: & si oppositum fecerit, habet se ordine præpostero ac peruerso, præferens temporalia ac terrena spiritalibus, perpetuis & diuinis, quod totaliter displicet deo. Hinc in uisione quadam cœlesti sanctus Ambrosius apparens beatæ Brigittæ, dixit: Ego sum Ambrosius episcopus qui tibi appareo, loquens tibi per similitudinem, quoniam cor tuum non potest capere intelligentiam spiritualium sine similitudine aliqua corporali: Vir quidam erat habens uxorem legitimam ualde uenustam, nobilem ac prudentem, cui tamen ancilla complacuit plus quàm uxor. Et ex hoc tria mala contingebant: Primum est, quòd uerba & gestus ancillæ magis eum lætificabant quàm uxoris: secundum est, quòd ancillam uestiebat pretiosissimis uestimẽtis, non curans q̃ uxor sua esset pannosa, ac communi panno uestita: tertium est, q̃ q̃tidie nouem horis morabatur cum ancilla, & una tantummodo hora cum coniuge etiã inuit⁹. Veniens autem quidam de propinquis uxoris ad uirũ illum adulterũ, grauiter increpauit eũ dicendo: Ad legitimam tuam uxorẽ charitatem tuam conuerte, eam amando & uestiẽdo ut decet, nouemq; horis cum ipsa manendo, & sola una hora cum ancilla: alioquin scias te morte pessima periturum. Per istum adulterum ego Ambrosius episcopum istum intelligo, habentem episcopale officium, sed uitam carnalem & adulterinam. Ipse nanq; suæ ecclesiæ spirituali copula ita coniunctus est, quòd ipsa sua ecclesia esse deberet sponsa eius charissima, qui tamen charitatem suam ab ipsa retraxit, multo plus diligens mundum seruilem, quàm sponsam suam diuinam tam præclaram, id est ecclesiam. Ideo tria mala facit: Primum est, quòd fraudulenta mundi adulatione plus gratulaf, quàm de morigerata dispositione sanctæ ecclesiæ. Secundum est, q̃ omnem ornatum mundi diligit, de defectu uero ornatus ecclesiastici spũalis uel corporalis, minus aut nihil curat: tertiũ est, q̃ nouẽ horas quotidie expendit pro mundo, querendo eius diuitias, delicias & honores, & solã unã horam pro ecclesia dei, quasi inuite faciendo aliqua bona spiritualia, non tamen ex charitate, sed ex seruili timore. Timet enim suppliciũ ignis infernalis, & si posset cũ corporis sospitate & rerum mundanarum abundantia æternaliter uiuere in hoc mundo, de carentia supernæ beatitudinis nõ curaret. Propterea tibi certissime dico & iuro, quòd nisi se cito ad suam ecclesiam conuerterit, cum ipsa horas nouem ducẽdo, & unam cũ ancilla. i. cũ mundo, non tamen eum diligendo, sed eius diuitias & honores inuit⁹ habendo secundũ condecentiam episcopalis officij, & omnia ad dei honorẽ humiliter ac rationabiliter disponendo, Gala. 5.

do, ipse in anima sua percussionem tam grauem habebit, sicut ille qui tam horribiliter percuteretur in uertice, quod usque ad plantam pedis toto corpore dissolueretur, imò æternã, amarissimam damnationem recipiet, & propriæ conscientiæ remorsu æternaliter punietur.

Articulus XXI. Cui rei comparetur malus episcopus ex uerbis uirginis gloriosæ.

Johan. 12 Beatissima uirgo Maria in reuelatione dixit ad Brigittã sanctam: Scriptura dicit: Qui diligit animam suam in hoc mundo, perdet eam. sic malus episcop' qui diligit animam suam iuxta omnem uoluptatem suam carnalem, immundam ac fœtidã, spiritualis autem delectatio nõ est in corde ipsius: ideo bene comparatur flabello pleno uento iuxta conflationẽ. Nam sicut consumptis carbonibus & ære ignito frigente, adhuc uentus remanet in flabello, sic episcopus talis quamuis naturæ suę tribuit omne quod appetit, consumens inutiliter tempus suum, tamẽ delectatio sensualis remanet in desiderio suo sicut uentus in flabello. Nam uolũtas eius est semper ad cupiditatem, uoluptatem & elationem: ex quibus induratus corde, dat aliis exemplum audaciam'que peccandi: qui consumpti in uitiis, defluunt & corruunt in infernũ. Non ita dispositus fuit ille bonus Ambrosius episcopus. nam eius cor plenum fuit diuina uoluntate & charitate, & sobrius fuit in somno & cibo: & exufflans uoluntatem peccãdi, tempus suum consumpsit utiliter ac honeste. Ipse quippe bene uocari potest flabellum uirtutũ. Sanauit enim in subditis suis uulnera uitiorum uerbis & sermonibus ueritatis, incenditque frigidos charitate diuina per uirtuosa exempla: feruidi quoque in uoluntate peccandi, refriguerũt ex pura ipsius uita & casta. Porro malus episcopus similis est testudini, quæ iacẽs in innata sua putredine, trahit caput in terram, sic iste iacet & delectatur in abominatione, trahens animum ad terrena, nõ ad sempiterna. Tria reduco ei ad memoriam: Primum est, qualiter hucusque tenuerit officium sacerdotale: secundum, quid significet uerbum illud euangelii, Veniunt ad uos in ue-

Matt. 7. stimentis ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces: tertium, cur tẽporalia atque carnalia tantũ feruẽt in corde ipsius, creator uero oĩm frigidus & despectus est in animo eius. Ideo nisi cito resipuerit, iuxta magnitudinẽ suorum excessuũ ęternaliter, grauissime punietur ac dispibit.

Articulus XXII. Informatio, qua sacratissima uirgo Maria per sanctã Brigittã informauit quendam episcopum de tota uita sua.

AD beatam Brigittam dixit dignissima uirgo Maria: Si episcopus iste proponit ire per arctam uiam salutis, deponat primo graue pondus deprimẽs eum, id est, omnem mundi cupiditatẽ & exteriora mũdi bona habeat solũ ad necessitatẽ uitæ præsentis, secundum humilem statum sui decentiam. Secundo sit pręcinctus ad uiã, quia tenetur esse pręcinctus cingulo iustitię & charitatis diuinę, paratus ire per illam

Johan. 10. uiam, per quam iuit Christus qui dixit: Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ouibus meis. Paratus sit loqui ueritatem in omnibus, & facere iustitiam in seipso ac subditis. Nec dimittat iustitiam propter minas aut opprobria hominum, nec propter amicitiam falsam aut uanum timorem. Tunc uenient iusti ad eum & sequentur doctrinam ipsius

3. Reg. 17 & opera. Tertio comedat cum Helia buccellam panis, id est, deum super oĩa diligat, quam buccellam inueniet ad caput suum, quoniam ratio sua docebit eum, quod deus sit super omnia, & præ omnibus diligendus propter creationem & redemptionẽ, & propter suam bonitatem & patientiã, qua tam diu & pie expectauit ipsius epi emendationẽ. Deiñ eps bibat modicum aquę, id est, amaritudinem passionis Iesu Christi intime cogitet atque a prima hora diei regratietur deo toto corde, solicite recogitans actus suos, & petat gratiosum auxilium dei ad faciendum uoluntatem ipsius in omnibus. Cum se uero induit, oret hoc modo: Cinis tenetur esse cum cinere, & terra cum terra. Verũtamen quia ex prouidentia dei episcopus sum, induo te corpus meũ uestibus quæ ex terra sunt, non propter pulchritudinẽ neque superbiã, sed propter decentiam, ne nuditas tua appareat. Nec curo utrum indumentum sit melius aut uilius, sed tantum ut ad reuerentiam dei episcopalis habitus agnoscatur, & ex habitu discernatur episcopalis autoritas ad informationem correctionem'que aliorum. Ideo precor te deus piissime, da mihi in animo stabilitatem, ne extollar de exteriori ornatu, sed in animo adorner omni uirtute, ut decet episcopum coram te. Deinde legat horas suas deuote atque distincte. Post celebrationem Missæ exerceat episcopale officium, cauendo solicite ne plus attendat ad corporalia quàm ad spiritualia. Quum uero accedit ad mensam, dicat: O domine IESV CHRISTE, da mihi corpus meum ita reficere, ut non improbe contra animam insolescat ex ciborum & potuum superfluitate, nec in ob

se

sequio suo deficiat ex indiscreta parcitate. In mensa autem permittitur episcopo moderata consolatio & collocutio circunspecta, in qua uitetur omnis scurrilitas, omnisq; uanitas, ne tale uerbum proferatur quo aliquis incitetur ad peccãdum, sed omnia sint salubria & honesta. Quemadmodum enim in mensa corporali deficientibus pane & potu, omnia extant insipida, sic in mensa episcopi deficiente bona doctrina & exhortatione, omnia quæ apponuntur insipida sunt. Ideoq; ut euitetur uanitatum occasio, legatur aut recitetur aliquid tale in mensa, quo ædificentur præsentes. Completa refectione & gratijs dictis, inquirat episcopus de agendis, uel libros legat ex quibus ad perfectionem uirtutum trahatur, & omnes familiares ac domesticos suos alliciat uerbis & factis ad timorem dei, ut sit pater eorum per diuinam autoritatem, & mater per spiritualem educationẽ. Si uero agnouerit aliquem illorum peccare mortaliter, nec ex sua doctrina resipiscere à peccatis, remoueat illum à se: quem si retinuerit apud se propter commodum temporale, non erit immunis à peccatis illius. Pergens uero ad lectum suum, examinet diligenter qualiter diem expenderit, & quomodo atque in quibus rebus deliquerit & dicat: O domine deus, da mihi per gratiam tuam, ut ex somni abundantia in tuo seruitio non tepescam, sed moderare somnum meum, & da mihi fortitudinem ut diabolus non inquietet me, nec abstrahat me à pietate & gratia. Surgens uero à lecto, diluat confessione si quas negligentias caro passa est, ne somnus noctis sequentis oneretur delictis noctis pręteritæ.

Articus XXIII. Prosecutio informationis istius, & qualiter episcopo necessariæ sint patientia atq; constantia cordis.

DIxit mater dei sacratissima uirgo ad Brigittam sanctam: Dic episcopo, quòd si incesserit per præfatam uiam uirtutum, oportebit eum sustinere malitiam hominum iniquorum, qui derident opera iusta, & deprauãt iustorum uias ac monita, & quicquid pium ac humile est paruipendunt. Contra hos induat se episcopus ueste patientiæ & constantiæ, quoniam patientia facit grauia esse suauia, contumeliasq; illatas facit pati gaudenter. Insuper oportebit episcopum bonum spinas (id est, aduersitates & uitiorum impugnationes) tolerare, contra quas habere debet indesinentem memoriam præceptorum consiliorumq; dei, ut quum pupugerit eum spina aduersitatis aut paupertatis, consideret CHRISTI paupertatem & amarissimam passionem. Porro dum pungitur spina iræ siue inuidię, consideret charitatem dei ad nos, & qualiter iussit ut charitatem seruemus & inuicem diligamus. Charitas enim uera non quærit quę sua sunt, sed se totam exponit ad dei honorem & proximorum utilitatem. Amplius, adhuc admoneo & auiso episcopum de tribus inimicis qui sunt in uia: Primus inimicus nititur sibilare in aures episcopi, ut obstruat ipsius auditum: secundus stat ante eum, ut perungat oculos eius: tertius est ante pedes eius, clamans alte & habens laqueum quo illaqueet pedes episcopi, quando eleuat eos à terra. Primus inimicus sunt homines illi, qui nituntur episcopũ retrahere à uia recta, dicentes: Cur tibi assumis tantum laborẽ, & pergis per uiam tam arctam? Diuerte ergo magis in spatiosam & floridam uiam, per quam uadunt plures. Quid ad te quomodo uiuant illi & ille? Quid ad te obiurgare & offendere illos, à quibus amari posses & honorari? Quid curæ est tibi quomodo uiuant, dummodo non offendãt te & tuos? Si tu ipse bonus es, sufficiat tibi. Quid ad te alios iudicare? Da potius munera & accipe, utere amicitia hominum ut lauderis & bonus uoceris in uita tua. Porro, secundus inimicus desiderat excæcare episcopum, quemadmodum Philistæi Samsonem. Iste hostis sunt pulchritudo mundi, possessio & opulentia rerum, luxus uestium, uarius apparat⁹ ornamentorum, honores hominum & fauores. Dum enim hæc offeruntur oculis & homini placent, ratio excæcatur, tepescit amor mandatorum dei, & peccatum licentius perpetratur, & modicum reputatur. Propterea cum episcopus habuerit moderate necessaria, contentetur. Nam multis iam dulcius est stare ad molam cupiditatis, quàm diligere ecclesiam secundum laudabilem pastoralis curæ dispositionem. Tertius hostis clamat alte habens laqueum, & dicens episcopo: Cur uadis tam caute & timorate ac capite inclinato? Cur tantum te humilias, qui à multis debes & posses honorari? Procede ad dignitates maiores, ut maiora acquiras seruitia, & ampliori fruaris quiete. Congrega thesauros, quibus & alios iuues & consoleris, & ubiq; sis lætus. Cumq; animus talibus affectionibus & suggestionibus fuerit inclinatus, mox praua delectatione se uertit ad cupiditatem terrenam, qua ita inuoluitur laqueo curæ mundanæ, quòd uix consurgit ad considerationem suæ miseriæ, & præmiorum suppliciorumq; æternorum. Nec mirum. Scriptura eñ dicit: Qui

Iohan. 15
1 Cor. 13.
Iudic. 16
1. Tim. 3.

episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Nunc autem pleriq; desiderant honorem, & refugiunt laborem.

Articulus XXIIII. Declaratio plenaria uirginis gloriosæ, qualiter episcopus exercere debet episcopale officiũ, & de occursu Iesu Christi omnium q; sanctorum ad uerum & iustum episcopum.

LOquebatur genitrix dei in uisione ad Brigittam: Ego exponere uolo episcopo quid facere teneatur: Omnis episcopus debet habere infulam in brachijs suis bene custoditam: non uendere eam pro pecunia, nec concedere alijs propter amicitiam, nec p tepiditatem & negligẽtiam prodere eam. Quid significat infula ista, nisi potestatẽ & dignitatem episcopalem, uidelicet ordinare clerum, conficere chrisma, errantes corrigere, excitare negligentes p opera uirtuosa? Quòd uero in brachijs debet habere infulam bene custoditam, designat quòd sedulo debet cogitare qualiter potestatem episcopalẽ accepit, & qualiter eã tenuerit. Attendat an epatum accepit propter se, an propter deũ & dei honorem. Nam si propter se accepit episcopatũ, peccauit: & inde pœniteat, quia accipere debuit ut esset pauperum pater, mediator, consolatorq; animarum. Nam bona episcopalia, bona sunt animarum: quæ si infructuose consumuntur, & prodigaliter expenduntur, clamabunt & postulabunt animæ illæ uindictam super iniustum dispensatorem. Deniq; fructus episcopalis officij magnus est in cœlo & in terrà, in qua est uicarius dei, propter quod quasi deus honoratur ab omnibus. Sed si uitam uere spũalem refugerit, duplici confusione est dignus. Quòd autem potestas episcopalis non debet uẹndi, designat q episcopus nullo modo debet esse Simoniacus, nec exercere officium suum propt pecuniam hominum'ue fauorem: nec promouere propter hominum preces, quos scit esse malæ uitæ. Porro, q infula non debet alijs concedi propter amicitiam hominũ, id significat q episcopus non debet peccata negligentium dissimulare, nec illos dimittere impunitos, quos potest & debet corrigere, nec silere peccata amicorũ & cognatorum propter carnalem amicitiam, nec dorso suo imponere peccata subditorum, quia episcopus speculator est dei. Quòd uero episcopus non debet pdere infulam p negligentiam aut tepiditatem, significat q non debet alijs committere ad faciẽdum ea, quę psonaliter tenetur & potest fructuosius facere: nec propter carnalem quietem dimittere alijs, quę ipse perfectius posset implere, quia officium episcopi non est quietis, sed laboris. Nec episcopus ignorare debet mores & uitam eorũ, quibus cõmittit officia, sed scire atq; inquirere qualiter seruant iustitiam, & an prudenter & non cupide habeant se in agendis. Insup, episcopus qui est uicarius summi pastoris, tenetur habere fasciculum florum sub brachijs suis, quo illectæ oues uicinæ ac remotæ currant gaudenter post odorem ipsius. Iste florum fasciculus significat diuinam prædicationem, quã episcopus habere & exercere tenetur. Duo quoq; brachia eius quibus portat fasciculum, sunt duplicia duo opa episcopo necessaria, utputa opa bona in publico, & opa bona in absconso, quatenus oues uicinæ in episcopatu eius uidentes charitatem episcopi in suis opibus, & eam audientes in uerbis ipsius, glorificẽt deum in suo episcopo. Oues autem remotæ pcipientes famam episcopi, desiderent eum sequi. Nam iste est suauissimus fasciculus, nõ erubescere ueritatem & humilitatẽ Iesu Christi; docere bona & eadem facere, esse humilem in honore, & deuotum in abiectione. Cumq; episcopus impleuerit omnia ista, necesse est ut præsentet & offerat cor suum deo euacuatum ab omni uoluptate immunda & appetitu transitoriæ laudis. Cumq; introducendus est talis episcopus in regnum gloriæ, occurit ei Christus deus & homo cũ omi sanctoꝶ exercitu, tunc episcopus talis audiet angelos dicentes: O deus gaudiũ nostrum & omne bonum, iste episcopus mũdus fuit in carne, uirilis in opatione: decet ergo nos eum repręsentare tibi. desiderauit nãq; societatem nostrã q̃tidie. Ideo imple desiderium eius, & auge ex eius aduẽtu nostrũ gaudium. Tunc dicent & cæteri sancti: O deus, gaudium nostrum est de te & in te, nec alio indigemus. Attamen gaudium nostrum excitatur ex gaudio animæ huius episcopi, quæ dum potuit desiderauit te. Portauit enim suauissimos flores, salubria documenta & optima uerba in ore, quibus augmentauit numeꝶ nostrũ, portauitq; exempla bona in ope, quibus refecit uicinos sibi & longe distantes à se. Ideo da ei gaudere nobiscum. Tunc etiam ad eum dicet rex gloriæ: O amice, uenisti mihi portare cor tuum uacuum à propria uoluntate & impuritate peccati. Idcirco te implebo in æternum delectatione & gloria mea. Lętitia mea est tua, & tua lętitia mea est. Hęc omia ex Reuelationibus sanctę Brigittę sumpta.

Arti-

Articulus XXV. De aliquibus uitijs quæ episcopis & prælatis ac cæteris præsidentibus solent se commiscere.

ALtitudini prælaturæ solet se admiscere magnitudo superbię. Propter quod sanctus Barnardus libro de Consideratione scripsit Eugenio Papę: Præsis ut prosis & ne dominari affectes homo homini, ut non dominetur tui om̃is iniustitia. Nã nullum uenenum, nullum gladium magis tibi formido, quàm libidinem dominandi. Deniq; præsidentibus multi sæpius blandiuntur, & facta ipsorum etiam uituperabilia laudant, quæ corripere debuerunt. Ideo dum à cunctis beatificantur & honorantur, intra se incaute atq; inaniter extolluntur. Ideo ait sanctus Gregorius: Vicina potentibus superbia esse solet, & affluentiæ rerum pene semper sociatur elatio: ita quòd magnum est, dum in corde sublimium regnat humilitas morum. Hinc iterum loquitur: Plerunque qui præsunt, inordinatum metum à subditis exigunt, & non tantum propter dominum, sed & pro domino honorari uolunt: Intus enim se tumore cordis extollunt, cunctosq; subditos comparatione sui despiciunt, nec condescendendo cõsulunt, sed dominando premunt, quoniam alta cogitatione se intra se erigunt. Hinc insuper sequi solet ira immoderatissima, ultio excessiua, impatientia grauis, indignatio pertinax, deinde discordia periculosa inter ipsos & subditos: Contra quæ omnia necessę sunt prælatis humilitas, magna mansuetudo, inuicta patientia atque prudentia, sicut ostendunt præhabita. Amplius, in principibus & magnis prælatis solet regnare incauta credendi facilitas, ex qua mala plurima oriuntur, uidelicet suspiciones peruersæ, innocentum oppressio, & eorum qui sunt recti corde, persecutio dura. Quod expertus rex Assuerus asseruit. Quidam aures principum simplices & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Contra quod oportet eũ qui præest, esse circumspectum & oculatum ex omni parte, nec omni spiritui faciliter credere, neque ex leui suspitione ad alicuius punitionem procedere. Præterea, in præsidentibus & prælatis solet regnare acceptio personarum, ita quòd personas magis attendunt, quàm causas & merita: quod teste beato Ambrosio, maximum est peccatum in episcopis atque iudicibus. Contra quod malum oportet eos esse omni iustitia perornatos, & deum iudicem suum semper habere præ oculis. Postremo, solet in quibusdam principibus ac prælatis esse quædam instabilitas cordis in diligendo, ita quòd nunc ad istum, nunc ad illum nimis immoderate afficiuntur: ex qua immoderata & incircumspecta affectione cadunt in diuersa peccata, nimis sequendo affectum magis quàm rationem, sicque indignos promouendo, & eorum consilia periculose sequendo: contra quod debet inesse cordi superioris uera prudentia & charitas ordinata, ut meliores & sapientiores plus amet, promoueat & sequatur, nec antiquum relinquat amicum uere fidelem, cui nouus uix similis erit.

Psal. 18 | Hest. 16 | 1. Iohan. 4. Iaco. 4 | Eccl. 9.

Articulus XXVI. Quæ debeat esse summa solicitudo, præcipua occupatio, & principalissima actio cuiuslibet præsulis omni die.

EPiscopus comparatur ad totam ecclesiam sibi commissam tanquã ad unum exercitum, & tanquam ad unum ouile ac unum gregẽ: ideo primo & maxime debet cogitare, assidue desiderare, intendere, exquirere, totisq; uiribus procurare commune bonum totius sibi creditæ ecclesiæ, præsertim in spũalibus, deinde in temporalibus: nec debet intendere aut quærere suipsius honorem aut propria commoda, sed domini dei sui gloriam & honorem, ut ipse creator omnipotens & æternus ab omnibus subditis suis debite honoretur per diuinorum & ecclesiasticorum obseruantiam pręceptorũ. Primo ergo & maxime optet episcopus, ut uniuersus populus sibi commissus, deo adhæreat, obediat & ministret, sicut tenetur & unusquisq; sc̃dm suę exigentiam uocationis, & pro hoc apud dñm iugiter intercedat. Deinde cum uiris iustis, sapientibus & timoratis sæpissime conferat, consulat, perscrutetur, qualiter illud efficacius possit cum adiutorio dei ad effectum perducere salutarem. Ad quod in primis requiritur, ut aliorum rectores, pastores & prædicatores, uidelicet quatuor ordines mendicantium uirtuose & exemplariter conuersentur, & sua officia laudabiliter exequantur. Idcirco pro omnium horum reformatione & iusta conuersatione, debet præsul omnem suã adhibere diligentiã & laborem: quod ut liberius possit peragere, debet minora & terrena negotia particularesq; causas nõ multum arduas committere uiris idoneis, prudentibus, timoratis, & non occupare se in rebus

paruis ac uilibus, sed in exercitijs sanctis, spūalibus ac diuinis, quemadmodum ad dignitatis suæ excellentiam spectat. Preterea ut episcopus populo suo copiosius possit proficere, studeat se urbibus suis ac cæteris subditis exhibere amabilem, & pacem cum ipsis habere, nulli iniuriãdo, ut cum Dauid rege dicere queat: Non proponebam ante oculos meos rē iniustam. Et cum Samuele propheta ac iudice: Neminem calumniatus sum, nullū oppressi, nec munus de manu alicuius accepi. Postremo contra antistites, q relictis maioribus circa uilia ac minima quotidie occupantur, loquitur sanctus pater Bernardus: Quid turpius indecentius episcopo, qui quotidie incumbere supellectili & substantiæ suæ, scrutari oīa, de singulis sciscitari, suspitionibusq; morderi & moueri propter singula quęq; perdita aut neglecta: Ad uerecundiam loquor quorundam hominum: Mira res, satis superq; satis, episcopi habent ad manum cui animas credant, & non inueniunt cui facultates suas committant. Optimi imò pessimi æstimatores rerum, qui magnam de minimis, & paruam aut nullam de maximis curã gerant. Sed ut liquide datur intelligi, patiēter magis ferunt Christi iacturam q̃ nostram: & minus curant animarum perditionē, q̃ facultatum suarum amissionem. Quotidianas expensas, quotidiano inuestigant scrutinio: & cōtinua dominici gregis detrimenta & uitia nesciunt aut nō curant. De pretio escarum & numero panum, quotidiana cum ministris discussio est: rarum admodum de populorum peccatis examen, nisi forsan propter extorquendam pecuniam. Cadit asina, & est qui subleuet eam: perit anima, & non est qui reputet. Nec mirum, quia nec proprios assiduosq; suos defectus & excessus sentiunt & deplorant. Ecce quanta est negligentium atq; carnalium prælatorum excæcatio, peruersitas & excessus, qui tpalia & terrena spūalibus & æternis sic præferūt, & suarum impletionem bursarum diuinæ maiestatis honori & animarum saluti sic anteponūt, neq; aduertunt q̃ districtissimam rationem ab eis exiget Christus pro animabus quas tam pretiosissime emit, tãq; liberalissime liberauit, pro qbus in mortē acerbissimã tradidit semetipsum.

Psal. 100
1. Reg. 12
Isaie. 53

Articulus XXVII. Quòd episcopus à seipso, & à suis domesticis debeat reformationem salubrem incipere.

Sicut præhabitū est, Charitas incipit à suo subiecto, deinde à sibi uicinioribus & magis propinquis. Oportet ergo ut præsul in primis seipsum irreprehensibilē repræsentet, & de hoc satis reor prædictum: deinde à suis domesticis, collateralibus familiaribusq; ministris debet reformationem & emēdationem strenue inchoare: Hoc quippe sanctus Apostolus euidentissime docet ac protestatur, dicendo: Si quis domui suę nescit præesse, quō ecclesiæ dei diligētiam habebit? Itemq;: Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habuerit, fidem negauit, & est infideli deterior. Deniq; sicut uidemus. Omne agens communiter primo ac fortius operatur in propinquiora quàm remotiora: idcirco paternæ correptionis ac correctionis præceptū debet pontifex primo ac principaliter implere & exercere in suis domesticis proprijsq; ministris & sibi pŝentibus: ideo quicquid in illorum uerbis, operibus, uestitu, incessu, apparatu, conuersatione reprehensibile aut culpabile fuerit, id turpius est præsuli, & in caput eius redundat, nisi debitam diligentiam & conatum apponat ad reformãdum oīa illa, incorrigibilesq; à sua remoueat domo, & suis priuet officijs ac iustis pœnis subijciat. Et si præsul ita nō egerit, certum est q̄ in eo non sit aliquis feruor diuini amoris nec spiritalis dilectio ad sibi commissos, nec uere zelus iustitiæ, sed carnalis & tepidus est, & dominatur in eo improbus amor sui, non charitas dei, nec frontem habet corripiendi castigandiq; alios, cum negligentia & iniustitia sua in proprijs domesticis innotescat. Hinc sanctus Bernardus scripsit summo pōtifici, quod etiam unicuiq; pontifici scribi potest & dici: Omne quod pperam agitur te pręsente, id turpius tibi est. Pertinet ad te, ut hi quos præ oculis habes, ita sint ordinati in uita, & informati in moribus, quatenus totius honestatis ac condecentiæ speculum sint & forma. Non licet tibi ut uitia domesticorum tuorum ultimus scias. De disciplinatu tu prouide: si insolentior sermo coram te sonuerit, si indecens habitus apparuerit, manus tua sit super huiusmodi: ulciscere iniuriam dei. Impunitas ausum parit, ausus excessum. Domū episcopi decet sanctitudo, modestia & honestas, quorum custos est disciplina. In uultu, in habitu, in incessu illorum qui tecum sunt, nil residere impudicum, nil indecens patiaris. Præterea reformationi illorum oportet primo insistere, qui alijs in exemplum potissime pponūtur, quoniã ex illorum reformatione maior cōsequitur fructus, quemadmodum etiam ex ipsorum irreformatione plura grauioraq; scandala oriunī. Sed ut sancti pontifices Augustinus & Ambrosius attestantur, Domus episcopi quasi in specula ponitur, & est magistra publicę discipli-

1. Timo. 3
1. Timo. 5

næ, quicquid in ea agitur, id omnes putant sibi licere. Idcirco necesse est, ut suos domesticos & ministros in primis reformet ac iuste gubernet episcopus, nec comatulos pueros cōpros'que adolescentulos habeat secum. Certe inter mitratos non decet discurrere calamistratos.

Articulus XXVIII. Qualiter deinde sit procedendum ad reformationem archidiaconorum & cæterorum curam animarum habentium, ac religiosorum qui prædicant, eorum quoque qui in spiritualibus aut secularibus officijs positi sunt, & alios iudicare ac regere habent.

ARchidiaconi sunt quasi oculi præsulum, qui post præsulem magna & præcipua quādam iurisdictione fungūtur, quoniam spectat ad eos, ut unusquisque eorum in omni loco & termino sibi commisso, inquirat atque consideret qualiter sacerdotes curati & eorum uicarij ac subditi eorūdem se habeant: An sacerdotes sint casti, & sacerdotalem uitam ducentes, sobrij, decenter uestiti & exemplares in omnibus: An diuinum officium debite exequantur, ac populum sapienter informent, publice prædicando, ac priuatim hortando: An ecclesiastica sacramenta cum debita reuerentia administrent: an uitent tabernas, choreas, uenationes, spectacula inhonestosque ludos & contubernia fœminarum, nec aliquam habeant mulierem cohabitantem, nisi secundum canones sacros permissam, puta tam uetulam aut propinquam, ut ex cohabitatione non possit mala oriri suspicio. Deinde examinēt libros diuini officij, an sint correcti, quia frequenter in multis locis sunt incorrecti: de quorum sufficienti & uera correctione prouideant. Insup inuestigent & pensent, qualiter uiuant parochiani: an suis plebanis sint obedientes, & præceptis dei & ecclesiæ, & an inuicem pacifice conuersentur: & quicquid in his cognouerint archidiaconi, solicite & syncere reuelent episcopo. Prouideat ergo episcopus, ut ipsi archidiaconi in primis sint iusti, timorati sufficiēterque eruditi ad suorum executionem officiorum, nec de aliqua incontinētia notati aut rei, sed exemplares omnino his, quos habent corrigere, & ut tempore opportuno ac præfixo, diligentissime uisitent parochias eis commissas, utputa ipsos plebanos seu eorum uicarios iuxta omnia iam prætacta, & quos reos inuenerint, iuste sine personarum acceptione secundum iura corripiant & castigent. Plebem quoque salubriter exhortentur, & omnia deformata reformare conentur: nec quærant commoda sua, nec recipiant munera, quod eis sub pœna excommunicationis prohibetur in iure, nec pro aliqua taxa pecuniæ permittant sacerdotes cum concubinis aut suspectis mulieribus residere aut permanere: sed per subtractionem ecclesiasticorum redditu um, & per priuationē beneficiorū ac officiorum suspensionem puniant incorrectos secundū iuris tenorem. Et summe prouideant præsules, ut uisitatio parochiarum non fiat nisi per uiros uere idoneos, deum timentes, literatos ac iustos, qui non quærant bursam suam implere, sed dei honori ac communi saluti laicorumque ædificationi prospicere: alioqui uniuersa peccata tam archidiaconorum quàm sacerdotum curatorum ac uicariorum eorum, necnon & parochianorum, in episcopum negligentem utique redundabunt. Nequaquam ergo permittat antistes sacerdotes cum concubinis aut mulieribus prohibitis habitare: quia hoc enormiter, imò ineffabiliter populum scandalizat: & ipsi sacerdotes ita agentes, peccant grauissime, imo in omni actu ordinis sacri, peccant mortaliter, dantque parochianis suis omnimodam occasionem & prorsus effrenatam peccandi audaciam. Vt igitur tot & tanta facinora euitentur, impleat & impleri faciat pontifex omnia iam prætacta, & præsertim ut sacerdotes mulierculas à domibus suis remoueant, ne cum illis postea confabulari aut præuaricari inueniantur: alioquin ut tactum est, cuncta peccata & crimina illa redundabunt in præsulem super his negligentem.

10.q.1.c. placuit.

32.d.c.his igitur.
De ui & ho. cle.c. cū decorē.c clerici.c. ex literis.

seco.4.

Extra de Symonia.c. nō satis ea cū in eccle. &.1.q. 3.c. saluator.1 q.1.ca nullus epis.

Articulus XXIX. De diligentia & conatu pontificum circa reformationem quatuor ordinum.

QVemadmodum pontifex summus per prius comparatur ad totam uniuersalem ecclesiam, quàm ad quancunque ecclesiam pertieularē, sic quilibet inferior præsul per prius comparatur ad totam particularem ecclesiam sibi commissam, quàm ad aliquam eius partem. Et sicut cæteri episcopi uocantur in partem solicitudinis à summo pontifice, sic sacerdotes curati uocantur in partem solicitudinis à suo diœcesano

ſano epiſcopo: ideo proprie non ſunt prælati, ſed adiutores & quidam cooperatores epiſcoporum, ut ſuper quartum Sententiarum ſanctus Thomas declarat. Porrò quatuor ordines mendicantium dati ſunt in adiutorium curatorũ, ita ꝙ ex ſpeciali priuilegio eis cõcesso poſſunt curatos iuuare, publice prædicando, confeſſiones audiẽdo, & quædam ſimilia faciendo. Ideo ſicut circa uirtuoſam & exemplarem conuerſationem curatorum tenetur epiſcopus eſſe ſolicitus, ne per eorum negligentiam ſcandaloſamq; uitam pereant animæ ſibi commiſſæ: ſic & circa uirtuoſam exemplaremq; conuerſationem religioſorum quatuor ordinum in diœceſi ſua manentium, debet antiſtes operoſus ac diligens eſſe, & eos qui lapſi ſunt pro poſſe reformare, eoq; magis, quanto religioſi illi pluribus prædicant, & pluriũ
36.d.c. q ecclesiasticis. 37.d.c. de quibusdam. confeſſiones recipiunt. Nam & quiuis talium ſolet habere terminum ſatis latum. Nec debet epiſcopus aliquos tales licentiare ad prædicandum, & ad confeſſiones audiendas, niſi cognouerit eos ætate, uita atq; ſcientia eſſe ad tantos actus idoneos. Deniq; de iure cõmuni omnes religioſi deberẽt ſubeſſe ſuo diœceſano: multi uero ex priuilegio ſunt exempti. Verum ut in Decreto habetur & regula iuris eſt, Priuilegio conceſſo priuari meretur qui eo abutitur. Religioſi quoq; qui nõ ſunt de obſeruantia regulari, nec pſonaliter implent quæ prędicant, eo ipſo quo indigni prædicare præſumunt, peccant mortaliter, ut Thomas ſup quartum, alijq; doctores concorditer dicunt.

Articulus XXX. Quàm diligens debeat eſſe antiſtes circa conſtitutos & conſtituendos in officijs ſpiritualibus aut ſecularibus.

1 q 1.c. ultimus. SIcut indignum eſt in cathedra doctrinæ ſedere indoctos ad inſtruendum alios, ità indignum atq; iniuſtum eſt in ſede iuſtitiæ ſedere iniuſtos & imprudentes ad iudicandum alios, præſertim quoniam iuxta præhabita uerba ſanctorum, indigni ſunt cæteros iudicare, qui in eiſdem aut æqualibus, aut maioribus uitijs ſunt, in quibus & hi qui iudicandi ſunt. Hinc præſul & princeps tenetur eſſe ſolicitus ac diſcretus, ut nec ad ſpiritualia nec ciuilia officia promoueat niſi idoneos, hoc eſt prudentes & bonos, præſertim cum ad iudicandum requiratur prudentia, quæ uere non eſt niſi in uirtuoſis: Vitioſis namq; hominibus non ineſt uera prudentia, quamuis poſſit eſſe in eis quædam uerſutia & informis ſcientia, ut etiam Ariſtoteles ait. Præterea ſicut tenetur tam diligens atq; ſolicitus eſſe circa promouendos ad officia, ita & circa promotos ad ea, inquirẽdo & conſiderãdo an prudenter & iuſte ſe habeant: Quòd ſi inuenerit eos in grauibus eſſe peccatis, & ſua officia non implere condigne, tenetur eos corripere & ad meliora hortari, eos quoque deponere, qui ſe non curauerint emendare: alioqui patronus eſſet iniquitatis illorum, & alienis communicaret peccatis, non reſiſtendo eis pro uiribus. Itaque non permittat, ut officiati ſui aliquem grauent iniuſte. Vnde de multis regibus, epiſcopis atque principibus uirtuoſis ac ſapientibus legitur, ꝙ circa nullorum facta examinanda erant tam circũſpecti ac feruidi, ut circa geſta & iudicia officiatorum ſuorum: A quibus, niſi fuerint deum timentes & auaritiam odientes, ſubditi imò etiam innocentes ac ſimplices dire multipliciterq;
Exod.18 grauantur. Hinc Ietro uir prudens, naturali ratione inductus, dixit ad Moyſen: Prouide de omni plebe uiros potentes & timentes deum, & qui oderint auaritiam, et conſtitue eos ut iudicent populum omni tempore. Sanctus quoq; Moyſes dixit ad filios Iſrael:
Deu.1. Date ex uobis uiros ſapientes et gnaros, quorum cõuerſatio ſit probata in tribubꝰ ueſtris, & ponã eos uobis prĩcipes ac iudices. Deiñ dixit Moyſes ad illos in ſuis officijs cõſtitutos:
Deut.16 Audite illos, uidelicet uobis commiſſos, et quod iuſtum eſt, iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia, ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia iudicium dei eſt. Hinc etiam Ioſaphat rex iuſtus, præcepit iudicibus ſuis:
2.Paral.19. Iob.14. Act.10. Videte quid faciatis, non enim hominum exercetis iudicium, ſed domini: & quodcunq; iudicaueritis, in uos redundabit. Sit timor dei in uobis, et cuncta cum diligẽtia facite: Non enim eſt apud dominum deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec acceptio munerũ.

Articulus XXXI. Quòd prælati, præſertim epiſcopi, innumeris atq; magnis uitijs inuoluuntur, qui peccata ſubditorum ſuorum non ſatis acriter ac frequenter corripiunt et caſtigant.

CErtum eſt peccata nil aliud eſſe quàm uulnera mortemq; animarum: Cum ergo antiſtites & prælati ad hoc in pontificali ac paſtorali officio ſint conſtituti, ut medici aĩarum exiſtant, eas à uitijs retrahendo, curãdo et præſeruãdo: conſtat ꝙ maxime ex iniuncto officio obligentur increpare peccantes, & eos debite caſtigare ſcdm exigẽtiam ſuorum exceſſuum: Et quanto ſubditorum peccata fuerint grauiora aut fre

frequentiores,tanto districtius ac sæpius ipsos reprehēdere ac disciplinare tenētur. Quod
tñ cum pietate & discretione fieri debet ex charitate,non ex immoderata indignatione,ira,
impatientia uel rancore,ne dum præsidens subditum suum curare molitur, seipsum lædat
in anima, & mentem subditi magis exasperet & perturbet q̄ sanet. Deniq; uniuersi fideles
ad fraternam correctionem tenentur ex debito charitatis: Prælati uero & maxime præsu
les ultra hoc obligātur ad huiusmodi correptionem ex debito æquitatis: & nisi præceptū
correptionis fraternæ adimpleuerint digne ac strenue, nulli peccanti parcendo, contra
charitatem atq; iustitiam omnia subditorum scelera & peccata quæ dissimulant nec corri
piunt,redundant indubitanter in ipsos. Hinc Innocentius Papa testatur: Error cui non re 83.d.c.error.
sistitur,approbatur: & dum ueritas iustitiæ nō defensatur,opprimitur: peruersos enim nō
increpare,nihil est aliud,q̄ eorū peccata fouere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui
manifesto facinori desinit obuiare. Hinc etiam sanctus Pius Papa fatetur: Non prodest epi 83.d.c.quod
scopo seu prælato proprio errore aut peccato non pollui,qui consentit peccanti: consen-
tit autem,qui per correptionem non occurrit ad extirpanda quæ corripi debent. Ait nan-
q; Iohannes Papa: Facientis proculdubio culpam habet,qui quod potest corrigere,negli
git emendare: Probat uero odisse se uitia,qui reprehendit errata. His concordat Leo epi-
scopus dicens: Inferiores culpę ad quos magis sunt referendę q̄ ad negligentes desidesq;
rectores,qui multam in alijs nutriunt prauitatē,dum austeriorē dissimulant impēdere me
dicinam. Itaq; pontifex diuini iudicij rigorem perpendens,& sui periculi immēsitatem for
midans,non cesset corripere quicqd uiderit esse culpabile. Et iuxta doctrinam Apostoli,
opportune & importune arguat, exhortetur,roget,cōminetur,informet peccantes,nunc 2.Timo.4.
pie,nunc dure,nūc medio modo,prout uera docet discretio. Ait quippe Gregorius: Sicut
non est cessandum ab oratione,ita nec à correptione: Medicinali enim & discreta seuerita
te mali coguntur redire ad bonum: Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt
excitari: Sed non cessat diligens amator ligare phreneticum,& excitare lethargicum: Am
bo ad tempus offenduntur,sed diliguntur: q̄diu ęgri sunt,indignantur: sanati uero, gratu
lantur & regratiantur. Hinc Venantio episcopo rursus scribit Gregorius: Dum pastor aut
præsul delinquentes neglexerit increpare,proculdubio tacendo occidit. Ex quibus omni
bus innotescit,quàm uerissime dixerit Augustinus: Si peccantem increpare neglexeris,eo
qui peccauit peior efficeris. Veruntamen quidam sunt,qui de omnipotentis dei iniurijs &
offensis parum aut nihil curant: Propter quod nec peccantes in deum redarguunt,de pro
prijs uero iniurijs indignantur & uindicant se: in quibus magis regnat improbus amor
sui,quàm charitas dei & proximi,cum dicat Chrysostomus: Sicut pium atq; laudabile est
propriam iniuriam æquanimiter ferre,sic uituperabile impiumq; est, dei iniuriam & offen 23.q.4. c.quidam.
sam dissimulare. Hæc perpendat omnis antistes,& publice negligentes ac reos publice re-
prehendat: peccata uero occulta corripiat in secreto. Si cognouerit aliquem grauioribus
uitijs irretitum & implicatum,illum mox seriosius alloquatur,arguat & emendet: quem uero
agnouerit circa diuinum officium negligentem,aut illud penitus omittentem,in charita-
tis feruore protinus acerrime reprehendat, diligentissime exhortetur & emendare festinet,
& maxime si sit eius domesticus aut cognatus: alioqui oīm taliū scelera imputarentur epo à iu
dice summo: Nec solum tam strenue impleat præceptum fraternę correptionis,sed etiā in
feriores prælatos ac cæteros subditos suos ad hoc ipsum agendum inducat.

Articulus XXXII. Quòd ecclesiastica beneficia non sunt conferenda nisi uirtute prǽditis & literatis.

TEmporalia bona ecclesijs dei,claustris atq; collegijs data sunt à personis fideli-
bus ad competentem ac sobriam sustentationem ministrorū dei,ut orent fideli-
ter ac instanter pro illis,quorum eleemosynis sustentātur. Hinc scdm Gulielmū
Parisiensem,Durandū aliosq; doctores,hoīes mali & uitiosi nihil iuris habent in
ecclesiasticis bonis sibi collatis,sed indigni sunt ea habere,& consumunt ea iniuste,& tanq̄
rapina & furtum est quicquid de bonis illis usurpant,edunt, & in suos redigunt usus: Red
ditus nanq; ecclesiastici dati & deputati sunt ad usum seruorum & militum Christi,ad re-
fectionem & consolationem amicorū filiorumq; dei, quatenus ab exterioribus solicitudini
bus occupationibusq; mundanis releuati ac liberi,altissimo creatori uacent ac seruiant mē
te stabili ac deuota,sintq; digni & apti & orare & exaudiri pro his quorū laborib' ac sudo-
ribus tā sufficienter aluntur,& oīa uitæ necessaria habent. Cum ergo episcopi non sint dñi,
sed tm̄ dispensatores ecclesiasticorū redditū,tenētur ecclesiastica bñficia non nisi dignis
conferre

conferre.i.bonis ac deuotis & sufficienter literatis hominibus, qui sint membra & serui ac filij Christi. Nec sine mortali peccato possunt ea largiri uagis & carnalibus hominibus euidenter male uiuentibus, cum tales sint serui ac filij & membra diaboli. Hinc episcopi indigent maxima circumspectione in dando beneficia, ita ut sufficienter ac diligenter inuestigent de literatura, uita & moribus eorum, quibus beneficia conferentur: alioqui tanquam insipientes & infideles dispensatores reprobabũtur à domino. Deniq; cum beneficium sit propter officium institutum ac dandum, his solis danda sunt ecclesiastica beneficia, qui diuinum officium persoluendo possunt eadem promereri, nõ puerulis adhuc illiteratis nec legere horas ualentibus. Insuper danda sunt ecclesiastica beneficia non ex carnali amore, nec propter munus quodcũq; ab obsequio, à manu, à lingua, sed ex charitate, gratis & syncerìter propter deum: alioqui cõmitterentur in tali beneficiorum collatione peccata grauissima. Sed heu heu in isto sunt his diebus episcopi & prælati uehemẽter deficientes, sicut eorum conscientia melius potest ex his intelligere, q̃ ego possum referre.

Articulus XXXIII. Quòd ecclesiastica beneficia & bona sint iuste & ęqualiter distribuenda.

NOn solum tenentur uitare episcopi & alij beneficiorum collatores, ne ea largiãtur indignis, sed etiam ne dignis dent plus quàm permitti iustitia. In collationibus etenim beneficiorum obseruandum est medium distributiuæ iustitiæ, ut unicuiq; detur secundum dignitatem suam & merita. Ideo prorsus iniustũ est, q̃ ecclesiastica bona tam inæqualiter diuiduntur ac conferuntur, ita q̃ uni dantur beneficia duo uel tria aut plura, alij & forsan magis digno utputa magis deuoto ac docto, unum aut nullum. Hinc cõtra pluralitatem beneficiorum magni & sancti doctores, Thomas, Gulielmus, Raymundus, Cantor Parisiẽsis, Durandus, autor Summæ uirtutum & uitiorũ, multiq; alij feruenter, rationabiliter & acriter conscripserunt. Ex pluralitate etenim beneficiorum in uno, sequuntur multa magna & horribilia mala: quia ex ea deus oñipotens priuatur suo honore & cultu, ecclesiæ & collegia suis mẽbris atq; suppositis, pauperes eleemosynis, defuncti suis suffragijs, fundatores quoq; suis intentis ac speratis auxilijs spoliantur. Præterea sanctus Bernardus scripsit cuidam illustri canonico unicum beneficium habenti: Quicquid de beneficio tuo ultra simplicem uictum retines & uestitum, tuũ non est, furtum, rapina & sacrilegium est. Si hoc ita fuit in illustri canonico unam tantum præbendã habente, quid dicturi sunt coram iudice adorando, qui ultra unam præbendam pro simplici uictu & uestitu sufficientem, habent adhuc beneficium unum aut plura? Et qualiter peccant qui tam inæqualiter, tam imprudenter & infideliter bona domini sui .i. patrimoniũ crucifixi distribuũt alijs? Deniq; ecclesiastici redditus intm̃ debent paupib⁹, ut sanctus dicat Hieronymus: Clericus, id est, sacerdos aut canonicus aliũde competentiam habens, si quod pauperum est, utputa ecclesiæ redditus suscipit & consumit, sacrilegiũ committit: & per talem abusum æternę damnationis iudicium sibi manducat & bibit. Sed, prò dolor, iam uidemus, quòd Petrus Rauennensis testatur: Imperiti & omnino inutiles, beneficijs insignioribus atq; maioribus officijs applicantur, diuitiæ accumulantur diuitibus, & nõ est qui respiciat nudum & pauperem. Helisęus uacua uasa impleuit, & deficientibus oleum dedit: nũc quæ plena sunt temporalibus superimplentur, & uasa uacua contemnũtur, ligna in syluas, & aquæ in maria deportantur, arenti terræ aqua subtrahitur, & flumina quæ nõ indigent, irrigantur. O quàm impia & damnanda abusio, pauperibus & deuotis subtrahere quæ eis debentur, & ea conferre diuitibus & indignis.i.malæ uitę hominibus. Ecce cũ damnabile sit de proprio patrimonio lasciue uiuere & gulose, superflua & curiosa uestimẽta habere, seculariter atq; pompatice conuersari: q̃to damnabilius est de patrimonio Christi talia gerere? Hinc Gulielmus Parisiẽsis sanctorum patrum sequens doctrinam, fatetur: Reuera ecclesiastica stipendia periculose habentur, & non nisi uere promerentibus ea, debentur. Propter quod uiri timorati cum timore & tremore suscipiunt ea, & quod moderatę sustentationi residuum est, largiuntur pauperibus, quorum se patrocinijs iuuãt, & proprium supplent defectum. Qualiter ergo hi, q uehementissime habent timere se nec uno beneficio esse dignos, ad plura aspirant, nisi q̃a occulta ac districtissima dei iudicia non uerentur? Veruntamen sunt aliq casus in q̃bus unus potest licite beneficia duo habere. Vnus casus est, dũ beneficiũ unũ non sufficit pro competenti ac simplici uictu atq; uestitu: secũdus casus est, dũ unum beneficium alteri cohæret: tertius casus est, dũ beneficiatus in causa ecclesię destinatur pro communi bono aut occupatur: quartus est, dum propter paucitatem

De præben. & dign. c. ad hęc. & in clemen. eo.ti.c. si plures.

Bernardus

4.Reg.4.

Casus quinq;, q̃b⁹ unus duo beneficia habere p̃t

tatem personarum necesse est unū bñficia plura habere: quintus casus est, dum cura pastoralis est annexa præbendæ. Extra hos casus pluralitas beneficiorum est reprobata, periculosa & scandalizatiua. Vnde si ad ista respondeant clerici, se oportere honestius uiuere uulgo: Respondetur, quòd honestius uiuere debeant, id est, magis humiliter magisq́ sobrie, uirtuose, exemplariter & perfecte, non autem magis delicate, pompatice & sumptuose. Nonne in Carthaginensi synodo fuit statutum, ut etiam episcopi non nisi supellectilem uilem haberent? Atq; in septima synodo iussum est & decretum: Omnis iactantia & corporalis ornatus aliena sint à sacro ordine, id est illicita his, qui in sacris ordinibus sunt constituti. Episcopos autem & clericos, qui se fulgidis clarisq́ uestibus ornant, oportet corrigi: quòd si in hoc permāserint, epithymio tradātur. Si uero inueniantur qui irrideant eos qui uilibus & religiosis uestimētis amicti sunt, per epithymium corrigantur: priscis enim temporibus omnis sacratus uir cum mediocri & uili ueste conuersabatur: Oīe quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter uenustatem accipitur, elationis habet calumniam, ut magnus ait Basilius. Sed neq; ex sericis texturis uestem quis induat uariatam, neq; apponat uariorum ornamenta colorum in summitate uestimentorum, sed audiat Christum dicentem: Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. De uita & ho clerico. & clerici. Matt. 11

Articulus XXXIIII. Quàm circumspecti & timorati debeant esse præsules & prælati conferendo beneficia curata seu parochiales ecclesias, & dispensando ut curati ponant in illis uicarios pro se.

SIcut declaratum est supra, Episcopus se habet ad totam suam diœcesim sicut ad unum ouile, ita quòd omnium sibi commissorum ac subditorum est immediatus prælatus & pastor: sacerdotes autem curati uocantur ab eo in partem solicitudinis, & sunt cooperatores & adiutores ipsius. Cum igitur grauiter peccet antistes secularia & ciuilia officia committendo uiris insufficientibus, imprudentibus & iniustis, multo & quasi incomparabiliter enormius peccat, constituendo in officio pastorali prælatico & curato eos qui ad talium executionem officiorum nō sunt scientia, moribus & uirtutibus & ætate idonei: hoc enim agendo, multas animas utputa oēs parochianos exponit æternæ damnationis periculis. Similiter si dispenset & permittat, ꝙ insufficientes constituātur & sint capellani uicarijq́ pastorum, sicq́ animas Christi sanguine liberatas & sibi commissas paruipendit nec diligēter custodit, sed infideliter perdit. Præterea cum tam uitiosum sit simplicem præbendam dare indigno, quanto uitiosius est, beneficium curatum insufficienti conferre? Tanto utiq; hoc periculosius damnabiliusq; consistit, quanto ad parochialem ecclesiam plura supposita pertinent, pluresq; animæ ex tali collatione exponuntur periculo: Ideo uniuersa peccata & crimina inde sequentia imputantur à deo huiusmodi collatori.

Articulus XXXV. Quales debeant esse qui ad archidiaconatum possunt licite promoueri.

QVemadmodum materialis ecclesia ex lignis lapidibusq; construitur, sic spiritalis ecclesia ex ꝑsonis fidelibus, in qua ecclesia episcopi sunt capita & fundamenta & etiam constructores: Episcopi nanq; tenentur ecclesias spiritales construere domino, in quibus ecclesiis post præsules sunt ipsi archidiaconi, præpositi & decani præcipuę quędam columnæ: quia uirtutum & scientiarum suarum perfectione debent alios supportare & pie portare, docere, conuertere atq; ꝑficere. Quale ergo peccatum est in ecclesiis dei pro talibus columnis erigere & locare festucas leuissimas, id est, homines imperitos, iuuenes inexercitatos, adolescentulos nobiles carne, non sapiētia & uirtute, qui ad archidiaconatus officij executionem sunt prorsus insufficientes, inepti, insulsi. Deniq;, cum iuxta præhabita tam periculosum & impium sit insufficienti conferre beneficium unum curatum, nonne inenarrabiliter periculosius damnabiliusq; censetur, archidiaconatum committere indigno, ad tale ac tantum officium prosequēdum inepto, cum ad curam unius archidiaconi tot ac tantæ pertineant parochiales ecclesiæ cum suis pastoribus, capellanis & parochianis? Hinc sanctus Papa Eugenius in Remensi concilio statuit, ut nullus in archidiaconum, decanum aut prępositum promoueatur, qui infra sacros ordines est constitutus, & ne adolescētulis tales cōcedantur honores ac dignitates, sed his qui prudētia uitæ & merito clarēt. Insup scribit S. Bernardus: Scholares pueri & impubes adolescētuli ob sanguinis dignitatem promouētur ad ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferūtur ad principandū presbyteris, lætiores interim ꝙ uirgas euaserūt, q̄ ꝙ meruerint Bernardus

rint principatum. Deinde paulatim insolescentes, discunt in breui uendicare altaria, uacuare subditorum marsupia. Præterea contra abusionem sapientissime scribit Gulielmus Parisiensis inter cætera referens, quod dum quidam episcopus uellet nepotulo suo archidiaconatum conferre, uir quidam notabilis ironice dixit episcopo: Domine pater, cõmittatis nepotulo uestro arborẽ illam uestram piris onustam. Respondit antistes: Absit hoc, quia deuoraret omnia pira illa: Ad quod uir ille: Domine, inquit, qua conscientia audetis nepotulo uestro committere tot milia animarum, cui nõ audetis committere pira tam pauca? Postremo, sicut in Summa uirtutum & uitiorum asseritur, ualde uitãda est puerorum promotio ad ecclesiasticas dignitates: Primo, propter defectum sapientiæ in eisdẽ, propter quod Sapiens loquitur: Væ tibi terra, cuius rex puer est. Secundo, propter defectum uirtutum atque constantiæ, quæ aliorum rectoribus ac iudicibus ualde sunt necessariæ. Tertio, quia incertum est quales processu temporis fient ipsi adolescẽtes ac iuuenes: imò experientia docet, quod paulatim potius corrumpũtur quàm perficiantur. Timeat ergo omnis põtifex deum, & nequaquam ex carnali amore, ex consanguinitatis affectu, ex aliqua cupiditate cõferat indoneis archidiaconatum, ne & seipsum & animas subditorum, ipsos quoque tanto officio indignos, grauissimis æternæ damnationis periculis implicet & exponat.

Eccl. 10.

Articulus XXXVI. De quibusdam malis per diligentiam episcoporum merito extirpandis, ex dictis doctorum.

ZElo domus dei accensus uenerabilis ille Cancellarius Parisiẽsis dominus Iohãnes de Gerson, in lib. suo de reformatione ecclesiæ, multas tangit abusiones, ad quarum reformationem & eradicationem tenentur pontifices. Itaque doctor ille inter cætera ait: Dici non potest quanta mala faciant illi scelerati exploratores criminum, quos promotores appellant, qui simplices & agrestes pauperculos uitam satis innocuam in tuguriis suis agentes, & fraudis urbanæ ignaros, sæpe in ius pro nihilo uocant: causas & crimina sedulo contra eos confingunt, eosque uexant, terrent, irritant, & ita eos per talia secum componere & pacisci compellunt. Quod si facere renuerint, crebris & quotidie repetitis citationibus eos supra modum infestant. Quòd si qualibet occupatione præpediti comparere destiterint, censura anathematis tanquam rebelles & contumaces feriuntur. Si uero perseuerauerint comparere, audientias eorum apud iudicum tribunalia impediunt, morasque & subterfugia dilationum & interlocutionum captant, quæ persacile in foris ecclesiasticis obtinentur, quatenus simplices illi sic longo tædio fatigati, cogant redimere pactione pecuniæ futuram uexationem atque impensam: sicque pro leui uel nullo delicto, pro exiguo debito, fit infinitarum cumulus expensarum. Insuper, quàm criminosum est, quod plerique sacerdotes curati & alii passim & publice tenent concubinas pro taxata summa pecuniæ seu ex certo & cõdicto pretio cum prælatis, & subditorum excessus & uitia, ac cuncta officia quæ solent præesse iudiciis, publice uendunt. Item, quod nullus ad clericatũ uel sacrum ordinẽ, seu ad quẽcunque ecclesiasticum gradum nisi mercede accedit. Ex eadẽ radice auaritiæ oritur illa tam copiosa uilium & indignissimorum sacerdotum multitudo: ut enim ex collatione sacrorum ordinum maiora lucra acquirant, uniuersos ad se uenientes faciliter ad ea quæ petunt, admittunt: nisi forte aliqui tanta egestate premãtur, ut ad dandum nil habeant, nec manus illorum collatione pecuniæ ualeant ungere. De transacta autẽ accedentium uita, moribus, fama atque scientia, nulla aut modica percũctatio est, cũ tamen multi illorum uix horas legere sciant. Itaque de omnium horum emendatione & reformatione prouideat præsul: nam & hoc contra iura esse probatur, quod archidiaconi à presbyteris focaristis sumunt pecunias, & illos in suis permittunt sedere sceleribus. Dicit enim in Decreto distinctione 90. Archidiaconi quamuis ex suo officio uitam clericorum diligenti examine debent inquirere, & ea quæ nouerint corrigenda episcopo nũtiare, censum tamen. i. pecuniã ab illis exigere prohibent. Hinc quoque in gestis Cabilonensis synodi continetur: In plerisque locis, ut dicitur, archidiaconi super presbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & censum ab eis exigunt, quod magis ad tyrannidem quàm ad rectitudinis pertinet formã. Sint ergo contenti regularibus institutis, nihil per cupiditatẽ uel auaritiã præsumẽtes. Præfata autẽ pecuniarum acceptio à focaristis etiã III. Decretaliũ prohibet. sed & Gregorius septimus loquitur: Siquis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum uel subdiaconorum in sua parochia pretio interueniẽte uel precibus, esse cõsenserit, uel cõmissam autoritate sui officii nõ impugnauerit, ab officio suspẽdat. Denique, sicut dñs Petrus de Alliaco in li. suo de Reformatione ecclesiæ scribit, Episcopi prouidere tenẽt, ut cõcilia prouĩcialia opportunis & præsi

De offic. archidiaco. c. ad hæc c. 95. d. c. diaconi.

præfixis celebrentur temporibus, quia in Toletano fertur concilio: Nihil pene mores disciplinæ ab ecclesia magis expellit quàm negligentia sacerdotum, id est, præsulum, qui cõtemptis Canonibus synodos facere negligunt. Porrò, prælati in synodis suis, & officiales in curijs suis non ad repletionem bursarum suarum, sed ad correctionem uitiorum & animarum salutem intenti sint. Exactiones quoq; pro sigillis & literis moderentur, pecuniariæ quoq; penæ tollantur, uel temperentur & ad pios usus notorie applicentur, nec pœna excommunicationis leuiter proferatur, litiũ etiam prolixitates quæ pauperes spoliant, & de iustitiæ suæ prosecutione faciunt desperare, rescindantur. Aduocatorum quoq; & procuratorum intolerabilis insolentia reprimatur: Hæc doctor præfatus. Amplius, in quibusdam territorijs uitiosissima consuetudo est, ut aliquo interfecto aut uulnerato, cognati eius se congregent & propria autoritate pergant ad ulciscendam iniuriam sui propinqui, sicq; alios in suis peccatis improuise occidunt aut lædere moliuntur, & non solum personam iniuriatoris, sed & quęcunq; de eius cognatione, quamuis sit innocens coram deo. Et interdum ipse qui alios quęrunt occidere, occidunt ab illis, & periculosissime moriuntur, ęternaliterq; damnantur: & ita ab utraq; parte regnant rancor & odium, ira, indignatio, amaritudo & alia multa pctã enormia. Tantum ergo abusum, tam pessimum usum, tot & tanta flagitia, homicidia, mutilationes, insidias totis uiribus extirpet dominus terræ: ne uniuersa facinora illa redundent in ipsum, & forefacta, faciat secundum iura emendari & corrigi. Postremò, cæteras detestãdas, irridendas atq; damnabiles nouitates, curiositates & uenustates uirorum ac mulierum, iuuenum & puellarum, præsertim nobilium in uestimentis & ornamentis, in nimia breuitate & strictitudine & apertura, in pretiositate, figura & superfluitate, studeat præsul toto posse suo eradicare, honestumq; medium obseruari in omnibus. Et in hoc seipsum exhibeat exemplarem.

Articulus XXXVII. Ex uerbis sanctorum, contra carnales & uitiosos prælatos.

Beatissima uirgo Maria in uisione cœlesti ad sanctam Brigittam dixit: Episcopi & prælati, de quibus nunc loquor, meretriciã & impiã ducunt uitam, & insatiabiles sunt ad cupiditatẽ tanq̃ uorago: bona q̃q; ecclesiæ prodigaliter & carnaliter cõsumunt ac largiuntur pro uoluptate immunda ac pompa, quorum peccata ascẽdunt in cœlum abominabilia coram deo, & cõtra meam orationem, sicut teterrimæ nubes contra splendidum cœli arcum: Sicq; prælati ac præsules qui pariter mecum deum placare deberent, iram dei contra se grauissime excitant, & perditionis occasio alijs fiunt. Tales in ecclesia dei non deberent exaltari, sed deprimi. Quicunq; ergo pro reformatione ecclesiæ uoluerit laborare, seq; ad hoc insufficientem esse cognouerit, ego regina cœlorum cũ choris omnibus angelorum ei in auxilium uolo uenire. Insuper, in alia uisione dominus & saluator ad sanctam Brigittam ait: Mali isti prælati meretricibus conformantur. Quid enim meretrix agit? Procax est in uerbis, leuis in moribus, instabilis corde, facie pulchra, uestimentis ornata, audax & inuerecunda, turpibus affectibus plena, gulosa, & uoluptatibus fœdis satiari non potest. Tales sunt isti, quorum os nunquam aperitur ad prædicandum: Nam tam carnales, leues, procaces & uitiosi existunt, quod etiã seculares hoies inde uerecundantur, & nec propria nec subditorum peccata deplorant, imò in curiositatibus, uenustatibus, superfluitatibus & uoluptatibus suis maledictis exultant. His sermonibus ueritatis consonat quoq; sanctus Bernardus scribens de pontificibus & prælatis: Quàm multi hodie qui animas regere susceperunt (q̃d sine grandi ac miserabili gemitu dicendum non est) Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem & mortem in fornacem auaritiæ conflant, & uertunt in turpem quæstum pretiumq; uniuersitatis, utpote sanguinem saluatoris marsupijs suis includunt. Hoc solo à Iuda traditore differentes, quod ille omne horum emolumentum denariorum numero triginta compensauit: isti uoraciori ingluuie ac maiori cupiditate lucrorum, pecunias quærunt & exigunt infinitas: his insatiabili desiderio inhiant, has amittere timent, & cum amiserint dolent: Animarum uero nec ruina curatur, nec salus exquiritur. Nec pietatem habent maternam: qui cum de patrimonio crucifixi fuerint incrassati, impinguati & dilatati, non compatiuntur super perditione animarũ subditorum suorum. Deniq; non omnes sunt amici sponsi uidelicet Iesu Christi, quos cernis præesse sponsæ, puta ecclesiæ. Pauci sunt ualde, qui non quæ sua sunt quærunt, diligũt munera, nec possunt simul diligere Christum, quoniam manus dederunt Mammonæ. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti uarietate tanquam sponsa proce-

Bernardus. Titum.1. Deut.32. Prouer.17. Isaiæ.1. Phil.2. Psal.44. Psal.18.

dens de thalamo suo. Nonne si quempiam talem repente eminus procedentem conspexeris, magis putabis sponsam quàm sponsæ custodem? Vnde uero existimas hanc rerum affluentiam illis exuberare, uestiumq́ splendorem, mẽsarum luxuriem, uasorum aureorum & argenteorum congeriem, ornamentorum pretiositatem, nisi de bonis sponsæ, id est ecclesiæ? Inde est, quòd illa spiritaliter pauper & inops ac nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida & exanguis. Propter hoc nõ est tẽpore isto sponsam ornare, id est, ecclesiam uirtutibus decorare, sed spoliare: non est custodire, sed perdere: non instruere, sed pro-
Zach. 11 stituere: non est pascere gregem dei, sed mactare & deuorare, dicente de illis domino: De-
Psal. 13. uorant plebem meam ut cibum panis. Et rursus: Peccata populi mei comedunt, & ad ini-
Osee. 4 quitatem subleuant animas subditorum. Quem dabis mihi de numero prælatorum, qui non magis inuigilet marsupijs subditorum euacuandis, quàm uitijs extirpandis? Leuiora loquimur, grauioribus eorum sceleribus grauius manet imminetq́ iudicium. Vtinam
Mich. 6. tam uigiles essent ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram, uigilarent utique solicite custodiendo atq; pascendo creditam eis dei sponsam ecclesiam: uigilarent etiam pro se ipsis. Parum est eis, quòd non custodiunt subditos, nisi & perdant eos: profundo quippe negligentiæ & carnalitatis somno demersi, ad nullum diuinæ comminationis expergiscuntur tonitruum, ut uel proprium expauescant periculum, perimentes simul & pereuntes: quoniam animas subditorum prauis occidunt exemplis, & illorum implicant se peccatis. Hæc Bernardus. Postremo, sancta & innocentissima uirgo Catharina de Senis, multa terribiliter scribit de his ex ore omnipotentis, hoc est, de enormibus & infinitis ecclesiasticorum peccatis, & prælatos ac sacerdotes carnales, lasciuos ac negligentes uocat sæpissime dæmonia incarnata, eorumq́ concubinas uocat diabolas, per quos prælatos & sacerdotes diabolus plures animas decipit atq; ad inferos trahit, quàm per proprios suos satellites dæmones tentatores, idcirco sunt odibilissimi deo.

Articulus XXXVIII. Quàm districte consueuit incontinentia sacerdotum & clericorum olim puniri.

VT luce clarius innotescat, ad quàm miserabilem & deflendam deformationem ac ruinam deuenerit modo ecclesia, in qua sacerdotes & clerici, data parua summa pecuniæ, permittuntur secure ac libere deseruire libidini, & suis turpissimis concubinis cohabitare, breuiter tangam quàm rigorose ac feruide consueuerat olim fornicatio clericorum castigari. Itaq; in sancta synodo Gangarensi fuit statutũ ac iussum: Presbyter si fornicationem fecerit, quanquam secundum canones apostolorum debeat deponi, tamen iuxta autoritatem beati Syluestri Papæ, si in uitio non permanserit, sed sponte surrexerit, decem annis pœniteat in hunc modum: Tribus mensibus à cæteris remotus confratribus, pane & aqua utatur à uespera in uesperam: diebus autem dominicis & præcipuis festis, modico uino & pisciculis ac leguminibus uescatur, sine carne & sanguine, & ouis & caseo. Sacco quoq; indutus humo adhæreat die ac nocte, misericordiam dei implorans. Finitis tribus mensibus continuis, exeat: in publicum tamen non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Postea aliquantisper uiribus resumptis, annum cum dimidio expleat in pane & aqua, exceptis diebus dominicis atq; præcipuis festiuitatibus, in quibus uino & carnibus, sanguine & ouis ac caseo iuxta canonicam mensuram poterit uesci. Finito autem primo anno cum dimidio, particeps fiat corporis & sanguinis domini, & ad pacem ueniat, id est, fratribus reconcilietur, ac psalmos cum eis ulterius in choro canat: nec tamen ad cornu altaris accedat, sed iuxta beati Clementis uocem, minora agat officia. Deinde uero usque ad expletionem septimi anni, omni tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto circulo septimi anni, si fratres apud quos pœnituit, eius pœnitentiam cõdignam laudauerint, episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti Papæ autoritatem, illum poterit reuocare. Sane sciendum, quia in secunda feria unum psalterium canendo, aut unũ denariũ paupibus tribuẽdo, si opus est, se redimere poterit. Finitis septẽ annis, deinde usq; ad finẽ decimi anni, sextã feriã nulla interueniẽte redẽptione obseruet in pane & aqua. Ecce ex his innotescit rigor eccl'iæ circa incõtinẽtes. Ex qbus etiã cõstat, q̃ uehemẽ-

tissime

tissime sancti patres & summi pontifices detestati sunt, & abhorruerunt omnem luxuriæ fœditatem in ministris altaris, & ad quantam iuris relaxationem uel potius dissipationem modo deuenerit status ecclesiæ. Veruntamen postea tempore procedente, quando ecclesia temporalibus bonis prouisa fuit, præfatus rigor pœnitentiæ incontinentium sacerdotum fuit relaxatus aliquantum atque mutatus in suspensionem à beneficio & officio, & in alias quasdam pœnas, prout in Decreto ac Decretalibus cõtinetur.

Articulus XXXIX. Quòd præcipua causa deformationis & ruinæ totius ecclesiæ est defectuositas & ruina prælatorum maiorum.

PRælati, præsertim pontifices dicuntur custodes & ductores gregis eis commissi. Quid igitur mirum, si oues errent, atq; à lupis infernalibus deuorẽtur, quando custodes & ductores earum per uitiorum deuia gradiuntur? Ideo ait Gregorius: Dum pastor per abrupta ac deuia graditur, grex in præcipitium cadit. Denique, inferiores libenter solent se conformare uoluntati superiorum suorum: ideo dum rectores iniqui sunt, subditi iniquitates eorum sectantur. Hinc Salomon protestatur: Rex impius, omnes ministros habet impios. Et in Ecclesiastico legitur: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Hinc etiam loquitur Ieremias propheta: Quia stulte egerunt pastores, & dominum non exquisierunt, ideo omnis grex eorum dissipatus est. Nam & Seneca ait: Nulla res animos ad mala procliues magis reducit ad recta & prouocat ad honesta, quàm præsidentium conuersatio uirtuosa: Paulatim enim descendit in pectora, & præceptorum uim obtinet frequenter audire frequenterq; aspici: & occursus ipse sapientium iuuat. Denique, prælati potissime præsules, sunt & esse tenentur curatores & medici animarum: quòd si animarum uulneribus mederi omiserint, quid mirum si animæ in uitijs perseuerent ac pereant? Ad episcopum autem pertinet totius suæ diœcesis generalis solicitudo & cura, præcipua procuratio & custoditio boni communis, correptio & correctio archidiaconorum, uisitatio collegiorum, emendatio officiatorum, & omnes inferiores prælatos atq; curatos suæ diœcesis purgare, illuminare, perficere. Dum ergo antistes ad carnalem & mundanam uitam dilabitur, nec animarum pericula intuetur, curat ac deflet, non est qui archidiaconos, decanos, collegia reprimat, corrigat & reformet: atq; deinceps omittitur iusta & debita uisitatio curatorum cæterorumq; sacerdotum, & ita uulgus omne in diuersa & magna peccata dilabitur. Hinc itaq; pensent episcopi, quòd summe necessaria sit eorum conuersatio uirtuosa & exemplaris ad reformationem totius plebis.

Prou. 19
Eccl. 10
Ierem. 10.

Articulus XL. An liceat episcopatum appetere.

IAm constat ex prædictis, quanta sit celsitudo & dignitas episcopalis officij, & quàm grande sit onus, quàm ingens periculum dignitatis atq; officij huius, ita quòd nemo, nisi sit uirtuosus, perfectus & sanctus, satisfacere possit debito huius officij, & digne exequi illud: quo patet, quanta sit insipientia & excæcatio hominum, qui ad episcopatum aspirant, & pro illo adipiscendo laborant aut litigant, aut etiam corporaliter præliantur: qui eo ipso quo tales sunt & talia agunt, ostendunt se episcopali dignitate prorsus indignos: imò nec ad archidiaconatum nec ad decanatum, nec ad aliquam ecclesiasticam dignitatem, nec ad beneficium curatum licet alicui ingerere semetipsum, cum & Apostolus fateatur: Nullus assumit sibi honorem, sed qui uocatur à deo tanquam Aaron, hoc est, nemo quantum in se est, debet sibi libenter proprio motu assumere ecclesiasticam dignitatem, cui à subditis magnus honor impenditur. Sed is quem deus elegit, id est, qui rite eligitur & absq; propria practica promouetur, ita quòd secũdum ordinem iuris non ualeat recusare. Verum homines excæcati, in uirtutibus non exercitati, nec in uera humilitate fundati, neq; diuini iudicij rigorem pensantes, in episcopali officio non attendunt nisi fastigium & honorem, potestatisq; eminentiam, famam, & temporalium affluentiam rerum, ad quorum omnium appetitionem incitantur ex suprapius carnali & priuato amore. Vnde quantum sub talium præsidentia deformetur & corruat, ac in sua deformatione & ruina inueterascat, perseueret ampliusq; tabescat ecclesia, nõ opus est scribere, cum in promptu sit oculis id uidere. Verũtamen obijciunt quidam tales, quod ait Apostolus: Qui episcopatum desiderat, opus bonum desiderat: cum tamen ipsi opus episcopalis officij non deside-

Hebr. 5
1. Timo. 3

rent,sed refutent:nec aduertunt q Apostolus dixit hoc, quando episcopi primi trahebantur ad amarissimas pœnas & acerbissimas mortes martyrij,ita quòd tunc in episcopatu nō poterat amari nisi opus bonum. Et quamuis Apostolus dixit: Qui episcopatum desiderat, opus bonum desiderat: non tamen asseruit,quòd bene desideret illud,id est, prudenter ac uirtuose. Veluti si läicus cupiat celebrare aut confessiones audire, bonum opus desiderat,sed non bene: Ideo cum dixisset Apostolus: Qui episcopatum desiderat, opus bonū desiderat: protinus uolens ostendere,quid requiratur ad hoc,quòd aliquis episcopatu sit dignus,& cum bene possit desiderare,adiecit: Oportet ergo episcopum irreprehēsibilem esse,sobrium,iustum,castum,doctorem &c. Itaq; aduertēdum,quia ut ait sanctus Thomas, In ep̄atu tria cōsiderantur in episcopatu tria possunt considerari. Primum est operatio episcopalis, per quam proximorum utilitati intendit episcopus,quòd est scientia & doctrina, oratione & exemplo ac bonæ famæ redolentia pascere subditos. Vnde saluator dixit ad sanctum Petrum, Pasce oues meas: Secundum est altitudo gradus seu dignitas autoritatis: Tertium est quòd annexum est his,utputa honor & reuerentia ac opulentia rerum. Appetere ergo episcopatum, quantum ad primum horum,uidetur præsumptuosum atq; incautum: Quamuis enim aliis uelle prodesse sit laudabile in se,tamen uelle prodesse,prout hoc est actus episcopalis officij,præsumptuosum censetur. Primo,propter annexam celsitudinem gradus: secundo, quoniam status episcopalis est status perfectionis acquisitæ,ad cuius dignam executionē exigitur uirtutum perfectio: Incautum autem & præsumptuosum apparet, quòd aliquis sentiat se in uirtutibus perfectum esse,nisi forsan ex reuelatione diuina hoc sciat. Desiderare uero episcopatum,quantum ad secundum,quod est altitudo ac dignitas gradus, est uitium elationis: Appetere autem episcopatum quantum ad tertium,scilicet reuerentiam & honorem,est ambitionis: sicut & cupiditatis est appetere episcopatum propter annexas diuitias. Hinc sancti & sapientissimi uiri Gregorius, Ambrosius & alij multi, uehementissime exhorruerunt pontificale & papale subire officium, & uarijs modis illud euadere ac subterfugere quęsierunt. Propter quod ait Chrysostomus: Quis sapiens uult sponte se tanto periculo subdere,ut det rationem pro tota ecclesia,nisi forte qui non timet iudicium dei?

Articulus XLI. An episcopi peccent mortaliter,bona ecclesiastica quæ eorum competenti sustentationi supersunt,non dando pauperibus: & an ad talium bonorum restitutionem sint obligati.

Commune uerbum est, q bona ecclesiæ & ministrorum ipsius, sint bona pauperum & eis debentur,ita q coram deo raptores sunt qui talia bona sibi usurpant, & retinent ultra q̄ eis necessarium est,similiter qui ea male expendunt. Hinc ad quæstionem qua quęritur,an clerici & pręlati qui bona ecclesię cōsumūt in usus illicitos,Raymundus & alij dicunt: Clerici & prælati qui consanguineis aut diuitibus,potētibus,histrionibus,meretricibus & consimilibus turpibusq; personis bona ecclesiastica tribuūt,raptores sunt: quoniam pauperibus debentur,& eis iniuste subtrahuntur: Ideo tales clerici & pręlati tenentur ad restitutionē oīm bonoꝝ illoꝝ,ita ut restituāt ea pauperib. uel in pios usus ecclesię. Et de hac re multa in Decreto habentur. Et quod dictū est de prælatis,qdam dicūt etiam de epis intelligendū. Veruntamen aduertenda sunt quę S. Thomas in scda scdæ de ista cōscribit materia,dicēs: Aliter est dicendū de proprijs bonis,quæ episcopi possidere possunt,et de ecclesiasticis bonis: Nam proprioꝝ bonoꝝ uerum habēt dominium: Idcirco ex ipsa reꝝ conditione non obligantur ut eas alijs conferant,sed possunt eas sibi tenere,& etiā alijs dare. Possunt tñ in eaꝝ usu & retentione peccare,uel propter inordinationē affectus,p quā contingit ut uel plura sibi conferāt seu reseruēt q̄ opus est: uel alijs nō subueniāt,prout requirit debitū charitatis: non tñ tenent ad restitutionē,qa hmōi bona sunt eoꝝ dominio deputata. Sed ecclesiasticoꝝ bonoꝝ episcopi sunt dispēsatores & procuratores. Dicit enī beatus Augustinus: Bona illa nostra non sunt,sed illoꝝ quoꝝ procurationē gerimus: nō ergo proprietatē illoꝝ nobis usurpatione dānabili uēdicemus. Porrò ad dispēsatorē exigit bona fides,cū dicat Apl's: 1.Cor.4. Hic iā quęrit inter dispēsatores,ut fidelis quis inueniat. Sunt aūt bona ecclesiastica non solū in usum paupeꝝ,sed etiā ad cultū diuinum,& ad necessitates ministrorum ecclesiæ expendenda. Vnde dicitur 12. quæstione. 2. De redditibus ecclesiæ uel oblatione fidelium, sola ex his una portio episcopo emittatur, duæ ecclesiasticis fabricis & erogationi pauperum ministrentur: ultima clericis pro singulorum meritis diuidatur. Si ergo distincta sunt bona quæ debent in usum episcopi cedere ab his, quæ sunt pauperibus & ministris & cultui ecclesiæ eroganda,& aliquid sibi

sibi retinuerit episcop⁹ de his quę sunt paupibus tribuenda, uel in usum ministrorum, seu clericorum, aut in cultū diuinū expendēda, nō dubiū quin contra fidelitatē boni dispensatoris agat, & mortaliter peccet, atq; ad restitutionē teneat. De his uero quæ sunt specialiter suo usui deputata, uidet eē eadē ratio quę est de ppriis bonis, ut scilicet p immoderatū affectū & usum peccet in eis, si immoderate ea sibi reseruet, & aliis nō succurrat ut exigit charitas. Si aūt ecclesiastica bona nō sunt pfato modo distincta, sic eorum distributio cōmittitur fidelitati episcopi: & si in modico deficiat aut supabundet, potest hoc excusari & fieri sine bonę fidei detrimēto, qa nō potest homo in talibus pūctualiter accipe id qd fieri oportet. Si uero sit multus excessus, nō potest latere, sed fidei bonę repugnat, ideo non caret mortali peccato. Hęc S. Thomas. Pręterea, de iure diuino est, ut bona iniuste acqsita restituant, nec aliter dimittunt pctā. Quę aūt Simoniace acqrūtur, iniustissime acqruntur. Si ergo (qd absit) psul aliqd Simoniace acqsiset, nō dubiū quin maxime obligaret restituere illud, nō uti q illi à q illud Simoniace acqsiuit, q Simoniace dādo aliqd ab epo acqsiuit, qa indignus est illud recipe: imò dign⁹ est, eo q taliter acqsiuit, priuari: sed paupibus dandū est, aut in alios pios usus ecclesiæ conuertendū, prout concorditer scribūt doctores.

Articulus 43. Introductio exemplorum, ex qbus patet q piculosum sit epale officiū.

Refert S. Hieronymus in Regula sua, q dum quidā uir iuuenis prudēs & uirtuosus fuisset electus in præsulem, prima facie distulit electioni cōsentire, & iuit ad quendā sanctū eremitā patruū suū, petens ab eo consiliū de agendis, & an deberet electioni suę prębere cōsensum. Cui eremita sanctus non uerbis, sed factis respōdit. Nā tabula quadam magna in altū erecta, præcepit iuueni suo nepoti, ut se super tabulā illam diu reuolueret: qd dum iuuenis uir ille diu fecisset, & quasi corruisset, de tabula descendit, ignorās quid patruus suus facto illo prętēderet. dixitq; ei eremita: Vade & age quod uis. Quo audito, iuuenis indignatus recessit, & iuit ad aliū eremitā, referens ei qualiter patru⁹ suus secū egisset. Tūc eremita ille exposuit iuueni rationem & significationē facti, qd patruus suus ei iniūxerat: quia p tabulam illam alte erectā, significabat episcopalis dignitatis sublimitas: per reuolutionē uero frequentē & piculosam sup tabulā illā, multitudo & inqetudo occupationū exteriorum epalis officii, ex qbus faciliter cadit epus in pctā. Quibus auditis, abiit iuuenis & electioni resignauit. Deinde post breue tempus defunct⁹ est, apparuitq; clara luce & hilari facie patruo suo, dicens: Gratias tibi ago pater, quia salubriter mihi consuluisti. Scias, quia si fuissem de numero episcoporum, iam essem & de numero damnatorum. Narrat Cæsarius, quòd in Clara ualle fuit quidam monachus ualde deuotus & prudens, qui in episcopum est electus. sed ipse electioni nullo modo uoluit consentire, neq; ad exhortationem sui Abbatis, neq; ad instantiam pręsulis acquiescens. Qui post breue tempus migrauit ad dominum. Paulopost apparuit uni fratrum sibi ualde familiari: à quo inter cætera interrogatus est, an inobedientia illa sibi in diuino iudicio nocuerit. Ad quod ille respondit, quòd non. addiditq;, Si episcopatum accepissem, essem æternaliter damnatus. Subiunxit etiam aliud uerbum terribile, loquens: Ad hoc deuenit iam status ecclesiæ, ut non sit digna regi nisi per episcopos reprobos. Veruntamen propt hoc uerbū nō debēt episcopi tēporis huius desperare, sed ualde timere: qm uerbum illud non est sic intelligendum, quòd uniuersi episcopi temporis huius sint reprobi, sed quòd multi. Nullus ergo ad episcopatum aspiret. Legitur quòd in urbe Turonensi fuit quidam archiepiscopus malæ uitę, contra quem sanctissimus præsul Martinus indignans, ultionem contra illum expetiit. Cumq; in eadem urbe uir quidam ualde deuotus more solito iuisset ad matutinas maioris ecclesię, & tempus matutinarum præueniens uenisset ad fores ecclesię, inuenit eas apertas, uiditq; lucem magnam in ecclesia fusam, & iudicē Christum sedentem ibi in throno. Et ecce sanctus Martinus aduenit cum multis sanctis episcopis, & præfatum archiepiscopum suum successorem indignū cœpit grauiter accusare. Citatus archiepiscopus, adductus mox uenit, pōtificalibusq; indut⁹ sedit in cathedra, & grauiter accusatus nihil potuit respōdere. Tunc iudex indignatus, percussit cathedram eius atq; euertit: quo facto, disparuit uisio. Statim igitur uir ille deuotus uenit ad archiepiscopi domum: & excitata familia, fecit uideri qualiter esset archiepiscopo: & accedētes ad lectum eius, inuenerunt eum repente ac miserabiliter mortuum. Timeāt ergo episcopi male uiuentes, ne sancti pontifices qbus succedunt, & in quorum cathedris sedent, indignentur aduersus eos, & uindictā expetant cōtra impietatē, carnalitatem, negligentiāq; ipsorum.

Recitatur in libro apū, quòd in Theutoniæ partibus fuit quidam episcopus carne illustris,

stris, sed uita & moribus uilis, qui primo uerecunde & occulte, deinde inuerecunde & aptissime uacauit luxurijs alijsq; diuersis peccatis, quem dominus pie ac multipliciter increpauit, sed ille in suis permansit sceleribus: ideo iuste relictus à domino, cum in quandã uillam uenisset, de sero eadẽ nocte ibidẽ defunctus est subitanea & infelicissima morte. Cũq; eadem nocte dominus Conradus Hildensemensis episcopus, uir per omnia uirtuosus, matutinas legisset, & resedisset ad studẽdum facturus sermonem in crastinum, repẽte raptus in spiritu, uidit episcopum quendam infulis insignitum, ad tribunal iudicis rapi, & à malignis spiritibus de diuersis uitijs acerrime accusari. Tunc iudex sanctis assessoribus suis dixit: Ferte de isto sententiam. Qui statim iudicauerũt eum æterna damnatione condignũ: quo facto, nigerrimi & atrocissimi dęmones omnia episcopalia ornamenta detraxerũt damnato, & nudum ac eiulantem cum clamore traxerunt in tartarum. Moxq; assessores iudicis surrexerunt ac cecinerunt, dicentes: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. His uisis, pręfatus uenerabilis pontifex ad se reuersus, cœpit anxie cogitare quisnã esset infelix ille episcopus, de quo uiderat ista: & ecce quidam adueniens cum lachrymis, recitauit prætactum uanum & infelicem episcopum de uespere ad proximam uillam uenisse, & ibi subito expirasse. Quo audito, pius ille antistes Conradus ex compassione amarissime fleuit. Fuit & alter archiepiscopus in Theutoniæ partibus turpiter uiuẽs, qui infelicissima morte defunctus est, quem uir quidam sanctissimæ uitæ uidit in spiritu condemnari, & animam eius à corpore miro cruciatu extractam principi dæmoniorum in inferno adduci & præsentari, quem princeps tenebrarum solenniter salutauit, dicendo: Bene ueneris domine archipræsul. & confestim poculum ante se positum obtulit ei, dicens: Bibe ecce de poculo meo, quoniam longo tempore fideliter & infatigabiliter mihi seruiuisti. quem potum archiepiscopus recusauit accipere, sed à ministris diaboli compulsus est eum gustare: & statim per os, aures, nares & oculos archiepiscopi sulphurea flamma erupit, & ita æterno incendio est immersus. Legitur in Reuelationibus sanctæ Brigittę, q in quadam ciuitate erat episcopus pulcher, diues, & seculari sapientia prudens, quem multi laudabant & honorabant tanquam circunspectum & uirum idoneum: ipse uero de donis dei & de laudibus suis fuit deo creatori suo ingratus, atque in seipso inaniter gloriabatur, pro laude quoq; & honore hominũ accipiendis multa largiter dedit & uane consumpsit. Episcopus iste habuit quendam deuotum & uirtuosum canonicũ, qui ipsum episcopum feruenter admonuit ad dignam sui officij executionem, episcopus uero non acquieuit. Qui paulopost expirauit, & diuino tribunali est præsentatus, quem dęmones crudeliter accusauerunt: iudex etiam examinauit eundẽ, cur & qualiter episcopatum assumpserat, quomodo animas subditorum edocuit, quam gratiarum actionem deo pro suis beneficijs exoluit. Cumq; infelix episcopus respondere non posset, locutus est iudex: Ponatur in capite eius fex pro infula, in manibus autem pix pro chirothecis, lutum quoq; in pedibus eius pro sandalijs, & pro camisia & linteo episcopali pannum meretricalem recipiat, pro honore suscipiat confusionem, pro lata familia habeat seruiẽtem dæmonum turbam. sicq; episcopus descendit in infernum æternaliter condemnatus, à quo iudex auertit oculos misericordiæ suæ, & omnes sancti cum eo. Ex his & consimilibus exemplis ostẽditur, quàm periculosum & graue sit episcopale officiũ: quàm item damnabile sit in illo se negligenter habere: postremo, q̃ damnabilissimum sit cum religiosis fœminis cõmisceri, patet specialiter ex terribili illa historia, quæ de Vdone episcopo recitatur.

Galat. 6.

Articulus XLV. Quòd episcopi tenentur aliquando celebrare.

QVamuis episcopi in exterioribus multipliciter occupentur, nequaquam tamẽ licet eis à celebratione penitus abstinere, imò nisi aliqñ celebrent missam, peccant mortaliter, etiam toties quoties exigẽte iustitia ac debito ordinis sacerdotalis merito celebrarent, & istud sanctus Thomas super quartum Sententiarũ efficaciter probat: Primo, quoniam dominus deus & saluator sacramẽtum eucharistiæ in cœna nouissima instituendo, sacerdotibus iussit: Hoc facite in meam commemorationem. Secũdo, qa qui habet in se ordinem sacrum, tenet exeq eũ & uti eodem, cum sacer ordo sit quædam ptãs ordinata ad actũ. Tertio, qm̃ ordo sacerdotalis directe respicit corp' Christi uerũ, nec respicit corpus Chrĩ mysticũ nisi ex consequenti. ideo q̃uis sacerdos nulli hoi teneret ex prelatione seu cõmissione uel subiectione, tñ tenetur Chrõ & deo patri, ut offerat ei sacrificiũ tam acceptũ. Quarto, qm̃ teste S. Gregorio, dũ crescunt dona, rationes crescunt donorũ. Cum itaq; data sacerdoti sit potestas nobilissima, reus negligentiæ & ingrati-

Matt. 26.

titudinis erit,nisi illa utat ad honorē dei & suā salutem,atq; ad subuentionē aliorū uiuorū ac mortuorũ,cū & beatissimus Petrus Apl'us dicat: Vnusquisq; sicut accepit grām,in alteru trum illā administrātes. Quinto,q̄a beatus Ambrosius loquēs ad deū,Graue est,inq̄t,ꝙ ad mensam tuā mūdo corde & manibus innocētibus nō uenimus:sed grauius est,si dū peccata metuimus,etiā sacrificiū nō reddamus. Verũ ut ait Cassianus, Multiplex est sup̄bia,& in diuersis hoibus diuersos habet effectus. Quidā nanq; ex quadā sup̄bia aspirāt ad sacerdotiū,atq; ad celebrandū corā frequentia populi. Alij uero ex quadā sup̄bia refugiunt sacerdotiū:uel si sacerdotes sunt,tñ celebrare abhorrēt & erubescūt:& isti sunt penitus excæcati & carnali prudētia obuoluti,nō attēdentes ꝙ sacerdotalis ptās sit ineffabiliter diuina,sup̄naturalis atq; dignissima:ꝙ itē celebrare & deo pr̄i offerre & sacrificare unigenitum dilectissimū filiū suū sit excellētissimus ac p̄clarissimus actus,qui nec angelis sanctis concessus est. Nullus ergo ep̄s q̄tumlibet nobilis carne,etiā si sit filius regis,putet se nimis magnū aut illustrē ad celebrandū,imò potius arbitretur se indignū ad tantū opus:& nihilominus om̄i cū diligētia ac conatu iugiter se disponat ad immolationē sacrificij tanti,q̄d adorāt etiā angeli sancti. Nam sicut in cæteris actibus bonis, ita & in isto diuinissimo actu tenetur episcopus se alijs exemplarē præbere, & p̄sertim in festis præcipuis.

Articulus XLVI. Qualiter p̄sul p̄ exercitia uirtuosa debeat iugiter ad deum confugere,ad impetrandū ab eo gratiā reformationis omni populo suo.

CHristus in euāgelio suo ait oībus cultorib⁹ suis:Sine me nihil potestis facere. Nihil em̄ possumus meritorie cogitare,desiderare,loqui aut agere sine sup̄naturali auxilio gr̄ę dei,actualiq; motione sp̄ūsancti,cū dicat Apl'us: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis,sed sufficientia nr̄a ex deo est. Et rursus testaf:Deus est qui operaf in nobis uelle & p̄ficere. Cum ergo homo non ualeat se ipsum deo acceptū ac placitū exhibere aut regere absq; auxilio gr̄ę gratū facientis,ac motione & directione sp̄ūsancti mentē misericorditer excitātis,multo minus sine adiutorijs istis potest & alios efficaciter gubernare ac deo placētes efficere. Ideo quāto episcop⁹ pluribus p̄ęest hoibus & magis differenter dispositis,tanto indiget maioribus & gratiosioribus oīpotentis dei subsidijs,unctionibus,directionibus,illuminationibusq; assiduis. Ideo omni hora sibi possibili debet toto cordis affectu ad uiscera misericordię benignissimi & superliberalissimi dei cōfugere,& ipsum dñm pro om̄i gr̄a sibi necessaria exorare, & gregē sibi cōmissum suo creatori ac saluatori fiducialiter cōmendare cū deuotissimis precibus & benedictionibus lachrymosis. Insuper,quāto plus uidet reformationē subditorũ suorū & cōdignā eorũ custodiā excedere p̄prias suas uires,tāto instātius & multiplici⁹ debet apud fontē pietatis ac gr̄æ laborare,ut ipse dignetur manū gratiosissimā indesinēter apponere, subditorũq; corda cōpungere,illuminare,conuertere,& oīa ad salutē necessaria ipsis conferre:pro quibus oībus impetrādis debet apud altissimū laborare,nō solū orando,sed etiā ieiunādo,abstinēdo,corpus suū flagellis,cilicijs & consimilibus castigādo,in cōpunctionibus & fletibus atq; oronibus pernoctādo. Hæc etem̄ exercitia ab episcopis & prælatis coram deo exhibita pro subditorũ conuersione,custodia ac salute,ineffabiliter placent deo, & magnę uirtutis sunt corā eo,ad impetrandū subditis gratiam ueræ conuersionis, quemadmodum etiam legitur de sancto & feruentissimo ac humilimo Hugone, Gratianopolitano episcopo,qui cum factus esset episcopus,inuenit populum suū miro modo deformatum,rudem & incultum circa dei obsequium,clerum quoq; omnino deordinatum atque collapsum,intantum quòd sacerdotes publice in facie ecclesiæ duxerūt uxores: qui uidēs se uiribus suis nequaquam sufficere ad reformandum,gubernandum & custodiendum sibi commissos,præfatis modis confugit ad deum,die ac nocte inuocans eum prostratus in terram,non parcens sibi in laboribus,ieiunijs,disciplinis, lachrymis & uigilijs. sic'q; infra breue tempus mirabilem fructum fecit in populo. Et sacerdotes cum clero cætero magnifice reformauit,cuius exemplo accendantur pontifices,eiusq; diligētiam ac feruorem sectentur. & ita dominator uniuersorum omnipotens,gloriosissime ac copiosissime ei aderit & astabit,ad laudem,gloriam & honorem nominis sui,qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Libri de uita & regimine præsulum finis.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM, LIBER VNVS.

IVDICIVM durissimum in his qui pręsunt, fiet. Quamuis in quo
Sapi.6 libet Christiano diligens ac profunda diuini iudicij consideratio
omnem seculi uanitatem, uniuersam carnis lasciuiam, cunctam in
super mentis ignauiam sufficientissime queat reprimere, prorsus
extinguere, iugiterq; contemnere, nihilominus in praesidentibus
consideratio haec idipsum tanto completius ualet & merito de
bet peragere, quanto prae caeteris districtius iudicabūtur, atq; in
tolerabilius, si carnales aut negligentes extiterint, damnabūtur.
Nempe tot mortibus, tot aeternis condemnationibus digni sunt,
quot ex eorum negligentia carnali, scandalosaq; uita animę pereūt. Ideo dixit Chrysosto-
mus: Quis est qui pręlationem desiderat, aut curam animarum accipere non ueretur, nisi
Hebr.10. qui non timet iudicium dei, neq; perpendit quàm horrēdum sit incidere in manus dei ui-
uentis. Propterea quatuor nunc rationes occurrūt, propter quas in praesidentibus ac prę
latis durissimum Christus iudicium exercebit. Prima est, quia illorum peccata sunt graui-
ora. Etenim quo gradus sublimior, eo ruina est maior. Hinc Hilari9 Papa, Maiori (inqt) re-
25. quaesti.1. c.nulli fas. atu delinquit, qui honore fruitur potiori, & grauiora facit uitia peccatorū sublimitas pec
40.dist c.Homo Christianus. cantium. Chrysostomus quoq; disseruit: Homo Christianus fortiter cadit, aut propter ma
gnitudinem culpae, aut propter altitudinem dignitatis. Secunda est, quia pro pluribus, ut
Hebr.13. puta pro uniuersis subditis & commissis, daturi sunt rationem, quēadmodum ipsemet iu-
dex in euangelio protestatur: Cui multum datum est, multū requiretur ab eo: & cui plus
commendatum est, plus requiretur ab eo. Tertia est, quoniam pluribus nocuerūt eorum
peccata. Siquidem quo amplioris sunt dignitatis, ac pluribus pręsunt, eo ex uita ipsorum
iniusta plures scandalizantur: sicq; honorificentia dei plus minoratur, imò & maior omni
potenti contumelia irrogatur, pluresq; animae creatori proprio subtrahuntur. Propterea
sancto testante Gregorio, A nullo tantum Christus patitur damnum, ut ab indignis negli
gentibusq; pręlatis. Et denuo ait: In imitationem culpa uehementer extenditur, dum pec
cator ob suae pręlationis eminentiam honoratur. Deniq; ut beatus loquitur Augustinus,
Qui in conspectu populi impie agit, potissime qui in praesentia subditorum aut eis scien-
tibus publice male uiuit, quantum in ipso est, tantos spiritaliter perimit, à quantis conspi-
citur aut carnaliter conuersari cognoscitur. Quarta est, quoniam rigorosius damnabūtur
& acrioribus adijcientur supplicijs, quod ex dictis satis reor patere. Idcirco in libro Sapiē
Sapi.6 tiae habetur: Exiguo conceditur misericordia, potentes aūt potenter tormenta patiētur.
Districtio ergo diuini iudicij praesidentibus uniuersis iugiter est pensanda, ut non dunta-
xat uanitates elationis, dissolutiones cordis, inquinationes'q; corporis uitēt, uerum etiam
timorati semper humilesq; consistant. Hinc ait Gregorius: Magnopere curandum est, ut
qui regendis hominibus pręfertur, apud se in secretario mentis in sede pręsideat humilita
tis. Cumq; iudicanti ei à caeteris foris assistitur, incessanter aspiciat, cui iudici ipse tandem
de his iudicandus assistet. Penset ergo, quia ad satisfaciēdum districto iudici de anima tan
tum sua uix sufficit: & quot subditis praeest, tot quasi animas iudicij tempore solus habet:
quae cogitatio si quotidie mentem excoquat, omnem superbię punit tumorem, atq; acce-
ptam potestatem reputari onus facit potius quàm honorem. Itaq; imaginatio huius iudi-
cij sic quemlibet terreat praesidentem, imò unumquemq; fidelem, quomodo terruit sanctū
Hieronymum contestantem: Quoties diem illum considero, toto corpore contremisco. si
ue enim comedo, siue bibo, siue aliud aliquid facio, semper uidetur tuba illa terribilis sona
re in auribus meis: Surgite mortui, uenite ad iudicium. Eodem quippe protestante docto
re sanctissimo: Iudicaturo domino, lugubre mūdus immugiet, & tribus ad tribum pecto-
ra feriet. potētissimi quondam reges nudo latere palpitabunt. adducetur cum suis stultus
Plato discipulis. tunc Aristotelis argumenta non proderunt, cum uenerit ille filius paup
culae quęstuarię iudicaturus fines terrę. Deniq; in hora iudicij totus mūdus stabit in igne
conflagrationis, reprobos exurentis, qui in tantam se tunc altitudinem creditur extensu-
Gen.7. rus, in quantam se aquae extulerūt diluuij, quae (ut in Genesi legitur) quindecim cubitis la

tio

tiores fuerũt mõtibus excelsis. Quẽadmodũ uero tres pueri in igne camini Chaldaici nõ Dani.3.
senserũt illæsi, sic ignis ille cõflagrationis corporibus electorũ nil inferet pœnæ. Tũc Chrs iu Matth.25.
dex residebit in aere, uniuersaq; agmina angelicorũ spirituũ astabũt in forma uisibili. siqui Lucæ.21
dem teste Gregorio, uisibiliter apparebũt. Qđ si uni⁹ angeli apparitio sensibilis, tam intolerabilis est fragilitati hũanæ, q̃ intolerabilis & horrẽda erit tũc reprobis oĩm supmundanorũ uisibilis apparitio animorũ, ꝓsertim quũ instar Chri ualde terribiles apparebunt damnãdis. Huius demũ ueritas dicti cõstat ex eo, q̃d Daniel ꝓpheta ait ad angelũ sibi uisibiliter apparẽtem: Dñe, in uisione tua dissolutæ sunt cõpages meæ, & emarcuit sed & halitus me⁹ intercludit, & nihil in me remãsit uiriũ. Præterea, ut ibidẽ habet, sctũs ille propheta ꝑ uisionis illius pauore in terrã collapsus, facie telluri adhærẽs, loq nõ potuit. Si angelica uisio in seculo isto sic terret, prosternit ac deijcit etiã iustos, q̃liter in extremo iudicio pterrebit iniustos? Iacebũt ergo tũc reprobi in terra, quã amauerũt, cũ fœdissimis suis corporib⁹ teterrimis atq; grauissimis, q̃ turpiora ac horribiliora tunc erũt, q̃ dũ in sepulchris fuerũt à uermibus semicorrosa. Aderit tũc dæmonũ q̃q; oĩs illa atrocissima desolatoriaq; phalãga uisibilit parẽs, ac reprobos acerbissime inenarrabiliterq; suo aspectu pterrẽs atq; affligẽs. Presens tũc erit oĩne genus humanũ, singulorũq; uita singulis innotescet, ut iustissimũ dei iudiciũ cũcti simul agnoscãt. O q̃d desolationis atq; angustiæ, q̃d calamitatis & pœnę tũc erit damnandorũ infelicissimæ turbæ. Tũc plane, sicut in Iob scriptũ est, angustia uallabit Iob.15. impiũ, sicut regẽ qui paraſ ad præliũ. Cernet eqdem uitiosi in æterna Acherõtis supplicia se protinus ruituros. Mox nãq; ꝓlata sentẽtia, Ite maledicti in ignẽ ęternũ, aperiẽs terra os Matt.25 suũ, deglutiet eos, corruẽtq; in lacũ opti humo: q̃m iuxta sacratissimi Isaię oraculũ, congre Isaiæ.24 gabunſ cõgregatione unius fascis, & claudenſ incarcere, haud dubiũ q̃n infernali ac ęternali, in q̃ cũ despatione mœstissima detinebunſ sine fine torquẽdi. Postremo, deuoto atte stãte Anselmo, in illa iudicij hora erũt à dextris pctã nos accusantia, à sinistris innumerabi Anselmus lis dęmonũ turba ad accusandũ prõptissima, subtus horrẽdũ chaos inferni, suprà apti sciſ siq; cœli: in aere iudex irat⁹, foris mũdus ardẽs, intus consciẽtia urens. Vbi iustus uix salua 1.Petr.4. bit, heu pctor infelix sic dephẽsus q̃ abscõdet? Impossibile erit fugere & latere, atq; intolerabile apparere. Tũc reuelabũt cœli iniqtatẽ prauorũ, & terra aduersus eos consurget, pugnabitq; ꝓ deo orbis terrarũ cõtra insensatos, q creaturis magis q̃ creatori insipiẽtissime ac Rom.1. puersissime inhęserũt. Idcirco de furore oĩpotẽtis ęternaliter bibẽt, de q̃bus p Ezechielẽ ꝑ Ezec.22 dixit: Ecce cõplosi manus meas sup malitias uras, & cõflabo & cõgregabo & succendam uos in igne furoris mei, & cõflabimini in medio eius sicut conflaſ argentũ in medio fornacis. Videtes hęc reprobi, turbabunſ timore horribili, ingemiscẽtes prę angustia spũs, & dicentes: Errauim⁹ à uia ueritatis, & iustitię lumẽ non luxit nobis. Itaq; hui⁹ cõsideratio iudi Sapi.5 cij, q̃d in his q ꝑsunt, durissime fiet, oẽm solicitet pręsidentẽ ad sui executionem officij dili Sapi.6 gentẽ, ad conuersationẽ corã deo timoratã ac iustã, corãq; hoĩbus exẽplarem. Quòd si extremi cõsideratio iudicij min⁹ terret q̃si lõgius distãs, ꝑpẽdat se ꝓtinus cũ de corpore isto exierit, districtissime iudicãdũ. Hęc de archidiaconat⁹ officio paucis scriptur⁹ tetigerim, ut illud diligẽtius exerceat ac iustius, ꝓsertim ab his q̃rũ intuitu & amore hęc conscribuntur.

Articulus I. De actibus, qui secundum iura ad archidiaconos pertinent.

VT archidiaconi in iure periti quod habitualiter sciunt, actu aduertãt, cæteri uero quod non sciunt agnoscant, omnes autẽ ad quod se nouerint obligatos adimpleant, in primis ad quæ archidiaconi ex iure teneantur, cõmemorabo Porro Raymundus in Summa sua de archidiaconorum officio inquit: Idcirco nõ prosequor, quoniam circa eorum potestates & officia fere quot sunt ecclesiæ, tot sunt cõsuetudinum uarietates. sed nunc ad quæ secundum iura obligentur, tangendum est. De hoc primo Decretalium scribitur: Archidiaconus post episcopum sciat se uicarium eius, De offic.archidiac.c.1. puta episcopi, esse in omnibus, & omnem curam in clero, id est clericorũ, tam in urbe positorum, quàm eorum qui per parochias habitare noscuntur, ad se ptinere: siue de eorũ conuersatione, hoc est, qualiter cõuersentur, siue de honore, an scilicet supioribus suis debitã obedientiã reuerentiãq; impendãt, uel iuxta dignitatẽ sacerdotij sui decenter se habeãt, aut à suis subditis debite honorenſ. Veruntñ pro honore, aliqui legũt pro onere, ut sit sensus, q̃d ad archidiaconũ ptinet pscrutari, an clerici ei subiecti, potissime sacerdotes cũrati, on⁹. i. debitũ sui officij efficaciter exequãſ. Sequiſ in textu: Et restauratiõe ecclesiarũ: q̃a & hoc ad archidiaconi ptinet curã, prouidere ut ecclesiæ suæ parochię dũ opus est instaurẽtur, siue doctrina ecclesiasticorũ. i. clericorũ, q̃liter instruãt populũ de ptinẽtib⁹ ad salutẽ &

cæterarum rerum studio, ad quas archidiaconi iurisdictio se extendit, & delinquentiũ rationem coram deo redditurus est, id est, rationem reddere exigetur pro delinquẽtibus sibi commissis: & pro illorum punietur peccatis, nisi pro ipsorum emẽdatione fecerit quod in se est, siue quod suũ requirit officium: & ut de tertio in tertiũ annũ, si episcopus non potest, parochiam uniuersam circumeat: & cuncta quæ emendatione indigent, ad iudiciũ .i. iuxta dictamen ac discretionem sui episcopi corrigat & emendet. Circa hæc loqtur Glossa, ꝙ uisitatio ista de triennio in triennium intelligenda est, quãdo archidiaconus ex mandato sui episcopi uisitat uniuersam parochiam siue diœcesim. Nihilominꝰ propriam suam parochiam uisitare debet singulis annis, uel pluries, si expedit. Ex hoc quoq; quod dicit hic, Corrigat, Glossa concludit, quòd archidiaconus habet coercitionem .i. uim coerciuam ac iurisdictionem, quod etiam sanctus Thomas in libro de perfectione uitæ testatur, affirmans ꝙ curam habeat animarum. Sequitur in textu ex cõcilio Toletano: Officium archidiaconi est, euangelium quando uoluerit legere, uel alicui de diaconis præcipere, ut scilicet illud legat: & quando episcopus Missam canit, ad iussionem illius induãt se Leuitę uestibus sacris: & qualiter cum pontifice ad Missam procedant, ad archidiaconum dispone re pertinet. Omne ecclesiasticum officium prę uidendo, lectiones & respõsoria in matrice ecclesia dare debet & auscultare, in tantum, ut nullus euangelium aut epistolam, responsorium aut quamlibet in ecclesia lectionem legat, donec auscultetur ab ipso. Acolythos ꝗ ꝙ ordinat, quis eorum candelabra, quis turibulum deferre, quis'ue minorũ officia aliqua in ecclesia agere debeat. Insuper Gregorius Calomitano archidiacono scribit: A te districte quæremus, quia uel propriæ ecclesiæ uel de diuersis ecclesiis cimelia sunt collecta, ut sub omni solicitudine & fide seruentur: & si quid ex eis ex negligentia uel quacunq; fraude deperijt, tu hoc reatu astringeris, qui per archidiaconatus ordinem .i. officiũ custodiæ eiusdem ecclesiæ arctius deputaris. Cimelia, sunt uasa ecclesiæ, quorum custodia secundum Glossam ad custodem siue thesaurarium pertinet. sed consuetudo attenditur. Nam ubi thesaurarius non est, ad archidiaconum (ut hic dicitur) spectat. Papa Alexander tertius Helienensi scribens archidiacono, ait: Quoniã obtentu alicuius (non præscriptę secundum Hostiensem) consuetudinis non debes contra sanctorum patrum institutiones uenire, & quod ad tuum non spectat officium uendicare, mandamus ut nemini sine licentia & mandato episcopi, curam præsumas committere animarum. Idem Papa Cantuariensi archiepiscopo & cuidam scribens abbati, Mandamus, inquit, quatenus prohibeatis Cistrensi archidiacono, ne ad ecclesias sui archidiaconatus uisitãdas nisi semel in anno accedat, nisi forte talis causa emerserit, propter quam ipsum præfatas ecclesias sæpius uisitare oporteat. Amplius, Innocentius III. scribens cuidam, Consuluisti nos, ait, quid ad officiũ archidiaconi debeat pertinere, & per quę atq; in quibus per ipsum cura solicitudinis episcopalis debeat releuari. Et nos prout possumus respondemus: Archidiaconus secũdum statuta beati Isidori, imperat subdiaconibus & Leuitis: parochiarum solicitudo & earum ordinatio ad ipsum pertinet: & audire debet iurgia singuloꝝ. Archipsbyteri q decani à pluribus appellanť, eius iurisdictioni se nouerint subiacere. Secundũ uero Romani ordinis cõstitutionem, maior post episcopum & ipsius uicarius inuenitur, omnem solicitudinem & curam tam in clericis quàm in ecclesiis eorum, prout melius secundum deum poterit impendẽdo, cum super his sit redditurus rationem in districti iudicio examinis. Item in epistola beati Clementis Papæ, oculus episcopi archidiaconus appellatur: ut loco episcopi ꝑ episcopatum prospiciens, quæ corrigenda uiderit, corrigat & emendet, nisi adeo fuerint ardua negotia, ꝙ absq; maioris .i. episcopi sui pręsentia nequeant terminari. Examinatioq; clericorum, si fuerint ad sacros ordines promouendi, spectat ad ipsum: & ut qui beneficiis ecclesiasticis pręficiendi fuerint, à suo prius examinẽtur archidiacono, & ꝑ ipsum postmodum episcopo præsententur. Hæc & alia quædam præallegato Decretalium loco habentur, quoꝝ intelligentia infrà clarius effulgebit.

De offic. archidiac. c. Vt archiaconus. 25. distin. c. Vnũ orariũ. De offic. archidiac. Officiũ ca. Perfectis. 25. distin. De offic. archidiac. c. Ea quæ. cap. Ea quæ. de offi. arch. in Glossa. De off. archidiac. cũ satis. Extr. c. mandamꝰ. de offic. archidia. Ca. ad hæc. ut ꝗ supra C. ad nostrã de of. archid.

Articulus II. De eadem materia ex Decreto.

SAnctus Isidorus doctor ac Hispalẽsis episcopus, distinctione XXV. actus ad archidiaconum pertinentes compendiose perstringit, cuius sententia pro magna parte in præcedenti est expressa articulo. Itaq; ait: Archidiaconus imperat subdiaconibꝰ & Leuitis, ad quem pertinent mysteria ista: Ordinatio uestiẽdi altaris à Leuitis, cura incensi & sacrificij necessaria solicitudo, quis Leuitarum ad populum euangeliũ legat, quis preces dicat seu responsoria in dominicis aut solennitatibus decantet: solicitudo ꝗꝗ pa-

25. dist. c. Perfectis. & ca. Vnũ orariũ.

parochiarū,& ordinatio & iurgia ad eius pertinent curam pro reparandis diœcesanis basilicis suggerit sacerdoti,id est episcopo. Ipse inquirit, id est uisitat, parochias cum iussione episcopi, & ornamenta uel res basilicarum uel parochiarum, gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo refert: collectam pecuniam de communi, id est de oblationibus accipit & episcopo defert, clericisq; distribuit proprias partes. Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum. Ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieiuniorum dies atq; solennitates, & ab ipso publice in ecclesia prædicantur. Quādo archidiaconus absens est, uicem eius diaconus sequēs adimplet. Hæc sanctus Isidorus Papa. Præterea in epistola sancti Clementis habetur: Diaconi ecclesiæ sunt tanquam oculi Episcopi oberrantes, & cum uerecundia undique circunlustrantes actus totius ecclesiæ, & perscrutantes diligentius si quem uiderint uicinū præcipitio fieri, & proximum esse peccato, ut referant hęc ad episcopum, ut reuocet talem ne corruat. Negligentiores ipsi diaconi admoneant & hortentur his uerbis, quæ pene oīa distinctione quadragesimatertia scripta sunt. Ibidē adiungitur: Episcopo suggerere quæ ad cultum ecclesiæ & disciplinam eius pertinent, diaconibus cura sit. Istud de archidiaconis sumitur. Itaque ex præinductis colligitur, quòd archidiaconorum officium est, in regimine diœcesis episcopo præcipue astare, cooperari, solicitudinemq; in cunctis impendere, ita tamen, ut unusquisq; archidiaconorum circa partem diœcesis sibi specialiter deputatam atque commissam, singularem ac fidelissimam charitatem diligentiamq; demonstret semper ac impleat, prouidendo, satagendo, totisq; uiribus procurando, ut deo ibidem decenter ac debite seruiatur: quod fit, dum sacerdotes curati & eorum uicarij ac clerici, iuxta apostolica documenta atque sanctorum patrum statuta uirtuose & exemplariter conuersantur, & gregibus sibi commissis pastoralis officij debitum rite impendunt, prout hęc infrà distinctius sunt tangenda.

25.distin. c. Perlectis.

93.dist.c. Diaconi.c.sacerdotes.c.nulla fere p tot.

Articulus III. Quàm exemplaris ac uirtuosa debeat esse conuersatio archidiaconorum.

EX præinductis iam cōstat, quemadmodum in ordine ecclesiastico post episcopos archidiaconi mox sequuntur, qui & episcoporum uicarij præcipui perhibentur. Sicut itaque episcopis archidiaconi in ordine ecclesiasticæ hierarchiæ uiciniores existunt, ita eisdem in charismatibus gratiarum, perfectionibusq; uirtutum similiores consistere debent, iuxta Philosophicum illud: Quod est alicui propinquius, debet eidem esse similius. Porro episcoporum est, in omni uirtute esse iam cōsummatum. quemadmodum etenim status religiosorum est status perfectionis acquirendę, sic status episcoporum est status perfectionis acquisitę, siue per infusionem adeptæ. Vnde sicut religiosorum est ad perfectionem quotidie tendere, ita episcoporum est in omi uirtute perfectum existere, ut sint uiri prorsus heroici ac cœlestes. Nam & in consecratione sua ad utriusque uitæ exercitia perfecta solenniter se astringūt, ac districtissime obligant. Ideo tam in actibus uitę contēplatiuę, q̄ in opibus uitę actiuę perfecti debent cōsistere. quę oīa in Decreto atq; in Summis ac scriptis doctorū, potissime Alexandri de Hales, sancti Thomæ, Alberti Magni, Bonauenturę ac cæterorū, plenissime cōmentur, multipliciterq; probant. Quāuis ergo archidiaconi in pfectionis statu non sint, ut in libro de perfectione uitæ Thomas efficaciter probat, nihilominus quanto præ cęteris ordini episcoporū propinquius annectuntur, tanto eisdē in prętactis uirtutum excellentijs atq; operibus cōformiores esse debere cēsentur. Insup, sicut prehabitū est, archidiaconi nedū sacerdotibus curatis, sed ipsis demū archipresbyteris præficiūtur, ita q sup illos iurisdictionē sortiti sunt: ergo & in uirtutum operibus perfectioneq; uitæ, debent eisdem proportionabiliter pręfulgere, ut tanto sint pfectiores in conuersatione, quanto sublimiores in prælatione ac administratione & iurisdictione, præsertim cum sancti doctores id unanimiter protestentur, iuxta mensuram & gradū prælationis & iurisdictionis, oportere esse mensuram & gradū uirtutum ac perfectionis, ut tanto sit quisq; uirtuosior in uiuēdo, quanto sublimior præsidendo. Alioquin ad condignā suorū executionem actuū non erit idoneus. Ideo asserit Gratianus: Reuera qui ad hoc eliguntur ut præsint cęteris, sicut pręordinantur dignitate, sic pręeminēre debent & sanctitate. Alioquin, cur cęteris pręferuntur, qui meritis nō pręfulgent? Symmachus quoq; Papa fatetur: Vilissimus computādus est, nisi pręcellat scientia & ætate, id est, uitę morūq; probitate, qui potior est honore. Hinc deuotissimus ille Bernardus sancto scribens Papę Eugenio, Absq; uirtutibus (inquit) tāto es deformior, quāto in dignitate illustrior. Prępterea, archidiaconorū pręcipuū opus est, sui archidiaconatꝰ uisitare curatos &

40.distin. c. Oportet. & c. nos q præ. 1.q.1.c. uilissimus.

Bernardus 2. de Cōsideratione.

eorum uicarios. Ergo purgare, illuminare & perficere habent illos, imò si culpa requirat, reprehendere, iudicare atq; punire eos tenentur. Grandis itaque sapientiæ splendor, discretionis uigor, iustitiæ rigor, constantię tenor, charitatis feruor, exercitatioq; uirtutum archidiaconis necessarij agnoscuntur, ut actus ita sublimes ac deiformes peragere queant. Amplius, iuxta beati Isidori documenta, ad archidiaconum pertinent solicitudo ac ordinatio parochiarum & iurgia, id est, iurgiorum sedatio: ac ut asserit Decretalis, clericorum tam in urbe manentium quàm in parochijs positorum ad illum pertinet cura. Sed hæc idonee prosequi, & in tot occupationibus, in tot inquietudinibus solicitudinibus'q; constanter persistere, in deuotione manere, ab æquitatis tenore non cadere, neque à debita spiritualis conuersationis synceritate deficere, non mediocris plane est perfectionis, sed arduum prorsus, magnum & altum. Ingens igitur charismatum affluentia diuinorum, generosa directio spiritussancti, uera stabilitas mentis, iugis ac timorata cordis custodia, archidiaconis necessariæ sunt. Hinc Chrysostomus in quinto sui Dialogi libro ait: Si aliquem mihi talem adducas monachum, qualis (ut secundum exaggerationem loquar) fuit Helias, tamen quamdiu solus est, & si non perturbetur, nec grauiter peccet, quippe nō habens quibus stimuletur atque exasperetur, non tamen illi comparandus est, qui traditus populis & multorum ferre peccata compulsus, immobilis perseuerat ac fortis. Et rursus ibidem: Si quis (inquit) proponeret mihi optionem, an mallem deo placere in officio sacerdotali scilicet & pastorali, an in solitudine monachorum, incomparabiliter eligerem id quod prius dixi. Hæc autem allego, non quo uelim asserere archidiaconos presbyterosq; curatos in statu esse perfectiori quàm religiosos, præsertim quum archidiaconatu & cura relictis religionem licite intrent, sed quòd difficilius fit in archidiaconatus officio idonee se habere. Postremo quo pluribus archidiaconi pficiūtur, eo exēplariores esse tenent quo item uirtuosiores exemplarioresq; consistere astringuntur, eo uitiosiores ac damnabiliores existunt, nisi iuxta suæ exigentiam uocationis, digne deo studeant conuersari, atq; officij sui debitum adimplere.

De off. archi diaco. ca. Ad hæc. & c. Vt nostrum.

40. dist. c. Illud aūt. & c. Multi. Ephe. 4. Colo 1.

Articulus IIII. Elucidatio particularior de uirtutibus & uirtutum pfectionibus, ad quas archidiaconi obligantur.

1. Timo. 3. Tit. 1.

QVibus decorari uirtutibus oporteat præsulē, Timotheo ac Tito episcopis scribens docet Apostolus: Oportet (inquit) episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non uinolentū, non percussorem, nō litigiosum, non cupidū, suę domui bene præpositū, nō superbum, non iracundū, nō turpis lucri cupidū, sed benignū, iustum, sanctū, continentē, & recte tractātem uerba ueritatis. Porro ut Augustinus Ambrosiusq; testant, oīa hęc ad sacerdotes etiā ptinent, psertim curatos, atq; de eis secundū intentionē Apłi intelliguntur. Siquidem descripto quales debeāt esse episcopi, mox de diaconibus subdit Apostolus, quales esse debeant instruens, nullā de presbyteris mentionem faciēs specialem. Hinc ille doctissimus Gratianus in Decreto, à distinctione 24. usq; ad primę causę exordiū, pinducta Apostoli uerba exponēs, sic ea interpretatur, ut non duntaxat episcopis, sed sacerdotibus quoq; ipsa doceat conuenire. Veruntamen excellentiori modo perfectioriq; gradu, prætacta ad episcopos pertinent. Cum itaq; iuxta prędicta non solum curatis, sed archipresbyteris quoq; prę sint archidiaconi, constat φ uirtutes in uerbis Apostoli tactæ, pertineāt ad eosdem, non solum perfectius quàm ad plebanos, imò etiam q̄ ad archipresbyteros. Oportet ergo archidiaconos post excellentias uirtutū istarū ad antistitem pertinētes, eminenter ac singulariter esse irreprehēsibiles, sobrios, moribus adornatos, prudentes, pudicos, iustos, sanctos, continentes, &c. intantum, ut de plenitudine sua uniuersis suæ iurisdictioni subiectis ualeant cōmunicare, influere, elargiri, atq; presbyteros à prefatis uirtutibus deficientes, ad eas inducere. At uero ad quantum uirtutum apicem teneantur archidiaconi, ex his quæ in principio tertij Decretalium, titulo de uita & honestate clericorum, scribuntur, faciliter demonstratur. Ibi equidem ab omni libidinis uitio, ab omni auaritiæ nota, ab omni ebrietate & crapula, ab officijs atque commercijs secularibus districtissime prohibentur, ubi & inter cætera legitur: Monasteria monialium si quisquam clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare præsumpserit, per episcopum arceatur: & si non emendauerit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Clerici arma portantes & usurarij excommunicentur. Ad aleas & taxillos non ludant, neque huiusmodi ludis intersint. Alia demum plurima ibi habentur de curiosita-

te,

te superfluitate, pretiositate, mundanaq; uanitate ac pompositate uitandis in uestimentis ac ornamentis, & ne uestibus uiridis rubei'ue coloris utantur. Cum itaq; super eos quibus hęc praecipiuntur, archidiaconi iurisdictionem praesidentiamq; sortiti sint, rite concluditur, q eminenter haec omnia debeant adimplere, seq; adimpletionis exemplar ac obedientiae formam caeteris exhibere, ut ad horum obseruantiam subditum clerum inducere efficaces sint & condigni, ne eis rite dicatur: Medice, cura teipsum. &, Qui aliũ doces, teipsum Luc. 4.
non doces. Postremo, idem ostenditur ex his, quae sanctus doctor ac praesul Isidorus de Rom. 2.
conuersatione ad sacerdotes atque canonicos & clericos pertinente conscribit, & distinctione uicesimatertia introducuntur hoc modo: Lege sanctorum patrum continetur, ut sacerdotes & clerici siue canonici, à uulgari & seculari uita seclusi sint, seq; à uoluptatibus mundi abstineant: non spectaculis, non pompis intersint, conuiuia publica fugiant: priuata non tantum pudica, sed etiam sobria colant. usuris nequaquam incumbãt, nec turpium occupationibus, lucrorum'ue fraudibus. Amorem pecuniae quasi materiam cunctorum criminum fugiant, secularia officia atque negotia abnuant, honoris gradum per ambitionem non quaerant: pro beneficijs medicinae dei, id est ecclesiasticis beneficijs siue suffragiis ac sacramentis, pecuniam non sumant. Dolos & coniurationes caueant: odium, aemulationem, detractionemq; fugiant, Non uagis oculis, non lingua effreni, aut petulãtia & fluido gestu, aut pomposo uultu incedant: sed pudorem ac uerecundiam mentis simplici habitu, humiliq; incessu ostendant. Obscoenitatem membrorum & uerborum, sicut & operum, penitus execrentur: uiduarum & uirginum frequentationes fugiant, cõtubernia foeminarum nullatenus appetant, castimoniam corporis perpetuo seruent, superioribus debitam exhibeant obedientiam, nec ullo iactantiae studio se extollant. Doctrinis, lectioni- Hebr. 13.
bus, psalmis, hymnis & canticis spiritualibus semper incumbant. Tales etenim esse debẽt, Colo. 3.
qui diuinis cultibus sese mancipare iugiter student, ut dum sciẽtiae operã dant, doctrinae gratiã populo administrẽt. Hinc demum Innocentius Papa praecepit, ut mimis & ioculatoribus ac histrionibus non intẽdant, sed in ecclesiasticis officijs ac alijs studijs bonis se exerceant diligenter, quatenus in conspectu omnipotentis dei puro corde & casto corpore ualeant ministrare. Itaque in omnibus praeinductis archidiaconus tantum excedat clerum sibi subiectum, quantum decet magistrum excedere suum discipulum, ac praelatum plebem ei commissam. Ad obseruantiam quoque istorum subditum sibi clerum archidiaconus curet, satagatq; inducere.

Articulus V. Obiectio contra praehabita.

MIrum uidetur quod archidiaconus super presbyteros, imò & super archipresbyterum iurisdictionem sortitur, cum sacerdotij ordo ordine archidiaconali sit maior ac dignior. Nempe cum tres sint ordines sacri, uidelicet sacerdotium, diaconatus & subdiaconatus, sacerdotalis ordo est summus. Quum ergo par in parem, potestatem nõ habeat, multo minus minor in maiorem obtinet potestatem. sicq; archidiaconus in sacerdotes iurisdictionem non exercebit. Praeterea, sicut se habet diaconus ad presbyterum, sic archidiaconus ad archipresbyterum: sed absolute loquendo diaconus presbytero extat inferior, ut etiã distinctione nonagesimatertia copiose probatur: ergo archidiaconus archipresbytero inferior simpliciter erit. Insuper, quae à deo Rom. 13.
sunt, ordinata sunt: sed inordinatum uidetur, inferiori iurisdictionem dare in superiores. Quum ergo diaconus sit sacerdotibus minor, non erit ei in illos iurisdictio committenda. Iterum, ab inferiori ad superiora ordinate ac pedetentim est procedendũ, praesertim quũ diuino Dionysio edocente, A distanti in distans non eatur nisi per medium: Non ergo archidiaconus erit presbyteris praeficiendus, nisi primo ad sacerdotium sit promotus. Amplius, ut sacratissimus Dionysius libro de ecclesiastica hierarchia fatetur: Ordo episcoporum est perfectiuus, ordo sacerdotum illuminatiuus, ordo diaconorum purgatiuus. Archidiacono ergo non cõpetit illuminare presbyteros. Adhuc autem, beato Dionysio contestante, quamuis supremum ordinis inferioris, magnum cum infimo ordinis superioris conuenientiam habeat, non tamen attingit illud, id est, ei non coaequatur, multoq; minus ei praefertur. Hoc etiam Proclus Platonicus in Elemẽtatione sua theologica innuit: Omnium (inquiens) diuinorum ornatuum summa, ultimis superpositorum assimilantur, nõ autem parificantur, ut ipse prosequitur. Summus igitur inter diaconos, utputa archidiaconus, nec infimo sacerdoti aequatur: nequaquam ergo presbyteris eminet, nec archipresbytero pręcipere potest. Denique, in libro de quatuor coęquaeuis scribit Albertus, quòd ec-

clesiastica hierarchia est quoddam totum potestatiuum: in omni autem huiusmodi toto, tota perfectio ac potestas inferioris in superiori continetur. Quicquid ergo potestatis & perfectionis diaconis inest, in sacerdotibus excellentiori includitur modo. Postremo, absolute loquendo maior est potestas cuiuscunque presbyteri quàm archidiaconi, quum presbyter corpus & sanguinem consecret saluatoris, atque in dispensatione sacramentorum multa possit, quæ archidiaconus minime potest. Indecens quoque uidetur, ut archidiaconus presbyteros reprehēdat & puniat, quum illos potius debeat reuereri, quemadmodum sanctus Franciscus qui fuit diaconus, dixit: Quòd si sibi simul occurrerēt sanctus Laurentius, qui archidiaconus fuit, & unus pauper sacerdos, dimitteret sanctum Laurentium, & iret primo ad osculandum manus pauperis sacerdotis. Rursus, in angelica hierarchia angelo ordinis inferioris non datur autoritas super angelum chori superioris: Ergo nec in ecclesiastica hierarchia instar angelicæ hierarchiæ disposita, taliter quid fieri congruit, ut scilicet diacono aut in diaconum nondum promoto, detur in sacerdotes autoritas, iurisdictio siue potestas.

Articulus VI. Solutio obiectionum istarum.

OMnium instantiarum istarum solutio consistit in paucis. Est quippe duplex potestas, uidelicet ordinis & iurisdictionis. Iurisdictio quoque est duplex, secundum quod duplex est forum. Est enim iurisdictio in foro interiori seu conscientioso: & est iurisdictio in foro exteriori seu contentioso. Denique, quamuis ordo multipliciter accipiatur, tamen ut sufficit iam, dupliciter sumitur: scilicet proprie, pro potestate qua minister ecclesiæ ordinatur, ministeriumq; sortitur circa corpus Christi uerum: & ita sunt tres ordines sacri, & quatuor non sacri: sic etiam episcopatus & archidiaconatus non sunt ordines, sed potestates prælaticæ seu iurisdictiones. Secundo accipitur ordo pro potestate respiciēte mysticum Christi corpus: & sic episcopatus est ordo. Quamuis ergo sacerdos maior ac dignior sit archidiacono ratione ordinis proprie dicti, & ratione iurisdictionis in foro interiori, non tamen ratione ordinis communiter sumpti, nec ratione iurisdictionis in foro exteriori: imò sic archidiacon⁹ tā presbyteris quàm archipresbytero antefertur. Hinc aliqui breuiter dicunt, quòd sacerdos maior est ordine, archidiaconus administratione seu iurisdictione. & sic patet primæ obiectionis solutio. Ad secūdam dicendum, quòd similitudo illa seu comparatio non tenet in omnibus, sed quantum ad potestatem ordinis proprie dicti ac iurisdictionis fori interioris, obtinet ueritatē. sicq; archipresbytero archidiaconus minor censetur. Porro cū dicitur, Diaconus absolute loquēdo sacerdote est inferior, respōdendū q̄ inquantum diaconus, inferior est, sed ratione potestatis ac iurisdictionis superadiunctæ potest sacerdote esse superior. Vnde in episcopum electus, nondum consecratus in sacerdotem, sacerdotibus præest tanquam superior. Superioritas nanque secundum doctores, prælationem ac iurisdictionem potissime respicit. Ad tertiam respondendum, quòd quando in inferiori sunt dona, per quæ ad administrationem prælaticam, iurisdictionemq; publicam extat idoneus, non est inconueniens, quòd superioribus præficitur: id est, his qui eo superiores fuerunt, superior fit, ac per hoc super illos iurisdictionem acquirit, ut si simplex canonicus uirtuosus & prudens fiat episcopus, aut simplex monachus fiat abbas. Ad quartam dicendum, quòd non oportet semper per uniuersos intermedios gradus transire, ut dum comes aut dux efficitur imperator. Ad quintam dicendum, quòd ordo diaconorum in quantum huiusmodi, per appropriationem quandam & comparationem ad ordines superiores dicitur purgatiuus, nihilominus ratione iurisdictionis & prælationis adiunctę est illuminatiuus. Ad sextā dicendum, q̄ autoritas illa beati Dionysii, in naturalibus, non in supernaturalibus donis præcipue tenet, cum nō solum anima Christi, sed etiam uirginis gloriosæ uniuersis angelorum agminibus sit p̄lata. Ad VII. respōdetur, q̄ quicquid potestatis inest diacono ut diacono, continetur in sacerdote, ita quòd potest sacerdos quod potest diaconus ratione diaconatus seu ordinis proprie dicti, non autem quod potest ratione iurisdictionis & administrationis. Ad VIII. dicendū, q̄ sacerdotis maior est potestas circa corp⁹ Chri̅ ue℞, & circa dispensationē sacramento℞: archidiaconi uero potestas est maior circa corpus Christi mysticum. Ad id aūt quod obiectioni illi annectitur, respōdendum quòd sacerdoti ut huiusmodi, reuerentia magna debetur: sed inquantū transgressor, est puniēdus ab eo qui maior est iurisdictione: nec obest si ille non sit sacerdos, quia & multi fuerunt sancti abbates, qui sacerdotes non erant, ut Antonius, Pachomius, Benedictus, Maurus & alij multi, qui mona-

nachis suis quamuis sacerdotibus pręfuerunt, & pastorale in illos exercuerunt officium. Ad ultimum respondetur, ꝙ ecclesiastica hierarchia angelicam imitatur pro uiribus, nō adæquat.

Articulus VII. Consideratio specialis ex diuini Dionysij documentis, ex qua conuincitur, ꝙ ad susceptionem & usum seu executionem archidiaconalis dignitatis reqritur bonitas, imò & sanctitas uitę.

AD omnem prælatum, & aliorum spiritalem rectorem, ut diuersis in locis sacer Dionysius docet, pertinet tanta charismatum affluentia supernorum intus esse repletum, ut de abundantia gratię suæ subditis possit influere. Tertio quoq; ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo scribit, quòd sicut corpora subtiliora ac clariora solaris lucis splendore repleta, de lumine suo alijs corporibus influunt atq; communicant, ita in omni diuino officio non est audendum alijs fieri ducem, nisi secundum omnem habitum suũ (hoc est, uirtutẽ) deiformissimus (id est similimus, seu ualde similis) extet deo, uidelicet sublimiter uirtuosus. Ex hoc super quartum Sententiarum Thomas concludit: Cum homo in quolibet ordine sacro dux alijs constituatur in rebus diuinis, in unoquoq; ordine tanquam præsumptuosus mortaliter peccat, qui cum conscientia peccati mortalis ad illũ suscipiendum accedit, & item qui indigne utitur eo, ut is qui in mortali peccato se esse cognoscit, aut merito nosceret. Nam conscientiam suam quilibet examinare tenetur. Hinc sanctitas uitę ad ordinis susceptionem & usum seu executionẽ requiritur de necessitate pręcepti, non de necessitate sacramenti. Si ergo istud ita se habet in quolibet Christiano, quemcunq; suscipiat ordinem sacrum, quanto magis in archidiacono qui ipsorũ quoq; ordinatorum, uidelicet sacerdotũ ac clericorꝫ, imò & archipresbyteri cōstituitur dux, director & custos? Vnde quo altioris est iurisdictionis ac præsidentiæ, eo enormius peccat, si archidiaconatus officium indigne (hoc est, in mortali existens peccato) accipiat siue exerceat. Ad cuius probationem etiam aliam sanctus doctor probationem adducit, dicẽdo: Lex iubet, ut homo iuste quæ iusta sunt exequatur. idcirco quicũq; quod sibi ex ordine aut officio competit facit indigne, quod iustum est iniuste exequitur, sicq; contra legis agit pręceptum, atq; mortaliter peccat. Archidiaconus ergo & quilibet ordinatus, quandocunq; in aliquo actu ordinis sui siue officij exhibet se ministrum ecclesiæ iniuste siue indigne, utputa in gratia & charitate non existẽs, peccat mortaliter, & toties quoties sui ordinis aut officij actũ exercet: & sicut doctores cōcorditer asserũt, ut Iohãnes in Sũma confessorum, Durandus in Summa sua, Bartholomæus in Summa Pisana, Albertus & alij sup quartum Sententiarum: quo constat, quàm innumerabilia incurrant peccata mortalia archidiaconi ac cæteri ordinati, potissime sacerdotes, imò & maxime præsules male uiuentes, intimorate & inexemplariter conuersantes, uirtutibus nō studentes, nec sua officia cũ debita puritate ac diligentia exequẽtes, sed carnaliter ac seculariter se habẽtes. De talibus Osee loquitur deus: Occurram eis quasi ursa raptis catulis, dirumpam interiora eorum & consumam eos ut leo. De quibus in Apocalypsi legitur: Cruciabuntur iniqui igne & sulphure, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Nempe quàm enormiter peccent huiusmodi, beatissimus Dionysius in epistola ad Demophilum pandit: Talis inquiens, puta non illuminatus nec uirtuosus, præsumptuosus est, sacerdotalibus rebus aut diuinis mysterijs manum apponens, nec erubescit neq; ueretur diuina præter dignitatem exequi, & quasi putans deum ignorare quę ipse intra se nouit: decipere ęstimat deum, quem false patrem appellat, & audit immundas eius infamias. Ex his doctores cōcludunt, ꝙ sacerdos aut ordinatus suum indigne ordinem exequẽs, & quasi blasphemus & dei deceptor uocatur, qui ita se habet, uelut se deũ posse decipere arbitraretur. Postremo, archidiaconus inquantum subditorum est iudex atq; corrector, ad ueram prudentiam atq; iustitiam ualde tenetur, nec subditos potest absq; graui excessu iudicare siue corrigere, qui in eisdem aut maioribus est peccatis, prout hoc infrà deo agẽte, plenius tangã. Innotescit demũ ex pręinductis, ꝗ periculosum existat, seipsum ad archidiaconatus susceptionem ingerere aut offerre, nisi instinctu spiritussancti occulto hoc fiat propter bonum commune. Et si fiat hoc honoris amore aut lucri cupidinẽ, nonne ambitionis ac auaritiæ, imò & sacrilegij plenũ est, ineffabiliterq; damnabile, ut S. scribit Bernardus?

1. Pet. 4

Deut. 1.

Osee 13.

Apoc. 14.

Articulus VIII. Expositio breuis uerborum Apostoli, quibus (ut tactum est) docet, qualem esse oporteat quemlibet sacerdotem & archidiaconum atq; episcopum.

1.Timo.3. OPortet in primis tam ordinatos quàm ordinandos, irreprehensibiles (id est sine mortali culpa) existere, secundū Apostolū. Vt enim iam satis innotuit, sacerdotes & archidiaconi atq; pontifices, non solū post suas promotiones, uerū etiā anteq̄ ordinentur, & priusq̄ accedant, ad uitę sanctitatē tenentur, utputa ad uirtutes de quibus ex uerbis Apostoli nunc tangetur, imò olim secundum rigorē plus requirebat. Ait eqdem Innocentius Papa III. & habetur distinctione 25. Primū iubetur sine crimine esse episcopus siue sacerdos: non q̄ eo tēpore tantū quādo ordinandus est, sine ullo sit crimine, & pręteritas maculas noua cōuersatione diluerit, sed q̄ ex eo tempore quo in Chr̄m renouatus est, nulla peccati consciētia mordeatur. Quomodo em̄ potest pręses ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in simile delictū corruerit? aut qua libertate corripere potest peccantē, cum tacitus sibi ipse respondeat eadem se commisisse quę corripit? Ex hoc Gratianus concludit: Ecce quòd ordinandus in episcopum non solū tempore suę ordinationis, sed etiam omni tempore post suum baptismum, à crimine debet esse immunis. & idem de sacerdotibus est iudicium. Porro archidiaconos, inquantū presbyteris pręsunt, oportet ipsis quoq; curatis perfectiores esse presbyteris. Ergo de eis magis uidetur idem censendum. sed quamuis hoc secundum rigorem aliquando seruabatur, nunc tamē non obseruatur: nisi fortassis per crimen intelligatur criminalis diffamia, aut peccatum accusatione ac condemnatione dignissimum, secundum Glossam ad Titum. Alij ergo intel-
Tit.1. ligunt, ut tempore ordinationis sint absq; crimine, ita q̄ de mortalibus culpis (si in aliquas lapsi sint) digne pœnituerint antequā ordinentur, sic ut pro tunc sibi de nullo mortali conscij sint peccato: Aliàs peccarent mortaliter accedendo, quemadmodum Thomas in Summa contra gentiles libro quarto, capitulo septuagesimoquarto subtiliter probat. Insuper
Tit.1. archidiaconos, presbyteros atq; pontifices sobrios, non uinolentos esse oportet: siquidem eos necesse est esse fortes in usu rationis ad considerandum concernentia animarum salutem, ad discernendum inter mala & bona, inter uera & falsa: ad informandum subiectos, ad uacandum contemplationibus diuinorum, ad intuendum debita propriorum officiorum. Cum ergo ebrietas & uinolentia caput cerebrumq; conturbent, mentē obnubilent, iudicium rectum impediant, animositatem, temerarium ausum ac alia uaria pariant uitia, certum est quòd præfatis personis sint summe uitandæ. Præterea cum Christus præcipi-
Lucæ. 21. at, Videte ne grauentur corda uestra crapula uel ebrietate aut curis seculi huius, constat, omnem Christi fidelem ad sobrietatem seruandam, atq; ad uinolentiam ebrietatēq; uitandam, iugiter obligari. Idcirco præfatis ecclesiasticis uiris non sufficit qualitercunque, sed excellenter sobrios, non uinolentos existere: quod etiam secundum Innocentium, ad omnem spectat canonicum: imò ut Augustinus Ambrosius'q; testantur, de quolibet ad quantumcunque sacrum ordinem promoto aut promouendo, est intelligendum. Denique, affirmāte Hieronymo, Ventris ingluuies ad luxuriam prouocat, & omne bonū mentis dissoluit. Venter quoq; & uerecundiora sibi inuicem sunt uicina, ut ex propinquitate membrorum pensetur confœderatio uitiorum. Hinc teste eodē sancto Hieronymo, Ven-
Prou. 20 ter uino ęstuans cito spumat in libidinem. propterea Salomon loquitur: Luxuriosa res est uinum, & tumultuosa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit sapiens. In Ecclesiasti-
Eccl. 31 co quoque habetur: Vinum multum potatum, ruinas multas facit. Quàm sufficiēs est homini erudito exiguum uinum, & in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolo-
Eodem rem. Sanitas mentis & corporis est sobrius potus. Vnde Innocentius Papa districte præcipit: A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant: ideo uinum sibi temperent, nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum penitus decreuimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores. Hinc distinctione trigesimaquinta iubetur: Ante omnia à clericis uitetur ebrietas, quoniam omnium ui-
1.Tim.3 tiorum fomes & nutrix est. Insuper iuxta Apostolum, pręfati ecclesiastici uiri debent esse ornati, id est, intus uirtutibus decorati, & foris morigerati, in usu sensuum custoditi, in incessu, uestimentis, uerbis, ludis & uerbis modesti. Quibus iugiter obseruandum est illud
Eccl. 9. Ecclesiastici: Non des mulieri potestatem animæ tuæ, & uirginem ne conspicias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circunspicere in uicis ciuitatis. Auerte faciem tuam à muli-
Eodem. ere compta. Nam propter speciem mulieris multi perierunt. Itaque iuxta Augustini doctrinam, & si uisus in aliquā mulierē proijciatur, in nulla tamen figatur: quod utiq; tēpore celebrationis ac diuini officij summe est obseruandū. Pręterea sacerdotes, archidiaconi, cę-

te-

teriq; prælati & clerici non debēt esse percussores, prout distinctione 45. diffuse ostēditur. Titi.
Itaq; nullum spiritaliter percutere debet uerbis mordacibus, pūgitiuis, prouocatorijs, iniuriosis aut scandolosis operibus. De qua percussione ait Apostolus: Peccantes in proximum, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Nec etiam corporaliter quenquam cædere debent ex ira, impatiētia, indignatione, rancore aut simili causa peruersa: uerūtamen ex charitate & zelo iustitiæ disciplinam dare est licitum, imò multoties debitum. Amplius, ecclesiastici uiri hi esse non debēt litigiosi, cum dicat Apostolus: Noli uerbis contendere, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Iacobus quoq; apostolus ait: Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Cum ergo esse litigiosum sit ualde inhonestum, & improbitatis ac impatientiæ, atq; superbiæ signum, imò & insipientiæ opus, à præfatis personis, quarum est alios à uitijs refrenare, dissentientesq; concordare, atq; in omnibus exemplares consistere, maxime est cauendum. Ait enim scriptura: Honor est homini cum separat se à contentionibus. Itemq;: Doctrina uiri per patientiam noscitur. Quocirca fatetur Gregorius: Tanto conuincitur unusquisq; minus doctus, quanto minus patiens: Neq; enim potest ueraciter docendo bona impēdere, si nesciat æquanimiter aliena mala tolerare. Ideo Salomon loquit: Qui patiēs est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens, exaltat stultitiam suam. Adhuc autem iuxta apostolicam regulam, episcopis, archidiaconis, sacerdotibusq; præfixam, oportet eos esse hospitales, non cupidos, dicente Hieronymo: Domus clericorum omnibus debet esse communis. Nam, ut sancti patres, Bernardus ac Prosper testantur, quicquid ultra simplicem uictum uestitumq; habent, hoc eorum non est, sed pauperum: & nisi illud egenis communicent, furtum, rapinam, sacrilegiumq; committunt. Denique, lex Christi, lex est perfectæ charitatis ac pietatis: ideo uniuersi fideles iuxta sui status & facultatis mensuram, ad opera misericordiæ astringuntur, potissime ecclesiastici uiri, qui de Christi ac pauperum patrimonio uiuunt, & uulgo uirtuosiores ac misericordiores esse tenentur: operum autem misericordiæ, hospitalem existere, unum est: peregrinos ergo & pauperes hospitari, bene tractare ac repausare tenentur, tanto utiq; abundantius, quanto in bonis ecclesiæ magis abūdant. Præterea, quòd ad sacerdotes curatos ista pertineant, Raymundus hinc probat: qa tenentur suos parochianos ad hospitalitatem ac cætera misericordiæ opera incitare: ergo in hoc debent se exemplares præbere. Cum ergo archidiaconorum sit ipsos quoque curatos ad hæc ipsa pietatis facta hortari atq; inducere, debent in primis eadem adimplere tanto perfectius, quanto eminentius ac latius præsunt. Non ergo ecclesiastici uiri de bonis ecclesiæ auare thesaurizent, neq; de eis charos suos seu propinquos & consanguineos, ne dicam filios aut filias ditent, nec aliàs ea immoderate consumant, sed summa cum diligentia illud beati aduertant Basilij: Si tibi fateris diuinitus prouenisse temporalia bona, an iniustus est deus, inæqualiter uobis illa distribuens? Cur tu abundas, ille uero mendicat, nisi ut tu bonæ dispensationis merita consequaris, ille autem patientiæ brauijs decoretur? Famelici panis est, quem tu detines: nudi tunica, quam in conclaui conseruas: discalceati calceus, qui apud te marcessit: indigentis argentum, quod possides inhumatum aut clausum: Quocirca tot indigentibus iniuriaris, quot dare ualebas. His prorsus concordat quod distinctione quinquagesimaseptima ex uerbis sancti allegatur Ambrosij, asserentis: Nunqd iniquus est deus, ut nobis non æqualiter distribuat uitæ subsidia: ut tu quidem esses abundans, alij autem egerent? An idcirco magis sic accidit, quia & tibi uoluit deus benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per uirtutem patientiæ coronare? Tu ergo susceptis dei muneribus, & in sinum tuum redactis, nihil iniquum te agere reputas, si multorum uitæ subsidia solus obtineas? Quis tam iniustus tamq; auarus, quàm qui multorum alimenta suum non usum, sed abundantiam, pompam atq; delicias facit? Neq; enim minoris est criminis, habenti tollere, quàm cum dare possis & abundas, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem detines: nudorum uestimentum, quod recludis: miserorum redēptio, pecunia quam reponis. Tantorum ergo te scias inuadere bona, quantis possis præstare. Interim contuendum, quòd inducta hæc uerba sanctorum, uniuersis dicta sunt Christianis: quanto magis ecclesiasticis uiris sunt aduertenda, ne de bonis ecclesię cum diuite epulone epulentur quotidie splendide, ne postea cum eodem crucientur flamma gehennæ. Nempe arctam salutis uiam incedere, id est, pœnitētialem uitam ducere, oēs obligati sunt Christiani, q̄to magis ecclesiastici, dicēte Apl̄o: Qui autē sunt Chr̄i, carnē suā crucifixerunt

Margin: 1.Cor.8 — 2.Timo.2 — Iaco.3 — 1.Cor.3 — Prouer.20 — Prouer.19 — Prouer.14 — Titum.1 — Ibidem

cum uitijs & concupiscentijs. Hospitales ergo consistant, & Christum in paupere charitatiue suscipiant, cum dicat Ambrosius, Publica species humanitatis est, ut pauper hospitio non indigeat, sed officiose sumatur, pie tractetur ac reuerēter tanq̄ Christi membrum locetur, non in uiliori loco aut lectulo, quod q̄ meritorium sit, pandit Chrysostomus: Qualē inquiens mercedem habet, qui propter deum peregrinatur, talem qui suscipit peregrinū, suntq; ambo æquales, uidelicet qui propter deum laborat, & qui propter deum refrigerat. Hinc de seipso sanctus Iob protestatur: Foris non mansit peregrinus, ostium meum uiatori patuit. Apostolus quoq; hortatur: Charitas fraternitatis maneat uobiscum, & hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Quid ad hæc dicturi sunt sacerdotes & clerici, de Christi patrimonio supereffluēter ditati, qui raro aut nunq̄ peregrinum pauperē hospitari dignantur, sed cum diuitibus præsertim cognatis & curialibus ecclesiastica bona sumptuose ac deliciose consumere non uerentur? Quid in die iudicij Christo responsuri sunt obijcienti, Hospes fui, & nō collegistis me?

Iob.31
Heb.13.
Matt.25.

Articulus IX. Prosecutio expositionis prætactorum uerborum Apostoli, qualiter ecclesiastici uiri nō debēt esse auari, sed suis domibus bene præpositi.

CVm lex euangelica sit lex summe spiritalis atq; perfecta, uniuersos obligat Christianos, ut præ cæteris hominibus terrena, carnalia & caduca despiciant: cœlestia uero, æterna atq; diuina exquirant. Hinc auaritia cunctis Christicolis est uitanda: & quanto ecclesiastici tenētur uulgaribus ac secularibus spiritaliores existere, tāto præ illis astricti sunt auaritiam abhorrere. Diuinis quippe obsequijs eminēter sunt mancipati, ideo auaritiam, quæ iuxta Apostolum, idolorum est seruitus, summe tenētur abijcere, ne à diuinorum contēplatu atq; affectu impediantur, ne ex diuitijs ad carnales ruant delicias, ne innumerabilia, quæ ex cupiditate & opulētia oriuntur, incurrant peccata: nempe ut uerissime dixit Valerius: Diues in superfluitatem resoluitur, & iactantia refrenatur, currit ad libitum, corruit ad illicitum: fiuntq; instrumenta pœnarum, quæ oblectamenta fuerūt culparum. Hinc ait Gregorius: Omnium autori bonorum deo inhærere nō possumus, nisi cupiditatem, omnium uitiorum radicem à nobis radicitus abscindamus. Quanto em̄ mēs amplius occupatur circa terrena, tanto plus impeditur à dilectione supna, à contemplatione interna, à puritate mentali, à solicitudine spiritali, à suijpsius custodia, imò ab omni profectu in uirtute & gratia. Si ergo cunctis Christifidelibus obseruandum est, quod ait Apostolus: Habētes uictum & q̄bus tegamur, his contēti sumus: quanto magis ecclesiasticis: cū uerissime subiungat Apostolus: Qui em̄ uolunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in pditionem. Hinc ait saluator: Quàm difficile hi q̄ pecunias habēt, regnum dei intrabunt. Itemq; Aerumnæ seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscētiæ introeuntes in cor, suffocant uerbum dei, & sine fructu efficiunt. Diuitiæ nāq; iam possessæ, difficulter spernūtur: & terrena arctius diliguntur adepta, q̄ constringunt cupita. Cum itaq; ecclesiastici uiri potissime archiaconi ac prælati teneantur toto corde circa spiritalia occupari, pro subditorum salute solicitari, custodiæ gregis commissi uigilanter intendere, omnesq; spiritaliter diligere semp, constat quàm necessarium eis sit terrena atq; carnalia aspernari, solisq; necessarijs contentari, ut libera mente spiritalibus uacēt, & subditorum saluti indefinēter incumbant. Insup, ad archidiaconos & prælatos pertinet de subditorum actibus iudicare, & in præsidendo ac iudicando nequaq̄ propria commoda, sed dei honorem & subditorū salutem exquirere. Idcirco oportet eos esse constantes, iustos atq; synceros: non cupidos, ne intuitu munerum aut emolumētorum amore carnalium, iudiciorum obliuiscantur iustorum. Perpendant ergo quod ait scriptura: Auaro nihil est scelestius: nihil est iniquius, q̄ amare pecuniam, hic enim animam suam habet uenalem. Præterea unusquisq; uir ecclesiasticus tenetur suæ domui bene esse præpositus, ita ut ad suos domesticos respectum habeat specialem, ipsos ad salutaria dirigendo, bonis moribus informando, à uanitatibus, leuitatibus atq; illicitis uerbis cunctisq; uitijs pro uiribus reprimendo: qui enim in præsentia superioris uersantur, negligentiam non admittunt, secundum Bernardum, id est, superiorem suum inexcusabiliter culpabilem damnabilemq; constituūt, si circa ipsos negligēs fuerit. Nam quicquid præsente præsidēte iniuste peragitur, id ei est turpius: Virtus quippe & uitium domesticorum ac famulorum, redundant in patrēfamilias ac dominum. Deniq;, ad correptionem fraternam omnes, præsertim ecclesiastici uiri tenentur. Archidiaconus ergo, quilibetq; paterfamilias ac prælatus, q̄cq̄d reprehensibilitatis in suis diœcesibus inuenerit

Col.3
Psal.72
1.Timo.6.
Ibidem
Mat.10
Luc.18
Matt.13
Mar.4
Luc.8
Eccl.10.

inuenerit,nouerit siue perceperit, corripere non omittat & emẽdare conetur,cum asserat Augustinus:Si corripere neglexeris,eo qui peccauit peior efficeris. Etenim quãto anima corpore extat nobilior,tanto seriosius ac affectuosius mederi oportet animarum uulneribus.Ad hæc igitur incitent quemlibet præsidẽtem feruor diuini amoris,zelus diuinæ honorationis,desiderium fraternæ salutis,debitum prælationis,iustitiæ quoq; affectus.Hinc dixit Apostolus:Si quis suorum maxime domesticorum curam nõ habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Horum duplicem causam Raymundus assignat: Prima est, quoniã frontem non habet reprehendendi alios, qui proprios corrigere negligit. Secundo,quoniam talis euidenter comprobatur,idcirco prelatione censetur indignus. At uero in summa Confessorum asseritur:Si domestici incorrigibiles fuerint,expellẽdi à domo sunt:si paterfamilias probabiliter æstimat eos per hoc emendandos,aliàs patronus criminis uideretur: quemadmodum is qui adulteram tenet uxorem: si uero probabiliter credit eos per hoc licentius peccaturos,atq; per suam diligentiam conspicit eos à multis malis,quamuis non ab omnibus retrahi,non oportet quòd illos abijciat, nec tamen sibi imputatur culpa illorum,cum & in congregationibus domibusq; iustorum iniusti admixti sint.Vnde si presidens fecerit quod in se est,excusatur: quemadmodum in epistola ad sanctum Cyprianũ beatus scribit Cornelius Papa: Quod ad nos pertinet,conscientiæ nostræ conuenit semp operam dare,ne quis ex culpa nostra de ecclesia peat: si quis autem ultrò crimine suo pierit,nos in die iudicij futuros credimus inculpatos,illosq; solos in pœnis mansuros,qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent cõuitia perditorum,quo minus à recta uia non recedamus,quam Apostolus instituit dicens:Si hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem. Archidiaconi ergo & prælati,imò & uniuersi ecclesiastici uiri prouideant,ut domestici sui honeste sint uitæ,à carnalibus uitijs abstinẽtes ac morigerati, nec in uestibus sint secularium curialiumq; uirorum ministris conformes,sed ut spũalem condecet statum,mundanam curiositatem ac pompam deuitent.Estq; reuera uehementer deflẽdum, quòd istud iam non seruatur,imò ecclesiasticorum ministri instar famulorum secularium dominorum incedunt uestiti,& ab ecclesiasticis,quibus deseruiunt, talia accipiũt uestimenta,quod indecens ualde uidetur: siquidem iuxta exigẽtiam status ac uocationis dominorum,uestiendi sunt serui eorum.

1.Timo.5

Gala.1

Articulus X. De sapientia atq; prudentia ad archidiaconos pertinente.

QVemadmodum libro de ecclesiastica Hierarchia theologissimus Dionysius docet,summum hierarcham,id est,quemcunq; episcopum oportet in scripturis ac lege esse doctissimum,quippe ad cuius presidentiam spectat uniuersam suã illuminare diœcesim,singulos quoq; dum casus occurrit & causa requirit,posse seorsum secundum quod egent,instruere,atq; in difficilioribus intricatisq; dubijs ac perplexis questionibus respondere:ad quam etiam inferiores prelati ei subiecti in maioribus difficultatibus habent recurrere.Cum igitur post episcopos archidiaconi mox sequãtur, & præsulum præcipue extent uicarij,exigit ordo hierarchicus,ut post episcopus abundãtioris sint sapientiæ atq; prudentiæ.Insuper,sicut præhabitum est, ad archidiaconum pertinet curam habere totius cleri,utputa tam sacerdotum & clericorum in urbe manentiũ, quàm extrà sitorũ uisitare parochias,curatos aspicere qualiter sua exequantur officia. Archipresbytero quoque præcipere,quod de rurali decano præsertim accipit,singulorumque iurgia debet audire,atq; pro uiribus terminare,sed ad horum ac aliorum quæ præhabita sunt,ad suum officium pertinẽtem expeditionem,nequaquam extat idoneus,nisi ualde peritus sit,& ad difficiles respondere ualeat quæstiones,que quotidie curatis tã in confessione quàm extra confessionem occurrunt. Tantæ ergo scientiæ eum esse oportet,ut curatos queat instruere,imò & archipresbyterum edocere,hortari,discutere de uniuersis quæ ad eorum spectant officium,qualiter se habere debeant circa deum,& subditos in conuersando,orando,celebrando,docendo,confessionesq; audiendo,pœnitentias iniungendo,& cætera sacramenta tractando ac exhibendo,atq; in corripiendo ac corrigendo. Archidiaconum ergo scire oportet inter uirtutes & uitia clare discernere,inter peccata distinguere,uirtutum ac uitiorum differentias,uarietates ac gradus cognoscere: similiter sacramentorum habere notitiam,& ad quid teneãtur curati,ad qualem & quantam obligentur scientiam, qualiter habere se debent in prædicando, hortando, corripiendo ac corrigendo. Bene itaque necessaria est archidiacono cognitio Canonum, notitia moralium, intelligentia scripturarum: multum quoque perutilis ei est eorum cognitio,

De pœ͂n. dist. 2 quẽ pœnitet

quæ

quæ super quartum Sententiarum scribunt doctores, sed & secunda secundæ S. Thomæ, & quæ in Decreto habentur de pœnitentia & consecratione, imò & in prima parte Decreti, ac alijs diuersis locis librorum iuris. Oportet quoque archidiaconum scire ad quos libros habendos tenenantur curati, & de quibus debeant informare subditos, prout infrà tangetur. Ex his certissime innotescit, quod studiosos ac spiritales archidiaconos esse necesse sit, quod item in rebus humanis prudentes ac circumspectos.

Articulus XI. Quàm timorati ac diligenter debeant archidiaconi sua exercere officia.

Iere. 48 CVm iuxta in utero sanctificati oraculum uatis sit maledictus qui opus dei efficit negligenter aut fraudulenter, hoc est, qui domino maiestatis immensæ absque debita reuerentia ac fidelitate, sine decente diligentia ac puritate obsequatur in obseruantijs præceptorum, directionem concernentium propriæ uitæ, propter quod

Psal. 118 ait Psalmista: Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Quàm maledictus est coram altissimo, qui per negligentiam, impietatem, carnalitatemque suam non iam seipsum duntaxat, sed aliorum quoque animas perdit quàmplurimas. At uero si, ut diximus, fassus est, omnium diuinorum diuinissimum est, deo cooperari in reductione animarum ad ipsum: Nonne omnium diabolicorum diabolissimum est, cooperari diabolo in auersione animarum à proprio creatore, in perditione earum æterna, in continuatione conuersationis prauissimæ? certumque est, quod sicut illud faciunt uirtuosi ac diligentes prælati, sic istud negligentes prælati ac uitiosi, qui multipliciter hocipsum peragere à sanctis patribus asseruntur, uidelicet inexemplariter ac scandalose uiuendo, aut non debite resistendo, non arguendo, non corrigendo: itemque tacendo, palpando, consentiendo, hortando, fouendo. A talibus præsidentibus Christus, ut sanctus ait Bernardus, grauiorem persecutionem patitur quàm à Iudæis ipsum crucifigentibus est perpessus. Qualiter etenim potest quis unigenito dei filio enormiorem contumeliam irrogare, aut sceleratiorem inferre iniuriam, quàm animas superbenedictæ trinitatis imagine insignitas, quas ipse sua omnipotente bonitate creauit, pro quarum salute incarnatus, inter homines conuersatus, atque dirissima morte occisus est, negligendo, scandalizando, ad

Baruch. 3 infernum trahendo? Denique si, ut beatus affirmat Gregorius, sacrificium deo gratissimum, zelus est animarum: nonne ergo sacrificium uel potius sacrilegium diabolo placentissimum, negligentia est earum? Rursus, si depositum omni fide seruandum est: si aurum, argentum, gemma & uestis alicui ad custodiendum credita & commissa, cum omni diligentia conseruantur: quantæ infidelitatis, impietatis, negligentiæ ac damnabilitatis consistunt, quibus Christus animas suo sanguine liberatas commisit, & nihilominus eas perire permittunt? De quotidianis earum excessibus non tristantur: uitijs læsas spiritaliterque peremptas non deflent: suscitare atque curare non satagunt: non omnibus sibi possibilibus modis reparare & saluare nituntur. Præterea si crudelissimus ac infidelissimus medicus censeretur, qui ægros suæ curæ commissos, eos præsertim pro quorum medela largum habet salarium, pro posse corporaliter non sanaret: si item negligentissimus immisericordissimusque pastor iudicaretur, qui oues domini sui absque resistentia à lupis permitteret deuorari, nec raptas pro posse erueret: nonne incomparabiliter coram iudice summo crudelior, infidelior, negligentior & immisericordior est prælatus, qui animas quas suscepit regendas, tuendas, curandas, saluandas, pro quo etiam peragendo officio liberaliter sustentatur copioseque procuratur, à morte peccati, ab interitu sempiterno, ab infernalium ore luporum, à perpetuis extremæ damnationis supplicijs supergrauissimas curare, eruere, præseruare non student, non totis uiribus enituntur, non indesinenter laborant: quale iudicium, quanta damnatio imminet talibus? Insuper, si non solum prælatus, sed quilibet etiam proximus omni iudicio esset sæuissimus, qui uideret quempiam gradientem per uiam apparenter bonam, sed ad mortem corporalem, ad profundissimum lacum, ad latibula latronum ducentem, & tamen taceret, nec periclitantem taliter reuocaret: quomodo non sine mensura monstratur ferocior, qui animas suæ custodiæ creditas, cernit aut noscit quotidie per uitiorum abrupta, per latam perditionis uiam, per uitam carnalem ad mortem tendere æternalem, ad lacum nouissimum tartareosque latrones, & nihilominus tacet, non reuocat, non informat, non pro uiribus cum diligentia tota renititur? Qualis est huiuscemodi speculator, qualis custos & rector? Qualiter implet quod per nobilissimum atque sanctissimum stirpis regiæ Isaiam iubet omni prælato omnipotens: Clama, ne cesses: quasi

Isaiæ 58
2. Timo. 4 tuba exalta uocem tuam, & annuntia populo meo peccata eorum? Quod item per Apostolum præcepit spiritussanctus: Prædica uerbum, insta opportune, importune, argue, obsecra,

increpa

increpa in omni patientia. Et denuo: Tu uero uigila, in omnibus labora, ministerium tuum imple. Itaq; cum archidiaconus pluribus præsit, ipsiusq; archipresbyteri seu ruralis decani atq; pastorum, ex quorum bono regimine salus dependet multorum milium subditorum, cura ei commissa sit, merito cum ingenti timore, cum diligentia indefessa, cum solicitudine summa uniuersum suum debet explere officium, ne coram metuendissimo iudice tanto sit maledictior, quanto in prælatione diffusior, & in negligẽtia latior ac pluribus nocens: & ne in animarum perditione dæmonibus cooperari probetur: ne & filij dei sit atrocissimus persecutor maiestatisq; summæ contumeliosissimus iniuriosissimusq; offensor: ne demum animarum, quæ pretiosissimus dei thesaurus sunt, nobilissimum charissimumq; depositum infidelis sit custos, feralissimus medicus, negligentissimus pastor, imò lęsor, peremptor ac perditor. Amplius, si unumquenq; credentium eo ꝙ in medio laqueorum uersetur, & æternaliter queat perire, fragilis quoq; existat, oportet iuxta Apostolum cum metu timore & tremore suam operari salutem: Nonne archidiaconum & unumquenq; prælatũ oportet tanto coram diuini præsentia uultus timoratiorem solicitioremq; esse, & proprium officium formidolosius ac diligentius adimplere, quanto se uidet pluribus præsidere, & quanto ex negligentia sua plurium oritur damnatio animarum, maior abundantia uitiorũ, enormior inhonoratio dei, exultatio & debacchatio maior diaboli, intolerabilior ꝙq; damnatio sui: quanto etiam ex suæ præsidentiæ diligentia operosa, copiosior nascitur fructus, animarum plurium salus, exuberantior ueneratio dei, confusio maior diaboli, ineffabilior quoq; felicitas sui: cum prorsus certissimum extet, sic omnium ex suo efficaci regimine bene agentium merita præmiaq; redundare in ipsum, queadmodum uniuersorũ ex sua prauitate ac negligentia pereuntium uitia atq; damnatio redundant in eum. Phi. 2 Ibidem

Articulus XII. Quàm charitatiue, custodtie atq; humiliter in omnibus habere se debent archidiaconi & uniuersi prælati.

COmmissurus Petro Christus ecclesiam, ter antea interrogauit eundem, non solũ an se amaret, sed etiam an plus alijs ipsum diligeret: ad insinuandum, quòd prælati præ cæteris debẽt dei ac proximorũ, potissime subditorũ suorũ charitate esse iugiter inflammati, quatenus tam diuino q̃ fraterno excitentur amore, ad satagẽdum pro subditorum correctione, profectu, salute: præcipue ne deus super omnia incomparabiliter prædilectus, à subditis inhoneretur, offendatur atq; perdatur, imò potius cordialiter ab uniuersis ac singulis ueneretur ac possideatur. Vnde ut ita sit, nec propriæ uitæ neq; laboribus nec expensis parcere debent, Apostolum imitantes, dicentem: Libẽtissime impendam & superimpendar ipse pro animabus uestris. Præterea iuxta præhabita, in prę latis inter dona gratiæ gratis datæ, præsertim ordinis, iurisdictionis ac prælaturę, & dona gratiæ gratumfacientis, correspondentiam contemperantiamq; esse oportet, ut quo sublimior extat prælatio, eo sit pręsidentis maior perfectio. Quemadmodum ergo episcopum proxime sequuntur archidiaconi, ita post episcopum, quem tanquam uirum prorsus heroicum oportet in charitate esse perfectum, debẽt in charitate potissime præfulgere atq; feruere, ut modo non aliud quàm dei honorem ac subditorũ salutẽ cogitent, sitiant, intendãt & adipisci infatigabiliter satagant. Omnis ergo carnalitas, omnis immunda & uitiosa affectio, omnis cupiditas longe sit semper ab eis: quandoquidem Augustino teste, charitatis uenenum est cupiditas, eiusq; minoratio, charitatis est augmentatio: mera demum cupiditatis euulsio, charitatis censetur perfectio. Gregorio quoq; teste cognoscimus, ꝙ tãto unusquisq; à superno amore disiungitur, quãto inferius delectatur. Amplius, prelati inter deum & subditos medij tam dei q̃ gregis commissi debent charitate esse succensi, tanq̃ dei uicarij subditorumq; patres, pastores atq; custodes fidissimi: & quo plura ac digniora desuper sortiti sunt bona, eo gratiores, amorosiores ac subiectiores esse debent munificentissimo deo, & eius pro uiribus in cunctis procurare honorẽ, inflãmare amorẽ, ac cultũ augere: si hoc ad singulos spectat curatos ac pręsidentes, quanto magis ad archidiaconos, qui ipsis quoq; curatis ac archipresbyteris pręsunt? Insuper non solum ad præsidentes, imò ad uniuersos spectat credentes, seipsum quotidie coram iudice omnia intuẽte discutere, propriã conscientiã examinare, quotidiana peccata attendere & deflere: ante ingressum lecti diligenter reuoluere, qualiter diem expenderit: quid mali in eo cõmiserit, quid boni omiserit: quomodo stet cum deo: quomodo ea quę deus ab ipso requirit, obseruet: tuncq; dominũ exorare, ut uniuersa illius diei, totius etiã uitæ suæ sibi dimittat peccata, & de cætero se ab ipsis præseruet, atq; emendationẽ in omnibus cõferre dignetur: tũc quoq; debet se homo coram

Iohan. 21. 2. Cor. 12. 1. Reg. 10.

coram deo fortiter increpare, diiudicare, humiliare ac castigare: & utiq; saluberrimum est ista quotidie frequenter peragere. Archidiaconus igitur quilibetq; prælatus quotidie, saltem semel in die, ad locum se ponat secretum atq; quietum, & ibi coram creatore cor suum effundat, onus sui penset officij, & qualiter illud adimpleat, perscrutetur: qualiter sibi commissi se habeant, intueatur: tūc de suis impfectionibus cordialiter doleat, ueniam deprecetur, emendationem proponat & exequatur. Tunc demum pro subditis deuotissime oret, eosq; cum præcordiali affectu pietati commendet diuinę, atq; deinceps in omnibus custodite se habeat, iuxta Salomonis doctrinam, omni custodia cor suum custodiens, & corā domino maiestatis solicite ambulans. Adhuc aūt archidiaconus & omnis prælatus potestatē præsidentię suę sapienter consideret, ut onus grauissimū, ut ministerium onerosum, ut periculosissimum prorsus officium, non ut dignitatem & excellentiam quandam duntaxat, ne instar stultorum inde inaniter extollatur aut stolide glorietur, unde sibi copiosa est ratio uehementer timendi, profunde se humiliandi, ad dei auxilium iugiter recurrendi. Nēpe cum præsidens proprię conscius defectuositatis agnoscat se ad suipsius regimen sine continuo misericordissimi dei subsidio gratioso penitus insufficiētem, humilime sp debet perpendere, q̄ sup sufficiens sit seipsum ac alios sine indesinēti ac singularissimo Christi adiutorio gubernare. Quo ergo qs pluribus præest, tanto abundantiori dei indiget gratia, exuberātioriq; illustratione diuina. Idcirco coram altissimo seipsum profundissime debet humiliare, atq; diuino ex totis præcordijs inniti subsidio: Deus quippe supbis resistit, humilibus uero dat gratiam. Et ut Salomon loquit: Vbi humilitas, ibi sapientia: humilitas nāq; ad omnia spūssancti charismata mentē disponit: qm̄ sub deo deprimit eam, faciēs eā deo directe substratam, suppositam & subiectam. Postremo, si homo quantumlibet præsidens, propriam defectuositatem inspiciat, q̄ pronus uidelicet sit ad omne peccatum, quanta peccata incurrit, qbus & quātis periculis extat expositus, quātum diuina indigeat pietate, q̄t immūditijs atq; fœtoribus in corpore impleatur & anima: q̄ nihil est à seipso: q à seipso nō habet, nisi deficere & peccare, execrari, errare, indurari, perire: q omnia sua bona dei sunt dona, de qbus ab ipso est ratio exigenda: q nescit diem & horam, q̄ nihil seu modicum sit comparatione pfectionis & sapientiæ, non solum creatoris, sed etiam beatorum in patria, imò & quorundam in uia: si inquam hæc atq; similia qs rite perpēdat, miҏ q unq̄ supbit, præsertim cum deo ipsa superbia tam odibilis esse noscatur. Absit preterea ut qs adeo contenebrati sit animi, ut propter carnis nobilitatem aut cętera fortunę ac corporis bona, quę inter dona dei à sapientibus esse minima cognoscuntur, pueriliter intumescat. Hinc omnium largitori bonorum tanto unusq; humilius, gratius ac formidolosius sit sp subiectus, quanto maiora ac plura ab ipso bona suscepit, atq; districtius iudicādus consistit.

Proue 4. Baruch. 3. Iaco. 4. 1. Pet. 5. Proue. 11. 1. Cor 4. Heb. 13. Matt. 25

Articulus XIII. De modo & forma ab archidiacono obseruandis in uisitando.

EX præinductis ex Decreto ac Decretalibus in scdo tertioq; articulis constat, opus archidiaconoҏ pręcipuum esse, quolibet anno prouinciam seu partem diœcesis sibi commissam solicite uisitare, imò secūdum antiqua iura, hoc ipsum ad episcopos pertinebat, & in aliquibus locis adhuc creditur pertinere. Episcopus quippe est immediatus ac principalis omnium suæ diœcesis Christianorum pręlatus, quemadmodū pontifex summus uniuersoҏ fidelium secundum Bonauenturam sup quartum Sententiarum, & Hostiensem aliosq; doctores. Et sicut episcopi cæteriq; prælati sunt summi pontificis adiutores in solicitudinis partem uocati, sic archidiaconi & curati ac reliqui inferiores rectores sub episcopo existentes, eius sunt adiutores: itaq; in Toletano concilio legitur, q decima questione prima, inducit: Relata est coram sancta synodo querimonia plebium, q sunt quidam episcopi nolentes ad prędicandum & ad confirmandum ac uisitandum suas per annum circuire parochias, qui tamē exigunt ut mansiones quibus in profectione uti debuerant, alio pretio redimant, qui parare debēt: quæ duplex infamia negligētiæ & auaritiæ, sanctæ synodo magno fuit horrori: statuit ergo, ne quis ultra illud exerceat cupiditatis ingenium, & ut solicitiores sint episcopi de suis gregibus uisitandis. Ex Tarraconensi quoq; concilio ibidem habetur: Decreuimus, ut antiquæ consuetudinis ordo seruetur, & annuis uicibus ab episcopis diœceses uisitentur: & si qua forte basilica fuerit repta destructa, ordinatori. i. sacerdoti eius reparare præcipiatur: si autem episcopus inualetudine impeditus, diœceses suas per semetipsum uisitare non poterit, uisitationis officium alijs committat. Hinc rursus in concilio legitur Toletano: Episcopum per cunctas diœceses atque prouīcias suas per singulos annos ire oportet, ut exqrat quomodo unaquęq; basilica in reparatio

18. d. c. placuit. Extra de off. archidia. p totum 93. d. c. legimus 11. d. c. pcept. 9. qu. 3. ca illorum

parationesui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus, adimplere nequiuerit, presbyteros aut diaconos mittat, qui & redditus basilicarum & reparationes & ministrantium uitam inquirant. Insuper III. Decretalium titulo de censibus, capitulo, cum uenerabilis, scribitur: Quia uisitationi annexa est procuratio, & episcopus Fauentinensis rone spalis iurisdictionis quã habet in ecclesia scda, teneat causa correctionis uisitare ecclesiã præfatã: nec intelligit nouũ imponi, quod ab ipsa fundatione de cõi fuerat iure impositũ, decreuimus quod idẽ episcopus cũ ad ipsam ecclesiã cã correctionis accesserit, moderatã ab ea procurationẽ accipiat bis in anno. Præterea circa hoc uerbũ, bis in anno, scribit Bernard[9]: Hoc intelligo, si toties opus fuerit: aliàs sufficit semel uisitare in anno: imò quoties spãlis atque sufficiens rõ uisitandi exurgit, poterit uisitari. Præterea Innocẽtius tertius in gñali concilio ait: Visitationis officiũ exercentes, non quærant quæ sua sunt, sed quę Iesu Christi: prędicationi & exhortationi, correctioni & reformationi uacãdo, ut fructũ referãt q nõ perit. At uero formã in uisitationibus obseruandã Bonifacius VIII. 6. Decretaliũ plenius exprimit: siquidẽ formã quã superioribus uisitatiõibus ut archiepiscopis atque episcopis pręcepit, obseruãdã ab inferioribus quoque ut archidiaconis iubet seruari, inter cętera dicẽs: Visitationis impensurus officiũ, proposito uerbo dei quęrat de uita & cõuersatione ministrantiũ in ecclesiis & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cæteris quæ ad officiũ ipsum spectãt absque coactione & exactione qualibet iuramẽti ipsorum ad emendationẽ, per salubria monita, nũc leuia, nũc aspa, iuxta datã sibi à deo prudentiã diligẽter intendẽs. Porrò si quos inuenerit infames, si ipse nõ ẽ ordinarius, denũtiet ordinario. Notoria aũt pctã quæ inuenerit, corrigat. Insup in pluribus locis iuris districte pręcipit, ne uisitãtes immoderatis grauẽt sumptibus uisitatos, nec nimiũ exqsita quęrãt cibaria, & non nisi unã procurationẽ accipiant una die, etiã si in ea plura uisitent loca, quorum quilibet per se extet sufficiens. Quod si episcopus per alium uisitet, uisitati tenentur illi uisitanti expẽsas: sed ultra hæc, nec uisitãs nec familiares possunt quicquam recipere, hoc est, nec munera neque pecuniã: imò si quid tale receperint, aut uisitãs procurationẽ acceperit nõ uisitãdo, tenent duplũ restituere infra mensem. Alioqui ipsi superiores sic restituere differentes, interdicti sunt ab ingressu ecclesię: inferiores uero ab officio ac bñficio sunt suspensi, quousque satisfaciãt plene, & nulla hic ualet remissio, Extra de censibus, Exigit, lib. 6. De hoc Bonifacius ait VIII. Caueãt ne ipse uisitãs uel qsquã suorum aliqd munus qd cunque sit illud uel qualitercũque offerat, pręsumat recipere, ut non quæ sua sunt uideatur quęrere, sed quę Chri: quod si fuerit contra præsumptũ, recipiẽs maledictionẽ incurrat, à qua nunquam nisi duplũ restituat, liberet: uolumus enim in his quãlibet fraudẽ penitus euitari. At uero uisitãs nõ solũ circa maiorum ac clericorum, sed etiã circa populi reformationem intentus sit.

Extra de cẽs. cũ uenerabi.

1. Tim 4. Iohan. 6.

1. Pet. 4

De censib. in 6. c. Roma.

De censi. ca. exigit in 6. Philip 2. 1. Cor. 10.

Articulus XIIII. De quibus uisitandi sint clerici ac curati & parochiani.

IN Decreto causa decima quæstione prima ex concilio Braccarensi secundo habetur: Placuit omnibus episcopis, ut per singulas ecclesias episcopi & per diœceses ambulãtes, primum discutiant clericos, i. sacerdotes, quomodo ordinem baptismi teneant & missarum, & qualiter quæcunque officia in ecclesia peragant: & si recte quidem inuenerint, deo gratias: sin autem minime, docere debẽt ignaros, & omnibus modis præcipere sicut canones iubent. Postquam ergo clericos suos discusserint ita, episcopi conuocata plebe ipsius ecclesiæ, doceant illam, ut adulterium, periurium, falsum testimonium ac reliqua uitia uiterit, & quæ nolunt sibi fieri, non faciant alteri, sicque de illa ecclesia proficiscatur ad aliam. Porrò quod de episcopo dictum, nunc de archidiacono pariformiter est tenendum. In generali quoque pretactum est, quod archidiaconus uisitando inquirere debet, qualiter sacerdotes uiuant atque officia sua adimpleant: nunc uero particularius descendendo, in primis tenentur inquirere, an iuxta apostolicam regulam irreprehensibiliter cõuersentur, hoc est absque graui & notabili culpa, an sint sobrij: quocirca est inquirendũ, an sint potatores seu ebriosi, an uisitent tabernas, an comessationibus uacẽt, an bibẽdo & comedẽdo sint dissoluti: insup, an sint ornati, i. mbrigerati & prudẽtes: quocirca solerter pẽsandũ, an iuxta exigentiã ordinis atque officij sui sint sufficientis literaturæ. De hoc infrà diffusius est tangendum. [...]m, an sint pudici in uerbis & factis, an certe lasciui & inhonesti: & utrũ sint hospitales ac cæteris misericordię actibus deditit an creditum sibi gregem sufficienter informent de credẽdis atque agendis publice ac priuatim, & unũquẽque scdm exigẽtiã sui status: an aliquẽ corporaliter aut spũaliter cędãt, lędãt seu inordinate affligãt: an sint cõtẽtiosi ac cupidi: an domesticis suis efficaciter præsint, taliter illos regendo, quod alijs exẽplares exi-

10. q. 1. c. placuit

Ibidem

Tob 4. Matt. 7

1. Timo. 3.

Titum. 1.

1. Timo. 3.

Aaa stãt

Titum.2. 1.Timo.3 stant: an etiam sint superbi & iracundi. & non potius humiles, mites, iusti, benigni ac continentes. Insuper inquirendum est, an ea ad quæ ex Decretalibus obligantur, adimpleant, hoc est, an deferant arma, an barbarinos cultellos siue similia, nisi forsan irēt per loca latrociniis fœda, ad incutiendum terrorem latronibus: an comam relaxent, an monasteria monialium absq; manifesta ac rationabili causa frequentare præsumant: an ad bibēdum se incitēt: an officia siue cōmercia secularia potissime inhonesta exerceant: an nimis ioculatoribus seu histrionibus sint intenti: utrum ad aleas ludant siue taxillos, seu huiusmodi ludis intersint: an uestimentorum & ornamentorum superfluitates, pretiositates, curiositates ac pompas deuitent: An cum mulieribus secundum iura prohibitis, utputa de quibus suspicio mali esse potest, morentur. Amplius inquirēdū, an ea quæ ex Decreto cōmemorata sunt, rite obseruēt, uidelicet an à uulgari seculariq; uita seclusi sint, atq; à uanitatibus ac uoluptatibus mundi abstineant, ita ut nec pompis intersint neq; spectaculis: an publica conuiuia fugiant & priuata, non solum pudica, sed etiam sobria colant: an dolos, coniurationes, detractiones, odium, indignationem, turpium lucrorum occupationes digne deuitent: an pro beneficiis medicinæ dei, id est, sacramentis & spiritalibus beneficiis siue suffragiis, pecuniam sumant aut exigant tanquam pretium spiritalium rerum. Porrò pecuniam sumere pro illis tanquam stipendium uitæ licet: atq; an cætera quarto articulo ex Decreto tacta adimpleant. Negotiatio quoq; ac secularium negotiorum procuratio sacerdotibus & clericis districtissime prohibentur. Est autem negotiatio, dum aliquid emitur ut carius uendatur. Istud tam à generalibus synodis quàm à pontificibus summis uniuersis in sacris ordinibus constitutis & ecclesiasticis uiris ubertim prohibitum est. In gestis quippe sanctissimi Niceni concilii legitur: Quoniam multi clerici auaritiæ turpia lucra sectantes, diuinum præceptum obliti sunt, statuit hoc sanctum concilium, ut si quis inuentus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipere, aut ex quolibet negotio turpia lucra sectari, uel species frumentorum ad sextuplum dare: omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, deiiciatur à clero, & alienus habeatur ab ecclesiastico gradu. Deniq; Iulianus Papa: Quicunq; inquit tempore messis aut uindemiæ, non necessitate sed propter cupiditatem comparat annonam uel uinum, & seruat quousq; carius uendatur, hoc turpe lucrum uocamus. Ad idem decimaquarta quæstione prima, illud Tarraconensis concilii allegat: Canonum statutis firmatum est, ut quicunq; in clero esse uoluerit, emendi uilius & uendendi carius studio non utatur, alioquin cohibeatur à clero. Hinc est illud ex concilio Papæ Martini: Si quis oblitus timorem dei, fœnerauerit, uel centesimam exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrū quæsierit, aut per diuersas species uini aut frugis uel cuiuslibet rei emēdo uel uendendo incrementa susceperit, à gradu suo deiectus, alienus habeatur à clero. Multa ad idem ex Decreto possent induci, quorum omnium rationem sanctus Thomas compendiose perstringit, dicendo: Clerici abstinere debent non solum ab iis quæ in se mala sunt, sed etiam ab his quæ speciem mali habent, quam & negotiatio habet: Primo, quoniam ad lucrum ordinatur terrenum, cuius clerici debent esse contemptores: secūdo, propter peccata quæ negotiationi solent misceri: tertio, quia per negotiationem implicatur cor secularibus curis, & ita à diuinis ac spiritualibus impeditur: propter quod dixit Apostolus: Nemo militans deo, implicat se secularibus negotiis. Præterea in Decreto causa uigesimasecunda, quęstione tertia Nicolaus Papa affirmat: Peruenit ad sanctam synodum quosdam ex clero propter turpe lucrum, maiorum possessionum conductiones & seculares causas suscipere: decreuit ergo sancta synodus, nullum deinceps sacerdotem aut clericum uel monachum conducere possessiones, aut permisceri secularibus procurationibus, nisi forte qui legibus ad minorum ætatem tutelas, aut orphanorum aut uiduarum inexcusabiles attrahantur, aut episcopus ecclesiasticarum rerum gubernacula eis commiserit. In Lateranensi quoq; concilio prohibentur in placitis secularibus disputare. Vnde (ut tertio Decretalium legitur) Eugenius Papa Lucensi scribens episcopo: Sacerdotibus, ait, & clericis tuis denunties publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant: alioqui indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari. In gestis demum Carthaginensis fertur concilii: Nicasius episcopus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati uestræ, & displicere uobis, ut qui seruiunt deo & annexi sunt clero, ad actiones uel administrationes aut

pro

procurationes domorum accedāt. Gratianus episcopus dixit: Apostolorum statuta sunt: Nemo militās deo, implicat se negotijs secularibus. Proinde aut clerici sint sine actoribus domorum, aut actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt: hoc obseruemus. Horū causam sanctus assignat Cyprianus, dicendo: Qui diuino sunt sacerdotio honorati atq; in clericorum ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deseruire, & precibus ac lectionibus sacris debēt uacare. Itaq; archidiaconi uisitantes debite pscrutent, an sacerdotes & clerici ista obseruent: transgressoresq; horum increpare, instruere, reformare, ac congrue satagāt castigare. Postremo, circa uisitationē, instructionē & reformationem archipresbyteri seu ruralis decani, archidiaconus uisitans diligentissimus sit, quatenus quę ad suū spectāt officiū, idonee exequatur, seq; in cūctis uere exhibeat exemplarē: nec emolumēta quęrat pecuniarum, sed remedia aīarū, imò primo & maxime dei gloriam & honorem. 2.Timo.2 Cyprianus

Articulus XV. Qualiter uisitandi ac reformandi sint parochiani.

APostolicum dogma est, ut unusquisq; iuxta modum & exigentiam suæ uocationis deo digne ambulare conetur. Informādi sunt ergo parochiani ac subditi, ut in primis decem præcepta scire curent ac adimplere: Præcepta quoq; seruent ecclesiæ, ieiunando & festa agendo, atq; seinuicem diligēdo, & exemplariter atq; pacifice mutuo conuersando, ita ut contra nullum teneant odium: quia qui unū hoīem odit, nec deum neq; seipsum, nec aliquem uere ac spiritāliter diligit, sed in damnationis est statu, cū odium mortale sit uitium: & iuxta Christi doctrinā, quilibet Christianus tā inimicos q̄ amicos teneatur cordialiter spiritaliterq; diligere. Instruendi sunt quoq;, ut uniuersa mortalia sp deuitent pctā, & in cibo, potu ac uestimentis tpate se habeant: qñquidē protestāte S. Hieronymo, Si uir aut mulier uel quicūq; se ornauerit, & suo ornatu aspectū alicui in se procurauerit, etiā si nullū inde sequat periculū, ęternū tñ patietur suppliciū: qm̄ q̄tum in se fuit, propinauit uenenū, si fuisset q biberet. Hinc doctores fatentur esse mortale pctm̄ uti uestibus curiose formatis ad libidinē prouocatiuis. Insup sunt docendi, ut circa suū pastorē ac superiores se habeāt reuerēter ac obedienter, oblationes & decimas prōpte, deuote fideliterq; persoluant. Et informandi sunt coniugati, qualiter circa seinuicē habere se debēt, debitū cōiugale petēdo, reddēdo, & certis tpibus abstinēdo, atq; se mutuo spiritaliter magis q̄ carnaliter diligēdo, cōcorditer quoq; simul uiuēdo. Qualiter etiā parētes habere se debent ad sobolē suā educando, instruēdo, corripiendo & castigando nuptuiq; tradēdo, uel ad spiritalia applicando. Rursus, quō ad familiā ac operarios se gerere debeant: itemq;, qualiter oīa ex charitate ac recta intētione debeāt facere. De his oībus atq; similibus ad salutē spectātibus, archidiaconus uisitās parochianos sibi subiectos instruere obligat, cū curā habeat aīarū: & curatos debet imbuere, qualiter de præ tactis plene ac cōgruo tpe & frequenter gregē sibi creditum in spū instruant mansuetudinis ac feruoris. Pręterea archidiaconus inquirere debet, an iuxta iam scripta parochiani se habeāt, & prout culpæ eorū merentur eos corripiat & castiget, nullum palpādo, nec maioribus potētioribusq; cōtra ęquitatē parcēdo, præsertim cum cæteris paribus eorū sint enormia pctā, & psonarū acceptio in iudicibus ac prelatis grande est uitiū. Postremo, docēdi sunt, ut dies festiuos deuote expēdāt, crapulā uitent, in ṽbis modesti sint, cū de oīni etiā otioso ṽbo dāda sit in die iudicij rō: & ne propria autoritate se ulciscant, si forte eis aut propinquis seu charis eorū iniuriæ irrogent: sed aut prorsus ignoscant, si bono cōi id prosit: aut certe scd̄m ordinē iuris emēdationē requirāt. Culpā uero oportet sp dimittere: pœna uero potest ex charitate ac zelo iustitię exigi. De oībus his multisq; alijs tanto ardētius atq; frequētius informādi sunt parochiani, q̄to minus literas norūt: sed & dn̄s cōitatis & officiati ipsius, uidelicet schultetus & scabinus diligentissime sunt hortādi, ut in omnibus iuste se habeant, & sine personarū acceptione rectum unicuiq; iudicium faciāt, expeditius plane quo possunt, sicut & sibi fieri uellet. Ephe.4 Matt.5 Luc.6. Hieronym⁹. Gala.6 Deut.16. Iaco.2. Matt.12. 1.Pet.3 Psal.99

Articulus XVI. Ad qualem ac quantā scientiā teneantur presbyteri, curati & eorum uicarij, & ad quos libros habendos sint per archidiaconos ac synodum inducendi.

RAtio, teste Philosopho, dirigit uoluntatem: hinc super quartum sententiarum distinctione uicesimaquarta asserit Thomas: Ad hoc quòd actus hominis sit ordinatus ac uirtuosus requiritur directio rationis. Ad hoc itaq; q̄ homo suum ordinem debite exequatur, oportet ut habeat sufficientem sciētiam, ad hoc quòd congruenter dirigatur in actu ordinis sui: tanta quoq; scientia requiritur in promouendo ad ordines: nec oportet q̄ totius scripturæ scientiam habeat, sed requiritur scientia maior

aut minor, secundum quod ad maiora siue minora, plura aut pauciora officium eius seu or do extenditur: ut qui alijs præferuntur animarum curam habendo, sciant ea quę ad fidei ac morum spectant doctrinam: alij uero ea cognoscant, quæ ad sui executionē ordinis pertinent. Curatis igitur & eorum uicarijs necessaria est scientia legis diuinæ, quantum ad ea quæ necessaria sunt saluti communiter, non autem ut sciant omnes difficiles legis diuinæ soluere quæstiones: quia in difficilioribus est ad superiores habendus recursus: sed ut sciant illa quæ grex eis commissus obligatur credere & seruare: Et ut sciant inter lepram & non lepram. i. uirtutes uitiaq; discernere: mortalia quoq; à uenialibus sequestrare, ac sacramenta debite dispensare. Hinc de sacerdotibus qui alijs præsunt scriptum est: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia angelus domini exercituum est. Porrò ad superiores præsertim episcopos pertinet etiam ad difficiliores legis diuinæ ac scripturarum quæstiones sapienter respondere: ideo quo in gradu altiori sunt constituti, eo excellentioris debent esse scientiæ. Examinent igitur & perpendant archidiaconi, an presbyteri eis subiecti sufficientis sint literaturæ: aliàs secundum Albertum, permittendi non essent ministrare, donec satis essent instructi. Veruntamē cum sacerdotibus tardioris ingenij & conuersationis deuotæ diligentiam suam agentibus, uidetur specialiter, patienter & pie agendum ac patiendum: quia in pluribus gratiose ac supernaturaliter adiuuantur: cum cæteris, præsertim negligentibus, est rigorosius procedendum. Vnde in uita beatissimi Thomę Canthuariensis narratur, quemadmodum sacerdos quidam ob imperitiam suam à celebratione à sancto Thoma suspensus, paulo pòst à uirgine gloriosa cum signo certissimo ad eundem sanctum est missus, ut prohibitionē illam mox relaxaret. Prę terea super quartum Sententiarum scribit Albertus Magnus, q sacerdos curatus siue confessor, tenetur scire in generali quæ peccata sint mortalia, & quæ uenialia ex genere: & hęc sciens, reputatur pro temporis huius necessitate ad audiendum confessiones sufficiens: & hæc nesciens, peccat mortaliter cōfessiones audiēdo: & eum ad hoc instituens, magis mortaliter peccat: similiter qui eum ministrare permittit, si sua interest talem prohibere. Præterea si archidiaconus uiderit quempiam ex curatis suæ iurisdictioni cōmissis substituisse uicarium insufficientis literaturæ aut inidoneæ uitæ, debet cum omni sibi possibili diligē tia obuiare ac prouidere, ut uel personaliter resideat ipse curatus, aut certe sufficientem ac dignum substituat. At uero de obligatione sacerdotum ad scientiam distinctione 36. ac deinceps multa scribuntur, inter quæ continetur: Imperitia sacerdotibus semper est fugienda: quia dum per ignorantiam excæcati alijs ducatum prębere cœperint, simul in foueam cadunt: ideo ignorantiam maxime debent abijcere. In concilio etiā Toletano habet: Ignorantia mater cunctorum errorum, sacerdotibus maxime est uitanda, qui docendi officium in dei populo susceperunt: Sacerdotes nanq; legere sacram scripturam monētur, sicut ad Timotheum scribit Apostolus: Attēdite lectioni, exhortationi, doctrinæ. Sciant igitur sacerdotes sacram scripturam ac Canones, quātum ad eorum pertinet statum, ordinem atq; officium: & omne eorum opus in prædicatione & doctrina consistat: cunctos quoq; ædificēt tam fidei scientia q operum disciplina. Amplius, Leo Papa disseruit: Si in laicis intolerabilis est ignorantia, quanto magis in his qui præsunt, nec excusatione est digna nec uenia. Insuper (sicut distinctione 38. ex uerbis beati Augustini asseritur) sacerdotibus ad discēdum atq; sciendum necessarij sunt libri sacramentorum, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisterium, Computus, Canones pœnitentiales, psalterium, homilię per circulum anni, dominicis diebus & singulis festiuitatibus aptæ, ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen in eis constare uix poterit. Ideo ad habendos hos libros archidiaconus presbyteros prouinciæ suæ inducat, & item ad habendum Sermones atq; Legendas sanctorum, quos emant aut scribant: sitq; in illis studium, recreatio & occupatio sacerdotum, non in gyrouagationibus, confabulationibus, comessationibus, potationibus, incontinentijs, uenationibus aut consimilibus actibus uanis ac uilibus & eis tam districte prohibitis. Postremo, unusquisq; eorum habere debet librum synodalium statutorum suæ diœcesis, & quæ ibi conscripta sunt, scire: siquidem iuris ignorantia non excusat, cum & Apostolus protestetur: Si quis ignorat, ignorabitur: & per Osee prophetam dominus comminatur: Quia tu scientiam repulisti, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Hinc ait Chrysostomus: Sapientem esse necesse est & perspicacem in omnibus sacerdotem, & mille (ut dicitur) oculos ex omni parte habentem, ut non sibi duntaxat, sed & populo uiuat ac uideat.

Deut. 17.
Malach. 2
1 Timo. 4
1 Cor. 14
Osee. 4.
Chrysostomus.

Arti

Articulus XVII. De diligentia in uisitando habenda, & q̃ uitiosum atq; dãmnabile sit subditorum dissimulare peccata.

SVbditorum salutem, profectum ac perfectionem ex præsidentium idoneo dependere regimine, inferiorum quoq; peccata ac damnationem negligentibus imputari principibus ac prælatis, diuina clarissime ac ubertim fatetur, instruitq; scriptura. Hieremias equidem protestatur: Quia impie egerunt pastores, & dominũ non exquisierunt, ideo omnis grex eorum dissipatus est. Hinc de manibus præsidentium sanguinem pereuntium se dominus requisiturum per Ezechielem minatur: atq; in Numerorum uolumine propter subditorum facinora iussi sunt duodecim principes Israel in patibulis suspendi. Hinc cuilibet præsidenti rite aptatur ac congrue applicatur quod ad Eustochium sanctus scribit Hieronymus: Attende diligenter quàm grauis tibi imponitur sarcina, quæ de subditorum animabus atq; corporibus, de uerbis ac moribus apud diuinum obligaris examen. Caue quæso, ne de te uel leuis suspicio mali possit haberi, ne dispergas & perdas, quos saluare & colligere debes. Deniq; sanctus Benedictus hortatur: Sciat qui præest, culpę pastoris incumbere quicquid in ouibus paterfamilias minus utilitatis poterit inuenire. Tunc uero præsidens excusabilis apparebit ac liber, si gregi suo omnis fuerit ab ipso diligentia attributa, & malis eorum actibus uniuersa fuerit cura exhibita, ut dicere ualeat domino cum propheta: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, ueritatem tuam & salutare tuum dixi. Iterum præsidenti ait Hieronymus: Non tibi obsecro blãdiaris ex domini pietate, qui tam diu peccatores sustinet in peccatis: quia etsi diuturna sit expectatio, nõ minus formidanda est ultio: quæ tanto durior erit, quanto longius tempus expectationis præcessit. Idcirco si aliter q̃ teneris egeris, periculum expauescas: nec ideo minus, si statim diuinum non incurris iudicium. Christus enim à te uult de singulis etiam occultis exigere rationem: & si quid eum defraudaueris, tradet te diabolis cruciãdum, ut sustineas quicqd doloris & pœnæ poterit excogitari. Feliciores ergo & securiores sunt qui subsunt, q̃ præsidentes. Nihilominus superba mens periculorum improuida, semper maiorum appetit dignitatum ascensum, & non nisi post factum ex descẽsu terretur. Sed forte descensum æstimas rarum: sed firmissimis & non paucis doctus experientijs dico: Raro per gradus dignitatum ascendit homo, quin grauius cadat. Si hæc archidiaconi cæteriq; prælati profunde pensauerint, tanto utiq; solicitiores diligentioresq; erunt, quo pluribus præsunt. Propterea distinctione C. dr: Cum honoris augmẽto cura quoq; solicitudinis debet excrescere, nẽpe ut Eugenius Papa disseruit: Inferiorum culpæ, cui magis q̃ negligentibus atq; carnalibus sunt imputandæ prælatis? Cum ergo archidiaconus etiam illis pręsit, qui aliorũ pastores siue rectores sunt, oportet eum in præsidendo ac uisitando diligentissimum, iustum ac strenuum esse, ut nihil de debito sui omittat officij. Alioquin subditorum suorum peccata redundabunt in ipsum, potissime sacerdotum: imò cum parochianorum uitia ex suorũ negligentia scandalosaq; uita supernorum potissime oriantur, dum archidiaconus sacerdotũ excessus & culpas negligit secundum iura debite castigare, reus efficitur uitiorũ parochianorum, ad quod illud poterit philosophicũ applicari: Quod est causa causæ, est causa causati. Nihilominus cum & ipsi parochiani archidiacono sint commissi, etiã ob id illorum peccata in eum redundant, si circa illorum informationem, increpationẽ ac castigationem extiterit negligens. Insuper, sicut ex eo q͂ uisitationes fiunt remisse seu negligenter atq; iniuste, rigor disciplinę, uigor iustitiæ, conuersatio bona lamentabiliter ac maxime pereunt, ita ex eo q͂ diligenter fiunt ac iuste, disciplina, iustitia, conuersatio in subditis uirtuosa præcipue conseruantur ac florent. Hinc quanto ex diligenti uisitatione abundantius præmium archidiacono imminet, tanto ex uisitatione negligenti atq; iniusta grauior ei instat dãnatio. Cum ergo tot milibus præsit, nonne timoratissimum ac diligentissimũ in exercitijs sui officij, præsertim in uisitando, eũ esse oportet? Alioquin, iuxta prætacta tot mortibus supplicijsq; erit dignus, quot ex sua negligẽtia perierint aię. Neminẽ igitur ex sibi cõmissis palpet, nullius peccata dissimulet, sed uniuersorũ peccata digne corripiat & castiget. Ait quippe Hormisda Papa, & habetur distinctione quinquagesima: Quæ est ista iustitiæ inimica bonitas, criminosos palpare, & uulnera eorũ usq; in diem iudicij incurata relinquere? Vere dico, quoniam illi ipsi quibus periculosa & falsa misericordia indulgere uidemur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos conquerentur & expetent ultionem. Præterea, nequaquam arbitretur prælatus sibi sufficere, q͂ subditorũ peccata displicent sibi, nisi uerbis atq; operibus iuxta suæ exigentiam præsidentiæ renitatur

Hiere. 10. Ezech. 3 Nume. 25. Hieronym. Psal. 39 Dist. 100 ca. Quoniam ordo. Roma 14. Dist. 83, cap. error.

tur. Ait equidem Innocentius Papa distinctione 83. Error cui nō resistitur, approbatur: & ueritas cum non defensatur, opprimitur. Negligere quippe cum possis perturbare peruersos, nihil est aliud q̄ fouere: nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare. Non itaq; æstimet præsidens sibi sufficere, si in se & quātum ad se, satis bonæ uideatur consistere uitæ, nisi & circa subiectos iustam ac debitam exerceat disciplinam in uera charitate ac discretione. Ideo Pius Papa fatetur: Non prodest ei proprio uitio aut errore non pollui, qui consentit erranti. Consentit autem secundum Gregorium, qui ad resecanda uitia non occurrit. Hinc Leo episcopus, Negligentes, inquit, rectores magnam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant impēdere medicinam. Medicinali etenim seueritate mali coguntur ad bonum redire. Consonat his illud Iohānis octaui: Facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emēdare: probat uero odisse se uitia, qui condemnat errantes. Hinc ait Gregorius: Cum prælatus increpare delinquentes neglexerit, eos proculdubio tacendo occidit. Postremo teste Chrysostomo, q̄uis pium sit propriam iniuriam tolerare, impium tamen est dei iniuriam dissimulare. Sed heu quidam inueniuntur prælati contrario modo agentes: propriam nanq; iniuriam rigide ulciscuntur, de dei uero parum aut nil curant offensa. In talibus dominatur non charitas dei, sed priuatus ac improbus amor sui: non zelus animarum, sed propriorum potius commodorum: non desiderium diuini honoris, sed propriæ reputationis. Ex his itaq; innotescit, cum quanta diligentia debeant archidiaconi uisitare, neq; alicuius eis commissi culpas palpare. Omnia tamen cum discretione sunt peragenda, ut rigori pietas misceatur prudēter, & uitiorum circunstantiæ considerentur, ac iuxta hoc pœnę proportionabiliter infligantur.

83. disti. c. qui eni & c. consentire.

Dist. 86. c. sacientis.

Articulus XVIII. Quòd archidiaconi debeant personaliter, nisi impedimento excusentur legitimo, uisitare: alioquin non mittant ad uisitandum nisi idoneos.

B. meditat.

SAncto testante Bernardo, Inacceptum est spirituisancto quicqd ei obtuleris, eo neglecto ad quod teneris: Nempe qui id ad quod tenetur, omittit, præceptum transgreditur: & scimus q̄ præceptorum transgressio mortalis est culpa, cum sit directe contra iustitiā. Cum itaq; iuxta pręhabita archidiaconi ex debito sui officij suam teneantur uisitare parochiam, prout iura & sancti patres id decreuerunt, constat quòd absq; mortalis peccati periculo omittere hoc nō possint, nisi legitime excusentur. Præterea, prę cepti impletio non nisi per dispensationem licenter omittitur. Dispensatio autem sine rationabili fieri causa (id est, uera utilitate aut euidenti necessitate) non debet, secundum doctores concorditer: alioquin iuxta Bernardum, dissipatio, non dispensatio esset. Igitur absque huiusmodi causa archidiacono in propria uisitare persona non licet omittere. At uero iuxta regulā iuris succedit i onere, q succedit in honore. Archidiaconi ergo sicut prędecessorum suorum fulciuntur honore, ita & onus illorum portare (hoc est, opera exercere, prę sertim in uisitando & corrigendo ac reformando subiectos) non abnuant: imò cum uisitatio ista sit actus illorum præcipuus, circa eum summe esse soliciti obligantur. Denique, stipendia spiritalis militiæ absq; eiusdem militiæ exercitijs atq; laboribus consumere non licere docet Apostolus, & iura fatentur. Nam & ecclesiastici redditus non nisi illis debentur, qui opera uirtuosa, propter quæ exercenda ordinati sunt redditus illi, efficiunt, ut Raymundus, Iohannes, Vlricus in suis asserunt summis, quod Gulielmus Parisiensis libro de collationibus ecclesiasticorum beneficiorum, districte affirmat ac multipliciter probat. Hinc Clemens quintus disseruit: Cum sit naturæ consonum illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur. Quocirca ait Glossator: Non est ferendus qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat. Quomodo igitur archidiaconis licet ex sui archidiaconatus titulo tot ecclesiasticos redditus exigere, leuare, consumere, nisi opera sui officij personaliter exequantur, nisi rationabiliter excusentur? Aduertant ergo archidiaconi & uniuersi prælati uerba sancti Gregorij: Quid nos, inquit, quod sine graui dicere mœrore non possumus, quid agimus, qui & mercedem consequimur, nec tamen operarij sumus? Fructus quippe sanctæ ecclesię in quotidiano stipēdio sumimus, nec t\~ pro nobis cōmissis in prędicatione ac reformatione debite laboramus. Pensate quantæ damnationis sit, sine labore percipere mercedē laboris. Illa in nostrū stipendium sumimus, quæ pro redimendis suis peccatis obtulerunt fideles: & tamen contra eadem peccata nec orationis nec prędi-

De regulis in 6. Ration.

1. Cor. 9

De censibus in Clemen. ca. 1.

dicationis studio(ut dignum est)insudamus. Vix pro culpa sua aliquem apta uoce repre 2.Tim.4.
hendimus:& adhuc quod est grauius,si persona potẽs est,eius sæpius peccata laudantur.
Præterea,si archidiaconi legitime impediti personaliter uisitare non queant,nequaquam
nisi uita atq; scientia ad uisitãdum idoneos mittant. Alioquin uniuersa tam uisitantium q̃
uisitatorum peccata redundabunt in ipsos. Porro,quanta scientia atq; perfectio ad archi-
diaconos exigatur,si sua officia efficaciter exequãtur,potissime uero si actum uisitationis
idonee adimplebunt,præhabitum est. Grandis ergo discretionis,magnæ iustitiæ,eminẽ-
tis sciẽtię,charitatis ac uirtuositatis præcipuæ oportet existere eos,qui uisitare curatos ac
parochianos erũt condigni. sed hoc infrà clarius referetur. Postremo, 6. Decretalium Bo-
nifacius loquitur: Præsenti decreto statuimus,ut nullus ad regimen parochialis ecclesiæ
assumatur,nisi moribus,scientia & ætate idoneus. Si hoc ita est,simili ratione ad uisitãdum
nullus est assumendus nisi ita sufficiens: imò per locum à maiori, ad plurium parochiali-
um ecclesiarum ac sacerdotum uisitatorem nullus est assumendus,nisi uita,scientia & æta
te idoneus.

Articulus XIX. Contra periculosam,uitiosam atq; damnabilem consuetudi
nem uisitandi, & pecuniam recipiẽdi à fornicarijs.

MAgnus ille prælatus Petrus de Alliaco,doctor excellẽs & Cardinalis,in libro
de Reformatione ecclesię: Adhibenda est(inquit)diligẽtia, ut archidiaconi of
ficia sua exerceant,aut penitus extirpentur, sicut de coepiscopis factum est.
Hinc constat, quàm diligenter sua debeant officia adimplere,intendendo iux
ta prætacta informationi,increpationi,correctioni,reformationiq; subditorum: non emo 2.Tim.4.
lumentis carnalibus,non collectionibus pecuniarũ,sed beatitudinibus animarũ:non com
modis proprijs,sed diuinę maiestatis honoribus. Penset ergo cui uel paululum inest ueræ
prudentiæ,cuius mentem gratia dei saltẽ modice docet,quem unctio aliqualiter tangit,q̃ 1.Iohan.2.
indecens & iniusta sit consuetudo,imò potius corruptela temporis huius,qua archidiaco
ni per seipsos aut substitutos à presbyteris concubinarijs seu fornicarijs & parochianis ta
libus non quærunt nisi pecuniariam pœnam: qua omni anno tempore certo soluta, dein-
ceps in solita conuersari atq; foetere spurcitia permittuntur,in contumeliam omnipoten-
tis,in scãdalum maximum proximorum,in damnationem animarum suarum grauissimã.
Istud in primis est contra iura. siquidem in principio tertij Decretalium scribitur ac iube
tur,ut prælati qui sacerdotes & clericos siue canonicos,præsertim in sacris ordinibus con-
stitutos,incontinentes & lubricos præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime
obtentu pecuniæ uel alterius commodi tẽporalis,eidem subiaceant ultioni quæ illis de-
betur lasciuis:hoc est,ut non solum ecclesiasticis beneficijs spoliẽtur,uerumetiam pro du De ui & ho
plici culpa perpetuo deponantur. Dicitur quoq; ibidem: Ne facilitas ueniæ incentiuũ tri nest. cleric. c.
buat delinquendi,statuimus ut qui deprehensi fuerint incontinentiæ uitio laborare,pro- ut clericorũ.
ut magis aut minus peccauerint,puniantur secũdum canonicas sanctiones. hoc est,secun Canonicæ
dum ordinationes & iussiones,sacris canonibus tam generalium conciliorum q̃ summo- sanctiones q̃
rum pontificũ sanctorumq; patrũ & etiam prouincialium synodorũ expressas,quas effica- dicantur.
cius & districtius præcipimus obseruari. Porro hæ sanctiones nõ sunt,ut fornicatores hu
iusmodi pecuniaria tali pœna plectantur,sed ut ab officio & beneficio suspẽdantur:& ni-
si emendent se,ꝑpetuo deponantur. Estq; uiuaciter aduertendum,ꝙ ista sunt uerba Inno
centij in generali concilio,ita ꝙ tã uniuersali synodo q̃ antistiti summo hæc congrue ascri
bantur. & constat,ꝙ contra tale ac tantum,contra talium & tantorum dispensare præce-
ptũ,inferioribus propria autoritate non licet,potissime sine rationabili causa,quę nequaq̃
in pecuniaria ista punitione locũ sortit:imò ex huiusmodi punitione,q̃ tantorũ uitiorũ cõ-
paratione est nulla aut minima,oriũtur incõmoda maxima,utputa ꝑmanẽtia in peccatis,
multiplicatio lasciuiæ sine mensura,enormis offensa dei,mortifera atque grauissima scan-
dalizatio populi,luxuriantium quoq; sacerdotum ac clericorum damnatio superhorren
da. Insuper,contra diuersorum generalium conciliorum statuta est talis pecuniaria pœ 94. distin. c.
na,uel potius derisio atq; illusio detestanda. Siquidem distinctione XCIIII. habetur: Ar- Dictum.
chidiaconi quamuis ex suo officio clericorum uitam diligenti examine debeant inquire-
re,censum tamen(id est,pecuniam)ab eis exigere prohibentur. In Cabilonensi q̃q; conci-
lio legitur: Dictum est quòd in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochia- 94. distin. c.
nos quandam exerceant dominationem,& censum ab eis exigant: quod magis ad tyran- Dictum.
nidem,quàm ad rectitudinis pertinet formam. Si enim iuxta Apostoli sententiam, episco

pi non debent dominari in clero, multo minus hoc debent archidiaconi. Sint ergo contēti regularibus institutis, nihil per cupiditatē aut auaritiā ꝓsumētes. Archidiaconi ergo ita agētes, prorsus iniusti sunt, & carnalia emolumenta magisꝙ spiritalia animarum incrementa quærentes, nullo diuinitatis amore succensi, nec diuini honoris neq; iustitiæ desiderio inflammati, sed lamentabiliter obtenebrati: non quæ Christi, sed quæ sua sunt cupientes. Et quid mirum, cum & ipsi eisdem aut maioribus uitijs quàm subditi quos corrigunt inuoluantur, suis heu libidinibus publice atq; sacrilege seruientes, non attendentes nec formidantes sacrum illud dogma catholicum, Indigni sunt alios iudicare, qui in eisdem aut maioribus uitijs sordent? Nempe cum homo post deum teneatur præcipue diligere semetipsum, exigit ordo charitatis seriesq; iustitiæ, ut homo (præsertim prælatus) in primis cōsideret, iudicet, corripiat & castiget seipsum. Nonne omnino indignus est in throno iustitiæ residere, publicus æquitatis minister consistere, iuris esse executor & transgressorum punitor, qui ipse fontem iustitię deum incessanter offendit, iustitiam uiolat, leges præuaricatur diuinas, naturales atq; humanas? Tales prælati eadem aut maiora agentes peccata, populum enormiter scandalizant, ineffabiliter lædunt, ęternaliter perdunt. Idcirco ut sancti patres testantur, oportet in primis seipsum purgare, sicq; ad aliorum purgationem accedere, & seipsum in omnibus exemplarem præbere, quemadmodum sanctus Gregorius ait: Tunc prælatus officium suum bene adimplet, cum ipse se per priuatū amorem nō diligit, nec aliquid huius mundi desiderat. Tunc alijs uere recteq; præsidemus ac prædicamus, si uerba factis ostendimus, si nos ipsi diuino amore cōpungimur, & uitæ humanę quotidianas maculas lachrymis quotidianis lauamus. Præterea elucescit, ꝙ archidiaconi prętacta pecuniaria pœna contenti, neq; iuxta exigētiam sui officij morum reformationibus insudantes, rei sunt scelerum uniuersoꝝ subditorum suoꝝ, ex tanta negligentia ac iniustitia sua nascentium. Heu miseros homines, quibus de animarum salute, de dei honorificentia nouissima uel potius nulla iam cura est, bursarū suarum repletionē, imò carnis suæ delicias, mundi honores, opulentiamq; caducam insensate quærentibus, quibus iustitiæ lumen non fulget, nec sol intelligentiæ splendet: ideo sua non pensant pericula, nec omnipotentis expauescunt iudiciū, propria excæcati malitia, in quibus illud impletum est salomonis: Impius cū in profundū uenerit peccatoꝝ, contemnit.

Articulus XX. Contra incontinentiam sacerdotum & clericorū, & ꝙ illa sit præcipue uitādа ac digne corrigēda.

Qvamuis uniuersis carere uitijs atq; ornari uirtutibꝰ, maxime illis quæ quarto articulo tacta sunt, sacerdotes iubeantur ac clerici, ueruntamen lubricum carnis uitare & castitate fulgere, singularissime, frequentissime ac districtissime pręcipiuntur, ut nunc ex Decretalibus patuit, & ex Decreto copiosissime demonstratur. Ad hoc quippe probandū, uarię introducūtur autoritates tā ex generalibus synodis, quàm ex summorū pontificū institutis distinctione uicesimaquinta, distinctione quoq; octogesimaprima. In gestis nanq; quinti concilij Toletani habetur: Quando presbyteri & diaconi per prouincias constituunt, oportet eos professionem facere suo episcopo, ut caste & pure uiuant sub dei timore: ut dum eos talis professio obligat, uitæ sanctę disciplinam retineant. In secundo quoq; Arelatensi concilio cōtinetur: Placuit, ut deinceps non ordinentur diaconi, nisi qui prius conuersionis proposito professi fuerint castitatem. Rursus, in secundo Toletano concilio fertur: Cauendum est clericis, ne quando suę sponsionis immemores, ad furtiuos concubitus ultimo recurrant: quod si fecerint, tanquam sacrilegij rei ab ecclesia habeantur extranei. In Neocæsariensi etiam synodo legitur: Presbyter si fornicatus fuerit, adulteriū'ue commiserit, extra ecclesiam abijci & inter laicos ad pœnitentiam redigi ipsum oportet. In sexta demū synodo scribitur: Presbyteꝝ illicita cōmixtione detentum, ab officio abstinere præcipimus. In sancta autem synodo Nicena primò legitur institutū, ut sacerdotes & in sacris constituti ordinibus, caste uiuant. Præterea sanctus Gregorius ait: Nullum facere subdiaconum præsumāt episcopi, nisi qui se caste uicturum promiserit: quoniā nullus debet ad ministeriū altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministeriū fuerit approbata. Innocentius quoq; secundus, Decreuimus, inquit, ut hi qui in ordine subdiaconatus & suprà, concubinas habuerint aut incontinentes extiterint, officio atq; beneficio ecclesiastico careant. Cum enim templū & uasa domini atq; sacrarium spiritussancti debeant esse, indignum est eos cuilibet libidini aut immūditijs deseruire. Sed & Calixtus papa testatur: Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus concubi-

32. distin ca. Vnū omniū. & c. Primū.

binas habere penitus interdicimus: & contrariũ facientes, ad pœnitentiã redigi iuxta sanctorum canonum diffinitionem iudicamus. Quamuis autem sacros ordines suscipientes, nunc castitatem explicite non promittant, ordini tamen sacro castitatis uotũ censetur annexum. Insuper, cum sacerdotium Christi sit incomparabiliter spiritalius atq; præstantius sacerdotio ueteris legis, sacerdotes euangelicæ legis incomparabiliter debent spiritaliores ac puriores sacerdotibus antiquæ legis consistere. Idcirco ab inquinamẽtis luxuriæ debent plenissime abstinere, quoniã quidem sacerdotibus illis legalibus iussum fuit tẽpore suæ administrationis in tẽplo, à proprijs quoq; uxoribus continere: quãto magis sacerdotibus & in sacris ordinibus constitutis, qui deo quotidie ministrant in templo, & orationibus ac oblationibus uacare tenentur, à fornicarijs est cauẽdum amplexibus? At uero, quo sacrificium euãgelicę legis (quod est Christus unigenitus patris) est magis purum, diuinum ac sanctum, eo contrectatores, cõsecratores & oblatores ipsius debent purioris, diuinioris ac dignioris conuersationis consistere. Cũ ergo uita luxuriosa sit maxime immũda, brutalis, fœda & uilis, sacerdotes euangelicæ legis tenentur eam summe uitare: & nisi hoc fecerint, enormiter (imò & indicibiliter grauiter) peccant, & sanctum sanctorum irreuerentissime tractant, q̃d pollutis manibus, ore obscœno, corde libidinoso accipiunt. Amplius, super IIII. sententiarũ scribunt doctores, q; sicut per religionis professionem, ita per sacrorum ordinum susceptionem uotum solennizatur, ita q; non dũtaxat impedit matrimonium contrahendum, sed dirimit quoq; cõtractum: quia per huiuscemodi uotum homo seipsum obligat deo ad bona agenda ac mala uitanda, imò & promissionem suam quodammodo implet, seipsum à secularibus sequestrando, atq; diuinis præcipue mancipando. Vnde per sacri ordinis (potissime sacerdotij) susceptionem homo se offert, donat & exhibet deo, ut eius obsequio totaliter uacet. Cum ergo presbyteri & in sacris ordinibus cõstituti, consecrati sint deo ad uacandum ac ministrandum spiritalibus & diuinis, furtũ sacrilegiumq; committunt, dum se à deo auertunt, à spiritalibus ac diuinis subducũt, carnalibusq; immergunt, sordibus carnalitatum & fœtore luxuriæ seipsos uilissime ac uitiosissime polluentes. Deniq;, talium coitus sacrilegium appellatur, quemadmodum cum moniali concubitus, cũ sit rei sacrę abusus, quo sacer ordo siue religio uiolatur: ideo est peccatũ enormiter multipliciterq; mortale, secundum doctores. Præterea, quo sacerdotes ac clerici pluribus præceptis ac causis ad castimoniam obligantur, eo turpiter agendo damnabilius pręuaricant. Tenentur aũt ad continentiã seu luxuriæ refrenationem: primò ex Chrĩ præcepto, sicut & quilibet Chrĩanus: secũdo ex diuersis p̃ceptis gñalium synodorũ: tertio ex multis iussionibus summorũ pontificũ: quarto, ex institutis prouincialiũ ordinationũ: q̃nto, ex iuramẽto seu uoto, si in sacrorũ ordinũ susceptione iurauerint secundũ sacros canones uiuere aut castitatẽ seruare. Et q̃uis explicite forsitã non uouerũt, nõ ideo excusantur: q̃a secundũ doctores, continẽtię uotũ intelligit ordini sacro annexũ. Ecce, q̃ multipliciter trãsgrediuntur, q̃ inobedientes abominabilesq; reddũtur sacerdotes & clerici fornicantes. Postremo, q̃ plura à Chr̃o bñficia sortiuntur, atq; maiori p̃tãte, honore & gloria ab ipso ornati sunt, eo scelerati⁹ agũt lasciue uiuẽdo. Nõne Chr̃s seipsum eis q̃tidie p̃stat? Quo itẽ lubrice cõuersando populũ graui⁹ scãdalizant, & q̃ exemplariores cæteris esse tenent, eo tam turpiter ac scandalose uiuendo uitiosiores reddũtur. Quoniam ergo incontinentię uitiũ tã specialissime sacerdotib⁹ ac clericis prohibet, archidiaconi illud nõ solũ plenissime debẽt uitare, sed etiã in clero eis subiecto exq̃sitissime inuestigare, corripe & punire.

Articulus XXI. Quã ineffabilit̃ p̃iculosa sit uita sacerdotũ & clericorũ incontinentiũ.

Ostensum sæpius est, unumquenq; in sacris ordinibus constitutum toties peccare mortaliter, quoties aliquem sui ordinis actum exercet indigne. hoc ẽ, in mortali culpa scienter existens. & dato, quòd ex negligẽtia sua non aduertat, aut nesciat in mortali se esse peccato, nihilomin⁹ sic agendo mortaliter peccat: quia tenetur suam uitam discutere & conscientiam examinare, nec ex malitia aut negligentia sua debet fructũ referre. Quis ergo excogitet, q̃ties & quàm grauiter peccẽt mortaliter sacerdotes & clerici incontinentes? Præterea, celebratio est actus singulariter priuilegiatus, ad quem de necessitate præcepti exigitur actualis deuotio, quę sine mentis eleuatione ad deum haberi non potest. Cum ergo per uitia carnis ratio maxime absorbeat, obtenebretur & deprimatur, deuotionẽ summe impediũt: non utiq; tantũ dum fiũt, sed post modũ q̃q;, quũ hebetudinẽ & depressionẽ relinquũt in aĩa, imò insipiditatem atq; fastidiũ diuinorũ. Enuero quo per usum Venereorũ aĩa plus afficit circa carnal'ia, eo ineptior fit ad diuina &

& quanto in sensibilibus delectatur intensius, tanto à spiritualium gustu amplius elongatur: unde nec ad deum nec ad diuina afficitur, sed ea fastidit. Cum ergo oporteat sacerdotem, præsertim tempore celebrationis, affici circa deum & ad spiritalia eleuari, & circa diuinissimum sacramentũ totaliter occupari, sacratissima quoque Canonis uerba, imò & reliqua cum ingenti attentione proferre, passionem quoq; Christi ac cætera eius beneficia atque mysteria grata & affectuosa mente recolere, constat quàm indecentissimum iniustissimumq; sit, sacerdotem Venereis inquinari. Insuper tactũ est, quanta prudentia, circunspectione, custodia debeant sacerdotes ornari. Cum ergo ex luxuria oriantur uitia his bonis summe contraria, utputa cæcitas mentis, præcipitatio, inconsideratio, inconstantia, cõstat quàm summe sacerdotibus sint cauenda. Amplius, sacerdotem oportet in uerbis esse modestum, prudentem, honestum & fructuosum: sed hoc per luxuriam plurimũ impeditur. Siquidem ex ea nascuntur turpiloquia, stultiloquia, ludicra atq; scurrilia. Asserit demum Thomas, ex luxuria gigni amorem sui & odium dei. Per experientiam nanq; Venereorum, propter delectationem adiunctam potissime tendit homo in se, & displicentiam concipit dei, inquantũ luxuriam uetat ac punit. Cũ ergo sacerdos debeat specialiter dei amore feruere, atq; inordinato sui amore carere, patet quàm irrationabilissimum sit, ipsum uitijs carnis, in quibus est maxima turpitudo, fœdari. Præterea, sacerdotes in scripturis angeli nuncupantur: angelicæ ergo, non bestialis conuersationis debent consistere. Adhuc autẽ, per Moysen deus testatus est: Anima polluta quę ederit de carnibus hostię pacificorum, peribit de populis suis. hoc est, de numero electorum sequestrata, inæternum damnabitur. Ad Aaron quoq; dixit: Homo de semine tuo qui habuerit maculam, non offerat panes deo suo. Si itaq; sacerdotes illi legales irrationabilia, inanimata & typica sacrificia indigne offerentes ac comedentes, tam grauiter excesserint ac perierint, q̃ ineffabiliter peccãt, q̃q; amarissime damnabuntur, qui uerum, diuinũ ac superpræstantissimũ sacramentum, qui unigenitum dei, agnum purissimũ mundi peccata tollentem, uitiosa ac libidinosa uita sordẽtes, audent contrectare, offerre ac sumere: qui cum pauloante gulę atq; luxurię fœtoribus inquinationibusq; repleti sint, insipientissime deo patri se præsentare præsumunt, ad offerẽdum ei unicum filium suum, non attẽdentes q͂ filij Aaron igne cœlesti combusti sunt, eo quòd ignem alienũ in suis posuerunt thuribulis. Horum prauitatem amentiamq; immensam gloriosus Hieronymus in extremis agens deplanxit, dicẽdo: Heu domine mi, quid dicam? q͂m hodie sacerdotes te comedunt in altari ut pecudum carnes, imò deterius: quoniam nocte fruuntur mulierũ actu turpissimo, & mane te comedunt celebrãdo. Vbi ò domine latitas? dormis ne an uigilas? Nulla certe in mundo tam crudelis est bestia ut malus sacerdos. Nam corrigi dedignatur, & ueritatẽ audire non patitur: & ut breuiter dicam, omni præeminet prauitate. Hinc rursus affirmat sanctus Hieronymus: Acerbiora gehennæ tormenta sunt, quæ fornicantibus sacerdotibus clericisq; debentur. Quid tibi cum mulieribus ò sacerdos? quid ad altare deo famularis ac confabularis, & in loco stas eius? Væ tibi qui eodem ore accipis filium uirginis, quo pauloante osculatus es filiam Veneris. O Iuda, osculo filium hominis tradis? Hinc supra Leuiticum ait Glossa: Cum de uniuersis hominũ uitijs gaudeant dęmones, maxime tamen de eorũ luxurijs, qui ministri sunt altaris. atq; ut asserit Augustinus, Plus placet deo ululatus canum & grunnitus porcorũ, quàm cãtus luxuriantium clericorũ. Nec aliquid tantum nocet ecclesiæ, quantũ carnalis, scãdalosa ac lubrica sacerdotũ clericorumq; uita. Vnde & sanctus Ambrosius: Ex indisciplinata uita, inquit, & inordinata multitudine sacerdotum, habetur hodie contemptui nostræ fidei uenerabile sacramentũ. Nam qui esse debuerant uicarij apostolorum & socij Petri, facti sunt socij Iudæ atq; præambuli Antichristi. Postremo, quicquid de bonis ecclesiæ cum turpibus personis consumunt sacerdotes & clerici, sacrilege damnabiliterq; consumunt, & restituere obligantur. Talia nãq; pauperibus detrahunt, per quod furtũ, rapinam, sacrilegiumq; committunt, secundum Bernardum.

Mala. 2.

Leuit. 21.

Luc. 22.

Articulus XXII. Quàm districte prohibentur sacerdotes & clerici mulieribus cohabitare.

RAtione, experientia, illuminatione, historia & scriptura sancta erudiri p̃res sancti ac sapientissimi humanam fragilitatem p̃santes, & quàm rarum atq; difficile sit uitare peccata eum, qui peccandi occasiones non uitat, sciẽtes non tantum commixtiones illicitas, sed periculosas quoq; & suspectas collocutiones & commorationes cum mulieribus, sacerdotibus ac clericis prohibuerunt. Vnde Magun tinense

se concilium circa hoc plene cupiens prouidere, præcepit: Nullus sacerdos fœminas, de quibus suspicio esse potest, retineat, nec illas quas canones concedunt, uidelicet matrem, amitam & sororem: quoniam instigante diabolo, etiam in illis scelus perpetratum inuenitur, aut in pedissequis earundem. Porro, quoad personas à canonibus concessas, relaxatus est huius rigor decreti. Siquidem Innocentius tertius loquitur: Cum clericis non permittas mulierculas habitare, nisi de illis personis existāt, in quibus naturale fœdus nil permittat sæui criminis suspicari. Sanctus quoque Gregorius (prout distinctione octogesimaprima inducitur) ait: Oportet sacerdotes quibus populus dei commissus est, cum magna cōstantia uigilare super dominicas oues, ne à dæmonibus lanientur. Neq; silere hoc debeo, quod cum magna tristitia dico. Nam sacerdotes cū fœminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere uel audire, & cōtra canonum sanctorum statuta. Vbi enim talis fuerit cōhabitatio, non deerunt stimuli hostis antiqui. Ideo sunt monendi, ne antiqui hostis fraude fallantur, quatenus iuxta Apostolum, non uituperetur ministerium nostrum. Cauere em̄ ab illicitis sacerdotes oportet, ut mundas ad deum leuare ualeant manus. Nam deus ait: sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Si uero quis præsumpserit aliter agere, sacerdotij priuetur honore. Iterum ait: Volumus sacerdotibus prohiberi, ne cum mulieribus conuersentur aut demorentur, excepta sorore &c. In gestis demum Niceni concilij legitur: Interdixit per omnia sancta synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nō subdiacono, neq; alicui omnino qui in clero est, subintroductam habere mulierem, id est, habitare cū fœmina, ut distinctione trigesimasecunda Gratianus exponit, nisi cum matre aut sorore aut amita, aut personis quæ fugiāt suspiciones. Hinc ad hoc Gratianus adducit sancti Hieronymi uerbum, dicētis: Hospitiolum tuum mulierum pedes nunquam aut raro tangant aut terāt: quia nec toto nec tuto corde potest habitare cum deo, qui fœminarum accessibus uisitatur. Fœmina conscientiam uiri sibi cohabitantis exurit. Deniq;, quàm caute & pure cohabitandum sit fœminis secundum canones permissis, Gratianus probat ex uerbis Gregorij, recitātis: Presbyter quidam commissam sibi regebat ecclesiam cum magno dei timore, qui ex tēpore suscepti ordinis presbyteram suam (id est, uiduam seniorem) diligens ut sororem, sed cauens ut hostē, ad se propius accedere nō sinebat: eāq; sibi approximare nulla occasione pmittens, ab ea fundit⁹ etiā cōes familiaritates sibi abscidit. Vnde distinctione 34. pcipitur, ut sacerdotes & clerici cōsanguinearum & domesticarum personarum immoderatam familiaritatem deuitēt. Præterea in sexta synodo legitur: In omnibus obseruari conuenit, ut non nisi certo & congruo loco & tempore clericus loqui mulierib⁹ debeat, ut excludatur omnis nefanda suspicio. Certe solū ad solam accedere nulla ratio religionis permittit. In Carthaginensi quoque concilio fertur: Cum clericis extraneę fœminæ nequaquam cohabitent. Et ad idem plurimæ possent ex Decreto & Decretalibus autoritates adduci. Qualiter uero liceat clericis fœminas uisitare, in sexta synodo Aphricana ita exprimitur: Clerici aut continentes, ad uiduas aut uirgines non accedant, nisi iussu uel permissu episcoporum aut presbyterorum: nec soli hoc faciant, sed uadant cum clericis uel alijs, quibus episcopus aut presbyter iusserit. sed nec ipsi episcopi aut presbyteri, soli habeant accessum: sed aut ubi clerici sunt præsentes, aut alij graues Christiani, ut omnis tollatur suspicio. In Carthaginensi etiam concilio iussum est, ne occasione temporalium familiaritatibus clericorum fœminæ aut uirgines socientur. Ideo dicit Lucius Papa: Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet sine maioris natu sacerdotis pręcepto: nec solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat. Nec archidiaconus sub prætextu humilitatis aut officij frequenter intret domicilia fœminarum, nec per clericos aut domesticos matronæ aliquid mandet secrete. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus ecclesiæ arceatur. Hæc & multa similia distinctione octogesimaprima habentur. Vnde ꝙ sacerdotes cū aliquibus fœminis propinquis ac uetulis habitare sinuntur, intelligendū est, dummodo cum illis non habitent aliæ mulieres, quibus sacerdotes & clerici prohibiti sunt cōmorari. Postremo, quidam uir sapiēs ac deuot⁹, M. Gerardus Groet, scribit ꝙ sacerdos aut clericus habitās cum muliere secūdum iura prohibita, quāuis nil mali agat cū ea, peccat mortaliter, qa dat alijs scandali grauis occasionē. Pręterea cū q̄tidie cū fœia nō cōsanguinea nec uetula, cōuersari ac cōmorari & cōicare in aspectu, colloquio ac alijs modis, nec tñ tentari de ea, fragilitatem transcendat humanam, singularisq; gratiæ opus sit, facile est pensare quàm insipienter ac periculose faciant sacerdotes & cleri-

81. distin. ca. Legitur. & c. Cū omnib. De cohabita. cleric. & mulierū c. 1.

81. disti. c. Si qui sunt pſ.

2. Cor. 6

32. dist. c. Interdixit.

32. dist. c. Hospitiolum.

32. dist. c. Presbyter.

34. distin. ca. Quorundā.

81. distin. ca. Clericus. & c. Fœminas.

rici, presbyteri nondum perfecti & exercitati, prohibitas secum fœminas detinentes. Nec solum uitanda est fœminarum cohabitatio, sed incauta quoque & morosa inspectio, nimia collocutio, secreta confessio, corrisiones, ludi, familiaritates, ioci, munuscula. In amplexibus autem illarum & osculis mortalis ponitur culpa: & quamuis sacerdos aut clericus de proprii esset securus constantia, de fœminę tamen periculo debet uereri, nec cum ea morari, ne appetatur ab ea.

Articulus XXIII. Quales pœnae ac pœnitentiæ debeantur sacerdotibus ac clericis incontinentibus, secundum iura antiqua.

QVoniam culpæ debetur pœna, & grauiori peccato maior punitio, ita quod pœna proportionanda est culpæ, secundum cursum & legem communem iustitiæque diuinam, ut clarius innotescat, quàm enorme flagitium sit incontinentia sacerdotum & clericorum, quàm item permaxime patres sancti detestati sint eam, breuiter est tangendum, qualis olim pœna pro culpa hac secundum canones consueuit infligi. Itaque in Gangarensi concilio legitur, quod etiam distinctione octogesimatertia inducitur: Presbyter si fornicatus fuerit, quanquam secundum canones apostolorum debeat deponi, tamen iuxta autoritatem beati Syluestri Papæ, si in uitio non permanserit, sed sponte resurgat, decem annis in hunc modum pœniteat: Tribus annis à cæteris remotus confratribus, pane & aqua à uespera in uesperam utatur. Diebus autem dominicis & præcipuis festis, modico uino, pisciculis atque leguminibus utatur, sine carne & sanguine & ouis ac caseo. Sacco quoque indutus, humo adhæreat die ac nocte, iugiter misericordiam dei implorans. Finitis tribus mensibus continuis, exeat: tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec enim debet sacerdos publicæ & solenni pœnitentiæ sicut laicus subiacere. Postea aliquantisper uiribus resumptis, annum & dimidium in pane expleat & aqua, exceptis dominicis diebus & præcipuis festiuitatibus, in quibus uino & carnibus, ouis & caseo iuxta canonicam mensuram poterit uti. Finito autem primo anno & dimidio, corporis & sanguinis domini (ne indurescat) particeps fiat, & ad pacem ueniat, i. fratribus reconcilietur, ac psalmos cum eis in choro ultimus canat: nec tamen ad cornua accedat altaris, sed iuxta beati Clementis uocem, minora gestet officia. Deinde uero usque ad expletionem septimi anni, omni tempore, exceptis Paschalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto circulo septimi anni, si fratres apud quos pœnituerit, eius condignam pœnitentiam laudauerint, episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti Papæ autoritatem illum poterit reuocare. Sane sciendum, quia in secunda feria, unum psalterium canendo, aut unum denarium pauperibus dando, si opus est, se redimere poterit. Finitis septem annis, deinde usque ad finem decimi anni, sextam feriam nulla interueniente redemptione, obseruet in pane & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit sacerdoti pro omnibus criminibus, quæ eum in depositionem deducunt. In septima quoque synodo Aurelianensi habetur: Si quis clericus adulterasse conuictus fuerit uel confessus, depositus ab officio, in monasterium toto uitæ suæ tempore retrudatur. Pelagius etiam Papa ait: Romanus clericus pro crimine adulterij à clericatus ordine deposit⁹, in monasterio hic in urbe Romana ad agendam pœnitentiam ex nostra iussione retrusus est, prout distinctione octogesimaprima recolitur. Amplius, distinctione 83. scribitur: Si quis episcopus fornicationi presbyterorum uel diaconorum uel subdiaconorum, uel crimini incestus in sua diœcesi prece aut pretio interueniente consenserit, uel commissum autoritate sui officij non impugnauerit, ab officio suspendatur. Consentit autem, qui pro uiribus non resistit, præsertim si præsit. At uero sanctus Hieronymus super Malachiam conscripsit: Qui sacerdos est & comedit Pascha domini, i. sacramentum altaris, accingatur balteo castitatis, ut audiat cum apostolis: Sint lumbi uestri præcincti. Qui autem peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio accingatur, & plangat propria peccata & populi, cui uidelicet ruinæ fuit occasio: dormiatque in sacco, ut præteritas delicias, quibus deum offendit ac populum scandalizauit, uitæ austeritate compenset.

[Margin: 82. distin. ca. Presbyter. — 81. distin. ca. Romanus. — 83. disti. c. Si quis episco. — Luc. 12.]

Articulus XXIIII. De pœnis nunc infligendis sacerdotibus clericisque incontinentibus.

QVamuis sanctus ille ecclesiasticus rigor circa punitionem sacerdotum & clericorum incontinentium, aut alijs criminibus subiectorum, magna ex parte laxatus sit, nequaquam tamen intantum licenter remittitur, sicut nunc habet consuetudo deflenda, imò negligentia atque corruptio uitiosa. Laxatio quidem iu-

ris per dispensationem fieri habet. Porro secundũ Hostiensem, dispẽsatio est misericors relaxatio iuris per eum ad quem pertinet, canonice facta. Et ut Durandus de sancto Portiano testatur, dispensatio importat amotionem obligationis iuris in casu, quantũ ad aliquẽ uel aliquos. Certũq; est quòd hoc fieri nequeat absq; ratione idonea seu rationabili causa, quam doctores duplicem tradunt, urgentem uidelicet necessitatem, & ueram ac euidentem utilitatem. Hinc Gulielmus Parisiensis: A multis (inquit) prudẽtibus dicitur, quòd dispensatio est ius, & non minoratio, derogatio aut læsio eius in aliquo. Causa nanq; propter quam fit, proculdubio facit ut iustum fit quod indulgetur. Alioquin non dispensatio, sed dissipatio iuris esset. Ex hoc alij asserunt, quòd dispensatio aliud non sit, quàm lateris ac uirtualis intentionis ipsius legislatoris expressio, ita quòd legislator stãte huiusmodi casu iudicaret sic esse agendum. sicq; per dispensationem mutatur materiale, non formale in lege. Formale quippe est legislatoris intentio. Ideo Thomas fatetur dispensationem fieri oportere in casu quo intentio legislatoris locum habet: imò contra illam ageretur, si præceptum seu lex materialiter (hoc est, secundum uerborum superficiem) seruaretur. Propterea ait Gelasius Papa: Vbi necessitas non est, inconuertibilia maneãt sanctorum patrũ decreta. Vnde ad Eugenium scribens Bernardus: Non sum, inquit, tam rudis ut ignorem uos positos dispensatores, sed in ædificationem, non in destructionem. Vbi urget necessitas, excusabilis est dispensatio: ubi utilitas prouocat, laudabilis est. Vtilitas dico communis, non propria. Nam ubi nihil horum est, non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. Hæc de dispensatione tetigerim, ut quàm periculosa, uitiosa atque damnabilis sit tanta temporis huius relaxatio iuris, uidelicet decretorum, generalium conciliorum & canonum summorum pontificum, contra incontinentes & criminosos sacerdotes ac clericos editorum, ita quòd ab eis non exigitur nisi pecuniaria pœna modo frequenter prætacto. Huius quippe relaxationis non tantũ nulla extat utilitas, sed inutilitas multa nimis. Ex ea nanq; nascuntur peccandi audacia & permanẽtia in peccato: quia dum dormit debita disciplina, sæuit nequitia, scandalizatio populi, offensio dei, perditio animarum: imò per quid ad tantam ruinam peruenit ecclesia, præsertim in spiritualium statu, sicut per immoderatam, imprudentẽ, frequentem ac facilem dispensationem, qua tam dispẽsans q̃ dispensationẽ recipiens, damnationi redduntur obnoxij? Quemadmodum cognato suo Roberto scribit S. Bernardus: Non tibi frustra quis blandiatur de dispẽsatione apostolica, cuius conscientiã tenet ligatã diuina sententia. Itaq; sacerdotes & clerici incontinentes & uitiosi, iuxta sanctorũ tenorem canonum sunt uisitandi, corripiendi & castigandi. Quocirca pensandum quod asserit Thomas: Quia dum in ipso præcepto exprimitur legislatoris intentio, non cadit super illud dispensatio stante pręcepto, cuius ex dictis ratio cõstat. Cũ ergo (sicut ex Decreto & Decretalibus est ostensum) præfata illa pecuniaria pœna sit tam à generali concilio q̃ à põtifice summo prohibita, prorsus illicita est, eiusq; practicatio est iuris dissipatio. Hinc Petrus de Alliaco libro de Reformatione ecclesiæ, locutus est: Adhibenda esset correctio circa mores ecclesiasticorũ, q iam prohdolor nimis sunt in gula, luxuria, prodigalitate, pompa, otio ac alijs uitijs in maximum scandalũ laicorum. Potissime obuiandum est scandalosissimæ consuetudini ecclesiasticorũ concubinas habentium, contra quos rigor canonũ est seruãdus, etiam per depositionẽ ab officio & beneficio, dum incorrigibiles apparent, dum scilicet post tertiã admonitionẽ non se prorsus emendant aut recidiuant. Tunc nanq; intolerabiliter peccant ac scandalizant. Nempe si tam impium atq; damnabile est unũ scandalizare pusillum, ut dicat saluator: Qui scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris. itemq; Væ homini illi per quem scandalũ uenit. quàm inexcogitabiliter & superenormiter uitiosum damnabilissimũq; cõsistit, totam cõmunitatem seu uniuersum creditũ sibi gregẽ, etiam per publica & grauia uitia, puta per incontinentiam scandalizare, cum beatissimus asserat Augustinus: Qui iniuste coram populo conuersatur, quantũ in ipso est tantos perimit, à quantis cõspicitur. Et denuo: Omnis qui male uiuit coram eis, id est, scientibus illis quibus præpositus est, quantum in ipso est, spiritaliter illos occidit. Quod quale sit, pandit Bernardus: Grauiorem, inquiens, Christo persecutionem infert, qui suggestione maligna, pernicioso exemplo, scandali occasione ab ipso auertit animas quas redemit, quàm Iudæus qui sanguinem eius effudit. Archidiaconorum ergo occurrat memorię, quòd post incontinentiæ, crapulæ, ebrietatis prohibitionem Innocẽtius Papa adiecit: Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiori commo

Matt. 18.

De ui. & hon. cleric. c. A crapula.

monitus satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur. Et rursus: Si presbyter, diaconus aut subdiaconus de quacunque fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari aut aliquo modo conuersari cum ea, excommunicationi subdatur. Denique, in Summa Pisana habetur: Simplex fornicatio in clerico publice concubinam tenente, depositionem inducit. quod dico, si admonitus se nolit corrigere. Nam talis quidem monitus, à beneficio debet suspendi: & nisi correxerit se, debet ab eo perpetuo remoueri, siue sit in sacris, siue non. Quòd si tale crimē notorium est, ipso iure suspensus est: si uero sit publicum ex fama tantum, ita quod merito talis habetur suspicio, sic quod scandalum generatur, etiam si non appareat accusator, erit purgatio indicenda: in qua si deficit, uel se purgare noluerit, canonice punietur. Hæc eadem in aliorum quoque Summis doctorum habentur, atque ibidem ex iure copiose probantur. Postremo, quàm diligenter & integre præcepta maiorū sint obseruanda, uir ille doctissimus re & nomine Gratianus, per quem ecclesiam suam gratiose omnipotens illustrauit, copiosissime docet. siquidem ut causa uicesimaquinta, quæstione prima allegat: Leo Papa dissе- 25.q.1.c.Quę ad. ruit: Quæ ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem, nulla commutatione uari/entur: nec ad commodum trahantur priuatum, quæ ad bonum sunt commune præfixa. 25.q.1.c.Violatores. Damasus quoque Papa: Violatores, inquit, canonum grauiter à sanctis patribus iudicantur, & à spiritu sancto (cuius instinctu editi sunt) damnantur: quoniam spiritum sanctum blasphemare noscuntur, qui contra eosdem canones non necessitate compulsi, sed libenter aut proterue aliquid agunt. Denique, Adrianus Papa affirmat: Generali decreto constituimus, ut execrandus & anathema sit, & uelut præuaricator fidei catholicæ semper apud deum reus existat, quicunque Romanorum pontificum decreta in aliquo crediderit uel permiserit uiolanda. Hinc ait Hilarius Papa: 25.q.1.c. Nulli fas. Nulli fas sit sine status sui periculo diuinas constitutiones uel apostolicę sedis temerare decreta. Hormisda etiam Papa: Prima, inquit, salus est rectæ fidei regulam custodire, & à constitutis patrū nullatenus deuiare. Insuper ait Leo quartus: Ideo permittente domino pastores hominū sumus effecti, ut quod patres nostri statuerunt, minime extedamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi diuino statuerunt consilio, intactum non conseruamus. Eadem quoque causa, quæstione secunda ait Gregorius: 25.q.2.ca.Institutionis Institutionis nostræ decreta sine ulla constituimus refragatione seruari, nec à quoquam pontificum in toto uel in parte, quacunque occasione conuelli decreuimus uel mutari. Nam nimis est asperum atque præcipue bonis sacerdotum moribus inimicum, niti quenquam quacunque occasione quæ bene ordinata sunt rescindere, & exemplo docere alios, apostolicæ sedis quandoque posse constituta dissolui. Verum hæc omnia (ut adijcit Gratianus) sunt intelligenda, nisi occurrat causa rationabilis immutandi seu dispensandi.

Articulus XXV. Contra promotionem insufficientium ad archidiaconatus officium.

QVantæ discretionis, quantæ perfectionis ac eminentiæ atque peritiæ spiritalis oporteat esse archidiaconos, præinducta demonstrant. Quid ergo est, inexercitatis ac pueris atque totius spiritalis uitæ ignaris, archidiaconatus commendare officium, & eos ordinare magistros qui nondum fuerūt discipuli, hisq; officium grande committere, qui ad illius executionē media nulla habent, uelut si quis brachijs destitutum, aut fortitudinem non habētem, constituat militem urbiumq; custodem ac defensorem? Hinc ad Senonensem episcopum sanctus scribit Bernardus: Scholares pueri & impubes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promouentur ad ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferuntur ad principandum presbyteris, lætiores interim q̄ uirgas euaserunt, quàm quòd obtinuerunt principatum: nec tam illis blāditur adeptum, quàm ademptum magisterium. Processu paulatim insolescentes, in breui discunt uendicare altaria, subditorum euacuare marsupia, docente eos ambitione & auaritia. Præterea tertio de Consideratione refert Bernardus, Eugenium Papam in Remensi instituisse concilio ac iussisse, ut nullus in archidiaconū uel decanum nisi diaconus & presbyter ordinet. Archidiaconi uero, decani & ꝑpositi q infra ordines illos sunt, si inobediētes ordinari cōtēpserint, honore priuent suscepto. Prohibemꝰ aūt, ait Eugeniꝰ, ne adolescentulis uel infra sacros ordines cōstitutis, sed q prudētia & merito uitę clarescūt, ꝑdicti cōcedant honores. Insup, Petrꝰ de Alliaco libro de Reformatione ecclesiæ: Prouidendū est, inqt, ut in ecclesiasticis bñficijs ac dignitatibus ponant iuxta eminētias suas ꝑsonæ meritę, nec sapientibus

&

& eruditis præficiantur ignari, nec iuuenes senibus, nec pueri nobiles clericis probatis, famosis doctrina & moribus. Amplius, dictum est quòd post episcopos archidiaconi sunt supremi, hoc est, præ cæteris principales columnæ ac bases ecclesiæ, primi pugnatores in acie populi, spirituales magistri ac patres, animarumq́ue iudices, oculi cęcorum, pedes claudorum: quorũ est etiam sacerdotes uisitare, purgare, illuminare, perficere, castigare. Quale ergo est, inexercitatis & pueris officium tantum committere? imò qui faciunt hoc, pro columnis ac basibus festucas pulueresq́ue constituunt, prout Gulielmus Parisiensis diffuse libro de Collationibus beneficiorum declarat, & recitat idem doctor, quòd quodam episcopo uolente archidiaconatum uni suo conferre nepotulo, alter quidam derisit, atque episcopo persuasit, ut arborem piri quam habebat piris onustam, nepotulo illi committeret. Respondit q́ue præsul: Absit, quoniam uniuersa pira illa uoraret. Et alter ille: Domine, inquit, quomodo committetis ei tot milia animarum, cui tam pauca committere pira non audetis? Postremo, quàm periculosa & indecens sit puerorum ad ecclesiasticos honores promotio, in Summa uirtutum & uitiorum sapienter docetur, multipliciterq́ue probatur: tum propter sapientiæ & experientiæ defectum, tum propter defectum uirtutum, tum propter animi inconstantiam, præcipuamq́ue incertitudinem quales futuri sint, tum quia promotio talis populum scãdalizat, ceditq́ue in derogationem honoris ecclesiæ, quòd illum habet pro sponso, patre & magistro, quem deberet fouere in gremio, & habere pro filio atque discipulo. Ista in Summa illa prolixe elucidantur, sed breuitati studens pertranseo. Siquidem etiam alibi de his plenius scripsi. Verum ut sancti doctores testantur, uniuersa peccata quæ ex negligentia & insufficientia talium archidiaconorũ tam in ipsis quàm in subditis eorum nascuntur, in ipsorum promotores redundare censentur. Etenim quantum insufficientium ad prælaturas animarum'que curas promotio obsit ecclesiæ, constat ex eo quod Innocentius tertius loquitur: Nihil est quod ecclesię dei magis officiat, quàm quòd indigni assumuntur pręlati ad regimen animarum. Itemq́ue per id quod Gregorius nonus fatetur: In magistrum assumi non debet, qui formam discipuli non assumpsit: nec præficiendus est alijs, qui subesse non nouit. Denique, CHRISTVS non utique Iohanni consobrino suo ac iuniori, sed Petro non cognato ac seniori commisit ecclesiam, formam agendi relinquens prælatis. In ecclesiasticorum nanque collationibus beneficiorum ac prælationum, non carnalis affectio, sed spiritalis mouere debet dilectio, zelus'que diuini honoris & amor humanæ salutis.

De ætate & quali. ordin. c. cum sit.

Iohan. 21.

Articulus XXVI. Ex uerbis sanctorum de periculositate pluralitatis beneficiorum.

AD qualem conuersationem quilibet obligetur Christianus, ex doctrina atque pręceptis euangelicæ legis inclytus doctor ecclesiæ Augustinus libro de Nomine Christiano plenissime docet. Porro sacerdotes & clericos siue canonicos ad uitam teneri uirtuosiorem, quàm plebem communem ac seculares, testantur præhabita. Regulariter etiam uerũ esse probatum est, quòd quanto quis altioris est prelationis, tanto maioris debet esse perfectionis. Cũ itaque omnis Christifidelis ex debito legis Chri teneatur esse ueraciter humilis, timoratus, pius, mitis, patiens, liberalis, obediens, actibus misericordiæ pro uiribus deditus, charitatiuus ad omnes tam inimicos quàm amicos, temporalia & corporalia ad æterna ac spiritalia finaliter ordinans: nec de terrenis & transitorijs rebus plus appetens aut requirens, quàm ad bona spiritalia atque cœlestia sibi necesse uel utile est: continens quoque, sobrius, exemplaris & iustus, intantum diligẽs deum, ut malit corporalem perpeti mortem, quàm deum offendere per culpam mortalem, certum est quòd sacerdotes & clerici, pręsertim pręlati, ad omnia ista pręvulgo sublimius obligentur, ut illud Apostoli, Habentes uictum & quibus tegamur, his contenti simus, excellenter adimpleant, & itẽ quod ait saluator: Cauete ab omni auaritia. Quia ut docet Apostolus, Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem laqueum'que diaboli. Præterea, si non mentitur Apostolus dicens, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs, constat unumquẽque credentium obligari ad carnalium desideriorum mortificationem, ad sui corporis castigationem, ad uitiorum uictoriam, imo ad uitam pœnitẽtialẽ, queadmodũ ipsemet Chrs in euãgelio pandit: Arcta, inquiẽs, est uia & angusta porta quæ ducit ad uitã. Quod rursus euidẽtius protestaẽ, dicẽdo: Væ uobis diuitibus q habetis cõsolationẽ uestrã. Væ uobis q saturati estis, qa esurietis. Vę uobis q ridetis, qa lugebitis & flebitis. Ad oẽm igitur ptinet Chrianum, ut competentiã habens ad uiuendũ sobrie & mo

1. Tim. 6.
Lucæ. 12.
1. Tim. 6.

Matt. 7.
Luc. 6.

deſte, pœnitentialiter & deuote, exemplariter, pie ac iuſte, amplius non requiratur ad ſacerdotes uero & clericos id ſpectat ſublimius. Amplius uero requirere, prudentia carnis eſt: quæ plane prudentia, teſte Apoſtolo, mors eſt aut mortale peccatum, ſecũdum doctores. Inſuper, lex euangelica legem naturalem uincit, trãſcendit ac perficit. Lex autem naturalis id dictat, ut ſicut corpus ad animam, ſic corporalia bona ad bona animæ referãtur, quatenus de cibo, potu, ueſtimentis ac cæteris rebus corporeis non plus ſumat aut cupiat homo, quàm expedit ſibi ad inſiſtendum operibus rationis, hoc eſt, ad uiuendum ſapienter ac uirtuoſe. Finis ſiquidem his quæ ſunt ad finem, imponit menſuram, influit bonitatem, limitesq́ præfigit, ut philoſophi theologiq́ fatentur. Iſtud ergo euangelica lex perfectius dictat & exigit, ut ſcilicet homo non ſolum tam temperate (ut tactum eſt) corporalia quærat & accipiat, imò etiam aliquid ſibi de neceſſarijs ſubtrahat, corpus caſtigando, pœnitẽtialiter cõuerſando, ſicq́ ad Chriſti imitationem pro eius amore proprium ſanguinẽ quotidie quodammodo effundendo ſeu minorando. Et hoc ſanctus aſſerit Thomas, ex eodẽ documento affirmans, quòd abſtinẽtia prout eſt uirtus acquiſita ſeu naturalis, & prout eſt uirtus infuſa, ſpecifice differunt: quoniam ratio medij in utraq; diuerſa eſt. Ad abſtinentiam quippe acquiſitam pertinet, ſuperflua naturę uitare: ad infuſam uero, aliquid de neceſſarijs naturæ ſubtrahere. Deniq;, ſi euangelicæ legi tam contrarium eſt, de proprijs & hæreditarijs bonis carnem delicate nutrire, ſuperflue adimplere, immoderãterq́ procurare, quàm contrarium eſt euangelicæ legi hoc de ſpiritalibus bonis, de patrimonio crucifixi, de eleemoſynis pauperum perpetrare? Rurſus, ſi bona exteriora, nõ eccleſiaſtica immoderanter appetere auaritia eſt, nonne eccleſiaſticos redditus immoderanter appetere, ultra hoc ſacrilegium extat? His igitur rite perſpicaciterq́ue penſatis, facile eſt uidere, quàm uere periculoſum atque damnabile ſit, unico beneficio non contentari, dummodo illud ſimplici uictui ueſtituiq́ ſufficiat, ſecundum exigentiam ac decentiam ſtatus beneficiati, omni ſuperfluitate, curioſitate, pompa & carnalitate excluſis, niſi unum beneficium ſit alteri condependens, ſeu præbendæ cura paſtoralis annexa ſit, aut defectus ſeu paucitas perſonarũ compellat uni beneficia plura conferri, uel beneficiatus in cauſa eccleſiæ pro bono occupetur & deſtinetur communi. Præterea, ſi (ut ſanctus affirmat Hieronymus) clericus aliunde ſeu de patrimonio competentiã habens, ſi quod pauperum eſt (id eſt, eccleſiaſticos redditus) ſuſcipit & cõſumit, ſacrilegium perfecte committit, & per talem abuſum æternę damnationis ſibi iudiciũ manducat & bibit. Nẽpe ſi eget & accipit, dat magis q̃ ſuſcipit: ſi uero nõ eget & accipit, rapit indigẽteſq́ ſpoliat. Si inquã hoc ita eſt, quõ de uno bñficio competentiam habens, aliud quærit aut retinet? Iohãnes baptiſta dixit: Qui habet duas tunicas i. unã ſuperfluã, det non habẽti. Multo plus qui habet duo bñficia, q̃rum unũ ſibi ſufficiens eſt, det alterũ non habenti, aut reſignet cõferenti. Vnde B. Auguſtinus & ſancti cõiter aſtruunt, q́ eccleſiaſtica bona ſunt pauperũ, & ſolis debẽtur egentibus. Adhuc autem, ualde utiq; ponderandũ eſt, q̃d uir ille apoſtolicę ſanctitatis illuminatiſſimus ſcripſit Bernardus cuidã canonico: Quicq̃d de bñficio tuo ultra uictũ ac ueſtitũ ſimplicem retines, tuum non eſt, furtũ eſt, rapina eſt, ſacrilegiũ eſt. Quocirca penſandũ, q́ illuſtri adoleſcẽti, q etiã paulopoſt archiẽps factus fuit, id ſcripſit Bernardus, q̃d illuſtres nobileſq́ aduertant, nec de carnis nobilitate ſibi immoderãtius blandiantur. Si ergo hæc ita ſe habent, quo pacto, qua ratione cõpetentiã de uno beneficio habens, aliud optat aut tenet? Si aplicę ſedis diſpenſationẽ allegat, reſpõdet Gulielm⁹ Pariſiẽſis, q́ cũ ambitione, gula, luxuria, auaritia, ſuperfluitate pontifex ſummus diſpenſare non ualet. Dictũq́ eſt q́ coram deo nequaquam excuſet diſpẽſatio, niſi rationabilis ſubſit cauſa. Et ut in Summa ſua declarat Vlricus, circa eccleſiaſticum beneficium aliquid de iure eſt naturali, & hoc ſub diſpenſationẽ nõ cadit. Hinc cõtra pluralitatẽ beneficiorum uiri eleuati ingenij, ualde illuminati, deuoti feruide conſcripſerunt, uidelicet cantor Pariſienſis, utputa Petrus Comeſtor in uerbo abbreuiato, ſanctus Thomas, Gulielmus Pariſienſis epiſcopus, Raymundus, & autor Summę uirtutum ac uitiorum. Sed & frater Vlricus, & autor libri apum, alijq́ fidei zelatores uaria, rationabiliſſima atque fortiſſima argumẽta introducentes: quorum tamen uis ſeu finalis concluſio magna ex parte conſiſtit in hoc, quòd extra caſus prætactos pluraliter beneficiati deum altiſſimum ſuo priuant honore, cultu, obſequio: Matrem ſuam eccleſiam mutilant, ſuis eam priuando ſuppoſitis: pauperes ſpoliant eleemoſynis debitis, defunctos ſuis ſuffragijs, fundatores ſuis intentis, debitis ac ſperatis ſubſidijs ſpiritalibus, imò & bonos ac pauperes clericos beneficijs eos decentibus. Porro, ſi (ut doctores teſtantur) beneficium eſt pro-

propter officium, itaq; non officians, in unico quod habet beneficio iuris nil habet: ergo pluraliter beneficiatus, & non nisi in uno officians, quid iuris corā deo habet in alijs? Hinc contra maximam illam ecclesiasticorum beneficiorum distributionis inequalitatem, qua (ut doctores quidam famosi coram domino apostolico & Cardinalibus sæpissime prædicauerūt) alius quidem esurit, alius uero ebrius est, sancti patres & magni doctores feruenter scripserunt. Vnus duo, tria uel quatuor aut plura beneficia habet: alius nullum, cū tamen interdum melior, uirtuosior, doctiorq; consistat illo qui plura habet. Hinc Petrus Rauennensis locutus est: Heliseus uacua uasa implebat, & indigentibus oleum dedit. Hodie uero contemnuntur uasa uacua, & plena superimplentur. Ligna in syluas, & aquæ in maria deferuntur. Arenti terræ aqua subtrahitur, & flumina quæ non indigent, irrigātur. Isidorus quoq;: Magnum, inquit, scelus est rem pauperum diuitibus dare. Hoc ipsum & grauiora sanctus Prosper effatur. Quæ omnia in Decreto habentur. Postremo, si respondeatur quòd ecclesiasticos oportet prę cęteris honestius uiuere, ideo pluribus indigere: fateor primum, si de uera honestate id proferatur. Honestum nanq; & uirtuosum coincidunt. Nam honestum quasi status interpretatur. Honor autem uirtuti debetur. Quicquid ergo uirtutibus contrariatur, uerę quoq; honestati opponitur. Itaq; primum in Christo, deinde in apostolis summa fuit honestas, non in uanitate, superfluitate, curiositate & abundantia eorum quæ corporis sunt, imò in taliū parcitate, in splendore uirtutū, in uitæ exemplaritate, in moribus bonis. Vnde in septima synodo est statutum: Omnis iactantia & ornatura corporalis aliena est à sacrato ordine. Eos quidē episcopos & clericos, qui se fulgidis clarisq; uestibus induunt, oportet corrigi. Quòd si in hoc permanserint, epitimio tradantur. Si autem inueniantur qui irrideant eos, qui uilibus ac religiosis uestimentis amicti sunt, per epitimium corrigantur. Priscis enim temporibus omnis sacratus uir cum mediocri & uili ueste conuersabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter uenustatem accipitur, elationis habet calumniam, ut magnus ait Basilius. Sanctus demū Bernardus ad beatum Papam Eugenium scribit: Nonne os tuum in Remēsi concilio subiecta promulgauit capitula? Pręcipimus, ut tam episcopi quàm clerici, neq; in superfluitate aut inhonesta uarietate colorum, aut scissura uestium, neq; in tonsura intuētium (quorum forma & exemplum esse debent) offendant aspectum, sed potius ita in suis actibus errata condemnent, & amorem innocentiæ conuersatione demonstrent, ut dignitas exigit clericorum. Ministros autem sacerdotum & clericorum, in uita, uestimentis ac moribus à secularibus decet differre. 21. q. 4. c. Omnis iactantia.

Articulus XXVII. De clericis ex dictis sancti Bernardi.

Zelator ecclesiæ sanctus pater Bernardus, ecclesiasticorum ruinam, inexemplarem ac lubricam uitam, diuersis in locis describit ac deflet. Insolentia, inquiens, clericorum ubiq; terrarum turbat ecclesiam & molestat. Siquidē alienis laboribus locupletantur, comedunt fructus terræ absq; pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Mens quippe consueta delicijs, nec disciplinis exculta, multas contrahit sordes, & sine timore deum offendit. Heu heu, in domo dei inuenimus idololatras, qui diligunt munera, quorum deus uenter est, qui suo uentri deseruiūt, in quibus regnat auaritia, quæ idolorum est seruitus. Atq; in multis eorū fornicatio inuenitur, qui puritatis autori corde impuro & corpore inquinato seruire præsumunt, non formidantes iudicium dei. Sic audent circuire altaria & psalmos frequentare, quorum laus execrabilis, & oratio fit in peccatum. Deniq;, quid sibi uult, quòd clerici aliud esse, aliud uideri uolunt? Nempe habitu milites, quæstu clericos, actu neutrum exhibent. Nam neq; pugnāt ut milites, nec euangelizant ut clerici. Cuius ordinis sunt? Cum utriusq; esse cupiunt, utrunq; deserunt, utrunq; confundunt. Vnusquisque (ait Apostolus) in suo ordine resurget. Isti in quo? An q sine ordine peccauerunt, sine ordine peribunt? Aut si summe sapiens deus ueraciter creditur à summo usq; deorsum nihil inordinatum relinquere, uereor non alibi ordinandos, quàm ubi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Porro, cum frontositas & impudētia cor hoīs obdurauerint, ut iam nō paueat, nō horreat, nō contremiscat, ea iā desperatio est. Quid enim horū sibi conscius homo malorum, quasi iustitiam fecerit, diuino se sistere uultui non ueretur? Tanquam domesticus intrat & exit, magistrum salutat, genua flectit, osculatur ore sacrilego, dolose agit, sed in conspectu dei. Odibilis plane deo frontosa temeritas, & impudentia execranda. Propter quid enim irritauit impius deum, non expauescens eum omnia iudicaturum? Hinc deus non arguit, nō flagellat, non ulciscitur mo

Psal. 108 (beside "dei. Sic audent circuire altaria ...")
1. Thess. 4. (beside "euangelizant ut clerici ...")
Iob. 10. (beside "quàm ubi nullus est ordo ...")
Psal. 9. (beside "sa temeritas ...")

do adinuentiones eorum, sed postea in æternum. Insuper ait Bernardus: Si ea intentione gradus ecclesiasticos clericus quærit, ut sine seculo in sanctimonia cordis & corporis illuminandus accedat ad dominum, suamque ac proximorum operetur salutem, orationis studio ac uerbo dei intentus, recte procedit. Natura autem modico est contēta. Sed multi in
Ephe.5. his non sola necessaria quærunt, imò honorati incedere uolunt, placere student homini-
Roma.12. bus, delectari, superbire & huic seculo conformari. De quibus per prophetam conqueri-
Osee.8. tur dominus: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Vniuersos quippe in ecclesiasticis ordinibus, honorem, diuitias, uoluptatem & quæ sua sunt
Mal.1. quærentes, non deus aut charitas, sed omnium malorum radix cupiditas introduxit. Quid istud temeritatis, quid insaniæ est? Vbi timor dei, ubi mortis memoria, ubi gehennæ me-
4.Reg.4 tus atque terribilis iudicij expectatio? Væ tibi ò clerice, mors est in olla, mors in tuis delicijs, quia peccata populi comedis. Sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas, sed melius esset fodere aut etiam mendicare. Peccata enim populi comedis, id est, oblata à popu-
Matt.3. lo pro expiandis eorum peccatis. Solicitus ergo esto tanquam rationem pro eis daturus, dignos pro eis gemitus fundere, dignos pœnitentiæ agere fructus. Alioquin noueris tibi illorum imputāda peccata, quæ modo inter delicias comedis, paruipendis, dissimulas, tan-
Psal.35. quam nihil attinentia tibi. O iudiciorum dei abyssus multa. O terribilis deus in cōsilijs su-
Rom.11. per filios hominum. Frustra incipient miseri dicere: Mōtes, cadite super nos, & colles co-
Psal.65 operite nos. Venient ante tribunal Christi, audietur contra eos populorum grauis quere-
Apoc.6.
Rom.14. la, quorum uixerunt stipendijs, nec diluerunt peccata. Quid tibi ò insipiēs deliciæ sapiūt,
Matt.5. diuitiæ placent, quibus mercaris tam graue iudicium, tam diræ te obligas rationi? Vniuersa enim usque ad nouissimū quadrantem exigētur à te. Sed esto. Surgis ad uigilias, uadis ad
1.Corin.9. Missas, horis chorum diurnis ac nocturnis frequentas, sicque præbendā ecclesiæ gratis non accipis. Dignū est enim ut qui altari deseruit, de altari uiuat. Viuat inquā, non superbiat, non luxuriet, neque ditetur, nec in uanitate & superfluitate ea consumat, nec uaria griseaque pellicea à collo manibusque pendentia portet. Insuper beatissimo teste Bernardo, A singulis generibus hominum usurpant clerici quod delectat. Habent enim singula quæque genera hominum aliquid laboris, & aliquid uoluptatis. Sed aduertere est prudentiam clericorū & admirari, quemadmodum nouo inter hæc officio discernentes, atque ab inuicem ea sequestrantes, totum quod delectat amplectuntur: quod molestum est, fugiunt. Cum militibus quippe superbiæ fastum, amplam familiam, apparatum equorum & similia quæque frequentant. A mulierculis uero ornatos thalamos, balnea, omnemque mollitiem & gloriam uestium, rubricatasque murium pelles, à collo pendentes mutuantur, caute omnino loricæ pondus atque insomnes in castris noctes, incerta quoque præliorum discrimina, muliebrem quoque uerecundiam & disciplinam, aut si quid sexus ille laboris habere creditur, declinantes. Sudant agricolæ, putāt & fodiūt uinitores: & clerici qui inter hæc torpēt otio, accedente fructuū tēpore, innouari sibi horrea iubent, & promptuaria eorum plena sunt. Vtinam non præ illis, utinam uel cum illis delicatiori cibo ac potu uescantur. Negotiatores circueunt mare & aridam, perituras sibi diuitias congregātes. Dura sunt hæc. Caueant ea prudētes nostri. Præterea, diuites capiūt somnos, ne dicā stratis suis lasciuiūt, & nihilominus cunctis uolūt abūdare diuitijs. Quid fabros, quid cemētarios, aliosque operarios memorare necesse est? Victū sibi multo labore quærūt, clerici madēt delicijs, diuitijs affluūt otiosi. Cū resurgere cœperint hoīes, unusquisque in ordine suo, ubi putas generatio ista locabitur? Si ad milites
Psal.72. diuerterint, exufflabūt eos, eo quod minime secū laborē & picula tolerauerint. sic agricolæ, sic negotiatores & singuli quique ordines à suis eos finibus exturbabūt, utputa qui in labore hoīum nō fuerūt. Quid ergo restat, nisi ut quos omnis ordo repellit pariter & accusat, eum sorti-
Iob.10. antur locum, ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat? Insuper sanctus ait Bernardus: Curritur passim ad sacros ordines, & angelicis spiritibus reuerenda mysteria apprehendunt homines sine consideratione & reuerētia, etiam hi in quibus auaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia, principatur luxuria. Ingrediuntur cum his maculis tabernaculum dei uiuentis, iudicium grauissimum accepturi. Tales non placāt deū, sed magis irritant. Heu quis in principio nascentis ecclesiæ credidisset statū clericorum ad tātam deuoluendum ruinam? Ex præinductis sancti Bernardi eloquijs constat, quàm periculosum sit ecclesiastica bona indigne aut immoderate consumere. Propter quod ait Gulielmus Parisiensis: Reuera ecclesiastica stipendia periculose habentur, & non nisi uere promerentibus ea debentur. Propter quod uiri timorati cū timore & tremore ea percipiūt & cōsu-

munt,& q̃d refiduũ eis eſt à moderata & p̃ſcifa ſuſtentatione,paupibus erogant, quorum ſe patrocinijs iuuant & proprium ſupplent defectum. Væ autem illis qui econtrario faciunt,qui ſuperflua ſua uel idololatriæ per auaritiam,uel luxuriæ & uanitati depaſcenda ac conſumenda exponunt:quos ad pœnitẽtiam hortans Bernardus,Parcite inquit, ò fratres, Matt.4 parcite animabus ueſtris,parcite ſanguini qui pro uobis effuſus eſt, pœnitẽtiam agite,hor Heb 10 rendum cauete periculum,ignem timete æternum,fugite de medio Babylonis,ſaluate ani Hier.51. mas ueſtras,conuolate ad urbes refugij,id eſt,ad clauſtra in quibus ſaluemini.

Articulus XXVIII. Exhortatio ad contemptum omnium mundanorum, ad deſiderium æternorum,ad contemplationem diuinorũ,ad puram,alacrem perſeuerantemq́ executionem operum uirtuoſorum.

CVm deus ſublimis & benedictus ſit ipſa bonitatis eſſentia, bonitas pura, perfecta & infinita,uniuerſis ac ſingulis infinite melior,incomparabiliter amabilior,incõprehenſibiliter deſiderabilior,nonne extremæ inſipientiæ, iniuſtitiæ peruerſitatisq́ eſt,iſta carnalia & caduca,uana ac tranſitoria ei præferre,his magis quàm illi inhærere,iſtis affici magis quàm illi?Nõne obiectum appetitus eſt bonum, & quantum res plus habet de bonitate,tantundem de appetibilitate?Cur ergo tantæ peruerſitatis noſter eſt appetitus,ut amplius moueatur bonitate creaturæ quàm creatoris, cum increatæ bonitatis reſpectu nullius prorſus momẽti bonitas ſit creata?Cur magis nos mouet ad ſui amorem tenuiſſimus riuulus,quàm plenitudinis fons immenſæ?Præterea,ſi iuxta philoſophos,electio eſt duabus ſeu pluribus propoſitis alterius præacceptio, quomodo tantæ obtenebrationis & ſtoliditatis intellectus eſt noſter,ut propoſitis ſibi bono increato & creato,bono incommutabili & caduco,bono ſummo ac infinito, & bono infimo ac finito, bono immenſæ & incomparabilis amabilitatis,bonoq́; comparatiue loquendo uelut nullius amabilitatis,potius eligat bonum hoc infimum,ſe ab illo auertẽs,atq; ad iſtud conuertẽs? Nonne ineffabiliter ſtolidius hoc eſt,quàm ſi auro obrizo præferatur denſiſſimum lutum? Veriſſime ergo fantur theologi,uitium puerilitatis ſapientiæ dono contrarium,omni peccatori in culpa exiſtenti mortali ineſſe. Tanta ergo puerilitate relicta, atq; tam impia fatuitate contempta,cum ſapiente uate dicamus:Mihi autem adhærere deo bonum eſt.Et item cum ſanctificato in utero,Pars mea dominus,dixit anima mea:imò cum ſapiẽtia increata, Nullus bonus niſi deus.Et,Vnum eſt neceſſarium. Præterea cum deus glorioſus & adorãdus,quem cœlum,terra pontusq́ contremunt,quem & ipſa numina perhorreſcunt, cui cæleſtes exercitus cum tremore aſſiſtũt,ex cuius intuitu maieſtatis in propriam paruitatem ac nihileitatem humilime prorſus reſiliunt,præ cuius admiratione gloriæ omnino deficiunt,ſit ens abſolute ſimpliciterq́ perfectum, cui omnis perfectio, omnis nobilitas, omnis beatitudo & excellentia cum incircumſcriptibili plenitudine competit abſq; omni menſura & fine,in quo eſt,imò qui eſt,omnipotens uirtus, incircumſcripta maieſtas, ueritas prima,bonitas ſumma,puritas infinita,ſuperliberrima mens, beatitudo interminabiliter ſuperexcellens,uita fontalis,ſapientia æternalis,cauſalitas idealis, ratio omnium exemplaris, illimitabilis pulchritudo,immenſa dulcedo,pietas plena,iuſtitia uera,ſuperſplẽdidiſſimus, ſuperſimpliciſſimus & ſuperhonorabiliſſimus intellectus, cuius opulentiæ ac munificentiæ nullus eſt finis.Cum itaq; ens tale ſit deus omnipotens & æternus, quid eſt quòd mentem noſtram ab ipſo auertimus,quòd uana ac uilia ei præponimus, quòd immunda & turpia præ ipſo amplectimur,quòd in carnalibus atq; illicitis potiꝰ quàm ab ipſo delectamur, afficimur,quietamur?Nonne infinita eſt hæc noſtra ſtultitia atq; nequitia? At uero nonne ipſe fecit nos?nonne ipſe eſt noſter gratioſus creator,inceſſabilis conſeruator,liberaliſſimusq́ prouiſor ac beatificus finis noſter,ſine cuius manutenentia nec ad momentum poſſemus ſubſiſtere,à quo omne bonum profluxit, à quo quicquid ſumus atq; habemus accepimus?Quæ ergo eſt hæc ingratitudo,improbitas, impudentia ac uitioſitas noſtra, quòd hunc talem ac tantum benefactorem non uere amamus, non ueneramur, non ueremur neq; curamus?Quippe qui eius præcepta tam irrefrenate tranſgredimur,qui eius uultum omnia uigilantiſſime intuentem non reueremur, ipſoq́ prohibente ac inſpiciente,in maximam ſuæ maieſtatis iniuriam peſſima operamur.Deniq; ad ſupernaturalem beatitudinem, ad ſuper ſpius claram per ſpeciem iucundiſſimam uiſionem,beatificam fruitionem, æternalẽ atq; dulciſſimam poſſeſſionem nos condidit,ſupernaturalia dona ſeu media ad huius finiſ adeptionem neceſſaria miſericordiſſime præſtitit ac largitur:noſtram hypoſtatice naturã

Matt.19 Mar.10 Luc.18

Phil.99

assumere, inter homines conuersari, pro omnibus nobis mori dignatus est, & nihilominus adhuc in nostra permanemus duritia: Nec obstante quod toties tamque enormiter peccantibus nobis ipse tam ubertim indulsit, pepercit, ultionemque distulit, tamen adhuc indesinenter peccatis peccata adijcimus, nō pensantes quod iam innumerabiles deglutiuit infernus, qui minus ac rarius peccauerunt quam nos. Amplius, quis insipiētior illo qui cum unum habeat optimū fidelissimumque amicum, alium uero prauissimum ac fallacissimum inimicum, suggestionibus inimici consentit, & quicquid illi placet exequitur, praeceptis, consilijs, suggestionibusque amici relictis? Tales sunt uniuersi huius seculi amatores, omnes superbi, auari ac turpes, & quicunque in mortali sunt uitio. Quis nempe tam uerus & summus noster amicus extat ut
Iohan. 15 Christus qui ait, Maiorem hac dilectiōem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis? Et quis tam maximus, crudelissimus ac fallacissimus noster inimicus sicut diabolus, qui aliud nihil circa nos cogitat, tētat, molitur cupitque, quam ut à deo nos separet, sibi incorporet, in aeternam damnationem prosternat? Cum igitur Christo sumus rebelles, daemonibus sumus obtemperantes. Denique, cum indubitanter credamus pro una culpa mortali aeternam poenam infligi, praesentemque uitam & omnem ipsius delectationem respectu uitae futurae ac damnationis perpetuae omnino momentaneam esse, moxque post huius incertissimae atque breuissimae uitae cursum ad diuinum duci tribunal, mirum quod unquam peccare audemus, quod pro uili ac breui delectatione periculis nos tantis exponimus. Item, cum ex corpore cōstemus & anima, sitque corpore isto spurcissimo, foedo, uilissimo anima nostra incomparabiliter dignior, cur sola quae carnis sunt quaerimus, carnales delicias, temporales diuitias, humanos honores, consolationes externas in iocis, ludis ac risibus, mollia strata, cibaria delicata, pocula lauta, pretiosas curiosasque uestes: animam uero uirtutibus nudam, uitijs plenam relinquimus? Et nunc sapienter pensemus, quanta sit dignitas, quāta nobilitas, quanta pulchritudo, opulentia ac libertas interior rationalis creaturae, deum creatorem suum feruide diligentis, iugiter honorantis, eiusque aduersarijs uiriliter reluctantis, uitijs atque daemonibus praeualentis, uirtutibus, donis, fructibus, beatitudinibus adornatae, & in charismatibus spūssancti quotidie proficientis: quanta quoque sit utilitas, ignobilitas, turpitudo, paupertas seruitusque interior hominis, deum non super omnia diligentis, ei inobedientis, ipsum quotidie inhonorantis, eius aduersarijs consentientis, uitijs, daemonibusque subiecti ac seruientis: qui tot mortalibus quotidie uitijs inquinatur, qui omni cadauere turpior, omni bruto uilior, omni stercore coram deo consistit foetidior. Ideo indignus est pane quo uescitur, terra quam calcat, aere quem respirat. Nunc igitur mentis oculos ad superiora leuemus, ad creatoris nostri contemplationem nos erigamus. Ordo uniuersi ostēdit, quod ipse solus sit uerus deus, ens primum, increatum, incausatum, indepēdens & aeternale, perfectū, simplicissimum, interminabile, illocale, intemporale. Propter quod eius purā bonitatē, immensam pietatem, charitatem, dulcedinem, liberalitatem synceriter contemplemur, & cōtemplando ualide inflammemur. Sic eius dilectio crescat & inualescat in nobis, ut eius re-
Philip. 3. spectu caetera paruipendamus, uniuersaque ista carnalia & caduca ut stercora arbitremur, maiestatē omnipotentis miremur, & admirando cordialissime ueneremur, eius subdamur praeceptis: coramque ipso custodite, pure ac solicite ambulemus, misericordiā eius super omne genus humanum, & omnia beneficia eius super nos generalia ac specialia, naturalia & supernaturalia lympidissime perpendamus, intime regratiemur, & semper gratiores esse conemur. Non diligamus nosipsos nisi in deo. Quicquid nobis necessarium siue expediēs est ad complacendum altissimo, ad obtinendum salutem, ad transformationē mentis nostrae in deum sanctum, summum ac immortalem, optemus, amemus, cōplectamur, quaeramus, seruemus: quicquid uero à deo nos impedit, elongat, auertit, intime abhorreamus, uitemus, abijciamus. Itaque sacras uigilias, abstinentias, disciplinas, & caeteras corporis castigationes infatigabiliter amplectamur. In aduersis sicut in omnibus diuitijs gloriemur: nulli nisi in deo & secundum deum placere optemus. Quanto anima corpore extat praestantior, tanto plus spūalia & interna quam sensibilia exquiramus. Prospera mūdi suspecta sint nobis, exemplares in omnibus simus, omne tempus fructuose in dei praesentia occupemus, quotidie recolligamus, examinemus, dijudicemus & puniamus nosipsos. Deo excelso & sctō propter ipsius puram bonitatem syncero & feruido adhaereamus amore, & propter ipsius maiestatē ac dignitatem summo seruiamus honore, eius metuamus iustitiā, uereamur iudiciū. Christi passio à nostra nusquam labatur memoria, quam quotidie semel ad minus animo amoroso, compassione sensibili, grataque mente reuoluamus, & quasi in nostra iam fuerit praesentia

tia speculemur, atq; in omni tentatione & tribulatione confugiamus ad eam, ut in ea tanq̃ in fonte uitæ igniti carnis stimuli extinguantur, concupiscentiæ refrenentur. In consideratione totius humilitatis, patientiæ, mansuetudinis, paupertatis charitatisq; Christi, præsertim quas in sua passione exhibuit & monstrauit, ac imitandas reliquit, uniuersi motus superbiæ, impatientiæ, iræ, auaritię, acediæ atq; inuidiæ penitus retundantur, uincantur, annihilentur. Opus dei quotidie diligenter, reuerenter, deuote soluamus, potissime horas canonicas & laudes diuinas mēte feruida, stabili, saporosa. Postremo, talibus exercitijs assueti, purgati, ornati, iam sanctuarium dei intrare, potentias domini introire, incerta & occulta sapientiæ eius ipso præstante contemplari erimus apti. Etenim taliter exercitatus ac decoratus, protinus dono sapientiæ tam copiosissime perfundetur, diuino amore tam acutissime succendetur, diuinę munificentiæ gratijs taliter præuenietur, ambietur, comprehendetur ac penetrabitur, quòd tanquam secretarius & amicus omnipotentis ac supersapientissimi dei eidem intime unietur, atq; dulcissime contemplari erit idoneus superprofundissimum ac superpijssimum consilium infinitę sapientiæ, superbeatissimæ trinitatis super redemptione generis humani per unigeniti filij patris æterni incarnationem ac passionem. Pulcherrimam quoq; & consonantissimam connexionem & ordinem credibilium fidei Christianæ, quæ cum rationibus credendorum & purificatæ contemplabitur intelligentia mentis per donum intellectus. Contemplabitur demum quotidie ualde frequenter superessentialis, supergloriosissimę & supersuauissimę trinitatis, patris æterni, superpulcherrimi filij, amœnissimi paracleti spiritussancti felicitatem & gloriam harum supersanctarū, superuenerabilium & superpræstantissimarum personarum mutuam intuitionem, superiucundissimam & superclarissimam, plenarie comprehensiuam: mutuam quoq; earum dilectionem superardentissimam & immensam, mutuam complacētiam superdulcissimam, mutuam fruitionem superfelicissimam, emanationem & communicationem adintra naturalem & superplenissimam, consistentiam superbeatissimam & æternam, omnem charitatem, plenitudinem, misericordiam, liberalitatem & gratiā eius super uniuersum genus humanum, potissime super electos. In horum contemplatione amorosa tam iucunde repausabit, conquiescetq; anima, quòd angusta erit eidem omnis utiq; creatura. Enimuero tam intense occupabitur, tam calide afficietur, tam ualenter figetur in deo, & in abysso lucis demergetur immensæ, sic in diuitias absorbebitur glorię ac beatitudinis superdeliciosissimę trinitatis, quòd omnium cęterorum oblita, à cūctis creatis abstracta, à seipsa etiam alienata ac defluens, obdormiet in dilecto, qui est sup omnia deus sublimis & benedictus, amen. Psal. 50

De uita & regimine Archidiaconorum, finis.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI CONTRA PLVRALITEM BENEFIciorum ex dictis authenticis.

LATA est porta & spatiosa uia quę ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Matt. 7. Christus saluator & iudex noster, locutus est uerba prẹallegata: quæ qui non attēdit neq; ueretur, nec per gratiam uiuere, nec spūalem sensum habere uidetur. Quid enim iudicandis hominibus ab eorum metuendissimo ac infallibili iudice horribilius poterat dici, q̃ q; plurimi eorū sint condemnandi, & pauci saluandi? Certe si urbem aliquā iudex iustus ac præpotens introiret, & protinus ore proprio depromeret, q; illā ex urbe nō nisi pauci manus suas mortisq; essent euasuri sententiam, nonne uniuersi mox uehemētissimo concuterentur pauore, præsertim si eos lateret qui deberent euadere? Et utiq; timor ille ex intuitu corporalis ac momentaneę mortis prodiret. Siquidem omnium terribilium huius mūdi terribilissimum est mors, scdm Philosophum. Et ecce dominator omnipotēs, rex cœlorum, iudex infallibilis uniuersorum, de throno gloriæ in hunc mundum descen- Eccl. 18
dit

dit,multosq; æternaliter perituros,paucos uero saluandos perhibuit. Et tamen multi hæc audientes,scientes,credentes,non perterrent usq; in finem.Sed hęc ipsa eorũ uana & insensata securitas,euidens signum est,q de reproborum sint numero,de catalogo damnandorum. Nempe beatus homo qui semper est pauidus: qui uero mentis est duræ,incidit in mala,ut Salomon loquitur.His ergo propheticum est dicẽdum illud:Hodie si uocem eius audieritis,nolite obdurare corda uestra.Qui enim ex deo est,uerba dei audit.Idcirco monet Apostolus:Adhortamini uosmetipsos per singulos dies, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati.Porro non solum formidandum est nobis,eo q iuxta præinducta Christi eloquia multi sint condemnandi,& pauci saluandi,prout denuo contestatur:Multi(inquiens)sunt uocati,pauci uero electi: sed etiam quoniam uia salutis, utputa iter ducens ad uitam gloriæ,arcta est uehementer.Quid nanq; est uia ista,nisi conuersatio timorata,diligẽs coram deo cordis custodia,stricta,rigorosa pœnitentialisq; uita,qua caro quotidie castigatur,concupiscentiæ refrenantur,peccata uincuntur: quod totum ad oẽm pertinere Christianum negare nemo potest,qui Paulo apostolo credit,dicenti: Qui autẽ sunt Christi,carnẽ suã crucifixerunt cũ uitijs & concupiscentijs. Deniq;,oĩe peccatũ mortale uitare,uirtutes acquirere,& in ipsis iugiter perseuerare, uia regia semper incedere, & neq; ad dexteram neq; ad sinistram declinare,nonne arctum est atq; difficile, homini fragili ac mortali, cum dicat scriptura:Sensus & cogitatio cordis humani proni sunt in malum ab adolescentia sua?Et tamen istud est iter salutis.Ideo dixit philosophus, q ars & uirtus sunt circa difficilia,quęstionemq; mouit,utrum difficilius sit,fieri bonum medicum, an fieri uirtuosum. Ad hoc nanq; quòd homo uirtuosus reddatur, necesse est ut docilis sit,& pro uirtutibus possidendis stabiliter uiriliterq; laboret. Vnde cõmunis philosophorum fuit sententia, q uirtus absq; studio & doctrina haberi aut uix aut nullatenus queat.Sanctus quoq; Bernardus disseruit:Virtus cum humilitate uult doceri,cum labore quęri, cum amore haberi, cũ diligentia custodiri:Nec aliter doceri,quęri,haberi,custodiri ue potest.Faciliter nanq; ad peccata dilabimur,sed non absq; grandi mentis diligentia abijcimus uitia, nec sine iugi custodia in uirtutibus stabiliter permanemus,aut digne proficimus. Ideo lata est uia spatiosaq; porta perditionis.Hæc equidem porta & uia est uita carnalis, mundana & uitiosa, quã ambulare non extat difficile.Hinc quoq; Seneca dixit:Cito subrepit neqtia,& absq; magistro uitia addiscuntur:uirtus uero difficulter acquiritur,ducem atq; rectorem desiderat.

Prouerb.28. Psal.94. Iohan.8. Heb.3 Mat.20.22 Gala.5. Gene.8 Matt.7 Seneca.

Articulus I. De causa motiua & materia, & de forma ac modo processus huius opusculi.

Eccl.19. Psal.68

CORripe amicum tuum,ne forte non intellexerit & dicat,nõ feci inique. Si autem fecit,ne addat iterum facere.Itaq; quoniam quidam mihi charissimi,quorum totis præcordijs opto salutem,plura aut multa beneficia habent, quorum quodlibet eis sufficere potest ad uiuendum taliter,qualiter secundũ euãgelicam Christi legem,itemq; secundum canonicas sanctorum sanctiones seu ordinationes,imò & iussiones uiuere obligantur,idcirco tabescere me fecit zelus meus,dum amãtissimos meos cerno relicto salutis arcto itinere,per deuios calles ad mortem, mortem autem æternalem ac infernalem,proficisci uel potius currere.Sed quando aut quomodo poterit eis hoc persuaderi?Quis eis queat insolubiliter probare, quòd beneficiorum ista pluralitas extat illicita mortalisq; culpa,nisi in casibus infrà tangendis?Nempe quidam eorum tanta mentis cæcitate & obduratione sunt obuoluti,ut contra beneficiorum pluralitatem nec legere quicquam uelint nec audire. Quorum insania nonne iugi lachrymarum fonte deflenda est?præsertim cum tot boni uirtuosiq; homines,in quibus utiq; habitat spiritus dei, & qui per dona spiritussancti recte & prompte mouentur ac diriguntur ab illo, ad iudicandum ueraciter de his quæ animarum concernunt salutem,cum insuper tot solennes illuminatissimi doctores,hanc beneficiorum pluralitatem asserant & conscribant esse periculosissimam atq; damnabilem,utputa sanctus Thomas,Gulielmus Parisiensis,Raymundus,Vlricus,multiq; alij,prout in prosecutione huius patebit libelli.Præterea,illi sic pluraliter beneficiati,ad ea quæ ipsis obijciũtur multipliciter respondentes,pluralitatem hanc diuersimode excusare conantur,ut quod summus pontifex dispensauit,uel quod quidam doctores affirment licitum esse beneficia tria habere,quod etiam quidam doctores usq; in præsens plura beneficia habent.Verum quod istę atq; consimiles excusationes nullius extent ualoris,nisi(ut tactum)in casibus infrà tangẽdis,infrà spiritu ueritatis superdulcissimo, paracleto

racleto adorando, spiritusancto praestante, clarissime declarando. Est ergo intentio mea, praefatam beneficiorum pluralitatem uitiosam ostendere, damnabilemq; probare. Porrò ut processus sit firmior & argumentatio irrefragabilior, & ne paruitatem meam quis ualeat praesumptionis aut nouitatis arguere, non nisi sanctorum patrum authenticorum, solẽniumq; doctorum autoritates ac rationes, dicta & scripta inducam, de proprio nil interserendo, nisi forte interdum pro declaratione eorum quae à praefatis conscripta sunt. Praeterea precor legentes & eos pro quorum emendatione haec ex praecipua dilectione collecta sunt, ut opusculum istud gratanter suscipiant, diligenter perlegant, sanctorumq; documẽtis & assertionibus acquiescant, nec suo amico charitatisq; eloquio indignentur, pensantes quod Salomon loqtur: Melior est manifesta correptio quàm amor absconditus. Rursusq; Meliora sunt (inquit) diligentis uulnera quàm odientis oscula. Itemq; Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud illum magis quàm ille qui per blandimenta decipit. Postremo, si obijciatur quòd hi pro quibus haec scribo, gradu, aetate, scientia me excedant, occurrat quod Salomon ait: Argue sapientem, & diliget te: da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. Sed & charitatiua correptio secundũ beatum Augustinum caeterosq; doctores, ad omnem pertinet Christianum, quam inferiores & subditi superioribus pro loco, causa & tempore debent reuerenter impendere, prout Thomas super quartum Sententiarum, & Bonauentura declarant.

Prouer. 27
Ibidem.
Prou. 28
Prou. 9.
2. q. 1. c. si peccauerit.

Articulus II. Ad qualem conuersationem quilibet Christianus teneatur.

QVi se dicit in Chr̃o manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. A Christo Christiani nomen sortiti sunt: & eo ipsi qui à Christo Christiani uocantur, Christi conuersationem sequi tenentur: hoc est Christi charitatem, humilitatẽ, mansuetudinem, pietatem, patientiam, sobrietatem, iustitiam, puritatem ac deuotionem assequi obligantur. Propter quod Paulus apostolus nos hortatur: Imitatores dei estote sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Deniq; sicut à Christo Christiani uocamur, sic euangelicam Christi legem seruare tenemur, quantum ad obseruantiam praeceptorum decalogi, aliorumq; praeceptorum à Christo additorum, quae in decem praeceptis uirtualiter includuntur, atque ad illa reducuntur, & à Christo clarius exprimuntur. Ideo ait: si uis ad uitam intrare, serua mandata. Et denuo: Quid uocatis me domine domine, & non facitis quae dico? Itaq; Christi mandata sunt, ut deus toto corde super omnia diligatur, colatur & honoretur, ut omnis proximus, utputa tam inimici quàm amici propter deum cordialiter spiritualiterq; amentur: ut malefacientibus, iniuriantibus & odientibus bene agat, ut pro persequẽtibus exoret. Insup, ut auaritia oĩs uitet, cõtinenter sobrieq; uiuat: ne thesaurizemus in terra, & ne ebrietate aut crapula curis ue huius seculi grauentur corda nostra. Et quicquid rationabiliter uolumus seu uelle debemus fieri nobis, alijs faciamus. Sicq; omnis iniustitia, dolus & fraus, omnis superbia mentis & immunditia seu luxuria carnis, procul abijciantur à Christifidelibus uniuersis. His itaq; obedire praeceptis ad oẽm pertinet Christianũ. Propterea asserit Christus: Nõ omnis qui dicit mihi dñe domine, intrabit in regnum coelorum, sed qui facit uolũtatem patris mei qui in coelis est. Praeterea, de hac re pulcherrime loqtur beatissimus Augustinus libro de noie Christiano sic orsus: Christũ unctum interpretari, sapientiũ nullus ignorat. Et tam magnũ fuit in ueteri lege ipsius unctionis mysteriũ, ut in Iudaico populo non omnes eam, sed satis pauci meruerũt accipere, uidelicet sacerdotes, reges & prophetae: & hoc usq; ad aduentũ Christi, in quo omnes credẽtes ungũtur. Cuius unctionis exẽplo quales esse debeamus monemur, ut eorũ in qbus tã sancta est unctio, sit non minus sancta cõuersatio. Ex sacramẽto em̃ unctionis istius, & Chr̃i & oĩm Chr̃ianorũ nomẽ descendit. Qđ nomẽ frequẽter sortitur, q Chr̃m non imitatur. Quid em̃ tibi prodest uocari qđ nõ es? sed si Chr̃ianũ te uocari delectat, ea quae Chr̃i sunt gere. Foedũ nãq; & miserũ est, te uelle uocari qđ nõ es. Qui Christianus uocatur, Christum se habere dominum profitetur: & uere habet, si ei in omnibus obsequatur. Si quo minus, ille non Christi famulus, sed subsannator est & irrisor, q eius se seruum dicit, cui seruire dissimulat. Huic ergo geminum damnationis iudicium reseruatur, uidelicet pro dei subsannatiõe, quẽ sine cã deũ appellat, & pro qualitate sui pc̃ti. Nemo ergo sibi blandiat, nemo se uana & stulta suspicione decipiat. Nemo idcirco securus delinquat. qm̃ de[us] nõ statim ulcisci, ut ex hoc opinet se impune peccasse, q nõ ilico mox punit. Altissimus em̃ est patiens redditor. Vnde de Amorreis in Genesi loquitur: Nondum completa

1. Iohan. 2.
Actu. 11.
Ephe. 5.
Matt. 5.
Mat 19
Luc. 6.
Deut. 6.
Matt. 22
Marc. 12.
Mat 5
Lucae 6.
Mat 6
Luc. 21
Matt. 7.
Tob. 4.
Matt. 7
Leuit. 4.
1. Reg. 2
3. Reg. 19
Eccl. 5.
Gen. 15

pleta sunt peccata Amorræorum. Quo exemplo manifeste instruimur, singulos impios secundum peccatorum suorum plenitudinem consummari, & tamdiu ut conuertantur diuinitus sustineri, quandiu cumulū suorum nō habuerint delictorum. Nemo se inquā fallat, malos deus non amat, pctōres nō amat, iniustos nō amat, sed bonos, iustos, pios, humiles, innocētes, castos & mites. Nō ergo nobis ex hoc quod Christiani dicimur, blādiamur, sed uideamus quā brutalis atq; insipiens ille est, quā stultus etiam à gentibus iudicet, qui sibi nomē uendicat alienum. Quis enim tam uanus & miser est, qui se aduocatum cū nesciat literas, audeat profiteri? quis tam insanus & excors est, ut profiteatur se militē qui nesciat arma gestare? Hinc scimus nullum sine actu nomen, sed omne nomen ex actu sortiri. Tu ergo quomodo Christianus diceris, in quo nullus Christi actus apparet? Christianus em̄ iustitiæ, bonitatis, integritatis, patientiæ, castitatis, prudentię, humanitatis, innocentię pietatisq; nomē est. Et tu istud nomē quō defendis & uendicas tibi, cui de tā multis uirtutibus nec una inhæret? Christianus est qui sanctus, innocens, incontaminatus: in cuius pectore malitia locum non habet, in cuius pectore sola pietas existit & bonitas: qui neminem nouit lędere aut nocere, sed in om̄ibus opem ferre: qui exemplo Christi nec inimicos odit, sed aduersantibus benefacit. Et qui aliter agit, Christianum se esse mentitur. Porrò ille legis cōsummator & factor est, qui deū ac proximum diligit, & neq; in deū neq; in proximū peccat. Deū aūt diligit, qui eius in om̄ibus mandatis obtemperat, qui cœlestia ac diuina cogitat, quęrit & amat. Deus nanq; nō nisi sanctitatis & iustitię & pietatis amator est. Hinc ille deū ueraciter diligit, qui non aliud quā quod deus amat & approbat operatur. Vide ergo quā iusti, quā integri eē debeamus & sancti. Etem̄ sanctus deus populum suum sanctum uult esse, atq; ab omni contagione iniquitatis & iniustitię alienum. Talem eum esse uult, tam iustū, tam immaculatū & simplicē, ut in eo nihil inueniant infideles quod reprehendant, sed quod admirentur & dicant: Beata gens cuius est dominus deus eius, populus quē elegit in hæreditatē sibi. Tales esse conuenit dei cultores & seruos, mansuetos, graues, prudentes, pios, irreprehēsibiles, immaculatos, ut quisquis eos uiderit, stupeat, admiretur & dicat: Vere hi homines dei sunt. Ita se homo dei exhibere debet & agere, ut nemo sit qui eum uidere non uelit, qui nō audire delectet: Nemo eum cum uiderit, non dei filium esse credat, ut deus in suis glorificetur ministris, deus em̄ nihil à nobis magis desiderat & requirit, quàm ut per actus nostros nomen suum magnificetur ab om̄ibus, sicut scriptum est: Sacrificate sacrificiū laudis. Hoc est em̄ sacrificiū quod deus super oēs hostias quærit & diligit, ut per iustitię nostrę opera nomē suū laudetur, & deus uerus esse suorum operibus comprobetur. Illi ergo deum diligunt, qui non aliud quā unde nomen eius glorificetur exercent, nec eū in aliquo per inobedientiam inhonorant. Nā si quis totā legē impleuerit, offendat aūt in uno, factus est omniū reus, ut Iacobus ait apostolus. Quicunq; ergo iustitiæ & misericordię opera non fecerit, non potest regnare cum Christo. Quisquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus & clemens, gehennę nō euadet supplicia. Quisquis malefecerit, inimicus est dei: qui sine dolo non fuerit, partē non potest habere cū Christo: qualē te esse oporteat, Apostolū audi dicentē: Qui furabatur, iā non furetur, magis aūt laboret operando manibus suis, quod bonū est, ut habeat unde tribuat necessitatē patientibus. Om̄is sermo malus de ore uestro nō procedat, sed qui bonus est ad ædificationē, ut det gratiā audienti. Et nolite contristari spm̄ sanctū dei, in quo signati estis. Om̄is amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollat à uobis cū om̄i malitia. Estote aūt inuicem benigni, misericordes, donantes inuicē sicut & deus in Christo donauit uobis. Impudicitia uero & omnis immūditia & auaritia nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, quę ad rē nō pertinet, sed magis gratiarū actio. Hoc em̄ scitote, quod om̄is impudicus aut immundus aut auarus, quod est idolorū seruitus, non habet partem in regno dei. Itaq; ille se iudicet Christianū, qui hęc præcepta custodit: qui sanctus, humilis, pudicus & iustus est, qui in misericordię atq; iustitiæ operibus conuersatur. Hæc & multa similia in præallegato libro scribit clarissime Augustinus. Ex quibus certissime innotescit, qualem esse oporteat quemlibet Christianum, quę idcirco in isto loco commemoro, ut euidentius elucescat, ad qualē conuersationem sacerdotes atq; canonici, imò & omnes qui ad spūalem ecclesiæ statum pertinēt, teneantur. Veruntamen de hoc unum adhuc formabo articulum.

Sapiē.14. Matt.5 Lu.6 Matt.22. Leuit.11. Psal.32 Psal.49. Iaco.2. Ephe.4 Ibidem.

Articulus III. Quàm uirtuosa & exemplaris esse debeat uita cuiuslibet Christiani.

Sic

SIc luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Locutus est Christus hæc uerba, quibus monstratur omnem Christi fidelem taliter conuersari debere, quod uita sua cedat ad dei honorem proximorumque ædificationem, ut manifeste sit iustus, nec aliquem scandalizet. Mat. 5
Hinc ad Philippēses scribit Apostolus: Sitis synceri & sine offensione. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Quęcunque sunt uera, quæcunque amabilia, quęcunque iusta, quæcunque sancta, quęcunque bonæ famę, hæc cogitate, & deus pacis erit uobiscū. Propterea sancti pr̄es Cassianus & Climachus dicūt tam uirtuosam esse debere uitā Christianorū, ut quicunque etiā infidelis eos diligenter attenderit, ipsa ueritate & ęquitatis euidētia uictus, fateri cogatur diuinam ac sanctam esse legem, quę huiusmodi pręcipit uitam. Vnde ad sic conuersandum Petrus apostolus in prima sua canonica omnes Christianos hortat, dicendo: Obsecro uos abstinere uos à carnalibus desiderijs, conuersationem uestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectāt de uobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uestris uos considerantes, glorificent deū in die uisitationis. Hæc est enim uolūtas dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentiū hominū ignorantiam. Denique, quales esse debeant uniuersi Christifideles, ipse sacratissimus apostolorum princeps in præfata epistola compendiosissime docet: Omnes, inquit, estote unanimes, cōpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malū pro malo, sed econtrario benedicētes, quia in hoc uocati estis. Estote prudentes, & uigilate in orationibus, ante omnia mutuam charitatem in uobis continuam habentes, & hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc asserit Augustinus: Ille uere est Christianus, qui omnibus misericordiam facit, qui nulla omnino mouetur iniuria, qui alienum dolorem tanquam proprium sentit, cuius mensam nullus pauper ignorat: qui coram hominibus inglorius haberi non ueretur, ut coram deo & angelis glorietur: qui contemnit carnalia & terrena, ut possit adipisci cœlestia: qui opprimi pauperem se pręsente non patitur, qui miseris auxiliatur, atque ad fletum alienis fletibus prouocatur: qui seipsum animose salubriterque mortificat, ut secundum euangelicam legem uiuat. Sicque uolūtatem suam uolūtati diuinę in cūctis subijcit & cōformat. Hoc est quod asserit Cyprianus: Tota uita Christiani hominis, si secundum euangeliū uiuat, crux est atque martyriū. Hinc Gregorius loquitur: O Christiane, delicatus es miles, si putas te posse sine pugna uincere, sine certamine triumphare. Fortiter dimica, acriter contra hostes tuæ salutis, propriam carnem, mūdū ac dęmones pugna. Philip. 4 1. Petr. 2 1. Petr. 3

Articulus IIII. De perfectione & excellentia euangelicę legis.

LEx domini immaculata conuertens animas. De diuisione legis in legem æternā & diuinam, ac naturalem atque humanam, hic tractare omitto: quia & breuitati nunc studeo, & alibi (pręsertim super Lucam & Iob) plura inde scripsi. Quamuis ergo (sicut ibidem ostendi) lex euangelica non solū omnem legem humanam ac naturalem, sed legem quoque Mosaicam in multis excedat. Primo, quoniam ab ipso dei unigenito filio uero utique deo immediate data atque proposita est. Secūdo, quoniam supernaturalem felicitatem manifeste promittit, & dona gratiæ, quibus ad illam pertingatur confert, eo quod sacramenta gratiæ contentura includat. Tertio, quoniam nullum peccatum admittit, imò omne uitiū puniendū testatur, uerūtamen in hoc clarissime demonstratur perfectio & eminentia nouæ seu euangelicæ legis, quia persanctissime docet ac iubet interiores animę uires reformari, earumque affectiones & actus rectificari, ut scilicet omne bonum creatū, commutabile ac caducum, ad summum & inuariabile bonum finaliter ordinetur: sicque corporalia ad spiritalia, terrena ac temporalia ad æterna atque cœlestia referantur, imò (ut breuiter tangam) omne creatum ad supergloriosissimū creatoris amorem, gloriam & honorem totaliter ordinetur. Porrò finis est mensura, ratio ac regula eorum qui ordinantur in ipsum. Idcirco Christiano non licet de bonis temporalibus, corporalibus & terrenis plus appetere, quærere aut amare, adipisci, possidere uel retinere, quàm licet aut expedit animæ suæ in ordine ad ultimū finem, uidelicet ad obtinendū felicitatem æternam in patria, ad proficiendū in gratia in hac uia. Si ergo ad corporalia & terrena quis tantū afficiatur, aut tanta de eis acquirere moliatur, seu tanta de eis in usum suū accipiat uel sibi retineat, ut per hoc ad complacendum, obsequendum perfruendumque deo inhabitetur aut impediatur, inordinate se habet & peccat, nec media debite refert ad finem. Vnde nec de alimentis, neque de uestimentis & cæteris temporalibus rebus, plus aut aliter quod optandū siue sumendū est, quàm necessitas corporis exigit, aut utilitas mentis permittit. Quo patet, ad quàm temperatam ac sobriam ul- Psal. 18 1. Corint. 10

1.Timo.6. tam Christianus quilibet obligatur. Propter quod dixit Apostolus: Habentes uictum & quibus tegamur, his contenti simus. Et auaritia inordinatus temporalium diuitiarum appetitus esse describitur.

Articulus V. Ad qualem conuersationem teneantur canonici.

Ephe.4. OBsecro uos in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Quamuis Christus in euangelio multa præcepta atq; consilia tradat, uniuersa tñ euangelicæ legis consilia & præcepta, certum est ordinari ad completam obseruationem seu perfectam adimpletionē præcepti dilectionis diuinæ, quo dicitur: Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute. Quamuis enim ad huius præcepti custodiam omnes Christiani teneantur, non tamē æqualiter: Sed quo aliqui fuerint in altiori ecclesiæ gradu, statu, ordine seu officio constituti, eo præceptum istud plenius adimplere tenentur, obseruando ordinationes, canones seu statuta eis specialiter ultra euāgelicam legem condita & præfixa, ut per hoc in dei amore amplius crescant. Quoniam ergo canonici ad spiritualem ecclesiæ pertinent statum, & diuino obsequio singulariter deputantur, atq; in choro quotidie diuino astant conspectui, creatorisq; sui laudibus mancipantur, sanctissimi patres ac summi pontifices ipsis canonicis quædam specialia præcepta atq; statuta ediderunt ac præceperunt, ut uulgo ac laicis & secularibus hominibus uirtuosius conuersentur, diuinæq; maiestatis condigni ministri existant. Hinc ait Bonauentura: Quoniam ordo est signaculum distinctiuum & sequestratiuum à populo, ut quis diuino cultui sit totaliter mancipatus, ideo ordines præcedit distinctio quędam in tonsura atque corona, per quam temporalium & carnalium appetituum resecatio designatur, & mētis eleuatio ad æterna, ut totus ostendatur clericus esse ad diuinum obsequium deputatus. Deniq;, in Summa Pisana habetur: Clericus debet deferre rasuram in modum coronæ supra, & tonsuram capillorum ab infra. Cuius rationem asserit Thomas super quartum Sententiarum, quia corona est signum regis & perfectionis, cum sit circularis. Illi autem qui ministerijs applicantur diuinis, adipiscuntur regiam dignitatem, & debent esse perfecti. Competitq; eis subtractio capillorum ex parte superiori, ad designandum quòd mens eorum per temporalium occupationes à contemplatione diuinorum recordari non debet: Et ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum sensus temporalibus inuoluantur. Præterea, sicut in eadem Summa habetur: Clericus siue canonicus duplici ornamento debet esse ornatus, uidelicet interiori decore uirtutum & exteriori, qui præcipue consistit in quatuor: Primo, in incessu, ut non currendo, sed moderato & æquali gressu clerici incedāt, sicq; per hoc maturitatem & æqualitatem iudicent mentis. Oculos quoq; & linguam cunctaq; mēbra debent sub freno castitatis & modestię coercere. Secundo, consistit in habitu, ut non deferant uestes incisas & ligulatas, nec uarij coloris, nec rubeas, nec uirides, nec nimis longas aut breues, nec de serico, sed de lana, & non nimis pretiosas. Tertio in cibo. Quarto in potu, ut in utroq; temperantia obseruetur, quemadmodum & distinctione quadragesimaquarta habetur: In conuiuio canonicorum & sacerdotum sex sunt pręcipue obseruanda, ut scilicet uita absentium per detractionem non mordeatur, ut pręsentes non irrideantur, ut uana & secularia non recitentur, ut uerba sacræ lectionis ibi legantur & audiantur, ut cibus ac potus non nisi ad sustentationem sumantur, & ut in principio benedicantur, atque in fine laudes domino referantur. De his atq; similibus multa in Raymundo & in Summa Durandi, Summaq; confessorum leguntur. Postremo, in principio tertij Decretalium titulo de uita & honestate clericorum, de hac materia inter cætera fertur: Vt clericorum (id est canonicorum) mores & actus in melius reformentur, continenter & caste uiuere studeant uniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis uitio pręcauentes, quatenus in conspectu omnipotētis dei puro corde & casto corpore ualeāt ministrare. Ne uero facilitas ueniæ incentiuū tribuat delinquendi, statuimus ut qui deprehensi fuerint incōtinentiæ uitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur scdm canonicas sanctiones, quas efficacius & districtius præcipimus obseruari, ut quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltem pœna coerceat à peccato, uidelicet ut ab officio suspendantur, & ecclesiasticis priuentur beneficijs. Bona clericorū uęneant in communi & in una domo uescantur, atq; sub uno tecto dormiant & quiescant. Clerici arma portantes & usurarij

Margin notes: Exod.20. Deut.6. Matt.22. Marc.12. (beside "præcepta, certum est…"); 101.dist.c.contra moré. (beside "atq; statuta ediderunt…"); De ui.& ho. cle.c.clericus (beside "corona, per quam…"); Ibidem. (beside "Deniq;, in Summa Pisana…"); Ibidem. (beside "bra debent sub freno…"); c.à crapula de ui. & ho. cle. Et 44.d. c cōuiuia. & c nō licet. (beside "maquarta habetur…"); De ui.& ho. cle.c. ut cler. (beside "titulo de uita & honestate…").

usurarij excommunicentur. Si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Monasteria monialium si quis sine manifesta & rationabili causa uisitare præsumpserit, per episcopum arceatur: & si non destiterit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, unde à uino sibi temperent: nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum decreuimus penitus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores. Si quis aũt super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiori commonitus satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur. Inhibendũ est, ut nullus sacerdos fœias, de quibus suspicio esse potest, retineat. Si presbyter, diaconus aut subdiaconus de quacunq; fœia crimine fornicationis suspectus, post pniam secundã & tertiã admonitionẽ inueniatur fabulari, aut aliquo mõ cõuersari cũ ea, excõicationi subdatur. Cũ clericis nõ permittant mulierculæ habitare, nisi forte de illis psonis existant, in quibus naturale ius nil permittit criminis suspicari. Clerici officia uel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta. Mimis, ioculatoribus & histrionibus non intendant, tabernas prorsus euitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant conuenientem, & se in officijs ecclesiasticis & alijs bonis studijs exerceant diligenter. Fibulas aut corrigias argento seu auro ornatas non ferant, nec anulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. Ex his clarissime innotescit, ad quam uirtuosam, castam, sobriam exemplaremq; uitam teneantur canonici atq; presbyteri, & quàm sancte & iuste olim uixerunt. Sed nunc status eorum, sicut & religiosorum multorum, ad deplorãdam & maximam miserabilemq; deuenit ruinam. Nempe pro eo quod deberent præ cæteris Christianis rigorosius, spiritalius, temperantius ac timoratius conuersari, iam lautius atq; carnalius, negligentius & sumptuosius uiuunt quàm uulgus & seculares seu laici. Et hoc unde nisi de patrimonio Christi? Sed de hoc infrà plenius est dicendũ, nunc tantundem tetigisse sufficiat.

De coha. cle. & mulie. ca. inhibẽdum.

De coha. cle. & mulie. ca. a nobis.

De ui. & ho. nest. cle. ca. clerici.

Articulus VI. Qualis esse debeat conuersatio sacerdotum euangelicæ legis.

SAcerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificentur ne percutiat eos. In prima epistola ad Timotheum, itemq; in epistola ad Titum docet beatus Apostolus, quibus uirtutibus debeant episcopi seu in episcopos consecrandi, esse ornati. Sed quia in primitiua ecclesia inter sacerdotes & episcopos non fuit distinctio, saltem quãtum ad nomen, ut doctores & expositores concorditer astruũt, idcirco quæ in præfatis epistolis scribit Apostolus de episcopis, & ad pontificium promouendis, etiam de sacerdotibus & ad sacerdotium promouendis sunt intelligenda, quemadmodum sapiens Augustinus & Ambrosius protestantur. Ait ergo diuus Apostolus: Oportet episcopum (subaudi & sacerdotem) irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, ornatũ, pudicum, hospitalem, doctorem, non percussorem, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene propositum, nõ neophytum. Quo utiq; testimonio demõstratur, quàm exemplaris, perfecta & sancta debeat esse sacerdotum conuersatio quotidiana. Hoc quippe & ipsa sacerdotalia ornamenta quibus tempore celebrationis induuntur, designant atq; requirunt, sed multo imò incomparabiliter amplius hoc exigit & requirit uenerandissima immensaq; dignitas, excellentia & sanctitas sacramenti, quod consecrant, tractant, offerunt & manducant. Etenim corpus & sanguinem unigeniti filij dei constituunt, Christumq; uerum deum patri æterno immolant, oblatumq; sumunt. Deniq;, quo sacerdotium Christi seu euangelicæ legis pręstantius est, eo sacerdotes ipsius ad uitam spiritaliorem ac perfectiorem tenentur, imò euangelicæ debent esse munditiæ, nam & in scripturis angeli appellãtur, iuxta illud Malachiæ: Labia sacerdotum custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius, quia angelus domini exercituum est. Cum enim celebratio & communicatio sint actus ualde priuilegiati, nõ sine actuali deuotione sunt exercendi: imò cum deuotione pręcipua, reuerentia mentis & puritate conscientiæ fieri debent. Et de tanto beneficio debet sacerdos Christo semper gratus existere, seq; quotidie ad pleniorem gratitudinem dare, & mentem suam ab omĩ uitiorum macula seruare immunem. Ex quibus innotescit, quàm sceleratissima ac damnabilissima sit uita sacerdotum carnaliter & scandalizanter uiuentiũ, qui auaritiæ, gulæ aut luxuriæ seruiunt, qui dominum maiestatis tam irreuerenter contrectant, tãq; indigne suscipiunt. Qui (ut ait Ambrosius) maiorem Christo iniuriam faciunt, quàm qui eum crucis patibulo affixerunt. Audiant ergo & contremiscant quod ait Apostolus: Quicunq; manducauerit pa

Exod. 19. 1. Timo. 3 Titum. 1. 21. dist. c. de tos.

De consecr. dist. 2. c. nihil 1. q. 1. c. multi

Malach. 2.

De cõsecrat. distin. 2. c. timorem.

De cõsec.di. a.ca.timorē. nem hunc uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Praeterea doctores concorditer asserunt, quod sacerdos in omni actu ad sacerdotale officium pertinente, quem indigne facit, id est, in mortali peccato scienter existens, peccat mortaliter.
Prouerbi.4. 1.Timo.4. Titum.2. Mich.6 Terreat ergo sacerdotem immensitas periculi, & sicut tenetur, omni custodia cor suum custodiat, in omni sobrietate & castitate omnipotenti domino obsequatur, quotidie in diuino amore ac sancta deuotione conetur proficere, omnibus se praebeat exemplarem: nec solum mortalia, sed uenialia quoque peccata cum omni diligentia uitare conetur, timorate ac solicite in diuinae maiestatis praesentia iugiter ambulando: quia nec aliter poterit diu mortalia uitare peccata, nisi & uenialia studuerit declinare. Propter quod in Ecclesiastico ueraciter scriptū est: Qui spernit modica, paulatim decidit. Et si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua.
Eccl.19 Eccl.27

Articulus VII. Contra pluralitatem beneficiorum ex his quae in libro uniuersalis boni conscripta sunt.

Prouerb. 22. NE transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Quidam reuerendus pater de ordine fratrum Praedicatorum, secūdum carnem nobiliter natus, sed secundum spiritum nobilius conuersatus, & magna scientia decoratus, qui & episcopus suffraganeus fuit, & multū expertus, in libro suo qui communiter Liber Apum intitulatur, contra pluralitatem beneficiorum, quorum unum ad uictū sufficit, considerabiliter scribit, à cuius scriptis tanquam à facilioribus arbitror inchoandum. Itaque ait: Volo ut quicunque haec legerit, sciat me anno ab incarnatione domini millesimoducentesimooctauo fuisse Parisiis, ubi uenerabilis Gulielmus Parisiensium episcopus, qui in theologia iam rexerat, conuocationem fecit in fratrum Praedicatorum Capitulo omnium magistrorum, proposita quaestione de pluralitate beneficiorum, solerti & ualde longa disputatione probatum est, duo beneficia, dummodo unum ualeret quindecim Parisiensium libras, cum salute non posse teneri. Hoc determinauit praedictus episcopus, & frater Hugo ordinis praedicatorum, postmodum Romanae curiae Cardinalis, hoc frater Guerricus, frater Iohannes de Rupella fratrum ordinis Minorum, & alij quàmplures magistri theologiae, determinauerunt etiam hoc in scholis proprijs successiue. Fuerat autem habita disputatio ualde longa, & multo solennior ante annos tres, in qua etiam omnes magistri theologiae, exceptis duobus, determinauerunt idem per omnia quod & suprà. Quorum duorum unus fuit magister Philippus Cancellarius Parisiensis, & magister Arnoldus episcopus postmodum Ambianus. Agonizantem autem Cancellarium in morte, dominus Gulielmus Parisiensis episcopus paterna solicitudine uisitauit, rogans eum ut singulari opinioni cederet de pluralitate beneficiorum, & omnia beneficia sua, excepto uno, in manus ecclesiae resignaret. Et hoc conditione media, ut si conualesceret, ei supplere uellet de suo proprio quod dimisit. Renuit ille, experire se uelle dicens, utrū esset damnabile bñficia plura tenere: mortuus est ergo sic. Post paucos aūt dies, cū praedictus Parisieñ. epūs post matutinas orare uellet, uidit inter se & lumē quasi umbrā quandā hoīs tetrā nimis. Eleuata ergo manu cōsignat se, & si ex parte dei sit, praecipit ut loquatur. Et respondit apparens: Alienus à deo sum, & tñ mirabilis factura eius. Et praesul: Tu quis es? Et ille: Ego sum inquit, Cancellarius ille miserrimus. Rursus episcop⁹ elato altius gemitu, Et quō, inquit, tibi est sic dolenti? Male, ait, imò & pessime, sicut qui dānatus morte aeterna. Et episcopus: Heu ait, charissime, & quae causa est tuae dānationis? Et ille, Tres sunt, inquit, causae quare morte perpetua sum dānatus: Vna est, quod crescentes fructus annuos contra pauperes tumide reseruaui: secūda, quod contra sententiam plurimorum de pluralitate beneficiorum quasi licite tenēdorum, sententiam propriam defensaui, & in hoc me periculo mortalis culpae cōmisi: tertia est, & illa grauissima oīm, quod abominabili carnis uitio in scandalū multorum multo tēpore laboraui. Et ad episcopum mox subiunxit: Est ne mundus finitus? Et episcopus, Miror, inquit, te quondam literatissimū uirum hoc quaerere, cum me adhuc uiuū cernas, & omnes nos adhuc uiuentes mori necesse sit, antequā mundus instante iudicio finiatur. Et ille, Non mireris, inquit, quia nec scientia, nec opes, nec ratio apud inferos uenient. Et haec dicens, umbra ab oculis mirantis euanuit. Ipse autem episcopus (non tamen sub persona quasi ipse haec uidisset) in praedicatione sua haec clericis omnibus recitauit. Simili modo, cum quidam clericus maximae literaturae agonizans in morte pro me mandasset, ut consilium quaereret quasi in proximo moriturus, reduxi ei ad memoriam disputationem illam solennem & determinationem de pluralitate beneficiorum Parisiis, cui ille interfuerat doctor magnus, consului'que
Eccl 9 Exemplum

illi

illi cum magna instantia lachrymarum, ut unam præbendarum dimitteret, quoniam duas contra animam suam tenuerat, quarum una ad omnem uitæ copiam omni clerico sufficere posset. Tunc ille facie auersa dissimulans, hoc tãtum respondit: Orate dñm ut inspiret. Nec diu postea cum recessissem, & tenuissimo spiritu uix hærente, hoc idem quod consulueram ei quidam consobrinus eius iuuenculus cum maximis lachrymis inclamaret, cum uoce nõ posset, manu innuens expirauit. Post cuius obitũ, cũ qdam ex nostris stupescẽs nimiũ cogitaret, cur tãtus hõ & tantus clericus, si mortale pctm̃ esset plura bñficia retinere, in tali statu mortuus extitisset, mox quasi semiuigilanti defunctus ille apparens dixit: Hęc sola præbendarum causa est, pro qua infelix ego æternaliter sum dãnatus. Super hac eadẽ quæstione, cũ beatæ memoriæ Iacobus tunc qdem Aconensis episcopus, postea uero Romanę curiæ Cardinalis, magistrũ quendã theologię probatissimũ Robertum de Corthon, Romani apicis Cardinalẽ, morientẽ interrogaret, respondit: Dico iam migraturus, ꝙ mortale & damnabile est (dũmodo unũ cõpetens fit) plura beneficia retinere. Hoc idem magister Petrus Comestor, sanctæ memoriæ cantor Parisiensis & dixit & scripsit. Hoc idẽ magister Ginardus Cameraceñ. episcopus ỽbo huiusmodi confirmauit: Nollẽ, inqt, pro toto auro Arabiæ una tm̃ nocte duo bñficia retinere, & certus tñ esse, ꝙ de mane unũ illoꝝ homini idoneo conferretur, & hoc propter incertæ uitę discrimen. Super hoc etiam, narrãte fratre Bernardo quondam pœnitentiario dñi Papæ, & fratre ordinis Prædicatorum, cum beatę memorię Papa Gregorius IX. interrogaretur, an posset de plenitudine potestatis cũ pluriũ beneficiorum detentoribus dispensare, respondit: Non possum, nisi tantũ super uexatione detinentiũ dispensare. Quis ergo erit sapiens, qui fallat seipsum & sibi de dispensatione aliqua blandiatur? Esto ꝙ multi magistri dicant hoc, & multi alij opinentur contrarium. Hoc solum ab Augustino doctore omniũ maximo iudicatur mortale, quòd quis incertitudinis periculo aut mortalis peccati discrimini se committit. Noli ergo fieri sub trina inuocatiõe diuini nominis usurpator, ut sicut sub tribus personis inuocatur & colitur deus, ita tu clerice aut sacerdos duorum, trium aut quatuor uel plurium beneficiorũ possessor existas. Lucifer angelus assimilari deo uoluit, & contemptibilius cecidit uniuersis. Quanto ergo numerosior extiterit in præbendis, tanto te superbius non solum contra deum, sed etiam supra deum extollis. Hæc omnia in præallegato scripta sunt libro: quæ si qs pluraliter beneficiatus legerit, mirum si non contremiscat, seq́ emendet.

Dionysius Iste ẽ M. Petrus autor Scholasticæ historiæ.

Esaiæ.14

Articulus VIII. Contra pluralitatem beneficiorum ex dictis Gulielmi Parisiensis episcopi.

VIro qui corripientem dura ceruice cõtemnit, repẽtinus superueniet interitus. Initium uitæ melioris & interioris curationis est, docilem ac corrigibilem esse. Verba aũt exhortationis, correptionis seu instructionis impatienter indignanterq́ ferre, signum est superbiæ, incorrigibilitatis obdurationisq́ animæ. Idcirco in libris sapientialibus, præsertim in libro Prouerbiorum, tot bona de corripiente & correptione, totq́ uituperia de spernentibus corripientem seu correptionem scribunt. Saluberrimum quippe & inæstimabile bonũ ac directioni uitæ humanæ summe necessarium est charitatiua & mista correptio eiusq́ pia susceptio. Propter quod Salomon loqtur: Qui odit increpationes, insipiens est. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam. Qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Non amat pestilens eũ qui se corripit: qui uero acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Hæc sapientissimi Salomonis uerba commemoro, ut legentem ad piam ac humilem aduertentiam horũ quæ à præcipuis doctoribus scripta sunt, prouocem & inducam. Nũc ergo tangenda sunt ỽba Gulielmi Parisiensis doctoris profundi & uncti, quem etiam multi magni doctores audent sancto Thomę seu Bonauenturę in sapientię eminentia parẽ asserere. Itaq́ libro de Collatione beneficioꝝ sic ait: Post hęc aggrediamur disputare, an liceat uni personæ multa beneficia habere, quoꝝ unũ sufficit ad competentem ei sustentationem. In primis ergo, si de hoc uideat alicui dubitandum, quia à multis & magnis sentit ꝙ sic, atq́ à multis & magnis ꝙ nõ, unde temerariũ uideri possit de hoc aliqd diffinire, ad hoc dicimus, qa si dubiũ est utrũ liceat hoc an non, ipsa dubietas certitudo est & determinatio, id est, certitudinem facit, quoniã procul dubio nõ licet alicui committere se discrimini. Discrimini aũt se committit, qui præsumit aliquid facere de quo dubitat an mortale peccatũ sit. Cum ergo, ut diximus, dubietas facit discriminosum hoc, idcirco uitandum est ex necessitate salutis tanquam illicitum & mortale. Hæc est prima ratio Gulielmi, quæ in uerbis beati Augustini fundatur, dicentis: ꝙ mortaliter

Prouerb.29.

Prouerb.12. Ibidem.13 Prouerb.15.

Eccl.3.

peccat,qui discrimini se committit. Talis namq; non solum contra ueram agit prudentiam tantis se periculis exponendo incaute,sed & contra charitatem diuinam. In dubijs quoq; certior eligenda est uia. Secundo sic argumentatur:Nullus dicet q licea t plura talia beneficia habere,nisi qui plura habet talia beneficia,aut habere intendit. Ergo pro seipso & pro causa propria testimoniũ dicit. Non est ergo uerum siue conueniens eius testimoniũ, unde nec ei credendum est. Amplius iuxta Apostolum,Qui non laborat, non manducet: ergo
2.Thessa.3 go q non laborat dupliciter, non manducet dupliciter. Et similiter,qui non laborat tripliciter,sicq; deinceps. Amplius,si ratione laboris & operationis debetur ministris ecclesię cibus,sicut ait ueritas:Dignus est operarius cibo suo. Et alibi: Dignus est mercenarius mer-
Matt.10. Lucæ.10 cede sua,ergo nõ debetur duplex cibus nisi ratione duplicis laboris, & ita de alijs. Et huic rationi attestatur modus & forma collationis & inuestionis beneficiorum. Nam dicitur, cõferimus tibi beneficium istud,& inuestimus te de eo ad honorem dei & seruitium ecclesię istius.Nullo ergo modo licet alicui habere plura beneficia, nisi exoluat quotidie plura huiusmodi seruitia,præsertim cum beneficium sit propter officium. Ergo tria talia seruitia oportebit persoluere habentem tria huiusmodi beneficia.Alioquin defraudabit mortuos & uiuentes uno uel duobus seruitijs, & tanquam fur uel latro percipit unum uel duo illorum emolumentorum.Amplius, quis dubitat de fundatoribus ecclesiarum & præbendarum,quin sicut certum numerum uolũt habere seruitiorum, sic & seruitorum,& ipsa quoque seruitia esse iuxta numerum seruitorum? Quòd si dixerit aliquis,quia una est ecclesia tota ac uniuersalis:ergo qui seruit in una,seruit in duabus uel tribus.Sed contra hoc arguitur,quia pari ratione seruire dicetur in omnibus:ergo iniuste agitur secum, quòd in omnibus ecclesiis non percipit fructum seu redditus, cum æqualiter seruiat in omnibus. Causa enim quam ponit seruiendi in omnibus,æqualis est in omnibus, uidelicet unitas ecclesiæ uniuersalis. Amplius,si uno seruitio sufficienter satisfit deo & de tribus ecclesiis atque animabus,propter quas fundatæ sunt,sicut eisdem satisfieret tribus seruitijs,ad quid ergo est tanta multitudo & uarietas seruitiorum uel etiam seruitorum? Amplius,magis unita est in se Carnotensis ecclesia,quàm sit Parisiensis ecclesia,uel quæcunq; alia simul cum illa. Si ergo unitas illa qua sibi inuicem unitæ sunt prædictæ ecclesiæ, efficit hoc ut unus canonicus uel seruitor sufficiat pro duobus, & unũ seruitium pro duobus seruitijs,ita quòd una persona possit obtinere duas illarum ecclesiarum præbendas, multo fortius unitas ipsius ecclesiæ Carnotensis sufficienter efficiet,ut una persona obtineat in ecclesia Carnotensi duas præbendas aut plures.Hoc autem nullus ausus est dicere,nec aliquis episcoporum præsumpsit hoc facere. Amplius,facilius,commodius mollius'que per omnem modum,potest quis deseruire duabus præbendis uel pluribus in eadem ecclesia, quàm in diuersis in quibus dispersus est atq; diuisus.In una quoque potest esse assiduus,in diuersis autem non nisi interpolatus.Ergo multo fortius licet cuicunque personæ plures præbendas obtinere in eadem ecclesia quàm in diuersis.Sed hoc nullus dicit licere. Ergo multo minus id licere putandum est. Amplius, nemo dubitat quin tres seruitores & tria seruitia æqualia per omnem modum,hoc est,& magnitudine & numero & merito triplum sint ad unum seruitorem & ad unum seruitium.Quare qui deo & animabus non dat nisi unum illorum seruitorum unumq; seruitium,triplo minus dat deo,quàm qui tres illorum seruitorum dat ei, triaq; seruitia. Similiter & in ecclesiis & animabus plus dat. Si ergo fuerint duo prælati taliter facientes,quis audebit dicere quòd æque bene faciat qui deo & ecclesiæ eius & animabus non dat nisi unum seruitorem & unum seruitium, ut ille qui dat triplum per omnem modum. Quòd si dixerit quis,quòd melius faciat qui dat tres seruitores atq; seruitia totidem, quàm qui dat unum duntaxat,utrunque tamen sufficit,quærimus,cui sufficit hoc. Animabus enim quæ torquentur in igne purgatorij,non sufficit hoc: quoniam aliter accelerant liberationes earum tres missę quàm una earum,& ita de alijs suffragijs. Aliter inaniter multiplicarẽtur pro eis ecclesiastica suffragia.Si autem quis dixerit quòd deo sufficiat,hoc manifeste falsum est:quoniam ad maiorem gloriam sunt ei multi præcones laudum ipsius, quàm unus ipsorum. Alioquin ad quid institutæ essent tot & tantæ ecclesiæ collegiatæ, totq; chori canentium laudes ipsius? Si aũt quis dixerit q sufficit ipsis ecclesiis,& hoc quis
Psal.25 dubitet esse falsum? Quæ enim ecclesia est, nisi forte malignantium quam deus odit, quæ non uelit habere integritatem totius corporis sui,& uniuersitatẽ membrorum suorum? quæ in
Apoca.2 quã est,quæ parte corporis sui uelit esse cõtenta,nisi quę est magis synagoga satanę q̃ ecclesia? Quòd si dixerit, q sufficit prælato,uel intelligit sufficere ei ad meritũ, & hoc ẽ possibile manifeste

manifeste, sed reuera ei sufficit ad gehēnam. Defraudare enim deū præconijs gloriæ suæ, & ecclesiam mēbris suis ac membrorum officijs, animas quoq; tam uiuorū q̄ mortuorū patronis simul & patrocinijs, indigētesq; fratres suffragantibus atq; suffragijs, sufficiēs meritum & causa est damnationis æternę. Quòd si dixerit quis, q̄ sufficit habenti uel recipienti unum seruitium pro multis beneficijs, respondemus q̄ intolerabilis præsumptio est, eo usq; existimare & appretiare seruitium propriū, ut unū ei⁹ seruitiū ualeat duo uel tria aut quatuor, seu decem uel mille similia seruitia totidem bonorum uirorum. Neminem adhuc uidimus, qui in istum impudētiæ ac imprudētiæ ausum prorupit. Amplius, conductus uinarius ad unam uineam excolendam uel agrum unum, si quis eum ad aliam uineam eodē tempore excolēdam conducere uoluerit, repellet eum, & dicet se esse cōductum ad aliam excolendam, & suam operam iam locasse: atq; durante huiusmodi suæ conductionis seu locationis contractu, non posse simul & alium seruare cōtractum. Si ergo huiusmodi operarij in istis minimis tantę fidei uoluntatis esse uolunt, ut ad duas huiusmodi opationes simul agendas se conduci non patiantur, quāto fortius hoc in spiritualibus est seruandū, ut conductus pretio stipendij æterni & etiam tēporalis ad operandū in una ecclesia, quæ & uinea agri & ædificatio spiritualis est, ut ait Apl's, cōductus inquam. i. institutus, sustinere non debet ad operandum in ecclesia alia se conduci, donec sit absolutus à prima cōductione. Idem est de aduocatis. Cōductus enim aduocatus ad aliquam causam tempore certo agēdam, non patitur se conduci ad aliā eodē tēpore uētilandam. Quoniā ergo oīs in ecclesia beneficiatus aut intitulatus, ad agendam causam animarū ad ecclesiā illam pertinentiū specialiter aduocatus constitutus est, atq; ad certas allegationes pro eodem proponēdas, quas ei mutare nō licet aut subticere, manifestū est q̄ nō potest similē suscipere causam eodem tēpore expediendā. Allegationes aūt de qbus diximus, sunt psalmi & lectiones; siue collectę & orōnes seu cātationes, quas nec mutare alicui licet cōtra morē suę ecclesię, nec subticere. Quāuis em̄ gnāliter seruitores ecclesiarū gnāles aduocati constituti sunt animarum, specialiter tñ & speciales aduocati cōstituti sunt animarū quarū bñficijs tpaliter sustētani, & earū quę parochianę sunt ecclesiarū suarum aut parochiani earū. Qm̄ ergo uno eodēq; tēpore diuersis causis & allegationib⁹ satisfacere nō potest un⁹ & idē aduocatus, hinc manifestū est, q̄ nō potest aduocatus esse ad pluriū hmōi ecclesiasticarū causarū expeditionē simul una eadēq; psona. Hoc aūt est, esse canonicū duarū ecclesiarū, ergo nō licet. Ad idē solem⁹ similitudinē inducere de feudis. sicut em̄ ratione feudi uniuscuiusq; feudi debet certū seruitiū, ita & rōne uniuscuiusq; pbēdę. quare quēadmodū q̄t feuda unusq̄sq; tenet, tot debet inde seruitia, sic q̄t pbēdas uel bñficia unusq̄q; detinet, tot debet inde ecclesiastica seruitia, hoc est, tot paria horarū & aliorū huiusmodi. Ampli⁹, ecclesia dei nihil habet substātialius q̄ corpus suū & membra, ex qbus compacta est & constructa: nihilq; habet deo acceptius, q̄ sanctitatis gratiā & diuini cultus seruitiū. Hęc aūt pluralitas prębendarū & aliorū beneficiorū ecclesiasticorū, corpus ecclesiæ magna sui parte detruncat & mutilat, dū pro decē seu multis membris non habet nisi unū, & quandoq; pro tribus uel quatuor nō habet unū. Cū em̄ aliqs obtinet loca decem præbendarū in decem ecclesiis, decē illę ecclesię pro decem membris non habēt nisi illū. & hoc modo de alijs. Respice igitur ecclesiam dei quantū ad clerū, & uide q̄t sunt qbus cōpetit nomen illius dęmonis q in euangelio ait: Legio mihi nomē est, quia multi sumus. Nam & isti sic multi sunt. Vnusq̄sq; enim illorum unus est in persona, multi in beneficijs. Respice inquā multitudinē huiusmodi hominū, & uidebis quanta portione detruncetur per eos corpus ecclesiæ, & uidebis q̄ alius detrūcat ecclesiā duobus mēbris, alius tribus, alius pluribus usq; ad incredibilē numerū. Qđ ut clarius elucescat, ponamus exemplū. Si em̄ licet uni psonę habere xl. præbēdas, esto q̄ quadraginta sint ecclesiæ, quarū unaquęq; xl canonicos habeat, & ponamus q̄ xl. psonæ habeāt oēs illas pbendas. Ergo uides manifeste, q̄ pro quadragesies xl. psonis nō habet deus seu ecclesię illæ xl. non nisi xl. psonas: & pro xl. conuentibus non nisi unū. Similiter & pro mille ducētis præconia glorię suę & laudes diuinas cātantibus, nō habet deus nisi xl. Iam ergo manifestū fecimus q̄d dixeram⁹, qa id q̄d habet ecclesia dei substātiali⁹, uidelicet corpus suū, ita detrūcat ista pestis ac mutilat id q̄q; q̄d habet accepti⁹. s. honorificētiā cult⁹ diuini, talit' mutilat ac detrūcat. q̄ patet q̄ pniciosa sit pestis ista ecclesię dei. Ideo exterminanda est totis studijs ac uiribus ab eadē, tanq̄ ignis deuorans ipsum corpus ecclesię ac mēbra ipsius, atq; ut pestis idololatriæ, auaritiæ & damnādę ambitionis, uastans & auferēs ex magna parte honorificentiam cultus diuini. Amplius, quærimus ab huiusmodi auaris & am Mar. 5 Luc. 8.

bitiosis ut uidetur, an huiusmodi multa beneficia quærãt ac teneant ex charitate, an ex cupiditate uel ambitione. Si dicant q ex charitate, non est qui eis credat. Non enim ex charitate dei & proximi tanta damna suffragiorum proueniunt, animabusq auferũtur, nec ex charitate ipsi ecclesiæ (quæ multo plus diligenda est q̃ proximus quiuis) tantam sui inferunt uastationem & mutilationem. Quòd si ex cupiditate uel ambitione se sic facere profitentur, ex ore proprio iudicentur. Amplius, ecclesia collegiata uel conuentualis corpus unũ est per se. Impossibile autẽ est, unum membrũ esse duorũ corporum naturaliter, nisi per errorem naturæ monstrose contingat, quemadmodũ accidit in mulieribus quæ ab umbilico suprà duæ erant, ab umbilico autem inferius una. Cum ergo corpus naturę, exemplũ
Ephe. 1. sit corporis gratię quod est ecclesia, sicut in multis locis ostendit Apostolus, nõ potest esse nisi monstrosa in corporibus gratię huiusmodi membrorum unitas, siue coagmentatio uel communicatio. Quamuis aũt multitudinis credentiũ sit cor unum & anima una cõtra
Actu. 4. scissuras schismatũ, tamen essentialiter sunt multa membra uniuersalis ecclesię & particularis, ut parochiæ siue conuentus. Et quemadmodũ diuersitas officiorum requirit in corpore naturali diuersitatem membrorum, ita & in corpore gratiæ diuersitatem exigit membrorum seu personarum. & sicut in corpore naturæ omnia membra non eũdem actum habent, nec unũ est plura, ita & in corpore gratiæ esse debet, quod ab omni deformitate monstrositatis tanto debet esse remotius, quanto nobilius est, deoq gratius. Hoc autem indubitanter monstrositas est, ut oculus sit manus, aut manus sit oculus. Non potest ergo esse, ut qui
1. Corin. 12 est archidiaconus in una ecclesia, sit præpositus in alia, & idem de similibus dignitatibus. Amplius, iste qui obtinet officiũ uel beneficiũ in una ecclesia, est de corpore illius & membrum ipsius. Si ergo uocetur ad ecclesiam aliam, aut remanet in ecclesia priore, aut non remanet: si remanet, ergo non trãsfertur ad aliam, nec collocatur in ædificio illius, seu in corpore ipsius, sicut lapis qui remanet in ædificio domus alicuius, nõ ædificatur nec ponitur in ędificio alterius: si uero non remanet, habemus intentũ. Et considera diligenter similitudines istas, quia sunt ualde expressæ. Ecclesiæ enim, & domus & ciuitates & ædificationes sunt. Ierusalẽ enim ædificatur ut ciuitas, teste Psalmista. Et Apostolus ad Corinthios ait:
Psal. 121
1 Cor. 3. Dei cultura estis, dei ędificatio estis. Amplius, Christus in euangelio ait: Omnis arbor quę
Matt. 3. non facit fructũ &c. ubi Eusebius in homilia ait: Quædam arbores sumus in agro domini complantatæ. Diuersæ ergo ecclesię, diuersi sunt agri. Impossibile est aũt, eandem arborẽ in diuersis agris simul esse plantatã. Et si plantata fuerit in uno, impossibile est ut nisi euulsa ab illo, plantetur in alio. Quoniã ergo canonicorum in ecclesia institutio est spiritualis plantatio arborum in hortis, impossibile est clericum plantatum (hoc est institutum) in una ecclesia, nisi inde euulsum, plantari (id est institui) in alia. Idem posset probari per simile in uineis & uitibus. Amplius, nemo est qui uellet habere seruum comedentem tantũ quantũ tres uel quatuor, & non operantẽ nisi quantũ unus. similiter neq; equũ. Et si quis uellet ei dare talem seruum aut equũ, non gratanter acciperet, imò respueret. Quid ergo sunt habendi clerici, q decẽ clericorũ comedunt beneficia, & non reddunt nisi singularia seu unica seruitia, nisi serui uel equi quos diximus? Sed & de dispẽsatore suo quid faceret quicunq; dominus, si uni ex seruis uel eqs daret decem præbendas seu portiones, singulis aũt aliorum non nisi singulas? Nonne eum tanq̃ dissipatorem puniret? Similiter & rex, si dux exercitus sui daret uni ex bellatoribus, q tamen non ualeret nisi unũ, decẽ bellatorum stipẽdia, nonne fraudem regi dux ille faceret, & uictoriam aduersam cõtra regem proprium procuraret? Vbi enim rex deberet habere mille bellatores, per hanc uiam non haberet nisi centũ. Quantũ minuat ac debilitet dei exercitũ pestis ista, scilicet pluralitas beneficiorum, & q̃ graui animaduersione feriendi sunt à deo huiusmodi proditores, ducis huius exemplo manifestum est satis. Nullus enim huiusmodi multipliciũ ac multiplicatorum hominum audet dicere aut etiam cogitare, q ipse ualeat tot bellatores, qui bellatorum nomine digni sint in exercitu dei, quot stipendia obtinet. Simili modo de aduocatis se habet ac uinitoribus alijsq operarijs. Nullus enim eorum unquam ausus fuit dicere uel cogitare, q tantum possit in causa animarum alleganda, quantum decẽ boni aduocati: uel in uinea domini excolenda, quantum boni decem uinitores, sicq; de alijs. Quomodo ergo decem salaria uel decem mercedes operariorum pcipere uel detinere pręsumunt, nisi per fraudem & furtũ? Porro, quàm ridiculosum sit quod qdam dicũt, q unus potest habere quotlibet & quantumcũq; pinguia beneficia, dummodo ea bene expendat, hinc patet. Licet enim medicus salariũ in quantũcunq; pios usus expẽdat, q̃d ab ægro pro eo curãdo recepit, non propter hoc satisfit ęgro

aut minus ægrotat, nisi ei à medico succurratur. Idem dicimus de bellatore, quia quantū-cunq; large siue magnifice expendat stipendia, non propter hoc minus uincitur nisi uiriliter pugnet, nec rex minus exhæredat, cuius bellū agi debuit. Similiter de uinitore & aduocato eis obijci potest. Non enim solā dispensationem temporalium prouentuū suscipiunt clerici in sua institutione uel euocatione, sed officia ipsa medicandi sauciatum, de quo legitur in Luca, & officiū agendi bellum dei, similiter & officiū allegandi causam animarū Lucæ.10. & officium operandi in uinea domini. Quod si dixerit quis, quia in beneficijs ecclesiasticis inueniūtur quædā quę sunt dupla uel tripla, uel etiam decupla ad alia: ergo æque possunt haberi decem parua, ut unū pingue quod ualeat decem alia. Hic est homo qui loquitur ut cogitat. Loqtur enim ac si beneficiū huiusmodi non habeat nisi temporalitatem. Tunc enī proculdubio paruū esset habere unū tale uel decem talia. Nec cogitat huiusmodi homo onus spūale uniuscuiusq; sufficientis seu competentis beneficij, q̃d pro quantitate uirium satis onerat unam personā. Neq; considerat huiusmodi homo ꝙ beneficiū ecclesiasticum & religionis, religiosum est officiū, ligans & arctās personam suam ad hoc ut alia nō usurpet, nec etiam sibi imponi patiatur. Et reuera huiusmodi canonici horreales sunt siue seculares, non affixi ecclesiis quemadmodū stellę suis cœlis, sed horreis auaritiæ & solariis corde incubant, & uinculis auaritiæ illis alligati sunt, uel potius in ipsis affixi. Et sicut monachos quosdam solemus dicere coqnarios seu refectorios, pro eo ꝙ corde in coquina uel in refectorio solū uersantur, sic & istos nō ueri nominis canonicos, sed horreales (ut dixi) aut cellarios nūcupamus. Et (ut loquamur aptius) nō clerici uel canonici, sed magis equi & asini sunt habendi, utputa p̄sepibus ad comedendū corporaliter alligati. Non enī prębendā clericalem (quæ portio est spūalium bonoꝝ, uidelicet gratiæ & gloriæ) quærunt uel diligunt, sed solas præbendas asinarias uel equinas, quæ utiq; portiones temporaliū sunt bonoꝝ. Equi enim nostri & asini nostri sunt corpora nostra, de qbus in declamatoriis sermonibus & exhortationibus multa iam diximus. de beneficiis aūt insufficientibus manifestū est, ꝙ non reqrant singula seruitia, & propter hoc aliis addūtur aut uniunt. Si qs obiecerit nobis de ecclesiis, in qbus non cōpellitur fieri residentia, dicimus ꝙ non est libertas ex cōstitutione & fundatione, sed ex longa cōsuetudine & usurpata clericoꝝ malitia. Si tamen in aliquibus est, in paucissimis est. Quòd si qs obiecerit nobis de dispensationibus apostolicis, dicimus ꝙ illę supra nos sunt, & ꝙ iuridice diligētius cōsideratę, iura sunt: & de cōmuni dispēsatione rite facta nec sentimus, nec interpretari p̄sumimus. Hoc tñ indubitāter sentiendū est, ꝙ Romanus pōtifex quantūcunq; largā dispēsationis grām uideat facere in bñficiis cū aliqbus psonis, tñ nec dispēsat nec dispensare potest cū auaritia, cupiditate uel ambitione eaꝝ, nec indulget eis indulgentiis suis, ut his uel aliis uitiis indulgeant. Non enim intendit nutrire pestes uitioꝝ de temporalibus bonis ecclesiæ, quæ plene nouit ad sustentationem seruorū dei in eius seruitio sacrificata esse domino & oblata. Ecce quàm profunde, subtiliter, deuote & euidenter doctor iste egregius pręfatam beneficiorum pluralitatem reprobat & condemnat. Et certe qui tot talibusq; rationibus non assentit ac paret, nimis excęcatur ac induratus uidetur.

Vide ca. Cō querente. de cler. nō resi.

Vide ca. De multa. de p̄bendis.

Articulus IX. Contra pluralitatem beneficiorum, ex dictis sancti Thomæ.

VAe q sapientes estis in oculis uestris, & corā uobismetipsis prudētes. Sicut paupertas spūs siue humilitas, qua quis sibijpsi uilescit seu paruus uidet, præcipue mētem disponit ad illuminationem diuinam, in qua ueritatem & quicquid ad animę spectat salutem, lympidissime cernat, ita superbia qua quis propria æstimatione magnus, pręclarus & sapiēs est, maxime impedit hoiem ab illustratione su pna, & mentē eius ita obtenebrat atq; indurat, ut ei q̃d ueꝝ atq; salutare ē, nec dici queat, nec efficaciter psuaderi. Nemo ergo pluraliter bñficiatus tā sapiēs sit in oculis suis, neq; sic animā suā despiciat, palpet aut negligat, ut tam sublimiū tamq; sanctorū doctorū contra pluralitatem beneficiorū scribentiū dicta abijciat, sed diligentissime ea aduertat. Nūc ergo quid S. Thomas de hac scribat materia introducā. Itaq; in Quodlibetis suis more suo ꝑ utraq; parte arguēs, primo sic arguit: Videt ꝙ habere plures præbendas sine cura animaꝝ absq; dispensatione, sit peccatū mortale. quia est cōtra dictū Vrbani Papę, quod incipit, Sāctoꝝ canonū, quo dicit: Oīno aliquē in duabus ecclesiis intitulari nō liceat, sed unusqsq; in qua intitulatus est, in ea tantū canonicus habeat. Præterea quędā Decretalis dicit: Clericus ab instāti tempore in duabus non connumeretur ecclesiis. Negotiationis enim est hoc & turpis lucri commodum, & ab ecclesiæ consuetudine penitus alienum. Præterea Bernardus

Isaie.5.

Vide ca. Sanctorū. 70. dist.

De præbēd. & dignit. ca. De multa.

di

dicit: Vnus in persona, non unus, sed plures est in beneficijs, non plures est in officijs, ergo plures est in supplicijs. & sic grauissime peccat. Sed cõtra est, quod illud quod uergit in animarum periculum, non est ab ecclesia sustinendũ, sed ecclesia sustinet ut aliqui communiter habeant duas præbẽdas. Respondẽdo ad hanc quæstionem, & determinando eam secundum ius naturale, sic uidetur dicendum, quod actionum humanarum multiplex est differentia. Quędam enim habẽt deformitatẽ inseparabiliter annexam, ut fornicatio, adulteriũ & huiusmodi, quæ nullo modo bene fieri possunt. De numero talium actionum nõ est habere plures præbẽdas. Aliàs enim in nullo casu dispensationẽ recipere posset, quod nullus dicit. Quędam uero sunt actiones de se indifferentes ad bonum & malum, ut leuare festucã, inter quarum numerum quidam computant habere plures prębẽdas, sicut habere plura bona. Quod non uidetur uerum, sed fictum, cum hoc quod est plures præbendas habere, plures in se inordinationes contineat, utputa quia non est possibile aliquem simul in pluribus ecclesiis deseruire in quibus est præbẽdarius, cum prębendæ ad hoc uideantur ordinatæ, quia prædicta bona sunt dispẽsanda ibidem ministrantibus deo. Sequitur etiã diminutio cultus dei, dum unus loco plurium instituitur. Sequitur etiam in aliqbus defraudatio uoluntatum testatoris, qui ad hoc aliqua bona ecclesiis contulerũt, ut certus numerus deo seruientiũ ibi esset. Sequitur quoque inæqualitas, dum unus pluribus beneficijs abundat, alius nec unũ acquirere potest. Et multa alia huiusmodi, quæ de facili patent. Vnde non potest contineri inter actiones indifferẽtes, & multo minus inter illas quæ sunt de se bonæ, ut dare eleemosynam. Sunt uero quædam actiones, quæ absolute cõsideratæ, deformitatem seu inordinationẽ quandam important, quæ tamen aliquibus circunstantijs superuenientibus fiunt bonæ, sicut occidere hominem uel percutere, in se deformitatem quandam importat: sed si addatur occidere malefactorem propter iustitiam, uel percutere delinquentem causa disciplinæ, non est peccatum, sed uirtuosum. In numero harum actionum uidetur esse plures habere præbendas. Quamuis enim aliquas inordinationes contineat, tamen tales circunstantiæ possunt supuenire ita honestantes actum, quòd prædictæ inordinationes totaliter euacuentur, utputa si sit necessitas unius personæ in pluribus ecclesijs, & posset plus seruire ecclesiæ uel capitulo absens, quàm alius pręsens. Et si quę alię sunt huiusmodi. Et tunc istis conditionibus superuenientibus cum recta intentione, non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interueniente: quia dispensatio ad ius naturale non pertinet, sed tãtum ad positiuum. Si uero aliquis hac intentione plura beneficia habeat, ut sit ditior & lautius uiuat, & ut facilius ad episcopatum perueniat in aliqua ecclesia, in qua est præbendatus, non tollerentur prædictæ deformitates, sed augerentur: quia cum tali intẽtione & unum beneficium habere, quod in se nullam inordinationem importat, esset illicitum. Et sic quidem esset dicendum, quod secundum ius naturale etiam nullo iure positiuo superueniẽte, non esset illicitum simili casu. Nunc autem certum est per aliqua iura hoc esse prohibitum. patet tamen huic prohibitioni consuetudinem esse contrariam, per quã quidam dicunt illa iura esse abrogata. nam per contrariam consuetudinem iura humana abrogantur. Quidam uero dicunt per hanc consuetudinem antiqua iura non abrogata, quoniam Decretalis quædam dicit: Multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudicium fuerint deducta, cogente iustitia cassarentur. Et hæc controuersia, quantum ad hoc, iuristis est relinquenda, quamuis hoc uideatur esse probabile, quòd quantum ad hoc quòd iura illa antiqua continent ius naturale, abrogari non possunt per contrariam consuetudinẽ utique irrationabilem: quantum uero ad hoc quod solum de iure positiuo continẽt, possunt esse abrogata, præcipue si dissimulantes hanc consuetudinẽ, in quorum potestate est ius positiuum mutare, intendunt per talem dissimulationem antiqua iura mutare in corruptelã. Si ergo antiqua iura quę habent prohibitionem, suo robore maneant, contraria consuetudine non obstante, certum est non posse aliquem plures præbendas habere absque dispensatione, etiam simul circunstantijs superuenientibus, quæ secundum considerationem iuris naturalis actum poterunt honestare. Si autem antiqua iura sunt per cõsuetudinem laudabilem abrogata, tunc prædictis circunstantijs superuenientibus, etiam sine dispensatione licitum est plures præbendas habere, sine quibus circũstantijs licitum non est, quantumcunque dispensatio interueniat, eo quod dispensatio non aufert ligamen iuris naturalis, sed bene iuris positiui, quod per hominem statuitur atque per hominem dispensari potest. Hęc Thomas. Loquitur etiam hic doctor circa finem huius responsionis opinatiue magis quàm assertiue, quantum ad aliqua. Sed quod ipse opinando pertransit, Vlricus in Sũma sua asserti-

tiue determinant, quemadmodum mox patebit. Denique, quamuis Thomas uideatur de hac quęstione mollius loqui, quàm doctores suprà allegati & infrà allegandi, tamen si uerba eius rite pensentur, rigorosa sunt ualde. Clarissime etenim asserit, quòd hoc quod est plures præbendas habere, plures inordinationes continet in se. Igitur bonum est, incertum pro certis relinquere. Item, quòd plures præbendas habere, secundum se & absolute consideratum, deformitatem inordinationemq́ contineat, nec liceat, nisi sit necessitas in pluribus ecclesiis unius personæ obsequij, illaq́ possit utilior esse ecclesiæ absens quàm alia pręsens. Quòd autem in tali casu sit licitum, imo & in quibusdam alijs, cæteri quoque doctores contra pluralitatem beneficiorum scribentes, concedunt, ut infrà dicetur. Veruntamen, sicut item deducam, isti casus paucissimos aut nullos tempore isto excusant. Postremo, quod Thomas tangit de dispēsatione, ipse non satis diffuse ac profunde prosequitur: quia etsi Papa ualeat dispensare & iura positiua mutare, non tamen secundum conscientiam & coram deo hoc licite potest absque rationabili causa, quæ debet esse uel urgens necessitas, uel uera euidensq́ utilitas, ut ipsi quoque beatissimi summi pontifices Leo & Gelasius protestantur, & sanctus Bernardus affirmat, sicut de hoc forte plenius dicam. Cum igitur Decretalis apertissime dicat, Nemo ab instanti tempore in duabus connumeretur ecclesiis. Negotiationis enim hoc est & turpis lucri commodum, & ab ecclesiæ consuetudine (haud dubium quin laudabili) penitus alienum: quis tantæ erit cæcitatis atq́ dementiæ, ut affirmet quemcunq́ pontificem posse ius illud absq́ rationabili causa mutare, cassare seu reuocare? Nempe q̃d rationabiliter salubriterq́ statutum est, non irrationabiliter seu uoluntate humana est reuocandum.

Articulus X. Contra pluralitatem beneficiorum, ex Summa uirtutum & uitiorum.

IN timore domini esto tota die, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Cum in medio laqueorum uersemur, præcipue indigemus dei timore. Timor quippe retrahit hominem à peccatis, facitq́ eum diligentem atque solicitum ad cauendum imminentia sibi pericula. Ideo Salomon ait: Beatus homo qui semper est pauidus. Cum itaque tot ac tantorum doctorum autoritatibus rationibusq́ monstratum sit, uitiosam esse beneficiorum pluralitatem, quod semper intelligo nisi in casibus infrà ponendis, qui casus cum rarissimi aut planissimi sint, multi doctores absolute affirmant pluralitatem beneficiorum esse damnabilem, dum unum sufficit habenti secundum statum suæ personę, cum inquam sit ita, si quis pluraliter beneficiatus his auditis & lectis non ueretur, sed irridet aut indignatur, signum est insipientis duri'q́ cordis, ac propriæ prudentiæ pertinaciter innitentis. Non enim mentitur scriptura quæ loquitur: Homo sapiens in omnibus metuit. Et denuo: Qui sine timore est, non potest iustificari. imo teste beato Gregorio, Piæ mentis est illic timere culpam, ubi nulla est culpa. Vnde si quis non metuat ibi esse culpam, ubi summi deuotissimiq́ doctores apertissime dicunt & probant esse culpam mortalem, nōne intimorati & insensati cordis est hoc? Nunc ergo tangendum quid in pręfata Summa de ista scriptum sit quæstione, scilicet, An liceat uni beneficia plura habere. Circa quod ibi sic scribitur: Sequitur de signis auaritiæ in ecclesia dei. Primum signum est, cum unus habet multa beneficia ecclesiastica, quorum unum sufficeret ei secundum personæ suæ statum, quod quidam de consilio auaritiæ existentes, licitum dicunt, de quorum numero quidam dum diu asseruisset hoc esse mortale peccatum, quando uidelicet non nisi unum beneficium habuit, dato sibi secūdo beneficio, asseruit quòd licite quis posset beneficia plura habere: & addidit, quòd nullus posset hoc intelligere, nisi qui ea haberet. Cuius talis ratio potest assignari: Impietas nanque est oculus impij. sicque cupiditas oculus est auari, & ita de cæteris speciebus peccati. Hinc accidit quòd alicui luxurioso uidetur aliqua mulier quam ferde amat, pulchra, cum in ueritate sit turpis: & hoc ideo, quoniam oculo luxuriæ respicit eam. Alius uero qui eam tali oculo non intuetur, non iudicat eam pulchram. Amor etiam nimius impedit rectum iudicium, facitque rem plus æstimari quàm est. Sic ille in quo est ocul' auaritiæ, uidet quòd aliquis possit habere plura beneficia ecclesiastica, uisione falsa siue phātastica. Qui uero non habet oculū auaritiæ, non uidēt hoc, sed dicūt esse illicitū, q̃d multipliciter probat. Primo sic: Tria distinguunt principia operationū nostrarū, uidelicet natura, gr̃a & uitium. Cū ergo qs habet uel hr̃e uult plura hm̄oi bn̄ficia, uel natura est principiū hui' opationis, uel gr̃a, uel uitiū. Et uidetur q̧ nō natura, q̃a natura paucis cōtenta est, & exigua optat, ut loqtur Seneca: nec gr̃a, qm̄ gr̃a pauciorib' cōtenta est q̃ na-

Prou. 23. Prou. 28. Eccl. 18. Eccl. 1.

tu-

tura, præsertim cũ gratia sitim terrenorum extinguat, Augustino dicente: Qui biberit de fluuio paradisi, cuius gutta una maior est toto oceano, restat ut in eo extincta sit sitis mundi. Præterea, deus consulit summam paupertatem: non ergo est uerisimile ꝙ gratia eius cõsulat contrariũ, scilicet temporaliũ multiplicationem, quæ in pluralitate beneficiorum quæri uidetur. Insuper, pluraliter beneficiati in fine uitæ suæ non audent retinere multitudinem beneficiorũ suorum: nõ ergo gratia dei instigauit eos ad illa. Et si gratia amoreq́ dei possederunt ea, desiderare debent ut in tali statu à domino inueniãtur, quatenus dignam ab eo mercedem recipiant: & si unctio gratiæ tempore sanitatis docuit eos beneficia esse multiplicanda, ipsa in statu infirmitatis cum maior est atq; deuotior, non permittet eos de hoc dubitare. Amplius, Augustinus fatetur: Fidem ueraciter non habet, qui in his miserijs diues fieri cupit. Charitas quoq; cum sit ignis, non tẽdit deorsum: & cũ super omnia amet deum, nõ desiderat multitudinem terrenorum, quibus eam amittat, uel ab eius uacatione impediatur. Vnde asserit Augustinus: Otium sanctũ quærit charitas ueritatis. Et rursus: Videtur mihi animus pluribus actionibus occupatus, deo euacuari quodãmodo. Non est ergo uerisimile, quòd charitas quempiam moueat ad plura beneficia appetenda, in quibus tanta inquietudo est, & tẽporalia commoda requirũtur. Adhuc autem, charitas diligit legem dei super milia auri & argenti. Non ergo consulit multiplicationem temporaliũ, quę requirit multitudinem actionum impedientem à studio sapientiæ, de qua in Ecclesiastico scriptum est: Qui minoratur actu, percipiet eam. Et iterũ: Sapiẽtiam scribe in tempore uacuitatis. Patet ergo ꝙ principium operationis prædictæ sit uitium, ꝙq́ illicitum sit unum hominem habere plura beneficia talia, quod satis est euidens, si considerentur causæ propter quas aliqui credunt id sibi licere. Alij nanq; hoc licitum credũt, quoniam beneficia illa bene expendant: alij, quia nobiles: alij, quia uicarium ponunt: alij, quoniã administrationi temporaliũ utiles sunt, uel propter suam sapientiam siue potentiã. Contra primos dicimus, ꝙ non sufficit medico bene expendere ea quæ sibi dantur ab ægro, & eius curã nullam habere. Sic clerico habenti plura beneficia non sufficit ea bene expẽdere, nisi faciat officia illis annexa. Contra illos qui dicunt se posse habere plura ecclesiastica beneficia, quia uicarios ponũt, dicimus ꝙ eadem ratione unus laicus seu etiam mulier posset habere decẽ beneficia, quia posset decem uicarios ponere. Præterea, ridiculum esset, matrimoniũ contrahere spe ponendi uicarium, ita & de susceptione beneficij ut ponatur uicarius. Pręterea, quærimus de illo uicario, ut pastor sit an mercenarius. Si mercenarius, ergo & latro est, cum quærat propria commoda, non profectum salutemq́ ouiũ. Cum ergo quis dicit, Bene possum habere hoc beneficium, quia ponam ibi uicarium, pene idem est ac si dicat, Possum illud bene habere, quia ponam latronẽ qui furetur & mactet & perdat. Si uero est pastor per adimpletionẽ pastoralis officii, quæ ratio est ut tu habeas duas ecclesias, ipse nullam? Nonne tibi Iohannes (hoc est, gratia dei, uel is in quo est gratia dei) dicit, Non licet tibi habere uxorem fratris tui? Itẽq;, Qui habet duas tunicas, det non habenti. Pręterea quęrimus à tali, an uicarius ille sit minus bonus, uel æque bonus, uel melior quàm ipse. Si minus bonus, tunc naturalis ratio dictat quòd nõ est recipiẽdus neq; ponendus pro eo. Operarius enim in uineam alicuius conductus, non potest uicariũ minus bonum ponere. Si uero æque bonus est uel melior, quæ causa est, ꝙ iste habeat duo beneficia, & ille nullũ? Deniq;, dicit Apostolus: Qui non laborat, non manducet. Quo iure ergo pascitur quis de beneficio, ubi non laborauit? Ordinauit deus, ut q seminat spiritualia, metat & carnalia. Qua igitur ratione pauper uicarius spũalia seminabit, & alius carnalia metet? Cum domin⁹ dicat, Quos deus coniunxit, homo non separet, quo iure denarius ille, quem subditus offert pauperi uicario sibi spũalia seminanti, accipietur à patrono forsan male uiuente? Et si quo ad forũ contentiosum ius sibi uideatur habere, tamen quo ad iudiciũ sacræ scripturæ, raptor est, usurpans sibi alterum eorum quæ à deo coniuncta sunt sine reliquo, id est, mercedem sine labore: imò etiam homicida reputatur, & respectu mercenarij quem defraudat, & respectu pauperum subditorum quorum sudorem mãducat, iuxta illud in Ecclesiastico scriptũ: Qui fraudem facit mercenario, & qui effundit sanguinem, fratres sunt. Et rursus: Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Vltimo dicim⁹, quòd illi qui uicarium ponunt sola cupiditate lucri ferulentem, taliter faciunt matri suæ ecclesiæ, ac si quis matri suæ carnali pedem uerum & carneum tolleret, & loco eius pedem ligneum substitueret. Contra illos qui dicunt se posse plura beneficia habere, quia sunt nobiles, dicimus, quòd si filij dei sunt atq; ecclesiæ utiles, excedere mensuram suæ nobilitatis

non

Marginal references: Matt. 8. — 1. Iohã. 2. — 1. Corin. 13. — Psal. 118 — Eccl. 38. — Eodem — Iohã. 10. — Marc. 6. — Lucæ 3. — 2. Thess. 3. — 1. Cor. 9 — Matt 19. — Marc. 10. — Eccl. 34. — Eodem.

non debent: & forsitan iustum est ut de beneficijs ecclesiasticis præ cæteris accipiant, si fieri potest absque iactura animarum, ut scilicet quilibet talis aliquod beneficium pinguius consequatur, quo se iuxta exigentiam sui status sustentet. Sed si filij diaboli sunt, qua ratione de bonis domini præ cæteris accipient? Nunquid debet nobilitas filiorum diaboli honorari? Similiter, si inutiles sunt ecclesiæ dei, aut prauo exemplo nociui, non uidetur iustum quòd præ cæteris commodum habeant ab ecclesia, quia ecclesia commodum non habet ex eis. Deus quoque in ecclesia non uult habere, qui multum ei constent ecclesiæ, & nihil prosint. Similiter, si aliquis non est contentus illis, quibus contentus esset si clericus non esset, & cum paterna hæreditate exhæredatus sit, superbior tamen uult esse, quàm frater suus qui hæres est, non uidetur iustum esse, ut dominus eius superbiam pascat. Contra illos qui credunt se posse multa beneficia habere, quoniam sapientes sunt siue potentes quo ad seculum, dicimus quòd cupiditas & auaritia docet eos in hac parte. In dolosa nanque statera cupiditatis nihil ponderãt spiritualia, sed solum temporalia, sicut Bernardus dicit de auaris prælatis: Optimi æstimatores rerum, qui de maximis minimam, & de minimis maximam curam gerant. Deinde ostendi potest non solum quòd malum sit plura beneficia habere, sed etiam quòd nulli cæco debeat hoc in dubitationem uenire. Certum est enim, quòd nullus sit princeps secularis, in cuius curia liceat eum qui non habet nisi unum equum, auenam quærere pro duobus. Non est armiger tam simplex qui dubitet inde. Cur ergo in curia dei, id est, in ecclesia, in qua tot sunt qui de auena ecclesiæ non possunt habere ad necessitatem, licitum sit aliquem qui non habet nisi unum equum, id est, unum corpus, auenam habere ad plures equos? Quomodo dubium est inter literatos, quod certum est inter armigeros? Nonne bene per Isaiam dicitur: Quis cæcus nisi seruus domini? Et si licitum esset aliquem habere plura talia beneficia, tamen non expediret. Isaiæ.42.
Vnde ait Apostolus: Omnia mihi licent, sed non omnia expediũt. Licebat Apostolo sumptus sumere à subditis, sed non expediebat: quia pseudapostoli inde sumpsissent occasionem quærendi atque lucrandi. Sic quamuis liceret alicui uiro discreto & honesto habere plura talia beneficia, tamen quia amatores temporalium acciperent inde exemplum cupiditatis & auaritiæ, nõ expedit: sicut comedere idolothytum licet uiro discreto, qui illud non comedit in ueneratione idoli, tamen coram pusillis qui inde scandalizarẽtur, illud nõ licet. Hinc ait beatus Bernardus: Spiritualis homo omne opus suum trina consideratione præuenit: Primo an liceat, deinde an deceat, postremo an expediat. Licitum dicitur aliqd in respectu ad dei prohibitionem, decens in respectu ad conditionem personę, expediens uero in respectu ad proximi offensionem. Considerare ergo debet uir sapiens, an illud quod facturus est, liceat, id est, à deo non sit prohibitum: deinde an deceat suam personã, quia aliqd decet unum qd non alium: præcipue uero in literatis uiris, qui debent spiritaliter esse oculus ecclesiæ, indecens est terrenitas & macula cupiditatis & auaritię. A talibus nanque pręcipue sumitur exemplum, & ad eos specialiter pertinet illud Apostoli: Ab omĩ specie mala abstinete uos. Et iterum: Prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Itaque ad istos auaros pluraliter beneficiatos pertinet maledictio illa dei, quam exprimit Isaias: *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis.* Denique, sicut non est innocens, sed criminosus qui mutilat matrem suam carnalem, sic nec qui matrem mutilat spiritualem, puta ecclesiam, faciendo ut habeat unum membrum minus quàm deberet habere. Quid ergo de illis, qui quatuor aut quinque, aut certe plura beneficia habent? Si quis dicat, quòd licet ecclesia non habet omnia membra quantum ad substantiam, tamen habet omnia quo ad officia. unus enim habet officium plurium. Respondemus, quòd licet in monoculo unus oculus suppleat officiũ duorum, non tamen tantum ualet habere unum ut duos: nec bene seruiret matri suæ carnali, qui procuraret ut loco duorum oculorum unum duntaxat haberet. Præterea constat, quòd sæpe in istis unus non implet officium duorum aut plurium, & frequenter nec soluere ualet, ut satis probatum est. Amplius, ex ista beneficiorum pluralitate prouenit monstrositas atque confusio magna in dei ecclesia, utputa quòd diuersæ ecclesiæ habent eundem oculum, cum tamen sit inauditum, diuersa corpora idem membrum habere. Item, quod oculus unius ecclesiæ est os in alia ecclesia: quia archidiaconus in una, est cantor in alia. Adhuc autem, peccatum seu pluralitas ista, introducit quodammodo in ecclesia dei hæresim Sabellij, dicentis eundem esse patrem & filiũ, contra quem asserit Augustinus, hoc nusquam inueniri, ut eadẽ persona sit pater & filius respectu eiusdem. Sed hoc uult facere im

1.Cor.10.
1.Thess.5.
Rom.12.
Isaiæ.5.

pietas ista. Accidit enim ut duo sint decani in duabus ecclesiis, & uterque sit canonicus in utraq;. Sicq; uterq; est pater & filius respectu utriusq;. Præterea peccatum hoc agit, ut eadem arbor simul & semel in diuersis hortis plantata sit. Sed non uult deus arborem aliquā in horto suo esse absq; fructu. unde & de infructuosa ait ficulnea: Succide eam, ut quid etiam terram occupat? Vnde uidetur quod in utroque horto fructum facere debeat arbor talis, & quòd sic duplex officium dicere debeat qui duplex beneficium sufficiens habet. Qua enim ratione pro primo beneficio ad unum officium obligatur, eadem ratione pro secundo ad secundum. Denique, talis multiplicatio beneficiorum circa eandem personam, frequenter generat in illa persona apostema superbiæ, sicut in corpore humano nimia collectio humorum circa aliquod membrum, solet ibi apostema causare. Superbia autem est similis apostemati illi quod uocatur, Noli me tangere. quia superbus sustinere nō uult quòd eius uitia arguantur. Isti quoque pluraliter beneficiati sæpe redduntur ita inflati, quòd de magnitudine huius periculi infiniti nec admoneri uolunt, nec increpari. Sed & insipientissime agunt, eo quòd supra suam uirtutem se onerent ac spondeant ac obligent, præsertim quum ratione unius competentis beneficij ad tanta ac talia se astringant, ut satis ad agendum uideantur habere, cum ad persolutionem eorum ad quæ ratione unius beneficij tenentur, potissime si curam habeat animarum, uix sufficiant: imò & in quantum unusquisque simplex canonicus, ad satis multa & ardua obligatur, ut ex præinductis probatur. Itaq; isti sic pluraliter beneficiati, multos defraudant: Primo deum suo honore atq; obsequio, secundo ecclesiam suis membris, tertio pauperes clericos, & forsitan eis uirtuosiores, qui habere deberent beneficia quæ ipsi superflue habent: quarto uicarium, cum habeat laborem, & ipsi mercedem: quinto subditos, à quibus metunt corporalia, cum non seminent eis spiritualia. Hæc & multa alia similia contra pluralitatem beneficiorum, in præallegata Summa terribiliter conscribuntur. Sed breuitati studens alia nunc omitto, præsertim quia uolenti acquiescere ista reor sufficere, & ne prolixitas tædium pariat.

Lucæ.13.

Articulus XI. De eadem materia ex Summa Vlrici.

Esaie.49. SApientia tua & scientia tua deceperunt te. Quanto quis minus de seipso præsumit, sibiipsi confidit, proprio ingenio, potestati aut sapientiæ meritis'ue innititur, tanto plus diuinitus adiuuari & illuminari aptus est atque meretur. Ideo Salomon dixit: Cum simplicibus est sermocinatio dei. Apostolus quoque fatetur: Infirma & abiecta & stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientes. Et item: Nolite (inquit) prudentes esse apud uosmetipsos. Itaque qui de sua scientia intumescunt, qui se alijs scire omnia melius arbitrantur, iusto dei iudicio relinquuntur, & excæcari ac perire iustissime permittuntur. Tales ergo à sua sapientia scientiaq; falluntur, eo sensu quo ait Apostolus: Scientia inflat. Nullus ergo in suo sensu sit pertinax, nemo dicta solennium paruipendat doctorum. Et nonne utique in ista materia de pluralitate beneficiorum potius standum est determinationi religiosorum atque sanctorum doctorum, qui purissimo ueritatis zelo locuti sunt, propria commoda non aspicientes, nec aliquod beneficium habētes aut rapientes, quum tamen etiam ad episcopatus promoueri potuissent, quàm quorundam pluraliter beneficiatorum, secularium ue doctorum? Nunc ergo introducenda sunt dicta Vlrici, qui & ipse doctor fuit ordinis Prædicatorum, & à doctoribus ualde laudatur, qui in Summa sua sic ait: Dubitandum non est, quin hæredes CHRISTI (hoc est, clerici qui possident patrimonium crucifixi) teneātur soluere res illas residuas quibus debentur, id est, pauperibus, quorum sunt res eæ'dem quæ supersunt, secundum illud ius quod dominus clericis dedit in talibus rebus, cum dicit: Dignus enim est mercenarius seu operarius mercede sua. Hoc autem ius est, ut dicit Augustinus, quòd possideant ea quæ eis sufficiunt, id est, quæ pertinent ad utilitatem, non ad superfluitatem. Hæc autem sufficientia est limitanda secundum personæ debilitatem seu indigentiam, & secundum condecentiam sui status, ratione scientiæ uel generis siue officij. Quòd autem hæc eis debētur, probat Apostolus ad Corinthios rationibus multis, dicendo: Quis militat suis stipendijs unquam? Quum ergo ea quæ sibi supersunt, clerici thesaurizant uel in illicitos usus expendūt, sicut qui ditant parentes seu cognatos aut amicos suos, nec sunt contenti eis subuenire in necessitate naturæ ipsorum, & qui in delicijs consumunt, dando meretricibus & effundendo pecuniam in splendidis epulis, sunt'que de numero principum, qui mane comedunt ad

Prou.3.
1.Cor.1
Roma.12.
1.Cor.8.
Mat.10
Luc.10.
1.Cor.9.

ad luxuriam, non ad necessitatem: & qui gloriam seculi magnificis sumptibus sibi parant, dando histrionibus, aut comparando sibi amicitiam diuitum & potentum, superfluamq; cateruam familiæ & clientum multiplicando, quos pretiosis uestibus frequenter secum innouant, aut magnas ædificiorum fabricas erigunt, atque in consimilibus aliis sunt prodigi de patrimonio crucifixi, non solum peccant in hoc uitio prodigalitatis, sicut quilibet peccat qui abutitur ad usum diuinitus sibi concessis, sed multum aggrauāt suam culpam, quia subtrahunt res illas quibus debentur, id est, pauperibus. Et hoc peccatum uocat gloriosus Hieronymus rapinam excedentem omnem crudelitatem prædonum, uocat quoque hoc sacrilegium, Augustinus uero homicidium, dicens: Qui rem à domino pauperibus relegatam, suis usibus immoderate reseruat, tantorum homicidiorum est reus, quanti pauperes in locis ubi habitat, fame mortui fuerint. Tenentur igitur isti ad omnium talium restitutionem, quæ facienda est illis quibus res ecclesiæ debentur, id est, pauperibus eiusdem loci. Et si habent bona patrimonialia, uel alia aliunde quàm per ecclesiam acquisita, de ipsis tenentur restitutionem hanc facere. Nec sufficit quòd hanc faciant de fructibus ecclesiæ, qui usibus suis supersunt, cum etiam absque huiusmodi debito res illæ pauperibus debeantur. Si uero nil habent præter redditus ecclesiasticos, utantur eisdem parcius: & de his quæ poterant licite suis usibus applicare, eleemosynas faciant largiores. Nec solum ipsi qui dant, sed etiam qui male receperunt res ecclesiæ, ad restitutionem tenentur, cum asserat Augustinus: Si quæ nobis sufficiunt possidemus priuatim, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, sed proprietatem nobis usurpatione damnabili uendicamus. Porro focariæ & aliæ turpes personæ, si de bonis ecclesiæ ditatæ aut pastæ sunt, in prædicto casu tenentur ad restitutionem, nisi causa eleemosynæ fuerit eis datum cum indigerent: non tamen restituent ei qui turpiter dedit, quia puniendus est in eo in quo deliquit. Sed in utilitatem ecclesiæ conuertetur, uel eius qui turpiter dedit successori ecclesiastico restituetur, uel eiusdē loci pauperibus dandum est, si satis abundet ecclesia: quod melius credo, quoniam supernecessariæ res ecclesiæ debentur pauperibus. Consanguinei autem res ecclesiæ sibi datas non propter sustentandam naturam, quod licet, si indigent, sed ut ditentur ultra exigentiam sui status, potentes quoque ac diuites res ecclesiæ sibi collatas propter fauorem pompamque seculi, & non propter aliquam rationem licitam uel honestā, uel quas extorserunt p fraudes aut minas, aut per quamcunque indebitam opportunitatem uel uiolentiam, tenentur restituere ei qui dedit, si uiuit: uel eius successori, si discessit. Denique, cum iuxta doctrinam Apostoli, redditus ecclesiarum sint stipendia militantium, fructus uinitorum, cibus pastorum, pabulum boum triturantium, patet quòd qui debitum sibi officium non implet, sed in otio & uoluptatibus atque lasciuia uitam agunt, nihil iuris habent in rebus ecclesiarū, sed ipsas percipiendo ecclesias spoliant, & tenentur ad restitutionem omnium perceptorum. Quamuis autem iura indixerunt clericis residentiam personalem in beneficiis suis, ut patet extra de clericis non residentibus per totum, tamen in multis casibus permittunt absentiam eorundem perpetuo uel ad tempus, propter rationabiles causas. Præterea uere committunt furtum & rapinam in rebus ecclesiæ clerici, quando in casu non concesso absque iusta dispensatione percipiunt fructus plurium beneficiorum. Vnde de Electo Rothomagensi dicitur extra de electione: Cum in concilio sit constitutum, quòd quicunque recipit aliquod beneficium, curam animarum habens annexam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit ipso iure priuatus: & si forte illud retinere contendit, etiam secundo spolietur. Prædictus Electus contra statuta huiusmodi ueniens, & retinendo quæ non spectabant ad ipsum, rem per consequens contrectauit alienam, furtum commisit quodam modo & rapinam. Idem etiam est de personatibus non habentibus curam animarum. Personatus autem uocantur, præcentoria, decanatus, præpositura, & dignitates his superiores: quia (ut ait Boethius) Persona est suppositum distinctum proprietate pertinente ad dignitatem. Vnde patet, quòd tales tenentur ad restitutionem omnium fructuum sic perceptorum, & debent ecclesiæ restituere cui subtraxerunt. Et quamuis Innocentius hoc statutum in cōcilio sanxiuerit, tamen ante eum fuit à Gregorio institutum, qui dixit: Singula ecclesiastici iuris beneficia, singulis quibusque personis committi iubemus. Et rationem assignat: Sicut enim uarietas membrorum per diuersa officia & robur corporis seruat, & pulchritu

Hieronym. 1.Cor.9 1.Corin.ll.

tudinem repræsentat, ita uarietas personarum per diuersa officia distributa, & fortitudinem & uenustatem sanctæ ecclesiæ manifestat. Fortitudinem quidem, quia per hoc fit terribilis ut castrorum acies ordinata. Quam fortitudinem exemplis ostendit gloriosus Hieronymus, ad Rusticum dicens: In apibus princeps unus est, grues unam sequuntur, imperator unus est. Roma condita duos fratres reges habere non potuit. Singuli sic sint ecclesiarum episcopi, singuli archiepiscopi, singuli archidiaconi. Venustas uero consistit in hoc, quòd per dispositionem ordinis reducitur ad formam unius uniuersi, à qua uocatur ecclesia catholica seu uniuersalis, in qua forma consistit etiam decor totius mundi. Hæc ergo ratio fundatur super illud Apostoli ad Corinthios: Nam & corpus non est unũ membrum, sed multa. Et ideo non potest statutum hoc mutari ex sola uoluntate superioris, ut ea quæ ex sola positione obligant, sed oportet ut sit ratio iusta, in qua non expediat seruari ipsum, cum sit apostolicum & morale statutum, super ius naturale fundatum. Vnde ubi ei ratio legitimę necessitatis uel patentis utilitatis obuiat, ibi intentio statuentis seruanda est potius quàm uerba: & ideo ab hoc statuto receditur quandoque de iure communi, quandoque ex necessitate, quandoque ex dispensatione, sicut in sequenti dicetur articulo. Itaque si absque rationabili causa alicui concedantur plura beneficia, non uera dispensatio, sed crudelis dissipatio secundum Bernardum est. Et ideo ualet quidem, quantum ad id quod est de iure positiuo, scilicet quòd non committit furtum percipiendo fructum beneficiorum illorum, & hoc in foro contentioso: sed quantum ad id quod est de iure diuino ac naturali, nihil ualet, nec à damnatione excusat, sed potius dispensans eidem damnationi intuoluitur cum eo cum quo dispensat. Dispensationem autem hanc in personatibus beneficiis'que curatis, Innocentius sedi apostolicæ reseruauit, ut patet extra de præbendis, ideo inferiores dispensare in his casibus non possunt, licet aliqui contradicant. Postremo, in ecclesia primitiua omnia fuerunt omnibus communia, quia in omnibus fuit apostolica perfectio. Ex personis nanque illius primitiuæ ecclesiæ ex Iudæis collectæ, instituendi erant gentium doctores, ideo oportuit illos sine temporalium solicitudine esse quietos. Vnde ait Melchiades Papa: Futuram ecclesiam in gentibus præuidebant apostoli, ideo prædia Iudei conuersi non sunt adepti, sed tantum pretia ad fouendos egenos. Postquam autem multitudo gentium subintrauit, cum non omnes caperẽt hoc uerbum consilij perfectionis, licuit Christianis habere proprium: sed tamen adhuc permansit perfectio apud illos, qui apostolicæ dignitatis participes erant, ut sunt presbyteri, alijq; prælati ac clerici siue canonici. Et hæc consuetudo pro iure in posteros est deducta. Vnde dicit Clemens Papa in epistola quarta: Dulcissimis fratribus Hierosolymis cum charissimo fratre nostro Iacobo & coëpiscopo habitantibus, Clemens episcopus: Communis uita est omnibus necessaria, & maxime his qui uitam apostolorum discipulorum'q; eorum imitari uoluerint. Hieronymus quoque in epistola de duobus generibus hominum: Duo sunt (inquit) genera Christianorum: Vnum quod mancipatum est diuino obsequio & cõtemplationi & orationi, quod ab omni strepitu rerum temporalium cõuenit abstinere, ut sunt clerici, quiuictu & uestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, omnia debẽt habere communia. Aliud uero est genus Christianorum, scilicet laicorum. Laos & enim Græce, Latine populus dicitur. His licet temperate aliquid possidere. Postmodum uero cum necessitas status communis ecclesiæ, & multorum lapsus hoc requireret, etiam clericis concessum est habere propria, prædicta inhibitione reuocata. Ex his dictis Vlrici ostenditur, quàm perniciosissima sit beneficiorum pluralitas, quando & id quod de uno beneficio superflue expenditur, tam districte restitui iubetur.

Cant. 6.

1. Cor. 12.

Actu. 2.

Actu. 2.

Articulus XIII. De quinque casibus in quibus licet uni habere plura beneficia.

Rom. 13.

Quæ à deo sunt, ordinata sunt. Quum deus sit supersapientissimus autor, omnia ordinate producit. Et quæ secundum uoluntatem eius aguntur, rationabiliter fiunt. Itaque Raymundus cæteri'que doctores assignant quinque casus, in quibus una persona potest de iure communi habere duas uel tres uel plures ecclesias seu præbendas. Primus est, quando ecclesiæ sunt in redditibus tam tenues, quòd una non sufficit ad competentem sustentationem personæ, ita quòd totidem potest habere ut sufficiat ei ad uictum. Secundus est, quando una dependet ex altera. Tertius est, propter raritatem paucitatem'que clericorum. Quartus est, si ecclesia sit annexa præbendæ uel dignitati. Quintus est, si habeat unam intitulatam, & aliam ex iusta causa

com-

commendatam ad tempus, donec cesset talis causa, scilicet donec inueniatur persona idonea, si propter eius defectum fuit ecclesia commẽdata. Statuit quoq; Gregorius decimus in concilio Lugdunensi, talem commẽdationem ultra spatium sex mensium non durare. Et idem de prebendis est dicendum. Circa hoc quæritur, an extra hos casus liceat uni secundum deum & conscientiam beneficia plura habere, quorũ quodlibet sufficiat pro competenti sustentatione personæ. Circa quod aliqui dicunt, quòd circa sublimes & literatas personas, quę maioribus sunt beneficijs honorandæ, cum ratio postulauerit, per sedẽ apostolicam poterit dispensari, ut scilicet iuxta condecentiam sui status possint se gerere, atq; præ cæteris inferioribus honestius uiuere, & hospitalitatem seruare, ac eleemosynas erogare. Sed his obuiare uidetur, quòd extra hos casus non inuenitur rationabilis causa dispẽsandi contra Decretales præallegatas, hoc clarissime prohibentes. Nempe extra hos casus non est urgens necessitas, ut unus plura huiusmodi beneficia habeat, nec utilitas est ad hoc inducens extra hos casus: imò multæ inutilitates inde sequuntur superius tactę: quia dum cum maioribus dispensatur, minores atq; pusilli multipliciter scãdalizantur, exemplo maiorũ ad plura beneficia impetranda seu retinenda se animantes ac defendentes. Ex tali quoq; multiplicatione beneficiorum circa eundem, sequitur inconuenientia superius ex dictis sancti Thomæ & Gulielmi Parisiensis inducta, utputa inæqualitas distributionis beneficiorum, ita quòd aliqui clerici nullum possunt acquirere, alij uero nimis abundant. Item minoratio ministrorum ecclesiæ seu mutilatio eius, & diminutio ecclesiasticorum officiorum ac cultus diuini, defraudatio uoluntatum testatorũ, qui ecclesiasticos redditus contulerunt: sed & animæ defunctorum debitis spoliantur suffragijs, & multa similia inde inconuenientia consequuntur: nec inueniuntur extra hos casus causæ honestantes hoc, quod est beneficia plura habere, ita ut prætactæ deformitates tollantur ac licitæ fiant: imò & pulchritudo & ordo atq; totalitas mystici corporis ecclesiæ, per hoc partim auferuntur ac impediuntur, prout pauloante ex uerbis Gregorij Papę probauit Vlricus, sic quod etiam contra ius naturale peccatur, contra quod nec à summo põtifice potest dispensari. Prẹterea, secundum beatum Hieronymum, ad uitandum scandalum pusillorum, uitandum seu omittẽdum est quicquid salua triplici ueritate uitari omitti'ue potest, uidelicet uitæ, doctrinæ, iustitiæ: & qui aliter scandalizat pusillos, subiacet sententiæ CHRISTI qui ait: Vę homini illi per quem scandalum uenit. Itemq;, Expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Imo quo aliquis maioris est literaturæ, altiorisq; gradus seu nobilitatis præclarioris, tanto amplius exemplaris cõsistere, pusillorum'q; scandala uitare tenetur, dum potest salua hac triplici ueritate, si ex hoc quòd quis quantumcunque sit literatus aut nobilis, unico competenti beneficio contentatur, nulla oritur iactura siue offensio contra hanc triplicem ueritatem, aut contra aliquam earum, sed potius in hoc ueritates hæ tres seruantur ac honorantur, cum sit iustum & dictis sanctorum consonum, aliorumque ædificatiuum. Insuper, iam ad oculum patet, quanta abusio, iniustitia, puersitas sit in ecclesia ex hoc, quòd extra prædictos casus unus permittitur plura beneficia obtinere ac possidere. Idcirco ad tanti mali eradicationem, excellentiores personæ deberent uerbo & exemplo præcipue laborare. At uero hospitalitatem seruare & eleemosynas erogare, non est sufficiens causa habẽdi huiusmodi beneficia plura, cum ex hoc aliunde proueniant multa inconuenientia grauiora, sicut ostensum est. Deus quoq; non exigit ab aliquo hospitalitatem & eleemosynarum largitionem ultra uires ipsius, seu ultra id quod sibi de uno competenti beneficio superest. Postremo, est alius atque conuenientior modus prouidendi personis magnis & literatis de beneficijs sufficientibus ad uiuendum decenter, quàm ut plura beneficia habeant. Sunt enim multæ ecclesiæ & præbendę ac personatus seu dignitates ecclesiasticæ ualde pingues, quarum quælibet uni talium sufficit. Sed in hoc est inexplicabilis error ac cæcitas clericorum multorum, quòd beneficium unum tantorum redditum, de quibus etiam quicũq; honestus ciuis secularis uel domicellus decenter uiuere posset, sibi nõ sufficere arbitrantur, quasi clerici non essent obligati ad uiuendum temperantius de patrimonio crucifixi, quàm homines seculares de hæreditarijs bonis. Sed de hoc infra magis dicendum est.

Matth. 18. Mar. 9.

Articulus XIII. In quibus consistat honestas ministrorum ecclesiæ, & quid seu quantum debeat iudicari sufficere clerico pro competenti sustentatione ipsius.

1.Thess.4. HOneste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Honestas quasi status honoris interpretatur. Porro honor debetur uirtuti. Est enim exhibitio reuerētię in signum uirtutis. Hoc est ergo uere honestū, quod est uere uirtuosum & exemplare, deoq; placitū. Hinc honestas ministrorū ecclesiæ, uidelicet sacerdotum & canonicorū, prælatorum ac præsulum, nequaq̄ consistit in temporalium affluentia, in splendida mensa, in uestibus superfluis, pretiosis & curiosis, in magna & seculari familia, uel apparatu mundano, in processu pōposo: nec per hoc efficiuntur populo exemplares, honorabiles atq; amabiles, sed potius scandalizatiui, odibiles ac diffames. In quibus ergo consistit uera clericorum honestas, nisi in uera humilitate, per quam deo hominibusq; placetur? In uera mansuetudine, per quam homo præcipue à cunctis diligitur: in uera patientia, per quam anima hominis ab ipso salubriter possidetur: in uera castitate, per quam in carne mortali angelice uiuitur: in uera sobrietate, per quam spiritalis profectus in homine inchoatur: in uera iustitia, per quam unicuiq; quod suum est redditur: in uera prudentia, per quam media ad finem efficaciter diriguntur: in uera fortitudine, per quam nec mortis pericula contra iustitiam formidantur: in uera sapientia, per quam omnia ordinate aguntur, & diuina carnalibus præferuntur: in uera deuotione, per quam deo alacriter deseruitur: in uera dilectione dei & proximi, per quam omne peccatum cōsumitur: & ut compendio stringam, in hoc uerissime uera clericorum consistit honestas, ut iuxta regulam uitæ eis à sanctis patribus institutam in omnibus uiuant. Ecce, per has uirtutes & per huiuscemodi uitam efficiuntur uere honesti, uniuersoq; populo uenerandi, exemplares atq; charissimi: & si ita se haberent, in maiori reuerentia & dilectione haberētur quàm nunc, sicut etiam ad oculum cernimus, quòd quidam eorum quamuis proh dolor paucissimi, quoniam temperate continenterq; uiuunt, & simplicibus ac necessariis uestibus contentantur, nec temporalibus se inuoluunt, sed diuinis feruenter insistūt, ac spiritalibus exercitiis occupantur, nec ultra unum competens beneficium uolūt, idcirco præ cæteris diliguntur ac honorantur, & CHRISTI bonus odor sunt undique. Præterea, sicut philosophi atque theologi protestantur, In omni genere primum, est maximum & potissimum, aliorumq; regula ac mensura. Cum ergo in omni ecclesia CHRISTVS sit caput summum & primum, ipse est mensura & regula cæterorum. In ipso quoque in hoc olim seculo uisibiliter conuersante, summa & perfectissima fuit honestas: & tamē in ipso summa fuit paupertas, in tantum, quod dixit: Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Sed & humilime fuit uestitus. Quanto ergo Christiani quicunq; ipsum perfectius imitantur in præfatis uirtutibus, tanto sunt honestiores censendi. et quanto in uestitu, uictu, rebus, factis & moribus plus ab ipso recedunt, tanto inhonestiores aut minus honesti sunt iudicandi.

2.Cor.2. Ephe.5 Zach.9. Lucæ.9

Certum est autem, quod propter delicata cibaria, pretiosa & superflua indumenta, & cætera iam præfata, à CHRISTI simplicitate & paupertate, puritate & sobrietate maxime se elongent & distent. Idcirco per talia coram deo inhonestiores redduntur. Insuper post CHRISTVM sancti apostoli fuerunt primi ac summi prælati ecclesiæ, sicut Psalmista prædixit: Constitues eos principes super omnem terram. Et beatissimus Petrus à CHRISTO totius fuit pastor ecclesiæ institutus. Sed nunquid idcirco à CHRISTI paupertate & humilitate se auerterunt? imò utique honestissime se in omnibus habuerunt, uirtuosissime conuersando, atque terrena omnia contemnendo. In his ergo uirtutum ornatibus consistit honestas ecclesiæ, iuxta illud in Psalmo: Omnis gloria eius filiæ regis abintus. Propter quod dixit Apostolus: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spiritu mentis uestræ. Et iterum: In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Non dixit, In ueste pretiosa aut simili aliqua seculi pompa, quasi talia ad honestatem spectent ecclesiæ. Ex his faciliter consideratur, quid aut quantum sufficiat clerico ad necessaria uitæ. Nonne secundum naturalem rationem natura modicis contentatur? Et secundum legem naturalem de corporalibus bonis non amplius optandum est, quàm sufficit homini ad sic uiuendum, quòd pro corpore competentiam habeant, & ad usum rationis studia que uirtutum expeditior extet. Præterea, secundum euangelicam legem oportet per arctiorem uiam incedere, & pœnitentialem ducere uitam, aliqua etiam de necessariis subtrahendo naturæ pro corporis castigatione. Vnde suprà ex uerbis Augustini ostensum est, quid uirtutis ad omnem pertinet Christianum. Rursus probatum est, qualiter clerici (hoc est, canonici atque presbyteri) secundum quod tales, tenentur uirtuosius cōuersari quàm seculares & laici Christiani, id est, magis temperate ac sobrie, seu minus sumptuose & minus immode-

Psal.44. Matt.10. Johan.10. Psal.44 Rom.12. Coloss.4. Matt.7.

tate in uictu & uestimentis, ac cæteris ad corporalem uitam spectantibus, ut semper sint ad diuina apti obsequia. Ex quo elici potest, quanta summa pecuniæ siue reddituum iudicanda sit uni sufficere ad sustentationem suæ personæ. Sed cum apud diuersos diuersa currat moneta, & tempora non semper sint æque chara, non uideo quomodo istud certis uerbis exprimi possit & taxari insinuarique omnibus. Sed unusquisque præinductis pensatis, conscientiam suam examinet, & rectæ rationis sequatur iudicium. Sed & ipsa experientia dubitantem potest instruere, cum uideamus ad oculum, quomodo multi presbyteri parum habentes aut uicarij aliorum seu clerici tenuiter beneficiati, de ipsa sua substãtiola & paupercula sufficientiam habeant. Nonne multi huiusmodi minus habẽt quàm quinquaginta florenos Rhenenses? Quomodo ergo qui de uno beneficio centum florenos huiusmodi habent aut plures, asserunt sibi beneficium tale non esse sufficiens? Quanto quis sapientior & literatior fuerit, tanto exemplarius & moderantius uiuat, & uirtuosius in cunctis se habeat ut tenetur, & sciet sibi pauca sufficere. Omnibus quę legi rite pensatis, apparet quòd canonicorum uita talis aliquando fuit pro magna parte, qualis fuit per tempus, & de gratia dei adhuc est conuersatio clericorum, qui fratres uocantur, in urbibus multis. Sed status canonicorum prorsus iam lapsus est, ita ut paucissimi eorum aduer[illegible]ut scire dignentur, ad qualem uitam obligentur.

Articulus XIIII. An clericus qui de suo patrimonio seu bonis proprijs potest sustentari, licite possit bona ecclesiæ in suos conuertere usus.

NOn concupisces rem proximi tui. Dicunt nonnulli, quòd licet clericus aliunde habeat unde uiuat, licite possit sustentari de redditibus beneficij sui, quoniam bona ecclesiæ sunt stipendia ministrorum ipsius, & seruiendo ecclesiæ merentur ea & faciunt ea sua. Sed huic opinioni multa sanctorum dicta obuiare uidẽtur. Et primo quod sanctus scribit Hieronymus. Clericus qui de suis bonis sustẽtari potest, si acceperit quod pauperum est, sacrilegium perfecte committit, atque per abusionem talium iudicium sibi manducat & bibit. Si eges & accipis, das potius quàm accipis: si autem non eges & accipis, rapis: hinc ait & Damasus Papa: Qui bonis parentũ sustentari possunt, si accipiunt quod pauperum est, sacrilegium incurrunt. Sed ad hæc quidam respondent, intelligenda hæc esse in articulo necessitatis extremæ, quod non reor sufficienter prolatũ. Quia ex uerbis præallegatis digne pensatis, constat hoc non esse de intentione patrum illorum. Et rursus, quia in necessitate extrema omnia extant communia, & tunc non solum ecclesiastica, sed & hæreditaria bona communicare indigentibus obligati sunt clerici, imò & omnes. Denique, bona ecclesiæ sunt pauperum, & in subuentionem eorum sunt data ac ordinata & eroganda. Si ergo clericus aliunde competentiam habeat, non apparet quòd illa licite possit consumere, nisi forte sua propria pauperibus erogaret, aut in alios pios usus expenderet. Tunc enim non cederet in pauperum detrimentum quòd ecclesiastica bona cõsumeret: aliàs cedere uidentur in eorum detrimentũ atque iniuriam, cum & sanctus Bernardus testetur: Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegio discrimen esse dinoscitur. Sane patrimonia pauperum facultates sunt ecclesiarum. Et sacrilega pauperibus crudelitate subripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, non utique possessores, uidelicet clerici, ultra necessarium seu simplicem uictum accipiunt & uestitum. Insuper, super illud quod ait saluator, Dignus est operarius mercede sua, scribit Gregorius, in clericorũ ac prædicatorum loquens persona: Operi nostro mercedes duæ debentur, una in uia, alia in patria: & merces in uia est temporalis stipendij usus, de quo addit, quòd prædicator debet hanc mercedem suscipere, ne per indigentiam cogatur ab opere spiritali cessare. Itaque si prædicator aut clericus ecclesiasticorum reddituum seu eleemosynarũ sustentatione non indiget, non uidetur ea in suũ debere usum conuertere, nec licite posse suis retentis, sed potius pauperibus dare. Adhuc, Christus anteq̃ dixit, Dignus est mercenarius mercede sua, statim pręmisit, Nolite portare sacculũ neque peram. Itaque cõcessit eis tanq̃ pauperibus nihil terrenũ possidentibus, accipere uitæ stipendiũ ab his quibus spiritalia impendebant. Sicque uidetur, quòd si clerici aliunde competentiam habeant, non licite possint ecclesię bona in suos expendere usus. Amplius, ecclesiastici redditus seu sustentaculum uitæ non est principalis merces clericorum, sed sicut ualde minus principalis ordinanda ad præmium principale, quod est beatitudo æterna, inquantũ necessaria est ad illam. Vnde si aliũde quis cõpetentiã

Exod. 20 Deu. eron. 5. Mat. 5.

1 Corinth. 11

Luc. 10

Eadem.

habeat, illa ipsi necessaria non uidetur. Nec ob hoc clericus gratis aut frustra obsequitur deo siue ecclesiæ: imò tanta ipsi diuinitus beneficia sunt impensa, tot bona promissa, quòd si milies plus seruiretur, non tamen deo digna rependeret. Sed & ea quæ aliunde habet, quibus potest se sustētare, nonne dei sunt dona, & de eis deo regratiari ac obsequi obligatur?
Luc. 17 Vnde Christus in euangelio loquitur: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Aristoteles quoq; fatet, quòd dijs & parentibus ac magistris reddi non potest æquiualens. Ex his faciliter solueretur argumentum huius oppositum asserentium, in principio huius articuli tactum. Bona quippe ecclesiæ sunt stipendia ministrorum eius indigentium huiusmodi bonis. Quòd si eis nō egeant, non sunt capaces talium bonorum ad proprium usum, nisi iuxta modum prætactum. Veruntamen seruiendo ecclesiæ faciunt huiusmodi bona esse sua, ut ea indigentibus pie dispensent, non ut ea sibi thesaurizent, possideant, & immoderate seu absq; necessitate & indigentia assumant. Hinc Prosper notabiliter ait: Non ut possessores, sed ut procuratores sancti uiri facultates ecclesiæ possidebant. Et idcirco scientes nihil aliud esse res ecclesię, nisi uota fidelium, pretium peccatorum & patrimonia pauperum, non eas uendicauerunt in usus suos ut propria, sed ut commendatas pauperibus diuiserūt. Hoc est possidendo contemnere, non sibi sed alijs possidere, nec habendi cupiditate ecclesiæ facultates ambire, sed eas pietate subueniendi suscipere. Quod habet ecclesia, cum omnibus nihil habētibus habet commune: nec aliquid debet inde eis qui sibi de suis sufficiūt erogare, cum nihil aliud sit habentibus dare quàm perdere: Et horum sanctorum patrum sententijs securius atq; salubrius statur, quàm aliorum quorūdam in quibus illuminatio tanta non fuit. Postremo innotescit ex his, quàm utiq; periculose se habeant, qui beneficijs ecclesiasticis satis aut supersatis prouisi, patrimonium suum propinquis suis distribuunt, cum tamen illi secundum exigentiam sui status seu personæ conditionis habeant satis, & forte abūdent, & ipsi beneficiati de patrimonio pauperum se nutriunt delicate. Idem quoq; iudicium est de his qui cum patrimonio suo bona ecclesiæ laute & immoderate inutiliterq; consumūt.

Articulus XV. Qua intentione sint impetranda seu suscipienda ecclesiastica beneficia.

Mat. 6 QVærite primo regnū dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Quemadmodum corpus ordinatur ad animam, sic corporalia ad spiritualia sunt finaliter referenda. Qui ergo ecclesiastica beneficia optant, quærunt, impetrant, suscipiūt non intuitu spiritualis boni, puta diuini officij, ut scilicet competentiam habentes deo deuotius quietiusq; ministrent, sed intuitu commodi temporalis boniq; corporalis, isti sunt subuersores rectissimi ordinis rerū, atq; in temporalibus finem sibi constituunt. Idcirco mortaliter peccant, etiam unicum beneficium competens taliter cupiendo, obtinendo, habendo. Tales sunt omnes qui amore temporalium diuitiarum aut carnalium deliciarum seu transitorum bonorum ecclesiastica beneficia quęrunt, procurant seu habent. Talibus cōuenit q̄d ait sanctus Bernardus: Alius undiq; circuit sedulus explorator, blanditur, obsequit, simulat & dissimulat, miseraq; suffragia mendicare non erubescit, manibus & pedibus repens, si quo modo tandem aliquādo sese ingerere queat in patrimonium crucifixi, in bona domini, quæ sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Porrò, qualis debeat esse intentio quærentium & suscipientium beneficia ecclesiastica, docet bea-
Bernardus tus Bernardus, dicendo: Si quis ea intentione gradus ecclesiasticos & ministeria sanctuarij quærit, imò queritur, quæ ei etenim magis quàm quęrere ipse debuerat, ut absq; curis seculi in sanctimonia cordis & corporis illuminandus accedat ad dominum, & suam ac proxi-
Philip. 2 morum operetur salutem, orationis studio deditus aut uerbo prędicationis, bene se habet. Nā si eo quærit aut tenet animo eoq; intuitu, ut hinc uitæ habeat necessaria, euangelizat ut manducet, & peruerso nimis ordine cœlestibus terrena mercatur. Quàm certe dignus amplius q; esset consentaneum rationi, ut pro carnali uictu, corporalia potius opera atq; negotia exerceret, nec fieret subuersor ordinis rerum, nec ignoraret ministerium spirituale. Sed modico est natura contenta. Nec multi in his sola necessaria quærūt quę utiq; possent
Boethius. obtineri minori periculo, sed honorati incedere uolunt, placere hominibus student, dita-
Ephes. 6 ri & superbire, huicq; seculo conformari. Audi querelas dei, quid super hac tanta hominū
Roman. 12 temeritate loquatur: Ipsi, inquit, regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non
Osee. 8 cognoui. Vniuersos siquidem in ordinibus ecclesiasticis cæterisq; ad ecclesiam pertinen-
Philip. 2. 1. Iohan. 4. tibus, honorem quærentes propriū aut diuitias seu corporis uoluptates, & quæ sua sunt,

non

non quæ Iesu Christi, manifeste & indubitanter non ea quæ deus est charitas, sed aliena à deo, & omnium radix malorum cupiditas introducit. Quid istud temeritatis, imò quid insaniæ est? ubi timor dei? ubi mortis memoria? ubi gehennę metus, & terribilis illius iudicij expectatio? Nūc aūt trahit sua quenq; uoluptas, atq; odorem turpis lucri sectantes, quæstum æstimant pietatem. Væ uæ, in domo dei uidemus horrenda. Quid nisi idololatras ministrantes? Mentior, si non idolorum seruitus auaritia, si non etiam quibusdam uēter suus factus est deus suus. Quod enim præ cæteris quisq; colit, id sibi deum constituisse probatur. Quantos uidemus qui diligunt munera, sequūtur retributionem: quantos qui domino Iesu Christo non seruiūt, sed proprio uentri: quantos qui honorem & gloriam hominū magis q̄ dei quærunt & diligunt. Hæc beatissimi Bernardi uerba sunt, beneficiatis beneficiaq; quærentibus dilgentissime aduertenda, ut si q̄s contra documēta hæc agit, pœniteat: & qui non egit, pręcaueat. Artic. XVI. Qualis debeat esse hospitalitas clericorum.

1.Tim.6. Malach.1. Ecci.7. Matt.25. 1.Tim.5. Tit.1. 1.Timoth.6. Ephe.5. Phil.3. Isaie.1. Roman.16. Iohā.5.

CVm facis conuiuium, noli uocare cognatos, diuites & potentes, ne fiat tibi retributio: sed uoca pauperes, debiles, cæcos & claudos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorū. Omnia quæ habemus, de manu dei accipimus tam spirituales q̄ seculares, & reddituri sumus rationem de eis. Ideo Christo testante: Cui plus datum est, plus requiretur ab eo. Non itaq; cuiq̄ licitum est Christiano, sc̄dm deum, bona sua exteriora ad libitum suum consumere siue expendere, sed moderate ac iuste eis uti tenetur, & in rationabiles piosq; conuertere usus. Et ista est ratio secūdum Hieronymum, cur uix unus de mille diuitibus atq; potentibus mundi, aptus est regno dei: quia cum diuites sint, arbitrant se suas diuitias posse ad placitum suum consumere, delicate & pretiose uiuendo, sumptuosa conuiuia exercendo: diuites ob humanum fauorem, seculi pompam, carnalem affectum inuitādo, pauperibus uero siccum panem & tenues uix famulorum reliquias tribuendo, quod est contra arctam salutis uiam atq; iustitiam, præsertim cum iuxta Ambrosiū, diuites non sint diuitiarū possessores ac domini, sed dispensatores, & deo de eis rationem daturi. Et si ultra indigentiam & condecentiam sui status eas sibi seruauerint seu auxerint, nec indigentibus communicauerint, tanq̄ alienæ rei usurpatores sunt condemnandi. Idcirco gloriosi doctores ecclesiæ, Augustinus atq; Basilius contestantur, non minoris esse criminis habenti tollere, quàm cū possis & habes, indigentibus denegare: Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentū quod includis, miserorū redemptio pecunia quam in terra abscondis. Tantorū te scias bona inuadere, quantis possis pręstare, & non uis. Si ergo hęc ita se hn̄t, etiā in laicis circa tp̄alia bona, q̄to utiq; plus in clericis circa ecclesiastica bona, quę specialiter patrimonia pauperū nūcupant. Vnde nullatenus licet ea in uana & seculari hospitalitate cōsumere cū diuitib. potētibus, talibus ue propinqs. Nō tn̄ illicitū est talibus interdū seu raro ex pia causa ad honestā amicitiā cōfouendā, aut propter aliā rōnem decentē, hospitalitatē rōnabilē exhibere. Hinc ait Isidorus: Clerici cōuiuia publica fugiāt: priuata nō tm̄ pudica, sed & sobria colāt. Hieronymus q̄q; sacerdoti seu clerico scribes: Cōuiuia, inq̄t, tibi sint detestanda, maxīe hoꝝ q honoribus tumēt. Turpe est ante fores sacerdotis Chr̄i pauperis crucifixi, & q cibo uescebat alieno, lictores cōsulū & milites excubare. Rursusq; asserit: Oēs q stipendijs tēpli, & his quę conferunt ad usus ecclesię, abutunt in alijs rebus q̄bus expleāt suā uolūtatem, similes sunt scribis, pharisęis ac sacerdotibus Iudæorū. Itaq; clericis secularia & delicata agentibus conuiuia scribit Bernardus: Væ uæ tibi clerice, mors est in olla, mors in olla carniū, mors in huiusmodi delicijs est, nō solū qm̄ secus introitū delectationis mors posita esse cognoscit, sed ob id maxīe, q̄a populi cōstat esse pc̄tā quę comedis. Sūptus & redditus ecclesiasticos gratis habere te reputas. Cantando tibi proueniūt, sed melius esset tibi fodere aut etiā mēdicare, pc̄tā em̄ populi comedis, q̄si propria tibi nō sufficerēt. Solicitus igit esto tanq̄ rōnem redditurus de istis. Solicitus esto dignos pro eis q dederūt gemitus fundere, dignos agere pœnitentiæ fructus. Alioquin ad damnationem tibi noueris imputanda illorum peccata, quæ nūc inter delicias contendis, paruipēdis atq; dissimulas, tanq̄ nihil pertinentia ad te. O iudicioꝝ dei abyssus multa, o terribilis deus in consilijs super filios hominum. Frustra incipient miseri dicere montibus, cadite super nos: & collib⁹, operite nos. Venient ante tribunal Christi, audietur contra eos populorum grauis querela, accusatio dura, quorum uixerunt stipendijs, nec diluerunt peccata, quibus facti sunt duces cæci, fraudulenti mediatores. Quid tibi o insipiens deliciæ sapiunt, quibus mercaris & promereris tam graue iudicium, tam duræ te obligas rationi? Vniuersa siquidem

Luc.14. Luc.12. Luc.16. Osee.4. Psal.35. Psal.65. Apoc.6. Matt.15.

Matt.5. ā te usq; ad quadrantem nouissimum exigentur. Deniq; Petrus Blesensis in quadam epistola cuiusdam deuotissimi abbatis lamentationem describens, atq; in eius persona loquens, fatetur: Diues factus sum, ut fierem miser: honores adeptus sum, ut perderem deū: sequor curias, intersum magnatum consilijs, in his patrimonium Christi dilapido. Quid de hospitalitate dicam, quæ merito hostilitas potius quàm hospitalitas censetur: Christus enim eis causam non præstat, sed inanis gloriæ obtentus. Diuitibus quidem in hospitio cum honore & reuerentia susceptis, in omni opulentia deliciæ apponuntur de patrimonio crucifixi. Christus autem olim crucifixus in ligno semel, foris in pauperibus suis crucifigitur aut torquetur in luto, in quibus aut omnino nudus aut in semicinctis contabescens, fame & frigore tremens, de his quæ interius dantur canibus, solatium angustiæ suæ postulat, & non est qui moueatur super cōtritione ipsius. Ecce hospitalitas hodierna, in qua diuites ad gloriam dæmonum splendide epulantur, & Christus qui charitas est, contemptu, inedia & nuditate afficitur. Ego autem oblitus terribilium iudiciorum dei, & immemor animę meæ, sedeo tanquam Balthasar in medio conuiuarum, uasis dei abutens & patrimonio pauperum in contumeliam Christi. Interim exeunt de domibus hospitum gartiones onusti cibarijs & ebrij ut de superfluitate illorum, pauperibus ingeratur cumulatior materia doloris & tormenti. Sub huius falsæ hospitalitatis prætextu, uicecomitibus, forestarijs & cęteris officialibus aut potius officiendi hominibus, tanquam dominis & magistris omne humanitatis officiū exhibetur. Proponitur tamen querela de inofficioso, totamq; hospitalitatis gratiam ingratitudo peruertet, nisi architriclinus usq; ad nauseam capitisq; uertiginem, cum hospitibus suis bibendi bella cōtinuet. Hæc omnia iudicabit, cuius iudicia sunt occulta, & ideo magis timenda. sumptus tam detestabiles & enormes non de labore aut patrimonio fiunt, sed de eleemosynis pauperum & fidelium, de oblationibus & decimis & de tributis egentium animarum, de exactionibus & oppressionibus pauperum. Qui in sudore uultus nostri pane nostro uesci debuimus, labores miserorum nobis ad delicias usurpamus, atq; in crapula & ebrietate sudorem bibimus alienum. Ille qui intuetur abyssos, & sedet super Cherubin, iudicabit causam pauperum, quando stabunt in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Vbi est quęso uerbum illud prophetę: Dispersit dedit pauperibus? Porrò, nec nos diuitibus dare, nec nos ligna in syluam ferre, nec aquas in mare effundere oportebat. Verbum Hieronymi est, sacrilegium esse res pauperum non pauperibus erogare. Et idem, Paria sunt, peccatoribus dare & immolare dęmonibus. Postremo his cōsonat, quod felicis memoriæ magister Gerardus Groet ait: Nulla bona ecclesiæ sine mortali peccato in comessationibus diuitum possunt consumi, quia sunt deputata pauperibus, & sunt de patrimonio crucifixi, & per passionem Christi nobis acquisita, & de eius hæreditate, ut dicitur in Decretis. Cum nec dare possumus utiliter amicis, nisi tantum indigentibus seu egenis propter Christum, quanto minus inutiliter, imò nociue & in peccatis consumendo, nec aliqbus tribuere debemus, nisi pauperibus, quoniam specialiter ecclesiæ bona sunt pauperum. Ex his clarissime constat, qualis esse debeat hospitalitas clericorum, ut scilicet iuxta uerbum Christi in principio huius articuli allegatum, ad mensam & refectionem inuitent, ducant, imò & trahant pauperes & infirmos, cęcos & claudos ac peregrinos, & hoc ex uera charitate ac pietate ad gloriam dei, nō ex aliqua uanitate, propter honorē famāq; mundi: quæ hospitalitas quamuis ad omnem pertineat Christianum secundum uires ipsius, tamen ad clericos permaxime.

Margin notes: Matt.27. Marc.15. Luc.23. Iohan.19. Actu.4. 1.Iohā.4. Roma.11. Daniel.5. Roman.11 Genes.3 Sapi.5 Psal.111. Luc.14.

Articulus XVII. De periculositate pluralitatis beneficiorum.

Hiere.48. MAledictus qui facit opus dei fraudulenter. Iam suprà ex dictis Gulielmi Parisiensis, atq; ex Summa uirtutum & uitiorū deductum est, quòd clericus teneatur ad tot paria horarum, quot beneficia pro uitæ necessarijs sufficiētia habet. Quod intelligendum est, nisi in casibus articulo duodecimo memoratis, in quibus scilicet casibus licet uni plura beneficia habere. Si ergo sic esse credatur, ecce quàm periculosa est beneficiorum prætacta pluralitas. Cum enim beneficiatus teneatur ad horas canonicas, certum est quòd si unam de septem horis omni die scienter omittat, quotidie mortaliter peccet: quòd si omni die omnes septem horas omisit, aut septem peccata mortalia, aut certe unum peccatum septempliciter mortale quotidie incidit. Tales ergo sic pluraliter beneficiati, & non nisi semel quotidie horas canonicas persoluentes, nonne probantur quotidie ex hoc solo, aut septem peccata mortalia, aut unum septempliciter mortale incidere? Si autem tria uel plura beneficia habeant, facile est computare quantum augeantur

tur peccata. Præterea, isti sic pluraliter beneficiati, nec inde se emendantes, in suis incessanter manent peccatis, & communicando seu celebrando manent in eis. Quod quàm periculosissimũ damnabilissimumq; consistat, ipsi perpendant. Efficiũtur enim rei corporis & sanguinis Christi. Insuper, aut putant hanc beneficiorũ pluralitatem licere, & tunc (sicut ostẽsum est) discrimini se committunt, & contra præcipuorum sanctorum ac solennissimorum doctorum, imò quasi contra omnium ueraciter deuotorũ & religiosorum sententiam agũt, seq; incautissime hñt: aut putant eam sibi esse illicitã, & tunc scienter in tantis peccatis atq; periculis perseuerant, q̃d prorsus damnabile est. Amplius, isti scd̃m prædicta nil iuris habent ad redditus beneficiorũ quorũ non exoluũt officia, & sic bona illa sibi iniuste usurpãt, sacrilege tractant, illiciteq; exponũt siue reponũt. Postremo, isti toto tpe quo in hac pluralitate bñficiorũ manent, priuant indesinenter deũ cultu debito honorificentię suę, ecclesiã mẽbris suis, uiuos atq; defunctos suffragijs debitis, ut pręinducta demonstrant. Multa similia & horrẽda possent de huius periculositatis immẽsitate adduci: quæ qa ex superioribus faciliter considerant, omitto, hinc tantũdem tetigisse sufficiat. 1. Cor. 11.

Articulus XVIII. Ex scriptis sancti Bernardi ad clericos pertinentibus.

PErfectus & absq; macula eris cũ dño deo tuo. Cum deus sublimis & benedictus sit iustus, sanctus atq; purissimus, ministros iustos, sanctos ac simplices diligit ac rẽqrit, sicut per Moysen dixit: Sancti estote, quia ego sanctus sum dñs deus uester. Potissime aũt in clericis, in sacerdotibus atq; canonicis iubet & exigit deus eẽ cor mũdum, humile, uirtuosum. sed iam prohdolor obscuratũ est insipiẽs cor multorũ, & pro humilitate amplectuntur ambitionem, pro mentis munditia uitia carnis, pro animi simplicitate diuersas astutias. Et quod S. Bernardus deplanxit in clericis sui tpis, nũc copiosius est deflendum. Ait ergo uir ille sanctissimus: Curritur in clero passim ab omni ætate & ordine, à doctis pariter & indoctis ad ecclesiasticas curas, tanq̃ sine curis iam quisq; uicturus sit cũ ad curas peruenerit. Nec mirum de his qui necdum in seipsis pericula sunt experti. Videntes quippe illos qui iam proprios humeros cupide sarcinæ submiserunt, non solũ non gemere tanq̃ sub onere, sed insuper appetere plus onerari: non deterrentur periculis quæ cupiditate excęcati non uident, sed fauoribus atq; honoribus quos alijs inuident, prouocant. O infinita semper ambitio, ò insatiabilis auaritia, cum primos gradus honorũ meruerint in ecclesia, meruerint aũt uel uitę merito uel pecunię, siue etiã carnis & sanguinis (quę regnũ dei non possidebunt) prærogatiua, non ideo corda eorũ quiescunt, duplici semper æstuantia desiderio, ut quo magis ac magis dilatantur ad plura, eo ad celsiora subliment. Vbi gratia, cũ quis factus fuerit in quacũq; ecclesia decanus, prępositus, archidiaconus, aut aliquid huiusmodi, non cõtentus uno in una, plures sibi, imò quotq̃t ualet acquirere honores satagit. Quibus tamẽ omnibus, si locus euenerit, libenter unius pręferret episcopi dignitatem. Sed nũquid sic satiabit? Factus episcopus, archiepiscopus esse optabit. Quo forsan adepto, rursus nescio quid altius somnians, laboriosis itineribus & sumptuosis familiaritatibus Romanũ statuit frequentare palatiũ, quæstuosas sibi quasdam exinde comparans amicitias. Deniq; multi non tanta fidutia & alacritate currerent ad honores, si esse pensarent & onera. Grauari profecto metuerẽt, nec tanto labore atq; periculo quarũlibet affectarent infulas dignitatũ. Nũc uero, qm̃ sola attenditur gloria & non pœna, purũ esse clericũ erubescit in ecclesia: seq; uiles æstimant atq; inglorios, qui quocũq; loco emĩnẽtiori non fuerint sublimati. Præterea, omni canonico est pensandũ, q̃d Fulconi canonico scribit Bernardus: Memẽto fili quia recepisti bona in uita tua. Recepisti dixit, nõ Rapuisti: ne etiã de hoc tibi frustra blandiaris, q tuis contentus aliena non rapis. Veruntñ quæ sunt illa tua bona ecclesię? Recte, qm̃ surgis ad uigilias, uadis ad Missas, horis chorũ nocturnis diurnisq; frequẽtas, sic ecclesiæ prębendam non gratis accipis. Dignum est enim ut qui altario deseruit, de altario uiuat. Viuat inquam de altari, non superbiat, non luxurietur, non ditet, non in clericatu dines ex paupere fiat, aut ex ignobili gloriosus: non sibi de bonis ecclesiæ ampla palatia fabricet, nec loculos inde cõgreget, nec in uanitate aut superfluitate dispergat, non extollat de facultatibus ecclesiæ consanguineos suos, aut neptes (ne filias dixerim) nuptui tradat. Concedit ergo tibi, ut si bene deseruis, de altari uiuas, nõ ut de altari luxurieris, nõ ut inde tibi cõpares frena aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, uaria griseaq; pellicea, à collo & manibus ornatu purpureo diuersificata. Deniq; quicquid pręter necessariũ uictũ & simplicem uestitum de altari retines, tuũ nõ est, rapina est, sacrilegium est. Nõ enim ordinauit deus

Margin notes: Deuteron. 18 / Psal. 30 / Leuitic. 11 — Roman. 1. — 1. Corint. 15. — Lucæ 16 — 1. Corinth. 9

deus his qui euangelio seruiunt, de euangelio quærere diuitias uel ornatum, sed uiuere ex eo, ut uidelicet sint contenti alimenta corporis, non gulæ irritamenta aut incitamenta libi dinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere. Sane qui nõ fideliter introiuit & per Christum, quid ni infideliter agat & contra Christum? Aut quando necessarijs poterit esse contentus, q eo animo introiuit, ut stipendia cleri in usus uoluptatis, curiositatis & uanitatis congreget, seruet & expendat? Sed qd sibi uult q clerici aliud esse, aliud uideri uolunt? Nempe habitu milites, quæstu clericos, actu neutrum exhibent. Nam neq; pugnant ut milites, neq; ut clerici euangelizant. Cuius ordinis sunt? cũ utriusq; esse cupiunt, utrũq; deserunt, utrunq; confundunt. Vnusquisq; (inquit) in suo ordine resurget. Isti in quo? An quia sine ordine peccauerunt, sine ordine peribunt? Aut si summe sapiens deus creditur à summo usq; deorsum nihil inordinatum relinquere, uereor non alibi ordinandos, quàm ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Alienis nãq; laboribus locupletantur, comedunt fructus terræ absq; pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Mens quippe assueta delicijs, nec exculta disciplinæ sarculo, multas cõtrahit sordes. Hęc & multa similia, imò & grauiora contra sacerdotes atq; canonicos scribit sanctissimus pater Bernardus, eosdem exhortans, ut se in omnibus corrigant, & domino maiestatis cũ debita reuerentia obsequantur in omni castitate & æquitate.

1. Timoth. 6. Iohã. 10. 1. Thessalo. 4. Roman. 2. Iob. 10. Psal. 72.

Articulus XIX. Disputatio contra pluralitatem beneficiorum ex dictis sanctorum patrum.

TEmpus est ut incipiat iudicium à domo dei. Et si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi apparebũt? Sanctus Bernardus libro de cõsideratione, de hoc multipliciter reprehendit Eugeniũ Papam, q de eius licentia abbates subtrahebantur ab obedientia episcoporũ, episcopi quoq; ab obedientia archiepiscopo℞, & archiepiscopi ab obedientia patriarcharum. Itaq; inter cætera affatur Eugeniũ Papam, dicens: Tu'ne licitum tibi censes suis ecclesias mutilare membris, confundere ordinem, perturbare terminos quos posuerũt patres tui? Si iustitiæ est unicuiq; seruare ius suũ, auferre alicui sua, iusto quomodo poterit conuenire? Cum ergo iuxta omnia præallegatorum uerba doctorum, eũdem habere plures præbendas, uel beneficia plura, quorũ unum pro sustentatione sufficiat, sit mutilare ecclesiam suis membris, & deo debitũ auferre honorẽ, seu minorare cultum & laudes ipsius, itemq; uiuos ac mortuos debitis spoliare suffragijs, patet hoc esse protsus damnabile, nec Papam hoc posse licite concedere. Præterea sicut iam claruit, hoc omnium sanctorum patrum catholicorumq; sententia est doctorum, bona ecclesiæ non aliud esse quàm uota fidelium, pretia peccatorum ac patrimonia pauperum. Dum itaq; quis unum competens beneficium habet, & nihilominus adhuc pro alio instat aut retinet illud, quæro qua intentione sic instat aut retinet: quia aut principaliter propter bonũ spiritale, ut scilicet deo deuotius, quietius atq; perfectius seruiat: aut principaliter propter bonum temporale, uidelicet ut ditior fiat, lautius uiuat, honorabilior reputetur. Primum horum dici non potest. Cum enim de primo beneficio competentiam habeat ad uiuendũ sobrie ac modeste, quo alia plura beneficia habuerit, eo maior ipsi adest occasio intemperate uiuendi & superflue consumendi ecclesiastica bona, ampliorem'q; inde inquietudinem solicitudinem'q; sortitur, & plurima deuotionis incurrit obstacula ac salutis pericula, prout probant præhabita. Secũdum uero istorũ manifeste illicitũ est atq; mortale. Si itaq; paruitati meæ aliquis consulendi locus est apud excellentiam amantissimorum meo℞, pro quibus hæc scripsi, totis precor, hortor consuloq; præcordijs, ut præindictis diligenter pensatis, uiam eligant certiorem, nec discrimini se committant, sed tantorum acquiescant dictis doctorum, tamq; sanctorum sententijs patrum, & unico competenti beneficio sint contenti, per uiam tutam ac arduam iugiter incedentes, quousq; supergloriosissimo uniuersorum fini beatifice uniantur. Qui est super omnia deus sublimis & benedictus in secula, Amen.

1. Petr. 4. Prouerbi. 22

Libri contra pluralitatem beneficiorum, finis.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE SIMONIA,

Liber primus.

GRATIS ACCEPISTIS, GRATIS DATE. Matt.10.
Filius dei, dominus & saluator, cuius tanta est charitas tantaq; liberalitas, quòd seipsum contulit nobis, ita quòd ipse est dator & donum, imò & semetipsum pro nobis donauit, factus saluator ac hostia salutaris, uoluit ac præcepit credentes in se sibi assimilari ac sua sectari uestigia, quatenus sicut ipse beneficia sua & dona gratię suæ gratis (hoc est, pure propter seipsum ex sua bonitate & charitate) pręstitit nobis, ita & nos ea communicemus ac largiamur proximis nostris gratis: quod etiam ideo iussit, quoniam ipse tanquam sapientissimus, imò & sapientia dei patris, optime nouit quàm incõparabiliter spiritualia dona excedãt in dignitate corporalia bona: Ideo noluit spiritualia sub pretio corporalium poni, exigente hocipsum diuina iustitia. Hinc simonia Christifidelibus uniuersis maxime prohibetur. Denicq; quanto religiosi præ cæteris debent uirtuosiores exemplaresq; esse, tanto diligentius atque totalius debent ab omni prorsus impietate simoniaca abstinere, omnem quoq; tanti facinoris abhorrere ac uitare infamiam, ut sint bonus odor Christi in omni loco, nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium ipsorũ, scientes & formidantes, quod ait iudex ac dominus noster: Væ homini illi per quem scandalum uenit. Et rursus: Quicunq; scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quòd si ita damnabibile ac iniquum consistit unum scandalizare pusillum, quàm damnabile & enorme putandum est, plurimos & communitatem scandalizare, ad uerba detractionum & temeraria iudicia prouocare, ad peccandi audaciam, auaritiæ excusationem, sanctæ religionis aspernationem, aduersiones aliasq; diuersas uitiositates inducere? Veruntamen quia nonnulli religiosi in hac re se incaute habere uidentur, imò & excedere perhibentur, intendo agente & auxiliante spiritusancto, in præsenti tractatulo iuxta sanctorum patrum & catholicorum doctorum documenta declarare ac scribere, qualiter sapienter ac timorate habere se debent, omnem simoniacæ prauitatis culpam ac notam omnino & pure uitando, præsertim in exigendo ac recipiendo aliquid à personis, ad religionem recipi postulantibus aut susceptis. Porrò, religiosi sunt duplices: Quidam euidenter male uiuentes, ut Religiosi duplices. puta qui nec substantialia omni religioni, uidelicet tria uota, quæ tam solenniter altissimo promiserunt, obseruant: qui potius irreligiosi quàm religiosi appellari merentur, & periuris deteriores censentur, cum uotum solenne fortius obliget quàm iuramentum. Isti simoniam aperte multipliciterque committunt: & quidam eorum faciunt hoc scienter, nec curant nec uolunt aduertere, sicut & cætera ad quæ tenentur, transgrediuntur quotidie impudenter, scienter & intimorate, quoniam euerterunt sensum suum ut non aspiciant in cœlum, nec recordentur diuini iudicij districtionem, sed obscuratum & induratum est insipiens cor eorum. Alij autem sunt religiosi deum timentes, & substantialia obseruantes, ac Roman.1. regulariter conuersantes: qui nec sponte neque scienter pro ulla re mundi committerent simoniam, aut aliquam culpam, præsertim mortalem. Nihilominus quidam istorum de uitio isto longe ac late grauiter diffamantur, quibus condolendum est satis: Ipsi quoque non mediocriter habent metuere ac uereri propter prætacta, diffusiusq; tangenda, item ut (dicitur) fama quam communis homo famat, non omnino deperditur. Itaque propter istos ista potissime conscribuntur, sicut & quidam ipsorum instanter precati sunt. Postremo, quoniam pro simplicibus ista scribuntur, plane atque simpliciter procedent, & breuitati studebo, ea duntaxat commemorans, quæ prætacta poterunt intentioni sufficere, cũ

de Simonia in diuersis locis plurima sufficientissime & scholastice atq; subtiliter sint conscripta.

Articulus PRIMVS. Quid sit Simonia.

Simonia. THeologi ac Iuristæ concorditer dicunt, quòd Simonia diffinitiue ac proprie sit studiosa uoluntas emendi uel uendendi aliquid spirituale aut spirituali annexum. In qua diffinitione uoluntas accipitur pro actu seu pro habitu prauæ uoluntatis: hoc est, pro cupiditate uoluntatis, ita quòd studiosa uoluntas uocatur electio, propositum, deliberatio, seu cupido uoluntaria emendi siue uendendi spiritualia aut eis annexa. Tamen ut ait Raymundus, sufficit dicere quòd Simonia sit studiosa uoluntas emendi siue uendendi aliquid spirituale: quia quod spirituali annexum est, etiam spirituale uocatur. Nihilominus doctores communiter addunt, Vel spirituali annexum, uel propter euidentiam ampliorem & declarationem maiorem, uel quia spirituali annexum, non est proprie spirituale, ut id quod per se & directe spirituale appellatur, uel ad insinuãdum gradũ atq; distinctionem spiritualium rerũ. Vnde cum Raymundus affirmat sufficere ut dicatur, quòd Simonia est studiosa uoluntas emendi siue uendendi aliquid spirituale, accipit spirituale satis extense: qui uero addunt, Vel spirituali annexum, accipiunt spirituale magis stricte ac proprie. Dicitur enim aliquid spirituale dupliciter: Primo essentialiter, ut supernaturalia dona: Secundo causaliter, quemadmodum sacramenta euangelicæ legis, quæ efficiunt quod designant: propter quod gratiam causare dicuntur. Et oĩa ista proprie spiritualia nuncupantur. Cõiter aũt seu extense dicitur aliquid spirituale tripliciter: Primo participatiue, sicq; materiales ecclesię & cœmiteria, sacra etiam uasa, ut calices, & sacerdotalia ornamenta seu uestimenta, spiritualia appellantur, quia consecrationem participant quando benedicuntur. Secundo ordinatiue, quia ad spirituale aliquid ordinantur, & spiritualiter deputantur: sic'que decimę atque primitiæ, omnia quoque ecclesiastica beneficia dicuntur spiritualia, quia ad sustentationem ministrorum ecclesiæ specialiter deputantur. Tertio dispositiue, sicut ius patronatus, quod est præuium spirituale, secundum quod ius patronatus est quędam potestas præsentandi clericum ad ecclesiasticum beneficium consequendum. Hæc autem distinctio procedit secundũ doctrinam Alberti Magni & Vlrici eius discipuli: & omnia ista dicuntur spiritualibus annexa, & in eis committitur Simonia, siue emantur siue uendantur, quantum ad id quod de spiritualitate in eis est.

Spirituale aliquid dicitur dupliciter.

Spũale tripliciter dicitur.

Articulus II. De alia descriptione Simoniæ, & de duplici Simonia.

HOstiensis Simoniam diffiniens, ait: Simonia est spiritualium uel annexorum spiritualibus receptio uel donatio, pręcedente pacto conditionis, promissionis, modi, seruitij, precum, aut cuiuscunque temporalitatis. Et datur descriptio ista de Simonia secundum exterius forum iudicium'que ecclesiæ. Nam sola uoluntate & absque pacto committitur Simonia secundum interius dei iudicium & conscientiæ forum, quæ uocatur Simonia mentalis, intentionalis, ratione prauæ & infectæ intentionis interioris, quam reprobat deus. Alia uero uocatur Simonia exterior, seu realis & effectualis. De hac sic ait Vlricus in Summa sua, sexto libro capitulo de Simonia: Simonia inquantum est crimen, committitur sola uoluntate sine opere exteriori: quia & primus authot criminis huius, uidelicet Simon magus, non produxit desiderium suum ad actum, sed sola uoluntate peccauit: quemadmodum concupiscens mulierem, mœchatus est eam: & qui odit fratrem suum, est homicida. Simonia uero, inquantum est crimẽ ecclesiasticum, prout eius cognitio, punitio siue damnatio ad ecclesiasticum

Matt. 5. 1 Iohã. 3

siasticum spectat iudicium, iuxta quod ei coniuncta sunt infamia, irregularitas, suspensio & huiusmodi pœnæ, sic non committitur absq; actu exteriore: quoniam homo uidet quæ patent, deus autem intuetur cor. Veruntamen intelligendum est istud de his, quæ secundum se Simoniaca sunt, & iure prohibentur diuino, quę à iuristis uocantur prohibita, quia Simoniaca sunt. Alia autem sunt Simoniaca quia prohibita, ut uendere castellionatum seu aduocatiam, & beneficio renũtiare ea conditione aut pacto, ut illi aliquid detur. In his em̃ sola uoluntate non peccatur, nec etiam uoluntate procedente ad actum simpliciter: sed si uolũtas procedat ad actum eo modo quo extat prohibitum, uidelicet sub conditione seu pacto. Si enim absque hoc renuntiet aliquis suæ præbendæ ea intentione, ut is qui dignus est eam accipiat, non peccat. Hinc etiam ait sanctus Thomas super quartum Sententiarum quæstione uigesimasecunda: Homines iudicant ea quę foris patent, sed deus cor intuetur, ut primo Regum habetur: Idcirco in Simonia cæterisq; peccatis ex sola uoluntate efficitur homo peccator & reus pœnæ ad dei iudicium pertinentis, non autem quantum ad reatum pœnæ ad iudicium pertinentis ecclesiæ. Homicida nanq; uoluntate incurrit reatum pœnæ æternæ, non autem irregularitatem, uel excommunicationem, aut aliquid tale: & ita de Simoniaco est dicendum. Ex hoc elicitur & probatur, quòd si religiosi recipiant aliquem uel aliquid principaliter intuitu & affectu commodi temporalis, coram deo sunt Simoniaci, & peccant mortaliter, quamuis nihil exigant, neque de dando mentio fiat. Similiter dicendum est, si anniuersarium aut tricenarium tali modo concedant aut celebrent, seu alium quemcunq; spiritualem efficiant actum, ex sacro officio eis conuenientem. Praeterea agnoscendum, quòd dum Simonia dicitur studiosa uoluntas emendi uel uendendi aliquid spirituale, per emptionem & uenditionem intelligitur omnis contractus non gratuitus, præter contractum permutationis, secundum Raymundum. Et idem ait Iohannes in summa Confessorum, Durandus quoque in Summa sua. Veruntamen Thomas in secunda secundæ, quæstione decima asserit, quòd absolute loquendo, per emptionem & uenditionem intelligendus sit omnis contractus non gratuitus: quia (ut ait) nec permutatio prębendarum seu ecclesiasticorum beneficiorum, fieri potest autoritate partium absq; periculo simoniæ, quemadmodum neq; transactio, ut iura determinant. Potest tamen prælatus superior permutationes huiusmodi facere pro necessaria uel utili causa. Sed ex summa Vlrici patet horum concordia.

Articulus III. Quàm detestabile & enorme sit uitium simoniæ.

VT Simonia formidolosius diligentiusq; uitetur, aliqd de eius enormitate ac damnabilitate tangendum est. Itaq; quàm abominabile ac fugiendum sit uitium istud, primo constat ex eo, quòd sancti patres & summi pontifices generalia quoq; concilia, ipsam sæpissime uocant hæreticam prauitatem ac hæresim, sicut hoc ex Decreto & Decretalibus copiosissime posset probari. Secundo, quia non solum nominant ipsam hæreticam prauitatem, sed etiam primam ac pessimam hæresim, grauissimumq; peccatum. Ait enim Damasus Papa: Omnia crimina per comparationem ad ad simoniacam hæresim, quasi pro nihilo reputantur. Et item Paschalis Papa testatur: Simoniaci tanquam primi atque pręcipui hęretici, ab uniuersis sunt fidelibus respuendi. Deniq; Tharasius Constantinopolitanus patriarcha, in epistola ad Adrianum Papam sic loquitur: Tolerabilior est Macedonij impia hæresis, quàm Simoniacorum. Macedonius em̃ dixit, spiritumsanctum esse puram creaturam, & patris ac filij seruum. Simoniaci uero, & si non uerbis, tamen factis affirmant spiritumsanctum esse suum ministrum, dum spiritualia dona ipsius sub pretio ponunt. Insuper, sanctus doctor Hieronymus super Matthæum disseruit: Latro est, & templum dei in speluncam uertit latronum, quicunq; de religione lucra sectatur. Vnde & super illud Iohannis secundo, ac Matthæi uicesimoprimo, ubi describitur Christus eiecisse de templo uendentes & ementes in eo, dicũt expositores: Maxime ex hoc opere saluatoris, ostenditur enormitas simoniacæ prauitatis. Nusquam enim alibi legitur Christus corporaliter restitisse, & alios impulisse flagello'que eiecisse, nisi in facto hoc. Audite hæc simoniaci, audite negotiatores nefandi. Aut à simonia uestra cessate, aut de templo exite. Vos numularij estis, uos columbas & gratiam spiritussancti uenditis. Prae

terea Simonia est spiritualis sodomia. Nam sicut uitia sodomitica directe contrariantur naturæ, & quantum in ipsis est corrumpunt genus humanum, sic uitia Simoniæ directe cõtrariantur gratiæ, & eam corrumpunt. Rursus, enormitas simonię patet ex hoc, quòd sancti tam ueteris quàm noui testamenti leguntur tam rigorosum ac feruidum habuisse zelum contra hoc uitium. Nam sanctissimus ille Helisæus propheta proprio ac familiari suo discipulo Giezi cum incurrisset hoc crimen, nequaquam pepercit, sed perpetua lepræ plaga percussit eundem: Lepra (inquiens) Naaman adhęrebit tibi & semini tuo in sempiternum.
Iohã. 2. Matt. 21. Christus autem sanctus sanctorum, in primo suo aduentu contra nullum scelus tantum commotus legitur, sicut contra hoc facinus, quia uendentes & ementes bis eiecit de templo: & quamuis in primo suo aduentu uenerat iudicari non iudicare, hominumq; peccata per mansuetudinem tolerare, tamen contra hoc uitium in signum detestationis ipsius noluit mititatem ostẽdere, sed tanquam iratus, flagello de funiculis facto expulit cupidos illos, & mensas numulariorum, cathedras quoque uendentium columbas euertit, pecuniamq; effudit. Et licet primus Christi aduentus esset misericordię, iustitia tamen de hoc peccato se intromisit. Hinc sanctus Bernardus scribit Eugenio Papę de uitio Simoniæ: Intuere Christum iudicem tuum: non parat aures ut audiat, sed flagellum quo feriat: uerba non facit nec recipit, nec enim sedet iudicans, sed insequitur puniens: causam tamen non tacet, quòd scilicet domum orationis, domũ negotiationis fecissent. Ergo & tu fac similiter. Erubescant uultum tuum istiusmodi negotiatores, timeant numularij, non confidant in numis suis.

Iohã. 2. — Luc. 19.

Articulus IIII. De origine simoniæ & nominis ratione.

Actu. 8. Legitur in Actibus, quemadmodum Simon magus à Philippo diacono baptizatus, cum uidisset quòd per impositionem manuum beatissimorum apostolorum Petri & Iohannis daretur spiritussanctus in signo uisibili, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Cui sanctissimus Petrus respõdit: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars neq; sors in sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram deo. Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse. Ex qua responsione luce clarius innotescit, quàm ineffabile, graue atq; damnabile sit uitium simoniæ: & item quàm uehementissime princeps apostolorum & primus pastor ac summus prælatus totius ecclesię sanctissimus Petrus illud abhorruit. Itaque à Simone mago simonia in euangelica lege exordium sumpsit, & nomen suum sortita est. In ueteri autem lege in Giezi discipulo Helisęi prophetæ legitur præcessisse. Nam ille à Naaman Syro pro gratia sanitatis per Helisęum miraculose illi concessæ, sumpsit uestes atq; pecunias, ut in libris Regum legitur. Giezitæ. Vnde spiritualia ementes siue uendentes, non solum Simoniaci, sed & Giezitæ possunt uocari: imò secundum Thomam appropriate loquendo, qui spiritualia uendunt, recte uocarentur Giezitæ, quoniam Simoniaci. Giezi spirituale quid uendidit: Qui uero spiritualia emunt, rite Simoniaci nominarentur. Communiter tamen omnes hi Simoniaci appellantur, ita quòd uitium istud magis à Simone, quàm à Giezi nomen sortitur: quia euidentius & enormius fuit uitium Simonis magi, quàm Giezi. Primo, quoniam id quod emere uoluit, spiritualius fuit quàm quod Giezi uendidit, utputa uirtus faciendi miracula, & dandi spiritumsanctum in signo uisibili. Secũdo, quoniam Simon non solum intendebat spirituale bonum hoc emere, sed etiam uendere ipsum, & per ipsum lucrari pecunias, faciendo miracula propter eas, ut ait Papa Vrbanus.

Articulus V. Qualiter Simonia diuersimode committatur.

SEcundum quod sanctus asserit Augustinus, ab hoc nomine pecus, pecunia nomen suum accepit, quoniam pecora erant diuitiæ antiquorū, & eis utebantur in suis cō tractibus loco pecuniæ. Hinc per pecuniam datur intelligi cuiuscunq; ualor seu pretium, quod potest numismate mensurari. Cum ergo obsequium hominis ordinetur ad aliquam utilitatem eius cui impenditur, quæ potest æstimari ac mensurari pecunia, quæ & ministris conductitijs pro mercede seruitutis eorum impenditur, certum est, quòd si quis det alicui rem spiritualem pro suo obsequio, ita Simoniam committit, ac si eā pro pecunia daret. Conformiter, quòd aliquis acquiescat alterius precibus ad obtinēdam gratiam temporalem aut consequendum humanum fauorem, ordinatur ad utilitatem aliquam temporalem, quæ potest pecuniæ pretio æstimari. Ideo sicut incurrit quis Simoniam, dando seu accipiendo pecuniam pro spirituali, ita & porrigendo seu accipiēdo preces pro spirituali. Hinc communiter dicitur, quòd triplex est munus, uidelicet munus à manu quod est pecunia seu quicquid ad exteriores diuitias pertinet: & munus à lingua, quod est laus seu adulatio ad humanum spectans fauorem, qui cadit sub pretio, uel preces ex quibus fauor humanus acquiritur: & munus ab obsequio, qđ est seruitus ipsa seu actio quæuis corporaliter exercitata, non honesta, aut ad carnale commodū ordinata. Et per quodlibet munerum horum contrahitur Simonia. Ait nanq; Vrbanus Papa: Quisquis res ecclesiasticas non ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra munere linguæ uel indebiti obsequij aut pecuniæ, largitur seu adipiscitur, Simoniacus est. Verūtamen si clericus alicui prelato honestum impendit obsequium atq; ad spiritualia ordinatum, ex sui deuotione obsequij efficitur ecclesiastico beneficio dignus. Vnde beatus Gregorius loquitur in Registro: Ecclesiasticis utilitatibus deseruiens, dignum est ecclesiastica remuneratione gaudere. Similiter, si preces porrigantur pro digno, non est Simoniacum, dummodo attendatur ad dignitatem personæ: ad quam si non attenderetur, sed ad humanum fauorem, Simoniacum esset. Caueant ergo religiosi, ne aliquo horum modorum Simoniæ crimen incurrant, in recipiendo quamcunq; personam ad ordinem. Nam & si qs diu seruiuit in claustro, non propter ipsam seruitutem secundū se sumptam est recipiendus: sed si aliūde idoneus est, propter sui obsequij deuotionem & suæ personę idoneitatē suscipi potest. Similiter, si rogetur pro aliquo, non est recipiendus propter preces siue precantes, nec propter eorū fauorem, sed ob suam idoneitatem si dignus est. Deuotio tamen, uirtus & probitas seu merita deprecantium, possunt religiosos inclinare ad recipiendum eum, pro quo rogatur, si dignus est.

Triplex munus.

Articulus VI. An liceat religiosis exigere aliquid à personis religionis ingressum petentibus, & de rationibus quòd non.

PRopter determinandam & declarandam huius quęstionis difficultatem, potissime compilatur iste tractatulus. Deniq;, ut ueritas huius rei clarius pateat ac certius innotescat, procedam scholastice, aliqua pro utraq; parte introducēdo motiua. Itaq; primo uidetur, ꝙ istud nequaquam sit licitum, etiam ratione penuriæ seu paupertatis prætextu: Primo, quoniam status religionis est bonum spūale, ergo gratis omnino communicandus est postulanti, non sub aliqua conditione seu pactione: Nil igitur exigi potest à petentibus ad ordinem recipi, sed simpliciter & absq; conuentione sunt recipiendi aut refutandi: alioquin non est ibi contractus pure gratuitus, nec datio penitus liberalis, neq; impletur quod filius dei præcepit: Gratis (inquiens) accepistis, gratis date. Secundo, quia si aliquid ab illis exigitur, Simonia committi uidetur: quoniam iuxta præhabita secundo articulo, Simonia, ut asserit dominus Hostiēsis, est spiritualium uel annexorum spiritualibus receptio uel donatio, præcedente pacto conditionis, promissionis, modi, seruitij, præmij aut cuiuscunq; temporalitatis. Si autem à postulante ingressum religionis, exigitur aliquid antequam recipiatur, certum est quòd ipsam receptionem, pactū cōditionis seu promissionis & modi ac temporalitatis præcedit, quod Simoniacum esse conuincitur per locum à diffinitione ad diffinitum. Tertio, quia (ut ait sanctus Thomas super quartum, & idem habetur in Summis doctorum) pro anniuersario celebrando nullo modo licet pacisci seu facere pactum de aliquo dando: ergo nec pro aliquo ad religionem suscipiendo, cum utrobiq; sit eadem ratio, utputa spiritualitas ipsa. Quarto, quia apostolus Paulus uniuersis scribit Christifidelibus: Ab omni specie mala abstinete uos. Istud ergo potissime obseruandum est religiosis, qui ad perfectionem tendere obligantur: sed exigere aliquid tē-

Matth.10.

porale à petentibus recipi ad uitam claustralem, habet speciem malam, quia aut existentiam, aut grandem apparentiam habet simoniacæ prauitatis: ergo omnino cauendum est. Quinto, quia (ut ait sanctissimus doctor Hieronymus) quicquid uitari potest salua triplici ueritate (uidelicet ueritate doctrinæ, uitæ, iustitiæ) est uitandum, ne scandalizentur pusilli seu imperfecti. Cum ergo iam experientia longe lateq; doceat, imò & euidentissime manifestet, ꝙ exactio ista non solum mediocriter, sed etiam enormiter scandalizet pusillos & quasi innumerabiles seculares, qui ista occasione religionem sanctam contemnunt, religiosisq; detrahunt, & cupiditates aliasq; culpas suas mortales excusant, aut paruipendunt, atq; in uaria inconueniẽtia dilabuntur. Hinc sequitur, ꝙ exactio ista omnifarie sit uitanda, etiam quamuis possit modo aliquo excusari, & in se licita perhiberi. Nempe si claustrales seu religiosi uere sunt pauperes, & indispositi ad recipiendum plures personas, possunt absq; læsione triplicis ueritatis prætactæ, personas recipi postulantes refutare, & omne pactum de dando aliquid prorsus cauere: imò ualde exemplariter, meritorie ac honestissime possunt hoc facere: neq; ꝑ hoc præcludif alijs uia salutis, sed potius prouidef ne ipsi periculose recipiantur. Insuper possent ad idem probandum aliæ plures rationes adduci, quarum aliquę infrà introducentur.

Articulus VII. Confirmatio rationum istarum ex dictis summorum pontificum.

QVinto decretalium capitulo quinto, Innocentius Papa in generali concilio pręsidens, ipso approbante concilio, ait: Quoniam Simoniaca labes adeo plerasq; moniales infecit, ut uix aliquas sine pretio recipiant in sorores, paupertatis prætextu uolentes hoc uitium palliare, ne id de cætero fiat penitus prohibemus, statuentes ut quæcunq; de cætero talem commiserint prauitatem, tam recipiens q̃ recepta, siue sit subdita, siue prælata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellantur, in locum arctioris regulę ad agendum pœnitentiam perpetuam retrudendæ. Hoc etiam circa monachos uel alios regulares decernimus obseruandum. Insuper, sexto Decretalium Bonifacius Papa disseruit: Districtius inhibemus, ne in monasterijs ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur de cætero in sorores, nisi quot potuerint de monasterij bonis absq; penuria sustentari. Et si istud in ordinibus non mendicantium est seruandum, magis in alijs uidetur obseruandum ordinibus, ne scilicet paupertatis occasione incurrãt periculum, aliquid exigendo à recipiendis aut receptis aut alijs modis. Præterea de hac re Vrbanus Papa ait in Bulla, cuius titulus est, Absq; omni pacto personæ recipiantur ad ordinem: Vrbanus episcopus, seruus seruorum dei: Ne in uinea domini nascentes uepres & spinę cõualescant, diligentiæ nostrę incumbit officio, ut illas extirpare radicitus solerti studio procuremus. Sane multorum fide dignorum relatione didicimus, ꝙ in nonnullis ecclesiis, monasterijs, prioratibus & alijs locis religiosis tam uirorum quàm mulierum, illa detestabilis & à canonibus reprobata seruatur abusio, quòd cum personæ aliquę recipiuntur in eis ad obseruantiam regularem, personę ipsę certa sumptuosa, pastus seu prandia capitulis & cõuentibus facere, ac pecunias uel iocalia seu res alias ipsis ecclesiis seu monasterijs ex statuto uel consuetudine, quæ corruptela dicenda est potius, tribuere compelluntur. Ex q̃bus decori ecclesię & immaculatę religionis detrahitur, & quàmplures tam execratione huius criminis, quàm expensarum onere à sanctę religionis proposito retrahuntur, & in multorum mentibus fidelium scandalum generatur. Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, alijs pœnis in alia præsumentes inflictis, in suo robore duraturis, pœnam adijcimus grauiorem, uniuersis & singulis religiosis ecclesiasticisq; personis atq; conuentibus tenore præsentium autoritate apostolica districtius inhibentes, ne à personis eorum religiones, ecclesias uel monasteria ingredi uolentes, in earundem personarum receptione, uel ante uel post illã, quæcũq; pastus, prandia, cœnas, pecunias, iocalia aut res alias de cętero directe uel indirecte petere uel exigere quoquo modo prędumãt: sed eas potius cum omnimoda puritate recipiant, ac in uictu & uestitu sicut alias suæ congregationis personas syncera charitate pertractent, illa duntaxat cum gratiarum actione licite recepturi, quæ personæ ingredientes pure & sponte & plena libertate, omni pactione cessante, dare uoluerint. Nos eñi eos q secus egerint, si singulares ꝑsonæ sint tã dãtes q̃ recipiẽtes huiusmodi, excõicationis: si ỽo capitula seu cõuentus fuerint, suspẽsionis sentẽtijs eo ipso decernim⁹ subiacere, à q̃bus pręterq̃ in mortis articulo, absolui nequeãt absq; sedis apostolicæ

liceæ licentia speciali. Cæterum personis utriusque sexus, quę iam labe huiusmodi sunt fœdatæ, de benignitatis gratia exuberanti concedimus, quòd per suorum locorum diœcesanos hac uice duntaxat, à crimine huiusmodi & nota diffamiæ inde contracta, authoritate apostolica absoluantur. Insuper, erga personas quæ in pmissis peccauerunt, uolentes nos reddere gratiosos, omnia recepta huiusmodi si ad communem usum monasteriorum sint applicata, ea ad dictum usum concedimus licite retineri: si uero ad specialem usum abbatis aut abbatissæ, Prioris aut Priorissæ, aut alicuius singularis personæ tenentur, illa uenire præcipimus in communi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę inhibitionis, constitutionis, concessionis & præcepti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Denique, ad idem demonstrandum possem nunc plura ex sacrorum conciliorum decretis, ac summorum pontificum canonibus allegare, prout in Decreto & Decretalibus continẽtur, quorũ aliqua inferius forsitan tangentur: sed ista pro nunc reor sufficere.

Articulus VIII. Argumentatio ad partem oppositam.

Porro, quòd aliquid exigi possit à petentibus religionis ingressum, uidetur multipliciter posse probari: Primo, quia status religionis non est spiritualior quàm celebratio Missæ aut sacramentum eucharistiæ: sed licet cantare Missam pro aliquo pretio, cum dicat Apostolus, Quis militat suis stipẽdijs unquam? ergo & aliquid exigi potest à postulante ad ordinem suscipi. Secundo, quia totum ecclesiasticum officium est quoddam bonum spirituale: sed pro anniuersario alicuius celebrando quidam accipiunt redditus certos, ergo pro aliquo ad religionem suscipiendo temporalia exigi possunt. Tertio, quia Apostolus ait: Si nos uobis spiritualia seminamus, magnum est si carnalia uestra metamus? quasi dicat, non est magnum nec multum reputandum: ergo nec magnum est, si religiosi exigant aut suscipiant temporalia & terrena ab his, quibus communicant spiritualia sua. Quarto, quoniam ad Romanos loquitur Paulus: Nunc proficiscar Ierusalem ministrare sanctis. Probauerũt enim Macedonia & Achaia collationem aliquã facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalẽ. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Ergo à simili, dum seculares personæ per receptionẽ ad religionem fiunt participes spiritualium ipsorum religiosorum, à quibus recipiuntur, debẽt eis temporalia ministrare, & ea exigi possunt (ut apparet) ab ipsis: imò sanctus Apostolus pdicauit pro collectis seu temporalibus rebus in eleemosynã dandis ipsis fidelibus pauperibus, qui in Hierosolymis morabantur. Quinto, quoniam Prosper ait in libro de Vita contẽplatiua: Non est meum dicere quale peccatum sit, ut cibos pauperum præsumẽdo suscipiant, qui ecclesiam quam de pprijs adiuuare facultatibus debuerunt, suis expensis insup grauant. Iterũ ait libro ptacto: Pastor ecclesiæ his quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, cũ aliud nihil sit habentibus dare q̃ pdere. Ergo monasteria, psertim egena, non debent suscipe seculares, potissime opulentos, aliqd'ue habẽtes, nisi sua deferãt secũ. Sexto, quoniam sanctus Papa Gregorius ordinauit de clericis, q ppter suos excessus ad agẽdam pœnitẽtiam in paupibus monasterijs retrudũtur, q res eorũ eos sequãtur. Septimo, & magis ad ppositum, quia Vlricus scribit in Sũma sua: Si monasterium tanta pauptate depssum est, q redditus eius aut uix, aut non sufficiunt psonis præsentibus, non solũ possunt habere intentionem accipiendi temporalia à recipiendo, sed ipsis spiritualibus gratis exhibitis, etiam requirere temporalia, quę sufficiant sustentationi recipiendi, & possunt exprimere determinatam quantitatem, & pacisci de hoc quòd illa summa detur, dũmodo recipiendus habeat unde ualeat sustentari. quoniam in Actibus habetur: Quotqt erant possessores agrorũ aut domorũ, uendẽtes afferebant pretia eorũ quę uendebãt, & ponebãt ante pedes aplorũ. Atq; ut paulopost narratur, beatus Petrus morte puniuit eos, q partẽ pretij debiti subtraxerũt. Deniq;, in Sũma confessorũ & in Sũma Pisana hæc eadẽ asserũtur. Ex qbus oĩbus ac alijs argumẽtis tandẽ cõcludit Vlricus: Multi uolentes euadere Scyllam, inciderũt Charybdim: qa dũ uolũt Simoniã uitare, & sustẽtationẽ ingredientiũ monasteria dicũt arbitrio seculariũ hoĩm esse cõmittendã, defraudãt monasteria reb' sibi debitis, & secularib' hoib' dant opportunitatẽ spoliãdi. Octauo, qm S. Thomas testatur super quartũ Sententiarum: quando possessiones alicuius loci religiosi non sufficiũt ad sustentandum plures, tunc exigi aliquid potest ab eo qui deseruire uult deo in loco illo, non quasi pretiũ religionis, sed

Roma. 15.
Actu. 4.
Actu. 5.
Prouerbio.

ut habeat monasterium unde ei ualeat prouidere: ideo non committitur Simonia. Si autē absq; grauamine ecclesię recipi potest, Simoniacū est exigere aliquid. Postremo, oratio est est bonum præcipue spirituale. sed licitū est dare uiris deuotis pecuniam ut orent pro eo qui dat: ergo & pro receptione ad religionem, est licitū aliquid dare atq; exigere.

Articulus IX. De triplici responsione ad quæstionem hanc ipsam.

SIcut iam tactum est, Vlricus & alij qdam simpliciter dicūt, φ quando claustrū præ paupertate non sufficit plures nutrire personas, quàm eas quas habet, licite potest quærere & exigere aliquid à recipiendo aut recepto, & determinatam summā exprimere, ac super hoc facere pactū siue conuentionem, sic tamen, ut spiritualia gratis exhibeantur. Et dicunt tunc ibi non exigi nec recipi tēporale pro spirituali, quasi pretium eius, sed tanquam sustentaculum siue stipendium uitæ. Alij dicunt, quòd nec prætextu paupertatis liceat aliquid exigere à recipiendo quouis modo: quia paupertas non potest talem exactionem tam euidenter in iure prohibitam efficere licitam, nec sub paupertatis prætextu debet quis perpetrare prohibita. Vnde Iohannes de Imola asserit, quod indistincte talis receptio siue exactio non ualet. Porro Bernardus super Decretalem Innocētij præinductam, affirmat φlicet aliquo modo dici possit (ut dictum est) secūdum primam opinionem, tutius tamen est ut nulla persona ita recipiatur. Idem refert Durādus in Summa sua, Hostiensis quoq; sic sentit. Pręterea nunc diligenti⁹ recitandum & aduertendum est, quid circa hęc sanctus Thomas in diuersis scripserit locis, atq; finaliter sentiat. Itaq; super quartum Sententiarū scribit, quod præcedenti articulo in octauo tactū est argumento. Porro, in Secunda secūdæ quęstione decimanona testat: Pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere uel accipere quasi pretium, licet tamen si monasteriū sit tenue, φ non sufficit ad tot personas nutriendas, gratis quidem ingressum monasterij exhibere, sed accipere aliquid pro uictu personæ, quæ in monasterio fuerit recipienda. In Quodlibeticis uero suis sic loqtur: Cū in dispensatione sacramentorū seu alio℞ spiritualiū aliqua recipiūtur, ut simonia uitetur, tria sunt necessaria: Primū, ut fiat ex cōcessione iuris diuini siue humani, aut saltem piæ consuetudinis. Secūdum est, ut sit intentio pia, & non corrupta. Tertium, ut seruetur & sit forma honesta, ut non reqratur aliquid ante pij officij seu beneficij exhibitionem, ne pactū interuenire uideatur: sed expleto officio, poterit exigi. Hostiēsis quoq; in Summa sua fatetur hoc tertiū esse omnino seruandū.

Articulus X. Quę harum responsionum sit uerior atq; securior, magisq; uideatur seruanda.

INter præfatas tres respōsiones illa uidetur esse securior, quæ dicit indistincte, φ nec sub pętextu seu colore paupertatis liceat aliqd à recipiēdo exigere: & hoc propter motiua in VI. ac septimo articulis introducta, atq; inferius introducenda, pręsertim q̄niam illa responsio magis recedit ab omni specie mala, & longior est ab omni Simoniaca labe, nota ac culpa: magis quoq; concordat Decretalibus & bullis seu constitutionibus summorū pontificum & generalium concilio℞ præallegatis: & pauciora ac minora mala, imò plura & maiora bona sequūtur ex ea: quia dum seculares conspiciūt religiosos ab omni Simonia & auaritia tam purissime esse immunes, maxime ędificantur in eis, & cordialius afficiūtur ad ipsos: sicq; uehementius inclinantur benefacere eis, & religionem intrare, seu suos ad religionis ingressum accendere, & laudant atq; glorificant deū in famulis famulabusq; suis religiosis. Et ita per hunc modū cœnobia tam in spiritalibus q̄ in temporalibus magis proficiunt, quod experientia in multis religionibus sæpissime docuit, & adhuc de gratia dei in ordine Carthusiensi quotidie docet. Porro, responsio illa quæ dicit, φ quamuis sub prætextu paupertatis aliqd à recipiendo exigi possit, spiritualibus tamen ei primo gratis exhibitis, in seipsa quidē satis probabilis esse uidetur, & securior est q̄ prima: sed in hoc q̄d ait, tutius esse ut nulla persona ita recipiatur, est utique uera & certa, quemadmodū responsio præmemorata iam approbat. Responsio autem in exordio pręcedentis articuli posita, nequaq̄ stare posse uidetur, nisi intelligatur secūdum moderationem quam in Quodlibetis suis Thomas inducit, obseruatis uidelicet tribus illis, quæ ibidem affirmat Thomas esse omnifarie obseruanda, ut Simonia uitetur, prout præcedēti dicebatur articulo, cui in hoc dominus Hostiensis & Gulielmus concordant. Et hoc ex rationibus VI. septimoq; articulis suprà inductis, satis probatū cēsetur, & nihilominus modo diffusius ostendetur.

Articulus XI. Quòd ille modus exigendi aliqd temporale à persona recipienda,

da,quam quidam religiosi utriusq; sexus nunc habent, piculosus sit atq; illicitus,& de improbatione opinionis quorundā præhabitæ,secundū unum sensum ipsius.

QVemadmodum Innocentius ait in Glossa sup capitulum,Tua nos,non licet aliquam psonam ad religionem suscipere sub hac forma : Recipim⁹ te in fratrem aut sororem,si detuleris tecū unde uiuas:quia bona ecclesię seu cōgregationis nostrę non sufficiunt nisi nobis.Et huic assertioni consonant uerba Hostiensis & Gulielmi atq; Bernardi & sancti Thomę,imò & omnia hucusq; catholice introducta,& potissime uerba Vrbani Papæ,quæ ad alium sensum nullatenus poterūt retorqueri, ut se ptimo patet articulo.Cum ergo nonnulli religiosi sub prætacta forma modò quasdā personas recipiunt,si quidem publice dicunt eis,Pauperes sumus,nec dispositi sumus recipere te,nisi tantum aut tantū apportes,seu des,siue promittas,constat quòd periculose & illicite agant,prętertim quia & cautionem uolunt habere,& nisi soluatur quod exactum est, uolunt receptum licētiare. Et quędam religiosæ psonæ exigūt statim sibi dari certā summam pecuniæ,& postmodum alia plura: & ita recipiunt præcedente pacto, conditione, promissione,conuentione & modo: quod q̃ periculosum illicitumq; consistat, ex præhabitis elucescit.Estq; probatū,à Simoniaca prauitate non posse id ueraciter excusari. Præterea,si dicūt se facere talē exactionem & pactionem,cōsiderando rem tēporalem non ut pretium rei spiritualis,sed ut est stipendium aut sustentaculum uitæ,jam patuit istud nō sufficere nec ualere. Nam & simili palliatione posset pene omnis simoniaca prauitas excusari.Simili quoque modo posset de Missa celebranda & anniuersario concedendo fieri pactio,cujus contrarium dicūt doctores concorditer.Insuper,exactionis pactionis'q; huius forma est in se inhonesta ac scandalosa,repugnans decori ecclesiæ,& derogans synceritati religionis monasticæ,propter quod Vrbanus Papa eam totaliter ac apertissime reprobat.Nec etiam possunt religiosi conscientia bona sic dicere recipiendo: Damus tibi gratis quod habemus,uidelicet locum & societatem,seu cōmunionem ordinis nostri:sed oportet ut tibi de necessariis uitæ prouideas,seu hoc aut illud apportes seu pręstes. quia in his uerbis est pactio modi & uera temporalitatis exactio,nec uerba ista quantum ad sensum, differunt à uerborum forma prædicta,quam Innocentius & Vrbanus dicūt esse illicitam. Oportet nanque ut receptio ipsa ad religionem,sit gratuita,liberalis & simplex seu absoluta,non conditionata,coarctata & obligatoria ad aliquid temporale, sicut ostensum est. Præterea,q dicunt paupes religiosos aliqd posse exigere à recipiēdo,& determinatā summā exprimere,& sup ea soluēda pacisci,spūalibus gratis exhibitis,reqrēdi sunt isti qualiē istud intelligāt:hoc est,qliter spūalia debeant gratis exhiberi recipiendo. Aut ēm exhibētur ei simpliciter & absolute,liberaliter aut pure: aut cōditionaliter & sub pacto ac obligatione ad tēporale.Si primo modo,ergo eo ipso q̃ religiosi ita recipiūt aliquē, obligāt se ad prouidendū ei de necessariis corpori,sicut sibimetipsis,quādiu cum eis est,nec possunt eū bona conscientia refutare quamuis nihil det eis, quia iam absolute eum ad suam religionē receperunt,dummodo aliunde aptus sit ordini. Nempe recipiendo eum ad ordinē seu uitam monasticā,recipiūt eum ad uitam cōmunem,& eorū quę habent faciūt eum participē secundum institutionem & intentionem sanctorum patrū,qui ordines fundauerūt. Rursus,recipiēdo eum ad suam societatē & fraternitatē,incorporant eū sibi, nec possunt eū ab unitate mystici corporis sui sine rōnabili causa abscindere,tenentq; ei de necessariis puidere,q b⁹ ex officio hoc incūbit.Si uero spūalia exhibētur ei conditionaliter,& sub pacto seu obligatione ad temporale,iam satis ostensum est,id prorsus illicitum esse, nec Simoniæ labe carere. Si ergo positio illa quorundam saluabitur,oportet ut intelligatur q exactio,pactio & determinatio de temporalibus dandis,fiat solum post absolutam receptionem personæ ad ordinē,ut sanctus Thomas,Hostiensis & alii contestant,ne pactio interuenire uideatur,simoniæq; uitiū committatur. Quòd si prędicti suā responsionem ita intelligūt,poterit forsitan stare,non aliter. Veruntamen incautum uidetur ita recipere in casu præhabito,dum scilicet claustrum tanta deprimitur paupertate,quòd non sufficit plures quàm eos quos habet nutrire: quia siue persona recepta det aliquid, siue non, tenētur eam tenere ut dictum est,si aliunde sit apta.Ideo iuxta Bernardum ac alios plures,tutius est non recipere.Ideo & Bonifacius statuit,ne moniales de certis ordinibus plures recipiant,q̃ bene possunt nutrire.Istud tamen intelligendum uidetur,nisi forsitan religiosæ personæ propriis sustententur laboribus,aut tantæ perfectionis existant, q ex inspiratione diuina & confiden

dentia paternæ prouidentiç dei recipiant plures, q̃ ex suis queant possessionibus sustentari. Tales nanq; non subessent legi communi: qa ubi spũs dñi, ibi libertas.

Articulus XII. Demonstratio plenior, q non liceat religiosis exigere aliquid temporale à personis religionis ingressum petentibus, nisi forsan (ut dictum est) post absolutam, gratuitam ac simplicẽ receptionem ad ordinem.

SIcut in Ecclesiastico legitur, Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo, ut scilicet diligat eum sicut seipsum, & etiam faciat ei loco & tẽpore opportuno quod uera reqrit dilectio, & prout rationabiliter uult sibi fieri ab illo. Et prçsertim mandat deus unicuiq; de proximo suo, ut eum ædificet, non scãdalizet. Deo qppe debemus bonam conscientiam, proximo bonam famã. propter quod sanctus asserit Augustinus: Qui negligit famam suam, id est, qui bonam famam habere non curat, nec satagit, crudelis est: quoniam proximos suos permittit seu facit male sentire de se, & ita (quantũ in se est) ipsos scandalizat & spiritualiter necat, & animat ad peccandum. Hinc ait scriptura: Curam habe de bono nomine: hoc enim plus proderit tibi q̃ mille thesauri. Et iterum Salomon protestatur: Melius est nomen bonum quàm unguenta pretiosa. Ex quibus etiam comprobat, q bona fama sit terrenæ substantiæ præponẽda, præeligẽda, præamanda ac præexqrenda, inquantum bona fama est ad dei honorem & proximorũ ædificationẽ. Propter quod qui negligit famam, non solum crudelis extat in proximos, sed iniuriosus quoq; consistit in deum, ad cuius inhonorationem & offensionem inducit (quantũ in se est) proximos suos. Vnde per Ezechielem conqueritur deus de impijs Israelitis: Commaculastis, inquiens, nomẽ meum sanctum in gentibus. Et rursus: Sanctificabo, inqt, nomẽ meum magnum, qd pollutum est, quod polluistis inter gentes. Deniq;, quamuis omnia ista ad uniuersos pertineant Christifideles, specialiter tamen ad religiosos: qui quanto minus proficiũt alijs prædicando, tanto plus eis proficere debent uirtuose & exemplariter conuersando: & quanto tenentur præ uulgo perfectius uiuere, tanto plus obligantur uulgi ac seculariũ & maxime pusillorum scandala deuitare: non solum uitãdo quæ in se culpabilia sunt, imò & ea quæ speciem habent mali: quæ ex charitate proximi sunt uitanda, ne quis pusillorũ scandalizetur. Porro pusilli uocantur, qui nondum perfecti sunt, & ex infirmitate aut ignorãtia, non ex certa malitia peccant. Religiosi itaq;, qui ex præfato modo exigendi aliqd temporale à recipiendo, atq; ex modo suo recipiendi personas nonnullas, sciunt sibi in populo malum ac detestabile nomen generari, & plurimos scandalizari, & ex consequenti deũ grauiter inhonorari, ac diuersa oriri peccata superius tacta, ualde habent timere ac pœnitere ac inde cessare: imò & grauiter peccare probantur, seq; protinus emendare tenentur, & à præfata exactione in se illicita abstinere, etiã dato q non esset in seipsa illicita, propter hoc quòd speciem habet mali, & tantorum occasio est malorum, tantorumq; radix ac incitatio scandalorum, imò talium atq; tantarum dei altissimi iniuriarũ fomẽtum. Prçterea, cũ religiosi teneantur spiritali profectui incessanter studere, & in charitate sancta proficere, oportet eos apostolica documenta de scandalis euitandis & exemplaritatibus obseruandis, synceritateq; charitatis, cum ingẽti atq; præcipua diligẽtia adimplere. Nunc igit apostolica documẽta sup his aduertantur. Certe ad Romanos Paulus loquitur: Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secũdum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuꝰ est. Noli propter escam destruere opus dei. Loquitur aũt ibi ad literam sanctus Apostolus de cibis secundum legẽ prohibitis, qui usq; ad Christi passionem erant Iudęis uitandi: sed post Christi ascẽsionem euangelio diuulgato, non poterant sine peccato uitari ratione legalis prohibitionis, quia extunc obseruatio ceremonialiũ legis fuit mortifera. Tempore autẽ intermedio, scilicet inter Christi passionem & euangelij diuulgationem, poterant tales cibi sine peccato manducari atq; uitari. Itaq; præallegatorũ sensus uerborum est: Si propter cibũ frater tuus contristatur, id est, si proximus tuus ad inordinatũ mœrorem mouetur & scandalizatur, eo q cibum manduces quem sine culpa potes non manducare, iam non secundũ charitatem ambulas, id est, contra charitatem agis & peccas. Nam charitas exigit ut pro scandalo proximi tui (præsertim pusilli) uitando, uites quicquid sine peccato uitare uales. Noli cibo tuo, id est esu cibi tui, illum perdere, id est, ad mortalem culpam inducere, pro quo Christus mortuus est. Vnde & Christi amore hoc debes uitare, nec salutem paruipendere proximi tui, quam intantum appretiatus est filius dei, qui seipsum dedit in mortem pro ea. Deniq;, hæc ad propositum appli

can

Eccle.7. Rom.14.

cando, cũ pręfata exactio prætactaq; pactio, & forma recipiendi prædicta, possint sine peccato uitari, & aliorũ etiam pusillorũ ac plurimorum sint scandalizatiuæ, uitãdæ sunt: imò etsi in se licitæ essent, adhuc essent ad tempus uitandæ, quousq; per rationabilẽ informationem seu alio modo cessaret scandalum pusillorum, secundum doctrinam sanctorum. si quidem opera bona, ad quæ quis non tenetur, ad tempus sunt omittenda pro scãdalo pusillorum sedando: quanto magis opera indifferentia, & præsertim opera in se illicita, seu speciem mali habentia? Amplius, Corinthijs ait uas electionis: Quidam cum scientia usq; nunc idoli quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat deo. Neque enim si non manducauerimus, deficiemus: neq; si manducauerimus, abundabimus. Videte autem ne forte hæc licentia uestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis uiderit eum qui habet scientiam, in idolio recumbẽtem, nonne conscientia cum sit infirma, ædificabitur ad mãducandum idolothyta, & peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorũ, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Ex quibus utiq; Apostolicis uerbis ostenditur, quàm damnabile & enorme sit, scandalizare pusillos, faciendo uel mala uel speciem mali habentia: & qualiter spiritualium sit uirorum etiam licita quædam uitare, & magna potius pati mala pœnalia, quàm scandalizare pusillos. Insup(prout Thomas in Secunda secundæ, quæstione quadragesima secunda declarat) ecclesiæ Christi in quibusdam locis non recipiunt decimas, quoniam sine scãdalo id exigere nequeũt, cum tamen decimas ab ecclesia exigi sit iuris diuini: quãto magis uitanda sunt memorata illarũ exactionis, pactionis & receptionis negotia, in seipsis tã suspecta & indecora? Hinc monet Apl's: Itaq; quę pacis sunt sectemur, & q̃ ędificationis sunt in inuicẽ custodiamus. Itẽq, Hoc iudicate poti', ne ponatis offendiculũ fratri uel scandalũ. 1. Cor. 8. / 1. Cor. 8.

Articulus XIII. Prosecutio disputationis istius ex alijs uarijs cõsiderationibus.

DOctor ille profundus, feruẽs & unctus, dominus Gulielmus Parisiẽsis, in tractatu suo de Collatione beneficiorũ effatur: Aggrediamur disputare an liceat uni p̃sonæ multa habere b̃ficia, quorũ unum sufficit ad cõpetentẽ sibi sustentationẽ: In primis ergo si de hoc uideat alicui dubitandũ, qa à multis & magnis uiris sentitur q̃ imò, atq; à multis & magnis q̃ non, unde temerariũ uideri potest de hoc aliqd diffinire, ad q̃d dicimus, qa si dubiũ est an liceat hoc an non, ipsa dubietas certitudo est & determinatio. i. certitudinẽ facit, qm̃ p̃culdubio nõ licet alicui cõmittere se discrimini. Discrimini aũt se cõmittit, q præsumit aliqd facere de q̃ dubitat an sit mortale peccatũ. Cũ ergo (ut diximus) dubietas faciat hoc discriminosum, idcirco uitandũ est de necessitate salutis, tanq̃ illicitũ & mortale, qm̃ (Augustino testante) mortaliter peccat qui discrimini se cõmittit. Sic in proposito arguo. Cũ eñ iuxta prehabita de isto sint opiniones diuersę, an liceat religiosis aliqd à recipiendo exigere, ipsa dubietas seu opinionũ uarietas, facit istud ad minus discriminosum: idcirco necessario est uitandũ, & discrimini se cõmittit, qui à recipiendo exigere aliquid tẽporale p̃sumit. Pręterea, iuxta Gulielmũ Antisiodorensem, religiosi non solũ tenentur ad uiã meliorẽ, sed etiã ad securiorẽ. Cũ ergo aptissime sit probatũ, nullusq; rationis cõpos ambigere queat, quin securius sit à recipiendo nihil exigere, p̃sertim ante suã absolutã, certã ac simplicẽ receptionẽ, consequit q̃ religiosi ad hoc teneantur, maximè cũ ad hoc sint plures fortioresq; rõnes & autoritates euidentiores. Insup(scd'm Hieronymũ) cũ hęreticis nec in noĩbus cõuenire debem', ergo nec cũ Simoniacis in factis. cũ ergo simoniaci religiosi aliqd exigãt à recipiẽdis anteq̃ recipiãtur, tenẽtur boni & timorati religiosi hoc prorsus uitare, nec q̃uis colore hoc ipsum committere. Adhuc aũt, ecclesia quæ à principio celebrauit in azymo, postmodũ ad tempus celebrauit in fermẽtato, cum orta fuisset iudaizantiũ hæresis, asserens legalia cum euãgelio obseruanda. Vnde ecclesia ne uideretur aliquo modo illis hæreticis esse concordans, dimisit ad tempus q̃d bonũ ac licitũ fuit, scilicet celebrare in azymo: ergo & boni religiosi, ne Simoniacis uideantur in aliquo cõcordare, prætactã exactionem, pactionem, receptionis famam deberẽt uitare, q̃uis in seipsis nõ essent illicitę. Amplius, aliqua prohibẽtur qm̃ uitiosa & mala sunt, sicut furari: aliq̃ uero, qa ruinę p̃pinqua, sicq; Chr's iurare p̃hibuit: Ego (inq̃es) dico uobis nõ iurare oĩno. Et Iacob': Ante oĩa, ait, nolite iurare. Nõ qa iurare semp sit uitiosũ, sed qa piculosum, ea suiq; uicinũ. p̃pter q̃d asserit August. Qui p̃hibuit te iurare, sup ripã te noluit ambulare, ne pes tu' in angusto positus cadat. Ideo in Eccl'ico fatet: Iurationi nõ assuescat os tuũ. multi enim Matt. 5 / Iacob. 5 / Eccl. 23.

enim casus in ea. Conformiter, quamuis prememoratę exactio, pactio, recipiendiq; forma, nō essent in seipsis culpabiles, nihilominus ab homine timorato essent uitādę propter propinquitatem earum ad culpam. Nam & experientia docet, quanta ex eis oriātur peccata: & quando monasterium aliquod primo sub paupertatis colore ad eas consuetudinemq; earum deuenerit, uix unquā quantūcunq; ditetur, consuetudinem illam relinquit. Vnde & Hugo de sancto Victore fatetur: Qui occasiones uitiorum non fugit, uitia ipsa non diu effugiet. Præterea, Tharasius patriarcha in epistola ad Romanū pontificem asserit, ꝙ pro sacramentorum dispēsatione seu spiritualiū receptione, nec ante nec post licet aliquid temporale exigere siue recipere: quia siue ante, siue post exigatur seu recipiatur, tamen exigitur seu recipitur. Et per hoc roboratur illorum positio, qui (ut dictum est) scribunt ꝙ tutius est, ut nec post receptionem aliquid exigatur. Insuper, beatissimus princeps apostolici

1.Pet.2. agminis, in sua prima iubet canonica: Conuersationem uestram inter gentes habētes bonam, ut in eo quod detrectant de uobis tanq̄ de malefactoribus, ex bonis operibus uos cōsiderantes, glorificent deum. Hæc est enim uoluntas dei, ut bene faciētes, obmutescere faciatis imprudentiū hominum ignorātiam. Quod utiq; ad uniuersos pertinet Christifideles, quāto magis religiosis incumbit atq; necesse est, ne inexemplariter, incaute aut reprehensibiliter se habendo, aperiant ora hominū ad obloquendū, & corda secularium moueant ad temere iudicandum, ac plurimos scandalizent: imò tam circūspecte, uirtuose & irreprehensibiliter se habeant, ut bonitatis suæ euidentia, obloquētes conuincāt, & ad amicitiam commendationēq; sui ac glorificationem dei conuertāt. Postremo, ad Titū fatetur

Tit.2. Apostolus: Verbum sanum, irreprehensibile, ut qui ex aduerso est, uereatur, nihil mali habens loqui de nobis. Pariformiter dici potest opus sanum, irreprehēsibile, ut qui ex aduerso est uereatur, nihil mali habens loqui de nobis. Vnde patescit ad religiosos id pertinere, ut uerbo & ope satagant irreprehensibiles esse, ne mundanis hominibus afferant occasionem atq; materiam male loquēdi de se, pręsertim cum & de uiduis scribat ad Timotheum

1.Tim.5. Apostolus: Et hoc præcipe, ut irreprehēsibiles sint.

Articulus XIIII. Solutio obiectionum ad partem contrariam inductarum.

AD id quod in exordio octaui articuli, primò obijcitur de Missa cātanda pro pretio, Thomas sup quartum respondet: Facere pactionē de missa celebrāda, est Simoniacum semp: si tamē sacerdos non habet alios sumptus, & nō tenetur ex officio Missam cantare, potest accipe denarios, sicut cōductitij faciūt sacerdotes, non quasi pretium Missæ, sed quasi sustētaculum uitæ. Ad secundum respondet: Anniuersariū celebrare est spiritualis actus proprie, ideo nullo modo licet pacisci pro eo celebrando. Si tamē cum deuotione aliquid detur ecclesiæ, tenetur ecclesia celebrare pro eis pro q̄bus rogatur. Ad tertium respondetur, ꝙ spiritualia seminantibus, administrātibus ac prædicantibus, danda sunt temporalia tanquā stipendia uitæ, non quasi spūalium pretia. Ad quartum dicēdum, ꝙ gentiles ad fidem conuersi, tenebantur saltē debito condecentiæ necessaria uitæ ministrare ac mittere pauperibus Christianis ex Iudaismo cōuersis, à quibus spūalia dona participauerunt, non ꝙ tēporalia illa bñficia seu eleemosynæ corporales dabantur quasi pretium spūalium bñficiorum, nec taliter exigebantur ab eis, sed tanq̄ sustētaculum uitæ: & nec exigebantur à conuersis gētilibus ante eorum conuersionē ad fidē, uel eo pacto, ut non admitterētur ad fidem nisi talia darent. Sic etiam dico, quòd si aliqua diues persona à pauperib⁹ religiosis recipiatur ad ordinem, potest forsan aliquid exigi ab ea post receptionem tanquam necessarium uitę, non pro spirituali receptione, & ipsa non potest sine peccato dimittere quando subueniat claustro, etiam si nihil reqratur ab ea. Vnde & periculose se habent, qui patrimonia sua dant suis ꝓpinquis, & de bonis ecclesię quę bona sunt pauperum, se sustentant, præsertim quando ecclesia indiget. Et iuxta hūc modum prædicauit Apostolus, ut gentiles conuersi aliqua colligerent in eleemosynās pauperibus Christianis in Ierusalē destinandas: sicq; prædicauit pro illis collectis, non quòd illa collecta fuerit principalis finis aut pretium pręedicationis, sed ad id quod pie dandum pauperibus admonuit ex gentilitate conuersos. Ad quintum patet ex dictis solutio, quoniam grauiter peccant qui propria bona distribuunt alijs, uel inordinate expēdunt, & bona consumunt ecclesiæ, eamq; grauant sumptibus suis, nec uiuunt ex opibus proprijs. Pastor quoque ecclesiæ ea quæ sponte dat, potius dare debet indigentibus quàm satis habētibus. Ex hoc tamē non sequitur, quòd pauperibus religiosis licet facere pactum cum diui

titibus recipi cupientibus: sed possunt eos licite refutare, nisi ex proprio motu de necessariis sibi prouideant, & paupertati claustri succurrant, sed de hoc cum ipsis pacisci non debent. Ad sextum dicendum, quod obiectio illa non est ad propositum, quoniam clerici de quibus illud ordinauit sanctus Gregorius, non erant conuētuales monasteriorum in quibus retrudebantur: uel si ibi recipiebantur ad ordinem, non recipiebātur cum pacto aliquid dandi, sed ex apostolica ordinatione recipiebātur cum rebus suis: & ea quæ apportabāt, dabant in releuamen inopiæ claustri pro sustentaculo uitæ suæ, non in pretium rei spiritualis. Ad septimum respondendum, quòd omnia illa quæ in Summis suis scribunt Durandus, Vlricus, Iohannes & alii, oportet intelligere sicque accipere, ut fiāt spiritualibus gratis exhibitis, & postquam spiritualia sunt gratis & libere & absolute exhibita seu collata, ceu ex uerbis sancti Thomæ & domini Hostiensis, Bernardi, Gulielmi & aliorum ostēsum est, & præsertim ex dictis Vrbani Papæ, cuius uerba adeo clara & plena sunt, quòd nullam recipiunt euasionem aut palliationem. Quod autem ex Actibus allegatur apostolorum, tantum conuincit, quòd recipi cupientes debeant utique monasterio prouidere, si habeant unde, & claustrum sit indigens: non autem, quòd religiosi pauperes aliquid possint ab illis ante receptionem exigere, aut cum eis de dando pacisci. Porro quòd princeps apostolorum reprobauit Ananiam & sapphiram, qui partem pretii uenditi subtraxerunt occulte, non fuit ob hoc quòd sub pacto aut conditione dandi totum pretium in usum communem, fuerint ad societatem ecclesiæ primitiuæ in communi uiuentis recepti, sed quia contra ordinationem sanctorum fecerunt apostolorum, & insuper suam iniquitatem & fraudem excusauerunt mendaciter. Nec illi fideles sub apostolis uitam communem ducētes, erant sicut religiosi, quòd tria uota omni religioni substantialia emiserunt: imò coniugati inter eos suis licite miscebantur uxoribus. Ex præinductis autem non sequitur in Charybdim ruina seu defraudatio monasteriorum, sed priuatio à scandalis multis atque à Simonia: & ut ea quę à secularibus exigenda sunt, exigantur sub forma honesta, receptione ad religionem iam facta, & spiritualium exhibitione gratis peracta. Ad octauum dicendum, quòd sanctus Thomas scribit super quartum Sentētiarum, quòd aliquid exigi potest ab eo qui deo uult deseruire in loco religioso, dum locus est indigens tanquam sustentaculū uitæ: sed quando & qualiter fieri debeat illa exactio, scribit in Quodlibeto, ut patuit, utputa de receptione iam facta, nullo pacto interueniente, ut Simonia uitetur & forma honesta seruetur. Ad nonum dicendum, quòd oratio est maxime spiritualis, idcirco nequaquam debet sub pretio poni: & illi qui donant pecuniam ut oretur pro eis, orationē non emunt, sed beneficiis & eleemosynis suis inclinant corda deuotorum ac pauperum ad deuotionem & amicitiam circa se, ut ex deuotione & charitate orent pro eis, & per beneficia illa eos sibi faciunt debitores, iuxta quem modum etiam licitum est diuitibus religionem ingredi peroptantibus, aliqua sponte monasteriis dare, non ut pro illis quasi pro pretio recipiantur, sed ut per talem collationem ostendant suam deuotionem ad religionem, & ipsos prouocent religiosos ad charitatem & beneuolētiam circa se, quatenus ex charitate & beneuolentia accipiant eos. Vnde & propter talia facilius recipi possunt, inquantum per ea demonstrant suam piam affectionem ad ordinem. Postremo, ad Decretalem Innocentij septimo articulo allegatam, Raymundus & Vlricus & alij quidam dicunt, quòd intelligēda sit, quando paupertas allegatur in fraudem. Et uerum reor, quod uerbum illud Sub paupertatis prætextu, dupliciter possit intelligi: primo, quòd paupertatem allegāt, cum ita nō sit: secundo, quod nec ratione paupertatis aliquid exigere possint: quod ita potius secundum intentionem Innocentij Papæ intelligendum uidetur: primo, quia & illa fuit intentio Papę Vrbani, & etiam Bonifacij, sicut probatum est: secundo, quoniam Innocētius capitulo immediate præcedente præcipit in causa consimili, ut pro spiritalibus conferendis siue collatis, nullus aliquid quocunque prætextu exigere aut extorquere pręsumat. Si ergo nullo prætextu, ergo nec paupertatis prætextu. Denique, intentio dantium aliqua monasterijs, debet recta consistere & omni Simoniaca labe carere, ut scilicet principaliter conferāt synceriter propter deum, ad laudem & gloriam eius, atque ne grauent cœnobium, & pro communi usu ipsius. Hostiensis autem asserit præfatam Decretalem esse intelligēdam, quando non caute proceditur, ut scilicet primo gratis spūalia cōferant, & postea recepto dicat, ut secū ferat necessaria uitę, si habet & potest, & monasteriū uere indiget.

Articulus XV. Qualiter religiosi consulte & caute ac pure habere se debēt circa psonas recipi cupientes.

QVemadmodum supra in exordio prædicti uidebatur articuli, & Innocentius protestatur, non licet religiosis quamuis pauperibus aliquam suscipere personam sub hac forma ad ordinem: Recipimus te in fratrem aut sororem, si detuleris tecum unde uiuas & cæt. Quid autem acturi sunt religiosi, qui loca habent uacantia, indigent'que personis, sed necessaria uitæ non habent pro illis, præsertim si ad eos ueniant psonæ recipi cupientes, & de necessarijs sibi puidere uelle se asserentes? Iam constat quòd respondere non poterũt, Si ita feceritis, recipiemus uos: quia tunc inirẽt pactum, & esset conditionata receptio. Nec possunt cautionem aut certificationem requirere propter rationem eandem, neq; seorsum pacisci, neq; intentioem habere principaliter ad aliquod temporale: quia si sic, esset Simonia intentionalis: & tamen nisi aliquo fecerint horũ modorum, uidentur grande incurrere damnum, & diuinũ minuere cultum, petentibusq; præcludere uiam salutis. Ad hæc aliqui responderũt, & uidetur esse de mente antiq Decretalium Glossatoris, quod in tali casu possunt recipe sub hac forma: Nõ habemus q̃d tibi demus pro uictu, nisi portes tecum unde uiuas. Verũtamen p hæc non uidetur formaliter fieri personæ receptio, q̃uis fiat insinuatio aliqua de recipiendo. Saluo igitur meliori iudicio, mihi uidetur q personis recipi cupientibus prima facie dicere debent: Nõ sumus dispositi ad recipiendum uos. Et si causam inquirant, possunt respondere: Quoniam pauperes sumus, nec necessaria uitæ habemus pro uobis. quod etiam dicere possunt nõ interrogati de causa. Et si illi tunc dicant, Prouidebimus & satis deferemus nobiscum, uel si alij dicant hoc ex parte ipsorũ, tunc religiosi (ut tactum est) respondere nõ possunt: Si ita egeritis, uel postquam ita feceritis, recipiemus uos, uel erimus bene concordes. sed poterũt dicere, Sublato obstaculo uestræ receptionis, utinam si ita feceritis, faciemus quod inspirauerit dominus. Vel sic, Faciemus tunc quod secundum deum & conscientiam & sancti ordinis nostri tenorem uidemus esse agendũ. Si aũt adhuc aliqd certius audire quæsierint, respondeant: Non possumus bona conscientia amplius dicere, nec aliquo modo pacisci. Insuper instruere debent illos, imo & pie increpare ac dicere: Vultis nosipsos uobiscum damnationi inuoluere, faciendo pactum de receptione, quod Simoniacum est, & uobis illicitum est sicut & nobis? Et tunc seculares illi debent merito ædificari in huiuscemodi uerbis religiosorum istorum Porro, si religiosi uelint credere uerbis simplicibus cupientium recipi, & asserentium uelle se prouidere & satis allaturos, eo quod fide digni cõsistant, tũc possunt eos absolute recipere, omni pacto cessante: sic tamen, ut intentionem habeant nõ corruptam, principaliter non intuendo ad temporale emolumẽtum seu donum, sed secũdario & minus principaliter solum, prout infra dicetur diffusius, qualiter in talibus sit regulanda ac rectificanda intentio, ut omnis Simonia uitetur.

Articulus XVI. De cautela ordinis Carthusiẽsis in uitãdo oẽm Simoniacã prauitatẽ.

LEgitur in statutis ordinis Carthusiensis: A nouitijs nec uestis, nec aliud exigatur. Si Prior exegerit, sit extra sedem quadraginta diebus, & totidem faciat abstinentias sine misericordia infra sex menses. Si procurator uel alius exegerit, sit p quadraginta dies nouiti⁹, & totidẽ in capitulo recipiat disciplinas. Prioratum q̃q; Prior, & procurationẽ Procurator amittat, si eis sciẽtibus exactio iam uenerit ad effectũ. Nullus etiam nostrum de rebus nouitij aliquid postulet, nec ad procurationem aliquam faciẽdam nouitius instruatur ab aliquo nostrũ. Insup, prohibemus uicarijs & Priorissis atq; cõuentibus monialiũ, de cætero ne recipiãt in sorores, nisi q̃t de bonis monasterij poterũt sine penuria sustẽtari, nec aliquã sub cuiuscũq; cõmodi uelamine recipiãt, donec loc⁹ uacauerit: nec ppter munera uel etiã pmissa aliqua psumãt psonam recipere, ne uitiũ cõmittãt Simonię. Ecce quõ ordo Carthusiẽsis nõ solũ à psonis recipiẽdis, sed à psonis receptis, puta nouitijs, phibet aliqd exigi: nec solũ exactionẽ ad effectũ pductã, sed itẽ psumptã, inchoatã seu attentatã punit districte, in q̃ alijs religiosis salutare pbet exẽplũ. Et cõfirmatio oim pdictorũ patet ex ũbis scti Hieronymi, sic dicẽtis in Regula sua: Detestabilẽ hæresim Simoniæ, quã cõi prauitate diaboli moniales assuetę cõmittunt, etiã in auditu horreat ura societas. Giezi & Simonis uos terreat prauitas. Vox Petri uicarij Chri nunq̃ exeat de aurib⁹ uris: Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ. existimas eñ donũ dei hri pecunia. Cois mercatorũ usus habet, ut uẽditio cõmutet in melius. Asserit nãq; Simoniacus pecuniã esse præstantiorẽ dono dei, cũ illud cõmutat in ipsam. Ad uos uenietes sorores, ad Chri suscipite nuptias gratis. Pręponat sanctitas pecuniæ: exgratur bonitas uitæ, nõ gnositas carnis, nõ utilitas mũdi. Nulla oino pactio, nulla opinio, æstimatio seu intentio de pecunia danda præueniat &

receptionem præcedat,quæ pactio siue opinio puritatē mentis perturbat. Beatū sapientia clamat,qui excutit manū suam ab omni munere,& post aurum non abijt, nec sperauit in thesauris pecuniæ,quæ subuertit iudicium. Porro soror quæ aliquid attulit,non inde extollatur,nec more fœmineo erecta ceruice improperet alijs quæ ex paupertate uenerunt: nec murmuret si non ministratur maiori sumptu,q̃ his quæ secū nihil attulerunt. Plus em̄ attulit soror paupercula,si ingrediens affectū habendi dimisit,quàm quæ multum afferēs domo superbiam intulit. Hæc Hieronymus.

Articulus XVII. De his quæ consideranda sunt religiosis,qui sub paupertatis prætextu dicūt se aliqua petere siue exigere à recipiendis siue receptis.

INordinata affectio motusq; passionum,præsertim cupiditas,corrumpunt rectæ rationis iudicium,&faciunt iudicari peruerse. Idcirco auarus non impletur pecunia,& multa putamus nobis necessaria esse, quę necessaria nobis non sunt. Religiosi ergo,si sub paupertatis colore aliquid uolunt à recipiendis aut receptis personis exigere, in primis considerent,quia(ut ait dn̄s Antisiodorensis in Summa sua)parcitas seu tenuitas uictus atq; uestitus,uoto paup̄tatis indispensabiliter est annexa,imò & secundum philosophos,natura paucis minimisq; contenta est. Et sicut ad abstinentiā,prout est uirtus naturalis & acquisita,pertinet nō plus de cibo ac potu accipere,q̃ expedit homini ad usum rationis expeditum & conuenientē naturæ sustentationem,ita ad abstinentiā (ut est uirtus infusa)spectat etiam aliquid necessarioꝝ naturæ subtrahere,ut pro peccatis aliqua recompensatio fiat,& passioni Christi conformet se Christianus per quotidianā quādam sanguinis sui minorationē, ac surpsius salubrem mortificationē. Hinc iuxta Apostolū, Qui sunt Christi,carnem suā crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. certūq; est,istud ad religiosos potissime pertinere. Antequā ergo sub paupertatis prætextu aliquid exigere audeant,diligenter seipsos examinēt,ante omnia prætacta iam rite obseruent,ne superfluitatem iudicent uanitatem,& ne sufficientiam iudicent indigentiā:ne delicatioribus,abundātioribus,pretiosioribus cibis ac potibus,uestimentis ac cæteris utēsilibus atq; ad corpus pertinentibus utantur,quàm regula instruit,præcipit seu permittit, & ne dispositione utantur nimiū laxa. Pręterea uideant ne cupiditate fallantur,præsertim quia(ut sanctus asserit Augustinus)frequenter in ecclesiasticis contingit personis, ut q̃ plus abstinent ab incontinentiæ uitio,eo magis laborent & inficiantur cupiditatis peccato: quemadmodū uno sensu orbati,uigilantiores acutioresq; sunt in usu alterius sensus: sicut surdi acutius uident,& cæci acutius audiunt: quia unius sensus defectum,per alterius diligentiam recuperare nituntur. Insuper aduertant,quātum Chr̄s omni Chr̄iano dissuadeat, uituperet, prohibeat immoderatā temporalium solicitudinē rerum: Nolite,inquiens,soliciti esse in crastinum. multaq; alia. Vult nanq; saluator ut filialem habeamus confidētiam in patre cœlesti,eiusq; paternæ prouidentiæ nos committamus fiducialiter,qui etiā irrationalia pascit,inanimata disponit,uestit ac ornat. Propter quod immoderata solicitudo huiusmodi ponitur diffidentię filia,atq; ad carnalem spectat prudentiam,de qua loquitur Paulus apostolus: Prudentia carnis mors est. Intendant ergo & credant Christo dicenti: Quærite primum regnum dei & iustitiam eius,& hæc omnia adijcientur uobis. Et sciant q̄ fidelis,sapiens,pius & omnipotēs deus,qui à nobis pauperculis pater appellari dignatur,famulos & famulas suas sibi uere,religiose ac fideliter ministrantes,confidentes& se cōmendantes nequaquam relinquit,imò fideliter ac paterne prouidet eis: & tanto abundantius,quo amplius hoc merentur.

Galat. 5. Matt. 6. Eodem

Articulus XVIII. Qualiter religiosi regulare ac rectificare debent suam intentionem,quærendo & recipiendo aliquid temporale pro spirituali à persona recepta aut alijs.

DOminus ac saluator suis in euāgelio prædicatoribus ait: In eadē domo manete edētes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus em̄ est operarius mercede sua. Quocirca beatus scripsit Gregorius, q̄ uni opi spirituali,uidelicet prędicationi, duplex debet merces: prima est corporalis refectio,quę est merces min⁹ principalis& secūdaria,quantū ad dignitatē,q̃uis sit prima tēpore ac ordine gn̄ationis. Secunda merces est æterna remuneratio seu beatitudo cœlestis,quæ est merces principalis ultimatusq; finis,& etiam merces prima secundū ordinē dignitatis. Dum itaq; religiosi pro sp̄uali bn̄ficio aliq̄d temporale quęrunt siue accipiūt, aut q̄ppiam exigūt à p̄sona recepta, aliq̄d temporale emolumentū aut donū intendūt pro actu aut bn̄ficio spirituali, debēt eoꝝ

Lucæ. 10.

intuitus aut intentio ferri ac dirigi ad tẽporale donũ ac commodũ, tanq̃ ad motiuũ minus principale, & tanq̃ ad secundariũ præmiũ, & sicut ad finẽ subordinatũ, non uelut ad principale motiuũ & ultimũ finem finaleq́; præmiũ, nec tanq̃ ad pretiũ rei spũalis. Hinc scribit Cancellarius Parisiensis: Potest intẽtio siue intuitus ferri ad commodũ temporale quatuor modis: Primo, tanq̃ ad ꝓtium rei spiritalis: secũdo, tanq̃ ad principale motiuũ dandi aut exercẽdi spũalia quasi ad ultimũ finẽ. Et hi duo modi sunt uere Simoniaci: & si qs putet ꝑtinaciter talia licite posse fieri, hæreticus est cẽsendus. Tertio, potest fieri intentio ad cõmodum tẽporale tanquã ad motiuum minus principale: quarto, sicut ad esse necessaria uictui eius cui spiritalia subministrat & exhibet. Et hi duo modi sunt liciti, hoc attento ab omni specie mali, q̃ obseruet illud Apostoli: Ab om̃i specie mala abstinete uos. hoc est, ut administratio spiritualiũ aliquo horum duorũ modorũ facta, non uideat ex sua manerie fieri primo aut secũdo modo. Hoc enim apparet, quando non exercẽtur nec exhibent spũalia, nisi dentur aut promittantur tẽporalia, & quãdo turpiter exigũtur, puta de Simoniaca prauitate suspecti, ita agentes præsumptione iuris & facti, & possunt tanquã simoniaci iudicialiter euocari. Deniq́; ex his Cancellarij uerbis confirmantur ꝑ omnia supius introducta de Simonia uitãda, om̃iq́; specie mala cauenda, & ne ante receptionẽ ad ordinem à recipiẽdo tẽporale aliqd exigat. Abstineant ergo religiosi ab omni discrimine, & uiã eligant tutiorẽ, & caute ac timorate simpliciterq́; procedant. Sapiens nanq́; in omnibus metuit. &, Beatus homo qui semper est pauidus. Etenim timor domini fons uitæ, ut declinet homo à ruina mortis. Atq́; ut Salomon ꝓtestatur, Sapientia protegit gradientes simpliciter. &, Qui ambulat simpliciter, ambulat confidẽter. Cũ simplicibus quoq́; sermocinatio dei. Postremo, est uia quæ uidetur homini bona, & tamen nouissima eius ducũt ad mortem: & mortem utiq́; sempiternam, quæ est mors secũda, mors infernalis miseriæ: à qua præseruet nos unigenitus dei, dominus noster IESVS Christus, institutor & autor sanctæ omnis religionis, condẽnator omnis Simoniacæ prauitatis, scandalosæq́; actionis, atq́; ꝓceptor charitatiuæ & gratuitæ donationis, q cũ pr̃e æterno & spũsancto unus est deus ac dñs, unus creator om̃ipotens, iustus iudex, & sup oĩa deus sublimis & benedictus. Amen.

Tractatu de directione cordis.

Prou. 28.

Libri I. de simonia finis.

DECRETVM FACVLTATIS THEOLOGICAE CELEBERRIMAE VNIVERsitatis Studij Parisiensis.

QVIA nuper mota est controuersia inter aliquos doctores super decisione huius quæstionis, Vtrum in aliquo monasterio fœminarum liceat recipere aliquam fœminam ultra numerũ personarum, quæ de bonis monasterij commode sine penuria possunt sustentari, & de persona recipienda oblatis gratis spiritualibus exigere temporalia, instantiusq́; à nobis magistris in facultate theologiæ Parisiis congregatis quæsitum est, ut in ea re consilium dare & super eiusdem quæstionis determinatione quid sentimus dicere uellemus. Nos autem ad pacem conscientiarum & ædificationem animarum pro uiribus laborare cupientes, ea quæ nobis sup his uidentur, in modum sequentem exponere duximus: In primis dicimus, q̃ attento tenore cõstitutionis apostolicæ felicis recordationis Papæ Bonifacij octaui, incipiẽtis, Periculoso, de statu regularium, libro VI. non licet recipe aliquam fœminam in aliquo monasterio non mẽdicantium, ultra numerum ꝑsonarum quæ de bonis monasterij sine penuria sustentari possunt. Nec in hoc oportet apponere illum terminum, Commode, cum in textu ipsius cõstitutionis non ponat. Et illud dicimus non licere, ubi non habetur de hoc consuetudo communis & diuturna, quam Papa scire & tolerare uerisimiliter credit, & ꝑ quam posset ꝑfatæ constitutioni esse derogatum. Idem dicimus, quod à fœmina recipienda in monasterio, oblatis gratis spiritualibus, nõ licet exigere temporalia pro ipsis spiritualibus, tanq̃ pretium spũalium uel annexorum spũalibus, faciendo commutationẽ unius pro altero. Dicim' ulterius, q̃ ubi monasteriũ est ita tenue, q̃ fœmina quæ recipi petit, nõ posset de bonis ipsius monasterij sustentari sine penuria, oblatis gratis spũalibus, & receptione ꝑsonæ libere

facta ad spiritualia, si persona illa sic recepta habeat bona temporalia, de quibus iuxta consuetudinem regionis potest disponere & ea monasterio conferre, tunc potest ab ea aliqd peti solum pro necessitate sui uictus, sine fraude, ut habeat monasteriũ unde sibi prouidere possit. Et hoc non intelligendo de exactione coactoria, ita quòd eijciatur si non dederit: sed quòd in omnibus seruetur debitus modus & recta intẽtio, & quòd hoc habeat locum ubi est consuetudo communis & diuturna, sicut suprà tactum est, per quam & antedictæ constitutioni Bonifacij, & alteri constitutioni Vrbani quinti, incipienti, Ne in uinea domini, prohibenti huiusmodi temporalia ab ingrediẽtibus monasteria quouis modo peti uel exigi, derogatũ existit. Tutius tamẽ est, quòd nihil petatur uel exigatur, nec in huiusmodi monasterijs ultra numerum earum quæ sine penuria sustentari possunt, aliqua fœmina recipiatur: & si aliqua petit recipi, dicatur ei quòd monasterium nõ potest eam recipere, quia non habet unde ipsam ualeat sustẽtare.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI DE SIMONIA Liber secundus.

PRAEFATIO.

PECVNIA tua tecum sit in perditionẽ. Existimasti enim donũ dei pecunia possideri. Ista sunt uerba sacratissimi principis apostolorum: qui quantum in seipso saluberrimam consecrauerit paupertatem, in uictu atq; uestitu, in omnium quoq; terrenarũ carẽtia diuitiarum, in omni demum contẽptu pecuniarum, sanctus & dilectissimus eius discipulus ac successor, re & nomine Clemens, in suo Itinerario protestatur, imò ipsemet gloriosissimus Petrus hoc pandit: Argẽtum, inquiẽs, & aurum non est mihi. Deniq;, quid hoc mirum de Petro, cum dominus & saluator plus aliquid fassus sit de se ipso, dicẽdo: Filius hominis non habet ubi caput reclinet. Qui rursus exclamat: Quàm difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnum dei. Et quamuis unigenitus dei p omnẽ euangelij textum uniuersorum auaritiam uehemẽter reprobet & condemnet, illam tamẽ ecclesiasticorum cupiditatem teterrimam, qua spiritualia pro temporalibus exhibentur, aut temporalia pro spiritualibus offeruntur seu exponuntur, uehementissime increpauit atq; exhorruit, non uerbis duntaxat, sed item flagellis. Siquidem in prædicationis suæ exordio, & circa finem eiusdẽ, ementes & uendentes eiecit de templo, in quo & nummulariorũ effudit pecunias, uendentiũq; columbas euertit & destituit cathedras. Hoc recolens plenus, summus & generalis eius uicarius, impijssimo Simoni mago omnium talium mercatori principi maledicto, locutus est terribiliter uerba pro themate nunc assumpta, cum potestatem dandi spiritumsanctum uoluisset obtinere pecunia: Pecunia, inquiẽs, tua tecum sit in perditionem. Existimasti enim donũ dei pecunia possideri. Quæ utiq; uerba unicuiq; spiritualia pro tẽporalibus exhibenti, postulanti aut cõparanti poterũt dici. Talis nempe Simoniacus est, & pessima auaritię specie inquinatus: quę in religiosis tãto detestabilior intolerabiliorq; cõsistit, quãto prę cęteris ad sectandũ Chri spontaneã pauptatem se uoto solẽni fortius & indispẽsabilius astrinxerũt. Verũtñ qa in hac re quędã religiosę psonę notã incurrũt diffamię, imò (si tñ eis psuaderi posset) piculose se gerũt, & quędã quidẽ apte ac impudenť, quędam uero sub quadã coloratione & quasi prudẽter, hinc nup collegi tractatulũ de Simonia uitãda in personarũ receptione ad religionẽ: sed qm̃ quidã adhuc aliter sentiũt, scribũt & practicãt, q̃ in opusculo illo ex dictis sanctorũ patrũ, gñalium conciliorũ, summorũ põtificũ, authenticorũ q̃q; & scholasticorũ doctorũ, imò (q̃d maximũ est) ex scriptura canonica cõprobaui & scripsi sentiendũ agendũq; esse, hinc prætacti scriptis libelli hęc addere cogor, ad hoc ipsum impellẽte me charitate, qua & pro oĩpotentis dei honore zelari, & pro animarũ salute affici teneor. Nec quispiã ita cæcatus sit mẽte, ut nõ potius qd dicatur, q̃ qs dicat ppendat. Nemo tã induratus sit corde, ut corripientẽ dura ceruice contẽnat, ut patefacienti ei sua picula indigneť, ut cæteris suis culpis crimẽ q̃q; detractionis adijciat. Qui enĩ abijcit disciplinã, despicit animã suã: qui aũt acqescit increpationib⁹, possessor est cordis. Postremo, ad ista adijciẽda specialiter sum inductus, qm̃ qdam uenerabilis doctor q̃d-

Actu. 8.

Actu. 3
Lucæ. 9. 18.

Matt. 21.
Marc 13.
Lucæ. 19.
Iohan. 2.

Actu. 8.

Prou. 15.

dam breue edidit scriptū, quod salua tāti reuerentia uiri, uidetur nōnullis occasionē præstare erroris & incorrigibilitatis. Propterē q̄d circa scriptū illud per modū scholasticæ inquisitionis, sine incauta assertione intēdo ex dictis sctōꝝ catholicoꝝq; patrū cōscribere aliq̄, ex quib⁹ ỽitas elucescat. Neq; ꝑtacti doctoris autoritati atq; honori in aliq̄ derogare intēdo. siquidē doctor ille mihi specialiter est amādus & honorādus, quē sctā uita & ætas reddit famosum. nō ergo ꝑsumptioni ascribaṫ, q̄d ex charitate ueritatisq; zelo peragiṫ. Vulgare & oibus notū est illud philosophi: Duob⁹ existētibus amicis, sanctū est ueritatē ꝑhonorare: cōtra quā nec amico, nec pr̄i, neq; mgr̄o licet deferre. Præterea sancti uiri ueritatis manifestationē magis q̄ propriū quærūt honorē. Hinc præstātissimus ap̄lici chori uertex ægre nō sumpsit, ꝙ Paul⁹ eo inferior ei in faciē restitit: imò ne hoc quidē impatiēter suscepit, ꝙ Paulus resistentiā illā eiusq; iustā causam omni seculo patefecit: In faciē, inquiēs, restiti ei, quia reprehēsibilis erat. Hinc spero ꝙ doctor prætactus tantæ sit probitatis, ꝙ nō solū nō ægre, imò & gratāter accipiet, si quis ei uere sufficienter ostenderit, ꝙ in aliquo à ueritatis deflexerit calle, præsertim in materia tam necessaria ad salutem.

Gala. 2.

Articulus I. Recitatio scripti doctoris præfati.

MOuet doctor ille hāc quæstionē: Vtrū in aliq̄ monasterio fœminaꝝ liceat recipere aliquā fœiam nouitiā ultra numeꝝ ꝑsonaꝝ, quæ de bonis monasterij cōmode sine penuria possunt sustētari, & à ꝑsona recipiēda, oblatis gratis sp̄ualibus, exigere tēporaliā. Et arguitur, ꝙ non liceat ultra præfatū numerū aliquā recipere ꝑ constitutionē, Periculoso, Bonifacij octaui, in qua hoc prohibetur, uidelicet ultra numeꝝ talem recipere aliquā. Q̄d' aūt nō liceat exigere tēporalia, arguiṫ per cōstitutionē, Ne in uinea dn̄i, Vrbani V. inhibētis duo ꝑmissa sub magnis & formidabilibus pœnis. In oppositū & affirmatione arguitur sic. Nā secundū Philosophū in Ethicis epiikeia necessaria est in legibus humanis, in quibus magis attendendum est ad causam quæ mouet legislatorē, q̄ ad uerba legis. Vnde Hilarius IIII. de Trinitate ait: Nō sermoni res, sed rei debet sermo esse subiectus. Intētio aūt prædictaꝝ constitutionū, primæ uidelicet, uidetur esse ne grauenṫ monasteria per nimiā & immoderatā personarū receptionem: & tandē deficiētibus tēporalibus, deficiant sp̄ualia, quæ sine eis subsistere nequeūt: & ita si aliqua habens & comportās sufficientiā temporalē pro uictu, uestitu alijsq; uitæ necessarijs recipiaṫ, non læditur intētio legislatoris, sed cū ea ampliaṫ salus aiarum. Secūdæ aūt cōstitutionis intentio esse uideṫ, ne exigatur aliquod tēporale à persona recipienda tanq̄ pretiū religionis, quod esset manifeste Simoniacū: secus aūt est, si exigatur aliq̄d tēporale ex alijs causa & intentione, scilicet pro necessaria sustētatione personæ recipiēdæ, cui monasteriū de suis bonis nō sufficit prouidere. Pro r̄nsione ad præmissam quæstionē sunt ea, quæ infra scribūtur. Nā secundū Thomā in scripto super IIII. sententiaꝝ distinctione XXV. quæstione II. articulo II. in respōsione ad 7. argumentū sic dicitur: Qn̄ possessiones alicuius religiosi loci non sufficiūt ad sustentandū plures, tūc potest exigi aliq̄d ab eo qui in loco illo deo uult seruire, nō quasi pretiū religionis, sed ut habeat monasteriū unde ei ualeat prouidere. ideo nō cōmittiṫ simonia. Si aūt sine grauamine ecclesiæ recipi potest, Simonia est aliq̄d pro receptione exigere. Idē quoq; Thomas in Scda scdæ quæstione C. de Simonia, articulo 3. in r̄nsione ad 4. argumentū sic dicit: Pro ingressu monasterij nō licet aliq̄d exigere uel recipere quasi pretiū: licet t̄n, si monasteriū sit adeo tenue, ꝙ nō sufficiat ad tot personas nutriēdas, gratis quidē ingressum monasterij exhibere, sed accipere aliq̄d pro uictu ꝑsonæ quæ in monasterio fuerit recipiēda, si ad hoc monasterij nō sufficiūt opes. Et addit doctor sanct⁹ ubi supra: Similiter licitū est, si propter deuotionē quā aliq̄s ad monasteriū ostendit, largas eleemosynas faciēdo, facilius in monasterio recipiaṫ, sicut etiā econtrario licet aliquē prouocare ad deuotionē & monasterij ingressum, licet non sit licitū ex pacto aliquid dare uel recipere pro ingressu monasterij. Hæc ille in forma. Itē de eodē sic dicitur in Sūma confessoꝝ libro primo, titulo primo, quæstione XLIX. Quid de his qui in monasterijs recipiunṫ intētione tēporalis utilitatis? Responsio secundū Vlricū paragrapho de monasterijs: si monasteriū est tāta pauꝑtate deꝑssum, ꝙ redditus eius uix aut nō sufficiūt præsentibus, nō solū potest h̄re intentionē accipiēdi tēporalia à ꝑsona recipiēda, sed etiā gratis exhibitis sp̄ualibus, req̄rere tp̄alia q̄ sufficiāt illius sustētationi, & possunt determinatā exprimere quantitatē, & pacisci de hoc, ꝙ illa summa deṫ, si habeat unde ualeat sustētari. Et Raymūdus paragrapho 21. P one ꝙ aliq̄s cū Glossa sua, q̄ dicit: Credo ꝙ licet exprimere noia & q̄titatē oblatoꝝ. & Glossa addit: Credo etiā similiter, ꝙ si hmōi recipiēd⁹ dicat, uel aliq̄s ꝑ eo: Dabo singu

De statu regul. in 6. ca. Periculoso, paragrapho Sane. Extra de Simon. c. Sane ne in uinea dn̄i. Hilarius.

gulis annis pro expẽsis meis centũ solidos uel sex libras denarioꝝ q̃diu uixero, nõ est illici
tũ, qm̃ nõ sufficit monasteriũ. Hæc ibi. Ad uitandũ igi͂ piculũ inobedientię, propter præmis
sam constitutionẽ aplicam, & etiã propter labẽ simoniacæ prauitatis, tutũ & cautũ uidet
q̄ bona tpalia & redditus monasterij debite & discrete ęstimentur ad certũ numeꝝ psonaꝝ,
quæ ex eis cõmode & sine penuria pñt sustẽtari in uictu, uestitu & alijs uitæ necessarijs, ul
tra quẽ numeꝝ nõ recipiat aliqua psona de bonis monasterij sustentãda. Si uero augeant
uel minuantur bona monasterij, etiam proportionabiliter augeatur uel minuatur nume
rus personarum recipiendarum. Et in tali monasterio uacante præbenda, uel loco sufficiẽ
ter dotato pro sustentatione unius personæ, licet possit recipi ad talem prębendam uel lo
cum uacantem persona in temporalibus diues, apta religioni, cui diuitię obesse non debẽt,
dummodo hoc fiat syncere, uidelicet intuitu dei & idoneitatis psonæ, & non ex pacto uel
intentione de temporalibus bonis apportãdis ac recipiendis, in quo committeret simonia Act.u.10
tacita uel expressa, tamen tutius magis q̄ pium & exemplare esset, recipere personam pau Deutero.30.
perem æque uel magis idoneam religioni, sustentandam de bonis ex pietate oblatis, & di 2 Paralip 19
mittere personã diuitem, quę sibi ipsi de proprijs bonis salubrius prouideret, de necessaria Isai.24.
sustentatione quã caperet de eleemosyna crucifixi, iuxta illud Prosperi in libro de Vita cõ Mat.22
templatiua: Non est meũ dicere, quale peccatum cibos pauperũ præsumendo cõmittãt, Luc.20
qui ecclesiam quam iuuare de proprijs facultatibus debuerunt, suis expensis insuper gra Roman.1
uant. Insuper, quia cessante causa cessat effectus, si sola causa exigẽdi aliquod temporale in Coloss.1
receptione personaꝝ ad monasteria, est necessaria sustentatio personæ recipiendæ, ad quã Prosper.
non sufficiunt monasterij opes, uidetur q̄ assignata, data & certificata una quota tempora
lium bonoꝝ necessaria & sufficiente pro huiusmodi sustentatione de bonis psonę recipiẽ
dę, nõ licet ab ea aliquid ultra exigere, qa hoc utiq; fieret ex alia causa, utputa tanquã preti
um ordinis aut ingressionis religionis, in quo simonia cõmitteret. Dispositio ergo alioꝝ
bonoꝝ tpaliũ, quæ psona recipiẽda forsitan habet, ultra prædictã cõpetentẽ sustẽtationẽ,
relinquenda est arbitrio suę liberę uoluntatis, ita q̄ nequaq̃ exigantur, nec psona recipien
da propter illa recipiatur aut dimittatur quouis modo. Alioquin iuxta tenorẽ constitutio
nis dictę Vrbani V. cõmitteret peccatũ simonię, & incurreret sentẽtia excõicationis uel sus
pensionis, sicut in receptione ad prębendã nõ uacantẽ &c. à quibus qs extra articulũ mor
tis absolui non potest, nisi à summo põtifice. Nec miꝝ, qm̃ inter ecclesiastica crimina simo
niaca hæresis obtinet primũ locũ, ut patet in Decreto, qa etiã in primo suo autore Simone 1.q ult.c.pa-tet.
mago ex mala radice infidelitatis pullulauit, quam hæresim ei Petrus improperauit, dicẽs:
qm̃ donũ dei existimasti pecunia possideri. Demũ in eadẽ Summa Confessoꝝ, libro primo,
titulo prio, quęst. 50. habet: Quid de his qui locant filias suas in monsterijs, & paꝝ uel nihil
dant de bonis suis? Respõsio scdm̃ Vlricũ, paragrapho Cũ ergo: Licet credã p contrariã cõ
suetudinẽ iuri derogatũ, ita q̄ parentes filijs uel filiabus suis locandis in monasterijs nõ te
neantur ex integro dare partẽ suã hęreditariã, tñ tenent monasterio dare tm̃, q̄ nõ oneret
ex pręsentia illaꝝ psonaꝝ, & aliter non credo eos esse in statu salutis. Hoc ibi. Pro q̃ꝝ maio
ri declaratiõe, aduertendũ q̄ lex naturalis mutari nõ põt humana autoritate. Vñ dr̃ in De
creto dist. 5. Naturale ius ab exordio rõnalis creaturę nõ uariat tpe, sed immutabile perma d.5.c.hec q.
net. Lex uero humana & positiua hoĩs autoritate lata, põt mutari, dispẽsari aut penitus tol
li p expressam reuocationẽ aut tacitã dissimulationẽ, qñ scilicet passim agi͂ contra legẽ, &
legislator, nõ reclamando, nec retinendo pmittit fieri, tũc lex ipso facto pręsumitur tacite
reuocata siue abolita, nec amplius ligat. Est aũt de iure naturali, q̄ parentes prouideãt suis
prolibus de uitę necessarijs, cũ gñaliter oĩa aĩalia etiã sæua & uenenosa, naturali instinctu
hoc faciãt suis fœtibus, qbus nõ deficiũt q̃diu fœtus indigẽt. Est aũt de iure positiuo & hu
mano, parẽtibus succedere proles in tota hęreditate, uel parte eius dimidia, tertia uel quar
ta: cui iuri uidetur derogatũ p contrariã consuetudinẽ, q̃ ad proles professas in aliqua ap
probata religione. His fundamẽtis uident inniti dicta Vlrici, ex qbus satis colligi potest re
sponsio ad quęstionẽ præmissam, & solutio argumentorũ hinc inde. Ecce istud est scriptũ

Artic. II. Qđ intentio duaꝝ cõstitutionũ aplicaꝝ in pręinducto (pr ętacti doctoris scripto allegataꝝ, nõ est illa quam autor scripti illius assignat.

REgula est apud theologos & iureperitos, quòd eiusdem sit legem interpretari, cuius & condere, & rursus quòd inferioris non est in lege superioris epiceizare aut dispensare, nisi inquantum sibi à superiore euidenter committitur, aut tacite permittitur. Hinc ad inferiores prælatos & doctores scholasticos non pertinet generalium conciliorum ac summoꝝ põtificum canones, decreta & leges passim inter

pretari & dispensare in illis, quis possint per modum simplicis declarationis seu magistralis instructionis circa talia loqui & scribere, quorum scripta intantum sortiuntur autoritatem, inquantum consonant formali intentioni uero& sensui Decretorum, legum aut canonum uniuersalium synodorum pontificum& summorum: quorum formalis intentio atq; intelligentia uera, quantum fieri potest, ex ipsis eorum uerbis, sententijs & doctrinis hinc inde est colligenda, contra quorum autoritatem & determinationem nullus doctorum
24. qu. 1. ca. quoties. quantumlibet sanctus & eruditus, suam præsumit defensare sententiam, ut dicitur in Decreto. Et Thomas in scda scdæ quęst. undecima docet, Gulielmus quoq; Parisiensis in suo ait sacramentali: Quæ sit intētio ecclesiæ in opere autorizationis & statutis, à Romana ecclesia, id est, summo pōtifice, cuius etiam autoritate statuta sunt edita, oportet addiscere, cū eius sit legem interpretari qui condidit. Hoc idem Bonauentura super quartū Sententiarum in pluribus locis testatur, & de isto infrà plenius tangam. Porrò, ad cognoscendū quæ sit prætactarū constitutionum apostolicarum intētio, non oportet nos laborare, cum ex ipsorū summorum pontificū uerbis præcedentibus & consequentibus id pateat euidēter. Siquidem Bonifacius Papa in Constitutione præallegata instituit & præcepit, ut uniuersę & singulæ moniales, cuiuscūq; sint ordinis, sub perpetua in suis monasterijs clausura permaneant: quod cum iussisset, adiecit: Sane ut hoc salutare statutū commodius ualeat obseruari, districtius inhibemus, ne in monasterijs ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur de cætero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorū bonis siue prouentibus absq; penuria sustentari: si secus actum fuerit, irritū decernentes. Ex quibus uerbis patenter probatur, summū pontificem ideo præcepisse, ne moniales ultra numerum prętactū personam recipiant, ne ob tēporalium indigentiam cogantur suam exire clausurā, occasionē'ue habeant euagandi & quæstuandi per mundum. Nec in tota constitutione illa Papali fit mentio, q iusserit hoc ea intentione, quę in præinducto tangitur scripto: q̄uis & illa possit assignari pro aliquali causa institutionis illius, imò & hæc potius uidetur fuisse intentio cōstitutiōis illius, ne occasione receptionis ultra numerum prętaxatū, moniales habeāt causam seu incitamentum exigendi aliquid à persona recipi postulante, aut faciendi pactū cum ea de dando aliquod temporale ante absolutam receptionem ipsius ad ordinem. Credendū est nanq;, mentē summorum pontificū in hac re fuisse unanimem. Idcirco cum alij summi pōtifices, ut Innocentius & Vrbanus, & aliquæ synodi generales, prohibere intenderunt formaliter& prohibuerunt huiusmodi exactionē & pactū, probale satis est, q Bonifacius Papa in constitutione pręhabita sit eadem motus intentione. Hinc quoq; quod in scripto illo adiungitur, Si persona aliqua habens & comportans sufficientiā tpalem pro uictu, uestitu & alijs uitæ necessarijs recipiatur, non læditur intentio legislatoris, istud in quā non uidetur ad propositū esse. Nec casus iste est contra materiale aut formale constitutionis præfatę, quia dum aliqua persona secū comportat, & ante receptionē libere offert & exhibet sufficientiam temporalē pro se, tūc monasterium est sufficiens ad sustentationem ipsius, nec locum habet ibi constitutio ista. Itaq; constat, constitutionem hanc loqui de personis non comportantibus secum, nec sponte offerentibus sufficientiam illā, & intendit ut tales non recipiantur in casu præhabito propter causas prædictas. Præterea q intentio constitutionis secūdę, puta Vrbani Papę, sit non solum prohibere aliquod temporale exigi à persona recipienda tanquam pretium religionis, sed etiam ex alijs causa & intētione, uidelicet pro necessaria sustentatione personæ recipiendæ, potest ex tenore, contextu & progressu ipsius constitutionis copiose & euidētissime demonstrari. In ea quippe sic dicitur: Multorum fide dignorum relatione didicimus, q in nōnullis ecclesiis, monasterijs & locis religiosis tā uirorum q̄ mulierum, illa detestabilis & à canonibus reprobata seruatur abusio, q cum personæ aliquæ recipiuntur in eis ad obseruantiam regularem, personæ ipsæ certa sumptuosa, pastus seu prandia capitulis & conuentibus facere, aut pecunias uel iocalia siue res alias ipsis ecclesiis seu monasterijs ex statuto uel consuetudine, quę corruptela potius est dicenda, tribuere compelluntur, ex quibus decori sanctæ ecclesiæ & immaculatę religionis detrahitur, & q̄plures tam execratione huius criminis, q̄ expensarum onere à sanctæ religionis proposito retrahuntur, & in multorum mentibus fidelium scandalum generatur. His uerbis dominus apostolicus addit: Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, &c. Ecce ex his apertissime elucescit, q ipse pōtifex summus ad huius constitutionis editionem inductus sit ex hoc, quoniam ex præmemorata temporaliū illorum exactione decori (id est sanctitati & puritati) ecclesiæ atq; immaculatæ religionis detrahitur

trahitur

trahitur. Ecce una causa. Et quod plures tam execratione huius criminis quam expensarum onere à sanctę religionis proposito retrahuntur. Ecce causa scda. Et in multorum mentibus fidelium scandalum generatur. Ecce tertia causa. Ex his inquā tribus causis, est motus ad institutionem huius pręcepti. Ideo eius fuit intentio, extirpare tria mala prætacta, ex abusiua atque sacrilega illa exactione & pactione sequentia, utputa detractionem, qua ecclesiastico statui & religionis decori detrahitur: Retractionem, qua multi à religionis proposito retrahuntur: & scādalum, quod in multorum cordibus generatur. Certumque est tria hęc mala sequi ex pręfata exactione, nō solum dū tpale exigitur ut pretium religionis boni ue spiritalis, sed item quando exigitur ut sustentaculum uitæ, pręsertim qn̄ hoc fit ante absolutā atque gratuitam susceptionem ad religionis ingressum. Quod totum nunc experientia inexcusabiliter, imò & palpabiliter docet & pandit. Nec dubium quin exactio, pactio seu tpalium exhibitio, ita grauat & à religione impedit pauperes, dum fit pro sustentaculo uitæ ipsorum, sicut si fiat pro spiritaliū exhibitione. Et proh dolor, quam multę bonę paupculæ quotidie clamant, conqueruntur & dicunt se esse paratas ad religionis & uitæ reclusæ ingressum, sed non posse acquirere locum, eo quòd iam undique tpalia exigantur. Similiter quędam puellę & fœminę diuites, deum timentes religionemque ingredi cupientes, paratæ quoque ad comportandum pro se sufficientiam tpalem, ex consideratione usitatę exactionis & pactionis religiosarum quarundam, retrahūtur ab ingressu ad eas. Insuper, in pręallegata constitutione loquitur Papa: Nos igitur huic pestifero morbo cupientes congruam adhibere medelam, alijs pœnis in talia præsumentes inflictis, in suo robore duraturis, pœnā adijcimus grauiorē, uniuersis & singulis religiosis, ecclesiasticisque psonis atque conuentibus, ex tenore pręsentium autoritate apostolica districtius inhibentes, ne à personis earum religiones, ecclesias uel monasteria ingredi uolentibus, in earundem personarum receptione aut ante uel post illā quęcūque pastus, prandia, cœnas, pecunias, iocalia aut res alias de cætero directe uel indirecte petere seu exigere quoquo modo pręsumant, sed eas potius cum omnimoda puritate recipiant, ac in uictu & uestitu sicut alias suæ congregationis personas, syncera charitate pertractent: Illa duntaxat cum gratiarum actione licite recepturi, quæ personæ ingredientes pure & sponte & plena liberalitate, omni pactione cessante, dare uoluerint. Ecce ex uerbis his rursus luce clarius innotescit, quod pōtifex summus institutione ista prohibere intenderit pactionem & exactionem præfatam, non solum, inquantum temporale exigitur, ut pretium religionis aut boni spiritalis, sed item ne exigatur alijs intentione & causa, ut dictum est. Nam iubet ut personis quæ recipiuntur, in uictu & uestitu syncera charitate prouideatur, sicut personis professis, absque omni petitione & exactione ac pactione facta directe aut indirecte seu ullo modo, atque ut conuentuales illa dūtaxat licite à psonis suscipiendis aut susceptis recipiant, quę ipsæ personæ dare uoluerint spōte, pure ac liberaliter, omni pactione cessante. Porrò, quod nihil liceat exigi aut recipi ut pretium religionis, per se constat, nec propter hoc prohibendum, oportuit Papam tot & tanta uerba inducere, nec aliquis sani iudicij si rite ista perpēdat, potest ambigere quin dominus Papa intēdebat in omni hac constitutione, plus prohibere quàm aliquid temporale per modum pretij rei spiritalis exigi. Nam & hoc potuisset uno uerbo exprimere ac uetare. Cū ergo tam absolute & omnifarie prohibuerit exactionem & pactionem præfatam, patet propositum. Interea aduertendum, quod exactionem huiusmodi pontifex summus uocat detestabilem abusionem, dicitque eam à sacris canonibus reprobatam, asserit quoque quòd sit pestifer morbus & crimen, atque quòd statutum seu consuetudo, ex qua seruatur aut fit, corruptela sit iudicanda. Ex quibus omnibus etiam lucide reprobatur responsio scripti præhabiti, & quòd practica eius sit directe cōtraria intentioni apostolici huius statuti ac rigorosi pręcepti. Postremo, si pauperes psonę religiosę dicant se constitutionem hanc apostolicam non posse implere, ut scilicet uenientes & recipi cupientes, tam gratis & sine omni exactione ac pactione suscipiāt, eisque ut sibi ipsis nil exigendo prouideant, iam ex introductis in isto articulo habent consilium & responsum quid agere debeant, scilicet ut non recipiant ultra numerum quem preualent sustentare, nec desiderio plures suscipiendi, exactiones & pactiones nefarias, scandalosas, iniquas committant. Nec in huiuscemodi augmentatione personarum sui conuentus, putent salutem consistere animarum aut incrementū honorificentię cultus diuini, sed potius perditionem animarum propriarum, & item personarum quas ita recipiunt, grauissimamque deitatis offensam & scandalizationem plurimorum in lege.

De Simonia cauēda in ingressu religionis.

Id est, æquitas. Articulus III. Qualiter ἐπιείκεια in legibus humanis sit necessaria.

QVid sit epiikia, & cur ac qualiter in legibus actibusq; humanis sit necessaria, quinto Ethicorum docet Philosophus. De qua re sanctus Thomas in scda scdæ quæstione 120. tractat: Albertus quoq; in diuersis tractatibus, cæteriq; doctores in summis suis satis concorditer scribunt. Est aût epijkia uirtus moralis parsq; iustitiæ, per quam homo in obseruantijs legis positiuæ, humanę & præceptorum ipsius moderanter se habet, magis respiciendo ad legislatoris intẽtionem, q̃ ad tenorem superficiemq; uerborum. Itaq; epijkia in legibus positiuis humanis proprie locum habet, non aût in lege proprie naturali, aut in lege quę diuina proprie appellatur. Quocirca pẽsandum, q̃ ius & lex frequenter pro eodem sumuntur, & pariformiter diuiduntur. Quemadmodum enĩ ius diuiditur in ius ęternum & increatum, in ius diuinum, quod in nouo ac ueteri traditur testamento, in ius naturale ac ius positiuum, ita & lex in legem æternam, diuinam, naturalem ac positiuam partitur. Sed & membra diuisionis istius diuiduntur ulterius, sicut de his pulchre scribit Durandus in summa sua in exordio libri secũdi, & Thomas in prima scdę, quęst. 91. Alexander quoq; de Hales, Bonauentura, & alij super tertiũ Sententiarum. Præterea dupliciter dicitur lex humana. Primo, quia humana autoritate & excogitatione instituta, quæ proprie dicitur lex humana ac positiua: quæ si principis secularis autoritate instituatur, lex siue ius ciuile uocatur: si aût autoritate atq; prudẽtia principis spiritalis, uidelicet Papæ, ius canonicum appellatur. Secundo dicitur lex humana, quia per hominem data, q̃uis à deo sit reuelata ac instituta: & ita lex ueteris testamẽti, frequẽter lex Moysi lexq; Mosayca nominatur: sicq; lex diuina & humana identificantur realiter, q̃uis distinguãtur formaliter: sicq; loquendo de lege humana, epijkia regulariter locum non habet in lege humana. Insuper secundũ doctores concorditer, lex uocatur humana & positiua, aut etiã naturalis siue diuina dupliciter: Primo pure, utputa quia totaliter talis est. Scdo permixtim seu quantum ad aliquid, ut dum in eadem lege aliquid cõtinetur, quod proprie spectat ad legem positiuam, humanam, & aliquid quod ad legẽ diuinam naturalem'ue pertinet: ut si ponatur lex talis: Quoties filius parenti occurrerit, discooperiat caput aut genu curuet. In hac lege est aliquid de naturali lege, & item diuina, puta q̃ filius reuerentiã parenti exhibeat: & aliqd de lege positiua humana, uidelicet ut hoc fiat caput nudãdo aut genu curuando, quod nec in nouo neq; in ueteri exprimitur testamento. Hæc ad propositũ applicã do dico, q̃ in huiusmodi legibus humanis ac positiuis epijkia ac dispensatio habẽt locum, quantũ ad id quod in eis est de iure positiuo humano, non aût quantũ ad id quod consistit in eis de iure proprie naturali aut immediate diuino. Tale est ius illud, q̃ unus non habeat plura beneficia, quorum unum ei secundũ suũ sufficit statum. Tale quoq; est statutum Vrbani Papæ præallegatum, scdm se totum acceptum. Nempe quod in eo iubetur, ut à petẽtibus religionis ingressum, temporale nil exigatur, proprie spectat ad ius diuinum nec epijkiæ dispensationi ue subiacet, cũ immediate fundetur in iure & lege Christi, præcipientis: Gratis accepistis, gratis date. Tale est & illud sancti Leonis Papæ, Spiritualia gratis donentur, & item gratia non uendatur. Porrò, quantum ad id quod in bulla Vrbani prẹhabita continetur, ut nec post receptionem ad ordinẽ monasticũ absolutã aliqd exigatur, constitutio illa ad ius positiuum humanũ pertinere censetur, & interpretationẽ epijkię admittit in casu, quo intentio constitutionis illius non cassatur, uidelicet qñ exactio illa absq; scã dalo & diffamatione sacræ religionis fieri ualet. Hinc (ni fallor) argumentatio illa uigorem non obtinet: Epijkia in legibus humanis necessaria est, ergo non obstante forma uerborum constitutionis Vrbani inductæ, licet à persona recipienda aliquid tpale exigere. Postremo cõstitutio illa Bonifacij Papæ de monialium reclusione, & ne ultra numerum q de bonis monasterij sustentari potest, aliqua recipiatur, ad ius positiuum potius pertinet, q̃ præfatũ Vrbani Decretum. Ideo dispensationem magis admittit.

Epijkia qd. — Iuris diuisio — Legis partitio. — De Simonia ca. sane ne in uinea. in extrauag. — Matt. 10.

Articulus IIII. Quòd religiosę personę eoipso quo alicui personæ recipi cupiẽti spiritualia primo gratis exhibent, obligant se ad sustentãdum eandẽ personam, q̃diu cũ ipsis est: Ideoq; contradictionem includat, q̃ quidam religiosi dicunt, se prius gratis spũalia exhibere, & tamen ante absolutã receptionem psonæ, ad annualem probationem exigũt aliquid tpale, sine cuius solutione seu exhibitione nolunt personã ad habitum ac probationem nouitiatus, imò nec ad professionem suscipere, q̃uis aliũde apta sit ordini.

Scrutan

SCrutandum est primo, quid sit prius exhibere spiritualia gratis, & qualiter intelligendum sit quòd quidam doctores satis authentici dicunt, aliquid temporale exigi posse à recipienda persona quando claustrum tam indigens est, dummodo spiritualia prius gratis exhibeant. Itaq; spiritualia gratis exhibere personæ recipiendæ, est ei ea offerre & propter deum liberaliter communicare seu dare, quæ ipsa psona recipienda ad religionem, postulat sibi propter deũ pure liberaliterq; conferri. Hæc aũt sunt receptio eius ad uitam spiritalem monasticam, participatio societatis religiosæ, communio charismatum claustri, incorporatioq; conuentus: & quamuis in his sunt nomina multa, res tamen aut simpliciter aut pro magna parte est una. Dum ergo conuentus, id est, superior cũ residuo monasticæ seu religiosæ communitatis gratis hæc exhibet psonæ recipi postulãti, eoipso quo ei gratis ista communicat & impẽdit, obligat se ad procurandũ seu corporaliter educandũ psonam eandem, q̃diu apud se retinet eam. De ratione quippe conuersationis religiosæ monasticæ, est uita communis & sancta paupertas, ne in conuersatione huiusmodi quis habeat proprium quicq̃. Ad hoc aũt ulterius sequitur, ut superior congregationis talis gerat communem omnium curam, & communitati prouideat in necessarijs uitæ, & ita sit omnium una mensa, quemadmodum sanctus pater Hieronymus in sua regula apertissime scribit, & infrà tangetur. Præterea, psona ad ordinem suscipi petens, intendit & quærit seipsam relinquere, propriam uolũtatem abnegare, suiipsius curam & solicitudinem quantum ad necessitudines corporales exuere, perfectionisq; ingredi uiam, & iuxta euangelicorum Christi consiliorum tenorem & intentionem se totam superioris curæ & gubernationi committere, ita ut libera mẽte à terrena solicitudine, à prouisione quoq; propria exonerata seruiat deo, sicq; sub obedientia salutari militare omnipotenti, ita ut suum uelle & nolle in manu pendeat præsidentis: & quamuis ad ista uoto solenni non obliget se nisi in professione, nihilominus iuxta prætacta ista aggredi cupit, attentare & exercere intendit, & ea sibi gratis propter deum communicari efflagitat, quando ad religionem suscipi deprecatur. Dum ergo superior cum conuentu communicãt ei ista gratis & absolute synceriter propter deum, accipiunt eam ad suam curam & prouisionem, tanquam sui mystici corporis membrum: atq; hocipso quo faciunt hoc, astringunt se ad prouidendũ ei de necessarijs uitæ corporeæ, q̃diu cũ ipsis consistit. Itaq; spiritalibus istis gratis primo exhibitis, non possunt ab ea aliqd tpale exigere per modũ debiti psoluendũ aut exhibẽdũ, nec tanq̃ pretiũ religionis, nec tanquam sustentaculum uitæ, ad quod ei exhibendum iam seipsos obligauerunt: idcirco salua conscientia non possunt eam de cætero refutare, neq; ab annua probatione, neq; à professione, siue aliquid temporale adducat & conferat, siue non, nisi aliunde rationabilem ad hoc habeãt causam. Insuper ingressus religionis est mors ciuilis. Idcirco em̃ ad religionem quis intrat, ut de cætero quo ad ea quæ mũdi sunt & corporalis prouisionis ac propriæ uoluntatis, sibiipsi sit mortuus seu mori quotidie discat & asuescat. Qui igitur quempiam suscipit ad religionem, tanquam superior seu conuẽtus, incorporat eum sibi, seq; astringit ad gubernationem & prouisionem ipsius. Ex quibus quantum capere queo, sequuntur duo. Primum est, q̃ hi qui dicũt se primum gratis spiritualia exhibere personæ recipiendæ, & tamen uel ante ipsius receptionem, uel in ea, aut post eam exigunt aliquid temporale, aut (quod peius & inexcusabilius, imò & execrabilius extat) faciunt pactum & conditionem seu conuentionem de huiusmodi dando, seu etiam adijciendo iniquitatẽ iniquitati, quærunt super hoc certificationem aut testes uel fideiussores, siue (ut uerbis utar beatissimi Ieremiæ) stipulationes & rata & signa forinsecus, ita ut nisi temporalia illa soluãtur, nolint psonam cui spũalia gratis exhibuerũt, ut dicũt, ad habitũ religionis nouitiatũ ac probationẽ annualẽ suscipere, uel susceptam ad professionẽ, q̃uis aliũde sit apta, admittere, sequitur inquã ex præinductis, q̃ istæ psonæ religiosæ, si tñ uere religiosæ, ignorent qd sit spũalia prius & gratis exhibere, nec propriã uocẽ intelligãt: aut si habitualiter sciũt hoc, tñ non aduertũt, aut actualiter ppendere renuũt negligũtq; hocipsum, nec sciũt aut nõ pẽsant, qd sit conuersatio monastica & cõis. Scdo sequitur ex prædictis, q̃ intentio authenticorũ doctorũ, dicentiũ post gratuitã & præuiam spũalium exhibitionẽ, tpale qd exigi posse à psona recipienda, si claustrũ sit egens, ista existat, q̃ exactio illa solũmõ fiat post purã & absolutam personæ receptionẽ ad religionem, ita q̃ repellenda non erit, q̃uis nil tale adduxerit. Nec aliter uerba illorũ queunt saluari, quod in priori de ista materia tractatulo, ex Decretis & canonibus gñalium conciliorum & summorum pontificum scholasticorumq; doctorum, imò & ex scriptura canonica euidenter multipliciterq; probaui.

Hieronym.

Matth.

Iere. 32.

Articu

Articulus V. Confirmatio prædictorum ex doctrinis sanctorum patrum.

SExto septimoq; Ecclesiasticæ hierarchiæ capitulis, sacratissimus & theologicissimus Dionysius ritum monasticæ institutionis & consecrationis, iuxta morem primitiuę ecclesiæ describens, testatur: Summus inter eos qui perficiūtur, nec pficiūt, est ordo monachorum, generali uirtute atq; perfecta conuersationis castimonia emūdatus. Propter quod quidam apostolorum monachos appellauerunt famulos, eo q̃ puræ & assiduum deo exhibeant famulatū. Alij eos esse monachos nominandos sanxerunt à monade, id est unitate, ob singularem eorum uitam, qua per simplicium diuinorū contemplationem & contrectationem, diuinæ simplicitati & perfectioni deo amabili conformantur: quorum est, omnibus secularibus conuersationibus & solicitudinibus renūtiare, qui cruciformiter consignantur, id est, crucis signaculo benedicuntur: ad innuendum, q̃ à cunctis carnalibus appetitibus debeant abstinere & propriam crucem ferre. In quibus & capillorum detonsio designat nudam ac mundam, non fictam conuersationem, ad dei conformitatem synceriter sursum actam, ut deo sint pure uniti, atq; ab omni extrinseca circumuolutione & cura abstracti, libere uacent deo. Circa quæ Albertus declarat, quemadmodū monachorum sit, à uita mundana & tpalium solicitudine consistere alienos: qui ob hoc uitam assumunt monasticam, quatenus exonerati à multis, uni quod solū necessariū est tanto intentius synceriusq; intendāt, quāto minus circa corporalia indigent occupari. Porrò, quæ de monachis hic dicuntur, clarum est de monialibus proportionabiliter esse intelligenda. Insuper, in regula sua describit gloriosus Hieronymus: Attēde diligēter quæ præes, q̃ grauis sarcina tuis humeris imponatur, quę de subditarum animabus atq; corporibus, de uerbis & moribus obligaris apud diuinum examen. Diligenter attende, quid tibi ab institutione regiminis iniungatur. Solicitudo enī omnium rerum monasterii ac sororum in administratione & prouidentia tibi committitur, ut iam cæteris sororibus dormientibus, te deceat crebro insomnes ducere noctes pro utilitatibus & necessariis prouidendis. Idcirco tibi non tātus honor, quantum onus imponitur. Ecce ex his innotescit, q̃ eoipso quo alicui psonæ spiritualia, puta communio, societas, incorporatio domus & ordinis gratis pręstantur, ipsa persona religiosa quæ præsidet, personam illam ad suam curam, prouisionē & gubernationem in spiritalibus corporalibusq; assumit: atq; eidem in illis prouidere tenetur, quādiu detinet eam: nec per modū pacti seu conditionis aut debiti aliquid ab ea potest exigere, ita q̃ possit eam reiicere, si tpale quod exigitur, non adducat. Deniq;, in libro de Institutis sanctorum patrū recitat Cassianus, qualiter abbas Punisius instruxerit fratrem, quē ad habitum & nouitiatum religionis assumpsit: Abrenuntiatio (inquiens) nihil est aliud, q̃ crucis ac mortificationis indicium: ideo noueris hodierno die te huic mundo & actibus ac desideriis eius esse defunctum, teq; secundum Apostolum esse mundo crucifixum, & tibi mundum. Considera igitur crucis conditiones, sub cuius sacramēto te deinceps in hac luce conuersari oportet, quoniam iam tu non uiuis, sed uiuit in te is, qui pro te est crucifixus. Eo ergo habitu & figura, qua pro nobis in patibulo ille fuit suspensus, nos quoq; in hac uita necesse est degere. Quemadmodum itaq; crucifixus nō ad libitum suum sua potest mēbra mouere, sic tu de cætero non agas, nec mouearis secundum propriam uoluntatem, sed in superioris tui arbitrio atq; regimine tutus consistas, cuius te curæ ac fidei commisisti. Insuper, uir illuminatissimus Climachus ait: Seipsum ueraciter abnegās, nō ultra amabit aut curabit pecunias, nec de possessionibus erit solicitus: sed omnem suam habitudinē & affectionem omnem ad aliquid, abiiciet. semper in cœlum aspiciet, ac suo superiori erit in cunctis prompte obediens. Obedientia aūt est propriæ animę cōsummata abnegatio, per corpus manifeste monstrata. Et rursus, Obedientia est proprii abnegatio corporis, p animam ex uoluntate feruenter ostensa. Ecce qualiter iuxta concordem sanctorum & religiosorū patrum doctrinam, receptio alicuius ad religionem, est spiritalis & saluberrima mortificatio eius, morsq; ciuilis & abnegatio suiipsius, quātum ad corpus & animam, atq; insertio in corpus fraternitatis. Ad quę omnia directe inseparabiliterq; consequitur, q̃ conuentus recipiens psonam ad hanc suorum spiritualium communionem, & incorporationem ac mysticā unitatem seu uitā monasticā, se astringit ad corporalem huiusmodi psonæ prouisionē ac sustentationem iuxta formam præhabitam.

Dionysius

Monachus à monade.

Capillorum tōsio qd in religiosis signet

Albertus.

Luc. 10

Hieronym⁹.

Cassianus.

Gala. 6

Gal. 2

Io. Climach⁹

Obedientia quid.

Articulus VI. Roboratio prædictorum, q̃ scilicet ab ingressuris aut ingressis religionem, temporale nil exigendum sit, ex his quæ in Decreto ex sacris concilijs & summorum pontificū canonibus alijsq; scripturis introducuntur.

VT ueritas huius materiæ, quę animarum concernit salutē, plenissime innotescat, latius de ea aliquid arbitror cōscribendū. Itaq; circa primā causam Decreti, Gratianus septem quęstiones inducit, quarum scda est ista: An pro ingressu monasterij pecunia sit exhibenda, exigēda, uel exacta psoluenda. Ad cuius quæstionis partē affirmatiuā sic arguit: Legit prio Regū, qp Anna filiū suū Samuelē tulit ad domū dei in Silo, & obtulit Heli pōtifici cū cęteris muneribus, scilicet tribus uitulis & modijs tribus farinę ac amphora uini. Insuper, quia in Actibus fert aplorum, qp singuli credentiū uendebāt prędia sua, eorumq; pretia ante aplorum pedes ponebant, cūq; Ananias partē sibi reseruasset de pretio, maledictionē accepit à S. Petro, moxq; cecidit mortuus corā eo, hinc apparet, qp ingressuri monasterium sua debēt rectoribus eius offerre, nec aliter recipi. Ad ista Gratianus respondet: Aliud est sua spōte offerre, aliud exacta persoluere. Mater aūt Samuelis nō exacta neq; petita obtulit sponte munera sacerdoti, credentes quoq; sua sponte obtulerūt apostolis, ut indigentiū necessitatibus deseruirent, quę instante infideliū persecutione, eis non licebant, id est, reseruare non poterant. Ananias demū non idcirco damnatus est, quia sua nollet offerre, sed quia spūisancto mentitus, pretia eorum quæ iam ante apostolis obtulit, partim fraudauit. Ex his Gratianus concludit: Non ergo his autoritatibus pmittit rectoribus, ab ingressuris monasteriū aliquid exigere, sed spōte oblata suscipere: quia illud dānabile est, istud licet. Cōsequenter probat hoc autoritate synodi gńalis, qua dr: Quotiescūq; ad cōsecrandas ecclesias episcopi inuitantur ab aliquo, nō quasi ex debito munus quodcūq; requirant, sed si fundator aliqd eis ex uoto obtulerit, nō respuant. Deinde, idem probat autoritate Bonifacij Papæ, qui scripsit quibusdam, optantibus quendam abbatem habere episcopum, atq; quærentibus, an pro obtinendo hoc ipso possent pecuniam exhibere his, quorum abbatē sibi pro presule tam necessarium reputabant. Illis inquā Papa respondit: Id licitum esse, dūmodo ab hoc opere om̄is deesset pactio omnisq; conuētio. Preterea uir ille doctissimus, re & nomine Gratianus, inqrit & ait: Adhuc obijcit, qp ingressuri monasteriū si pecuniā tribuūt, non propositū religionis, sed participationē stipendiorum emunt: tpalia ergo, non spūalia ementes, nequaq̄ simoniaci sunt habēdi. Hoc Gratianus soluens, subiungit: His itaq; respondet: Non solum qui spiritalia, sed etiā qui tpalia eis annexa pretio accipiūt, simoniaci iudicantur. Vnde Malachias propheta loquens ex psona dñi, ait: Quis est in uobis qui claudat ostia, & incendat altare meū gratuito? Non est mihi uolūtas in uobis, dicit dñs: & munus non suscipiam de manu uestra. Porrò ostia claudere, nō est muneris sacri officium, sed tantum sibi adiunctū. Ad hoc allegat quod ad Hispanię presules scribit Gregorius: Audiuimus (inquiens) dilectissimi, qp sacrorum ordinum professores, sub munerum datione & acceptione ecclesias ac beneficia earum usurpant, quod scelus uos nō dudū acriter correxisse uehementer miramur. Et rursus idem Gregorius scribit archiepisco Rothomagēsi: Si quis muneris dator aut acceptor, ecclesias aut ecclesiastica dando emerit, siue accipiendo uendiderit, à Simonis damnatione nequaq̄ excluditur. Item idem ait Gregorius Papa: Quicqd in sacris ordinibus aut ecclesiasticis rebus, uel data uel promissa pecunia acquisitū est, nos irritū esse & nullas unq̄ uires obtinere cēsemus. Insuper, ad horū confortationē inducit, quod scribit Papa Paschalis: Si quis obiecerit nō cōsecrationes emi, sed res quę ex consecratione proueniunt, is penitus decipere se probatur. Nam cū corporalis ecclesia aut prelatus sine corporalibus rebus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter uiuit, quisquis alterū horū uēdit, sine quo alterū nō prouenit, neutrū inuenditū derelinquit. Hanc ultimam autoritatem allegat Papa Vrbanus dicens: Beatus prædecessor noster Paschalis, affirmat qp quisquis eorum alterū uendiderit, sine quo alterum nō prouenit, neutrū inuenditū derelinquit, ac per hoc eū qui rem ecclesiæ emit uel uendit, simoniacū esse intelligit. Sed & Gregorius dicit: Ea quæ pactione cōsecrata fuerint, potius execrata q̄ cōsecrata dici debent. Si ergo tā execrabile est inanimata pactione cōsecrari, quanto magis execrabile est rōnalem creaturā pactione religionē intrare? Hæc pauca ex multis preallegato loco Decreti contentis sunt sumpta.

1.qu.2 sequit prin.q Grat.

1. Regum 1.

Actuum. 4.

1. Regum 1

1.q.2. sequit.

1.q.2.c.quā pio.

Eodem

Malachi.1.

Gregorius

1.q.2.c.mult.

Articulus VII. Prædictorū affirmatio ex dictis præcipuorum doctorum.

DVrandus, cuius summa inter doctorū summas uidetur non mediocriter preful gere, tractatu de simonia, ex Decreto alijsq; doctoribus cōpendiose collegit, qt modis cōmittatur simonia, & inter cætera ait: simoniam cōmittit, qui offert bona ecclesiæ tali cōditione uel pacto, ut ea retineat pro præbenda & in canonicū admittat: sed si aliquis pure offert, rogās postea simpliciter, ut in canonicū recipiat, & bona

sua sibi liceat retinere pro prębenda,& canonici pure cõsentiant,tūc nõ est simonia. Att͂n si ille q talia dat,uult pro tpalibus adipisci spūalia,& canonici eū aliter nõ susciperēt, utriq; simoniaci sunt apud deū,eo.ti.tua nos. Talis t͂n nõ tenet renūtiare,qa simonia solū mētalis,p pniam expiat.Ex his sic argui pōt,siue à simili,siue p locū à maiori:Suscipi ad monasticū ordinē,nõ est minus spūale q̄ sumi ad canonicatū,imò spūalius esse cõuincitur:si ergo in pręfato casu simonia cõmittitur,nõ minus sed potius plus cõmittitur simonia,si aliqua psona tali cõditione uel pacto offert tpalia sua claustro, ut sustētetur ex eis, & ad religiositatē seu societatē cõuentus admittatur,atq; ex his quę contulit claustro,sustētetur, & religiosę psonę ei in hoc pure cõsentiāt,est simonia.Insup ait Durādus:Simoniā cõmittit,q prandiū exigit à canonico de nouo recepto,nõ obstāte cõtraria cõsuetudine.eo ti.Iacobus.q̄to magis simoniā cõmittit,q à psona ad religionē suscipienda aut recepta,exigit nõ prandiū t͂m aut uestes,sed grandē summā pecunię,aut sufficientiā tpalem pro sustentatione totius uitę ipsius.Amplius ait:Simoniā cõmittit,qui res ecclesiasticas emit,seu sub pacto & interuentu pecunię obtinet.Talis nanq; ecclesias seu spūalia emere cõprobatur. Nā si quis aliqd hoꝝ emerit uel uēdiderit,sine quo alteꝝ non prouenit,neutrū inuēditū derelinquit.1.q.3.Saluator.Vñ scd͂m Hostiensem:Si quis emit bñficij fructus ad tēpus uitę suę à pręlato,qui habet ius instituēdi aut cõferendi,simoniacū est.Ex hoc itaq; arguitur:Exhibitio spūaliū loci religiosi,& corporalis sustentatio psonę religiosæ,tā inseparabiliter sunt cõnexę,q unū eoꝝ non prouenit sine altero: qui ergo aliquid dat aut reqrit pro uno eoꝝ per modū pretij aut cū pacto,cõparat ambo,& nullū eoꝝ exhibet gratis.Huius rei cõfirmatio est, qđ in eadem subiungit sūma:Simoniā cõmmit,qui beneficiū cõfert cū pacto,& itē qui emit prębendā. Præbenda aūt qñq; uocat ius spūale percipiendi præbēdā.i.ecclesiasticos redditus:quod emere,simoniacū est:qñq; uocat fructus prębendæ,hoc emere nõ est Simoniacū,nisi forte quis emat fructus ab initio suæ ordinationis uel cõstitutionis in ipsa ecclesia ut habeat dū uixerit,articulo 1.qu.3.Si quis obiecerit.ubi dr̄:Si quis hoꝝ alterum uendit, sine quo alteꝝ non prouenit,neutrum inuenditum derelinquit.Vnde qui tunc emit res corporales,intelligit emere spūalia:quia tunc sunt ista annexa, ut qui priuatur officio, priuetur & illis.1.q.3.in summa.Ecce manifesta intenti probatio.Præterea ait in Summa sua Durandus:Simoniam cõmmit, qui eligit aliquē in canonicū sub conditione, ut doceat pueros: quia in talibus conditio omnis debet cessare,sed si præbenda uacāte,canonici statuāt q tali præbendę sit hoc onus annexū,tunc non est simonia.Hoc idem dicit Bernardus ext.de magistris. Quia nonnullis.Ex hoc ita arguitur:Si in pręfato casu est Simonia,multo plus dum à persona religionis ingressum petēte,pecunia aut quid tale exigitur, aut de dādo initur pactū siue conditio,cum dare pecuniā multo plus sit temporale q̄ pueros informare.Consequēter adiungit:Simoniā committit,qui ab intrātibus religionem aliquid exigit ex pacto:t͂n si monasterium est tenue,q non potest sufficere,tunc potest necessitatem suā hoc modo exponere:Scias q nõ possumus tibi prouidere,pauptatem nostrā tibi gratis offerimus.Caute t͂n facis,si tibi prouideas,& tecū portes unde uiuas. Sed si monasteriū facit pactū,uidelicet q aliter nõ recipiat illū,nisi aliqd apportet,Simoniacū est.1.qu.2.si quis. Illud aūt tpale quod gratis offert sine taxatione recipi potest,eo titu.dilectus.2.& non cū taxatione:quia taxatio quædā uenditio est ff. de iure do.pleriq;,paragrapho,si aūt.Hoc Bernardus & Iohā 1.q.2.& Hostiensis eodē.Ecce ex isto spāliter probo intētū,utputa q non liceat à petēte religionis ingressum aliquid exigere tpale,nec ante eius receptionē,nec in ea,neq; post eā, cū tali conditione uel pacto,q aliàs non suscipiet,aut suscepta ad professionē nõ admittet. Adhuc in eadē dr̄ Summa,q si exigunt ea quę consueuerunt dari in collationibus quorundā spūalium,ut in receptionibus ad religionē uel in canonicum, in consecrationib. epoꝝ, bñdictionbus abbatū,ordinationibus clericoꝝ & consimilibus,responsio huius: In oïbus his,si uel p exactionē iudicij,uel extorsionē uiolentiæ,uel p pactū ante uel post, aliquid obtinetur,simonia est,nulla cõsuetudine cõtraria obstāte.ext.eo.c.10.c. sicut pro certo.Si ꝟo spõte aliqd offerat,nõ est Simonia.Dicit q̊q; Gulielmus, q si aliqs timēs nõ recipi, dicat cõuentui aut pręsidēti:Ego darē uobis terrā meā,si uelletis me recipere, & postea recipiat, ita q aliàs nõ fuisset receptus,simoniacū est.Postremo in sūma hac quęrit:Quid de monasterijs,in qbus nullū pactū interponit ingredientibus,t͂n est taxatū quid puella ingredies dare debet.Responsio scd͂m Hostieñ.Talis taxatio reprobat,ext.eo ca.sicut pro certo.& ca.In t͂m.In fine & idē ē ac si pactū interponat de tali cõsuetudie seruāda, qa simoniacū ē,ext. eo ca.ueniēs,Si aūt absq; oñi cõditiõe & cõpulsione dat gratis qđ cõsuetū est,nõ cõmittit simonia.

Articulus

De Simo. c. tua nos.

De Simo. c. Iacobus.

1.q.3.c.Saluator
Hostiensis

1.q.3.c.saluator,& c si qs obiecerit
1.q.3.in summa.

Ext. de magistris c quia nonnullis

1.q.2. si quis
De Sim, c dilectus

Articulus VIII. Solutio rationũ, quæ in scripto pręfato inducunt ad comprobandum, q̃ à psona petente religionis ingressum possit tpale quid exigi, & super hoc pactio fieri, & certa exprimi summa.

SIcut in primo recitaui opusculo, articulo nono, triplex extat respõsio doctorũ in ista materia: Qm̃ aliqui dicunt simpliciter aliquid posse exigi à recipienda aut recepta psona nondũ professa, dum monasterium prę paupertate nõ sufficit psonam illam nutrire. Et dicunt super hoc posse fieri pactũ & conuentionem, & prætaxari quantum datura sit, sic tamen, ut spiritalia gratis in primis exhibeant, nec tpale exigatur ut pretium rei spiritalis, sed ut necessarium qd ad sustentationem psonæ. Huius quoq; opinionis est autor scripti pręhabiti. Alij uero respondent, q̃ nec paupertatis prætextu liceat exigere temporale à psona recipiẽda quouis modo, uidelicet nec ante eius receptionem, nec in ea, neq; post eam, per modum debiti aut cum pacto, imò absolute affirmant nil exigi posse, scd̃m q̃ tenor constitutionis Vrbani Papæ pręte͂dit. Tertij mediam tenent uiam, dicentes q̃ postquam persona est absolute recepta ad religionem, possit aliquid exigi, dum monasterium indiget, sic tamen, ut siue aliquid detur à persona illa, siue non, nihilominus teneatur, nec repellatur ideo q̃ tpalia non apportat. Attamen addunt isti doctores, tutius esse ut nulla persona ita recipiatur, eo q̃ exactio habeat speciem mali, & frequenter pariat scandalum, & propter alias causas alibi tactas. Et huius responsionis fautores sunt Bernardus, Hostiensis, Durandus, & alij plures. Porrò, quòd prima illa opinio atq; responsio stare non ualeat, in primo tractatulo multipliciter est probatum. In isto quoq; opusculo hucusq; copiose & euidenter, quantum capere queo, ostensum. Nũc ergo soluenda sunt pręfati scripti motiua, quæ tñ in alio solui libello. Itaq; quod autor scripti illius allegat ex sancto Thoma super quartũ, & in secũda secũdę quęst. 100. soluitur ex uerbis eiusdem sancti doctoris, qui in Quolibetis suis sententialiter ait, quòd talis exactio fieri debet forma honestatis seruata, ita ut nihil exigatur ante pij officij seu spiritalis doni aut beneficij gratuitam exhibitionẽ, seu puram & absolutam donationẽ, ne pactũ interuenire uideat. In his uerbis Thomas insinuat, qualiter pręallegata eius ũba sint intelligenda, & perhibet ea aliter intelligi, utputa taliter qualiter in allegatione scripti illius allegantur. Nempe dum aliquis doctor authẽticus de eadem materia in diuersis locis conscribit, pensandũ est quid doctor ille ultimatè absoluteq; senserit. Cumq; uerba ipsius in uno loco inducta poterũt sic & sic exponi, trahi, intelligi, uidendũ est ad quem intellectũ ipsemet doctor huiusmodi uerba sua alibi redigat & coartet: sicq; in proposito circa uerba sancti Thomæ agendũ est. His aũt quæ Thomas in suis asserit Quodlibetis, quę in alio articulo introduxi, nono capitulo per oĩa consonant uerba Hostiensis, Gulielmi, Godefridi, & item Durandi. Præterea ad ea quę ex Vlrico & sũma Confessorũ allegant, est una responsio, utputa quòd illa respõsio quã assignant, stare nõ ualet, nisi iuxta moderamẽ, quo referat ad tempus sequẽs ipsam personę absolutã atq; gratuitã receptionẽ, imò & tũc stare uix potest propter aplĩca statuta pręallegata. Infrà tñ tangetur diffusius, qualiter tunc aliquo mõ possit saluari.

De Simoniaca sane ne in tunca in exitraug.

Articulus IX. Declaratio quòd istę solutiones sint de mente sancti Thomæ, ex uerbis eiusdem ac aliorum doctorum.

SVper quartum distinctiõe 25. loquitur Thomas: Facere pactionẽ de missa celebranda, est simoniacũ sp. Et rursus: Nullo (inquit) mõ licet pacisci pro anniuersario celebrando: ergo à simili, nullo mõ licitũ est facere pactũ de aliquo tpali dãdo cũ persona religionis ingressum petẽte, ad hoc quòd recipiatur, cũ utrobiq; sit eadẽ rõ. Insuper in Quodlibetis ait: Cum in dispensatione sacramentorũ aut aliorũ spũalium aliqua recipiuntur, ut simonia uitet, necesse est ut receptio illa fiat ex concessione iuris diuini aut humani aut pię cõsuetudinis. Cũ ergo pręallegata sint tot & tãta diuina & hũana gñalium synodorũ, summorũ Pontificũ, sctõrumq; patrũ decreta, quibus prohibet exactio tpalium à postulãtibus religionis introitũ, patet id esse illicitũ. Amplius, Thomas allegat Augustinũ dicentẽ: Non solũ scriptura canonica, sed & sanctorũ gesta nobis in exẽplũ proponũtur. Cũ ergo nullus sanctorũ patrũ q religiões instituerũt, pręfatã exactionẽ exercuisse, approbasse aut admisisse legat, imò cũ multi eorũ reprobauerint, & prohibuerint eam, quẽadmodum in primo opusculo de sanctis patribus autoribus statutorũ ordinis Carthusiensis spãliter est ostensum, & infrà ex ũbis gloriosi deducet Hieronymi, constat exactionẽ illam esse illicitã. Insup in secũda secũdę quęst. 100. Thomas testat: Vẽdere & emere in spũalibus actibus qd spũale est, simoniacũ est: sed suscipere aut dare aliqd pro sustẽtatione ministrantiũ

Pactionẽ facere promissis celebrandis, ordinib᷒ cõferẽdis sus neribus sepeliendis simoniacum esse.

spūalia, scd̃m ordinationem ecclesię & consuetudinē approbatā, licitū est, ita th̃q desit em ptionis & uēditionis intētio, & q ab inuitis nil exigatur p spūalium subtractione, quę gratis sunt exhibēda. Hoc em̃ quandā uēditionis speciē haberet. Vitiosa est ergo exactio, quæ à recipiēdis seu receptis ad ordinem, sic tpalia exiguntur, q nisi exhibuerint ea, ad habitū seu professionē religionis nō admittenť. Rursus scribit eodē loco: Illicita esset ordinatio, si in aliqua statueretur ecclesia, q nō fieret processio in funere alicuius, nisi solueret certā pecuniæ summā, qa p hoc prçcluderetur uia impēdēdi gratis officiū pietatis aliquibus. Quō ergo licitū est statutū quorūdā, quo statuerūt nullā recipere psonā ad suā religionē, nisi apportauerit quandā aut prætaxatā tpalium quantitatē, p q̃d multi impediūtur à religionis ingressu? Amplius, dñs Antisiodorensis ait in parte tertia Sūmæ suę: Nō est licitū dare tpalia pro Missis tricenarijs. Vnde prohibetur in synodo, ne presbyteri aliquid exigāt, & hoc propter speciē mali, & propter scandalū euitandū, ne scilicet uideanť spūalia uendere. Itē ait: Non debent sacerdotes aliqd petere ante sepulturā, uel qa Simonia esset, uel species mali: sed possunt post sepulturā. Hęc & consimilia scribit sup quartū Sniaꝝ dist. 25. dñs Bonauentura, ex quibus euidēter monstrať, q̃ impiū sit alicui psonę cū cōditione, obligatione & pacto ingressum religionis prębere, & nō synceriter, pure & gratis ac absolute seu simpliciter propter deum.

Ab inuitis nil pro spūalibus exigendum.

De Simoni. c. nō satis. & c. cū in eccle.

Artic. X. Adhuc cōfirmatio prędictoꝝ ex ṽbis sctoꝝ, & qualiter possint tpalia exigi post gratuitam susceptionem personæ.

GLoriosus pater Hieronymus in regula sua quinto cap. ait, scribēs Eustochio abbatissę filiabusq; eius: Detestabilē hęresim simonię, quā cōi prauitate diaboli cōmittunt moniales, etiā in auditu horreat sancta societas uestra. Giezi pœna, & Simonis uos terreat prauitas. Vox Petri uicarij Christi ad Simonē nunq̃ exeat de auribus uestris: Pecunia tua sit tecū in perditionem, Existimasti em̃ donū dei haberi pecunia. Donū dei est sanctusspiritus. Cōis mercatoꝝ usus habet, ut uēditio cōmuteť in melius. Asserit quippe simoniacus pecuniā esse prę̄stātiorē dono dei, cū idē in ipsam cōmutet. Ad uos uenientes sorores, ad Christi suscipite nuptias gratis: prçponatur sanctitas pecunię, exquiratur bonitas uitę, nō gñositas carnis, nō utilitas mūdi. Nulla omnino pactio prçueniat, nulla opinio, nulla conditio, quę mentis puritatē pturbet. Beatū sapīa clamat, q excutit manus suas ab omni munere, qui post auꝝ non abijt. Ecce q̃ euidēter & rigorose uir iste sanctissimus, religionis specialis discretissimus institutor, prohibet simoniacā impietatē in susceptione suoꝝ, iubēs ut eaꝝ receptionē nulla prçueniat pactio, nulla cōditio: & ipsę quę ueniūt, gratis & absolute suscipiātur. Denique, in regula sancti patris nostri Basilij quęritur: Si oportet eū q seruis dei uult sociari, relinquere indifferenter proximis suis portionē facultatū suaꝝ, dicente dño: Vende oīa bona tua & da pauperibus. Ad hoc respōdet magnus Basilius: Arbitror q is qui accedit ad dei seruitiū, scilicet religionē, nō debeat contēnere & utlibet relinquere ea quę cōpetunt sibi, sed tēperet omnia (si fieri potest) cū summa diligētia, tanq̃ ea quę iam dño cōsecrata sunt, quantū possibile est rōnabiliter dispensare, sciens q nō sit absq; periculo in ope dei agere negligenter. Si uero propinqui eius uel parentes contra fidem ueniant, debet meminisse Christi dicētis, Quia omnis qui reliquerit patrē aut matrē aut domū &c. centuplū accipiet &c. Veruntñ oportet eū protestari & denūtiare his, qui sibi denegant ea quæ sua sunt & resistunt, quia sacrilegii crimen incurrunt, scd̃m mandatū Chri dicentis: Si peccat frater tuus, uade & argue eū. Iudicio uero expedire apud iudices seculi, abnuit religionis autoritas per id quod dixit Apostolus: Audet aliquis uestrum negotium habēs aduersus alium, iudicari apud iniustos & non apud sanctos? Et rursus: Iam quidem delictū omnino est in uobis, quòd iudicia habetis inter uos. Ecce in uerbis his sanctus Basilius nihil tangit de hoc, ut à petente ingressum religionis aliquid exigatur, uel ante uel postea. Innuit tamen, quòd tēporalia eius domino consecrentur, & ad diuinum cultum sint applicanda, atq; ad dei honorem transferenda, per hoc quòd persona ad quam ptinent, religionem ingreditur: & quòd ipsa persona non debeat ea ad libitum suum dispensare, aut dare siue relinquere, sed rationabiliter & discrete: imò insinuare uidetur, quòd de iure ad monasterium spectent, aut saltem in pios usus sint conuertenda. Euidenter'que dicit, quòd ipsa persona debet protestari his, qui sibi negant suam hæreditariam portionem, quòd sacrilegij crimen incurrunt, abutendo uidelicet temporalibus bonis illis, quæ modo præfato consecrata sunt deo. Addit tamen, quòd coram iudicibus seculi non sit litigandum pro illis: quod quamuis pro tunc ita obseruabatur, doctores tamen interim docuerunt, quòd quando claustrum est indigens, præsidens ex parte conuentus possit per

Hieronymus.
4. Reg. 5
Actu. 4
Eccl. 31.
Basilius.
Luc. 18.
Iere. 48
Matt. 19.
Luc. 18
Mat. 18
Luc. 17.
1. Corinth. 6.
Eodem.

nil

uiam iuris exigere est, quæ spectant de iure ad psonam susceptam: non φ debeat illa exigere ratione susceptionis ipsius psonæ ad religionẽ, quę susceptio cũ sit bonũ spiritale, nõ est pro ea exigendũ aliqd tpale: Sed exactio illa fieri potest, inquantũ psona ad religionẽ accepta est proles legitima, quę ob ingressum in claustrũ non est hęreditaria sua portione priuanda: quippe quę religionẽ intrãdo nõ efficiť deterioris cõditionis, idcirco nec exhęredãda. Hinc scdm Raymundũ, q ponunt filias suas in claustris, & paꝝ aut nihil dant eis de bonis suis, grauiter peccant: & tenenť (si habent) monasterio rõnabiliter prouidere, ne ex filiabus suis grauenť. Qđ potissimũ ueꝝ reor, dum monasteriũ indiget, nec pro certo numero satis prouisum est ei, neq; mendicat. Quocirca Hostiensis, Durandus & alij dicunt, ob hoc nõ esse paciscendũ de dando aliquid tpale, cũ psona recipienda aut alijs ante gratuitã eius & absolutam receptionem, esse tñ remedium circa hoc, si parentes dare noluerint. Dicunt itaq; isti doctores: Qñ monasterium est tenue, tunc conuentuales accipiãt puellam gratis ad spũalia, & agant contra patrem ad alimenta: quod si pater mortuus est, agant ad partem hæreditatis puellæ. Porrò, religiosæ personæ, quæ opus manuale & lucrosum exercẽt, uidentur se laboribus manuum suarum in toto aut pro magna parte nutrire. Ideo ad recipiẽdum tales, constituere summam tantam, ex qua possent sustentari, q̃uis nil lucrarẽtur, imò tantum exigere φ possint perpetuæ præbendæ seu loca fundari & cõpetẽter dotari, uidetur prorsus metas excedere æqtatis, & pauperioribus personis omnino pręcludere accessum religionis. Heu heu quantum detestanda cupiditas oculos mẽtis paulatim obtenebrat, cor indurat, & rectum subuertit iudicium. O quantum dolendum est, q̃ uehementer deflendum, φ religiosæ personæ, quæ iam semel amore sponsi cœlestis omnia contempserunt terrena, quæ si in domibus mansissent parentum, potuissent diuitijs abũdare, iam post monasticam professionem, post paupertatis spontaneæ uotum, rursus inuoluũt se auaritię, quæ omnium radix est uitiorum & laqueus: imò quod sanguineis guttis est deplorandũ, uitiosissima auaritiæ specie, prorsus sacrilega, id est, simoniaca prauitate se inquinant propter rem uilem, terrenam, propter pecuniam aliquantam, propter supellectilem modicã. Hæc impietas ex immoderata solicitudine pro temporalibus & corpori necessarijs rebus frequenter procedit, quæ solicitudo diffidentiæ filia perhibetur. Interdum quoq; ex uitio gulæ & carnalitate, qua lautiora atq; supflua requirunť. Hæc omnia Christus summe prohibuit, præsertim religiosis, quas uult filialem in deo habere fiduciam. Deniq; sicut sancti patres testantur, abbas Daniel, Cassianus, Eusebius, Emisserius & alij, nisi ex religiosaꝝ cordibus personaꝝ, cupiditas fuerit funditus extirpata, radicitusq; euulsa, piculosius imò & incuruabilius sæuit & dominatur in eis, etiã sæpe in paruis ac uilibus rebus. Postremo, sanctus pater Benedictus in sua statuit regula, ut recepti ad ordinem suũ, res suas pauperibus erogent, aut si uoluerint, monasterio tribuant: non aũt φ aliquid exigatur ab eis, imò hoc magis prohibuit. Sic igitur religiosę personæ regia iugiter uia incedant, & (sicut tenenť) nõ solum meliorem, sed & tutiorem eligant callem, uitantes discrimina: quibus si se committunt, peccant mortaliter. 1. Timoth. 6.

Ad quæstionem qua quęritur quæ sit pœna religiosorum simoniace receptorum, Raymundus respondet circa hoc: Aliter esse loquendum de ita receptis ante editionem Decretalis per Innocentium Papam factę in generali concilio de illis: aliterq; de ita receptis post Decretalẽ eandẽ, uidelicet quoniam summus Pontifex ille aliquid noui de illis instituit, p quod iura positiua priora illos concernẽtia immutauit, & fecit cessare. Sic in proposito dico, φ ex quo Bonifacius Papa octauus, & item Vrbanus quintus, diu fuerunt post tpa sancti Thomæ, Vlrici, Raymundi & Iohannis, qui summam composuit Confessorum, atq; doctoꝝ eis cõtẽporaneoꝝ (nã Thomas fuit tẽpore Vrbani quarti: similiter alij iã pręfati, tũc uel paulo ante aut paꝝ post extiterunt) Idcirco ad istam quęstionẽ, An liceat aliquid tẽporale exigere à persona religionis ingressum aut professionem petente, aliter nunc respondere oportet post compilationem pręallegatæ constitutionis Vrbani Papæ, q̃ ante eam ab aliquibus respondebatur, utputa quia Vrbanus quintus qui fuit in breui, nam ei successit Gregorius XI, tam euidenter imò clarissime, omnifarie & rigorose prohibuit omnem huiusmodi exactionem, directe indirecte ue factam, siue sub ratione pretij, siue sub colore indigentiæ & sustentaculi uitę, ut constitutio illa nullam prorsus recipiat inflexionem, retorquentiam, epijkizationem seu interpretationem ad oppositũ, quemadmodũ iam luce clarius ex uerbis ipsius est demonstratum: quã etiam Vrbani constitutionem confirmauit successor eius Gregorius absq; exceptione & interpretatione. Ideo dato, φ Thomas, Vlricus, Advertendũ q̃ tpe & ordine doctores scripserũt, leges & Decretu conditas fuit.

Raymundus, Iohannes, & qui ante Vrbanum quintum fuerũt, intenderint dicere, ꝙ aliqd per modum sustentaculi uitæ exigi possit à persona recipienda seu recepta, & ꝙ hoc nõ sit simoniacũ ex sua natura, attamẽ omnia illorũ scripta & dicta cessant, atq; soluũtur per hoc ꝙ dñs apostolicus post eos determinauit & iussit oppositũ, per cuius diffinitionẽ & prohibitionẽ oĩs talis exactio, quæ ꝑ uerba doctorũ iã prędictorũ à qbusdã licita probatur ac reputatur, absolute prohibetur, imò & simoniaca esse censetur, ita ꝙ simoniaca est ad minus de iure positiuo, utputa qa prohibita. Qm̃ uero quędam sunt simoniaca quia prohibita, & illa ex sua natura non sunt simoniaca, quędã uero sunt prohibita, quia sunt simoniaca, quę scilicet ex sua natura sunt talia, ut in primo plenius scripsi libello. Deniq;, quia Bonifacius VIII. absolute prohibuit in claustris monialiũ plures recipi, q̃ de redditib. monasterij possunt cõgrue sustentari, ideo dũ ad moniales pauperes ueniũt quęcũq; ꝑsonæ pro receptione ad religionem, debent eis simpliciter respondere: Non sumus dispositę, nec habemus locũ uacantem, prouisum ad suscipiendũ uos. Nec ullam possunt facere mentionem de aliq̃ apportando. Nec dicere possunt: Libenter, si prouideritis uobis de necessarijs uitæ, nolumus uos recipere. Qualiter aũt dicere possint ac debeant absq; consciẽtiæ lęsione, in primo plenius scripsi opusculo, cui apte istũ adiungi & allegari tractatulũ posse iudico, qm̃ cõdependent, & inuicem se declarant ac fulciunt. Verũ de ista materia multo utiq; diffusius scribere possem, sed hęc pauca hac uice reor sufficere. Postremo, quia ut ait Albertus (si bñ recordor) super Iob: Duo sunt actus sapientis, unus uidelicet ueritatẽ rationabiliter comprobare: alter falsitatem efficaciter reprobare, & probat hoc ex uerbis Apostoli ad Titum, de episcopo differentis, ut potens sit exhortari in doctrina sana, ecce primum: & eos qui contradicunt arguere, ecce scdm: idcirco qui his opusculis meis cõsentire noluerit, aut contra dicere uoluerit, soluat ea quę ad probationem propositi introduxi. Nec quisquã in ista materia loquatur ex impetu passionis, nec aliud quęrat nisi manifestationem ac obseruatiã ueritatis, ne per simoniacam impietatem deus altissimus grauissime offendatur, & ne aĩæ tot hoĩm, & pręsertim religiosarũ personarum in alijs regulariter conuersantium, lamentabiliter periclitentur. Nec etiã tot hoĩes seculares scandalizentur, religiosisq; obloquantur, sed omnia mala ista uitentur, bona quoq; eis opposita procurentur. Ad laudẽ & gloriam omnipotentis qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Albertus. Tit. 1. Tim. 3.

Quod in monasterio ordinum non mendicantium, non liceat aliquam recipere in monialem & sororem, quæ cum alijs ibi antea receptis de ipsius monasterij bonis siue prouentibus absq; penuria sustentari non possit: Nec cum ingrediente huiusmodi monasteriũ, aut alio ex parte eius de aliquo temporali dãdo pacisci seu conuenire, est pro uero tenendum, prout ex præmissis satis patet. Velut præscribitur, dicendum mihi uidetur, mihi, uidelicet magistro Nicolao de Vuachenheym, sacræ theologiæ professori in studio Heidelbergeñ. in eadem legenti, iudicio meliori saluo, quod propria manu testor.

Quod in monasterio ordinum non mendicantium aliquam non liceat recipere in monialem & sororẽ, quæ cum alijs ibi antea receptis de ipsius monasterij bonis siue prouentibus absq; penuria sustentari non possit, nec cum ingrediente huiusmodi monasterium, aut alio ex parte eius de aliquo temporali dãdo cõuenire sub quacunq; forma uel colore, prout ex præmissis satis deducitur, dico iuris esse & de iure tenendum, ego Bartholomæus de Herkemeye Decretorum doctor, actu in studio Heydelbergẽsi. in iure Canonico regens & ordinarie legens. Ideo me propria manu subscripsi, saluo tamen iudicio semper meliori.

Prout suprà scriptum est, uidetur mihi Cõrado Degen de Memmingen, Decretorum doctori, ordinarie in iure Canonico in studio Heydebergeñ. legenti, de iure dicendum, saluo iudicio melius sentientium, manus propria pro sigillo.

Ita ut præscriptum ẽ, uidetur mihi Iohanni Vuildẽhertze de Fritzlaria, iuris utriusq; doctori in studio Heydelbergensi in iure Canonico ordinarie legenti, de iure dicendum & consulendum, saluo iudicio meliori, quod propria manu testor.

Vti præscriptum est, uidetur mihi Iohanni Schroder de Heydelberga, iurisutriusq; doctori in felici studio Heydelbergensi, in iure ciuili ordinarie legenti, de iure dicendum, saluo iudicio melius sentientium, qd manu testor propria.

D.Diony

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI CONTRA AMBItionem Liber unus.

PRAEFATIO.

REGES gentium dominantur eorum, & qui potestatẽ habent super eos, benefici uocantur. Vos autem nõ sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Hæc est doctrina sapientię increatæ, quæ ex ore altissimi prodijt: hoc uerbum, documentum est omnipotentis sermonis, qui à regalibus sedibus uenit. Ista plane saluberrima atq; cœlestis est instructio, quam unigenitus filius in sinu patris æterni inuariabiliter conquiescens, proprio ore deprompsit. Ipse quippe est dominus noster, legifer noster, iudex & rex noster, q̃ à summo cœlo ex corde patris in uterũ mundissimæ uirginis descẽdere, & deinde per incarnationis mysterium in terris apparere, cum hominibus cõuersari dignatus est, ut omnibus nobis ueram uiam salutis, compendiosissimũ iter redeundi ad patriam, securissimumq; antidotũ recuperandi amissam beatitudinẽ demonstraret: demonstraret in quã demõstratione prorsus efficacissima, hoc est, per uerba & opera, imò magis per opa & per uerba. Cœpit etenĩ facere & docere. Itaq; quoniã Lucifer ille qui mane oriebatur per ambitionẽ, e cœlo corruerat, protoplastus quoq; homo quadam elatione paradisum amiserat, uenit ad nos unigenitus patris propter nos ueraciter homo factus, & factis & documentis copiosissime nobis ostẽdit, nõ aliud esse iter redeundi ad paradisum, recuperandi salutem, pertingẽdi ad deum, nisi per meram humilitatem, per totius ambitionis eradicationem, per uniuersæ elationis euulsionem. Hinc equidem ipse dominus & saluator ab incarnationis exordio usq; ad spiritus sui traditionem in crucis patibulo, sanctam humilitatem pro inexpugnabili scuto elegit, assumpsit, edocuit: quatenus omnem elationem, omnem ambitionem & uanitatem penitus reprobaret, in æternum damnaret, ac suis discipulis uehemẽtissime detestandam doceret. Quapropter, q̃d magnus sanctusq; Papa Leo disseruit: Tota uictoria saluatoris, qua & diabolum uicit, & mundum redemit, humilitate concepta est & effecta. Hinc insuꝑ in cœna nouissima, quã desiderio desiderauit cum suis hĩc discipulis anteq̃ pateref, cũ facta esset inter illos adhuc carnales & imꝑfectos contẽtio, quis eorũ consisteret maior, ipse benignissimus dominus Iesus Chr̃s mox reꝑhendit atq; edocuit eos: Reges, inqens, gentiũ dominãtur eorũ. Vos aũt non sic. Gentiles nãq; nonnulli fidẽ catholicã non habẽtes, q ruinã angelorũ in cœlo, primorũ quoq; parentũ in paradiso ignorabãt, dominãdi libidinẽ nõ arbitrabanẽ esse peccatũ, nec ambitionẽ reputabãt culpabilẽ, imò pro obtinendo primatu acriter decertabãt. Nã & Romani qui inter gentiles uidebãtur uirtuosiores, pro monarchia nõ sine prægrandi suo dispẽdio infatigabiliter confligebant. Non enĩ sciebant ad quã beatitudinẽ creatũ & institutũ esset genus humanũ, & qualiter ea esset priuatũ, & quõ ad eãdem reuerti oporteat. Ideo Christus suos iussit discipulos ab illorũ secerni cõsortio, uanitate ac pnicioso errore, quatenus sicut ipse quum esset altissimus, omniũ præbuit semetipsum humilimũ, sic sui quãto maiores extiterint, tanto humiliores consistant, neq; ad præsidẽtiam aliquam ambitionis uanitate seducti aspirẽt. Vnde & in alio loco à suis interrogatus discipulis, Quis putas maior est in regno cœlorũ, respõdit: Nisi cõuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorũ. In cœna quoq; hoc ipsum ope docens, linteo se præcinxit ipse uniuersitatis creator, rex angelorũ, genibus flexis, pedes lauit apostolorũ, dixitq;: Exemplũ dedi uobis &c. Præterea, quoniã inter laqueos quibus aduersarius humanæ salutis capit insipientes, & fallit incautos, atq; inanes prosternit, insensata ambitio inuenitur præcipua, intentio huius operis est, contra execrandũ uitiũ disputare, & ipsum e cordibus ista legentium ac audientiũ omnifarie (si quod absit in eis latuerit) propulsare, inductus ad hoc assiduis diuturnisq; precibus cuiusdam uenerabilis senioris.

Luc.22. Sapiẽ.18. Isaiæ.33. Baruc.3. Actu.1. Isai.14. Gene.3. Iohan.1. Leo Papa. Matt.20. Matt.18. Luc.22. Isaiæ.14. Gen.3. Luc.22. Psal.91. Matt.11. Matt.18. Iohan.13.

Articulus I. Ambitio quid sit.

AMbitio (secundũ doctores) est inordinatꝰ appetitus honoris aut dignitatis propter honorem. Honor autem est exhibitio reuerentiæ in signum uirtutis, testimonium'ue excellentiæ alicuius. Et quoniam dignitati seu prælationi debetur atque impenditur honor, ideo appetitus inordinatus prælationis seu dignitatis propter honorem sibi annexũ, uocatur ambitio. Vnde secundo Machabæorũ libro asseritur, ꝙ Iason ambiebat summum sacerdotium. Et rursus, ꝙ Alchimꝰ satis agebat pro principatu sacerdotij sui. Insuper, inquantum exterior actus siue ornatus ad honorem ordinatur humanũ, ambitio circa ipsum talem actum & apparatum seu cultum uersatur. Idcirco in Actis legitur, ꝙ Agrippa & Berenice cum multa ambitione introierunt prætorium. Secundo quoq; Paralipomenon fertur, ꝙ Aza regem defunctum sup lectulum suum posuerunt, & cõbusserunt super eum aromata & unguenta ambitione nimia. Præterea, quum non solũ sint coram deo ambitiosi, qui honores & dignitates inordinate cupiũt adipisci, sed hi quoq;, qui in honore adepto & dignitate obtenta inaniter delectãtur, atq; immoderate amant eosdem, eisq; priuari peruerse uerentur: propterea quando ambitio dicitur inordinatus appetitus honoris seu dignitatis, sumitur appetitus extense, uidelicet non solũ pro desiderio boni futuri seu acquirendi, sed item pro affectione boni præsentis siue acquisiti. Itaq;, sicut inferioribus simplicibusq; cauendũ est, ne ad honores, dignitates, officia uane aspirent: alioquin ambitiosi redduntur, & ambitione sordescunt: sic præsidẽtibus & honoratis psonis omnino uitãdum est, ne ad honores sibi exhibitos, prælationes siue officia eis commissa inordinate afficiãtur: imò quantũ in ipsis est, parati sint eis carere, paratiores subesse ac obedire, q̃ præesse & præsidere: alioquin & ipsi ambitionis labe fœdantur, atq; diuersa illabũtur pericula & peccata, ut infrà pandetur.

2.Mac.4.
1.Mac.7
Actu.25.
2.Par.16

Articulus II. Cur ambitio sit peccatum, & qualiter homo uarijs modis in hoc uitium incidat.

QVoniam deus omnipotẽs ad supꝑius beatificam uisionem, in qua summus honor atq; incomparabilis dignitas omnium intellectualiũ consistit creaturarum, nos condidit, ideo naturale est homini honorẽ appetere. Naturaliter quoq; impressit creator sublimis rationali creaturæ honoris affectionem, quatenus ea ordinate appeteret quæ uero spiritali, recto, perpetuoq; honore cõdigna sunt, utputa adoptiuum dei filium esse, deo placere, uniri, & eo æternaliter frui, uitijs dominari, dæmonibus præualere, uniuersa carnalia atq; caduca transcendere, spiritalibus ac diuinis, cœlestibus & æternis iugiter inhærere, sicq; se totum in omni uita sua ad creatoris adorandi honorem gloriamq; referre, proximis quoq; ad hæc omnia peragenda pro posse ordinate & charitatiue prodesse & auxiliari. Verũ naturalis iste appetitus honoris, partim per originalis peccati contractionem, partim per propria & actualia peccata seu usum prauum infectus est & subuersus, ita ut præfatis bonis uere honorabilibꝰ derelictis, cupiat miser homo temporales, humanos, uanos, seductoriosq; honores, & ꝓpter hos obtinendos aut cõseruãdos uarijs se exponat periculis, diuersis laboribus, anxijs curis, imò multis & magnis peccatis. sicq; uilissimæ se addicit seruituti, quæ plane est seruitus uitiorum ac dæmonum, uero ac iusto honori summe contraria. Hinc ergo ambitio est peccatum, quia per eam homo tendit atq; afficitur ad supꝑius honorem, promotionem, famam aut dignitatem, ordine recto postposito, imò processu obliquo. Nempe quũ iuxta prædicta honor homini debeatur ratione uirtutis, sapientiæ aut excellentiæ alicuius, quicq̃d uero uirtutis & sapientiæ aut excellentiæ in homine fuerit, à deo collatum est ei, ut per ea creatori deseruiat, & ipsemet consequatur salutem, proximis quoq; pro uiribus prosit. Vnicuiq; nanq; mandauit deus de proximo suo, ut ei exemplaris consistat, & gratiam sibi concessam eidem communicet, consiliũ & auxilium fratribus suis loco & tempore opportuno impendens, prout sibi fieri cupit ab illis. Sic enim hortatur apostolorũ princeps: Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Hinc rectus exigit ordo, & uera requirit iustitia, ut de omni bono quod habuerit aut egerit homo, primo ac principaliter quærat, intendat, affectet creatoris sui honorem, honorem quoq; sibi exhibitum ad deum & eius honorificentiã finaliter referat, ad proximorũ etiam ædificationem ordinet eum. Hinc innotescit, ꝙ suum honorem nec debet nec licite potest quis in hac uita appetere siue exigere, nisi inquantũ honor suus refertur ac cedit ad diuinæ maiestatis uenerationem, siue ad ædificationẽ & utilitatẽ proximorũ suorũ. Nec de sua inhonoratione debet dolere, nisi inquantum

Gen.1.2.
Ad quid hoĩ datus a deo sit honoris appetitus.
Eccl.17.
Matt.7.
Luc.6.
1.Petr.4

tum inhonoratio sua cedit ad inhonorationem offensamq; dei, aut scandalum proximi, siue in nocumentū ac læsionem inhonorātis. Deniq;, ex his cōstat, q ambitionis peccatum potest homo incidere tribus modis: Primo, dū appetit honorari, laudari, famari de uirtute aut excellentia quam non habet, quod est prorsus uanum ac fatuum, iniustum atq; hypocritis proprium. Secundo, dum susceptus honorem non refert ad deum, sed in ipso uult honorari, quod est peruersitatis & ingratitudinis magnę. Ideo ab Apostolo increpatur & dicitur ei: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Tertio, dum honorem suum ad proximorum non refert ædificationem. Quum enī hominis honoratio fit quædam testificatio ac manifestatio suæ excellētiæ aut uirtutis aliunde sibi impensa, intantum potest sibi placere honoratio sua, in quātum per eam aliis innotescit uirtus seu eminentia sua ad profectum ipsorum & dei honorem: propter quā etiam causam debet opera bona ad quæ tenetur, publice agere, Christo dicente: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificēt patrem uestrum qui in cœlis est. Hinc item tenemur curam habere de bono nomine, atq; laudabilem famā amare, ut simus bonus odor Christi ubique. Siquidem proximis salubre tenemur exemplum, ne scandalizentur in nobis. Vnde qui negligit famam, perhibetur crudelis: quoniam alios per suam scandalizando diffamiam, eos quantum in se est, lædit aut perimit. Requirit ergo humilitas, ut quantum in nobis est, potius optemus inhonorari, diffamari, suppeditari, contemni & irrideri, quàm honorari ac reputari. Nihilominus exigit charitas ut propter dei honorem & proximorum ędificationem curemus nomen habere honestum, exemplareq; uitam, & uere honorabiles esse & apparere: imò & dū id requirit iustitia, honorari: q̄d utiq; ad supiores & p̄sidentes potissime ptinere cognoscitur.

In ambitionis peccatū trib' incidit modis.

1.Cor.4.

Matt.5.

Eccl.41.
2. Corint.2.
Matt.18.
Marci.9
Rom.14.
1.Corin.8

Articulus III. De uariis causis propter quas oēs Christifidelis, præsertim religiosus, oēm ambitionē penitus abhorrere debet ac fugere.

QVemadmodum ad ambitionem odibilem multa inclinant ac trahunt incautū, sic ab eadem multa ac plurima retrahunt & auertunt peritum. Itaq; causarū ad ambitionis fugam ac detestationem mouentiū ac inducentium quædā sumuntur ex parte ipsius ambitionis, quędā ex parte hominis, quædam ex parte dei, aliquæ uero ex parte loci huius exilii, nonnullæ autem ex parte temporis uitæ præsentis. Deniq; causæ istę oēm respiciunt Christianū. Sunt demū & alię causę speciales ad ambitionis abominationē impellentes, ad religiosos dūtaxat spectantes, quæ ex parte religiosoꝝ accipiuntur, utputa ex consideratione proprietatum ipsorum. Idcirco de omnibus his sigillatim decentiq; ordine, quantum humilitatis amator, ambitionisq; reprobator spiritus sanctus pręstiterit, nunc prosequi conabor.

Articulus IIII. Quòd ambitio ualde odienda sit ac repellenda omni Christiano, potissime autem religioso, propter ipsam eius enormitatem, fœditatem, uilitatemq; in seipsa.

QVemadmodū uirtus tanto desiderabilior, amabiliorq; consistit, quāto sublimior fuerit atq; pfectior, sic uitia tāto sint odibiliora ac fugibiliora, quāto in seipsis enormiora & neqora esse noscūtur. Hinc una gn̄alisq; ratio uitādi ac abhorrendi omne peccatū, est ipsa peccati fœditas, prauitas siue enormitas in seipso. Idcirco ad uirum ueraciter uirtuosum certum est pertinere nolle peccare, quamuis nō esset prouidētia aut iudicium dei, aut aliqua ultio culpæ. Deniq;, sancto Gregorio teste, quamuis carnalibus sit euidentior turpitudo, spiritualia tamen peccata carnalibus peccatis sunt enormiora, maiora seu grauiora, loquendo in genere, sicut superbia, inuidia & acedia grauiora censentur gula, luxuria, ira: & hoc cęteris paribus. Hinc ambitio propter propriam suam in seipsa prauitatē ac grauitatē, potius odienda & abiicienda est unicuiq; Christiano præsertim religioso, q̄ ob suam fœditatem turpitudineq; luxuria. Propterea ait scriptura: Odibilis corā deo & hoībus est supbia. itēq;, supbiā nunq̄ in tuo sensu aut in uerbo tuo dominari pmittas. Pręterea, quamuis inter superbiam & ambitionem proprie loquendo differentia assignetur (Superbia nāq; ambitione cōmunior est, & mater atq; origo ipsius) frequenter tn̄ unū pro alio sumit. Vnde Iohānes ait in I. sua canonica: Oīe q̄d est in mundo, concupiscentia carnis est, aut concupiscētia oculoꝝ, aut supbia uitæ. Augustinus hac utitur litera: Quicquid est in mundo, desideriū carnis est, & desiderium oculorum, & ambitio seculi. Atq; ibidem per ambitionem seculi, superbiam accipit. Hinc pro maxima parte ea, quæ sacra scriptura sancti que patres & doctores de superbia dicunt, de ambitione intel

Eccl.10.
Tobiæ.4

1.Iohan.2

tel

telligi queunt. Veruntamē, sicut prætactum est, proprie loquēdo duo hæc inter se distin
guuntur ita, ut ambitio uideatur esse quasi species quædam sup̄biæ. Sup̄bia quippe ꝓpri-
issime, ut apparet, est extollētia seu magnificatio sui ipsi⁹ in se, ex qua magnificatione mox
oritur appetitus ꝓpriæ laudis, humani honoris, gloriæ uanę, dignitatis seu præsidentiæ.
Porro, quàm frequēter, q̄ꝙ uehemēter scriptura diuina uitupet, prohibeat, reprobet & cō
demnet sup̄biam & ambitionē, satis est euidēs, nec opus est illud nunc comprobare. Id ta
men uigilantissime pēsandum est, ꝙ Christus ubiq; in euāgelio ambitionē, hypocrisim &
gloriam uanam tanquam prauissima germina maledictionisq; semina, sibi inuicem cohę-
Iohan.5 rentia & connexa, specialissime prosequitur, reprobat & confutat, eisq; plenos fuisse scri-
Matt.23. bas & pharisæos ac sacerdotes testatur. quare & dixit eisdem: Quomodo potestis uos cre
dere, qui gloriam abinuicem accipitis? Et rursus: Væ uobis hypocritæ, qui similes estis se
pulchris dealbatis, qui amatis primas cathedras in synagogis &c. Istud igitur omnē Chri-
stifidelem potest ac merito debet mouere & incitare ad detestationem præcordialem in-
cessantēq; fugam & implacabile odium totius ambitionis & hypocrisis, & gloriæ q̄ꝙ ina
Matt.6 nis, imò & totius elationis ac uanitatis. Infectis nanq; his uitijs multoties protestatus est
Psal.52. Christus: Receperunt mercedem suam. De quibus canit & Psalmographus: Quoniam de
Psal.4 us dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: cōfusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Et
iterum: Filij hominum usq; quo graui corde? ut quid diligitis uanitatem & quæritis men-
Iob.15 dacium? Item & Iob: Congregatio hypocritarum sterilis. Postremo, ambitiosi, hypocritę,
auidiq; humanæ laudis, sunt falsi prophetæ, de q̄bus in euangelio dominus admonet: At
Matt.7 tendite uobis à falsis prophetis, qui ueniūt ad uos in uestimētis ouium, intrinsecus autem
sunt lupi rapaces. Certe, ut ait Ambrosius, tanto detestabilior est ambitio, quanto secreti-
or: & rursus, quanto secretior, tanto incurabilior. Vulnera nanq; latentia difficilius cōstat
curari. Hinc publicani & peccatores apti, fures, raptores ac meretrices non tantum displi
cuerunt Christo, ut scribæ & pharisæi ac sacerdotes, propter eorum ambitionem, hypocri
sim, gloriamq; inanē. Nunc quoq; plus displicent creatori & abominabiliores sunt saluato
ri ficti, uersuti, palliatiq; Christiani, ambitione, hypocrisi, uana gloria deprauati, quantum
libet foris deuoti, morigerati, religiosi appareant, quàm homines manifeste defectuosi, ro
tundi, carnales: sed & multo incōuertibiliores, insanabiliores sunt illi quàm isti. Idcirco de
Iob.36.37 illis ait scriptura: simulatores & callidi prouocāt iram dei. Item, Nunquid deus exaudiet
uocem hypocritę, quum uenerit sup eum angustia, aut in omnipotente poterit delectari?
Eccl.2. Et, Væ duplici corde. Quum ergo sit tanta uitiorum istorum (pręsertim ambitionis) enor
mitas, fœditas atq; nequitia, detestemur omnifarie ea detestatione immēsa, fugiamusq; ea
incessabili fuga: quia cor ineffabiliter deturpant, mentē euertūt, naturam deo dissimilem,
uilē, ignobilē, odibilem & obliquam constituūt: quod ut clarius agnoscatur, adhuc diffu-
sius aliq̄d de ambitionis enormitate & uilitate conscribā.

Articulus V. De grauitate & uilitate ambitionis ex uerbis sanctoꝝ.

QVum omnium uitioꝝ regina, origo & mater sup̄bia dicatur & sit, tanto iniqui-
or & uilior extat ambitio, quanto sup̄biæ ꝓpinquior cognatiorq; consistit. Est
nanq; quædam sup̄bia, sup̄biæ proles, germen ac species summe uitāda, ad quā
genus humanum ex originali corruptione atq; ingenita infectione potissime
est procliue & maxime inclinatū. Propter quod tanto infatigabilius ac diligētius abomi-
nandum est & præcauendū homini, quanto ad eam inuenitur procliuior. Hinc primo de
Augustinus. Ciuitate dei loquitur Augustinus: Dominandi libido inter alia uitia generis humani mole
Ambrosius. stior erat. Ambrosius quoq; sup Lucam: Tria, inquit, docemur esse præcipua tela diaboli,
quibus ad uulnerandū mentem hominis consueuit armari: Gulæ unum, iactantiæ aliud,
ambitionis tertium. Disce ergo ambitionē prosternere ac necare, quoniam telum diaboli
est. Atq; hoc ipso pniciosior demonstratur ambitio, quo blanda quędam est conciliatricu
la dignitatū. Et sæpe quos uitia alia non delectant, quos nulla potest mouere luxuria, aua
ritia nulla subuertere, facit ambitio criminosos. Præterea, secūdum Augustini doctrinam
sup secundam sancti Iohannis canonicam: Infelix, uilis & fallax ista ambitio, est unum de
tribus generalissimis periculosissimisq; iaculis, tentamētis ac laqueis inimici, quibus innu-
merabiles fallit, capit ac perimit homines: quæ tria sunt, elatio siue ambitio, cupido & lu-
xus: quod & Saluator in euangelica pandit parabola, in qua inuitatos ad nuptias excusas-
Lucæ.14. se se asserit, uno eorum dicēte: Villam emi. qui ambitiosorū tenet figuram. Insup, sicut Cli-
Ioh. Climachus. macho attestante superbia, ita ambitio est dei negatio, dæmonumq; inuētio, despectio ho

minum, condemnationis & iudicij temerarij mater, infructificationis argumentum, effugatio adiutorij dei, amētię extasisq; seu alienationis pręcursor, lapsuum & rimarum conciliator, defectionis occasio, fons furoris, hypocrisis porta, dæmonum firmamentum, uitiorum custodia, inuiscerositatis adductio, compassionis ignorantia, exactor crudelis, luctator deo contrarius, blasphemiæ radix. His Climachi uerbis per omnia consonat, quod diuus ait Bernardus super psalmum, Qui habitat in adiuto. Ambitio (inquit) subtile malum est, secretum uirus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, uitiorum origo, criminum fomes, uirtutum ærugo, tinea sanctitatis, excæcatio cordium, ex remediis creans morbos, ex medicina gignens languorem. Quantos hæc pestis nequiter supplātatos turpiter deiecit? ut cæteri quoque quos latuit occultus iste effossor, subitam expauescerent ad ruinam. Amplius, edocente Gregorio sancto: Ambitio est apostasia quædam, quum in Ecclesiastico scriptum sit: Initium peccati hominis, apostatare à deo. Vnde & regi superbo omniq; prælato & præsidenti ambitioso dicit deus, apostata. Atque ut scribit Gregorius, unusquisque pastor toties in apostasiæ culpam dilabitur, quoties præesse hominibus delectatur. Qui rursus fatetur: Quoties hominib⁹ præesse desidero, toties deum meum præire affecto. Ecce quanta est huius nequissimi ac uenenatissimi uitij prauitas, uilitas & grauedo, contra quod beatissimi patres tam acriter sunt loquuti, tam seriosissime conscripserunt, tam exquisite & seriatim disputauerunt. O quāta est eius stoliditas, quàm densa excæcatio, quàm uilissimus animus, qui tam pestiferum crimen, tam infectiuum piaculum, tam periculosissimum semen suo cordi inserit, menti suę imponit, intra se retinet, in præcordiorum suorum amplexatur arcanis. Quum ergo ambitiosus primatum super confratres suos & proximos appetendo, non CHRISTI, sed Luciferi imitetur uestigia, imò & Antichristo assimiletur, qui super uniuersitatis dominum extolletur, recte deuot⁹ doctor Bonauentura effatur: O superbe, ò ambitiose, ò Luciferi imitator, mihi responde: Nunquid cogitas te dominum esse? An omnia esse à deo ignoras? Quum ergo de alienis bonis stultum sit gloriari, extolli & uelle laudari ac honorari, reprimatur tua insania, & de uanitate propria erubesce. Cum que propter seipsum uniuersa operatus sit dominus, eiq; soli omnis honor debeatur & gloria, nonne rapina est, furtum ac sacrilegium, honorem & gloriam soli altissimo finaliter & principaliter exhibenda, impie usurpare, pręsumptuose inuadere, & sibi in se complacere, in seipso uelle laudari, honorari aut gloriari. Præterea, sicut in institutis patrum disseruit Cassianus: Nullum est aliud uitium, quod ita oēs uirtutes exhauriat, uniuersaq; sanctitate atque iustitia hominem spoliet ac denudet, quēadmodum istud elationis ambitionisq; malum, quod tanquam generalis quidam atq; pestifer morbus non unam dūtaxat uirtutem auferre contentū est, sed totam uirtutū ac meritoꝝ congeriem letali corrumpit exitio, imò & in uirtutū fastigio collocatos, grauissimarum impulsu tentationum trucidare conatur. Vnumquodq; etenim cęterorum uitiorum unam principaliter ac specialiter impugnat uirtutem, ut gula sobrietatem, incontinentia castitatem. Hęc aūt elatio cum infelicem possederit mentē, tanq̄ sæuissimus quidam tyrannus, sublimissima capta uirtutum arce, totam uirtutum ac meritorum machinam penitus diruit atque subuertit. Itaque istis omnibus rite pensatis, ambitionem totis abominemur pręcordijs: & quantum distat ortus ab occidente, tam longe eam pellamus à nostra mente, neque infernali ista absynthio reficiamus aut inebriemus animas nostras, nec uitio tam enormi, uili ac sordido ingnemus aut perimam⁹ interiorē hoīem nr̄m, nec deo reddamur contrarij: cui quantum quis placet per humilitatem, tantū displicet ei per ambitionem.

Bernardus

Eccl.10.

Gregorius.

1. Thess.2.

Prou.16

1. Tim.1.

Articulus VI. Quàm detestabilis atque uitabilis sit ambitio, propter diuersa mala eam concomitantia & eidem annexa, ex uerbis sancti Gregorij.

Omni Christifideli conandum est, quātum status suus pmittit aut exigit, ad pacē internam, ad mētis quietē, ad libertatē ac cordis stabilitatem in deo, ad purā, amorosam & irreflexā suīpsius cōuersionem ad creatorē. Idcirco quo aliquid intēsius ab his bonis adipiscendis, conseruandis ac perficiendis impedit hominem, tāto est uehemētius abhorrendū atq; reijciendū. Inter oīa demū uitia uidet ambitio istud pcipue facere, atq; tā maxime suo subiecto nocere. Varias nāq; & graues inquietudines & anxias curas, suspiciones, fictiōes, duplicitates, reflexiones, acediā, adulationē, imò & simoniacā prauitatē parit in corde ambitio. De hoc in Moral. sup Iob copiose ac sapiēter sanct⁹ scribit Papa Gregorius. Siquidē quarto Moraliū: Oēs, inqt, qui in hoc mūdo uideri aliqd

uo-

uolunt, densis cogitationum tumultibus in corde premũtur: dumq; desideriorum turbas intra se excitant, prostratam mentem pede frequentationis misere calcant. Qui enim se tyrannidi superbiæ subijcit, dum miserȩ cor suum contra homines erigit, uitio illud substernit, honorũ sublimium infulas appetit, exaltari successibus prosperis quærit, totũq; quod esse desiderat, sibi apud semetipsum in cogitationibus depingit. Iam quasi in tribunali prȩsidet, & quasi cæteris eminens, parere sibi subiectorũ cuneos uidet. Qui igitur tot phantasmata cordi imprimit, quid aliud quàm somniũ uigilans uidet? Talis nimirum sæpe cõsentit illicitis: & mala quæ propter semetipsum nõ appetit, propter alia quæ exoptat, frequẽter committit. Nam sȩpe dum honorem suum in hoc mundo minui trepidat, ea multoties approbat, quæ conscientiæ suæ iudicio condemnat. Cumq; solicite cogitat quid patronis debeat, quid subiectis, quid sibi acquirat, quid affectibus prosit, quasi tanta turbarum frequentia premitur, quanta curarũ importunitate laceratur. At contra sancti uiri, quia hui⁹ mundi nil appetunt, nullis proculdubio in corde tumultibus comprimũtur. Omes quippe inordinatos desideriorum motus à cubili cordis manu sanctæ desiderationis eijciunt: & quia transitoria cuncta despiciunt, ex his nascentes cogitationũ insolentias nõ patiunt. Solam nanq; æternam patriam appetunt: & quia nulla huius mundi diligunt, magna mẽtis tranquillitate fruuntur. Rursus sexto Moralium loquitur: Carnalis quisq; seu ambitiosus cum transitoria appetit, desideriorũ suorum pondere se affligit. Grauis equidem labor est hanc ipsam præsentis uitæ gloriam quȩrere, quæsitam tandem acqrere, & acquisitam cum circunspectione custodire. Alibi quoq;: In amaritudine (ait) sunt corda prauorum: q̃niam ipsis suis desiderijs affliguntur: & tamen quod spontanee tolerant, propria excæcati ambitione pensare non norunt. Nam & ipsa ambitio mentem dilaniat. Ex ambitione qppe inuidia solet oriri. Difficile nanq; est ut unus alteri non inuideat, quod ipse adipisci desiderat: quoniam quicquid temporale percipitur, tanto minus fit singulis, quanto diuiditur in multis. Idcirco desiderantis mentem liuor excruciat: quia quod appetit alter, accipiens aut funditus adimit, aut à quãtitate restringit. Porro, cum deuictum cor putredo liuoris corruperit, ipsa quoq; exteriora demonstrant, quàm grauiter animũ uesania sui rancoris instigat. Color enim pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens malo accẽditur, membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor. Cũq; interius crescens abscon ditur odium, dolore cæco obtenebrat conscientiam uulnus inflictum. Nil lætum de proprijs libet: quoniam tabescentem mentem propria pœna replet, quam aliena felicitas torquet. Et quo alius altius crescit, eo inuidus profundi⁹ ruit: & quicquid boni peregit, amittit. Ideo Salomon ait: Putredo ossium inuidia. Qui ergo liuoris peste plene carere desiderat,
Prouer.14 illam hæreditatem omni ambitione reiecta desideret, quam hæredum multitudo non minuit, quæ & omnibus una est, & singulis tota. Præterea, quia ambitiosi bonis ac iustis se melioribus inuident, ideo eos uicissim persequũtur, & obloquendo diffamãt. Propter q̃d tertio Moralium dicit Gregorius: Sunt nonnulli, qui dum sibi in ecclesia uident esse quod ambiunt, hostes bonorũ fiunt: nec solum prauæ actioni se inserunt, sed etiam iustorum rectitudinem ad peruersa inflectere moliuntur. Aeterna quippe intueri negligunt, & appetitui temporaliũ mentis pusillanimitate succumbunt. His iustorũ simplicitas displicet, orta occasione ipsos perturbant, atq; ad suam eos trahere duplicitatem nituntur. In ambitiosis nanq; regnat duplicitas. De quibus I. Moralium scribit Gregorius: Nonnulli in bonis quæ faciunt, simplices non sunt, dum in his nõ solum retributionem interius, sed & fauorem quærunt exterius. Propter quod scriptũ est: Væ peccatori terram duabus uijs ingre
Eccl.2 dienti. Duabus etenim uijs terram ingreditur peccator, quando & dei est quod opere exhibet, & mundi quod per cogitationem quærit. Insuper, in ambitiosis regnat hypocrisis. Et sicut (teste Gregorio octauo Moraliũ) hypocrita, ita & ambitiosus speciem habet uiriditatis, sed fructum non habet utilitatis: sterilitateq; operis aridus permanens, solo sanctitatis colore uirescit. Cumq; attigerit culmen honoris, & honorari uiderit se à cũctis, protinus corde efficitur dissolutus: & cito perit spes eius. Deniq;, prout duodecimo Moraliũ
Iob.15 docet Gregorius: Impletur in ambitiosis atq; hypocritis, quod in Iob legitur: Sonitus terroris semper in auribus impij. & cum pax sit, ille insidias suspicatur. Quocirca docet sanctus præfatus: Nil simplici corde felicius, quia quo innocentiam circa alios exhibet, nihil est q̃d ab alijs pati formidet: nec pati suspectus est, quod se fecisse nõ meminit. Vnde & sa
Prouer.15 lomon protestatur: Secura mens quasi iuge conuiuium. Nam quasi cõtinuatio refectionis est ipsa tranquillitas securitatis. At contrà, praua & ambitiosa mens semper in laboribus

est,

est, q̄a aut conatur aliis mala inferre, aut suspicatur ac metuit ab aliis ea sibi inferri. Et quicquid cõtra proximos excogitat, hoc cõtra se à proximis excogitari formidat. Nã q̄ dolose cõtra alios agit, erga se simpliciter agi nõ credit. Hinc tribulatio terret eũ, & uallat eũ angustia sicut regẽ qui prępararẽ ad pręliũ. Ex quibus oĩbus innotescit, q̄ uere Moraliũ 24. dicat Gregorius: Numerari culpæ nequeũt, quæ habendæ p̄tãtis amore perpetrãtur. Ambitiosus nanq;, etiã in bonis quę operatur, quasi semper ad seipsum inordinate reflectitur, quia ad suos honores seu cõmoda intẽtio pu̇erse dirigitur: & opa eius q̄ exterius bona uidẽtur, tãto sunt corã deo impuriora, quãto plus ad seipsum reflexa. Nẽpe act⁹ uirtutũ tãto syncerius uirtuosi cẽsentur, quãto purius propter deũ agũtur, & q̄ magis directe ad ipsi⁹ honorem ac gloriã referũtur, absq; oĩ ꝓprij cõmodi aut honoris seu mercedis intuitu & amore.

Articulus VII. De uitijs multis & magnis ex ambitione manantibus, & de incorrigibilitate ambitiosorum.

QVemadmodũ ex desiderio impetrãdę prelatiõnis, ita ex affectu inordinato permanẽdi in ea iã acq̄sita, enormia & prorsus innũerabilia nascũtur pc̄tã. Quẽadmodũ em̃ honorẽ & prælationẽ siue officiũ cupiẽs adipisci, hinc inde blãditur & attrahit, munuscula confert, partialitatẽ inducit, fraternã correptionẽ impendere negligit, imò uicissim mala cõmendat alterius, humanã timet offensam, carnali & humano timore afficitur, uerã & syncerã nequaq̄ apprehẽdit iustitiã, aduersantibus & nõ fauẽtibus suæ promotioni clã indignatur, interdũ obloq̄tur, aliq̄n inuidet, Simoniacã prauitatẽ uarijs modis incurrit, & alia crimina incidit multa: atq; hæc oĩa desiderio præsidentiæ obtinendæ incidit & cõmittit. Sic in præsidentia constitutus, & eã amittere trepidãs, hæc & consimilia irruit mala ex timore ꝑdendi eandẽ, seu desiderio ꝑmanendi in ea. Insuper, ambitiosus sæpe proseq̄tur ac denigrare & diffamare nõ ueretur eũ quẽ uidet aut audit ad obtinendũ prẹlationẽ suã, quã ipse habet aut cupit, idoneũ: imò quidã miserrimi ambitionis caligine ita cæcantur, ut p̄sonam ad officia seu prẹlationem bene dispositã uix ad congregationẽ suã uelint recipere, seu eius receptionem pro posse impediãt, ne p̄ illũ suo priuent honore, sicq; aĩaꝝ impediẽdo salutẽ atrocissimi ac sceleratissimi spũales homicidę sunt corã deo, & fructũ passionis ac sanguinis Chr̃i impediẽtes, saluatori ingratissimi sunt, iniuriosi ac prorsus odibiles. Deniq;, isti sunt similes & forte peiores ambitiosissimis neq̄ssimisq; illis Romanis, de q̄bus in historijs ferẽ, q̄ in urbe uidentes quendã prudentẽ ac integrum uiꝝ, secreto occiderũt eundẽ ex timore & suspicione promotionis ipsius ad officia, in q̄bus ipsi tũc fuerãt cõstituti. O utinã ambitiosi perpẽderent, q̄ faciliter quis incurrat uitiũ simonię per munus à lingua, p̄ munus à manu, per munus ab obseq̄o. Quicquid nanq; quis alteri dicat, donet siue exhibeat ea intẽtione, ut p̄ illud promoueat ab illo ad prælationem, Simoniacũ iudicatur. Vnde de q̄dam abbate Cistercienfis ordinis legiẽ, quod diuinitus fuit cuidã deuotæ p̄sonę reuelatũ de illo, ꝙ Simoniace esset abbatiã adeptus: quoniã electione instãte, fratrib⁹ ipsum consulẽtibus, an uellent in domo eligere, consuluit ut unũ ex conuẽtu domus suæ eligerent: q̄m probabiliter æstimauit, ꝙ si unũ ex sua eligerẽt domo, nõ eligerẽt nisi ipsum, qui cõuentualis fuit eoꝝ. Quo cognito, abbas ille resignauit officiũ. Quid ergo de his, q̄ ꝑ ꝟba, p̄ dona siue obsequia, aut p̄ intermedias p̄sonas, aut alio q̄uis prohibito modo suã procurãt & practicant promotionẽ. Insuper, sicut ex prẹallegatis sancti Bernardi uerbis ostẽditur, ambitio est artifex doli, q̄m ambitiosus est fraudulentus, imò artificiose siue subtiliter excogitat uias dolosas, quibus adipiscatur intentũ, aliũq; impediat, deprimat, aut de sua statione extrudat. Est itẽ ambitio mater hypocrisis, quia ambitiosus ut cupitũ queat sortiri honorem, fingit se honorem ipsum respuere: nequiter quoq; humiliat se ut exaltet, seruit ut dñetur: uirtuosum se simulat, ut dignus prælatione putetur. Scit em̃ se optata promotione frustrari, si deprehẽsa & cognita fuerit sua ambitio, & itẽ ꝙ honor sequitur fugientẽ. Hinc super Lucã sanctus ait Ambrosius: Gratiã habet forensem domesticũ periculũ, puta ambitio: & ut dñetur alijs, pri⁹ seruit: curuatur obsequio, ut honore donetur: & dum uult esse sublimior, fit remissior. Hinc quoq; in epistola ad episcopos Aq̄taniæ scribit electus dei Bernardus: Ambitio mater hypocrisis, latebras amat ac tenebras, & lucis impatiẽs est. Nã cũ prorũpit in impudẽtiam, efficaciã perdit. Cũ improbus se pandit affectus, perit effectus. Ambitio spurcũ est uitiũ, atq; in imo latet: uidet tñ omne sublime, sed uideri refugit ipsa. Nec miꝝ. Optata nanq; necesse est careat, nisi caueat arbitros. Quo em̃ gloria plus affectat, eo minus apprehendit, ubi dep̄hen ditur affectari. Quid em̃ tã ingloriũ, q̄ glorię cupidũ deprehẽdi? Inclyt⁹ erit ambitiosus, q̄ diu in nocte uersabitur,

tur, & donec turpis lucri negotium perambulat in tenebris, poterit hypocrita iustus sanctusq; uideri. Hinc etiã Seneca protestatur: Sũt plures q honores & dignitates uerbis cõtemnunt: sed quæ uerbis despiciũt, clam furãtur. Pręterea, oĩa ista breuiter tangit scriptura, dicẽdo: Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Prætacta autem de simulatione & occultatione ambitionis pręcipue uera sunt apud eos, inter quos aliqua uiget religio & obseruantia regularis, probitas uitæ ac uirtutũ honestas. Cæterũ quidam ita corrupti sunt mente, ita uanitate & ambitione infecti ac uicti, ut de ipsa ambitione nõ erubescant, quoniam omnes ea cõmuniter sordent, propter quod eius fœtor nõ sentit nec fugit. Ideo libro de Cõsideratione dicit Bernard9: Plena est ambitionis ecclesia. Nõ est qd iã horreat in studijs & molitionib9 suis, nõ plus q̃ spelũca latronũ in spolijs uiatorũ. Tãta est impudẽtia nõnullorũ, ut cũ nõ manifestę ambitionis prurigine scateat tota facies, causę eorũ nõ erubescãt audientiã flagitari, publicãtes semetipsos ad multorũ cõsciẽtias, in q̃ uel suę soli9 satis poterãt cõfundi iudicio. Hinc nũc p episcopatibus, archidiaconatib9 ppositurís & alijs ecclesiasticis dignitatib9 impudẽter ac publice litigat, laborat, insistitur. Pręterea, de uitiosis ambitionis effectibus rursus III. de Cõsideratione illuminatissim9 scribit Bernard9: Dũ q̃q; quæ nr̃a sunt quærimus, pprios honores ambimus, fit ut inuicẽ inuidẽtes, inuicẽ puocantes, exerceamur ad odia, animemur ad iniurias, armemur ad lites, cauillemus ad dolos, feramur ad detractiones, prorũpamus ad maledicta, opprimamur à fortioribus, opprimamus infirmiores. Cũq; hęc uitia & germina ista detestãdæ ambitionis sint in seipsis amarissima, mentẽ dilaniãtia, instarq; uermis indesinẽter corrodentia atq; torquentia, recte iterum ait gloriosus Bernardus: O ambitio ambientiũ crux, q̃modo omes torquẽs omnibus places? Nil acerbius cruciat, nil molestius inqetat, nil tñ apud miseros mortales celebrius negotijs eius. Insup, qualiter parẽs seu mater inuidiæ extat ambitio, q̃modo itẽ sit uitiorum origo, cum tot pessima mala oriãtur ex ea, & criminum fomes, uirtutũ ærugo, sanctitatisq; tinea, satis reor ex præinductis patere. Quemadmodũ eñ tam multa & enormia ex ipsa causantur pctã, sic ipsa interius fouet, seruat, uigere, feruere & crescere facit ea, uirtutes q̃q; exterminat: & sicut tinea uestimẽto, sic ipsa nociua est sanctitati: imò quantũcunq; qs in sanctitate excreuerit, si huic pestifero uitio ac pestilẽtissimo morbo in se cœperit dare locũ, paulatim ut tinea sanctitatẽ eius cõsumet, atq; ab oĩ uirtutũ arce deponet. Postremo, ambitio dicitur ex remedijs parere morbos, & ex medicina gñare languorem: q̃niam correptionẽ charitatiuam & correctionẽ iustam, quibus cætera curantur peccata, abhorret: imò ex eis ambitiosus deterior redditur, magis exasperatur, insolentius aduersat, grauiter indignat, obdurescit, furit ac detrahit. Hinc 8. Moraliũ beatus ait Gregorius: Sicut carectũ acutis surgens angulis, manu nõ carpitur, ita exaspatus per arrogantiã sensibus, hypocrita seu ambitiosus corripi dedignat: imò si quis eũ corripere audet, aspitate sua ptinus corripiẽtis uitã dilacerat. Et qm̃ dum corripit, quasi in ipso oĩs gloria detrũcatur, dephensum se in prauitate irascitur, & loqui sibi redarguẽtem prohibet, quoniã uelut in occulto uulnere tact9 dolet. Qualis impitis innotuit, talis uult ab oibus reputari, & paratior est mori q̃ corripi. Redargutione deterior redditur, quasi diræ percussionis iaculũ æstimat ueritatis synceritatisq; uerbũ. Vnde exaspatus ptinus in cõtumelias surgit, quæ mala exaggeret, cõtra uitã correptoris inqrit, demõstrare illũ incõparabilit magis reũ desiderat, ut innocẽtẽ se nõ suis actib9, sed alienis criminib9 pbet, ita ut sępe uir bon9 aliqd rñsionis dixisse se doleat. Vnde recte p Salomonẽ monet: Noli arguere derisorẽ ne oderit te. Neq; eñ iusto timendum est ne derisor cũ corripit, sibi cõtumelias inferat, sed ne tract9 ad odium peior fiat. Talis demum (sicut XI. Moraliũ docet Gregorius) omẽ qd rectũ dicit, dedecus suæ irrisionis suspicatur: quia cum uera uox auribus prauorum se admouet, memoriam eorũ culpa mordet: & per hoc quod generaliter cõtra peruersos dicitur, se impeti specialiter arbitratur: & qd egisse intus se meminit, hoc foras audire erubescit. Vnde mox ad defensionem sui se præparat, ut reatus sui uerecũdiam per uerba prauæ refutationis tegat. Quemadmodum eñ iusti correptionem suæ culpæ charitatis ministeriũ uindicant, sic puersi hoc cõtumeliam irrisionis existimant. Illi se protinus ad obedientiam sternũt, isti ad suę defensionis insaniam eriguntur. Illi correptionis beneficium uitæ suæ patrocinium deputant, p qd dũ præsens culpa corripit, uenturi ira iudicis temperat: isti cũ se impeti redargutione cõspiciunt, percussionis gladiũ credũt: quia dum per correptionis uocẽ eius culpa detegit, præsentis uitæ gloria pditur. Et fit plerũq;, ut dum supbus correpta in se mala defendere nequit, ex uerecũdia peior fiat, & corripientẽ false accuset. Ecce ex introductis elucescit infinita fugibi-

Marginalia: Seneca. — Eccl. 19 — Bernardus — Galat. 6. — Bernardus — Gregorius. — Prouer. 9.

bilitas,odibilitas,enormitas,temeritas ambitiõis:ideo oĩs fidelis,oĩs ueracit sapiẽs, oĩsq; timorat⁹ eã in infinitũ abhorreat,incessabiliter uitet,iugiter aspnet,implacabiliter psequat.

Articulus VIII. De rationibus ex parte hominum sumptis,propter quas summe uitanda & odienda est omnis ambitio.

QVicũq; seipsum sapiẽter atq; profunde considerat, oẽm mox ambitionẽ abhorret,honorari ueretur,præsidere formidat,humiliari conatur. Primo itaq; prælationẽ & dignitatem debet homo refugere & horrere ex consideratione propriæ defectuositatis,fragilitatis & insufficiẽtię suæ,quę talis ac tãta est, ꝙ nõ solũ insufficiens impotẽsq; est gubernare,custodire & saluare seipsum,sed nec aliquid boni cogitare aut agere ualet ex se,imò in cunctis indiget incessanter ope & gr̃a actualiq; motione spũssancti. Qui ergo seipsum non ualet dirigere & curare,custodire & gubernare, confortare & ad profectum uirtutũ perducere,qua fronte & præsumptione,qua temeritate & ambitione ad aliorum aspirat ducatum,ad regimen animaꝶ,ad dirigẽdum,curandum,custodiendũ,roborandum,conseruãdumq; alios? Secundo,ad idem mouere & excitare quemlibet debet consideratio incertitudinis proprij status:quia dum peregrinamur in seculo isto,ignoramus an digni simus amore an odio:hoc ẽ,an simus in charitate & gratia,sine quibus nullus ad prælationem est dignus & efficax. Idcirco non solum ambitiosum,sed etiam præsumptuosum censetur ad præsidentiam aspirare,ad aliorum gubernationem seipsum ingerere,ad animarum se curam pręcipitare. Tertio ualet ad hoc consideratio propriæ imperfectionis. Nam dato ꝙ aliquis probabiliter aut certitudinaliter sciat se esse in charitate & gratia,non tamen continuo reputare potest aut debet ad alioꝶ præsidentiam se esse idoneum & condignum:quoniam ad prælatum non solum exigitur quicunq; gradus charitatis & gratiæ,sapientiæ & iustitiæ,fortitudinis,mansuetudinis,humilitatis,pietatis ac continentię,aliarum quoq; uirtutum,sed & magna prorsus perfectio in omnibus istis,exercitatio grandis,experientia longa,humilitas solidata,charitas feruens, discretio ingens,iustitia stabilis,tanta demum plenitudo gratiæ ac uirtutum,tanta supernæ illuminationis exuberantia,tanta reformatio passionum,ut is qui præest,sine personarum acceptione regat,corripiat,corrigatq; subiectos,& absq; sui ipsius læsione ac perturbatione ipsorum mederi queat uulneribus,passiones eorum curare,tẽtationibus ipsorum cõsulere,suaq; bonitate,sapiẽtia,humilitate,mãsuetudine,constãtia,pfectione illoꝶ prauitatẽ,insipiẽtiam,elationẽ,irã,instabilitatẽ,impfectionẽ,infirmitatem ualeat tolerare,reformare ac uincere:& qcquid sibi inferatur ab eis,ab ipsoꝶ charitate ac cura nullaten⁹ refrigescat,atq; de plenitudine supnoꝶ charismatũ sibi desup distributa,subditis possit influere,cõmunicare,cõferre,purgãdo,illuminando,pficiendo eosdẽ. Cũ ergo hæc oĩa multaq; alia ad idoneã pastoralis officij executionẽ sint reqsita,qs seipsum rite considerãs,& impfectũ suũ inspiciẽs,poterit ad pręsidentiã aspirare,& nõ potius in infinitum se humiliabit, renitetur,abhorrebit:dicetq;:Non sum medic⁹ & nõ est in domo mea panis. Nolite me cõstituere principẽ populi. Et cũ Salomone fatebitur:Stultissim⁹ sum uirorũ. Quarto ualet ad idẽ consideratio difficultatis bene regẽdi ac præsidẽdi:quia ut ait Gregorius,ars artiũ est regimẽ animaꝶ. Oportet etenĩ scire prælatũ,qualiter unicuiq; subditoꝶ secundũ exigentiã passionũ & uulneꝶ,tentationũ & dispositionũ aĩæ suæ puideat,auxilietur ac medeatur:qualiter instruat,corripiat,corrigat,pietatẽ & æquitatẽ cũ discretione exerceat & impẽdat,ad qđ magna prsus discretio atq; pitia exigũtur. Quinto ualet ad hoc,cõsiderare quãta sint in præsidẽdo picula,& q̃ multi in platione penitus defecerũt,q ante satis boni fuerũt. Sexto ualet ad idẽ,cõsiderare q̃ uehemẽter multi sanctoꝶ cũ essent oĩni sapiẽtia atq; uirtute ornati ac solidati,plationẽ abhorruerũt ac diffugerũt. Quid ergo nos pusillos q proprijs & q̃tidianis adhuc passionibus uitijsq; sordemus,oportet pagere,qñ in hoc cõsistit pfect⁹,ut q̃tidie humiliores efficiamur, & alios nobis meliores ac magis illuminatos synceriter fateamur,nõ ut eis nos in donis gr̃æ pferamus. Septimo ualet ad idẽ cõsideratio ppriæ cõditionis seu pprij meriti atq; demeriti,utputa ꝙ eo ipso q̃ quis ad pręlationem aspirat,seipsumq; ingerit,prorsus indign⁹ oĩni diuina directione ac ope spũssancti efficit. ꝙ itẽ tã prauũ principiũ,exitũ sortietur peiorẽq; etiã p hoc ipsum proximos qbus pręfici cupit,grãdi exponit peccãdi ac pereũdi piculo. Octauo ualet ad hoc,cõsiderare quãta cõsecuta sint & indesinẽter sequãtur mala ex ambitiosoꝶ pręlatione,ex qũ infelicissima damnabilissimaq; pręsidẽtia tot milia pierũt ac peunt,& tota ecclesia ad tantã deuenit ruinã.

Ecclē.9.
Isaiæ.3.
Prouer.30.

Articulus IX. Confirmatio prædictorum ex uerbis sanctorum patrum.

GLoriosus doctor Hieronymus ait in Regula sua: Felices & magis securi sunt qui subsunt illis qui præsunt, & quibus ministratur quàm qui ministrant: & tamen superba mens hominum periculorum improuida, semper maiorum dignitatum cupit ascensum: & non nisi post factum terretur ex descensu, qui tanto est durior, quanto ascensus est altior. Sed forte descensum rarum existimatis. Sed firmissime experientijs doctus non paucis dico, quòd raro per gradus dignitatum ascendit homo, quin multo grauius descendat. Denique, ad hoc probandum refert sanctus Hieronymus quoddam exemplum de iuuene quodam sancto, ad episcopatum electo: qui accersito patruo suo uiro sancto, prophetico spiritu pleno ac heremita, petijt ab eodem consilium. Cui ille non uerbis, sed facto respondit, iubens nepoti ut super discum quadratum alte erectum seipsum reuolueret. Itaque iuuenis iste electioni renuntiauit: & paulopost feliciter mórtuus, hilaris & iucundus suo apparuit patruo: Gratias, inquiens, tibi refero pater, ex dissuasione episcopatus. Nam scito quòd nunc essem de numero damnatorum, si fuissem de numero episcoporum. Insuper, sanctus Gregorius Nazanzenus disseruit: Re- uera mihi uidetur esse ars artium & disciplina disciplinarum regere homines, qui inter omnia animantia sunt maxime moribus uarij, & uoluntate diuersi. quibus consonat quod beatus Papa Gregorius in Pastorali conscribit: Nulla ars doceri præsumatur, nisi prius intenta meditatione discatur, Ab imperitis ergo pastorale officium qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum? Quis enim cordiũ uulnera occultiora esse nesciat uulneribus corporum? Et tamen sæpe indigni & imperiti, animarum se medicos profiteri non metuunt, qui dum per speciem regiminis gloriam affectant honoris, & cæteros transcendere concupiscunt, pastoralis officij debitum exercere tanto plus nequeunt, quanto ad hoc ipsum humilitatis magisterium ex elatione peruenerunt. De quibus

Osee.4 loquitur dominus: Ipsi regnauerunt, & non ex me. Ex se nanq;, & nõ ex deo regnant, qui diuinitus non uocati, sed cupidine sua accensi, culmen honoris usurpant magis quàm asse-

Chrysostomus. quuntur. Præterea super epistolam ad Hebræos sanctus ait Chrysostomus: O quantum periculum, quod dicamus infelicibus illis & miseris, qui semetipsos ad alios regendos præcipitant, & se in tantorum suppliciorum iactant abyssum. Onerosam nanque pro omnibus tibi subiectis redditurus es rationem, & tanto igni tuum subijcis caput. Mirum si aliquis rectorum potest saluari. Post tantam nanque comminationem quam negligentiæ uidemus esse illatam, uideo aliquos etiam concurrere & præcipitare semetipsos tantę moli, tantæ difficultati regiminis. Si enim qui necessitate compelluntur præesse, nullum poterunt habere refugium, neque ullam excusationem reperient, quando res male tractauerint, & quando administrationem suam gesserint negligenter. nam & Aaron necessitate tractus est, & tamen in periculum uenit. Et Moyses pericula sæpe sustinuit, qui regimen illud sæ-

1. Reg.15. pe recusauerat. Et Saul postquam recusauit, pericula incidit: quoniam male sui regiminis administrauit officium. Quanto ergo amplius, qui cum studio & ambitione petunt principatus & seipsos præcipitant, seuerius punientur? Huiusmodi enim homo multo amplius sibi ueniæ locum claudit. Oportet ergo timere & tremere propter conscientiam & propter molem & magnitudinem curę: & neque dum ad principatum trahitur, immoderantius recusare: neque dum non trahitur quisquam, semetipsum præcipitare. Sed considerantes tantæ dignitatis amplitudinem, oportet effugere: comprehensos autem obsequium & reuerentiam oportet ostendere Insuper, sanctus ait Bernardus: Nemo hunc sibi su-

Hebræ.5 Iohan.10 mat honorem, sed qui uocatus fuerit à deo tanquam Aaron. Per eum nempe si quis introierit, saluabitur: si autem ascenderit aliunde, fur plane est & latro. Et rursus: Considero (inquit) gradum, & uereor casum: considero fastigium dignitatis, intueor quoque abyssum deorsum iacentis: Attendo celsitudinem honoris, & e uicino reformido periculum. Item, Væ (inquit) uobis, qui clauem tollitis non scientiæ solum, sed etiam autoritatis. Nec ipsi introitis, & multipliciter impeditis quos introducere debuistis. Tollitis enim,

Osee.8 non accipitis claues, de quibus dominus conqueritur per Osee prophetam: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui eos. Vnde tantus ardor prælationis? Vnde ambitionis impudentia tanta? Vnde tanta uæsania præsumptionis? Audet'ne aliquis uestrum terreni cuiuslibet reguli, eo non præcipiente aut etiam inhibente, occupare ministeria? præripere beneficia, negotia dispensare? Nec tu putes deum approbare, quæ à uasis iræ aptis in interitum sustinet. Vtinam tamen tam fideliter ministrarent, quàm fideliter se ingesserunt. Sed impossibile est ut ex amara radice am-

ambitionis, fructus prodeat charitatis. Væ ministris infidelibus, qui nondum deo recōciliati, reconciliationis alienę negotia, quasi homines qui iustitiam fecerint, apprehendunt. Væ filijs iræ, qui se ministros gratię profitentur. Vę filijs irę, qui pacificorū gradus ac noīa sibi usurpare non uerentur. Vę filijs iræ, qui fideles se mediatores pacis, ut peccata populi comedāt, mentiūtur. Væ his, qui ambulantes in carne deo placere non possunt, & tamē eū placare uelle præsumūt: pecuniam, non iustitiam concupiscunt, insatiabiliter esuriunt dignitates, humanam sitiunt gloriam. Postremo, ex prauitate, carnalitate & negligentia ambitiosorū prælatorū omnia oriunt̄ mala ecclesiæ, dicente S. Bernardo: Inde est ꝙ illa, uide licet Chri sponsa ecclesia, paup & inops ac nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida & exanguis. Propterea non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare: non custodire, sed perdere: non instruere, sed prostituere: non pascere, sed mactare & deuorare, dicente de illis dn̄o: Qui deuorāt plebē meam ut cibum panis. Osee.4 Iohan.10 Psal.13. Psalm 52

Articulus X. De rationibus detestandi ac repellendi omnem ambitionis insaniam, sumptis ex parte dei

Qvum ad omnipotentiam ac sapiētiam creatoris pertineat, regere quod creauit, & ei specialis sit cura ac prouidētia hominū, derogat autoritati ac sapiētiæ dei, qui non uocatus ab ipso audet se intromittere de regimine creaturarū suarum, præsertim rationaliū. Ad ipsum nanq; spectat disponere, qui quibus debeant ꝑsidere: sicut ad regē terrenū ꝑtinet ordinare ꝑtātis suæ uicarios & inferiores in suo regno rectores, faceretq; iniuriam regi, qui ab alio q̄ ab ipso aut sine eius consensu & dispositione in suo regno niteretur præesse. Sic & deo facit iniuriam, qui ab alio q̄ ab ipso aut cōtra dispositionem ipsius præsidentiam quærit. Vnde & scriptum est: Noli quærere ab homine ducatum, neq; à rege cathedrā honoris. Prꝫterea, quoniam deus tantum dilexit genus humanum, quòd pro eius salute dedit ac misit unigenitum filium suum, & ipse unicus dei filius tanti nos ęstimauit, ꝙ pro nostra salute incarnari atq; in mūdo hoc inter hoīes cōuersari ac mori dignatus est, grandē infert cōtumeliam patri ac filio, qui proximorū salutem sic paruipendit, & sanguine Chri redēptos tantis exponit piculis, ut ad illorū prælationem ac regimē seipsum insufficientē & indignū, utputa ambitiosum, ꝑsumptuosum ac uanū ingerere audeat. Insup, quum diuina iustitia à prælatis rationē pro subditis exigat, & qcqd minus debito in subiectis inuenerit, præsidentibus nisi quod in ipsis est fecerint, imputet, atq; durissimū se esse facturū in prælatis iudiciū comminetur, nonne infinitæ extat uesaniæ, postposito & abiecto dei timore, oblito iudicij diuini rigore, abiecta consideratione ęterni supplicij, ad præsidentiam aspirare? ad prælationem se sponte offerre, ne dicam præcipitare atq; ingerere, siue in ea uano affectu uelle persistere? Iccirco de ambitiosorū uanitate & cæcitate sanctus admirans Bernardus, exclamat: Quę est ista temeritas? quę horū insania? ubi timor dei? ubi memoria futuri iudicij, ubi metus gehennę? O iudiciorū dei abyssus multa. O terribilis deus in cōsilijs sup filios hominū. Prꝫterea, quoniam deus in scripturis tā copiose oēm nobis ambitionē dissuasit, irreuerētiam facimus ei, ꝙ nō obstātibus illis contrariū agimus. Postremo, qm̄ dn̄s & saluator, deus & iudex noster, unigenitus pr̄is in omni conuersatione sua in seculo isto exēplis & uerbis edocuit & præcepit, ut in uera humilitate, contempta omni elatione, ei deseruiamus: & ipse in uita hac in summa humilitate & pauptate ac obediētia uixit, debemus eū in hoc iugiter imitari, nō insolescere & ambire, non extolli aut superbire: quoniam non est seruus maior domino suo, qui quū quæreretur à populo ut fieret rex, fugit in montem. Eccl.7 Bernardus Psal.35.85. Isai.53. Iohan.1. Matt.11 Zachar.9 Iohan.13.6.

Articulus XI. De causis fugiendi ambitionem ex parte loci q̄ degimus.

Locus huius nostri incolatus carcer atq; exiliū appellatur, terra peregrinationis, uallisq; lachrymarum, campus certaminis & laboris, locus tentationis, incessabilisq; militię contra hostes nostrę salutis, locus laqueis ac periculis ita repletus, ut plurimi pereant, pauci euadant. In quem utiq; locū propter originale peccatum proiectum & detrusum est genus humanū. Hic igitur locus exigit, nos humiliationi & cōpunctioni, nō exaltationi & uanitati studere: cōtritioni, non ambitioni operā dare: lachrymis & pœnitētię actibus, nō dissolutioni, tꝑali honori aut laudi humanę totis esse pręcordiis intētos, ut cū propheta dicamus ex aīo: Renuit consolari aīa mea. &, Fuerūt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte. &, Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est. Itemq;, Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. &, Diē hominis nō concupiui, neq; cū his qui ambulant in uanitate, me participē præbui. Non transmigremus in Psal.76.41. Psal.119.17. Tob.3

montem pestiferum, procellosum & caliginosum, montē ambitionis, in q̄ consistit aīæ mors, mentis inquietudo, excæcatio cordis, à quo in profunda corruit Acherōtis: qm̄ qui se exaltat, humiliabitur. Hinc nanq; in euangelio dn̄s protestatur: Væ uobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. &, Væ uobis diuitibus, q habetis consolationem uestram. & denuo, Beati (inquit) qui lugent, qm̄ ipsi consolabunt. Idcirco in libro de cōpunctione sic sanctus ait Chrysostomus: Lugendū est, & uere lugendū præsentis uitę tēpus, in quo tantam malorum labem, tanta uidemus quotidie flagitia cumulari: quæ si uelis cōsiderare per singula, nunq̄ poteris à lachrymis temperare. Basilius quoq; in Regula sua: Non est (inqt) in hoc loco ridendum, in quo tam grauiter ac multipliciter deus indefinēter offenditur, atq; tot milia animarum, pro quarum salute fusus est sanguis Christi, quotidie pereūt. Præterea si qs in aliena prouincia quærit primatū ac pręsidentię thronū, ostendit se non esse uiatorem ac peregrinū, sed ciuem & incolā uelle ibidem consistere. Sic plane qui in seculo isto & terra hac appetit principatū, & quærit præesse, pādit se nō ueraciter peregrinū ac uiatorem in ea: & per cōsequens, nec ad cœlestē tendere patriā, sed amatorem ac filiū esse seculi huius. Nec ueret neq; ppendit q̄d sanctus ait Iacobus apostolus: Quicūq; uoluerit amicus esse seculi hui⁹, inimicus dei constituet. nec implet q̄d hortat discipulus quē diligebat Iesus: Nolite (inquiens) diligere mundū, neq; ea quæ in mundo sunt. Talis nāq; appetit sciri, uult uideri atq; in seculo aliquid apparere: imò & cæteris pręeminere, nō attēdens peccata sua innumera. Prętereа, cū locus iste quo degimus, sit locus assiduæ afflictionis cōtra inuisibiles hostes, contra uitia & seculi uanitates, q ambitioni dat locum, fatetur se uictum: & qui cupit pręesse, grauioribus se exponit periculis, & atrocioribus multiplicioribusq; impugnationibus ac tētationibus præbet seipsum debilē & inermē, aut nō satis armatū: hoc est, uirtutibus non sufficiēter munitū: imò fundamento uirtutū, puta humilitate, nō satis firmatum. Propterea in prælatione, si eā sortiatur, grauissime uulnerat, facilime superat atq; durissime condēnatur. Quemadmodū equidē in exteriori & corporali cōflictu aduersarij in regē seu principē maxime irruūt, & eius deiectionē præcipue moliūtur & optāt, ita in spirituali congressu inuisibiles hostes sup eos qui in ptāte sunt constituti, crudelius ruunt, eorumq; interitum subtilius machinātur: quia ex eorum ruina maiora se gaudent cōsequi spolia, deiectionē uidelicet subditorū: quoniā dum rector per abrupta progredit, grex in pręcipitium sequens illum dilabitur. Hinc in Ecclesiastico dicitur: Noli quærere fieri iudex, nisi uirtute ualeas irrumpere iniquitates. Sanctus quoq; fatetur Gregorius: Omnis qui aliis præsidet, iaculis inimici latius patet. Qui igitur de ambitione tentatur, contra propriam uanitatem, temeritatem atq; elationem primitus prælietur. Audiat quoque Hieronymū consulentem: Caue honores quos sine culpa tenere non potes. Aduertat quoque quod in Pastorali ait Gregorius: Virtutibus pollens, inuitus & coactus ad regimē animarum accedat. Si itaq; talis accedere debet inuitus & coactus, q̄d de illo qui adhuc uitijs ac passionibus sordet, & ipsam ambitionis stultitiam non prostrauit? Certe nequaquam debet accedere: quòd si accesserit, non mediocriter sibi ac populo erit damnosum. quia ut Salomon loqtur: Regnantibus impijs, ruinæ populi.

Lucæ 14. 18 Luc. 6. Eodem Matt. 5. Chrysostomus. Basilius. Iaco. 4 Iohan 19 1. Iohan. 2 Eccl. 7. Prouerb. 28.

Articulus XII. De rationibus aspnādi ambitionē, sumptis ex parte tēporis uitæ pſentis.

QVum tanta res sit nostræ salutis negotium, ut sapientissimus Paulus hortetur, Cum metu, timore & tremore uestram salutem operamini, cōstat q; quāto pluribus præest prælatus, tāto in omni uita sua oporteat eū esse magis solicitū, custoditū, timoratum ac tremebūdum. Qui igitur cupit aut tenet, seu amat prælationem, ut ampli⁹ honoret, liberius uiuat, iucundiorē & irrefrenatiorē habeat uitā, prorsus insanit, & omi sapiētia est priuatus. Insup, insipiētię eius nō est finis, eo q; ppter tā breuissimę ac certissimæ durationē suę pręsidentię usum, imò abusum, honores, cōplacētias, libertates tam rigoroso dei iudicio se exponat, tā intolerabilia sibi thesaurizet supplicia, atq; seipsum ac alios tantę pditioni immergat. Ipse etenim tot mortibus, tot infernalib⁹ fit dignus tormentis, quātis inefficaciter præsidet, quātis obicē ponit salutis, quātos secū pditioni inuoluit. Quid tibi ò excæcate & miser dulcescunt honores, cōplacent libertates, delectāt primatus tā incerti & breues, qbus tam æternalē, tā intolerabilē, tāq; multiplicem tibi promereris, accumulas, ac cito recipies maledictionem, condemnationem ac pœnam? Quid tibi mox proderit elatio & honorificentia tua? & potestatis iactantia quid conferet tibi? Nonne potentes potenter tormenta patiētur, & fortioribus fortior imminet cruciatus? Exiguo nāq; cōceditur misericordia. Ambitiosis uero quāto plus suā sequuti sunt uo

Philip. 2. Sapiē. 5. 6 Ibidem.

impietatem, uanitatem & libertatem seu propriā uoluntatē, quāto magis impune nunc peccāt atq; humana euadūt iudicia, eo plus paulo pòst æternaliter artabunt, deprimentur, recludentur, tantoq; grauius punientur non tm̄ pro suis, sed pro subditorum quoq; pctis. Deniq; si inanis & stultus est quicūq; uiator in seculo isto, qui propter huius tā breuis incerteq; uitæ delicias, diuitias & honores, æterna se priuat felicitate, atq; pœnis addicit perpetuis, q̄ ineffabiliter insipientior cōprobatur ambitiosus, qui propter breuissimi principatus oblectamentū, famam, honorem, aut quodcunq; emolimentum tam multiplicatis & importabilissimis se ingerit ærumnis, incendijs & tormentis carceris infernalis. Heu q̄ dire ac miserabiliter obtenebrat mentem ambitio, ut nec sua nec aliorum aduertat pericula: Nōne ueraciter ait scriptura: Omnis potētatus breuis uita. Sic & rex hodie est, & cras morietur. O quàm inæstimabiliter iudex cœlestis Christus dominus irascetur ambitiosis prælatis, per quorum uanitatem & impietatem amisit tot animas à se tam pretiose redēptas. Postremo, cum tempus præsentis uitæ sit pœnitentiæ tempus, in quo oportet carnem cum concupiscentijs suis crucifigere, artam uiam incedere, mala præterita, quotidiana quoq; uitia deplorare, & seipsum in omnibus coram altissimo exinanire, uilipendere & domare, sicq; pœnitentiæ actibus immorari. Tempore suo in superbiam infelix abutitur, qui ambitioni in se locum largitur, qui honorari conatur, qui ad sua afficitur commoda, & sibi tam grauiter auget demerita. Quàm inuanum accepit hic animam suam, nec ad cœlestem proficiscitur patriam, imò ad infernalem accelerat foueam. Ideo in hoꝶ actuū exercitio expendamus indesinenter tempus hoc nostrum, propter quos concessum est nobis: & qm̄ ignoramus diē & horam: sic quemlibet expendamus diem quasi sit ultimus dies noster, nec ulli unquam uanitati in nobis locum præstemus, quia ut recte fatetur sanctus Bernardus: In ambitione est consolatio friuola, graue iudiciū, usus breuis, finis ignotus: propter q̄d scd̄m eundē, ambitionis uermē fouet in aīo pctōris alienatio mētis atq; obliuio ueritatis, quæ cū irradiauerit & splēduerit cordi, intelligit & ppēdit q̄ fallax, uilis, uitiosa & cōdēnanda sit ipsa ambitio.

Gal. 5 — Matth. 25

Articulus XIII. De uarijs rationibus propter quas ambitio specialissime ac uehementissime religioso omni est abhorrenda, ex doctrina S. Dionysii.

VT clarius innotescat q̄ summe & pręcordialissime oporteat omnem religiosum prorsus odire, horrere, abijcere uniuersā ambitiōis & uanę glię atq; hypocrisis uanitatē, fatuitatē ac labem, necesse est doctrina diuini ac magni Dionysii libro de Hierarchia ecclesiastica elucescit. Non est officium monachi, alioꝶ curā, prælationem seu animarum habere gubernationem, sed suipsius solicitū & uni uidelicet deo & sibi soli esse intentum, deum pure colendo, atq; seipsum iugiter in cordis puritate seruādo. Rursus, oportet monachum à carnalibus desiderijs penitus abstinere, & suā post Christum crucem portare corpus proprium castigando, uoluntatesq; proprias mortificando. Insuper, cōuersatio monachi debet esse mūda, nuda, non ficta, ut uera simplicitas sit in corde, nec exteriori compositione simulet se habere quod sibi non inest, sed synceriter ac directe tendat ac erigatur ad deū. Debet quoq; solis necessarijs esse contentus, & omnia curiosa, superflua ac secularia resecare. Hinc quippe in claustro quasi in sepulchro absconditur, ut penitus sit seculo mortuus, uniuersasq; inquietudines ac tumultus exteriorū reꝶ, imò & interioꝶ passionū ac motuū à sui cordis cubiculo mere excludat, quatenus soli altissimo pura, affectuosa ac stabili mēte intētus sit. Ecce ex his beatissimi Dionysii documētis pn̄t diuersę cōsiderationes formari ad declarandū q̄ uile & monstrosum, q̄ pestiferꝶ & iniustū, q̄ dānabile & puersum, q̄ stolidū & iniquū sit in religioso honorē propriū affectare, ad præsidentiā aspirare, uanę glorię cōsentire, hypocrisi deseruire, humanis laudibus delectari, sub monastico habitu cor deferre mūdanū. Primo, quia ad monachū spectat sibi soli ac deo uacare, & esse unius, hoc est, suipsius custodē. Ideo cōtra proprietatē & descriptionē eius cōsistit, ut ad alioꝶ pręsidentiā, curā & ducatū se ingerat etiā si pfectus existat. Porrò si nōdū pfectus pręsumat hocipsum, nō dubiū qn acedię morbo uanitatisq; spū, pręsumptionis'ue uitio seducat, cū negligat miser seipsū: & id q̄d deus ab ipso reqrit, non satagat adiplere, uidelicet semetipsū plenarie reformare: sic nāq; sub specie boni introeūt mala. Enitat igit religiosus omi die digne proficere ut tenet, & tūc exterioꝶ gubernationē ac dispēsationem quotidie magis ac magis uerebitur. Scd̄o, idem ostendit, qm̄ ad religiosum spectat propriā uoluntatē mortificare, abnegare, relinquere: atq; ad pręsidētis imperium agi, duci, moueri ac regulari, & obedire magis q̄ agere, ducere aut seipsum mouere, aut regulare, aut alijs imperare. Est itaq; proprietati ac rōni suę contrariū, ut ab inferioritatis ac subiectionis suę sta

tu se conetur excutere, & super alios se uelit constitui, atq; ad statū illū aspiret, in quo sibi conueniat, uoluntatē suam præ solito recuperare, resumere, exercere, intātum ut alijs quoq; præcipiat, illorumq; uolūtates habeat sibi subiectas, & agat, moueat ac regulet eas. Si v'o ad prelationem aspiret desiderio commodorū carnalium, aut pristinę libertatis: hoc quoq; uocationi suę prorsus contrariat. Tertio hoc probat, qa ut patuit, ambitio facit hoīem pene in oībus ad seipsum inordinate reflecti, ita ut etiā in bonis quę ex ordinis debito opat ad suū p̄prius tpalē honorē corporaleq; cōmodū habeat oculū nō pure, & irreflexe ad deū ac ultimū finē. Propter q̄d cōuersatio sua nō est mūda, simplex & nuda atq; nō ficta, sed infecta, duplex, palliata & hypocritalis, nec recta & pura est ei⁹ intētio, q̄d totū, ut dictū est, rōni ac proprietati ueri repugnat religiosi. Quarto hoc demōstrat, qm̄ iuxta prehabita, ambitio parit inquietudinem & tumultū uitiorū ac passionū in aīa diuersas amaritudines, solicitudines, anxietates, suspiciones & curas inordinatas, prauas ac pessimas causans in ea. Prælatum quoq; oportet frequēter in exterioribus occupari, & inter seculares homines apparere, loqui, tractare ac detineri, ex quo plurimas mentis distractiones, indispositiones, negligentias inquietudinesq; faciliter potest incurrere. Idcirco affici ad primatum ac regimen exteriorum ue dispensationem omnino repugnat uocationi atq; professioni religiosi, quē ad pectoris pacem, ad internā dulcedinem, ad uerā animi libertatē, ad simplificationē cordis sui in deo, ad meram absconsionem & mortificationem sui à seculo isto, semper tendere ac conari oportet. Postremo, religiosi ex sua professione tenent ad p̄fectionem quotidie tēdere, digne proficere, meliora & uiciniora saluti amplecti, & cordis insistere puritati. Cū ergo tam multa (ut patuit) & grauia ex ambitione generentur peccata, non potest religiosus suæ satisfacere professioni, si intra se ambitioni tribuat locū, quæ nec p̄mittit monachū quotidianas suas deplangere culpas, nec interiora sua synceriter examinare: sed facit eū assidue adijcere ad peccandum & multiplicare: quæ defleantur atq; in quadam cordis insensibilitate, supficialitate & excęcatione transire ac deperdere, & tepiditati succumbere, & per consequens euomi dignū. Rursus, cū omnia diuina pręcepta, euangelica quoq; consilia, atq; monastica exercitia ad charitatis p̄fectionē ordinentur ac tendant: iamq; ostensum sit, ex ambitione ubertim nasci inuidiam, charitati directe contrariam, constat q̄ summe & maxime, q̄ indesinenter & uigilantissime odienda, uitanda & abhorrenda sit omni religioso diabolica illa & maledicta ambitio. Item, secundū doctores religiosus non tm̄ ad meliorem, sed item ad securiorem uiam tenetur. Ideo suæ uocationi, professioni proprietatiq; derogat, ut à securissimo statu inferioritatis & subiectionis ad periculosum statum superioritatis aspiret. Dicit quoq; in summa sua Vlricus, paucos ad culmē illud uirtutū pertingere, cui debetur prelatio, propterea nimis intritum, uanū, presumptuosum & periculosum cēsetur, ut religiosus cupiat presidere, presertim cū ad religiosorū prælatū præcipue magna exigatur perfectio. Siquidem quo religiosi secularibus uirtuosiores consistere debent, eo prelatum ipsorum p̄fectiorem esse prelato secularium requirit iustitia. Aduertamus ergo & impleamus quod tertio libro de Officijs ait Ambrosius: Cum dicat Apostolus: Vita uestra abscondita est cum Christo in deo, nemo hic quęrat fulgere, nemo sibi arroget, nemo se iactet. Nolebat se Christus hic agnosci, nolebat predicari in euangelio nomē suum cū in terra cōuersaretur, uenit ut lateret hoc seculum: & nos ergo simili modo abscondamus uitam nostrā Christi exēplo, fugiamus iactantiam, predicari nō expectemus. Melius est hic esse in humilitate, ibi in gloria. Cum Christus, inqt, apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.

Heb. 6

Eccl. 3

Coloss. 3.

Eodem.

Articulus XIIII. De eadem materia ex dictis Cassiani.

SIcut elatio ad omne pertrahit malum, ita humilitas omne bonum inducit. Idcirco, ut illustris pater & doctor omnium religiosorū Iohannes Cassianus testatur: Religiosus elatione infectus, disciplinam sui ordinis perhorrescens, alijs cupit pręesse, ut ex discipulo nequam detestabilior magister effectus, ex sua ambitione in eum cadat perniciosissimum damnabileq; teporem, ut iam nec uerus religiosus nec secularis existat. Nihilominus ex miserabili suo statu & cōuersatione reputet se p̄fectum. Deniq; q̄ damnabile & enorme istud in religioso existat, hinc certum est, quoniam sicut in libro de institutis patrū docet nos Cassianus: Oportet monachum simplicitatem & innocentiam cū omni solicitudine custodire, mundanaq; opera à se penitus amputare, atq; ut militem Chri ad spiritalia bella sp esse accinctū, & in totius humilitatis abysso se plenissime profundare, quatenus sicut propria reputatione uilis, abiectus defectuosus, ærumnosus, & nihil est, ita in aliorum

orum cordibus talis cupiat,quantum in se est reputari. Ab omni igitur duplicitate & simulatione,ab omni ambitione & appetitu laudis humanę debet esse purissimus,& nemini inuidere,nulli nocere,nec suis confratribus se preferre,imò potius omnium se putare uilissimũ,& dato quod in aliquibus donis naturæ,aut exterioribus actibus,aut euidentibus bonis uideatur præcellens,nihilominus ei pensandum est,quod in donis gratię,in uera humilitate,in interioribus occultisq; bonis,alij ipsum fortassis multum transcendant. Hinc nanq; saluator: Nolite inquit,scd̃m faciẽ iudicare,sed iustũ iudiciũ iudicate. Hinc quoq; beatissimi patres in heremo cũ essent eximia sanctitate ornati,& uelut angeli incarnati,oẽm tñ laudẽ humanã,tpalem honorẽ,gloriãq; terrenã intensissime abhorrebant ac fugiebant,intñ q̃d multi eoꝝ ne ab hoĩbus honorarenť: quędam quodãmodo abusiua,& prima facie indecentia exercebãt. Deniq; S. Hieronymus refert in regula sua: Dũ per heremoꝝ antra sex annis sanctos patres uisitarẽ,nihil ita charũ,ita studiosum appetebaƭ,& quærebaƭ à monachis,q̃ φ in eis qui iuberet posset inueniri. Postremo q̃d in homelijs suis uenerabilis ille Eusebius Emissenus in religiosoꝝ ait psona: Peculiarius istud ad nostrã spectat uocationẽ,nil honoris aut corporalis qetis,nil cõsolationis aut prosperitatis in uita pręsenti reqrere, sed subiectione & abiectione gaudere,in aduersitatibus & aspnationibus gloriari,nec uelle recipere bona in uita ista. Oĩno ergo religiosoꝝ uocatiõi cõtrariaƭ,subiectionẽ & abiectionẽ horrere & grauiter ferre,ad pręlationẽ & honorẽ seipsum pręcipitare,prosperari uelle in seculo isto,& remunerari ac promoueri in eo. Iohan.7.

Articulus XV. De eodẽ ex sentẽtijs Climachi.

PRofundissimus uir Iohãnes Climachus,qd ad religiosos & monachos spectet,subtilissime contẽplatus: Monachus inqt,est mœrẽs & dolẽs aĩa ex indefinẽti mortis memoria,atq; ut idẽ pr̃ fateť: Oportet monachũ iugiter cõpunctioni insistere,& lachrymis sanctis pfundi,& metu futuri iudicij pręsentia cũcta despicere. Ideo prorsus repugnat proprietati ac debito boni religiosi uelle in seculo honorari,pristinã libertatẽ appetere,exterioribus occupatiõibus delectari,uelle prę cęteris exaltari,inaniterq; gaudere,aut aliqd huius seculi affectare. Insup Climachus ait: Monachus est sanctificatũ corpus,expurgatũ os,illuminata mens. Cũ ergo ambitio sit in seipsa tam enorme pctm̃,atq; tã multa & magna ex ea pullulẽt uitia,in quibus & corpora exhibenť arma iniqtati,& os multiloquio ac uarijs uerbis inqnaƭ illicitis. Mens quoq; pręcipue excæcaƭ,rite inferť q̃d ambitionẽ potissime debeat detestari oĩs religiosus tanq̃ pestilentissimã infectionẽ. Iteꝝ dicit: Monachus est qui solũ ea quæ dei sunt agit,cogitat,loquiƭ, Chr̃o unitus in omni loco atq; negotio. Ex quo constat,φ uita religiosi debeat esse oĩno diuina, cœlestis ac spiritualis & Chriformis. Qui ergo ab huiusmodi uita tepescẽs,pro spũalibus exercitijs ad exteriora afficitur,iste pro croceis stercora amplexatur,& manna fastidiẽs ad Aegyptias redit ollas, Imò & cũ prĩo illo apostata angelo de cœlo ruit in terrã,& cũ spũ cœperit, carne iã cõsummatur. In amaritudinẽ quoq; conuertiƭ uineæ alienę,& pro uuis profert labruscas, & huic cõpetit illud in psalmo: Hõ cũ in honore esset,non intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus. Magis quippe delectat eum cũ hominibus fabulari,hincinde discurrere, pro libitu suo ingredi & exire,inter homines cõparere,q̃ dominũ deũ suum orando & contẽplando affari,& propter eũ in cellæ abscondito residere,atq; in omnibus obedire. Ideo rudis & crudus est monachus,nec gustare mereƭ q̃ magna sit multitudo dulcedinis dei,quã dat copiose his degustare,qui extra eum renuunt cõsolari,quos ipse abscõdit in abscondito uultus sui à conturbatione hominum,protegitq; in tabernaculo suo à contradictione linguarum. Deniq; nõ cõpetit ei diffinitio monachi,quã Climachus dat dicendo: Monachus est ordo & consistentia incorporalium in corpore materiali & sordido consummatus. Debet etenĩ monachus ordo esse.i.in omnibus ordinatus,& consistẽtia incorporalium.i.instar angeloꝝ in carne consistẽs ac diuinis sp intentus,ut sit conuersatio sua in cœlis. Veꝝ ut loqť Augustinus: Vnde tã ingens puersitas,nisi de languoribus animæ. Panis in fastidio est & delectat uenenũ. Magis delectat homines & alia curiosa corporaliter intueri q̃ oĩm creatorem fideliter speculari,extra uagari q̃ intus morari. Postremo talis coram deo est spũaliter turpissimũ mõstrũ, nec ijs ornatur quę per formã monasticaꝝ suaꝝ uestiũ designanƭ, imò sub ueste claustrali gerit cor seculare,& nec piscis est neq; caro. Itaq; nõ ad nostros afficiamur honores,nõ periculosas promotiones,sed subsannationes quasi aquã bibamus, in aduersis & irrisionibus quasi in omnibus diuitijs gloriemur exerceri,corripi & corrigi gratulemur,quia in hoc uocati sumus.

Monachi descriptio.
Thren.4. Exod.16 Isaiæ.14. Isaiæ.5 Psal.48
Psal.30. Psal.77 Psal.30 Eodem.
Phil.3.

Articulus XVI. De peruersitate & temeritate religiosorum ambitiosorum ex dictis sancti Bernardi.

AIt sanctus Bernardus: Video q magis dolendum est, nonnullos post spretam seculi pompam in schola humilitatis superbiã magis addiscere, atq; sub alis mitis humilisq; magistri grauius insolescere, & impatiẽtes magis fieri in claustro, q̃ fuissent in seculo. Quodq; magis peruersum est, pleriq; in domo dei nõ patiuntur haberi contemptui, qui in sua non nisi contemptibiles esse potuerũt, ut uidelicet quia ubi honores à pluribus appetuntur, ibi locum habere & honores consequi non ualebant, saltẽ ibi honorabiles uideantur, ubi honores ab omnibus contemnuntur. Video etiam quosdã, quod sine magno dolore uideri non debet, post ingressam Christi militiam rursus secularibus implicari negotijs, rursus cupiditatibus terrenis immergi. Nec aliunde hæc oĩa mala contingunt, nisi q illam qua seculũ deseruimus, humilitatem deserentes, dum denuo sectamur inepta studia ac desideria secularium, canes efficimur reuertẽtes ad uomitum. Sed ò filij hominum usquequo graui corde, ut quid diligitis uanitatem & quęritis mendaciũ? Quid uobis conari, ubi tãta difficultas est & tam graue periculũ? Potestatis ambitio angelum priuauit felicitate æterna. Conetur quis in montem ascendere potestatis, quantos putas contradictores habebit, quantos inueniet repulsores, obstacula quãta, quàm difficilem uiam? Et tamen q̃ pauci euadunt, quibus non dominetur dominandi libido. Quęnam miseris libido tam dira? Sic ædificant Babel, sic concupiscũt quod non expedit, imò quod summe nocet, quod expedit, & debitum est omittentes. O peruersitas filiorum Adam, cũ ascendere tam difficile sit, & descendere tam facile: ipsi tamen eligunt potius laboriosum damnabilemq; ascensum, quàm facilem ac salubrem descẽsum. Deniq;, quid ex hac perniciosa ambitione in detestabili religioso sequatur, pandit beatissimus pater Bernardus, dicẽdo: Grauis labor superbia, hæc est quæ non recipit disciplinam, curari renuit, nec suscipit medicinam, hulcus pessimum medelam non sustinens, quod nec summis digitis se patitur attrectari. Verum quanto humilitas magis amplectenda ac necessaria est religioso, tanto integrius ei uitanda est omnis ambitio.

2. Petr. 2. Prouerb. 26 Psal. 4

Articulus XVII. Quàm grauia crimina oriantur frequenter etiam inter religiosos ex ambitionis stultitia.

QVemadmodum libro tertio de Ciuitate dei sapiẽtissimus asserit Augustinus: Libido dominandi magnis malis agitat & conterit genus humanum: imò testante sancto Bernardo, ipsa quoq; pauperes, qui seipsos & omnia sua reliquerũt, interdum impugnat, atq; ut dr in Horologio æternę sapientiæ, religiosi nonnulli per fas ac nefas, secrete ac publice per seipsos ac alios ad primatum, ad magisterium, ad officia quęq; se ingerunt. In multis uero religionibus est tanta ruina, tam nulla obseruantia, ut ibidem hæc publice fiant, nec reputetur iniquum. Apud quosdam uero est obseruantia regularis & dei timor, & tamen inter eos inuenitur & satan, de hac uanitate tentans quosdã illorum. Præterea sicut in ueteri testamento in legisperitis & pharisęis ac sacerdotibus magis uigebat elatio, ita & nunc quidam religiosi præ cæteris eruditi atq; famosi, qui alijs humiliores & exemplariores esse tenẽtur, sunt magis ambitiosi, hi sunt quos inflat scientia, in quibus non est sapientia salutaris, nec formata, sed nuda ac informis sciẽtia, qui confratres suos grauius scandalizant, per quos grauiter perit religio, quia quæ sua sunt quærũt, & singularitate à cõmunitate se diuidunt. Pręterea nõ hos dũtaxat zabulus tẽtat, sed eos quoq; qui inter regulariter conuersantes alacriores, feruentiores, modestiores & irreprehensibiliores esse cõspiciũtur, qui uitio isto frequenter occulte, periculose acriterq; pulsantur. Qđ si quis ei in se locũ prębuerit, incidet multa mala enormia frequẽter pręracta. Similiter quidam pro quorundam promotione periculosissime, incautissime damnabiliterq; laborant. Eis quoq; quibus promotionem non fauent, inordinatissime ac uitiosissime sępe resistunt. Hinc inter religiosos nonnullos uicissim præsertim electione instante, sunt practicæ detestandæ adulationes, attractationes, subornationes, detractiones, partialitates, aut etiã quodammodo promissiones, aut propriorũ commodorũ siue honorum respectus, omni periculo ineffabiliter plenę atq; æterna damnatione condignæ. Nõ oportet me ista diffusius prosequi, sed intelligentibus satis tactũ opinor, ut tam pestifera mala uitentur, & deus in oĩbus habeatur præ oculis.

Articu. XVIII. Cõtra eos qui cito post suã cõuersionẽ aut religionis ingressum optant pręesse: & qđ in officijs non sunt ponendi, nisi in uirtutibus consolidati.

VT octauo Moralium sanctus ait Gregorius: Sæpe nōnulli apertę prauitatis uias deserunt sanctitatisq; habitū sumunt, moxq; ut prima limina bene uiuēdi attigerunt, obliti quid fuerint, laudari de inchoata iustitia appetunt, præesse cæteris etiā melioribus concupiscūt, quos plerūq; dū iuxta uotū præsens prosperitas sequit, multo peiores q̃ antea erāt fiunt. Nā rebus multis occupati, & sua occupatione cōfusi, nō solū pręterita uitia nō deplorāt, sed adhuc quę deplorent, exaggerāt. Qui enim mundū deserūt, ad exteriora officia promoueri non debēt, nisi p humilitatē in mūdi contēptum diutius solident. Citius nāq; bona depereūt, quę ante tēpus hoībus innotescunt, qm̄ & arbusta plantata priusquā fixa radice coalescant, si concutiant, arescunt. Hinc rursus 12. Moraliū scribit Gregorius: Si florentē uineā immoderatū frigus attigerit, protinus ab omī humore uiriditatis hāc arefacit. Et sunt nōnulli q post puersa itinera uias sanctas sectari appetūt, sed priusquā in eis bona desideria roborent, quędā eis prosperitas accidit, quę eos rebus exterioribus implicat, & eorū mentē dū à calore diuini amoris retrahit, quasi ex frigore quodā extinguit, & qcqd in eis de uirtutū flore apparere uidebat, interficit. In terrenis quippe actibus ualde frigescit animus, si necdū fuerit per dona intima solidatus. Vnde necesse est ut loca maiora uel exteriora opa quę humanis sunt necessitatibus profutura, illi exercenda suscipiant, q ea dijudicare & sub se premere ex interiore uirtute nouerunt. Nā cū infirmus quisq; ad locū regiminis, uel ad exteriora agēda retrahitur, quo quasi extra se ducit, eradicat atq; ab internis exercitijs euacuat. Nā q̃sdā uidemus terrena quę possederāt reliquisse, & nil iam transitoriū quærere, sed cum quidam ex talibus rursus cœperint mundi gloriam quærere, rebusq; transitorijs quas spreuerant, inhiare, penitus inanescunt. Sed ut docet Gregorius: Tales uanitatem gloriæ tpalis, fallaciam humani honoris, periculositatē laudis humanæ non pensant. Caduca nāq;, incerta, trāsitoria, deceptoria sunt om̄ia ista, imò animarum uenena sunt cordiumq; caligines. Et si quis eis praue consentiat, ad perpetuam trahunt damnationem. Non ergo ad aliquid horum insipienter afficiamur, sed diuini attendentes rigorem iudicij, & æternitatem sequentē, in omni humilitate, obedientia & feruore pcurrere studeamus, totū hoc tempus nostrū pręsentis uitæ. In his quoq; uirtutibus, & in præcordiali mundi contemptu quotidie pfici enitamur, ut tanto humiliores, feruentiores, ac magis mortui nobisipsis ac mūdo inueniamur, quāto diutius in religione uersamur, nec ullo colore admittat ambitio, cū sanctus dicat Iohannes Chrysostomus: Primatum secularem appetere & si ratio non est uel causa est. Principatū aūt ecclesiæ concupiscere neq; ratio, neq; causa est, quia nec iustum nec utile est. Quis em̄ sapiens sustinet se tantæ subijci seruituti, nisi forte qui nō credit dei iudicium, nec metuit deū impios punitu℞. Quicunq; ergo desiderat primatū cœlestem, sequatur humilitatē terrestrē. Quicūq; aūt desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem coram diuina iustitia. Nā & primatus se fugiētem desiderat, desiderantem se horret. Hinc laus & honor mundanus, umbræ assimilātur. Nā umbra insequentē se fugit, & sequitur fugientē. Vnde & V. de Ciuita. dei Augustinus allegat Salustiū de Catone dicentē, q̄ quo minus petebat honorem, eo plus honor ipsum sequebatur, quod & quotidie in aliquibus cernitur adimpleri.

Gregorius

Chrysostomus.

Articulus XIX. De cauta ac uigilantissima euitatione totius ambitionis statim ab exordio conuersionis & de quotidiana atq; solicita examinatione propriæ conuersationis.

OStensum est quemadmodum religiosos præcipua ac profunda humilitas decet. atq; quod item ad quotidianum atq; assiduum teneantur profectū. Idcirco mox à conuersionis suæ primordijs prorsus abhorrere, ac maxime fugere debent ambitionis uenenum. Rursus prætactum est, quàm difficulter & raro ambitiosi curentur, quot etiam uitia ex ambitione nascātur. Idcirco principio uitij tam enormis oportet resistere, nec ullum ei præbere locum. Mirabiliter nanq; imò & miserabiliter ac lamentabiliter, sed & damnabiliter uitium istud ab omni profectu mentem impedit spirituali, atque diuersis eam inficit obliquitatibus & peccatis frequenter prænominatis, intantum q̄ ipsa uix aduertit. Ideo ab exordio uel si hoc factum non est, saltem deinceps cum omni diligentia & cautela repugnandum est sceleri tanto. Nam debet se homo omni die discutere solerter, & actionum suarum radicem perpendere, an scilicet aliquid agat sinistra intentione, uano respectu laudis humanæ aut proprij commodi, seu honoris

ambitu

ambitu: & si quid in se deprehenderit tale, illud ex intimo sui cordis sinu omnino eradicare. In uera quoq; & synceriſſima humilitate totum fundare quod agit aut patit, nec in humilitatis profectu exercitijsq; monasticis unq̃ tędio affici aut laſſari. Hinc primo Moraliũ testatur Gregorius: Omne quod agitur districta discuſſione, oportet mũdare, ne bona ęstimentur quæ mala sunt, & ne quæ bona sunt æstimentur meliora q̃ sunt. Frequenter etenĩ mens aut mali qualitate decipitur. Pro gratia quoq; & illuminatione efficaciter exercendi hanc ipsam discuſſionem, deum aſſidue ac deuotiſſime exorare debemus. Deniq; quę in nobisipsis perscrutari profundius nitimur, sæpe uerius orando q̃ inuestigando penetramus. Cum eñ mens per quandam compũctionis machinam ad alta sustollitur, omne quod ei de seipsa sub seipsa est dijudicando certius contemplatur. Itaq; ante terribilis iudicis incomprehensibile subtiliſſimumq; examen, non solum mala quę cõmisimus, sed ipsa etiam, si qua in nobis sunt bene gesta timeamus, qm̃ sæpe in dei iudicio deprehenditur esse culpa, quod ante iudicium esse putatur actio uirtuosa, & unde expectatur merces glorificationis, inde infligitur pœna damnationis. Discamus ergo in omni quod agimus pure & irreflexe ad deum cor nostrum dirigere, conscientiam rite discutere, soli deo & alijs non nisi in eo uelle & quęrere complacere. Nemo quoq; incaute inficiat alium persuadendo, adulando aut insinuando ei de futura sua promotione. Nec quisquam ex talibus inaniter intumescat, aut si se uiderit honorari superbiat, sed inde se magis humiliet, & dei expauescat iudicium, ne forte coram eo talis non inueniatur, qualis ab hominibus reputatur. Postremo quidam ex ingenita dispositione magis ad honorem & laudem, q̃ ad uoluptatem afficiuntur: quibus ab ambitionis cupidine singulariter est cauendum, cui etiam iniquitati tanto instantius indigent reluctari, quanto intensius ad illud se senserint inclinari siue tentari. Nam & ubertim qui melioris sunt indolis, & modestiores in moribus, ac complacentiores, hominibus ambitione periculosius impugnantur, eaq; grauius supplantantur. Vnde & quinto de ciuitate dei asserit Augustinus: Iuliani apostatæ egregiam indolem amore dominãdi decepit curiositas detestãda atq; sacrilega. Tales ergo sint spãliter custoditi sp & timorati ac humiles.

Articulus XX. De signis ambitionis.

COmmune est uitiosis, ut dici nolint quod esse uolunt, quod tamẽ ambitiosis specialiter competit. Indignatur & erubescit infelix ambitione infectus, ab hominibus ambitiosus uocari, & non uerecundatur coram deo & angelis sanctis ambitiosus cõsistere ac mõstrari. Tales sunt omnes q humanũ aspectũ magis quàm dei præsentiam atq; intuitũ reuerent, metuunt & attendũt. Idcirco sunt maledicti, opusq; dei faciunt negligenter, & creaturã pręferunt creatori. Vt ergo ambitiosus agnoscat seipsum, ab alijs quoq; quantum expedit, agnoscatur, aliquos ambitionis effectus, & quædam ipsius signa breuiter tangam. Primum itaq; signũ ipsius est, eorũ qui in officijs aut prælationibus sunt constituti, depositionem appetere, & pro ea improbe laborare, aut eam importune seu fraudulenter aut detestabiliter practicare aut procurare. Secundum signum est seipsum electione instante aut propinquante præ solito fratribus applicare, affabilem exhibere, humilitatem ostendere, liberalem præbere, aut modis similibus cum Absolon adulari, contrectare, amplecti. Tertium signum est, alterius promotioni inhoneste resistere, & de ea turbulentiam tristitiamq; immoderatam habere, præsertim dum apparẽtia seu æstimatio fuit de promotione taliter resistentis. Et dum is cui ita resistit, fuit ei heri & nudiustertius amicabilis satis. Nempe si talis resistens uere humilis esset, ambitionisq; expers, nõ dubium quin de sua supportatione & euasione gratulareť, nec alij inuideret. Et si aliqua probitas esset in eo, aut ulla ornaretur prudentia, in tali casu cohiberet seipsum, neq; tam euidẽter faceret se notari. Quartum signum est, temerarie iudicare eos ac persequi, eisq; oblog. à quibus quis à promotione noscit se impediri. Etenim si uere ex corde præsidentiam abhorreret, talibus regratiareť. Quintum signum est, inordinate atq; supflue se occupare cũ exterioribus, & his quæ officiatos concernunt, & experientiam propriam iactare, seu quouis modo monstrare ante promotionem. Sextũ signũ est, superioribus se immoderate applicare, & uelle nimis placere, ac plurima in secreto denũtiare, atq; præcipuam amicitiã ad ipsos importune ostendere. Quod totum faciunt quidam, ut per talia aliquid promotionis à suis superioribus sortianť. Septimum signum est, præsidenti in facie arridere, amicitiãq; monstrare, & ei occulte insidiari atq; detrahere. Octauum signũ est, intimorate resistere receptioni aut professioni personarum ad officia bene dispositarum, quod plerũq; nefarie accidit ex timore & suspicione damnabili promotionis illorũ, & impeditionis proprię pro-

Iere.48

Ambitionis signa.

2. Regum.15

moti

motionis. Sunt demum & alia huiusmodi signa, quod latet in corde ambitiosi prudentia. Hinc Innocentius: Vis (inquit) ambitiosum cognoscere? Ambitiosus semper est pauidus & attentus, ne quid quod hominibus displiceat, dicat, humilitatē simulat, honestatē mentit, affabilitatē & benignitatē omnibus exhibet, obsequiosus est, cunctos honorat, uniuersis inclinat, amplexat, blandit, applaudit. Cum uero ad honorē & prælationē promotus est, statim extollit, iactantia effrenatur, omnibus sapientiorē ac meliorē se reputat, quibus superiorem se conspicit, inferioresque despicit atque erecta pergit ceruice. Nullus igitur palpet, nemo seducat seipsum, sed interiora sua quisque rimetur, discutiat & expurget. Veruntamen ex his nullus apprehēdat audaciam temere iudicandi de alio, quoniam aliqua iam prætacta, laudabiliter fieri queunt, nec signa inducta certitudinem faciunt absolutam. Ideo iudicia simpliciter assertiua de re absolute non certa, periculosa sunt ualde, stolida & uitanda. Innocentius

Articulus XXI. De remedijs ambitionis.

QVænam contra ambitionem aptissima extent remedia, ex præhabitis cōstat, eorum uidelicet considerationes, ex quibus iam demonstratum est, quod odienda, spernenda ac euitanda sit ipsa ambitio. Primum quippe ambitionis remediū est, subtiliter considerare quod enorme, uile, peruersum, stolidum ac diabolicum uitium sit ambitio in seipsa, per quā efficit hō seruus, membrū ac filius primi illius impijssimi apostatæ de cœlo pro sua ambitione proiecti, qui est rex super oēs filios ambitionis. Secundum remediū est efficaciter cōsiderare, quod multa ac magna mala tā pœnalia quam culpabilia ex ambitione nascantur, quanta mētis inquietudo, suspicio, anxietas, hypocrisis, inuidentia, adulatio, afflictio & cætera, de quibus ubertim prædictū est, quibus ne quis inquinetur ac torqueatur tam uipereā matrē ac maledictā radicē merito debet cū infinita abominatione proijcere. Tertiū est intueri sæpissime propria uitia, propter quæ non solū indignus est hō omni honore, imò & omni inhonoratione, cōfusione, abiectione extat condignus, idque promeruit, ut oīs in ipsum creatura insurgat, creatoris sui in ipso offensam iniuriamque ulciscens, quemadmodum scriptum est: Pugnabit pro deo orbis terrarum contra insensatos. Quartū est, considerare quanta uirtutū perfectio, quanta discretio, quanta charismatū unctio supernorum ad idoneā exigant prælationem. Et item quod longe sint ista à se, qui nec ad suiipsius gubernationē sufficientē se reperit, imò nec scit an uel infimū charitatis attigerit gradū. Quintū est, rite perpendere oēm suiipsius defectuositatē, fragilitatē & uilitatē in aia & corpore, in naturalibus atque gratuitis, propter quas cæteris uiliorem arbitrari se debet. Sextū est, cōsideratio rigoris diuini iudicij in ambitiosos, inidoneosque prælatos, & summa illa ipsorum æterna damnatio. Septimū est, aspicere quāta sint in prælatione pericula, & quàm innumerabiles perierūt pereūtque omni die in ea: quàm multi quoque & incōputabiles ex ambitiosorum ac negligentiū prælatorum negligentijs perierūt pereantque quotidie. Ideo dicit uir ille doctissimus Nicolaus de Gorra: Multi in alto prælationis deciunt, qui in ualle religionis & subiectionis erant securi. Sanctus quoque Hieronymus in regula: O felix & abundans gratia in obedientia summa uirtutū causa. Nā simplici gressu hoīem ducit ad Christū. Et mens nō solū excusat à reddenda rōne pro subditis, sed nec etiam obligat reddere de seipsa, si uidelicet perfecte obediēs fuerit. O summa libertas qua obtēta uix posset hō peccare. Octauū est, cōsiderare quod hic in loco peregrinationis atque exilii in ualle lachrymarum & carcere quodam sumus. Nonū, quod tam incertum & breue est tēpus uitæ præsentis, & quod ipsum sit tēpus exercendi pniam nō optandi præsidētiam. Decimū, quod tantæ æstimationis est hō corā deo, qui pro humana salute tot & tāta egit fecit & pertulit. Idcirco ad hoīm gubernationē nullus audeat seipsū ingerere, ne ex sua insufficientia eos contingat perire, pro quibus filius dei tanta assumpsit ac perpessus est. Vndecimum est, pensare quod ipsemet Chrs in uita hac tam pauperē, humilem & subiectam, imò & obediētissimā uitā elegit prælationemque fugit. Duodecimū est, recordari quod uiri perfecti & sancti prælationē intm̄ fugerunt, ut iā extremæ atque immēsæ probet esse demētiæ, quod pusilli, passionati ambitiosique homines ad aliorum regimen præcipitare se audeant. Insuper sunt alia contra ambitionem, sicut & contra alia tentamenta ac uitia generalia quædā remedia, utputa dei adiutoriū cum omni humilitate, fiducia ac feruore incessabiliter inuocare. In dñicæ passionis memoria se iugiter exercere: gloriosæ uirginis & sanctorum exorare subuentionē, angelos quoque sanctos animarum nostrarum custodes fideliter deprecari. Hinc S. scribit Gregorius: Quia plerumque per ptātem regiminis ad culpā prorūpitur elationis, magnopere curandū est, ut qui regendis hominibus præfert, apud se in secretario mentis in cathedra præsideat humilitatis. Cūque iudicanti ei à cæteris foris assistit, uigilanti animo incessanter aspiciat, cui iudici

Esaiæ 14. Sapien. 5 Zach. 9. Iohan. 6. Gregorius

dici ipse de his iudicandus tandem assistet, ut quanto nunc eum quē non uidet, solicite metuit, tanto eum postmodum securior cernat. Penset ergo quia ad satisfaciendū districto iudici pro sua tm̄modo anima uix sufficit, quot subsiditis pręest pro tot rationem reddere cōpelletur: quæ nimirum cogitatio, si quotidie mentem excoquit, omnem supbiæ premit tumorem, & potestatē acceptā onus facit existimari potius q̄ honorē. Cui aūt nūc iudicē esse libet, ei postmodum uidere iudicem non libebit. Porro tunc solū potestas bene geritur, cū non amando sed timendo tenetur, quæ ut recte ualeat, ministrari oportet, ut eum non cupiditas, sed necessitas imponat habenti.

Articulus XXII. Contra ambitionem ex uerbis sancti Cyrilli episcopi.

Cyrillus. GLoriosus ac sapiens uir S. Cyrillus antistes, in suis ait prouerbijs: Caue ne appetendo dn̄ationem, in supbiæ corruas seruitutē: & ne cum te alijs præfers, tuipse tam grande tuijpsius dominium perdas. Sed dic mihi quæso, an ne iustum putas desiderare quod optas? Nā si iustū non est, hoc ipsum appetere, est iniustū. Velle eīn quod iniustū est, iniquū esse cognoscit. Ipsa quoq; iniustitia miseria est: ergo ex hoc appetitu es miser. Verū oīs miser suæ calamitatis est seruus: sed si quod iniuste desideras obtineres, plus miser existeres. Qm̄ unusquisq; tanto miserior esse conuincitur, quanto eius uoluntas in malo celerius adimpletur. Si uero quod cupis asseris esse iustū, necesse est ut ex aliqua supeminentia tui. Ostende ergo quo dono aut specie ita excellis. Nimirū si sapientia alios cupis transcendere, & si eius prælatione leuaris, hæc dn̄atio uera est. Sed hæc nequaquā sursum te proijcit, sed humilitatis sinu salubri te deorsum recondit. Nam ubi uera sapientia, ibi humilitas. Si aūt potentia niteris transcendere alios, & si eius prælatione leuaris cū Nemroth impijssimo, & Alexandro nequissimo, prædo eris: potentia nanq; per se non excellentiam, sed uiolentiam parit. Quāobrem apud te mane, atq; cōe naturalis societatis lege subsiste, qm̄ si iniuste te leuas, mox uerę firmitatis amissa iustitia seruus familiū iuste eris. Verum in æquitatis politia præesse, subesse est: & qui arrogantia dominatur, iustitiam spernit, & uitijs subest. Idcirco depone fastum, tolle nomina dignitatū, & quid est omnis homo nisi homo? Vna igitur tm̄ æquitas est hominem possidēdi, uoluntas diligendi. Insuper, cōtra inordinatum libertatis affectum, subiectionisq; fugam, sic scribit, Libertas dulcis est, incōparabilisq; thesaurus, sed non competit ęqualiter uniuersis. Plura eīn sunt, qbus pax, uita securitasq; salutis tm̄ ex debita subiectione contingit, propter quod non aliud est eis uera libertas, q̄ propriæ libertatis salutaris pditio. Populus quippe quē rector non coercet libertate perit, sic & corpus animæ subiectū atq; coniunctū uiuit, & mox cū ab ea liberatur, extinguit. Nauis subiecta nautis seruatur à fluctibus, à qbus si relinquatur, mox naufraga dissoluetur. His ergo libertas certa est perditionis captiuitas, sic & subdito à suo præsidente auerso. Sed ex quo naturaliter te delectat libertas, dic quæso, an ad bene uel male agendum? Quippe si intendis bene facere, hoc tm̄ est quod exigit pastor tuus, ut quid refugis eum? Si aūt sine rōne agere cupis, ipsa tibi erit libertas exitialis seruitutis captiuitas. Nā malæ uoluntati libertas causa peccandi est, qua quidem eius consummatur iniquitas, & mox captiuitas sequetur. Sic mala uoluntas quanto liberior, tanto seruilior: quāto potentior, tāto infirmior: quanto sublimior, tanto minor. Audi ergo consilium meum, & pastori tuo te libenter subijce, ne libere pereas, & ne instar ouis te infernalibus lupis deuorandum exponas. Noli appetere cornua, qa q appetit ea est fatuus. Perdit nanq; caput discretionis & aures quiete uirtutis. Ecce superbi dum eleuantur iactantiæ flatu, ruunt inferius, atq; ad ima inferi diuinæ ictu iustitiæ profundantur. Quamobrem fuge fallax huius seculi sursum, & ad uerum tende per humilitatem deorsum. Agnosce celsitudinem deceptiuam à sapientibus fugiendam, qete priuatam, securitatisq; nesciā, innumeris hincinde uallatā angustijs. O q̄ felix est subiectio humilis, iugiter stabilis, undiq; tuta. Hoc nos docuit Christus: Discite, ingens, à me qa mitis sum & humilis corde. Qui cum patre & spiritusancto unus est creator & gubernator omnipotens omnium superborū ac sublimium colla propria uirtute conculcans, humilitatis amator, ambitionis damnator, qui est super om̄ia deus sublimis & benedictus,

Mat. 11.

Eccl. 24.

A M E N.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI DE VITA CANONICORVM.

Liber Vnus.

MALEDICTVS homo qui facit opus dei negligenter. Deus maiestatis immensæ in suo obsequio despicit indeuotum, euomit tepidum, negligentem & impium detestatur. Deniq́, si principes seculi huius exigūt sibi reuerēter ac prompte seruiri à suis ministris, quanto magis dñs uniuersorum, cuius excellētia est penitus infinita, uult, iubet & requirit, ut ei cū præcipua diligētia obsequamur: Ideo monet Apostolus: Seruiamus dño cum metu & reuerentia. Et denuo exhortat: Cum metu, timore & tremore uestram salutē operamini. Porrò metus, timor & tremor diligentiam pariunt, solicitudinem spūalem inducūt, negligētiamq́ abhorrent, quatenus, sicut ait scriptura, solicite ambulemus iugiter coram deo, incessabiliter metuentes, ne omnipotentis oīa intuentis præsentiā in aliquo offendamus. Timor nãq́ solicitat mentē ad cauendū pericula: sicq́ timor dei hominem solicitū reddit ad uitandū pc̄tā. Idcirco prout in Ecclesiastico loquit: Qui sine timore est, iustificari non potest. Et Salomon loquit: Timor dei fons uitæ, ut declinet à ruina mortis. Qui rursus fatet: Qui timet deum nihil negligit. Hæc quippe negligentia detestanda, quę maledictionē & condemnationem meret æternã, salubri solicitudini ac uirtuosæ diligentiæ existit contraria. Cum ergo timor dei diligentiā gignat, constat q̃ hō timoratus nil negligat. Merito ita dixit Psalmista: Timete dñm oēs sancti eius, qm̃ nihil deest timentibus eum: qđ de casto & filiali dei timore est accipiendū. Cum ergo tãta sit huius diuini timoris salubritas, recte nos docet tota sacra scriptura, ut cuncta quæ agimus, cum dei timore agamus intm̃, ut laudatio qua deū laudamus, & gloriatio qua gloriamur in ipso timori admisceant, ac sacro metu altissimi condiant. Propterea ait uir sanctus: Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Et certe sic deū laudare, est speciale donū ipsius, iuxta illud Iob: Ab aquilone aurꝫ uenit, & à deo formidolosa laudatio. Nempe cū uniuersę iustitiæ nr̄æ, magno testante Isaia, sint quasi pannus menstruatæ, & orōnibus, psalmodijs ac cæteris actibus nostris bonis multæ ac miseræ distractiones ac defectuositates sint mixtę, nonne in oībus timoratos & custoditos nos esse oportet, ne in ipsis q̃q́ nobis actibus nr̄is dominū offendamus, atq́ à iusto metuendoq́ iudice reprobemur. Etem̃ sicut abbas Agatho dixit: Si deus imputauerit nobis distractiones & negligentias, quas orãdo incurrimus, non poterimus esse salui. Hinc summo conatu negligentiā in omni deitatis obsequio caueamus. Vnde & Thomas in secunda scđæ quęst. 54. affirmat: Negligentia est defectus debitę solicitudinis, & spirituali ac bonę solicitudini directe opposita: & sicut solicitudo illa ad prudentiam, sic negligentia ad imprudentiā pertinet. Nã ut ait Isidorus: Negligēs dr̄ quasi nō eligens: ob hoc, sicut electio eoꝝ quæ sunt ad finē necessaria aut accōmoda, est actus prudentiæ: sic talium omissio est negligētia quę ex incōsideratione procedit: si em̃ cōsideret hō autoritatem & dignitatē dei præcipientis ac metuendū eius iudiciū, præmiū quoq́ obedientiū ei inobedientiumq́ tormēta, mox incipit formidare, negligentiā abhorrere, & opus dei cum diligentia adimplere. Veruntamē S. Gregorius 24. Morali. asserit, securitatē esse negligentiæ matrē: sed hoc redit in idem: Est nanq́ quædã securitas bona ex testimonio conscientiæ purę procedens, de qua Prouer. 15. Salomon contestat: Secura mens quasi iuge conuiuiū. Alia est securitas periculosa ex errore aut inconsideratione descēdens, qua hō propria nō intendit pericula, nec pensat se in medio pergere laqueoꝝ, ac deū multipliciter seu etiā grauiter offēdisse, & nescire an amore sit dignus an odio, an prædestinatus an reprobatus, an saluandus æternaliter 'ue damnandus: De qua damnabili ac periculosissima securitate fertur: Sunt impij qui ita securi sunt, ac si opera habeant iustoꝝ: sicq́ tam securitas ista q̃ negligentia ex eadem oriunt radice, nec obest eandē culpam ex diuersis habere originē. Simus itaq́ uere prudentes, circūspecti, soliciti tanq̃ aīalia undiq́ oculata, ponamusq́ corda nr̄a sup itinera nr̄a, sicut hortat Aggęus propheta, ut non eamus in uiā ruinæ, ne paulopòst incidamus tormenta gehēnæ: Ponderemus ac impleamus qd ait scriptura: Bea

Iere.48
Heb.12.
Phil.2.
Eccl.1
Eccle.9
Psal.33.
Psal.2
Isaiæ.64
Securitas negligentiæ mater.
Eccle.9

Prouerb.28. ra: Beatus hō qui semper est pauidus, & semper quasi tumentes super me fluctus timui de
Iob.31.9 um. Hinc sanctus Iob: Cōsiderās (inquit) deum, timore solicitor. Itemq; Verebar oīa opera
Eccl.18. mea, sciens ꝙ non parceres delinquenti. Sapiens enim in omnibus metuit, utputa incertus,
Heb.10. an actus sui ex charitate procedant ac deo complaceant, & quia horrēdum est incidere in manus dei uiuentis, q terribilis est in consilijs suis super filios hominum. De quo utiq; ignoramus, qd in secreto sapientiæ suæ de nobis decreuerit, & qd finaliter fiet de nobis. Atūn si omni exclusa negligentia ei cum timore ac reuerentia indesinēter studuerimus deseruire, possumus pie de meliore sperare: si uero opus eius egerimus negligēter, cū illis peribimus
Psal.118 de quibus propheta loquitur: Maledicti q declinant à mandatis tuis. Hæc de timore dei & negligentia euitanda breuiter tetigi, qa in primo opusculo intendo de deuota conuersatione canonicoꝝ specialiter aliqua memorare, quoꝝ proh dolor status ad grādem deuenit ruinam, & ad deformationem pene extremam: quanq̃ inter eos de gratia dei sint aliqui boni, quatenus saltem ex dei timore excitentur ad meliora, inter quos sunt multi mihi charissimi, qui & charitatem suam ad me multoties ostenderunt, quorum amore hæc cōscribunt. Hinc de ista materia fundamentalius, quo deo auxiliante potero, loquar.

Articulus I. De originali institutione & prima inchoatione canonicorum.

ACtuum quarto refert beatus Lucas euangelista, quemadmodum in exordio primitiuę ecclesiæ misso desuper spū sancto, uniuersi fideles in Ierusalem congregati uixerunt in cōmuni, proprium nil habentes, diuidebaturq; singulis sicut indiguerunt: quæ uita tā diu durauit in illis, q̃diu beatissimi apostoli aderant, & ipsos fideles rexerunt: diuisis uero apostolis & sacratissimo Iacobo minore in Ierusalem primitiuæ ecclesiæ præsidente, adhuc per tēpus aliquod durauit deuotissima ac feruētissima illa uita cōmunis: sed cū cœpissent per uniuersam Iudęam & Galilæā atq; Samariā multiplicari credentes, & milia multa regenerari in Christo, non bene poterat uita illa communis ab omnibus obseruari, feruor quoq; primæ deuotionis paulatim refriguit, & calor sanguinis Christi in corde credentium pro maiori eoꝝ parte tepuit successiue, ita ꝙ maior pars fidelium tā ex Iudaismo q̃ ex paganismo conuersoꝝ cepit propria possidere, & obseruantijs prę ceptoꝝ esse contenta: Veruntn̄ multi prioris deuotionis conuersationisq; memores, desuper illustrati atq; succensi à spūsancto, cum ingenti perfectionis amore ac pauptatis ardore uitam illam cōmunem denuo assumpserunt, & apostolicā institutionē renouauerūt, quā ut expeditius ac liberius prosequi possent, à cęteris se sequestrauerūt fidelibus, & in suburbanis ac locis secretioribus cōmorari exorsi sunt, uiuētes non tm̄modo in cōmuni, sed à cōiugijs quoq; abstinentes, & suos parentes ac propinquos corporaliter relinquentes, sub obedientia sancta secundum euangelica saluatoris consilia, conuersantes aut solitarie cōmanentes, ex quibus uita cœnobitalis seu monastica sumpsit exordium, prout in secundo Collationum uolumine Cassianus ex uerbis Pyamonis abbatis refert diffuse. Atq; ut idem testatur secundo libro de Institutis sanctorum patrum, apud Alexandriam probatissimi quidam monachi erant à sancto Marco euangelista instituti, qui non solum secundum apostolicam institutionem in communi uixerunt, sed multa sublimiora adijcientes, abstinentissimam & rigorosissimam uitam duxerunt, orationi & contemplationi iugiter intendētes intantum, quòd tam Iudæi quàm pagani super hoc mirabantur: Lectioni quoq; & operi manuum tam indefinenter die ac nocte fuerunt intenti, ꝙ uix secūdo aut tertio die ciborum appetitus aut memoria mentem eorum pulsabat. Denique, his concordat quod libro de uiris illustribus sanctus narrat Hieronymus. Marcus, inquiens, euangelista primus Alexandriæ Christum annuntians instituit ecclesiam ibi tanta doctrina ac uitæ continentia, ut uniuersos Christi sectatores ad exemplum sui impelleret. Et rursus, Philo, inquit, disertissimus Iudęorum idcirco à nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur, quia in libro quē scripsit de prima Marci euangelistæ ecclesia apud Alexandriæ urbem, in laude nostrorum uersatur, Christianos non solum ibi, sed in multis quoque prouincijs eos esse commemorans, & habitacula eorum monasteria nuncupans: ex quo apparet talem fuisse primo credentium ecclesiam, quales modo sunt monachi, & quales fuisse primos credentes in Ierusalem sanctus recitat Lucas. Fecit itaq; Philo librum de uita contemplatiua, in quo asserit primos illos beati Marci discipulos cōtemplationi & orōni semper fuisse intentos. Præterea quàm

quàm uera sint ista ex doctrina diuini & magni Dionysii in libro de ecclesiastica Hierarchia, certissime innotescit: ibi etenim sanctus ille describit ritum consecrationis monachorum tempore apostolorum ac primitiuæ ecclesiæ ualde deuotum. Amplius, qui modo prętacto se subtraxerunt à turba fidelium propria possidētium, in duo genera sunt diuisi. Quidam enim, ut dictum est, uitam & professionem assumpserunt monasticam: alij inter homines seculares permanserunt, & deseruierunt ecclesiæ sub sanctorum episcoporum uiuentes regimine: sancti nanq; episcopi qui illis fuerunt temporibus, coniūxerunt sibi fideles, deuotos & literatos, qui erant episcoporum domestici, aut prope domum præsulum commorantes, & inter se uitam communem ac sanctam ducentes, iuxta prærinductam apostolicam institutionē, cū additionibus obseruantijsq; deuotis, quas eis sancti tradiderūt episcopi, quorum clerici erant, & cū ipsis episcopis laudibus dei uacantes, ac media nocte surgētes, aut paulopòst ad psoluendum nocturnū ac matutinale officiū: ueruntā instar monachorum non fecerunt uota solennia omni religioni monasticę substantialia. Hi itaq; uidentur fuisse inceptores atq; primordia uitæ & uocationis canonicorum, qui cum omnes cum episcopis sanctis commorari non possent, dispositi sunt in locis deuotis, quę collegia sunt uocata, sub episcoporum regimine mediante decano: quorum etiam loca monasteria dicebantur, habebantq; refectorium unum & dormitorium idem, diuinis obsequijs diligenter intenti, omnesq; incontinentiam summe uitātes. Hinc Clemens Papa in quarta scribit epistola: Dilectissimis fratribus & condiscipulis Ierosolymitanis cum charissimo fratre & coepiscopo Iacobo cohabitātibus, Clemens episcopus salutē: Cōis uita omnibus utputa clericis est necessaria, & maxime his qui deo irreprehēsibiliter cupiūt militare, & uitā aplorum eorūq; discipulorum uolūt sectari: quapropter doctrinis & exemplis aplorum obedire præcipimus. Hinc demū Hierony. ad Nepotianū: Clericus, inqt, talē exhibere se debet, ut & deus possideat eū, & ipse possideat deū, cū scriptū sit, Pars mea dñs: nihil extra dñm habere potest: q si quippiam aliud habuerit præter dñm, pars eius non erit dñs. uerbi gratia: Si aurum, si argentū, si possessionem aut uariam supellectilem, cum his partibus dñs eius pars fieri non dignat. De hac materia in Decreto cā 12. plenius cōtinetur. Vnde rursus scribit Hieronymus: Duo sunt genera Christianorum: unum quod mancipatū diuino officio & deditū contemplationi & orationi, ab omni strepitu tpalium cessare cōuenit, ut sunt clerici & deo deuoti, qui simplici uictu & uestitu contenti, nullā inter se proprietatē habentes, debent omnia hre cōia.

Threni. *Christianorum genera duo.*

Articulus II. Confirmatio prædictorum ex uerbis sanctorum patrum, & cur clerici sic uocentur, & quare data sunt eis à populo stipendia uitæ, & an licite habeant propria.

SAnctus doctor ac presul Isidorus septimo Etymologiarum libro disseruit: Clerum & clericos hinc credimus appellatos, quia Matthias sorte electus est, quod primo per apostolos legimus ordinatum. κλῆρος enim Gręce, Latine sors uel hæreditas dr: Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte sunt dñi, uel qa dñm partem habent, & deus eorum pars est. Generaliter autem clerici nuncupati sunt omnes, qui in ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus & nomina hæc: Hostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Amplius, Gratiano testante, Maiorum & minorum sacerdotum discretio in nouo testamento ab ipso Christo immediate sumpsit exordium, qui duodecim apostolos tanq maiores sacerdotes, & septuagintaduos discipulos tanquam minores instituit sacerdotes: beatissimum uero Petrum in summum sacerdotem elegit, dum ei claues regni cœlorum pro omnibus & præ oībus tribuit, & à se petra Petri sibi nomen imposuit. Hanc eandē sortē secuti apostoli, in singulis ciuitatibus episcopos & presbyteros ordinauerūt. Leuitas aūt & diaconos ab apostolis legimus ordinatos: inferiores uo ordines, utputa subdiaconos, acolytos &c. procedēte tpe ecclesia sibi cōstituit. Insuper sicut Raymundus, Iohannes, Vlricus alijq; testant, idcirco à laicis & secularibus data sunt tpalia bona ecclesiæ, ut quia laicis ipsis non uacat iugiter orationibus atq; diuinis obsequijs immorari ac inherere, ministri ecclesiæ clerici suppleāt uices & impfectū laicorum orādo ac ministrando & satisfaciendo pro ipsis, quorum eleemosynis stipendijsq; fouent. Postremo, sicut iā patuit, nō solū tpe primitiuę ecclesię, sed & postea plurimis annis clerici & canonici propria habere nō potuerūt, imò eodē refectorio ac dormitorio utebant, qd postea p dispensationē desuetudine aut alijs modis mutatū est, declinante ad deplorandā ruinā ecclesia in capitibus suis ac mēbris, quā utinā ad pristinū modū, feruorē ac institutū reducere dignetur omnipotens. Etenī quę, quanta & qualia uitia orta sint atq; quotidie oriantur ex

Clerici cur dicti. *Temporalia bona cur ecclesiæ data.*

relaxatione illa uitæ communis dormitorijq; eiusdem, experientia potius docuit & osten dit, quàm lingua possit explicare.

Articulus III. Quòd canonici obligentur ad uitam ualde uirtuosam & exemplarem, castam & humilem.

Sicut euangelica lex ab unigenito dei filio tradita, est lex totius charitatis & proprietatis, lex utiq; totius pfectionis docens cuncta carnalia & terrena contēnere, spūalia, cœlestia ac diuina iugiter affectare, summo & inuariabili deo mēte pura ac ferui da incessabiliter adhærere: sic Christiani præ uniuersis nationibus mūdi tenent esse charitatiui, pij, spūales, diuini, exemplares, patiētes, humiles, casti, sobrij & perfecti: nec aliter digni sunt à Christo Christiani uocari: Non enī sufficit eis Christum sequi p fidē duntaxat, sed necessarium est ad salutarem Chrīanam uocationem, ut per idoneā obseruātiam præceptorū, per exercitationem uirtutū, per uitam deo placentē, dominū deū suum Iesum Chrm sectent, quemadmodū ipsemet dominus & saluator fatetur: Quid, inquiens, dicitis mihi domine dñe, & non facitis quæ dico? Quo constat q̄ inaniter & indigne nominet eum dominū, quicunq; transgredit dei præceptū. Hinc itē dixit: Non om̄is qui dicit mihi dñe domine introibit in regnū cœlorū, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est. Itemq; Estote perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Deniq; q̄ spūales esse teneant, pandit Apostolus dicens: Qui aūt sunt Christi, hoc est, pertinentes ad Chrm tanq̄ ueri ministri ipsius, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscētijs. Itaq; Christiani tenent Christiformiter conuersari. i. Christū in omni charitate, humilitate, patientia, sobrietate, cōtinentia imitari alioquin ad maiorē suā dānationem Christiani uocant. Idcirco Iohānes apostolus ait: Qui se dicit in Chro manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Præterea q̄ integre & syncere oporteat dño obedire, lucescit ex ūbis apostoli Iacobi protestantis: Quicunq; totam legem impleuerit, offendat aūt in uno, factus est oīm reus. Ecce q̄ arcta est uia salutis, cum & pro uno uerbo infligatur æterna damnatio, quemadmodū ueritas contestat: Qui dixerit fratri suo fatuæ, reus erit gehēnæ ignis. Similiter qui uel unum scandalizauerit pusillorū, tormenta recipit inferorū, eodem domino affirmante: Qui scandalizauerit unum ex his pusillis qui in me credunt, expedit ei ut suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundo maris. Amplius, uniuersis in se credentibus iussit legifer noster: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Hæc ergo & multa similia ardua ad quemlibet pertinēt Christifidelem. Porrò, quo aliquis in altiori est gradu aut statu, quo plura aut maiora sortitus est dona, eo ad uirtuosiorem obligatus est uitam: Etenī cui plus datum est, plus requiretur ab eo. Qui ergo canonicus est, non solum ad prætacta tenet euangelicæ legis præcepta, sed item ad ea quæ canonicis specialiter iniungitur: qui uero non solū extat canonicus, sed insuper in aliquo sacro constitutus est ordine, ultra prædicta obligatur ad ea quæ constitutis in ordine illo præcipiuntur: q̄ si prælatus pastor ue fuerit, seu curam assumpserit animarum, ad multo maiora ac sublimiora tenetur. Cum itaq; dictum sit ministros ecclesiæ ac q̄ canonicos idcirco clericos appellari, qm̄ ipsi specialiter sunt sors seu pars siue hæreditas dei, utputa diuinis obsequijs mancipati ac deputati, patet q̄ excellenter sic uiuere obligētur, q̄ inuisibiles hostes diuini honoris nil iuris aut dominij in ipsis obtineant, sed omnino cum stabili ac syncera fidelitate ad deum pertineāt. Iterum dictum est, idcirco clericis seu canonicis temporales redditus à laicis assignatos, quare non solum pro sua salute, sed & uice ac loco laicorum omnipotenti ministrent, iustumq; iudicem non sibi duntaxat, sed eius quoq; quorum uiuunt stipendijs, placare & reconciliare semper conētur, eiusq; laudibus, orōnibus & ministerijs pro se ac fundatoribus & benefactoribus suis debite uacent ac immorentur. Vnde elicitur, quàm pure ac uirtuose obligati sunt uiuere, quatenus de plenitudine suæ uirtuositatis, & de suorum abundantia meritorum proximis suis tam uiuis quàm mortuis sic ualeant communicare ac subuenire. Ideo horas canonicas & cæteras ad quas tenentur, orationes, laudes & psalmodias tenentur cum diligētia grandi persoluere. Haud dubium quin distincte, solicite ac deuote, seq; ministros deo dignos ac placitos exhibere, alioquin nil iuris habebunt in bonis ecclesiæ, in patrimonio crucifixi, in stipendijs militū dei, prout profundus doctor Gulielmus Parisiensis in plurimis locis testatur, Vlricus quoque in Summa sua, & consonant Raymundus, Durandus ac alij.

Luc.6
Gal.5
Iaco.2.
Mat.18

Arti-

Articulus IIII. De his quæ canonicis specialiter iniunguntur.

QVemadmodum iuxta sanctum Isidorum clericus nuncupatur ἀπὸ τοῦ κλήρου, quod est sors seu pars, quia specialiter de sorte est dei, & deus est eius hæreditas, sic canonicus appellatur à κανών, quod est regula. Atq; ut asserit Gratianus, regula dicitur eo q̃ recte ducit, nec aliquando aliorsum trahit: siue ut alij dicunt, quoniam regit, & recte uiuẽdi dat formã: uel quoniam id quod distortum & prauũ est, corrigit. Clerici ergo uocant canonici, quoniã regularẽ & rectam tenentur ducere uitã, uitiorum obliquitates uitando, atq; ad uerã beatitudinẽ p uirtutũ itinera synceriter gradiẽdo iuxta p̃fixa eis à patribus sanctis statuta. Quamuis aũt à generalibus concilijs, à pontificibus summis, à doctorib⁹ & prælatis eximijs, Hieronymo, Augustino, Gregorio, Isidoro multa sunt instituta à canonicis obseruanda, quæ in Decreto hinc inde tanguntur, hęc tamen quantũ iam sufficit, in principio 3. Decretaliũ compendiose collecta sunt, quo inter cætera fertur atq; præcipitur: Clerici arma portantes & usurarij excõmunicentur. Si quis clericorũ comam relaxauerit, anathema sit. Si qs ex clericis monasteria monialiũ sine manifesta & rationabili causa frequentare præsumpserit, p episcopum arceatur: & si non destiterit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Insup, Innocentius III. in concilio generali ait: Vt clericorum mores & actus in meli⁹ reformẽtur, cõtinenter & caste uiuere studeãt uniuersi, pręsertim in sacris ordinibus constituti, ab om̃i libidinis uitio p̃cauentes, ut in conspectu om̃ipotentis dei puro corde & casto corpore ualeant ministrare. Ne uero facilitas ueniæ incẽtiuũ tribuat delinquendi, statuimus ut qui deprehensi fuerint incontinẽtiæ uitio laborare, prout magis uel minus peccauerint, puniãtur secũdum canonicas sanctiones, quas efficacius & districtius præcipimus obseruari, ut & quos diuinus amor à malo non reuocat, temporalis saltẽ pœna conterreat à peccato: hoc est, ut ab officio suspendantur, atq; ecclesiasticis beneficijs spolient. Præterea, à crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineãt. Vnde uinũ sibi tẽperent, nec ad bibendũ q̃spiam incitet, cum ebrietas mẽtis inducat exiliũ, & libidinis prouocet incentiuũ. Ideo illũ abusum decreuim⁹ abolendũ, q̃ in quibusdam partibus ad æquales pot⁹ suo modo se obligãt potatores. Si qs aũt in his se culpabilẽ exhibuerit, nisi à sup̃iori cõmonitus resipuerit, ab officio & beneficio suspendatur. Clerici officia uel cõmercia secularia nequaq̃ exerceãt, maxime inhonesta. Mimis & ioculatoribus & histrionibus non intendant. Tabernas prorsus euitẽt, nisi forte causa necessitatis in itinere cõstituti. Ad aleas & taxillos nõ ludãt, nec hmõi ludis intersint. Coronã & tonsurã habeãt cõpetentẽ, seq; in officijs ecclesiasticis & alijs studijs bonis exerceãt diligẽter. Clausa desup uestimẽta nimia breuitate uel lõgitudine nõ notãda pãnis rubeis & uiridib⁹. Manicis, sotularibus cõsutitijs, frenis aut cellis deauratis aut aliã sup̃fluitatẽ ingerẽtibus non utant, fibulas & corrigias argẽto seu auro ornatas nõ ferãt, nec anulos, nisi q̃bus competit ex officio dignitatis. Pręcipiendũ est ut nullus sacerdos fœias de q̃bus suspicio esse potest teneat. Si presbyter, diaconus aut subdiaconus de quacunq; fœia crimine fornicationis suspectus, post primã, secundã aut tertiã admonitionẽ inueniat fabulari aut cũ ea aliq̃ modo conuersari, excoicationi subdat. Cum clericis nõ p̃mittantur mulierculæ habitare, nisi forte de illis p̃sonis existant, de q̃bus naturale ius nil p̃mittat criminis suspicari. Clerici ludos & ludibria non exerceant in ecclesia. Bona clericorum uiueãt in cõmuni. In una domo uescantur, & sub uno dormiant tecto. Ecce ex his innotescit, quàm regularis, deuota & exẽplaris olim extiterit, & nunc quoque merito esset uita canonicorum. Ideo pertimescant, nec sibi de irrationabili dispensatione quæ dissipatio est, neque de consuetudine laxa quæ corruptela est, blandiantur, quum mater & origo ueræ & excusantis dispensationis sit uera necessitas, euidens ue utilitas, ut sancti & summi pontifices Leo atque Gelasius, doctoresq; præcipui contestãtur. Sed iam consequenter de his in speciali aliquid plenius est tangendum.

Deus & ho occ. clerici. Clerici.

Articulus V. Cur clerici seu canonici non debent arma portare, neq; bellare, nec comam laxare, nec usurarij esse.

MInistris ecclesiæ clericis seu canonicis, sicut iam patuit, conuenit atq; iniũgitur diuino cultui insudare, orationi, cõtemplationi ac laudibus creatoris uacare, & omnipotentẽ tam sibi ipsis quàm proximis, quorum sustentantur stipẽdijs, exhibere propitiũ & placatũ. Cum ergo ab actibus istis maxime impediant exercitia bellica, in quibus est inquietudo & solicitudo cordis pręcipua, hinc bellare interdicitur eis, sicut & negotiatio: hinc quoq; non debent arma portare, ne occasionem aut inci-

ramentum habeant præliandi,& ne ostendant se ad pugnandum paratos,& ne alios scandalizent. Veruntamen, si per loca periculosa agerent iter, possent ad incutiendũ hostibus terrorem atq; ad defendendum se, cũ moderamine inculpatæ cautelæ & tutelę ad necessaria ferre. Insuper, canonici cum altaris ministerio deputentur, in quo Christi passio sub sacramento repręsentatur, merito prohibentur sanguinē fundere, imò admonentur esse paratí ad proprij sanguinis effusionē pro Christo atq; iustitia. Hinc obseruandum est eis qđ

2.Tim.2. ait Apostolus: Noli uerbis contēdere. ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Itemq; Si quis uidetur contētiosus esse, nos talem consuetudinē non habemus, neq;
1 Cor.11
Prou.20 ecclesia dei. Ideo ait scriptura: Honor est homini cum separat se à lite. Porro spiritalibus armis debēt esse muniti ad repugnandum ac præualēdum hostibus suæ salutis: ad talem armaturā suo exēplo laicos debēt inducere. De hac re in libro de officijs & alibi multa scribit sanctus pater Ambrosius. In Decreto quoq; hinc plurima inducuntur, imò in generali concilio fuerat institutum: Quicunq; clericus in bello aut rixa aut ludis gētilium mortuus fuerit, neq; in oblatione, neq; in communi oratione pro eo postuletur, sed in manus incidat iudicis. sepultura tamē non priuetur. In synodo etiam Toletana est ordinatum: Clerici qui in quacũq; factione sumpserint arma, amisso ordinis sui gradu, in monasterio penitenter tradantur. Sic & in gestis Meldēsis concilij legitur: Quicunq; ex clero militaria arma non sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ uocabulum religiosis moribus & religioso habitu impleant: quod si contēpserint, tanquam sacrorum canonum cōtemptores & ecclesiasticę autoritatis profanatores, proprij gradus amissione mulctētur, quia nō possunt simul deo & seculo militare. Insup, oēm mundanum ornatum & quicquid prouocatiuum extat libidinis, uanamq; curiositatē, prorsus debēt uitare, cũ ipsis præcipue ab Apo

Rom.12. stolo iniungatur: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spiritu mentis urę. Hinc comæ laxationem, capillorũ decorem, crinium reflexionē, & potissime tonsurę operitionē debēt penitus abhorrere ac fugere, quũ & fœminis prohibeatur capillorum ornatus. siquidem ut sup Iob scribit Albertus, talia concupiscētiam prouocant. Porro clerici iubent esse ornati tam interiori quàm exteriori uirtutum ornatu, ut corda eorum decorentur sapientia atq; uirtutibus: forinsecus quoq; resplēdeant moribus ita, ut modesti incedant & in uisu omniq; sensu sint custoditi. Postremo, usura non eis duntaxat, sed uniuersis quoq; fidelibus districtissime prohibetur, cum & teste Philosopho, Vsura sit maxime contra naturam. Virũq; iustum describens Propheta: Pecuniam, inquit, suam nō dedit ad usuram. Imò ut Climachus protestatur, Auarus est euangelij subsannator, quanto magis usurarius, potissime clericus, quē laicis spiritaliorem & uirtuosiorē esse oportet, dicēte glorioso Hieronymo: Vehemēter destruit ecclesiam, laicos esse clericis meliores. Vsura uero & Simonia sunt auaritiæ duæ species pessimæ. Hinc scribit Isidorus: Lege sanctorũ patrum continet, ut sacerdotes & clerici siue canonici à uulgari & seculari sint uita seclusi, à mundi & carnis uoluptatibus abstinentes, usuris nequaquã incũbant, turpiũ lucrorũ ac fraudiũ occasionē abhorreāt, amorē pecuniæ tanq̃ materiã cunctorũ criminũ fugiant.

Articulus VI. Quòd corporis castitati mentisq; puritati canonici teneantur esse intenti, ideoq; monialium claustra frequentare non debeant, nec earum clausuram intrare.

ISTud potissime, fortissime, frequētissime ministris ecclesiæ canonicis & cunctis in sacris ordinibus constitutis, iniungitur & iubetur à multis sanctis & summis pontificibus, à multis sacris concilijs, à prouincialibus etiam synodis, ut ab omni incontinētia & detestabili fornicatione prorsus abstineant, quia in uitijs carnis est maxima & manifestissima turpitudo, bestialitas, inhonestas ac fœditas. Sed & uitia illa in clero, sunt uehementissime scandalosa in populo: multa quoq; & magna uitia sunt eis annexa, & cōcomitantia ex eisdē: & pariunt fastidium diuinorũ, insipiditatem spiritalium rerũ, ac uirtuosorũ exercitiorum horrorem, mentem obtenebrant, & ab omni cœlestiũ ac diuinorum contēplatione & amore impediunt atq; auertunt. Itaq; cum sacrum altaris mysteriũ sit maxime purum, & ecclesiastica sacramēta mundissima ac spũalissima extēt, præsertim eucharistiæ sacramētum, indecētissimum uitiosissimũq; consistit, ministros ecclesiæ & altaris subiacere & inquinari spurcissimis, fœdissimis & immũdissimis uitijs carnis concupiscētijsq; brutalibus, & fonti puritatis immensæ, sordidissimo corde astare, seruire, uniri. Hinc à tempore beatissimorũ apostolorum uitia ista uilissima fuerunt clericis & ministris ecclesiæ rigorosissime & sub maximis pœnis prohibita. quod ut euidētius innotescat, aliquid inde tangam.

gam. Et quamuis rigor ille iam prohdolor sit nimium relaxatus, nihilominus ut pateat q̃ uehementissime patres sancti, in quibus excellentius uiguit illuminatio spiritussancti, zelus iustitiæ, amor uirtutum, abhorruerunt incontinentiam clericorum, canonicorũ & sacerdotũ, paulisper tangendum est de statutis atq; canonibus eorũdem. Secũdũ canones autẽ apostolorũ constitutus in ordine sacro, potissime presbyter, in uitiũ incontinentiæ lapsus, deponebaƭ ꝑpetue, quod & postea diu fuit seruatũ pro adulterij crimine, quoad pœnæ inflictionem. Vnde in septima Aurelianensi synodo continetur: Si quis clericus adulterasse conuictus fuerit uel confessus, depositus ab officio, in monasteriũ toto uitæ tempore retrudaƭ. Sed & Clemẽs Papa sic statuit de ꝑpetua depositione ac pœna presbyteri fornicantis, ut legitur in Decreto. Postmodũ uero tempore sancti Syluestri Papæ rigor ille fuit aliqualiter mitigatus, quantũ ad sacerdotes & clericos, sponte propria ac libere pœnitẽtes, atq; à tanto scelere desinẽtes. Nempe in Gangarensi cõcilio legiƭ, q̃d in Decreto distinctione 28. induciƭ: Presbyter si fornicationẽ cõmiserit, quanq̃ secundũ canones aplorũ debeat deponi, tñ iuxta autoritatẽ B. Syluestri Papę, si in uitio nõ ꝑmanserit, sed sua spõte adiecit ut resurgat, decẽ annis in hunc modũ pœniteat: Tribus mẽsibus à cæteris remot⁹ cõ fratribus, pane & aqua à uespa ad uesperã utaƭ. Diebus aũt dñicis & ꝓcipuis festis modico uino atq; pisciculis leguminib⁹q; utaƭ, sine carne & sanguine, ouis quoq; & caseis, & sacco indutus humo adhęreat, die ac nocte iugiter misericordiã dei implorãs. Finitis trib⁹ mensibus cõtinuis, exeat: tñ in publicũ nõ ꝓcedat, ne grex fidelis in eo scandalũ patiaƭ. nec eñ debet sacerdos publicæ & solẽni pœnitẽtiæ subiacere, ut laicus. Postea uirib⁹ aliquantisꝑ resumptis, annũ cũ dimidio in pane expleat & aqua, dñicis diebus exceptis, festiuitatib⁹q; præcipuis, in q̃bus uino & carnibus, sanguine, ouis & caseo iuxta canonicã mensurã poterit uti. Finito aũt primo anno & dimidio, corporis & sanguinis dñi particeps fiat, ne induresscat, & ad pacẽ ueniat. i. fratribus reconcilieƭ, ac psalmos cũ eis in choro ultim⁹ canat, nec tñ ad cornu accedat altaris, sed iuxta beati Clementis uocẽ, minora gerat officia. Deinde usq; ad expletionem septimi anni om̃i tẽpore, exceptis diebus Paschalibus, tres legitimas ferias in q̃libet hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto circulo VII. anni, si fratres apud quos pœnituerit, pœnitentiã eius condignã laudauerint, eṗs in pristinũ honorẽ iuxta beati Calixti autoritatẽ illũ poterit reuocare. Sane sciendũ, ꝙ in II. feria unũ canẽdo psalteriũ aut unũ paupibus dando denariũ, si opus est, se redimere poterit finitis 7. annis. Deinde usq; ad finem decimi, sextã feriam nulla interueniente redẽptione obseruet in pane & aqua. Porro tẽpore procedente, rigor prętactus inueniƭ laxatus, & tñ mediocriter obseruatus, sicut ex tertio Decretaliũ innotescit, q̃ inter cætera Alexãder Papa III. recitatur cuidam scripsisse episcopo: Clericos in sacris ordinibus constitutos, qui detinent concubinas, per suspensionis & interdicti sententiã debes arctius cogere, ut ipsas mulieres à se ita remoueant, ꝙ de ipsis sinistra suspicio nõ possit haberi: & si qui episcoporũ ad eas redierint, uel alias accipere pręsumpserint, in aliquos ipsorũ debes ꝑpetuam sententiã excoïcationis inferre, ut alij eorũ exemplo à similibus retrahantur. Idem quoq; põtifex summus Cantuariẽsi archiepiscopo scripsit: Mãdamus, ut clericos urę iurisdictionis q̃ in subdiaconatu & supra, focarias seu fornicarias habuerint, studiose monere curetis, ut illas à se remoueãt, eas ulterius minime admissuri: si uero acquiescere contẽpserint, eos ab ecclesiasticis beneficijs usq; ad satisfactionẽ congruam suspendimus: si autem suspensi eas pręsumpserint detinere, ab eisdẽ bñficijs ꝑpetuo remouere curetis. Rursus in alia loq̃tur decretali: Qm̃ simul uolu ptatib. & carnalib. desiderijs atq; diuinis & ecclĩasticis obseq̃is clerici uacare nõ ualẽt, ob immunditiã suã ecclesiasticis bñficijs sunt priuãdi. De hoc uarię Decretales summorũ pontificũ, Gregorij, Syricij, Lucij, Innocẽtii & aliorũ in Decretalibus continẽtur. Vbi & additꝛ Prelati q̃ tales clericos in suis iniq̃tatib. pręsumpserint sustinere, maxime obtẽtu pecuniæ uel alteri⁹ cõmodi tpalis, pari subiaceãt ultioni. Hinc in Decreto distin. 83. legiƭ institutũ: si q̃s eṗs fornicationi presbyterorũ aut diaconorũ seu clericorũ uel incest⁹ in sua diœcesi ꝓce uel ꝓtio interueniẽte cõsenserit, uel cõmissũ autoritate sui officii nõ impugnauerit, ab officio suspẽdaƭ. Ex q̃bus ṽbis ibidẽ cõcludiƭ: Eṗs q̃ taliũ crimina nõ corrigit, magis dicẽdus est canis impudic⁹ q̃ episcop⁹. Quid aũt sit cõsentire, Gratianus exponit, subdẽdo: Qui nõ resistit uitio & errori, cõsentit. Hinc Innocẽtius Papa: Error (inq̃t) cui nõ resistiƭ, approbaƭ: & ueritas dũ nõ defensatur, opprimitur: nec caret scrupulo societatis occultę, q̃ manifesto facinori desinit obuiare. Q̃d totũ de prælatis qui ex debito sui officii tenẽtur resistere, est potissime capiendũ. Quę cũ ita se habeãt, quantũ deflẽdę sunt feces tẽporũ horũ, quantũ de

plo

plorandus est miserabilissimus ac deformatissimus ecclesiæ huius status, in quo aut nulla aut sola pecuniaria infligitur pœna presbyteris clericisq; lasciuis, & in suis pmittuntur sedere sceleribus in grauissimum scãdalum laicorum, nec ulla fit uisitatio canonica clericorum: imò nonnulli ita exẽptos se gloriantur, ut & nec à suo decano, neq; à præsule suo corrigi possint: quod est tale, uelut si monachus eximatur à correctione sui abbatis siue Prioris. O, qualis est talis exemptio, quũ & contra exemptionẽ multo minus irrationabilem & iniustam sanctus & illuminatissimus pater Bernardus in libro de Consideratione ad Eugeniũ Papam acerrime ac sapientissime scribat, & eam multipliciter reprobet, atq; de ea Eugeniũ ipsum non mediocriter dire redarguat: Væ immundis ac miseris impune peccantibus, qui malunt districtissimo ac metuẽdissimo dei iudicio reseruari, ac manus incidere dei uiuentis, quàm in præsenti à suis prelatis debite castigari, atq; sanctorum patrum subiacere canonibus & decretis. Nonne tales uidentur esse de numero reprobo℞, ab æterna beatitudine alienorum, ac filij infernalium tormentorum, quos dimittit omnipotẽs secũdum desideria cordis eorum, & eunt in adinuentionibus suis? Insup, quia canonici & omnes in sacris ordinibus constituti, diuino sunt cultui consecrati, eorum fornicatio sacrilega est & sacrilegium appellatur, cum fit uiolatio ordinis sacri, cõtrectatioq; indigna & scelerata abusio rei domino consecratæ. Hinc specialiter prohibentur claustra monialium frequentare, imò sub excõmunicationis pœna prohibitum eis est monialium clausuras intrare, ad uitandum omimode omnẽ occasionem sacrilegæ ac uitiosissimæ commixtionis cũ illis, quę dupliciter esset sacrilega, & adulteriũ q̃ddam ineffabilit' prsus enorme cũ psonis spõso cœlesti oblatis, professis & cõsecratis, atq; inductio earundẽ ad uiolationẽ & trãsgressionem uoti solennis, quod de castitate seruanda promiserunt altissimo.

Articulus VII. De sobrietate canonicis obseruanda, omniq; crapula & ebrietate ipsis uitanda.

Osee.4. SIcut dominus p Osee prophetam locutus est, Vinum & ebrietas & mulieres (id est, fornicatio) auferunt cor: id est, mentem excæcant, atq; iudicium obtenebrant rationis. Cumq; optimũ hominis sit, esse & uiuere secundum rationis censuram, constat q crapula ingerat homini maxima nocumenta. Nam lædit naturam, abbreuiat uitam, intellectum obscurat, uoluntatem subuertit, uarias parit infirmitates, tædium & torporem, fastidiũ diuino℞, gignit acediam, ad iniuriandum alijs facit præcipitem, somnolẽtiam negligentiamq; inducit, ad loquacitates, nugas & falsitates instigat, & omem cordis custodiam, compunctionem, timorem dissipat prorsus. Idcirco non tantum canonicis & cunctis cæteris spiritalibus psonis, sed uniuersis quoq; fidelibus prohibet, Christo dicen-
Luc.21. te: Attendite ne grauentur corda uṙa crapula uel ebrietate, aut curis seculi huius. Deniq;, sicut gula mentem commaculat, ita & corpus reddit deforme, ac monstris facit consimile, naturali decore & conueniente quantitate hominẽ priuans. uilisq; illa ac breuis uoluptas gustus emitur nimium pretiose. Hinc sanctus ait Bernardus: Voluptas gutturis quę tanti hodie æstimatur, uix duo℞ obtinet longitudinem digito℞: & huius tam modicę partis tã exigua delectatio, quanta paratur solicitudinẽ, quanto sumptu, quàm grãdi labore, quantam deinde parit molestiam? Hinc monstrosius dilatantur renes & humeri, hinc tumẽtes uteri non tam impinguantur q̃ imprægnantur aruina: dum'q; carnis onus ossa non sustinent, morbi uarij generant. Illecebrosa & uilis uoluptas quantis laboribus atq; dispendiis comparat. Gula & libido uoluptati deseruiũt carnis. Crapula & ebrietas calix est dęmonio℞: quæ cum aut mentem aut uentrem impleuerit, Christus in homine crapuloso nõ inueniet locum. Quemadmodũ ignis & aqua simul esse non ualet, sic spũales & corporales deliciæ in eodem non se cõpatiunt. Vbi crapulam ructantis inter pocula senserit Chr̃s, uina sua sup mel & fauum suauia menti propinare nequaquã dignatur. Certe ubi curiosa & delicata cibo℞ potuumq; diuersitas pascit uentrem, panis ille cœlestis ieiunã & uacuã de-
Psal.4. serit mẽtem. Filij hominum, usq; quo graui corde, quoniã pingui corpore? cur diligitis uanitatem, & negligitis ueritatẽ? cur uoluptatem amatis, & uirtutem ac salutẽ amittitis? imò pro breui ac fœda delectatione æternam uobis amaritudinẽ procuratis, ita q cito cum diuite epulone guttã aquæ pro refrigerio cupietis, nec obtinere poteritis. Nẽpe in quos ardor tartareæ sitis, infernalisq; famis acerbissima punctio magis quàm in gulosos desęuiẽt, qui paupe℞ necessarias sustentationes in suas conuertũt delicias? Plane, ut rursus testatur sanctus Bernardus: Pinguedo carnis, deliciæ corporis, saturitas uentris, aut ante mortem uos deserent, aut uos in morte hæc relinquetis. Hic caro uṙa paulopost deputabitur uermi-

mibus, illic anima infernalibus tradenda est ignibus, donec rursus infeliciter colligatæ, sine fine socientur in pœnis, quæ sociatæ fuerunt in uitiis. O delicate, qui deliciis atq; diuitiis circunfusus es & cōfusus, confusionē expectas & mortem atq; damnationē, aduerte q̄d ait Ap̄ls: Non est regnū dei esca & potus, non byssus & purpura: quoniā diues oībus his abundās, descēdit in puncto ad inferos. Quid ad hæc dicitis delicati & lubrici, quorū deus uēter est, q in luxuriis & cōuiuiis enutristis corda & corpora u͞ra? Audite q̄a esca uentri & uenter escis, deus aūt & hunc & has destruet. Aduertāt teneātq; canonici, q ab obseruātia sacrorū canonū pene totaliter corruerūt, q̄d ait infallibilis iudex: Vę uobis q saturati estis, q̄a esurietis. Væ uobis diuitib. qui habetis cōsolationē u͞ram. Vę uobis q ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Nōne de talibus scripsit Iudas ap̄ls, Hi sunt in epulis suis maculę conuiuātes sine timore, semetipsos pascētes, despumātes suas cōfusiones, q̄bus procella tenebrarū cōseruata est in æternū? Cur sanctus ille ap̄ls, Hi, inq̄t, sunt in epulis suis maculæ, nisi q̄ epulādo incidūt tot & tanta pc̄tā, ut nō solū maculati, sed & maculę appellenꝰ, sicut quibusdā ex gentilitate cōuersis scribit Apostolus, Fuistis aliq̄n tenebræ? Epulando q̄ppe nō solum excedunt in quantitate & qualitate escarum ac potuum, sed item in uerbis uanis, superfluis, prauis, ne dicam detractoriis, scurrilibus & lasciuis, in iocis, ludis, cachinnis, dissolutionibus, amissioneq; temporis & omissionibus multis. Talibus clamat Iohel propheta: Expgiscimini ebrii & flete, & ululate omnes qui bibitis uinū in dulcedine, quia peribit de ore uestro. Insup, uitiosam matrem (uidelicet gulā) uitiosior filia luxuria sequi solet. Nonne uniuersi fideles ad arctam uiā, ad pœnitentialem conuersationē, ad uitam coram altissimo timoratā tenētur, & quanto canonici in altiori gradu spiritalioriq; statu sunt constituti q̄ laici, tāto prę uulgo uirtuosiores magisq; sobrii & timorati consistere obligantur? Nemo seducat seipsum. Ab unoquoq; exigit deus, ut iuxta exigentiā suę uocationis ambulet digne. Porro cōsuetudo praua quo diuturnior, eo incurabilior atq; iniquior. Hinc ab exordio primitiuæ ecclesiæ sancti & beatissimi p̄res uitia carnis, gulā, ebrietatē, lasciuiā ministris ecclesię districtissime & rigorosissime ac ubertim prohibuerūt, p̄ut de hoc in decreto multa habeť. In canonib. nāq; ap̄lorū legiť: Ep̄s aut presbyter aut diaconꝰ aleę seu ebrietati deseruiēs, aut desinat, aut dānet. i. deponat. Subdiaconꝰ aūt aut lector aut cātor filiā faciēs, aut desinat, aut coīone priueť. Hinc rursus dist. 35. inducit: Añ oīa à clericis uitetur ebrietas, q̄ñ oīm uitiorū fomes & nutrix est. In Agathēsi q̄q; cōcilio: Cleric⁹ quē ebriosum fuisse cōstiterit, 30. dierū spatio à coīone submoueať, aut corporali subdať supplicio. Deniq;, cunctis credētib. scribit & iniūgit Ap̄ls: Nō in comesationib. & ebrietatib. Itēq;, Curā carnis ne feceritis in desideriis. & denuo, Debitores sum⁹ carni, nō ut sc̄dm carnē uiuamus. si eñ sc̄dm carnē uixeritis, moriemini. Hoc ē q̄d princeps ap̄lorū hortať: Charissimi, obsecro uos abstinēre à carnalib. desideriis q̄ militāt aduersus aīam. Q̄d aūt uas ait electionis, Oportet ep̄m sobriū esse, castū, nō uinolentū, ad unū quēq; in sacro ordine cōstitutū p̄tinet, p̄ut sc̄ti p̄res Ambrosi⁹ & August. fatenť. Præterea, q̄ rarū sit atq; difficile, eos q sobrietati nō studēt, castimoniā cōseruare, ex ỽbis innotescit Hieronymi p̄stātis: Eccl̄ię principes ac ministri q̄ deliciis affluūt, & inter epulas pudicitiā seruare se credūt, eiiciēdi sunt iuxta p̄phetā de domib⁹ spatiosis & lautis cōuiuiis in tenebras exteriores. Qui rursus disseruit: Vētris ingluuies ad luxuriā p̄uocat, & op⁹ oē bonū dissoluit, & uēter uino ęstuās cito despumat in libidinē. Vēter eq̄dem & uerecūdiora sibi inuicē sunt p̄pinqua, ut ex uicinitate mēbrorū cōsyderationē intelligas uitiorū. Prętерea sacerdotib. ueteris testamēti, q̄rū sacerdotiū carnale fuit & typicū, dn̄s iussit: Vinū & oē q̄d inebriare potest, nō bibetis q̄n intrabitis in tabernaculū testimonii, ne moriamini, ut habeatis scientiā discernēdi inter sc̄m & p̄fanū, q̄to magis sacerdotib. & ministris eccl̄iæ, q̄rū sacerdotiū, ordo & status sp̄uales sunt ac diuini, q & q̄tidie tēplū dei ingrediūtur, uitāda est oīs carnalitas, uinolētia, ingurgitatio & uoluptas? Sobrietatē igiť amplectanť, q̄ & mētis ac sensuū corporis ac mēbrorū custodia ē ac tutela, castimonię ac pudoris p̄tectrix, pacis & amicitię cōseruatrix. Ebrietas ỽo in sacerdote & canonico sacrilegiū est, i aliis crimē. Sobrietas uitā naturę prolōgat, uitā gr̄ę fouet, uitā glorię promereť, proportionatū & ualidū efficit corp⁹ & cor p̄stat tranq̄llū, ad profectū sapientię ac uirtutū p̄parat mentē, ad uacādū diuinis obseq̄is, ad gloriandū in hymnis & psalmis, ad inhęrendū meditationib. sacris reddit idoneū. Canonici ergo q casto corpore mūdoq; corde iubenť oīpotenti seruire & cultui eius assidue esse intēti, hāc indesinēter seruēt uirtutē: & sicut pontifex summus districte instituit, uina si fortia sint, temperent sibi: nec unus aliū incitet ad potandū, sed & summe ac inuiolabiliter caueant ad haustus potare æquales, q̄d

prot

Roma. 14.
Luc. 6.
Ephe. 5
Iohel. 1
Ephe. 4
Roma. 13.
Ibidem.
Roma. 8
1. Petr. 2.
1. Tim. 3
Leui. 10

prorsus bestiale ac fatuum est, quum id non conueniat complexioni statui ue unius, quod conuenit aut minus disconuenit alteri. Postremo, quàm uitiosum & enorme sit, in aliquo prædictorũ excedere, patet ex eo quod summus pontifex præcepit reos in talibus ab officio beneficioq; suspendi, nisi commoniti resipiscant. q si canonicorum prelatus non corripuerit ita agentes, uel si (quod absit) in prætactis aut aliquo prætactorum personaliter peccet, quanta dãnatio imminet ei? Similiter quoq; canonicis culpabilibus in predictis, nec tamen in uita hac recipiẽtibus disciplinam.

Articulus VIII. Qualiter prohibitum sit clericis & ministris ecclesię, negotiationi intendere seu secularia officia uel commercia exercere.

SEcundũ exigentiam finis disponenda sunt media. Finis nanq; necessitatem imponit his quæ ordinantur in ipsum. Cum igitur iuxta præhabita ad hoc institutus, prouisus atque dotatus sit status canonicorum, ut quieta, pura ac libera mente uacent ac seruiant creatori, & eum meritis suis ac precibus reconcilient, propitium'que exhibeant tam sibi quàm eis quorum eleemosynis atq; stipendijs sustentantur, hinc eis prohibentur occupationes & actus, qui directe ac uehementer impediunt à prætacta mentis uacatione quieta, à pura adhæsione cum deo, ab interna libertate circa diuina, qua exoneratur à curis mundanis secularibusq; negotiis. Hæc autem sunt negotiatio quæ ordinatur ad lucrũ terrenum, mundana commercia, secularia quoq; officia: per quæ omnia cor ualde dispergitur ad externa, implicatur terrenis, & à spiritalibus ac diuinis retrahitur, q circa ait Apostolus: Nemo militans deo, implicat se secularibus negotiis. Vnde in gestis Car-

2.Tim.2. thaginensis fertur concilii: Nicasius episcopus dixit: Credo suggestionẽ meã sanctitati uestræ placere, & displicere uobis, ut qui seruiũt deo & annexi sunt clero, ad actiones uel ad ministrationes aut procurationes domorum accedãt. Gratianus episcopus dixit: Apostolorũ statuta sunt: Nemo militans deo, implicat se secularibus negotiis. Proinde clerici sint sine auctoribus domorum, aut auctores domorum sine officio clericorũ. Præterea, ad hæc

14.q.4.c.Canonum. probanda plurima inducũtur XIIII. quęstio. ut illud Tarraconensis concilii: Canonũ statutis firmatum est, ut quicunq; in clero esse uoluerit, emendi uilius & uendendi carius studio non utatur. Alioquin cohibeatur à clero. Hinc sancta synodus Nicena instituit: Quoniam multi clerici auaritiæ turpia lucra sectantes, diuinum præceptum obliti sunt, statuit hoc sanctum concilium, ut si quis inuentus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipere, aut ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, uel species frumentorum ad septuplum dare, omnis q tale aliquid conatus fuerit ad quæstũ, deijciatur à clero, & alienus habeatur ab ecclesiastico gradu. Hinc ait Gelasius Papa: Clerici ab indignis quæstibus nouerint abstinendũ, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio & cupiditate cessandũ. In quocũq; uero sint gradu, si cessare noluerint, mox ab ecclesiasticis bñficijs & officijs cogẽdi sunt abstinere. In concilio quoq; Martini Papæ præcipitur: Si quis oblitus timorem dei fœnerauerit, uel centesimã exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrũ quęsierit, aut per diuersas species uini aut frugis uel cuiuslibet rei emendo uel uendendo incrementa susceperit, à gradu suo deiectus, alienus habeatur à clero. His consonat illud Melchiadis Papę: Decreuit sancta synodus nullũ deinceps clericum possessiones conducere, aut secularibus se negotijs permiscere, nisi propter curam pupillorum aut orphanorum aut uiduarum, aut si episcopus ecclesiasticarum rerum solicitudinem eum habere præcipiat: quia & alia sunt negotia se-

Ext. ne cleri. uel mona. secu. ne. c. Sed nec procu. cularia, & alia ecclesiastica. Præterea, quæ sunt negotia ista clericis interdicta, circa finem tertij Decretaliũ ex Lateranensi concilio declaratur: Multa sunt (inquit) secularia negotia, ex quibus pauca perstringemus, ad quę pertinet omnis carnalis concupiscẽtia: & quicquid plus iusto appetit homo, turpe est lucrum. munera iniuste accipere & dare. pro aliquo seculari quæstu, pretio aliquem conducere. contentiones, lites uel rixas amare. in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut uiduarum. cõductores aut procuratores esse seculariũ rerum. turpis uerbi aut facti esse ioculatorem, aut iocum secularẽ diligere, aleas amare, ornamentũ inconueniẽs suo statui quærere, in delicijs uiuere, uelle gulam aut ebrietatem, canes uel aues sequi ad uenandũ, & quibuscunq; uanis aut superfluis interesse. Ecce ista hisq; similia ministris ecclesiæ & altaris dei & monachis omnino interdicimus. Hinc in apostolorum canonibus continet: Episcopus aut sacerdos aut diaconus nequaq̃ seculares curas assumat. Alexander q; III. Sub interminatione ait, anathematis prohibemus, ne monachi uel clerici causa lucri negotiẽtur. Hieronymus quoq;: Negotiatorẽ, inqt clericũ & ex inope diuitẽ factũ, atq; ex ignobili gloriosum, quasi quandã pestẽ fuge.

Ita-

Itaq; sacerdotes & clerici prohibētur seculariū negotiorū esse procuratores. hinc in decreto can. 21. quęst. 3. Nicolaus Papa affirmat: Peruenit ad sctām synodū quosdā ex clero propter turpe lucrū maiorū possessionū cōductiões & sclares causas assumere. Decreuit ergo synodus sctā, deinceps nullū sacerdotē aut clericū uel monachū cōducere possessiões aut pmisceri sclarib. procurationib. nisi forte q legibus ad minorū ętate tutelas, aut orphanorū uel uiduarū inexcusabiles necessitudies attrahūtur, aut epūs eccliacarū rerū gubernacula eis cōmiserit. Itaq; ,put frequēter tāgitur in decreto, quędā extāt negotia cūctis illicita, utputa quę fieri nequeūt absq; culpa, sicut usura & Simonia. Quædā uero sunt q̄ raro & difficulter queūt fieri sine pctō, ut prętacta negotia, à qbus cur abstinēdum sit clericis & ministris ecclię, cōpendiose tāgit Tho. in Scda scdę quæst. 77. dicēs: Clerici abstinere debēt nō solū ab his, quæ in se mala sunt, sed etiā ab his q̄ speciē hn̄t mali, quā habet negotiatio, qm̄ ordinat ad lucrū terrenū, cuius clerici debēt esse contēptores. scdo propter frequentia negotiatorū pctā. Tertio, qm̄ p negotiationē implicat animus sclarib. curis, & retrahit à diuinis. Hinc S. martyr & pręsul Cyprianus causam horū assignās fatet: Qui diuio sunt sacerdotio honorati, atq; i clericorū ministerio cōstituti, nō nisi altarib. & sacrificijs deseruire, precibus & lectionib. sacris debēt uacare. Ecce, ex his cōstat, ad q̄ uirtuosam, qetā, spiritalē & exemplarē uitā teneātur canonici, q non solū à malis, sed insup ab oī specie mali & à uitiorū occasionibus prohibentur: ab omni quoq; sensuali affectione, à delicijs seculi, à pompa & mūdano ornatu, imò uanis atq; supfluis factis, ludis, iocis interesse, simpliciter prohibētur. Hinc eis præcipitur, ne mimis & ioculatorib. aut histrionib. sint intēti, & ne taxillos aut aleas ludāt, nec talib. ludis assistāt. Sed de hoc sequenti magis tangetur articulo.

Articulus IX. Cur clerici, canonici & in sacris ordinib. cōstituti debeāt mimos & ioculatores ac histriones uitare, ludumq; alearum & taxillorū atq; tabernas.

Ministros ecclesię q̄s à sclariū uita ac moribus differre oportet, necesse est maturitati morū ac probitati uacare, cōpūctioni atq; diuino timori operā dare. sicq; in cōspectu altissimi orōnibus ac psalmodijs atq; pnī ęactibus inhęrere, ut pro proprijs ac fundatorū & bn̄factorū suorū excessib. & pctis satisfaciāt deo: iccirco cauere iubētur ea quę cōpunctionē, maturitatē, deuotionēq; dissipāt, dissolutionē inducunt, & seculares gn̄ant mores, ut sunt familiaritates, exercitia, ludi & ioci mimorū & ioculatorū ac histrionū, uisitatio tabernarū, comesationes & lauta conuiuia, lusus alearū & taxillorū, quibus multa enormia coniūcta sunt uitia, ut patebit, & ex amore procedūt pecunię, auaritiāq; cōcernunt. Præterea, ut fundamētalius, euidētius, ac certius innotescat, qualiter canonicis & ministris ecclesiæ interdū liceat ludere, & qui ludi sint eis liciti, aduertēdum quod Thomas scribit in Scda scdæ, Durādus quoq; in Sūma sua, Iohānes in Sūma confessorū, & alij cōcorditer asserūt, quēadmodum homo indiget corporali refocillatione, qete & somno, qa nō ualet cōtinue laborare, sic in aīa indiget uiriū recreatione atq; solatio, qd̄ fit p aliqua uerba aut opa, in qbus nō intēditur neq; requiritur nisi delectatio aīalis: & hęc ỳba ac opa uocata sunt ludicra & iocosa. Circa q̄ tria sunt obseruāda: Primū est, ut delectatio talis nō quęrat p ỳba aut facta inhonesta, turpia aut nociua alicui. II. ē, ne grauitas seu deuotio cordis nimis resoluat p talia. III. est, ut ioc⁹ seu ludus existat cōueniēs ex parte psonæ & loci ac tpis, alijs q̄q; uirtutū circunstātijs debite honoret. Virtus aūt p quā homo ita decēter se habet in ludis, scdm Philosophū 4. ethic. eutrapelia uocat. Porro si ludo admisceant uerba aut facta turpia, lasciua, nociua, scādalizatiua, mēdosa, graue pctm̄ ē & frequēter mortale: imò affect⁹ ad ludū & iocū posset eē tā immoderatus, dissolutus & uehemēs, q effet mortale pctm̄, q̄uis lud⁹ in se nō eēt nisi pctm̄ ueniale. Ex his elicit, qb⁹ & qn̄ ac q̄liter liceat ludere. Illis plane ludere licet mō pfato, q spiritalib. aut corporalib. exercitijs bonis insistūt usq; ad rōnabilē fatigationē, nō his q loq̄citati & otio uacāt, qui otia & dissolutiões admittūt quotidie: qui lauta agūt cōuiuia, & in eis p uerba, cachinnos, dissolutiones, immoderātiasq; excedūt. Grauiter igit peccāt, & intolerabilia promerētur supplicia ministri ecclesiæ, pręsertim canonici atq; in sacris ordinib. cōstituti, q cū q̄tidie ea q̄ dei sunt cursorie agāt, horas festināter psoluāt, imò de diuino officio se celeriter nimis expediāt, deiñ q̄ carnis sunt expleāt diligēter, & laute ac morose reficiātur, suasq; habeāt cōsolationes in multis: & tñ q̄si assidue seu frequēter refectione cōpleta ut alijs horis, ludis uacant, iocisq; immorātur, aut etiā qd̄ enormius est, ad taxillos aut aleas ludūt. aut q ludis illis intersunt, colātes & fauētes ludētib. seu in lucro & dāno ipsorū participātes. Certe isti nō hn̄t rōnabilē causam ludēdi, sed potius horū quibus ludūt deberēt sua deplorare pctā, & tēpus qd̄ alijs

suis uanis recreationib. otiositatib. fabulationib. risib. infructuose, imo & uitiose cõsumūt, recuperare pro posse negligentias quoq; & defectuositates, quas diuinū soluendo officiū incidunt & cõmittunt, deflere. Hi insup nimiū immorātur suis ludis & iocis, & deuotionē maturitatēq; cordis, si quā pauloante habebant, totaliter dissipant & corrūpunt. Heu q̄ periculosa est talium uita, q̄ perdita atq; damnabilis, qui pro eo q̄ prādio facto & cœna completa deberēt ad cameras suas redire, aut librarias intrare, & sacris lectionibus saluberrimisq; considerationibus esse intenti, prout sanctus loqtur Cyprianus, se ad exteriora omnino effundunt, ad carnalia & mundana se solatia intimorate exponūt, ac uarijs modis pretiosissimum tempus ipsis indultū inutilissime ac lamentabilissime pdunt, suæ uocationis statū nō attendentes, nec conscientias suas coram deo discutiētes: imò ad quæ, quanta & qualia teneātur, uix unquā debite efficaciterq; pensantes. De talibus ait electus dei Bernardus: Insolētia clericorū ubiq; terrarū turbat ecclesiam & molestat. Alienis nimiū laborib locupletanť, comedūt fructus terrę absq; pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas ipsorū. Mens quippe assueta delicijs, nec exculta disciplinis, multas contrahit sordes. Quātos uidemus qui non Christo dño, sed suo deseruiunt uentri: atq; in multis eorum fornicatio regnat, q puritatis autori impuro corde ac sordido corpore ministrantes, non uerentur iuxta se stare angelum dei, qui secet eos medios & disperdat. Preterea, sicut in Summa sua Durandus prosequiť, ludus qui fortunæ innititur, ut est ludus alearū, non potest pro pecunia fieri, nisi sex concurrāt: Primū est cõgruitas psonę. Clericis nāq; in alea ludere nō licet. Vnde aleator publicus & usurarius repelluntur à dignitate obtinēda, non obstāte consuetudine contraria, extr. de excess. prę l. Inter dilectos. In bñficio tñ obtēto potest ei episcop[9] grām facere, si se corrigat. aliàs de iure debet deponi. 14. quæst. 4. Si quis. & c. Quo. Secundū est congruitas materiæ, qa pro esculēto & poculēto aliq̄ modo ludere licet, loquēdo de ludo laudabili iuxta p̄habita, ita q̄ nō intēditur nisi rōnabile solatiū, & non lucrū. Ideo tertiū est finis, ut nō propter auaritiā, sed recreationē exerceať. Quartū est mēsura, qa nō licet ludere ultra solidū unū, etiā si ludēs sit multū diues. 2. c. de religiosis. Quintū est cōgruitas tēporis, ut nō tēpore luctus uel pniæ aut coīonis fiat. Sextū congruitas modi, ut fiat sine dolo, nec qs cōtra legē faciat ludi, nec aliū prouocet ad ludendū. Aduertāt hæc clerici, ad tantā excæcationē, impietatē, insaniamq; prolapsi, ut non obstātibus sacris canonibus & decretis, audeāt & præsumant publice taxillare, & desiderio lucri turpissimi ad taxillos & aleas instar lusorū secularium ludere, cum tñ ad lucratorū restitutionē seu in pios usus conuersionem penit[9] teneanť, nec aliter possint saluari, sacramētaliter'ue absolui, tot quoq; tantaq; grauissima crimina in huiusmodi ludo cōsistant, q̄ Raymūdus, Hostiensis, Iohānes & alij multi enumerāt, & infrà forsan tangenť. Resipiscāt ergo miserrimi, & diuini pensent rigorē iudicij, intolerabilia quoq; tormēta inferni, quæ paulopost irrecuperabiliter incident, nisi iam nō solū desistāt, sed & cōdignos agant pœnitētiæ fructus.

Psal. 72.

Ad ludum q̄ requiruntur.

Articulus X. Introductio uariarū considerationū salubriū, ex qbus uniuersi fideles, p̄sertim ministri ecclesiæ, contēnere debēt oēm superfluitatem & uanitatē ludorū, iocorū & delectationū inanium.

1. Petr. 2. 1. Iohan. 2.

SIcut testať beatissimus princeps aplorū, Chrs passus est p nobis, uobis relinquēs exemplū ut seq̄mini uestigia ei[9]. Ideo q se dicit in Chro manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Etenī mēbra suo debent capiti adhærere & cōformari. Chrs aūt in seculo isto suspirasse, ingemuisse, plorasse, infremuisseq; spū legiť: nunq̄ aūt iocasse, risisse, lusisse. Eius ergo maturitatē, seriositatē, diligentiā, quantū humana pmittit fragilitas, seq debemus, queadmodū ipse iussit: Qui mihi ministrat, me sequať. & rursus: Qui odit (inqt) aīam suā in hoc mūdo, i. p modū odiētis castigat, affligit, refrenat, in uitam æternam custodit eā. Hinc in Ecclesiastico scriptū est: Post cōcupiscentias tuas non eas, & à uoluptate tua auertere. Primū igitur ad uoluptatum, uanitatū & dissolutionū aspernationem inducens, est consideratio conuersationis Chri, qui suis dixit discipulis: Exemplū dedi uobis, ut quemadmodū ego feci, ita & uos faciatis. Hinc sctūs fateť Hieronymus: Non est possibile iam gaudere cum seculo, & postea regnare cū Chro. Hinc Salomon dixit: Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, Cur frustra deciperis? Secundū est consideratio status uitæ p̄sentis. Sumus enim in seculo isto tanq̄ in graui exilio, in ualle lachrymarū, in domicilio ærumnarū, in regione umbræ mortis, in regno dissimilitudinis, in pegrinatione, uia & carcere. Idcirco insanissimū ē in hmōi loco delicijs uelle affluere, uanitate resolui, risu & ioco laxari: imò q in seculo isto expetit delicijs atq; honorib. psperari, ipso facto pādit se esse non

Iohan. 12.
Ibidem
Eccl. 18
Iohan. 13.
Eccle. 2.

pere

pegrinū aut exulē,neq; cœlestis p̄rię amatorē,sed ciuē & filiū Babylonis,seruū iniqtatis,uiatorē pditionis. Hinc loqtur Ieremias: Vsq; quo delicijs dissolueris filia uaga? & propheta: Iere.31.
Renuit cōsolari aīa mea. itē q;, Heu mihi quia incolat⁹ meus prolōgatus est. Atq; de sc̄tis ueteris testamēti & legis naturę testat Ap̄ls: Cōfitentes quia pegrini & aduenę sunt sup terrā. Psal.76.119 Hebre.11.
A pręsenti ergo exilio feruide & frequēter suspiremus ad gloriosam illā patriā beatorū & gaudia mūdi tāq̄ ęternę pocula mortis abhorreamus, cū Ap̄lo sc̄tō dicētes: Mihi aūt absit gloriari, nisi in cruce dn̄i mei Chr̄i, p quē mihi mūdus crucifixus est & ego mundo. Tertiū Galat.6.
est cōsideratio piculorū, quib⁹ expositi sumus. Versamur nāq; & ambulamus indesinēter in medio laqueorū, & in cāpo seculi huius innumerabilium, inuisibiliū, acutissimorū, callidissimorūq; hostiū multitudine undiq; circūuallato & pleno, quorū manus & rabiē euadunt paucissimi. Incerti etiā sumus an cōuersatio nr̄a placeat deo, an finalit̄ simus damnandi, an pc̄tā nr̄a sint nobis indulta, & scimus q districtissimū & metuendissimū iudicē à quo iudicabimur cito, grauiter multipliciterq; offendimus, q itē sępe peccamus, atq; ad uitia sum⁹ procliues: q̄ oīa si digne ppendimus, nō iocari ac ludere, sed gemere ac lugere placebit, & cū Salomone fatebimur: Melius ē ire ad domū luctus q̄ ad domū conuiuij. In illa em̄ (uidelicet i domo luctus) finis cūctorū admonemur hoīm: & uiuēs cogitat qd futurū sit. Quartū Eccle.7.
est cōsideratio uniuersorū malorū tā culpę q̄ pœnę quę q̄tidie fiūt in mundo, q. s. tā multa & magna facinora incessabiliter fiunt in sc̄lo, q creator oīs tā multipliciter atq; enormiter à suis creaturis inhonorat̄, q assidue tot aīę ęternaliter peūt, q tot & tātę tribulationes, ęrumnæ, inopiæ, desolationes, opp̄ssiones, mœrores contingūt incessanter, ac insunt hoīb⁹ & pximis nr̄is ac Chr̄i mēbris: q̄s si diligimus tanq̄ nosipsos, debem⁹ utiq; cōpati eis sicut nobismetipsis cōpati optaremus in casu cōsili. Certe q hęc rite ppendit, cū Ieremia dicere poterit: Quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarū, & plorabo die ac nocte? Si Samuel tā diu ac grauiter deplāxit saulē, & Ieremias destructionē Ierusalē, Paul⁹ q̄sdam Corinthiorū, quantū & q̄liter deplorāda sunt oīa mala p̄tacta? Cōpatiamur igit̄ proximis nr̄is afflictis, tētatis, piclitantib. opp̄ssis & desolatis. Quintū est multitudo & magnitudo nocumētorū, q̄ delectationes inferūt hoī. Nā priuāt hoīes oī charismate grārū, quę & Salomonē infatuauerūt, & Euā traxerūt ad diuini trāsgressionē pcepti, & mētem uehemēter excęcāt atq; in malis obdurāt, imò dānationē merent̄ æternā. Etem̄ breue est q̄d delectat, ęternū q̄d cruciat. Quis p uoluptatib. noctis uni⁹ uellet tota die sequēte i ardēte iacere fornace? Cur ergo audem⁹ peccare mortaliter, cū pro uno pc̄tō mortali pœna infligat̄ æterna incendij infernalis? Sextū est uilitas, fœditas ac brutalitas carnaliū uoluptatū, ppter q̄s homo maxime uituperatur deo, & angelis dissilis reddit̄, ac bestijs cōformat̄. unde de carnalib⁹ exponit̄ illud Iohelis: Cōputruerūt iumēta in stercore suo. Et q̄d ait Psalmista: Homo cū in honore esset nō intellexit, cōparat⁹ est iumētis insipiētib. Insup uoluptatib. carnis & mundi multæ amaritudines sunt admixtæ, sumptuosæq; sunt, & sępe cū grādi piculo acgruntur, laboriose parātur, easq; pœnitudo cōcomitat̄. Ideo Salomon loquit̄: Adolescētia & uoluptas uana sunt. Itē q;, Dixi, uadā & affluā delicijs & fruar bonis: & uidi q hoc q̄q; esset uanitas. Itaq; tpe isto nobis ad pœnitendū, nō ad iocādum & ludendū indulto, actibus pnīæ insistamus, à cordis dissolutione, uanitate & intimorata relaxatione semp abstineamus. Iohel 1. Psal.48. Eccles.11.1.

Articulus XI. De cōdecenti uestitu ecclesiasticorū, præsertim canonicorū, & de multiplici eorum excessu in uestibus, & de cupiditate eis uitanda.

QVāto ministri ecclę tenent̄ pręlaicis eē uirtuosiores, eo debēt p̄ illis eē in uestitu simpliciores, hūiliores & exēplariores: impleręq; debēt q̄d in Ecclīaco legit̄: In uestitu ne glorieris unq̄, imò qcq̄d intuentiū, præsertim fœminarū oculos & corda potest scādalizare ac libidinose mouere, oēm uidelicet curiosum ornatū & apparatū pompaticū tenent̄ oīmode pręcauere specialiter, cū nō de eis dūtaxat, sed de oī q̄q; credēte sc̄ti p̄res Hieronymus, Chrysostomusq; testant̄, Vir aut mulier se ornās, & suo ornatu in se hoīm oculos puocans, etiā si nullū malū inde sequat̄, tn̄ ęternū suppliciū patient̄ q; uenenū prębuit, si fuisset q biberet. Si hoc tā mortale est in uulgarib. quāto iniquius est in ministris ecclię, q pręcipue obligātur cęteras ędificare psonas? Cur ergo incedimus tā cōpti & culti ut sposæ, put ait S. Bernardus. Respice eminus qualiter incedūt ornati tāq̄ spōsus pcedens de thalamo suo, ut si lōge uideris taliū quenquā, potius putes sponsam q̄ spōsi paranymphū. Certe scd̄m sc̄tōrū patrū doctrinā iubent̄ simplici uestitu, sicut & simplici uictu esse contēti. Pręterea diuinus ait Ap̄ls, Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spū mētis urę. Canonicus igit̄ & sacerdos ab oī curiositate, pōpa, supfluitate, uanitate, lasciuia Eccle.11.

uia ueſtiū hominū mundanoꝝ debet cauere, prout ſancti doctores ac pręſules Baſilius at-
q; Iſidorus docuerūt. Sed iam ſuper hac re canones & ſtatuta ex diuina inſpiratione edita
perpendātur. Legitur nāq; in 7. ſynodo, & habetur in decreto 21. quæſt. 4. Omnis iactātia
& ornatura aliena eſt ab ordine ſacro, eoſq; epiſcopos & clericos, q ſe claris ac fulgidis ue-
ſtibus ornant, emendari oportet. qui ſi in hoc permāſerint, epitimio tradātur. ſimiliter eos
qui unguentis utūtur, inſup qu[illegible] deridentes eos qui uilibus & religioſis ueſtimētis ami-
cti ſunt, per epitimiū corrigātur. [illegible]iſcis eñ tēporibus oīs uir ſacratus (hoc eſt, in ſacris or-
dinibus conſtitutus) cū mediocri & uili ueſte cōuerſabatur. Omne quippe quod non pro
pter neceſſitatē, ſed propter uenuſtatē accipitur, elationis habet calumniam, ſicut magn'
ait Baſili'. Inſup Zacharias Papa inſtituit: Epi, preſbyteri, diaconi indumētis ſecularib. nō
utātur, ſed ueſtib. ſuo ordini cōgruentib. Neq; dū ambulauerint in ciuitate aut in uia aut
in plateis, ſine opimēto ambulare pſumāt, niſi in lōgo itinere: qa ſicut mulier orās in eccl'a
nō uelato capite deturpat caput ſuū, iuxta Apl'm, ita ſacerdotes ſine opimēto eūtes detur
pant ſacerdotiū ſuū. q ſi temere pſumpſerint cōtra ſtatuta hæc agere, cōione priuētur, do
nec q̄ ſtatuta ſunt impleāt. His cōſonat q̄d Innocētius Papa II. Pręcipim' inqt, ut tā epi q̄ ſa
cerdotes & clerici in ſtatu mētis & i habitu corporis deo & hoīb. ſtudeāt cōplacere: & nec
in ſupfluitate uel ſciſſura aut colore ueſtiū, nec in tōſura cōſpectū intuētiū, qꝝ forma & exē
plū eē debēt, offendāt, ſed poti' q̄d eoꝝ deceat ſanctitatē obſeruēt. Hinc beat' ait Bernard.
Res paupeꝝ non paupib. dare, ſacrilegij crimē eſt. Porro facultates eccl'aꝝ ſunt pr̄imonia
paupeꝝ: & ſacrilega crudelitate eis ſurripit, qcqd ſibi miniſtri ecclę ultra ſimplicē uictū ac
cipiūt & ueſtitū. Nec eñ ordinauit de' his q euāgelio ſeruiūt, de euangelio q̄rere diuitias
uel ornatū, ſed uiuere ex eodē, ut ſint cōtēti corporis alimēto, nec gulę irritamēta, nec incē
tiua quęrāt libidinis: & qb. tegātur, nō quib. ornētur accipiāt. Sed qñ neceſſarijs poterit eē
content', q eo aīo introiuit, ut ſtipēdia cleri in uſus uoluptatis, curioſitatis, uanitatis cōgre
get, ſeruet, expēdat. Hinc rurſus ait illuminat' Bernard. Clamāt nudi, clamāt famelici & cō
querunt, dicētes: Nobis fame & frigore miſerabilit' laborātib. qd cōferūt tot mutatoria ue
ſtimētoꝝ, uel extēſa in perticis, uel plicata in māticis? Nr̄m eſt q̄d effunditis, nobis crudeli
ter ſubtrahitur, quod inutiliter & inique expēditis. Habetis ò curioſi quo delectemini, &
q̄ ſuſtentemur nō inuenimus nos miſeri. Deniq;, iuſtus ac ſapiētiſſimus deus condidit iſta
terrena in communē omniū indigentiū uſum, quatenus unuſqſq; ſecūdum ſui ſtatus decē
tiam inde utatur, ita q temporalia bona quantum ad uſum, debent eſſe communia, quāuis
quātum ad nos ſeu titulum poſſidendi aut erogandi ac diſpenſandi, quædam quibuſdam
ſint propria, prout in Secunda ſecūdę determinat Thomas. Quod ergo unus in ſuū uſum
conuertit ſuperflue, ſeu quod ſibi reſeruat auare, & itē quod ſibi acquirit immoderate, hoc
ſubtrahit alijs, præſertim egenis, & furti ſeu rapinæ incurrit peccatum, imò & grauē cru-
delitatem, prout Gulielmus Pariſiēſis & Vlricus declarāt. Hinc beatus pater Ambroſius
proteſtatur, quod in decreto habetur diſtinct. 27. ca. Sicut hi. Nūquid iniquus eſt deus, ut
nobis tam inæqualiter diſtribuat uitæ ſubſidia, ut tu quidē ſis affluens & abundās, alij au-
tem egentes? An potius idcirco ſic accidit, quia & tibi uoluit dominus benignitatis ſuę ex
perimenta conferre, & alium per uirtutem patientiæ coronare? Tu ergo ſuſceptis dei mu-
neribus, & in ſinum aut uſum tuum redactis, nihil iniquum te reputas agere, ſi ſubſidia ui-
tæ multorum ſolus obtineas aut reſerues? Quis enim tam iniuſtus, tam auarus, q̄ qui mul-
torum etiam pauperum alimenta, ſuum non tantummodo uſum, ſed & abundantiam ac
delicias facit? Neq; enim minoris eſt criminis habenti tollere, quàm cum dare poſſis & ab-
undas, indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt quem tu detines, nudorum ueſtimē
tum eſt quod recludis, miſerorum redemptio & abſolutio pecunia, quam in terra defodis
aut in ſcrinio claudis. Tantorum ergo te ſcias bona inuadere, quantis uales & non uis præ
ſtare. His per omnia cōſonat quod magnus ait Baſilius: Si tibi (inquit) fateris diuinitus pro
ueniſſe temporalia bona, an iniuſtus eſt dn̄s inæqualiter res ipſas nobis diſtribuēs? Cur tu
abundas, ille uero mendicat, niſi ut tu bonæ diſpenſationis merita conſequaris, ille (uideli
cet pauper) patientiæ brauijs decoretur? Famelici panis eſt quem tu detines, nudi tunica
quam in conclaui conſeruas, diſcalceati eſt calceus qui apud te marceſcit, indigentis argē
tum quod poſſides humatum aut clauſum. Idcirco tot indigentibus iniuriaris, quot dare
ualebas nec donas. Aduertāt hæc domini noſtri canonici, quibus ne unū quidem benefi-
ciū cōpetens ſufficit: ponderēt hęc qui tot ueſtes pretioſas ſeu pellibus foderatas in canie
tis habent iacētes, q auꝝ & argētum ſibi thezaurizāt, aut libidinoſe & ſumptuoſe uiuēdo
con-

constituunt. Attendant quomodo iudici summo reddere poterũt rationẽ, cuius mẽbra fame, siti, nuditate & frigore pmittunt affligi, qbus nec hospitiũ præbent aut lectũ. Itaq; sicut in Summa uirtutum & uitiorũ inducitur, ministri ecclesiæ circa uestitũ multipliciter grauiterq; offendunt: Primo in nimia uestiũ pretiositate, secundo in mollitie, tertio in curiositate & ornatu uestimentorum, quarto in multitudine earundem, cum dicat beatus Iohãnes Baptista: Qui habet duas tunicas.i.unam non necessariã, det non habẽti. Vitanda sunt ergo canonicis & ministris ecclesiæ circa uestes uestiumq; ornatus, quę supra 4. sunt tacta articulo, ut scilicet ferant uestimẽta desup clausa, non nimis longa, nec nimium breuia, nec pannis rubeis uiridibus ue utantur. Postremo, legitur inter miracula gloriosi Hieronymi, q quidam presbyter Cardinalis, nomine Andreas, defunctus, fuerat ęternaliter condẽnandus, nisi sanctus Hieronymus impetrasset animæ eius reductionem ad corpus, ad pœnitẽdum & satisfaciendum in uita præsenti, præsertim ob hoc q in uestitu præfatis modis excessit: qui tñ Cardinalis aliàs fuit uir castus, & multis præditus cõmendabilibus pũctis. Luc. 3

Articulus XII. Ne cum canonicis fœminæ commorentur, demptis propinquis & uetulis.

EXperientia est ueritatis magistra. Idcirco quę experiẽtia docet, quid necesse multipliciter cõprobari? Porro quàm multa atq; enormia scelera, q̃ nocẽtissima scandala, quàm lamentabilis ac deflenda deformatio & ruina nascantur ex cohabitatione mulierum cum sacerdotibus atq; canonicis, experimẽtaliter & ad oculum innotescit, ita ut iã à capite usq; ad pedes quasi nulla sit sanitas, sed sicut Osee propheta prædixit, Fornicatio & adulterium inundauerunt. Vnde certissime patet, quàm periculosa, incauta, uitanda sit cohabitatio illa, q̃q; cõsultissime ac rationabilissime sancti patres in synodis multis ac summi pontifices, diœcesani quoq; episcopi prohibuerint eam: quo aũt frequentius ac districtius & ab eminentioribus prælatis prohibita est, eo iniquius est maiorisq; contemptus aut negligentiæ inclusiuum, eam non euitare. Tangenda sunt autem & commemoranda hinc aliqua generalium conciliorum ac summorum decreta põtificum, ad monstrandum quàm seriosissime sancti & discretissimi patres, prætactam cohabitationem abhorruerunt, prohibuerũt, ac funditus exterminare conati sunt. Deniq;, cõtra hoc plene legitur prouidisse Maguntinense concilium: Præcipiendum est, inquiens, ut nullus sacerdos aut clericus fœminas, de qbus suspicio esse potest, retineat: sed nec illas quas canones concedũt, uidelicet matrem, amitã & sororẽ: quoniã instigante diabolo etiã in ipsis scelus esse ppetratum repitur, aut etiã in pedissequis earũdem. Veruntñ rigor decreti istius postmodum est laxatus, quãtum ad personas multũ propinquas aut uetulas, super quibus naturale fœdus aut ætas non sinunt sinistrum quid suspicari. Hinc Innocentius tertius cuidam scribens episcopo: Cum clericis, inquit, non permittas mulierculas commorari, nisi forsan de illis personis existant, in quibus naturale ius nihil sæui criminis suspicari pmittat. Hinc beatissimus Papa Gregorius: Volum', ait, sacerdotibus prohiberi ac clericis, ne cum mulieribus conuersentur aut demorentur, excepta duntaxat matre, sorore & cæ. In registro quoq; disseruit: Legitur quòd beatus Augustinus nec cũ sorore habitare consenserit, dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti igitur uiri cautela, magna nobis debet esse instructio. Denuo ait sanctus Gregorius, quod etiam in Decreto distinctione octogesimaprima habetur: Oportet sacerdotes quibus populus dei commissus est, cum magna constãtia uigilare super dominicas oues, ne à dæmoniis dilaniẽtur. Neq; silere hoc debeo, quod cum ingenti tristitia dico. Nam sacerdotes cum mulerib' habitare conspicio, quod nefarium est audire aut dicere, & cõtra canonum sanctorum statuta. Vbi enim fuerit cohabitatio talis, non deerũt stimuli hostis antiqui. Ideo inducẽdi sunt ne inuisibilis hostis fraude decipiantur, quatenus iuxta Apostolũ, nõ uituperetur ministerium nostrum. Cauere enim ab illicitis nos sacerdotes oportet, ut manus ualeamus mũdas ad deum leuare, qui ait: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Si uero quis præsumpserit aliter agere, sacerdotii priuetur honore. Insuper 32. ex gestis sanctæ synodi Nicenę inducitur: Interdixit per omnia sancta synodus non episcopo, non presbytero, nõ diacono, non subdiacono, neq; alicui omnino qui in clero est, licere fœminam subintroductam habere.i.non habitare cum fœmina, quemadmodũ in Rubrica exposuit Gratianus, nisi cum matre uel sorore aut amita, aut cũ psonis quæ fugiant suspiciones. Hoc ipsum in Carthaginensi iussum fuit concilio. Hinc ait Syricius Papa: Fœminas non alias in domibus clericorũ patiãtur esse, nisi eas tantũ quas propter necessitudinũ causas habitare cũ eisdẽ synod' sancta

Osee. 4

1. Cor. 6

Leuit. 11.

cta Nicena pmisit. Præterea non tantũ cohabitationẽ, sed incautam quoq; & suspectã uisitationẽ & allocutionẽ mulieris sancti p̄res prorsus prohibuerũt. Hinc in sexta synodo cõtinet: In oĩbus conuenit obseruari, ut nõ nisi certo & congruo loco ac tẽpore clericus mulieri loquaẽ, quaten⁹ oĩs nefanda suspicio excludaẽ. Certe solũ ad solã accedere nulla ratio religionis pmittat. Hinc demũ in VI. synodo Africana habetur: Clerici seu cõtinentes ad uiduas uel uirgines non accedant nisi iussu aut pmissu episcopoꝝ aut pres byteroꝝ: nec soli hoc faciant, sed uadãt cũ clericis uel alijs quibus ep̄s aut pres byter iusserit: sed nec ipsi ep̄i aut pres byteri soli habeant accessum, ut oĩs tollatur suspicio. Idcirco & Lucius Papa ait:
Distin. 81. c. Clericus. Clericus solus ad fœiæ tabernaculũ non accedat sine maioꝝ præcepto, nec solus pres byter cũ sola fœia fabulas misceat, nec archidiaconus sub prętextu humilitatis aut officij frequenter intret domicilia fœiaꝝ, nec per clericos aut domesticos matronis aliquid mãdet secrete. si agnitũ fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus ecclesiæ arceatur. Itaq; clerici pmittuntur quibusdã cognatis fœminis cohabitare, intelligendũ est, dũmodo cum consanguineis mulieribus illis non habitent fœminę, quibus cohabitare sacerdotes & clerici prohibẽtur. Ideo pres byteri atq; canonici suis matribus aut consanguineis fœminis cohabitantes, prouideant ne cum illis commorentur extraneæ, nisi sint uetulæ: alioquin recedant à mr̄ibus seu cognatis. Cũ itaq; cohabitatio ista tã multipliciter & districte extat prohibita, nullus sacerdos aut cleric⁹ quis castus eã admittat, nec propter tpale emolumentũ in ea pmaneat: q̄d & maxime impleat, si aliqui pres byteri aut canonici cohabitẽt, de q̄bꝰ habet piculo formidare ac præcauere: & q̄uis certus esset se nunq̄ posse tẽtari de fœia sibi cohabitãte, tñ metuere debet de piculo fœiæ, ne illa tẽtetur ex parte ipsius.

Articulus XIII. Quòd castitas corporis & munditia cordis ualde specialiter decent sacerdotes atq; canonicos.

Certũ est neminẽ posse deo placere aut beatitudinem obtinere sine cordis mũditia, cũ dicat saluator: Beati mũdo corde, qm̃ ipsi deũ uidebũt. Vnde & Salomon ait: Qui diligit cordis munditiã, amicũ habebit regem. De quo dixit Ap̄ls: Regi autẽ seculorum immortali inuisibili &c. Vnusq̄sq; quoq; fideliũ teneẽ ad castitatẽ, uel uirginalẽ, uel coniugalẽ, uel uidualem, seu eam quæ est abstinentia ab omni illicito cõcubitu. Porro ministri ecclesię ad castitatẽ teneñẽ multiplici ratione. Primo, quia in sua cõsecratione seu promotione ad ordines sacros se ad cõtinentiã astrinxerũt uoto, saltẽ implicite aut ęqualẽter. Quẽadmodũ eñi in Decreto copiose ostẽdiẽ, nõ solũ ad sacerdotiũ promouendi, sed inferiores q̄q; sacros ordines suscepturi, castimoniã debẽt uouere: & dato q̄ mõ nõ uoueãt castitatẽ explicite, implicite tñ eã promittũt, dum uouẽt se scd̄m canones sacros uicturos, & obseruaturos eosdẽ. Votũ aũt maxime obligat, imò magis q̄ mandatum, prout Thomas in Scd̄a secũdæ, Iohãnes, Bartholomę⁹ & alij in suis Sũmis testanẽ: atq; ut Alexãder de Hales in Sũma sua, Bonauẽtura sup IIII. Sententiaꝝ cõcorditer scribunt: Votũ per religionis professionem & sacroꝝ ordinũ susceptionem solẽnizatur, hoc est, solenne efficitur, atq; ad sui impletionem & spiritalẽ conuersationẽ fortissime ligat, intantũ, q̄ non solũ impedit mr̄imonium contrahẽdum, sed & dissoluit contractũ: quia in huiuscemodi uoto solenni homo non solũ se obligat ad bona agenda ac uitia fugienda, sed & promissionem suam quodãmodo implet, seipsum à secularibus & carnalibus sequestrãdo, diuinis quoq; & spiritalibus se mancipando. Sacerdotes ergo & canonici ac cæteri in sacri ordinis susceptione seipsos offerũt ac dant deo, ut eius fideliter uacent obsequio: ideo cõsecrati sunt creatori, & eius cultibus mancipati. Contrectatio autem & usurpatio rei alienæ inuito domino eius, est furtum, si contingat occulte: rapina uero, quãdo fit palam: abusus quoq; rei sacræ, sacrilegium nuncupatur: similiter furtum & rapina rerum deo consecratarum, sacrilegia rite censentur. Sacerdotes ergo & ministri ecclesiæ fornicantes, sacrilegi fiunt, & furtum committunt sacrilegum, sacrilegium & rapinam, subtrahendo seipsos cultui creatoris, & actibus impuritatis atque spurcissimis uitijs, ac rebus carnalibus fœdis ac fœtidis se tradendo, subdendo & uiliter seruiendo. Quòd si furtum & uiolatio calicis enorme est furtum sacrilegiumq; horrendum, quãto magis subtractio & pollutio rationalis creaturæ deo consecratæ, oblatæ ac mancipatæ? Secundo castimonia ad ministros ecclesię spectat potissime, qm̃ ut diuinus Dionysius docet, infimũ ordinis supioris & supremũ ordinis inferioris conuenientiã habẽt ad inuicẽ magnã: infimũ aũt in ordine totius angelicæ hierarchię est ordo angelorum, supremum uero in ordine ecclesiasticæ hierarchię seu militantis ecclesiæ est ordo sacerdotum & clericoꝝ. Hinc sacerdos à Malachia

Matt. 5. Prou 22. 1. Timo. 1.

Ministri ecclesiæ multipliciter ad castitatẽ teneñẽ

Mala. 2.

an

angelus nuncupatur, cum dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirent de ore eius, quoniam angelus domini exercituum est. Sacerdotes ergo & clerici angelice, caste & pure conuersari tenentur, & contra iustitiam peccant enormiter, uitam carnalem, bestialem ac sordidam exercendo. Tertio, quoniam ipsi sunt loco & uice dei ac eius uicarij, idcirco deifice, non turpiter ac brutaliter uiuere sunt astricti, alioquin contra charitatem dei peccant grauissime. Quarto, quia præcipua dignitate & maiori honore à deo sunt decorati, ideo debent deo grati consistere, & ei in puritate seruire, aliàs essent deo prorsus ingrati. Quinto, quoniam habent deum placare, & ei alios reconciliare atque immundos mũdare, idcirco ualde tenentur se deo placentes, castos & mũdos exhibere, cum & sanctus dicat Bernardus: Væ filijs malis qui nondum reconciliati, alienæ reconciliationis officium, quasi gens quæ iustitiam fecerit, apprehendunt. Nam & Apostolus protestatur: Qui in carne sunt, id est, carnaliter uiuunt, deo placere non possunt. In Ecclesiastico quoque fertur: Ab immundo quid mundabitur? Et Neemias: Mundati sunt sacerdotes, & mundauerunt populum. Sexto, quia conficiũt, sumunt & tractant sancta, imò sanctum sanctorum qui ait: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Si ergo in lege Mosaica tam prohibitum fuit immundis carnalia & inanimata sacrificia manducare, offerre ac tangere, quàm maledicti sunt, & sceleratissimi coram deo, qui corpus & sanguinem saluatoris & unici filij dei conficiunt, contrectant, sumunt & porrigunt alijs, & tamen in sordibus suis turpiter, scandalose ac impie uiuunt. Nonne per Moysen dominus iussit? Sacerdotes qui accedunt ad dominum sanctificentur, ne percutiat eos: & item, Homo qui habuerit maculam, non offerat deo. Et rursus: Anima polluta quæ ederit de hostijs pacificorum, peribit de populo suo. Denique primo Regum, pontifex legitur dixisse ad Dauid: Non habeo panes laicos, sed tãtum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, manducent: imò sacerdotes legis, tempore sui officij à legitimis abstinere iubebantur uxoribus: quanta est ergo facinorositas, impudentia, maledictio sacerdotum & clericorum euangelicæ legis purissimæ, qui sacramenta dignissima in suis turpitudinibus remanentes, contrectant: nonne infinita & supergrauissima damnatio imminet eis? Septimo, quoniam ipsi sunt oculi in corpore mystico totius ecclesiæ: modica autem macula & læsio ualde nociua est oculo. Octauo, quoniam ipsi sunt speculum in quod laici dirigunt oculos suos: speculum autem mundum & lucidum esse oportet. Nono, quia eorum carnalitas magis redundat in omnipotentis iniuriam & contemptum: & etiam quia magis scandalizatiua est populi, & maxime ac inæstimabiliter nocet eis ita peccantibus, & excæcat, indurat & damnat eos deo altissimo & omnibus sanctis eius, ac cunctis hominibus aspernabiles, abominabiles, odiosos, uilissimos, maledictos. Postremo secundum Gulielmum Parisiensem aliosque doctores, tales ministri nihil iuris habent in bonis ecclesiæ quæ deputata sunt membris atque militibus Christi: & quicquid de patrimonio crucifixi usurpant & consumunt, furtum est & rapina. Potissime quoque ad restitutionem tenentur uniuersorum, qui cum turpibus expendunt personis. Ecce qualis est uita, quàm criminosissima & periculosissima ministrorum ecclesiæ lubricorum. Resipiscant ergo à diaboli laqueis, & periculorum suorum immensitatem horrescant, alioquin maxime conuenit eis quod ait scriptura: Gens absque consilio est & sine prudentia, ut saperent & intelligerent, ac nouissime prouiderent.

Roman. 8 Eccl. 34 Neem. 12. Iohan. 6. Exod. 19. Leuit. 21. 1. Regum 21 Deute. 32

Articulus XIIII. De improuidentia & periculo sacerdotum & canonicorum mulieribus cohabitantium ex uerbis sanctorum.

PEccat mortaliter, ut asserit Augustinus, qui discrimini se committit. Talis quippe contra ueram agit prudentiam, ad quam sicut ad charitatem iustitiamque tenemur. Si quis iret per pontem, in quo uix unus de centũ euaderet lapsum & mersionem, quis non diceret quod ille stultissime ageret, & omni careret prudentia, tanto se exponens periculo? quanto magis reputandus est stultus & intimoratus sacerdos siue canonicus, mulieri secũdum iura prohibitæ cohabitare præsumens, cum de centum sic agentibus uix unus euadat ruinam, & si forsitan quis euadat actum obscœnũ, nonne paucissimi culpam imaginationis, stimulationis consensus illiciti sensualis amoris effugiunt. Etenim mulieri non consanguineæ nec uetulæ cohabitare, eamque assidue intueri, alloqui, audire, considerare oportet, oportunitatem quoque habere male agendi cum ea, ex parte loci ac temporis, & tamen nullo modo prætacto circa eam excedere, neque carnaliter

affici, nec à castitatis proposito impediri: sic utiq; supra hominem ac magnæ uirtutis, & ui ri in timore dei ac in omni uirtute bene fundati & exercitati. Nonne periculosissimum est homini nondũ sic exercitato, nec stabilito in grã ac uirtute, cum prohibita muliere morari? Acquiescat ergo sacerdos & clericus uncto, experto sapientissimoq; Hieronymo exhortan ti: Hospitiolũ tuum mulierum pedes raro aut nunq̃ terant & tangant, quia non potest toto ac tuto corde habitare cum deo, qui fœminarũ accessibus uisitatur: fœmina conscientiã se cum habitantis exurit. Nunq̃ de formis disputes mulierum: fœminam quam bene conuer santem audis, specialiter dilige. Hinc dist. 4. sacerdotibus clericisq; præcipitur, ut cõsangui nearũ quoq; sibi cohabitantium familiaritem deuitent incautã. Rursus ut ait Hieronymus, Acerbiora gehennæ tormenta sacerdotibus & clericis fornicantibus reseruantur. Væ tibi, sacerdos, qui eodem ore oscularis filiã Veneris, quo paulo ante sumpsisti filiũ uirginis: ò im pie Iuda, osculo filium hominis tradis. Hinc gloriosus Hieronymus positus in extremis, in præsentia dominici corporis locutus est Christo: Væ sumentibus te indigne. Certe ad sui reatũ & pœnã te denuo crucifigunt. Heu quid dicam ò dñe, qm̃ sacerdotes te hodie come dunt in altari, quemadmodum uolucrũ & pecudum carnes in mensa, qm̃ nocte fruunt mu lierum actu turpissimo, & mane te comedũt celebrando. Vbi ò dñe latitas? dormis ne an ui gilas? Est tibi obsequium hoc acceptum? est hæc oblatio quã eligis? Ecce mundus sacerdo tibus plenus est, & tñ uix unus de centum est bonus. Nulla in mundo tam crudelis est be stia, ut malus & lasciuus sacerdos: nam corrigi dedignat, & ueritatẽ audire non patit. Hinc in psona Christi loquit Augustinus: Noli ò sacerdos me amplius peccando affligere, plus me lædit, hoc est, amplius displicet mihi uulnus tui peccati, q̃ uulnus lateris mei, magis de linquis, qui me in cœlis regnantem fornicando offendis, corpusq; meum & sanguinem ir reuerenter tractas, & plebem meam, pro cuius salute crucifigi dignatus sum, scandalizas, q̃ qui me in terris ambulantẽ crucifixerunt. Audi sacerdos exhortantem te sanctum Bernar dum: O sacerdos, os tuũ quotidie receptaculũ & quasi sepulchrum Christi efficit, cur unq̃ mentit, cur lubrica loquitur, cur aĩa tua uitiose afficitur? Cur oculi tui aspiciunt uanitatem, qui quotidie in altari ante se hñt Chr̃m altissimam ueritatem? Cur manus tuas extendis ad illicita & immunda, quæ tractant præstantissima & illibatissima sacramẽta? Cur te uino aut ebrietate ingurgitas, qui saluatoris sanguinem potas, & spũali refectione plenus cõsistere debes? Nõne sceleratissimũ atq; turpissimum est, manus deo dedicatas, & sacro charismate consecratas, mulierum impudicarum corporibus & pudẽdis ingerere, & eisdem sacrosan ctum corpus dñi tangere? O quàm nefarium & temerarium est, pollutis manibus filiũ uir ginis matris, unigenitum dei patris tractare, & sordido ore sumere illum, qui oẽm transcen dit ac superat intellectum. Quis non erubescat & expauescat, ubi præstãtissimũ seculi pre tium projicitur in sterquilinium: lubricus nãq; sacerdos omni luto est turpior, & omni clo aca impurior. Insuper sicut ait Hieronymus, & in Decreto habetur 33. q. 4. Tẽpus quo uxo ri debitũ reddit, de carnibus agni comedere. i. cõmunicare non licet, cuius rei causam Tho mas & alij super 4. sententiarũ assignant dicentes, quod quãuis actus ille copulę coniugalis absq; culpa fieri queat, tñ ob uoluptatẽ ei annexam deprimit, & à deuotione impedit men tem. Itaq; si coniugatis & se absq; peccato cognoscentibus cõmunicare non licet die, q̃ no cte mox prçcedente cognouerunt seinuicem: quàm inquinatissime agunt sacerdotes, qui de nocte fornicati celebrare in die prçsumunt? Certe nullus intellectus concipere, nulla lin gua potest exprimere, quàm enormiter peccent, qui tam turpissimis uitijs inquinati, cœle stia atq; purissima Christi mysteria audent cõficere, sumere & tractare, ac sacratissima mis sæ & canonis uerba pollutissimo ore proferre. De talibus igitur loquitur Chr̃s iudex su premus per Osee prophetam: Iuxta desideriũ meũ corripiam eos. Ecce occurram eis quasi ursa, & quasi leęna raptis catulis dirumpam interiora eorũ, & consumam eos ut leo. Tunc iuxta psal. loquet ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos: ponetq; eos ut clibanũ

Psal. 2 ignis in tpe uultus sui, in ignem dejciet eos, in miserijs non subsistent. Sed per Ezechielẽ

Ezech. 22. effatur: Ecce complosi manus meas super malitias uestras. Nunq̃ sustinebit cor uestrũ, aut præualebunt manus uestræ in diebus uindictæ, & conflabo eos, & succendam uos in igne furoris mei, & cõflabimini in medio eius, sicut cõflatur argẽtum in medio fornacis, & requi

Amos. 4. escam. De quibus etiam ait per Amos prophetã: Ecce ego stridebo super uos, sicut stridet plaustrum onustum fœno, & leuabunt uos in contis, & reliquias uestras in ollis feruenti

Malachi. 2. bus. atq; per Malachiam: Et nunc uerbum istud ad uos ò sacerdotes, qui polluitis nomen meum. Ecce ego projciam super uos stercus solennitatum uestrarũ, & assumet uos secum,

hoc

hoc est fœda & carnalia opera uestra, quæ in festis cõmittitis improperabo, imputabo uobis, & cum sceleribus uestris in ima Acherontis ruetis, ut supercalidissimo igne illo sulphureo tanto acrius in æternum uramini, quanto hic intẽsiore affectu, maiori'q; uoluptate carnalibus inhęsistis: quemadmodũ in Apocalypsi locutus sum: Quãtum glorificauit se & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum.

Articulus XV. De eadem materia ex reuelationibus sanctæ Catherinæ de Senis, ac sanctæ Brigittæ uiduæ.

LEgitur in libro de doctrina & reuelationibus sanctæ Catherinę de Senis, quòd pater omnipotens in uisione quadam ad eam locutus sit: Anima carnalium & miserabilium sacerdotum tantam uitiorum putredinem à sensualitate eorum accepit: ego unxi & consecraui eos, ut in sanctitate & iustitia seruiant mihi, & sacramenta mea ministrent credentibus: & scis charissima filia quid mihi retribuant pro beneficijs tantis: ipsi me quotidie persequuntur in tot & tantis sceleribus, ut tua non possit lingua narrare, & si omnia illa audires, deficeres præ mœrore. Aliqua tamen tibi dicam, ut habeas maiorem compassionis & planctus materiam. Ipsi nanq; stare deberent super mensam sanctissimę crucis, passionem Christi iugiter meditando, & ibi se continere cibo animarum, laborando pro salute earum, & de illarum profectu spiritualiter gaudendo. Ipsi uero intrant tabernas, & ibi iurant, piurant, fabulant, gulę deseruiũt, potationibus uacant, & qd sit diuinum officiũ nesciũt: si illud dicant, cor tamẽ eoꝝ longe est à me. Pleni sunt miserrimis uitijs Isaiæ 29. tanquam homines penitus excæcati, & stant in uerbis ac factis lasciuiæ, publice quoq; & sine uerecundia peccãt: Ipsi em̃ sunt ribaldi atq; lusores & illusores: & postq̃ pluserunt animã suã, ita ꝙ pertinent ad corpus diaboli, pludunt bona ecclesię: & substantiã quã in uirtute sanguinis Chr̃i suscipiunt, ita expendũt, ꝙ pauperes inde non adiuuant, nec ecclesia habet necessaria fulcimenta, imò cũ ipsi sint templũ diaboli, non curant de tẽplo meo, sed ornamenta quæ facerent in ecclesia, faciunt in propria domo: imò quod peius est, sicut spõsus ornat sponsam suã, sic isti dęmones incarnati de bonis ecclesię, ornãt diabolã .i. amasiã suã. Cũq; infelicissimi dęmones isti, uidelicet sacerdotes lasciui, transeunt ad altare, nõ curãt ꝙ eoꝝ diabola uadit cũ filijs suis ad oblationẽ cũ alijs faciendã. O dæmones & plus q̃ dæmones, ut iniquitates ur̃æ essent magis abscõditę, qa tũc subditis minus nocerẽt: Nũc ꝟo estis eis causa peccãdi. Est hęc puritas quã requiro in sacerdote? Est hęc puritas, qa de mane surgit cũ mẽte inquinata & corpore suo corrupto & fœtido, cũ quo iacuit cũ sua diabola? O tabernaculũ dæmonis: ubi est bona uigilia noctis? ubi orõ continua & deuota, in quo noctis spatio disposuisti te ad celebrationẽ? Ex hac carnalitate uenit, ꝙ turpissimi sacerdotes nõ quęrũt meũ honorẽ nec proximoꝝ, imò nec suã salutẽ: nec sibi cõmissos corripiunt, sed ex proprio & priuato amore quo accensi sunt, quęrũt toto corde terrenas diuitias & corporis uoluptates, qbus nõ satiant: tpales quoq; honores & lauta conuiuia, pretiosa, ornata & superflua uestimenta. De his alia multa similia scripsit ex allocutione diuina hæc sancta & innocens uirgo, quæ alibi introduxi. Præterea in libro Reuelationũ beatę Brigittę uiduę de his multa legunt, ubi inter cætera Chr̃s in uisione ait ad Brigittã: Nonne Dauid dixit: Qui Psal. 40. edebat panes meos, magnificauit sup me supplãtationẽ? sic tibi nõ dico, ꝙ proditores mei sunt sacerdotes immundi & lubrici, qui panem meum comedunt in altari. Paganos & Iudæos aspicio, & nullũ in eis uideo talibus sacerdotibus deteriorẽ: ideo zelo iustitiæ eis maledico & dico: Maledictum sit omne quod de terra ad utilitatem & sustentionem suam suscipiunt, quoniam tam ingrati sunt deo: Maledictus sit cibus & potus eorum, qui pascit corpus eorum in cibum uermium, & animam ad infernum, id est, animam tenet in corpore ad eius damnationem. Maledictum sit corpus eorum, quod resurget in inferno sine fine arsurum. Maledicti sint anni eorum, quibus tam uitiose uixerunt. Maledicta sit hora eorũ, quæ incipit eis in inferno & nunquam finietur. Maledicti sint oculi eorum, quibus uiderunt lumẽ cœli. Maledicti sint aures eorum, quibus uerba mea audierunt nec impleuerunt. Maledictus sit gustus eorum, quo gustauerunt dona mea. Maledictus sit tactus eorum, quo tractauerunt me indigne. Maledictus sit odoratus eorum, quo odorati sunt delectabilia sibi, & me super omnia delectabilem neglexerunt. In his maledictis sacerdotibus regnant auaritia, acedia, impatientia, carnalis uoluptas: & diligunt mundum, nec satiantur terrenis: Prædicant uerba mea, & uidentur facere bona quædam, sed ad honorem & commodum

suũ

suum,non meum.Plura his similia recitat Brigitta sancta,quæ iam tantũdem tetigisse sufficiat,qm̃ in opusculo de Vita & regimine curatorum ea diffusius allegaui.

Articulus XVI. Quàm uirtuosi & diuini teneantur esse canonici,& omnes in sacris constituti ordinibus,ex uerbis diuini & magni Dionisii.

SAcratissimus & theologicissimus Dionysius,In omni(inquit)diuino officio non est audẽdũ aliis fieri ducem,nisi q scd̃m oẽm uirtutem deiformissimus.i. deo similimus seu ualde similis extet,utputa tam uirtuosus&sapiẽs,ut de plenitudine sua aliis possit influere purgando seu illuminando eosdem.Vnde sanctus Thomas super quartũ Sententiarũ dist.24.concludit,& idem affirmat Albertus:Cum homo in quolibet ordine sacro constituatur dux aliis in rebus diuinis,in quolibet ordine sacro tanquam præsumptuosus,peccat mortaliter ordinem illum accipiendo indigne,hoc est, existendo in peccato mortali.similiter qui iam cõstitutus est in aliquo ordine sacro, scilicet sacerdos, diaconus aut subdiaconus,toties peccat mortaliter, quoties aliquem actũ ordinis sacri indigne exequitur,utputa non existens in charitate & gratia.Hoc idem Durandus in sũma sua,Raymũdus,Iohãnes,Bonauentura & alii concorditer protestant.Hinc sanctitas uitę requirit tam ad susceptionem ordinis sacri,q̃ ad executionem & administrationem ipsius de necessitate præcepti.His consonat q̃d in epistola ad Demophilũ feruẽtissimus & illuminatissimus Dionysius fassus est:Talis inqens,hoc est,non illustratus & pręsumptuosus,nõ uirtuosus ostenditur diuina indigne exequens,& quasi putans deũ ignorare quæ ipse nouit, suam uidelicet indignitatem & uitia,& decipere putat deũ,quem mendaciter patrem appellat,& audet immũdas ipsius infamias.i.deũ inhonorare,& coram aliis q̃tũ in ipso est, inhonorabilem demonstrare non ueret.Non eũ dicam orationes sup diuina signa.i.sacramẽta aut sacra christiformiter enũtiare.Ex qbus ỳbis prætacti doctores concludũt,ꝙ talis sacerdos,diaconus aut subdiaconus est tanq̃ blasphemus,& dei deceptor seu traditor nominat.Cũ ergo canonici communiter sint in aliquo ordine sacro,constat q̃ deiformes,uirtuosi & illuminati esse tenenter,& sua officia exequi timorate.Vnde & populo ualde exemplares existere obligant& de abũdantia suæ uirtuositatis ac gratiæ proximis cõmunicare.

Articulus XVII. De qualitate canonicorum ex ỳbis sancti Bernardi.

SAnctus & prælectus Bernardus fratrũ amator,zelator boni cõis, propugnator ecclesiæ,deformationem ac ruinam ecclesię in suis libris frequenter describit ac lamẽtatur:canonicorum quoq; lapsum pmaximũ specialiter deflet,ac inter cætera protestat clericos à singulis gñibus hominum id sibi usurpare,q̃d delectat:id uero uitare,q̃d grauat:Habent,inqt,singula quæq; genera hominũ aliqd laboris & aliquid delectationis:sed est aduertere prudentiam clericoꝝ & admirare: quemadmodũ inter hæc nouo artificio discernentes,& ea abinuicem sequestrantes,totum quod delectat eligũt & amplectant:quod aũt molestũ est,fugiũt & declinant.Cũ militibus nanq; frequentant superbiæ fastũ,amplã familiã,nobiles apparatus,equoꝝ phaleras,accipitres,aleas & consimilia.Porrò à mulierculis mutuant dependentes à collo rubricatas muriũ pelles,ornatos thalamos, balnea & omnem mollitiem & gloriam uestiũ,caute omnino uitantes pondus loricæ atq; insomnes noctes in castris,incerta quoq; discrimina prælioꝝ,uerecũdiam etiam ac disciplinam mulierũ,& si quid sexus ille habet laboris atq; pudoris.Sudant agricolę,putant & fodiũt uinitores,& qui inter hæc otio torpent clerici,accedente fructuũ tempore,iubent sibi horrea innouari,& promptuaria eorum replentur pręillis.Viuũt tritico,bibũt uina,impinguant & dilatant adipe frumenti,succis herbaꝝ peregrinũ mutuant saporem. Negotiatores circũeunt mare & aridam in labore corporis & periculo uitæ perituras sibi diuitias congregantes.Dura sunt hæc:caueant ea prudẽtes nostri:diuites interim capiũt somnos, ne dicam suis lasciuiũt stratis. Cęteri demũ mechanici multo & magno labore uictum sibi acquirũt:clerici uero madent deliciis & copiis affluũt otiosi.Cũ resurgere cœperint hoies, unusquisq; in ordine suo,ubi putas gñatio ista locabitur? si ad milites diuerterint, exufflabũt eos,qm̃ labores & picula secũ minime tolerauerũt:sic agricolæ,sic negotiatores & singuli quiq; hominũ ordines à suis eos finibus deturbabũt,utputa qui in labore hominũ nõ fuerũt.Quid ergo restat,nisi ut quos omnis ordo repellit pariter & accusat,eũ sortiant locum,ubi nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat?Hinc rursus ostendit sanctus Bernardus libro tertio de Consideratione,ꝙ clerici nullius sint ordinis,dicens: Quid sibi uult ꝙ clerici aliud esse & aliud uolũt uideri?Nẽpe habitu milites,quęstu clericos, actu neutrũ exhibẽt,quia nec pugnãt ut milites,neq; ut clerici cõuersant et docẽt.Cuius ordinis sunt?

cum

cum utriusq; esse cupiunt, utrūq; deserunt & confundūt, Vnusquisq; (ait Apostolus) in ordine suo resurget. Isti in quo? An q̃ sine ordine peccauerūt, sine ordine peribūt? aut si summe sapiens deus ueraciter creditur à summo usq; deorsum nihil inordinatū relinquere, uereor eos non alibi ordinādos, q̃ ubi nullus est ordo, sed sempiternus inhabitat horror. Nō amici profecto sunt sponsi, qui assignata ecclesiæ cultui proprio retinere ac applicare quęstui non uerentur: & qui sibi ac alijs tabernacula pręparare in cœlo debuerant, domū ad domum, agrum agro coniungunt in terra, & cōtra Christi doctrinā, thesaurizant sibi in seculo isto, cum tamen natura modicis sit contenta. Ipsi uero in bonis ecclesiæ non solū necessaria quærunt, quę minori possent obtineri periculo: uerū honorati incedere uolunt, placere student hominibus, delectare & superbire, huicq; seculo conformari. Vniuersos in ecclesiasticis rebus atq; ordinibus proprium honorem quęrentes, aut diuitias seu corporis uoluptatem, hoc est, quę sua sunt, non quæ Iesu Christi, certissime introducit nō charitas, sed aliena quàm à deo cupiditas. Quid istud temeritatis est, imò quid insaniæ se ita habere? ubi timor dei? ubi mortis memoria? ubi formido gehennæ, & terribilis illa expectatio futuri iudicij? Sponsa clamat ad spōsum cœlestem: Trahe me post te: Curremus in odorem unguētorum tuorum. Nunc aūt trahit sua quēq; uoluptas, atq; odorē turpis lucri sectantes, quæstum æstimant pietatem, quorum damnatio iusta est. 1. Corinth. 15 Cant. 1 Eodem.

Articulus XVIII. De districto ac metuendissimo dei iudicio clericis imminente, ex uerbis gloriosi Bernardi.

RVrsus ait felix Bernardus: Væ tibi clerice, mors in olla, mors in tuis delicijs, quia peccata populi comedis. i. bona ecclesiæ oblata à populo pro expiandis eorum peccatis: ecclesiasticos sumptus gratis habere te reputas: cantando proueniunt tibi: sed cōueniētius esset mendicare aut fodere, nisi & iuste in omnibus conuerseris, & satisfacias pro benefactorū peccatis ac fundatorum. Idcirco solicitus esto, tanq̃ rationem redditurus: dignos pro illis gemitus fundere, dignos agere pœnitentiæ fructus: alioquin tibi noueris imputanda plebis peccata, quæ nunc inter delicias computas & manducas, paruipēdis & dissimulas, tanquam nihil attinentia tibi. O iudiciorum dei abyssus multa, o terribilis deus in consilijs super filios hominum: frustra incipient miseri dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Venient ante tribunal Christi: audies contra eos grauis populorum quęrela, accusatio dura quorum uixerunt stipendijs, nec diluerunt peccata, quibus facti sunt duces cæci mediatoresq; fraudulenti. Quid tibi insipiens delicię sapiunt? quid diuitiæ oblectant oculos, quibus merearis tibi tam graue iudicium, tam intolerabile & æternum supplicium, atq; tam diræ te obligas rationi? Vniuersa quippe usq; ad quadrantem nouissimum exigentur à te. Sed nunc aduertant canonici, quid desup unctus & doctus à spūsancto Bernardus scribat Fulconi illustri canonico, beneficium unū non plura habenti, qui & postea fuit episcopus: Surgis ad uigilias, uadis ad missas, chorū horis nocturnis ac diurnis frequentas, bene facis: sic præbendam ecclesiæ gratis nō accipis. Dignū est, ut qui altari deseruit, de altari uiuat: uiuat inquam de altari, non superbiat, non luxurietur, non ditetur: Non in clericatu diues ex paupere fiat, ex ignobili gloriosus: Non sibi de bonis ecclesiæ ampla palatia, habitacula pretiosa, curiosa depictaq; fabricet, nec loculos cōgreget, nec in uanitate aut superfluitate bona pauperum dissipet aut dispergat. Non extollat de facultatibus ecclesiæ consanguineos suos aut nepotes, ne filias suas dixerim nuptui tradat. Conceditur tibi, ut si bene deseruis, de altari sustenteris, non autem ut inde compares tibi aurea frena, sellas depictas, calcaria deargentata, uaria griseaq; pellicia collo & manibus ornatu purpureo diuersificata. Deniq;, qcqd pręter necessariū uictū simplicemq; uestitum de altari seu bonis ecclesię retines, tuum non est, furtum est, rapina est, sacrilegium est. Heu quis in exordio status canonicorum credidisset ad tantam eos ruinam posse deuolui? sed cū paulatim deuenerit homo ad grauiora, ita quòd impudētia atq; frontositas cor eius obdurant ut non paueat, non horreat, non contremiscat ea, iam demum desperatio est infelicis: Impius etenim cum in profundum uenerit uitiorum, contemnit, & diuino se pręsentare uultui non ueretur: tanquam domesticus sine timore intrat ecclesiam, ingreditur chorum, genua flectit, osculatur ore sacrilego, dolose agit, sed in conspectu dei, ut inueniatur iniquitas eius ad odium: sic post fornicationes ad adulteria & incestus quidam labuntur: & utinam ut non ad ignominiæ passiones. Deniq;, de his multa similia scribit hic sanctus

Psal. 35 Luc. 23. Roman. 14. 1. Cor. 9. Prouerb. 18.

& qualiter infinita sit clericorum ambitio, qui simplici prębēda erubescūt esse contenti, & semper ad altius quid aspirant, donec tandem in profundo merganť inferni. Nec mirū φ in ecclesia susceptoq; ordine impie conuersanť, qui nec bene neq; per Christū, sed uel simoniace aut peruersa intentione intulerunt, quęrentes in uoluptate & otio, in uanitate & desiderijs proprijs uiuere, non in sanctitate & iustitia deo seruire, aut per arctam uiam salutis incedere, ad temporale magis q̃ ad spūale respicientes. Postremo, ut zelator dei felix ac S. fatetur Bernardus: Curritur passim ad ordines sacros, & reuerēda ipsis quoq; angelicis spiritibus ministeria, sine consideratione & reuerentia apprehendūt homines, in qbus auaritia regnat, ambitio imperat, dominať superbia, sedet iniquitas & principať luxuria: sic aspirant & currūt ad ecclesiasticas dignitates & curas, tanq̃ sine curis iam uiuere debeāt, cū ad honores & curas peruenerint, nō em̄ onus curæ annexū perpendūt, nec quale eis instet iudiciū intuenť, qbus tāto intolerabilior appropinquat damnatio, q̃to nūc minus solici sunt, q̃ deo tribuant rationem, & quanto in maiori securitate & dissolutione iam uiuunt.

Articulus XIX. Qualiter sit orandum, cantandum & psallendum ac seruiendum altissimo,

QVia pręcipuū exercitiū canonicorũ est aut eē debet, orōnibus & laudibus dei assidue occupari, & horas canonicas decantare, tangendū est breuiter, qualiter exorandus & laudandus sit deus. Præterea q̃ indefinenter & feruēter deū inuocare indigeamus, Primo patet ex parte loci quē immoramur: habitamus em̄ in seculo isto nequam tanquam in graui exilio ualleq; lachrymarũ, & campo arctissimo callidissimis atq; fortissimis hostibus obsesso ac pleno, in qbus multis ac maximis expositi sumus periculis: nec inuisibiles inimici nostri dormiūt unquam, sed incessabiliter insidianť aduersanturq; nobis, & expugnare nos moliūtur, & secum damnationi æternæ inuoluere. Nos uero fragiles sumus ac debiles ad resistendū. Ideo tam ex parte loci q̃ ex parte periculorũ & laqueorũ, in quorũ medio uersamur, et quibus exponimur tam ex parte aduersariorum animæ nostræ, indigemus ad deū orando confugere, et eius auxilium, confortationem, defensionem affectuosissime implorare. Præsertim qm̄ et domesticum hostem ubiq; et semp̄ portamus nobiscū, uidelicet proprium corpus quod aggrauat animā, deprimit intellectū, ac milia ingerit impedimenta spiritalis profectus. Scđo patet q̃ incessanter et feruide oportet nos orare ex parte magnitudinis causæ quam habemus præ manibus. Hæc etem̄ causa est deo debite deseruire, ac per hoc æternā beatitudinē obtinere: qđ si neglexerimus, damnationē recipere æternalem: si ergo pro cōuersatione et defensione uitæ corporalis præsentis ac breuis tam affectuose, lachrymose et anxie homines deprecanť, si pro terreno bono tam humiliter et instanter deposcunt, q̃ feruentissime, humilime ac iugiter oportet nos uiscera misericordiæ dei nostri efflagitare pro euasione damnationis perpetuæ, pro uirtute præualendi t entationibus cunctis, pro adeptione sempiternæ salutis, pro omni dono gratiæ necessariæ ad obtinendam ac promerendam beatitudinem tantā. Tertio patet hoc ex eo φ toties et tam grauiter deū offendimus, atq; quotidie inhonoramus eundem. Hinc Climachus ait, φ ex consideratione reorũ mortis, discere possumus qualiter deū orare debemus. Nempe fures et homicidæ capti à principe, si aliquam spem euadendi habuerint coram principe, quē offenderunt, se in terram prosternunt, ueniam cum omni humilitatis apparatu, ac ingenti affectu precanť, emendationem om̄imodam pollicētur: et quod de cætero uelint principi fidelissime usq; ad mortem seruire promittere sunt parati, quanto magis nos uitiosi ac miseri, qui innumerabilibus uitijs æternam damnationem meruimus, debemus modo prætacto inuocare altissimum, qui pœnitentibus spem concessit, ueniamq; promisit contritis. Præterea qualiter debemus deum orare, pensare possumus partim ex parte dei, partim ex parte nostri. Ex consideratione nanq; infinitæ bonitatis et amabilitatis dei, debemus eum orare cum feruenti et puro amore, ipsum super omnia totis præcordijs desiderando. Ex consideratione infinitæ maiestatis, dignitatis, sanctitatis et honorabilitatis dei gloriosi et bñdicti, debemus eum orare cum om̄i reuerētia et subiectione atq; humilitate: si enim regibus & prælatis seculi huius tam reuerenter subiecte & humiliter loquuntur & supplicāt eorum ministri, quāto magis regi omnipotenti sup dignissimo & immenso, non nisi cum grandi & summa reuerentia, humilitate, subiectione loqui, supplicare & psallere nos oportet. Porrò, ex consideratione potentiæ ac sapientiæ, & omnia intuentis dei ipsum inuocare debemus cum diligēti cordis custodia & attentione peruigili, sensum attendendo uerborum, & corde refrenato ab omni distractione inutili. Ex consideratio

sideratione quoq; infinitæ misericordiæ ac munificentiæ dei, orare debemus cum omni fiducia. Ex consideratione demũ diuinę iustitiæ, orare debemus cũ metu, timore & tremore. Insup, ex consideratione propriaꝝ trāsgressionũ & culpaꝝ, orare debemus cũ pręcordiali cõtritione & humili proprię uilitatis recognitione. Ex cõsideratione uero propriæ indigẽtiæ, infirmitatis ac pronitatis nostrę ad omẽ malũ, orare debemus indesinenter & suspiriose, sicut ait saluator: Oportet sp orare & non deficere. Ex consideratione aũt propriæ cõditionis ac paruitatis, orare debemus amorose cũ plena humiliatione tanq̃ creaturæ pusillæ maiestatis incircũscriptæ, quã cum filiali fiducia inuocare debemus. Ex eisdẽ considerationibus pro maxima parte elicit, qualiter psallere & deũ laudare debemus, utputa attẽte, reuerenter, distincte, affectuose, iucũde, imò timorate & humiliter, pure & custodite. Hinc s. Bernardus: Moneo uos dilectissimi, pure sp & strenue laudibus interesse diuinis; strenue q dem, ut sicut reuerenter, ita & alacriter dño assistatis, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes uocibus, non præcidentes uerba dimidia, nõ integra trãsilientes, nõ fractis & remissis uocibus muliebre q̃ddã balba de nare sonãtes, sed uirili (ut dignũ est) sonitu & affectu uoces sanctispũs depromentes: pure uero, ut nil aliud dum psallitis, q̃ quod psallitis cogitetis. Sed heu heu, in his inueniunt multi canonici non mediocriter defectuosi. quia & nimis cursorie psallũt, nec conuenienter pausant in medio, nec disciplinate, reuerenter ac timorate stant coram deo, sed potius dissolute: incustoditi in uisu, incompositi in moribus, proni ad leuitates, ad risus, ad fabulationes: qui & faciliter se à diuinis absentant, tarde ueniunt, & exeunt ante finem. Et quomodo possunt ad sensum esse intẽti, qui tam indistincte atq; celerrime proferunt uerba sacra? Vtinam hi attendant quod dictũ est: Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. Et, quod per Isaiam dñs dixit, & ipsemet Christus in euãgelio allegauit: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eoꝝ lõge est à me. Quid responsuri sunt isti iudici summo, qui ea quę carnis sunt, tã exquisite exercẽt, tãq; diuturne talibus immorantur, qui tarde nimis cantant matutinas, easq; sicut & cæteras horas uelocissime soluunt? In suis aũt prandijs, cœnis, conuiuijs, societatibus, confabulationibus, ludis & iocis, multo diutius sedent q̃ natura requirat, necessitas postulet, rõ dictet. Porrò, qui de his quæ dei sunt & animaꝝ concernũt salutem, cito nimis expediunt se, omnino puersa est uita ipsorũ. Ideo resipiscant, nec diuino obsequio & honorificentiæ creatoris subtrahãt debitũ tempus, sed principaliora principalius, diligentius, maturius exequant. Præterea quidã canonici omnino non cantant, q̃uis in choro stent, sed pueris & cantoribus id cõmittũt. Consuetudo illa uidet esse corruptela, nõ lex: nec ex humilitate & deuotione, sed magis ab elatione, abusu & acedia processisse uidet, cum & olim non solum cathedralium ecclesiarũ canonici, sed & ipsi pręsules sancti cũ choro psallere soliti fuerint. Attendant hi q̃d ait Apostolus: Qui nõ laborat, non manducet. Nonne bñficium ad officiũ ordinat, nec ecclesiastici redditus nisi officiantibus ac laborantibus in diuinis debentur?

Luc. 18.

Iere. 48

Isaie. 29. Matt. 15 Marc. 7.

Articulus XX. An discantus in diuino obsequio sit commendabilis, & de uitandis in cantu.

QVemadmodum in sũma uirtutũ & uitiorũ habet, circa cantũ reprehensibile est quęrere uocem minus blãdam ad gloriandum uel oblectandũ. Vnde ut ait Gregorius: Dum blanda uox quęrit, recta uia deserit. Similiter in cantu reprehẽsibilis est nimia exaltatio uocis, & item inundatio eius. Anticipatio quoq; & lõga in fine protractio, atq; omissio pausæ in medio, maxime autẽ indistincta & nimis uelox prolatio. Pręterea quæri potest, an discantus seu fractio uocis laudabiliter admittantur in deitatis obsequio. Quocirca in præfata notabili scribit sũma: Reprehensibilis uidet esse in cantu fractio uocis. Vnde in Legẽda habetur sancti Sebastiani: Putas'ne illum inter Christicolas numerandum, qui tonsorem diligit, comam colit, sapores quęrit, & uocem frangit? Fractio uocis signum uidetur animi fracti, quemadmodum reprehẽsibilis crispatio crinium in hominibus, corrugatio uestium in mulieribus, sic & fractio uocis in cantantibus. Et sicut uentus facere solet crispationem in aqua, sic uentus uanitatis hanc crispationem fractionemq; uocis facere solet. Hæc in summa præfata. Cui attestatur, quòd quidam qui ad tempus sic cantare consueuerunt, fatentur superbiam & quãdam lasciuiam animi in huiuscemodi cantu consistere. Porrò, si aliquo modo debeat excusari, non uidetur excusabilis aut commendabilis esse, nisi pro deuotione excitanda ordinetur ac fiat. Nam quidam ex

melodijs ad contemplationem & deuotionem fortiter excitant. Vnde & organa habet ecclesia. Si uero fiat ad oblectandum auditum, & presertim ad complacendum præsentibus etiam mulieribus, non dubium quin reprehensibile extet, cum & sanctus dixerit Augustinus: Quoties me plus delectat cantus q̃ sensus seu id quod cantat, toties me pœnaliter peccare fateor, & tūc mallem non audire cantantem. Deniq; quamuis discantus prouocet specialiter quosdam ad deuotionem & contemplationem cœlestium, multum tamen reuocare uidetur, ac impedire ab aduertentia sensus etiam propriæ orōnis eius qui audit & orat. Hinc sanctus ait Bernardus: Parum prodest uoce sola cantare sine cordis attentione: deus enim cui non absconditur quicqd illicite perpetratur, non quærit uocis lenitatem, sed cordis puritatem.

Articulus XXI. Contra excusationem quorundam excusantium se ab obseruatione eorum quæ dicta sunt ad canonicos pertinere, quia honestas ecclesiæ (ut dicunt) aliud iam requirit q̃ olim.

Psal. 140. RECte deprecatus est deum Psalmista, dicendo: Nō declines cor meum in uerba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Hæc quippe excusatio incorrigibiles efficit multos. Non ergo excuset se quispiam ab obseruantia prædictorum, dicendo: Non possumus modo uiuere sicut prędecessores nostri olim uixerūt, i. esse contenti necessario uictu, simpliciq; uestitu, & beneficio uno. Sed propter honestatem ecclesiæ plurimis indigemus, & hospitalitati nos uacare oportet, atq; uestiri, refici, incedere iuxta decentiam nostri status & gradus ac ordinis, ac tenere familiam. Itaq; his atq; consimilibus excusationibus, cauillationibus, persuasionibus, quibus multi fallunt seipsos, est respondendum: Quòd utiq; canonici & omnes in sacris ordinibus cōstituti, uiuere debēt, uestiri, nutriri, progredi cum omni & grandi honestate atq; decentia uocationis & status sui, sicut requirit gradus & ordo, status ac dignitas eorundē. Sed utinā rite & uere perpendant, quid ad ueram pertineat honestatem, ad eorum decentiam & ornatum. Etenim quicquid contrariatur uirtuti, contrariatur ueræ & appetibili honestati. Bonum nanq; honestum secundum philosophos atq; theologos appellatur, quod propria bonitate & ui allicit appetitum, tanquam per se appetendum, ut sapientia, scientia & uirtutes, quemadmodum in exordio libri de anima tangit Philosophus. Hinc ait Isidorus, quòd honestū dicitur quasi status honoris. Honor autem debetur sapientiæ & uirtuti, imò & dignitati, quæ sapientia ac uirtutibus est ornanda. Ideo quicquid contrariatur sapientiæ ac uirtuti, inhonestum est reputandum, nec uere honestum censetur. Hinc honestas ministrorum ecclesiæ sita est in uera & sancta humilitate, in forti patientia, in mansuetudine, pietate, obedientia, charitate: in omni castitate, maturitate, sobrietate, exemplaritate: in uera iustitia, misericordia, liberalitate, cæterisq; uirtutibus, donis & gratijs spiritussancti: in terrenorum contemptu, in cōtemplatione ac desiderio diuinorum: non in superfluitate, curiositate, pretiositate, mollitie, delectatione uestimentorum, ciborum, potuum, domorum: non in grandi familia, abūdantia opum, multiplicatione utensiliū. In his quoq; uera consistit decentia & ornatus, de quo ad Timotheum scribit Apostolus, Vt mulieres orent in habitu ornato, id est, humili, simpli-

1. Tim. 2. Eodem. ci & deuoto: nō curioso, pretioso, pompatico, cum sacratissimus princeps apostolorum dicat: Non in ueste pretiosa aut margaritis. In hoc ergo consistit canonicorum & sacerdotū honestas, ut iuxta Christi & sanctorum patrum præcepta, decreta & canones conuersentur, quantum eis modo possibile est: & sua exemplaritate, maturitate ac spiritualitate ædificent plebem, & bonus Christi odor existant, ac deum glorificent, uiuendo & seruiendo

2. Corinth. 2 Matt. 5. altissimo in omni castitate, sobrietate ac diligenti diuini officij persolutione, in ueste humili ac decenti, in charitate, pietate cæterisq; prætactis uirtutibus. Sicq; principi, domino, pōtifici, magistro, institutori ac legislatori suo Iesu Christo se conforment, subdant, obediant. In omni etenim genere ac ordine est unum primum & maximum, quod est inferiorum ac secundorum regula ac mensura, ita quòd quanto plus conformantur & appropinquant illi primo, tanto in suo genere ac ordine perfectiora consistūt: quantoq; plus à primo illo recedunt, distant, dissimiliora'ue fiunt, tanto imperfectiora reddunt. Cum ergo in omni ecclesia & toto populo Christiano Christus sit primum ac maximum, mēsura & regula uniuersorū fidelium, tanto fideles sint honestius, decentius atq; ornatius cōuersantes, quāto plus Chrm̄ sectātur, in quo summa fuit honestas & honestissima uita in prætinductis uirtutibus

fit

sita. Idcirco in hoc uera consistit ministrorum ecclesiæ & canonicorum honestas, ut Christi humilitatem, charitatem, iustitiam, exemplaritatem, misericordiam, sobrietatem, munditiam, iuxta sanctorum patrum Canones & decreta sequantur: non ut delicate quotidie epulentur, sicque ad libidinem excitentur, nec ut cultis uestibus induantur: sed præ uulgo tanto sint uirtuosiores, humiliores, castiores, magisque sobrij, quanto in altiori sunt statu, gradu ac ordine cõstituti. Denique experientia docet, quod quidam canonici (quamuis heu pauci) caste & uirtuose conuersantes, multo plus diliguntur, honorantur & reputantur à populo quàm cæteri. Quantum uero superfluitas, curiositas, pretiositas uestium clericis prohibeantur, patet ex dictis suprà undecimo articulo, quo inter cætera continetur: *Omnis iactantia & ornatura aliena est ab ordine sacrato: eosque episcopos & clericos, qui se claris ac fulgidis uestibus ornant, emendare oportet. Olim enim omnis uir sacratus. i. in sacro ordine cõstitutus, cum mediocri & uili ueste conuersabatur.* Postremò, præfatam Christi honestatem sancti apostoli sunt secuti: deinde sancti episcopi cum clericis suis, non solum durante persecutione ecclesiæ, sed & postea diutinò tēporibus sancti Gregorij, & postea tempore S. Bernardi, quando ecclesia fuit in statu & gloria multo eminētiori quàm modo, sancti patres iam nominati uehementissime reprehenderunt clericos & ministros ecclesiæ de eorum curiositate, superfluitate, dissolutione, auaritia, carnalitate, asserētes quod ad simplicē uictū ac uestitū, & cæteras obseruantias uirtuosas prætactas obligarentur. Non ergo excusent se, sed quantum eis pro nūc extat possibile, ad uitam & honestatem ueram se donent, prout in exordio tertij Decretalium, alijsque sanctorum patrū ac summorum pontificum decretis & canonibus continetur atque iubetur.

Articulus XXII. De periculositate pluralitatis beneficiorum.

MVltipliciter iam ostensum est, quòd casti, timorati & sobrij teneantur esse canonici, & omnes in sacris ordinibus constituti: qualiter etiam fastū, superfluitatem & pompam mundanam teneantur in uestimentis, utensilibus, habitaculisque uitare, simplici uictu & uestitu contenti. Quod si sic agerent, non dubiū quin mediocri beneficio communiter essent satis prouisi: sed quia prædicta nō seruant, imò instar militarium ac diuitum seculi huius abundare uolunt in omnibus, & multa lauta ac pretiosa genera alimentorum, multa mutatoria uestimentorum, supellectilem abundantem, prouisionem quoque contra incerta pericula uolunt habere, non mirum quod plura satagunt beneficia procurare. Verū quòd periculosa sit ista pluralitas, ueri catholici & feruentes, profundi & desuper illustrati sanctus Thomas, Gulielmus Parisiensis, autor Sūmæ uirtutis & uitiorum, editor libri apum, magnus cantor Parisiensis, Raymūdus ac alij quidam scripserūt: ex quorū scriptis contra pluralitatem hanc, specialem collegi tractatulum, qui modo à multis habetur. Vis autem & summa sententiæ istorum doctorum consistit in hoc, quod habentes beneficia plura, demptis casibus infrà tangendis, priuant deū obsequio suo, ecclesiam sanctam dimembrant ac mutilant, priuando eam suis suppositis, & numerum ministrorum ipsius diminuendo. Pauperes quoque priuant suis eleemosynis, defunctis suis suffragijs, fundatores suis intentis, spiritalibusque subsidijs. Et qui contra consilium & doctrinam tot solenniū ac sanctorum uirorum, tam excellentium doctorum specialiter illuminatorum, plura beneficia habent aut cupiunt, grandi se cōmittūt discrimini, quod nō caret mortali peccato. Hinc scribit Gulielmus Parisien. Reuera ecclesiastica stipēdia periculose habentur, & nō nisi uere pro merentib. ea debentur. Propter quod uiri timorati cū timore & tremore percipiūt ea, & quod residuū eis est à moderata & pretiosa sustentatione, pauperibus erogant, quorū se patrocinijs iuuant, & suū supplent defectū. Hinc quoque S. pater Bernardus testatur, quod clericus pro sua necessaria sustentatione competentiā habens, & tamen plus appetens, sacrilegus est & enormiter peccat. Insuper, ut allegatū est suprà, beatus Bernardus cuidā illustri canonico beneficiū unū habenti scripsit: Quicquid de bonis tuę prębendę ultra necessariū uictū simplicēque uestitū retinueris tibi, tuū non est, furtū est, rapina est, sacrilegiū est. Quid euidētius, quid terribilius dici ualet? Nōne obduratus est corde, qui ista sanctorum uerba nō ponderat nec ueretur? Et si ita est de beneficio uno, quàntis furtis, rapinis, sacrilegijs inuoluuntur, qui uno beneficio cōpetēti nō contēti, plura habent aut acquirere moliuntur? Certe si iuxta præhabita nihil iuris in ecclesiasticis bonis habent, qui in mortalibus iacent peccatis, hi qui plura beneficia obtinent, nec uno digni uidentur: & si dispensationē allegāt, certū est quod dominus Papa cū superbia, ambitione, auaritia, incōtinentia dispēsare nō queat. Nec eius dispēsatio in foro cōscientioso aut corā deo excusat, quando nō fit ex rationabili causa, hoc est, ex uera necessitate aut manifesta utilitate: quę in cōcessione & possessione plu-

rium beneficiorum nequaquam excusat, nec locum habet, extra casus confestim tangendos. Praeterea de iure diuino nō licet de tēpalib⁹ bonis plus affectare aut quęrere, quàm expedit animæ per respectum ad spiritalia bona gratiæ ac salutis: hoc est, ad bene agendū, ad spiritaliter côuersandum, ad beatitudinem obtinendam. Qui ergo unū habet beneficium competēs, quæro qua ratione, quo fine, qua radice cupit, quęrit aut retinet aliud: quia aut ideo, ut in tēpalibus plus abūdet, quod ipsi constat illicitū esse, cū iam de uno competentiam habeat: uel ut spiritalius conuersetur, atq; in charismatibus grāæ ac uirtutū amplius crescat: quod dici nō ualet, quoniam redditus ipsi prouenientes ex pluralitate beneficiorum, ingerūt ei inquietudinē solicitudinemq; maiorē, & sunt ei occasio sumptuosius carnaliusq; uiuēdi. Amplius, Gulielmus Parisiensis, & autor sūmæ uirtutū ac uitiorum, multipliciter probant quod pluraliter beneficiatus (extra casus tangēdos) ad tot paria horarum tenet, quot bñficia habet: sicq; quotidie tot mortalia incurrit peccata, aut quędam tam multipliciter mortalia, quot quotidie horas omittit. Dicūt quoq; præfati doctores ac alij multi, quod quicūq; est in mortali pctō, toties peccat mortaliter, quoties cupit aut acqrere nitit ecclesiastica bona, cū sit eis indignus, & illa ueris dei ministris sint deputata. Postremo, casus in qbus licet magis quàm unam habere ecclesiā seu præbēdam, scdm Raymundū, Iohannē, Bartholomęū sunt isti: Primus est, dum una pro simplici uictu & uestitu psonæ nō sufficit: Secūdus, dum una dependet ex alia: Tertius, propter raritatem paucitatemq; personarū: Quartus, si ecclesia sit annexa præbendæ aut dignitati: Quintus, si quis unam habeat intitulationē, & aliam ex causa iusta commendatā ad tēpus, quousq; cesset huiusmodi causa. Potest aūt & sextus casus adiungi, ut cū quis clericus deseruit côi bono ecclesiæ in legatione, quàm diu sic seruit. Prȩterea, quātum in ueritate sufficiat uni canonico pro sua côpetenti sustentatione ac statu decente, faciliter potest ppendi, si præinducta pensent: uidelicet quòd sobrie, caste, humiliter, moderate & exemplariter uiuere obligetur: imò experientia docet, quòd modici redditus sufficiāt nōnullis canonicis ac sacerdotibus ita uiuētibus. Non tñ negandū est, quin sublimiori personæ de pinguiori sit beneficio prouidendū. Sed pluralitas beneficiorū extra casus prȩfatos tanquā periculosissima reprobat, atq; ab omnibus uere iustis ac timoratis scdm præallegatos doctores uitatur.

Quibus casibus liceat plures habere pbendas.

Articulus XXIIII. Qualiter sacerdotes & canonici debeant hospitalitatē seruare.

RVrsus pluralitatē beneficiorum suorum excusant sacerdotes & canonici quidā, præsertim prælati, dicentes: Oportet nos hospitalitatem exhibere honestam, imò & pro incertis hospitibus pręparatum habere. Vt igitur qualis sit excusatio & cauillatio ista, pateat, tangendū est ad qualem hospitalitatem sint obligati: ad eam utiq;, quæ est unum de septem operibus misericordiæ, de qua Christus in die iudicij phibet se dicturum: Hospes fui, & non collegistis me: quod dicet in persona membrorum suorum, uidelicet pauperū & indigentium, non in persona diuitum & potentum. Timeant ergo canonici & ministri ecclesiæ, si non susceperint in suo hospitio & pie tractauerint ac repausauerint pauperes & mendicos. Quid ad hoc respondebūt, qui tales mendicos dedignātur penitus hospitare, eisq; satis aut nimium parce siccum panem ac ciborum reliquias largiuntur, diuites uero & magnates, propinquos & officiatos suscipiunt reuerenter, tractant solenniter, pretiose & laute reficiunt, molliterq; repausant: Audiant hi & formident atque implere conentur quod Christus in euangelio loquitur: Cum facis conuiuium, noli uocare cognatos, diuites & potētes, ne fiat tibi retributio in hac uita: sed uoca pauperes & debiles, cæcos & claudos: & beatus eris quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Ecce aperta sententia, saluberrimaq; doctrina. Verūtamen non ita intelligenda sunt ista, quin canonici, sacerdotes & religiosi licite possint interdum ex pia & rationabili causa hospitalitatem decētem diuitibus, potentibus, præsidētibus & cognatis impendere: quod tamen raro & sine excessu ac pompa agendum est intentione syncera, ne derogetur pauperibus, & fore fiat iustitiæ. Deniq; sicut iā dictū est sæpe, ecclesiastici redditus sunt patrimonium Christi, eleemosynæ pauperum, stipendia ministrorum egentium. Idcirco in usus ipsorum sunt conuertenda pro maxima parte, cum sanctus dicat Hieronymus: Sacrilegium est res pauperum non pauperibus erogare. Qui denuo protestatur: Paria sunt, peccatoribus maxime diuitibus dare, & dæmonibus immolare. His consonat, quod suprà ex uerbis allegatum est sancti Bernardi, dicentis: Res pauperum non pauperibus dare, sacrilegij crimen esse dinoscitur. Patrimonia etenim pauperum sunt facultates ecclesiarum: & sacrilega eis crudelitate subripitur, quicquid sibi ministri ecclesiæ ultra simplicem uictum accipiunt & uestitum. Propterea rursus

Lucæ 14.

glo

gloriosus Hieronymus cuidam sacerdoti seu clerico scribens: Conuiuia, inquit, deteſtare & uita, maxime hoꝝ qui honoribus tumēt. Turpe est ante fores sacerdotis pauperis Chr̄i crucifixi lictores principum & milites excubare. Itemq;: Omnes ait, qui stipendijs templi & his quæ conferuntur ad usus ecclesiæ abutūtur in alijs rebus, quibus suam expleant uoluptatem, similes sunt scribis & pharisæis & sacerdotibus Iudæoꝝ. Enormiter ergo peccāt qui de bonis ecclesiæ thesaurizant, hęreditaria emunt quę suis relinquāt cognatis, ne dicā filijs aut filiabus, ac uana & seculari hospitalitate utunt, aut qui quotidie conuiuia celebrāt cum carnalibus suis amicis & socijs atq; diuitibus, pro quibus & pręparant sumptuose, & uix sine hospitibus talibus possunt comedere, aut inuitati ab alijs mox acquiescunt & epulantur cū illis, cum tamen hæc omnia ualde sint prohibita clericis, dicente S. Isidoro, quod allegatur etiam in Decreto: Clerici conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed & sobria colant, imò conuiuatio talis omni Christiano est periculosa, cum deuotionem extinguat compunctionemq; dissipet, imò luxuriam inuitat, uerba inania, iocos & risus, dissolutiones plurimas omissionesq; operū bonoꝝ stolidas & iniquas, ac uitiosam tpis deductionē habeat sibi annexas, sicq; timore dei expulso obtenebratus miserrimus homo omnino fit immemor suæ salutis. Hinc sanctus Chrysostomus & alij quidam sancti nunq̄ acquieuerunt cum inuitantibus manducare, nec conuiuia celebrauerunt. Fuge ò Chr̄i sacerdos, ò minister ecclesiæ periculosa, frequentia, lauta conuiuia, & ecclesiastica bona non nisi iuste, discrete ac pie expende. Aduerte ac pēsa quod quidam deuotus & magnus locuplesq; prælatus ex conscientiæ remorsu, compunctione ac diuina illustratione disseruit: Diues factus sum ut fierem spiritaliter miser: honores adeptus sum, ut perderem deum: sequor curias principum, intersum magnatum consilijs, in his patrimonium Christi dilapido. Quid de hospitalitate dicam, quæ merito hostilitas potius q̄ hospitalitas censet? Chr̄s em̄ ei causam non pręstat, sed gloriæ uanæ obtentus: Diuitibus quidem in hospitio cum honore & reuerentia susceptis, in omni opulētia deliciæ apponunt de patrimonio crucifixi: Christus aūt semel crucifixus in ligno, foris in mēbris pauperibus crucifigitur seu torquetur in luto, in quibus aut omnino nudus aut in semicinctis contabescens, aut fame aut siti & frigore tremens est. De his quæ interius dantur canibus, solatium suæ angustiæ postulat, & nō est qui moueatur super cōtritione ipsius. Ecce hospitalitas hodierna, in qua diuites ad gloriam dæmonum splendide epulantur, & Christus qui charitas est, contemptu, inedia & nuditate afficit. Ego aūt oblitus terribilium iudicioꝝ dei & immemor animæ meæ sedeo tanquam Balthasar in medio conuiuarum, uasis dei abutens, & patrimonio paupeꝝ in contumeliam Christi. Interim exeūt de domibus hospitū garsiones onusti cibis & ebrij, ut de superfluitate illorum ingerant pauperibus mala doloris atq; tormenti. Sub huius falsę hospitalitatis prætextu uice comitibus forestarijs & cæteris officialibus aut potius officiēdi hominibus tanq̄ dominis ac magistris omne humanitatis officium exhibere. Opponetur tamen querela de inofficioso, totamq; hospitalitatis gratiam ingratitudo peruertet, nisi architriclinus usq; ad nauseam & uertiginem capitis cū hospitibus suis bibēdi bella continuet. Hæc omnia iudicabit cuius iudicia sunt occulta, & ideo magis timēda, sumptus tā deteſtabiles & enormes non de proprio labore aut patrimonio fiunt, sed de eleemosynis paupeꝝ & fideliū, de oblationibus & decimis, & de tributis egentium animarū, de exactionibus & oppressionibus pauperum: Qui in sudore uultus nostri pane nostro uesci debuimus, labores miserorū nobis ad delicias usurpamus, atq; in ebrietate & crapula sudorem bibimus alienū. Ille qui intuet abyssos, & sedet super cherubin, iudicabit causas pauperū, quando stabunt in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerūt, & eorum stipendia consumpserunt. Vbi est queso uerbum illud prophetæ: Dispersit dedit pauperibus? Porrò nos nec diuitibus dare, nec ligna in syluam ferre, nec aquas in mare effundere oportebat. O quàm bene intellexit prælatus hæc loquens quid sit hospitalitas uera, quæ uirtus est aut actus uirtutis & ex charitate ac pietate, non ex uanitate aut carnali affectiōe est exhibēda, & qualiter bonis ecclesiasticis sit utendum. Postremo non solum hospitalitatem laudabilem, sed cætera quoq; misericordiæ opera tam spiritalia quàm corporalia pro posse suo exhibeant liberaliter, charitatiue ac pie, atq; in primis domibus suis efficaciter præsint, domesticos suos factis & uerbis ædificando, pręuaricantes charitatiue ac strenue corripiendo, pie & humiliter, discrete & iuste se habendo ad omnes.

Marc. 5.
1. Pet. 4.
1. Iohan. 4.
Daniel. 5.
Esaie. 17.
Sapient. 5
Psal. 111
Prouerbia duo.

Arti

Articulus XXIIII. An canonici & ministri ecclesiæ, qui de suo patrimonio possunt se sustentare, licite conuertant in usus suos bona ecclesiæ.

QVemadmodum recitat Augustinus, & Thomas allegat, nõ solum Christi, sed & sanctorum patrũ uerba & facta ad imitationem & autoritatẽ trahenda sunt. Securius quoq; ac salubrius creditᷣ ac paretur dictis sanctoꝝ, per quos locutus est spũs dei, q̃ scholasticoꝝ quorũdam, qui suo magis q̃ expedit credũt & innituntur ingenio, autoritates sanctorũ ad suam retorquentes opinionem. Quamuis ergo de proposita quęstione qdam dicant scholastici, posse id licite fieri, cõsultius tñ credendũ & stãdũ est uerbis Hieronymi & Bernardi, imò & summi Pontificis beatiq; Prosperi. Ait enĩ Damasus Papa: Qui bonis parentũ sustentari possunt, si accipiant quod paupeꝝ est, sacrilegiũ incurrũt. Hieronymus q̃q;, Clericus ingt, qui de bonis suis põt sustentari, si acceperit qđ pauperum est, sacrilegiũ pfecte cõmittit, atq; per talem abusum iudiciũ sibi manducat & bibit.
1. Cor. 10. Si eges & accipis, das magis q̃ accipis: si aũt non eges & accipis, rapis. Asserit etiam Prosper: Non est meũ dicere quale crimen cõmittant, qui cum de bonis suis iuuare possint ecclesiã, eam suis grauant expensis. Et rursus notabiliter loquiᷣ, sicut & in Decreto allegatur: Non ut possessores, sed ut procuratores, sancti uiri facultates ecclesiæ possidebant: & idcirco scientes nihil aliud esse res ecclesiæ, nisi uota fidelium, pretiũ peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas uendicauerunt in usus suos ut proprias, sed ut cõmendatas pauperibus diuiserunt. Hoc est possidendo contemnere: non sibi, sed alijs possidere: nec habendi cupiditate ecclesię facultates ambire, sed eas pietate subueniendi suscipere. Quod habet ecclesia, cum omnibus nihil habentibus habet cõmune. Nec aliquid debet eis qui sibi de suis sufficiunt erogare, cum nihil aliud sit habentibus dare q̃ perdere. Ecce q̃ rationabiliter sancti uiri istud persuadent ac asserunt. Sanctus quoq; Bernardus (ut tactũ est) sæpe affirmat, q̃ res pauperum non pauperibus dare, sacrilegium est. Qui aũt de patrimonio suo seu proprijs rebus sustentare se ualet, pauper non reputatur, nec indigens rebus ecclesiæ. Horum itaq; patrum sanctorum sententijs statur securius, quàm aliorum aliter opinantium aliterq; agentium. Præterea si obijciatur prædictis, quòd bona ecclesię sunt ministrorum eius stipẽdia, & faciunt ea sua deo atque ecclesiæ seruiendo, respondendum quòd sunt stipendia ministrorum indigentium eis: si aũt non indigent ipsis, faciũt ea sua sic, ut pauperibus erogẽt ea, non ut in suos usus illa conuertant. Cum enim temporalia ad spiritalia ordinentur, qui temporalibus non indiget, non habet ea cõuertere ad suum profectũ in spiritalibus donis,
Matt. 9. Marc. 2. sicut qui sanus est, medicina non eget. Nec fit ei iniuria si tp̃alia illa non accipit ad cõmoda sua, sed promeretur spiritalia ac diuina charismata, incomparabiliter temporalibus digniora. Postremo constat ex introductis, quantis se exponant periculis, qui ecclesiasticis beneficijs bene prouisi, eorũ se sustentant redditibus, suumq; patrimoniũ largiũtur suis propinquis, etiam q̃uis iuxta suũ statũ satis habentibus. Nec minus damnabiles sunt, qui unà cum bonis ecclesiæ suũ patrimoniũ immoderate carnaliterq; consumũt. Postremo, dictis in istis duobus articulis consonat, quod uenerabilis uir magister Gerardus Groet affirmat: Nulla bona ecclesiæ sine mortali peccato in comessationibus diuitũ possunt consumi, quia sunt deputata pauperibus, & sunt de patrimonio crucifixi, & per Christi passionem nobis acquisita atq; de eius hæreditate, cum nec de eis dare possumus utiliter amicis, nisi ut indigentibus propter Christum.

Articulus XXV. Qualis esse debeat canonicorũ prælatus, puta Decanus.

HOc uniuersaliter uerum est iuxta diuini Dionysii documẽta, q̃ in omni statu, gradu & ordine præsidens debeat esse tantæ perfectionis in sua uocatione, ut de plenitudine spiritalis opulẽtiæ ac uirtuositatis suæ subditis suis possit influere, eosq; purgare, illuminare, perficere, ad uiuendum condigne iuxta exigentiam uocationis & status ipsoꝝ. Idcirco in cũctis uirtutibus, exercitijs & obseruãtijs uirtuosis, quę dictũ est ad canonicos pertinere, omnino exigiᷣ Decanũ specialiter esse completũ, quatenus canonicis suis & omnibus sibi cõmissis sit exemplaris, & ipsos idonee exhorteᷣ, efficaciter dirigat, publice & seorsum informet, delinquentes strenue ac discrete corripiens, & quantum fieri potest castigans, disciplinã quoq; faciat in choro obseruari, & dissolutiones ac fabulationes uitari, tam ibi q̃ in tota ecclesia, præsertim tp̃oribus diuini officij. Nec p̃mittat quẽq̃ subditorum suoꝝ, lasciuum quid ibi proferre nec uerba illicita. Omniq; loco & tempore, etiã & in mensa se prębeat exẽplarẽ, & ab illicitis q̃tũ ualet, reprimat cõuescẽtes. Inordinataq; ỽba abscindat, ædificatoria proponẽdo: totisq; q̃ uirib⁹ studeat & procuret, ut diuinũ

officium

officiis integre & distincte, deuote ac reuerenter absoluat, atq; in præueniendo & frequentando horas canonicas, exemplaris esse nō negligat. In cūctis pro posse exquirat, intēdat, procuret, cōseruet & augeat cōmune bonū ecclesię suę, in spiritalibus maxime: & pro sibi cōmissis oret indesinēter ac feruide, quaten' q̄d corripiēdo & corrigēdo obtinere atq; implere nō ualet, obtineat uel orādo. In uestitu, in cibis ac potibus seruet modestiā. Ad celebrandum assidue ac libenter conetur se iugiter præparare: diligentissime caueat ne per incontinētiam aut diffamiam, aut alio modo aliquem scandalizet: nec solū sit castus & sobrius, sed & castitatis & sobrietatis exēplar. Et tanto præ cæteris sit custoditus, timoratus ac humilis, quāto pro pluribus rationē habet reddere iudici adorādo, & q̄ grā indiget ampliore, ad quam profunda & ingens necessaria extat humilitas: quam incessanter amplectatur, & corā deo ac hoībus decenter ostēdat in uerbis, apparatu, incessu, uestitu, uictu & factis. solent equidem quędam elatio, ambitio, uana gloria, auaritia pręsidentibus insidiari, misceri & subintrare, nisi sint in timore dei & exercitatione interna bene fundati ac stabiliti. Sicq; pro eo q̄ essent humiliores, frequenter fiūt alacriores: & q̄dam ex humano timore, fauore aut uitiosa radice, fraternæ ac paternæ correptionis implere pręceptū omittūt, ad quod tam ex charitate q̄ ex debito iustitiæ obligātur: & propriū quærūt honorem, cōmodumq; priuatum magis, q̄ honorificentiam dei & animarū salutem: ad quem lapsum dū fuerint deuoluti, nec suā nec subditorū operantur felicitatem, sed ambitione & cupiditate cæcati, præcipitātur in uitiorū uoraginem. Hinc sanctus Bernardus in libro de Consideratione scribit Eugenio Papæ: Non dominari affectes homo homini, ut nō dominetur tui oīs iustitia. Nam nullum uenenum, nullum gladium magis tibi formido, quàm dominandi libidinem. Vnde sanctus ait Gregorius: Mens humana plerunq; extollitur, etiam dum nulla potestate aut prælatione fulcitur: quāto magis in altum se erigit, quum & prælatio se ei adiungit. Verum unusquisq; præsidens toties ad apostasiæ uitium labitur, quoties præesse hominibus delectatur: & quē nunc delectat præesse, non delectabit iudicem Christum conspicere. Hanc uero insensatam elationem uincere potest prælatus, si diuini rigorem iudicij (potissime circa prælatos) atque infernalis acerbitatem supplicij, ac propriæ uitæ defectuositates sapienter & frequenter, imò assidue ac profunde intueatur, ponderet & perpendat. Sic enim dignitatem suæ prælationis reputabit grauissimum onus potius quàm eminentiam & honorem, & erit solicitus coram deo, uerbum attēdens Apostoli, Quia horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Aduertet nāque quàm ineffabiliter sit enorme atque damnabile, ex prælatura consequi cōmoda & honores, & debita officij non implere, nec digne gerere dei uices. Psal. 18. Hebr. 10.

Articulus XXVI. Contra superbiam ædificiorum.

SIcut Vlricus in sua declarat Summa, dum ea quæ suæ competentiæ supersunt, clerici thesaurizant uel in illicitos usus expendunt, sicut qui ditant suos propinquos, aut turpibus dant personis, uel effundunt pecuniam in epulis splendidis, seu gloriam seculi magnificis sibi sumptibus comparant, histrionibus dando, seu amicitiam sibi potētum ac diuitum cōparando, supfluā quoq; cateruam familiæ & clientū multiplicando, q̄s p̄tiosis uestibus sępe innouāt secū, aut magnas seu curiosas & sumptuosas ædificiorum fabricas erigendo, atq; in cōsimilibus sunt prodigi de patrimonio crucifixi, nō solum peccant hoc uitio prodigalitatis, sicut quilibet qui abutitur sibi concessis ad usum, sed multum aggrauāt suā culpam, quoniā subtrahunt res illas his quibus debentur. i. pauperibus. Et hoc peccatum uocat sanctus Hieronymus rapinam excedentem omnem crudelitatem prędonum, & hoc dicit sacrilegium esse. Porro Augustinus uocat hoc homicidiū, dicens: Qui rem à domino paupibus delegatā, suis usibus immoderate reseruat, tātorum homicidiorum est reus, quanti pauperes in locis ubi habitat, fame obierint. Isti igitur tenētur ad restitutionem omnium talium. Similiter hi qui male receperunt bona ecclesiæ, pręsertim focariæ & aliæ turpes personæ. Hæc Vlricus. Cuius uerba in Tractatulo contra pluralitatem beneficiorum diffusius continentur. Deniq; contra supbiam ædificiorū in Sūmā uirtutum & uitiorū inducitur: Circa ędificia quinq; sunt reprehēsibilia: Primū est multitudo domorum, iuxta illud Isaię: Væ qui coniungitis domum ad domum. Ita peccantes, nō sequuntur Christum dicentem: Filius hoīs non habet ubi caput suum reclinet. Secundum est magnitudo, tertiū sumptuositas, quartū delectabilitas, q̄ntū solicitudo & dispersio animi. Delectabilitas autem attenditur circa colores & picturas. Hinc apud Ieremiam habetur: Væ qui dicit, ædificabo mihi domum latā & spatiosam, & laquearia facit cedrina, pin- Isaie. 5. Luc. 9. Iere. 22.

gitq; synopide. Hinc beatissimus Paulus primus eremita, à sacratissimo patre Antonio uisitatus, interrogauit an Christiani adhuc imitarētur ritus gentilium in ædificijs sumptuosis: & audito quòd imò, defleuit hanc uanitatem, cum Christianorum sit dicere: Non habemus hic locum manentem, sed futurum inquirimus. Quicquid ergo canonici & ministri ecclesiæ in talibus immoderate exponunt, crudelissima est rapina & sacrilegium secūdum iam dicta, & ad restitutionem tenentur, quæ est facienda pauperibus. Veruntamen in his multi eorū excedunt nimis enormiter.

Hebr. 13.

Articulus XXVII. De quibusdam antiquis iuribus de pluritate beneficiorum uitanda, super quæ non cadit dispensatio, quantū ad id quod in eis est de iure naturali.

PEr laxam & irrationabilem dispensationem, ad magnam ecclesia deuenit ruinam. Certum est quòd olim sancti & timorati pontifices summi nequaquā admiserunt, sed prohibuerunt pluralitatem beneficiorum, quæ nunc passim cōceditur uni, imo sæpissime tali, qui nec cōuersatione neq; scientia dignus est beneficio uno. Itaq; Vrbanus Papa instituit: Omnino aliquem in duabus ecclesijs intitulari non liceat, sed unusquisq; in qua intitulatus est, in ea tantū canonicus habeatur. Alia quoq; cōtinet Decretalis: Clericus ab instanti tempore in duabus non connumeretur ecclesiis. Negotiationis enim est hoc & turpis lucri commodū, & ab ecclesiæ cōsuetudine penitus alienum. Vnde & decretum Gregorij Papæ est: Singula ecclesiastici iuris beneficia singulis quibusq; personis cōmitti iubemus. Hinc ait Bernardus, prout Thomas allegat: Vnus in persona, non unus, sed plures est in beneficijs, non plures in officijs: erit ergo plures in supplicijs, sicq; grauissime peccat. Hinc uenerabilis uir episcopus suffraganeus, autor libri Apū: Volo, inquit, ut quicūq; hæc legerit, sciat me anno ab incarnatione dñi millesimo ducentesimo tricesimooctauo fuisse Parisiis: ubi uenerabilis Gulielmus episcopus Parisiensis conuocationem fecit in fratrum Prædicatorū capitulo omnium magistrorum: ubi proposita quæstione de pluralitate beneficiorū, solerti & lōga ualde disputatione probatum est, duo beneficia, dummodo unū ualeret quindecim Parisienses libras, cum salute nō posse teneri: hoc præfatus episcopus cum multis doctoribus determinauit. Istud in opusculo contra pluralitatem beneficiorū plenius recitaui. Hinc Gregorius Papa nonus, interrogatus an de plenitudine potestatis posset super pluralitate beneficiorū dispēsare, respondit: Non possum nisi tantum super uexatione detinētium dispensare. Nullus ergo de dispēsatione secū facta inaniter glorietur. Nā dato quòd id quod est de iure positiuo in prohibitione pluralitatis beneficiorū, dispensationi apostolicæ sedis subiaceat, id tamen quod ibi est de iure naturali ac diuino, non subiacet. Est autē ius naturale & diuinum, temporalia non plus appetere, procurare, tenere quàm expedit ad uirtuose uiuendū, seu per respectū ad spiritale bonum ac uerā salutē. Hæc omnia quæ hic breuiter tantum tango, in libello contra pluralitatē beneficiorum habentur diffuse. Et certe in causa hac magis credendum est prꝫallegatis sanctis, timoratis & famosis doctoribus, & omibus uere religiosis, quàm his qui duo aut plura beneficia habēt, quantūlibet docti uideantur aut boni, quia in causa sua iudicāt male. Siquidē amor & odium subuertunt iudicium.

Prou. 11.

Articulus XXVIII. Exhortatio ad clericos.

SAnctus & deuotissimus pater Bernardus ait: Timeant clerici, timeant magistri & prælati ecclesiæ, qui in terris sanctorum (quas possident) tam inique gerunt, ut stipendijs quæ sufficere debeant non contenti, superflua quibus egeni sustentandi erāt, impie atq; sacrilege sibi procurent, retineant, & in usus suæ carnalitatis ac uanitatis expēdant, duplici iniquitate peccantes: quia & aliena diripiunt, & sacris seu spiritalibus bonis in suis uanitatibus & turpitudinibus abutūtur. Parcite obsecro, parcite animabus uestris, parcite sanguini qui pro uobis effusus est: horrendū cauete periculum, ignē qui paratus est æternum iam declinate. Fugite de medio Babylonis, id est, de hoc seculo nequā, & saluate animas uestras. Conuolate ad urbes refugij, id est, ad claustra uere religiosa, ut possitis de præteritis agere pœnitētiam, & in præsenti obtinere gratiam, ac futuram gloriam fiducialiter præstolari. Non uos retardet conscientia peccatorū: quoniam ubi abundauit iniquitas, abūdare gratia consueuit. Nec uos pœnitentiæ austeritas terreat. neq; enim condignæ sunt passiones huius temporis ad præteritā culpam quæ remittitur, non ad præsentē gratiæ consolationē quæ immittitur, nō ad futuram gloriā quæ nobis promittitur. Hæc Bernardus. Postremo, si canonici & in sacris ordinibus cōstituti intrare cœnobia pa

Ierem. 51.
Roman 5.
Roma. 8.

rati nō extāt, satagāt digne deo ambulare, & cōuersari secūdum suę exigentiā uocationis, Ephe. 4.
iuxta formā & institutionē eis in III. Decretaliū promulgatā ac iussam, iam'que expositam. Coloss. 1.
Considerēt uitę pſentis incertitudinē, breuitatē, fallaciā, uitiorū detestabilē fœditatē, diuinæ maiestatis pręsentiā, pciositatē quoque tēporis eis indulti, ne illud infructuose expendant: & quā metuendū eis instet iudiciū, quā acerbissimū infernale suppliciū, si (quod absit) carnalem & negligētem duxerint uitā. Quotidie ergo cōscientias suas examinēt, & sua memorētur Tit. 1.
nouissima, atque per arctā gradiant uiam salutis, bonis ecclesiæ timorate utantur, caste ac sobrie, exēplariter & deuote iugiter cōuersent, quousque cōsummato uitę hui⁹ curriculo, ad beatificā æternæ & increatæ puritatis fruitionem feliciter perducantur. Ad laudē & gloriā omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI, DE PLVRIVM BENEFICIORVM usurpatione dialogus, breuis quidem, sed breuitatem utilitate compensans.

Interloquutores, Canonicus, Patronus. CAN.

QVONIAM me peccatorem grauem intueor, quid mirum si per meipsum deum iudicem iustum accedere uereor, ne forte quemadmodum fluit cera à facie ignis, sic peream ego peccator à facie Psal. 67.
dei? Ad quem ergo fidutialius tutiusque cōfugiam, nisi ad te ô beate huius collegij uenerandi patrone sancte N.? PAT. Quisnam es tu? CAN. Cur dominus meus sic loquitur seruo suo, quasi huius suę ecclesię canonicos non agnoscat, & quasi solo sit nomine, non re ipsa patronus noster? PAT. Nescis supernæ gloriæ ciues domino deo suo tam omniquaque conformatos, ut quos ipse ignorat, ignorent & ipsi: quos scit ipse, ipsi quoque scire credant? Porro impios & iniustos, carnales & negligentes idcirco nescire asseritur deus, quia eorum damnabilem non approbat uitam, quibus & in die iudicij Luc. 13.
dicet: Nescio uos: discedite à me operarij iniquitatis. Iustos uero cognoscit, quorum uitā Matt. 7.
approbare censetur. Quid ergo miraris, si me te ignorare profitear, cuius mihi conuersatio displicet uehemēter? Atqui sicut tu nomine, non uita canonicus es: sic ego nomine, nō re tuus dici possum patronus. Insuper, qua fronte me tuum appellas patronum, qui alterius quoque collegij aut certe plurium, te esse canonicum gloriaris? Nunquid plurium capitum, diuersorum'que prælatorum non subordinatorum, uariorum itidem corporum mysticorum poteris esse membrum, aut subditus? CANO. Væ misero mihi, & heu miserum me: quia quem patronum & excusatorem inuenire sperabam, non nisi accusatorem & reprehensorem reperio. Et ecce solo nomine me esse canonicum contestaris, quum pondus feram diei & æstus, quotidie uisitans chorum, orans, cantans ac celebrans. Præterea, Matt. 20.
cur super pluralitate beneficiorum me increpas, quum iam uiri doctissimi in omni fere facultate promoti, pluribus sint beneficijs dotati? Quod si uituperabile esset atque damnabile, ab eis (ni fallor) euitaretur. Et nōne expedit plures habere patronos apud altissimum, & per consequens in pluribus esse præbendatum collegijs? PATR. Nonne in collocutionis huius exordio te grauem esse peccatorē clamasti? Cur ergo super re ista causaris, quoniam nomine, nō re te canonicum esse redargui? An de illorum es catalogo, qui seipsos quidem accusant, quū uero accusantur & corripiuntur ab alijs, indignātur & excusare se moliuntur, quum tamen in scriptura ueritatis expressum sit, Qui odit correptionem, uestigium est peccatoris: & qui abijcit disciplinam, infelix est? Præterea non aduertis quid canonici nomine designetur? Nonne canon regula interpretatur? Vnde canonicus quasi regularis nuncupatur. Propter quod is tantū rite ac uere re ipsa appellatur canonicus, cuius 3. dist. c. Canon.
uita iuxta sanctorū patrū canones iurisque regulas dirigit, rectificat ac ducit. An adeo excę 40. dist. c. Multi.
cat⁹ es mēte, ut exteriorē ingressum ad chorū, uocalēque cantū, orōnē & celebrationē putes qui. & c. Nō
cuique sufficere ad salutē? Nōne ingratū ē spōso quicquid ei offert, neglecto eo ad qd offerēs loca.
obligat? nōne legisti Bernard. hęc dicētē, quā extremę sit ipudētię, carnales & uitiosos canoni Bernardus

cos

cos seu clericos, audere ingredi Sancta sanctorum, summiq; regis se præsentare cõspectui,
Eccle.15. & pollutis labijs fontem puritatis supermundissimũ laudare deum? Nunquid speciosa est
Psal.49. laus in ore peccatoris? Nonne peccatori dixit deus, quare tu enarras iustitias meas, & assu
mis testamentum meũ per os tuum? Nonne qui declinat aurem suam ne audiat legem, ora
Prouer.28 tio eius execrabilis erit? An non audisti Augustinum loquentem, Quia plus placet deo la
tratus canũ, grunnitus porcorũ, quàm cantus luxuriantiũ clericorũ? Nonne de talibus per
Isai.29. beatissimum Isaiam locutus est domin⁹, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum
longe est à me, idcirco inuanũ me colunt? Deniq; quid diuinus docuerit Dionysius nõ ad
uertis? Nõne in pluribus scripsit locis, q indignis ministris nec fas est sacra cõtingere cym
bala, uasa ac sacerdotalia ornamenta? Multo minus profecto est eis licitũ consecrare, tãge
re, sumere aut alijs dispẽsare corpus & sanguinem saluatoris, quoniã deiformes atq; mun
dissimos esse oportet in sacris ordinibus constitutos, sacri altaris ministros. Hinc catholici
concorditer dicũt doctores, unũquenq; in sacris constitutũ ordinibus, in omni actu cuius
cunq; ordinis sacri peccare mortaliter, si indigne (hoc est, in mortali existens peccato) ex
erceat aliquem actum ordinis sacri: imò & calicem, & sacras uestes tangẽdo, mortalit̃ pec
cat. Postremo, plures habere apud deũ patronos utiq; expedit, sed non eo modo ut tãgis:
quin potius qui plura habet beneficia, quorũ unum simplici uictui ac uestitui sufficit, nul
lum apud deũ habet patronum in ueritate, nisi pœniteat, quum in statu damnationis esse
probetur. Dum item multorũ capitum non subordinatorum, uult esse membrum ac subdi
tus, nullius eorũ uerum esse membrum ac uerus subditus, demonstratur. Quod aũt de do
ctoribus plura bñficia habentibus opponis, nil ualet: quia excæcat eos eorum malitia, eo
rum cupiditas, ambitio, negligentia, carnalitas, aut huiuscemodi aliud uitiũ. Et uide q̃ sto
lide arguas. Nonne magis credendum est sanctissimis patribus, excellentissimisq; doctori
bus dudum in Christo defunctis, quorũ doctrinam & uitam approbauit altissimus, & nũc
uniuersalis tenet approbatq; ecclesia, qui scripserũt, asseruerunt & docuerũt oppositum?
Nonne electus dei Bernardus cuidam illustri scripsit canonico, Quicqd de unico tuo be
neficio ultra simplicem uictum & uestitum tibi reseruas, tuum non est, furtum est, rapina
est, sacrilegiũ est? Nonne secundum doctrinas Thomæ de Aquo, Gulielmi Parisiensis, Ra
ymundi, Iohannis, Vlrici & aliorum compluriũ, qui plura beneficia habent, quorum unũ
ad simplicem uictum uestitũq; sufficit, deum suæ priuant honorificentiæ cultu, matrẽ suã
ecclesiam suis mutilant membris, ac detruncant suppositos pauperes eleemosynis eis de
bitis, uiuos ac mortuos suis suffragijs, fundatores suis intentis? Ecce q̃ horribilia sunt ista.
Cum enim beneficium ordinetur ad officiũ, nempe ad persoluendum horas canonicas, ad
orandum pro fundatoribus & uniuersis ijs annexis, ad obsequẽdum altissimo, ad tribuen
dum quod superest indigentibus, dum unus plura beneficia habet, nec tamen nisi unum
officium soluit, priuatur deus residuis officijs, quæ suę maiestati exhiberentur ab his, q de
alijs (canonici seu clerici pluribus beneficiati) possent beneficijs sustẽtari. Similiter defun
cti illorum priuantur suffragijs, & egeni eleemosynis suis. CAN. Vndiq; conuictũ me cer
no, conclusum me uideo, obrutum fateor: idcirco cõsilium auxiliũ'q; imploro, efflagito &
suspiro. Veruntamen de hoc informari deposco, quid iudicari debeat simplici uictui uesti
tuiq; sufficere. Siquidem ad honestatem status nostri multa pertinere ac exigi dicimus &
docemus. PAT. Quòd te superatum fateris atq; remedium quęris, commendo, consilium
& auxilium impartiri paratus. Porro ad quæsitũ respondeo, q uestra assertio & doctrina
multipliciter periculosa & erronea inuenitur. Hoc igitur tibi respõdeo, q quanto canoni
ci plebi uulgari uocatione, gradu aut ordine sacro sunt altiores, tãto pariter & uirtutibus
spectatiores esse & honestiores in uita tenentur. Honestas uero ecclesiæ nequaquã in curi
osis, deliciosis, pretiosis, supfluis uestibus, equitaturis, epulis, ornamentis, familia exteriori
secularíq; apparatu, sed in decore consistit uirtutũ. Et nimirum honor debetur uirtuti, ut
puta exhibitio reuerẽtiæ in signum uirtutis. Id autem demũ uere honestum est, quod uir
Rom.8. tuosum deoq; placitum comprobatur. Porro quod carnalem prudentiã redolet, quod se
culo huic conforme est, quod carnẽ oblectat, abominabile est apud iudicem summũ: si ta
Luc.16. men Christo creditur, qui in euangelio protestatur: Quod altũ est hominibus, abomina
Luc.6. bile est apud deum. Qui itẽ loquitur: Væ uobis diuitibus qui habetis consolationem ue
Ibidem stram. Væ uobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Væ uobis qui saturati estis, qa
Ibidem. esurietis. CAN. Et quis poterit saluus fieri, pręsertim ex numero nostro? quia quotidie de
licate usq; ad abundantiam conuiuamur, uino implemur, & inter epulas confabulamur, ri
de

demus & ludimus: diu quoque sedemus ad mensam, & uix ieiunia obseruamus ecclesiæ? Gregorius.
PAT. Si non credis Gregorio asserenti, quia quod fouet carnem, necat spiritum, saltē Paulo crede apostolo, qui affirmat: Qui autem sunt Christi, carnē suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Item, Neq; auari, neq; cupidi, neq; fornicatores, neq; elati regnum dei possidebunt. Crede & incommutabili ueritati quæ ait: Quàm angusta est porta & arcta uia, quæ ducit ad uitam, & pauci inueniunt eam? Quàm spatiosa porta & lata uia, quæ ducit ad perditionem, & multi incedunt per eam? CANO. Si hæc ita se habent, paucissimos nostrum credo saluandos. Siquidem in uniuersis quæ carnis sunt uolumus abundare: delicias, diuitias, honoresq; quærimus: diuinum officium agitāter transfigimus, & ita cursorie legimus, oramus & psallimus, ut uerba uix distincta proferamus. PATR. Status uester uniuersus miserabiliter est ualde (heu miserum) corruptus, atq; ad maximum lapsum uos defecti. CANO. Hoc mihi precor planius pleniusque exponas. PATR. Diligenter aduerte ad quæ obligeris. Etenim inquantum es homo Christianus, teneris ad euangelica præcepta, ad communia quoque præcepta ecclesiæ, ut discas à saluatore quia mitis est & humilis corde, corpusque tuum in animę redigas seruitutem, abstinendo à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam: amicos, inimicosque diligas: pro persequentibus te exores, odientibus te & malafacientibus tibi benefacias: omnem deinceps superbiam, iram, inuidiam, gulam, incontinentiam, auaritiam, acediam & cætera uniuersa peccata mortalia uites: cum metu & reuerentia seruias deo, cum timore & tremore tuam operetis salutem. Nec solum pręfata fugias uitia, sed etiam oppositis eis uirtutibus decoreris, ut uere sis humilis, mansuetus, sobrius, castus, liberalis & alacer ad diuina: atq; (quod omnibus eminet) toto corde, tota anima, tota mente, totisq; uiribus diligas deum, & proximum omnem sicut teipsum: neminem scandalizes, omnes quantum in te est ædifices, in patientia tua possideas animam tuam. Delinquētem charitatiue corripias, opa misericordiæ tam corporalia quàm spiritalia pro posse exerceas: habens uictum & quibus tegaris, his contentus sis. Et in his perseueres usque in finem. Ecce, ad ista obligaris inquantum Christianus: quia qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare, cum & ipse iubeat & hortetur: Qui mihi ministrat, me sequatur. CAN. Ego his rite pensatis, nondum ueraciter Christianum esse me fateor & cognosco. Nihilominus ut cordialius me humiliem & deplangam, ea quoque paucis mihi pandere digneris precor, ad quæ prout canonicus obligor. PAT. De hoc in Decretalibus satis doceris: tamen ut memoriæ fortius imprimantur, compendiose tangentur. Sic etenim in principio III. Decretalium continetur: Vt clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & caste uiuere studeant uniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis uitio præcauentes: maxime illo, propter quod uenit ira in filios diffidentię: quatenus in conspectu omnipotentis dei puro corde ac mundo corpore ualeant ministrare. Ne uero facilitas uenię incentiuum tribuat delinquendi, statuimus ut qui deprehensi fuerint incontinentię uitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones: quas efficacius & districtius præcipimus obseruari, ut quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltem pœna coerceat à peccato. Si quis ergo hac de causa suspēsus, præsumpserit celebrare diuina, non solum ecclesiasticis beneficijs spolietur, uerum etiam pro duplici culpa perpetuo deponatur. Prælati uero q tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pecuniæ uel alterius commodi temporalis, pari subiaceant ultioni. A crapula & ebrietate omnes clerici abstineant diligenter. Vnde uinum sibi temperent, & se uino: nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum penit⁹ decernimus abolendū, quo in quibusdam partib⁹ ad potus æquales suo modo se obligant potatores: & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcūdiores exhaurit. Si quis aūt super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiore cōmonit⁹ satisfecerit, ab officio uel beneficio suspendatur. Clerici officia uel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta. Mimis, ioculatorib⁹ & histrionibus non intendant, & tabernas prorsus euitēt, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in officijs ecclesiasticis & alijs bonis studijs exerceant diligenter. Clausa deferant desuper indumēta, nimia breuitate uel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut uiridibus, necnon manicis aut sotularib⁹, cōsutitijs, frenis, sellis, pectoralib⁹, calcarib⁹ deauratis, aut aliā superfluitatē gerētibus non

[Margin notes: Gal. 5 · 1 Cor. 6 · Matt. 7. · Matt. 11 · 1 Corint. 9 · 1 Pet. 2. · Matt. 5. · Coloss. 3. · Philip. 2. · 1. Tim. 6 · Matt. 22. · Marc. 12. · 1. Iohan. 2 · Iohan. 12. · De ui. & ho nest. cl. c. Vt clericorum mo. · De ui. & ho nest. cl. ca. A crapula]

non utantur. Fibulas omnino non ferant, neq; corrigias argenti uel auri ornatum haben-
tes: sed nec anulos gestet, nisi qbus cōpetat ex officio dignitatis. Pontifices aūt in publico
& in ecclesiis sup indumentis lineis omnes utantur, nisi monachi fuerint, quos oportet ha
De ui. & honest. d. c. Clericus. bitum ferre monachalem. Clerici arma portantes & usurarij excommunicētur. Si quis ex
clericis comam relaxauerit, anathema sit. Monasteria sanctimonialium si quisquam cleri-
Ibid. c. Monasteria. cus sine manifesta & rationabili causa frequētare praesumpserit, per episcopum arceatur.
Et si non desierit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Si laici excōmunicationi sub-
De coh. cleri. & mul. ca. Si quisquam. dantur, & à coetu fidelium fiant penitus alieni. Si quisquam sacerdotum (id est, presbyter,
diaconus, subdiaconus) de quacunq; foemina habeatur crimine fornicationis suspectus, si
post primam, secundam & tertiam admonitionē inueniatur fabulari, & aliquo modo con
uersari cum ea, excōmunicationi subdatur, foemina uero canonice iudicetur. CAN. Intel-
lectis his quae commemorare dignatus es, in summo me esse cōstitutum periculo luce cla-
rius deprehendo. Nec enim uiget inter nos disciplina, nec regularis obseruātia ulla. Nunc
ergo quod mihi impēdis cōsilium? PAT. Quod aliud, nisi ut pluralitati beneficiorum re-
nuntians, uno competenti sis posthac contentus? & ea quae tetigi, ad quae (siue ut Christia
nus, siue inquantum canonicus) obligaris, obserues? CAN. Non uideo qualiter ea in colle
Psal. 17. gio isto & inter canonicos perseuerās, ualeam adimplere, quum scriptum sit, Cum peruer-
Ecci. 13. so peruerteris. &, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. &, Qui communicauerit super
Ibidem. bo, induet superbiam. &, Qui se iungit fornicarijs, erit nequam. Denique, ego ipse adhuc
Ecci. 19. imperfectus & fragilis, imò passionibus & uitijs plenus, quomodo inter carnales & praue
uiuentes conuertibilis ero, & deo inuiolabiter adhaerebo, & non potius mox undique fle
ctar, deijciar & peribo? Imò nisi concanonicis meis me cōformem, ab omnibus irrideber.
Iohan. 3. PAT. Verae sapientiae radius fulget iam tibi, & spiritussanctus (qui ubi uult, spirat) ad sa
lubrem considerationem te erigit. Idcirco finaliter consulo tibi, ut pericula fugiens ciui-
tatem refugij petas, ad tutissimum monasterij portum festines, sacram intres religionem?
in qua tot habeas adiutores, quot fratres & socios religionis. Hoc quoque agnoscas, quia
portabilius est à prauis hominibus derideri, quàm ab altissimo iudice reprobari, & in aeter
num confundi. CAN. Tibi ò sancte patrone gratias ago immensas, & deuotissime atque
Psal. 71 humilime precor, quatenus gratiam & uirtutem adimplendi saluberrimum tuum consili
Dani 3. um mihi à domino impetrare digneris. PAT. Ego non ero immemor tui. Tu quoq; quod
Luc. 1. in te est facere non omittas, & mecum pariter ora tuum ac omnium saluatorem. Qui est su
Roma 9 2. Corint. 1. per omnia deus sublimis & benedictus. Amen.
1. Pet. 1.

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHVSIANI DE VITA ET REGIMINE CVRAM animarum habentium, Liber unus.

PRAEFATIO.

Leui. 21. SACERDOTES sancti erunt deo suo, & non pollu-
ent nomen eius. Incēsum enim domini & panes dei
sui offerunt, ideo sancti erunt. Cū similitudo sit cau-
sa amoris ac unionis, iuxta illud Ecclesiastici, Omne
Ecci. 13. animal diligit sibi simile, & omis homo simili sibi so
ciabitur, hinc mirum nō est, quòd deus essentialiter
sanctus, cuius pura essentia est, sanctitas infinita, qui
uniuersae sanctitatis atq; munditiae fons, amator at-
q; dator est, sacerdotes uelit habere sanctos, qui no
men eius non polluant. i. diuinam maiestatem nō in
honorent, praecepta ipsius transgrediendo, quoniā
deo quotidie habēt offerre, illibata sacrificia offerē-
do. Ideo sancti erunt. i. sancti esse tenētur, saltē mor-
talibus carendo peccatis. Sanctum nanq; (ut beatus
Dionysius Dionysius docet) quasi sine terra & macula interpretatur, hoc est, sine affectibus carnalib'

ac terrenis. Ideo sacerdotes cœlestibus ac diuinis debent esse repleti, ut deo cũ synceta cõscientia se præsentent, in sanctitate & iustitia ei deseruiant, sacramenta reuerenter pertractent, omniũq; sacramentorum ac sacrificiorũ dignissimum digne cõsecrẽt, offerãt & tractent, sumant & dispensent. Deniq; inhonestas, prauitas & immunditia ministrorũ redundant in dedecus domini. Idcirco frequẽter per Ezechielem dñs loquitur uitiosis Iudæis: Pollustis, cõtaminastis, inhonorastis nomen sanctũ meum in gentibus. Disciplinata autẽ uirtuosaq; uita seruorũ, honor est domini. Cum igitur sacerdotes sint specialissimi ac summi ministri dei altissimi, ad ipsum propinquius accedentes, merito iubet & exigit deus, ut sacerdotes sint sancti, uirtuosi & exemplares, ut sua conuersatione deum in omnibus uenerentur, alijs uenerandum uerbis & factis testentur. Ideo in Exodo scriptum est: Sacerdotes qui accedunt ad dominũ, sanctificẽtur, ne percutiat eos. Præterea in Daniele habetur, quemadmodũ Nabugodonosor rex Babylonis præcepit eunucho, ut introduceret de filiis Israel pueros regiæ stirpis, forma egregios, in quibus nulla esset macula, eruditos, qui digni essent assistere coram rege & ad mensam eius seruire. Si ergo rex ille terrenus, homo peccator, tales uoluit habere ministros, quanto magis rex cœlestis, deus sanctitatis immẽsæ, requirit ministros ac sacerdotes uirtuosos, qui in eius mensa (uidelicet in altari) deseruiant: Deus quippe odit peccata, ut in libro sapiẽtiæ legitur: Odio sunt deo peccator & impietas eius. Propterea dicit Psalmista: Odisti oẽs qui operantur iniqtatem. Prohdolor, hoc sacerdotes quàmplures huius temporis non attendunt, nec metuendissimũ dei iudicium expauescunt, nec populum dei gregemq; sibi commissum scandalizare uerentur, imo spiritalibus atq; carnalibus uitijs enormiter inquinari ac fœtere non uerecundantur: quibus (ut Ieremias fatetur) Frons mulieris meretricis facta est, quoniam erubescere & resipiscere non festinant. Quibus prę cunctis peccatoribus grauissimũ & uere horrẽdissimum imminet ac propinquat iudicium, quãuis obtenebrata & excæcata mens illorum, idipsum non penset nec cõtremiscat, quoniã excęcauit eos malitia sua. Veruntamẽ quidam sunt zelum dei habentes, fraterno amore succensi, & illis tam miseris condolentes: quorũ q̃plures me frequẽter ac diu precati sunt, ut de uita & debito sacerdotum, pręcipue curatorum, potissime q̃q; de incontinẽtia sacerdotũ & clericorũ aliqd scribã: quorũ pijssimę petitioni, inuocato dei auxilio, in q̃ solũmodo tota spes mea est, quantũ desup cõcedes, satisfacere nũc conabor, planissime simpliciterq; pcedẽs, psertim cũ pro simplicib. nõ maioribus hęc scribani.

Ezech.22.23.36

Exodi 19

Dan.1.

Sapi.14

Psal.5

Ierem.3.

Sap.4

Articulus I. De ineffabili dignitate ordinis sacerdotalis seu sacerdotij euãgelicæ legis, ex dictis Bernardi.

VT clarius innotescat, quàm uirtuosam & exemplarem uitam, q̃ castam & sobriam oporteat esse conuersationem sacerdotum, primo monstrandum est, quanta sit dignitas sacerdotij nouæ legis, quanta potestas & excellẽtia eius. De hoc beatissimus pater noster Bernardus in libello ad quendam sacerdotem sic scribit: Gloriare in dño ò sacerdos altissimi, intuere eminẽtiam tuam, pręrogatiuã tuam, attende & uide sortẽ tuam. Certe funes ceciderunt tibi in præclaris, si hæreditatẽ tuam præclaram non negligis. Perpende quantũ deus tuus præ omnibus creaturis te sublimauit. Oratio tua sit mũda, quoniã datur locus uoci tuæ in cœlo, quũ rite assistis altaribus sacris, dum sacratissimum ministerium cœlestis sacrificij celebrare intẽdis, ad uocem tuã prolatam, ad uerbũ tuum uiuificũ, ad postulationem tuã salutarẽ deus pater altissimus & immẽsus dilectissimũ filiũ suũ manib⁹ tuis imponit. Multũ fuit deo acceptũ munus Abel, sacrificiũ Abrahæ, oblatio Melchisedec, sed minus isto. Oĩa in figura contingebãt illis antiquis: ibi figura, hic ueritas: ibi umbra, hic lux: ibi nubes, hic claritas: ibi agn⁹ legalis, hic agnus innocẽs q tollit pctã mundi. Verus eñ est dei fili⁹, quẽ tu sacerdos immolas, quẽ tractas & accipis: sed non sine pr̃e & spũsancto uenit ad te filius dei. Adest nihilominus supnorũ exercitus ciuiũ. Multa etenim milia ministrãt ei, & decies milies cẽtena milia assistũt ei. Quãta luce credis te circunfundi ò sancte sacerdos in tantę psentia maiestatis, in tam solẽni aduẽtu & conuẽtu adorãdæ trinitatis atq; militiæ cœlestis: Iugiter ergo recole & perpende gratiam tibi à deo collatã, quam nec angelis præstitit, nec cæteris concessit hoĩbus. Panis in manibus tuis, in corp⁹ unigeniti filij dei transubstantiat: uinum in sacratissimũ sanguinem dñi nr̃i Iesu Christi tua bñdictione cõuertitur. Seraphin oĩno amore præ cæteris ardẽt, & summę trinitati magis cõiuncti sunt: nõ tñ hoc priuilegio eminent, ut corp⁹ & sanguinẽ redẽptoris nostri consecrẽt. Cherubin .i. plenitudo scientię, de diuinis mysterijs familiarius cognoscuntur: & tñ mirãtur q mirabilis facta est sciẽtia & potentia sacerdotalis ex eis, nec possunt ad tam.

Bernardus

Psal. 15.

Ge.4.22.14.
1.Cor.10.
Leuit.12.
Iohan.1.
Matt.27

Dan.7

Psal.48

eam. Vnusquisq; ordo eius rei censetur nomine, quam copiosius accepit in munere: & uniuersi beatorum spirituũ ordines tanto honore præfulgent, tanta beatitudine perfruunt, ut nihil glorię eis desit: gloriam tamen sacerdotũ reuerentur, dignitatem mirantur, priui
1.Petr.2. legio cedunt, potestatẽ honorãt. O sacerdotes, uos estis genus electũ, regale sacerdotium, gens sancta, popul⁹ acquisitionis, ut uirtutes annũtietis eius, q uos uocauit de tenebris in
Matt.5. Marc.9. Luc.14. admirabile ministerium suum. Vos estis lux mũdi, & uos estis sal terræ. Leuitis dicit: Mundamini qui fertis uasa domini. Vobis dicendum est: Mundamini qui estis uasa domini, glo
Esai.52.24. rificate deũ in cordibus uris. Vos elegit deus in hæreditatẽ sibi. In uobis sepelietur corp⁹
Psalm.46 gloriosum & glorificatũ, quod olim sepultum est exanime & defunctũ. Certe sanctus Io
Matt.27. Marc.15. seph noluit illud sepelire nisi in sepulchro nouo, & inuoluit in sindone mũda. Vę tibi, si nõ posueris illud in sepulchro nouo, uel saltem innouato. i. corpore penitus mũdo, uel (si pec casti) per pœnitentiã & satisfactionem mũdato. Væ tibi, si non inuolueris illud in sindone
Roman.6. munda. i. conscientia pura. Nõ ergo regnet peccatũ aut immũditiæ fœtor in corpore tuo, sicq; dedicabis sepulchrum uenerabile Iesu Chřo, ac templum spũisancto. Considera ô de uote sacerdos, quanta diligẽtia, quanta uigilantia sancti angeli custodierunt locum sepul
Matt.28 chri, corpore dominico iam sublato, rediuiuo & glorificato, in quãta claritate & quãta uul
Mar.16. tus & uestiũ uenustate apparuerunt sanctis mulieribus, sepulchrũ uisitantibus & corpus
Lucæ.24. Johã.20. Chři quærentibus. Proculdubio scire debes, q si tu idem dominicũ corpus iam supra modum glorificatum digne tractaueris, mundũ & nouũ sepulchrum tui corporis ei parauerís, non deerit tibi angelorũ frequẽs custodia, corpus & aĩam tuã in oñibus gubernabũt.
Psal.23 Vide ergo ne tangas illud sanctissimum Chři corpus, nisi innocens manibus & mũdo cor
Lu 1. Mat.11. de. Meditare dilecte sacerdos, q Iohãnes baptista sanctificatus in utero, q̃ inter natos mu
Iohã 1. Mat.3 lierũ non surrexit maior, non audebat tãgere sanctũ Chři uerticẽ, sed dicebat: Ego à te de
Marc.1 Luc.3 beo baptizari. Petrus quoq; princeps aplorũ Chřo propinquãte ptimuit, & se ab eo elõga
Ioh.21. Luc.5 re prę formidine uoluit, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum dñe. Si ergo isti sanctissimi tantum uenerabantur extrinsecum tactum dominici corporis, nõdum ad cœlos translati, quanta reuerentia, quanto timore & tremore, quãta corporis castitate & animæ puritate oportet sacerdotem corpus Chři iam glorificatum conficere, tangere atq; suscipere? Aequaliter etẽi splendet in altari, ut in sublimitate cœli: nec minus radiat in manibus sacerdotis, q̃ in sinu dei přis. Nẽpe qui primo dat⁹ est nobis in redẽptionis pretium, nõ cessat
Bernardus se nobis dare quotidie in uiaticum. In sermone de Sacramento ait sanctus Bernardus: Os
Iohan.1. uestrũ patet ad nos domini ac reuerẽdi sacerdotes: semel uerbũ caro factũ est in utero uirginis, & uos secundario de die in diẽ nobis ministratis ex collatæ officio potestatis. O prę clara & ueneranda potestas uestra. Certe non est potestas post deũ sicut potestas ura. Forsan scire uultis compertius, quænã sit tanta potestas, cui nihil in cœlo, nihil in terra potest comparari. Ad quod ego: Cõsecrare uidelicet corpus & sanguinẽ domini. Sup hac potestate ura, super tam insigni priuilegio omnino stupet cœlũ, & terra miratur, contremiscit homo, reuerẽt plurimũ angelica celsitudo. Sed unde hoc nobis ô Iesu pijssime, ut nos uermi
Genes.18 culi reptantes super terrã, qui puluis sumus & cinis, te præsentẽ habere mereamur prę manibus, præ oculis, qui totus & integer sedes ad dexteram patris? Certe non ex debito, certe
Hebr 12. non ex merito nřo, sed ex uoluntario dulcedinis tuæ beneplacito. Parasti eñ in dulcedi
Psal.79 ne tua pauperi deus. Pauper quidẽ fuit, sed est nunc prædiues genus humanũ, cui bonum istud cœlitus est indultum. Hæc est uere cumulata gratia, hæc est uere superexcellẽs gloria, sacerdotem deum suum tenere, alijsq; porrigere. O noua, & nõ nisi diuina potestas. Sacramentũ istud per excellentiã dicitur eucharistia. i. bona gratia: in quo non solum quælibet gratia, sed & ille à quo oñis gratia, sumitur. Benignissime Iesu, nobile ualde spõsę tuę dotalitium indulsisti, ut uel sic teneret columba (. i. ecclesia) tua dulcissimũ memoriale dile
Esaiæ.29 cti sui. Audite modo & obstupescite, nulli angelorum, nulli supernorũ spirituum, sed solis hoĩbus, nec tamẽ oĩbus, sed tantũ ordini uřo mandatã esse tanti celebrationẽ sacramẽti, ut
Matth.26. consecratus in sacerdotẽ, prorsus idẽ ipsum faciat in altari, q̃d Chřs fecit manibus suis uenerabilibus in cœna Paschali. In celebratione tãti sacramẽti, fidelis sacerdos inuenit se in medio patris & filij & spũssancti, assistentibus ex omni latere supnis angelorũ agminibus. Ibi deuotus anim⁹ boni sacerdotis seipso etiã altior effectus, ascendit & crescit, omnẽq; terrenæ concupiscẽtiæ nebulã euaporans, totus spiritalis effectus, hoĩem in hoĩe exuit, & in
Psal.30 abscõdito faciei dñi gloriatur. Sed quid facis ô sacerdos indigne & homo ingrate, qui turpiter uiuis, & imparatus accedere audes?

Arti-

Articulus II. De potestate & excellentia potestatis ordinis sacerdotalis, ex dictis sanctorum patrum & catholicorum doctorum.

Quemadmodũ in decreto parte prima distin. XCVI. legitur, sanctus Gregorius Metēsi epo scribit: Quis dubitet sacerdotes Chri, regũ ac principum omniumq; fideliũ pr̄es ac magistros censeri & esse? Nōne miserabilis insaniç esse cognoscitur, si filius pr̄em, si discipul⁹ magistrũ sibi subiugare conetur, à quo credit non solum in terra, sed etiã in cœlis se posse ligari ac solui? Deniq; Gelasius Papa Anastasio imperatori scribit: Duo sunt quibus mundus hic regitur, sacerdotalis seu pontificalis autoritas, & regalis potestas. In quibus tanto grauius est pondus sacerdotum, quãto etiam grauiorem prç regibus in diuino examine reddituri sunt rationem. Nosce te ex sacerdotũ pēdere iudicio, non illos ad tuam redigi uoluntatem. Et hinc teste beato Ambrosio, Nō tam pretiosius est aurum plumbo, quàm regia dignitate sublimior est ordo sacerdotalis. Vnde circa principium sui Pastoralis affirmat: Honor & sublimitas sacerdotalis ac pontificalis, nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori ac principum diademati cōpares, longe inferior erit regum principumq; sublimitas, quàm plumbi metallum ad auri fulgorem. Quippe cum uideas regum ac principum colla genibus submitti sacerdotũ: & osculata eorum dextra, se credunt eorũ orationibus conseruari. Hęc omnia & plura similia, utputa uerba summorũ pontificum, Iohannis, Gelasii ac Marcelli, idem testãtia, in Decreto loco prętacto habētur. Idcirco secundũ Augustinum, Sacerdotis ac prçsulis officio nil dignius, nil gratius est hominibus: & si res digne agatur, nil extat salubrius, sicut nec damnabilius aut periculosius aliquid est, si negligenter agatur. Propterea Hugo de S. Victore libro de Sacramentis disseruit: Quãto uita spiritalis est dignior quàm terrena, & anima quàm corpus, tantũ spiritualis ac sacerdotalis potestas secularem dignitatem ac honorem præcedit. De hoc quoq; supra tertium Sententiarũ doctor irrefragabilis, scilicet Alexander de Hales, plenius describit. Deniq; Thomas libro de regimine regũ pulchre declarat, quomodo non solũ apud gentiles, sed etiã apud Iudęos, sacerdotes regibus inferiores fuerunt, quoniã sacerdotia illorũ fuerunt carnalia, & circa hostias uersabantur carnales. Nec in lege Moysi fuit expressa spiritaliũ cœlestiumq; bonorũ, sed temporaliũ magis promissio. In euangelica uero lege sacerdotes cunctis regibus atq; principibus sunt maiores, quoniam sacerdotium CHRISTI quo decorantur, est maxime spiritale, & circa dignissimam hostiam (uidelicet CHRISTI corpus sanguinemq;) uersatur, atque ad bona cœlestia ac æterna ordinatur, tendit & ducit. Hinc gloriosus & sanctus Martinus ab imperatore inuitatus, cum cyphum de manu imperatoris sumpsisset, qui de manu Martini illum resumere ac potare optauit, Martinus potu accepto, cyphum protinus nō imperatori, sed suo capellano porrexit, capellanum suum quamuis pauperem sacerdotem, imperatore iudicans digniorem. Quod etiam factum imperatori cæterisq; commēsalibus mirabiliter placuit, eo q; tantam in sancto illo uidissent iustitiam. Sed & signifer ille sanctus Frãciscus, dicere consueuit, q; si beatus Laurentius & alius presbyter sibi occurrerēt, uellet ut S. Laurentius expectaret, donec sacratas manus presbyteri honorasset.

96. distin. c. Quis dubitet

96. disti. cap. Duo sunt

De maior. & obed. c. Solitæ.

96. disti. cap. Duo sunt. & c. Boni princ. 40. disti. c. Sunt omnia

Hugo

Cunctis regibus & principib⁹ digniores sunt euãgelicæ legis sacerdotes.

Articulus III. Qualiter sacerdotes tempore sacerdotij sui repræsentant Christum, & configurantur eidem.

Christus sacerdos & rex est: ideo sacerdotium Christi, regale sacerdotium appellatur. Deniq;, officium sacerdotis exercuit Christus in cœna, panem & uinũ cōuertendo in corpus & sanguinem suum, atq; discipulis porrigēs ea. Itēq; in ara crucis semetipsum obtulit deo patri pro totius mundi salute, quemadmodũ ait Apostolus: Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum hostiam pro nobis, & oblationem deo in odorem suauitatis. Et iterum: Christus eo quòd maneat in æternum, sempiternũ habet sacerdotium: unde saluare potest in perpetuum accedētes per seipsum ad deum. Hinc de Christo in psalmo prædictum est: Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedeç. In Zacharia q̃q; scriptum est: Ipse erit sacerdos super solio suo. Porro secundum doctores super quartum Sententiarum, uidelicet Thomam, Petrum de Tharãtasia, & Richardum de Media uilla, sacerdotium nouç legis realiter est ipse character indelebilis, qui in ordine sacro imprimitur: qui character uocatur signaculũ, quo ordinatus in sacerdotē à non ordinatis distinguitur: & supernaturalis potestas, per quã dicit sacerdos posse cōsecrare corp⁹ & sanguinē saluatoris. Sicq; per characterē sacerdotalē sacerdos Chro supnaturaliter cōfigurat, & deiformē quandã ptãtem sortit sup uerũ corp⁹ Chri & sanguinē, ad

1. Pet. 2.

Matt. 26. Marc. 14.

Gal. 2

Ephe. 5.

Hebræ. 7.

Psal. 109

Zachari. 6.

consecrandũ,sumẽdum,distribuendũq; ea.Itaq; in prẹinductis conformat sacerdos Chr̃o,
Matt.26. & repræsentat eundẽ.Nam sicut Chr̃s in cœna corpus & sanguinẽ suum consecrauit,disci
Luc.22. pulisq; donauit,ac demũ in cruce se obtulit pr̃i,ita sacerdos in Missa corpus Chr̃i & sangui
Galat.2. nem consecrat,patriq; offert,& alijs porrigit uel porrigere potest. Ex his uero elicitur, ꝙ
ineffabilis sit dignitas sacerdotalis.Quanta eminẽtia & potestas,quæ in tã prẹstantissimos
potest effectus,per quã hoĩes angelis quodammodo præferunt, Chr̃iformes reddũtur,ac
ꝙ in cõsecratione corporis & sanguinis Chr̃i,om̃ipotenti deo modo quodã coopari credũ
tur?Hinc in libro q dicitur Gẽma crucifixi,deuotissim' ait Bernard':O quale in sacro cõui
Bernardus uiũ,õ admirabiles nobilesq; cõuiuæ,in q̃ archãgeli angeliq; ministrãt,hoĩes comedunt,in
Hebr.1. quo ministratorij sunt sp̃us immortales, ubi quasi dñi sunt hoĩes passibiles & mortales.O
conuiuiũ uiatorꝝ remedium,ubi Throni cœlestes sedilia præparant,Seraphin pannũ sup
ponũt,ubi Cherubin uersus Propitiatoriũ facies inflectũt, ubi Principat' & Ptãtes sic seru
unt,ut principes tenebrarꝝ remoueãt.Deniq;,qd potẽtius & honorificẽtius,q̃ transubstã
tiare creaturã,& cõsecrare creatoris corpus & sanguinẽ,q̃ creatorem manibus carnalibus
intellectualibusq; tractare,q̃ eundẽ alijs propinare,q̃ ipsum in corp' propriũ animãq; tra
ctare? Quid mirabilius,q̃ ex potestate sup corp' Chr̃i uerꝝ,habere etiã potestatẽ supra cor
pus Chr̃i mysticum,q̃ soluere in terris & cœlũ apire,q̃ ligare in terris & cœlũ claudere?Po
stremo,de dignitate atq; officio sacerdotis,multa in libro de Officijs sanctus Ambrosi',di
uinusq; & magnus Dionysius l. de hierarchia capitulo tractant:sed breuitati studens,dif
ficultatemq; uitans,pertranseo.

Articulus IIII.De qbusdam alijs clarissimisq; ꝓprietatibus atq; nominibus,
quæ sacerdotibus conueniunt.

IVxta documẽta Alexandri de Hales in Sũma sua,Alberti,Thomẹ,Bonauẽturẹ ac ali
orũ sup IIII.sententiarũ,Potestas sacerdotalis(uidelicet potestas cõsecrandi corpus
& sanguinẽ Chr̃i)& ptãs absoluendi atq; ligãdi,in foro interiori seu cõscientioso reali
ter idem sunt.Nec dicũtur duẹ ptãtes nisi ꝓpter diuersitatẽ effectuũ,sicut dicunt etiã
duẹ claues ꝓpter diuersitatẽ effectus,cũ essentialiter una sit clauis secũdum probabiliorẽ
opinionẽ quã seqtur Thomas.Nõ tñ sequit,ꝙ qcunq; sacerdos possit soluere & ligare,sic
ut potest cõsecrare.Nã sicut cõsecrare nõ potest nisi conueniẽtem habeat materiã.s.panẽ
triticũ & uinũ,ita soluere nõ potest siue ligare,nisi conuenientẽ habeat materiã subditã in
quã agat,uidelicet hoĩes sibi aliq̃ modo subiectos,sup q̃s habeat iurisdictionẽ.Hinc secun
dũ Raymundũ in Sũma sua aliosq; cõcorditer,ad soluendũ & ligandũ in foro cõsciẽtiẹ re
quirit duplex ptãs,scilicet ordinis & iurisdictionis. Itaq; cũ p eandẽ habeant ptãtem sacer
dotes efficaciã sup corpus Chr̃i uerꝝ,q̃d sumpsit de uirgine, & sup corpus eius mysticũ q̃d
est ecclesia seu quẹcũq; cõgregatio Chr̃iana,quẹ sp̃ũ Chr̃i.i.sp̃ũsancto spiritaliter uiuificat,
actualiter regit & mouetur, hinc sacerdotib' prẹstãtissimẹ proprietates ac deuotiones cõ
ueniũt.Sunt nãq; uicarij Chr̃i & reputatores ipsi',cœlestis atq; angelici cibi ac potus ꝑpa
Matt.5. ratores,cõuiuẹ,exhibitores,custodes animarꝝ,nutritores & medici,illuminatores & magi
Marc.9 stri.Idcirco dicuntur sal terræ,lux mũdi:ipsi in ꝑsona ecclesiẹ consecrãt,offerũt,orãt:pro
Luc.14. pterea organũ,uox & ministri ecclesiẹ nũcupant.Ipsorꝝ est aĩas p sacrm̃ baptismi ac pniæ
Isaiæ.61 purgare,reconciliare,cœlesti quoq; sp̃õso unire:hinc aĩarꝝ paranymphi ferũtur. Deniq;,
ipsi sunt cœlestes clauigeri,& linguẹ eorum factæ sunt claues cœli.Ipsi sunt pincernẹ pre
tiosissimi poculi,utputa sanguinis Christi:sunt quoq; thesaur' dei atq; ecclesiæ:qm̃ eccle
siasticorꝝ sacramẽtorꝝ,in qbus cõtinent sp̃ũales diuitiẹ,& p quæ uirtus ac meritũ passionis
Chr̃i applicat & coĩcatur hoĩbus,sunt repositores,custodes ac dispensatores:ipsi sunt me
diatores inter deum & hoĩes,orõnes,uota & hostias populi deo immolãtes,gratiãq; & mi
sericordiã dei hoĩb' impetrãtes.Ipsorꝝ est uerbo,exẽplo,operationib',sacramẽtis populũ in
sacerdotes sacra dãtes, sacra docẽtes, sacri duces, sacris dotati dicuntur. formare,pascere,roborare:dei ꝓcepta,documẽta,cõsilia hoĩbus nũtiare.Hinc dicunt sacer
dotes,quasi sacra dantes,sacra docẽtes,sacri duces,sacris dotati, quia per sacros ordines di
uinis characteribus insigniti. Dicuntur item presbyteri,quasi iter salutis alijs prẹbentes,
& ante populum in uia uirtutum euntes:dicuntur & angeli,quia dei sunt nuntij,in Christi
cathedra residentes,& regis æterni præcones,iuxta illud Malachiæ: Labia sacerdotis cu
Mala.2. stodiunt scientiam, & legem dei requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum
est.Ipsi insuper sunt secretarij,camerarij,cubicularij CHRISTI,principes munimentaq;
populi,primogeniti Israel, primitiæ dñi, ornamentũ ecclesiæ:quorꝝ sacræ uestes cõsutæ,
signacula,ordines,ministeria diuinis mysterijs plena sunt,signantq; omnia ut inessent si

gna

gnata. Quis igitur sacerdotes taliter institutos, consecratos & sublimatos, non dignificet
& honoret? Ideo magnus ille imperator Constantinus sacerdotes etiam malos in tāta ha- 96. dist. c. In
buit ueneratione, quòd dixit: si uiderem sacerdotem cum fœmina turpiter agentem, pal- scripturis.
lio meo eum cooperirem, ne ab hominibus uideretur. In Niceno quoque concilio domi-
nos ipsos uocauit, quæ omnia in Decreto diffusius recitantur. Hinc etiam uiri sanctissimi 11. q. 4. c. Sacerdotibus
ex profundissima humilitate ad sacerdotium accedere non audebant. Vnde beatus Mar-
cus euangelista pollicem sibi legitur amputasse, ne ordinaretur sacerdos. Petrus aūt apo-
stolus nihilominus sua autoritate ordinauit eum sacerdotem ac præsulem. Similiter abbas
quidam aurem sibi abscidit, ne fieret sacerdos aut episcopus. Sic & abbates sanctissimi An-
nius, Pachomius, Benedictus & Maurus, sacerdotes non extiterunt, nec sanctus Frāciscus.
Postremo, super illud Petri, Vos autem genus electum, regale sacerdotium &c. scribit Al- 1. Petri. 2.
bertus: Status sacerdotum redditur sublimis: primo ex diuina electione, quòd non paren
tum aut amicorū potestate aut nobilitate, nec Simoniaca prauitate, sed diuina uocatione
& inspiratione eligi & promoueri debent sacerdotes, ut nullus sibi assumat honorem, sed Hebr. 5.
qui uocatur à deo tanquam Aaron. Secundo status sacerdotum sublimis est ex spirituali
consecratione. Sunt enim per dei ministros consecrati, & ipsi consecrant corpus Christi, at
que in sua consecratione susceperunt spiritumsanctum. Tertio, à debita cōuersatione, quo Matt. 5.
niam uita sacerdotum debet esse sancta & immaculata, eo quòd non sit sub modio posita, Marc. 4
sed super candelabrum, ut luceāt omnibus qui in domo dei sunt, id est ecclesia. Sed de hoc Luc. 11.
clarius loqui oportet.

Articulus V. Quàm uirtuosa, spiritalis atq; diuina debet esse conuersatio sacerdotum, præcipue curatorum.

HVcusq; de dignitate & eminentia sacerdotij, sacerdotumq; excellentijs dictū est,
quatenus sacerdotes propriam dignitatem, gradum & gloriam agnoscētes, deo
grati esse conentur, & uiliter se habere atq; brutaliter uiuere erubescāt, ne eis cō
ueniat illud Psalmistæ: Homo cum in honore esset, nō intellexit: comparatus est Psalm. 48
iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Deniq; hoc omniū sanctorum patrum con
cors doctrina est, q̄ quanto quis altioris est prælationis aut gradus uel ordinis, tāto ad am
pliorem uirtutum perfectionē tenetur. Itaq; quo sacerdotes in sublimiori sunt statu, digni
tate ac ordine, quàm uulgares & simplices Christifideles, tanto præ illis esse tenentur ma-
gis uirtuosi & exemplares, magis diuini ac spiritales, magis puri, modesti ac timorati in oī
bus, ne illud Isaiæ ipsis conueniat: Erit sicut populus sic sacerdos, quia dissimilium & omi
no contrariorū non est conueniens unio. Cum ergo Christus, quē sacerdotes quotidie tra Isai. 24.
ctant, offerunt, sumunt, sit sanctus sanctorū, omni perfectione puritateq; plenus, qui secun
dum suam dignitatem infinitæ est puritatis, oportet sacerdotes esse synceros & expurga
tos, per uoluntatis conformitatē Chr̄o assimilatos. Indecētissimum nanq; peruersissimumq;
consistit, sanctissimum, purissimū, humilimumq; dei filium à superbo, uitioso, lasciuo sacer
dote tractari ac sumi. Nā ut ait Apostolus, Quę societas lucis ad tenebras? aut quæ conuē-
tio Chr̄i ad Belial? Etenī qui in mortali est uitio, mēbrum extat diaboli. Quō ergo filiū dei 2. Corin. 6
audet tractare aut sumere? At uero illud apostoli Petri, Vos autē genus electum, regale sa 1. Petr. 2.
cerdotiū, quamuis quidā doctores de sacerdotibus solū exponant, alij tamen de uniuersis
fidelibus illud exponere malunt, sicut etiam Thomas libro de Regimine regū: Oēs Chri-
stiani inquantum membra sunt Chr̄i, & participationē habent cum Chr̄o, tanq̄ cum capi-
te, gratiasq; charismata suscipiētes ab eo, iuxta illud Iohannis, De plenitudine eius nos oēs Iohan. 1.
accepimus, omnes inquā Chr̄iani qui ueraciter re & noīe Chr̄iani sunt, reges & sacerdotes
existunt: Reges, quoniam iuxta euāgelicæ legis doctrinam & iussa seipsos uiriliter regūt,
corpus suū aīe subijciēdo, sensualitatē rationi, rationemq; deo: propter q̄d ait Apl̄s: Qui aūt Galat. 5.
Chr̄i sunt, carnē suā crucifixerūt cū uitijs & concupiscentijs. Itē, Nihil dānationis est his q
sunt in Chr̄o, qui nō secundū carnē ambulāt. Qui enī in carne sunt. i. desiderium carnis se- Rom. 8.
quuntur, deo placere nō possunt. Oēsq; ueraciter Chr̄iani, sunt sacerdotes, q̄m bene uiuē-
do seipsos offerūt deo, quicquid sunt, habēt & agūt, ad dei honorē ac gloriā referendo ac or
dinādo, sicut hortat Apl̄s: Obsecro uos fratres, ut exhibeatis corpora ur̄a hostiā uiuētem, Roman. 12.
sanctā, deo placentē, rationabile obsequiū ur̄m. De hac re cōuenientissime loquitur doctissi-
mus ille pōtifex summus, Innocentius III. in quadam decretali hoc modo: In ueteri testa-
mento nō ungebant nisi reges, sacerdotes & prophetę. Quia uero Chr̄s fecit nos in sangui-
ne suo deo nr̄o regnū & sacerdotes, ut ait Iohānes apl̄s in Apocalypsi. Propter q̄d ait Petrus Apoca. 1.

1. Petr. 2. apostol⁹, Vos estis gen⁹ electũ, regale sacerdotiũ: idcirco in nouo testamẽto nõ solũ reges
& sacerdotes, sed & oẽs Chr̃iani unguñ bis ante baptismũ. s. oleo bñdicto, primũ in pecto
re, deiñ in scapulis: & bis post baptismũ. s. chrismate sacro, primũ in ỽtice, deiñ in frõte. In
pectore nãq; baptizãdus inũgiĩ, ut p spũssancti donũ abijciat ignorantiã & errorẽ, & susci
Rom. 1 piat fidẽ rectã, qm̃ iustus ex fide uiuit. Inter scapulas, ut per spũssancti gratiã excutiat ne-
Iacob. 2. gligentiã & torporẽ, ac bonam exerceat opationem, qa fides sine operib⁹ mortua est. Et p
dei sacramẽtum fit mũditia cogitationũ in pectore, p operis exercitiũ fit fortitudo laborũ
Gal. 5 in scapulis, qa fides per dilectionẽ opatur secundũ Aplm̃. In uertice etiã baptizatus inun-
1. Petr. 4. giĩ, ut sit paratus oĩpotenti de fide reddere rationẽ: qa per caput interior mens, & p uerti-
Matt. 10. cem capitis supior pars rationis. In frõte baptizat⁹ ungitur, ut libere cõfiteaĩ q̊d credit, si-
Marc. 8 ut ait saluator: Qui me cõfessus fuerit coram hoĩbus, confitebor & ego eum coram patre
Luc. 12. meo. Ante baptismũ ergo ungiĩ oleo bñdicto, & post baptismũ chrismate sacro, qm̃ chri-
sma solũ cõuenit Chr̃iano, non secũdum nois formã, sed scd̃m nois rationem. Si itaq; oĩa
ista ad quẽlibet ptinent Chr̃ianum, quãto magis ad quẽlibet sacerdotẽ? Hinc libr. de noie
Chr̃iano beatissimus loqtur August. Chr̃m unctũ interp̃tari, sapiẽtium null⁹ ignorat: & tã
magnũ fuit in ueteri lege unctionis mysteriũ, ut in Iudaico populo nõ oẽs, sed satis pauci
eã mererẽtur pcipere, uidelicet sacerdotes, reges & pphetæ: & hoc usq; ad Chr̃i aduentũ,
in q̊ oẽs credẽtes ungũtur. Cui⁹ unctionis exẽplo quales eẽ debem⁹ monemur, ut. s. in qbus
tam sctã est unctio, sit nõ min⁹ sctã cõuersatio. Ex sacro nãq; unctionis istius, & Chr̃i & oĩm
Christianoꝝ nomẽ descẽdit. Qd̃ nomẽ frustra sortiĩ, qui Chr̃m non imitaĩ. Quid tibi pdest
uocari q̊d non es? sed si Chr̃ianum te uocari delectat, quæ Chr̃i sunt gere. Qui Chr̃ianus uo
catur, Chr̃m se habere dñm fateĩ: & uere habet, si ei in oĩbus obsequaĩ: si omnẽ superbiã, in
Deut. 6 uidiã, auaritiã atq; luxuriã detestetur: si deũ sup oĩa toto diligat corde, oĩemq; proximũ
Matt. 5. tam amicũ q̃ inimicum sicut seipsum, semp solicitus ne in aliquo sit mortali pc̃tõ: si præce-
ptis ecclesiæ & superioꝝ suoꝝ tanq̃ deo constãter obediat: si uere uincat seipsum, propriã
Matt. 11 animositatem, iracũdiæ impetum, cõcupiscentiam uitiosam abijciendo, quoniã regnũ cœ
loꝝ uim patitur, & uiolẽti rapiunt illud: si futura, spiritalia, æternalia bona amplius q̃ præ-
sentia, carnalia & terrena amet, quærat, aspiciat: si circunspectus & anxius sit, ne q̊dcunq;
Iaco. 2. transgrediatur præceptũ, cum Iacobus apl̃s dicat: Si quis totam legem impleuerit, offen-
Eccls. 9. dat autẽ in uno, factus est omnium reus. Salomon quoq; testatur: Qui in uno peccauerit,
multa bona perdit. Vnde cũ odium sit mortale peccatũ, qui unum hoiem quantũcunq; ad
uersarium odit, nec deum nec aliquẽ uere ac spiritaliter diligit, sed in membris diaboli est.
Qui enim transgreditur præceptum dei, siue ecclesiæ aut p̃lati, peccat mortaliter. Quoli-
bet autẽ mortali amittitur charitas & uniuersæ uirtutes, quantũ ad esse meritorium. Deni
q; in dubijs, quando uidelicet dubitaĩ an aliqd sit uel ueniale uel mortale, teneĩ qlibet Chri
stianus illud uitare, ac si esset mortale: aliter committeret se discrimini, mortaliterq; pecca
ret, ut Augustinus & ut oẽs doctores affirmant. Ex quibus patescit, q̃ uere arcta est uia
Matt. 7. 5 salutis. Præterea Christus in euangelio protestatur: Nisi abũdauerit iustitia uestra plus q̃
scribarum & Pharisęorum, non intrabitis in regnum cœloꝝ. Quocirca differuit Augusti-
Leui. 24 nus: Iustitia pharisæoꝝ est, ut non occidant: iustitia eorũ qui intraturi sunt in regnum cœ
Matth. 5 loꝝ, est non irasci, nõ reddere malũ pro malo, cũ dicat saluator: Omnis qui irascitur fratri
suo, reus erit iudicio. quod intelligendum est de ira per uitium, quo qs immoderanter mo
uetur, atq; iniuriã suam aut alterius ex priuato seu carnali amore, non secundũ ordinem iu
ris, cupit ulcisci: non de ira per zelũ, qua quis ex affectu iustitię cõtra peccata mouetur, &
ea in hac uita punire ex charitate desiderat. Qui autem dixerit fratri suo racha, id est, uocẽ
indignationis aut uituperationis emiserit, reus erit concilio. Qui autem dixerit Fatue, re-
Matt. 12. us erit gehennæ ignis & damnationis æternæ. Iterum ait saluator: Ego dico uobis non iu
rare omnino. Et rursus: De omni uerbo otioso quod loquuti fuerint homines, reddent de
eo rationem in die iudicij. Ex quibus oĩbus innotescit, quàm difficile sit saluari, & quàm
timoratum & custoditum oporteat esse hominem, deo placere uolentem. Nec sufficit pec
cata uitare, sed quemadmodum quilibet Christianus tenetur cũcta mortalia uitare pecca-
ta, sic obligatur uniuersas habere uirtutes illis cõtrarias, utpura charitatem, humilitatem,
patientiam, mãsuetudinem, temperantiã, castitatem, liberalitatẽ, misericordiã, pietatẽ &c.
p̃sertim cum uirtutes concatenatæ atq; connexę esse dicãtur. Præterea loqtur August. Tu
quõ Chr̃ian⁹ uocaris, in q̊ uirtutes & opa Chr̃i nõ inueniunĩ? Chr̃ianus nãq; est nomẽ chari
tatis, bonitatis, iustitię, integritatis, pauẽtię, castitatis, prudẽtię, innocẽtię, pietatis. Et tu quõ

no

nomē hoc uēdicas tibi, cui de tā multis uirtutib⁹ nec una inhęret: Hic S. Leo Papa essat: Qui experiri uult an in ipso habitet Christus, & an uere sit Christianus, diligēter cōsideret qua beneuolentia reluctetur inuidiæ, qua humilitate resistat superbiæ, qua castitate & sobrietate renitatur gulæ atque luxuriæ: an adulantium linguis non capiatur, an illatas iniurias obliuiscatur, an omnibus faciat ut sibi fieri rationabiliter optat. Ecce hæc omnia ad uniuersos pertinent Christifideles, ad sacerdotes uero excellenter & specialiter, ut in omnibus his se alijs præbeant iugiter exemplares. Ideo ait Iohannes apostolus: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Paulus quoq; hortatur: Imitatores dei estote sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Sed & princeps apostolorum, Omnes inquit, estote unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, sed econtrario benedicentes: ante omnia mutuam in uobis charitatem continuam habentes, & hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc asserit Augustinus: Quicunq; iustitiæ & misericordiæ opera non fecerit, partem non potest habere cum Christo. Quisquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus & clemens, non euadet gehennę supplicia. Qui sine dolo nō fuerit, non potest regnare cum Christo. Qui male & carnaliter uiuit, inimicus est dei. Et q̄niam deus quos amat, arguit & castigat, in omni aduersitate, tribulatione & infirmitate patientiam habere oportet, quoniam Paulus fatetur: Omnes qui uolunt iuste & pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patient. Iacobus quoq; in exordio suæ canonicæ: Omne (ait) gaudium existimate fratres, cum in diuersas tentationes incideritis. Multæ etenim tribulationes iustorum. Talem esse oportere quemlibet Christianū, sacerdotes curati frequentibus atq; feruentibus prædicationibus doceant sibi commissos: sic tamen, ut operibus demonstrent, primoq; faciāt q̄d alios docēt, iuxta q̄d Lucas ait: Cœpit Iesus facere & docere.

Tob. 4 | 1. Ioh. 2. | Ephes. 5. | 1. Pet. 3. | Apoc. 3 | 2. Timo. 3 | Iaco. 1. | Psal. 33. | Act. 1.

Articulus VI. Qualis debeat esse conuersatio sacerdotum, ex Decretalibus.

TItulus exordij tertij Decretalium, est de uita & honestate clericorum. Quamuis autem quæ ibi dicuntur, specialiter ad canonicos pertinent & scribantur, ut ex textus probatur tenore, nihilominus omia ibi descripta perpaucis exceptis, ad quoscunq; pertinent sacerdotes: Eo uidelicet dempto, quod scribitur illic: Bona clericorum ueneant in commune. In una domo uescantur, atq; sub uno tecto dormiant & quiescant: quod etiam modo quantum ad canonicos, non seruatur, sed per dispēsationem laxatur. Præterea, licet quæ ibi scribuntur, in alijs iamdudum opusculis allegauerim, tamē ea repetere non pigebit, quia misericordia id requirit: Itaq; tam ex generalium concilioꝝ Decretis, quàm ex summorum pontificum canonibus dicitur ibi: Clerici arma portantes & usurarij excommunicentur. Hoc, sicut & subsequentia, de sacerdotibus dictum est. Si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Si quis ex clericis monasteria monialium sine manifesta & rationabili causa frequentare pręsumpserit, per episcopum arceatur & si nō desliterit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Deinde Innocentius III. in generali concilio ait: Vt clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & caste uiuere studeant uniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis uitio præcauentes, quatenus in cōspectu omnipotentis dei puro corde & casto corpore ualeant ministrare: ne uero facilitas ueniæ incentiuū tribuat delinquendi, statuimus ut qui deprehensi fuerint incontinentiæ uitio laborare, prout magis uel minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius & districtius præcipimus obseruari: ut quos diuinus timor à malis non reuocat, temporalis saltem pœna coerceat à pctō, uidelicet ut ab officio suspendantur, atq; ecclesiasticis beneficijs spolientur. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, unde uinum sibi tēperent: nec ad bibendū quispiam incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. Ideo illum abusum decreuimus penitus abolendum, quo in quibuisdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiori commonitus satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur. Clerici officia uel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta. Mimis & ioculatoribus & histrionibus non intendant. Tabernas prorsus euitent, nisi forte causa necessitatis in itinere cōstituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant competentem, & se in officijs ecclesiasticis & alijs studijs bonis exerceant diligenter. Clausa deferant desuper uestimenta, nimia breuitate uel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut uiridibus, & in anibus manicis, sotularibus, aut cōsutitijs frenis, sellis deauratis, aut alijs

de uit. & ho. cle. c. quoniā | de uit. & ho. cle. ca. clerici

am superfluitatem gerentibus, non utantur. Fibulas aut corrigias auro aut argento ornatas non ferant: nec anulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. Præcipiendum est, ut nullus sacerdos fœminas, de q̃bus suspicio esse potest, retineat. Si presbyter, diaconus, subdiaconus de quacũq; fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secũdam aut tertiam admonitionem inueniatur fabulari, aut aliquo modo cõuersari cum ea, excommunicationi subdatur. Cum clericis non permittantur mulierculæ habitare, nisi forte de illis ꝑsonis extẽt, in quibus naturale ius nil permittit criminis suspicari. Clerici ludos & ludibria non exerceant in ecclesia. Ex his elucescit, ad q̃ uirtuosam, castam, exemplarem ac sobriam uitam teneantur sacerdotes & clerici siue canonici.

Articulus VII. De præceptis & documentis apostolicis ad sacerdotes ptinentibus.

1.Timo.3 IN epistola ad Timotheum atq; ad Titum docet apostolus Paulus, quales debeãt esse
Tit.1. episcopi, dicens: Oportet epm̃ irreprehensibilem esse, sobrium, ornatum, prudentem, pudicũ, hospitalem, doctorem, non uinolentũ, non percussorem, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene prępositũ &c. Porrò, in epistola ad Titũ aliqua addit Apo-
Titum.1 stolus, scilicet q̃ oportet episcopũ esse nõ superbũ, non iracundũ, non turpis lucri cupidũ, sed benignũ, iustum, sanctũ, continentem &c. Alia multa in epistolis istis scribit Apostolus ad episcopos pertinentia. Sed ut Augustinus Ambrosiusq; testant, hæc omnia secdm intentionem Apostoli etiam ad sacerdotes pertinent, & de eis intelligenda sunt. Hoc quoq; omnes doctores scholastici, Alexander de Hales, Thomas, Vlricus, Iohannes in sũma Confessorum, Bartholomęus in sũma Pisana, Durandus in sua, & Gratianus in Decreto testant, atq; modo procedendi Apostoli facilime demonstrat. Cum enĩ scripsisset Apostolus, quales debeant esse episcopi, statim scribit quales debeant esse diaconi. Nec facit specialem de
ad d c.derot. sacerdotibus mentionem: quod utiq; ideo contingit, quia sub nomine episcopi sacerdotẽ etiam intellexit: & quod dixit de uno, intelligi uolebat de alio. Vnde communiter dr̃, q̃ in
Phil.1. primitiua ecclesia non fuit inter episcopos & sacerdotes distinctio. Siquidem in principio epistolæ ad Philippeñ. scribit Apostolus: Ecclesię dei quę est Philippis cũ episcopis & diaconibus. Quo in loco post episcopos expressisset sacerdotes potius q̃ diaconos, si inter episcopos & sacerdotes distinctionem fecisset. Sed obijci potest (ut Thomas ac Raymũdus cũ alijs dicũt) q̃ etiã in primitiua ecclesia & tpe apostolorum fuit inter episcopos distinctio secdm rem, non secũdum nomen. Et respondendum q̃ quantũ ad aliqua, realiter conueniebant: & quantũ ad aliqua, distinguebantur. Conueniebant quidem, quia episcopus non includit ordinem ultra sacerdotium, proprie loquendo de ordine. Septem nanq; sunt ordines, & sacerdotium est ordo supremus. Vnde episcopatus supra sacerdotium non addit nisi dignita-
Eccl.8 tem quandam seu prælationẽ contentionibus. Et in Ecclesiastico habet: Non litiges cũ homine potente, nec cum uiro linguato, & cum iracũdo non facias rixam. Verũtamen sacerdos q̃ præest, erroribus & pc̃tis subditorũ suorum zelo ueritatis & intuitu dei resistere & cõtradicere debet, etiam seriose ac feruide, si opus fuerit, cum discretione tamẽ atq; modestia.

Articulus VIII. De prudentia & scientia ad sacerdotes & clericos ordinandos pertinente, & qui libri ad curatos specialiter spectent, & qualis & quãta scientia requiratur ad sacerdotes, curatos, ac eorum uicarios.

SVper quartũ sententiarum dist. 24. ait Thomas. In quolibet actu hominis, si debet esse uirtuosus & ordinatus, oportet q̃ adsit directio rõnis. Idcirco ad hoc q̃ hõ officiũ ordinis sui debite exequatur, oportet q̃ habeat tantã scientiã, quę sufficiat ad hoc q̃ dirigat in actu illius ordinis, & tanta etiam sciẽtia requirit in eo, qui ad ordines promoueri debet. Nec oportet q̃ uniuersaliter in tota scriptura sit instructus, uel totius scripturæ scientiam habeat: sed requirit scientia maioris uel minoris, secdm q̃d ad plura uel ad pauciora eius officium se extendit, ut scilicet illi qui alijs præponuntur curam animarum suscipientes, sciant ea quæ ad doctrinam fidei morumq; pertinent: & alij sciant ea, quæ ad executionem ordinis sui spectant. Deniq;, sacerdos duos actus habet: unũ principalem supra corpus Christi uerum, utputa consecrare corpus & sanguinem saluatoris: Alium habet actũ secundariũ super corpus Christi mysticũ, uel super plebem sibi cõmissam. Et iste actus secũdus dependet à primo, & non econuerso. Vnde aliqui promouentur ad sacerdotiũ, quibus tm̃ committitur primus actus, ut religiosi quibus non committitur cura animarum. Idcirco ab illorum ore non requirit lex à plebe, sed solũ q̃ sacramẽta conficiant. Ideo sufficit eis, si tã-
Ezech 14 tum de scientia habent, q̃ ea quæ ad sacramentum perficiendum pertinent, rite implere & obseruare possint. Alij aũt promouent ad actum secundarium, qui est super corpus mysti-

cũ

cum,& à talibus populus legem dei requirit. Propterea necessaria est eis legis scientia, nõ sic, ut sciant oẽs difficiles quæstiones legis, quia in illis difficultatibus debet ad superiores haberi recursus: sed ut sciant ea, quæ populus eis cõmissus tenetur credere & seruare. Ad supiores uero sacerdotes (puta epos) pertinet, ut etiam ea quę difficultatẽ in lege facere pos sunt, sciant: & tanto plus, quanto in gradu altiori locantur, quemadmodũ libro de ecclesiastica hierarchia sanctus Dionysius docet. His uerbis Thomæ, Iohãnes in sũma Confessorum, Durandus, aliiq; concordant. Addit quoq; super quartũ sentẽtiarũ Albertus, ꝙ in pplexis seu intricatis seu difficilibus atq; dubiis materiis, tenetur sacerdos parochialis esse ita discretus, ꝙ sciat talia esse difficilia, nec procedendum esse in illis absq; superiorum cõsilio, & canonum autoritate. Insuper dicit Albertus, ꝙ sacerdos non tenetur scire nec in cõmuni quæ pctã sint mortalia, & quæ uenialia ex genere. Et hæc sciens reputatur pro tpis huius necessitate ad confessiones audiendas sufficiens. Et hæc nesciens, peccat mortaliter confessiones audiendo: & eum ad hoc instituens, peccat magis mortaliter. Similiter pmittens talem ministrare, peccat mortaliter, si sua interest tales prohibere. Itẽ dicit Albertus, ꝙ tria sunt quasi de esse confessoris, sine quibus non potest qs sine pctõ esse confessor. Primũ est scientia discernendi inter pctã: scdm est cauta inquisitio de pctis: tertium est discreta pnię seu satisfactionis iniunctio. De hac materia, scilicet quę, qualis & quanta prudentia ad sacerdotes ptineat, in Decreto d. 36. & deinceps copiosissime scribitur, atq; inter cętera legitur: Imperitia sacerdotis sp est fugienda, quia cum per ignorantiam excæcati alicuius ducatũ prębere cœperint, simul in foueam cadũt. Ideo ignorantiam maxime debẽt abiicere. Hinc in concilio Toletano habetur: Ignorantia mater cũctorũ errorũ, sacerdotibus maxime est fugienda seu uitanda, qui docendi officiũ in populo susceperũt. Sacerdotes eñ legere sacrã scripturam monent, Paulo apostolo dicente ad Timotheũ: Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Sciant ergo sacerdotes sacras scripturas & canones, ut quantũ ad eorũ ptinet statum, omne opus eorũ in prædicatione atq; doctrina cõsistat, atq; ædificent cunctos tã fidei scientia, q̃ operũ disciplina. Idcirco & Leo papa testatur: Si in laicis intolerabilis est ignorantia, quanto magis in his quæ pręsunt, nec excusatione est digna nec uenia? Præterea scdm beatũ Augustinum, ut dist. 38. habetur, Sacerdotibus ad discendũ atq; sciẽdum necessaria, necessarii sunt Liber sacramentorũ, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisteriũ, Computus, Canones pnĩales, Psalterium, Homilię per circulũ anni dominicis diebus & singulis festiuitatibus aptę. Ex quibus omnibus si unũ defuerit, sacerdotis nomen uix in eo cõstare poterit. Hos aũt libros unusquisq; sacerdos curatus habere tenetur, emẽdo, scribẽdo uel alio mõ: & in eis sit studiũ, occupatio, recreatio ei⁹, ut tẽpus fructuose deducat. Nec in potationib⁹, uenationibus & similib. uanis & uilib. & sibi ualde prohibitis actib. occupetur. Sermones q̃q; & historias seu Legendas sanctorũ habeat, diligenterq; legat. Porrò, de scientia Canonum uidetur simplicibus curatis sufficere, ut sciant ea quæ in libro prouincialiũ statutorũ suę diœcesis continentur, & si quæ talia sunt quæ eos scire oporteat. Ideo unusquisq; curatus librũ synodalium statutorũ suæ diœcesis siue ecclesiæ debet hr̃e. Ignorãtia eñ iuris nõ excusat. Et Apostolus loquitur: Qui ignorat, ignorabitur. Per Oseam quoq; prophetã dñs cõminatur: Quia tu scientiam repulisti, repellã & ego te, ne sacerdotio fungaris. Vnde Chrysostomus: Sapientissimũ esse oportet & perspicacem in oĩbus sacerdotẽ, & mille (ut dicitur) oculos ex omni parte habentem, ut non solũ sibi, sed populo uiuat.

Marc. 15. 38. d. c. ignorantia. 1. Timo. 4. 38. d. c. si in laicis. 38. dis. c. quæ ipsis. Osee. 4. 1. Corint. 14. Chrysostomus.

Articulus XI. Quòd sacerdotes & clerici, & præsertim curati, debent hospitalitati & cęteris actibus misericordiæ insudare, auaritiã q̃q; prorsus uitare.

Quamuis uniuersi Christifideles secundum exigentiam suę facultatis & proprii status ad opera misericordiæ teneantur, quæ septem sunt, quorum hospitalitas unum est, specialiter tamen sacerdotes & clerici: Primo, quia ut ait Hieronymus: Domus clericorum oĩbus debet esse communis. Nempe ut sanctus Bernardus & alii sancti testantur: Quicqd clerici de bonis ecclesiæ habent ultra simplicem uictũ & uestitum, hoc pauperum est: & si talia sibi retineant, nec egenis communicent, furtum, rapinam, sacrilegiumq; committunt. Ergo & domum & lectum peregrinis & pauperibus communicare tenentur, suscipiendo illos hospitio loco & tempore opportuno. Secundò ad sacerdotes curatos ptinet, subditos suos ad hospitalitatẽ & alia misericordiæ opa exhortari, quod bona fronte facere nequeũt, nisi personaliter hospitales & misericordes existãt. Hanc rõnem Raymũdus assignat. Insup, opa misericordiæ in pręsenti & futuro remunerãtur

Hieronym⁹.

1.Timoth.4 à deo, dicente Apostolo: Exerce teipsum ad pietatē. Nam pietas ad omnia utilis est, promissionem uitæ habens quæ nunc est & in futuro. Item, cum sacramentum altaris sit sacramentum pietatis & communionis, iustissimum est ut sacerdotes tanti sacramenti cōsecratores, sint operibus charitatis, pietatis & liberalitatis abundanter intenti: & sicut ipsi sunt quasi hospitium sacramenti quod sumūt, sic domus eorum sint peregrinorum pauperumq; hospitia.
Matt.6. Non ergo sacerdotes & clerici sibi superflue thesaurizent, neq; de bonis ecclesiæ propinquos & consanguineos (ne dicam filios & filias) ditent, nec cum illis neq; cum alijs inordinate &
Eodem. delicate ecclesiastica bona consumant, nec de crastino immoderanter extent soliciti, quasi de deo & prouidentia pietateq; eius diffidantes: sed de his quæ sibi superfluūt, indigentibus pro posse succurrāt, præcipue spūalibus filijs suis, uidelicet subditis suis domesticisq; egenis, ne ad usuras confugere compellant. Et circa pręcipua festa, aliqd lautioris cibi ac potus prouideant atq; communicent illis, siue ad acquirendū dando pecuniam, siue cibos & pocula ministrando ac tribuendo. Itaq; q̄uis omnibus Christianis, præsertim tamen sacerdotibus & clericis est diligentissime aduertendum, ac iugiter recolendum, quod sanctus ait Basilius: Si tibi fateris diuinitus prouenisse temporalia bona, an iniustus est deus, inæqualiter nobis omnibus distribuens? Cur tu abundas, ille uero mēdicat, nisi ut tu bonæ dispēsationis merita consequaris, ille aūt patientiæ brauijs decoretur? Famelici panis est quem tu detines, nudi tunica quam tu in cōclaui cōseruas, discalceati calceus qui apud te marcescit, indigentis argentū quod possides inhumatum aut clausum. Quocirca tot indigentibus iniuriaris, quot dare ualebas. His per omnia cōsonat quod beatus Ambrosius ait, & habet in Decreto dist. 47. c. Sicut hi: quo inter cætera loquit: Nūquid iniquus est deus, ut nobis non æqualiter distribuat uitæ subsidia, ut tu quidem esses affluens & abūdans, alij egerent? An idcirco magis sic accidit, quia & tibi uoluit deus benignitatis suæ experimenta cōferre, & alium per uirtutem patientiæ coronare? Tu ergo susceptis muneribus & in sinū tuū redactis, nihil reputas agere iniquū, si tu multorum in te subsidia solus obtineas? Quis em̄ tam iniustus, tam auarus, q̄ qui multorum alimenta suum non usum, sed abūdantiam & delicias facit? Neq; enim minoris est criminis habenti tollere, q̄ cum dare possis & abūdes, indigentibus denegare. Esurientiū panis est quem tu detines, nudorum uestimentū est quod recludis, miserorum redemptio & absolutio est pecunia quam in terrā defodis, aut in scrinio claudis. Tātorum ergo te scias bona inuadere, q̄tis uales præstare, & non præstas. Deniq; Augustinus
Marc.9. effatur: Tanta est apud deum hospitalitatis uirtus & gr̄a, ut nec potus frigidę aquæ careat præmij remuneratione. Vides q Abraham & Loth angelos receperūt hospitio, dū hospi-
Heb.13. tes quæ sierūt & homines recipere putauerūt. Et tu ergo suscipis Christum dū suscipis hospitem, quia in hospite Christus est, quoniam Christus in paupere est, quemadmodum ait:
Matt.25 Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et iterum: Hospes fui, & nō suscepistis me.
Eodem. Hinc ait Chrysostomus: Qualem mercedem habet qui propter deum peregrinatur, talem habet qui suscipit peregrinum: & fiūt ambo æquales, uidelicet qui propter deum refrigerat, uel qui propter deum laborat. Ambrosius quoq;: Publica (inquit) est species humanitatis, ut peregrinus hospitio indigeat, suscipiatur officiose, pie tractet, reuerenter tanq̄ Christi membrum locetur, non in uiliori loco aut lectulo. Item sacra scriptura ad hospitalitatē
1.Petr.4. ubertim inuitat. Siquidem Petrus apostolus in prima sua scribit epistola: Hospitales inuicē
Heb.13 estote sine murmuratiōe. Et Paulus: Charitas fraternitatis maneat uobiscū, & hospitalitatē nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Præterea ex præinductis ostenditur, quantus sacerdotibus & clericis, præsertim curatis, auaritia sit uitanda, detestanda, calcanda, cum ipsi præ cæteris debeant in deo confidere, spūalibus inhęrere, diuino amore flagrare, libera mente ecclesiasticis rebus uacare: alios ad contemptum terrenorum inducere, & quæ supersunt indigentibus erogare, ut impleant illud Apostoli:
1.Tim.6. Habentes uictum & quibus tegamur, his quidem contenti sumus. Qui em̄ uolunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueū diaboli. Ideo dicit Gregorius: Deo omnium bonorum autori inhærere non ualemus, nisi cupiditatem à nobis, quæ oīm uitiorum radix est, abscindamus. Quanto etenim mens amplius occupatur circa terrena, tanto plus impeditur à dilectione supna, à puritate interna, à solicitudine spūali, à cōsideratione atq; custodia suipsius, ac aliorum salubri. Hinc ait Ambrosius super Lucam, & habetur in Decreto disti. 47. Sicut hi qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suę phantasias attēdunt, ita mens auari cupiditatis uinculis constricta, semper aurū, semper argentum attendit & cogitat, semper redditus computat, aurum gratius q̄ solem intuetur. Ipsa eius ad deum

oratio

oratio aurum quærit. Interdum etiam arte usuræ nequissima ex auro aurũ nascit: sed nec satietas unq̃, nec finis erit cupiditati. Sed ait auarus: Quid iniustum est, si cum aliena nõ inuado, propria diligentius seruo? O impudens, quid dicis? quid propria dicis? quid ex diuitijs tuis in mundum hunc detulisti? quibus stipatus facultatibus hanc ingressus es lucem? Ex his cõstat, q̃ uere in Ecclesiaste scriptũ est: Auaro nihil est scelestius: nil iniquius q̃ amare pecuniam. Auarus enim animam uenalẽ habet. Hinc quoq; Apostolus omnium malorũ radicem dixit esse cupiditatem, & auaritiam idolorũ asseruit seruitutem. Nam sicut idololatra creaturam præfert creatori, quantum ad cultum, ita auarus ista terrena præfert deo, quantum ad inhæsionem, quia ad ea afficitur potius q̃ ad deum. Ideo nãq; ait saluator: Nolite thesaurizare in terra, sed in cœlo. Vbi enĩ thesaurus tuus, ibi cor tuum. Et Augustinus prohibuit: Vbi amor, ibi oculus: & uerius est anima ubi amat, q̃ ubi animat. Insuper, sacerdotem qui alijs præest, oportet esse iustum, constantem, syncerum, ut nec amore, nec odio, nec damni timore, nec lucri cupidine ab ęquitate in iudicando recedat. Hoc aũt auaris nõ competit, quoniam timore offensæ ac damni, atq; amore fauoris ac lucri peruertunt iudicium. Moyse enim testante, Munera excæcant oculos sapientum, & subuertunt uerba iustorum. Idcirco in libro Iob scribitur: Multitudo donorum non inclinet te. Postremo in præsidentibus summe necessarium est, & summe ab eis exigitur, ut in suis operibus nequaq̃ quęrant propria commoda, sed dei gloriam & honorem, & subditorum salutem ac bonum. Aliter essent tyranni, non rectores, sed subuersores, ut etiam Aristoteles scribit in Politicis, & Thomas in libro de regimine regum, atq; Aegidius in libro de regimine principũ probant. Auarus aũt propria iugiter cõmoda cogitat, aut intendit, aut quærit. Ab omni ergo auaritia oportet sacerdotem curatum & omnem pręsidentem ac iudicem esse immunẽ. Possent demũ hoc loco contra auaritiam, & de ipsius uilitate & detestabilitate multa induci, sed de his & de misericordię opibus tã corpalibus q̃ spũalibus, infrà (ut reor) intẽtio erit.

Eccl. 10
1. Tim. 6.
Matt. 6.
Deutero. 16.
Iob. 36.

Articulus XII. Quod sacerdotes & clerici, maxime aũt curati, debent suis domibus bene esse præpositi.

CHaritas debet esse ordinata, ut homo primo & super omnia spiritaliter diligat deum, deinde seipsum in deo. Propter quod loquit in euangelio: Quid proficit homo, si lucretur uniuersum mundũ, seipsum aũt perdat? Deinde parentes, deinde uxorem & filios ac filias, deinde propinquos, deinceps familiam: deinde qui alijs præest, eos q̃s q̃tidie magis habet pręsentes, puta domesticos, prius ac diligentius debet diligere, instruere, corripere, castigare, ut domestici eius alijs in exẽplum ponant. Et hoc est domui suæ bene esse pręposítũ, domesticos suos uerbo & exemplo à uitijs ad uirtutes prouehere, ut quod ab alijs exigit, primo à domesticis suis repetat. Quicquid enĩ prauitatis fit præsente prælato, hoc ei est turpius, sicut ad Eugeniũ Papam describit Bernardus: Virtus nanq; & uitium domesticorum, redundant in patrẽfamilias ac familiæ dominum. Ideo asserit Augustinus: Domus & conuersatio episcopi quasi in speculo posita est: quicquid ibi fit, id sibi omnes arbitrant licere. Et hoc de domo & uita cuiuslibet potest dici prælati. Deniq, sicut in Sũma Confessorũ habetur, Si domestici (scilicet filij aut filiæ siue familia) incorrigibiles essent, expellẽdi à domo sunt, si paterfamilias probabiliter æstimat eos p hoc emẽdandos: Aliàs patronus criminis uideretur, quemadmodum is qui uxorem teneret adulteram: Si uero probabiliter credit eos per hoc licentius peccare, & per suam diligentiam uidet eos à multis malis, quamuis ab omnibus retrahi, non oportet q̃ abijciat illos, nec tamẽ ipsi imputatur culpa illorum. Nam & in congregationibus domibusq; iustorum inueniũtur iniusti. Vnde in epistola Vincentij Donatistani Augustinus fatetur, qđ etiã in Decreto d. 47. allegat: Quantũlibet uigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter hoĩes uiuo. Nec mihi arrogare audeo, q̃ dom9 mea melior sit arca Noe, ubi int octo hoĩes un9 puersus inuentus est: Aut melior sit q̃ domus Abrahæ, cui dictum est: Ejce ancillam & filium eius. Aut melior sit quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Similiter autem fateor charitati uestræ coram deo domino nostro, qui testis est super animã meam, quia ex quo deo seruire cœpi, sicut expertus sum difficulter posse inueniri meliores his qui in monasterijs profecerũt, ita non sum peiores expertus quàm qui in monasterijs defecerunt. Denique, ista est uirtuosis & sapientibus uiris ingens atque continua causa timendi, quia ubique est casus, ubique periculum. Nullibi que in hoc seculo securitas, ubi nescit homo an amore dignus sit an odio. & inter optimos pessimi sunt admixti. Verissime equidem Salomon ait: Nemo potest corrigere quem deus despexerit.

Deut. 6.
Matt. 16.
Marc. 8.
Lu. 9.
1. Tim. 3.
47. q. 2. q̃tũlibet.
Gene. 21.
Malachi. 1.
Eccle. 9.
Eccle. 7.

Esaiæ.14 Genes.3 Matt.26 Iohan.14 Eccl.18 Iob.31 Hinc dicit Bernardus: Si casus non defuit in regno maiestatis, quo summus angelorum cecidit cum suis: neq; in paradiso uoluptatis, quo homo corruit protoplastus: nec in collegio unitatis, unde proditor Iudas est lapsus, qs in isto exilio erit securus? Ideo ait scriptura: Sapiens in omnibus metuit. &, Beatus homo qui semper est pauidus. Sanctus quoq; Iob psitetur: Semper quasi tumentes super me fluctus timui deum. Postremo, secundum Raymundum, duplex est causa, cur prælatus debet esse suæ domui bene præpositus. Prima, quia nō habet frontem reprehendendi alios, qui suos corrigere negligit. Secundo, quia talis uidet Roma.11. Ezech.3 negligens, euidenter ideo prælatione indignus est, quia secundum Apostolum, Qui præest, in solicitudine debet præesse. Si uero fecerit quod in se est, apud deū est excusatus, prout ad Ezechielem dn̄s ait: Si annūtiaueris impio ut cōuertatur, & ille conuersus nō fuerit, in iniquitate sua morietur, tu aūt animam tuā liberasti. Hinc sanctus Cornelius Papa in epistola ad beatum Cyprianum disseruit: Quod ad nos attinet, cōscientiæ nostræ conuenit sp operam dare, ne quis ex culpa nostra de ecclesia pereat. Si quis aūt ultro crimine suo perierit, nos in die iudicij futuros credimus inculpatos, illosq; solos in pœnis mãsuros, qui noluerunt consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuitia perditorū, quo minus Gal.1 uia recta recedamus, quam Apostolus instituit, dicēs: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.

Articulus XIII. De moderato ac decenti uestitu sacerdotum ac clericorum.

Ephe.4 Apostolus ait: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spū mentis uestræ. Itaq; iuxta sanctorum patrum Basilij atq; Isidori documenta, sicut sacerdos siue canonicus gradu & ordine, ita in uita, temperantia, incessu ac uestibus à secularibus debet differre. Omnis igitur uanitas, pompa, superfluitas, pretiositas nimia à uestimentis sacerdotum ac clericorum est excludenda, ut nec numero, nec pretio, nec cu21.q.4.c.om. riositate excedant. Vnde in septima synodo legitur, & habetur in Decreto ca. 21. q. 4. Omīs iactantiá & ornatura aliena est ab ordine sacrato: eosq; episcopos & clericos qui se claris & fulgidis uestibus ornant, emendari oportet: quia si in hoc permanserint, epitimio tradant. Similiter eos qui unguentis ungūtur: impij quoq; deridentes eos, qui uilibus & religiosis uestimentis amicti sunt, per epitimium corrigantur. Priscis enim temporibus omnis sacratus uir, scilicet in sacris ordinibus constitutus, cum mediocri ac ueste conuersabatur. Omē quippe quod non propter necessitatem, sed propter uenustatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Basilius. Sed neq; ex Sericis texturis uestem uariatam quis induat, neq; apponat uariorum colorum ornamenta in summitate uestimentorū, Matt.11 sed audiat Christū dicentem: Qui mollibus induuntur, in domibus regum sunt. Deniq; in sexta synodo scribitur: Nullus eorum qui annumerantur in clero, uestimentum indecens habeat siue in ciuitate degens, siue in itinere ambulans. Si quis uero tale qd fecerit, per unā hebdomadam suspendatur, sed stolis utatur quæ cōcessæ sunt talibus. Hinc Zacharias Pa21.q.4.c.epi. pa instituit: Episcopi, presbyteri, diaconi indumentis secularibus non utãtur, sed uestibus suo ordini congruentibus. Neq; dū ambulauerint in uia aut in plateis, sine operimento am1.Cor.11 bulare præsumant, nisi in itinere longo. Quia mulier in ecclesia orans nō uelato capite, deturpat caput suum. Quod si temere pręsumpserint contra statuta agere, communione pri21.q.4.c.sine uentur, donec quę statuta sunt impleant. Insuper Leo Papa testatur: Sine ornatu sacerdotali extra domos apparere nullatenus conuenit, ne aliquas secularium iniurias patiantur. Qui contra fecerit, aut definat, aut canonicæ subiaceat disciplinæ. At uero Innocentius Papa secundus: Præcipimus enim, inquit, ut tam episcopi q̄ sacerdotes & clerici, in statu mētis, in habitu corporis deo & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate aut scissura uel colore uestium, nec in tonsura aspectū intuentium, quorum forma & exemplum esse debent, offendant: sed potius quod eorum deceat sanctitatem, obseruent. Quod si moniti c præcipim⁹ 21.q.4. emendare noluerint, ecclesiasticis careant beneficijs. Deniq; de hac re in d. 41. multa habēt, uidelicet: Episcopus humilem supellectilem, mensam ac uictum pauperē habeat, & dignitatis suæ autoritatem fide uitęq; meritis quærat. Clericus professionem suam habitu & incessu probet. Ideo nec uestimentis nec calceamentis quærat decorem. In incessu debet sacerdos esse maturus, ut grauitate itineris grauitatem mentis ostendat. Incompositio enim corporis, inæqualitatem indicat mentis, ut loquit Augustinus. Ex his demonstratur, q̄ grauiter peccent sacerdotes & clerici siue canonici, uestibus curiosi, pretiosi, superflui, seculares, pomposi, suis uanitatibus muliercularum fragiles animas prouocantes, quod secundū Luc.3. doctores mortali culpa non caret. Deinde Iohannes Baptista ait: Qui habet duas tunicas, det un

det unam non habenti.i.qui unam superfluā habet,communicet indigenti. Quomodo igitur peccant clerici,tot paria uestimentorum habentes diuersorū colorꝵ, uestimenta iuxta proprietatem temporꝵ hyemis tenentes? Nunqd tāta supfluitas & pompa ad simplicē spectant uestitum? Nunqd tales quod necessitati utilitatiq; supest,pauperibus largiunt? Quō ergo salui erūt,nisi emendent,mūdana despiciant,humilitatem cęterasq; apprehendāt uirtutes? Hinc S.ait Bernardus:Dignum est ut qui altari deseruit atq; ecclesiæ, & de bonis ecclesiæ uiuat:uiuat inquam,nō supbiat,non luxuriet,neq; ditet,nec in uanitate ac supfluitate dispergat.Nec uaria griseaq; pellicea à collo & manibus diuersificata,aut rubricatas murium pelles deportet.Sed excusant se excæcati, & dicunt: Propter honorē status nostri & honestatem ecclesiæ,oportet nos hæc facere,sic uestire,sic ire. Nec pensant in quo uere cōsistat honor cleri & honestas ecclesiæ.Cum enī,teste Isidoro,honestū dicat quasi status honoris,honor aūt scdm Philosophum debeatur uirtuti, id est uere honestū,quod est uirtuosum.Et Tullius asserit,& Thomas in scda scdæ:Honestas in uaria cōsistit humilitate,in uaria mansuetudine,patientia,charitate,omniq; mundialium uanitatū & supfluitatum cōtemptu,in decore interno,non in apparatu externo:in tēperantia ac parsimonia uictus,non in superfluitate uestitus:in corporis castigatione,in sanctorꝵ patrum imitatione,in ædificatione proximorꝵ,in deuota,reuerentiali ac debita psolutione diuinorum officiorꝵ,in obseruationibus præceptorꝵ dei & conciliorꝵ ac summorꝵ pontificū.Postremo,ipsemet Chr̄s totius honestatis fuit exemplar,autor & doctor,deinde sancti apostoli. Nunqd isti in exteriori gloria uestimentorꝵ,superfluitatū,& non potius in pręinductis uirtutibus honestatē posuerunt ecclesiæ? Illos ergo imitari oportet,& non eos qui suas uanitates & uitia sub specie honestatum & uirtutum excusant.

In luxuriosum uestitū sacerdotum.

Articulus XIIII. An sacerdos seu alius ordinatus,in mortali peccato existens, peccent mortaliter in omni actu ordinis sui.

HAnc quoq; sanctus Thomas sup quartū snīaꝵ dist.24.soluit hoc mō:Lex præcipit ut hō iuste ea quę iusta sunt,exequat.Idcirco qcunq; id q̄d sibi cōpetit ex ordine,facit indigne,ille q̄d iustū est iniuste exequit,& cōtra diuinæ legis agit p̄cepta, ideo peccat mortaliter. Quicunq; aūt cū mortali pctō aliq̄d diuinū ptractat officium,seu alicuius ordinis actū exequit,non est dubiū quin indigne hoc faciat,unde mortaliter peccat.Huic dicto oīm doctorꝵ concordat sententia, scilicet Alexādri de Hales, Alberti,Raymundi & aliorum.Ita sacerdos in mortali pctō scienter existens, in oīni actu ordinis sui peccat mortaliter,utpura non solum quotiescunq; celebrat,sed etiam quotiescūq; confessiones audit & absoluit:quotiescūq; populis prædicat,quoties aquam benedicit aut aspgit,quotiescunq; baptizat,nisi in necessitatis extremæ articulo:quotiescunq; publice corrigit delinquentes,qui in minoribus sunt peccatis q̄ ipse:quotiescūq; inungit, & similibus sui ordinis atq; officij actibus uacat.Quo patet,q̄ periculosissimus sit status sacerdotum,potissime curatorū negligentium atq; carnalium. Præcipue aūt talis sacerdos mortaliter peccat in celebrando,deinde sacramenta alijs ministrando.Nā in omnibus his temerarie,præsumptuose,irreuerenter & ingrate se habet. Celebrare tamē est actus ualde priuilegiatus, & ad ipsum pręsertim actualis deuotio secūdum doctores exigit.Dicit insuper Thomas super 4.Sententiarum,q̄ prædicans uerbum dei, & non uiuens secundum illud, mortaliter peccat,quoniam quantum in ipso est,intentionem sacræ scripturæ euacuat. Intentio nāq; scripturæ est,homines à uitijs ad uirtutes transferre. Sed maius est aliquid dicere facto,q̄ uerbo solo.Dum aliquis bona prædicat,& tamē oppositū agit,facto demōstrat nō esse agēdum ut prædicat:sicq; quantum in ipso est,intentionē euacuat sacræ scripturæ: Iterū scribit Thomas,q̄ ex officio corripiēs alium publice,peccat mortaliter,si in mortali pctō scienter existēs hoc agat,quia officium suū exercet indigne,& contra ordinē charitatis,quę incipit à seipsa. Hæc oīa in summis doctorū,uidelicet Durandi,Iohannis & aliorum copiose habētur,quis Thomā,quia famosus & sanctus doctor ē,magis allego:imō beatus Ambrosius & antiqui doctores sancti manifeste hæc scribūt.Itaq; cōstat,in q̄ innūerabilia atq; enormia labantur peccata sacerdotes,maxime curati & eorum uicarij, qui uiuunt indigne, qui non debita cum diligentia discutiunt atq; custodiunt conscientias suas,qui non curant solicite iuxta sublimitatem ac exigentiam ordinis & officij sui seruire omnipotenti:quorum (ut sic loquar)iniquitates & scelera super arenam maris multiplicari uident. Veruntamen præinductis quis potest obijcere:Nemo perplexus esse potest,id est,nullus ita est,ut peccatū mortale uitare non queat.Sed sæpe contingit, ut sacerdos in mortali existēs peccato, Obiectio

ex debito sui officij teneatur ad celebrandum: ergo siue celebret, siue non celebret, peccat mortaliter: & sic uidetur perplexus. Præterea, quicunq; communicat alicui in peccato mortali, peccat mortaliter. Si ergo sacerdos iniquus in usu ordinis sui peccat mortaliter, etiam q ab eo exigit aliquid diuinorum, ut qui ad celebrandum aut similem actum sacramentalem induceret, peccat mortaliter. Ad hæc Thomas respondet, q̄ q̄diu minister ecclesiæ qui est in mortali, ab ecclesia sustinet, ab eo recipere potest quis sacramenta, ut est subditus eius q ab eo sacramenta recipere debet, quia ad hoc obligatur: sed tñ præter necessitatis articulũ non esset tutũ q̄ eum induceret ad aliquid sui ordinis exequẽdum, durante cõscientia qua iudicat illum esse in peccato mortali, quam tñ disponere posset, qm̃ in instanti homo per diuinam gratiam emendatur. His adijcit Thomas: Quandocũq; ordinatus (præsertim sacerdos) in mortali existens, exhibet se in aliquo actu ut ministrum ecclesiæ, peccat mortaliter, & toties quoties talem facit actũ: quia in primo cap. Ecclesiasticę hierarchię docet Dionysius: Immundum nec cymbala (.i. sacramentalia signa) tangere fas est. Vnde quando tangit res sacras, ut calicem uel consimilia, quasi officio utens, peccat mortaliter. Secus esset, si in casu necessitatis aliquod sacrum exequeret siue contingeret: in illo uidelicet casu, in quo etiã laicis quibusdam liceret, ut si baptizaret in necessitatis articulo, uel si corpus Christi in terram proiectum colligeret, potissime dum alius melior non adesset sacerdos.

Articulus XV. De præparatione ad celebrationem.

CVm itaq; tam periculosissimum damnabilissimumq; consistat nõ sacerdotaliter uiuere, & ordinis sui actus atq; officij sui opera exequi indigne, utputa nõ existẽdo in statu salutis, id est, in charitate & gratia, merito debet unusqsq; sacerdos antequam ad celebrandum accedat, conscientiam suam diligentissime examinare, Tit.1 uitam & mores suos discutere: quid boni omiserit, quid mali cõmiserit, qualiter tempus suum expenderit, uiuaciter considerare. Penset ergo sacerdos an diuina pręcepta obseruet, ecclesię statuta impleat, an alijs exemplaris existat, an homines uniuersos tã inimicos q̄ amicos syncere diligat, an circa oẽs charitate & dilectione afficiat, an iuxta debitum sacerdotalis ordinis uirtuose & irreprehensibiliter conuerset, an sibi cõmissos debite regat, instruat, moneat, corripiat atq; ædificet: Si mente, ore & opere ab inuisibilibus hostibus animas eorum munire ac custodire non cesset, si bona ecclesiæ debito modo expendat, si in cibo, potu, somno uestibusq; moderãter se habeat, si in his atq; similibus inuenit coram deo laudabiliter se habere, gratias agat humilimas ex totis præcordijs deo altissimo, cuius dona sunt omnia nostra bona, & cuius munera sunt merita nostra. Ideo sibi ipsi nihil ascribat, nisi oẽm fragilitatem, defectuositatẽ, ad omnia uitia pronitatẽ: sicq; seipsum cum solicitudine gran- 1.Corint.10 di custodiat, sicut ait Apostolus: Qui stat, uideat ne cadat. Et Salomon: Omni, inqt, custodia Prouerb.4 custodi cor tuum. Studeatq; quotidie in bonis proficere, in humilitate, mansuetudine, patientia, deuotione, charitate crescere ac firmari: & dei auxilium pro hoc iugiter fideliterq; imploret. Porrò si in prædictis aut in aliquo prædictorũ inuenerit se culpabilẽ, iuxta grauitatem pc̄ti cordialiter doleat, emendationem proponat, cõfiteatur, satisfaciat, emẽdet: sicq; in deo confidens, cum debita humilitate, deuotione & charitate ad celebrãdum procedat, 1.Corint.10 illud apostoli Pauli profunde perpendens: Quicũq; mãducauerit panẽ hũc uel biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Itemq;: Probet seipm hõ (.i. se diligenter examinet) & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui eñ manducat indigne, iudiciũ sibi manducat, non dijudicans corpus dñi. Insuper, omnis sacerdos causas institutionis sacramẽti altaris, uidelicet cur Christus in cœna nouissima hoc supueneràdissimum institue- Matt.26. rit sacramẽtum, sapiẽter atq; multoties contẽpletur. Cuius utiq; institutionis prima cã est, recordatio totius ardẽtissimę ac plenissimę dilectionis Chri ad nos. De qua dilectione ipsemet dixit: Maiorẽ hac charitatẽ nemo habet, q̄ ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hoc quippe est summa dilectio, dum quis non sua dona dũtaxat, sed seipsum quoq; donat Ioh.15. dilecto. Rursus, cum amoris proprietas sit, amãtem unire amato, per hoc quod Christus in sacramẽto seipsum nobis substãtialiter unit, patet ipsius ad nos mutua dilectio ac summa. Toties ergo flãmascit spũs nr̃ ad deũ, totiesq; inflãmatur ac penetrat, q̃ties celebramus, q̃ties sacramẽtum hoc consecramus ac sumimus, quoties charitatẽ Chri ad nos recordamur, quoties tantæ dilectionis pignus præ oculis habemus, manibus cõtrectamus, ore suscipimus. Ideo nãq; saluator instituto hoc sacramento, dixit ac iussit sanctis apostolis, & in eorũ Matth.26 psona sacerdotib. uniuersis: Hoc q̃tiescũq; feceritis, in mei memoriã facietis. Quę utiq; uerba

sunt

sunt mirabiliter affectuosa ac dulcia, piiq; mentis inflammatiua. Secũda causa institutionis huius pretiosissimi sacramenti, est recordatio dñicę passionis, imò omnium quæ filius dei pro salute nostra assumpsit, fecit ac pertulit, utputa suæ incarnationis, ac in seculo isto sanctissimę conuersationis, ultimæ cœnationis, acerbissimę passionis, gloriosæ resurrectionis & ascensionis, sicut Psalm. prædixit: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Attendamus ergo quotidie recollecta ac diligentissima mente, quanta pro salute nostra unigenitus patris æterni assumpsit, egit & passus est: quõ ipse rex gloriæ, dñs uirtutum, deo patri æqualis, uerusq; deus, nostram naturã assumere & sibi immediate hypostatica unione copulare dignatus est: in quo manifestatur immensa bonitas ac dignatio eius: quanta etiã pro nobis fecit in mundo hoc, in quanta paupertate, humilitate ac patientia uixit: quõ hic discurrendo, prędicando, & aliis modis laborauit pro nobis: quanta demum pro nobis perpessus est, quot derisiones, contumelias, detractiones, blasphemias, dicentibus de ipso obduratis impiissimisq; Iudæis: Insanit, Dęmonium habet, Homo uorax, potator uini, In principe dæmoniorum eiicit dęmonia. Hic blasphemauit, Seducit populum, atq; similia. Deinceps q̃ crudelissime eum interfecerunt, cogitemus attentius: qualis fuit ille timor Christi, quem sponte ac dispensatiue assumpsit, qñ factus in agonia prolixius orauit, & factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentis in terram. Pensemus quàm ferociter Iudæi & cohors ac tribunus Christum cœperunt, ligauerunt, traxerunt, totaq; nocte illa afflixerũt, faciem eius gratiosam uelando, cõspuendo cędendo. Qualiter propter nos alba ueste atq; purpureo indumento derisus est, q̃ pœnalissime flagellatus, & usq; ad costas uerberibus laceratus: quõ spinis coronatus, arundine cæsus, & tunc rursus consputus, alapis cæsus, derisus ac blasphematus: quomodo ignominiosissimæ morti est adiudicatus, inter latrones eductus, & confusibilius illis, quia propriis humeris crucem sibi baiulans est egressus. Qualiter fatigatus & cruci affixus, inter sceleratos suspẽsus, aceto & felle potatus, & ibi denuo blasphematus, derisus, & summe ineffabiliterq; despectus. Quantũ etiam, q̃ intime in omnibus his suæ dulcissimæ genitrici cõpassus, cuius angustias & dolores ipse solus clarissime nouerat. Intueamur cum quanto tormento in cruce tam diu pependit, ita distentus, q; ossa poterant numerari, q; uenæ & nerui disrumpebãtur. Quantam sustinuit pœnam, dum nobilissima anima eius à suo sacratissimo atq; tenerrimo corpore separabatur. Horum memoria cor sacerdotum iugiter depungatur, decoret, & arctetur. Nec nobis sufficiat nuda memoria, sed cum feruenti amore, cum interna compassione, cum fideli ac debita imitatione hæc cogitemus. Discamus Christi exẽplo aduersitates, derisiones, oblocutiones, iniurias libẽter & æquanimiter sustinere. Nõ uindicemus nosmetipsos, nec malum pro malo, sed pro malo bonum, pro odio dilectionem reddamus. Nõ enim est seruus maior domino suo. Et ut Petrus apostolus testatur, Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum ut sequamur uestigia eius. Paulus quoq; fatetur: Si compatimur, & cõregnabimus. Quandocũq; sentimus nos aliqua elatione, impatiẽtia, crudelitate, concupiscentia aut simili uitio tentari, moueri, grauari, statim passionem Christi eiusq; humilitatem, patientiam, pietatem, & cæteras eius uirtutes ad memoriã reuocemus, atq; ipsius exemplo humiles, patientes & mũdi esse discamus. Causa tertia institutionis sacramenti istius, est declaratio liberalitatis Christi ad nos, & roboratio spei nostrę ad ipsum. Ex hoc enim q; Christus in sacramento ita seipsum tribuit nobis in cibum & potũ animæ salutarem, clarissime patet illius ad nos liberalitas summa, atq; ex eo roboratur ac inflammatur spes nostra, q; scilicet libentissime tribuit nobis dona gratiæ suæ, qui seipsum sic nobis cõmunicat, dũmodo ex parte nostri defectus non fuerit, & si cũ decenti & debita instantia indesinenter ac fiducialiter inuocauerimus eũ; sicut in euãgelio ait saluator: Oportet semper orare & non deficere. Et ut in Deuteronomio Moyses loquitur: Cũ quæsieris dominũ deum tuum, inuenies eum, si cum corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Ideo iuxta Apostolum, cum fiducia accedamus ad thronum gratiæ eius, & cum omni humilitate, feruore atq; constantia exoremus &c. Quarta causa institutionis pręfatæ, est copiosa & multiplex & misericordissima subuentio indigentiæ nostræ. Huius quippe dignissimi celebratio ac sumptio sacramenti, est nobis quotidianum contra quotidiana nostra peccata remedium, infirmitatis ac fragilitatis nostræ præsidium ac munimen, paupertatis nostræ ditatio, passionum deiectio, expugnatio uitiorum, confirmatio & auctio gratiarum: imò ineffabiles utilitates ex hoc sacramento nostris proueniũt animabus. Ideo ait Bernardus: Si quis minus solito sentit in se iræ, superbiæ, impatientiæ, concupiscentiæ, aliorumq;

Psal. 110 | Psal. 24 | Iohan. 10. | Luc. 7. | Matt. 11. | Luc. 11. | Marc. 3. | Lucæ. 22. | Matt. 26. | Luc. 23. | Iohã. 19. | Isaiæ. 53 | Matt. 27. | Luc. 23 | Marc. 15 | Iohã. 19 | Psal. 21. | Matth. 27. | Marc. 15. | Luc. 23 | Ioan. 19. | I Thessalo. 5. | Psal. 108. | Ioh 15 | I. Pet. 2. | Roma. 8. | Luc. 18. | Deut. 4 | Heb. 4

uitiorum ac passionum aculeos,impulsiones & motus,huius sacramenti fructum & operationem in se cognoscat,& gratias agat. Chrysostomus quoq; fatet: Sicut leones ignem spirantes horribiles sunt iumentis,ita ab huius sacramenti mensa uenientes terribiles sunt dęmonibus. Quinta institutionis huius sacraměti causa,est quotidiana & iugis honoratio & glorificatio dei patris,imò totius superbeatissimæ trinitatis: quia in huius sacramenti celebratione ac sumptiõe magnalia & bñficia dei recolunt,gratiarũ; actio deo offert,bonitas & maiestas om̃ipotẽtis laudat,& multiplex honor altissimo quotidie exhibet:imò per huius sacramenti celebrationem ac sumptionem cultus Christianæ religionis præcipue conseruatur,fideles ad ecclesiam conueniunt,confitentur,coadunant. Estq; sacramentum hoc incomparabile & pretiosissimum ecclesiæ militantis clenodiũ. Maximam demũ reuerentiã summæ impendimus ueritati,propter eam credendo ea quæ in sacramento creduntur,& prorsus incomprehensibilia extant. Nec Seraphin & Cherubin ea comprehendere queũt, ut Aegidius de Roma locutus est. Deniq; hæc quinta causa institutionis huius, est principalis & summa,aliarumq; finis. Christus nanq; ut homo,seipsum & omnia sua ad dei patris ac totius supergloriosissimę trinitatis honorem & gloriam ordinauit,quemadmodũ apud
Iohã 8. Iohannem testat: Ego non quæro gloriã meã,sed eius qui me misit. Ita & fateri nos opor-
1.Corint.10. tet,dicente Apostolo: Omne quod facitis in uerbo aut opere,oĩa ad dei gloriam facite. Prę terea,sc̃dm q̃d Augustinus testatur: In omni sacrificio quatuor sunt pensanda, uidelicet qs, quid,cui & quare. Cum ergo sacramentum istud sit sacrificium summum,sacerdos ante celebrationem hæc quatuor debet perpendere,uidelicet quis sit ipse qui tantum sacramentum consecrat,tractat,offert & sumit. Itaq; propriam imperfectionẽ insufficientiamq; consideret,peccata sua & pronitatem ad mala attendat,defleat & emendet. Deinde perpendat quid offert,uidelicet corpus & sanguinem saluatoris,imò ipsummet Christum, unigenitũ uidelicet dei,qui secundum naturam suam diuinam est dignitatis & excellẽtiæ penitus infinitæ: secundum naturam uero suam humanam,ut uerbo æterno unitam, est toto dignior uniuerso. Sacramentum ergo tam sanctum, cum summa reuerentia est tractandum. Insuper penset cui offert,uidelicet deo patri,cuius perfectionis,maiestatis & glorię nullus est finis. Cum quanta igitur humilitate,timore, reuerentia & charitate atq; munditia illi astare,offerre ac sumere oportet? Postremo intueatur,quare seu propter quid offert, uidelicet primo & generaliter pro communi bono totius ecclesiæ,pro Papa & principe: deniq; pro specialibus causis siue psonis, prout deuotio suggerit, & pro illis feruide oret ac celebret.

Articulus XVI. De eadem materia ex dictis sancti Bernardi.

IN epistola ad quendam sacerdotem ait Bernardus: Si offers munus tuum ad altare q
Matt.5. cunq; sacerdos,aut si disponis illud uenerabile & ineffabile mysterium celebrare,& recordatus fueris q frater tuus habuerit aliqd aduersum te, ille uidelicet magnus frater,qui est filius dei per naturã,& nobis potestatẽ dedit filios dei fieri & fr̃es suos per
Iohann.1. gratiã,si ille frater habet aliqd aduersum te,si eũ offendisti cogitatu aut opere seu omissione,si cãdorem innocentiæ tuæ aliqua macula obfuscasti,si conscientiam habes ægram,aut non bene sanatam,relinque ibi munus tuum,differ celebrationem,& prius satage reconciliari fratri tuo per deuotam cordis contritionem,per puram oris confessionem,per duram cordis pœnitentiam & attritionem,per condignam satisfactionem. Laua per singulas no-
Psal.6. ctes lachrymis tuis lectum tuum,per singula peccata munda conscientiã tuã. Ascende tribunal mentis tuę,sede ut iudex,teipsum condemna. Accedat memoria accusatrix peccati. Actio fit testis consensus uitij,delectatio præhabita grauet reatum, omnia accusent, nihil te excuset. Veniat timor dei,ut carnifex puniat, bene sanguinẽ cordis (scilicet lachrymas) fundat. Sicq; per proprium iudicium euades diuini iudicij supplicium, iuxta illud Aposto
1.Corinth.11. Matth.5. Psal.68. li: Si nosipsos iudicaremus,non utique à domino iudicaremur. Et tunc ueniens offers munus tuum,sacrificium laudis,eucharistiæ sacramentum: & placebit deo super uitulum nouellum cornua producẽtem & ungulas. Aspice exempla sanctorum & testimonia scripturarum,& in his uelut in speculo teipsum considera: & quicqd culpæ in te comprehẽdis, castiga: diuinarum scripturarum sacris meditationibus iugiter uaca, diuina præcepta infatigabiliter lege,inexplebiliter dilige,efficaciter imple. Denique, frater Vbertinus quarto libro de Vita Saluatoris,de hac ipsa materia loquitur satis deuote,his uerbis: Fuit autẽ Christus non solum sacerdos & hostia,sed sacrificium quoq;. Quia ut ait Augustinus 4. de trinitate: Omne em̃ sacrificium uisibile,est inuisibilis sacrificij sacramentũ.i.sacrũ signũ. Ideo

ex

expositio qua Christus tam infallibiliter se exposuit extremis in hostiam & sacrificium, tā in isto sacramento quàm in crucis patibulo, signum est illius ineffabilis expositionis, sacrificationis, qua spiritum suum iugiter immolauit deo patri pro nobis, in templo latissimo cordis sui, in quo seipsum obtulit, a conceptionis suę instanti usq; ad horā mortis uniuersa quę dixit, fecit ac pertulit, pro nostra agendo ac patiendo salute ad gloriam patris. Omnia nanq; quæ Christus fecit ac passus est, meritoria nobis fuerunt. Ideo tota uita Christi in seculo quasi una solennissima Missa fuit, in qua ipse fuit altare & templum, sacerdos & hostia. Deus acceptans sacrificium ipse est secūdum diuinam naturam, idem offerens seipsum scđm naturam assumptam. Et quoniā ipse Iesus Christus est totus sanctus & sanctitas, idcircò sacrificij huius minister, qui tenet uicē Christi, debet esse totus sanctificatus. Vnde & nullus potest sacrificij huius esse minister, nec per episcopum tanq̄ per Christi uicarium fit consecratus in sacerdotem. Omnia quoq; quæ circa sacramentum hoc sunt, debent esse sacra atq; sacrata, ut ecclesia, calix, altare, corporale & ornamenta, ut omnia mirabiliter conueniāt sacerdoti, ut sanctus sit & sanctitatem ingerant ei: propter quod & ipse sacerdos conficiēs, in persona Christi loquitur, cuius charitati debet per omnia esse coniunctus, ut hoc intendat in generali dum celebrat, quod Christus se offerens, fuit per charitatē coniunctus omnibus, qui hoc sacramentum unquam conficient aut sumēt, imò cunctis fidelibus suis, idcirco tam in consecratione quàm in sumptione debet sacerdos se charitati Christi unire, ut sic charitatem suam dilatet, ad offerendum sacrificium istud pro omnibus, pro quibus Christus seipsum intendebat offerre. Moueatur ergo sacerdos charitate, pietate & compassiua memoria mortis Christi, ad celebrandum & conficiendum memoriale hoc dilectionis passionisq; Christi. Moueatur pietate & misericordia ad salutem populi procurandam, offerēdo patri dilectissimum filium suum, oblationem & hostiam ac sacrificium reconciliationis omnium peccatorum. Superferatur per gratiæ donum super distractiones omnium rerū mundanarum, & soli deo adhæreat, apud quem debet esse pro populo mediator. Quod ut facere possit, semper in mente habeat documentum Salomonis: Dū sederis ad mensam potentis, diligenter attende quæ apponuntur tibi, sciens quoniam oportet te talia pręparare. Prouerb. 23 Mensa potentis, est sacramentum altaris, quod est mensa Christi omnipotentis, sacramentum hoc mirabiliter efficientis. Dilgenter ergo attende non solum quæ tibi apponuntur, uidelicet corpus & sanguinem saluatoris, imò ipsemet quo charitatis ardore, quo passionis dolore, qua tua necessitate & utilitate, qua dei acceptatione, ut compatiaris & commoriaris cum Christo. Attende q̄ impijssimum sacrilegium fit, circa celebrationē sacramenti istius attendere quæstum pecuniæ, uel quodcunq; commodum temporale, quia sacerdos cōiungi debet charitati gratuitæ Christi, qui intendebat electorum salutem. Væ impijs sacerdotibus, qui à charitate disiuncti, & cupiditati sacrilegæ Iudæ proditoris coniuncti, de sacramento dominici corporis, proditore illo tanto scelestius negotiant, quanto sępe pro minori pretio (puta pro tribus denarijs) uendūt ipsum iam regnantem in cœlis, quem proditor uendidit pro triginta denarijs peregrinantem in terris. Hæc Vbertinus. Postremo sanctus Ambrosius ait: Quanta cordis contritione & lachrymarū fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate & animæ puritate illud diuinum & cœleste sacrificium est uenerandum & celebrandū ò dñe, ubi caro tua in ueritate sumit, ubi sanguis tuus in ueritate bibitur, ubi ima summis iunguntur, ubi adest sanctorum angelorum præsentia, ubi tu es sacerdos & sacrificium: Quis hoc diuinum mysterium digne poterit celebrare, nisi tu deus omnipotens offerentem feceris dignum: Hinc etiam per orationes frequentes ac feruidas præparare se debet sacerdos, atq; in toto Missæ officio recollectus esse in deo, & ad sensum illorum uerborum intentus. Et si aliquam senserit in mente distractionem, mox ad recordationem dominicæ passionis & aliorū quæ tempore illo sunt attendēda, se reuocet.

In impios sacerdotes.

Articulus XVII. Quod sacerdos non solum in celebratione, sed etiam ante & postea debet esse custoditus & deuotus in omnibus.

ERubescat sacerdos circa eucharistiæ sacramentum, indeuotius, irreuerentialius & ingratius se habere, non ordinatis & idiotis & laicis. Videmus enim quòd idiotæ & laici, etiam multum mundani ac scelerati, die quo communicāt, quandā induunt grauitatem, deuotionem atq; custodiam, & à solitis abstinent uitijs, & timorati uidentur. Nec solum die quo communicant, sed etiam tempore aliquanto ante ac postea: quanto magis sacerdos dei altissimi, nō solum die in quo celebrat, sed etiam ante &

postea in omnibus timorate, deuote ac grate se debet habere, partim ratione ordinis sacerdotalis, partim ratione angelici sui officij, & propter actus celebrationis suæ excellentiam, partim ne laicos scãdalizet. Nec ideo minus deuote & custodite habere se debet sacerdos, quia frequenter uel quotidie celebrat: imò quanto frequẽtius celebrat, tanto tenetur esse gratior deo atq; deuotior, & in gratia ac uirtutibus seu effectibus sacramẽti istius magis ꝓficere. Veruntamen quibusdam & ignaris solet accidere, ut quanto frequentius faciũt quędam opera bona, tanto aridiori in deuotioriq; corde faciant ea, & ex sterili quadã consuetudine potius, quàm ex actuali deuotione, feruida attentione, diuina dilectione: quod certe malum est signum, periculosumq; ualde. Nempe cum in uia dei non proficere sit deficere, tales uidentur esse in peccato mortali, uel in uia ac dispositione ad illud. Et istud circa celebrationem ac confessionem est summe uitandum, cum priuilegiati sint actus, & cum omni diligentia exercendi. Vnde ex frequentia confitendi & celebrandi, ad incuriam, sterilitatẽ internam & inaduertentiam talium actuum deuenire, periculosissimum reor. Quotidie ergo deuotius celebremus, & in uirtuosis exercitijs arctius occupemur, conscientias nostras diligentius examinemus, & peccata nostra purius & dolorosius confiteamur. Sacerdotes ergo post celebrationem ad uerba leuia, inutilia atq; scurrilia linguam suam & os non relaxent, cum quibus sacratissimę uerba Missæ deo patri dixerunt, sic & corpus Christi & sanguinem sumpserunt. Non sit sacerdos incustoditus aut lasciuus in uisu, nec leuis in morib. nec immoderatus in cibo, potu ac somno: non puerilis in risu aut iocis, non uagus in cogitando, nec infrenatus in appetendo. Nec infructuose tempus suum consumat, sed in omnibus uirtuose, timorate, exemplariter quoq; se habeat. Et in omnibus occupationibus consolationem & delectationem requirat, uidelicet in meditando, psallendo, orando, studendo, scribendo, docendo seu prædicando. Horas distincte deuoteq; legat, quoniam Ieremia testante, Maledictus homo qui opus dei facit negligenter. Deniq; secũdum sanctos doctores, non potest mortalia uitare peccata, qui uenialia non deuitat cum diligentia magna, cũ dicat Salomon: Qui spernit modica, paulatim decidit. Et iterum scriptum est: Si non in timore dei tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Quomodo ergo sacerdos effugiet culpas mortales, nisi modo præfato habuerit se timorate, custodite ac fructuose? Potissime aũt sacerdotes curati ac seculares, in medio hominum mundanorum carnalium ac rudium commorantes, grandi ac singulari egent custodia, ne cum peruersis peruertantur, illisq; in omnibus conformenł. Absit autem ut post celebrationem unq̃ uisitent tabernas, uenationi aut carnalitatibus uacent. Hæc enim esset iniquitas maxima & negatio contra deum omnipotentem.

De cele. miss. et dolen. Iere. 48 Eccl. 19 Eccl. 27 Psal. 18.

Articulus XVIII. De quibusdam uirtutibus pertinentibus ad sacerdotes, in quantum curam habent animarum.

VIrtutum quædam uocantur theologicæ, quædam intellectuales, quædam morales. Porrò, uirtutes theologicæ sunt tres, scilicet fides spes & charitas, quæ dicuntur theologicæ quasi diuinę, qm̃ deum pro immediato habent obiecto. Deus nanq;, inquantũ est prima & ineffabilis est ueritas, obiectũ fidei: inquantum summa beatitudo, obiectum est spei: & inq̃tum summa increataq; bonitas, obiectũ est charitatis. His tribus uirtutibus deus pręcipue colił eiq; omnia dispensanł. Hæ quoq; uirtutes sunt cęterarũ uirtutũ robur, fundamentũ ac uita, atq; ad bene uiuendum & meritorie operandum primo ac maxime requirunł. Nempe ut Apostolus & propheta testanł: Iustus ex fide uiuit. & Paulus testał: Quicquid non est ex fide, peccatũ est. De spe nanq; idem scribit Apostolus: Debet qui arat, in spe fructus percipiendi arare: De charitate aũt apertissime loquitur: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem aũt nõ habeam, nihil sum. Hinc scdm omnes sanctos doctores, charitas est omniũ uirtutũ decor & forma, imperatrix ac ultra, imò sine charitate etiã fides & spes sunt informes & mortuę: ita q; nullius uirtutis actus est meritorius fine charitate. Idcirco charitas dicił animę uita, nec potest homo aliud meritoriũ operari, nisi sit in charitate. i. in spũali amore dei ac proximi. Hæ igił tres uirtutes primo & maxime ad quemlibet pertinent Christianum. Cum itaq; ad sacerdotes curatos pertineat suos parochianos instruere de fide, spe & charitate, quid sint & qualiter unusquisq; Christifidelis teneatur eas habere, atq; in eis se exercere, & quid sit credendum, quid sperãdum, quid diligendũ, oportet ut ipsi prælati & oẽs curati aliquã eminentiã habeãt in fide, spe & charitate, ut sint aliqualiter illuminati in fide, fortes in spe, & feruentes in charitate: atq;

Ioh. 14. Habacuc. 2 Roma. 1 Heb. 10. Roma. 14 1. Cor. 9 1. Corint. 13.

atq; istarum uirtutum notitiam quandam habeant eminentē, habēdo fidem cum rationibus credendorum, sciendo ea per quę fides probatur esse à deo, ut ualeant psuadere ad fidem, & iuxta principis apostolorum pceptū parati sint semp omni poscēti reddere rationē de ea, quę in ipsis est, fide & spe. sciāt itaq; ex sacra scriptura & ex dictis sanctorum ac deuotorum exhortari subditos suos ad credendū firmiter, ad sperandū lōganimiter, ad diligendū syncere & feruenter. Præterea, cū animarum curam habentes sint mediatores inter deum & sibi cōmissos, debent tam in charitate dei q̄ subditorum suorum esse integri & ardentes, ut sint idonei irā dei placare, eiusq; gratiam suis subditis impetrare. Mediatorē quippe oportet esse bene uisum & exaudibilem apud eum, ad quem mittitur ad orandum ac mitigandū. Ideo ait Gregorius: Dum is qui displicet, mittitur ad orandum, rogati animus ad deteriora prouocatur. Mediator etiam debet esse ex charitate solicitus pro illorum salute ac pace, ex quorum parte intercedit ad alium. Insuper, curatus est spiritualis pater & pastor subditorum suorum: idcirco paterno ac pastorali affectu debet eos ualde diligere & fouere tanquam filios suos. Est quoq; uicarius & cooperarius dei in reductione animarum ad ipsum. Propterea ex diuino amore debet zelari pro dei honore, ut deus à suis subditis honoretur ac diligatur, & passio CHRISTI in illis fructificet. Vnde dum Christus ecclesiam suam uellet beatissimo committere Petro, ter interrogauit an diligeret ipsum: imò nō solum an ipsum diligeret, uerum etiam an plus alijs diligeret eum, dicendo: Simon Iohannis, diligis me plus his? ad innuendum q̄d aliorum pastores debent pro plebe communi in diuino amore esse feruentes, quatenus in omni suo officio super omnia quærant dei honorem & subditorum salutem, & non propria cōmoda. Amplius, uirtutes morales dicuntur, per quas animę passiones refrenantur ac moderantur, ita quòd sensualitas cum moribus suis rationi subijcitur. Passiones autē animæ, sunt motus & affectiones sensitiui appetitus: qui nisi ratione regantur, sunt uitiosi. Appetitus uero sensitiuus circa exteriora, sensibilia ac temporalia afficitur ac mouetur. Omnes ergo huiusmodi affectiones oportet per rationem compescere, ne circa talia plus afficiatur homo q̄ expedit, & q̄ rationabile est deoq; placitū. Vnde desiderium cibi & potus frenatur & ordinaē ordinatione per sobrietatem, desideriū Venereorum per castitatem, desiderium diuitiarum per liberalitatem & paupertatem, appetitus uindictæ per mititatem, motus tristitię per patientiam, amor excellentiæ per humilitatem, & ita de alijs. Cum ergo curatus teneatur subditos suos instruere & hortari, ut passiones (uidelicet iram, supbiam, impatientiam, concupiscentiam, auaritiā atq; similia) uincant, oportet eum in uirtutibus moralibus esse robustum & bene fundatum, ut passionibus & uitijs nequaq̄ subiaceat: imò q̄d alios docet, primo adimpleat: & supbos, iracundos, impatiētes, auaros, incōtinentes ad humilitatem, mansuetudinem, patientiam, liberalitatem, continētiamq; reducat, orando, docēdo, exēplariterq; uiuendo. At uero, quū causa cuiuslibet hois cū deo sit ualde magna, uidelicet bene uiuendo æternam felicitatē acquirere, uel male uiuendo ppetuam damnationē incurrere, & de tota uita sua & de omni uerbo otioso, & de uniuerso tempore sibi ad uitā concesso, in diuino iudicio reddere rationē, propterea oportet unumquenq; semp esse ualde solicitum, timoratum ac custoditum, dicente Apostolo: Cum metu, timore & tremore uestram operamini salutē. Et rursus: Seruiamus deo cū metu & reuerentia. Hinc constat q̄ causa eorum qui curam animarū habēt, coram deo tanto est maior, quanto pluribus pręsunt, dū & tanto solicitiores, timoratiores ac custoditiores eos esse necesse est: quippe qui pro tam multis reddituri sunt coram metuendissimo ac districtissimo iudice rationem: & teste Gregorio, Tot mortibus, tot æternis damnationibus digni sunt, tot damnatorum supplicia patiētur, quot de numero subditorum suorum ex eorum negligentia & carnali scandalosaq; uita perire contigerit & damnari. Atque qui alijs præest, non de suo lætetur honore, non securitate torpescat, nec inani resoluatur lætitia: sed diuinum semper expauescat iudicium, & sua perpendat pericula, faciatq; indefinenter omne quod potest in executione sui officij, considerans quod ait saluator: Cui plus datum & commissum est, plus requiretur ab eo. Et quod in libro Sapientiæ habetur: Iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet. Nonne CHRISTVS uehementissime indignabitur his, per quorum negligentiam & impiam uitam amittit animas, quas sanguine suo emit, sicut ait Apostolus: Empti estis pretio magno? Hinc secundum Hieronymum, summe cauere debet qui præest, ne aliqua mala suspicio oriatur de ipso in populo, præsertim in grege sibi commisso, ne dispergat aut perdat, quos colligere & saluare quantum in ipso est, debet.

Margin notes: 1. Petr. 3. — 1. Reg. 19. — Iohann. 21. — Virtutes morales q̄ dicāt — Matth. 12. — Mich. 6. — Philipp. 2. — Hebr. 12. — Lucæ. 12. — Sapi. 6. — 1. Cor. 6.

Articulus XIX. Ad qualem uirtutum eminentiam ratione pastoralis officij teneantur sacerdotes curati.

QVamuis sacerdotes curati in susceptione suæ curæ non se obligant uoto perpetuo ad opa pfectionis, pastoralisq; suę curæ, quin curã possint relinquere & religionẽ intrare, tñ eoipso quo alios spiritaliter regere, pascere, informare, corripere, iudicareq; habent, tenẽtur ad excellentiam quandã gratiæ ac uirtutũ. Vt enim diuinus Dionysi⁹ pluribus in locis tam angelicę q̃ ecclesiasticæ hierarchiæ disseruit: Qui alioꝝ prælati, duces ac iudices sunt, de tanta debet plenitudine diuinorũ charismatũ esse ornati, ut de abũdantia gratiæ suæ subditis suis ualeant communicare, influere, subuenire. Sint igitur mũdi, ut alios possint purgare: sint docti ac sapientes, ut alios possint illuminare & edocere: sint iusti, ut alios iudicent recte: tanta sint bonitate repleti, ut alioꝝ malitijs non uincantur, sed sua potius bonitate alioꝝ uincant malitiam: tantę mansuetudinis ac patiẽtiæ extent, ut non solum alioꝝ improbitate seu aduersis non prouocẽtur, imo aliorum impatientiã, iracũdiamq; extirpent. Hinc sanctus Gregorius Nazianzenus fatet: Mũdari prius oportet, & sic alios mundare: sapientẽ prius fieri, & sic alios facere sapientes: lumen fieri, & sic alios illuminare: ad deum accedere, & sic alios ad deum adducere: sanctificari, & ita sanctificare: man⁹ habere rectas, & ita indigẽtibus porrigere manus. Deniq;, cũ sit ualde difficile in medio nationis peruersæ irreprehensibiliter conuersari, nec mala societate subuerti, & inter strepitus ac inquietudines seculi à custodia interiori non impediri, & tamẽ hæc omnia ad sacerdotes pertineãt curatos, om̃esq; prælatos, ideo indigẽt magna uirtutum constantia. Ideo ait Ambrosius: Magna sublimitas magnam debet habere cautelam, honor grandis grandi debet solicitudine circũuallari. Cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Sanctus quoq; Gregorius quid ad bonũ pastorem pertineat pandens, ait: Oportet ut solicite secũ studeat, quãta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur, sub cui⁹ æstimatione populus grex uocatur. Sit ergo prælatus cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, utilis in uerbo, singulis cõpassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agẽtibus per humilitatẽ socius, contra delinquẽtium uitia per iustitiæ zelũ erectus, internoꝝ curam in exterioꝝ occupatione non minuẽs, exterioꝝ prudentiam interioꝝ solicitudine non relinquẽs. Pastorem ergo oportet in uirtutibus esse bene fundatum, nec proprio delectari honore, sed diuini cultus promotione & animaꝝ profectu, & corã deo seipsum q̃tidie diligẽtissime examinare, qualiter officij sui impleat debitum, & quicq̃d peccati in se senserit, castigare ac emendare.

Dionysius | Greg. Nazianzenus. | Philip. 2. | Luc. 12. | Gregorius.

Articulus XX. Quomodo sacerdos curatus habere se debet in instruendo sibi commissos de credendis.

QVemadmodum in Secunda secũdæ Tractatu de fide asseruit Thomas: Tempore euãgelicæ legis tenẽtur om̃es explicite credere prima credibilia, scilicet om̃s articulos fidei, qui continẽtur in symbolo apostoloꝝ, ita ꝙ tenentur habere fidem explicitam trinitatis & incarnationis passionisq; Christi, ac cæterorum quæ in symbolo continentur præfato. Vt enim ait Gregorius: Secundũ incremẽta processumq; temporis creuit fides, quantũ ad explicationem maiorem. In principio quippe mũdi maiores in populo (uidelicet patriarchæ, ut Adam, Seth & Enoch, Noe & similes) habuerunt fidẽ explicitã de Christi incarnatione & passione pro mundi redemptione, minores autẽ habuerunt fidem explicitam unius dei & prouidẽtiæ eius. De Christi aũt aduentu ac ꝗ mysterijs habuerunt fidem implicitam, utputa credendo sicut credebant maiores, & ꝙ deus prouideret saluti humanæ secundum modũ sibi notum ac placitum. Ideo secũdum Augustinum & omnes doctores: A principio mundi semp necesse fuit credere illud breue symbolum fidei, quod ad Hebræos ponit Apl's, dicens: Accedentem ad deum oportet credere quia est, & quia reqrẽtibus se remunerator sit. In quo duo apte tãguntur: Primum, ꝙ deus est, & in hoc implicite cõtinetur fides trinitatis: secũdum, ꝙ de⁹ est remunerator seruientiũ sibi, in quo implicite cõtinetur fides mysterioꝝ Christi, uidelicet ꝙ filius dei sit incarnatus & passus pro hominũ liberatione, quia p Christũ deus pręmia beatitudinis dare disposuit. Itaq; curatus diebus festiuis instruat populũ suum de credẽdis, symbolum apostoloꝝ ei proponendo & exponẽdo. Non tñ oportet ut plebs cõmunis sciat credẽda p articulos fidei. Insuper potest curatus uicissim tẽpore congruo aliqualiter exponere rationes aut argumenta fidei Chr̃ianæ, i. ea per quæ cognoscimus fidem nostrã esse à deo, quæ sunt innumera miracula, soliq; deo possibilia, p Chr̃m & eius apostolos ac alios sanctos ad fi-

Augustinus | Hebr. 11.

fidei confirmationē copiosissime facta. Deinde testimonia scripturarū ueteris testamēti, & sanctitas uitæ quā lex euangelica docet. Deus nanq; quum sit essentialiter ueritas, ipse nequaquā esse potest testis aut confirmator falsitatis. Sunt quoq; alia multa, quibus ostenditur fides Christiana esse à deo. Iohan.14.

Articulus XXI. Expositio symboli fidei ab apostolis editi.

VT autem sacerdos curatus seu alius loco eius, expeditior sit ad instruendū populum de credendis, aliquid de intellectu symboli fidei ab apostolis editi plane ac superficialiter atq; breuissime tāgam, prout sufficit ad instructionem simplicium. Est autem symbolum fidei unum ab apostolis factum, quod pueri discunt in scholis, quia id potissime scire seu credere ad omnes spectat fideles. Aliud est symbolum in Niceno concilio factum, quod in Missa cantatur. Tertium ab Athanasio Alexandrino patriarcha compositum, quod cantatur in Prima. Itaque gloriosi beatissimiq; apostoli ante suam ab inuicem diuisionem composuerāt symbolum fidei, in quo doctrina euangelicæ legis quasi in speculo compendiosissime continetur, atque ab uniuersis credentibus concorditer creditur. Itaque gloriosus princeps apostolorum & plenus Christi uicarius Petrus, tanquam ipsius uniuersalis ecclesiæ prælatus, pastor & præsul exorsus est: CREDO IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM CREATOREM COELI ET TERRAE. Quamuis autem quod ait, Deum patrem, possit capi coniunctim, quòd sit sensus, Credo in deum patrem, id est, in personam patris, communius tamen & aptius diuisim accipitur, ut sit sensus: Credo in deum, i. in unum solum uerum summumq; deum, ut in hoc quod ait, Credo in deum, designetur unitas deitatis seu diuinæ essentię. Idcirco in symbolo patrum Niceni concilij clarius dicitur: Credo in unum deum. Porro deus est summum ens, primum, perfectum ac independens, uniuersorum scientiam ac prudentiam habens. Et tale ens, non est nec esse potest nisi unum. Itaq;, Credo in deum, absolute dictum prædicatur de qualibet persona diuina, scilicet patre & filio ac spiritusancto, & de tribus simul personis seu de trinitate. Idcirco quum Petrus dixisset, Credo in deum, mox addidit, Patrem omnipotentem, ad insinuandum quòd deus uerus & summus sit realiter pater æternus. Sic igitur credo in deum patrem omnipotentē. Pater enim omnipotens est: quoniam sicut eius essentiæ, ita & eius potentię nullus est finis, nulla mensura, nullum obstaculum: imò eius essentia est eius potentia. Omnia sunt ipsi possibilia, cuncta facilia, imò uniuersa æque facilia. Infinitæ nanque potentiæ nihil potest resistere, nil difficultatem afferre. Ideo angelus ait uirgini sanctæ: Non erit impossibile apud deum omne uerbum. Et Ieremias: Domine, non erit tibi difficile omne uerbum. In hoc quoque est deus omnipotens, quòd potest omnia quæ uult, & sicut uult, & quæ uelle est perfectionis ac nobilitatis, non infirmitatis & imperfectionis. Vnde ob hoc quòd deus in natura diuina non potest proficere, ambulare, comedere & peccare, non sequitur eum non esse omnipotentem. Deniq;, quamuis persona patris dicatur pater ratione creationis & gubernationis ac alijs causis, sicut & filius & spiritus sanctus: imò hoc modo tota trinitas benedicta & adoranda est unus pater, sicut & unus deus, cui quotidie dicimus, Pater noster qui es in cœlis: tamen hoc loco persona patris dicitur pater ratione generationis æternæ, qua æternaliter genuit filium sibi consubstantialem, coæqualem & coæternum, iuxta illud Isaiæ: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus. Et in Psalmo: Ex utero ante Luciferum genui te. Atque ut asserit Augustinus: In hoc patet q̄ pater sit omnipotens, quoniam filium sibi coæqualem, coimmensum ac omnipotentem gignere & uoluit ac potuit & genuit. Sequitur, Creatorem cœli & terræ. Per cœlum & terram quasi per duo extrema, intelligenda sunt uniuersa uisibilia & inuisibilia, corporalia & incorporalia, superiora & inferiora: quæ omnia à deo creata sunt, uel immediate quo ad se tota, ut angeli boni ac mali & animæ rationales, corpora quoque cœlestia & quatuor elementa: uel mediate, quantum ad partem, uidelicet quoad primam materiam materialium omniū, quę in principio mundi per creationem producta est. Et sic homines dicuntur creati, quum tamen primus homo dicatur factus de limo terræ, & uxor eius de latere eius. Sed animæ à deo immediate creatæ sunt, quoniā creare est actus infinitæ potentiæ, soliq; deo possibilis. Et q̄ pater dicitur creator cœli & terræ, non est intelligendum quasi filius non sit creator cœli & terrę ac etiā spūssanctus. Quęlibet nanq; diuina persona est oīm rerū creator. Hoc S. Thomas probat & asserit: Vnū principium, unusq; finis uniuersorū, quemadmodū triū psonarū una est deitas, una essentia, una omnium potentia, una potestas, & ita de cęteris quæ deo absolute

Lucæ.1
Iere.32.
Math.6
Isaiæ.66
Psal.109
Gen.2

coii

conueniũt. Hinc trium personarũ una & indistincta opatio est ad extra, unde opera trinitatis indiuisa dicũtur. Circa hoc duplex est quæstio: Prima, quũ fides sit eorũ quæ rationem transcendãt, quomodo unum esse deũ est articulus fidei, cũ philosophi hoc ipsum p naturalem probauerint atq; agnouerint ratione? Secundo, quũ credere deo, sit credere uera esse quæ deus dicit: credere deum, sit credere deũ esse: credere in deum, sit per fidem charitate ordinatam in deũ tendere, an homo in mortali existẽs peccato, possit uere & absq; culpa dicere, Credo in deũ, quũ talis non habeat charitatẽ. Et respondẽdum ad primum, q licet p rationẽ probetur & seruetur q unus sit de⁹ uerus & summus, tamẽ unum esse deum ad modũ quo fides ponit unũ deum, utputa habentẽ uniuersorũ ac singulorũ perfectã prouidẽtiam, districtissimãq; notitiam, non innotescit p rationẽ tam sufficiẽter & clare, sicut p fidem. Nam & maiores & meliores philosophi circa prouidẽtiam atq; scientiam dei multipliciter errasse noscuntur. Ad secundum dicẽdum, q talis peccator quãuis in propria psona non sine mẽdacio & peccato diceret, Credo in deum, tamẽ in psona ecclesiæ (cuius p fidem aliqualiter mẽbrum est) potest hoc dicere sine falsitate & culpa, sicut & illud in oratione dñica: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittim⁹ debitoribus nr̃is, dato q suis debitoribus non ignoscat. Hoc doctores scholastici concorditer asserunt. Sequitur in symbolo: ET IN IESVM CHRISTVM FILIVM EIVS VNICVM DOMINVM NOSTRVM. Istud Apostolus Iohãnes legitur addidisse. & est sensus: Credo non solum in deum patrem, sed etiã in unigenitum filiũ eius, cum filius dei sit uer⁹ deus, prout in prima canonica Iohãnis legitur: Scimus quoniã filius dei uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus uerũ deum, & simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus & uita ęterna. Ita q in filium secundũ q̃d est uerus deus, credendũ est tanquã in fidei principale obiectum, in cuius fruitione nostra cõsistit felicitas: propter quod ipse dei filius ait: Creditis in deum, & in me credite. Vbi loquitur Augustinus: Consequẽs est ut si credant in patrem, credant quoq; in filium: quod nõ esset cõsequens, nisi & filius esset deus. Porro in filium dei secundum quod homo est, credendũ est tanquã in uiã & medium ptingendi ad beatitudinẽ ueram, & tanquã in illud in quo beatitudo nostra secundario sita est. Primo quippe principaliterq; consistit in uisione deitatis seu trinitatis, secundario in uisione humanitatis Chri. Ad quod probandũ Thomas allegat, quod apud Iohannem filius loquitur patri: Hęc est uita æterna, ut cognoscãt te solum uerũ deum, & quem misisti Iesum Christũ. Et iuxta hũc modum cætera Christi mysteria, de quibus in symbolo sequitur, cadunt sub fide. Chr̃s aũt est unicus filius dei, loquendo de filiatione perfecta & gñatione naturali atq; æterna, qm̃ solus filius habet à patre ueram deitatis naturã per gñationem naturalem & proprie dictã. Alij uero sunt filij dei per gratiã adoptionis, prædestinationis, seu glorificationis, iuxta illud Iohannis: Quotquot receperũt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Et in psalmos Quis similis erit domino in filijs dei? Insup, Christus erat dñs noster per principalem autoritatem secũdum quod deus, & p potestatem in tẽpore sibi datam secũdum quod homo. Vnde apud Matthęũ protestatur: Data est mihi om̃is potestas in cœlo & in terra. Hæc nẽpe potestas inquantũ cum sua essentia, data est Chr̃o in sua incarnatione. Eodẽ enĩ momẽto, quo Christi humanitas unita est uerbo æterno hypostatica unione, prælata est ipsa eius humanitas om̃i creaturæ: sed in resurrectione Christi data est ipsi potestas ista quantũ ad manifestationẽ, quia extunc per apostolorũ & aliorũ sanctorũ prædicationem atq; miracula cœpit toti mũdo insinuari, q̃ Christus ut homo om̃i esset creaturæ prælatus. Ista est Damasceni & aliorũ doctrina. Vnde ait Apostolus: Christus exinaniuit semetipsum, formam serui accipiẽs: propter quod deus exaltauit illum, & dedit illi nomẽ quod est sup om̃e nomen. Sequitur: QVI CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO, NATVS EX MARIA VIRGINE. Istud Iacobus maior apposuisse dicitur: ubi tangitur incarnatio Christi & natiuitas eius ex uirgine gloriosa. Etenim filius dei factus est homo, assumẽdo naturã humanam in utero uirginis, ex cuius purissimis sanguinibus spũssanctus in instanti corp⁹ formauit, atq; animam rationalẽ eidem per creationẽ infudit: & in eodem instãti utrunq; ita unitum unigenito dei filio psonali unione coniũxit, ita q in Chr̃o sunt duæ naturæ, uidelicet diuinitas & humanitas, sed una tantũ psona: quia humanitas est ad psonale esse ỹbi assumpta, & in eodem ineffabiliter supposita, prout sup tertium Sententiarũ scribunt doctores, & Damascenus in tertio libro docet. Quãuis autẽ Christi incarnatio, conceptio, natiuitas ex uirgine & à tota trinitate simpliciter factę sint, cui⁹ indiuisa sunt opa, nihilomin⁹ spiritui sancto appropriate ascribũtur, quoniã in eis summe apparet bonitas, charitas & mise

Matth. 6

1. Iohan. 5

Iohan. 14

Iohann. 17.

Iohan 1
Psal. 88

Matt. 28.

Philip. 2.

ricordia dei ad homines: Bonitas uero, pietas & charitas spiritui sancto appropriantur. Natus uero demum est Christus ex uirgine, quæ fide concepit, & saluo ac integro uirginitatis signaculo peperit, ac uirgo purissima permansit. Sequitur: PASSVS SVB PONTIO PILATO, CRVCIFIXVS, MORTVVS ET SEPVLTVS. Istud Andreas scribitur ad didisse. Christus uero diuinitate sua impassibili & inuariabili permanente, passus est secundum naturam humanam pro totius humani generis redemptione atque salute, sicut Isaias prædixit: Vere languores nostros ipse tulit, cuius liuore sanati sumus. Et in Apocalypsi fertur de CHRISTO: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. DESCENDIT AD INFERNA. Hoc sanctus apostolus Thomas (ut legitur) addidit. In Christi enim morte separata sunt ab inuicem corpus & anima, sed utrunque mansit uerbo æterno unitum: & quantum ad corpus, fuit sepultus: quantum ad animam, descendit ad inferna. Totum nanque à suis partibus quasdam denominationes sortitur. Deniq; infernus capitur quatuor modis: Primo, pro loco damnatorum, qui est infernus inferior, in quo nulla extat redemptio, iuxta illud in psalmo: In inferno autem quis confitebitur tibi? Secundo, pro Purgatorio, sicut in Offertorio officij defunctorum cantatur: Domine IESV Christe rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni. Tertio, pro limbo puerorum, qui propter originale peccatum æterna felicitate priuātur. Nam meritum passionis Christi eis applicatū non est. non tamē sensibilē habent pœnā. Quarto, pro limbo sanctorum patrum, de quo in Genesi Iacob sanctus fatetur: Descēdam ad filium meū lugens in infernum. & ita iam sumitur. Ad hunc ergo infernum Christus in puncto suæ mortis descendit, quātum ad animam suam: fuitq; ibi cū patribus usq; ad illud momētum quo resurrexit à mortuis. Eodē quoq; instanti quo Christus limbum illum intrauit, omēs sanctos ibi detentos suæ diuinitatis beatifica uisione illustrauit, & uere beatificauit. Tunc enim satisfecit plenarie pro originali peccato, pro cuius reatu sancti ibi detinebantur, atque à gloria differebantur, prout doctores super quartum Sententiarum scribunt. Et tunc Christus illud Oseæ adimpleuit: Ero mors tua ò mors, morsus tuus ero inferne. TERTIA DIE RESVRREXIT A MORTVIS. Hoc (ut legitur) sanctus ap*l*us Bartholomæus adiecit. Et sumitur hic dies pro die naturali, qui est spatium uigintiquatuor horarum, noctem includens: sicq; hebdomada dicitur duratio septem dierum. Christus enim surrexit uel media nocte, ut uidetur uelle Gregorius: uel ualde mane, quod uerius creditur, quum euangelista Marcus affirmet: Surgens Iesus mane prima sabbati. Tunc ergo Christus surrexit, quia tunc anima eius de limbo ad corpus eius regrediens, simul cum illo de clauso exiuit sepulchro, quemadmodū de clauso uirginis prodijt utero. ASCENDIT AD COELOS, SEDET AD DEXTERAM DEI PATRIS OMNIPOTENTIS. Hoc beatus Philippus apostolus scribitur addidisse. Cum enim Christus per dies quadraginta post suam resurrectionē mansisset in terris, atque per uaria argumenta se uere resurrexisse monstrasset, quadragesimo die uidentibus discipulis ascendit in cœlum, secū ducens sanctos quos de limbo eduxit, sicut Zacharias propheta prædixit: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti uinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et Micheas, Ascendit pandens iter ante eos. Atque Psalmista, Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem. Itemq;, A summo cœlo egressio eius, & occursus eius usque ad summum eius. Denique, Christus secundum suam diuinitatem sedet ad dexteram patris, id est, æqualis est patri, & in ipsius æqualitate regnat ac residet: secundum assumptam uero humanitatem sedet à dextris patris, id est, in potioribus bonis pr*i*s: quia præ omnibus sanctis maiorem beatitudinem, diuinæq; bonitatis participationem à p*r*e suscepit. INDE VENTVRVS EST IVDICARE VIVOS ET MORTVOS. Hoc sanctus euangelista Matthæus apposuit. Christus itaque in die nouissimo quoad suam humanitatem, corporaliter descendet de cœlo empyreo, & residēs in aere iudicabit uiuos & mortuos, tam illos qui interim moriuntur, quàm illos qui tunc uiui inuenietur, sed in igne conflagrationis morientur, & protinus cum alijs suscitabuntur, quemadmodum super 4. sententiarum scribūt doctores. Sequitur: CREDO IN SPIRITVM SANCTVM. Hoc addidisse legitur sanctus Iacobus minor. Est ergo credēdum in spiritum sanctum sicut in uerum deum, patri filioq; æqualē, consubstantialē, coæternalē, ab utroq; procedentē, q*uæ* est tertia in superbeatissima trinitate persona suauissima, amor patris ac filij pax, nexus osculumq; amborum. SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM. Hoc Simon Thadæus legitur addidisse. Et est sensus: Credo militātem ecclesiam esse sanctā & uniuersalem. Ipsa nanq; ex oībus gentibus est collecta, & à spūsancto spūaliter uiuificatur fide, charitate &

spe,

Iohann. 19.
Isaiæ 53
Apoca. 1
Infernus 4. modis capi.
Gene. 37
Oseæ 14
Marc. 16
Actuū. 1.
Zach. 9.
Mich. 2.
Psal. 67. 18

spe, alijsq́ charismatibus gratiarum, uirtutum ac donorum. Gubernatur quoq; à spiritu sancto, qui eam non permittit errare, & semper sunt aliqui boni ac uirtuosi in ea. Habet etiam sancta & sanctificata sacramēta. Est itaq; una unitate fidei, spei & charitatis: unitate etiā capitis sui principalis, quod est Christus: deinde capitis secūdarij ac uicarialis, quod est pontifex Romanus, qui est generalis, plenus & summus Christi uicarius sup uniuersalem militantem ecclesiam. SANCTORVM COMMVNIONEM. Hoc sanctus apostolus Iudas legitur adiecisse. Et est sensus: Credo quòd uirtutes & merita bonorum sibi inuicē communicantur, sicut ait Psalmista: Particeps sum ego omniū timentium te & custodientiū mandata tua. Charitas nāq; facit oīa esse cōmunia. Deniq;, sancti & uere fideles sunt unum mysticum corpus. Ideo sicut in corpore naturali operatio unius mēbri redūdat in utilitatem alterius, imò omniū aliorum membrorum, ita & in mystico corpore ecclesię opera uirtuosa unius, alijs per charitatē applicantur & cōmunicantur. Deniq;, quanto quis aliquorū spiritali affectu profectui ac uirtuosis operibus amplius ex uera charitate congratulatur, atq; pro illis cordialius deprecatur, eo eorum merita ipsi abundātius cōmunicātur. Rursus, qui bono exemplo aut uerbo salubri seu alio modo alios ad bene agendū inducit, illorum est particeps meritorum, & hoc bonis prælatis præcipue cōpetit. Nec incredibile hoc putetur, cum consentiendo, hortādo, exēplum præbendo fiat unus aliorum particeps uitiorum, dicēte Apostolo: Non solū morte digni sunt qui faciunt ea, sed etiā qui consentiunt facientibus. Et iterum: Nolite cōmunicare infructuosis operibus tenebrarum, magis autē redarguite. Proportionabiliter fit in beatis, quorum in patria seu regno cœlesti est cōmunio beatitudinis per ardentissimā eorum mutuam charitatem & cordialissimam congratulationem. Ideo dicit Gregorius: Quod unus beatorum non habet plenarie in seipso, hoc per charitatem habet in alio. Addidit quoq; (ut legitur) idē Apostolus: REMISSIONEM PECCATORVM. i. peccata posse remitti in seculo isto, q̄diu durat hęc uita. Tota nēpe hęc uita, pegrinatio est & uia ad aliam uitā: idcirco usq; ad terminū huius uitæ est locus & tempus meritorum. Vnde p Ezechielem dn̄s ait: In quacunq; hora peccator cōuersus fuerit & pœnitentiā egerit, oīm iniquitatū eius non recordabor. In fine aūt uitæ pręsentis non est tēpus merendi ac demerēdi. propter quod asserit Damascenus: Quod angelo est casus, hoc homini mors est. & Salomon protestatur: Vbicūq; ceciderit lignū, siue ad austrū siue ad aquilonē, ibi erit. Quēadmodum enim angeli sunt uel inauertibiliter ad deum conuersi, uel incōuertibiliter ab eo auersi, ita & aīa inuariabiliter manet in illa dispositione seu affectione, in qua recedit à corpore. Postremo subditur: CARNIS RESVRRECTIONEM ET VITAM AETERNAM. Sanctus Matthias apostolus apposuisse describitur. & est sensus: Credo q̄ in fine seculi corpora hominū suscitabuntur, & animabus proprijs reunientur. Et qui bona egerunt, ut ait saluator, ibunt in uitam æternam: qui uero mala, in ignē æternum. Ideo sequitur, Vitam æternam. i. credo q̄ electi & uirtuosi habebunt pro præmio beatitudinē æternalem, quæ est uisio dei clara per speciē, ut apud Iohannē loquitur Chr̄s patri: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum. Et rursus obediēti sibi promittit: Manifestabo ei meipsum. Vnde & Paulus: Videmus nunc per speculum & in ænigmate, tunc autē facie ad faciē. Sic & Iohānes in I. sua fatet canonica: Videbimus eū sicuti est. Ecce expositio symboli fidei ab apl'is cōpilati, supficialis & breuis, quantū ad informationē sufficit laicorum. Postremo, quidā ponūt XII. esse articulos fidei, secundū numerum XII. apostolorum qui symbolū fidei cōposuerunt, id q̄d unusquisq; apostolorum cōposuit, pro uno computātes articulo: sed illa positio & fidei articulorum distinctio, supficialis ac rudis cēsetur, cū in clausula sancti Petri apl'i tres tangūtur articuli. Alij ergo subtilius dicunt, q̄ cum fides sit de his quę rationē excedūt, ubi occurrit specialis ad credendū difficultas & impscrutabilitas rationis, ibi est specialis articulus fidei. Vnde credibiliū quædam ptinent ad deitatē, quædā ad humanitatem. Circa deitatē primo proponitur nobis credenda unitas diuinitatis, & de hoc est I. articulus: scd̄o trinitas personarum, & de hoc sunt tres articuli, scilicet de psona qualibet unus. Deinde proponūtur nobis credenda opera deitatis: & primo opus creationis, de quo est quintus articulus: scd̄o opus iustificationis, de quo est articulus sextus: tertio opus glorificationis, de quo est articulus septimus. Similiter ponuntur septem articuli circa Christi humanitatem: primus est de Christi incarnatione, secūdus de eius natiuitate, tertius de eius passione, morte & sepultura: quartus de eius descensu ad inferna, quintus de eius resurrectione, sextus de eius ascensione, septimus de eius aduentu ad iudiciū. Hanc distinctionem ponit Thomas in Secunda secūdæ quæst. I. Quidam nihilominus ponunt duodecim articulos

Psal. 118
Rom. 1
Ephe. 5
Ezech. 18
Eccle. 11
Ioh. 5
Ioha. 17.
Iohan. 14.
1 Corin. 13.
1 Iohan. 3.

los fidei, non secundũ numerũ duodecim apostolorũ, sed secundũ aliã considerationẽ: qm̃ tres articulos de fide trium personarũ, cõprehendunt sub uno articulo, quia eadem est triũ cognitio personarũ. Articulum uero de opere glorificationis distinguunt in duos, uidelicet in articulum de carnis resurrectione, atq; in articulũ de glorificatione aĩæ. Articulum quoq; de Chr̃i incarnatione & natiuitate sub uno concludũt.

Articulus XXII. Qualiter sacerdos curatus uel uicarius eius aut prædicator, instruere debeat plebẽ suã circa diuinorũ obseruantiã mandatorũ.

AD hoc deus creauit gen⁹ humanũ, ut diuinis obediendo prǽceptis, ad æternã uitam post hanc uitã pertingat. Ideo in euangelio ait saluator: Si uis ad uitã ingredi, serua mãdata. Dedit igitur deus homini rationẽ & intellectum, ut creatorẽ suum agnoscat, timeat, diligat, ueneretur, atq; in cœlesti gloria feliciter apphendat, ęternaliterq; possideat. Hinc S. Dauid loqtur deo: Nũquid uane cõstituisti oẽs filios hominum? quasi dicat, Non utiq;. Et de insipientibus atq; infidelibus ista non ppendentibus in libro Sapientiæ scriptũ est: Aestimauerũt lusum esse uitam nr̃am, & conuersationẽ uitę ad lucra compositã, & oportere undecunq; acqrere. Tales sunt hoĩes qui non attendunt prouidẽtiam dei, neq; perpendunt se ad prę̃sentiã summi iudicis omnia intuentis agere cũcta quæ agunt, atq; de uniuersis suis cogitationib⁹, affectionibus, uerbis, cõmissis & omissis districtissimo iudici rationẽ daturos: imò sic agũt, sic uiuũt, tam intimorate, tã impudẽter & turpiter ac inenarrabiliter peccãt, quasi nõ esset deus, nec prouidẽtia, neq; futurũ iudiciũ, De qbus Salomon dixit: Quia nõ cito profert cõtra malos iudicium, absq; ullo timore filij hoĩm ppetrant mala. Et Psalmista: Nõ est timor dei ante oculos eorũ. Itaq; uolẽti deo placere & saluari, primo necesse est obseruare X. præcepta, quæ cõtinent in his uersibus: — Mat. 19. Psal. 88 Sapi. 15 Eccle. 8. Psal. 35

Vnum crede deum, nec iures uana per ipsum.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus.
Alterius nuptam, nec rem cupias alienam.

Primũ ergo præceptum est, unũ credere deũ: quod nõ est intelligendũ de informi seu sola nudaq; fide, de qua Iacobus ait apostolus, Sicut corpus sine aĩa mortuum est, sic fides sine operibus mortua est in seipsa: sed de fide formata .i. charitati atq; operibus bonis unita, de qua apostolus asserit Paulus: In Iesu Chr̃o circuncisio nihil ualet, sed fides quæ per dilectionem opatur. Est ergo primũ præceptũ, ut unum solum uerũ æternũ oĩpotentẽmq; deum credamus, adoremus, metuamus ac reuereamur. Qui cum sit uniuersorũ summus princeps & rex, omniũq; collator & conseruator bonorũ, summe est diligẽdus, ac summo & singulari uenerandus honore, tanquã solus p se potens succurrere & saluare, ac solus uniuersis incomparabiliter eminens, utpute deus infinitæ maiestatis ac glorię, à quo suscepimus quicqd boni habemus & sumus. Hinc solus deus dicitur cultu latriæ honorandus. Latria quippe secundũ Augustinum & Ciceronẽ, est uirtus quæ deo cultũ ceremoniamq; impẽdit. Actus autẽ latriæ sunt deuotio, oratio, adoratio, sacrificiũ, oblatio. Vnde qui hos act⁹ falsis dijs seu idolis exhibẽt, rite uocãtur idololatræ. Hinc per Isaiã loquitur dñs: Ego dñs, hoc est nomen meũ: Gloriam meã alteri non dabo, nec laudẽ meam sculptilibus. Apostolus quoq;: Regi inquit, seculorũ immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria. Quòd si creaturis aliqbus, scilicet superioribus & prælatis ac uirtuosis, honor & laus aliqñ impendant, hoc fit in quantũ aliquid diuinæ perfectionis participant, aut deum quodãmodo repsentant: ideoq; totum principaliter atq; finaliter ad dei est laudẽ & gloriam referẽdum. Nam deus in suis operibus ac uicarijs honoratur & inhonorat, qbus & protestatur: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Itaq; queadmodũ rationalis creatura à deo profluxit, sic salus & finis atq; perfectio eius, ut deo creatori suo uniatur, inhæreat, perfruatur. Propterea deus per prophetas sæpissime nos hortatur ut cõuertamur ad ipsum. Sic eñ loquitur p Iohelem: Cõuertimini ad me in toto corde ur̃o. Propterea secundũ sanctos doctores, cõtra I. dei pceptum iam tactũ, non solum agunt infideles idola adorantes, sed etiã uniuersi impij Christiani, & quicunq; in peccato latent mortali, qm̃ oẽs huiusmodi creaturæ magis inhærent q̃ creatori. Sunt nanq; mente à deo auersi, & bonis creatis, cõmutabilibus & caducis, carnalibus seu terrenis corde coniuncti sunt, & plusq̃ deum amant, quærunt & cogitant talia. Insup, qui tantum diligũt uana & uitiosa, q̃ mallent deum non esse q̃ illa relinquere: uel qui uellent deum non esse iustũ aut omnia cognoscentẽ, quatenus libere & impune possent peccare, contra prædictũ præceptum enormiter peccant. Agũt &
— Iaco. 2. Gal. 5 Isai. 42 1. Timo. Luc. 10. Isai. 45. Iere. 3. Ezech. 18. Osee. 14 Iohel. 2. Zachari. 1. Roman. 1

q; contra pręceptũ hoc, qui sortilegos consulũt uel diuinos, uel q utuntur pomis inscriptis aut schedulis collo suspēsis, aut characteribus seu alijs credulitatibus uanis, quasi nō esset deus satis bonus, potens aut sapiēs ad iuuandũ eos, quantũ expedit saluti eorũ. Aduersitates nanq;, infirmitates & damna atq; similia, frequēter summe expediunt homini. Ideo nihil illicitũ fieri debet ut homo à talibus liberetur, sed patienter sustinēdæ sunt castigationes dei, qui ait: Ego quos amo, arguo & castigo. Postremo, contra pręfatũ peccant præceptum, q opus dei negligēter persoluũt, q cũ torpore atq; fastidio seruiunt deo, qui temporalibus dñis principibusq; prælatis magis optāt placere, ac diligentius obsequũtur q̃ deo, & talibus propter propria cōmoda blādiuntur: & filios suos aut filias aut uxorem magis amant q̃ deum, quærētes ditare, exaltare, delectare siue mulcere illos, intantũ q; agũt propter hoc cōtra dei præcepta, dum fiunt auari aut libidinosi.

Hebr. 12. Apocal. 3.

Articulus XX. Quantum & qualiter diligendus sit deus ac etiam proximus, & de uero ac spiritali amore dei & proximi.

Exod. 22. Deute. 6. Matt. 22. Lucæ. 10. Marc. 12.

QVàm summe & incōparabiliter debeam⁹ diligere dñm deũ nr̃m, Moyses legifer Iudęorũ, & Chr̃s legislator Chr̃ianorũ euidēter atq; cōcorditer docēt. Moyses nāq; sic ait: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota fortitudine tua. Deniq; Marcus scribit, quō Iesus interrogat⁹ à legisdoctore q̃d esset mandatũ primũ in lege, r̃ndit: Primũ mādatũ est: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex tota uirtute tua. Secundũ autē simile est illi: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Itaq; p̃cipitur nobis diligere deũ quasi sine mensura, & q̃si incōparabiliter sup oia. Ideo qcunq; uere & spiritaliter seu meritorie diligit deũ, quantũcunq; parũ diligat eũ, oportet ad min⁹ q; plus diligat eũ q̃ quācunq; creaturā, imò q̃ simul uniuersa creata: aliter nō uere & meritorie diligeret deũ, sed creaturā creatori p̄ferret, & esset in peccato mortali. Idcirco Augustino teste: Minima diuini amoris particula, maior est maximo totius mundi amore. Præterea, quia diligere tenemur proximum (.i. oēm rationalem creaturam felicitatis capacē) sicut nosipsos, ideo tenemur unũquenq; hominē uiatorē plus diligere q̃ oēs diuitias seculi huius, & q̃ oia bona mundi quæ infra hominem sunt, imò plus q̃ propriũ corpus corporalēq; uitam: quia non solũ charitas, sed etiam ordo charitatis cadit sub præcepto, secundũ doctores cōcorditer, ita q; primo & maxime tenemur diligere deũ, deiñ nosipsos, tertio p̄ximos, q̃rto propriũ corp⁹. Cętera oia charitati dei sunt postponēda. Ideo qlibet Chr̃ianus tenet sic stare, q; mallet nō solũ oia bona sua exteriora, sed etiā suā corporalē uitā amittere, q̃ aīam cuiuscũq; p̄ximi sui pire. Oportet ergo scire qd sit deũ uere diligere, & qd seipsum uere spiritaliterq; amare, qd etiā sit diligere p̄ximũ sicut seipsum. Est ergo sciendũ q; triplex ē amor. s. rōnalis, naturalis & spiritalis. Et istud oportet diligēter aduertere, ut sciat homo inter uerā & meritoriā dilectionē, & inter amorē fallacē & nō spiritalē discernere. Itaq; amor carnalis ē, q̃ qs alteri sensualiter afficit p̄pter commodũ tpale seu delectamentũ carnale: sicq; hoies libidinosi se inuicē amāt. Rursus, amor carnalis est, q̃ qs alteri cupit aut uult sensibilia & tpalia bona, uidelicet carnales delicias, tpales diuitias, humanos honores. Et tali amore multi parētes diligũt sobolē suā, multi q̃q; seipsos: ideo iste amor ē uitiosus. Porro amor naturalis in coicatione originis uel naturæ fundat: & est affect⁹ q̃ qs alicui afficit p̄pter similitudinē naturę, uel p̄pinqtatē originis, uel cōuenientiā naturalis dispositionis, uel p̄pter bonitatē naturalē ipsi⁹: uel affect⁹ q̃ qs alicui cupit seu uult dona naturę, uidelicet esse, sentire, uiuere, intelligere, sanitatē & robur atq; similia. Sic q̃q; parētes & filij ac cognati se inuicē solēt diligere. & hic amor nec uitiosus, nec uirtuosus, nec meritori⁹, nec demeritori⁹ est in se: sed qñ ordinat ad spiritalē dilectionē & illi substernit, ac ea p̄ficit, tũc est utilis & fomētum ac incētiuũ spiritalis amoris: si uero ita non ordinetur, carnalis efficitur (ut frequenter) & peccandi occasio. Deniq;, q̃uis deus sit simplicissimus atq; purissimus spiritus, quidam tamē quasi carnaliter diligũt eum, oēs uidelicet, q diligunt deũ propter exteriora & carnalia bona quę ab ipso sortiti sunt. Et quia in tēporalibus eis bene succedit, referēdo talia principaliter ad seipsos, hoc est, ad sua cōmoda atq; delicias, nō ad sp̄ualia bona ac dei honorem, ideo talis amor nō est uerus, meritorius & salubris: imò qui taliter amant deum, sunt in mortali peccato damnationisq; statu. Naturaliq; amore diligere deũ, uel propter suā bonitatē ut naturali rōne noscibilē, uel p̄pter bñficia sua in se cōsiderata, nec meritoriũ nec demeritorium extat. Nam & multi gētiũ taliter amant deũ. Est igit tertius amor qui dicitur spiritalis, quo qs alicui cupit & uult dona grę in p̄senti, & dona glorię in futuro: uel affect⁹, quo qs diligit aliquē propter bonitatem

Amor triplex.

Iohā. 4. 2. Corin. 3.

tatẽ suam gratuitam, uel propter bonitatem summam, quæ est bonitas siue essentia beatitudoq́ summa supnaturaliter cognita: & hic amor dicit charitas proprie, quę est habitus supnaturalis, creat⁹, infusus, q̃ deũ proximũq́ diligimus: deũ uidelicet, propter purã gr̃alemq́ bonitatẽ ipsi⁹ immẽsam: proximũ uero (.i. nosmetipsos & alios) in deo & sc̃dm uolũtatẽ ipsi⁹, uidelicet ut p dona grę & glorię uniamur deo in hoc seculo & in futuro. Quicũq; ergo uult sibi ipsi uel alteri aliqd saluti contrariũ, seu diuina lege prohibitũ, utputa uoluptates carnales, supfluas opes, prospitatẽ mundanã, transitoriosq́; honores, nõ ueraciter diligit, imò miserabiliter ac stolide odit seipsum uel alterũ, iuxta illud in Psalmo: Qui diligit iniqtatẽ, odit aiam suã. Debemus igit deũ toto corde .i. integra uolũtate diligere, ut ad nullã rem tm̃ aut plus afficiamur q̃ ad deũ, sed oia ordinem⁹ ad ipsum, ad eius amorem, ad eius gloriam & honorẽ, & ipsum præ cunctis diligamus, uolendo ei quod ipse est, utputa infinitã perfectionẽ, excellentiam & gloriã suam: congratulando quoq; immẽsæ beatitudini eius, cordialiterq́; optando, ut ipse ab uniuersis hoibus iugiter debite diligatur, timeatur ac honoretur. Sic quippe sup om̃ia syncere amãdus est deus: Primo, propter purã, infinitam & incõparabilem bonitatẽ, pietatẽ ac pfectionem ipsius. Secũdo, qm̃ ipse prior dilexit nos. propter q̃d ait Iohannes apl's: Nos diligimus deũ, quoniã ipse prior dilexit nos. 1.Iohan.4.
Nimis em̃ ingratus & durus est, qui se amantẽ non amat. Tertio, propter uniuersa beneficia sua, quia ab ipso habemus corpus & animã, om̃ia membra & uires, exteriora & interiora, naturalia & supnaturalia bona. Pater quoq; pprio filio non pepcit, sed pro om̃ibus nobis tradidit illum, ut ait apl's Paulus: Propter quod scriptũ est: Sic deus dilexit mundum, ut filiũ suum unigenitũ daret. Ad bñficia etiam dei & ad ineffabilẽ eius misericordiã ptinet, q; tam diu nos in peccatis nostris sustinuit, cũ iam multos in ęternum damnauerit, qui minus peccauerint q̃ nos: q; toties nobis indulsit, & durante hac uita semp gratiã suam offert nobis, ac indulgere paratus est: q; nõ solum p homines, sed & p angelos sanctos ad bona nos cohortatur, & uitam nostram tuetur, à uarijs peccatis & periculis nos præseruans. Quarto sic diligendus est deus propter bona glorię, quæ nobis spopondit & in cælestib⁹ præparauit: quæ teste Apl'o tanta & talia sunt, q; oculus ea non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quia in hac uita comprehendi non queunt. Ecce, pensemus q̃ gratum, q̃ amabile & acceptum est nobis esse, uiuere, sentire, intelligere, sanum existere & satis habere: q̃ inuite hæc pderemus, quàm inuite uno sensu, uno'ue membro careremus. Cur ergo non diligimus eũ, à quo omnia præinducta habemus, sine cuius etiã conseruatione nec ad momentũ ea tenere ualemus, qui necessaria uitæ nobis incessanter ministrat, & in suis opibus nos delectat? Cur tam omnipotenti atq; piissimo creatori, conseruatori, promisori sumus ingrati, eũq́; quotidie toties inhonoramus, & membris ac uiribus nostris, quę nobis largitus est ut ei fideliter obsequamur, aduersarijs eius diabolo & peccatis seruim⁹? Quis tantam ingratitudinem, puersitatem, iniustitiãq; comphendere possit? Quid igitur restat, nisi ut uere & condigne nos emẽdemus? & sicut omne quod habemus & sumus, ab omnipotente suscepimus, ita nosipsos & om̃ia quæ ab eodem accepimus, quantũ ad beatitudinẽ nos iuuant, diligere debemus. Insup proximos nr̃os (oẽm uidelicet hoiem uiatorẽ, amicũ & inimicũ) spiritaliter diligamus, precibus adiuuemus, fama & exẽplo ædificem⁹, à uitijs retraham⁹, fraternaliter dum opus est corripiamus: nec ppter pprium commodũ, sed ppter deũ & bonũ honestũ amemus proximos, ut bene sit eis in deo. Ait nãq; Hieronymus: Vera est illa amicitia & Chr̃i glutino copulata, quã non utilitas rei familiaris, nõ psentia corporũ tantũ, nõ adulatio palpans, sed dei timor & diuinarũ studia scripturarũ, exercitiaq́; uirtutũ conciliant. Isidorus: Nõ sunt (inqt) fideles in amicitia, q̃s munus, nõ gr̃a copulat. nam cito desinũt, nisi accepint. Dilectio enim quæ munere glutinatur, eodẽ suspẽso dissoluitur. Constans ergo sit amor noster, & ut ait Gregorius: Amorem nostrum erga proximum plus opa bona loquãtur q̃ lingua. Nã & Iohãnes apl's in I. sua scribit epl'a: Nõ diligamus ṽbo neq; lingua, sed ope & ṽitate. Deniq;, sic proximũ diligam⁹, ut tñ propter eũ nequaq̃ illicitũ qd agamus, cũ & Tullius dicat: Hæc lex in amicitia seruatur, ut neq; rogem⁹ res turpes, nec faciamus rogati. Igit in Ecclesiastico scribitur: Noli pro amico inimicus fieri proximo. Qui ergo uult spiritaliter uiuere & Chr̃i discipulus esse, ante oia charitatẽ dei & proximi semp & hr̃e & cõseruare conet. Ipsa em̃ spiritalis dilectio uita est aię, & cuncta eius opa deo placita ac meritoria facit, Chr̃o testante: In hoc cognoscent oẽs quia discipuli mei estis, si charitatẽ habueritis ad inuicem.

Psalm. 1.Iohan.4. Rom.8 Iohan.3 Esa.64. 1.Cor.2 Ioh.1 Hieronym. 1.Iohan.3 In dialog. de amicitia. Eccli.6. Ioh.13.

Articulus XXIIII. De secundo præcepto.

SEcundum præceptum est, Nō uane iurare per deum. i. nec falsa iuramento firmare, nec uera sine rationabili causa iurare. Hoc etiā precepto prohibetur iuratio falsa & sine causa cōdigna, per sanctos, p euangeliū, per reliquas atq; similia. Ideo cōtra preceptum hoc faciunt & mortaliter peccant, qui falsum scienter iurant, cum tales adhibeant deum in testem falsitatis. Quamuis autem ex lapsu linguæ seu inaduertētia, uel raro iurare quod uerum est absq; rationabili causa, sit ueniale peccatū, tamen cōsuetudo ita iurandi dicitur esse mortalis. Cedit nanq; in irreuerētiam dei, pro nihilo ipsum in testē assumere. Rursus, qui iurat contra conscientiam, transgreditur hoc præceptum, etiam si sit uerum. Porro, qui iurant per intestina dei seu membra, sanguinem aut uulnera Christi, enormiter peccant: & contra tales positæ sunt leges punitiuæ, tam ab ecclesiasticis prælatis, q̄ à principibus secularibus, quæ utinam seruarentur. Insuper, præceptum hoc damnabiliter frangunt, qui causa lucri faciliter iurant & sæpe periurant, ut mercatores & alij uenditores, taxillatores, alijq; lusores: item qui promissa non implent, & qui fidem coniugalem non seruant: hi quoque, qui spondent aut iurant illicita: quoniam eo ipso quo talia iurant aut spondent, crimen periurij incurrunt, quia talia non tenentur implere. Nam ut ait Hieronymus: Tres sunt comites iuramēti, uidelicet ueritas, iustitia atque iudicium. Hæc em̄ natura exiguntur ad hoc quòd iuramentum erit licitum. Oportet ergo ut ueritas assit, id est, ut uerum sit quod iuratur: assit quoque iustitia, id est, iusta & rationabilis causa: itemq; iudicium, id est discretio, ut cum debito moderamine fiat, suoq; loco & tempore. Similiter hæc tria sunt comites uoti. Vnde ait Isidorus: In malis promissis rescinde fidē, in turpi uoto muta decretum. Impia promissio quæ scelere adimpletur. Denique, quàm periculosissimum & impium sit mendaciter inaniter 'ue iurare, constat ex eo quod apud Matthæum ait saluator: Ego dico uobis non iurare omnino, neque per cœlum, neque per terram, neque per caput tuum iurabis. sit autem sermo uester, Est est, Non non. Quod autem his abundantius est, à malo est. sed & à Iacobo eadem scripta sunt uerba: Ante omnia, inquit, nolite iurare &c. Hinc in Ecclesiastico scribitur: Iurationi non assuescat os tuum. Multi enim casus in ea. Vir enim multum iurans implebitur iniquitate, & non recedet de domo illius plaga. Porro hoc loco aduertenda sunt uerba sanctorum. Ait equidem Augustinus: Ille qui prouocat hominem ad iurationem, & scit eum falsum iuraturum, uincit homicidam, seu peior est illo: quoniam homicida corpus occidit, ille animam: imò duas animas, scilicet suam & eius quem iurare compellit. Ex quo sequitur, quòd magis tenetur homo rem suā amittere & perpeti damnum, q̄ aliquem ad falsam iurationem inducere. Magis autē tenet animam proximi q̄ rem tēporalem diligere. Item asserit Augustinus: Ille q exigit iuramentum, multū interest si nescit illū falsum iuraturū, uel scit. Si em̄ nescit, & ideo dicit, Iura mihi, ut fides ei fiat, nō audeo dicere non esse peccatū, tn̄ humana tentatio est: si autem scit eū sic fecisse, & tamen iurare cogit cuius oppositum nouit, homicida est. Ait quoq; Isidorus: Quacunq; arte uerborū quis iuret, deus qui cōscientiē testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Postremo, quod loquitur Chr̄s, Ego dico uobis non iurare oīno, intelligendū est de iuramento inordinato, scilicet uano aut falso, sicut & illud q̄d ait, Nolite iudicare. Ideo etiā Chr̄s dixit hoc, ut doceat nos q̄ piculosum sit sine sufficiēti atq; cogenti causa iurare: quia & consuetudo uerū iurandi, ducit ad cōsuetudinem periurādi, dicēte Chrysostomo: Nemo est qui frequēter iuret, & aliqn̄ non periuret, sicut q solet plurima loq, aliquando loquit importuna. Idcirco differuit Augustinus: Chr̄s qui noluit te iurare, noluit te sup ripā ambulare, ne pes tuus in angusto positus labatur in præceps. Dictis cōsonat illud Hugonis de S. Victore: Non potest uitare peccata, qui nō curat uitare occasiones peccandi. Admoneat ergo om̄is curatus & oīs prælatus subditos suos, ut prauissimam illam iurandi consuetudinē prorsus abijciant: quoniā qui longe est à peccato iuramēti, securus est & à peccato periurij. Studeant fideles penitus non iurare, quod potissime necessarium est his, qui cōsuetudine iurādi infecti sunt, quēadmodū uirga curua non rectificat, nisi ultra mediū reflectatur. Si quis aūt iuret ex rationabili causa & reuerētia debita, circunstantijsq; uirtutū consideratis & seruatis, licitū, imò & meritoriū, & actus uirtutis quæ dicitur latria. Qui nanq; sic iurat per deum, reuerētiam exhibet ei: qm̄ presupponit eum esse summam & ineffabilem ueritatem, omnium quoque habere certam scientiam, prudentiamq; perfectā. Propterea in Deuteronomio habet: Dn̄m deū tuū timebis, & per nomē eius iurabis. Cum aūt per creaturas licite iuratur, nō iuratur absolute per eas, inquantū sunt creaturæ, sed inquantum repræsentatur siue relucet in eis uirtus ac ueritas dei.

Iuramenti tres comites

Matt. 5.

Iacob. 5.
Eccl. 23.

Matth. 5
Matt. 7.
Iohan. 7.

Deut. 6.

Articulus XXV. De tertio præcepto.

Tertium præceptum est, ut diem sabbati obseruemus. i. dies festiuos celebremus. Hoc legis præceptũ fuit partim ceremoniale, uidelicet quantũ ad assignationẽ certę diei: & partim morale, quia ratio dictat ut aliq̃ die hebdomadæ homo specialiter uacet deo, & aliorũ dierũ negligentias reparet & peccata emendet. Sunt ergo dies dñici ac festiui celebriter obseruãdi: quia etsi q̃tidie, tñ tunc est cessandũ à uitijs, & grauius est tunc peccare: tunc quoq; ab opibus mechanicis seu seruilibus est cessandũ. Opa uero seruilia ab ecclesia sunt determinata, uidelicet opa mechanica, agricultura, mercatura ac plantatura, & cætera uacationem ad deum impedientia. Nec solũ prædictis diebus à præfatis cessandũ est, sed tunc pcipue deo uacare oportet, & propriã conscientiã examinare atq; purgare. Vnde fideles tenẽtur tunc Missam audire, nisi impedimẽto excusarẽtur legitimo. Tunc insup debent uerbũ dei libenter audire, diuinũ officium frequẽtare, beneficia dei recolere, grãsq; deo referre, orõnibus deuote intẽdere, propria peccata ad memoriã reuocare, deflere, confessionẽ & emendationẽ pponere. Tunc ergo specialiter sunt uitãdæ scurrilitates & supfluitates uerborũ, saltationes & cãtus lasciui atq; inanes, comesationes, potationes, ludi indecẽtes & cordis euagationes, immoderatæ cõsolationes & uoluptates carnales. Vnde in gestis Toletani cõcilij legit, q̃d etiã in decreto de Consecr. dist. III. scribit: Irreligiosa cõsuetudo, quã uulgus p sanctorũ solẽnitates facere consueuit. Nam populi q debẽt diuina officia attendere, saltationibus turpibus inuigilãt, cãtica non solum mala canentes, sed etiã religiosis officijs obstrepẽtes: hoc ab oĩbus prouincijs depelli committitur. Sãctus quoq; Apollonius ait, & præfata distinctione inducit: Die dñica nil aliud est agẽdum q̃ deo uacandũ. Nulla opatio in illa die sancta agat, nisi tantũ hymnis & psalmis & canticis spũalibus dies illa transigatur. Itaq; festiuis diebus non licet radere barbã, equos ferrare, nisi necessitas sit excusans. Admoneant ergo qui præsunt & prædicant populum, ut festa debite celebret. Et si animarũ curam habẽtes, agnouerint sibi commissos in aliquo aut aliquibus prædictorũ culpabiles, feruẽtissime ac frequentissime illos corripiãt quousq; emendant: alioquin tota subditorum culpa in superiores redundaret. Et uehemẽter dolẽdum est, q istud præceptũ quemadmodũ & præcedens, tam pessime obseruatur. Diebus quippe festiuis magis q̃ alijs, uanitatibus & carnalitatibus pene oẽs damnabiliter uacant: & quia deo uacare nil magis cõtrariatur q̃ peccare, ideo asserit Augustin9: Melius faceret colon9 aliquid in agro suo utile in die dominico, q̃ in theatro desidiosus existeret: & melius fœminæ lanam nerent, q̃ tota die in festis saltarẽt. Origenes quoq; affirmat: Si desinas ab omnibus secularibus opibus, si spiritualibus opibus uaces, ad ecclesiã conuenias, lectionibus aut sermonibus diuinis aurẽ præbeas, de cœlestib9 cogites, de futura spe solicitudinẽ geras, futurũ iudicium præ oculis habeas, non respicias ad uisibilia atq; psentia: hæc est obseruatio sabbati Chriano. Hinc dicit Gregorius: Die dñico à labore terreno cessandũ est, atq; orõnibus insistendũ, ut si quid negligẽtię p dies sex agitur, die dñico precibus expietur. Instruat ergo curatus populũ suũ, q ita necesse sit obtẽperare pceptis ecclesiæ sicut diuinis: & toties mortale peccatũ cõmittit, quoties pceptũ dei siue ecclesię pręuaricat, cum hoc sit directe contra iustitiã: nec deũ ueraciter diligit, qui amore lucri aut timore humanę offensæ seu dãni terreni, dei aut ecclesię pceptũ transgredit, cũ signũ diuini amoris sit exhibitio opis atq; diuinæ impletio iussionis. propter q̃d ait in epl'a sua Iohãnes apl's: Si qs dixerit q̃a diligo deũ, & mãdata eius nõ custodit, mẽdax est.

Exodi 20 · Leuit. 26 · Deute. 5 · Neemi. 9 · Isaiæ. 58 · Ieremi. 17 · Ezec. 20 · 2. Macha. 6 · De consecra. dist. 3. ca. Irreligiosa · De consecra. dist. 3. ca. Ieiunia · Ezech. 22 · Augustinus · De consecra. dist. 3. c. Peruenit. & c. Ieiunia. · 1. Iohan. 4.

Articulus XXVI. De quarto præcepto.

In trib9 primis præceptis p̃habitis atq; expositis, docet quõ hr̃e se debet homo ad deum: in cęteris septẽ pręceptis sequẽtibus docet, qualiter se hr̃e debet ad proximũ. q̃rũ primũ est, honorare parẽtes. Q̃d licet primo intelligatur de carnalib. parẽtibus, cõsequenter tñ intelligẽdum est de spũalibus parẽtibus ac prælatis ac oĩbus supioribus, & cæteris qui uel ætate uel sapiẽtia uel uirtute patres uocari merentur. Carnales ergo parentes sunt honorãdi, cum sint essendi principiũ soboli, siue cum eã nutrierint atq; instruxerint, & multas curas uariosq; dolores ob eam ppessi sunt. Hinc secundũ Aristotelẽ: Deo & parẽtibus non potest reddi æqualens. Sint ergo filij ac filiæ parentibus suis grati, eosq; cordialiter diligant: corde, uerbis & factis honorent: indigentib9 pro posse succurrant, necessaria præbeant, & eisdẽ in cunctis quæ ad paternalem autoritatem ac præsidentiã spectant, obediant, sicut ait Apostolus: Filij, obedite parentibus uestris per omnia: hoc est, in uniuersis quæ ad dispensationem rei familiaris gubernationemq; domus, & ad bonos per

Exod. 20 · Deut. 5 · Ecci. 3. · Matt. 15 · Marc. 7. · Ephe. 6.

tinent mores, in quibus parentes tenentur sobolem suam instruere. Itaque contra praeceptum hoc grauiter peccant, q parentibus suis aut supioribus ac plaris faciliter indignant, irascuntur, maledicunt aut obloquuntur: & qui aut pręcepta sanctæ matris ecclesię parui pendunt, aut excommunicatione non curant, uel oblationes & decimas ministris ecclesię nolunt aut tardant persoluere. Secularibus quoq; principibus iubentur subditi hoc præcepto honorem obediētiamq; impendere in his, quæ ad illorū spectant officium, quorū ordinationes & iussa non debent insipienter arguere neq; contemnere, nisi euidenter essent contra iustitiam, contra deum, cōtra charitatem fraternā. Similiter honorandi sunt aui & auiæ, cęteriq; seniores cognati: & sicut uiuos parētes filij honorare tenētur, ita pro mortuis intercedere, & alijs modis sibi possibilibus illorū animabus succurrere obligantur. Hinc

Eccl. 3. in Ecclesiastico scribitur: Qui timet dominū, honoret parētes, & quasi dominis seruiet eis in ope & sermone cum omi patientia. Gloria hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui, & ne contristes eum in uita illius: & si defecerit sensu, ueniam da & ne spernas eum. Quàm malæ famæ est qui relinquit patrem: & est maledictus qui exasperat matrem. Hinc uirtuosus ille Tobias præcepit filio suo: Hono

Tob. 4 ri semper habebis matrē tuā. Memor enim esse debes, quæ & quāta pericula passa sit pro-

Eccl. 7 pter te in suo utero. Vnde in Ecclesiastico legitur: Gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Mo

Deut. 21. yses quoq; præcepit, imò deus per Moysen: Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Et iterum: Filium contumacē, comessationibus ebrietatibusq; uacantem, pręcepit deus per Moysen lapidibus obrui & occidi. Peccant ergo enormiter cōtra præceptum hoc filij ad studium missi, qui non curant proficere, sed bona parētum uitiose consumūt turpiter se habēdo. Deniq;, ut hoc pręceptū meritorie impleatur, oportet ut parentes honorētur non solum aut principaliter quia parētes sunt, uel ex naturali amore, sed principaliter quoniā deus hoc iussit, & ex diuino ac spiritali amore ad gloriam dei, nō propter humanā laudē aut propria cōmoda, sed solū ad complacēdum parētibus.

Articulus XXVII. De quinto præcepto.

Exo. 20. 27 Deut. 5 Math. 5

QVintū præceptū est, Non occides. Primo & maxime prohibetur corporalis occisio hois, non secundum ordinē iuris facta. Deniq; cū peccatū in proximum sit tanto grauius, quanto plus lædit ipsum, seu maius damnum nocumētumq; infert, constat q inter peccata in proximum, homicidiū sit maximum. Implicite autē prohibetur in isto pręcepto omis ira, inuidia, odiumq; in proximū: omnis quoq; inor-

vide 23. q. 5. per totum dinata pcussio, læsio, depilatio, contumelia atq; detractio. Cōtra præceptū hoc agunt, qui consilio uel auxilio seu consensu ad homicidium cooperantur, uel qui id non impediunt, si congrue possint: & qui cōstitutis in extrema necessitate, necessaria uitę pro posse nō pre

Psal. 1 bent: hi quoq; qui in cathedra pestilentiæ sedent, id est, alios scandalizant, ad mortale peccatum illos trahendo seu inducendo: & qui peccatorem à suis peccatis non retrahunt per correptionē fraternam, aut correctionem paternam seu instructionem, exhortationē, aut simili modo, loco & tēpore opportuno, cum possint & debeant. Porro, ut sanctus Clemens testatur, beatus apl's Petrus dixit homicidiū esse triplex: Vnū corporale, quo naturale esse & uiuere auferūtur: Aliud spūale, quo quis ad mortem aiæ, scilicet ad peccatū mortale in-

1. Iohan. 3. ducit, uel quo corporalis aut spūalis mors alicuius optat. Nā & Iohānes apl's loqtur: Omis

De pœnitēt. dist. 1. ca. homicidiorū qui odit fratrē suū, homicida est. Deus nanq; affectū cōputat pro effectu. Tertiū est homicidiū, quo quis in corde aliorū uilescit, & esse bonæ famę amittit, scilicet detractio. Ideo Sa-

Eccls. 19 lomon profitetur: si mordeat serpens in silētio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Detractio quippe mortale peccatū est, & secundū doctores graui' furto, qm magis bonū

6. q. 1. c. Deteriores aufert detractor q fur. Nam fur tollit substantiam, detractor famam, quæ præponēda est opibus. Agit quoq; contra præceptū hoc, qui inter proximos discordiā seminant, qd grauissimū est peccatū, qm charitatis est corruptiuū, & uitiorū causa multorū. Ideo salomō di

Prou. 6. xit: Detestatur aīa mea eū q seminat inter fratres discordiā. Homicidæ aūt grauissime peccant, non solum quoniā corpus interimūt, sed insup quoniam animā æternę mortis, uidelicet ppetuæ damnationis exponunt periculo. frequenter enim qui occidūtur, ad mortem sunt imparati, qd homicida attendere debuit. Agunt demum contra præceptum hoc, qui propter iniuriā propriā uel suorū aliquē quærunt propria autoritate occidere, cū nō sit iu

23. q. 5. cū minister dex illi', nec publica autoritate fungātur. Porro, si iudex reum occidat nō ex zelo iustitiæ, sed amore uindictæ aut ex liuore, transgreditur hoc præceptum.

Articulus XXVIII. De sexto præcepto.

Sextū

SExtum præceptum est: Non furtum facies. In quo sicut in præcedenti præcepto & in duobus sequentibus, non solum prohibet opus uitiosum exterius, sed inordinatus etiam ad peccādum affectus. Hoc ergo precepto prohibet omnis illicita contractio, ablatio, detentio, defraudatio rei alienę, scilicet rapina, latrociniū, iniusta mercatio, mensuratio mala, infidelis labor, simonia, usura, aduocatio seu patrocinatio falsa. Cōtra hoc agunt præceptū, quorum culpa seu adulterio accidit, q iniustus hęres in hęreditatem succedit. Similiter ecclesiastici uiri, qui bona ecclesiæ superflue carnaliterq cōsumunt, potissime si libidini seruiūt. Ideo ad restitutionē tenent. Hi quoq; qui bñficia duo aut plurima habēt, cum unum eis ad simplicem uictū ac uestitū sufficiat, cum sanctus Bernardus cuidam illustri canonico bñficium unū habenti scribat: Quicqd tibi de bonis ecclesiæ ultra simplicem uictū retines & uestitū, non tuū est, furtū est, rapina & sacrilegiū est. Similiter peccant qui scienter uel ex carnali affectu indignos ad ecclesiastica promouēt bona, quę nō nisi dignis, bonis, scilicet deū timētibus seruientibusq deuote debent. Item qui parētibus suis aliqua furtim auferūt, quæ male expendūt, & qui debita nō psoluunt pro posse dum repetūtur. In omnibus autem prędictis pensandum est illud Augustini: Non dimittit peccatū, nisi restituatur ablatum, uidelicet pro posse, ut dum adest facultas.

Deut 5 Leuitic.19 Roman.2 De pœnitēt. dl.5.ca.falsas

14.q.6.ca.Si res.

Articulus XXIX. De alijs quatuor præceptis.

SEptimum præceptum est: Non mœchaberis .i. fornicationē non facias. Quo precepto, ut asserit Augustinus, prohibet ois illicitus concubitus, atq; mēbrorū gnationi deseruientiū ois illegitimus usus, ois qq; libidinosus cōtactus etiā in cōiugatis, qñ nō seruat naturalis ordo inditus à natura: imò ois cōmixtio uiri & fœīę extra limites legis ac uinculi mrīmonialis. Vnde si maritus cognoscat uxorē ex cōcupiscētia prædñante, uidelicet cū tāto ardore libidinis eā accedat q̄ si uxor sua nō esset, tūc peccat mortaliter: & simile iudiciū extat de cōiuge, si taliter uiro se misceat: tūc nāq nō maritali, sed adulterij affectu se accedūt atq; cognoscūt, scđm Hieronymū. Nec solū prohibet isto precepto illegitimus coitus, sed etiā eius affectus, qm̄ oīs cōsensus deliberatus in illicitū coitū, aut in delectationē Venereā, seu concupiscentia prędñans, mortale pctm̄ est, sicut ait saluator: Omnis qui uiderit mulierē ad cōcupiscendū eā, iam mœchatus est eā in corde suo. In libidinosis qq; osculis & amplexibus mortale pctm̄ consistit. Oportet ergo uitare occasiones cōcupiscentię uitiosę & cōmixtionis illicitę .s. incautū fœminarū aspectū, colloqa secreta & immoderata, tactus & oscula, cōuiuia, arrisus, munuscula, & se corā deo custodire & timoratē habere: q si tentatio uenerit, statim immundā cogitationē oportet abijcere, passionē Chri aspicere, de iudicio dei & pœnis inferni solicite cogitare, dei auxilium inuocare. Octauum præceptum est: Non falsum testimonium dices. Hoc nanq grauissimū est pctm̄. Et q falso testimonio causa est damni alterius, ad restitutiōem tenet. Si uero famam eius corrūpit, ad famę restitutionem est obligatus. Si aūt est causa mortis alterius, homicida est coram deo. Ideo Salomon ait: Testis falsus nō erit impunitus. Hoc qq precepto prohibet mēdaciū pniciosum, qđ scilicet alicui est nociuū. De quo in Sapiētię libro habet: Os qđ mētitur, occidit animā. Et in psal. dr deo: Perdes oēs q loquūtur mēdacium. Oīne aūt mēdacium, siue sit officiosum .i. alicui proficit, siue iocosum qđ delectat, est ad minus ueniale pctm̄, & potest esse mortale p assiduitatē uel nimiā in eo delectationē. Quēadmodū aūt preceptū est, falsum testimoniū non proferre, ita pcepto hoc intelligitur iussam ueritatē nō silere tpe necessitatis, nisi opportuna causa excuset. Insuper, nonū preceptū est: Nō concupisces uxorē proximi tui. Hic spāliter prohibetur appetitus adulterij, loquendo de appetitu nō illo, q est primus motus & ex corruptione fomitis nascentis, qui non est mortale pctm̄, sed de appetitu deliberato rationis, cui uidelicet ratio renititur, sed consentit: nec solum cōsensus in actū sed & consensus in delectationem Venereā, est mortale pctm̄ scđm doctores. Quemadmodū aūt precipitur uiro nō cōcupiscere proximi sui uxorem, ita & fœminis & puellis nō cōcupiscere maritū cuiusquā. Deniq, hoc precepto prohibet omnis motus ac gestus exterior, inordinatus, ad luxuriā prouocās, siue p internūtium, siue per lrās, p minas, p munera, p aspectū siue incessum, uel p uestimētorū ornatū uanū, puocatiuū & indecentē, sicut iam detestabilis inoleuit consuetudo, super diploidem ferre togā ex uno latere omino apertā, ita ut corpus circa pudicitię loca ante & retro appareat: quod q̄ prouocatiuū sit fragiliū fœminarū, ppēdit de facili qui saltem uel paululū prudēs est. Hinc diligentissime attendatur, quod sapientissime ait beatus Hieronymus: Si uir uel mulier se ornauerit, & uult' hominū ad se puocauerit, etiam si nullū sequatur damnum, iudicium tamen patietur æternum, quia uenenum

Exod.20 Deuter 5 Math.5. Iaco.2 Roman.2 32.q.4 c.Illicite ro. Matt.5. Mich.6 Exod.20 Deuteron.5 6.q.1.ca quicunq 22.qu.5.ca.Si quis cōuict' Prouerbi.19 Sapient.1 Psal.5 22.q 2.ca.Ne quis Exod.20 Deuterō.5 Matt.5 Exod.20 Matth.5

attulit, & fuisset qui biberet. Tales ergo mortaliter peccant. Quo etiam constat, q̃ uitiosa sit illa uestium fractilatio deridenda atq; deflenda. Viri quoq; & fœminæ ea intentione se ornantes aut linientes, ut carnaliter placeant, & affectum alicuius in se inflamment carnaliter, deum damnabiliter offendunt. Vnde & mulieres uultum pingentes ac linientes, sancti doctores Augustinus & Ambrosius grauissime dicunt peccare, & adulteris fœminis esse quodammodo deteriores. Decimum præceptum est, Non concupisces rem proximi tui. Vbi prohibetur desiderium ex ratione deliberata procedens cuiuscũq; rei alienę, uidelicet mobilium immobiliumq; bonorũ. Ex tali etenĩ concupiscẽtia oriunt innumerabilia atq; enormia prorsus peccata, auaritia, rapina, furtum, latrocinium, uiolẽtia, impatientia & murmuratio cõtra deum, qui tam dissimiliter bona terrena distribuit. Hinc Innocẽtius post Apostolum contestat: Radix omnium malorum est cupiditas. Hæc sacrilegia committit & furta, rapinas exercet & prędas, bella gerit & homicidia, simoniacè uendit & emit, inique petit & rapit, iniuste negotiat & fœnerat, instat dolis & fraudibus, dissoluit pactũ & uiolat iuramentum, corrumpit testimonium & peruertit iudicium. Pertinet ergo ad omnem Christianum, de bonis terrenis non amplius affectare q̃ suo statui competit, sibiq; expedit in ordine ad spũalia bona: hoc est, ad seruiendum complacendumq; deo, ad proficiẽdum in grã atq; uirtutibus, ad obtinendum salutem æternam. Plus desiderare auaritia est, quæ est immoderatus appetitus diuitiarum. Ideo ait Apostolus: Habẽtes uictum & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & damnationem. Hinc Sapiens orat: Tantum uictui meo tribue necessaria. Concupiscẽtia quoq; præfata curam & inquietudinem ingerit menti, dicente Gregorio: Nihil laboriosius in hac uita q̃ terrenis desiderijs æstuare, & nihil quietius q̃ huius mundi nihil appetere. Atq; ut asserit Augustinus: Non est in carendo difficultas, nisi fuerit in habendo cupiditas. Istud præceptum heu à multis male, imò & pessime obseruat: imò quod uident, mox appetũt: & quo uident alios abundare, id cupiunt obtinere. Refrenanda est ergo concupiscentia detestanda, & ueræ diuitiæ mentis iugiter sunt optandæ, uidelicet gratia dei, uirtutes & dona spũs sancti, quæ sunt mortalium animarũ nostrarum decor, uestimentum, refectio, robur, nobilitas, armatura & salus. Itaq; præinducta decem præcepta prędicet, proponat, exponat curatus prædicator, & omnis qui pręest subditis suis, instruens eos ut præcepta hæc dei semper gerant in mente, & satagant adimplere, atq; in eis uelut in speculo considerent interiora sua & propriam uitã, an scilicet deo sint obedientes, an sint in statu salutis: hoc est, in grã dei absq; pc̃tõ mortali. Pœniteant quoq; & defleant se pręcepta hęc non adimplesse, & confiteri ac emendare proponant ac properent.

Innocentius (1. Tim. 6.) (37. d. c. bonorum.) — *Eodem.* — *Prouerb. 30*

Articulus XXX. De quibusdam generalibus documentis, quibus instruendi sunt parochiani, imò & omnes communiter Christiani subiecti.

SIcut ex pręhabitis patet, primo instruẽdi sunt subditi de credẽdis, & de agẽdis. Primo ergo curatus seu eius uicarius frequenter ac diligentissime admoneat sibi commissos, ut præcepta dei iam dicta adimpleant, deinceps ut ecclesiæ quoq; præcepta obseruẽt, ieiunando & dies festiuos celebrãdo: quia toties peccarẽt mortaliter, quoties ieiunium ecclesię soluerent sine rationabili causa, quam suo pastori aut eius uicario debent (si possunt) exponere, & eius uti consilio. Vnde quadragesimale ieiunium omnes seruare tenentur, nisi impedimento excusentur legitimo, ut infirmitate, puerili ętate uel senio aut itineratione seu graui labore: & tunc in alijs pijs operibus pro posse omissionem ieiunij recompensent orationibus, eleemosynis atq; similibus exercitijs plus solito operam dãdo, secundum quod uacat eis. Insuper doceat eos, q; uniuersi Christiani tenent per arctam uiã salutis incedere. i. pœnitentialem ducere uitam, concupiscentias carnis & praua desideria refrenare: in cibo, potu, somno, uestimẽtis aut habitaculis uoluptatem, superfluitatem, curiositatem & pompam uitare: sobrietatem, necessitatem, utilitatem, simplicitatem & humilitatem seruare, cũ dicat saluator: Videte ne grauent corda uestra crapula aut ebrietate, uel curis huius seculi. Rursus: Væ uobis diuitibus qui habetis hic consolationem uestram. Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Apostolus quo ait: Qui aũt sunt Christi, carnem suã crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Itemq;: Spũ ambulate, & desideria carnis non perficietis. Prętera doceat eos, ut uniuersa quæ faciunt, ordinent & referant ad dei gloriã & honorem, atq; ex charitate dei principaliter ac imperialiter oĩa agant, sicut docet Apostolus dicens: Omne quodcũq; agitis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini nostri

vide c. consilium de obseruati. ieiu. — *Luc. 13* — *Luc. 21.* — *Luc. 6* — *Gal. 5* — *Eodem.* — *Coloss. 3.*

Iesu Christi facite, gratias agentes deo patri per ipsum. Vnde etiam opera exteriora & mechanica ad dei sunt gloriam ac honorem summe ac finaliter ordinanda. Nam si quis debet deo seruire ac obedire, oportet eum uiuere: & si uiuere debet, oportet ut necessaria habeat uitæ: sicq; opera per quę necessaria uitæ acquirit, custodit, dispensat aut tractat, referre potest & debet ad dei obsequiũ, honorificentiam, dignitatem: aliter opera non essent meritoria uitæ æternę, nec placita coram deo. Sit ergo intentio nostra recta, nec proprium honorem quis quærat. Ideo quippe ait saluator: Si oculus tuus fuerit simplex, id est, intentio recta ad deum erecta, totum corpus tuum lucidum erit. id est, uniuersa operatio tua erit uirtuosa & clara. Si autem oculus tuus nequam fuerit, id est, peruersa intentio & ad se inordinate reflexa, uidelicet ad laudem uel commodum proprium, totum corpus tuũ tenebrosum erit, id est, omne opus tuum erit uitiosum, etiam si opera tua sint bona ex genere, ut patet de his qui orant, ieiunant uel eleemosynam largiuntur propter humanũ fauorem, laudem aut commodũ suum. De quibus loquitur Christus: Amen dico uobis, receperũt mercedem suam. Hinc iterum protestatur: Videte ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab illis. alioquin mercedem non habebitis à deo. Potius aũt agenda sunt opera bona, ad quæ tenemur, coram hominibus ad dei honorem & proximi ędificationẽ, Christo edicente: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona facta uestra, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Amplius doceat eos, ut quicquid habent aut operantur, deo humiliter semper ascribant & gratias agant, sibiipsis uero omnem fragilitatem, defectuositatem & culpam, cum Christus dicat: Sine me nihil potestis facere. Et per Oseam prophetam asserit deus: Perditio tua ex te, in me tantummodo auxiliũ tuum. Nullus ergo in seipso inaniter glorietur, nec uane complaceat sibimetipsi, quum dicat Apostolus: Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Et rursus: Qui gloriatur, in domino glorietur. Adhuc autem instruat eos, quod quicunq; in peccato mortali est, coram deo & spiritaliter mortuus est, ingratus, turpis, uilis ac fœtidus, imo omni cadauere incomparabiliter uilior, turpior atque fœtidior: & quicquid boni uidetur agere Missam audiendo, eleemosynas dando & in similibus, nec meritorium est, nec ad salutem directe proficiens. Idcirco eos hortetur, ut diligentissime studeant esse & uiuere sine peccato mortali: & si (quod absit) in mortale peccatum inciderint, statim pœniteant, à deo ueniam petant, confiteri & emẽdare proponant. Hortetur ergo & doceat eos, ut omni die ad minus semel, præsertim de sero antequã uadant dormitum, recogitent sua peccata, & qualiter diem expenderint, quid mali commiserint, quid boni omiserint: & sic à deo humiliter & contrito corde ueniam deprecentur, opportunoq; tẽpore confiteri proponant: & antequam uadant dormitum, aliquas legant orationes, & de cętero melius proponant habere: sicq; cruce se signent, deo commendent, somnum & quietem accipiant, ut ad opera bona fortiores consurgant. In lecto quoq; se habeant condecenter: & dũ expgiscunt, statim dei sint memores, & orõnem aliquam fundãt. Porro dũ surgunt, iuxta Christi doctrinam primo quærant regnũ dei & iustitiam eius. i. aliquid spiritalis exercitij agant, orando aut Missam (si possint) audiendo, quod diebus festiuis pręcipue est agendum. Insuper doceat eos, φ (quia de oĩ uerbo otioso, de oĩ tẽpore nobis cõcesso reddituri sumus rationẽ altissimo) uerba supflua, uana, scurrilia, maxime inhonesta, turpia ac lasciua deuitẽt in laborib⁹, in mẽsa, in taberna, & φcũq; cõuenerint. Tũc φq; utiliter conenĩ expẽdere, & in ope exteriori seu otio assuescãt sæpe cogitare de deo & ptinentibus ad salutem, atq; orationes aliquas breues siue mentales suo offerant creatori. Ebrietates, comesationes, loquacitates, choreas & similes uanitates deuitẽt, pcipue festiuis diebus. Et breuiter, φd quis rationabiliter nõ uult sibi fieri, non faciat alteri, sicut Chr̃s in euãgelio docet, & naturale ius exigit. Ideo un⁹ nõ debet aliũ despicere, opprimere, prouocare. Præterea doceat eos, φ quãto aĩa nobilior est corpore, & uita futura lõgior p̃sente, tanto plus debet qlibet Christian⁹ amare, quærere, adipisci & cõseruare spũalia dona gr̃e ac uirtutũ, beatitudinẽq; cœlestem ac sempiternã, φ̃ bona terrena atq; carnalia. Et qa post hanc uitã breuissimam mox iudicandi sumus à deo, & uel æternaliter condemnãdi, uel inæternũ saluandi, propterea oẽm Christianũ oportet semp eẽ timoratũ, solicitũ, custoditũ, sicut ait saluator: Vigilate. nescitis eñ qñ dñs ueniet, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cũ uenerit repente, inueniat uos imparatos. Ideo dico uobis: Videte, uigilate, orate.

Matth.6 · Eodem. · Eodem. · Matt.5 · Iohã.15 · Osee 13 · 1 Corinth.4 · Iere.9 · 1.Corinth.1 · 2.Cor.10 · Matth.6. · De consec. d.1.ca.missas · Matt 12. · 44.d.c.omni aut.& c.cc. missas · Tob.4 · Matth.7 · Mich 6 · Matth.24 · Marc.13

Articulus XXXI. De exhortatione fidelium ad opera misericordiæ tam spiritualia quàm corporalia.

Quoniam

QVoniam lex Christi, quam omnes profitentur & seruare tenentur Christiani, est lex charitatis ac pietatis, constat quod ad charitatis pietatisque opera Christiani praecipue obligantur, dicente Ambrosio: Vis summa Christianae religionis in misericordia & pietate consistit. Denique, tanta est uirtus, dignitas & efficacia operum
Matth. 25 misericordiae, ut quamuis in die iudicij de omni opere bono ac malo fit facienda discussio, de solis tamen misericordiae operibus Christus spãliter explicat tunc peragendum iudicium, & pro illorum exhibitione reddendam felicitatem aeternam, atque pro rerum illarum omissione damnationem perpetuam. Oportet ergo Christianos scire & uigilanter aduertere, quae & quot sint misericordiae opera. Sunt autem septem opera misericordiae corpo-
Septem sunt opera misericordiae. ralia, scilicet pascere esurientem, potare sitientem, uestire nudum, colligere peregrinum, uisitare infirmum, redimere captiuum, sepelire mortuum. Sunt quoque septẽ opera misericordiae spũalia, utputa docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corripere siue corrigere peccantem, ignoscere offendẽti, onerosos & graues portare, & pro uniuersis orare. Haec autem spũalia misericordiae opera, quae etiam spũales eleemosynę appellantur, sunt multò praestantiora quàm opera misericordiae corporalia, cum in seipsis sint digniora, tàm spũalia quae corporalibus praeeminent, & per ea animabus subuenit, quę corporibus incomparabiliter digniores existunt. Primo igit ad omnia misericordiae opera inflãmare debet,
Matth. 5 quod Christus apertissime protestatur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequẽtur, & ipsorum miserebitur deus. Deus enim sic facit hominibus, sicut ipsi sibijnuicẽ, & sicut ipsi promerentur adinuicem se habendo. Qui ergo uult ut deus sit sibi misericordissimus, liberalissimus, suauissimus, & ad exaudiendum pronissimus, ipse sit proximis suis pijssimus, pauperibus misericordissimus, iniuriantibus indulgentissimus, petentibus liberalissimus pro uiribus suis: & quod non potest effectu ac donis, affectu faciat atque proposito. Porro qui mentis est durae & corde crudelis, qui cito faciliterque offendit, difficulter placatur, aut iniuriantibus non indulget, quid aliud promeretur, nisi ut deus rigorem suae iustitiae in ipso demonstret, ipsum seuere condemnet, & iniurias sibi ab illo irrogatas aeternaliter ulciscatur? Ideo equidem loquitur Christus: Dimittite si quid habetis aduersus ali-
Marc. 11 quẽ: & si non dimiseritis, nec pater uester coelestis dimittet uobis pctã uestra. Iacobus quo-
Iac. 2 que: Iudicium (inquit) sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam. Hinc in Eccle-
Eccl. 27 siastico sapientissime scribitur: Qui uindicare uult, à deo inueniet uindictam, & pctã illius deus seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecãti tibi pctã soluent. Homo homini seruat iram, & à deo quaerit medelam. In hominem sibi similẽ non habet misericor-
23. q. 4. c. noli diam, & de pctis suis deprecatur altissimum. Ipse cum caro sit, seruat iram: quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum tuorum, & desine inimicari, & non irascaris proxi-
Ephe. 4 mo, & abstine te à lite. Hinc & Paulus apostolus exhortatur: Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit nobis. Denique, ad opera miseri-
Luc. 3 cordiae beatissimus Iohannes Baptista praecipue hortatur, dicẽdo: Qui habet duas tunicas, det unam non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Quicqd ergo Christiano de uesti-
Matth. 6 mentis, cibis, poculisque superfluit, indigentibus cõicare debet atque tribuere: sicut & Chrũs
Luc. 11. ait: Quod superest, date eleemosynam. Ait namque sanctus Hieronymus: Non solum decimę
Luc. 12 nõ sunt nostrae, sed ad ecclesias deputatae: uerum, quicqd amplius quàm nobis necessarium est
16. q. 1. c. quoniam à deo accepimus, pauperibus erogare debemus. Si autem quod illis deputatum est, nostris carnalitatibus & uanitatibus reseruamus, quãti pauperes in locis ubi nos sumus, fame aut nuditate moriũtur, nouerimus nos de illorum animabus rõnem reddituros in die iudicij. His concordat quod beatus ait Gregorius: Tot pene homines quotidie diuites perimunt, quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt. Nam cum quaelibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur. Periculosum est ergo in uestibus ac ciborum generibus abundare. Secundo, ad opera misericordiae spũalia ac corporalia inflammare nos debet, quia per ea efficimur deo spãliter similes. Deo namque proprium est misereri & parcere, cum natura eius sit bonitas, pietas & dulcedo. Punire uero &
Isaiae 28 condemnare nõ competit ei, nisi ex demeritis iniquorum. Idcirco ut Isaias fatetur: Hoc opus
Psal. 144 est quasi peregrinum & alienum ab ipso, de quo cantat psal. Suauis dominus uniuersis & miserationes eius super oĩa opera eius. Cum ergo similitudo sit causa amoris, certum est quod homines pij & misericordes, compassiui & liberaliter succrescẽtes, sint spãliter deo amabiles. Ideo dicit Ambrosius: Nihil tam commendat Christianum ut miseratio charitatis.

Tertio ad idem nos prouocet, quod sacra scriptura ad opera misericordiae tam singulariter

exhortatur

exhortatur,atq; eisdem operibus tot præmia pollicetur,uidelicet remissionem pctõr, impetrationem gratiæ ac uirtutum,& finaliter felicitatem æternam.Hinc nanq; ait Psal. Bea- Psal.40.
tus qui intelligit super egenum & pauperem,in die mala liberabit eum dñs.Dñs conseruet
eum & uiuificet eum,& beatum faciat eum in terra.Ecce quot bona,quot fructus,quot pmia misericordi promittit & imprecatur.Verum ille intendit super egenum & pauperem,
qui charitatiue & hilariter atq; celeriter subuenit,releuat ac largitur. Non em sufficiũt pulchra uerba aut compassio nuda, nisi in his,qui quod largiantur non habent.Nã Augustino
testante:Misericordia est animi condolentis affectus cum bñficij additamento, ut compatiamur proximo,& largiamur de proprio.Rursusq; ait:Misericordia est alienæ miseriæ in
corde nostro compassio,qua utiq; si possumus,subuenire compellimur. Deniq; Salomon
loquitur: Misericordia & ueritas nõ te deserant,& inuenies gratiã corã deo & hominibus. Prouerbio.3
Itemq;:Per misericordiam & fidem purgantur pctã,& bñfacit animæ suæ uir misericors. Prouerb.14
Qui miseref pauperi,beatus erit:qui calumniaf egentem,exprobrat factori eius.Facere mi- Osee.6.
sericordiam & iudicium,plus placet deo q̃ uictimæ. Qui pronus est ad misericordiam, bñdicetur.Erue eos qui ducuntur ad mortẽ.Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum Prouerbi.25.
da illi,& dñs reddet tibi.Mitte panem tuum super transeuntes aquas,& post multa tpa in- Matth.9
uenies illum.Ad misericordiã etiam pertinet quod itẽ Salomon loquitur:Cum ceciderit Prouerbi.24
inimicus tuus,ne gaudeas,& in ruina illius non exultet cor tuũ.Hinc uirtuosus & pius To- Tob.4
bias docuit filium suum,dicẽs:Noli auertere faciem tuã ab ullo paupere.Ita em fiet ut nec
à te auertaf facies dñi. Quõ potueris,ita esto misericors.Si multũ tibi fuerit, abundãter tribue:si parũ,etiã parũ libẽter impartire stude.Fiducia magna erit apud deũ eleemosyna oĩb⁹
facientibus eam,& non patietur aĩam suam ire in tenebras. Hoc est quod loquif Christus: Luc.6
omni petenti tribue.Et,Beatius est dare q̃ accipere. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Nõ Actu.20
sit porrecta manus tua ad accipiendum,sed ad dandũ collecta. Non ergo dandũ est uni tm̃ Eccl.4.
aut paucis,sed omnibus indigentibus,si adsit facultas:quæ si desit,dandum est uerbum bonũ,consolatorium & salubre.Vnde in Ecclesiastico habet:Oculos tuos ne trãsuertas à pau- ibidem.
pere,& animam esurientẽ ne despexeris:neq; exasperes pauperem,sed congregationi pauper te affabilem facito.Hinc ait Ambrosius: Præcedentis misericordiæ officium pdit, qui
putat esurienti sufficere q semel donauit. Ille aũt ad dñm integros misericordiæ fructus pmittit,à quo pauper nunq̃ tristis recedit. Eleemosyna itaq; est potẽs & realis oratio,uitior
purgatrix, quemadmodum scriptũ est: Abscõdite eleemosynã in sinu pauperis,& ipsa ora- Eccl.29.
bit pro uiribus ad dñm: quia sicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemosyna extinguit peccatũ.
Optime igitur admonet Augustinus:Si uis esse mercator optimus,fœnerator egregius,da
pauperi q̃d non potes diu tenere,ut recipias q̃d non queas amittere: da modicum,ut recipias centuplum: da tpalem possessionẽ, ut recipias hæreditatem æternam. Gregorius quoq;
idem fatetur,dicẽdo:Quicq̃d egeno tribuitur,si subtili cõsideratione pensef,non est donũ,
sed mutuum:quia quod datur,multiplicato sine dubio fructu percipitur. Porrò eleemosyna humiliter danda est,ita ut diues pauperẽ se reputet meliorẽ,cum dicat Gregorius:Quisquis super eum cui aliquid donat,elationis se fastu extollit,maiorem culpam peragit superbiendo,q̃ meref mercedẽ pstando.Insup eleemosyna orationib⁹ atq; ieiunijs efficaciã cõfert.
Vnde Tobiæ angelus Raphael, Bona inquit, est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Ideo Tobiæ 12.
dicit Chrysostomus:Cum ueneris ad ecclesiam ad orandũ,munera tecum porta.Da nõ habentibus,& pete à deo qui habet,ut oratio tua bonis operibus commendetur. Infirma est
enim oratio,quæ eleemosynarum largitate nõ est munita.Itẽq; ait:Nil plus ualet orationi q̃
eleemosynarum largitas:qm̃ frustra pro peccatis rogaturus manus ad deum expãdit, qui
has ad pauperem non extendit Hoc est quod dixit Hieronymus:Sibi apud deũ ianuã claudit, qui uiscera misericordię indigẽti nõ aperit Hinc gloriosus aplũs Iohãnes in pria suã fa- 1.Iohan.3.
tetur eplã:Si qs habuerit substantiã huius mũdi,& uiderit fratrẽ suũ necesse habere,& clauserit uiscera sua ab illo,quõ charitas dei manet in eo? Sed qm̃ charitas dei uita ẽ aię,sine
nil meritoriũ potest esse in dei ac proximi charitate, qsq; se cõtineat absq; mortali pctõ:
est pprię aię salubriter misereri.Hinc asserit Augustinus:Qui uult ordinate eleemosynam De pœnitẽ.
dare,à seipso debet incipere,& eã sibi primitus dare, qm̃ scriptũ est: Miserere aię tuę placẽs d.3.c.qui uult.
deo.Hoc ẽ q̃d affirmat Greg.Mũdari debet animus,q eleemosynã pbet:qa oĩne q̃d daf deo, Eccl.30
ex dãtis mẽte pẽsaf:& ab oĩpotẽti deo munus nõ recipif,q̃d corde in malitia obligato offertur.Verũtñ existẽtib.in mortali pctõ eleemosyna sępe ẽ occasio impetrãdi misericordiã dei.
Faciẽda sũt ergo opa mię uniuersa pdicta,tã spũalia q̃ corpalia, ab his q pñt scdm cõgruentiam

tiam temporis, personæ & causæ. Nec sufficit semper siccum panem donare. Idcirco curatus seu eius uicarius admoneat suos, ut indigentibus secundum quod eget, succurrant, esurientem cibando, sitientem potando, cum & Christus testetur, quia qui propter deum dat alicui calicem frigidę aquæ, non perdet suam mercedem. Nudum uestiendo, quemadmodum per Isaiam dominus iubet: Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Peregrinos & pauperes hospitando. Ponat ergo paterfamilias lectulum pro proximis huiusmodi in loco decenti, quia & Paulus hortatur: Hospitalitatē nolite obliuisci. Infirmos uisitando, iuxta illud Ecclesiastici: Non te pigeat uisitare infirmum. ex hoc em̄ in dilectione firmaberis. Captiuos redimendo, præsertim si innocentes sint. Mortuos sepeliendo, cui operi pietatis Tobias fidelissime seruiebat. Similiter exercenda sunt opera misericordiæ spūalia, ignorantes docendo, præsertim de his quæ necessaria sunt ad salutem. Vnde Apostolus scribit: Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spūales estis, huiusmodi instruite in spū lenitatis, considerans teipsum ne & tu tēteris. Nā Christi fidelem oportet discere q̄ ignorat, uel docere q̄ nouit. Ideo ait Psal. Docebo iniq̄s uias tuas, & impij ad te conuertentur. Itemq̄, dubitāti consilium bonum dando pro posse, tristes consolando, iuxta illud Ecclesiastici: Ne desis plorantibus in consolatione. Peccantes corripiendo, quia ad correctionem fraternam omnes tenentur. Et Augustinus testatur: Si neglexeris corripere, peior efficieris illo qui peccauit: imò beatus Apostolus præcipit: Nolite cōsentire infructuosis operibus tenebrarum, magis autem redarguite. Sed de hoc infra dicetur. Peccantes uero p pœnæ inflictionem corrigere, ad superiores prælatos ptinet. In se peccantibus ignoscendo, ut dictum est plenius, graues & infirmos pie portando, quemadmodum ad Romanos dicit Apostolus: Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum portare, & non nobis placere. Atq; ad Galatas: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Et pro uniuersis orando, puta amicis & inimicis. Quanto enim bonum est communius, tanto est diuinius. Idcirco pro bono communi & pro cunctis orare, est ualde diuinum. Et qui pro omnibus deprecatur, bonitatis ac meriti oīm particeps redditur, qa & alijs cooperat ad bonū. Vnde curatus suos admoneat, ut pro occurrētib. tribulationib', aduersitatib. necessitatibus atq; periculis fideliter atq; frequenter exorēt, & pro unione, pace & reformatione ecclesiæ, pro pace patriæ, pro uiuis & mortuis, præsertim & pro parentibus suis, ppinquis, benefactoribus, commissis, & finaliter charis. Postremo ad opa misericordiæ uehementer nos puocet, quoniam qcqd indigentibus propter deum impenditur, Christus sibi exhibitum arbitratur, & tam gratum esse ei ac si suæ impenderet psonæ, sicut fatet: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vnde ad spūalia misericordiæ opa hortans Apostolus: Corripite (inquit) inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

Isaie. 58 · Heb. 13 · Eccl. 7 · Tob. 1 · Gal. 6 · 38. d. ca. si in laicis: & ca. ignorantia · Psal. 50 · Eccl. 7 · 23. d. c. error. · Ephe. 5. · Roman. 15. · Gal. 6 · Matt. 25 · 1. Thessalo. 5.

Articulus XXXII. De instructione subditorum qualiter se mutuo habere debent in uerbis.

Quia ex uerbis modestis, charitatiuis & pijs ac reuerenter dulciterq; platis multa bona sequuntur, ex uerbis aūt irrationalibus, pūgitiuis, duris, improperiosis, derisorijs ac superbis multa mala nascuntur, curatus sæpissime instruat suos, ut in uerbis sint mutuo charitatiui, circunspecti, utiles ac benigni: nec unus pronocet alium ut conuitietur, nec supbe ac dure loquat nec detrahat. De hoc in lib. Prouerb. plurima Salomon scribit, dicendo: Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Detrahentia labia procul sint à te, lingua placabilis lignum uitæ. Fauus mellis uerba composita, & dulcis eloquio maiora reperiet. Vnguento & uarijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima dulcorat. Hinc quoq; in Ecclesiastico legit: Verbum dulce multiplicat amicos, & lingua eucharis in bono hodie abundabit. Non litiges cum homine potente, nec cum homine linguato. Cum iracūdo non facias rixam. Noli uerbosus esse in medio seniorum. Nōne ardorem refrigerabit ros? sic & uerbum melius q̄ datum. Nōne ecce uerbum super datum bonum? Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Ne iteres uerbum durum & nequam. Sapiens in uerbis seipsum amabilem facit. Ecce ex his innotescit, q̄ laudabile & salubre sit esse charitatiuum, modestum, dulcem ac pium in uerbis. Porrò q̄ detestabile ac nociuum, uitiosum & fatuum sit, esse in uerbis inconsideratum, mordacem, detractorium siue superfluum, sacra scriptura copiosissime docet. Salomō quippe ait: Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui aūt inconsideratus est ad loquendū, sentiet mala. Inter superbos sunt iurgia. Homo peruersus suscitat lites: & alio sermone repetit, sepa

Prouerbi. 15. · Prouerb. 4 · Prouerbi. 18 · Eccl. 6. · ibidem. 8 · ibidem. 7. · Prouerbi. 13.

separat foederatos, Sicut urbs potens & absq; murorum ambitu, Ita uir qui nō potest in loquendo cohibere spiritum suum. Totum spm̄ suū profert stultus, sapiens differt & conseruat in posterum. Insuper in Eccō scriptum est: Qui multis utitur uerbis, lædit animam suam. Homo assuetus in uerbis improperij, omnibus diebus uitæ suæ non erudietur. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Susurro enim & bilinguis maledictus, multos em̄ turbauit pacem habentes. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Præcipue autem uitanda sunt uerba detractionis, & auertendę sunt aures à detrahente, & tristis uultus ostendendus est obsequenti, cum Salomon dicat: Per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Pręcipue quoq; cauēdum est, ne qs contendat cum aliquo, uel dure uel derisorie loquatur alicui in taberna aut potationibus uini. Qm̄ uinum generat animositatem & discretionem excæcat, ideo uino madens statim prouocatur, & in uerbis ac factis excedit, atq; ad bellandum fit pronus. Hinc in Eccō habetur: In conuiuio uini non arguas proximum, & non despicias eum in iucunditate illius. Vnde nec expedit debitorem in uino multum monere. Nam & Osee propheta testatur: Mulieres & uinum atq; ebrietas auferunt cor. Qui ergo uult inter homines pacifice conuersari, nec lædere, nec lædi, studeat se iuxta præfata sapientis documenta in uerbis habere. Qui aūt tota die fabulationibus & potationibus uacant, innumerabilia incurrunt pericula: nec animas suas tantummodo lædunt, sed corporalem quoque uitam uehementer abbreuiant. Nam & iuxta sapientes seculi huius, plures pereunt gula q̄ gladio. Quod ideo dictum est, qm̄ plures sunt q superfluitate cibi ac potus suā abbreuiant uitam, q̄ qui gladio aut aliter occidunt. Propterea in Eccō optime scribitur ac iubetur: Noli auidus esse in omni epulatione, nec te effundes super omnē escam. In multis em̄ escis erit infirmitas, & propter crapulam multi obierunt. Qui aūt abstinens est, adijciet uitam. Postremo, præhabitis de modo loquendi consonat illud Apostoli: Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Et item: Omnis (inquit) amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur à uobis. Itemq;: Corrumpunt mores bonos colloquia praua. Vnde stultorum est uerbis effluere, sicut & Salomon contestatur: Stultus uerba multiplicat, uerba aūt iustoꝝ statera pōderabunt, sicut in Eccō scribitur. Hæc omnia curatus sibi cōmissis frequenter, feruenter doctrinaliter q; proponat. Nam tāto plus informationibus & exhortationibus indigent, q̄to minus lr̄as norūt.

Eccl. 10
Eccl. 28.
Eccl. 7.
Eccl. 31
Osee. 4
44. d. c. dilu tē. & c. come ssationes.
Eccl. 37
Ephe. 4.
Eodem
1 Corinth. 15
Eccl. 10
Eccl. 21.
38. d. c. ignorantia.

Articulus XXXIII. De aliqbus documentis, quibus specialiter instruendi sunt coniugati.

IGnorantia (ut S. ait Ambrosius) est maximum uitiorum, non utiq; magnitudine enormitatis, cū multa sint pc̄tā grauiora q̄ ignorantia, sed magnitudine periculositatis, qm̄ ignorantia est periculosissima inter pc̄tā. Qui em̄ ignorat quid ad suū pertineat statū, & ad quę teneatur, & q nescit in actibus suis discernere qd sit bonū, qd malum, qd licitum siue illicitū, nō potest iuste ac salubriter uiuere, neq; implere quod iubet Apl's: Digne ambuletis uocatione qua uocati estis. Ideo rursus dicit Aplūs: Qui ignorat ignorabit: & q nescit quid ad se ptinet, quid deus ab ipso requirit, quid facere obligat, à deo p approbationem nō cognoscetur, sed inter illos computabit, quibus dicturus est Christus: Amen dico uobis, nescio uos. Oportet igit coniugatos cognoscere qualiter se inuicē teneant diligere & habere: q̄d quō scient, nisi dicat eis, presertim à suis pastoribus siue uicarijs. In primis ergo doceat curat' cōiugatos, q; scd̄m Aplm̄, uir caput est mulieris. Quia in regimine domus & facultatū, sobolis q̄q; ac familiæ, maritus debet esse principalis: & ad eū pertinet uxorē de cognoscendis & agendis instituere, in moribus dirigere, & in principalibus domus negotijs gubernare. Idcirco dixit Aplūs: Mulierē docere nō pmitto, nec dn̄ari in uiꝝ, sed subiectā esse. Si aūt mulieres aliquid discere uelint, domi maritos suos interrogent. Viri nanq; in naturalibus (ut cōiter) sunt fœis pfectiores, aio constantiores, in rōe fortiores, & magis prudentes, q̄uis interdū contingat oppositū. Vnde si uir uiderit coniugē suā prudentē, probā, honestā, pōt & debet ei plura cōmittere, nec cōsilia eius contēnere: ueruntn̄ uir nō se debet habere ad uxorē tanq̄ ad ancillam, sed sicut ad sociam & conthoralē & cōparem. In aliquibus nanq;, uidelicet in petendo & reddēdo debitū coniugale, maritus & uxor sunt pares. Vnde in exordio mundi deus produxit mulierē non de pede aut capite, sed de latere uiri. Vir aūt ad coniugem suā habere se debet humiliter, non superbe: dulciter, non amarē: reuerenter & pie, exemplariter & discrete. Hinc princeps apostoloꝝ pręcipit uiris, ut uxoribus suis scd̄m scientiā. i. discrete cohabitent, & eis honorē impendāt. Paulus q̄q; apostolus exhortat: Viri, diligite uxores ur̄as & nolite amari esse ad eas. Hinc S. Ambrosius in Hexa-

Ephe. 4
1. Corint. 14.
37. di. eadem.
Matth. 25
Ephe. 5
33 q. 5. c. hæc imago.
1. Tim. 2.
1. Corint. 14.
Gene. 2.
1. Pet. 3.
Ephe. 5
Coloss. 3

meron acerrime scribit contra uiros, qui ad coniuges suas aspernanter ac seuere seu amare se habent, ostendens quod serpentibus sunt peiores. Sunt equidē quidā serpētes q dū cōpares suas uolūt accedere atque cognoscere, primo euomūt omne uenenū, & dulcē quedā assumūt affectū. Denique cū uiri debeant coniuges suas in moribus informare, oportet ut pbeant eis bonū exemplū, & vbis & factis eas coerceant à fœminea leuitate, loquacitate, contētione, mollitie. à cæteris malis ad quę eas uiderint pronas. Præterea docendi sunt coniugati, ut se mutuo diligāt, nō solū amore carnali aut naturali, sed primo & maxie amore sancto & spūali, optando sibinuicē spūalia bona, uirtutes dona & grām spūssancti, qbus deo placet, & uita æterna acquirit. Idcirco de rebus spūalibus & ptinentibus ad salutē debent frequenter conferre, atque ad opera pietatis ac uirtutū se charitatiue hortari. Cum etem oēs hoies tenētur seinuicē spūali dilectione amare, multo magis uir & uxor, qui una sunt caro, quorum est una domus, una mensa, unus lectus, unaque proles, debent se mutuo spūali amore singulariter, ardenter, iugiterque diligere. Propter qd ait Aplūs: Viri, diligite uxores uras, sicut Chrs dilexit ecclesiā, & tradidit seipsum pro ea. & rursus: Viri diligere debent uxores suas sicut corpora sua. Insuper instruēdi sunt coniugati, qualiter ad seinuicem habere debēt, petēdo ac reddēdo debitū cōiugale. Circa hoc mouetur primo hęc quęstio: Vtrū actus mrimonialis sit pctm, uel utrū in actu illo copulę carnis legitimę cōsistat sp pctm aliqd saltē ueniale. Ad hoc S. Thomas super 4. sniarum respondet: Quod ex quo inclinatio naturæ est ad prolis procreationē, & deus sic ordinauit ut ex legitima coniūctione uiri & mulieris hoies gñentur, ideo omnino irrōnabile est dicere, quod actus ille copulæ cōiugalis non posset esse absque pctō tam mortali q̄ ueniali. Dicendū est ergo, quod esse potest absque omni pctō, & hoc sancti doctores probāt. Primo per hoc quod ad Corinth. ait Aplūs: Si nupserit uirgo, nō peccauit. Scdo per hoc quòd ad Timo. scribit Aplūs: Volo iuuenculas nubere, filios procreare. Aplūs aūt non uolebat actus illicitos atque culpabiles. Tertio, qm nullū pctm pręcipitur, sed Aplūs iubet ut uir uxori debitū reddat, & uxor uiro, ergo talis redditio potest esse absque omni pctō. Et hoc Alexander de Hales, Albertus magnus, Bonauētura, aliique doctores concorditer dicūt. Deinde quęritur, an actus ille mrimonialis possit esse actus uirtuosus. Ad hoc doctores respondēt, quòd potest esse actus triū uirtutū. Primo pōt esse actus iustitiæ, qm uir & uxor tenent sibinuicē dare debitū, quia p contractū matrimonialē corpus uiri transfert in potestatē uxoris, & econuerso, scdm qd ait Aplūs: Vir sui corporis ptātem non habet, sed mulier. Similiter mulier ptātem sui corporis non habet, sed uir. Scdo potest esse actus uirtutis q̄ latria appellat. Latria quippe est uirtus, p quā deo debitū cultū impendimus. Cū ergo uir & uxor cognoscūt se desiderio habēdi prolē educandā ad dei obsequium, in qua Christiana fides atque religio augeatur, tūc cōmixtio coniugalis est opus uirtutis quæ latria dr. Tertio potest esse actus spūalis amoris. Charitas enim mouet & imperat actus uniuersarum uirtutum: hoc est, quòd homo ex charitate dei & proximi facere debet oim actus uirtutum. Idcirco uir & mulier ex charitate spūali se debent cognoscere, siue cognoscant se ad reddendū debitum, siue ad habendum prolem in qua cultus dei augeatur. Porrò ad hoc quod actus ille sit actus uirtutis, oportet quòd uir & cōiunx sint absque peccato mortali, si erit actus uirtutis ex parte amborum: uel si erit actus uirtutis ex parte unius, oportet quod ille uel illa sit absque peccato mortali, atque in charitate & gratia. Rursus, dum uiro cōstat quòd uxor sua sit impregnata, uel ipsa hoc scit, non potest actus ille esse latriæ. Tunc enim non potest fieri desiderio prolis. Veruntamen potest tunc esse actus iustitię. Tertio quero, quæ & quot sint bona mrimonij, & quomodo per ea actus mrimonij honestatur, atque ab omni pctō excusatur. Ad hoc respondent doctores, quòd tria sunt bona mrimonij, per quæ copula illa carnalis honestatur & licita redditur, scilicet fides, proles & sacramentum: intelligendo per fidem fidelitatem coniugalem, quam uir & uxor sibi promittunt ne alteri commisceantur. Matrimonium quoque est sacramentū. i. sacrū signū coniūctionis Christi & ecclesiæ, uel naturę humanę cum filio dei in unitate unigenitę psonæ. Et ex hac significatione habet actū illum honestare ac penitus excusare, dūmodo debito modo, loco & tempore, intentioneque recta fiat. Quarto quæro, quando actus ille cōiugalis est absque peccato, & qn est culpabilis. Ad hoc dicunt doctores, quòd quando ad actum illum mouet charitas spūalis, uel iustitia aut latria, tunc est absque omni peccato, imò & uirtuosus: sed quando ad actum illum mouet cōcupiscentia carnis seu desiderium uoluptatis, tunc est culpabilis. Si ergo uir & uxor moueantur seu procedant ad actum illum ex concupiscentia prædominante, tunc est peccatum mortale ex parte illius qui tali concupiscentia agitatur. Et uocatur concupiscentia

[Margin notes: Gene. 1. / Matt 19. / Marc. 10 / 1. Corint. 6 / Ephe. 5 / Coloss. 3 / Gene. 2. & 1. / 1. Tim. 5. / 1. Corinth. 7. / Eodem. / 32 q. 7. c. non solum / 27. q. 2. c. oēs / Vide c. libe- rou. 32. q. 4]

prę

prædominantis, quando concupiscentia illa omnino præualet rationi, ita q uxor tanto ardore libidinis concitaẽ, & ad opus illud procedit, q etiã faceret q̃uis nõ essent cõiugio sociati. Tunc em̃ uir accedit & cognoscit uxorẽ, nõ ut uxorẽ, sed ut mulierẽ, imò ut meretricẽ scdm Hieronymũ. Et similiter dicendũ de uxore respectu mariti. Vñ à sapiẽtibus dictũ est, q oĩs amator feruentior, est adulter: uidelicet quia nõ maritali, sed adulterino affectu cõiugem suã accedit. Et idẽ est, si uxor sit uiri sui amatrix feruẽtior. Si aũt maritus accedat uxorẽ ex concupiscentia nõ prędñante, sed infra terminos matrimonij pmanente, ita q nõ accederet si uxor sua nõ esset, tũc est ueniale pctm̃. Et idẽ est de uxoris accessu ad uirũ. Quinto, an uir & uxor teneñ sibi mutuo reddere de necessitate precepti, ita q peccarẽt mortaliter illud negando. Dicendũ q imò, quia corpus unius transferẽ ad potestatẽ alterius p cõtractum: & etiam qm̃ matrimonium non solum est institutum in officium naturę, uidelicet ad procreationem prolis, sed etiam in remedium culpę, scilicet ad uitandũ fornicationem. Si aũt uxor importune negaret uiro debitum, daret ei occasionem adulterãdi. Et idem est si uir negaret uxori debitũ importune. Veruntamẽ si debitum peteretur ultra uires naturæ, uel tpe infirmitatis, uel tam immoderanter q corpus debilitaretur, non esset reddendũ sed petens informari deberet ut rationabiliter se haberet. Sexto quæro, an uir teneẽ reddere debitum uxori non petenti. Dicendum, q̃uis non quærat ex uerecundia, tamen si uir deprehendit q illa per signa probabilia uel expresse appetit, debitũ reddere obligaẽ, nisi aliunde impedimentum occurreret. Septimo quęritur, quibus temporibus debitum est petẽdum. Dicendum quod ait sanctus Ambrosius super Lucam: Tempus quo decet debitũ peti, est breue: quia à tpe impregnationis uxoris usq; ad purificationem eius post partũ, non decet peti. Non tamen prohibitum est petere illud ex timore incidẽdi lubricum carnis cũ alia persona. Vel si petitur propter uoluptatem infra terminos matrimonij, non est mortale peccatum secũdum Thomam. Octauo quomodo, an diebus festiuis & tempore sacro liceat petere debitũ. Dicendum, q q̃uis copula cõiugalis possit esse absq; omni peccato, tamẽ propter uoluptatem annexam deprimit mentem, & facit hominem ad spũalia opa indispositum. Ideo cum tempore sacro & festis sit operibus pœnitentiæ & orationibus insistendũ plus solito, non decet tunc petere debitum. Non est tamen per modum præcepti prohibitum, sed per modum doctrinæ dissuasum. Et si aliqui sancti dicunt illud non esse licitum, intelligẽdum est q non licet. i. non decet, & q non debet peti, loquendo de debito moralitatis, quod est debitum condecentis: non aũt loquendo de debito legali, quod est debitũ iustitiæ. Est quoq; maius peccatum tunc petere debitum propter uoluptatem, q̃ ad uitandũ fornicationem. Et licet peccet aliquo modo qui petit, tamẽ si petit instanter, reddẽdum est: imò uxor grauiter peccaret, si importune negaret: quia & contra iustitiã ageret, & uiro occasionem fornicandi prębenet. Et idem est, si uir uxori negaret. Nono quæriẽ, an liceat mulieri menstruatæ debitum petere. Respondit Tho. q fluxus mẽstruorũ in mulieribus est interdũ naturalis, uidelicet qñ fit determinatis tpibus dum sunt sanæ. Et tpe talis fluxus nõ licet mulieri debitum petere, nec uiro eam scienter accedere. Tunc em̃ concipiũtur fœtus monstrosi, claudi, cæci, siue aliàs defectuosi, scdm Hieronymũ. Talis em̃ fluxus nõ diu durat. Interdum fluxus mẽstruorũ in fœminis est innaturalis, quando uidelicet fit inordinate & quasi continue ex aliqua infirmitate: & tpe talis fluxus non est prohibitum uiro uxorẽ accedere, nec uxori ita illicitum, debitum petere: quia durante huiusmodi fluxu, nõ potest concipere. Est aũt difficultas, an mulier fluxũ naturalem menstruorũ patiens debeat debitum reddere. Et dixerunt quidam quòd nõ. Alij uero dixerunt, quòd si uir petit debitũ, sciens in uxore huiusmodi fluxum esse, debet eum uxor auertere precibus & monitis, non tñ ita instanter, ut prębeat uiro occasionem incidendi alias inquinationes, pręsertim si ad eas pronus reddatur. Si aũt petit debitum, ignorans huiusmodi fluxum uxoris, debet uxor aliquam occasionẽ pętendere atq; infirmitatem allegare, ne debitum reddat, nisi uiro timeaẽ periculum. Tamen si finaliter uir à petitione debiti non desistit, uxor reddere debet. Nec est semper tutum ut passionem suam indicet uiro, ne forsan abominationem ad eam concipiat, nisi in uiri prudẽtia pręsumat. Et hanc opinionẽ sequitur sanctus Thomas. Omnia aũt hic introducta, præallegati doctores sup quartum sẽtentiarũ plenissime scribunt, quę Raymũdus in sũma sua, Iohannes quoq; in Sũma Confessorũ, Bartholomęus in summa Pisana, & Durandus sua in Summa conscribunt.

Margin notes: 32.q.4.c.origo. — 32.q.5.c.sit dicat — 27.q.2.c.sic qui — 33.q.4.c.apostolus — 32.q.4.c.libet rosq cum sumgio. — 5.d.c.ad eius — 33.q.4.c.fratres.& c.quotiescunq. — 32.q.4.c.origo. — 5.d.c.ad eius uero cõcubitum.

Articulus XXXIIII. Qualiter curatus seu prædicator instruere & hortari debet patresfamilias seu parẽtes de modo habendi se ad filios suos & filias atq; familiam.

CVratus seu eius uicarius, nõ solũ proponere debet populo sibi cõmisso gñalia ad oẽs singulosq; spectãtia documenta, sed insuper specialia hortamẽta & dogmata seu pręcepta, ad q̃sdã spãliter ptinentia. Nã unus & idem ad diuersos diuersimode se habere tenenť, quemadmodũ paterfamilias aliter se habere obligať ad cõiugem suã, aliter ad ancillã, aliter ad filios, aliter ad filias, atq; aliter ad familiã reliquã aut mercenarios. Porrò, quõ pr̃familias seu maritus se habere debet ad cõiugem suã, pręcedenti articulo tactum est: quõ aũt filij ac filiæ habere se debent ad suos parentes, suprà inductũ est in expositione quarti pręcepti decalogi. Nũc ergo breuiter tangã qualiter parentes se habere debent ad sobolem suã. Quocirca sciendũ, quòd una cã institutionis matrimonij est, quatenus proles cõgruentius nutriať ac informet. Ex hoc nãq; quòd parentes matrimonialiter iuncti sunt atq; cohabitãt, & oĩa hñt cõia, diligentius possunt intendere educationi sobolis suæ. In primis ergo publice & priuate doceat curatus uniuersos suos parochianos q parentes sunt, quòd teneňť filijs suis ac filiabus primo educatiõem corporalem ab infantia usq; ad congrua incrementa. Scdo teneňť eis cõpetentem in tpalibus puisionem iuxta exigentiã suæ possibilitatis ac status. Vnde parentes qui bona sua inutiliter ac immoderanter consumũt, uendũt, disperdũt, & sobolem suam depauperant, enormiter peccãt, cũ & Apo-
2.Cor.12 stolus protesteť: Non debent filij parentibus thesaurizare, sed parẽtes filijs. Tertio teneňť eos informare in moribus atq; uirtutibus, ut à pueritia discant deũ colere & timere, ecclesiã uisitare: parentibus, senioribus ac superioribus honorem impendere: uerecundi, faceti ac formidolosi consistere. Et si adest facultas, eos faciant frequentare scholas ad minus tãdiu, donec discant orationem dñicam cũ salutatione angelica, ac symbolũ fidei, discantq; scribere, & saltẽ materna lingua legere. Melius ṽo esset, si tã diu frequententent scholas, quousq; Latinum intelligant, & loqui id congrue sciant, ut ea quæ in ecclesia leguňť aut cantaňť, intelligere possint, & ad Missam queant seruire. Sed in hoc proh dolor multi parentes satis diuites, præsertim in uillis, sunt ualde culpabiles: qui pueros suos parũ aut nihil faciũt addiscere aut scholas frequentare, imò mox ut alicuius sunt discretionis, faciũt eos custodire ac pa-
Prouerb.13 scere oues, agnos & aucas, nec instruunt eos in moribus. Hinc Salomon loquiť: Qui diligit
Eccl.30. filium suũ, instãter erudit illũ. Et in Ecclesiastico scribiť: Qui docet filiũ suũ, laudabiť in il-
Prouerbi.10. lo, & in obitu suo non contristabiť de illo. Hoc est quod in Prouerbijs legitur: Filius sapiẽs
Isai.38. lætificat patrem, filius stultus mœstitia est matris suæ. Ezechias quoq; rex sanctus deo: Pater filijs notã faciã ueritatem tuã. Quarto parentes tenentur pueris suis correctionem, increpationem seu castigationem, dũ peccãt: & dũ ætas est iunior, sunt uerberibus corrigendi: dũ aũt tpe procedente hoc cõgruenter fieri neqt, uerbis sunt acriter arguendi, iuxta pctĩ mensurã, aut alio mõ durius cõpescendi. De hoc scriptura copiosissime loqtur: siqdem in libro
Prouerbi.13. Prouer. locutus est Salomon: Qui parcit uirgę, odit filiũ suũ. Noli subtrahere puero disci-
Prouerbi.23. plinã. tu uirga pcutis eũ, & aĩam ei⁹ de inferno liberabis. Et rursus: Stultitia colligata est in
Prou.22 corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. In Eccõ scriptũ est: Qui diligit filium suũ, assi-
Eccli 30. duat illi flagella, ut lætetur in nouissimo suo. Nõ des filio potestatẽ in iuuentute, sed curua
Ibidem. ceruicem illius, & tunde latera illius dum infans est. Itẽ ait scriptura: Filius qui relinquiť
Prou.29 uolũtati suæ, cõfundit matrẽ suã. Enormiter ergo peccant, qui uel ex negligẽtia uel ex carnali amore negligunt filios aut filias, dũ peccãt, digne corripere aut iuste corrigere. Vnde & oĩa filiorũ & filiarũ pctã in illos redũdant, quẽadmodũ uitia subditorũ prauorũ redundãt in aĩs negligentiũ siue carnalium prælatorum. Et sicut quidam sunt prælati in seipsis competenter boni & pij, tñ ob hoc duntaxat aut potissime pereunt, qm̃ subditos suos non satis instanter & digne erudiunt, corripiunt, corrigunt seu castigant, ita & multis contingit parentibus ideo damnari, quoniam circa sobolis suæ instructionem, correptionem & castigationem sunt miserabiliter negligentes, quod est cõtra legem naturalẽ & diuinam. Hinc demum grauiter peccant parentes, dum noscunt filios suos uane incõtinenterq; uiuere, tamen dissimulant: q̃uis intendant filios tales coniugio sociare, nihilominus propter quædã temporalia terrenaq; commoda perlongius differunt tempus, magis cauẽtes exteriora incommoda, quàm animarum pericula & peccata ac dei offensam, quod est directe cõtra ordinẽ charitatis & mortale pctm̃, quod heu paucissimi nũc ppendũt. Deniq;, sicut sunt fœminę nimium molles & carnaliter piæ, quę si audierint suos maritos circa prolem culpabilem in corripiendo ac corrigendo aliqualiter strenuos, æquanimiter ferre non possunt, aut potius nolunt, atq; muliebriter ac fatue condolent: quod periculosum est ualde, & spirituali amori quo prolem suam amare tenentur, contrarium. Præterea q̃ dãnabile ac nociuum sit,

pu

pueros in adolescentia non refrenare ac debite castigare, constat ex eo quod in Prouerbijs
Salomon ait: Prouerbiũ est: Adolescens iuxta uiam suam, etiã cum senuerit, nõ recedet ab Prouerbi 22
ea. De sobolis aũt malitia atq; nequitia parentibus summe dolendum est, iuxta illud Eccle Eccl. 16
siastici: Ne iucunderis in filijs impijs si multiplicentur. Melior est unus timens deum, q̃ mil
le impij: & utilius est mori sine filijs, q̃ relinquere filios impios. Parentes non solum tenent
ad prolis correptionem speciali mandato, inquantum parentes, sed insuper generali prçce
pto, inquantum sunt Christiani: qm̃ ad fraternam correptionem omnes tenẽtur, scdm Au-
gustinum, cum dicat saluator: Si peccauerit in te. i. te sciente, frater tuus. i. proximus, corri- Matt. 18.
pe eum inter te & ipsum solum. Quicqd ergo culpę in uerbis aut in factis seu omissionibus
uiderint in prole sua, diligenter corripiant & castigent, atq; ad moderantiam cibi & potus,
somni ac uestium eam pro posse inducant: à choreis inhonestisq; ludis, spectaculis atq; simi
libus auertant eandem. Nec sufficit coram deo qualitercũq; aut remisse corripere siue cor-
rigere, sed seriose, frequenter ac rigorose oportet hoc facere, dum magnitudo culpę id exi-
git. Nam ideo Heli sacerdos à deo est reprehẽsus, & uita sacerdotioq; priuatus, qm̃ filios su
os non satis rigorose corripuit ac correxit, ut primo Regum habetur. Veruntñ sic corripiẽ- 1. Regum 2.
da est proles quantum possibile est, ne exasperet, indignet, irascat, aut pusillanimis fiat, uel
ad peiora labatur. Nam propter iuuenilem ætatem sanguinisq; feruorem, ad motus iræ &
indignationis aliarumq; passiõum est prona. Hinc ad Philippen. scribit Apostolus: Patres, Phil 6.
nolite ad iracundiam prouocare filios uestros. Ad Colossen. Patres, nolite ad indignationẽ Coloss. 3
prouocare filios uestros, ut non pusillo aĩo fiant. Insuper, circa instructionẽ & gubernatio
nẽ filiarũ ac puellarum est singularis diligentia obseruanda. Coercendæ namq; sunt filiæ &
puellæ, ne fiant audaces, inuerecundæ, lasciuæ aut uagę uel garrulæ uel saltatrices. Vnde
in Ecclesiastico scribit: Filiæ tibi sunt, serua corpus illarũ, & ne ostendas faciẽ tuam hilarẽ ad Eccl. 7.
illas. Instruendi sunt etiam filij ac filiæ, ne clandestina matrimonia cõtrahant, quia hoc nõ
solum est contra præceptum ecclesiæ, sed etiam contra dictamen prudentiæ: & talia matri
monia malum exitum solent habere. Amplius, uolens sibi ipsi aut alteri uxorem accipere,
maxime debet respicere ad naturalem dispositionem moresq; fœminæ, an scilicet bonæ
sit indolis, mãsueta, modesta, pacifica, taciturna & operosa. Nempe q̃ magnum donum dei
sit bonam habere uxorem, q̃ etiam tædiosum, periculosum ac miserum sit, coniugem habe
re peruersam, scriptura apertissime docet. Etenim in Ecclesiastico scriptum est: Gratia super Eccl. 26.
gratiam mulier sancta & pudorata & tacita. Mulieris bonæ beatus uir, numerus enim anno
rum illius duplex. Pars bona, mulier bona. Beatus qui habitat cum muliere sensata. Rursus
de praua muliere scribitur ibi: Commorari leoni & draconi placebit magis q̃ cum muliere
nequam. Sicut tecta iugiter pstillantia, ita mulier mala & linguata. Quemadmodum autẽ Eccl. 25
prædicta sunt consideranda in uxore accipienda, ita & in uiro sumendo, cum non minus Prouerb. 19
appetibile sit mulieri habere uirum bonum, pium, pacificum, q̃ uiro habere uxorem talem
ut dictum est. Et utiq; magnũ bonum est, uir & uxor bñ cõcordes: quia & tales iucundius
uiuunt, & de adulterio minus est eis periculum. Hinc in Ecclesiastico habet: In tribus placi
tum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo & hominibus, concordia fratrum, amor Eccl. 25
proximorum, & uir & mulier bene sibi consentiẽtes. In Prouerbijs quoq; legitur: Melior Prouerbi. 17.
est buccella cum gaudio, q̃ domus plena uictimis cum iurgio. Itaq; de his omnibus infor-
mandi sunt filij ac filiæ. Postremo, ad seruos atq; ancillas habere se debẽt patresfamilias, &
eorum uxores non seueriter, aspernanter siue iniuste, sed charitatiue, pie & iuste atq; humi
liter, tanquam ad fratres & sorores, cœlestisq; regni cohæredes, imò sicut ad conseruos &
conseruatrices, cum omnes Christiani sint fide & religione cõfratres cõseruiq; dei. Ideoq;
dicit Apostolus: Et uos eadem facite illis, scilicet seruis, sciẽtes quia & uester & illorum do Ephe. 6
minus est in cœlis. Si autem pater familias aut uxor ipsius uiderit peccantem familiam, de-
bet eam charitatiue corripere, prudenter instruere, salubriter exhortari: sicq; quasi præla-
ti officium in domo sua peragere, omnes domesticos pro posse suo uicissim docendo, hor-
tãdo, corripiendo, cum dicat Apostolus: Si quis autem suorum & maxime domesticorum
curam non habet, fidem non habet, & est infideli deterior. Deniq;, danda & prompte soluẽ 1. Timo. 5
da est ministrantibus merces bona. Nam in Ecclesiastico scribitur: Qui effundit sanguinẽ, Eccl 34.
& fraudem facit mercenario, fratres sunt. In Leuitico quoq; dominus ait: Non morabitur Leuit. 19
opus mercenarij apud te usq; mane. Hinc laborantibus ac ministrantibus detinere merce-
dem, est unum de quatuor peccatis clamantibus ad deum. Prætereà laborantes ac mini-
strantes sunt diligenter hortandi, ut fideliter laborent & seruiant, ne corã deo fraudis sint

Ephe.6. rei,& tanquã iniusti damnentur. Propter quod ait Apostolus: Serui, obedite dominis carnalibus cum timore in simplicitate cordis uestri sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes uoluntatem dei ex animo, cum bona uoluntate seruientes sicut domino, & non sicut hominibus, scientes quoniam unusquisq; quod fecerit bonum, hoc percipiet à domino, siue seruus siue liber. Vnde instruẽdi sunt tales, ut nec solum nec principaliter seruiant ac laborent intuitu temporalis mercedis, & obligatione humana, sed primo & principaliter atq; finaliter intuitu præmij gloriose à deo donandi, & ex charitate diuina, ordinantes obsequium suum, laboret ac temporalem mercedem ad dei honorem & cultum, gratias deo agentes, qui ita cum ipsis disposuit, q; panẽ suum habent lucrari, & labores manuum suarum comedere: quod quàm salubre sit, testatur propheta, dicendo: Labores manuũ tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.
Psal.127.

Articulus XXXV. Quomodo curatus seu prædicator habere se debet in docendo corripiendoq; populum.

Ezech.3. OMnis qui animarum curam habet, uaria in scripturis sortitur uocabula. Talis nãq; in Ezechiele propheta dicitur speculator, quoniam oculum circumspectiõis undiq; circũducere debet, & animarum gregis sibi commissi pericula solerter attendere, prouidereatq; pro uiribus præcauere. Insuper sibi commissis debet imminentia pericula denuntiare, & qualiter homines à dæmonibus, à carnalibus concupiscẽtijs, à mundi uanitatibus, à peruersis & mundanis hominibus tententur ac seducantur, solicite ac frequenter docere, atq; ut corda sua custodiant, uiriliterq; resistant, ardenter & iugiter admonere, modum quoq; resistendi ac præualendi tentationibus declarare. Hoc totum fecit magnus ille prælatus Paulus apostolus, ad Ephesios dicens: Fratres, confortamini in domino & in potentia uirtutis eius. Porrò confortari in domino, est omnem præsumptionem confidentiamq; uirium propriarum abijcere, & totam spem suam in deo reponere, dei auxilium iugiter inuocare, in omni uirtute & gratia spũsſancti proficere. Talis utiq; à deo protegitur, adiuuatur, omniq; tẽtationi & uitijs dominatur, quemadmodum scriptũ est: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli cõmorabitur. Dicet domino susceptor meus &c. Hinc subiungit Apostolus: Induite armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Armatura dei sunt uirtutes, sunt & dona spũsſancti, quibus ornanda ac roboranda est anima, utpnta fides, spes, charitas, temperantia, humilitas, patientia, misericordia. Per hæc spiritualia arma defendit se homo à facie uitiorum, ab impugnationib⁹ dæmonum, ne superbiat, ne uitijs gulæ aut luxuriæ inquinetur, ne ad homines sit iniustus, neq; ad dei obsequium acediosus. Hinc quoq; princeps apostolorum: Charissimi, inquit, obsecro uos abstinere à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam, conuersationem uestram inter gentes bonam habentes. Insuper Iacobus iubet apostolus: Resistite diabolo, & fugiet à uobis. Sed quid est diabolo resistere, nisi peccata uitare, uirtutes amare, bonis operibus inhęrere, & dum sentitur tentatio, statim ad deum confugere, feruenter orando, Christi passionem cordialiter reuoluendo, horam mortis pensando, metuendum dei iudicium considerando, intolerabilia inferni supplicia metuendo, & quanta sit electorum felicitas, quæ peccando perditur, contẽplando? Qui sic resistit dęmonibus, ab eis non lædit, sed à deo gloriosissime coronat. Hinc beatissim⁹ Petrus exhortat: Sobrij estote & uigilate, qm̃ aduersarius uŕ diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit, quęrẽs quẽ deuoret, cui resistite fortes in fide. Porrò aĩarum curã hñs, uocat medicus spũalis. Quẽadmodum ergo medici exteriores corporum ęgritudines diligẽter cõsiderãt ac discernũt, & unicuiq; infirmitati congruã adhibent medicinã, sic aĩarum curã hñtes attendere diligentissime debet, quæ uitia in populis sibi cõmissis plus uigeãt in cõmuni, itemq; quę uitia in quibusdam specialiter plus abundãt, & iuxta hoc prædicare debẽt cõtra pctã huiusmodi, nũc cõtra gñalia, nũc contra specialia: & cõtra grauiora pctã acrius pdicẽt, unicuiq; q̃q; pctõ cõuenientẽ apponãt medelã, supbos hortando ad humilitatẽ, auaros ad liberalitatẽ, lasciuos ad castitatẽ, pigros ad feruorem, inuidos ad spũalem amorẽ, uagos ad dei timorem. Hinc animarum curã habentes, tertio appellantur pastores, quia docẽdo, prædicando, corripiendo pascũt atq; reficiunt aĩas, sicut per Ieremiam loquit deus: Dabo uobis pastores iuxta cor uestrũ, & pascẽt uos sciã & doctrina. Vnde ad oẽm curatũ ait Apl's: Prędica ỽbũ, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omi patiẽtia. Cõsideret ergo curatus, quõ plebs sibi cõmissa se habeat in ỽbis, in uestimẽtis, in cibis ac potib. in mutua cõuersatione, in festorum celebratione, in uisitãdo ecclesiã, an uacẽt choreis & similib⁹ uanitatibus, an uisitẽt tabernas, an ebriosi & cõtẽtiosi existãt. Et

Psal.90. Ephe.6. Ephe.6. 1.Pet.2. Iac.4 1.Pet.5. 2.Tim.4

qcqd

quicquid in his aut alijs cognouerit culpabile esse in eis, charitatiue ac ordinate, pie & iuste, discrete & frequenter corripiat, corrigat, & pro posse reformet: & neminem palpans, sed unumquemque prout eget aut meruit arguens, publice peccantes publice reprehendens (sicut ait Apostolus: Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant) occulta uero peccata secrete corripiens. Præceptum ergo de correctione fraterna, curatus seu eius uicarius uiriliter impleat, iuxta Christi doctrinam ac iussionem procedendo, & corripiendo peccantes, uidelicet ut peccantem primo seorsum ac secrete corripiat in spiritu charitatis ac pietatis cum diligentia atque modestia. Et si peccans non acquiescit, sed pertinax est & rebellis, assumat unum uel duos testes bonos, discretos, prodesse non obesse paratos, & coram illis corripiat eum, præsertim si illis constat peccatum illius quem corripit. Si autem nec ita obtemperet, tunc curatus dicat ecclesiæ, i. congregationi fidelium, peccatum illius omnibus publice denuntiando ac detestando, & ipsum excommunicando secundum doctores, si tamen excommunicandi habeat autoritatem seu commissionem. Præterea curam animarum habens, nec propter humanum fauorem, nec propter temporale damnum, nec propter corporale commodum, nec ex quocunque timore seu amore carnali debet negligere huiusmodi adimpletionem præcepti: imò hoc negligendo peccaret mortaliter. Et ut ait sanctus Gregorius: Prælatus tot mortibus, tot æternis damnationibus dignus est, quot uidet peccantes ac peuntes, & tacet nec corripit. Omniumque peccata in ipsum redundant, quos corripiendo emendare potuit, sed neglexit. Augustinus quoque testatur: Si corripe negligis, eo qui peccauit peior efficieris. Amplius, animarum curam habens non solum impleat præceptum correptionis fraternæ, sed insuper doceat sibi commissos, quod ad huius obligationem præcepti obligati sint uniuersi. Ideo omnes hortetur, ut impleant hoc præceptum, se inuicem charitatiue & fraternaliter dum peccant corripiendo, & si opus fuerit, testes adhibendo. Quod si nec sic sequitur emendatio, dic ecclesiæ, i. prælato hoc insinuando, præsertim si sit periculosum & magnum, & non ueniale duntaxat, quatenus prælatus peccantem debito modo corripiat & castiget. Fraterna quippe correptio uno modo est actus iustitiæ, & sic proprie pertinet ad prælatos ac superiores, qui ex autoritate seu officio habent corripere: alio modo est actus charitatis, & sic spectat ad omnes. Vnde sicut omnes se mutuo tenentur diligere, ita & charitatiue corripe loco & tempore opportuno. Itaque dum curatus cum aliquo, quem scit alicui uitio implicatum, præsertim si magnum sit uitium, opportunitatem habet pie loquendi, debet eum amorose, pie ac seriose corripere, hortari, instruere: & nisi se emendauerit, secundum formam prætactam contra eum procedere: unumquemque taliter expedire, ut cæteri phorrescant. Expedit quoque ab aliquo maiori incipere, quia tunc minores plus formidabunt, quemadmodum etiam Aristoteles docet principi esse agendum in correctione ciuium, & S. Thomas atque Aegidius de Roma in lib. de Regimine principum introducunt. Nempe dum maioribus parcitur, minores audaciam sumunt peccandi. Maiores cum ampliori reuerentia atque modestia sunt corripiendi, ne exasperati fiant deteriores. Correptio autem fraterna, inquantum est actus charitatis ad omnes pertinens, omittenda est dum non speratur de emendatione peccantis, imò timetur quod ex correptione fiet deterior: sed quantum correptio est actus iustitiæ pertinens ad prælatos, non est penitus omittenda propter huiusmodi causam, ne ex peccato unius plures inficiant. Et quia prælatus potest per pœnarum inflictionem subditos coercere à uitijs, communique bono est maxime prouidendum: cumque peccatum sit uulneratio, imò mors animæ, tanto plus satagendum est, ut per correptionem fraternam anima à peccatis curetur, quam ut per corporalia medicamina corpus ægrum sanetur, quanto anima corpore extat præstantior. Idque potissime fieri debet ex dei amore: quoniam per peccata deus inhonoratur, de cuius inhonoratione summe dolendum est: atque ad amatorem dei pertinet, zelo diuini honoris esse succensum. Hinc secundum beatum Basilium: Qui corripit aliquem quantum ad deum, tali affectu debet hoc facere, ut cum Psalmista possit dicere deo: Tabescere me facit zelus meus, quia obliti sunt uerba tua inimici mei: sed quantum ad eum quem corripit, debet habere affectum patris ac medici. Non enim ex commotione iræ aut impatientiæ, nec ex affectu inuidiæ, sed ex syncera dilectione aut ex zelo iustitiæ & animi tranquillitate debet correptio ista procedere, quamuis tamen ex ira per zelum potest descendere. Propter prohabita Origenes atque Hieronymus dicunt: Ita peccat qui uiderit fratrem peccantem & tacet, sicut qui pœnitenti non indulget. Et iterum: Dum sacerdotes uni parcunt, uniuersæ ecclesiæ moliuntur interitum. Quæ est ista pietas, uni parcere & omnes in discrimen adducere? Polluitur namque ex uno peccatore populus, sicut ex una morbida oue grex totus inficitur. Denique, cum fraterna correptio sit actus charitatis & saluberrima medicina contra peccata, eruens animam à perditione æterna, & reuocans eam à iugo & seruitute diaboli, supplicijsque inferni, instruendi sunt subditi, ut fraternam corre-

1. Tim. 5.

Matth. 18.

Psal. 118.

ptionẽ libentissime cũ oĩ grãrum actione suscipiant, nec coripienti & corrigẽti indignent, aut irascant: quia hoc stolidissimũ esset, ingratũ atq; puersum. Et ad hoc scriptura copiose
Prou 12. hortat. Salomon qppe testatur: Qui odit increpationes, insipiens est. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Qui abijcit disci-
Prouer. 15. plinam, despicit animã suã. Qui aũt acquiescit increpationibus, possessor est cordis. In Ec-
Eccl. 20. clesiastico quoq; asseritur: Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correpť. Quàm bonum est correptũ manifestare pœnitentiã. sic enim effugiet peccatũ. Corripe amicũ, ne
Eccl. 19. forte non intellexerit & dicat, Nõ feci: aut si fecit, ne iterũ audeat facere. Vnusquisq; dign' siue idoneus sic corripere alios, exemplariter & uirtuose se habeat. Nam qui in eodem aut maiori peccato est, nõ est idoneus corripe alium, secundũ Ambrosium: potest tamẽ humi liter alios admonere, secũdum Thomam. Rursum, secũdum doctores concorditer, subditi possunt & debent prælatos suos, quãdo culpabiles sunt, fraterne corripere, tamen cum re uerentia speciali ac humilitate. Hinc curatus dum reprehẽsibilis est, æquanimiter ferre de bet & gratanter suscipe, si à subditis suis fraternaliter corripiatur & admoneatur: imò hoc ipsum debet optare à quibusdã honestioribus ac prudentioribus, & ut id faciant supplica
Prou. 9. re, cum Salomon dicat: Argue sapiẽtem, & diliget te. Itemq;, Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centũ plagæ apud stultum. De hac demum materia, & de expositione præcepti correptionis fraternæ plura hic possent induci: sed quia in alijs opusculis ea con scripsi, præsertim quia de modo iudicandi & corripiendi specialem nuper tractatulũ edi di, ea iterare nunc tædet, quanquam hic congruũ satis locum haberẽt.

Articulus XXXVI. Qualiter temporalis dominus cõmunitatis, scultetus ac scabini sint instruendi.

QVia in uillis communiter est aliquis dominus temporalis uillanæ communita tis, ut domicellus aut miles, & scultet' atq; scabini, ut sciat curatus qualiter hos instruere debeat, modicũ inde tangam. In primis ergo doceat illos, q̃ oẽs po testates, dignitates atq; officia populi Christiani, sunt quędam seruitia potius quàm dominia: quia ad utilitatem cõmunitatis seu subditorũ, non ad propria superiorum ac præsidentiũ commoda ordinantur, prout circa finem secundi Sententiarũ scribunt do ctores. Præsidentes ergo & iudices seu officiati, non debẽt in suis officijs propria & priua ta commoda, sed cõmune quęrere bonum, gñalem uidelicet utilitatem & pacem, ut subdi ti ducant uitam prosperã & tranquillam, nec unus alteri iniurietur, sed inter omnes iusti tia conseruetur. Nec debẽt se super alios superbe extollere, imò seruos subditorum magis quàm dominos reputare, præsertim cum & summus totius ecclesię pontifex ac pręlatus,
Deut. 17. uidelicet dñs Papa, in literis suis seruum seruorũ dei se uocet. Hinc deus per Moysen iussit
Eccl. 32. Ne eleuetur cor regis in superbiam sup fratres. i. subditos suos. In Ecclesiastico quoq; scri ptum est: Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis quasi unus ex ipsis, curam illorũ habe, & sic considera. Præterea præsidentes & officiati prędicti, nequaquã debent aliquẽ subditorum per potentiã opprimere, neq; iniuste cõtristare siue affligere, nec spoliare aut seruitute iniusta grauare, sed charitatiue, pie atq; humiliter ad subditos se habere. Instru endi sunt etiam, q̃ eo ipso quo alijs præsunt, eosq; iudicare habent, tenentur præ cæteris esse iusti, honesti, discreti & exẽplares, ita ut iudicando seruent omnino iustitiam: nec pro pter consanguinitatẽ, nec propter carnalem amorem aut odium, nec ex timore humano, neq; ex cupiditate aut propter munera, à ueritate & æquitate in iudicando declinent, sed omnibus rectũ iudicium faciant. Iudicare nanq; est actus iustitię tanquã uirtutis inclinan tis ad recte iudicandum, & est actus prudentiæ dirigentis intellectũ ad iudicandum uera citer. Idcirco iustitia & prudentia ptinent ualde ad præsidentes ac iudices, qui debẽt aua-
Deut. 16. ritiam fugere & munera abhorrere, quia ut Moyses ait: Munera excæcant oculos sapien tum, & mutant uerba iustorũ. Insuper instruendi sunt isti, ut uiuendo sint uirtuosi, quia ut sancti patres Ambrosius atq; Chrysostomus dicunt: Qui in magnis peccatis sunt, iudica re sine peccato non possunt de peccatis minoribus: imò qui in aliquo peccato magno est, iudicare sine peccato non potest aliũ de eodem peccato, nisi forte iudicãdi necessitas immi neret, & se emendare proponeret. Postremo, qui alijs præsunt & iudices sunt, debent pręcæteris esse timorati, & diuinũ formidare iudicium, quum sint à deo rigorosius examinan
Sap. 6. di atq; districtius iudicandi, quemadmodũ in libro Sapientiæ asseritur: Iudicium durissi mum in his qui præsunt, fiet. Curatus ergo in confessione interroget sapienter p̃fatas per sonas, an in præsidendo seu in iudicando se secundum iam tactam formam habuerint. Et

si iniusto iudicio alicui damnum intulerint, ad restitutionem tenetur. Nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Articulus XXXVII. Quomodo parochiani habere se debent circa curatum suum, ei reuerentiam & obedientiam imponẽdo, oblationes quoq; ac decimas persoluendo.

SIcut carnales parentes, ita spirituales patres curati & eorũ uicarij sunt à subditis cordialiter diligendi, præcipue honorandi, & obedienter audiendi, tãquam custodes & pastores animarum ipsorum, & tanquam magistri in spiritualibus rebus, & tanquam solicitã curam habentes de ipsorũ salute. Sunt etenim curati siue pastores inter deum & suos parochianos mediatores, & orando ac celebrãdo, docendo ac sacramenta ministrando sunt procuratores salutis gregis sibi commissi, quẽ & quotidie deo reconciliare conãtur. Ideo dicit Apostolus: Obedite præpositis uestris & subiacete illis. Ipsi em̃ puigilant quasi rationem pro animabus uẽis reddituri. Et rursus: Rogamus uos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos, & pręsunt uobis in dño, & monent uos, ut habeatis illos abundãtius in charitate: & propter opus illorũ pacẽ habete cũ illis. Deniq;, Chr̃s in euãgelio ait uicarijs suis aliorũ prælatis: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spnit. Itaq; parochiani increpationes, prædicationes curati sui seu eius uicarij diligenter aduertant, memoriter teneant, humiliter impleant, atq; præceptis illius prompte obediant: corde, ore & ope ipsum honorent, eum tanquã dei uicarium reuerendo, reuerenter alloquendo, & signa reuerentię interioris foras demonstrando, uidelicet assurgendo, inclinãdo, seu caput denudando. Hoc quippe est uirtuosum, iustum & meritorium ualde. Nec proni sint ad iudicãdum temerarie prælatum suũ: imò quantum fieri potest, facta eius interpretẽtur in melius. Qđ si manifeste uitiosus extiterit, tamẽ inquantũ sacerdos & pręlatus seu dei uicarius, honorãdus est propter deũ. Propterea parochiani decimas soluere obligant de necessitate pcepti, q̃d præceptũ est partim de iure naturali, partim ex institutione diuina seu ordinatione ecclesiæ. Naturalis aũt ratio dictat, ut hi q pro cõmuni bono dei obseqo mancipati sunt, & spiritualia populo exhibent, necessaria uitæ à plebe accipiant. Sed determinatio decimæ partim in ueteri lege facta est ex institutione diuina, in nouo autẽ testamento ex ordinatione ecclesiæ. Instruendi sunt ergo parochiani, ut prompte, deuote ac libẽtissime decimas soluant: aliàs saluari non possunt, imò tanquam sacrilegi condẽnantur, quoniam rem ministris ecclesiæ debitam sibi reseruãt. Secundo, quia multiplex & copiosa est remuneratio eorũ qui decimas fideliter soluunt, & Raymũdus & alij quadruplicẽ ponunt remunerationẽ eorum. Prima est abundantia fructuum. unde p Malachiam prophetã deus promisit filijs Israel, q͂ multiplicaret fruct⁹ terræ, & copiose faceret fructificare semina terræ, si ipsi fideliter psoluerent decimas. Secunda remuneratio est sanitas corporalis. Tertia uero est indulgẽtia pc̃õrum. Quarta, beatitudo & gloria regni cœlorum. Eorũ aũt qui decimas non psoluunt, est punitio quadruplex per contrarium sumpta, seu prætactæ remunerationi opposita, utputa temporalis penuria, terrę sterilitas totalis ac partialis, item corporalis infirmitas, peccatorum retentio atq; æterna damnatio. Hinc loquitur Augustinus: Hæc est dñi dei iustissima consuetudo, ut si tu illi decimam nõ dederis, tu ad decimam reuocaberis. i. dęmonibus qui sunt decima pars angelorum, sociaberis. Dabis enim impio militi, quod dare non uis sacerdoti. Iterum ait: Si decimam dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis & animæ consequeris: quoniam decimas dando, cœlestia & terrena poteris præmia promereri. Vnde qui decimas dare non uolunt, res alienas inuadunt: & dominus qui dignatus est totum dare, decimas à nobis dignatur suscipe. Deniq;, super illud Malachiæ, In fame & penuria maledicti estis, uidelicet quia decimas & primitias non soluistis, scribit Hieronymus, loquens in persona dei: Dum parua subtrahitis, ubertatem possessionum uestrarum (id est, totam frugum abũdantiam) perdidistis. Sciatis uos ideo perdidisse abundantiam, quia priuastis me parte mea. Moneo ergo ut reddatis mihi mea, ego restituam uobis uestra. Itaque Augustino teste: Qui decimas non persoluunt, duplici benedictione se priuant, utputa terrenis pręsentibus, ac bonis spiritualibus interioribus, præsentibus & futuris. Rursus asserit Augustinus: Maiores nostri ideo copijs omnibus abundabant, quoniam decimas deo dabant: modo autẽ qa discessit deuotio fidei, accessit extorsio fisci, id est, extorsio facta per fiscum. Et quia nõ uolumus cum deo partiri decimas, hoc tollit fiscus quod nõ accipit Chr̃s. Hinc in Prouerbijs Salomon exhortatur: Honora dñm de tua substantia, & de primitijs frugũ tuarũ. Sed & in

Hebr. 13. 1 Thess. 5. Luc. 10. Mala. 3. Malach. 3. Prouer. 3.

Eccl.7. Ecclesiastico dicit: In tota aīa tua time deū, & sacerdotes illi' sanctifica, da illis sicut pręceptum est tibi. Deniq; sicut quædā sunt opera tam uitiosa, ut eorꝫ punitio in uita hac inchoetur, & in futuro ppetuetur, sic quædam sunt opera deo tam placita, ut eorū remuneratio incipiat in præsenti, & in regno compleatur cœlesti, sicut sunt opera misericordiæ, psolutio decimarꝫ & oblationum. Vnde non solum decimæ, sed oblationes quoq; fideliter sunt psoluendæ. & ut ait Raymundus: Oblationes quę fiunt ecclesiis parochialibus, dādę sunt sacerdoti parochiali tantū: quoniā pro peccato offeruntur, & ille tenetur ex officio orare pro populo. Præterea, prout Raymundus, Thomas, Ganfredus, Iohannes & aliꝫ dicunt: Quamuis oblationes solebāt esse spontaneæ, potest tamen contingere ꝙ aliqui tenētur ad Casus 4. qb. ad oblatiões obligamur oblationes quadruplici ratione: Primo ex præcedenti cōuentione, ut dum alicui conceditur aliquis fundus ecclesię, ut certis tēporibus certas faciat oblationes, quod tamen habet rationem census. secūdo, propter præcedentē deputationem uel promissionem, sicut quū aliquis offert donationem inter uiuos, uel in testamento relinquit ecclesiæ aliquā rem mobilem siue immobilē in posterꝫ persoluendam. tertio, propter necessitatē ecclesiæ, ut si ministri ecclesiæ non habent necessaria uitæ. Quarto, propter cōsuetudinem. Tenent enim fideles in quibusdā solennitatibus ad aliquas oblationes. Veritamē in his duobus ultimis casibus remanet oblatio quodāmodo uoluntaria, uidelicet quoad quātitatem uel speciem rei oblatæ. Asserunt quoq; Gāfredus ac Raymūdus, ꝙ existente cōsuetudine tali, possunt parochiani cogi ad obseruantiam eius, non à parochiali presbytero, sed ab episcopo, cuius suffragiū est in talibus implorādum. Idem sanctus Thomas affirmat. Hostiensis quoq; testatur, ꝙ parochiani offerre tenētur & cogi possunt ad hoc, cum sit gnālis cōsuetudo in tota ecclesia. Deniq; in Decreto habetur de consecr. distinct. I. & sunt uerba Gregorij septimi: Omnis Chrīanus procuret ad Missarꝫ solennia aliquid deo offerre, & ad memoriam reducere quod deus per Moysen dixit: Non apparebis in cōspectu meo uacuus. In collectis Exodi.23.34 sanctorꝫ patrum liquide apparet, ꝙ omēs Christiani offerre deo aliquid ex usu sanctorum debent. Ad deū enim est primo cōfugiendum, quia animarꝫ nostrarū potest passiones curare. Veruntamē Raymundus & aliꝫ multi intelligūt istud de oblatione interiori seu operum bonorꝫ exhibitione, sed Hugo intelligit de oblatione exteriori & quotidiana, & hoc potest teneri. Sed tunc uerbū illud Gregorij septimi est consiliū, non præceptū. Decet nāq; & salubre atq; consultū est, ut fideles quibus adest facultas, quotidie aliqd offerāt ad altare tempore Missæ. Nec depauperabitur aliquis inde, sed corporaliter spūaliterq; ditabitur. Hæc omnia curatus parochianis suis insinuare irreprehensibiliter potest, imò & obligatur, ne ipsi hoc negligendo damnationē incurrant, & pastor eorum simul cum ipsis damnetur. Hæc igitur prædicet eis & dicat, ꝙ nō commodi sui intuitu, sed principaliter propter eorꝫ salutem hęc eis loquatur. Si autem psonaliter dicere hæc erubescit, disponat ut dicatur ab aliꝫs seu per alios.

Articulus XXXVIII. Exhortatio subditorꝫ ad confitendū synceriter ac frequēter.

PRotestante sancto Hieronymo, Pœnitentia seu cōfessio est secūda tabula post naufragium. Baptismus quippe est prima tabula post naufragium. i. peccatum uel originale uel actuale. Quoniā ergo per mortale peccatum charitatem ac gratiā perdimus, in mari hoc magno. i. seculo nequā & in fluctibus & inquietudinibus ipsi-Psal 103 us demergimur, à Christo & corpore ei' mystico separamur, diabolo incorporamur, ęternam damnationē meremur, hinc saluberrimū est multoties ex intima cōtritione & feruore confiteri. Omnia nanq; (ut ait scriptura) in confessione lauant, atq; ut ait Gregorius: Peccatum quod p pœnitentiam non diluitur, mox suo pōdere ad aliud trahit. Deniq; cū peccata ineffabiliter noceant hois aīæ, uires eius grauando, uulnerando, debilitando, ipsam'q; animā deo dissimilem, odibilem, damnabilē atq; diaboli adulteram faciendo, hinc summe nociuum ac piculosissimum est in peccatis durare. Idcirco uenenum illud peccati prauissimū, statim p confessionem est euomendū, & animæ uulnus curādum. Porro inter doctores difficultas & quæstio est, An quilibet Chrīanus dum sibi de mortali peccato est cōscius, teneatur mox confiteri dū habere poterit confessorem. Et dicūt quidam ꝙ imò, qd etiā Gulielmus Parisiensis in libro suo de pœnitentia multipliciter affirmat & probat. Cū autem obijcitur ꝙ Innocentius Papa in generali præcepit concilio, ut unusquisq; fideliū cōfiteat semel in anno, dicunt ꝙ hoc sufficit, quando non occurrit specialis ratio sæpius confitendi. Et illam dicunt occurrere, quoties quis mortaliter peccat. Aliꝫ autē doctores dicūt oppositum, asserentes sufficere ad salutem, ut dum quis sibi conscius est de mortali pecca-

to,

to mox corã deo uere pœniteat,& tpe opportuno,uidelicet ecclesię determinato, cõfiteri ppõnat,aliqbus tñ casib.demptis,in qbus ultra semel cõfiteri præceptũ est,ut si qs esset iturus ad bellũ,aut nauigaturus per mare,aut in letali ægritudine constitutus,aut sacramentũ aliq̃d accepturus.Verũtamen oĩes doctores & sancti concorditer asserunt, ꝙ maxime expediat cõfiteri frequenter.Primo,quia in sacramentali cõfessione plura cõcurrũt, quæ ad delenda peccata coopantur & prosunt,puta potestas clauium,oratio confessoris, pudor & humilitas confitentis,atq; contritio eius.Ipsum quoq; cõfessionis sacramentum gratiã continet ac largitur,& uirtute ipsius sępe contingit,ut de attritione fiat cõtritio,ita ꝙ cõfitens qui sine sufficienti dolore ad confitendũ accessit,in ipsa sua confessione ueꝝ dolorem seu contritionem salubrẽ deo præstãte corripiat.Secũdo,ex hoc ꝙ homo tam raro confitetur,obliuiscit magna ex parte sua peccata,nec ponderat ea,nec reputat sicut oportet,sed induratur,ac spiritualiter insensibilis redditur.Instruendi sunt ergo subditi,ut circa præcipua festa confiteantur,præsertim circa Pascha & Pentecosten, Assumptionis Mariæ & Omnium sanctoꝝ,in Aduẽtu quoq; & circa natalem Christi, principiumq; Ieiunij. Insuper doceant quæ sint peccata mortalia,quæ uenialia:& antequã ad confitendum accedant,ad locum secretum se collocantes,diligẽter peccata sua recogitent, recordent,perpendant:& quid boni amiserint,& qd mali commiserint mente reuoluãt, ac deum precentur,ut omnia ad memoriã eis dignetur reducere,ueramq; contritionem tribuat & cõfessionem salutarem,atq; emendationem in omnibus stabilem, satisfactionem idoneam. Deinde ad confitendum accedãt corde contrito & humili cum reuerentia condecenti,& confessori quasi deo loquãtur:uniuersaq; uitia sua plane, distincte & integre cũ interno pudore confiteãtur,coram deo de turpitudine uitioꝝ suorum erubescendo,se in oĩbus humiliter accusando,cũ firmo plenæ emendationis proposito.Ea q̃q; quæ aggrauãt culpã,sunt exprimẽda,ut si peccauit sic uel sic,festiuis diebus,locis sacratis,aut in Quadragesima seu Aduẽtu,& cum qbus qualibusq; psonis:item, q̃ sæpe,ex quali & quanto feruore,& an ex passione uel habitu uitioso,an ex concupiscẽtia uel deliberatione atq; pposito, an seipsum prouocauit ad peccandũ,& an alias psonas ad peccandũ induxit,an alioꝝ peccatis cõsensit,seu aliq̃ modo cõicauit,& de suis se peccatis iactauit,& de excessibus suis sit elatus. Hęc & multa similia sunt in confessione dicẽda. Pœnitẽtia q̃q; quę iniũgitur, est fideliter adimplenda,& post pœnitentiã est à recidiuo cauendũ.Nam & pœnitẽtia,quã quis facit in mortali pctõ scienter existẽs,non accepta à deo,sed recupanda est scdm doctores. Postremo, sicut malũ culpę(puta pctm̃)est incõparabiliter peiꝰ & detestabiliꝰ oĩi dãno atq; incõmodo,saltẽ scdm supiorẽ aĩæ partẽ.s.rationẽ & uoluntatẽ,ita q̃q; homo plus detestet, abhorreat,odiat malũ culpę,q̃ q̃dcunq; aliud malũ. Nõ tñ oportet ut de malo culpę sit maximus dolor sensibilis.Nã ut ait Hieronymus,dolor interior seu cõtritio pportionari debet peccato,ut quãto pctã fuerint grauiora & plura ac freq̃ẽtius iterata,tãto sit intensior dolor siue contritio cordis. Sũme nanq; dolere debet pctõr, ꝙ deũ bonitatis,maiestatis ac sanctitatis immẽsæ,à quo oĩe bonũ profluxit,toties & tã grauiter,tã impudẽter ac turpiter inhonorauit, eiusq; bñficijs tam ingratissimus fuit.

Frequenter cõfiteri utile esse.

Circa q̃ tpa pcipue confitendum

Hieronymus.

Articulus XXXIX. Qualiter habere se debet cõfessor circa confitentes,in audiendo,instruendo,interrogando & absoluendo.

CVm peccata(pręsertim carnalia)sint quędam animarum uenena, sic se habeat in audiendo confitentes cõfessor,ne inficiatur peccatis quæ audit,ne audiẽdo carnalia atq; turpissima carnaliter titilletur,ne sensualiter afficiatur, ne delectatione aut complacentia carnea alliciatur.Ideo in locis secretis & tenebrosis non est audienda confessio,sed in loco patẽti:nec confitentis(præsertim mulieris)confessor aspiciat uultum.Insup mentem suã confessor figat in domino & in timore diuino, metuendũq; dei iudicium & infernale suppliciũ corde reuoluat,ac altissimũ oĩa indesinenter supclarissime intuentem aduertat: sicq; ab omni sordenti cogitatu & prauo affectu deo agente præseruet seipsum,& cõfitẽtibus interno compatiatur pietatis ac charitatis affectũ,ac sup diuinę maiestatis inhonorationibꝰ & offensis syncero doleat zelo.Sed & in ipsa confessionis auditione cordialiter deũ pro cõfitentibus deprecet,ut deus oĩpotens & benignus ob suam pietatem immensam illis ignoscat:ueram contritionem,satisfactionẽ,illuminationẽ largiri,atq; deinceps à peccatis præseruare illos dignet.Pręterea,cũ confessor sit confitentiũ spũalis pater ac medicus,utpute dei uicarius,uulnerumq; animę.i.uitioꝝ curator,hinc audiendo confessiones debet pijssimi pr̃is ac prouidi medici affectũ assumere,& cõtra confitent

fitentes non amaricari aut indignari, nec impatienter aut turbulẽter audire: sed quo illorum enormiora sunt scelera, eo instar indulgẽtissimi patris cordialius compati, & tanquã prudentissimus medicus uulnera animæ solertius prouidere. Cumq; in ipsa cõfessione uiderit opportunum, instruat confitentẽ quod ipsa cõfessio debeat esse pura & integra, quod in ea omnia auferãtur peccata, quod nec aliqd sic uincat, sic deijciat, sic affligat diabolũ, ut uera & plena cõfessio. Hortetur itaq; confitentẽ, ut audacter & integerrime cõfiteatur: dicatq; Ecce quod in confessione scio, minus scio q̃ quod non scio: sed & ego peccator sum fragilis, sicut & tu: atq; adhuc peccarẽ præ cæteris, nisi deus me conseruaret. nil ergo cela à me. Nec putes quod propter peccata talia contẽnam te: imò quo te purius & integralius confiteri perpẽdo, eo magis te amo ac reputo, quia ex hoc te à spũsancto tangi & illustrari amplius sentio. Melius quoq; incõparabiliter tibi est, ut hic in confessionis secreto peccata tua detegas mihi, q̃ ut in iudicio tuo particulari tẽpore mortis tuæ, & in die uniuersalis iudicij corã deo & sanctis eius tibi à dęmonibus obijciantur, ad confusionẽ tuam immensam & dãnationem ęternam. At uero cum confessoris officium sit, uenena diaboli uniuersa de cordis fundo educere, postquã confessor audierit confitentẽ, adiuuet eum, dicendo: Attende quomodo p sensus tuos exteriores peccasti, uidendo, audiẽdo, tangendo, gustando, olfaciẽdo: itẽ per sensus interiores, & p intellectum & uoluntatẽ, consentiẽdo illicitis & praue optãdo, atq; creata caduca inordinate amãdo: uana quoq; & uilia, imò turpissima deo gloriosissimo & immenso iniustissime ac stolidissime pręferendo. Attẽde qualiter quotidie peccasti & peccas in cibo, potu, somno & uestibus, nõ tantũ necessitatem, sed uoluptatẽ, uanitatem & superfluitatem in talibus intẽdendo & amplectendo. Item, qualiter dei & ecclesiæ ac pręlati tui obseruasti præcepta, qualiter tẽpus tuum quotidie inutiliter expẽdis & perdis, quot bona quotidie negligis & omittis, q̃ negligenter opus dei persoluis, q̃ irreuenter & intimorate coram deo te iugiter habes. Deinde p singula peccata mortalia interroget confitentem, & qualiter in eis excesserit cogitatione, affectione, uerbo & facto: & an alios ad peccandum induxit, aut ptrahere concupiuit: an etiã sacramenta ecclesiæ in debito honore habuerit, & an tempore Missæ seu diuini officij uitiose se habuit, circunspiciendo, appetendo seu alio modo. Itẽ, quomodo in uerbis excessit, otiosa, detractoria, pungitiua aut mendosa loquendo, uel libẽter audiẽdo: an iniusta habeat bona, an integre proponat iam de cætero oia peccata uitare, satisfacere, seq; de omnibus emendare. Deniq; cũ confessor sit cõfitentium iudex, debet eos instruere quę peccata eorum mortalia, & quæ uenialia sint. Cũq; plenarie ipsos audierit, debet eis cum discretione & seriosa pietate, in ordinatoq; serio insinuare, q̃ grauiter multipliciterq; peccauerint, quàm ingrati deo fuerint, quantũ etiã deo pijssimo regratiari teneãtur, qui eis tam diu pepcit, & gratiam confitendi concessit. Veruntamen confessor perpẽdere debet confitentis capacitatẽ, & prout uiderit eum esse dispositum ad sustinendum increpationes, secundum hoc redarguat eum, non tamen immoderanter, imò finaliter eum consoletur, & ad satisfaciẽdum hortetur, atq; pœnitentiã ei imponat, quam uiderit eum uelle seu posse portare, iuxta exigentiã culpæ ipsius. Admoneat etiam eum, ut pœnitẽtiam psoluat fideliter, ut à recidiuo abstineat. Est quoq; confitens instruendus, ne in confitendo alterius detegat culpam: nec personã cum qua peccauit exprimat, quãtum uitare potest. Coniugatos uero confessor examinet, quomodo circa copulam carnalem se habuerint, iuxta doctrinam prius trigesimotertio articulo introductã. Et an lasciuis blanditijs, osculis, tactibus seu alio indecenti innaturali'ue modo adinuicem peccauerunt. Postremo, confessor in confitẽtibus diligenter perpẽdat ætatem, gradũ, ordinem, scientiã, autoritatem, prælationẽ atq; similia, ex quibus grauiora reddũtur peccata. sũma autẽ discretio, circunspectio ac diligentia confessori sunt necessarię. Ideo deũ pro omnibus uirtutib' sibi necessarijs instanter, ardenter atq; fideliter deprecetur.

Articulus XL. Quid sit pctũm, & qñ est pctũm mortale, & qñ ueniale.

Peccatũ qd sit. Augustinus

IVxta Ambrosium, pctm̃ est transgressio legis diuinæ & cœlestium inobediẽtia mandatorum. Porro secundum Augustinum, pctm̃ est concupitũ, dictum uel factũ contra legem diuinã. In omni autem pctõ sunt duo: Vnũ est quasi formale, uidelicet auersio mentis à deo: & ratione huius debetur pœna damni, uidelicet carentia beatificæ uisionis. Aliud est quasi materiale, utputa conuersio mentis ad bona creata, caduca & uana: & ratione huius debetur peccato pœna sensus, seu cruciatus incẽdij infernalis. Sed oĩa ista de mortali intelligũtur pctõ. In omni quippe mortali pctõ, pctõr pręfert creaturã creatori, & in re creata ultimum sibi finem constituit, plus inhærendo bonis creatis, uariabili

bus

bus & caducis, quàm summo & incommutabili bono, per quod quodammodo infinitam contumeliam exhibet deo. Veniale autem peccatum non est talis & tantus recessus à deo, sed aliqualis inordinatio & diuertentia à rectitudine æquitatis atque uirtutis, inhærēdo creaturæ magis quàm decet, tamē citra deum. Denique, peccata quæ ex genere suo mortalia sunt, interdum sunt uenialia, quia ex subreptione & fragilitate improuise eueniūt, uel propter actus aut operis paruitatem, ut si quis furetur alicui unum pomum, & putat hoc non multum esse contra uolūtatem domini pomi. Rursus, uenialia ex genere possunt esse mortalia, si ex complacētia aut delectatione nimia inordinata nascuntur. Itaque sicut anima rationalis à deo creata est, ita ad ipsum debet esse conuersa, præcipue per syncerum amorem, & oīa alia ordinare ad deum, nec ea appetere nisi inquantū sibi utilia aut necessaria sunt ad hoc, quòd deo uiuat, ministret, inhæreat. Præterea quum ueniale peccatum sit dispositio ad mortale, qui non est solicitus uenialia uitare peccata, in mortalia cito dilabitur, dicēte scriptura: Qui spernit modica, paulatim decidit: id est, qui uenialia peccata uitare contemnit, successiue grām dei amittit, & in mortalia ruit. Eccli. 19.

Articulus XLI. Qualiter habere se debet peccator confitendo peccata mortalia.

CVm omnium uitiorum origo atque regina existat superbia, quanto quis superbior fuerit, tanto in plura ac grauiora ruit peccata. Nēpe cū aliquis, magnus est in oculis suis, faciliter despicit alios, & iniuriā etiā modicam sibi illatā reputat magnam, sicque irascitur, indignat, impatiens redditur, & rancorē concipit contra iniuriantē. Itaque circa supbiam poenitens sic procedat in confitendo: Do me culpabilē quod fui superbus corde, magna de me sentiendo, laudem, honorē & excellētiam appetēdo, de donis & beneficiis dei in meipso, non in deo gloriando, quasi à meipso talia habuissem. Item, putando me habere bona, quæ forsan in meipso non habeo, scilicet sapientiam & uirtutes, uel intantū ea non habui ut putaui. Aliis quoque me meliorē, sapiētiorem aut perfectiorem reputaui: & sic habui in meipso uanam complacētiam, ineptam lætitiā & falsam æstimationē: de bonis fortunę & de donis naturę, uidelicet de diuitiis, de nobilitate, psapię, de multitudine & potentia cognatorum & amicorum, de subtilitate ingenii, de scientia superbiui. Item de spiritualibus donis, reputando me deuotum, feruētem, uirtuosum, & in his aliis eminentiorem. Alios temerarie despexi, derisi, & propter prædicta bona eis me prętuli. Fui quoque superbus in uerbis, uerba præsumptionis atque iactantię proferendo, meipsum explicite seu implicite commendando, alios despectorie alloquendo, stultos uocādo, propriam scientiam ostentādo, de altis rebus libenter loquendo coram aliis, ut doctus & sapiens reputarer. Fui demū superbus in factis, curiosus, iniuriosus, contumeliosus, supioribus meis rebellis. Peccata mea excusaui, defendi, zelaui. Increpantibus & informantibus me fui ingratus, durus, molestus. Cum pompa incessi, tumorem cordis uisu & aliis signis monstraui, uestibus cultus fui, & ut placerem hominibus me ornaui, pauperes spreui, cum inferioribus ire contempsi. Quum me laudari cognoui seu audiui, statim inaniter delectabar ac tumui, quamuis etiam false laudabar: ac pluribus modis quàm dicere ualeo, fui superb⁹, uanus atque inutilis. Præterea inuidus fui, de aliorum prosperitate aut de bonis tristando, de aliorum aduersitatibus exultando, eis male optando, ipsis detrahendo, eos cum auersione & nausea aspiciēdo, de ipsis cum praua affectione cogitādo. Insuper peccaui per iram, sine rationabili causa irascendo, pro parua offensa magnam ultionem inferēdo, uel inferre optando, aut inferri procurando, & nimis immoderanter me commouēdo, ita quòd ratio totaliter excæcabatur: & instar bruti ac fatui me habendo, & signa perturbationis foris ostendi, atque per hoc alios scandalizando ac prouocando, imò & spiritūsanctum de cordis mei habitaculo expuli. sed & contra irrationabilia ac inanimatā, & contra superiores meos commotus fui, furore & impatientia plenus sæpissime extiti, atque ex commotione iræ in diuersa uitia lapsus sum, iurando & periurando, mentiendo, murmurando, de deo uel sanctis irreuerenter loquendo, aliis nocendo, secreta reuelando, peruertendo aut ea quę in fide quasi sub titulo confessionis accepi aperiēdo, quod est mortale peccatum, nisi propter commune bonum aperiri talia oporteret. Amplius peccaui per auaritiam, terrena immoderanter optando, colligendo, seruando. Vnde plus quàm mihi necesse est aut utile, & ad deum ac ueram salutem, & filiis filiabusque meis temporalia appetendo, aut congregando uel reseruando plus quàm eorum conditioni aut statui congruit. Ex auaritia quoque multa uitia incidi, scilicet dolos, furta, periuria, mendacia, uiolentias & rapinas, in emendo

Modus cōfitēdi pctā superbiæ.

Inuidia.

Ira.

Auaritia.

& uendendo alios defraudando, male & tarde persolui. Indigentibus mutuare negaui, nec operibus misericordiæ deditus fui, aliorum bona optaui, ludos illicitos & lucrosos exercui. Ecclesiastica bona seu beneficia, quum essem eis indignus propter pessimam uitam meam, desideraui, impetraui, iniuste tenui, male carnaliter'que consumpsi. Aliis ablata de male acquisitis non restitui, aut in pios usus non uerti. Adhuc etiam peccaui per acediam, quia ad cultum dei & spiritualia opera piger fui: & ea quæ feci in talibus, cum tædio & irreuerentia feci, sine diligentia & affectu ad deum. Pœnitentias mihi iniunctas aut non, aut imperfecte & absque contritione persolui. Missas & alia diuina officia quum mihi satis uacaret, non audiui, præsertim festiuis diebus iuxta præceptum ecclesiæ, & illis horis intentus fui ludis & trufis uariis'que peccatis. Valde diu mansi in lecto, ac per hoc diuina neglexi. Tempus mihi indultum infructuose & uitiose expendi. Peccaui quoque grauiter & frequenter nimis per gulam, cibum & potum superflue accipiendo, & horam comedendi ac potandi præueniendo, nimis diu in mensa sedendo, pretiosa & delicata sumendo: delectationem in cibis & potibus, non solum necessitatem naturæ quærendo: post prandium aut cœnam potationibus insistendo, uana, inutilia atque illicita uerba tempore comestionis & potationis loquendo, & per inanem lætitiam animum relaxando, & per crapulam ad opera bona ineptum me feci, somnolentiam incidi etiam in diuinis, ad uitia carnis me prouocaui. Corpus animam'que destruxi, & tempus miserabiliter consumpsi. Postremo, per luxuriam peccaui cogitatione immunda, affectione venerea & lasciua, uerbis scurrilibus, procatoriis, libidinosis, fallacibus, osculis, tactibus & aliis blandimentis carneis & meretriciis gestibus. Opere quoque in hoc peccato excessi, uel simplici fornicatione, quæ est soluti cum soluta: uel meretricio, id'que dupliciter, scilicet cum publice uenali peccando, & uagam luxuriam cum diuersis sectando: uel adulterio, quo coniugalis thorus uiolatur. Et interdum est adulterium ex parte unius tantum, interdum ex parte amborum. Vel stupro, uirginem uiolando: uel sacrilegio, cum persona in sacris ordinibus constituta aut religiosa peccando: uel incestu, cum persona consanguinea seu affini aut legali cognatione propinqua me commiscendo: aut cum coniuge modo prohibito coeundo, sicut trigesimo tertio articulo tactum est: uel peccato contra naturam, quod fit pluribus modis, ut alibi legitur. Item non solum in uitiosam carnis copulam, sed & in ipsam Veneream delectationem consensi, quorum utrunque mortale est. Cogitando quoque, palpando, aspiciendo, loquēdo aut aliis modis in meipso & in aliis personis stimulationem, inflammationem, concupiscentiam carnis aut etiam seminis effusionem lamentabiliter prouocaui. Et dum aliquid tale in corpore meo sensi, non statim à talium causis, uidelicet osculis, tactibus, imaginationibus, aspectibus, confabulationibus me retraxi, sed morose, periculose, insipienter, turpiter immoratus sum talibus. Alias quoque personas ad præfata peccata induxi, & inducere plures optaui quàm potui. Non solum peccaui ex uehementia passionis & fragilitatis, uerum etiam ex proposito, ex habitu uitioso, ex certa scientia, & substantiam meam taliter deuoraui. Sicque leuis fui & procax in uerbis, petulans ac lasciuus in oculis, inquietus in membris, mente inconstans. Sed et prætacta peccaui temporibus sacris et festis, et in Quadragesima et Aduentu, sextis feriis atque dominicis, quando specialiter à talibus est cauendum, & cito post quam in Pascha communicaui, & antequam pœnitentiam mihi iniunctam compleui. Perpetratis quoque peccatis, non statim pœnitui, sed me de ipsis iactaui: & tempore Missæ ac diuini officii in ipsa ecclesia fœminas libidinose aspexi & concupiui, earumque aspectibus me obieci ut ab eis appeterer, ibique eis arrisi. Et si attendi me ab ipsis aspici, gloriabar: sic'que meam & aliorum animas interfeci, & infinitis fœditatibus ac peccatis ego uilissimus sum pollutus. Denique ista quasi pro exemplo & speculo scripsi, non quòd aliquis debeat se de istis in confessione accusare, nisi in quantum sibi de eis est conscius. Nam quamuis piarum mentium sit ibi timere culpam ubi non est culpa, secundum Gregorium, non tamen debet quispiam affirmare se reum, nisi in his de quibus conscientiam habet. Qui enim asserit se fecisse quod non fecit, si ante peccator nō fuit, tamen mentiendo peccator efficitur, secundum Augustinum. Veruntamen quamuis hoc ita sit, tamen in his in quibus dubitat homo an in eis culpabilis sit, debet se habere quasi culpabilis extet, exponendo se paratum ad pœnitentiā seu satisfactionem, ac si in eis peccasset. Hoc namq; magis securum est.

Acedia.

Gula.

Luxuria.

Articulus XLII. Qualiter curatus seu eius uicarius habere se debeat circa graviter infirmantes, dum cito morituri putantur.

Cum maius & irrecuperabilius extat periculũ, maior cautela atq; custodia necessariæ sunt. Ideo animarũ curam habens, dum pcipit aliquẽ gregis sibi commissi letaliter infirmari, paratissimus esse debet transire absq; mora ad illũ, atq; hortari eundem ut oĩa sua bene disponat: & testamento pacto, alia omnia à cogitationibus suis remoueat, ac se totũ ad deũ conuertat, de peccatis suis postulet ueniã, confessionemq; puram ac integram faciat, & sua nouissima meditetur. Tunc inuocet deum ne in illa hora extrema ac summa necessitate se deserat, sed in tentatione eum conseruet. Prouideat quoq; ut in agone aliquæ deuotę sibi assint personę, quæ sibi de deo loquantur, & orent pro ipso. De his omnibus curatus seu eius uicarius instruat infirmantem, & ut morte iam imminente legatur, Credo in deum, Passio Christi, si adest qui eam legere ualeat. Et omnes qui assunt, feruenter inuocent deum pro agonizante & moriente. Sint etiam ibi crux benedictaq; aqua: & si uacet curato, aut congrue fieri possit, ualde charitatiuum ac commendabile esset, si pastor apud ouiculam suam hinc emigrãtem personaliter remaneret, egressum suis exhortationibus orationibusq; muniret. In mortis quoq; articulis non solet pœnitentia certa iniungi, nisi sub conditione, ut scilicet si conualuerint, faciãt eam. Postremo, tunc aliquis hortetur agonizantem, ut si potest dicat hæc uerba sequentia, uel si nõ potest ea proferre, aduertat pro posse: Dñe Iesu Christe fili dei, deus & homo, ego indignissimus peccator (aut indignissima peccatrix) gratias tibi ago toto corde pro uniuersis beneficijs tuis, quoniã me creasti & redemisti pretiosissimo sanguine tuo. Confiteor ꝙ tibi nimis ingratus fui, & contra te grauissime innumerabiliterq; peccaui, obsecro pietatem tuã immẽsam, ut misericordissime mihi ignoscas, ne me perire pmittas. Pœnitet me ꝙ peccaui, & doleo ꝙ non magis ac condigne pœniteo. Ideo propter omnia quæ pro mea salute fecisti ac passus es, cõserua & salua me in hac mortis meę hora, ad gloriã summæ trinitatis, Amẽ. Deinde admoneatur moriens ut dicat: Pater, in manus tuas commendo spũm meum. Psalm. 30 Luc. 23.

Articulus XLIII. De exhortatione ad orandum frequenter & deuote, & de expositione orationis dominicæ.

Quàm diu homo est in hac uita mortali, in præsenti exilio, in ualle hac lachrymarum, atq; in loco laqueis ac tẽtationibus pleno, indiget oĩni hora feruide clamare ad deũ, corde humili & fidenti orando, ut deus se protegat, roboret, dirigat, purget, illuminet atq; saluificet. Fragiles nanq; sumus & ad mala pcliues, nec à nobisipsis aliud habemus ꝙ̃ deficere & peccare: infinitis quoq; expositi sumus periculis. Frequenter ergo instruat ac hortetur curatus seu eius uicarius sibi cõmissos, ut oĩni die sæpe & feruide deum exorent, etiam in exterioribus suis occupationib᷒, specialiter legendo orationẽ dominicam. Et quoniã melius est pauca uerba orationis cũ intellectu & attentione proferre, ꝙ̃ multa absq; intelligentia & aduertẽtia, hortandi sunt parochiani idiotæ indocti, ut orationem dominicã discant & legant in lingua materna. Doceat quoq; eos quomodo intelligenda sit oratio dominica .i. à Christo omniũ deo & domino edita & edocta. Et ut hoc promptius facere possit, expositionẽ orationis istius nunc breuiter tangã, prout pro simpliciũ informatione uidetur posse sufficere. Itaq; apud Mattheũ Chr̃s uirtus & sapientia patris ait: Sic autẽ orabitis: PATER NOSTER QVI ES IN COELIS. Per patrem hic intelligenda est trinitas tota adorãda, pater, filius & spũssanctusq; sunt unus deus, un᷒ dominus, unum principiũ, unus rex, creator & pater, qui creauit nos & per gratiam recreauit. Porro dũ deum oĩnipotentem, æternum, altissimũ, trinum & unũ uocamus patrẽ, debemus eius circa nos charitatẽ, pietatem & dignationẽ aduertere, eo ꝙ ipse deus maiestatis & excellentiæ infinitæ, cuius cõparatione totũ uniuersum est uelut pũctum, dignatur à nobis pauperrimis & pusillis pater uocari. Igitur ei grati esse debemus, eiusq; amore succendi, dum ipsum uocamus patrẽ: atq; ut uere ac digne ipsum uocemus patrem, conemur ipsum in omnibus finaliter honorare, & eius præceptis charitatiue iugiter obtemperare, quoniam ipse per Malachiam ait prophetam: Fili᷒ honorat patrem suũ. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et per Isaiam testatur: Populus iste labijs me honorat, cor autẽ ipsius longe est à me. Insuper docuit Christus nos dicere, Pater noster, nõ Pater meus: quatenus dicendo Pater noster, intelligamus nos esse fratres, & fraternaliter ac spũaliter nos mutuo diligamus, atq; pro inuicem exoremus. Nam & ideo in oratione dñica non pro nobis singulariter, sed pro nobis ac alijs gñaliter orare nos docuit Chr̃s, cum hoc sit charita-

Matt. 6. 1. Cor. 8. Mala. 1 Isaie. 29. Matt 15. Marc. 7. Matth. 6 Iacob. 5.

tis ac perfectionis maioris, deoq; magis placitum, & orantibus amplius meritorium. Nam bonum quanto communius, tanto diuinius. Et bonorum omnium particeps est, qui pro omnibus fideliter orat. Deniq; quãuis deus sit in omnibus & ubiq;, specialiter tamen dicit esse in cœlis. i. in sanctis & cœlestibus ciuibus seu beatis, quia in eis excellentius & gloriosius operatur, & eius maiestas in illis clarius repręsentatur atq; relucet: estq; in eis per dona glorię & beatificam uisionē. Dicitur quoq; deus in cœlis esse materialibus, præsertim in cœlo empyreo, quod est habitaculum beatorũ. SANCTIFICETVR NOMEN TVVM. In oratione dominica cõtinentur septem petitiones partiales, quarum prima est ista: Sãctificetur nomen tuum. i. ò pater, optamus ut tua maiestas & dignitas ab oĩbus honoretur & sanctanoscatur, eiq; in sanctitate & iustitia ab uniuersis cum omni puritate ac reuerẽtia seruiatur, & tu ipse ab omnibus lauderis & glorificeris. Porro istud optimo ordine in primo ponit ac oratur loco: quoniam bonorum filiorum est, patris sui (potissime dei patris oĩpotẽtis) primo ac præcipue quęrere, promouere, procurare gloriã & honorem, ita ut ueraciter dicãt: Nõ nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriã. O pater æterne, id presta p gratiam tuam, ut nomẽ tuum sanctificetur ab omnibus. Secunda petitio est: ADVENIAT REGNVM TVVM. i. regnum cœlorum quotidie augeatur per hoc, q animę fideliũ de hoc mũdo, itẽq; de purgatorio transferãtur ad societatẽ ciuium supernorum, sicq; muri cœlestis Ierusalem ędificentur per hoc, quòd angelorum apostatarum ruina ex hominibus reparetur, & nos serui tui ad æternã beatitudinem pducamur. Vel sic, Adueniat regnum tuũ. i. ecclesia militans in qua regnas & habitas, per fidẽ & grãm augeatur ac pficiatur, ita ut fideles merito ac numero crescant. Itaq; adueniat regnum tuum. i. da unionem, pacem ac reformationẽ in uniuersa militanti ecclesia. Tertia petitio est: FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN COELO ET IN TERRA. sicut cœlestes ciues, angeli sancti & omnes beati tibi in cœlo promptissime seruiunt atq; obediunt, sic da ut homines in hoc mundo tuis sint semper obedientes preceptis. Quarta petitio est: PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE. Id est, panem sacramentalem seu desideria pia & deuotionem internam. Itẽ panem spiritualem, uidelicet charitatẽ & gratiã ac bonam opationem, quibus reficitur, roborat, exhilaraturq; anima. Da nobis q̃tidie q̃q; panem lachrymarum, ut desiderio regni cœlestis plangamus, & nr̃a ac aliorum uitia deploremus, atq; ex compassione passionis Christi fleamus. Potest quoq; intelligi de pane materiali. i. cibo & potu corporis competenti, quem à deo postulare debemus, & de mẽsa quasi de manu dei sobrie sumere, sumptoq; cibo grãs deo referre. Quinta petitio est: ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Id est, peccata & supplicia quæ peccãdo meruimus. SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS. i. sicut ignoscim⁹ his q peccauerũt in nos, qbus semp dimittenda est culpa. estq; laudabile. pœnã etiã seu satisfactionẽ ipsis remittere, nisi conseruatio iustitiæ & utilitas reip. aliud exigant, & nisi ipsi ex hoc deteriores reddant, uidelicet audaciores ad iniuriandũ quasi impune peccãtes: qa tunc charitas exigit ut secundũ ordinẽ iustitię puniãtur, & per pœnas à suis flagitijs arceãtur. Itaq; qui alijs nõ ignoscit, hæc dicendo cõtra se orat, nisi in psona ecclesiæ dicat hæc, sicut supius pleni⁹ dictũ est. Sexta petitio est: ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM. i. à tẽtationib⁹ non pmittas nos superari, sed da gratiã resistendi, patientiã sufferẽdi, fortitudinẽ præualẽdi. Septima petitio est: SED LIBERA NOS A MALO. i. ab omni peccato, præterito, præsenti & futuro, & à malis pœnalibus ac aduersitatibus uniuersis, ne obruamur uel ad impatientiã pducamur ab eis, sed oĩa coopentur nobis in bonũ. AMEN. i. fiat, subaudi q̃d petim⁹. Deniq; uirtute hui⁹ orõnis pctã mortalia oblita ac uenialia dimittũtur. Estq; orõ ista præ orõnibus cunctis dignissima & sentẽtiosissima, quia & ipsemet Christus eam composuit. Et cum sit breuis in uerbis, profundissima ac fœcundissima est in sensu. Omnia quoq; quæ à deo petenda sunt, ad septem hęc reducuntur, ac in eis clarissime continentur. Hanc ergo orationem in suo uulgari sermone cum aduertẽtia & feruore laici quotidie legant sæpissime. Qui autem uult deum decenter orare, propriam defectuositatem, fragilitatem & culpam prudenter attendat: dei quoque maiestatem ac pietatem immensam sapienter consideret, ut sic cum ingenti humilitate, reuerentia & feruore altissimum deprecetur, & cum domino deo suo non uaga, sed deuota recollecta'que mente loquatur. Oratio quippe est oranti subsidium, deo sacrificium, angelis gaudium, dæmonibus flagellum. Orans autem non debet tam alte orare, ut alios in orando impediat, nec signa alicuius singularis deuotionis monstrare.

Marginalia (in order): Matt. 6. — Lucae. 2. — Psal. 113. — Matth. 6. — Psal. 50 — Isaiae. 14. — Matt. 6. — Ibidem. — Matth. 6 — Ibidem.

Arti-

Articulus XLIIII. Quō homo iuste se habere debet in emendo & uēdendo.

QVia uix aliquis est curatus, qui in grege sibi commisso non habet quosdam humanis contractibus (scilicet uenditioni & emptioni) intentos aut quotidie aut frequēter aut certe interdum, ut sciat curatus seu eius uicarius qualiter tales in confessione & prædicatione instruere debeat, aliqd de hac materia hic intro duci utile reor. Itaq; primo quæro, an liceat rem carius uendere quàm ualet, & an ad restitutionem teneatur qui hoc fecerit. Ad hoc sanctus Thomas in secūda secundæ quæstione septuagesimaseptima respondit: Fraudē adhibere uerbis aut factis ad hoc, quòd res aliqua plus pretio iusto uēdatur, omnino peccatū est atq; illicitum, quia per hoc homo decipit proximum suum in damnum ipsius. Vnde & Tullius libro de Officijs ait: Tollendum est à rerum contractibus omne mendacium. Si autem fraus desit, tunc de uēditione & emptione loqui possumus dupliciter: Primo secundum se, sicq; emptio atque uenditio introductæ sunt pro communi utilitate uendentis & ementis, dum unus indiget re alterius, & econtra, prout in primo Politicorum scribit Philosophus. Quod autem pro communi utilitate inductum est, non magis debet esse in grauamē unius quàm alterius: sed debet ibi seruari æqualitas, ut utraq; pars seruetur indemnis. Porro ualor rei penes pretium quod pro ea datur, attēditur seu mēsuratur, ad quod etiam numisma inuētum est, ut quinto Ethicorum habetur: idcirco si pretium excedat quātitatem ualoris rei, aut econtra, auferet æqualitas ipsa iustitiæ. Hinc carius uēdere aut uilius emere rem quàm ualet, est secundum se iniustum atq; illicitum: considerata tamen qualitate loci ac tēporis, quoniam aliquid in loco uno unoq; tēpore plus ualet, quàm alio loco & tempore. Secundo possumus loqui de emptione & uēditione, secundum quod per accidēs cedit in utilitatem unius & detrimētum alterius, sicut dum un' multum indiget re aliqua, & alius damnum incurrit si careat ea: & tunc iustum pretium erit non solum iuxta ualorē rei secundum se, sed etiam iuxta damnū quod uenditor ex rei uēditione incurrit: sicq; licite potest aliquid uendi plusq̄ ualet secundum se, non tamē plus quàm habēti ualet. Si aūt emptor multum iuuetur ex re alterius, & uenditor non damnificatur carendo re illa, non debet eam supuendere. i. carius uenderet quia utilitas quæ actori accrescit, non est ex uēdente, sed ex conditione emētis. Nullus autem debet uēdere quod non est suū, quamuis uēdere possit damnum quod patitur. Et idē est, si uēditor multum iuuetur ex re emptoris, & emptor non damnificatur carēdo re sua: quia tunc emptor non debet rem uilius emere seu pro pretio minori q̄ ualet. Idcirco illicite agunt negotiatores diuites, qui à pauperibus emūt pannos aut similia uilius absq; proprio damno, quanquā pauperes pecunia indigentes pro minori dent pretio, cupientes utiq; carius seu quantum res ualet, uendere, si ualerēt. Præterea aduerte quòd secundum leges humanas licet emēdo & uendēdo decipere, dummodo nō ultra dimidiam iusti pretij quantitatē fiat deceptio. Lex enim humana respicit aliū finem q̄ lex diuina, scilicet pacificam hominum conuersationem ad inuicē in hac uita: & datur communi populo, in q̄ multi sunt à uirtute deficientes. Idcirco prohibere nō potest quicquid est contra iustitiam & uirtutem, sed ea quæ impediunt pacificam hominum conuersationē ad inuicem. Alia autem quasi licita habet, non q; ea approbet, sed qm̄ ea non punit, quemadmodū meretriciū & usuras. Si uero ultra dimidiā iusti pretij quantitatē emptor & uenditor se mutuo fallāt, cogit eos ad restitutionem lex humana. Lex autem diuina nil uitiosum definit impunitū. Ideo si in emptione & uēditione nō seruetur æqualitas iustitiæ, tenetur ad restitutionem qui plus habet, ei qui damnū perpessus est, si sit notabile damnum: quod ideo dico, qm̄ iustum pretium rerū non est semp pūctualiter & certitudinaliter determinatū, sed potius in quadam hominum æstimatione existit, ita q; modica additio seu minoratio non uidet tollere æqualitatē iustitiæ. In hoc tamen examinet quilibet conscientiā suam. Secundo quæro, an uenditio sit iniusta propter defectum rei uenditæ. Dicendum q; imò, siue sit defectus secundum naturā seu speciē rei, ut si uendatur aurichalcū pro auro: siue sit defectus secundum quantitatem, ut si qs utatur minori mensura: siue secundū qualitatem, ut si uendatur animal ægrū pro sano. Et quemcunq; horum defectuū uenditor in re sua cognouerit, peccat uendēdo quasi res non sit realiter defectuosa, & ad restitutionem tenet. Si autem ignorat defectū huiusmodi in re sua, non peccat uendendo, quia non intendit decipe: sed postquam cognouerit, obligatur recompensare damnū emptoris. Et quod dictum est de uenditione, etiam de emptione est sciendum. Cōtingit enim interdum, ut uenditor putet rem suam uiliorem esse quàm est, ut si aurum æstimet aurichalcum: & si emptor hoc noscit, te-

Marginalia: Cicero. — Concordit tex. in L. in causæ. ff. de mino. & L. 2. C. de resci. uend. c. cū dilect. extra de emp. & uēd. — Iob 34.

netur insinuare illud uenditori: & si aliter emit, iniuste emit, atque ad restitutionem tenetur. Deniq; mensuras rerum uenaliū oportet esse diuersas in locis diuersis, propter diuersitatē copiæ & inopiæ rerum: quia ubi res magis abundat, consueuerūt esse maiores mensuræ. In eodē tamen loco ad rectores ciuitatis pertinet determinare, quæ sint iustę mensuræ rerū uenalium, pensatis conditionibus locorū & rerū. Ideo has mēsuras publica autoritate uel cōsuetudine institutas præterire non licet, iuxta illud Deuteronomij: Nō habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius minor & maior. Abominatur enim dominus eum qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiā. Tertio quęritur, an uenditor tenetur emptori dicere uitiū rei uenalis. Dicendum quòd imò: quia aliàs daret emptori occasionem damni uel periculi: damnum, scilicet, si propter uitium rei nihil de pretio minuat: periculū, si propter uitium rei usus eius sit impeditus aut noxius, ut si uendat equum tardum pro ueloci, aut domum ruinosam pro forti. Si autem defectus rei sit manifestus, ut si equus sit monoculus, uel usus rei quamuis non sit utilis uenditori, possit tamen alijs utilis esse, & uenditor subtrahit de pretio quantum congruit, tūc non tenetur manifestare defectum seu uitium rei uendendę, quoniam propter defectum illum emptor forsan uellet plus de pretio quàm iustum est subtrahere. Ideo uēditor licite potest indemnitati suæ consulere uitium reticendo. Istud dicunt doctores communiter. Veruntamen mihi uidet, q; etiam tutius atq; salubrius sit uitium rei manifestare: imò hoc mihi necesse uidetur, si emptor ex simplicitate aut inexperientia aut inaduertētia defectum nō aduertat neq; consideret, & si uenditor hoc ꝑpendat. Quarto quæro, an licet negotiando aliquid carius uendere q̄ emptum est. Dicēdum q; ad negotiatores pertinet commutationibus rerū insistere secundum Philosophū primo Politicæ. Porro commutatio duplex est: Vna quasi naturalis & necessaria uitæ humanæ, per quā fit cōmutatio rei ad rem, uel rerū ac denariorum propter uitæ necessitatem: & talis cōmutatio seu uenditio non proprie ꝑtinet ad negotiatores, sed magis ad œconomos uel politicos, qui habent prouidere domui aut ciuitati de necessarijs uitæ. Alia commutatio est denariorū ad denarios, uel quarūcunq; rerum ad denarios, non propter res necessarias uitæ, sed propter lucrum quærendū: & hoc ad negotiatores proprie ꝑtinet, & iuste uituperatur: quoniā quantū est de se, cupiditati deseruit quæ terminum nescit. Sicq; negotiatio ista turpitudinē quandam habet, inquantum nō includit finem necessariū aut honestū. Veruntamē lucrū quod negotiationis finis est, in sua ratione non includit aliquid uitiosum. Ideo lucrū illud potest ordinari ad finem necessariū uel honestū, uidelicet ad proprię ꝑsonę uel domus sustentationē, uel ad succurrendū paupibus, uel ꝑpter bonū cōmune, si ciuitati aut pr̄iæ necessaria desint: sicq; negotiatio licita reddit, dūmodo moderatū lucrū quęrat, & res cari⁹ nō uendat q̄ ualet, & lucrū expetat nō tanq̄ finis, sed q̄si stipendiū laboris. Vnde negotiatio est unū de illis actibus seu officijs, q̄ uix sine pctō fieri queūt, iuxta illud Eccli: Negotiās difficile à pctō exuit. Augustinus q̄q; sup illud in Psal. Qm̄ nō cognoui lr̄aturā, uel negotionē scd̄m aliā translationē, testat: Negotiator auid⁹ acqrendi pro dāno blasphemat, pro ꝑtijs rerū mētitur & piurat: sed hæc uitia hoīs sunt, nō artis, quæ sine his uitijs agi potest. Postremo, q̄d sup Matthæum ait Chrysostom⁹: Quicūq; rem cōparat, ut integrā nō immutatā uēdendo lucretur, ille ē mercator q de tēplo dei eijcitur: & q̄d Cassiodor⁹ loqtur, Quid aliud est negotiatio, nisi uilius cōparare & cari⁹ uelle distrahere: negotiatores tales eijcit dn̄s de tēplo: hæc inquā, intelligenda sunt de negotiatorib. q finaliter lucrū intendūt. Itaq; curatus de his oībus diligēter instruat sibi commissos, pręsertim quoniā tam in urbibus q̄ in uillis multi, etiā in paruis rebus & parū ualentibus uendendo & emēdo fraudes diuersas multaq; uitia uarijsq; modis miserabiliter ualde cōmittunt, qui oēs peccāt contra id quod apud Matthęū ait saluator: Oīa quęcūq; uultis ut faciant uobis hoīes, & uos facite ilis. Sed certū est q; nullus uult sibi aliqd carius uendi q̄ ualet, ergo nec alijs hoc facere debet. Sed heu multi sunt nimis intimorati, q deum nequaq̄ præ oculis habent, & plus dolēt de dāno pecunię, q̄ de peccatis atq; periculis animæ suæ, similes insensatissimis illis hoībus, de quibus in libro Sapientiæ legitur: Aestimauerūt ludū esse uitam nr̄am, & conuersationē uitæ ad lucra esse cōpositā, & oportere undecūq; acqrere. Hinc oīa ista sunt parochianis feruēter, frequēter atq; clarissime exponenda. Oīa autem hic introducta, habentur in Summis doctorum, uidelicet Thomæ, Raymundi, Hostiensis, Iohannis, Durādi & in summa Pisana: ad quas recurrat, cui de materia ista dubitationes occurrunt.

Deut. 25 · Eccl. 26 · Psal. 70 · Iohan. 2 · Matt. 7. · Sapiē. 15.

Articulus. XLV. De restitutione, quibus, quando & qualiter sit facienda.

PRæterea,cum sint plures qui uel aliqua bona iniusta aut illicite acquisita habeant, ut sciat curatus seu eius uicarius,quo talibus tã in confessione q̃ extra confessionẽ cõsulere debeat,aliquid de ista tractare materia cõmodum arbitror.In primis igit̃ aduertendũ,ꝙ restituere est aliquid iterato statuere seu ponere in possessionẽ siue dñium rei suę,qñ uidelicet res uni⁹ habet ab alio, uel ex uolũtate ipsius, sicut in mutuo atq; deposito:uel cõtra ei⁹ uolũtatẽ,quẽadmodũ in rapina & furto.Hinc restitutio est actus iustitiæ.Itaq; primo quęro,an sit necessariũ ad salutẽ,restituere q̃d ablatũ est.Et uidet̃ ꝙ non, cũ hoc sit in aliquibus impossibile,sicut in mutilatione & homicidio.Ad hoc rñdent doctores:Restitutio hæc informat restitutionẽ rei q̃ iniuste ablata est. Sic nãq; per iteratã eius exhibitionem æqualitas iustitiæ reparat̃.Si nõ res iuste ablata est,non est æqualitas iustitię ut restituatur,q̃uis ex liberalitate & pietate posset restitui,potissime indigenti.Cũ ergo seruare iustitiam sit de necessitate salutis,certũ est ꝙ iniuste ablata restituere necessum sit saluti. Propter hoc asserit Augustinus:Non dimittit̃ pc̃m̃,nisi restituat̃ ablatũ.Ad argumentum ergo respondendũ,ꝙ in aliquibus non potest reddi æquiualens,sed sufficit ꝙ satisfaciat & recõpensetur,in quantũ possibile est iuxta dictamen prudentiũ.Deo & parentibus nõ põt reddi æquiualẽs,sed sufficit reddere honorẽ ac uicẽ pro posse.Sicq; restitutio fieri debet in mutilatione & homicidio,considerata conditione utriusq; psonę scd̃m iudiciũ probi uiri. Scd̃o quęro,qualiter ad restitutionẽ tenet̃ q̃ alium diffamat.Ad hoc Thomas aliiq; rñdent, ꝙ aliq̃s põt alterius famã auferre tripliciter.Primo uere dicendo & iuste, ut dũ manifestat crimẽ alterius,debito ordine charitatis atq; iustitię obseruato,uidelicet propter bonũ cõe uel propter salutẽ peccantis,& tũc ad famę restitutionẽ non obligat̃.Scd̃o falsum dicẽdo& iniuste seu inordinate,uidelicet cõtra debitũ ordinẽ charitatis & ęquitatis,ut qui ex ira,impatientia aut simili uitio prodit pc̃m̃ alterius,uel hoc facit nõ debito loco & tpe,nec ex rõnabili causa:& tũc tenetur ad restitutionẽ famę q̃tum põt,tñ non mentiendo,sed dicẽdo se male & imprudenter esse locutũ,uel ꝙ eum diffamauit iniuste:sed si nõ potest ei restituere famã,debet aliter recõpensare,sicut in aliis tactũ est.Curatus ergo & omnis prælatus doceat subditos suos,q̃ periculosum ac uitiosum sit alios detrahendo aut susurrãdo improperare aut diffamare,& ꝙ ad restitutionẽ tenent̃ scd̃m formã iam scriptã, nec aliter possunt absolui.Deniq; loquendo in generali talis diffamatio seu detractio grauius est pc̃m̃ q̃ furtũ, quia plus nocet,eo ꝙ bona fama melior appetibiliorq; consistat q̃ exterior substantia, maxime in quantũ cedit ad gloriam dei,qui in bonis hominibus honoratur atq; laudatur,ædificationemq; proximi:propter quod qui negligit famam,scd̃m Augustinum crudelis est. Hinc Salomon ait:Melius est nomen bonum q̃ ungenta prętiosa.Et rursus dicit scriptura: Curam habe de bono nomine,hoc enim plus proderit tibi q̃ thesauri multi.Tertio quæritur,an sufficiat restituere simplum quod ablatum est.Ad hoc respondent doctores, præcipue Alexãder de Hales & Thomas, ꝙ dum aliquis iniuste rem alterius aufert,duo sunt ibi consideranda:Primum est inæqualitas ex parte rei,quæ contra iustitiæ æqualitatẽ aufert̃. Scd̃m est iniustitię culpa,ut cum quis infert aut inferre uiolentiam alicui cupit.Itaq; q̃tum ad primum,adhibetur remedium per restitutionem:sed q̃tum ad scd̃m, adhibetur remedium per pœnæ inflictionem,quam inferri spectat ad iudicem.Ideo anteq̃ sit condemnatus per iudicem,non tenetur plus restituere q̃ accepit:sed postq̃ per iudicem cõdemnatus est, tenetur etiam soluere pœnam. Quarto quæritur,an quis tenetur restituere quod non abstulit,sed totum damnũ quod alter ex dilatione seu mora restitutionis aut persolutionis incurrit.Ad hoc Thomas,Raymundus & alii dicunt:Quicunq; alicui damnũ infert,seu quãq; damnificat,uidetur auferre ei id in quo ipsum damnificat.Sed aliquis damnificatur dupliciter.Primo in eo quod actualiter habet,& tale damnum restituendum est integrum:scd̃o in eo quod habet in potentia,dũ aliquis impedit eum in adeptione boni illius,ad q̃d habẽdum fuit in bona dispositione seu uia:& tale damnum non oportet tam integre restituere, ut ultra id quod oblatũ est,restituatur totũ ad q̃d habendũ fuit in uia.Nã ab illius adeptione poterat multipliciter impediri,& minus est habere in potentia q̃ in actu. Tenetur tñ facere aliquam recompensationem scd̃m conditionem personaꝝ & negotiorũ, & prout ille qui damnũ perpessus est,fuit in uia propinquiori aut certiori consequẽdo bonum futurũ. Hinc patet,quõ restituere obligatur qui alterius semina aut sata effodit,& qui creditori nõ soluit infra tempus præfixum. Quinto quæritur,an restitutio semper sit facienda ei à quo res ablata est uel accepta.Dicendũ ꝙ sic,cõmuniter regulariterq; loquendo,non tamen in omni casu,ut si furiosus quęrat gladium quem concessit,non est ei reddendus nisi cessante

Fama aufertur alicui tripliciter.

Eccl. 7.
Eccli. 41.

Dupliciter aliquis dãnũ patitur

furore. Alius tamen non debet sibi rem huiusmodi appropriare. Præterea aduertēdum, ꝙ aliquis dupliciter aliquid illicite dat. Primo, qñ datio est contra iustitiam, ut patet de illo q Simoniace dedit: & talis quod dedit, meretur amittere, nec est ei restitutio facienda: & qui illud accepit, non debet sibi illud retinere, sed in pios usus conuertere. Secundo aliquis illicite dat, quia propter rem illicitam dat, q̄uis datio non extat illicita, sicut qui dat meretrici propter fornicationem, tunc illa potest quod sibi datū est retinere: ueruntamen si per fraudem & dolum aliquid supflue extorsisset, restituere teneretur. Sexto quæritur, quid agēdum sit dum is cui restitutio esset facienda, sit omnino ignotus aut mortuus, aut in remotis locis uel captus. Respōdent doctores, ꝙ si sit omnino ignotus, debet homo restituere scd̄m quod melius potest, dando eleemosynas pro anima ipsius, siue uiuat, siue obierit, præmissa tamen diligenti inquisitione pro persona ipsius. Si aūt sit mortuus, dandū est eius hęredib⁹. Si uero sit multum distans aut captus, transmittendum aut deportandū est ei uel ad usum ipsius, si congrue hoc fieri possit: alioquin reseruandum est pro eo in loco secreto. Septimo quæro, an semper teneatur restituere ille qui accepit. Respondet Thomas, Iohannes, Bartholomęus & alij, ꝙ circa illum qui rem alienam accepit, duo sunt pēsanda, uidelicet res accepta & ipsa acceptio. Itaq; rōne rei tenetur restituere eam, quādiu hāc habet. Ipsa uero acceptio rei potest tripliciter se habere. Interdum nanq; est iniuriosa seu cōtra uolūtatem domini rei, quemadmodū in rapina & furto: & tunc tenetur ad restitutionem non solū ratione rei, sed etiam rōne iniuriosæ actionis, q̄uis res illa apud ipsum non sit. Vnde fur & raptor hoc modo ad restitutionem tenenſ, q̄uis nihil habeant de rebus iniuste sublatis, atq; ulterius pro illata iniuria debēt puniri. Interdum uero aliquis accipit rem alterius ad propriam utilitatem cum uoluntate illius, sicut in mutuo, tūcq; ad restitutionem teneſ eius quod accepit, rōe rei, & non ratione acceptionis, q̄uis nihil de re apud ipsum dimanserit. Tertio aliquis accipit rem alterius absq; illius iniuria, non tamen pro propria utilitate, ut in depositis patet. Ideo qui ita accepit, in nullo tenetur rōne acceptionis, imò accipiendo impendit obsequium. Vnde si subtrahatur absq; sua culpa, non utiq; ad restitutionem tenetur: sed si ex culpa seu negligentia sua res subtrahatur uel amittatur, restituere obligatur. Deniq;, dum multi alicui sua tollant, & unus eorum restitutionem fecerit plenam, alij non tenentur amplius restituere, sed refundere restitutori, qui tamen potest illis remittere. Octauo quæritur, an etiam qui non acceperunt rem, ad restitutionem tenentur. Respondent doctores, ꝙ ad restitutionem tenetur quis non solum ratione rei alienæ, sed etiam ratione actionis iniuriosæ. Idcirco quicunq; est causa iniustę acceptionis, ad restitutionem tenetur: quod cōtingit dupliciter, uidelicet directe & indirecte: Directe, qñ inducit quis aliū ad accipiendū, q̄d contingit tripliciter: Primo, mouendo ad acceptionem huiusmodi, q̄d fit pręcipiendo, cōsentiendo, consulendo. Secūdo, recipientem hospitando uel opem prębēdo. Tertio, quia est particeps rei ablatæ, uidelicet furti siue rapinæ. Indirecte uero, quia nō impedit cū possit ac debet, ut si princeps non prohibeat talia fieri, aut non resistat pro posse, uel quia occultat dum reuelandum est. Itaq; quinq; præmissorum semper obligant ad restitutionem: Et primo iussio, deinde consensus eius sine cuius cōsensu rapina nō fieret, tertio recursus, uel dum aliquis est receptator latronum atq; similium, & eis patrocinium pręstat: quarto participatio in crimine & in præda: quinto non obstans sicut tenetur, quemadmodum principes, si ex eorum defectu latrones aut raptores increscāt, tenentur spoliatis in terra sua ad restitutionem, quoniam redditus principum sunt quasi stipendia pro principibus instituta, ut iustitiam conseruent in terra. Porrò in alijs casibus tactis non semper obligaſ ad restitutionem. Nam omne consilium, adulatio aut aliqua huiusmodi est inefficax causa rapinæ. Sed tūc consiliator & adulator ad restitutionem tenentur, cū probabiliter æstimari potest ꝙ ex eorū consilio uel adulatione iniusta acceptio fuerit subsecuta. Verūtamen uno restituente ei qui damnū perpessus est, alij restituere ei non tenentur: sed illi qui sunt principales in facto, & ad quos res deuenit, tenentur restituere his qui restituerūt. Nono quæritur, an oportet statim restituere his qui restituerūt. Respondēt doctores, Alexander de Hales, Thomas & alij, ꝙ sicut contra iustitiam est, rem alienam accipere contra uolūtatem domini rei, ita & detinere eam: quia per hoc ꝙ quis tenet rem alienam inuito domino, impedit eū ab usu rei suæ, & sic facit ei iniuriam. Cum ergo non liceat alicui in peccato manere, cōstat ꝙ quilibet tenetur statim restituere uel dilationem rogare. Hinc etiam constat, ꝙ culpabiles sint, præcipue diuites, qui alijs potissime indigētibus debita non persoluūt. Exhortandi sunt ergo parochiani, ne bona iniusta restituere differant, & debita cito persoluant. De hac

autem materia qui plenius cupit doceri, ad summas recurrat doctorum.

Articulus XLVI. De ludis & iocis, qualiter liciti siue illiciti sint, quid fieri debet de lucratis per ludum.

QVemadmodum in secũda secũdæ asserit Thomas, Homo non potest continue in-
sistere in laboribus corporalibus, nec etiam spũalibus exercitiis. Vnde sicut indi
get corporali refocillatione, ita & aĩæ ac uirium eius recreatione. Ideo ludi & io
ci si moderati sint atq; honesta & recta fiant intentione, ex bona quoq; radice
non ex cupiditate aut simili uitio, liciti sunt. Circa quos tria præcipue sunt cauenda: Pri-
mum, ꝙ recreatio talis nõ quæratur in uerbis aut factis turpibus seu nociuis: Secundũ, ne
grauitas aut cordis custodia nimium resoluatur: Tertium est, ut ludus sit cõueniens secun
dum cõgruitatem personæ, loci aut temporis. Si igitur in ludo & ioco ista non obseruen-
tur, illiciti sunt. Si itaq; in eis assumantur uera mala, facta turpia, iuramenta prohibita, men-
dacia, est mortale peccatum. Quod etiam interdum contingit propter uehementiam affe-
ctus ad ludum, intantum ꝙ propter præceptum dei siue ecclesiæ ludere non recuset. Si ue ff. d. c. esse.
ro non sit tam immoderatus affectus ad ludum, est ueniale peccatũ, nisi forsan ludus sit in c. inter dile-
seipso prohibitus ac nociuus. Hic primo quęro, quid sit ludus aleę. Dicendum ꝙ ludus aleę ctos de ex-
quandoq; stricte accipitur pro ludo taxillorum, interdũ accipitur extense: sicq; omnis lu- cel. præla.
dus qui fortunæ innititur, alea appellatur. Et omnes tales ludi secundum leges prohibiti ff. de aleato
sunt, pręsertim si fiant ex affectu lucrandi, culpabiliter fiũt & cupiditatem includunt, ita ꝙ l. q̃d in ciuis
unus aliũ expoliare intẽdit ac nititur, quod semper illicitum est, præsertim diebus festiuis,
in quibus non licet per approbata officia quicq̃ lucrari, nec habere affectũ lucrandi in illis
diebus, multo minus hoc licet per ludos. Deinde quæritur, utrum quæ per ludum acqui-
runtur, sint illicite acquisita. Dicendũ ꝙ imò, dum ludus ipse illicitus est, potissime si ex par 14. q. 5. c. non
te lucrantis seu acquirentis extet illicitus: Sed tũc oritur quęstio, an lucrator in ludo tenea sane.
tur semper ad restitutionem, uel ut conuertat lucrum tale in eleemosynas piosq; usus. Cir-
ca hoc consideranda sunt quæ in secũda secũdæ q. 32. scribit Thomas hoc mõ: Circa ea quæ
per aleas acquirũtur, uidetur aliquid esse illicitum ex iure diuino, uidelicet ꝙ aliquis lucre ff. de rem
tur ab his, qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt iuniores ætate, furiosi &c. & ꝙ ali- l. ult.
qs ex cupiditate lucrandi aliũ ad ludum trahat, & ꝙ fraudulenter lucretur. Vnde in his ca
sibus ad restitutionem tenet. Ideo de sic lucratis non potest eleemosynam facere. Aliquid
quoq; uidet in his illicitũ esse ex iure positiuo ciuili, q̃d uniuersaliter prohibet tale lucrum.
Sed q̃m ius ciuile non obligat omnes, sed hos tãtum qui legibus sunt subiecti, & per desue-
tudinem abrogari potest, hinc qui his legibus sunt astricti, tenentur uniuersaliter ad resti-
tutionem eorum quæ lucrantur, nisi forte contraria consuetudo præualeat, aut aliquis lucra-
tus sit ab eo qui ipsum traxit ad ludum. In quo casu non obligatur restituere, q̃m qui ami-
sit, non est dignus recipere: nec tamen potest digne retinere, tali iure positiuo durante, sed
debet de hoc eleemosynam facere in hoc casu. Hæc eadem scribit Thomas super 4. senten
tiarum. d. 15. quę etiam in sũmis doctorum alleganť. Deniq;, secundum Raymũdum & Iohan. & alios
plures, quicunq; ludũt alea uel taxillis, & participes ac inspectores peccant, pręsertim si cle
rici sint, imò secundum Gulielmũ, Ludus ille mortale pctm̃ est, etiam si homo non ducat in con
suetudinem. quod (ut in sũma Pisana habeť) intelligendũ est, q̃n ex auaritia ludit. Pręterea
q̃ magnum peccatũ sit ludus iste, Raymundus ostendit ex nouem malis quæ attendunť in Nouem ma-
ipso. Primũ est desideriũ lucrãdi. Ecce auaritia, quæ secundum Apostolũ, est radix oĩm malorum. la ex alea lu-
Secundum est uolũtas spoliandi proximũ re sua. Ecce rapina. Tertiũ est usura maxima non solũ so.
in anno, sed in eadem die. Quartũ est multiplicia mẽdacia uerbaq; otiosa ac uana. Quintũ 1. Tim. 6
est blasphemia. Ecce hæresis. Sextũ est multiplex corruptio proximorum, qui ad inspectio
nem ludi quotidie praua consuetudine conueniũt. Septimũ est scãdalum bonorum. Octauũ
est contemptus prohibitionis ecclesiæ. Vnde glossa dicit ꝙ secundum Magistrũ, huiusmodi lu-
di sint prohibiti, nõ tm̃ dissuasi, q̊d tutius est tenere. Nonũ est amissio tpis seu opm bonorum,
quæ hõ tũc faceret. Hęc eadẽ ponit Hostień. & multa malorum istorum etiã in aliis inueniũtur,
idcirco uitandi sunt. Insup quęritur, an quicunq; traxit aliquẽ ad ludũ, restituere teneatur.
Ad hoc Bartho. in sũma Pisana respondet, ꝙ imò, & ad hoc Thomã allegat. Addit q̃q; ꝙ at
tractio ista sit large accipienda, uidelicet quibuscunq; u̇bis aut factis induxit illũ ad ludũ;
cum aliàs non lusisset, etiã si in medio ludi induxit illũ, cum ille uellet desistere. Similiter q
fraudulẽter ludit, restituere obligať, siue cõmiserit fraudem ante ludũ, fingendo se nesciũ
ludi aut simplicem qui decipi posset, cum tñ decipere intenderet, siue commiserit fraudem

in ludo, ut submittendo falsos taxillos, aut uiros male aut fraudulenter iactando, aut mendaciter asserendo quod obtinuit, aut male numerando pecuniam. Dicitur quoq; in summa præfata, quòd quamuis interdum ludens & lucrans non teneatur restituere, non potest tamen id licite retinere propter turpitudinem. Postremo quæritur, an ille qui uicit, quando uoluntarius cum uoluntario lusit, teneatur ad restitutionē. Dicunt quidā quòd non, sed quòd pauperibus sit eroganda talis pecunia, ar. 14. q. 5. c. Nō sane: & hęc est opinio Placentij. Alij dicūt quòd tenetur, sicut ex legibus comprobatur: & hæc est opinio Bernardi, & etiā Raymundi. Sed ut mihi uidetur, utraq; opinio potest stare: quia secunda opinio stat, ubi imperialibus legibus utimur, prima ubi aliter uiuitur. Nam cum ludus aleæ sit expoliatio quædam, non potest quis licite per ipsum quicq̄ acquirere. Idcirco lusor non potest lucrum tenere, nec perditori est restituendum: quia indignus est rehabere, qui quantum in se fuit, proximum expoliare conatus est.

14. q. 5. c. non sane.

Articulus XLVII. Quòd negotiatio sit clericis & sacerdotibus penitus prohibita.

SIcut prætactum in Decreto sæpe, quemadmodū sunt negotiationes uniuersis illicitæ, utputa quæ sine peccato fieri nequeūt, sicut usura & Simonia: quædā sunt q̄ difficulter & uix exerceri possunt absq; peccato, inter quæ unum est negotiatio, qua aliquid intuitu lucri emitur, ut postmodum carius uēdatur: q̄d qualiter laicis liceat, in præcedenti articulo patuit. Sed negotiatio ecclesiasticis uiris, s. canonicis, sacerdotibus, in sacris ordinibus constitutis districtissime prohibetur, tam à generalibus synodis q̄ à pontificibus summis. Cuius rationes s. Thomas in scda scdæ q. 77. compendiosissime tangit, dicendo: Clerici abstinere debent non solū ab his quæ in se mala sunt, sed ab his q̄q; quæ speciem mali habēt, quoniam mali speciem negotiatio habet: Primo, quòd ordinatur ad lucrū terrenum, cuius clerici debent esse contemptores: Secūdo, propter frequentia negotiatoris peccata, ut dictum est. Tertio, q̄a per negotiationem multum implicatur animus secularibus curis, sicq; à spūalibus ac diuinis retrahitur, propter q̄d ait Apostolus: Nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus. Verūtamen clericis licet sua uēdere ac necessaria emere secundū modū commutatiuæ iustitię. Deniq; ad hęc probanda in Decreto 14. q. 4. multa introducunt, ut illud Tarraconēs. concilij: Canonum statutis firmatū est, ut quicunq; in clero esse uoluerit, emendi uilius, & uendendi carius studio non utatur: alioquin cohibeat à clero. Itemq; illud concilij Martini Papæ, Si q̄s oblitus timore dei, fœnerauerit, uel centesimam exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quæsierit, aut per diuersas species uini aut frugis uel cuiuslibet rei emendo uel uendendo incrementa susceperit, à gradu suo deiectus, alienus habeat à clero. Et rursus illud sanctissimi Niceni concilij: Quoniam multi clerici auaritiæ turpia lucra sectantes, diuinū præceptum obliti sunt, statuit sanctum concilium, ut si q̄s inuentus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipere, aut ex q̄libet tali negotio turpia lucra sectari, uel species frumentorū ad sextuplū dare, omnis q̄ tale aliq̄d conatus fuerit ad quęstū, deijciatur à clero, & alienus habeat ab ecclesiastico gradu. Insuper Gelasius Papa ait: Clerici ab indignis quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio & cupiditate cessandum. In quocunq; uero sint gradu, si cessare noluerint, mox ab ecclesiasticis officijs abstinere cogātur. Iulianus etiam Papa testatur: Quicunq; tempore messis uel uindemiæ non necessitate, sed propter cupiditatē comparat annonam uel uinum, & seruat usq; dum carius uēdatur, hoc turpe lucrum uocamus. Adhuc aūt de hac ipsa materia in Decreto dist. 88. plurima alleganf, ut illud Melchiadis Papæ: Decreuit sancta synodus nullū deinceps clericum possessiones conducere, aut secularibus se negotijs permiscere, nisi propter curam pupillorum aut orphanorū aut uiduarū, aut si episcopus ecclesiasticarum rerū solicitudinem eum habere præcipiat: quia alia negotia secularia, alia ecclesiastica. Rursus Gelasius Papa: Non p̄mittendū (inq̄t) putamus, plurimos clericorū negotiationibus inhonestis lucris & turpibus inhærere, nullo pondere attendētes euangelicam lectionem, qua dominus negotiatores de templo uerberatos legitur expulisse, nec apostolica u̇ba: Nemo militans deo &c. nec illud psal. Quoniam nō cognoui negotiationes, introibo in templum domini. Tales igitur ab his præcipimus abstinere. Ex canone quoq; apostolorum habetur: Episcopus aut sacerdos aut diaconus nequaq̄ seculares curas assumat. Pręterea circa finem tertij Decretalium de hac re pulchra habentur, ubi ex concilio Lateranēsi inducitur: Multa sunt secularia negotia, de quibus pauca perstringemus, ad quæ utiq; peruenit omnis carnalis concupiscētia, q̄cquid plus iuste appetit homo, turpe est lucrum. Munera iniuste accipere, aut etiam dare, pro aliquo seculari quęstu, pretio

88. d. c. negotiatorem
14. q. 4. c. canonum
88. d. c. negotiatorem.
1. q. 1. c. emendari. in glo.
2. Tim. 2.
14. q. 4. c. canonum
14. q. 4. c. si quis oblitus
14. q. 4. c. quoniam multi
14. q. 4. c. clerici
88. d. c. negotiatorem
88. d. c. consequens
1 ch. 2
2. Timo. 2
Psal. 70
88. d. c. eps
Ne cleric. uel monach. se nego. c. multa sunt

do aliquem conducere, contentiones, lites uel rixas amare in placitis secularibus, excepta defensione orphanorum aut uiduarum, conductores aut procuratores esse secularium rerum, turpis uerbi aut facti esse ioculatorem, uel iocū secularem diligere, alcas amare, ornamentum inconueniens statui suo quærere, in delicijs uiuere uelle, gulam uel ebrietatem sequi, canes uel aues sequi ad uenādum, & omnibus qbuslibet uanis atq; superfluis interesse. Ecce talia & his similia, ministris altaris dei & monachis omnino interdicimus, de quibus ait Apostolus: Nemo militans deo &c. Amplius Alexander tertius ait: Scdm instituta prædecessoꝝ nostroꝝ, sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi uel clerici cā lucri negotienſ. Hieronymus quoq; testatur: Negotiatorem clericū, & ex inope diuitem, atq; ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Et Augustinus: Fornicari hominibus nunquam licet, negotiari uero aliquando licet, aliqñ non licet: Anteq̄ ecclesiasticus qs sit, licet, sed non postea. Postremo scdm Raymūdū & alios, si clericus indiget, potest honesto artificio necessaria sibi acquirere. Itaq; pœna clericoꝝ negotiantiū est ut excōicentur: & si se non correxerint, deponanſ. In foro quoq; pniāli debet eis iniūgi uel saltem cōsuli, ut ea quæ contra formā prædictam lucrati sunt, studeant pauperibus erogare, prout in Decreto.c.14.q.5. hoc docef, & in sūmis doctorū habetur. De his aūt qui festis diebus serta de floribus faciunt, dicit Gulielmus: Credo non excusari à culpa, qm̄ præter periculū quod faciliter potest contingere ex abusu sertorum huiusmodi, quæ sunt incitamenta uanitatis atq; lasciuiæ, uiolaſ obseruantia diei festiuæ: Posset tamen labor esse tam modicus & absq; pretio, nec ad lasciuam intentionem, sed moderatam recreationem, q̄ non esset pc̄m̄, aut non mortale peccatum. 1.Timo.1. 14.q.1.c. fortē.& c.nō sit.

Articulus XLVIII. Quòd sacerdotes & clerici secularium negotiatorum procuratores esse non debent.

IN Decreto c.21.q.3. Nicolaus Papa testaſ: Peruenit ad sanctā synodū, quosdā ex clerō propter turpe lucrum maiorū possessionū cōductiones & seculares causas suscipere. Decreuit ergo sancta synodus, deinceps nullū sacerdotē aut clericū aut monachū cōducere possessiones, aut permisceri secularibus procurationibus, nisi forte qui legib⁹ ad minorū ætate tutelas aut orphanorum aut uiduarū inexcusabiles attrahanſ, aut episcopus ecclesiasticarū rerū gubernacula eis commiserit. Deniq; in gestis Carthaginensis concilij legiſ: Nicasius episcopus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati uestrę, & displicere uobis, ut qui seruiunt deo & annexi sunt clero, ad actiones uel administrationes aut procurationes domoꝝ accedant. Gratianus episcopus dixit: Apostolorum statuta sunt: Nemo militans deo, implicat se secularibus negotijs. Patroni aut clerici sint sine actiōnibus domorum, aut autores sine officio clericorū, Vniuersi dixerūt: Hoc obseruemus. Idē asserit Cyprianus, causam assignans, qm̄ qui diuino sunt sacerdotio honorati, atq; in clericorū ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deseruire, & precibus ac lectionibus sacris debent uacare. Hinc sicut pręcedenti articulo tactū est, in Lateranēsi concilio prohibenſ in placitis secularibus disputare. Vnde prout III. Decretalium legitur, Eugenius Papa Lutensi episcopo scribens ait: Sacerdotibus & clericis tuis denunties publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant: quod si postmodum præsumpserint facere, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariā causam deprehendantur in fraude, indignū est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesia scandala generari. 21.q.3.c.peruenit. 2.Timo.2.

Articulus XLIX. Quòd sacerdotes curati teneantur in suis ecclesiis personaliter residere, nec uere rationabiliter excusentur ac legitime.

TErtio Decretalium Alexander Papa testatur: Relatum est nobis, q̄ cum in Lateranensi concilio sit statutum, ut personæ tali ecclesia uel ecclesiasticum beneficium committatur, quæ residere in loco uel curam eius per se ualeat exercere, nō nulli ad ecclesias præsentati, hoc se posse affirmant, sed efficere contradicunt. Cū ergo uerba accipiēda sint cum effectu, tales si præsentati fuerunt non adiuti, & sic admissi poterint amoueri, nisi forte de licentia prelatorum suorum studio literarum uel alijs causis honestis contigerit eos abesse: nec patrocinari eis debet appellationis diffugium, si contra huius intentionem decreti fuerit interiectum. Denique sexto Decretalium Bonifacius Papa: Præsenti (inquit) decreto statuimus, ut nullus ad regimen parochialis ecclesiæ assumatur, nisi sit idoneus, moribus, scientia & ætate. Is etiam qui ad huiusmodi re- De electi.& & de po.c.li cet in 6.

regimen assumetur, ut gregis sibi crediti diligentius gerere curam possit, in parochiali ecclesia, cuius rector extiterit, residere personaliter teneatur. Super residētia tamen possit ordinarius gratiā dispensationis ad tēpus facere, prout rationabilis causa id exposcit. Ad idē possent non pauca ex Decreto c.7.q.1. congrue applicari. Hinc Vlricus in sua asserit Sūma: Clericus debet in beneficio residere, & in eo officia sua implere. Et non implentes, sed uoluptatibus uitijsq; uacantes, nihil iuris habent in ecclesiasticis rebus: & si recipiant, ad restitutionem tenent. Redditus ecclesiarū sunt stipendia seruientium. Hostiensis quoq; testat: Clericus debet in beneficio residere, in propria persona seruiēdo ecclesiæ, & seruire debet suo in ordine, quoniam parum esset præsentiam exhibere, & ecclesię suę curam negligere. Veruntamen quidam sunt casus, in quibus à residentia excusatur. Primo, propter prauorum inimicitias contra ipsum: secundo, propter studium: tertio, propter speciale priuilegium: quarto, si sit in obsequio Papæ: quinto, unus uel duo sint in obsequio episcopi: sexto, si se absentat non in fraudem, sed commodum ecclesiæ, eius iura fideliter prosequendo. Insuper, scdm Raymūdum, Clericus secularis transire potest de ecclesia una ad aliam tribus de causis: Primo propter hostes, & tūc causa cessante debet reuerti & recuperare suam ecclesiam. Scdo propter utilitatem, quia utilior potest esse in alia ecclesia q̄ in sua, & tūc autoritate superioris id fieri debet. Tertio propter humilitatem, scilicet ingrediendo religionem. Si uero ex cupiditate uel ambitione transit de una ad aliam, debet utraq; carere: quoniam unam superbe contēpsit, & aliam superbe cupiuit. Præterea curati diligētissime ista aduertant, & conscientias suas coram deo discutiant, quia scdm omnes sanctos doctores, causa dispensationis est uera euidensq; utilitas aut certa necessitas, prout singulariter Leo Papa & Gelasius protestantur. Aliter scdm Bernardum non est dispensatio, sed dissipatio, nec coram deo excusat, scdm Anselmum & Gulielmū Parisiensem. Si igitur curatus aut clericus se absentet, ut in studio uel alibi liberius, quietius & delicatius uiuat, nec studio cum debita diligētia sit intentus, sed negligenter siue carnaliter ibi uiuat, nequaq̄ excusatur coram altissimo, sed tanquam fur, raptor atq; sacrilegus reprobat ab eo, laborem & onus abhorrens, & nihilominus laboris mercedem usurpans, honoremq; uendicans. Tales curati agunt contra ius naturale atq; diuinum, de qbus Ezechiel ait: Hæc dicit dominus, Væ pastoribus qui pascebant semetipsos: Lac comedebatis, & lana operiebamini, gregem autem meum non pascebatis. Postremo, si curatus fuerit competentis scientię, laudabilius reor, ut apud gregem sibi commissum personaliter residens perseueret, quàm ut illum alteri de cuius uita ac diligentia certus non est, cōmittens, ac per hoc periculo se & suos exponens, ad studium gradiatur: imò si uera ac salutari scientia, quæ est unū de septem donis spūssancti, proficere cupit, in charitate, humilitate, cæterisq; uirtutibus crescere nitatur: & tunc utiq; spūssanctus salubrius ac gratiosius diriget eum, q̄ si in scholastica scientia plurimū profecisset: quia per dona spūssancti efficit homo fraternaliter atq; celeriter mobilis, docilis, diligibilisq; à deo.

Casus excusantes personalem residentiam.

Bernardus Anselmus

Ezech. 34

Articulus L. In quibus casibus liceat curato uicarium pro se substituere, & q̄ enormiter peccent, q̄q; insipientissime agant, qui insufficientes uicarios sibi substituūt.

21.q.2.c.præcipimus.

IN Decreto c.21.q.2. habetur: Conductitijs presbyteris ecclesiā cōmitti non debet. Vnde Innocentius II. Præcipimus ne conductitijs presbyteris ecclesiæ committant, sed unaquæq; ecclesia cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem. Istud enim regulariter est seruandū, quoniam proprius curatus diligentior esse solet uel debet. Veruntamen in casibus præcedenti articulo tactis, excusat curati absentia: & in eisdem casib' licite sibi uicarium constituit, imò & obligatur, dummodo sufficientem substituat. Quemadmodū enim iuxta Bonifacij Papæ mandatū, curatus debet uita, sciētiā & ætate ad curā animarū & regimen esse idoneus, ita & talem substituere, uel personaliter residere, aut curā parochialē dimittere. Hinc Vlricus ait in sūma sua: Videtur sufficere ad salutē, si clerici seu curati sua solicitudine ac impensis prouideāt, q̧ ecclesia decenter officiet, & populus sufficienter regatur ac instruat, & ipsi honestate uitæ ac morum bonū exemplū subditis prębeant, atq; interdum personaliter locum accedant, & de prędictis certificentur, & quandoq; per se exoluant officium. Tutius uero est, si per se continue faciant. Præterea omnis curat' siue pręlatus, ratione pastoralis officij ad aliqua obligatur circa sibi commissos de iure naturali ac diuino, à qbus per nullam dispensationem potest absolui, uidelicet ut gregem sibi creditū paternaliter diligat, per bonā famam eum ędificet, tpe opportuno pro ipso exoret, cordialem solicitudinem pro ipsius salute habeat & conseruet: & quod per seipsum uisitet

De electio. in 6. c. licet

tit, per alium fieri pro posse procuret. Quantũcunq; igit corporaliter abest à plebe sibi cõmissa, nihilominus prętacta semper fideliter impleat. Itaq; q̃ infidelis atq; ingratus est Christo, qui populum Christi sanguine redemptum insufficienti cõmittit uicario, qui pretiosissimum ac deo charissimum thesaurum, uidelicet animas gregis sibi crediti, pro quarum salute unigenitus dei filius incarnatus, in mundo conuersatus, passus & crucifixus est, scãdaloso, carnali ac negligenti presbytero audet committere. Talis nanq; oues Christi lupo credit, exponit & offert, imò infernalibus lupis exhibet deuorandas. Talis ergo curatus nec deum nec proximos uere ac spũaliter diligit. Deniq; cum nihil plus profit ac conferat subditis q̃ idoneus rector ac uirtuosus sacerdos, nihil quoq; plus noceat q̃ sacerdos auarus, uicarius ue insufficiens, negligens, scandalosus, carnalis, constat q curatus insufficiẽtem ponens uicarium, summe ineffabiliter noceat subditis suis. Estq; præcipua causa omnis mali ac damnationis eorum: sed & inæstimabiliter nocet sibimetipsi, quoniam uniuersa pctã tã insufficientis uicarij q̃ populi sui, redundant in ipsum. Facit demum summam contumeliã atq; iniuriam deo, cuius creaturas & oues tantis exponit periculis, tot pctã fieri permittẽs, imò & quodammodo faciens fieriq; procurans, dum talẽ pro se uicarium ordinat, ex cuius negligentia, insufficientia uitiosaq; uita tot oriuntur pctã, tot animæ pereunt, tanta fit etiã irreuerentia sacramentis. Dictum est enim, q sacerdos publice male uiuens, in mortali peccato scienter existens, in omni actu sui officij peccat mortaliter, uidelicet celebrando, confessionem audiendo, sacramenta dispensando, prædicando, sacra tangendo, & in similibus multis. Quàm uitiosum ergo, sceleratum atq; damnabile est, insufficientem, carnalem, scãdalosum constituere ad agendum hos actus, præsertim cum tot modis pctã unius redundent in alterum, utputa præcipiendo, consentiendo, consulẽdo, non resistẽdo, non impediendo, non prodẽdo, ac alijs modis. Quid ergo est talem in uicariatu seruare ac sustinere, cum possit deponi, imò cum curatus eum deponere teneatur? Præterea contra infructuosos curatos, cõtra scandalosos presbyteros, contra carnales ac negligẽtes pręlatos, sanctus Gregorius in quadam homilia plenissime loquitur: Ad messem (inquiens) multam operarij pauci sunt, quod sine graui mœrore loqui non possumus: quia & si sunt qui bona audiant, desunt qui efficaciter dicant. Ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe dei operarius ualde rarus inuenitur: quia officium sacerdotale ac pastorale suscepimus, sed opus officij implemus. Porrò tunc rector officium suum bene adimplet, cum seipsum diligere per amorem priuatum nescit, nec aliud huius mundi desiderat. Sed quid nos, quod tamen dicere sine mœrore non possumus, quid nos ò pastores agimus, qui & mercedem cõsequimur, nec tamen operarij sumus? Fructus quippe sanctæ ecclesiæ in quotidiano stipẽdio sumimus, sed tamen pro nobis commissis in prædicatione non laboramus. Pensate q̃tę damnationis sit, sine labore hic percipere mercedem laborum. Ecce ex oblatione fidelium uiuimus, sed nunquid pro animabus fidelium debite laboramus? Illa in nostrum stipendium sumimus, quę pro redimendis pctis suis fideles obtulerũt: & tñ contra eadem pctã nec orationis, nec prædicationis (ut dignum est) studio insudamus, uix pro culpa sua quẽpiam aperta uoce reprehendimus: & adhuc, quod est grauius, si persona potens est; eius forsan errata laudantur, ne per iracundiam munus subtrahat quod præstabat. Sed pensare debemus quod Christus apostolis, & per apostolos loquit nobis: Vos estis sal terræ. Si ergo sal sumus, condire fidelium mentes debemus. Curare nãq; sacerdotem necesse est quæ singulis dicat, unumquẽq; qualiter moneat & informet, ut quisquis sacerdoti iungitur quasi ex salis tactu æternæ uitæ sapore condiatur. Sed tunc alijs uere recteq; prædicamus, si uerba factis ostendimus, si nos ipsi diuino amore compũgimur, & uitæ humanæ quotidianas maculas lachrymis lauamus. Tunc autem de nobis uere compungimur, dum sanctorum patrum facta pensamus ac imitamur, & ex comparatione illorum uitam propriam aspernamur: tunc uero compungimur, dum diuina præcepta studiose attendimus, & ea perfecte implere conamur. Est autem ualde necessarium, ut cum de nobisipsis in compunctione afficiamur, etiam commissorum nobis uitam pensemus, ne ab illorum nos custodia auertamus. Quid enim prodest si nosmetipsos amãtes relinquamus proximos? Vel quid rursum prodest, si amantes uel zelantes proximos, relinquamus nosmetipsos? Veruntamen sic exerceatur zelus iustitiæ contra commissorum peccata, ut in feruore districtionis non relinquatur uirtus mansuetudinis. Ira enim sacerdotis nequaquam esse debet præceps ac perturbata, sed potius ex grauitate consilij metienda. Et portare ergo pie debemus quos corrigimus, & corrigere quos portamus, quia in sacerdotali pectore cum rigore æquitatis sp

Rrr custo

De ætta. & q li. c. cũ sit ni

Grego. homilia. 17. Matth. 9

40. d. c. mul.

1 q. 1. c. ipsi sacerdotes.

Matt. 5

Sacerdotis ira qualis esse debeat.

custodiri debet uirtus mansuetudinis. Sed heu multa sunt præsidentium mala, & plerunque se pastores hominibus quasi sanctos ostendunt, & tamen coram deo turpes esse non erubescunt. Veniet, ueniet profecto dies, in quo pastorum pastor qui nunc per pastores subditorum culpam castigat, per semetipsum pastorum peccata percutiet & damnabit. Est aliud fratres mei, quod me de pastorum uita uehementer affligit: Ad negotia exteriora dilapsi sumus, & ministerium prædicationis relinquimus, & ad damnationem nostram pastores uocamur. Relinquunt etenim deum hi qui nobis commissi sunt, & tacemus: quotidie per multas nequitias pereunt, & eos usque ad infernum tendere negligenter uidemus. Sed quando uitam corrigere poterimus alienam, qui negligimus nostram? Secularibus namque curis intenti, tanto insensibiliores intus efficimur, quanto ad ea quæ foris sunt, studiosiores uidemur. Custodes in uineam positi, uineam nostram non custodimus: quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostræ negligimus. Nullum puto fratres charissimi ab alijs maius præiudicium, quàm à sacerdotibus tolerat deus, dum eos quos ad aliorum correctionem posuit, dare alijs exempla prauitatis cernit: dum ipsi irrefrenati peccant, qui alios à peccatis compescere debuerunt. Considerate quid de gregibus agatur, quando lupi fiunt pastores. Nulla animarum lucra quærimus, ad nostra quotidie studia commodaque uacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Impletum in nobis est quod Isaias predixit: Et erit sicut populus sic sacerdos. Sacerdos enim non distat à populo, quando uitæ suæ merito uulgi actionem transcendit. Ploremus Ieremiæ lachrymis, dicentes: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Quoniam sacerdotum uita quondam uirtutibus clara, nunc per actiones infimas & carnales ostenditur reproba: & qui per uitam rectam semper intus esse debuerant, per uitam reprobam foris uacant. Ecce iam pene nulla est actio seculi, quam sacerdotes non administrent, & pereunti populo autores sunt mortis, cui duces esse debent ad uitam. Pensemus ergo qui unquam per linguam nostram conuersi, qui de peruerso suo opere nostra increpatione correpti pœnitentiam egerunt: Pensemus quod lucrum animarum fecimus deo, quos eius cõspectui aiarum manipulos offerimus, cũ in die iudicij pastores sancti cũ lucris & gregibus suis ante æterni pastoris oculos uenerint. Quid nos miseri dicturi sumus, qui ad dominum deum nostrum uacui & infructuosi redimus: qui pastoris nostri nomen habemus, & oues quas ex prædicatione & conuersatione nostra debeamus ostendere, non habemus? Conueniat ergo opus nostrum ordini & officio nostro: Dum uacantem quempiam lubricumque uidemus, admonendus est ut coniugio studeat frenare iniquitatem suam, quatenus per hoc quod licet, discat frenare quod non licet. Dum coniugatum uidemus, admonendus est ut sic agat quæ sunt seculi, ut non negligat quæ sunt dei: & ut sic placeat coniugi, ut non displiceat conditori. Cum clericum uidemus, admonendus est ut sic uiuat, quatenus uitæ uirtuosæ exemplum secularibus prebeat, ne si quid iuste in illo reprehenditur, in eius uitio Christiana religio clericalis'ue ordo despiciatur. Cum monachum uidemus, admonendus est ut reuerentiam habitus sui in actu, in locutione, in cogitatione semper attendat, ut quæ mundi sunt perfecte relinquat: & quod habitu oculis ostendit humanis, hoc ante dei oculos præferat moribus. Itaque iste iam sanctus, admoneatur ut crescat: qui autem adhuc iniquus est, admoneatur ut se corrigat: ut quisquis sacerdoti se iunxerit, sale sermonis illius conditus recedat.

Cant. 1

Sacerdotes mali grauius quã quicunque alii deũ offẽdũt.

Isai. 42
Osee. 4
Thren. 4
Aurũ obscuratum est.

Sacerdotes fere oẽs seculi actiones administrãt.

Per sacerdotes peccatores cuiuslibet status sũt monendi.

Articulus LI. Qualiter à sacerdotibus & clericis uitandum sit uitium simoniæ in petitione seu receptione temporalium pro spiritualibus, rectificando intentionem atque propositum mentis.

CVm Simonia sit studiosa uolũtas dandi aut recipiẽdi spirituale aut spirituali annexum pro temporali ac corporali, cautissime ac ordinatissime habere se debent sacerdotes ac clerici, petendo seu recipiendo temporalia pro spiritualibus: alioquin faciliter ac damnabiliter simoniæ incurrent labem ac uitium. Itaque Iohannes Gerson Cancellarius Parisiensis in tractatu de simonia inter cætera loquuntur

quitur simoniaca labes apte uitari potest per rectificationē intentionis, desiderādo uidelicet uel accipiēdo pro spūalibus tpalia, nō quasi ptia spūaliū, cupiditatis'ue nutrimentum, sed tm̄ corporalis sustentationis necessariæ adiumentū, ita ut ibi nō cōcurrant hæc uerba: Do hæc, uel des. Vel si hæc uerba ibi nō cōcurrant, nec dictiones istę conditionales & causales. s. Pro & propter & similes, nō notabūt causam principalē, sed consecutiuā & adminiculatiuam, sicut in psal. Inclinaui cor meū ad faciendū iustificationes tuas in æternū propter retributionē. (Psal. 118) Quæ utiq; retributio à propheta referebat ad deū, sicut finis sub fine. Vbi aūt unum est propter aliud, utrūq; est quasi unum scd̄m philosophū. Insuper ait hic doctor: Intuitus potest referri ad tpalia quatuor modis: Primo, tanq̄ ad pretium rei spūalis, quasi sit adæquatio ualoris unius rei ad alterā, quemadmodū in emptione & uēditione ciuili. Scd̄o, sicut ad principale motiuū dandi spūalia pro illis tpalibus rebus, seu sicut ad ultimum finē in quo sistat intuitus spūalia conferētis. Tertio, tanq̄ ad motiuū minus principale, uel sicut ad finem alteri fini subordinatum. Quarto, tanq̄ ad rem iure diuino debitam ministro ecclesiastico spūalia impendenti pro sustentatione ipsius iuxta doctrinam Christi dicentis: Dignus est operarius mercede sua. (Luc. 10) Vnde & Apl's ait: Si nos uobis spūalia seminamus, magnū est si carnalia uestra metamus? (1. Corint. 9) quasi dicat, nō est magnum. Hinc denuo protestatur: Quis militat suis stipendijs unq̄? (Eodem.) Nunc ad propositum dico, q̄ primus intuitus & secundus sunt uere simoniaci, & simoniacū faciūt de iure diuio atq; hūano. Et si cōcurrat error ptinax, q̄ tuetur quō talia licite fieri queant, incurrit hęresim proprie dictā. Porrò, si feratur intuitus ad tpale bonū seu cōmodum tertio & quarto modis, hoc licitum esse potest atq; laudabile, imò ac meritorium, sic tñ ut obseruetur illud Apostoli: Ab omni specie mala abstinete uos: (1. Thessal. 5.) puta ut administratio spūalium tertio & quarto modo facta, ex suo modo procedēdi nō uideat primo mō fieri seu scd̄o: ut si non exerceant spūalia, nisi primo tpalia dētur, uel si turpiter exigant, & cum scandalo ac auaritiæ nota. In quibus casibus possunt haberi suspecti de prauitate simoniaca, sic agentes pręsumptione iuris aut facti, possentq; iudicialiter euocari. Itē scribit pręfatus doctor: Obligatus ministrare spūalia, & ministrans ea, habet uerū ius & potestatem recipiendi tpalia absq; hoc q̄ mendicet ea. Atq; sub hac intentione licet minus principali, potest & potuit se obligare ad ministrandū spūalia, & pro sua sustētatione recipere tpalia. Circa materiam istā quęrit: Primo, an sacra possunt uendi & emi: Respōdent doctores, spāliter s. Thomas sup 4. Sent. d. 25. Cum sacra nouæ legis gratiā contineāt & causent, licite uendi non possunt uel emi. (Vide tit. de Simon. p to.) Primo, qm̄ hęc sacra dispensans, non est sacrorū dñs, sed minister. Emptio aūt fieri habet à dño rei. Scd̄o, qm̄ pretiū emptionis est quasi mensura adæquās ualorem eius, sed corporalia non pñt grǽ adæquari: ideo gratię contumeliā facit qui sacra grę uendit. Tertio, quia inde ipsa nomen sortit, quia gratis pręstatur: ideo cōtra rationē gratiæ operatur, q sacra gratiæ uendere pręsumit aut emere. (De Simo. ca. sunt nobis.) Scd̄o quęritur, an liceat pro benedictione nubentium pecuniam exigere. Et respondendū, q̄ matrimonium est non solum ecclesiæ sacramentum, sed etiam naturæ officium. Idcirco in quantum est sacramentum, non cadit sub emptione. Vnde secundum canones simoniam committit', qui pro benedictione nubentium pecuniam exigit. (10. q. 3. c. relatum. De pben. & dig. c. significasti. De simo. ca. ad apostolic. 1. q. 1. c. plutus.) quod intelligendum est, si petat pecuniam quasi pretium benedictionis aut sacramenti, non si quærat eam quasi stipendium uitę & ratione consuetudinis ecclesiasticę comprobatæ. Porrò ex ea parte qua matrimonium est in officium naturæ, licitum est pro matrimonio accipere pretium, uel interponere conditionem pro re temporali accipienda. Tertio quæritur, quid esset agēdum si sacerdos puerum baptizare non uellet nisi pro pretio. Respondetur q̄ in huiusmodi casu aqua potius esset à sacerdote emenda, & persona infantulum deferens baptizare deberet eundē. Similiter agēdum esset si baptizari uellet adultus, nisi forsan posset sine periculo baptismus differri, quousq; ad superiorem habeatur recursus, cui ex officio competit baptizare. Quarto quęritur, an liceat celebrare pro pretio. Dicendum q̄ facere pactionem de Missa celebranda est simoniacum. Veruntamen si sacerdos non habet aliās sumptus, nec ex officio tenetur facere Missam, potest alios denarios accipere, sicut faciunt conductitij sacerdotes, non quasi pretium Missæ, sed quasi sustentaculū uitæ. Quinto quæritur, an pro absolutione ab excommunicatione aut culpa exigatur licite pecunia. Et dicendum q̄ non, sed ei qui absoluitur, potest pecuniaria poena imponi. Non licet quicquam exigere quasi pretium absolutionis, sed quasi pœnam peccati. In quo cauendum est, ne talis exactio cupiditati magis quàm iustitiæ ascribatur. Sexto quæro, an liceat pecuniam aut certos redditus accipere pro anniuersario celebrando. Dicendum quòd anniuersarium est actus spiritualis, ideo pro eo cele-

brando non licet facere pactum, nec aliquid postulare siue accipere quasi pretium: si tamē aliquid detur ex deuotione ecclesiæ, ipse tenetur rependere in spiritualibus seu celebrare pro illis pro quibus rogatur. Hinc secundum Hostiensem & Gotfridum pro exequijs defunctorum nihil exigi licet, sed piæ consuetudines sunt seruandæ. Septimo quæritur, an liceat dare pecuniam bonis hominibus, ut orent pro dante uel pro quibus desideret. Respōdetur quòd oratio cum sit bonum spirituale, nequaquam poni debet sub pretio, nec licet dare pecuniam pro oratione emenda, sed ad alliciendum suscipientes ad exorandum, & p uitæ sustentamento. sic q̄q; pro pecunia, quasi pro pretio prædicationis prædicare non licet, sed quasi pro uitæ stipendio. Vnde & prophetis in ueteri testamento munera conferebantur, non ad emendum actum gratiæ prophetalis, sed pro necessaria sustentione, id est, ut pecunia indigentibus detur, quemadmodum Paulus prędicauit pro faciendis collectis. Octauo quæritur, an liceat sacerdoti accipere pecuniam ut faciat Missam illo die, quo aliūde obligatus est celebrare. De hoc præfatus Cancellarius Parisiensis in libro de solicitudine ecclesiasticorum sic scribit: Solicitudo pia conferentis temporalia si ordinauit, Missam unam sic esse dicendam, exempli gratia, secunda feria pro seipso, defraudatur per sacerdotem sic obligatum, si dicat Missam telem pro altero, siue ex priori, siue ex subsequenti obligatione uel susceptione hoc fiat. Nam si una Missa sufficeret pro duobus, simili ratione sufficeret pro tribus, pro decem, pro centum, pro mille. Nec melior erit conditio pcurantis sibi Missam peculiarem seu specialem: per unam quoq; Missam possent centum Missæ debite persolui. Præterea in summis doctorum quęritur, an liceat recipere aliquid p operibus spiritualibus. Ad quod Raymundus respondet, pro illis ad quas sacerdos ex officio non tenetur, aliquid licet ei suscipere. Vnde sacerdos posset locare opas suas, qui aliàs non habet unde sibi puideat. Ex hoc sequi uidetur, q̄ dum sacerdos certo die celebrare tenetur, non potest ab alio accipere quicquam, ut pro ip̄o celebret die illo. Et si tenetur qualibet hebdomada ad numerum trium Missarum, obligare non potest se ad celebrandum plures in eadem hebdomada, quàm habet dies uacantes, pręsertim quia sicut iam tactum est, Thomas ait: Si sacerdos non habet aliàs sumptus, & non tenetur ex officio celebrare, potest accipere denarios ut celebret, secundum modum prædictum: ergo ex opposito, si celebrare tenetur, non potest hoc. Caute ergo & iuste sacerdotes se habeant, ne seipsos fallant & alios, ne amore pecuniæ se committant periculo. Postremo quæritur, an suffragia facta pro multis, tantum ualeant singulis ac si pro unoquoq; fierent. Ad hoc Thomas sup quartum sententiarum respondet, q̄ suffragia secundum quod sunt quædam satisfactiones pro defunctis exhibitæ, magis prosunt uni, si pro eo solo fiant, quàm si fiant simul pro ip̄o ac alijs. Sic enim suffragia ista alicui prosunt, secundum quod per intentionem facientis transferuntur in ipsum, applicāturq; ei. Vnde sic suffragia per diuinam iustitiam diuiduntur inter eos pro quibus fiunt. Sic quoq; Missa facta pro uno siue defuncto siue uiuo, plus prodest ei q̄ si pro ipso ac alio uel alijs fiat. Si autem considerentur suffragia penes radicem charitatis uniētis mēbra ecclesiæ, suffragia facta pro multis, tantum ualent singulis, ac si pro uno tm̄ modo fierent, quia charitas non minuitur, si distribuatur affectus in multos, sed magis augetur. Similiter gaudium quando pluribus est commune, fit maius. Sed iste suffragiorum succursus est quantum ad interiorem consolationem, quam habent defuncti de bonis actibus suffragijsq; uitiorum. Hæc est sancti Thomæ & aliorum multorum respōsio. Hinc etiā præallegatus Cancellarius libro de solicitudine ecclesiasticorum testatur: Opus spirituale factum pro satisfactione, non ualet tantum pro multis, sicut pro paucis, cæteris paribus. Præterea aduertendum, quod super quartum sententiarum asserit Thomas: Per simoniam aliquis ab executione ordinis seu officij suspenditur: sed in hoc distinguendum est, quoniam si dicatur simoniacus ex hoc quòd ordinem per simoniam recepit, non recepit, nec licite habet executionem, sed est ipso iure suspensus, & quo ad se, & quantum ad alios & punitur ulterius per depositionem, quando de crimine constiterit iudici. Si autem dicatur simoniacus, quoniam ordinem simoniace contulit, uel quia dedit aut recepit simoniace beneficium, uel quia mediator simoniæ fuit, si sit occultum, suspensus est quãtum ad se, ipso iure: si autem manifestum est, suspensus est quo ad se, & q̄tū ad alios. Ille q̄q; q simoniace beneficiū recepit, tenebit ad restitutionē oīm fructuū pceptoꝝ, & bn̄ficio resignare. Ita

De Simo. ca. fui. c. ad apostolicam.

1. Corin. 16

De pben. & dig. c. signifi. in glos.

De cohabit. cle. & mu. c. quia in glos.

Itaq; quilibet beneficiatus diligenter ac prouide cõſcientiam ſuam coram deo diſcutiat,& ſi aliquo hoꝝ modoꝝ ſimoniæ labe fœdatus eſt, aīæ ſuæ preuideat, præſertim cū & ſi ipſo ignorante beneficiū aliquod ſibi ſimoniace impetratū eſt,dū id cognouerit, mox reſignare tenetur,ac ſuę prouidere ſaluti. Oia demū in iſto introducta articulo ſcribunt doctores, Raymundus,Iohannes,Durandus,Hoſtienſis ac alij,præcipue Thomas ſuper 4.ſent. & in ſecunda ſcdę.De hac quoq; materia,puta de ſimonia,diffuſe ac pulchre ſcribitur in Decreto c.1.q.1.atq; deinceps,ſed breuitati ſtudens dimitto.

Articulus LII. Excuſatio ab introductione quarundam materiarum utilium,eo q alibi competenter habentur.

DEcreueram in præſenti articulo ſeu etiam opuſculo, de ſingulis ſacramentis aliqua ſuccinctim breuiterq; inſerere,ſed uiſis ſtatutis ſynodalibus diuerſaꝝ diocœſium,non putaui hoc multū neceſſe.Cum enim uniuerſi ſinguliq; curati tenẽantur proprię diocœſis ſcire & habere ſtatuta,& in ipſis ſtatutis de hac materiã ſcilicet de ſacramentis cõpendioſe atq; cõpetẽter, qtū ſimplicibus curatis atq; eoꝝ uicarijs opus eſt pertractet,ſufficere reor pro eis,quod in eoꝝ ſynodalibus habet ſtatutis,quæ frequenter ac diligẽter perlegere efficaciterq; implere ipſis tam ſerioſe iniungit. Sua ergo ſtatuta ſinguli habeant,ſciant,adimpleant.Porrò de ſacramẽto ordinis circa principiū huius opuſculi eſt tractatum.De ſacramento quoq; pœnitentiæ & cõfeſſionis,& de ſacramento euchariſtię multa pręhabita ſunt.Vnde de alijs ſacris iam non niſi quædam utiliora breuiſſime ſunt dicenda,pręſertim cum de iſta materia tot libri ſunt editi,& ſuper 4.ſniaꝝ doctores pleniſſime inde conſcribant.In ſūma quoq; Confeſſoꝝ,& in ſūma Durandi,ac Summa Piſana,imò in ſūma Raymundi ac alioꝝ,diffuſe & plene ac plane inde habetur.Summa vͦo Piſana uidet mihi pro ſimplicibus ſacerdotibus & curatis utilior,qa in procedendo eſt planior atq; facilior.Itaq; in ſtatutis ſynodalibus inter cætera dr:Baptiſmus caute ac honorabiliter celebret.i.cum debita ſolẽnitate exhibeat,cum ritu & mō ab eccleſia inſtituto:quæ ſolẽnitas q̄uis non ſit de neceſſitate aut eſſentia baptiſmi ſeu aliorū ſacrorum,non debet tñ ſine cauſa cogente omitti propter reuerentiā ſacroꝝ. Deniq; ſacra euangelicę legis ſunt ſacra ſigna.i.ſigna gratiā & ſalutem aliquo mō continentia ſeu cauſantia, & in hoc differūt à ſacramentis Moſaicę legis,quę gratiam ſolūmodo ſignabant ſeu figurabant,non continebant neq; cauſabant.Hæc ergo gratiā in ſe continẽt, & in recipientibus gratiā cauſant, niſi ſit defectus ex parte ſuſcipientis,per hoc q impedimentū ſeu obicem grę ponat ꝑ propriã culpam.Cauſant ſacra hæc gratiā inſtrumentaliter,& deus effectiue & principaliter.Chrũſq; per ſeipſum ſacra nouæ legis inſtituit,& ex uirtute ac merito paſſionis Chriſti ſacra ſuam efficaciā habent.Hinc ſacra dicunt quaſi uaſa ſpūaliter medicinalia,per quę deus ſecrete operatur humanā ſalutẽ:qa per ſacra hoies purgantur à uitijs, ornantur gratia atq; uirtutibus,& ad beatitudinẽ perducunt æternā.Miniſtri ergo eccleſiæ uniuerſa ſacra cum ingenti reuerentia,deuotione & circūſpectione debent tractare ac diſpenſare.Ideo dictū eſt q baptiſmus caute & honorabiliter celebretur,cum aperta & diſtincta expreſſione vboꝝ, & cum debita forma eoꝝ,ut dicatur:Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpūſſancti. Hęc etenī uerba ſunt de eſſentia ſacri huius.Quòd aūt ꝑmittitur nomen aliqd propriū,dicẽdo Petre uel Iohannes,non eſt de eſſentia ſacri iſtius. Ideo propter eius omiſſionem nõ eſt iterandus baptiſmus.Item baptiſmus eſt tinctio in aqua vbo uitę ſanctificata.Et ſcdm magiſtrū ſentẽ.baptiſmus eſt ablutio facta in aqua,ſub pręſcripta forma uerboꝝ.Vnde ad baptiſmi ſubſtantiā tria cõcurrūt,uidelicet materia debiti elementi, utputa uera aqua, in qua ſola fieri poteſt baptiſmus:& forma uerboꝝ iam tacta,atq; intentio baptizãtis,ut ſaltem intendat facere quod facit eccleſia in gñali uel ſpeciali.Inſuper debitus ac legitimus miniſter baptiſmi eſt ſacerdos, tñ in neceſſitate qlibet poteſt baptizare,etiā mulier,imò & infidelis, dūmodo intendat ſaltem in generali facere quod facit eccleſia,q̄uis putat hoc nihil eſſe.Verumtñ ſicut in Decreto de conſec.d.4.habetur,ſimplex clericus baptizare nõ debet pręſente presbytero,nec laicus pręſente clerico,nec mulier pręſente uiro:tñ ſi aliter fiat, baptizatū eſt,licet peccet baptizans.Si uero ſit ſacerdoti dubiū, an infirmus ſit debite baptizatus à laico aut muliere,debet pueꝝ baptizare ſub conditione dicendo:Si non es baptizatus,ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpūſſancti.Inſuper in qbuſdā ſtatutis ſynodalibus legitur:Moneant presbyteri parentes puerorum baptizatorum nondum confirmatorū, ut eos ad epiſcopum qui ſolus poteſt confirmare,ducant ſeptennes uel maioris ætatis.In cõfirmatione etenī datur gra ſpūſſancti ad robur,per quam fideles cõfirmati, ſunt idonei ad

De conſe.d. 4.c.cõſtat.

De conſec.d. 4.c. mulier. De conſe.d. 4.ca.paruul.

confitendum fiducialiter fidẽ Christi,& ad pugnandũ contra aduersarios eius,puta diabolum,mundũ & uitia carnis.Vñ per cõfirmationẽ ascribunt fideles ad spũalem militiã,fiuntq; milites & pugiles Christi,ad standũ & præliandũ idonei contra aciem uitioꝝ in campo seculi huius.Porrò de substantia confirmationis sunt materia chrismatis & forma uerborũ, & hęc sunt necessaria ex parte sacramenti:duo quoq; ex parte ministri,uidelicet dignitas pontificalis & intẽtio:& duo ex parte suscipiẽtis,uidelicet φ chrismet in fronte,& φ baptizatus existat.Forma aũt uerborũ est ista:Consigno te signo crucis,confirmo te chrismate salutis.Deniq; qualiter sacerdotes se habere debeant circa sacramentũ extremæ unctionis, & in exhibitione eius ad infirmos,in statutis prouincialiũ synodorũ diligenter docet,ac cõpetenter habet.Postremo de mõ contrahendi matrimoniũ,in statutis pręfatis utrũq; satis tangi uidet,ubi inter cætera dr:Prohibeant sacerdotes subditis,ne matrimonia clãdestina contrahãt,nec sibi mutuo fidẽ pręstẽt de matrimonio cõtrahẽdo,nisi corã presbytero atq; in celebri loco, & publice corã multis:aliter excõicationis incurrũt sniam.Et de hac materia habet multa in illis statutis,quę curatũ & eiꝰ uicariũ scire oportet:& eosdẽ scire oportet q̃ sunt impedimẽta mrimonii,& q̃liter quędã impedimẽtorũ illorũ dicunt impedire matrimoniũ cõtrahendũ,non tñ dirimũt iam contractũ:quędã non impediunt contrahendũ,dirimuntq; contractũ,quia non fuit uere atq; legitime seu de iure contractũ,sed de facto dũtaxat.Hæc isto loco tetigisse sufficiant,cum alibi plenarie habeantur,præsertim cũ tractatulus iste nũc longius q̃ putabam processerit.Vnde incumbit festinare ad finem,& de uno principali quod restat,quantum spiritus ueritatis præstiterit,pertractare.

Ad cõfirmationẽ q̃ requirantur.

Articulus LIII. Quàm districte pręcipiantur uiuere continentes oẽs in sacris ordinibus constituti,potissime sacerdotes atq; pastores ac pręsules.Et contra detestabilem incontinentiam fœdissimamq; lasciuiam sacerdotum ac clericorum carnalium,ex his quę in Decreto habentur,tam ex constitutionibus gñalium conciliorum q̃ canonibus summorum pontificum.

CONTRA uilissimam,scãdalosissimam,uitiosissimam atq; turpissimam sacerdotum ac clericorum luxuriã,in hoc opusculo scribere specialissime ac frequenter ac diu rogatus sum:nunc quantum fons puritatis atq; totius lasciuiæ detestator spiritussanctus donauerit,adimplere diligenter tentabo.In Decreto itaq; distinct. 25. introducit Gratianus sanctum Gregorium sic dicentem:Nullum facere subdiaconum episcopi præsumãt,qui se caste uicturum non promiserit,quoniam nullus debet ad ministerium altaris accedere,nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.Deniq; Innocentius Papa II.Decernimus inquit,ut hi qui in ordine subdiaconatus & supra,cõcubinas habuerint aut incontinẽtes extiterint,officio atq; ecclesiastico beneficio careãt. Cum etenĩ templum uasaq; dñi ac sacrarium spũssancti debeãt esse,indignum est eos cuilibet libidini & immunditiis deseruire.Insuper in gestis quinti concilii Toletani habet:Qñ presbyteri & diaconi per prouincias constituuntur,oportet eos professionem facere suo episcopo,ut caste & pure sub dei uiuãt timore,ut dum eos talis ꝓfessio obligat,uitæ sanctę disciplinã retineãt.Vnde scdm Gregorium:Qui diu cõtinenter non uixit,non est in epm eligendus.Vnde beatus Gregorius Neapolitanus scribens sic ait:Postq̃ ad nos uestra scripta peruenirent,Iohãnem diaconum qui ab altera parte electus est,paruulam habere filiã quorundã relatione cognouimus.Vnde si rationem uoluissent attendere,nec ipsi eum eligere,nec ipse debuerat cõsentire. Nam qua pręsumptione ad episcopatũ audet accedere,qui adhuc longã sui corporis cõtinentiã, filia testãte,conuincit non habere?Amplius,in scdo concilio Toletano:Cauẽdum est clericis,ne qñ suæ sponsionis immemores,ad futuros concubitus ultro recurrant:quod si forte fecerint,tãq̃ sacrilegii rei ab ecclesia habeãtur extranei.Rursus in concilio Arelatensi scdo habetur:Placuit ut deinceps non ordinentur diaconi,nisi qui prius conuersationis proposito professi fuerint castitatem.Sed & Calixtus Papa ait:Presbyteris,diaconis,subdiaconis concubinas habere interdicimus:& contrariũ faciẽtes,ad pniam redigi iuxta sanctorũ canonum diffinitionem iudicamus.In Neocęsariensi etiã synodo legit:Presbyter si fornicatꝰ fuerit adulteriũ ue cõmiserit,extra ecclesiã abiiciet,inter laicos ad pniam redigi ipm oportet.Item in sexta synodo scribitur:Presbyterum illicita commixtione detentum,ab officio abstinere præcipimus,quia benedicere aliis eum quia propria uulnera debet curare,cõsequens non est:Benedictio enim sanctificationis traditio est.Qui uero hanc non habet propter delictum suũ,quõ eam aliis tradet? Non ergo publice neq; priuate bñdicat,sed suffi-

18.d.c.nullũ

28.d.c.decernimus.
1.Corint.6

28.d.c.qñ

28.d.c.priusquam.

28.d.c.presbyterum

tiat ei qui implorat à deo ut dimittatur sibi iniquitas sua, quoniam sicut in Decreto loco præallegato asseritur: Causa huiusmodi institutionis est munditia sacerdotalis, ut libere cunctis diebus possint orationi uacare. Si enim (ut ait Apostolus) ab uxoribus cessandum est maritis, ut orationi expeditius uacent, ministris altaris quibus quotidiana necessitas incumbit, semper à mulieribus est cessandum, nec coniugali officio uacare eis unquam permittitur. Vnde Beda super Lucam testatur: Sacerdotibus ut semper ualeant altari assistere, semper est à mulieribus continendum. Hoc idem in secundo Carthaginensi habetur concilio. Hinc Innocentius Papa testatur: Tenere debet ecclesia, ut omnino sacerdotes & leuitæ mulieribus non commisceantur, quia quotidianis sacris ministerijs occupantur. Scriptum est enim: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dominus uester. Nam in ueteri testamento tempore uicis suæ, quando uidelicet in templo ministrare & offerre solebant sacerdotes, à templo non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam aut uxorem omnino tangebant: quibus utique propter sobolis successionem uxoris usus fuit permissus, quia ex alia tribu præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus accedere poterat. Quanto magis hi sacerdotes & leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ debent seruare, quibus sacerdotium seu ministerium sine successione est, nec præterit dies qua uel à sacrificijs diuinis, uel ab orationibus, uel à baptismatis officio uacant. Hinc contra Iouinianum scribit S. Hieronymus: Si laicus & quisque fidelis non potest digne orare, nisi careat officio coniugali, sacerdoti à quo semper offerenda sunt sacrificia, semper orandum est, etiam semper ab amplexu est abstinendum. Denique Leo Papa ait: Omnium sacerdotum tam excellens est electio, ut quæ in alijs membris ecclesiæ non sunt culpabilia, in illis sunt illicita. Cum enim extra clericorum ordinem constitutis liceat matrimonium subire, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiacono carnale coniugium conceditur. Quod si in hoc ordine, scilicet subdiaconatus, qui quartus est à capite, scilicet episcopatu, dignum est custodiri, quanto magis in primo, secundo & tertio gradu seruandum est, ne aut leuitico aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia, quisquam indignus æstimetur, qui se à uoluptate luxuriæ necdum refrenare detegitur. Sed & Vrbanus Papa secundus disseruit: Erubescant impij, & aperte intelligant eos qui in tribus sacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu positi sunt, si mulierculas non abiecerint, & caste non uixerint, excludendos ab eorundem graduum dignitate. Postremo, quamuis quædam illorum quæ allegata sunt, modo in ecclesia non seruentur, uidelicet ut sacros ordines suscipientes, castitatem explicite uoueant, & iuxta formam præscriptam pro suis excessibus & fornicationibus puniantur, tamen præinductis ostenditur, quod diligentissime, feruentissime atque strictissime tam sacra concilia quam summi pontifices præceperunt, ab omnibus in sacris ordinibus constitutis, continentiam castimoniæ obseruari: & obligatio illa præceptorum tam multipliciter ac frequenter repetitorum ac renouatorum de castitate clericorum, adhuc in suo manet uigore: & ordini sacro uotum castitatis perhibetur annexum. Nec ideo peccatum transgressionis præceptorum illorum est minus, quia minus punitur: imò quo minus punitur in seculo, eo grauius punietur ac uindicabitur in futuro. Id etiam constat, quoniam quod præceptum illud de caste uiuendo est frequentius ac seriosius tam in sacris concilijs quam in summis pontificibus repetitum ac innouatum, eo plus obligat, & uitiosius damnabiliusque infringitur. Non ergo sacerdotes clericique lasciui sibimet blandiantur, nec se palpent, neque infeliciter fallantur: quo nunc facilius euadunt humanum iudicium, & manus atque correctiones prælatorum suorum, eo terribilius incident in manus dei uiuentis, ac durius sustinebunt iudicium & uindictam omnipotentis.

Ibidem. i. c. presbyteri xi. dist.; 81. d. c. tenere; Leuiti. xi.; Luc. i.; 81. d. c. si laic.; 81. d. c. erubescant.

Articulus LIIII. De eadem materia ex Decreto.

RVrsus quasi præinducta non sufficerent, Gratianus d. 81. de hac ipsa materia introducit testimonia multa: Ait equidem Symmachus Papa: Non recte monitoris (i. pastoris aut prædicatoris) suscipit nomen, nisi qui actibus suis peccata condemnat, & amorem castitatis ac innocentiæ conuersatione demonstrat. Denique Innocentius Papa affirmat: Maximianus filius noster querelam detulit: Nam zelo fidei disciplinæque ductus, non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procurasse. Ideo frater eos qui talia perpetrasse dicuntur, debes in medio collocare, discussisque obiectionibus quæ ipsis obijciuntur, si conuicti fuerint, à sacerdotali officio remoueantur: quia qui sancti non sunt, sancta attrectare non debent, atque alieni efficiantur à ministerio, quod uiuendo illicite polluerunt. Insuper Gregorius Papa effatur: Si qui sunt presbyteri aut diaconi aut subdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent, interdicimus eis ex parte omnipotentis dei & sancti Petri autoritate ingressum ecclesiæ, quousque pœniteant & emendent. Qui autem huic saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit,

81. d. c. non.; 81. d. c. max.; 81. d. c. si qui.

I. Reg. cap. 15. Samuele testante, qui ait: Peccatum ariolandi est non obedire, & zelus idololatriæ non acquiescere. Peccatum ergo paganitatis incurrit, quisquis Christianum se asserit, dum sedi apostolicæ obedire contemnit. Propterea Alexander Papa II. eloquitur: Si quis sacerdotũ uel diaconorum aut subdiacorum fœiam sibi elegerit, ob fornicationem suã beneficio carere cogat. Et scdm eiusdem Papę Decretũ, talis à proprio decidit gradu, usque dum ad satisfactionẽ ueniat, neque in choro psallentiũ maneat, nec aliquã portionem de ecclesiasticis habeat rebus. In concilio quoque Toletano habetur: Quidam clerici legitimũ non habentes coniugium, extranearum mulierum & ancillarum suarum consortia appetunt. Ideo quæcũque fœminæ clericis ita coniunctæ sunt, ab episcopo auferantur & uenũdentur, clericis illis ad pœnitentiam relegatis. Sed & Syricius Papa: Plurimos inqt, sacerdotes Christi atque leuitas post consecrationis suæ tempora, de turpi coitu sobolem procreasse didicimus, & crimen suũ hoc modo defendere, quia in ueteri testamento sacerdotibus & ministris templi generandi facultas legitur attributa. Dicat nũc mihi quisquis ille est sectator libidinum, præceptorisque uitiorum, si existimet quod in lege Moysi sacris ordinib' passim à deo laxata sint frena luxuriæ, cur eos quibus sancta sanctorum cõmittebantur, præmonet dicens: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dominus deus uester. Cur etiam procul à suis domibus tempore uicis suæ, i. ministerii sui in templo habitare sunt iussi: Ideo utique, ne suis miscerentur uxoribus, quatenus conscientiæ integritate fulgentes, acceptabile deo munus offerrent. Hinc scdm eundem Syricium, Innocentiumque summos pontifices: Incontinentes in sacris ordinibus constituti, omni honore ecclesiastico sunt priuandi, nec ad tale ministerium admittendi quod sola continentia oporteat impleri.

Articulus LV. De eadem materia ex Decretalibus.

SVprà sexto articulo allegata sunt plura ex principio tertii Decretaliũ titulo de uita & honestate clericorum, quemadmodum sacerdotes & clerici continenter uiuere, districtissime præcipiuntur, & qualiter secundum canones puniri incontinentes iubetur. Veruntamen nunc de hac ipsa aliquid latius introducam materia. Itaque sicut tertio Decretalium habetur tit. de coha. cle. & mulierum, Alexãder Papa III. cuidam scribit episcopo: Clericos in sacris ordinibus constitutos, qui publice detinent cõcubinas, per suspẽsionis & interdicti sententiam debes arctius cogere, ut ipsas mulieres à se ita remoueant, quod de ipsis sinistra suspicio nõ possit haberi. Et si qui ipsorum ad eas redire uel alias accipere forte præsumpserint, in aliquos ipsorum debes perpetuam sententiam excõicationis inferre, ut alii eorum exemplo à similibus retrahantur. Denique idem Papa archiepiscopo Cantuariensi scribens: Mandamus inquit, quatenus clericos uestræ iurisdictionis, qui in subdiaconatu, & suprà, fornicarias habuerint, studiose monere curetis, ut à se illas remoueant, eas ulterius minime admissuri. Si uero acquiescere contempserint, eos ab ecclesiasticis beneficiis perpetuo mouere curetis. In alia quoque Decretali ait hic pontifex: Quoniam simul uoluptatibus ac carnalibus desideriis atque diuinis & ecclesiasticis obsequiis clerici uacare non ualẽt ob immunditiam suam ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis, ecclesiasticis procul dubio beneficiis sunt priuandi. Ad idẽ induci possent uariæ autoritates ac decretales summorum pontificum, Gregorii, Lucii, Syricii, Innocentii & aliorum: sed quoniam sententia una est, & in præhabitis satis contenta, breuitati studens pertranseo.

De ui. & honest. cle. & ue clericorum mores.
De cohabit. cle. & mul. & clericos.

Articulus LVI. De pœnis ac pænitentiis sacerdotum & clericorum incontinentium secundum uiam antiquorum.

QVamuis sanctus ille & ecclesiasticus rigor in obseruantiis disciplinarum & pœnitentiarum circa sacerdotes & clericos siue canonicos lubricos, iam proh dolor non seruetur, sed nimium relaxetur, ut tamen appareat quàm uehementissime patres sanctissimi detestati sint sacerdotium ac clericorum spurcitiam, nunc breuiter de pœnitentiis fornicantium talium tangam. Et quamuis inde iam in præinductis tribus articulis multa sunt scripta, qualiter scilicet sint beneficiis officiisque priuandi, degradandi, & extra ecclesiam proiiciendi, atque inter laicos ad agendam pœnitentiam redigendi, nunc tamen ex Decreto & decretalibus aliqua addam. Itaque in Gangarensi concilio legitur, quod etiam distinctione octogesima secunda habetur: Presbyter si fornicationem fecerit, quanquam secundum canones apostolorum debeat deponi, tñ iuxta autoritatẽ b. Syluestri Papę, si in uitio non permanserit, sed sua spõte adiecit ut resurgat, decẽ annis

in

in hunc modum pœniteat: Tribus mēsibus à cæteris remotus fratribus, pane & aqua à uespera in uesperam utatur. Diebus autē dominicis & præcipuis festis, modico uino & pisciculis atq; leguminibus utatur, sine carne & sanguine ac ouis & caseo. Sacco quoq; indutus humo adhæreat, die ac nocte iugiter misericordiā dei imploret. Finitis tribus mēsibus cōtinuis, exeat, tñ in publicū nō procedat, ne grex fidelis in eo scādalum patiatur. Nec enim debet sacerdos publicæ (.i. solenni) pœnitentię subiacere, sicut laicus. Postea aliquantisper uiribus resumptis, annū & dimidiū in pane & aqua expleat, exceptis dñicis diebus & præcipuis festiuitatibus, in qbus uino & carnibus, sanguine, ouis & caseo iuxta canonicā mensuram poterit uti. Finito autē primo anno & dimidio, corporis & sanguinis domini ne indurescat particeps fiat, & ad pacē ueniat .i. fratribus reconcilietur, ac psalmos cū eis in choro ulterius canat: nec tñ ad cornu accedat altaris, sed iuxta beati Clementis uocem, minora gestet officia. Deinde uero usq; ad expletionem septimi anni, omni tempore exceptis Paschalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto circulo septimi anni, si fratres apud quos pœnituerit, eius condignam pœnitentiam laudauerint, ipse in pristinā honorē redeat. Vnde iuxta beati Calixti Papę autoritatē illum poterit reuocare. Sane sciendū est, quia in II. feria unū psalteriū canendo, aut unū denarium paupibus dādo, si opus est, se redimere poterit finitis septem annis. Deinde usq; ad finem decimi anni, sextā feriam nulla interueniente redēptione obseruet in pane & aqua. Eadem quoq; pœnitētia erit sacerdoti pro omnibus criminibus, quæ in depositionē inducunt. neq; hoc cuilibet uideaf onerosum, si sacerdos post lapsum digne (ut supradictū est) pœnitēs ad pristinū redeat honorē. Hinc Innocentius Papa sacerdotibus & clericis in fornicationem collapsis, eo q; nondum ad eos peruenit institutio Syricij Papę de castitate eis seruanda, ueniam esse dandā testatur: ita tamē, q; ad altiora non promoueantur. Qui uero institutionem illam scientes, non statim cupiditatis & uoluptatis suæ uitiū abiecerūt, modis oībus esse amouendos. Deniq;, in Magūtinensi concilio legitur, & distinct. 81. habet: Dictū est nobis, psbyteros propter suā negligentiā canonice degradatos, & seculariter gradu amisso uiuere, & pniæ agendæ bonū negligere. Vnde statuimus, ut gradu omisso agendæ pniæ, in monasteriū aut canonicā regularem redigantur. Si uero hoc fieri causa quælibet prohibuerit, ubicunq; sint, pniam agere non desistant. Si aūt amisso gradu seculariter uiuere uolunt, & pniam agere negligūt, à cōione ecclesiæ separētur. Insup in VII. synodo Aurelianensi habef: Si quis clericus adulterasse cōuictus fuerit uel confessus, depositus ab officio, in monasteriū toto tēpore uitæ suę retrudatur: Sed & Pelagius Papa ait: Romanus clericus pro crimine adulterij à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in urbe Roma ad agendā pniam ex nostra iussione retrusus est, prout distinct. 81. habef. Hinc in principio tertij decretaliū Innocentius Papa testat: Si qs propter incontinentiā suspēsus psūpserit celebrare diuina, nō solum ecclesiasticis beneficijs spolietur, uerū etiam pro duplici culpa damnetur. Prælati uero qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pecunię uel alterius commodi temporalis, pari subiaceant ultioni. Secūdo hoc idē in decreto distin. 83. legitur sub his uerbis: Si qs eps fornicationi presbyterorū aut diaconorū uel crimini incestus in sua diœcesi prece uel ptio cōsenserit, uel cōmissum autoritate officij nō impugnauerit, ab officio suspendaf. Ex hoc Gratianus cōcludit: Eps itaq; qui taliū crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus q̄ epūs. Et ne episcopi se excusent, dicendo, Nō consentimus, sed displicet nobis, mox quid secundum unum modum sit cōsentire, Gratianus ostēdit, subdendo: Qui non resistit errori, cōsentit. q̄d de prę latis pręcipue ē sumendū, qm̄ ex debito sui officij tenenf resistere. Vnde Innocētius Papa: Error cui nō resistif, approbaf: & ūitas dum nō defensaf, opprimitur. Negligere, cū possis pturbare (.i. à uitijs impedire) peruersos, nihil est aliud q̄ fauere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Insuper sanctus Hieronymus super Malachiam disseruit: Qui sacerdos est & comedit Pascha domini .i. sacramētum altaris, accingatur balteo castitatis, ut audiat cum apostolis: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernę ardentes in manibus uestris. Qui autem peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio accingatur & plāgat propria pctā, & populi, uidelicet cui fuit ruinę occasio, dormiatq; in sacco, ut præteritas delicias per quas deum offenderat, uitæ austeritate compenset. Ex præinductis monstratur, q̄ ineffabiliter sacrosancta gñalia concilia ac summi pontifices atque sanctissimi patres maledictam illam lasciuiam fœtidissimamq; luxuriam in sacerdotibus & clericis abhorruerunt, prohibuerunt, ac funditus euellere intenderunt. Cū

Clemens.

Calixtus.

Innocentius.

Syricius.

Decretū Magūtinēsis concilii.

Pelagius.

Gratianus.

Mala. 2. Lucæ. 12.

enim culpæ debeatur ac proportionanda sit pœna, ita ut quo maior est culpa, maior ei affligenda sit pœna, nequaquã sancti patres peccata luxuriæ in sacerdotibus & clericis tam acerrime prohibuissent, ac punienda iussissent, nisi ea intãtum abhorruissent. Et quamuis præinductorum decretorum ac canonum rigor sit laxatus in multis, nequaquam tamẽ in tantum sicut iam ex consuetudine uitiosa & negligentia prælatorum quorundam remittitur. Nempe ex præhabitis elucescit, quàm culpabiles & inexcusabiles sint coram iudice summo episcopi & prælati, ex quorum commissione aut permissione annuatim quidam ex parte præsulum aut archidiaconorum ueniunt ad uisitandum presbyteros, & de fornicarijs non exigunt nisi pecuniariam pœnam: qua sumptã, dimittunt illos in fornicationibus suis. Tales episcopi & prælati pactum percusserunt cum morte & cum inferno, atq; cum
Numer. principibus tenebrarum fœdus inierunt, declinauerũtq; oculos suos ne aspiciant cœlum, nec recordẽtur iudiciorum iustorum. Tales nanq; prælati (uel magis Pilati) nec deum, nec
2. Tim. subditos diligunt uero ac spirituali amore, sed sicut prædixit Apostolus, sũt homines seipsos amantes, uoluptatem diuinitati sceleratissime præferẽtes: quia nec dei honorem, nec animarum salutem, sed sua iugiter commoda peruersissime quærunt.

Articulus LVII. De prohibitione cohabitationis sacerdotũ seu clericorũ & mulierũ.

SAncti ac districtissimi patres, desup gratiosissime illustrati, pensantes quàm impossibile ac certe difficilimum, rarissimumq; constat hominem uitare peccata, qui occasiones non uitat peccandi, non solum carnalem commixtionem, sed suspectas quoq; cõfabulationes & periculosas habitationes cũ mulieribus prohibuerũt presbyteris, & generaliter clericis siue canonicis. Vnde circa hoc Maguntinense concilium plene prouidit, in quo legitur: Inhibendũ est q; nullus sacerdos fœminas, de quibus suspitio potest esse, retineat: sed nec illas quas canones concedunt, matrem, amitam & sororem, quoniam instigante diabolo etiam in ipsis perpetratũ reperitur scelus, aut etiam impedisse eorundem deuotionem. Veruntamen rigor huius decreti quod tertio decretalium ponitur, postea est laxatus, ita quòd cohabitare permittuntur clericis fœminæ multũ propinquæ, & etiam uetulæ de quibus naturale fœdus seu ętas nil sinistrum suspicari permittit. Vnde Innocentius tertius cuidam scribit episcopo: Cum clericis non permittas mulierculas habitare, nisi forte de illis personis, in quibus naturale fœdus nil pmittit sæui criminis suspicari. De hac materia scripta sunt multa tertio decretalium, titu. de cohab. cleri. & mulierũ, quæ cum sint superius allegata, dimitto. Porro de his in decreto exuberãtissime scribitur. Siquidem distincti. XXXII. ex gestis Niceni concilij legitur: Interdixit per omnia sancta synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, non subdiacono, neq; alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem. i. non habitare cum fœmina, sicut Gratianus exponit in Rubrica, nisi cum matre aut sorore aut amita, aut personis quæ fugiunt suspiciones. Hinc consequenter ad hoc inducit Gratianus uerba S. Hieronymi, dicẽtis: Hospitiolum tuum mulierum pedes aut raro aut nunquã tangant aut terant: quia non potest toto ac tuto corde habitare cum deo, qui fœminarum accessibus uisitatur. Fœmina conscientiam secum pariter habitãtis exurit. Nunq̃ de mulierum formis disputes. Fœiam quam bene conuersantem audis, mente dilige, non corporali frequentia. Sicut teste Apo-
1. Cor. 7 stolo, Bonum est mulierem non tangere, ita malum est tãgere eam. Deniq;, quàm caute & pure habere se debeant sacerdotes & clerici ad illas etiam fœminas, cũ quibus secundũ iura habitare sinuntur, patet ex eo quod ex uerbis sancti Gregorij quarto dialogorum recitat Gratian⁹: Presbyter quidam commissam sibi regebat ecclesiam cum magno dei timore, qui ex tempore suscepti ordinis presbyteram suam (id est, uiduam seniorẽ) ut sororẽ diligens, sed quasi hostem cauens, ad se accedere propius non sinebat: eamq; sibi approximare nulla occasione permittens, ab ea funditus etiam cõmunes familiaritates abscidit. Hinc distinctione XXXIIII. pręcipitur, ut sacerdotes & clerici consanguinearum & domesticarum personarum immoderatam familiaritatem deuitẽt. Insuper sanctus Gregorius ait, & habetur distinct. 81. Oportet sacerdotes quibus populus dei cõmissus est, cum magna constantia uigilare super dominicas oues, ne à dæmonibus lanientur. Neq; silere hoc debeo, quod cum magna tristitia dico. Nam sacerdotes cũ fœminis habitare conspicio, quod nefariũ est dicere uel audire secundũ canonũ sanctorũ statuta. Vbi em̃ talis fuerit cohabitatio, non deerunt stimuli hostis antiqui. Ideo admonendi sunt, ne antiqui hostis fraude fallan-
2. Cor. 6. tur, quaten⁹ iuxta Aplm̃, non uituperetur ministerium nostrũ. Cauere enim ab illicitis nos
1. Tim. 2. Leuit. 11. sacerdotes oportet, ut mundas ad deum ualeamus manus leuare, quoniam deus ait: Sãcti

estote, quoniam ego sanctus sum. Si uero quis præsumpserit aliter agere, sacerdotij priuetur honore. Iterum ait Gregorius: Volumus sacerdotibus prohiberi, ne cũ mulieribus cõuersentur aut demorẽtur, excepta duntaxat matre & sorore. In Registro etiã scribit Gregorius: Legitur q beatus Augustin⁹ nec cũ sorore habitare cõsenserit, dicẽs: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo uiri cautela, magna debet esse instructio. Itẽq; in sexta synodo legitur: In oĩbus obseruari conuenit, ut non nisi certo tempore & loco congruo clericus mulieribus loq debeat, ut excludatur oĩs nefanda suspicio. Certe solũ ad solam accedere, nulla ratio religionis pmittit. In Carthaginensi quoq; concilio fertur: Cum clericis extraneæ fœminæ nequaq̃ cohabitent, sed solæ matres, auię, materteræ, amitæ, sorores, filiæ fratrum & sororũ. Rursus B. Gregorius cuidam scribit episcopo: Archidiaconũ tuũ cũ mulieribus habitare prohibuisti, & hucusq; nõ obediuit: qui nisi iussioni tuę paruerit, eũ sacro ordine uolumus esse priuatũ, uidelicet officio & bñficio. Vnde & Syricius Papa cuidã episcopo scribit: Fœias non alias in domo clericorũ esse patimur, nisi eas tñ, q̃s pter solas necessitudinũ causas habitare cũ eisdẽ synodus scta Nicena pmisit. Deniq;, qualiter liceat amicas fœias uisitare, in sexta synodo Africana habet his uerbis: Clerici uel continẽtes ad uiduas uel uirgines nõ accedãt, nisi iussu uel pmissu episcoporũ: nec soli hoc faciãt, sed uadant cũ clericis uel alijs q̃bus eps uel presbyter iusserit: sed nec ipsi epi aut presbyteri soli habeãt accessum, sed aut ibi clerici sint pręsentes, aut alij graues Chriani, ut oĩs tollatur suspicio. In Carthaginẽsi q̃q; cõcilio iubet, ne occasione tpalium familiaritatibus clericorũ fœminæ aut uirgines socientur. Hinc ait et Lucius Papa: Clericus solus ad fœię tabernaculũ nõ accedat, nec prope sit, sine maioris natu præcepto. Nec sol⁹ presbyter cũ sola fœmina fabulas misceat, nec archidiaconus sub prætextu humilitatis aut officij frequẽter intret domicilia fœminarũ, nec per clericos aut domesticos matronæ aliquid mãdet secrete. Si agnitũ fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus ecclesiæ arceatur. Hęc oĩa in Decreto dist. 81. habẽt. Ex q̃bus clarissime innotescit, q̃ seriosissime ac freq̃uẽter tã gñalia cõcilia q̃ summi põtifices, sacratissimiq; doctores, prohibuerũt sacerdotib⁹ & clericis habitare & fabulari cũ fœis, de q̃bus praua potest oriri suspicio. Vnde q cũ q̃busdã mulierib. cõsanguineis aut sororibus pmittuntur morari, intelligitur, dummodo cum illis non habitent alię mulieres, quibus cohabitare sacerdotes aut clerici prohibentur. De hac quoq; materia in Sũmis doctorũ, uidelicet Hostiensis, Durandi, Raymũdi & Iohannis, Bartholomæi & aliorum multa scribuntur. Ibi inter cetera continetur, q cum fœminis multũ propinqs habitare sinuntur, dũmodo illæ non habeant pedissequas aut alias mulieres suspectas.

Articulus 58. Multiplex ac rõnabilissima demõstratio ex principijs fidei, pandẽs q̃ indecẽtissima, debilissima atq; grauissima sint in sacerdotib. & clericis uitia carnis.

SVp 4. Sentent. scribũt doctores, q p religionis professionẽ ac sacrorũ ordinũ susceptionẽ, uotum solennizatur seu solenne efficit, ita q tale uotũ non solũ impedit matrimoniũ contrahendũ, sed etiã dirimit seu dissoluit contractũ: qm̃ in tali uoto homo non solum se obligat deo ad bona agẽda aut mala uitãda, sed insuper promissionem suam quodammodo implet, seipsum à secularibus sequestrando, atq; diuinis præcipue mãcipando. Itaq; in susceptione ordinis sacri, potissime sacerdotij, homo seipsum dat, offert & exhibet deo, ut eius obsequio totaliter uacet. Sacerdotes ergo cõsecrati sunt deo, & eius obsequio mancipati. Furtum igitur, sacrilegiumq; cõmittunt, & cõtra deũ iustitiæ enormiter peccãt, dũ seipsos à deo auertũt, à spũalibus retrahunt, à munditia diuinorum subducunt, & ad carnalia atque caduca se uertunt, sensibilibus se immergũt, sordibus carnalitatum & fœtore luxuriæ seipsos uilissime ac uitiosissime polluũt. His autem competit q̃d in Threnis loqtur Ieremias: Qui nutriebãtur in croceis, amplexati sunt stercora. i. sacerdotes & clerici, q in spũalib. alimẽtis & uenerãdissimis Chri sacris reficiunt, ingrati & damnati ad carnales se cõuertũt spurcitias, & fœtidissimã amplexant materiã ipsi fœtidiores effecti. Horũ ergo impuritas, ingratitudo & uilitas ẽ immẽsa, q̃rũ carnes iuxta Ezechielem pphetã sunt q̃si carnes asinorũ, & fluxus eorũ quasi fluxus equorũ. Præterea, qnq; ponũtur luxuriæ species. s. fornicatio simplex, quæ est soluti cum soluta: adulteriũ, quo thorus cõiugalis polluitur: incestus, q fit cũ psona consanguinea uel affini: stuprum, quum uirginalis defloratur integritas: & sacrilegium, quo sacer ordo siue religio uiolatur. Potest autem sexta species addi, q̃ est pctm̃ cõtra naturã. Quemadmodũ ergo cõcubitus cũ fœia religiosa seu moniali extat sacrilegus, sacrilegiũq; uocatur, ita & coitus cuiuslibet uiri in quocunq; sacro ordine cõstituti, præsertim presbyteri. Sacrilegiũ quippe uocat abusus rei sacræ.

Gregorius.
Sub Augustini.
Decretũ synodi Africanæ.
Exod. 36
Thre. 4
Ezech. 23
32. q. 7. c. adulterii. & c. Vsus.

Cum ergo iam dictũ sit, q̀ per religionis & sacri ordinis susceptionẽ cõsecretur homo deo, & mãcipetur eius obsequio, recte ille cõcubitus sacrilegiũ nuncupatur, quo talis persona ita seipsa abutitur, & religioni ac sacro ordini iniuriatur, uitijsq; turpissimis ingnatur. Immundis ergo & luxuriosis sacerdotibus & clericis cõuenit illud Iohelis prophetæ: Cõputruerunt iumenta in stercore suo. i. tales bestialiter se habentes, in suis carnalitatibus & inquinamentis detestandis mente corrupti sunt, resoluti et squalidi. Insuper quo sacerdotes & clerici multiplicius. i. pluribus de causis, pluribusq; præceptis ad castitatẽ tenentur, eo incontinẽter uiuendo enormius ac multiplicius peccant, præuaricantur & pollust semet ipsos. Nunc ergo diligenter pensandũ, quàm multipliciter ad continentiã obligentur. Primo nanq; ex diuino præcepto tenẽtur uitare oẽm luxuriam, sicut quilibet Christianus: secundo tenentur ad idẽ ex præceptis gñalium conciliorum, sicut copiose ostẽsum est: tertio, ex iussionibus summorum pontificum, ut etiam claruit: quarto, ex institutionibus prouincialiũ statutorum, seu propriorum episcoporum ac prælatorum immediatorum: quinto, ex iuramẽto aut uoto, si in susceptione ordinũ iurauerũt secundum sacros canones uiuere aut castitatẽ seruare. Et quãuis explicite forsan non promittãt, non ideo excusantur, cũ uotum continẽtiæ secundũ doctores intelligatur ordini sacro annexũ. Ecce igitur, q̃ multipliciter transgrediũtur, q̃ iniustissimi, inobedientissimi, abominabilesq; redduntur sacerdotes & clerici luxuriantes, quãdo paruipendunt, despiciunt, imò pro nihilo ducũt tot gñalium conciliorum, tot summorum pontificum, tot sanctorum ac propriorum diœcesanorum præcepta. Preterea, quo plura à deo bñficia sunt sortiti, quo altiori potestate, honore, autoritate & gloria præditi, quo præ cæteris exẽplariores potissime sibi cõmissis esse tenentur, quo pluribus præsunt, eo horribilius eis iudiciũ imminet, si impie uixerint: maiorq; gloria, si uirtuosi extiterint: grauiorq; damnatio, si negligentes extiterint & carnales. Quo aũt ex laudabili exemplariq; uita eorum maior consequitur fructus ac plurium salus, quo itẽ ex praua & scandalosa eorum conuersatione maior oritur animarum ruina & grauius damnũ, eo amplior & copiosior ratio obediendi & bene semp agendi eis incumbit. Ideo insipiẽtissime agunt, q̀ à deo seipsos auertunt, nec ei nec eius parẽt uicarijs. & completur singulariter miserabiliterq; in eis illud Psalmographi: Homo quũ in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis. Quãta nẽpe potestate, excellentia, gloria & honore sacerdotes & clerici polleant, in præcedentibus patuit: quod excæcati & miseri nõ perpendunt, sed ad exteriora atq; carnalia diffundũtur, turpissimis commiscentur, & à calcaneo usq; cincinnos polluunt semetipsos. Deniq; Malachias ait: Labia sacerdotis custodiẽt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia angelus domini exercituum est. Cum itaq; in scripturis sacerdotes angeli appellentur, angelicæ uitæ munditiã sectari tenentur, ut cũ Apostolo dicere queant: Nostra conuersatio in cœlis est. Quo ergo in luxuriæ inquinamẽtis maior est turpitudo, amplior inhonestas, atq; brutalior fœditas, eo indecentius, uitiosius ac dãnabilius est, sacerdotes & clericos talibus obscœnitatibus deseruire, subijci ac fœdari. Certũ est uitia carnalia esse bestialissima, necnon inhonestissima atq; turpissima, q̀a in eis ratio potissime excæcat, imò totaliter absorbetur, sensualitati subijcitur, atque uilissimis immiscetur. Talibus ergo sacerdotibus & clericis intolerabilissima restat dãnatio, quibus in Osee dominus cõminatur: Occurram eis quasi ursa raptis catulis, dirumpam interiora eorum, & consumam eos ut leo. Nam quo sacerdotiũ Christi & euangelicæ legis spũalius atq; præstantius est sacerdotio ueteris legis, eo plus obligantur sacerdotes noui testamenti ad sobrietatẽ ac castitatem, quàm ueteris testamenti sacerdotes fuerũt obligati: & tamẽ illi in tempore ministrationis suæ in templo, à proprijs quoq; legitimisq; uxoribus cõtinere se iubebantur, atq; ab omni potu inebriatiuo tunc abstinebant, iuxta illud Leuitici: Dixit dominus ad Aaron: Vinũ & oẽ quod inebriare potest, non bibes tu & filij tui quãdo intrabitis in tabernaculũ testimonij, ne moriamini, ut habeatis sciẽtiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum, doceatisq; filios Israel omnia legitima mea. Quàm scelerati ergo & criminosi sunt legis euangelicæ sacerdotes, carnalibus uitijs dediti, sordidissimisq; peccatis subiecti, in quibus non solum anima spiritaliter, sed corpus quoq; corporaliter inquinatur, dehonestatur, subuertitur. Vnde ait Apostolus: Qui fornicatur, in proprium corpus peccat. &, Qui adhæret meretrici, corpus unum efficitur. & denuo, Tollens membrum Christi, faciã membrũ meretricis?

[Margin notes: Iohel. 1. / Vide cap. Non solũ. 32. q. 7. para. inter cæ tera — 34. dist. c. Nullũ cũ suo glo. & Diaconi — 40. dist. c. Sicut omnia. & c. Multi — Psal. 48 — Malach. 2. — Philip. 3 — 28. distin. ca. Presbyter. — 32. q. 7. c. Nõ solũ. para. inter cætera. — Osee. 13. — De ui. & ho. cler. c. ut clericorũ. — Leuit. 19. — Leuit. 10. — 27. d. c. Vinolentũ. ca. ante omnia — 1. Corin. 6. — Ibidem.]

Articulus LIX. Prosecutio disputationis istius, ostendẽs quàm uitiosa atq; damnabilis sit uita libidinosorum sacerdotum, præsertim ob hoc q̀

populum & sibi commissos lamentabiliter scandalizant.

Exod.

PEr Moysen dominus loquitur: Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, peribit de populis suis: id est, de medio electorum tolletur, æternaliterque damnabitur. Et rursus ad Aaron dixit: Homo de semine tuo qui habuerit maculam, non offeret panes deo suo. Si ergo sacerdotes legales corporalia, irrationabilia sacrificia oblaturi, tam immaculati, continentes ac sobrij esse præcipiebantur, quid damnationis imminet euangelicis sacerdotibus, qui agnum immaculatum, mundi peccata tollentem, sanctum sanctorum, altissimi filium crastino uel de propinquo immolaturi atque sumpturi, pauloante gulæ & luxuriæ sunt polluti fœtoribus: quorum cor non diuino, sed carnali & libidinoso est plenum amore, non attendentes quòd filij Aaron cœlesti consumpti sunt igne, quoniam ignem alienum in suo posuerunt thuribulo: & quòd Oza à deo percussus est, quoniam arcam sustentabat ne caderet, quia nocte præcedente cum sua iacuit coniuge. Et quid fuit arca nisi res inanimata? Quid ergo damnationis merentur, qui pollutis manibus CHRISTI corpus contrectant, & ore fœdato maculataque lingua id accipere & attingere audent? quorum impudentiam sancti angeli detestantur, & deus altissimus ulciscetur, quibus iuxta Ieremię oraculum, Frons meretricis effecta est, & erubescere nolunt, quibus & illud Ieremiæ uerissime conuenit: Indurauerunt faciem suam supra petram, & nolunt reuerti. Siquidem sicut Oseas propheta testatur: Spiritus fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à deo suo. Dum igitur ò sacerdos ignem alienum in tuo ponis thuribulo, id est, carnali amore imples cor tuum, igne diuinæ ultionis mereris occidi: imò hoc faciendo morte culpæ necaris in anima, & demum morte æternæ miseriæ infernalis occideris in anima simul & corpore. Verificatur quippe in te illud Apostoli: Quicunque manducauerit panem hunc & biberit calicem domini indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Mirum si sacerdotem immundum & fœtidum ista non terrent: sed idcirco non terrent, quoniam excæcauit eum malitia sua, & iuxta Danielem prophetam: Concupiscentia subuertit cor eius. Nam & Osee propheta fatetur: Fornicatio & ebrietas auferunt cor. Sed ò sacerdos redi ad cor, & resipisce à laqueis diaboli quibus captus teneris ad uoluntatem ipsius: discute conscientiam tuam, attende enormitatem tuorum excessuum, considera rigorem diuini iudicij atque intolerabilitatem æterni supplicij. Respice quàm breuis, incerta ac fallax sit uita ista & uoluptas mundana: passionem Christi attende, ueraciter confitere, satisfac & emenda: diuinæ gratiæ opem iugiter inuoca, & in bonis uiriliter perseuera. Insuper, sicut præhabitum est, sacerdos si sit de mortali conscius culpa, in omni actu sui ordinis atque officij peccat mortaliter. Quum ergo uitia carnis nisi funditus extirpentur, tenaciter hæreant, prauasque cogitationes & libidinosos affectus frequenter producant, gignant & renouent, patet quod luxuriantium sacerdotum facinora super arenam maris multiplicantur, atque (ut ita loquar) uix tot cœli sunt sidera, quot eorum sunt crimina. At uero quum in celebratione requiratur actualis deuotio, ipsumque celebrationis sacramentum atque ministerium sit uere altissimum & eminenter diuinum, oportet sacerdotem esse mentis illuminatæ, puræ & eleuatę, ut quod agit intelligat, opera dei attendat, mirabilia eius consideret, beneficia Christi perpendat, & in horum meditione exardescat in ipso ignis diuini amoris. Cum ergo uitia illa carnis turpissima, omnia ista uehementer impediant, acediam gignant, ac tædium pariant diuinorum, peruersissimum est eis sacerdotes inhærere, & potissime animarum curam habentes, quoniam tales oportet esse constantes, iustos, prudentes. Porro hæc uitia uiros effœminant, mentem deijciunt, omne robur uirtutum prosternunt, iustitiam tollunt, ut Augustinus testatur: Virilem animum nihil ita eneruat ac demolitur, sicut corporum ille contactus ac copula. Postremo, quum scandalum sit dictum uel factum minus rectum, alicui occasionem præbens ruinæ seu culpæ, scandalum istud non est semper mortale peccatum, sed tunc censetur mortale, dum uerbum uel actus quo quis aliquem scandalizat, in se mortale est uitium, uel dum quis alterius salutem intantum paruipendit, quòd propter eius ruinā non uult omittere quod sibi placet, quamuis hoc sit in se ueniale peccatū. Cum ergo fornicatio sacerdotum non sit simplex mortale peccatum, sed multipliciter graue, enormiterque damnabile, utputa sacrilegium & tot præceptorum transgressio, seu etiam uoti expliciti uel impliciti fractio, constat quòd scandalum istud actiuum, quo luxuriosi sacerdotes populum scādalizant, sit multipliciter enormiterque peccatum mortale, & tanto mortalius ac uitiosius, quo plures animas lædit, quo etiam sacerdotes plus præ cæteris populum ædificare &

Leuit. 21. 81. distin. c. oportet. Iohan. 1. Leuit. 10. 2 Reg. 6. Ierem. 3. Osee. 4. Leuit. 10. 1. Cor. 11. Daniel. 13. Osee. 4. Item. 46. 2. Tim. 2. 50. dist. c. Si quo die. De poenit. d. 1. ca. oia. pene. Aliis. de consi. di. 2. ca. quotidie. Abac. 2. Psalm. 18. 40. di. c. Homo Christianus.

2.Cor.2. Christi bonus odor esse in omni loco tenentur. Et istud ad curatos atq; totū uicarios præ
Matt.18 cipue pertinet. Cum ergo dicat saluator, Qui scandalizauerit unum de pusillis istis qui in
me credunt, expedit ei ut suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profun
dum maris, & iterum, Væ homini per quem scandalū uenit, perpendat sacerdos si tam im
Ibidem pium atq; damnabile est unum scandalizare pusillum, quàm uitiosum & damnosum exi-
stit, populum totum seu omnem gregem sibi commissum scandalizare, eisq; peccandi au-
11.q.3.c.Præ daciam dare, carnalitatis exemplum præbere, secum ad infernum deducere. Hinc loquitur
cipue Augustinus: Omnis qui male uiuit coram eis quibus præpositus est, quantum in ipso est,
spiritualiter illos occidit. Et denuo: Qui iniuste coram populo conuersatur, quantum in
ipso est tantos perimit, à quantis aspicitur. Et hoc summe displicet CHRISTO, dicente
Bernardo: Grauiorem Christo infert persecutionem, qui suggestione maligna, pernicioso
exemplo, scādali occasione ab ipso auertit animas quas redemit, quàm Iudæus qui sangui
nem eius effudit: imò intantum nocet subditis impia conuersatio præsidentis, ut tota pra
uitas subditorum imputetur uitijs prælatorum, Ieremia testante: Quia impie egerunt pasto
Ierem.10. res, omnis grex eorum dissipatus est.

Articulus LX. Contra incontinentiam abominabilem sacerdotum & clerico-
rum, ex uerbis sancti Hieronymi.

Cum sanctus ille Hieronymus (ut ipsemet in Regula sua contestatur) centenarius
ageret in extremis, in præsentia dominici corporis seu CHRISTI sub sacramē
to, dixit ad eum: Væ te indigne sumentibus. certe ad sui reatum & pœnam te ite
rum crucifigūt. Heu domine mi, quid dicam? quia hodie sacerdotes te comedūt
in altari ut pecudum carnes ac uolucrum, imò peius, quoniam nocte fruuntur mulierum
actu turpissimo, & mane te comedunt masticādo. Vbi ô domine latitas? dormis ne an uigi
las? est tibi sacrificium hoc acceptum? est hæc oblatio quam eligis? Denique in eodē ait ser-
40.d.c. mul mone: Ecce mundus undiq; sacerdotibus feruet ac plenus est, & tamen uix unus de centū
ti. inuenitur bonus. Nulla certe in mundo tam crudelis est bestia, quàm malus sacerdos. Nā cor-
rigi dedignatur, & ueritatem audire non patitur: & ut breuiter dicam, omni præeminet pra
uitate, solo'q; nomine & habitu est talis sacerdos aut monachus. Insuper dixit hic sanctus
Eusebius: Diaboli luxuria est. heu quot homines illa interfecit rōphæa. Nō est aliud pctm̄
per quod diabolus toties uictor existat. Fugite luxuriam. Nam sicut uirginitas hominem
æquat angelis, imò plus quodammodo facit eum quàm angelū, ita luxuria plus quàm be-
Gene.6. stificat, & deteriorem multo bestijs efficit. De nullo alio pctō legitur deus dixisse se pœni-
tere q; fecerat hominem. Hæc facit opera ista: Corpus debilitat, & quasi quotidie morte id
destruit, famam denigrat, marsupia euacuat, furta instruit, homicidia causat, memoriā he-
betat, cor aufert, oculos mentis & corporis cæcat, & præ cæteris pctīs dei prouocat iram.
De ui.& ho. Ex radice gulæ oritur. Pro nullo alio uitio tam manifestam uindictā sine misericordia ex-
cler. c. ut cle excuit deus, sicut pro isto. Propter hoc namq; pctm̄ deus mundo induxit diluuium, Sodo
ricorū. mam & Gomorrham combussit. Multosq; alios interemit hoc rete diaboli, quo qui capi-
Gene.19 tur, non cito soluitur. In isto tam graui contra luxuriam prælio nemo potest uincere, nisi
25.d.c. sacerdo qui fugerit: nemo potest firmiter perdurare, nisi qui carnem domat. Qui multo utitur ui-
dit. no, ignem portat in gremio. Nolite (ait Apostolus) inebriari uino in quo est luxuria. Vi-
Ephe.5. num nocet, sed centies plus facies mulieris. Mulier diaboli est sagitta, qua homo in luxu-
Prou.6 riam cito dilabitur. Nullus in hoc confidat uiuens. si sanctus es, non tamen securus. Muli-
er uiri pretiosam animā rapit. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut nō
ardeant uestimenta sua? vir & mulier ignis & palea, diabolus ea inflare nō cessat. Nunquā
uiro cum muliere sint lōga colloquia: sola necessitas colloqui faciat, & unus alterius sper-
nat munuscula & uerbula blanda. In hac re præcipue est timēdum, quoniā multi sanctissi
mi propter suam securitatem iam hoc uitio ceciderunt. Sed quid agis uir miser? Centuplo
plus peccas quàm mulier. Mulier, mollis aer est & domi sedet, tu autem uagando mille mo
dis eam illaqueas. Adhuc autem secundum Hieronymum, & habetur in decreto ca. trige-
33.q.4.c.Uide simotertio, quæstione quarta: Tēpore quo uxori debitū redditur, de carnibus agni come
tis dere non licet. Cuius rationem Thomas super quartum Sentētiarum assignat, dicendo, q;
quamuis actus ille possit esse sine pctō, tamen propter uoluptatem annexam deprimit rati
onem, & à deuotione impedit eam. Si ergo legitime copulatis & sine pctō se cognoscenti-
bus non licet cōmunicare die quo debitum illud est redditum, seu nocte mox præceden-
te, quàm uitiosissime agunt sacerdotes celebrādo in die, qui nocte tam turpiter atq; sacri-
le-

lege mulieribus sunt admixtæ: imò reuera quæ lingua queat exprimere, aut qs intellect' possit cõcipe, q̃ ipudenter ac scelerate se habeãt sacerdotes tã turpissimis uitijs subiacẽtes? q in uisu, tactu, gustu ac cæteris sensibus tam libidinose se habent, & de tot turpitudinibus atq; excessibus sibi sunt conscij, & nihilomin' ueneranda Chr̃i audẽt tractare mysteria, corpus eius & sanguinem consecrare, sanctissima Missæ ac Canonis uerba pollutissimo ore proferre, hostiam benedictam maculatissima lingua cõtingere, sanguinem saluatoris ore guloso accipere: imò ore illo quo pauloante osculati sunt meretricem turpem'ue fœminã, suscipere audent dei patris ac uirginis matris prolem. Talibus per Amos prophetam loquitur iudex altissimus CHRISTVS: Ecce ego stridebo super uos sicut stridet plaustrum onustum fœno. De quibus conuenienter exponitur illud Ezechielis: Ecce ego complosi manus meas super maculas uestras, ait, & conflabo uos, & succendam uos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius sicut conflatur argentum in medio fornacis, & requiescam. Vnde per Malachiam dominus ait: Et nunc ad uos uerbum istud o sacerdotes qui polluistis nomen meum. Ecce ego proijciam super uos stercus solennitatum uestrarum, & assumet uos secum: id est, uilia atque carnalia opera uestra, quæ etiam in festis committitis, uobis improperabo ac imputabo, & cum uitijs uestris ad inferos descẽdetis.

Amos. 2. | Ezech. 22 | Mala. 2

Articulus LXI. Contra lasciuiam sacerdotum & clericorum, ex uerbis sanctorum.

SAncti doctores contra infelicissimam horum luxuriam multa concorditer terribiliterque locuti sunt. Ait ergo beatus Hieronymus: Acerbiora gehennæ tormenta sunt, quæ fornicatoribus & adulteris, præsertim sacerdotibus & clericis debentur. Et denuo: Quid tibi cũ mulieribus o sacerdos, qui ad altare deo famularis, & in loco stas eius? Væ tibi sacerdos, qui eisdem labijs oscularis filium uirginis, quibus pauloante osculatus es filiam veneris. O Iuda, osculo filiũ hoĩs tradis. Hinc Glossa super Leuiticũ ait: Quum de uniuersis hominum uitijs gaudeant dæmones, maxime tamen de eorum fornicationibus qui sunt ministri altaris. Hinc in persona Christi Augustinus exclamat: Noli me o sacerdos amplius peccando affligere: plus nanque me lædit (id est, plus displicet mihi) uulnus peccati tui, quàm uulnus lateris mei. Nam ut iterum asserit Augustinus, magis delinquunt qui CHRISTVM in cœlo iam regnantem peccando contemnunt, corpus & sanguinem eius irreuerenter tractantes, eiusq; populum scandalizantes, quàm qui ambulantem in terris crucifixerunt, non quasi crucifixores, sed quasi tanti sacramenti indignissimi confectores, ac præsumptuosi impudiciq; perceptores. Illi etenim CHRISTVM semel crucifixerunt in terra: isti quantum in eis est, ipsum quotidie crucifigunt, quem tam indignissime tractant, atque in cordibus aliorum occidunt. Dum enim prauissimis suis exemplis alios ad peccandum inducunt, CHRISTVM de illorum cordibus tollunt. Vnde & sanctus ait Bernardus: O sacerdos, os tuum quotidie receptaculum & quasi sepulchrũ Christi efficitur. Cur unquam mentitur? cur anima tua uitiosa efficitur? cur de ore tuo egrediuntur falsitas, detractio siue scurrilitas, per quod ipsa (quæ CHRISTVS est) ingreditur ueritas atque synceritas? Cur oculi tui aspiciunt uanitatem, qui quotidie ante se habent Christum altissimam ueritatem? Quare manus tuæ extenduntur ad illicita, quæ tractant, tenent atque eleuant tenentem gubernantemq; omnia? Cur te ebrietate ingurgitas, qui deo & spirituali refectione plenus esse deberes? Nonne turpissimum est manus deo dicatas mulierum uberibus aut pudendis ingerere, & post hoc sacrosanctum corpus domini tangere? O quàm nefarium & temerarium est, pollutis manibus tractare filium uirginis, imò & dei patris, & sordido ore sumere illum, qui omnem transcendit ac superat intellectum. Quis non erubescat, quis non expauescat, ubi præstantissimum mundi pretiũ proijcitur in sterquilinium? Mirum est quòd talis sacerdos non ueretur iuxta se stare dei angelum, qui fecet eũ in mediũ. Nempe ut loquitur Augustinus, Si sacerdos fuerit uas incontinentiæ atq; libidinis, iuxta filiũ uirginis statuit in altari filiũ Veneris, ponitq; arcam domini iuxta Dagon: & dum ore uerba Canonis fatur, os eius dolo & amaritudine adimpletur. Etiam si orat cum lachrymis, tamen expuit in faciẽ saluatoris, nisi ueraciter doleat de peccatis. Cumq; præsumit sumere corpus dominicum in os suum pollutũ, leuius ei esset si proijceret in lutum. Peccator enim non pœnitens, omni luto est turpior, & omni latrina impurior. Ideo CHRISTVM sumendo, summam ei contumeliam & irreuerentiam facit. Denique carnales ac lubricos sacerdotes & clericos, sanctus Bernardus maximæ impudentiæ præsumptionis'que arguit, quòd uel ecclesiam audent intrare, aut in choro cantare,

Hieronymus. | Leuit. 22. | Augustinus | Matt. 27. | Bernardus | 1. Reg. 5. | 28. di. c. Presbyterum

aut diuino se conspectui præsentare. Quomodo enim aulam regis introire ac regis uultui præsumeret apparere, qui regis contēneret iussa, & ei per opera aduersaretur iniqua, eiusq; hostibus consentiret? Hinc sacerdotes & clerici quàm diu in prauitatibus & immunditijs persistunt, loca sacra suo perhibentur contaminare ingressu. Exhortationi ergo beati Bernardi acquiescant, dicentis: Sacerdos & clericus sine dei offensa uiuant, qui pro suis ac aliorum offensis deum iudicem interpellant, ne offensum potius ad iracundiam prouocent, quàm iratum compescant. Vt enim sanctus Augustinus testatur, Plus placet deo ululatus canum & grunnitus porcorum, quàm cantus luxuriantium clericorum. Et rursus: Maius (inquit) præiudicium deus in mundo non patitur, quàm à sacerdotibus scientia & uita bona carentibus. Nec aliquid tantum nocet ecclesiæ, quemadmodum carnalis, scandalosa ac fœtida sacerdotum clericorumq; uita, propter quorum conuersationem uanam atq; turpissimam, claues ecclesiæ ac sacerdotum spernūtur. Præterea, sicut tertio Regū habetur, dum regina Saba considerasset ordines ministrantiū ad mensam regis Salomonis, laudauit præcipue ordinem pincernarum, quorum habitus fuit pulcher ac uniformis. Per aulam Salomonis ecclesia designatur, per mensam altare, per pincernas presbyteri, qui corpus & sanguinem Christi dispensant, quorum habitus debet esse uniformis ac speciosus. i. conuersatio cōcors, uirtuosa & exemplaris, ut glorificetur deus in suis ministris. Sed heu modo lamentabiliter uidemus impleri illud sancti Ambrosii: Ex indisciplinata & inordinata multitudine sacerdotum, habetur hodie cōtemptui nostræ fidei uenerabile sacramētum. Nam qui debuerant esse uicarij apostolorum & filij sancti Petri, facti sunt socij Iudæ atq; præambuli Antichristi. Infirmorum corda percutiuntur ac læduntur de immūda & impia sacerdotum & clericorum inanium uita. Postremo secūdum doctores concorditer, quicquid de bonis ecclesiæ sacerdotes & clerici cum turpibus consumunt personis, restituere obligantur ecclesiæ aut egenis, cum omnia ecclesiastica bona sint patrimonium Christi & pauperum. Et quicquid de illis bonis sibi usurpant & detinent clerici, hoc pauperibus detrahunt, & furtum ac rapinam sacrilegiumq; committunt. Ex hoc facile pensare possumus, quàm periculosissima sit beneficiorum pluralitas, præsertim dum unum simplici uictui ac uestitui sufficere potest. Hinc secundum doctores, qui plura beneficia habēt, deum priuāt suo obsequio, ecclesiam suis membris, defunctos suffragijs debitis, pauperes eleemosynis suis, & fundatores suis intentis. Fundatorum nanq; fuit intentio, ut quot præbendæ, tot essent personæ diuino obsequio deditæ. Quàm criminosum est ergo, ecclesiasticos redditus gulose, pompose & luxuriose consumere.

37. dist. c. Ideo in fi. & c. nō omnis
38. d. c. ignorantia. & c. si in laicis.
3. Reg. 10.
2. Para. 9.
Aggei. 1.
14. dist. c. cū autem
12. q. 1. c. Episcopus.

Articulus LXII. Quòd uitiosi ac lubrici sacerdotes sint proditores & hostes Christi, & de horribili maledictione eorum, ex libro cœlestium Reuelationū beatissimæ Brigittæ uiduę.

PRimo libro Reuelationum sanctæ Brigittæ, capit. XLVII. Christus præsente cœlesti exercitu, legitur ad sanctam Brigittam in uisione sic esse locutus: Nonne Dauid propheta ait: Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationē? Sic tibi iam dico, quòd proditores mei sunt qui panem meum comedūt in altari. Quæ enim poterit abominabilior esse interfectio, quàm illa qua aliquis interficit semetipsum? aut quæ deterior proditio, quàm ubi duo indissolubili uinculo iuncti sunt, & tamen unus alium prodit, utputa coniuges? Quid autem dicit consors, cum prodere uult consortem, uel fraudulēta simulatione loquitur ei? Eamus ad illum locum, ut meam tecum impleam uoluntatem. Illa autem in uera simplicitate parata ad omnem uoluntatem consortis, uadit cum eo. Cumq; opportunum locum & tempus inuenerit, producit contra eam unū de tribus instrumentis suæ proditionis. Aut enī habet aliquid tam ponderosum quòd uno ictu seu casu interficit eam: aut ita acutū, quòd statim intrat in uiscera eius: aut aliquid, quo suffocatur statim & intercluditur eius anhelitus. Porro quū mortua fuerit, dicit intra se proditor: Nunc male feci, si cognitū fuerit facinus meum, condemnabor ad mortem. Ideo corpus consortis occisæ abscondit uel sepelit. Sic faciunt sacerdotes nunc mihi, qui proditores sunt mei. Ipsi & ego uinculo ligamur, quando de pane conficiūt & consecrant corpus meum, quod omnes angeli facere nequeunt: quoniā solis sacerdotibus dedi hanc potestatem, & ad summos ecclesiæ ordines ipsos elegi. Ipsi uero faciunt mihi ut proditores. Nam ostendunt mihi faciem lætam & blandam, & ducunt me in occultum locū ut prodant me. Tunc mihi ostendunt faciē lętā, dū uidentur esse boni ac simplices. Ducunt quoque me in conclaue, dum ad altare procedunt. Tunc ego quasi sponsus uel sponsa, paratus sum face-

Psal. 40.

re

re omnem uoluntatem eorum, sed ipsi me produnt: & primo mihi adhibent quid ponderosum, quando diuinum officium est eis graue uel onerosum. Libentius nanque loquuntur centum uerba pro mundo & commodo suo, quàm unum pro meo honore. Hoc ergo me onere deprimunt, qui sum quasi amotus à corde eorum, in quo per gratiam non sum neque inhabito. Secundo me pungunt, quia acuto ferro quod uiscera intrat, me transfigunt, quando ad altare accedunt & cogitant se peccasse, & pœnitent, habentes firmam uoluntatem non peccandi: peracto autem officio, cogitant: Bene pœniteo de peccatis, sed non repellam nec deseram illam cum qua peccaui, ita quòd non amplius faciam. Isti me quasi acutissimo ferro pungunt, dum in uoluntate manent peccandi. Tertio quasi suffocatur spiritus, dum cogitant secum, dicentes: Bonum & delectabile est esse in mundo, bonum est luxuriari, & continere non possum. Faciam ergo uoluntatem meam in iuuentute: quum autem senuero, abstinere me uolo & emendare. Ex cogitatione hac pessima spiritus suffocatur. Accedunt igitur ad altare meum impudenter, & ponunt me deum & hominem ante eos: quum uero acceperint me, non assisto eis per gratiam. Ecce tales non sunt sacerdotes mei, sed proditores ac uenditores. Ecce paganos aspicio & Iudæos, sed nullum uideo illis sacerdotibus deteriorem. Sunt enim in eodem peccato quo cecidit Lucifer. Nunc etiam tibi dicam eorum iudicium, & cui sunt similes. Eorum ergo iudicium & maledictio sunt sicut maledixit Dauid peccantibus: Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Qui quum iustus esset, non maledixit eis ex ira aut impatientia, aut uoluntate maligna, sed ex iustitia: sic & ego qui sum melior quàm Dauid, talibus maledico. Maledictum sit ergo omne quod de terra ad utilitatem suam recipiunt, quia ingrati sunt deo. Maledictus sit cibus & potus eorum, qui pascit corpus in cibum uermium, & animam ad infernum. Maledictum sit corpus eorum, quod resurget in die iudicij, in inferno sine fine arsurum. Maledicti sint anni eorum, quibus inutiliter uixerunt. Maledicta sit hora eorum, quæ incipiet eis in inferno, & nunquam finietur. Maledicti sint oculi eorum, quibus uiderunt lumen cœli. Maledictæ sint aures eorum, quibus audierunt uerba mea nec curauerunt. Maledictus sit gustus eorum, quo tractauerunt me. Maledictus sit odoratus eorum, quo odorati sunt delectabilia, & me neglexerunt delectabilem super omnia. Et merito maledicuntur: maledictus enim erit uisus eorum, quoniam non uiderunt deum in se, sed pœnas tenebras'que inferni. Maledictæ sunt aures eorum, quia non audiunt uerba mea, sed inferni clamorem atque horrorem. maledictus est gustus eorum, quia non gustabunt de bonis meis æternis gaudium, sed amaritudinem æternalem. Maledictus est tactus eorum, quia non tractabunt me, sed ignem perpetuum. maledictus est odoratus eorum, quia non odorabunt odorem suauissimum illum in regno meo excedentem cuncta aromata, sed fœtorem in inferno habebunt amariorem felle, peiorem'que sulphure. Maledicti sunt à cœlo & terra & ab omnibus creaturis insensatis, quoniam illæ obediunt deo; & ipsi me spernunt. Insuper, in alia uisione dixit deus ad Brigittam sanctam: Sicut tardante Moyse in monte Sinai infideles & pessimi filij Israel dixerunt, Nescimus quid Moysi huic acciderit, quæramus alium deum qui nos præcedat: sic nunc faciunt mihi isti maledicti sacerdotes, & dicunt: Cur nos austeriorem uitam agamus quàm alij? Melius ergo nobis est esse in uoluptatibus nostris. diligamus mundum de quo certi sumus. In istis maledictis sacerdotibus regnant acedia, impatientia, carnalis uoluptas & auaritia. Inflammati sunt amore carnalium, nec satiantur terrenis. Prædicant uerba mea, & alia quædam opera bona facere uidentur, sed ad suum honorem suam'que uoluptatem & utilitatem, non ad meum honorem omnia referunt. Idcirco incipiam iudicium meum & à clero & ab altari meo. Ego elegi olim Moysen & prophetas, ut instruerent ac ducerent populum meum Israel: sed nũc elegi mihi alios amicos prophetis speciales, uidelicet sacerdotes, qui non solum uerba mea audiunt, sed me etiam uident & tractant manibus suis, quod nullus prophetarum aut angelorum facere poterat. Isti sacerdotes quos loco prophetarum in amicos elegi, clamant ad me, sed non tali desiderio & charitate ut prophetæ, sed duabus contrarijs uocibus. Non enim clamant cum prophetis, Veni domine quoniam dulcis es; sed clamant uel uerbo uel facto: Discede à nobis, quoniam uerba tua amara sunt, & opera tua grauia, quæ & scandalum faciunt nobis. Ecce quid maledicti sacerdotes dicant. Ego sto ante eos quasi ouis mitissima, de qua accipiunt lanam ad uestiendum se, & lac ad reficiendum se: & adhuc pro tanta dilectione abominantur me. Ego sto ante eos quasi hospes

1.q.1.ca. Ois sacramenta.

1.q.1.c. Maledicta

Psal. 118.

Exod. 32.

Exod. 3.

Psal 24

Iob. 21

Isaie. 53. Ierem. 11

qui dicit Amice, da mihi necessaria uitæ, & recipe optimam mercedem à deo. Sed ipsi pro eius simplicitate repellunt me quasi lupum, & pro hospitalitate confundunt me quasi indignum hospitio, & quasi proditorem abijciunt me, & me colligere renuunt.

Articulus LXIII. De uarijs donis collatis à CHRISTO sacerdotibus, & de ingratitudine & immunditia illorum.

Matt.26. 1.Cor.11. CHRISTVS in uisione ad sanctam Brigittam dixit: Ego relicturus mundum & ascensurus in cœlum, reliqui hominibus memoriale dignissimum, scilicet corpus meum, & sacerdotes posui speciales custodes ipsius, & honoraui eos honore septemplici. Primo, ut sint signiferi & speciales amici mei per munditiã mentis & corporis. Secundo, ut sint uiri angelici per præcipuam humilitatem. Tertio, ut sint discipuli dei per continuam lectionem diuinæ scripturę: quibus & ideo datur liber in manus, quemadmodum militi gladius, ut quæ agenda sunt sciant, & oratione ac meditatione placare studeant iram dei pro populo eius. Exec.22. Quarto, ut sint custodes templi & speculatores animarum: ideo ab episcopo eis claues traduntur, ut sint soliciti circa proximorum salutem, & uerbis & exemplis promoueant illos ad bona, & incitẽt ad perfectiora. Quinto, ut sint mundialium contemptores, ut dum altari deseruiunt, de altari uiuant, & in terrenis actibus nequaquam, nisi in his quæ decent gradum suum, se occupẽt. 1.Cor.9. 88.di.c Episcopus. Sexto, ut sint uiri euangelici ueritatem prædicando. Septimo, ut sint mediatores inter deum & homines per immolationem corporis mei. Nunc autem conqueror tibi quòd gradus isti uirtutum sunt dissipati, quia impuritas exercetur pro castitate, superbia diligitur pro humilitate, dilectio spiritualis non attenditur, sed amor mundi: negligentia apparet in altaribus, sapientia reputatur fatuitas, nec salus animarum curatur. Sed maledicti sacerdotes qui carnalibus delicijs uacant. Denique, luxuriosi sacerdotes manus sunt sanguinolentæ, quoniam opera eorum carnalia sunt. Vox eorum est quasi uox ranarum, quoniam tota est de lutosis operibus atque ad uoluptates carnales. Mores eorum quasi mores ioculatoris, quoniam actu & uestibus omnibus conformare se nituntur, ut omnibus placeant. Propterea ueniam talibus sacerdotibus cum septem plagis. Septẽ sacerdotũ malorũ plagæ. Nam priuabuntur omnibus quæ dilexerunt, ejicientur à conspectu dei, iudicabuntur in ira, tradentur dæmonibus, patientur absque requie, contemnentur ab omnibus, egebunt omnibus bonis, & abundabunt omnibus malis. Insuper de carnali & uitioso sacerdote loquebatur in uisione Christus ad beatam Brigittam: Quũ accedit ad altare, astant ad latera eius dæmones, qui & animam eius inhabitant, quoniam mortua est ante. Dum imponit sibi superhumerale, dæmones obumbrant animam eius, ut non cogitet neque intelligat quàm terribile est accedere ad altare, potissime sacerdotem immundum, & quàm mundus esse debeat qui mihi mũdissimo debet astare. Quum induit se alba, duritiam cordis & indeuotionem induit, quoniam cogitat peccatum suum non esse graue, & futurũ supplicium non esse magnum, & quale sit gaudium electorum nunquam considerat. Dum imponit sibi stolam, diabolus graue iugum imponit collo eius, ita quòd delectat eum peccati dulcedo, & sic onerat animam eius, quòd non sinit eum ingemiscere uel considerare sua peccata. Dũ imponit sibi manipulũ, omnia opa dei fiunt ei onerosa & grauia. Cũ cingit se cingulo, uoluntas eius colligatur diabolo, ita ꝙ proponit manere in pctõ. tuncꝙ dissoluitur charitas mea ab eo, quia uoluntas eius est ad omnia quæ diabolus inspirat, nisi refrenaretur occulto dei iudicio. Cum induit casulam, diabolus perfidia induit eum. Dum legit, Confiteor, dęmones respondẽt Matt.26. Mentitus es. Nos testes sumus quòd confessio tua est similis Iudę, qui aliud dixit ore, & aliud habebat in corde. Dum accedit ad altare, tunc ego auerto faciem meã ab eo: & de quocunque legit Missam, siue de matre, siue de sanctis, sic gratum est mihi, ac si meretrix Nota. menstrum suum in uase collectum offerret alicui nobili ad bibendũ. Cũ aũt consecrat corpus meum, dæmones fugiunt ab eo: sed dum illud applicat ori suo, dæmones ex præsumptione ipsius reuertuntur ad ipsum, quoniam nullam charitatem habet ad me, sed ad immunditias seu spurcitias suas totus afficitur. Hęc pauca de multis ex Reuelationibus sanctę Brigittæ sumpsi, quę in diuersis libris atꝗ capitulis prolixe scribuntur. Ex quibus clarissime innotescit, quàm periculosum sit sacerdotem immuditijs deseruire.

Articulus LXIIII. De eadem materia ex doctrina cœlesti sanctissimæ uirginis Catharinæ de Senis.

Sancta

SAncta ecclesia canonizando sanctam Brigittam uiduam præallegatam, sanctam'que Catharinam de Senis, doctrinas & uisiones seu reuelationes earum satis approbasse uidetur. Vtraque autem ex diuina reuelatione scripsit. Itaque in uisione cœlesti deus pater ad sanctam hanc Catharinam locutus est: Anima horum miserabilium carnalium sacerdotum unde tantam uitiorum recepit putredinem, nisi à sensualitate quam sibi dominam constituerunt, & animam suam ac rationem fecerunt ancillam? Hos sacerdotes unxi ut seruirent mihi, & ministrarent sacramenta sanctæ ecclesiæ: & scias tu charissima filia, quid mihi retribuant pro beneficijs tantis. Ipsi quotidie me persequuntur in tot diuersis & sceleratis peccatis, ut tua non possit lingua narrare: & si illa audires, deficeres. Aliqua tamen tibi dicam, ut habeas maiorem materiam compassionis & planctus. Ipsi namque stare deberent super mensam sanctissimæ crucis, CHRISTI passionem iugiter attendendo, & ibi se nutrire cibo animarum, laborando pro salute illarum, & de illarum spirituali profectu gaudendo. Ipsi uero intrant tabernas, & ibi iurant atque periurant, gulæ deseruiunt, potationibus uacant, multis'que miserrimis defectibus pleni sunt, tanquam homines penitus excæcati & sine lumine rationis, & stant in uerbis operibus'que lasciuiæ, & publice absque uerecundia peccant, & quid diuinum sit officium ignorant: & si illud dicant, interdum tamen cor eorum longe est à me. Ipsi enim sunt ribaldi atque lusores, & postquam suam animam perluserunt, eam'que immiserunt manibus dæmonum, perludunt bona ecclesiæ, & substantiam quam in uirtute sanguinis CHRISTI susceperunt, ita expendunt, ut pauperes inde non adiuuentur: & ecclesia est desulta seu deordinata, nec habet necessaria fulcimenta. vnde quum ipsi templum diaboli sint effecti, non curant de templo meo. Vnde ornamentum quod facere debent in ecclesia seu in templo, faciunt in propria domo: & (quod peius est) sicut sponsus ornat sponsam suam, sic isti dæmones incarnati de bonis ecclesiæ ornant diabolam suam, cum qua uitiose ac turpiter manent, & absque uerecundia faciunt eam ire & redire. Quum'que ipsi infelicissimi dæmones, scilicet lasciui sacerdotes, transeunt ad altare, non curant quòd eorum miserabilis diabola uadit ad manum cum filijs ad oblationem cum cæteris faciendam. O dæmones, & plus quàm dæmones, utinam iniquitates uestræ essent magis absconditæ ab oculis subditorum uestrorum, quia tunc eis minus nocerent: nunc uero estis eis causa manẽdi in defectibus, & incidendi in ea quæ facitis. Est hæc puritas quam in meo requiro ministro dum ad celebrandum accedit? est hæc puritas, quia de mane surgit cum mente coinquinata & corpore suo corrupto ac fœtido, cum quo iacuit cum sua diabola? O tabernaculum dæmonis, ubi est bona uigilia noctis cum solenni & deuoto officio? ubi est oratio continua et deuota, in qua noctis tempore disposuisti te ad celebrandum? Ex hac carnalitate contingit, quòd turpissimi sacerdotes non quærunt meum honorem, nec subditorum salutem, imò nec propriam, sed proprio amore quærunt suas diuitias, delicias et honores, nec attendunt pericula et peccata populi sibi commissi. Vnde nec subditos suos corripiunt, sed in suis uitijs eos iacere permittunt: et interdum hoc accidit, quia non uolunt displicere hominibus, et ne damnum aliquod patiantur. Sed nunc attende ò charissima filia, quoniam uolo tibi ostendere sceleratam et scandalosam uitam malorum atque carnalium sacerdotum, ut feruentius ores pro eis. Hi impij sacerdotes fundamentum sibi faciunt in proprio et priuato amore, ex quo statim oritur superbia, indiscretio: quoniam honorem et gloriam sibi ascribunt et ascribi uolunt, et magnas quærunt prelationes cum ornamentis pretiosis, et superfluis uestibus ac delicatis, immoderatis uarijs'que cibarijs et poculis lautis. Non satiantur terrenis diuitijs, sed terram insatiabiliter rodunt, & stricti sunt ac cupidi circa proximos. Vnde ex hac miserabili superbia & infelici auaritia atque damnabili lasciuia, quæ de proprio & priuato amore nascuntur, animarum negligunt curam, & pro solis temporalibus soliciti sunt. Prætermittunt'que oues meas, quas in eorum manibus tradidi, & nec corporaliter nec spiritualiter pascunt eas. Nec bene consumunt ecclesiasticos redditus, de quibus quantum fieri potest, fieri debent tres partes: una in necessitatem ministrorum ecclesiæ, alia in usus pauperum, tertia in utilitatem ecclesiæ. Isti uero turpissimi sacerdotes contrarium faciunt, quia non in solam necessitatem, sed in uoluptatem & curiositatem, in uestium superfluitatem, in ciborum & potuum immoderantiam, uane inutiliter'que consumunt bona ecclesiæ, suam quoque diabolam nutriunt inde, & patrimonium crucifixi cum turpibus fœminis deuorant. O templa diaboli, ego uos

Querela iesu de malis sacerdotibus.

Isai.29.

Ecclesiastici reddıtus tri- fariam parti endi.

posui ut angeli sitis in hac uita terrestri, & uos dæmonia estis, & dæmoniorum assumpsistis officium, suggestionibus & prauis exemplis alios ad uitia pertrahendo. Hæc & multa simillia præfata uirgo sanctissima, deo ad eam loquente, conscripsit, impios & lasciuos sacerdotes ubertim uocans incarnata dæmonia, concubinas uero eorum diabolas. Vnde patet quàm ineffabiliter detestabatur incontinentiam sacerdotum.

Articulus LXV. Quantum uitandæ sunt sacerdotibus & clericis non solum commixtiones sacrilegæ, sed etiam incautæ inspectiones, collocutiones, familiaritatesque fœminarum.

OBseruandum est omni fideli caste uiuere cupienti, potissime cuilibet sacerdoti & clerico, quod loquitur Augustinus: Oculi & si iaciantur in aliquam fœminarum, tamen in nulla figantur. Ex moroso nanque & incauto respectu fœminarum, facilime generatur in uiro imaginatio turpis, concupiscentia carnis, uulneratio mentis, libidinosa commotio. Ideo orat Psalmista: Auerte oculos meos ne uideant uanitatem. Et sanctus Iob dixit: Pepigi fœdus cum oculis meis, ut nec cogitarem de uirgine. Hinc secundum Gregorium, Non licet intueri, quod non licet desiderare. Ideo asserit Augustinus: Nec dicatis uos habere animos pudicos, quoniam impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Interna nanque per exteriora cognoscuntur. Idcirco incustoditus uisus, incustoditi cordis est index. Denique, Dauid propheta & rex in adulterium corruit, quia in fœminam uisum fixit. Nec minus, imò & plus fugiendus est fœminarum contactus, præsertim sub uestibus: imò in illarum osculis & amplexibus consistit mortale peccatum: sed & illis confabulari & arridere, infectiuum est ualde. Vnde super Regulam Augustini scribit Hubertus: Multum allectiua est species mulieris. Per uisum enim ducitur species ad animam, quæ ipsam impugnat, nec potest se homo quandoque faciliter expedire ab ea. Ideo Salomon dixit: De uestimento procedit tinea, & à muliere iniquitas uiri. Propterea uiri uirtuosi non solum non uolunt appetere mulieres, sed ne à fœminis appetantur, non de facili coram eius comparent: & si interdum comparent, cauent tamen à frequenti accessu ad eas: quod si ex causa contingat, non tamen reddunt se magis familiares uni quàm alteri. Vnde secundum Augustinum: Sermo breuis, asper & rigidus cum mulieribus est habendus. Et cauere debet uir bonus, ne aliquo modo prouocet animum mulieris ad inordinatum sui amorem. Hinc sacerdoti & clerico uitanda est cohabitatio fœminarum iuxta prehabita, aut tam propinquæ aut uetulæ, ut nullum queat imminere periculum. Vnde in Ecclesiastico habetur: Ne des mulieri potestatem animæ tuæ, & uirginem non conspicias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circunspicere in uias ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere compta. Propter speciem mulieris multi perierunt. Vitandæ ergo sunt occasiones peccandi, loca secreta & tenebrosa, corrisiones & ioci, munuscula, familiaritates, confabulationes & ludi. In colloquio enim mulieris exardescit ignis. Nec minus periculosa sunt separata conuiuia. Peccata quippe luxuriæ melius uitari non ualent, nisi se elongando ab obiectis seu materia huius peccati, & uniuersa quæ ad concupiscentiam incitant fugiendo.

Psal. 118. Iob 31. 2. Reg. 11. De cohab. cler. & mulie. c. a nobis. Eccl. 9.

Articulus LXVI. De quibusdam propositionibus cuiusdam uiri deuoti ac sapiẽtis de præsenti materia.

Gerardus Magnus.

MAgister Gerardus Groet, per quem piissimus deus multa bona fecit in seculo isto, in libro quem contra sacerdotes fornicarios edidit, multipliciter reprobat cohabitationem sacerdotum ac mulierum, & inter cetera scribit hanc propositionem: Si quis tenuerit mulierem in domo, de qua scandalum in populo uel in clero aut apud uicinos generatur, etiam si sit mulier illa de talibus quas constitutiones & doctores aliqui dixerunt nõ esse prohibitas, quamuis secundũ carnẽ nihil mali egerit cum ea, adhuc si scit hoc scandalum generari, & mulierem tenuerit, mortaliter peccat. Nam tale scandalũ est scandalũ actiuũ, in quo contemnens fratris salutẽ, non obstãte eius scandalo, uult facere quod sibi placet. & loquor de scandalo pusillorum, non phariseorũ. Ista sunt uerba uiri præfati, quę cõfirmari possunt p dicta Hieronymi, q asserit q scandalũ pusillorũ semper uitandũ est, quãtum fieri potest, salua triplici ueritate, uidelicet ũitate uitę, doctrinę atque iustitię. Itẽ p Augustinũ dicentẽ: Mœchatione peius est, ducere cõtinentiã criminosam, i. infamẽ facere sanctimoniã, qd blasphemiã ingerit religioni. Et iterum: Bonum

hum continentiæ frustra intrinsecus laborioso agmine custodit, qui illud forinsecus inficit & infamat. Veruntamen circa istud mihi uident multa esse consideräda, uidelicet si mulier illa esset secundum iura cohabitare permissa, & sacerdos absque notabili detrimento eius cohabitatione atque obsequio carere non posset. Sciens quod iuxta modum prætactum scandalum generari, tunc deberet pusillos sufficienter p se uel per alium informare, quòd irrationabiliter scandalizarentur, & quòd non esset piculum, neq; mala habenda suspicio ex cohabitatione huiusmodi mulieris: & si tunc informationem nollent recipere, scandalum illorum non esset amplius scandalum pusillorum. i. ex infirmitate, sed Pharisæorum. i. ex malitia. quod non oportet semper uitare. Et huic scribit simile Thomas in Secunda secundę, quæstione de scandalo. Insup uir præfatus ponit hanc propositionē: Qualitercunq; quis clericus uel laicus conuersetur cū muliere suspecta, in domo uel extra domū, p societates aut conuiuia, per uisitationes uel colloquia in ecclesia, uel per dona, uel per quamcunq; familiaritatem, si fœmina illa sit filia fratris uel amitæ, si inde scandalum generetur, & ipse hoc sciuerit, nec eam euitauerit, quamuis cum illa carnaliter non misceatur, peccat mortaliter. Istud uidetur mihi intelligendū, quando mulier est suspecta, suspicione procedente ex signis multum probabilibus, uel uiolentam suspicionē facientibus: non aūt, loquendo de suspicione procedente ex leuibus signis: & hoc posset per dicta doctorum faciliter comprobari, sed breuitati studendū est. Pręterea uir ille scribit hanc propositionē: Scandalum fornicatorū sacerdotum aut clericorū, potissime publicorū, seu per alia uitia scādalose agentium, in iniuriam dei & damnū ecclesiæ multipliciter redundat. Hæc propositio præhabitis prorsus concordat, & à magistro illo diffuse probatur. Peccatum nanque uehementer extenditur, & ab alijs audacter perpetratur, quando propter reuerētiam ordinis aut dignitatem pręlationis peccator honoratur. Inferiores q; per uitia superiorū & laici propter peccata clericorum frequētius magisq; cadunt seu scandalizātur, q; econuerso: nec solum scādalizantur, faciendo ea peccata quæ uident in illis, sed & alia multo maiora: quoniam uident illos qui in omni uirtute deberent præcedere & fulgere, in pessimis uitijs ac flagitijs conuersari. Amplius ait: Turpes fornicarij, clerici siue presbyteri & alij quicunque Christiani, in flagitiosis actibus notorii, crudelius Christum persequuntur, dimembrant, crucifigunt & lacerant, quàm Herodes, Pilatus, milites & Iudæi, qui Christum corporaliter occiderunt. Et si tales presbyteri celebrant, prædictæ crucifixioni aliam addūt. Christus enim proprium corpus exposuit crucifixioni & morti pro corpore suo mystico, quod est ecclesia, quę est plebs fidelis: & hanc scandalizare, id est, ad peccata inducere, Christo plus displicet, quàm crucifixio corporis sui ueri: & est scandalizatio illa Christo summe nociua, quum non sit aliud quàm illos sibi auferre spiritualiterq; necare, & diabolo incorporare, quos ipse sanguine suo redemit. Iterum ait: Licet non sit accusator aut testis, tamen omnibus presbyteris seu clericis, fornicatoribus manifestis aut diffamatis, seu rumore prædicatis, aut scandalum patientibus in clero uel populo, debet per superiores etiam si rei criminis non sint, indici purgatio, & iuberi ut mulieres & alia quæ scandalum pariunt, à se remoueāt. Istud probat per iura & iurispitos. Deinceps ait: Clericus uel presbyter existens in peccato mortali, si aliquod sacrum ptractat, uel res sacras quasi officio utens tangit, & quandocunque se exhibet in aliquo actu ut ministrum ecclesiæ, peccat mortaliter: & hoc toties, quoties huiusmodi actum exercet. Istud superius sæpe iam dictum est & probatum. Et Albertus super quartum Sententiarum idem affirmat. Insuper dicit: Ministri ecclesiæ in mortali peccato existentes, ab executione sui officij quo ad deum sunt suspensi, quia diuino præcepto ab executione huiusmodi prohibentur, quum sint indigni. Ideo nec timore, nec aliquo modo debent induci ad ministrandum in ordine suo, nisi se prius correxerint. Articulus tamen necessitatis excipitur. Deinde ait: Nullus inducere debet talem ministrum aut sacerdotem ad aliquem actum sui officij, quandiu scit & credit eum esse in mortali peccato. Nec debet ei in suo actu fauere aut consentire: & qui aliter ageret, peccaret grauiter. Vnde Thomas in Quodlibetis suis testatur: Si mihi constaret quòd aliquis sacerdos esset in peccato mortali, & inducerem eum ad celebrandum, peccarem mortaliter, quia hoc esset illum prouocare ad peccatum mortale. Et similis ratio est de alijs actibus ordinis sui, in quibus se exhibet ut ministrum ecclesiæ, casu tamē necessitatis excepto, in quo liceret tali confiteri, seu baptismum ab eo suscipere. Denique ponit uir iste deuotus uarios modos, quibus quis fit particeps peccati ministrorū indigne celebrantium aut ministrantium, qui modi ex prædictis satis sunt euidentes.

De coh. cler. & mul. c. inhibendum

Vltim. fi.

2. q. 5. c. Si legitimi
De purg. ca. si quis.

De coh. cler. & mu. c. quę situm. cū sua glossa

Articulus LXVII. Rationalis persuasio ad hoc, quòd sacerdotes & clerici non acquiescant cohabitare mulieribus, nisi secundum iura permissis.

QVamuis ad uitandum cohabitationem mulierum prohibitarum, prorsus sufficere possit ac debeat sacerdotibus ac clericis tam copiosum ac euidens praeceptum ecclesiae, utputa tam generalium conciliorum quàm summorum pontificum, copiosa quoque & concors omnium sanctorum patrum atque doctorum doctrina, potest tamen ad hoc persuadendum ualde rationabilis ac apta ratio introduci. Quum enim cum muliere quotidie conuersari, eamq; omni hora toties intueri, affari, audire, opportunitatem ac facultatem habere commiscendi cum eâ tam ex loco quàm tempore, nec tamen de ea tentari, nec ad eam carnaliter affici, non eam appetere neque cõtingere, non inordinate atq; superflue cogitare de ea, tam tempore diuini officij quàm aliis horis, non uulnerari mente ex ea, nec ex tanta associetate impediri à deo & à puritate interna & cordis custodia, fit uere super hominem, super naturam, super uires humanas, & non nisi magnae perfectionis singularisq; gratiae opus ac donum: quis nõ aduertat, quàm incautissime periculoseq; agunt sacerdotes & clerici, nondum perfecti, nondum in uirtutibus exercitati, & spiritualis pugnae contra diabolum, carnem & mundum nondum satis periti, sed adhuc defectuosi, fragiles, & ad uitia carnis ac spurcitias proni, dum in domibus suis foeminas tenent prohibitas, ex quarum praesentia sensualitas eorum potest tam cito ac multipliciter actuari, presertim quum iam ad oculum pateat, quàm pauci sacerdotum & clericorum sic facientium maneant continentes? Multiplici ergo periculo se committunt sic faciendo. Consultius igitur esset, ut aliquem pauperem clericum secum tenerent, qui faciliter discere posset ea peragere in coquendo, lauando & similibus quibus indiget sacerdos. Praeterea, & si sacerdos de sua constantia esset securus, de mulieris tamen ruina deberet timere & praecauere, quam debet sicut seipsum diligere spirituali amore, nec eam secum tenere, ne fiat ille laqueus mortis, item que ne alijs sacerdotibus & clericis praestet
Notandum Augustini uerbum. exemplum audaciamq; similia peragendi. Nam & Augustinus testatur: Vidi in hac re, puta per uitia carnis, cedros Libani corruisse, de quorum casu non plus suspicabar neque uerebar, quàm Hieronymi atque Ambrosii. et rursus: Quanti (inquit) & quales episcopi post magnalia, post signa & miracula corruerunt, & naufragati noscuntur, dum uoluerunt naui fragili nauigare: hoc est, in carne fragili se exponere periculo cohabitationis siue consortij mulierum.

Articulus LXVIII. De uarijs rationibus, propter quas sacerdotes & clerici merito debẽt foedissimam uitare luxuriam.

QVanto sacerdotes & clerici ampliori, singulariori ac diuiniori à CHRISTO ornati & exaltati sunt potestate, autoritate, gradu, ordine & honore, tanto omnino decet & opus est ut CHRISTO sint gratiores, subiectiores & puriores, oẽmque luxuriae labem uitare uigilantiores. Porro, quàm supernaturalis & ad-
De maior. et obe. c. solitę. miranda sit potestas & excellentia sacerdotum, quàm sublimis sit gradus, ordo ac dignitas clericorum, in diuersis articulis est ostensum. Decentissimum ergo est, necessariumq; saluti, ut CHRISTO sint grati, subiecti, casti, imò castissimi: propterea foeditates turpitudinesq; luxuriae merito debent uitare, ne collatam sibi supernaturalem potestatem ac sacerdotalis ordinis praerogatiuam, tam turpiter ac ignobiliter inquinent, & ne seipsos intantum uilificent atque degenerent, & ne cunctis hominibus, imò & bestijs abominabiliores ac foetidiores reddantur, ne etiam in cordibus proximorum intantum uilescant: ideo quoq;, ne tantam deo iniuriam & inhonorationem exhibeant, & ne proximos tam grauiter scandalizent, ne tot animabus sint causa perditionis aeternae: insuper, propter uilitatem & turpitudinem luxuriae & gestuum eius in seipsos. Nam uitia ista sunt caeteris be-
40. di. c. Homo Christianus. stialiora & turpiora. Item ob grauitatem peccati huius in sacerdotibus & clericis, in quibus multiplicem habet aggrauationem, & sacrilegium nuncupatur, quae omnia superius sunt multipliciter deducta. Adhuc autẽ, propter uehementissima illa inferni supplicia, luxurijs presbyterorum ac clericorum parata, quibus (ut dictum est) acerbiora inferorũ debentur tormenta: & quantum se modo glorificant & in delicijs sunt, tantũ de luctu ac tor-
Apoc. 8. mentis recipiẽt. Et hoc secundũ unã proportionẽ, sed secundũ aliã recipiẽt q̃si incõparabiliter plus de poenis. Pręterea etiã ideo uitare debent illã lasciuiã, ne ętemales pdant summũ

se-

felicitatis delicias, propter huius uilissimi corporis detestabiles uoluptates spurcissimas. Postremo, sacerdotes animarum curam habentes, debent dei & proximorum (potissime crediti sibi gregis) præcipue spirituali amore ardere. Idcirco ne deum tam grauiter inhonorent ac perdant, & ne sibi commissis tam multipliciter noceant, debent hæc uitia abhorrere, & quod pro dei honore est ac proximorum salute, uiriliter adimplere, saltẽ quoad ea quæ ad debitum sui spectant officij, quatenus & per hoc crescant quotidie in donis gratiæ, in splendore uirtutũ, in ueræ ac salutaris sapientiæ claritate: sicq; spiritalibus abundent diuitijs, & uerbo ac opere deum glorificent, proximos'que (potissime sibi commissos) ædificent: sint'que amabiles deo, honorabiles angelis, metuendi dæmonibus. Atque post uitam istam breuissimam, à deo gloriosissimam sortiantur coronam, ineffabilem iucunditatem, superplenam mensuram, mercedem æternam, tam de proprijs meritis quàm pro meritis gregis sui, & omnium quibus bene agendi causa fuerunt, quorum omnium beatitudo & gloria redundabit copiose & gloriose in eos, si iam debitum sui impleuerint officij. Quemadmodum enim hi qui alijs causa perditionis sunt, Christo odibilissimi extãt, & durissime ac terribilissime recipientur, iudicabuntur ac damnabuntur ab eo, ita & qui alijs sunt causa conuersionis ac salutis, amabilissimi Christo consistunt, & iucundissime ac beneuolentissime suscipientur ac remunerabuntur ab ipso, tanquam ueri sui uicarij, cordiales amici, atque cooperatores idonei. Gloriosissimam curatos sortiri coronam in cœlis, si gregẽ suũ bene pauerint.

Articulus LXIX. De diuersis remedijs contra luxuriam.

COmmune uerbum est: Deficiẽte causa, deficit & effectus. Cum ergo corporalis illa luxuria oriatur ex inordinata affectione, seu interiori & sensuali cõcupiscẽtia, concupiscentia aũt sicut & om̃is affectio, ex præuia quadã apprehensione, uidelicet corporali intuitione, sensitiua pceptione, imaginatione aut cogitatione procedat atq; nascatur, præsertim cum obiectũ appetitus sensitiui sit bonum sensatum. i. sensitiua cognitione apprehensum, quemadmodũ obiectum appetitus intellectiui est bonum intellectũ, hoc est, intellectiua notitia apprehensum, hinc qui cupit corporalem fornicationẽ atq; luxuriæ fœditatem, ipsam quoq; corporalem concupiscentiã supare, uitare, euadere, sensibilium obiectorum seu rerum carnaliũ incircunspectam apprehensionem, intuitionem, imaginationem, cogitationem deuitet siue abijciat. Vnde dum aliquis sentit in se oriri concupiscentiam carnalem & prauam, statim auertat se à consideratione, inspectione, imaginatione seu cogitatione rei sensibilis seu mulieris aut personæ, ad quam cõcupiscentia sua ipsum inclinat, tuncq; concupiscentia ipsa deficiet. Si autem quæratur, qualiter debeat se à tali apprehensione auertere, dicendum q̃ conuertendo se ad occupationes seu considerationes aliarum rerum, præsertim salubrium, utputa cogitando de passione Christi & de pœnis inferni, de districtione horrẽda diuini iudicij, de amaritudine mortis, de uilitate humanæ carnis, q̃ plena sit immũditiis atq; fœtoribus, & potissime quando post mortem resoluetur in putredines, in uermes & serpentes & pulueres. Vnde secundum Gregorium: Nihil sic facit despicere carnem uiuentem, sicut diligenter ppendere qualis erit post mortem. Gregorius. Veruntamen in iuuenibus & impfectis adhuc hominibus in tẽtatione positis, nõ expedit quasi sub specie boni cogitare de dispositione & obscœnitate seu turpitudine mẽbrorum personæ, de qua tentãtur, quasi ex hoc debeat concupiscentia ipsa extingui, imò ex hoc potius accenderetur. Expedit ergo auertere se pro tunc à consideratione rei, cuius cõcupiscentia eum tentat. Istud ergo est unum remedium contra luxuriam in quo remedio sicut in cæteris, oportet uiriliter laborare, quoniam ars & uirtus sunt circa difficilia. Difficile est nanq; uitijs præualere, atq; uirtutibus salubriter inhærere. Et quãto concupiscentiæ istæ carnales sunt magis innatæ ac naturales, atq; tenacius inhærẽtes, tanto difficilius est uincere eas. Difficilia quæ pulchra. Oportet ergo uiriliter agere, fideliter laborare, legitime decertare, quoniam teste Apostolo, Non coronatur nisi qui legitime certauerit. Qui iterum protestatur: Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, cõtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. i. contra dæmones spiritusq; immundos in hoc aere uolitantes. Phil.10 2.Tim.2 Ephe.6. Quod non est ita intelligendum, quasi nulla sit nobis colluctatio contra carnẽ & sanguinem: imò inter tres animæ hostes unus est caro, quæ est hostis domestic9, ad multa saluti contraria incitans, inclinans, inflammans, & non nisi difficulter expugnabilis, sicut quotidie in nobis miserabiliter experimur (Caro quippe concupiscit aduersus spũm, & carnalia desideria militãt contra animam) sed ideo dixit Apostolus uerba illa, quoniã principalis pugna & grauior colluctatio est fidelibus contra dæmones, q̃ contra propriũ cor Gal.5

 pus.

pus. Et hæc quoque est una specialisq; ratio difficulter uincendi uitia & concupiscentiam
carnis, quia non solum incitamur ad ea ex naturalibus causis, intrinsecis'q; principijs, sed
etiam interdum fortissime ex dæmonum suggestionibus & impressionibus, ita quòd fre-
quenter absq; præuia apprehensione nostra, ex operatione hostis antiqui generantur in
nobis inflammationes, pruritus & stimuli miseræ carnis, ad quos sequuntur concupiscen
9. Al. c. testamentorum. tiæ sensuales, non tamen sine præuia rei sensibilis apprehensione seu imaginatione, quã eti
am inuisibilis hostis diabolus frequenter causat in nobis, præsentando interioribus sensi
bus formas seu similitudines similium rerum, tam in uigilia quàm in somno. Hinc ergo q
uult uitijs & concupiscentijs præualere, debet semper esse in cordis sui custodia, & in pro
Abac. 2. cinctu ad spiritualia prælia, dicens cum Abacuk propheta: Super custodiam meam stabo,
& figam gradum meum super munitionem, & cõtemplabor ut uideam quicquid dicatur
mihi: id est, quid mihi inspiretur aut suggeratur ab angelo bono uel malo, uel etiam ab in-
Iob. 7 stinctu diuino siue ab homine. Cum enim teste beato Iob, Militia sit uita hominis super ter
ram, nisi homo incessanter se à peccatis custodiat, & tentationes auertat, multipliciter at-
que sæpissime ab inuisibilibus suæ salutis hostibus in anima uulneratur. Ideo asserit Isai-
Isaiæ. 21. as: Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meã ego
sum stans totis noctibus. Hinc beatissimus archiapostolus exhortatur: Sobrij estote & ui-
1. Pet. 5. gilate, quoniam aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem
Ephe. 4. deuoret: cui resistite fortes in fide. Et Paulus: Nolite (inquit) locum dare diabolo. id est, nõ
lite consentire peccato. Secundum remedium contra tentationes & fœditates luxuriæ,
imò contra omnem tentationem & culpam, est inuocatio diuini auxilij. Quum enim tan-
ta sit hominis defectuositas, infirmitas, ignorantia, pronitas'q; ad omnia mala, tanta quo-
Iob. 41. que calliditas, ferocitas & potestas diaboli, quia ut ait dominus ad Iob, Nõ est potestas su
per terram quæ comparetur ei, tanta quum sit etiam uehementia passionum, & impetuosi
tas concupiscentiarum, nequaquam potest fragilis homo uiribus suis resistere, præualere
ac iugiter triumphare, sed uehementissime indiget diuinæ pietatis auxilio, protectione &
gratia. Ideo semper, & specialissime tempore tentationis, debet homo ad deum confuge-
re, ipsum feruide ac instanter orando, ut assit, conseruet, roboret, superareq; tribuat: & tunc
Psal. 49 deus libenter exaudiet, si tamen infatigabiliter cum omni fiducia inuocetur. sicut per Psal
mistam prædixit: Inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me. Vnde idem
Psal. 17. propheta ait ad dominum: Quoniam in te eripiar à tentatione, & in deo meo transgredi-
ar murum. id est, omne uirtutum obstaculum succurrente domino superabo. Hinc in Ec-
Eccle. 2. clesiastico habetur: Respicite filii & uidete, quia nullus sperauit in domino & confusus est.
Salubre remedium [illegible] & quis inuocauit eum & despexit eum? Itaque dum sacerdos uel clericus seu quicunque
uere fidelis sentit se impugnari, tentari, stimulisq; libidinis inquietari, accendi, urgeri, de-
um mox inuocet, pectus tundat, cruce se signet, imò (si potest) ad locum pergat secretum,
seq; coram deo in terram prosternat, & deum fidelissime inuocet ac feruenter: & tunc uti-
Rom. 16 que feliciter in se experietur quod Paulus promisit, Deus conteret satanam sub pedibus
Iaco. 4. uestris uelociter: quod item Iacobus dixit apostolus, Resistite diabolo, & fugiet à uobis.
Matt. 26 Hinc nempe & ipse saluator edocuit: Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. id
est, ne à tentatione uincamini. Itaque in omni causa & necessitate, in omni tentatione, per-
secutione atque angustia assuescat homo clypeum orationis assumere, & ideo contra omẽ
Ephe. 6 peccatum cor suum protegere, sicut Apostolus monet: Accipite armaturam dei, ut possi-
tis resistere in die malo. Tertium remedium contra inquinamenta carnalia & aduersus
omnia tentamenta & uitia, est intenta recordatio dominicæ passionis. Dum ergo quis sen-
Memoria passionis dñi [illegible] contra tentamenta diaboli. tit se impugnari aut libidinose moueri, statim ad mentem reducat, quæ, quanta & qua-
lia filius dei sustinuit, qualiter captus est, consputus, percussus, blasphematus, derisus, fla-
gellatus, spinis coronatus, crucifixus, & acerbissima atque turpissima morte occisus. Et
tunc à seipso quærat & dicat: Decet'ne uilissimum peccatorem carnalibus delectationi-
bus satiari, quando dñs deus tuus tantis propter te supplicijs est afflictus? Hæc autem dñi
cæ passionis meditatio frequẽs, cordialis atq; morosa, optime ualet ad oĩa uitia supanda, ad
oẽs quoq; uirtutes obtinendas & conseruãdas. Si enim pensemus, q̃ patientissime, q̃ humi
lime, q̃ charitatiue Christus in sua se habuit passione, imò in tota sua conuersatione, quàm
item amarissimas tolerauit pœnas, mirũ si aliqua re impatiẽtes efficimur, si elatione extolli-
mur, si inuidia tangimur. Quilibet ergo fidelis, pſertim sacerdos & cleric' q̃tidie ad minus
semel passionẽ Chri deuoto debet corde reuoluere, eãq; menti suæ fortiter semp imprime

re, aut impressam tenere, ut sic mūdus & cuncta carnalia uilescant, Chrīq; humilitatē, patiē tiam, mansuetudinē, charitatem sectetur: & quotiescūq; à diabolo, carne, aut mundo tentatur, protinus Christi passionem tam affectuose ac diligēter intueat, quasi præsentialiter cerneret Chrm flagellari, coronari & crucifigi. Valet aūt meditatio hęc pręcipue cōtra ignem luxuriæ. In cuius rei signū deus Moysi iussit erigere serpentē ęneum in deserto, ut à serpētibus pcussi, illū intuēdo serpentē mox sanarētur, qd & fiebat. Vñ & nūc fideles diabolo tētationū uenenosis ac libidinosis telis pcussi, Christū in cruce leuatū fideliter, ut dictū est, intuēdo mēte, inde curāt. Quartū remediū est, gulā uitare & sobrietati studere, atq; pcipue uitare cibos & pocula multū calefaciētia, ex qb⁹ potissime gñatur luxuriādi affectus atq; materia. Vitare ergo oportet comesatiōes & imoderatas potatiōes, nec talib⁹ imorari. Quintū est, luxuriosorū atq; carnaliū uitare cōsortia, cū in Eccō scriptū est: Qui se iūgit fornicarijs, erit nequā. Et iterū: Qui tetigerit picē, inquinabitur ab ea. Ideo attēde tibi à pestifero, ne cū peruerso peruertaris. Simili rōne uitanda sunt uerba lasciua & familiaritas mulierū, donationes, munuscula, secreta colloquia, corrisiones, ludi & ioci, intuitus, corporumq; cōtactus in sedando manusq; inferendo, ac modis similibus. Sextum est, seipsum in omnibus ueraciter humiliare. Dum em̄ homo incipit superbire, meretur à deo relinqui, & in turpissima ruere uitia, ut uel sic propriam fragilitatē aduertat, seq; humiliet. Qui aūt deo humiliter sp innititur, ab ipso roborari & cōseruari meretur. Septimū est, sapiēter perpēdere q̄ta hō mala incurrit ex tam breui & detestabili uoluptate luxurię. Et nūc sacerdos curatus hoc potissime ponderet, quia per fornicationē bonā famā amittit, deum dire offendit, proximos enormiter scandalizat, omnia græ perdit dona, & cuncta spūssancti charismata, seruus dęmoniorū ac uitiorū efficitur, æterna supplicia promeretur, cœlesti felicitate priuatur, à Chri corpore cœlesti separatur, & mēbrum diaboli redditur, nec dign⁹ est pane quo uescitur, neq; q̄ à terra portatur, potissime cū in omni actu officij ordinis sui, quem facit ut minister ecclesiæ, uel ut utens suo ordine aut officio, peccet mortaliter. Terreat ergo eum immēsitas sui periculi. Consideret quanta erit sua infernalis punitio, si pro uno pctō mortali etiā & laicus æternaliter cōdemnatur. Octauum remedium est, occupari in libris sacræ scripturæ & deuotis dictis sanctorū. Propter quod ad Rusticum monachū scribit Hieronymus: Ama studia scripturarū, & carnis uitia non amabis, legenti tibi somnus subrepat, & cadentē te liber suscipiat. In talibus em̄ libris concipit homo delectationem spūalem, uitiorū horrorem, zelum uirtutum. Nonum est, oēm otiositatem uitare, quia ut dr̄, otia dant uitia. Et Sapiens loquitur: In desiderijs est omnis otiosus. Et scriptum est: Multa mala docuit otiositas. Cū em̄ homo nō possit diu absq; occupatione & delectatione subsistere, qñ non occupatur ac delectatur in bonis, quærit cōsolationem & occupationē in rebus carnalibus. Hinc teste Bernardo: Oīm tentationum ac cogitationum malarū semita seu ingressus uel ianua, est otium, & ut sancti testantur, occupatus impugnatur ab uno dæmonio, otiosus à multis. Hinc ait scriptura: Desideria occidunt pigrum. Sacerdos ergo & clericus semp in bonis sit actibus occupatus, nunc orando, nunc meditando, nunc psallendo, nunc studendo, quoscunq; poterit exhortando. Decimum est, exteriores sensus reprimere ab uniuersis obiectis ad libidinem prouocare potentibus, nec solum cauere ne inficiatur ab alijs, sed insup ne uestimēto, incessu, sermone, aspectu aut simili modo inficiat quēquam. Vndecimum est, contra futura tela tempore pacis se præparare. Iacula nanq; præuisa facilius declinantur, minusq; lędūt, secundum Gregorium. Itaq; dum deest tētatio, armet se homo cōtra eam, deum orando ut à futuris tētationibus eum cōseruet: & interim in bonis ita exerceat se, ut tentatione surgēte, acriter eam inuadat, obijciēdo ei pręfacta remedia. Nunquam enim securitate aut torpore nos relaxare debemus. Idcirco in Ecclesiastico scribitur: In die bonorū nō immemor sis malorum, & in die malorum non immemor sis bonorum, ut sic inter prospera & aduersa sp uia regia procedamus, ut nec prosperis extollamur, nec aduersis deijciamur: imò in creatore & saluatore nostro indefinenter fideles, custoditi ac stabiles maneamus. Ad laudem & gloriam eius, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Numer. 21. Eccl. 19 Eccl. 13. Psal. 17. Eccl. 16 Eccl. 33. Prouerb. 21. Eccl. 11.

D. DIONISII A RYCKEL CARTHVSIANI DE MODO agendi processiones sanctorumq; ueneratione, Liber Vnus.

PRAEFATIO.

ZELVS domus tuæ comedit me. Verbum istud in psalmò
Psal. 68. Iohā. 2. ad literam de Christo conscriptũ, tropologice potest in-
telligi de q̃libet Christiano diuini honoris affectu accẽso,
qui salute propria non contentus, omnium creatorem ac
saluatorem ab om̃ibus cupit debite honorari, atq; ad hoc
pro uiribus suis laborat, in primis quidem seipsum exhi-
bens fidelem ac feruidum dei cultorem. Nam charitas in
cipit à seipsa, id est, à proprio suo subiecto, estq; ingratum
Bernardus spũisancto qcqd ei quisquam obtulerit, si id ad q̃d tenetur
neglexerit: hoc est, si propriam non operetur salutem, cum
Matt. 16. Marc. 8. Luc. 9 & ipse Chr̃s testet: Quid proficit hõ si uniuersum mundũ
lucretur, seipsum aũt perdat? Deinde talis pro cõmuni bo-
no solicitus, alios quoq; optat ac satagit exhibere fideles ac feruidos dei cultores, ita ꝙ ze-
lus domus dei .i. feruẽs affectio reformationis & boni status ecclesię comedit eum: hoc est,
interiora eius in se assumit, transformat, præoccupat, intantum, ut hoc sancto zelo uincatur &
quasi absorbeatur, quemadmodũ feruens amator suo dicitur superari amore, dũ aliud nequit
cogitare, desiderare, diligere q̃ quod tam singulariter amat. O q̃ felix, q̃ electus, q̃ charus
est deo, quem sic comedit zelus domus dei, qui proximorum suorum sic cupit salutem, qui
boni cõmunis amore sic feruet, cuius mens in affectum omnis honesti tam inextinguibili-
ter est conuersa, ita ut nec precibus parcat, nec sumptibus neq; laboribus, quatenus suum
queat sanctam affectionem ad effectum perducere concupitũ. Deniq;, q̃uis in his nequaq̃
quærat commoda sua, sed honorem altissimi & communitatis salutem, attamen cooperan
Iohann. 3. tibus ei ita regratiatur, quasi sua dũtaxat causa agatur. Certe (ut ait saluator) Spiritus ubi uult
spirat. Nam sicut nonnulli qui ex officio, gradu aut ordine ad zelum obligantur prefatũ, sua
carnalitate, peruersitate & negligentia ita cæcantur & obdurantur, ꝙ dono ac gratia tam sa-
luberrimi zeli prorsus priuantur: sic q̃dam simplices spiritales, imò aliqui boni seculares ex
speciali miseratione gratiosoq; munere spũsancti decorantur & inflammantur hoc zelo, q̃bus
incomprehensibilis altitudo sapientię atq; iustitiæ dei prępparauit ac reseruat copiosissimũ
præmium illud, q̃d carnales, negligentes & intimorati prelati & presules obtinerent, si sua
efficaciter exequerentur officia. Ideo tales boni spirituales secularesq; uiri in suo confortentur
1. Regum 16 proposito, nec à zeli sui frigescant ardore, etiam si optato non ualeant potiri effectu, q̃a in-
spector cordiũ deus iuxta syncerritatem & flammam affectus ac zeli eorũ coronaturus est
eos. Præterea zelus iste, q (teste sancto Gregorio) sacrificiũ deo acceptissimũ est, ex dei amo
re & proximorũ charitate procedit. Etenim q̃to q̃s deũ intensius diligit, tanto ardentius cu
Augustinus. pit uenerationem ipsius in omnibus. Propter quod sanctus asserit Augustinus: Ille plus di
ligit deum, qui plures ad eum conuertit .i. conuertere cupit aut conuerti desiderat, atq; ad
hoc pro suo posse laborat orando, solicitando, prædicando seu aliis modis. Conformiter, q̃
to aliq̃s proximos suos amat feruentius, tanto ualentius eorũ appetit & procurat pro posse
salutem. Charitas quippe otiosa esse non ualet, imò nulla forma, nulla uirtus tam prompte
ac delectabiliter agit ut charitas, p̃sertim cũ & ipsa sit mr̃, imperatrix & autor cæterarũ uir-
tutum. Procedit q̃q; zelus prefatus ex uirtute iustitiæ, qua q̃s feruide cupit unicuiq; q̃d su-
um est reddi, rectitudinemq; salubrem in omnibus obseruari. Idcirco flagrantes hoc zelo,
Matth. 5. merentur audire à Christo: Beati qui esuriũt & sitiũt iustitiam, q̃m ipsi saturabũtur. Inter hos
tam diuino zelo accensos, esse te gaudeo ò amande Amande, qui re & nomine es amandus,
Daniel. 10 atq; cũ Daniele propheta, uir desideriorũ rite uocari potes: q̃ q̃uis sis secularis & uxoratus,
copioseq; sobolis solicitudine oneratus, nihilominus toto corde spũalibus desideriis æstu
as, & zelo prefato te esse ignitũ perseueranter ostendis per scripta, labores & sumptus, imò
& aliis modis. Postremo, in urbe tua in qua magistratũ assidue geris, commune bonũ poli-
tiæ tam fideliter quæris, procuras & auges, ut tota communitas te tanq̃ communem om̃
patrem præcipue amet. Nec contentus es bono regimine politiæ oppidi tui in temporali-
bus, sed bonam eius gubernationem in spũalibus affectuosissime cupis & pro posse procu

ras

Patriae tñ pro tua urbe ferues hoc zelo, sed pro alijs quoq;. Hinc humiliter paruitatē meā rogasti, ut pro extirpandis quibusdā abusionibus cuiusdam alterius urbis aliquid scribā. Itaq; tuæ religiosæ petitioni plenarie satisfacere cupiens, intendo de proposita materia diffusius q̃tum spūs ueritatis præstiterit scribere, potissime qa materia ista nō duntaxat cōcerpit urbem unam aut duas uel paucas, sed plurimas ualde.

Articulus I. De materia & causa motiua compilationis huius tractatuli.

VIr, cuius in fine præinducti prologi memini, inter cętera scripsit mihi: Est q̃dda oppidum satis famosum, per cuius gyrum corpus cuiusdā sancti deferf processionaliter semel in anno: sed cū tantis insolētijs, potationibus, alijsq; defectib. ut formidandū sit, deum oīpotentē inde non parū exacerbari. Ideo cōmodū esset, q̧ cōsulatus dicti oppidi rōne & scriptura instrueref, talē abusum deo ac suo sancto ac pro nonō esse acceptū, & ita solicite, puideret de pcessione honesta, deuota ac ordinata. Restat igif mihi refugiū ad tuam psonam, quā peto ut amore Iesu & uulnerū eius, ex quibus nr̄a p fluxit redemptio, uelis aliqua mihi cōscribere, per quæ qdam uir religiosus ac bonus cōsulatum prætactæ urbis sic ualeat informare, q̧ ciues solitas abusiones in annua illa processione dimittant: quas (ut metuif) non dimittēt faciliter, nisi ualde rōnabiliter p scripta authētica informentur: qm̄ dicunt ex mō processionis suæ urbs eorū ditef, eo q̧ populus illo die ibi manens, cogitur sic & sic manducare ac bibere, atq; similia exercere: secūdo allegant cōsuetudinem. Isto attento, oportet pbare q̧ urbs illa inde non ditatur, sed propter pctā quæ ibi in die tam celebri fiunt, potius depauperaf. Scd̄o, q̧ sanctus (cuius corpus deferf) dehonoratur, & deus gloriosus offendif. Peto ergo ut absq; mora mittas mihi materiam istā, tā scholastice rōnabiliterq; discussam, q̧ præfatus religiosus cōsulatū urbis pręfatæ sic possit instruere, ut emēdatio subsequaf. Hæc est recitatio, hęc supplicatio uiri pręnoīati. Itaq; iuxta ipsius conceptum & postulationem, quod dominus ipse donauerit, scribam.

Articulus II. Quòd pcessiones ecclesiæ ex ueteri testamēto ortum sumpsisse uidentur.

POpulo ac patribus ueteris testamenti omnia in figura contigerunt, ut ait Apostolus, quod in libro de mysterijs diffuse probat Ambrosius, docēs qualiter multa in euangelica lege seruentur ex traditione & præfiguratione Mosaicæ legis. Deniq;, sicut doctores aliqui super quartum Sententiarum conscribunt, & Henricus de Gādauo in Quolibetis suis insinuat, annus iubileus qui in ecclesia Christi seruatur, qui est annus plenariæ remissionis, ex ueteri lege sumpsit exordium, uel potius præfigurationē. Fuit enim in ueteri lege annus quidam quinquagesimus, qui uocabatur annus iubileus, annus uidelicet propitiationis & remissionis, in quo populus Israeliticus multa tēporalia beneficia consequebatur: quia releuabantur à debitis persoluendis, & liberabantur à seruitutibus pristinis, atq; ad possessiones quas uendiderant, reuertebantur: de quo anno scriptum est in Leuitico. sicq; per omnia illa pręfigurabatur annus iubileus ecclesiæ, in quo populus Christianus spiritualia beneficia copiosissima à deo consequitur. Deniq;, q̧ nunc ubiq; in claustris atq; collegijs ecclesiæ dei sunt duo chori psallentium, ex opposito stantes & deū alternatim laudantes, sumpsit originē ex hoc, q̧ (ut primo Paralipomenon legitur) sanctus & deuotissimus Dauid rex statuit in domo dei duos psallētium choros. Conformiter, q̧ in ecclesia Christi fiunt processiones, & corpus Christi, imago uirginis gloriosę, corpora quoq; sanctorum, reliquiæ atq; imagines eorundem processionaliter circumferuntur, ex ritu & obseruantia ueteris testamenti traxit institutionem, præfigurationemq; habuit, & causam saltem partialem, q̃uis non totalem inde suscepit. Legitur enim in libro Iosue, quemadmodum deo præcipiente sacerdotes Leuitici generis circumduxerunt arcam dei per circuitum urbis nomine Ierico, per sex dies quotidie semel, & septimo die septies. Deinde legitur primo Paralipomenon & secundo Regum, qualiter Dauid cum sacerdotibus ac populo Israel duxit arcam dei de Gabaa usq; in domum Obedom, & post tres mēses de domo Obedom in ciuitatē Ierusalē. Porrò tertio Regū describif, qualiter Salomon rex transtulit arcam de tabernaculo Dauid in tēplum quod ipse Salomon ædificauit. Insup, pręfacta obseruantia ecclesiæ, pręfigurata est p deportationē tabernaculi Moysi & eorū quę in tabernaculo illo erāt, utputa mēsę, cādelabri, tabularū, altaris, arcę, uasorūq; sanctuarij, ut in Numeris lib. legif. Pręterea, pcessiones ecclesię ex alijs q̧q; causis sunt institutę, qa in primitiua eccl'ia dum quinta feria celebris fuit sicut dies dñica, fiebat cōiter processio ferijs quintis in comme

1.Corin.10. Ambros. in lib. de mysteriis.

Leuit.25

1.Paralip.16.

Iosue.6

1.Paralip.13. 2.Reg.6 3.Regum.8 2.Paralip.5

Num.4

Lucæ 24. Actu. 1. memorationem processionis, qua Christus eduxit apostolos & existētes cū eis de cœnaculo Ierusalem in Bethaniam, & deinceps coram ipsis ascēdit cum sanctis in cœlū, ut in Luca & in Actis apostolorū habet. Consequenter, s. Gregorius & alij sancti patres præsules, propter diuersas causas instituerūt quasdam processiones. Postremo, etiam ante Gregoriū fuerunt à sanctis patribus processiones aliquæ institutę, ad remouendū & extirpandū errorē ac ritum gentiliū & idololatrarū, q ante conuersionem suam ad Christū, fecerunt dijs & idolis suis quasdam processiones: ideo ordinauit ecclesia, ut quod ante superstitiose egerūt, iā conuersi religiose ad dei atq; sanctorū honorem peragerent, prout in Aurea legenda sanctorum narratur.

Articulus III. Declaratio ex his quæ in ueteri testamento facta leguntur, q̄ deuote, ordinate ac reuerenter fieri debeant processiones & deportationes sacrorum ac reliquiarum in ecclesia dei.

1. Corin. 10 Heb. 10 QVàm magnifice & pręclare lex euangelica atq; ecclesia excedant in omni dignitate, perfectione & gratia Mosaicam legē ac synagogam beatissimus Paulus in suis docet epistolis copiose. Ideo q̄tum ueritas trāscendit figuram, & lex umbrā, meridiesq; diluculū, tm̄ excedunt & excedere debent ea quę in euāgelica fiūt lege, & in militante ecclesia; illa quæ gerebantur in synagoga ac lege Mosaica. Vt igitur innotescat, q̄ deuotissime at decentissime fieri debeant processiones ecclesiæ & deportationes sacrorum, quæ circūferunt in eis, intueamur qualiter factæ sint processiones & deportationes sacrorum in ueteri lege. Itaq; cum quanta reuerentia & ordinatione tabernaculū

Num. 2. 3. Moysi & contenta in illo deferebant, diffuse describit in Numerorum libro. Siquidem iuxta dei præceptum, duodecim tribus Israel distinctis ordinibus per gyrum tabernaculi ordinatissime processerunt: Filij quoq; Leui per treis partes diuisi portabant, unusquisq; q̄d sibi fuit commissum, atq; sub pœna mortis fuerat eis iussum ne aliter agerent. Insuper in Io-

Iosue. 6 sue libro habetur, quomodo filij Israel circueūdo urbem Ierico cum arca, nō poterant aliquod uerbum loqui: quoniam deo iubente, Iosue dixit ad eos: Non audiet uox uestra, nec ullus sermo egrediet de ore uestro donec dicā uobis. Per q̄d datur intelligi, q̄ corde deo intento ac deuotissime occupato, arcam circumferebāt. Amplius, in primo Paralipomenō li-

1. Paralip. 13. 2. Reg. 6 bro, & secundo Regū describitur, cum q̄ta deuotione & spirituali iucūditate Dauid rex & sacerdotes ac populus Israel arcam duxerūt, absq; omni carnali potatione & fabulatione.

3. Reg. 8. Etenim tota uirtute psallebant, & deū ore ac musicis instrumentis laudabant, sacrificia quoq; abundantissime offerebant: quod etiam Salomon rex, sacerdotes & populus Israel celeberrime peregerūt, deducēdo arcā de tabernaculo (in quo posuerat Dauid) in templū, ut tertio Regum fertur. Prętera, cum q̄ta deuotione ac reuerentia contrectanda ac honoranda sint sacra euangelicæ legis, constat ex eo, q̄ (ut primo Regum narratur) dum Bethamitæ qui erant ex filijs Israel, inspexerunt arcam dei detectam, à deo percussi sunt: occidit enim deus septuaginta uiros de populo, & quinquaginta milia plebis propter illū arcæ aspectū,

1. Regum. 6. ut primo Regum inducitur: Similiter secundo Regū recitat, qualiter Oza leuita à deo plagatus est & occisus, eo q̄ indecēter arcam dei sustentare præsumpsit. Si ergo in ueteri lege populus synagogæ cum tanta reuerentia, sobrietate, deuotione ac spūali iucūditate arcam (quæ fuit res corporalis, inanimata & lignea) deportauit, & si tā dire à deo plagati sunt, qui circa arcam irreuerenter se habuerunt, cum q̄ta deuotione & honorificentia dei, cum q̄ta sobrietate & cordis custodia ac spūali lætitia, imò & filiali timore dei, debet populus Christianus suas agere processiones & sacramenta Christi deferre, reliquiasq; sanctorum & alia sacra portare? q̄tam demum dei offensam incurrunt, q̄ enormiter peccant, q̄ diram ultionē merentur, qui ita non agunt, sed in processionibus illis dissolute se habent, fabulando, ridendo, undiq; circumspiciendo incedunt, potationi & petulantiæ præstant locum, & insolenter, immorigerate ac uane se gerunt? Nonne diabolo faciunt processionem, non deo & sanctis eius? & si ore asserāt se ad dei & sanctorum honorem processionem peragere, operibus tamē pandunt oppositum, sicut de talibus scribit Apostolus: Dicunt se nosse deum, fa-

Titum 1 ctis autem negant.

Articulus IIII. De ueneratione sanctorum reliquijs exhibenda, præsertim dum processionaliter circumferuntur.

QVemadmodum dominus Petrus de Alliaco Cardinalis in libro de Ecclesiastica potestate fatetur, ueritas catholicæ fidei inter duos errores extremos medium tenet, sicut & uirtus moralis inter duo uitia extrema quædam extat media

tas,sic in proposito circa uenerationem reliquiarũ sanctorũ sunt duo errores extremi. Quidam nanq; hæretici(ut impius Eunomius & post eum Vigilantius, uel potius Dormitantius)asseuerant nullam reuerentiam sanctorum reliquijs impendendam:alij circa reliquiarũ honorationem supstitiose se habent,arbitrantes se eis honorem impẽdere per ea,quæ sanctis omnibus penitus displicent,ut sunt insolentiæ,carnalitates,pompositates,curiosi ornatus,inordinatæ potationes ac uariæ dissolutiones, quæ omnia contrariant legi naturali atq; diuinæ.Inter hos ita errantes,ueri Christifideles habent se medio mõ: qm̃ ipsas uenerandas reliquias cum ingenti deuotione & om̃i alacritate, spũali quoq; iucũditate, laudibusq; & canticis diuinis amplectuntur,circumferunt,prosequuntur,suscipiunt & honorant tanquam corpora quæ olim fuerunt sanctuaria & templa in qbus habitauit spiritussanctus,ac instrumenta uirtutum,per quæ sancti olim uirtuose sunt operati,& tanq̃ proxime pertinẽtia ad animas sanctas.Deniq; & animæ sanctæ, quæ nunc deo beatifice perfruuntur, suas amant,honorant,uisitantq; reliquias,& gratissimum sibi esse ostendunt, q eorum reliquię honorantur decenter:magna quoq; ac uaria beneficia impetrant & impendũt locis & urbibus atq; hominibus,in qbus & à quibus eorum reliquiæ reuerenter locant, debite honorantur,ac deuote circumferuntur.Insuper,deus altissimus per copiosa & præclara miracula sanctorum reliqas ornat,ueneratur,extollit.De hoc sanctus Hieronymus in libro suo cõtra Vigilantium hęreticũ,Tertullianus quoq; uir eruditissimus in libro contra sceleratum Eumoniũ plenius conscripserũt.Præterea Damascenus libro quarto disseruit: Honorandi sunt sancti ut amici & filij atq; hæredes dei, & tanq̃ eius ministri. Honor enim qui ministris impenditur,signum est bonæ uoluntatis ac uenerationis ad dominum.Sancti fuerunt promptuaria dei & pura eius cœnacula, animataq; templa & tabernacula spũssanctis per q̃rum reliquias tanq̃ per fontes salutares, Christus omnium dominator irrigauit nos multiformibus beneficijs,ex quibus reliquijs nobis emanat unguentũ boni odoris.Et hoc nullus dubitet,si enim deo iubente aqua fluxit filijs Israel ex rupe & petra, & Sampsoni ex maxilla asini,nequaq̃ incredibile est ex sanctorum reliquijs emanare unguẽtum boni odoris sitientibus gratiam dei & uirtutes sanctorum. Per ipsas reliquias feliciter suscitandas dæmones abigũtur,infirmi curantur,cæci uident,leprosi mundantur, tentationes atque tristitiæ dissoluũtur.Hæc Damascenus. Ecce qualiter honorandæ sunt sanctorum reliquię cum uera religione & sancta deuotione per opera uirtuosa.

Circa uenerationẽ reliquiarũ,errores duo.

Quõ sanctorũ reliquis cultus sit exhibendus.

Hieronym.

Tertullianus

Nume.20. Iud.15.

Articulus V. Qualiter quidam in processionibus & deportationibus sacrorum superstitiose & uitiose se habent.

RElIgio uno modo pro latria sumit:sicq; religio seu latria est uirtus moralis, quæ deo cultum & ceremoniam exhibet.Et consistit hæc uirtus in medio inter duo uitiosa extrema,quorum unum religioni opponitur per excessum: non q deo maior queat honorificentia exhiberi q̃ dignus est,sed quia deus indebito modo ab hominibus colit,ita q in eius honore & cultu aliqua fiunt,quæ eius uenerationi & euangelicæ legi ac ueræ religioni contraria sunt:& hoc uitiosum extremum superstitio appellatur.Istud est de mente sancti Thomę in secunda secundæ quęstione nonagesimasecunda, & idem asserunt Raymundus aliiq; doctores concorditer. Constat autem omni intelligenti scripturas,q quamuis in omni actu humano uitandæ sint uniuersę insolentiæ,leuitates, dissolutiones,pompatici gestus & ornatus ad libidinem prouocantes,superfluæ quoq; & inordinatæ potationes ac curiositates inanes, maxime tamen uitanda & abominanda sunt omnia ista in cultu diuino,in processionibus sanctis,in deportationibus reliquiarum & sanctarum imaginum & cæterorum sacrorum,potissime in deportatione superdignissimi sacramenti. Idcirco qui præfatas insolentias,leuitates,dissolutiones,gestus,ornatus,potationes,curiositates processionibus suis deportationibusq; sacrorum admiscent, & per talia aut per quædam eorum arbitrantur aut dicunt se colere deum aut honorare sanctos ipsius aut sacra,superstitiose se habent:quod est ualde periculosum,quoniam superstitio ex suo genere est peccatum mortale, tanquam contraria primo diuino præcepto, quo dicitur: Vnum cole deum, prout in libro de fide & legibus plenius docet profundus ille doctor Gulielmus Parisiensis. Insuper, præallegato loco asserit Thomas: Aliquid dicitur superfluum dupliciter: Primo, secundum quantitatem absolutam, sic'que in diuino cultu non potest esse superfluum: quoniam quicquid boni egerimus aut facere possumus, minus est eo quod creatori debemus. Secundo dicitur

Religio qd.

Sup̃stitio qd.

Sup̃stitio peccatũ est mortale.

super

superfluum secundũ quantitatem proportionis, utputa quod non est proprio fini propor-
Finis cultus diuini q̃s sit tionatum. Finis aũt cultus diuini est, ut homo seipsum deo totaliter tradat & offerat, subij-
ciendo se ei perfecte mente & corpore: quod fit, dum seipsum & cuncta quæ habet ac agit
refert ad gloriam dei, corpus suum domando, & animam humiliando ac deum glorifican-
do. Porrò, quicq̃d ad dei gloriam & honorem nõ pertinet, neq; ad hoc q̃ anima deo subda
tur, suoq; corpori dominetur, hoc totum est supstitiosum atq; in cultu dei superfluum, q̃m
Augustinus ad interiorem dei cultum nõ pertinet, sicut & Augustinus in libro de uera religione testa-
tur. Hæc Thomas. Cum ergo præfatę insolentiæ, dissolutiones, pompatici apparatus, inor
dinatæ potationes & consimiles abusiones nequaq̃ pertineant ad hoc, q̃ homo corpus su-
um perfecte subijciat animæ, & animam deo, ipsumq; deum omnipotentem cum debita re
uerẽtia colat, sed omnino his bonis repugnẽt, luce clarius innotescit, q̃ eas exercere in pro-
cessionibus deportationibusq; sacrorum ab ecclesia ordinatis ac institutis ad honorem &
gloriam dei atq; sanctorum, superstitiosum & superfluum & penitus uitiosum ac abusiuũ
existat, propter q̃d à processionibus & deportationibus sacrorũ prorsus sunt excludẽdæ.

Articulus VI. Contra prætactas abusiones, inordinationes & insolentias ex corpore iuris.

De conse. d. 3. c. irreligio. PRæterea in Decreto de cõsecratione dist. 3. dr̃ ex concilio Toletano: Irreligiosa cõ-
suetudo est, quam uulgus in sanctorum solẽnitatibus agere consueuit: quia turpi-
bus saltationibus uacat, & religiosorum diuinis officijs perstrepit: ideo hoc ab uni
uersis prouincijs depellatur. Cum ergo per prętactas insolentias, dissolutiones, po
tationes, curiositates & inordinationes consimiles, hi qui talia agunt, non solum seipsos à
deo elongent, sed & deuotorum orationes ac salubres meditationes impediant, & religio-
sorum ac spiritualium hominum in processione deum laudantium sacris perstrepant atq;
molestiam ingerant, constat q̃ omnino uitandæ sint & uitiosę consistant. Insup Papa Mar
26. q. 5. c. nõ liceat. tinus ait, & habetur in Decreto: Non liceat in Christiana religione iniquas agere obseruan
tias Calendarũ, nec lauro aut uiridibus ramis cingere domos. Om̃is enim obseruatio ista est
paganorũ. Ex quibus uerbis elicitur, q̃ sit cõtra præcepta ecclesiæ, populum Christianũ in
suis processionibus & obseruantijs conformari paganis. Cum ergo pagani idololatræ in
processionibus & ceremonijs suis utantur insolentijs, potationibus, dissolutionibus, põpis,
ornatibusq; prętatis, constat eas à processionibus & sacris fidelium prorsus esse eliminan-
2. Cor. 6. das. Nempe ut ait Apostolus: Quę pars fideli cum infideli? aut quis consensus tẽplo dei cũ
1. Thessalo. 5. idolis? aut quæ societas luci ad tenebras? Qui itẽ ait: Ab omni specie mala abstinete uos.
Prætacta aũt non solum apparentiã, sed & existentiam habent mali. Hinc quoq; sexto De
De immu. eccle. c. decet in 6. cretalium loquitur Bonifacius Papa: Domum dei condecet sanctitudo, ut cuius in pace fa-
ctus est locus, eius cultus sit cum debita ueneratione pacificus. Sit itaq; ad ecclesias humi-
lis & deuotus ingressus, cessent confabulationes & quæcunq; alia, quæ diuinũ possunt tur
bare officium aut dei maiestatem offendere: ne ubi pctõrũ est uenia postulanda, ibi peccan
di detur occasio, aut peccata contingant. Cum itaq; institutæ sint processiones & deporta-
tiones sacrorũ ad dei & sanctorum honorem, atq; ad ueniam peccatorum ac gratiam impe-
trandam, prænductæ insolentiæ, dissolutiones, uanitates & potationes sunt separandę ab
eis. Postremo in Decretalibus est iussio specialis, ne talia ludicra in diuinis agantur.

Articulus VII. Reprobatio earundem abusionum, ex uerbis sanctorũ doctorũ.

Hieronym⁹. SAnctus Hieronymus loquitur: Nihil irrationabilius q̃ sanctum martyrem uelle ho-
norare per crapulam, quem scimus deo placuisse per abstinentiam. Conformiter di
cere possumus: Nihil irrationabilius q̃ sanctum martyrem aut confessorem uel uir-
ginem sanctam, aut certe uirginem uirginũ, uelle in processionibus aut deportatio
nibus reliquiarũ siue imaginum earũdẽ uenerari per insolentias & curiosos ac pro
uocatiuos ornatus, aut apparatus pomposos, seu potationes loco & tpi illi incõuenientes:
quos sanctos & sanctas scimus deo placuisse per pudicissimos gestus, p̃ uenustissimos mo-
res, p̃ sobrietatem, humilitatem & timoratissimam uitam. Penitus ergo displicẽt deo & san
ctis eius huiusmodi dissolutiones & abusiones in processionibus & deportationibus reli-
quiarum sanctarum. Prętere a beatus Augustinus in libris de Ciuitate dei, multipliciter re
prehendit & reprobat processiones & sacra gentiliũ, quia in eis fiebant ludi scenici & alia
inhonesta ac libidinosa omnia: ergo illa & eis similia à processionibus & sacris Christiano-
rum sunt æternaliter sequestranda. At uero sanctus Bernardus testatur: Ille sanctos ueraci
ter ueneratur, qui eorum uirtutes ac sancta opera imitat: qui uero amant & agunt quæ san-
cti dete-

qui detestantur ac odiunt, illos non honorant, sed aspernantur. ex qbus idem concluditur. Thomas.
Deniq; sanctus Thomas in secunda secundæ. quęst. nonagesimascda affirmat: Quicquid est contra institutionem dei aut ordinationem ecclesiæ, superstitiosum habendum est. Cũ ergo sancti patres deo inspirãte ordinauerint processiones & deportationes sacrorum cũ præcipua deuotione atq; ingenti reuerentia, cum orationibus & laudibus dei esse agẽdas, certũ relinqtur, superstitiosum esse ut contrario modo cum prædictis abusionibus, insolentijs, dissolutionibus, potationibus, loquacitatibus & lasciuis exornationibus fiant. Amplius sicut præhabitum est, Damascenus fatetur illos ex sanctorum reliquijs perfundi beneficijs dei, qui sitiunt (.i. feruide cupiunt & deuote exquirunt) meritis precibusq; sanctorũ iuuari, & eorum reliquias condecenter honorant. Ideo qui cũ pręinductis abusionibus agũt processionem & sancta circumferunt, iram dei & sanctorum, non gratiam aut ueniam sibi mercantur. Rursus, cum gloriosus dicat Hieronymus: Vir aut mulier suo uestitu aut ornatu quempiam ad libidinem prouocans, peccat mortaliter, eluceścit q̃ damnabile & periculosum existat, si fœminæ aut puellæ etiam uiri uel adolescentes, ita se uestiant & exornent, sicq; in processione incedant ad uulnerandum seinuicem mente ac cæteros intuentes. Oĩa itaq; in processione fieri debent morigerate, humiliter ac deuote, exclusa omni abusione. Damascenus Hieronym.

Articulus VIII. Declaratio ex diuersis considerationibus in scriptura fundatis, q̃ processiones pręfatis abusionibus insolentijsq; fœdatę, deo & sanctis displiceant.

DE induratis & peruersis Iudęis loquitur deus Isaię: Appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me. Hãc autem autoritatem Christus de scribis & pharisęis allegans: Hypocritę inquit, bene prophetauit de uobis Isaias, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorũ longe est à me: Inuanum autem colũt me. Si ergo deus locutus est uerba ista de indeuotis & auersis Iudæis, nõne ipse iustissimus iudex idẽ dicturus est de indeuotis, dissolutis & carnalibus Christianis, qui in processionibus deportationibusq; sacrorũ prędictis abusionibus ac uitijs inuoluuntur: præsertim de his qui suis fabulationibus, potationibus, insolentiis & euagationibus cordis & sensuum ita intenti sunt, q̃ nec labiis deum honorant, sed ore, lingua, uisu, auditu & corde obsequuntur diabolo, sicq; contra doctrinam Apostoli membra sua exhibent arma iniquitatis peccato. Insuper, in Isaia loquitur deus populo Iudęorum: Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum? Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi, solennitates uestras odiuit anima (.i. mens) mea. In his uerbis deus excelsus testatur sibi displicere festa & sacrificia Iudęorum, & hoc propter peccata eorum. Nam præallegatis uerbis adiũgit: Iniqui sunt cœtus uestri. Eadem ratione iuste cõtemnit processiones, orationes & cantus Christianorum, qui eis admiscent præfatas abusiones mortiferas. Pręterea per Malachiam ait dominus Iudæis carnalibus: Dispergam super uultum uestrum stercus solennitatum uestrarum, & assumet uos secum. Circa quod dicũt expositores, q̃ uerba hæc spiritualiter intelligãtur de Christianis, qui diebus solennibus committunt peccata carnalia, gulæ siue luxuriæ & insolentiis uanitatibus que intentit quorum solennia dominus detestatur ut stercora, & immunda opera, quæ in suis commitũt solennijs, proijcit & dispergit super uultus eorũ, quoniam ea publice imponit atq; improperat ipsis. Insuper per Amos loquitur deus uitiosis Iudæis: Odi & proieci festiuitates uestras, & non capiam odorem cœtuum uestrorum. Aufer à me tumultum carminũ tuorum & cantica lyræ tuę non exaudiam. Omnia ista loquit deus etiam contra indeuotos & uitiosos Christianos, q̃rũ festa, orationes, cantus & musicorũ consonantiam instrumentorũ perhibet sibi esse ingrata propter eorũ peccata. Sic & Michæas propheta, cũ insufficiẽtiam exteriorũ obseruantiarũ & hostiarũ manifestasset, uolens docere quid ab hominibus deus requirat & approbet, mox adiecit: Indicabo tibi homo quid sit bonum, aut quid dominus requirat à te: Facere iudiciũ & iustitiam, & diligere misericordiam, ac solicitum ambulare cum deo tuo. Hoc ergo aduertant ac impleant, q processiones deo & sanctis acceptas cupiunt exercere, timeantq; quod in Ecclesiastico legitur, Væ dissolutis corde: & quod loquitur Christus, Væ uobis qui ridetis. &, Væ uobis qui saturati estis. Adhuc autẽ per Isaiam loquitur deus: Ecce in die ieiunii uestri inuenitur uolũtas uestra. Per quę uerba insinuat sibi displicere eorum ieiunia, qui contra præcepta diuina propriam uoluntatem sequuntur: Conformiter displicet deo illorum processio, qui in ea pręfatis abusionibus inquinantur: Quod si ieiunia & sacrificia, orationes & cantus quæ ex suo genere bona sunt & effectus

Isaię 29. Matth. 15. Mar. 7. Roman. 6. Isaie. 1. Ibidem. Malachi. 2. Amos 5. Mich. 6. Eccl. 2. Luc. 6. Isaie. 58.

uirtutum, despiciuntur à deo propter uitia eis admixta, quanto magis inordinatæ potationes, insolentię, dissolutiones, loquacitates & cõsimilia sępe prętacta, quę ex gñe suo sunt mala, displicent deo, pòtissime diebus solennibus, & in processionibus deportationibusq́ sacrorum? Peccata quippe ex loco, tempore & circumstantijs alijs aggrauãtur. Hinc quoq;
Zach. 7. per Zachariã loqtur deus Iudæis: Cum plangeretis & ieiunaretis per hos septuaginta annos, nunqd ieiunium ieiunastis mihi? quasi dicat: Ieiunia uestra & lachrymæ tẽpore captiuitatis uestrę in Babylone, mihi grata non erant, qm̃ non abstinuistis à uitijs. Multa cõsimilia ex Ieremia, Ezechiele, alijsq; prophetis ac scripturis possem adducere, sed breuitati studẽdum est. Præterea, q̃uis unaquęq; cõmunitas debeat suum patronũ & reliquias sanctas
Quid potissime in processionibus agẽdũ, respiciendumq́ sit. quas habet quotidie uenerari, hoc tamen singulariter agere debet in die solennis processionis & deportationis reliquiarum suarũ: idcirco pręfatas abusiones tunc maxime debet uitare, & in processione taliter se habere, quatenus finem propter quem fit ipsa processio, puta remissionem & grãæ incrementum, ualeat adipisci, ac suo patrono gratum impendere famulatum, honorificentiamq; condignam ac puram: qm̃ iuxtà exigẽtiam finis disponenda sunt media, imò deinceps totum diem illum debet in laudibus dei uirtuosisq; actibus intuitu & amore sui patroni expendere, crapulam omnem uitare, choreas & similes uanitates abijcere: nec sine urgente necessitate in ipsa processione portare, & cum Salomon protestetur:
Eccl. 3. Omnia tempus habent. Vnumquodq; etenim opus fieri debet tpe opportuno & con-
1. Corin. 11. gruo loco. Vnde & Apostolus Corinthios, qui in ecclesia comederũt & biberũt, increpãs ait: Nunquid domos non habetis ad comedendũ & bibendum? aut ecclesiam dei cõtemnitis, & confunditis eos qui non habent?

Articulus IX. Quòd praua consuetudo sit prorsus ac protinus extirpanda, non in autoritatem assumenda, uel pro argumento alleganda.

SIcut primo articulo tetigi, urbs de qua ibi mẽtio facta est, pro suarũ defensione abusionum in processione & deportatione corporis sancti cuiusdam, consuetudinem suam allegat. Vt ergo ueritatem agnoscant, atq; à suis resipiscant erroribus, qui hu-
8. d. c. mala iuscemodi argumento utuntur, respondebo nunc eis diffuse ex his, quæ in Decreto dist. 8. habentur. Nempe ut recitatur ibidem, Nicolaus Papa sic ait: Mala cõsuetudo nõ minus q̃ perniciosa corruptela est abscindenda, quæ nisi cito radicitus euellatur, in ius priuilegij ab impijs assumitur: incipiũtq; præuaricationes & uariæ præsumptiones celerrime
Augustinus nõ represse, pro legibus uenerari & more priuilegiorum ppetue celebrari. Insuper, Augustinus in libro de unico baptismo: Veritate (inquit) manifestata, cedat consuetudo mox ueritati. Quis enim dubitet consuetudinem ueritati cedere oportere? & rursus in libro eodẽ:
Gregorius Nemo consuetudinem rationi & ueritati pręponat. Hinc quoq; Gregorius Papa septimus
Ioh. 14. scribit: Si consuetudinem forsan opponas, aduerte quod dominus dicit: Ego sum ueritas: nõ dicit, Ego sum cõsuetudo, sed ueritas. Et certe (ut beati Cypriani utamur sententia) quæ-
Cyprianus. libet consuetudo q̃tumcũq; antiqua & diuulgata, ueritati est postponenda, & usus ueritati
Augustinus. contrarius, est protinus abolẽdus. Hinc rursus in libro de baptismo paruulorum loquitur Augustinus: Qui contempta ueritate pręsumit consuetudinem sequi, aut cõtra proximos inuidus est & malignus, qbus reuelata est ueritas: aut cõtra deum ingratus est, cuius reuelatione docet ecclesia. Itemq;: Frustra qui rõne uincunt, consuetudinẽ nobis obijciũt, quasi consuetudo maior sit ueritate, aut in spũalibus nõ sit sequendum quod melius esse constat. Porrò si consuetudini ueritas suffragat, nihil oportet ea firmius retineri. Nam bona cõsuetudo uim legis sortit. Hinc ait & Cyprianus martyr, doctor & pręsul: Consuetudo quę apud q̃sdam irrepserat, impedire non debet quo minus prępualeat ueritas. Nam consuetudo sine ueritate seu æquitate & ratione, uetustas erroris est, propter q̃d relicto errore, ueritatem sequamur. Cũ ergo nũc tam multipliciter sit probatũ, q abusiones, insolẽtiæ & dissolutiones quæ in processionibus fiũt, sint prorsus illicitæ, & iuri naturali, diuino ac positiuo cõtrarię, ac grauiter offensiuæ dei atq; sanctorũ, nulla consuetudine defendant aut excusent, sed penitus dimittant: imò multa fuerũt primo rationabiliter instituta, quæ tamen interim extãt
Vigiliæ in ieiunia commutatæ. prohibita propter abusiones eis paulatim admixtas. Consueuerũt enim in profestis uigilię celebrari, sed propter mala quæ tũc admiscebant, ecclesia uigilias in ieiunia commutauit: sic quoq; torneamenta & hastiludia fuerũt primo ex causa rationabili instituta, ut scilicet militares se in bellicis rebus exercitarẽt, quatenus tẽpore opportuno ad defensionem reipublicę essent magis idonei: sed propter abusiones exercitijs illis postea admixtas, ecclesia prohibuit ea, ut in Decretalibus & in Summa Durãdi & Sũma Confessorũ habet. Postremo,

qu

quod praua consuetudo non solum sit relinquenda, sed etiam maxime uitiosa & summe periculosa, probatur ex uerbis Augustini dicentis: Moles imposita sepulchro, ipsa est uis dura consuetudinis, qua premitur anima, ut nec respirare nec resurgere de facili queat. Peccata nanque quamuis magna atque horrenda, tamen cum in consuetudinem uenerunt, parua ac nulla esse uidentur. Ideo consuetudinem uincere grauis est pugna, quoniam consuetudo quasi altera est natura. Augustinus. Nō facile uinci cōsuetudinem.

Articulus X. Quid sentiendum sit de hoc, quod communitas illa praefata dicit urbem suam ditari ac prosperari ex processione sua, insolentijs, potationibus ac dissolutionibus assueta.

INcomprehensibilia & imperscrutabilia sunt omnipotentis iudicia, ut testatur Apostolus. Propter quod ait propheta: Venite & uidete opera dei terribilis in consilijs super filijs hominum. Denique, sicut ait Gregorius, quamuis admiranda sint dei iudicia, quamuis in seculo isto electis & iustis contingunt aduersa, & reprobis ac peruersis hominibus prospera, mirabiliora tamen & incomprehensibiliora sunt iudicia eius, dum electis & bonis hominibus in hac uita eueniunt prospera, peruersis uero impijsque aduersa. Deus etenim in hoc mundo electos suos per aduersa exercet & purgat, atque à multis praeseruat peccatis: reprobos uero nunc prosperari permittit, ditari & iucundari: quoniam haec est pars haereditatisque eorum, qui paulopost aeternaliter punientur. Denique, peccata electorum deus in uita hac punit frequenter per temporalia damna infirmitatesque corporis, & per inflictiones persecutionum atque iniuriarum. Reprobos uero solet deus in uita hac praemiare pro bonis quae operantur. Nam quamuis bona ex genere non agant ex charitate, propter quod nec meritoria sunt uitae aeternae, tamen quoniam aliquo modo bona sunt, sicut dum eleemosynas faciunt, ieiunant, orant, Missamque audiūt uel ex fide informi, uel ex timore seruili, uel ex consuetudine quadam, idcirco deus pro bonis huiusmodi largitur eis aliquid praemij in praesenti, uidelicet prosperitatem, diuitias aut honores, uitam ue longiorem ac sanitatem: sicque opera bona quae essent aeternae salutis meritoria, si fierēt ex charitate & uera deuotione, priuantur tanta beatitudine propter peccata eis admixta, & temporalē mercedem sortiuntur duntaxat. Hinc teste Gregorio, Viri uirtuosi ac sapiētes in prosperis magis formidant: & dum se quandoque peccasse reminiscuntur, nec tamen pro suis peccatis se aduersa pertulisse recordantur, immēsa formidine concutiunt & pauida suspicione turbātur, ne forte in hac uita pro suis operibus bonis remunerentur, atque futuris reseruētur supplicijs. Itaque, si urbs illa experitur, putat aut dicit se temporaliter prosperari & locupletari merito suae processionis & deportationis corporis sui sancti, non obstante quod tot abusiones, insolentias, potationes & dissolutiones illi processioni ac deportationi immisceat, ualde habet uereri, & expauescere merito debet, ne forte suae processionis ac deportationis meritū sortiatur in uita praesenti, caritura retributione gloriae aeternae, eo quod processio illa fit admixta tot malis, propter quae nec deo nec sancto (cuius corpus defertur) placet, ita ut sit meritoria gratiae in praesenti, & gloriae in futuro: hoc inquam ciuitas illa habet timere. Idcirco nequaquam blandiatur sibi de locupletatione terrena, nec inde argumentetur quod processio illa rite agatur, uel sic fieri debeat, aut deo & sancto eius complaceat. Hoc quippe non solum ad insipientiam, imò & ad infidelitatem quandam spectaret. Ex hoc equidem Romani adhuc gentiles putabant idololatriam suam esse iustam & uere salubrem, quia multos obtinebant triūphos, & tandem monarchiam adepti sunt, quod dijs suis & idolis ascripserunt. Sic quoque nunc usque Turcae ac Saraceni argumentantur suam superstitionem ac impijssimi atque spurcissimi Machometi legem esse ueram religionem, quoniam multas acquirūt uictorias cōtra Christianos, & possident terram sanctam. Non enim intelligunt, quod sicut in ueteri testamento deus aeternus & gloriosus castigauit filios Israel per Chaldaeos Assyriosque idololatras, ita in nouo testamento corripit Christianos per Turcas & Saracenos. Verūtamen an ciuitas illa in hoc ueraciter sentit, quod dicit se ditari per talem processionem, an potius in tali aestimatione fallatur, certum non habeo. Siquidem esse potest, ut ad tam erroneam inducatur à diabolo opinionem, quatenus amore suae ditationis incorrigibiliter in suis abusionibus perseueret: & forsan sic, imò & amplius ditaretur, si processionem talem non faceret. Praeterea, quicquid sit de hoc, istud omnino pie credendum est, quod si processionem & deportationem corporis sui sancti cū debita deuotione, maturitate, sobrietate & ordinatione perageret, multo felicius praemiaretur à deo, prosperitatem etiam temporalem fortassis sortiretur maio-

Romano. 11. Psal. 65.

Cur iustis aduersa, malis felicia eueniūt.

Gregorius.

Opinio Turcarum & Saracenorum.

4. Reg. 25. 4. Reg. 17. Quod Iudaeis Chaldaei, hoc Christianis Turcae.

rem: quoniam deus interdum confert suis electis temporalem quoq; prosperitatem in se-
culo isto, potissime politijs boni regiminis. Verũtñ intuitu & amore tẽporalis ac terrenę re
munerationis non est deo principaliter seruiendum, nec omittẽda est abusionum & super-
Hieronym. stitionum correctio ex timore temporalis aduersitatis aut damni, cum dicat Hieronymus:
Matt. 21. Marc. 11. Latro est, & domum dei conuertit in speluncam latronum, qui lucra de religione sectatur:
Luc. 19 cultusq; eius nõ tam cultus est dei, quàm negotiationis occasio. Postremo, si alicui uitia sua
derelinquenti & emendanti aduersa occurrant præ solito, non debet ex hoc pusillanimis
Apoca. 3 fieri, aut de bono dolere incepto, neq; ad pristina peccata reuerti, sed potius deo gratias a-
Psal. 80 gere & gloriari in domino, q iam plus solito paterne uisitatur & castigatur ab eo, qui quos
amat, arguit & castigat, qui & de reprobis protestatur: Dimisi eos secundum desideria cor
dis eorum, ibunt in adinuẽtionibus suis. Itaq; iuxta doctrinam sanctorum hîc intro
ductam, fiant ubiq; processiones & reliquiarum uenerationes, omni insolentia
& abusione exclusis. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui
est super omnia deus sublimis & benedictus.

AMEN.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI DE DOCTRINA scholarium, Liber Vnus.

QVEMADMODVM Aristoteles in libro ait Politicorum: Sicut omnium animalium optimum est homo, si sciẽtijs atq; uirtutibus decoretur: sic inter animantia uniuersa uilissimum prauissimumq; consistit, si rationis gubernaculo derelicto per uitiorum deuia gradiatur, ignorantiæ tenebris se inuoluens: imò, ut denuo idem prudẽtissimus contestatur Philosophus: Homo indoctus ac uitiosus, decies milies omni bruto censetur deterior. Porrò, ut sapientissimus Salomon in libro fatetur Prouerbiorum: Adolescens iuxta uiam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Saluberrimum ergo est ut adolescẽtes à pueritiæ annis scholis tradantur, scientijs imbuantur, morum quoq; uenustate doceantur fulgere, & suũ agnoscere, amare, timere ac colere creatorem. Etenim quis iuxta Aristotelis documẽta, mens humana in suo exordio sit tanq̃ tabula rasa, depingibilis, nõ depicta, scientiæ expers, neq; uirtutum splendore ornata, nihilominus iuxta inuiolabilem Christianæ sapientiæ ueritatem, infantibus in fonte baptismatis gratia gratum faciens, uirtutes theologicę, donaq; septem spiritussancti cum annexis uirtutibus desup infunduntur, ita q̃ q̃diu in huiusmodi charismatibus perseuerant atq; innocẽtię uestẽ custodiunt, sunt ueluti angeli dei, atq; ad proficiendum in scholasticis naturalibusq; scientijs magis idonei. Dona quippe grãe iuuant ac roborant dona naturæ. Mox ergo ut pueri uti cœperint rõne, iugo sunt disciplinæ moderanter domandi, ab indisciplinatis moribus coercendi, profectuiq; scientiæ ac uirtutũ assuescendi. Hinc nẽpe ait scriptura: Ne iucũderis in filijs nequã si multiplicẽtur. Melior est unus timẽs deũ, q̃ mille filij impij. Et utilius est mori sine filijs, q̃ relinquere filios nequam. Deniq; filius qui suæ relinquitur uoluntati, suos confundit parentes: & nisi parentes atq; magistri circa prætactam puerorum instructionem & coercitionem debitos adhibuerint diligentiam & conatum, non dubium quin indisciplinatorum insipientiæ ac uitia puerorum redundabunt in ipsos.

Prouerb. 22.

Eccl. 16

ibidem.

Articulus I. Quàm appetenda, nobilis & præclara sit scientia.

Prou. 10.

QVi indocti sunt, in cordis egestate morientur. Vt corda scholarium amore scientiæ ualidius incalescãt, desiderio q̃q; proficiẽdi ualidi⁹ inflãmentur ac studiosiora reddantur, pconia tangã sciæ, sapię laudes, prudẽtię dignitatẽ. In scientia & uirtute tota consistit hominis salus. Et sicut omnes homines naturaliter cupiunt esse

felices

felices, ut Augustinus Boethiusq; testantur, cum felicitas sit summum hominis bonum, ultimus finis ac suprema perfectio, ita & omnes homines naturaliter scire desiderant: imò in actu scientiæ, in contemplatione sapientiæ uera & plena consistit beatitudo, quæ (ut decimo asserit Ethicorum summus philosophus) in speculatione optimi speculabilis sita est: quod & ueritas ipsa in euangelio pandens: Hæc est (inquit) uita æterna, ut cognoscant te uerum deum. Quemadmodum itaq; ignorantia & peccatum hominem brutis assimilant, sic lumen scientiæ, sapientiæ splendor & decor uirtutum, hominem reddunt angelicum ac diuinum. O quanta nobilitas animæ eruditę hominis uirtuosi, quanta demũ uilitas mentis indoctę hominis uitiosi. Certe non est in terra turpior sordidiorq; cloaca homine inscio & iniquo. Tu igitur ò scholaris, ò charissime puer, tu ista aduerte, cordi tuo indelectabiliter ista inscribe, scientiam concupisce, uirtutes amplectere, proficere infatigabiliter stude, & moribus transcende ætatem. Audi quid sapientissimus Salomon fateatur: Pretiosior est sapientia cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non ualent comparari. Beatus homo qui possidet sapientiam, & qui affluit prudentia. Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam uoca amicam. Hinc deniq; in suis ait Prouerbijs sanctus Cyrillus: Semper oportet addiscere, & in extremis horis fundum sapientiæ desiderabilius inuestigare. Finis nanq; prudentis sapiẽtia est. Propterea quo huic fini propinquiores efficimur, eo affectuosius ad eius adeptionem properare debemus. Etenim sicut motus naturæ in fine est fortior, sic profectus scientiæ actioq; uirtutis successiue ac pedetentim uigorosior esse & nequaquam tepescere debet: imò Ecclesiasticus monet: Fili, à iuuentute accipe doctrinam, & usq; ad canos inuenies sapientiam. Hinc in libro de uirtutibus philosophorum, narratur de sene philosopho ultima ęgritudine laborante, quòd amicis suis circumsedentibus ac disputantibus de quadam materia, ipse caput suum parumper erexit: & sciscitantibus illis quare id egerit dixit: Vt dum id de quo confertis, didicero, spiritum tradam. Nempe scientia de numero bonorum honorabilium rite censetur, imò propter seipsam appetibilis perhibetur. Verum ab inferioribus ad superiora conscendere est necesse. Vt igitur ad altiores scientias celeriuũ queas pertingere, in inferioribus fundamentalibusq; scientijs progredi feruide stude.

Augustinus. Boethius. | Iohã. 17. | Prouerb. 8. | Prouerb. 7. | Cyrillus. | Eccl. 6. | Nobile philosophi dictũ.

Articulus II. De ordinato modo proficiẽdi ac ordine recto studendi.

QVi cuncta agunt consilio, reguntur sapientia. Sicut primo Ethicorum ait Philosophus: Cognitio finis utilis est in arte. Nempe in primis oportet aduertere ad quem finem ars ordinetur, sicq; secundum exigentiam finis disponere media, prout per ea finis compendiosius obtinetur. Hinc teste Philosopho, finis imponit necessitatem his quæ sunt ac ordinantur ad finem, quemadmodum in arte medicinę finis est sanitas: quapropter medicamina taliter adhibenda sunt ægris, secundum quod expeditius queunt sanitatem inducere. In arte quoque grammaticæ finis est congrue loqui. Hinc libri artis illius eo ordine pueris sunt legendi, quo facilius discant loqui congrue ac dictare, sicut & nunc in scholis communiter artificialiterq; seruatur. Non itaq; properandum est nimis ad lectiones altioris scientiæ, utputa logicæ: sed in fundamentali hac arte grammatica primo omnium competenter scholares sunt informandi, ut prompti sint mẽtis conceptum congruenter effari, antequam super fundamentum hoc altioris structuræ fastigium erigant, sicut in materialis quoq; domus ædificio cernimus. Alioquin, si super debile fundamentum parietes erigantur formosi, leui turbine prosternuntur. Pariformiter in grammatica nondum sufficienter instructus, dialecticam discens atq; in ea congrue loquens, nonne imperitiam suam insufficientiamq; demonstrat ac patet contemptui? Ascendendum est igitur ordinate & progrediendum discrete, prout sapientium protulit unus: Paulatim proficere uolo, non subito fieri summus. Deniq;, totius sapientiæ fonte testante, homo sapiens ędificat domum suam supra petram, id est, firmum ac stabile fundamentum. Atq; ut Salomon fassus est: Qui festinus est pedibus, offendit: hoc est, qui in affectionibus atq; processibus suis immoderatus & præceps existit, errat & peccat. In omni etenim opere discretio necessaria comprobatur: & quam qui in cunctis seruauerit, magis breuiori in tẽpore ac minori labore proficiet, quàm qui sine illa proficere nititur conatu maiori & tempore longiori. Hinc in suo Didascalion uenerabilis Hugo fatetur: Tria necessaria sunt lectioni: Primum est, scire quid homo legere debeat. Secundum est, quo ordine debeat legere.

Prouerb. 1. | Matt. 7. | Prou. 19.

Tertium est, quomodo seu qualiter sit legendum. A facilioribus quippe oportet incipere, & necessariora in primis addiscere, atque (ut Seneca loquitur) unumquodque suo loco ac tempore exercere. Non ergo per diuersa uolumina intempestiue discurras, sed uniuscuiusque quæ legis aut audis libri documenta diligentissime intuere, addisce atque memoriter retine. Vnde & sexto dicitur Ethicorum: Non sufficit ad scientiam in uniuersali & confuse cognoscere, sed declarare & diffinire oportet, ad particularia quoque descēdere, & per regulas certas scire distincte. Hinc & Seneca prudentissime fatetur: Primum compositę mentis argumentum existimo, secum posse cōsistere ac morari. Aegri amini est ista iactatio, discurrere & locorum siue librorum uarietatibus immoderanter inquietari. Certis ingenijs immorari & enutriri necesse est, si uelis aliqd trahere quod in mente recondas salubriter. Pręterea sicut cibus corporeus homini nequit prodesse, qui sumptus confestim emittitur, sed masticare, digerere atque in manducantem conuertere oportet eundem, ita doctrina quæ mentis est esca, est ruminanda, rememoranda ac fortiter conseruanda in corde. Hoc (ni fallor) est quod in Prouerbijs Salomon ait: Fili mi, inclina aurem tuam & audi uerba sapientum: Appone cor tuum ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum seruaueris eam in uentre tuo, id est, mentis memoria, quæ uenter est animæ. Postremo, ex introductis nunc reor patere, quemadmodum ipsa discretio ad omnem scientiarum profectum tam necessaria affirmetur, quàm opportuna ad uirtutum asseritur incrementa, imò & quàm necessaria est lux ad uidendum. Discretio quippe rationis est oculus, recti monstratrix itineris, studij moderatrix, lux cordis, regia uia incedens, deuia uitans, pericula cauens, abrupta declinans, sciētiarum atque uirtutum auriga. Hanc magister in uiuendo ac instruendo debet seruare, eamque discipulos edocere. Discretio namque omni uirtuti ac studio ordinem ponit, modum tribuit, præfigit decorem & perennitatem largitur, ordinatrix affectuum, doctrix morum, docēs cuncta fieri ordinate, ut nec minus, nec magis, nec aliter quàm congruit quid agatur, prout de hoc disseruit plenius electus dei Bernardus.

Seneca. Aristoteles. Seneca. Prou. 23. Prou. 22. Quid præceptor seruare docereque debeat. Bernardus

Articulus III. Quòd scholares à pueritiæ suę exordio non minus diligenter in uirtutibus ac moribus, quàm in scientijs sunt docendi.

IN maleuolam animam non introibit sapientia. Scientia & sapientia lumina sunt præclara, rationalē creaturam uehementer ornantia, pulchrificantia intellectum, totamque mentem perfundentia claritate uenusta: neque lux solis orbes in tantum decorat cœlestes, sydera ac planetas, quantum scientia atque sapientia mentes humanas, ut Alphorabius ait philosophus. Porrò ignorantia & peccata recte utique appellantur tenebræ & caligo, uanitas, uilitas, fœditasque horrenda, quibus offuscatur, deprimitur, uilescitque anima, atque à perceptione salutaris scientiæ ac uerę sapientię impeditur. Denique, sicut ad sensibilem uisionem requiritur lux æterna, quæ sua claritate perfundit colores & eos actu reddit uisibiles, sic ad intellectualem intuitum (id est, mentalem notitiam) exigitur lux interna: imò quēadmodum ad exteriorem intuitionem duplex concurrit lumē, puta innatum oculisque congeneum, pupillę inhęrēs ac superfusum forinsecus inditum, sic ad intellectiuę prospectum potentię clarum duplex quoque lumen cooperatur, uidelicet lumen naturæ (quod innatum uocatur, de quo psalmographus cecinit fonti luminum ac testatur: Signatum est sup nos lumen uultus tui domine: & cœliformis ille Euangelista: Erat inquit, lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum) & item lux gratiæ, quæ supnaturalis desuperque infusa censetur: sine qua quamuis ueritas aliquo modo queat agnosci ac scientia obtineri, non tamen meritorie & pfecte. Præterea, sicut peccatum lucē gratiæ prorsus tollit, penitusque extinguit, sic lumen naturæ peccato minuitur ac fuscatur, atque à lympido ueritatis intuitu & sciētiali profectu non minime impeditur. Hinc animi puerorum antequam uitijs assuescant, ac lumine gratiæ in baptismi regnatione infuso priuentur, bonis sunt moribus imbuendi, ad uirtutum quoque actus paulatim trahendi, sicque in omni scientia expeditius crescent. Et sicut lux solis in uitro recipitur clarius quàm in luto, ita scientia cæteris paribus in bonæ ac innocētis mētis ingenio splēdidius inualescit & amplius crescit, quàm in deprauato scholaris discoli animo. Insuper, quamuis cognitio ueri præcedat actum boni, uirtus tamen præstantior extat scientia, ac magis necessaria ad salutem, complacētior quoque deo. Scientia ergo ad uirtutem est ordinanda: & licet scientia prius, nihilominus uirtus principalis est quærenda & amplectēda. Optimum uero est, utrique simul studere, & in sciētijs atque uirtutibus simul pficere, ac ipsam sciam facetia moꝶ & nitore uirtutū iugiter decorare

Sapien. 1. Alphorabius. Psal. 4. Iohann. 1. comparatio elegans. Virtutē esse præstantiorē eruditione

tare. Etenim ficut materia abſq; forma eſt uilis ac indecora, mortiformis & ſqualida, ita ſcientia ſine uirtutibus iudicatur informis, id eſt, deornata & uilis: imò ſic inflat ac damnationem meretur utiq; grauiorem. Tu ergo adoleſcentule, magis autem tu adoleſcens, profectum tuæ ſcientiæ ſtude indefinenter melioribus moribus ac incremento uirtutum fulcire: ſiquidem apud Ariſtotelem uirtuoſus ac ſtudioſus coincidunt, ita ut nemo niſi uirtuoſus, merito ſtudioſus uocet. Hinc Seneca cõteſtat: Verba rebus ꝓba. i. doctrinã uirtutib' approba. Facere docet philoſophia, non dicere tm̃: idq; requirit, ut ſcd'm philoſophiæ legem quiſq; uiuat, ne orationi, id eſt, ſermoni uita diſſentiat. Hoc ſapientiæ officium indiciumq; conſiſtit, ut uerbis facta concordent. Vnde & denuo ſcribens Lucilio: Hoc inquit, turpiſſimum eſt, quod obijci nobis ſolet: Verba philoſophiæ nos tractare, non opera. Hinc demũ in ſuo Didaſcalion Hugo depromſit: Integritas naturæ humanæ duobus perficitur, ſcientia ſcilicet & uirtute, in quibus nobis cum diuinis ac humanis ſubſtantijs ſola eſt ſimilitudo. Itemq; Mores ait, ornant ſcientiam: illaudabilis eſt ſcientia, quam uita maculat impudica. Idcirco ſummopere uitandum eſt ei qui quærit ſcientiam, negligere diſciplinam. Conſonat his quod in Prouerbijs ſuis inclytus fatetur Cyrillus: Is tantum uere ſciens & prudens eſt, qui recta ratione in omnibus gubernatur. Porrò, ratio recta eſt, rationalem creaturam finem ſuum ſupremum principaliter ſemper intendere, omne quod impedit ab hoc conſequendo effugere, omne quod expedit agere. Tu ergo ſcholarium rector, modo nũc tacto tuos informa diſcipulos, & præcipue incumbe, ut ſub tuo regimine nequaquam immorigerati, negligentesq; fiant, ſed ſcientijs ſimul ac moribus decorentur. Nam & Seneca in ſuis prouerbijs proteſtante, facile eſt teneros adhuc animos ad mores componere. Poſtremo, omnium confirmatio prædictorum eſt, quod in Eccleſiaſtico ſcriptura aſſerit ueritatis: Melior eſt homo qui innititur ſapientia & in dei timore ambulat, quàm qui abundat ſenſu & tranſgreditur legem altiſſimi.

Ariſto in prædicamentis

Seneca.

Hugo.

Cyrillus.

Eccl. 19

Articulus IIII. De impedimentis ſcientiæ ac incrementi in eã.

OCuli ſapientis in capite eius, oculi autem ſtulti in calcaneo. Quemadmodũ oculum corporalem multa à uiſu præpediunt, ſic oculum interiorem (utputa intellectum) à perceptione ac profectu ſcientiæ impediunt plurima. Primum eſt naturalis obtuſitas mentis: ſecundum eſt uehemens inclinatio ac pronitas ad peccandũ: tertiũ eſt læſio cerebri interiorumq; ſenſuum, ex quoꝝ diſproportione intellectualis impeditur cognitio, quæ ex ſenſitiua notitia ſumit ortum, interiorum etiam ſenſuum eget obſequio. Hinc aliquo ſenſu orbatus, obiecti ſenſus illius caret ſcientia earumq; rerum, quæ per uſum ſeu actum ſenſus illius diſcũtur. Propterea naturaliter ſurdi, ſunt muti, quoniam audiendo diſcit homo loquelam: quartum eſt grandis ac diuturna infirmitas, quę rationem abſorbet, debilitat ac retrahit ab actibus intellectus: quintum eſt carnalis uoluptas gulæ ac luxuriæ uitijs, ut Plato in Phędone diſertiſſime docet. Propter quod Auicebrõ Platonicus in lib. Fõtis uitæ, ſciſcitanti qd potiſſime ab adeptione & uacatione ſapiæ impeditiuum ſit, reſpondit diſcipulo, ꝙ carnalium uacatio uoluptatum. Hę etenim rationem uiolentius rapiunt & abſorbent, prout Ariſtoteles, Origenes & Auguſtinus teſtantur. Sextũ eſt occupatio ſeu mentis diſperſio circa multa. Ideo teſte Platone, anima quieſcẽdo fit prudens. In Eccleſiaſtico quoq; fertur: Qui minoratur actu, percipiet ſapientiam. Et ruſſus: Fili, ne in multis ſint actus tui. Nempe iuxta cõe eloquium, quod & in libro de Cauſis inducit: Virtus unita fortior eſt quàm diſperſa. Septimum eſt obſcuratio intellectus per quæcunq; peccata, per ludos & iocos ſuperfluos. Sunt quoq; & alia plura, quæ uel directe uel indirecte ſeu occaſionaliter ab acquiſitione & incremento ſcientiæ impediũt multos, ut ſeruitus naturalis, inopia uehemens, opulẽtia & affluentia rerum grãdis, indomatio ſeu praua libertas, mala ſocietas, negligentia propria ſeu rectoris. Inſuper magnus & ſanctus Boethius, ꝓ ſide catholica ab impijſſimo rege Theodorico Arriano hæretico relegatus exilio & occiſus, in libro ſuo De diſciplina ſcholarium, ponit & alia quædam ſtudendi ac proficiendi obſtacula, ut ſunt monſtroſitas corporis, intemperies æſtus & frigoris. Poſtremo Hugo in Didaſcalion ponit tria ſtudendi obſtacula, ad quæ reduci queunt prædicta: Tria ſunt, inquiens, quæ legentium & addiſcentium ſtudijs ſolent obeſſe, negligentia, imprudentia & fortuna. Negligentia eſt, dum ea quæ addiſcẽda ſunt, uel prorſus omittimus, uel minus ſtudioſe

Eccle. 2.

Surdos naturaliter mutos eſſe.

Plato.

Eccl. 30

Eccl. 11.

Facilius ſtudia ri ꝗ philoſophari.

Tria obſtant ſtudiis.

diose addiscimus. Imprudentia est, quando congruum modum ac ordinem in his quæ di-scimus, non seruamus. Tantum nanque ualet discretio, ut sine ipsa & omne otium turpe sit & labor inutilis. Fortuna est in euentu seu casu naturaliter contingente, quando uel paupertate uel infirmitate, uel non naturali tarditate, aut doctorum raritate, insufficientia seu abusu retrahimur à profectu aut studio. De negligentia scholaris est admonendus ac castigandus, ut se emendet ac diligens fiat: de imprudentia est docendus, ut discrete procedat: de fortuna est iuuandus, ut suæ paupertati aut infirmitati subueniatur.

Articulus V. De remedijs contra impedimenta prætacta.

Eccl. 33. Contra malum bonum est, & contra uitam mors, & contra iustum peccator: & sic intuere in omnia opera altissimi duo contra duo, unum contra unum. Communiter dicitur: Contraria contrarijs curantur, ut frigida calidis & calida frigidis, ut constat in medicinis. Vnum enim contrarium est alterius expulsiuum. At uero prædictorum impedimentorum studij atque scientiæ, quædam remediabilia esse noscuntur, irremediabilia alia. Contra primum quod est innata aut contracta obtusitas, extat remedium, Boethius quod tangens Boethius: Diligentia, inquit, cuiuslibet operis obtusitas permollitur. Intellectus nanque exercitio adiuuatur, atque ex actibus multis habitus generatur, imò & consuetu-Consuetudinem alterā esse naturam. do quæ altera est natura. Qui ergo obtusæ est mētis, nequaquam diffidat, neque à studio cesset: imò à doctioribus sciscitetur, instanter conetur: & omnium inspector deus ipsius acuet intellectum, adiutoriumque præbebit, præsertim si diuinæ gratiæ inuocauerit opem, ad beatissimæ quoque uirginis confugerit pietatem, & angelum sui custodem pro illuminatione & cōfortatione sui imbecillis ingenij fuerit continue deprecatus, quod totum assidue facere nō Hugo. omittat. Hinc Hugo in exordio sui scribit Didascalion: Multos natura adeo ingenio destitutos reliquit, ut facilia uix capere queant: quorum duo sunt genera: quidam etenim quis suam hebetudinem non ignorent, eo tamen quo ualent conamine ad scientiam anhelantes & indesinenter studio insistentes, quod minus habent effectu operis, obtinere merentur affectu uoluntatis. Alij uero quia maiora se comprehendere posse non sentiunt, minima etiam negligunt: & quasi in suo torpore secure quiescentes, eo amplius in maximis lumen ueritatis amittunt, quo minima quæ intelligere possent, discere fugiunt. Nempe labore & sedulitate perficitur intellectus. Denique secundi impedimēti scientiæ, quod est inclinatio uehemens & pronitas ad peccandum, remedium est, ut scholaris suam naturam experiens & cognoscens, tanto ualidius profectu scientiæ ac uirtutum inhæreat, atque peccandi materias occasionesque uitet, quanto se ad uitia noscit procliuiorem: quod ut ualeat adimplere, non cesset (ut dictum) misericordiam dei, gloriosissimam uirginem & angelum suum sanctum Aristoteles iugiter inuocare. Quocirca scire oportet, quia ut decimo Ethicorum docet Philosophus, quidam ad uirtutes dispositi sunt à natura, quidam à consuetudine, aliqui per doctrinam, ita & ad scientiam diuersi diuersimode extant dispositi. Ideo quod per naturam non habes, per studium, usum & gratiam adipisci coneris. Porrò tertium scientiæ impedimētum, magna ex parte irremediabile esse uidetur, uidelicet naturalis indispositio cerebri interiorumque sensuum, atque exterioris priuatio sensus: attamen regimen bonum & medicinale iuuamen, impedimentum hoc (nisi sit nimium) poterit temperare. Qui autem in his defectum non patitur, caueat ne studio indiscreto aut alio modo in talem defectum labatur. Quinti impedimenti remedium est, sobrietati & castitati uigilanter studere, prout de hoc infrà diffusius differetur. Sexti demum impedimenti remedium, est recollectio mentis circa lectionem, ac studium & aduertentia diligens, non imaginando aut cogitādo extranea, inutilia, uana: neque cum aliis fabulando, nec impertinentia intuendo, præsertim tempore Eccl. 3. lectionis seu studij, sic que implendo illud Ecclesiastici: Auris bona cum omni concupiscentia audiet sapiētiam. Remedium septimi est, uanitates, trufas, iocos & ludos superfluos Eccl. 21. ac uitia reliqua diligēter uitare, sicut ait scriptura: Quasi à facie colubri fuge pctā. De remedijs cōtra cætera impedimēta ptacta, inferi⁹ plus dicet. Et nūc breuiter tāgo, q̄ pauptas nō de necessitate retrahit, impedit ue à scholis: unde cōspicim⁹ q̄sdā egenos seruiēdo seu mēdicando

cando necessaria uictui conquirendo, studere ac multū proficere: qui tam humiliter se habendo, atq; tam feruide ad profectum scientiæ aspirando, multaq; uana & peccata carnalia (in quę ditiores labuntur) uitando, dum intus adiuuantur, illuminantur, & magis quàm locupletes proficere agnoscuntur: in quibus nec locum habet, nec ueritatem sortitur quod Aristoteles dixit: Melius est ditari q̃ philosophari, imò testāte glorioso Hieronymo Socrates & alij quidam philosophi diuitias contempserunt, suaq; omnia reliquerunt, quatenus sapientię studio expeditius liberiusq; uacarēt. Hinc recitat Hugo: De modo discendi ac forma proficiendi quidam interrogatus, respondit: Mens humilis, studiū quęrendi, uita quieta, scrutinium tacitum, paupertas alienaq; terra, multum reserant ueritatem & obscura declarant. Iterum scribit Hugo: Alijs rei familiaris inopia & tenuis census, discēdi muniuit facultatem: quos tamen per hoc plene excusari posse minime credimus, cum plerosq; fame, siti, nuditate laborantes, ad scientiæ fructum pertingere uideamus. Concordat his Seneca: Contentus esto minimo atq; uilissimo cibo, dira & horrida ueste: frugalitatem exigit philosophia, non pœnam. Veruntamen iuxta doctrinam Boethij, cæteris paribus, expedientius est ut scholari à suis prouideatur parentibus aut amicis de necessarijs uitæ, ut competentiam habeat hyeme & æstate, ne in aliorum seruitute aut mēdicatione quasdam temporis sui partes cogatur expendere, quas in studendo, legendo, scribendo fructuosius posset expendere. Pręterea contra impedimentum ex praua societate proueniens, certum est saluberrimum esse, uaga, lasciua ac nociua uitare cōsortia, studiososq; socios, exemplares ac doctiores habere, sicut de his infrà dicetur. Postremo, quamuis Boethius corporis monstrositatem inter impedimenta studij ac scientiæ computet, hoc tamen uniuersaliter non uidetur tenendum, cum & quidam gulosi, cæci, claudi, mutilati ingenio uigeant: qui & tantò plus mancipandi sunt scholis & spiritalibus actibus deputandi, quanto ad secularia, ciuilia atq; mechanica ineptiores cernūtur. Ideo Seneca: Frequenter (ait) in corpore magis deformi animus latet formosior.

Hugo.

Seneca.

Boethius.

Aesopus etiā mōstr. hoīs, tñ doct᷑ fuit

Articulus VI. Qualiter discipuli ac scholares debeant magistrorum suorū lectiones, doctrinas, ordinationes ac iussiones aduertere ac adimplere.

FIli mi, attende sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, ne postea in nouissimis tuis ingemiscas & dicas: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui uocem docentiū me, & magistris non inclinaui aurem meam? Quemadmodum docet Boethius, discipulum oportet esse attentum, docilem atq; beneuolum: attentum, in audiendo: docilem, in recipiendo, credendo seu acquiescendo: beneuolum, correptionem correctionemq; ęquanimiter sufferendo, ac informatoribus suis gratias referendo. Etenim quanto maior est dignitas, utilitas, necessitasq; scientię, tanto auidius est discenda, diligentius aduertenda, gratantius amplectenda. Deniq; quàm attente, silenter, quiete ac feruide debeant discipuli magistrorum suorum lectiones aduertere, sciam quęrere, sapientiā affectare, denuo edocet Salomō, loquēs: Si quęsieris sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges & inuenies scientiam. Imò sicut sapientia & scientia cūctis temporalibus rebus ac terrenis diuitijs incomparabiliter pręstantiores ac salubriores censent, sic incomparabiliter attentius sunt quęrendę. Hoc aduertit amator ille sapientię, qui protestatur: Pręposui sapientiam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius, nec comparaui illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurū in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & speciem (id est, plus quàm corporalem sanitatem ac pulchritudinem) dilexi illam, ac proposui pro luce habere eam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Ecce quàm diligentissime debes informatiōem suscipere, legere & studere. Qd̄ nisi in adolescētia tua peregeris, sero dolebis, gemes & negligentiam tuam deflebis. Hinc ait uir sapiens: Appropinquate ad me indocti, congregate uos in domū disciplinæ. Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his, Animæ uestræ sitiunt uehementer? Pręterea, ut fatetur Cyrillus, sine sapientia ac scientia homo sibi nihil est. Idcirco quamdiu seipsum dignitatemq; propriam non agnoscit, neq; ex creaturis aut fide seu magistri instructione dei ac creatoris sui sortitur notitiam, bestijs merito comparatur, sicut propheta disseruit: Homo (inquiens) cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus. Ob hoc in tripode Apollinis fuit scriptum: Agnosce teipsum. Seneca quoq; testatus est: Rem maximam sapientia tibi promittit, ut te tibi reducat. Quod

Prouerb. 5.

Prouerb. 2.

Sapien. 7

Eccl. 51.

Psal. 48.

Cicero. quàm salubre sit, Tullius pandit dicendo: A uitijs retrahit in conspectu posita dignitas hominis. Nempe qui rationalis creaturæ dignitatem rite perpendit, bestialiter agere atq; degenerem ducere uitam uerecũdatur. Tu igitur ò scholaris tempus pueritiæ tuæ, quo scholis es deputatus & ad proficiendum magis dispositus, noli amittere, infructuose expendere, negligenter transigere: somnolentiam excute, torporem abhorre, & omni reiecta pigritia, alacriter surge: sicq; oratione fusa ad dominum, ad scholas festina. ac tota mentis attentione ad lectiones & informationes esto suspensus. Quod ex ore magistri intelligere neqs, à conscholaribus plus te scientibus inquire ac disce, aut certe seorsum lectorem interroga: docilem, dirigibilem, flexibilemq; ad bona te iugiter exhibe. Hæc quippe docilitas, ut uniuersi dicunt philosophi, est pars prima prudentiæ, imò & omnis scientiæ. Addiscẽtem namq; ut Aristoteles scripsit, credere oportet docenti. Vnde in libro de Vita philosophorum narratur, ꝙ Pythagoras suis hanc legem præfixit discipulis, ut nullus ipsorum infra septem annos auderet quærere rationem horum quæ dixit, sed uerbis suis ac documentis fidem simpliciter adhiberent. De eodem item fertur Pythagora, quòd neminem in scholarem discipulumq; assumpsit, nisi per quinquennium prius lapidem gestaret in ore, quatenus silentij disceret grauitatem. Quo innotescit discipulorum improbitas, qui etiam tempore lectionis intendunt fabulationi, hinc inde aspiciunt, occupationes assumunt extraneas, & magistrorum suorum paruipendunt dogmata & labores. Iugiter ergo, præsertim in scholis, imple quod Seneca loquitur: Tene semper uocis ac silentij temperamentum, & libentius audias quàm loquaris. Nempe ut Salomon contestatur: Tempus loquendi & tempus tacendi, suisq; spatijs transeunt uniuersa sub sole. Quamobrem ut quæq; suo loco & tempore sunt agenda, ita & inquirenda ac addiscenda. Si enim opportunum tempus negligenter transieris cum indigueris postea, reparare nõ poteris. Aduerte quod Salomon hortatur: Vade ad formicam ò piger, & considera uias eius, & disce sapientiam: quæ cum non habeat ducem nec præceptorem nec principem, parat æstate escam sibi, & congregat in messe quod comedat. Erubesce ergo ò negligens & improbe puer, quòd irrationabili illo pusillo insipiẽtior pigriorq; effectus es bruto: q cũ rõnalis sis naturæ, & duces habeas ac magistros, non discis in iuuentute: neq; in pueritia dum scholas frequentas, scientiam ac sapiẽtiam colligere, & menti tuæ imprimere studes, quibus deinceps per omne tempus quo uixeris, ualeas dirigi & gaudere: nec tibi duntaxat, uerum alijs quoq; prodesse. Ideo scriptũ est: Quæ in iuuentute non congregasti, quomodo in senectute inuenies?

Marginalia: Aristoteles. Pythagoras. Eccle.3. Prouerb.6 Eccle.25

Articulus VII. De præclaro & admirabili studio philosophorum.

QVæ per magistrorum consilium data sunt à magistro uno, his amplius fili mi ne requiras. Magister unus est deus altissimus, de quo ait scriptura: Omnis sapientia à domino deo est. Ab illo fontaliter fluxit, quicquid ueritatis ac scientiæ philosophis inerat, de quibus etiam ad Romanos testatur Apostolus, quòd deus illis reuelauit. Porrò in moralibus præcipue extant & inflamment exempla (ut fassus est Seneca) optimum est maiorum sequi uestigia, si recte præcesserint. Itaq; ut scholarium accendantur ingenia desiderio studij atq; scientiæ, instantiusq; proficere enitantur, de philosophorum quorundam infatigabili studio tangam paulisper. Non solum liber de Vita philosophorũ, sed sanctus quoq; refert Hieronymus, ꝙ Plato dum in urbe & uniuersitate Atheniensi summus haberetur philosophus, omniumq; magister, desiderio maioris scientiæ inde discessit: nec solum Aegyptios uisitauit philosophos, sed & remotissimas peragrauit ꝓuincias, non sine grauissimis periculis & ærumnis, mallens esse discipulus apud extraneos, quàm inter suos magister. Deniq; amore scientiæ & uirtutum, & propter sequentis uitæ felicitatem quam posuit, continentissime uixit, atq; (ut in libro de Vera religione recitat Augustinus) in uirginitate permansit: expletisq; uitæ suæ annis octoginta uno, scribens defunctus est: ut legitur, sexagintasex composuit libros: quem cum quidam interrogasset, unde tibi tanta scientia, respondit: Quia plus consumpsi de oleo in lampade, q̃ de uino in calice. Præterea Parmenides philosophus undecim annis in rupe Aegyptia scribitur consedisse, ut à carnis ac mundi abstractus illecebris, à populari quoq; strepitu alienus, in loco secreto & quieto secretius atq; liberius philosophicis considerationibus die ac nocte esset intentus. Ob eandẽ etiã causam Diogenes diuitijs delicijsq; contẽptis, solitudinẽ petijt: & ibi in dolio cõmorãs, uasculũ solũ sibi retinuit ut biberet ex eodem. Cũq; ibidem quendam concaua manu potum sibi haurientem conspexisset, uasculum suum abijciens, dixit: Si natura mihi

Marginalia: Eccle.25 Eccl.1 Roman.1 Seneca. Plato Parmenides Diogenes.

mihi de instrumento prouidit potandi, cur additamento artis utor superfluo? Quum autem Alexander rex cum ingēti exercitu uenisset ad eum atq; dixisset, Pete à me quod uis, ait Diogenes: Precor ut hinc discedas, & me solis luce pfundi ac cōsideratione naturæ permittas fungi. Insuper Pythagoras inter Græcorum philosophos clarus, Memphiticos adijt uates, in solo cupiens instrui peregrino, quem præ grandi discipulorum caterua decorauit tellus natura. Prometheus demum philosophus, ut cōsiderationibus rerum plenius posset uacare, in monte sedit Caucaso expositus uulturi. Nam quia sciebat uerum hominis bonum non in æstimatione hoīm, sed in syncera consciētia esse absconditū, nec eos iam homines esse, qui rebus transitorijs inhærentes bonum suum non quærunt finale: ideo quantum differret à talibus, loci monstrauit distantia. Amor quippe sapientiæ, etiam corpore marcescente, suum non deserit amatorem. Senectus nanq; illorum qui adolescentiam suam honestis actibus instruxerunt, ætate fit doctior, atq; ad proficiendum ac addiscēdum feruentior. Idcirco Demostocles uir sapiens Græciæ, dum centum & septem annis uixisset, seq; mox cerneret moriturū: Doleo inquit, quòd nunc de uita egredior, quādo scire & sapere cœpi. Refert item Valerius, quòd Carneades laboriosus ac diuturnus sapientiæ miles, nonagenarius iam existens, adhuc ita fuit philosophiæ intentus, quòd ad mensam residens ad uescendum, manum obliuiscebatur ad cibū porrigere. Multa his similia de gentilibus leguntur philosophis & eorum discipulis: quanto magis Christiani seculares & eorum magistri, indefesso proficiendi ardore lectioni ac studio meditationiq; horum quę legerint siue audierint, assidue toto posse debēt esse intēti, ac uetereq; studiorū dulcissimos metere fructus? Nēpe ut asserit Hugo: Principium doctrinæ in lectione, consummatio in meditatione consistit: quam si quis familiarius amare didicerit, eiq; frequenter uacare uoluerit, uitā ducet ualde iucundā, atq; in aduersis consolationē sentiet maximā. Meditatio enī à terrenorū actuū strepitu segregat mentē, & eā in uita hac futurę beatitudinis facit pręgustare dulcedinē. Ideo ait scriptura: Vir eruditus animæ suæ suauis est. Aristoteles quoq; in Ethicis contestatur: Vir contemplatiuus ac sapiēs non quærit extra se delectari, quoniā intra se plenus theorematibus est iucundis.

Pythagoras. Prometheus. Demostocles. Carneades. Eccl. 18.

Articulus VIII. Quòd scholares correptionē & correctionē debēt patiēter ac libēter suscipe: & de puerstate discipulorū corripi & castigari nolentiū.

STultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Quemadmodum in libro sancti Iob legitur & Seneca cōtestat: In antiqs est sapiētia & in multo tēpore prudētia. Porro adolescētes ac pueros cōstat nō esse prudentes, ut 6. scribit Ethicorū. Prudentia nanq; experientiam requirit & tempus. Deniq; quo in pueris debilior usus est rationis, & quāto in adolescentibus amplius crescit calor naturæ, animositas quoq; & ad peccandum procliuitas, quo itidem in utrisq; maior est inclinatio ad ludendum & iocandum superflue, eo minus considerant cur deputati sunt scholis, quāta sit dignitas sapientiæ atq; scientiæ, quàm damnabile ac damnosum sit tempus frequentationis negligenter & infructuose expendere, quàm nociua sit ignorantia, quàm salubetrima sit doctrina, quàm enorme sit bona parentum ac labores eorum uitiose cōsumere: & quo minus ista considerant ac aduertūt, eo plus necessarium eis est, ut per comminationes, exhortationes, terrores & pœnas, per disciplinas, flagella & uirgas ad studiū ac profectū inducātur ac cōpellantur: à uanitatibus, trufis, euagationibus, loquacitatib', inmorigerationibus, negligētijs, prauis libertatibus ac cæteris uitijs retrahantur & compescantur. Hinc correptio & correctio, salubris & optima est medicina, beneficiū grāde, bonū præcipuū, eleemosyna spiritalis, mediū uirtutis, uia salutis, introductio sapientię, causa sciētiæ, scholaribus ac discipulis potissime utilis, necessaria & salubris. Idcirco diuina scriptura, præsertim in libris sapientialibus, correptionem istam uerborum, correctionēq; uerberum pręcipue laudat & eminenter cōmendat: eos quoq; qui ipsos gratanter ac patienter suscipiūt, ualde beatificat & extollit: eos uero qui remurmurāt ac resistūt, nominat arrogātes, rebelles, inscios, reprobos & ingratos, desperationiq; proximos. Hinc equidem in prouerbijs sapiētissimus loquitur Salomon: Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autē odit increpationes, insipiens est. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. & denuo: Qui abijcit disciplinam, despicit animam suam: qui uero acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Noli subtrahere à puero disciplinā. Tu uirga percutis eum, & animam eius de inferno liberabis. Rursus quoq; ibidem: Melior est (inquit) manifesta correptio q̄ amor absconditus. Meliora sunt uulnera diligētis, quàm

Prou. 22. Iob. 12. Prouer. 12. Prou. 13. Prou. 15. Prou. 23. Prou. 27. Ibidem.

fraudulentā odientis oscula. Et qui corripientē dura ceruice contemnit, ei repentinus super-
Sapi 3. ueniet interitus. Hinc etiam in Sapientiæ libro fertur: Sapientiam & disciplinam qui abiji-
Eccl.20. cit, infelix est. Vnde in Ecclesiastico legitur: Quàm bonum est arguere q̄ irasci, quàm bo-
num est correptum ostendere pœnitentiam. Sic enim effugiet peccatum. Qui odit corre-
ptionem, uestigiū est pctōris. Ecce quātum bonū est disciplina, quàm bonum signum est
eam libenter sufferre, quanta bona ex correctione & correptione nascuntur, quanta uitia
& tormenta ex repulsione increpationis castigationisq; oriuntur. Vnde & Salomon est lo-
Prou.19. 9. cutus: Virga atq; correptio tribuit sapientiam. Hinc iterum contestatur: Argue sapientem,
Prouer.15. & diliget te. Non amat pestilens eum qui se corripit. Qui autem increpationes odit, morie
tur. Talis etenim moritur in præsenti morte culpę, deinde post hanc uitam morte miseriæ
æternæ. Itaq; correptionem odire, correctionē non sustinere, magistris resistere, ex insipi
entia uenit, ex iniustitia atq; superbia. Ex insipientia, quia non perpenditur quantum bo-
num sit & q̄ salubre, corripi & castigari, neq; pensatur q̄ ex charitate & zelo iustitiæ infli
guntur. Ex iniustitia, quia dedignatur discipulus pro sua culpa disciplinari, cū tamē ex iu-
re diuino & naturali culpæ debeatur pœna. Ex arrogātia atq; duritia, qua quis extollit se-
ipsum & despicit suum magistrum, nec subijci, flecti & humiliari dignatur sub ipso. Qui
in adolescentia & frequentatione talis est adhuc constitutus sub uirga magistri, qualis fi-
et in ætate maiori redditus libertati? nonne indocilis, indomitus, irrefrenatus, tumidus, in
Eccl.19. duratus, nisi grā succurrat altissimi? In tali solet impleri illud Ecclesiastici: Qui odit corre
ptionem, minuitur uita. Minuitur equidem triplici uita, utputa uita naturæ, uita gratię, ui-
taq; gloriæ. Insuper, talis scholaris scandalosus & periculosus est alijs, quando suis exem-
plis prauissimis ad consimilia suos concitat conscholares, sicut & una morbida ouis inficit
Origenes. alias, ut Origenes plenius tangit. Nec absurde comparādus est oui & agno, qui sub bacu-
lo sui pastoris obedienter pergit ac mansuete, & quò uirgam tetenderit pastor, illuc mox
graditur ac procedit pacifice. Sic plane discipulus sub directione, disciplina ac iussione sui
rectoris debet proficisci, conuersari, studere, cum & tertio Ethicorum dicat Philosophus:
Desiderium pueri oportet esse secundum præceptum doctoris. Qui ergo tam rebellis &
contumax est, à cæterorū societate scholarium, nisi pie admonitus & correptus resipiscat,
Seneca. est repellendus ne noceat multis, cum & in suis Prouerbijs Seneca fassus sit: Valde iniquū
& periculosum est publicum uitium. Veruntamen correptionem & correctionem rector
scholarium ex charitate & zelo iustitię cum discretione, non ex crudelitate, iracundia aut
Discipulis nullo modo licere insurgere in præceptores. impetu passionis inferre debet aut exercere: nec puerorum pœnas immoderatas siue iniu
stas, facere debet suas delicias. aliter enim se habendo ualde peccaret: & tamen dato q̄ age
ret hoc, non tamen scholarium est insurgere contra magistrum, cum super eum iurisdicti
one nulla fungantur, nec eius constituti sint iudices: sed prouidendū tunc esset p alium modū.

Articulus IX. De insipientia parentum, qui filios suos debite cor rigi nolunt à suis magistris.

Hebr.12. IN disciplina perseuerate. Quis enim filius quem non corripit pater? q̄ si extra disci-
plinam estis, ergo adulteri (id est reprobi) & nō filij estis. Ex introductis elucescit, cor-
reptionem correctionemq; discipulorum ac puerorum, actum esse multarū uirtutū, ui-
delicet charitatis, iustitiæ, pietatis atq; prudentiæ: & rursus ostensum est, quàm gran-
de bonum, q̄ necessarium donum, quàm salubris ac utilis medicina sit disciplina. Ex qbus
Parentes, filios suos corrigere aut corrigi nolētes, pemptores eē potius q̄ parentes. euidentissime innotescit, quàm longe sint à uero ac spiritali sobolis suæ amore, à sapientia
salutari, à zelo iustitiæ, à pietate non falsa parentes seu potius peremptores, qui prolem su-
am nec debite instruunt & castigant, nec à magistris debite corrigi acquiescunt, imò poti-
us indignantur aut comminantur magistris. O quanta est horum stultitia, quorum corda
sensuali sobolis suæ cęcata amore, atq; luce ac radio sapiētiæ destituta, non pensant quàm
utilis, necessaria ac salubris sit pueris correptio seriosa & frequens, correctio quoq; assidua
& coercens, quāta insup mala ex incorrectione, indomatione, audacia & negligentia scho
larium oriantur. Hinc uitia cuncta talium puerorum in suos redundant insipientes paren
tes. Deniq; totum istud ex scripturis ac philosophorum doctrinis copiose ac clare proba-
Prou.13. tur. Siquidem in Prouerbijs Salomon protestatur: Qui parcit uirgę, odit filium suum: qui
Eccl.30. autem diligit illum, instanter erudit. Et iterum scriptum est: Qui amat filium suum, assidu
at illi flagella. quod q̄ necessarium ac salubre sit, constat ex uerbis Salomonis præcedente
Prou.22. articulo allegatis: quoniam ut commemoratū est ibi, Stultitia colligata est in corde pueri,
& uirga disciplinę fugabit eam. per quam item correctionē puer à uitijs multis & ab infer

bo liberatur & præseruatur atq; retrahitur. Timor etenim pœnæ retrahit à peccatis, potissime imperfectos & pueros, quos nec uirtus nec sapientia compescit à malis, nec ad bona inducit ipso boni amore. Hinc quoq; in Ecclesiastico scriptum est: Nō des filio potestatem in iuuentute, sed curua ceruicē eius, & tunde latera eius dum iuuenis est. Quod quàm fructuosum sit, tangitur ibi his uerbis: Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum & amicorum gloriabitur. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim sibi reliquit post se. Præterea, istud parentibus iussit Apostolus: Educate (inquiens) filios uestros in disciplina & correptione domini. Amplius, octauo Ethicorum testatur Philosophus, quòd parens proli impendit nutrimētum & disciplinam. Si igitur scholaris à magistro correctus conqueratur parentibus, de sua impatientia, murmuratione & querimonia mox à parentibus increpetur: & dato quòd plus iuste sit à magistro percussus, parentes tamen non debent applaudere puero conquerenti, ne dent ei audaciam resistendi, sed potius seorsum hortari magistrum ut temperet disciplinam. Porro, si in urbe sint duæ scholę, non permittat parens filium suum propter correctionem ab una ad aliam se trāsferre, ne in sua praua libertate & incorrigibilitate ullatenus foueatur, nisi forsan (quod absit) rector unius scholæ disciplinæ rigorem renueret moderari. Postremo, in euentu huiusmodi commendabile uideretur, si scholarum illarum rectores inter se prudenter concordent & confœderētur in hoc, ut unusquisque illorum scholarem taliter ad se propter correctionem cōfugientem sic tractet & corrigat, quòd cesset talis discursio atq; euasio disciplinæ. Itaq; de his sunt instruendi parentes seorsum, aut certe (si opus sit) publice in ambone in generali, imò & in confessione sacramentali.

Eccl. 30. Ibidem. Ephe. 6.

Articulus X. Quàm necessaria sit discipulis humilitas.

VBi fuerit humilitas, ibi & sapientia: ubi uero superbia, ibi & contumelia. Iam patuit pauloante, quòd discipulorum rebellio contra magistros ex tumore solet oriri elationis. Idcirco ut scholares sint obedientes ac dociles, summe requiritur ut humiles tractabilesq; consistant, & de hoc à magistris tempestiue, uigilanter & assidue sunt docendi, ut neque de nobilitate, neque de potentia, opulentia, ætate, ingenio, scientia aut alia quauis radice extollant se, imò potius imperfectionē suam in cunctis considerent: diligenter quoque aduertant, quàm enorme uitium extet superbia, quæ totius perditionis est causa, omnium uitiorum regina, cæterarum culparum origo, & innumerabilium scelerum radix: quæ est & maxima obscuratio mentis, ab omni adeptione gratiæ ac salutis totaliter impeditiua, à profectu quoq; scholastico præcipue retractiua. Oportet ergo in primis, ut discipulus suo se subdat magistro humiliter, eiusq; dogmata suscipiat reuerenter ac timeat ipsum: sicq; copiosius atq; celerius erit proficiēs. Quemadmodum enim stillicidia imbrium à uerticibus montium ad concaua defluūt uallium, & quo ualles fuerint bassiores, eo undæ gurgitum exuberantius descendunt & colliguntur in ipsis, ita omnino quo mentes scholarium fuerint humiliores, eo riui scientię ex ore manantes magistri, abundantius descendent, recipientur ac colligentur in ipsis. Ideo ait Hugo: Principium doctrinæ humilitas est, ad quam inter cętera pertinet, ut studens nullam scientiam uilem reputet: deinde, ut à nullo discere erubescat. Multos hoc fallit, quòd ante tempus docti uolunt uideri: unde in quendam elationis prorumpunt tumorem, incipiuntq; simulare quod non sunt, atq; quod sunt, erubescunt celantq;, & inquirere ac discere à doctioribus quibuscunque aut uerecundantur, aut dedignantur. Porro prudens illud quod nescit, à quocunq; audit ac discit libenter: nec quantū scias, sed quantum ignoret considerat. Nullus est cui datum sit omnia scire: nec rursus est aliquis, qui non aliquid speciale sortitus sit à natura. Hinc bonus discipulus humilis esse debet ac mansuetus, à curis inanibus ac uoluptatum illecebris penitus alienus, diligens ac sedulus, ac nunquam de scientia sua præsumens, præsertim quum Plato quoque testetur: Ea quæ scimus, minima sunt comparatione illorū quæ ignoramus. Et denuo: Malo inquit, ab alijs humiliter discere, quàm mea impudenter ingerere. De hoc Cyrillus in suis Prouerbijs hanc ponit parabolam: Gallus ex intelligentia sua qua temporum horas discernit, tumidus, ascendens in arboris excelsæ ramum, cantat. Quo audito, uulpes accurrens. Aue, inquit, mi frater. Cur taliter cecinisti? At gallus: Nimirum ait, intelligentia supernæ dispositionis dotatus, eam quum sensero, mox sine inuidia cantando omnibus pando. Tunc callida uulpes subridens, adiunxit: Tu scientia plenus es, quoniam hæc est dominorum sublimium potentiumque disciplina. Tunc gallus plus intumescens, rursus cantauit: sed & protinus uulpes saltauit,

Prou. 11. Superbia est uitiorum omnium regina. Hugo. Plato. Pulcherrima de gallo & uulpe fabula.

Rom. 12. Ad quam gallus: Quare saltasti? Et illa: Quoniam tu philosophus exultasti. Nam & gaudere cum gaudentibus licet. Mox'q; uulpes rete dolositatis suæ gallo expandens: Gaudeo (inquit) mi frater, quia & nobis brutis fons sapientiæ deus, intelligentiæ munus concessit, sed & excellentiæ scientiæ tuæ congratulor. O galle, tu gloria nostra, tu bestiarum lætitia. Te quæso porrige, si digneris, ut osculer mirum intelligentiæ tuæ caput. At ille dolosa adulatione mollitus, caput porrexit: quod uulpes famelica stringẽs, miserum traxit deorsum, & ait: Galle galle, ubi est sapientia tua? concepisti superbiam & in ea pdidisti prudẽtiam, atq; pro nihilo uitam tuam dedisti. Cui gallus: Quid gloriaris in malitia? Respondit Psal. 51. illa: Non est malitia humiliare superbiam, sed ars uera: Non considerasti quòd proprius finus sapiẽtię humilitas sit? Quid sciuisti qui te ignorasti? Aut si te nouisti, cur superbisti puluis & cinis? Nulla profecto maior dementia est, q̃ per inflationem scientiæ sapientiam perdere. Quibus prolatis, prædam uulpes uorauit.

Articulus XI. Quòd magnum dei donum sit esse ingeniosum.

Sapi. 8. Augustinus. Hugo. PVer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Quemadmodum quarto de Ciuitate dei asserit Augustinus: Felicitatis est nasci ingeniosum. & denuo: Magna (inqt) in psenti uita felicitas quędã est, uigere acumine intellect', faciliter intelligere, & intellecta tenaciter retinere. Hinc Hugo: Qui doctrinæ (ait) dant operam, ingenio atq; memoria congruit eos pollere. Ingenium capit & inuenit, memoria custodit & seruat. Deniq; cum iuxta præhabita tam præclara & eminens dignitas sit scientiæ, sapientiæ ac prudentiæ, in quibus & felicitas hominis collocatur, quarum per ingenium capax est homo, palàm q̃ inter dona naturę magna sit ingenij subtilitas & acumen. Deniq; ingeniosi communiter sunt bonæ indolis & ad uirtutes bene dispositi. Veruntamen sicut corporis pulchritudo & eloquentia multis sunt maioris mali occasio, arrogantiæ, uanęq; gloriæ, uanitatis ac carnalitatis origo, ita acumẽ ingenij aliĵs inflat, psumptionis, iactantię, audaciæ parens est, ac multorum radix facinorum. Hinc ingeniosi nequaquam extollant se, nec alios aspernentur, sed deo sint grati, timorati ac humiles, ac suo ingenio bene utentes sicq; de concesso sibi talento glorificẽt creatorem, eis quoq; qui tardioris sunt intellectus, libenter hoc ipsum quod sciunt communicent: alioquin cæteris fient uitiosiores, & grauiorem incurrere damnationẽ merebũtur. Porro, ut testatur Gregorius: Talentũ à deo con Gregorius. cessum in terra abscõdere, est acceptũ ingeniũ terrenis actib' implicare, lucrũ spiritale nõ quærere: id est, profectui scientiæ ac uirtutum efficaciter non studere. Damnabiliter uero ingenio abutuntur, qui carnalibus uitiĵs dant consensum & uanitatibus resoluuntur. Talibus incomparabiliter meliores consistunt, qui mediocri seu pusillo dotati ingenio, creatori suo sunt grati, & ad proficiendum laboriose intenti: qui (ut asserit Augustinus) ad ueri- Augustinus tatis notitiã interdũ ptingunt celerius, q̃ ingeniosi deo ingrati.

Articulus XII. Quàm uitanda sit scholaribus gula.

Prou. 4. QVi amat uinum & pinguia, non erit sapiens neq; ditabitur. Quanto adolescentia ac pueritia ad mala sunt proniores, ac usu rationis à lumine intellectus min' uigentes, tanto plus abstrahenda sunt eis hæc, quæ non solum in adolescentibus & indoctis, sed in uiris quoq; peritis intellectum præcipue obruunt, discretionem impediunt, rationem eneruant, ac uitia gignunt quàmplurima. Porro, horum Gula maxime contrariam esse studiosis. unum non mediocriter magnum est gula, ex qua multa ac grandia oriuntur peccata. Delicate quoq; nutritum & uino aut sicera exhilaratum magis delectat fabulari, ludere & iocari, aut certe dormire & corpori otioq; uacare, q̃ studere & legere. Ratio itẽ fomentis carnis oblectamentisq; sensuũ deorsum sic premitur, debilitatur & à suis actibus impeditur, q̃ plena intentione totisq; uiribus considerationi, lectioni & aduertentię doctrinarum nequit uacare. Vtilius ergo censetur, ut scholares sæpius uescantur ac sobrie, quàm rarius & gulose. Repletio ergo, psertim ebrietas, uehementer abhorrenda ac fugienda est eis. Quẽ Sobrietatis laus ex Augustino. admodum nanq; Augustino testante, Sobrietas est mentis ac corporis omniumq; mẽbrorum custodia & tutela, pudicitiæ conseruatio & castitatis munimen, pudoris amica, pacis ac amicitiæ conseruatiua, honestati semper coniuncta, omniumq; uitiorum fugatrix, temeritatem deuitans, pericula multa declinans, rationem illuminans, & corpus bene dispositum reddens, uitam' prolongans, & ad regendum alios aptans: sic econuerso gula, ebrie- Gulę & ebrietatis præconium. tas, intemperantia est obscuratio cordis, corruptio corporis, ineptitudo mẽbrorum, inuerecundiæ parens, impudicitiæ causa, incõtinentiæ prouocatiua, contentionũ & litium introductrix, temerariam causans audaciam, ad irrogandum conuitia prona, ad suspiũs ac ali

aliorum gubernationem penitus indisponens. Hæc caput cerebrumq; perturbat, rectum peruertit iudicium: & breuiter, innumerabilia mala sequuntur ex ea. Tu igitur o scholaris amore scientiæ, desiderio tui profectus, imò dei intuitu & ueræ salutis affectu hoc uile ac brutale fuge peccatum. Cumq; tam præclaros effectus sobrietas habeat, totq; defect⁹ & excessus generet gula & inducat ebrietas, sobrietatem amplectere, gulam & ebrietatẽ iugiter fuge. Nempe ut sanctus fatetur Gregorius: Dominante gulæ uitio, quicquid homo fortiter egit, amittit: & dum uenter non restringitur, cunctę uirtutes pariter obruuntur: epulasq; communiter concomitatur uoluptas. Cumq; corpus refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Hinc recte disseruit Seneca: Vẽtri obediẽtes, brutorum numero computantur, non hominum. Deniq; cõstat, q ad libidinem totius perditionis uoraginem concitet gula: & ut Salomon loquitur, Luxuriosa res uinum, & tumultuosa ebrietas: quicunq; his delectatur, non erit sapiẽs. In sobrio corpore ratio uiget: in ebrioso & uinolento, indiscretio, furor & immunditia regnant. Noli in adolescentia turpitudini assuescere carnalitatis, uitijs brutalitatis, societati crapulosorum, comesationibus & potationibus immundorum. Si diligis castitatẽ, si uirginitatem appetis custodire, gulam conculca, moderantiã cibi ac potus iugiter ama: & ita eris subtilior mente, expeditior ratione: delectabit te studium, & ad omnem profectum magis idoneum erit cor tuum.

Gregorius. Seneca. Prou. 20.

Articulus XIII. Quàm uehementissime odienda ac fugienda sit omni scholari uilissima, turpissima ac summe nociua luxuria.

POst concupiscentias tuas non eas, & à uoluptate tua auertere: si præstiteris animę tuæ concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Omniũ philosophorum atq; theologorum concorditer clamitant documenta, omnem mentis humanæ profectum, omne rectę rationis iudicium, omne studium sciẽtiæ ac uirtutum per Venerea uehementissime impediri. In Venereis turpitudo est maxima. Omnem honestatem præclaram, uerecundiam puerilem à multis uitijs retrahentem, pudorem ingenitum probitatis, quietem, morum decorem, condecentem timorem luxuria detestãda corrumpit, innocentiam tollit, puritatem commaculat, corpus fœdat, animam aufert deo, tradit diabolo, sponsamq; Christi adulteram facit diaboli, adolescentem efficit inquietum, bonæ indolis iuuenem uertit in discolum. Hæc maledictissima pestis, hæc pessima fera, hæc irrationabilissima belua cunctis iuuenibus ineffabiliter est nociua. Hęc insidiatur scholaribus, quatenus à synceritate dignissima studiorum, ab ornamento uirtutum, à splẽdoribus scientiarum auersi, uitijs inuoluantur, sordibus inquinẽtur: & Christo ablati, dæmonibus obsequantur. Hæc immanissima ęmula castitatis, bonis moribus aduersatur: petulantiam, inquietudinẽ, improuidentiã, pariter arrogantiam, inobedientiã, iracundiamq; inducit. Hæc gloriosissimę atq; purissimæ uirgini, genitrici altissimi Mariæ dulcissimæ potissime displicet, sicut & castitas ei ꝑmaxime placet. Venerea exhorrẽda rationẽ prorsus absorbẽt, bestialẽ constituũt, naturalia lædũt, gratuita tollũt, donis gloriæ spoliant miserum, atq; ad sempiterna Acherõtis tormẽta ꝑtrahunt insensatũ. O q̃ breuis est uoluptatis obscœnissimę morula, in qua infelix spurcitię seruus, immũditiæ ꝑditionisq; filius, tot & tanta incurrit incõmoda, sustinet dãna & nunq̃ finiẽda meret supplicia. Cur insensate teipsum ita uilificas, dehonestas, spiritaliterq; occidis? Scito quòd sapientiæ splendor, uirtutum synceritas, scientiarum profectus, conuersationis honestas, cum tanta fœditate, tam' q; fœda iniquitate simul nequeunt stare nec pariter commorari. Si diliges te in deo, si sapientiam scientiam' q; exquiris, si innumerabilia atq; grauissima uitia euadere cupis, sordidissimã fuge luxuriam, ac eius præambula, amplexus, cõtractus, oscula, lasciua consortia, fœminea blandimenta, secreta colloquia, familiaritates, munuscula fuge: sacratissimã, mundissimã, benignissimã dei matrem elige tibi in sponsam, in amicam & matrem. Hanc cordialiter dilige, deuote saluta, assidue inuoca, ac ut ipsa dignet esse tua protectrix, gratiãq; seruãdę castitatis ab adorãdo filio suo deo incarnato obtineat tibi, te eius cõmenda custodiæ. Pręterea intuere q̃d & pręclariores philosophi de hac materia sint loquuti. Ecce admirabilis ille philosoph⁹ Plato, qui (ut octauo de Ciuitate dei asserit Augustinus) cæteris philosophis gentium longe ac late prelatus est, & secũdum eundẽ Augustinũ, uita & eloquẽtia Aristotelẽ uicit: cuius etiam Platonis sententiæ de rebus magnis nõ facile perspici possunt, ut præallegato libro disseruit Augustinus, quanquam absolute loquendo Aristoteles summus uideatur fuisse philosophus. hic inquam Plato in Phædone testatur: Nõ est philosophi circa uoluptates escarum ac potuũ & Venereorum affici & ꝟsari, sed à corpore abstrahi, & circa aiam occupari.

Eccl. 18. Detestatio tetũ Venereorum. Laus Platonis ex Augustino.

A cont

A concupiſcentijs diſcedere competit ſtudioſis, quorum non eſt exteriora corporis quærere ornamenta. Quoties anima allicitur à corpore in hæc uariabilia & carnalia, ipſa seducitur & turbatur. Præcepit autem autor naturæ animam dominari ac regere, corpus uero ſubeſſe & regi. Porro dum anima per ſeipſam ſpeculatur, defertur in ſyncera, immortalia ac diuina obiecta. Philoſophantes concupiſcentijs ſe non tradunt, à uoluptatibus abſtinent, diuitias aſpernantur, ut hinc emigrantes in deorum conſortium transferantur. De hoc Platone in libro de Vitā philoſophorū narratur, quòd dum pater eius adduceret eū ad urbem Athenienſem, ut ibi à Socrate famoſiſſimo tunc philoſopho inſtrueretur, factus ipſe Socrates in extaſi, uidit quaſi cygnum pulcherrimum in ſuum gremium deſcēdentē, deinde ex ſinu ſuo tam alte uolantem in aera, quòd ipſum attingere uiſu nequiuit. Reuerſus demum ad ſe, cogitauit attonite quid uiſio illa portenderet: quo taliter cogitante, ecce pater Platonis cum puero Platone intrauit ad Socratē, offerens ei Platonem ad informādum. Quem Socrates diligentiſſime intuens: Vere inquit, iſte eſt cygnus quem uidi in ſpiritu. Hic tam alte uolabit, ꝙ intelligi uix ualebit. Recitat quoq; Hieronymus de quodam adoleſcente Athenienſi ualde formoſo & opulento, ſed ita laſciuo, ꝙ de ſua gloriabat immundiſſima uita. Cumq; quodam die pretioſis delibutus unguentis & ſerto roſeo redimitus tranſiret ante ſcholas ſtudentium, & magnum quendam philoſophum Xenocratē (ni fallor) nomine audiret diſcipulis ſuis legentem, introijt ut magiſtrum cum diſcipulis irrideret, tanquam qui ſeipſos delectationibus defraudarent præcipuis, laboribusq; conficerent uanis. Cumq; ſic eos irriſiſſet, philoſophus ille uir multum moralis, patienterq; ferens turpiſſimum iuuenem, cœpit cum omni modeſtia de dignitate uirtutum, de claritate ſapientiæ, de caſtitatis fragrantia, de philoſophica uita tam ſublimiter diſputare, ꝙ adoleſcēs ille compunctus ſertum ſuum abiecit, ornamenta & unguenta ſua depoſuit, ſeq; cum alijs ad pedes collocauit philoſophi, & manſit eius diſcipulus. Deniq;, cum alius quidam libidinoſus cuidam magno dixiſſet philoſopho, atq; ut puto Pythagoræ, Mallem eſſe & cōuerſari inter puellas quàm inter philoſophos, ille reſpondit: Nec mirum, quia & porci malūt uolutari in cœno, q̄ inter flores aut in fonte ſereno. Si ergo gentiles philoſophi ſola naturali lege ac ratione edocti, Venereorum inquinamenta ſic horruerunt ac caſtitatem ſic dilexerunt, quanto magis Chriſtiani ſcholares diuinæ legis præceptis inſtructi, fœdiſſima uitare debent facinora & caſtitatem amplecti? Deniq;, de ſancto Gregorio Nazianzeno refertur, ꝙ dum adhuc adoleſcens ſtuderet Athenis atq; caſtiſſime uiueret, aſtiterunt ei in uiſu noctis in ſomno quaſi ſpecioſiſſimæ duæ puellæ, una à dextris & alia à ſiniſtris, eum amplecti ac deoſculari optantes: quas quum ille ingenti horrore repelleret à ſe, dixerunt: Cur nos ô bone adoleſcens tam indignanter repellis, cum ſimus tibi admodum charæ & familiares? Nam una noſtrum Caſtitas, alia Sapientia appellatur. Quibus auditis, ſtudens ille in amorem caſtitatis ac ſapientiæ præ ſolito uehementer exarſit. Et tu ergo ô bone iuuenis dolis puer his accenſus exemplis, ſapientiam dilige, caſtitatem amplectere, Venereorumq; turpitudinem deteſtare. Præterea ſanctus Cyrillus in ſuis refert prouerbijs: Furibundæ uiperę ad coitum properanti elephas caſtus obuians, dixit: Quò tendis cum impetu tanto? Et illa: Ad Venereæ ſuauitatis delicias. Cui compatiens elephas: Scio, inquit, o ſoror quod furibunda luxuria oculis caret: ideo nequit intueri quò ruit, quo cadit. Nonne ad occaſum amantiſſimæ uitæ tendis, ad morſum cruentę libidinis properas? Quid nanque eſt coitus niſi delicioſa pernicies, mors latens, ueneno ſitas blandiens, fallax effuſio uitam perdēs? Inſuper libidinoſo paſſeri caſtiſſima turtur dixit: Cur te frater tam cæco ardore conſumis? Quid eſt quod effundis? nonne digeſtiſſima medulla & admirabilis uitæ ſentina, atq; naturæ radicalis ſubſtantia? Nonne teipſum conſumis, debilitas ac uitam abbreuias? Poſtremo, alludit his quoque in Prouerbijs Salomon qui ait: Fauus diſtillans labia meretricis, nouiſſima autem illius amara ſicut abſynthiū, & lingua eius quaſi gladius acutus: pedes eius deſcendūt in mortem, & ad inferos greſſus illius. Et rurſus: Vidi (ait) uecordem iuuenem, & ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad capiendas animas, ſtatimq; ſequitur illam quaſi bos ductus ad uictimam, ignorās ꝙ ad uincula ſtultus trahatur, donec trāſfigat ſagitta iecur eius, uelut ſi quis feſtinet ad laqueum, & neſcit quia de periculo animæ ſuæ agitur. Nunc ergo fili mi audi me, & ne decipiaris per illam.

[Margin notes: Socrates. — Hieronym⁹. — Xenocrates. — Pythagoras. — Greg. Nazianzenus — Fabula de uipera & elephante ex Cyrillo — Fabella alia de paſſere & turture. — Prouer. 5. — Prou. 7.]

Articulus XIIII. Quod diſcipuli magiſtris ſuis debent eſſe grati pro uiribus, & ipſos ex corde diligere, atq; honorem ipſis impendere.

Dan-

DAnti mihi sapientiam dabo honorem. Iuxta Philosophum, Deo, parentibus & magistris non potest reddi æquiualens. Tanta quippe est dignitas & eminentia beneficiorum, quę creatura à suo suscipit creatore, proles à parente, & discipulus à magistro, quod creatura nil condignum potest creatori rependere, nec proles parenti, nec discipulus magistro, q à magistro informationem in scientijs atque uirtutibus est sortitus. Hinc quoque sanctus asserit Augustinus: Si me posses instruere quod ignoro, te libentissime ferre deberem non solum uerbis me increpantem, sed & flagellis cædentem. Quamuis ergo discipulus suo non queat magistro condignam facere recompensam, tamen pro posse debet beneficijs eius retribuere uicem, & ipsum semper diligere, à quo pro suis corrigitur culpis et à multis retrahitur uitijs, scientijs quoque, moribus ac uirtutibus informatur. Enormis igitur & ualde damnabilis est discipulorum improbitas, ingratitudo, peruersitas, qui contra magistros suos rancorem concipiunt, conspirant, insurgunt, indignantur, irascuntur ac obloquuntur: & pro tot tantisque bonis retribuunt huiusmodi mala. Aeger cum fuerit curatus, diligit medicum à quo fuit secatus, adustus & scissus, & pœnas morti similes passus: quia perpendit quod pœnę illæ ad suam curationem à medico ordinabantur ac inferebantur. Ita discipulus debet attendere, quod omnis correptio atque correctio à magistris sibi inflictæ, ex charitate & æquitate ac pietate ad suam emendationem ac instructionem sunt ordinatæ. Eccl. 51. Augustinus

Articulus XV. De his quæ ualent ad bene discendum.

SApientiam amaui & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui eam mihi sponsam assumere, & amator factus sum formæ (id est pulchritudinis) eius. Desiderium cordis est quasi quędam eius apertio ac hiatus, ad suscipiendum in se rem affectatam, quemadmodum cernimus aues quasdam ex ingenti fame appetituque cibi hiare. Hinc desiderium patulam efficit mentem, atque celerius susceptiuam rei amatę. Primum igitur ualens ad bene discendum, est uehemens desiderium acquirendi scientiam & proficiendi in ea. Non igitur lento pede, non pigra mente, non animo fastidiente, sed affectuoso ac feruido corde ad discendum scientiam, ad obtinendam sapientiam propera & accede: Alioquin eam paruipendendo indignus es eam suscipere. Nempe ut Seneca fatetur: Magna pars sapientiæ ac uirtutum est uelle esse sapientem ac uirtuosum. Quod de uelle imperatiuo, intenso & efficaci, quod (dum adest facultas) in actum progreditur, non de uelle optatiuo ac remisso est intelligendum. Secundum ualens ad bene discendum, est diligens aduertentia & constans assiduitas lectionis ac studij. De hac iam dictum est plenius. De hoc quoque diffuse scribit Boethius de filio inconstantiæ: Quid (inquiens) constantia lucidius? quid inconstantia nequius? Constantia parit scientiam & profectum, & procedit crescendo in ipsis, ac colligit spiritualem thesaurum opulentiamque internam: inconstantia uero dissoluit, retrocedit, dispergit. Oportet & enim opus bonum inchoatum continuare agiliter: & in hoc necesse est ut adolescentes scholares se frangant, quia ex naturali dispositione sunt inconstantes, & in affectionibus suis instabiles. Propter quod in Prouerbijs salomon protestatur: Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Via aquilæ in cœlo, uia colubri super terram, uia nauis in medio maris, & uia uiri in adolescentia sua. Hæc autem constantia signum est sapientiæ, inconstantia uero stultitiæ signum est. Propter quod in Ecclesiastico dicitur: Homo sanctus in sapientia manet ut sol, stultus autem mutatur ut luna. Et rursus: Non uentiles te in omnem uentum. Esto firmus in uia dei & in ueritate sensus tui. Tertium conferens ad bene discendum, est puritas mentis et conuersatio uirtuosa. Virtus nanque & sapientia & scientia, instar pretiosissimi atque purissimi balsami recipi uolunt, & collocari in pretioso ac mundo subiecto. Nam teste Philosopho, Subiectum non est contingens, sed actus actiuorum in prædispositis fiunt ac recipiuntur subiectis. De hoc quoque iam supra allegata sunt multa. Quartum est associatio & cohabitatio sodalium bonorum ac studiosorum collatio, interrogatio, disputatio atque instructio talium mutua. Talis namque exercitatio plurimum ualet. Acuit enim ingenium: & quod unus non nouit nec inuenit neque considerat, hoc inuenit, noscit & considerat alter. Vnusquisque eqdem proprium donum habet à domino: & plus, imò & acutius uident oculi plures quam unus. Non ergo erubescas ignorantiam tuam alteri propalare: sed quod ignoras, à doctioribus humiliter ac instanter festina interrogare. Quintum est, totum suum studium ac profectum ad debitum finem (hoc est, ad dei honorem gloriamque) referre & ad ueram suiipsius salutem: quia sic totum est deo complacitum, & meretur gratiosum eius auxilium. Sextum est affectuosa ad deum fusa ora

Sap. 8. Ad bene discendum ualent multa. Primum. Seneca. II. Boethius. Prouerb. 30. Eccl. 27. Eccl. 5. III. IIII. 1. Corin. 7. V. VI.

Sapi. 7. Eccle. oratio, ut ipse quotidie confortare & illustrare mentem dignetur. Vnde scriptū est: Inuocaui, & uenit in me spiritus sapientiæ. Nempe cum omnis sapiētia à domino deo sit, ipsum quotidie inuocare pro condigno profectu scientiæ ac uirtutū oportet. Propter quod Iacobus ait apostolus: Si quis indiget sapientia, postulet à deo & dabitur ei. Nihilominus tamen omni bono facere debet homo quod in se est, hoc est, diligentiam quantam potest adhibere. Hinc ait & Plato in primo Timæi: Omnibus mos est & quasi quædam religio, inuocare in primis deitatem ad auxiliandum. O quantum placet omnipotenti supergloriosoque deo talis studiosorum puerorum oratio: ideo eam libenter ac copiose exaudiet. Quotidie ergo o bone scholaris ab oratione incipiat studium tuum, sicut & scriptū est: Primo quærite regnum dei. Sunt quoque & alia multa ad bene discendum ac proficiēdum ualentia, utpote recollectio cordis, castitas, humilitas, ingeniositas, copia correctioque librorum, diligētia idoneitasque magistri, disciplina, coercitio, timor rectoris, de quibus prædictum est aut deinceps dicetur.

Iaco. 1. Plato. Matt. 6.

Articulus XVI. Qualis debeat esse rector & magister scholarium.

Luc. 6. NON est discipulus super magistrum. Perfectus autem erit, si sit sicut magister eius. Si in euangelio ista autoritas ad literam exponatur solum & in particulari de CHRISTO & eius quocunque discipulo, dubitationem non habet nec difficultatem: porro si generaliter accipiatur de quocunque magistro & eius discipulo, uidetur multiplicem pati instantiam, cū nonnulli discipuli sint suis magistris non solum nobiliores, potentiores, uirtuosiores, ingeniosiores, sed etiam doctiores aut absolute, aut saltem in parte. Noui discipulum, qui tertiodecimo ætatis suæ anno congruus fuit, habuitque magistrum, optimum instructorem & elegantem grammaticum, cui in regimine successit nouellus magister in artibus: qui pro eo quod discipulis pronuntiare debuerat,

Non spuit ille procul, qui barbam conspuit ipse, sic legit:
Non spernit ille procul, qui Barbaram conspernit ipse.

Quo audito, discipulus ille imperitiam mox aduertit magistri, non tamen hāc alijs propalauit, sed paulopost ad scholas se transtulit meliores. Præterea, si negetur discipulus aliquando maior esse suo magistro, non tamen uidetur posse saluari, quod discipulus quilibet sit perfectus, ut sit sicut magister ipsius: quemadmodū nec prætacti illius magistri extitissent discipuli uere perfecti, si fuissent sicut magister, i. tā eruditi sicut magister eorum, qui habes fuit atque incongruus. Itaque in præallegata autoritate loquitur Christus ueritas ac sapientia dei patris de ueri nominis magistro, qui non solum gradu aut officio, sed idoneitate quoque ac sufficientia condigne appellatur magister. Denique, de discipulo & magistro loquendo formaliter, palam quod discipulus inquantum discipulus, nō sit suo maior magistro ut clerici. Nam ut ait Philosophus, In omi genere primum debet esse potissimum atque mensura ac regula quædam posteriorum in genere suo, ita quod quanto plus appropinquant posteriora huiusmodi primo, tanto in genere illo perfectiora consistant, quemadmodum in genere corporum lucidorum sol est maxime lucidus, in genere calidorū ignis potissime calidus perhibetur. Magister ergo in sua facultate debet esse perfectus: et qui regimen assumit scholarium, tantæ debet esse eminentiæ ac uirtutis, tantæ scientiæ & moralitatis, ut ad sui executionem officij uere existat idoneus. Enimuero, ut sacratissimus & diuinissimus ac theologissimus docet Dionysius in pluribus locis, eum qui alijs in quocunque ordine, magistratu, præsidentia aut prælatione præficitur, oportet esse ita perfectum, ut de plenitudine & exuberantia suę perfectionis inferioribus queat cōmunicare, influere, compartiri, ipsosque ualeat prout suum cōcernit officium purgare, illuminare & aliquo modo perficere. Hinc innotescit, quod fundatum, literatum, probum, uirtuosum et exemplarem oporteat esse magistrum scholarium, ut uere sit efficax, potens ac promptus suos edocere, educare & cōfouere discipulos in scientijs atque uirtutibus, in disciplinis & moribus, portare infirmos, hortari pusillos, erigere lapsos, humiliare superbos, diligentes ac proficientes ad constātiam ac profectum accendere. Absit igitur à magistro omnis incontinentia, omnis morum improbitas, omis relaxatio animi. Etenim Seneca contestāte, Nil plus obest discipulis, nil sic nocet scholaribus, ut reprehensibilis uita magistri. Rursus in suis fatetur Prouerbijs: Omnis doctor in ratione uitæ peccans, turpior est ob hoc quod in officio, cuius magister esse uult, labitur. Itemque: Perturpe est, inquit, quod obijcitur alteri, in obijciente cognosci. Amplius, de hac ipsa materia diffuse scribit magnus Boethius in tractatu de disciplina scholarium: Nulla (inquiens) res est magis perniciosa discipulo, quàm uita magistri cōtumeliosa. Quę ad-

Dionysius. Seneca. Boethius.

admodum enim sæpissime cernimus infusos fœtido uasi liquores cõfundi & inquinari ex uase tali, quia uas fœtidum infusas sibi aquas corrumpit, ita scientia ex uitiosa magistri uita corrumpitur ac uilescit. Hinc oportet ut in omni morum honestate polleat clare ipse magister, & in sermone sit uerax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in commisso fidelis, constans in uultu, pius in affatu, uirtutibus quoque insignis & bonitate laudabilis. Hęc Boethius. Præceptoris qualis debeat esse uita.

Articulus XVII. Consideratio multiplex, qua elucescit, quàm diligens, exemplaris, studiosus ac iustus debeat esse scholarium rector.

QVI sibi nequam est, cui bonus erit? sicut communiter dicitur, charitas incipit à seipsa: hoc est, à proprio suo subiecto. Nam & ordo charitatis cadit sub præcepto, ita quòd unusquisque primo omnium tenetur maxime, imò & incomparabiliter, toto corde diligere deũ excelsum & gloriosum, pure, essentialiter ac incircunscriptibiliter bonum atque amabilem: deinde seipsum, ac tertio eos qui sibi magis coniuncti sunt: prout de hoc diffusius tractat Augustinus in libro de doctrina Christiana, Ambrosius libro de Officijs, Thomas in Secunda secundæ, alijq; doctores communiter super tertium sententiarum conscribunt. Imò saluator noster dixit: Quid proficit homo si lucretur uniuersum mundum, seipsum autem perdat & detrimentum sui faciat? Hinc rector ita tenetur discipulos in scientijs, moribus ac uirtutibus informare, à malis reprimere, pro culpis negligentijsq; ipsorum corripere atque corrigere, ut tamen in primis doceat, dirigat, reformet, emendet, dijudicet & castiget seipsum. Aliàs poterit ei obijci illud Apostoli: Qui alium doces, teipsum non doces? Præterea, iuxta sanctorum Ambrosii Chrysostomiq; doctrinam: Indignus est alios iudicare ac punire, qui in eisdem aut maioribus est peccatis. Idcirco qui pro paruis culpis corripit alios & castigat, summopere satagat ne grauioribus uitijs inueniatur obnoxius. Insuper, quo studiositas, sapientia, exẽplarisq; uita magistri pluribus extat proficua, quo item negligentia & scandalositas eius pluribus est nociua, eo feruentius & incessabilius debet omne suum debitum adimplere, imò & superabundare, etiam dato quòd ante non fuerit uitæ bonæ, dum sua peccata sibi duntaxat aut paucioribus solebant obesse. Cumq; iuxta præhabita morigeratio, doctrinatio, inhabituatio uirtuosa, quum sibi imbiberint ac cordibus suis impresserint discipuli adhuc adolescentuli, soleat eis per uniuersum uitæ eorum tempus residuum prodesse ac deseruire, imò frequenter & alijs multis, quib⁹ postea p̃sunt in ciuili aut spirituali œconomico'ue regimine, saluberrimum decentissimum'q; censetur, ut omnem sibi possibilem impendat diligentiam & conatum aduere idoneam & uirtuosam discipulorum instructionẽ. Quod si peregerit, erit sine dubio particeps cunctorum bonorum, quæ per suos ex sua instructione fient discipulos. Porro si (quod absit) desidiosus, remissus, negligens, insufficiens fuerit, constat q̃ omnia mala ex sua huiuscemodi culpa prouenientia, redundabunt in ipsum. Itaque iuxta boni documenta Boethij: Rector tenetur consistere eruditus, mitis, rigidus, non negligẽs nec superbus. Sit inquam mansuetus, quoniam discipulorum elationem interdum ferre oportet ad tempus, & ipsos pia ac rationabili exhortatione & eruditione ad meliora inducere, sicq; sapientia, pietate, discretione, charitate ac mansuetudine sua superare ac flectere illorum duritiam. Veruntamen sicut prætactum est suprà, nisi resipiscant, sunt abscindendi: imò tunc rigidus sit, quoniam in scholarium directione commodissimũ est uti rigore. Antiquus sit etiam, & si non annis, prudentia tamen ac moribus. Quòd si utrunque affuerit, melior erit conditio. Nequaquam demum sit negligens. Quemadmodum nanque in omni opere mater atque origo profectus incrementi inuenitur constantia, sic uniuersæ doctrinæ ac disciplinæ negligentia est tinea & nouerca. Denique, opportunius esset mechanicæ arti seruire, quàm negligentiæ iugo subijci aut parere. Neque sit arrogans, quoniam uiuax pauperum scintilla extinguitur (id est, diligens lux ingenij pusillorum discipulorum opprimitur & fuscatur) arrogantia magistrorum, à quibus paruipenduntur, non curantur, nec pie tractantur. Voluntas quoque discendi (id est, desiderium proficiendi) diuitibus sequestratur, id est, à ditioribus discipulis remouetur. Nam tales discipuli econuerso indignantur ac contumaces spernunt magistros, scientiamq; ipsorum propter adiunctam uilipẽdunt superbiam. Tales inflati seu potius infatuati magistri, hoc ipsum quod norunt, humiliter docere contemnunt: altis & intricatis utuntur sermonibus, ut scientes putentur, suam gloriam & honorem, sua emolumenta ac lucra quærentes & intendẽtes magis utiq; quàm profectum scholariũ. Tales forinsecus se exornãt, cul-

Eccli. 14. Deut. 6. Matt. 22. Marc. 12. Luc. 10. Matt. 16. Marc. 8. Luc. 9. Rom. 2. Boethius.

Matth. 23. Luc. 20. ti sunt uestibus, curiose incedunt, ac instar scribarum & pharisæorum Iudaicæ plebis amant salutationes in foro, primos in cœna recubitus, & uocari ab hominibus Rabbi. Qui nisi à talibus resipiscant, tanquã inutiles & inanes de suo sunt ministerio deponendi, & à suis stationibus expellendi, ut succedant pro ipsis rectores idonei, humiles, exẽplares ac uirtuosi.

Articulus XVIII. Qualiter rector debeat pueros informare.

1. Thes. 2. FActi sumus paruuli in medio uestri, tanquam si nutrix foueat filios suos, sic uolebamus tradere uobis doctrinam. Iuxta Philosophos, causa prima unicuique influit secundum suam capacitatem, dispositionem, dignitatem seu meritum. Proportionabiliter sapiens rector ac discretus magister discipulos debet instruere, prout apti sunt capere: quibus loqui debet tractim, distincte, aperte ac plane: ad intelligẽdum obscura elucidare, difficiliora plenius declarare, affectuose serioseq; loqui, & ipsos ad diligentissimam aduertentiam frequenter ac feruide exhortari: imò dum conuenit & oportet, etiam in materna lingua ipsis depromere sensum per exempla quoq; & similitudines aptas. Insuper, de omnibus supradictis, uidelicet quantum ad proficiẽdum ualeat uita pura, casta ac innocens, obedientia, docilitas, humilitas, diligentia, stabilitas, bona societas: quanta sit dignitas scientiæ ac uirtutum, quanta quotidiani profectus utilitas, quàm grande ac necessarium bonum sit disciplina, correptio atque correctio, quàm detestabile ac damnosum sit tempus studij negligenter consumere: sicq; de uniuersis prætactis debet ipsos ubertim instruere, hortari & ad omne bonum accendere. Denique, quoniam Salomone te-
Prou. 19. stante: Doctrina uiri per patientiam noscitur, documenta sua debet uirtute trãquillitatis, patientiæ ac mititatis polire ac roborare: & quæ docet uerbis, confirmare exemplis. Lectiones quoque non sunt nimium protrahendæ, ne fastidium pariant & in nauseam conuertantur: nec multiplicandæ sunt nimis, ne obruant intellectum, & una alterius intelligentiam, aduertentiam, memoriamq; impediat. Docendum est quoque cum maturitate & grauitate, cum apparatu serioso & ex cordis affectu: atq; in primis sunt à discipulis remouenda proficiendi obstacula, cohibẽdo eos à loquacitate, iocis, ludis ac dissolutione in scholis: & prouidẽdum ut in disputationibus & argumentationibus se inuicẽ modeste ac uigilanter exerceant, formaliterq; arguere ac respondere addiscant.

Articulus XIX. Qualiter exercere debeat rector correptionem & correctionem in suis discipulis.

1. Tim. 5. PEccantes coram omnibus argue, ut cęteri timorem habeant. Vt Seneca Tulliusq; testantur: In iudicando & corrigendo hæc tria lex respicit atq; sectatur, quę princeps quoque & omnis qui pręsidet, respicere debet & sequi, uidelicet ut aut eum quem punit, emendet: quoniam pœnæ uitæ præsentis sunt medicinales: aut pœ-
Prou. 21. na eius cæteros faciat meliores: unde Salomon ait: Pestilente flagellato, sapiens sapientior erit: aut ut malis sublatis, cæteri uiuant securius. Veruntamen intuendum, quòd fraterna correptio uno modo actus est charitatis, & sic spectat ad omnes. Attamen si quis de alio spem emendationis ex sua correptione non habeat, aut probabiliter noscat quòd ægre accipiet eam, potest à correptione charitatiua circa illum cessare. Secundo correptio illa est actus iustitiæ, sic que ad superiores ac præsidentes noscitur specialiter pertinere: qui nõ solum per uerba, sed item per pœnas ac uerbera subditorum emendationi tenentur intendere: idcirco nec omittenda est ex timore, ne correptus ex ea fiat deterior: quia superior ex autoritate sibi commissa uim obtinet coerciuam, quæ per pœnas ac uerbera potest reum ad meliora compellere, aut incorrigibilem à se ac credito sibi grege abijcere: & rursus, quoniam uitium delinquentis non sibi duntaxat, sed cæteris quoque cernentibus aut illud percipientibus est nociuum: imò & quãuis ex correptione & correctione non emẽdetur, nihilominus ob plurimas rationes secundum doctores est corrigendus aut repellendus. Repulsio enim à bonorum consortio, non parua est punitio. Primo, ne ex eius impunitione alij scandalizẽtur, & ad mala fiãt audaciores. Nẽpe dum dormit disciplina, sæ-
Seneca uit, crescit, seq; diffundit malitia. Sicq; uerificatur illud moralissimi Senecæ: Vitia transmittit
Cassiodorus ad posteros, q præsentibus culpis ignoscit: & bonis nocet, q parcit malis. Hoc est qd Cassiodorus cõtestatur: Culpa mortaliũ sine fine uagaretur, si eã medicinalis increpatio minime resecaret. Secundo, ne derogetur iustitiæ & æqtas ipsa patiatur iacturam, aut rigor peat disciplinę. Iniustitiæ qppe obliqtas per iustitię rectitudinẽ est recuperãda ac ordinanda, sicut

in

in Enchiridio asserit Augustinus. atque ut ait Bernardus, quemadmodum compatiēdum est peccatori qui labitur, sic & iustitiæ quæ impune ac impie conculcatur. Tertio, ne ipse qui præest, fiat diuini transgressor præcepti, dignusq́ æternis pœnis inferni, debitum sui omittendo officij. Ait quippe Vrbanus Papa: Ita peccat qui conspicit aut cognoscit proximum suum peccare, & tacet nec corrigit, sicut qui pœnitenti non indulget. Augustinus quoque: Si delinquentem (inquit) non corripis, peior eo qui peccauit efficieris. Præterea, correptio ista & correctio cum discretione, quæ omnium uirtutum directrix, fieri debent secundum exigentiam culpæ & dispositionem personæ. Propter quod ait Gregorius: Regat disciplinæ uigor mansuetudinem, & mansuetudo moderetur rigorem, ut nec rigor sit immoderatus, nec mansuetudo remissa. Nam ut ait Isidorus: Qui blando uerbo castigatus non emendatur, acrius necesse est ut arguatur: et cum dolore abscindenda sunt uulnera, quæ leui nequeunt medicamine reparari. Denique, qui delinquentem superbo odioso'ue animo corripit, non emendat, sed percutit. Quicquid proteruus malignans'q́ animus protulerit, furor est obiurgantis, non dilectio corrigentis. Rector ergo non ex impetu iræ aut impatientiæ, sed ex censura iustitiæ: non ex crudelitate aut sensuali uel inordinata affectione, sed discretionis moderamine corrigat corripiatq́ discipulum, ut requirit eius demeritum, & ex zelo iustitiæ, quum hoc sit iuris diuini, ut iuxta mensuram delicti sit modus numerusq́ plagarum, & id quod iustum est iuste agatur. Itaque magister nequaquam sit personarum acceptor, nec unum palpet aut persequatur præ alio. Eos quoque qui obtusioris sunt animi, & tamen diligentes ac laboriosi ad proficiendum consistūt, tractet clemēter ac compassiue, hortetur, consoletur & animet ad studendum. Porro proteruos, inquietos, contentiosos, belligerantes, atq́ ingeniosos suo ingenio abutentes, acriter & frequenter corripiat & castiget. Si uero (quod absit) perceperit quempiam tam uagum, discolum, intimoratum, gyrouagum, ut choreas quoque aut mulierculas audeat uisitare, reprehendat & flagellet illum acerrime: qui si abnuerit corrigi, neque potuerit congrue fieri, tanquam incorrigibilis repellatur. Veruntamen, prout tangit Boethius: Discipulorum elationem & peruersitatem interdum opportunum est pati ad tempus, ut interim pie ac diligenter instructi ac moniti acquiescant: alioquin à discipulorum catalogo se parentur. Nec omittenda est disciplina debitiq́ impletio, ex timore recessus discipuli temporalis'ue damni. Expedit demum, ut de consensu parentum expresso uel saltem interpretatiuo fiat discipulorum correctio. Inde etenim et ex iuris institutione seu concessione, uidetur rector autoritatem & iurisdictionem quandam corrigendi scholares sortitus: & hoc ipsum tangit Boethius. Postremo, abusio quædam uidetur & ex magistrorum cupiditate profectum, quòd in aliquibus scholis quidam præ alijs sunt placitantes, pro suo libito exeuntes & introeuntes: & quòd extranei non corriguntur sicut intranei, aut econuerso: quorum utrunque quantorum sit fomentum & radix uitiorum, ex præinductis facile est pensare.

Bernardus. Vrbanus. Augustinus. Gregorius. Isidorus. Boethius.

Articulus XX. Quòd rector scholarium doceat pueros omnia studia & exercitia sua ad ultimum finem ac ueram salutem principaliter ordinare.

Omne quodcunq́ facitis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi agite. Quemadmodum decimo Ethicorum ait Philosophus: Vnusquisq́ debet opera sua dirigere ad uiuendum secundum optimum quod est in ipso: hoc est, ad uiuendum intellectualiter & contemplatiue per relationem & ordinationem sui ad summum bonum, atq́ ad beatificam eius cognitionem. Nec enim aliquid est meritorium homini, nisi actualiter aut saltē habitualiter ordinet illud in huiuscemodi ultimum finem. Ne ergo scholares tot ac tantos adolescentiæ suæ perdant labores & disciplinas, à suis magistris diligenter ac sępe sunt admonendi ac informandi, ut uniuersum suum conatum pro scientijs atq́ uirtutibus obtinendis, omnem quoque suum profectum in illis, & quicquid agunt ac patiuntur in scholis, ad dei honorem, cultum ac gloriā, & ad ueram ac sempiternam referant quotidie felicitatem: sic'q́ ab exordio pueritiæ suæ assuescant & curent omne bonum, quod agunt & patiuntur, ad rectum referre finem: & ita in oībus promereri uitā æternā, in donis grę crescere, & adoptiui dei filij esse: ac hoc intuitu & amore libēter insistere studio, alacriter laborare, & cunctū disciplinæ rigorē ęquanimiter sustinere. Porro, q̄ studēt ut eruditi amplius honorētur, ditētur, delicietur, non solum nil promerētur apud iudicē summū, imò & infernale merētur suppliciū.

1. Corinth. 10. Coloss. 3.

Articulus XXI. Quòd interdum indulgendum atq; utendum ſit moderato ſolatio, recreatione ſeu ludo.

Zachar. 8. REplebuntur plateæ Ieruſalem pueris & puellis ludentibus in medio eius. Septimo Ethicorũ aſſeritur, quod homo indiget delectatione & recreatione propter labores qui ſibi occurrunt: imo quemadmodum corpus poſt laborem indiget ſomno, ſic anima poſt ſtudium & intellectuales occupationes eget ludo ac recreatiuo ſolatio, in quibus ſecundum Thomam in Secunda ſecundæ, ac Durãdum in ſumma ſua, tria præcipue ſunt cauendã. [Tria cauẽda in ludis. Primum] Primum, ne tale ſolatiũ quęratur in uerbis, rebus aut factis inhoneſtis, ſcurrilibus, uitioſis ſiue prohibitis. Vnde nec principaliter ludẽdum eſt propter lucrũ: & ſi pro eſculẽto ac poculento ludatur, non fiat hoc ultra ualorẽ, prout in iure determinaſ. [ff. de aleatore L. Quod in conuiuio.] [II.] Secũdum eſt, ut recta agatur intentione, uidelicet ut uires ſpũales non prorſus frangantur, ſed ualidiores ad actus uirtutum ac ſtudiũ efficiantur. [III.] Tertiũ, ne tam immoderãter aut diuturne qs ludo inhæreat, ꝙ cordis ſui cuſtodia, deuotio ſeu inclinatio ad ſtudendũ reſoluaſ, aut nimis tepeſcat. [Seneca.] Hinc Seneca dixit: Miſcebis interdũ ſerijs iocos, ſed tẽperatos. Nõ te iubeo ſemp libris aut pugillaribus imminere: dandum eſt aliqd interuallũ animo, non ut reſoluatur, ſed ut mediocriter remittatur, atq; ad bona renouetur ac roboreſ. Ita te habe inter proximos, ut nemo te habeat quaſi agreſtẽ aut aſperꝝ, neq; cõtemnat ut leuẽ & diſſolutũ. Arcũ extenſum intenſio frangit, remiſſio animũ. A uerbis turpibꝰ abſtineto, quia eoꝝ licentia imprudentiã nutrit. Non ſit tibi ſcurrilis, ſed grata urbanitas. Iocus ſine uilitate, riſus ſine cachinno: quies tibi ſit, nõ deſidia: & qes tua plena ſit ſapiẽtiæ ſtudijs. Cõſtans eſto, nõ ptinax: prudẽs, nõ callidus. Ecce his philoſophicis documẽtis theologica cõſonat ueritas. [Lucæ 6.] Nẽpe in euangelio ait ſaluator: Vę uobis q ridetis nũc, quia plorabitis & flebitis. [Eccle 7.] Salomon quoq;: Sicut ſonitus ſpinaꝝ ſub olla, ſic riſus ſtulti. [Ibidem.] Et denuo: Cor inqt, ſtultorum ubi lætitia. Quod de riſu & lætitia immoderatis rite exponitur. Etenim in hoc ſeculo tanquam in exilio & peregrinatione ualleq; lachrymarum poſiti ſumus. Idcirco ab immoderato & intimorato riſu, ioco & ludo cauendum eſt iugiter, prout in libro de Officijs diffuſius docet Ambroſius. [Eccle 7.] Hinc & Salomon proteſtatur: Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam uultus corrigitur animus delinquentis. [Ibidem] Et iterum: Melius eſt, ait, ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa enim (puta in domo luctus) finis cũctorum admonemur hominum, & uiuens cogitat quid futurum ſit. Quod de ira per zelum eſt ſumendum. Illa enim ex iuſtitia oriens cooperatur uirtuti. Ira uero rationem pręueniens ac perturbans, modum excedit uindictæ. [Seneca.] de qua Seneca loquitur: Nihil magis cauẽdum eſt punienti, quàm ira. Et hæc inter mortalia computatur peccata, de qua in libro Prouerbiorum ait ſcriptura: [Prouer. 27.] Ira non habet miſericordiam nec erumpens furor. & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit? Hæc igitur rectoribus, imo cunctis hominibus, præſertim præſidentibus, eſt uitanda.

Articulus XXII. De ſocio fideli ac ſtudioſo habendo.

[Eccl. 6.] AMicus fidelis protectio fortis. Qui inuenit illum, inuenit theſaurum. Adoleſcentes adhuc innocentes, & nondũ experti hominũ fraudes, faciliter credunt, iuxta quod ſcriptum eſt: [Prou. 14.] Innocens credit omni uerbo, & leuiter attrahuntur, præſertim ad uana & ludicra ac delectabilia carni. Hinc piculoſiſſima eſt eis praua ſocietas & ſodalis incontinens, cũ dicat ſcriptura: [Eccl. 19.] Qui ſe iungit fornicarijs, erit nequã. [Eccl. 13.] Hinc in Eccleſiaſtico fertur: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſupbo, induetur ſuperbiam. Conformiter uitanda eſt ſocietas iracundi, quia ut in Prouerbijs legitur: [Prou. 15.] Homo iracundus prouocat rixas. Qui patiẽs eſt, mitigat ſuſcitatas. & rurſus Salomon docet: [Prou. 24.] Cũ detractoribus ne cõmiſcearis, quia repẽte conſurget pditio eoꝝ. Sic & diſcoloꝝ, potatorum & omnium uitioſoꝝ familiaritas atq; ſocietas pro uiribus ſunt uitãdæ, ne ex aſſociatione cum talibus cõſimilia quis uitia incidat: qd ut ait Pſalmiſta, ſolet contingere iuxta illud: [Psal. 17.] Cum ſancto ſanctus eris, & cum innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cũ peruerſo puerteris. [Eccle. 27.] Propterea denuo in Eccleſiaſtico dicitur: Cum uiro ſancto aſſiduus eſto, & quemcunq; cognoueris obſeruantem timorẽ domini, cuius anima eſt ſecundũ animã tuam. Si igitur ô ſcholaris cupis proficere, diſcolos negligẽteſq; fuge: ſi cupis pacifice uiuere, à contẽtioſis & iracũdis recede, qm ſcriptum eſt: [Eccl. 28.] Homo iracũdus incendit litẽ, & peccator turbabit pacem. Si caſtitatẽ appetis conſeruare, lubricoꝝ conſortia cura uitare: adiunge uero atq; aſſocia te modeſtis, ſtudioſis, facetis & magis pitis, ex qrum conuictu ac ſodalitate in ſcientijs, moribus atque uirtutibus queas proficere: à quibus in

necessitatibus & infirmitatibus possis iuuari, in tristibus & aduersis euentibus consolari, in dubijs consilium bonum sortiri. Homo quippe naturaliter est animal sociale, politicum, indigens confoueri auxilio & consilio proximorum. Hinc quàm magnum & salubre sit, amicum fidelem & collegam utilem ac syncerum habere, in Ecclesiastico docetur, quo legitur: Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamētum uitæ & immortalitatis: & qui metuunt dominum, inueniunt illum. Vnde & in Prouerbijs scribitur: Homo amicabilis ad societatem magis erit amicus quàm frater. Itaque fuge eos, qui choreas & contubernia uisitant fœminarum. Noli uerbis contendere nec bellum committere, quum & in Prouerbijs Salomon protestetur: Honor est homini qui separat se à contentionibus. Ecclesiasticus quoque docet: Non litiges cum petente neque cum homine linguato, nec communices homini indocto. Et iterum ait scriptura: Memento nouissimorum tuorum & desine inimicari, & non irascaris proximo, & abstine te à lite. Pertinet demum ad omnem scholarem, nō esse procacem, inquietum, audacem aut petulantem: sed modestum, uerecundum, pauidū, diligentem, docilem & quietum. Verecundia nanque in iuuenibus passio est laudabilis. Denique his concordat quod octauo Ethicorum ait Philosophus: Duo simul uiuentes, agere & intelligere sunt potentiores. Et hoc plane (ni fallor) est quod in Prouerbijs Salomon fassus est: Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Vę soli, quoniam si ceciderit, nō habet subleuantem. Hinc ait & Seneca: Cum his uersare, qui te meliorem facturi sunt: illos admitte, quos tu possis facere meliores. Fuge societatem ad uitia pertrahentem. Nihil ita damnosum bonis moribus, quàm in spectaculis residere. Illum assume in sociū & amicum, cuius uita & mores, scientia & uirtutes te ualent instruere. Pręterea, de his multa scribit Boethius: Prudentis (inquiens) scholaris constantia semper consorte aliquo gaudeat, cui propriam possit detegere conscientiam, qui nubila existente fortuna, id est, in aduersis ac disfortunijs diligenter subueniat &cæ. Verum ut Seneca, imò & sacra docet scriptura: Non debet quis indifferenter neque faciliter aliquem recipere in talem consortem, sed eū duntaxat, cuius amicitiam, fidelitatem & celandi discretionem sufficienter expertus est. Hinc nempe scriptum est in Ecclesiastico: Si possides amicum, in tentatione, id est, aduersitate, posside eum, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanet in tempore tribulationis. De hoc Tullius scribit diffusius, qui etiam in libro de Amicitia contestatur, quòd non nisi inter bonos, uirtuosos ac sapientes amicitia uera habeatur, & inter tales societas commendanda contrahitur. atque (ut Seneca consulit) ut talem amicum & socium ualeas obtinere, teipsum in primis exhibe bonum. Postremo, de his in suis ait Prouerbijs præclarus Cyrillus: Vni electissimo tantum quum necesse fuerit, pectus crede. Electissima nanque pauca & rara existit fidelitas. Stultorum equidem infinitus est numerus, sapientium ualde paucus. Os autem sapiētum in corde ipsorum, quia nil proferunt nisi ex rationis iudicio, quo os refrenant ne pandat celanda. Cor stultorum in ore ipsorum, quoniam quod uersatur in corde, mox uolat ex ore. Rursus parabolice loquens: Vulpes, inquit, decrepita suorum sibi scelerum conscia, uoluit ut satisfaceret peregrinando. Mox'que peregrinationis eius rumor insonuit, & peregrinanti sociauit se canis. Cui uetula dixit: Latrans & mordens prouocator inimicitiæ es, tecum non ibo. Quo repudiato, accedens onager dixit: Sequar te soror. Ad quam uulpes: In sereno dolens, atque in tenebris gaudens, inuidus es: si malum mihi ingrueret, lętareris: si bonum contingeret, tristareris: recede, quoniam nolo habere in comitem luminis hostem. Quo eiecto, statim se ursus offerens uenit. Cui uulpes: Cito accenderis ira, & paratam uindictæ ungulam habes, non expedit mihi tecum incedere. Si enim in alium ira sæuus irrueres, me sociam tuam confunderes: si uero in me, uereor ne me dilaniares. Deinde leoni secum ire uolēti respōdit: Quæso domine ne mecum pergas, quoniam pectoris tui robore pręsumptuosus & audax es. Tale quid forte in me attentares, unde uix pedem eriperem. Scriptum est enim: Cū audace non eas, quoniam quasi nihil ante illum est sanguis: & ubi non fuerit adiutorium, te elidet. Dimisso ergo leone, pauoni se offerenti: Aureis, inquit, pennis desidiaris atque superbis. tecum non pergam, quia ob tuam pompam & pennam nolo perdere caudam meam. Tunc lupus accurrens: Quęso, ait, ut contrito me, recipias pœnitentem. Cui illa: Rogo te, permitte me scelera mea deflere: quia quum fur sis, tecum non proficiscar, ne tui criminis ac tormentorum particeps fiam. Porco quoque se ingerenti respondit: Vade, nolo tua fœditate sordescere. Postremo, asino se multum præbenti dedit responsum: Recede (di-

Eccl. 6. | Prou. 18. | Prou. 20. | Eccl. 8. | Eccl. 28. | Prou. 18. | Seneca. | Boethius. | Seneca. | Eccl. 6. | Cicero. | Cyrillus. | Eccl. 21. | Prou. 12. | Fabula ex Cyrillo de uulpe. | Eccl. 8.

cens) ò inſenſate, quia alicubi ſine ratione clamares: & occurrentibus lupis, cum teſtulto
confunderer. His itaque omnibus rationabiliter refutatis, ad ambulandum ſecum hos in-
uitauit: Pantheram cuius os redolet, ſimiam quæ in plenilunio gaudet, agnum mitem, le-
porem puſillanimem, erinaceum cute ſpinoſum, bouem de ſuo labore uiuentem, cruſini-
num ſordes uitantem, ſolicitam prouidamq; formicam. Cum quibus quum hilariter per-
geret, obuians ei coruus dixit: Quænam eſt iſta caterua? Cui uulpes: Nimirum electa ſoci
etas eſt prudentis, quum ſcriptum ſit: Cum electo electus eris. Et qui cum ſapiẽtibus gra-
Pſal. 17. Prouer 13. ditur, ſapiens erit. Ad quem coruus: Dic, cũ quibus conuerſatur prudens ut proſperetur?
At illa reſpondit: Cum amatore ſapientiæ, zelatore iuſtitiæ, & amicitiæ fideli cultore. Qui
bus prolatis, cum ſua turma proceſſit.

Articulus XXIII. De his quæ ualent ad bene docendum.

Iſai. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditã, ut ſciam ſuſtentare eum qui laſſus eſt uer
Efficaciter docere cupiens hæc obſeruet. bo. Ad docendum efficaciter ac pfecte primo ualet, ipſam ſcientiã atq; ueritatẽ
clare ac pſpicaciter intelligere, & eſſe reſolutũ in ea. Nam ut Hieronymus ait:
Quod melius ſcimus, melius loquimur. Magiſter ergo uolens idonee diſcipu-
Primum los informare, ea quę legit, tam clare ac euidenter exponat ſcholaribus, quàm penetrati-
II. ue & lucide eã intelligit. Secundũ eſt, tractim legere ac diſtincte, iuxta illud Eſdræ: Legit
2. Eſdr. 8. Eſdras aperte ac diſtincte ad intelligendum. De horum duorum efficacia & excellentia pro
miſit filius dei ſuis diſcipulis: Dabo inquiens, uobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſi-
Lucæ 21. ſtere aut contradicere oẽs aduerſarij ueſtri. Tertium eſt, non ſolum bonã & facundã habe
III. re expreſſionẽ, ſed dulcẽ etiam impreſſionẽ, quæ auditores delectat, multumq; allicit cor-
da eorum ad aduertentiã magnam ac diuturnã. Quartum eſt, ea quæ difficiliora ſunt clarius
IIII. elucidare: & ſicut puerulis frangi‸ cibus ac minutatim porrigitur, ſic ſingulas partes eno
dare, clauſa diſſoluere, & obſcurã in luce expoſitionis euidenter receptibiliterq; iuxta au
dientium capacitatem proponere: & prout exegerit ratio, aliquoties idem repetere. Quin
V. tum eſt, diſcipulorum inſtructionẽ ex corde appetere, non propriam ſcientiam uelle oſtẽde
re, nec ſupra ſe in magnis ac mirabilibus tranſuolare, utendo ſubtilibus terminis, raris uo-
cabulis, aut inuoluto ac profundo ſermone: imò ea quæ alij p uerba huiuſmodi expreſſe-
runt, p dictiones claras ac faciles deſignare. Hinc in Iob habet: Quis eſt iſte inuoluens ſen
Iob. 38 Sapi. 6. tentias ſermonibus imperitis? E contrario in libro Sapiẽtię ait uir ſapiẽs: Quid ſit ſapientia
& quẽadmodum facta ſit referã, & ponã in lucẽ ſciẽtiam eius, & nõ pręteribo ueritatẽ, ne-
q; cũ tabeſcẽte inuidia iter habebo, qm̃ talis homo nõ erit particeps ſapiẽtiæ. Hinc ut aſſe-
rit Auguſtinus: Expoſitor ſcripturarum nõ debet tã ornato atq; difficili ſtylo uti, ut eius q̊q;
expoſitio expoſitione indigeat alia. Sextũ eſt, p ſimilitudines aptas & exẽpla conueniẽtia
VI. in naturalibus & artificialibus ueritatẽ dilucidare, intellectusq; falſos & apparẽtes tm̃ ex
VII. cludere. Septimũ eſt, ut rector ſeipſum ſuis diſcipulis exhibeat uenerabilẽ, probũ, auten-
ticũ, non nimis familiarẽ, ſed amabilẽ potius ac timendũ: quod totũ agit, morigerate ſe ge-
rendo, exẽplariter conuerſando, uirtuoſe uiuendo. Non ergo ſit leuis in moribus, nec fa-
Gregorius. ma uilis. Nempe ut ait Gregorius, non facile doctrina rectoris recipitur, ſi leuis eſſe in mo
ribus deprehendatur. Cumq; plus ſit docere facto q̃ uerbo, ac ualidiora ſint ad perſuaden-
dum exempla quàm dicta, dum rector p uana ac impia geſta propriã infirmat doctrinã,
Leo papa. inefficax reputatur ipſius inſtructio. Hinc loquitur Leo Papa: Facilis ſit ratio ad docendũ,
efficax ad pſuadendũ. ualidiora tñ ſunt exẽpla q̃ uerba, & pfectius eſt opere docere q̃ uo-
Cyprianus ce. Hinc loqtur Cyprianus: Auditores doctrinæ dicta contẽnunt, dũ rectoris opera ab in-
formationis eloqo diſcrepare cõſpiciũt. Nec unquã ſit efficax prædicãtis autoritas, niſi eã
effectu exẽplorumq; opis cordi affixerit audientis. Vnde & Auguſtinus: Obediẽter inqt, non
auditur, qui ſeipſum non audit. Imperialiter uero docetur, quod prius agitur q̃ profertur.
VIII. Octauũ eſt humilitas ac modeſtia in docendo, ita ut docẽs quicquid boni in ſe eſt deo gra
tanter attribuat, ac ante lectionẽ deũ precet, ut & ipſe efficaciter legat, & à diſcipulis be-
ne intelligatur, fructuoſeq; audiatur: quia utrunq; eſt dei donũ, à quo profluit om̃e bonũ.
Nonum eſt, ea quæ dicit, p autoritates & rationes aptas probare, eademq; ſecundum uer-
IX. ba diuerſa cũ moderamine iterare. Poſſunt & alia his ſimilia ad idẽ ualentia aſſignare, ut pu
ta diſcretionem in prolixitate aut breuitate ac numero lectionum tenere, nec audientium
mentes tædio fatigare. Hæc igitur obſeruet magiſter, ut uere condignus ſit magiſter uo-
cari, ac inſtruendo illuminationem à deo in præſenti per gratiã promereri, beatificã quo-
q; uiſionem in futuro ſortiri.

Articulus XXIIII. Quòd superiores in uillis seu urbibus debeant prouidere, ut in ipsis sint literati idoneiq; rectores scholarium.

MVltitudo sapientũ sanitas est orbis terrarum. Quàm ineffabiliter multa ac magna bona proueniant tam ipsis scholaribus, quàm communitatibus in quibus sunt oriundi ac degunt, ex hoc quod in pueritia et adolescentia sua diligenter in scientijs, moribus atque uirtutibus imbuuntur, exercentur ac habituantur, ex præinductis multipliciter elucescit. Adolescentes nanq;, prout in pueritia ac adolescẽtia instruuntur, assuescunt & sentiunt, habere se solent in progressiori ac maturiori ætate: hoc est, ut in iuuentute, sic & in senio, prout commune est dictum: Sapi. 6.

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Vnde & supra allegata sunt uerba Salomonis, dicentis: Prouerbium est, Adolescẽs iuxta uiam suam etiã cum senuerit, non recedet ab ea. Etenim dato quòd postea mortaliter peccans gratiam perdat & uirtutem infusam seu acquisitam, manent tamen reliquiæ quædã priorum habituum & habilitas maior, inclinatio pronior, dispositio fortior ad sciẽtiam ac uirtutes. Scientia quoq; ac sapientia, ut sunt habitus naturales seu acquisiti, & uirtutes quędam acquisitæ consuetudinales, stare queunt cum culpis mortalibus, per quas aptꝰ & pronus est homo ad multa bona opera, quamuis nõ meritoria: imò & cæteris paribus, ad gratiam gratumfaciẽtem, ad uirtutes infusas & ad septem dona spiritussancti magis extat dispositus: sicq; tales adultæ ætatis effecti, melius conuersantur, prudentiores existunt, & exemplariores sunt cæteris. Deniq;, quidam ipsorum ad officia, dignitates atque regimen promouentur communitatis seu politiæ: sicq; ex eorum prudentia, scientia atque uirtute bonum reipublicæ pendet, promouetur & cõseruatur. Ipsi item deinceps sobolem suam faciunt edoceri, ita ut communitati ac alijs copiosius ualeat deseruire. Cum igitur rectores & superiores ciuitatum teneantur pro uiribus prouidere bono communi, & illud procurare pro posse, certum est quòd tanto plus obligantur disponere, ut in urbibus qbus præsunt, sint literati ac morigerati rectores scholariũ, quanto ex hoc maius ac multiplicius bonum prouenit oppidis ipsis ac urbibus: & præsertim si urbes ipsæ bene sint sitæ, ut undiq; confluant scholares ad ipsas, et uictualibus abundent. Præterea, sicut patet ex dictis, parẽtes communiter tenentur per se aut per alios, potissime per magistros scholarium, pueros suos diligenter instruere, disciplinare, domare, & in moribus ac uirtutibus educare. Hinc diligentissimi esse debent ad procurandum quòd in locis eorum sint bonæ scholæ, ne pueri ipsorum discoli fiant, indomiti, indisciplinati, tandemq; filij perditionis, crescẽdo ac manendo in uitijs: & quamuis uelint fortassis filios suos ad meliores alibi mittere scholas, expedit tamen ut in proprijs oppidis sint prius competẽter fundati ac domiti. nec omnibus adest facultas sustentandi sic filios suos in alijs urbibus. Insuper, per hoc quòd scholæ bonæ habentur in ciuitatibus, fiunt ciuitates magis famosæ, & extranei in ipsis proficientes charitatiuum ad ipsas affectum concipiunt: opportunitate quoque data, libẽtius prosunt ac seruiunt ipsis: ciues quoque atque mechanici commoda quędam & lucra ab extraneis scholaribus secum commorantibus assequuntur. Nec ex hoc retrahi debent, quòd aliqui pauperes & mendici scholares superueniunt ipsis, quasi inde grauẽtur: imò pijssimum est scholaribus illis succurrere, ut tangit Boethius, & meritoriũ maxime. subuenientesq; ipsis fiunt participes uniuersorum bonorum, quæ postmodum agunt scholares illi in dei obsequio per scientiam, tunc aut taliter acquisitam. Neque infideliter ęstimandum est aut pauendum, quòd ciues eleemosynas largiendo fiant inde pauperiores. Nempe ut sancti affirmant doctores, Hieronymus, Augustinus & alij, et deus frequenter ꝑ gloriosa monstrauit miracula, opera pietatis & misericordiæ, fidelis persolutio decimarum, primitiarum & oblationum, constructio ecclesiarum, fundatio religiosorum locorum, in quibus obseruantia uiget monastica, quatuor prẹmia promerentur à iudice summo, uidelicet uitam longiorem ac saniorem, & abundantiam temporalium ampliorem, ita quòd omnium dator bonorum omnipotens benedicit agris & fructibus. & hæc sunt temporalia bona. In spiritualibus etiam bonis consequuntur dona gratiæ ac uirtutum in isto exilio, deinde munera glorię cœlestis in paradiso. Hinc & rectores urbium liberaliter prouidere debent de competenti stipendio idoneis ac ualentibus magistris scholarium annue tribuẽdo. Postremo, ne per scholares maioris ætatis fiant enormes excessus, contentiones, lites aut incontinentiæ genera, expedit ut commune ponatur edictum, quòd nullus extraneꝰ permittatur in urbe frequentare, nisi acquiescat magistris subdi, & prout meruerit, corrigi: quod si renu

Prou. 22. Hieronym. Augustinus Consiliũ Dionysii.

erit, expellatur, magistrisq; scholarium ex parte communitatis diligenter dicatur & committatur: si uelint gaudere stipendijs, ut sine personarum acceptione rigorem custodiant disciplinę, ac taliter corrigant excedentes, quod tam ipsi quam cæteri uereantur ac refrenentur.

Articulus XXV. De abusionibus breuiter, prout ad præsentem spectat materiam.

Tobiæ.4 SVperbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo animo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Cum omnium radix & origo uitiorum existat superbia, qui eam in adolescentia sua & quando adhuc sub ferula est magistri, amplectitur, & eam in suo stabilit corde, non mirum si procedente tempore paulatim in grauiora, ac tandem in uniuersa atque grauissima ruat facinora. Hinc martyr Christi præinclytus, præsul & doctor Cyprianus, inter duodecim abusiones, quæ antonomatice abusiones queunt uocari, ponit adolescentem sine obedientia, & Hugo inobedientem discipulum. Cyprianus quo patet, quàm singulariter peruersum sit & enorme, discipulum (præsertim adhuc adolescentem) non obedire, sed recalcitrare magistro, disciplinæ reniti, obedientię iugum abijcere, & instar onagri in deserto in propria uiuere libertate. Qui hoc agit, damnationi expositus est & omni repletur iniquitate. Hinc asserit Cyprianus: Hac abusione à rationis tramite seculum deprauatur. Qualiter nanq; in senectute obediri & obsequi sibi sperare potest, qui in adolescentia sua senioribus ac magistris obedire ac subdi cõtemnit? Vnde apud ueteres fuit prouerbium: Seruiri nequit ei qui prius alteri seruitutem denegat exhibere. Quemadmodum ergo in senioribus ac magistris sobrietas & morum perfectio requiruntur, ita in adolescentibus obsequium, subiectio & obedientia exiguntur. Porro duodecim abusiones, quas ponit Cyprianus, sunt istæ: Sapiẽs (.i. literatus) sine moribus ac bonis operibus, senex sine religione, adolescens sine obedientia, diues sine eleemosyna, fœmina sine pudicitia, dominus sine uirtute, Christianus contentiosus, pauper superbus, rex iniquus, episcopus negligens, plebs sine disciplina, populus sine lege. Istę duodecim abusiones ad seculum magis pertinere uidentur. Hugo autẽ ponit duodecim abusiones, quæ ad claustrales ac clerum præcipue pertinent, & sunt istę: Prælatus negligẽs, iuuenis otiosus, monachus curialis, habitus monachi pretiosus, rumor in claustro, dissolutio in choro, discipulus inobediẽs, senex obstinatus, monachus causidicus, cibus exquisitus, lis in capitulo, irreuerentia circa altare.

Cyprianus. XII. abusiones secularium

Hugo. XII. abusiões

Articulus XXVI. De pertinẽtibus ad magistros scholarium, & qualiter suam debent rectificare intentionem, ne pro actibus & coicationibus spiritalib⁹ tpale aliqd intẽdendo aut exigẽdo Simoniacã incidãt prauitatẽ.

1. Tim. 6. Eccl. 10. RAdix oĩm malorũ est cupiditas, ut ait Apls. Et nihil iniquius quam amare pecuniã, ut in Ecclesiastico legitur. Quod intelligẽdum est, nisi pecunia & quęcunq; tẽporalis possessio ad licitũ finem ordinetur, spũaleq; bonũ plus reqratur, aut cõgregetur quam utile est aut necesse ad bona uirtutũ ac uitam laudabilẽ. Media nanq; secundũ exigentiã finis moderari ac mensurare oportet. Itaq; Hostiensis, Raymũdus, Iohannes, Durandus, ac alij quęrũt in Sũmis suis: Vtrũ magister possit scholaribus collectam imponere, uel illam ab ipsis exigere. Et uidetur quod non, quia scientia & informatio morũ spiritalia bona sunt, pro qbus tẽporalia quęrere Simoniacũ esse apparet. Ad hoc respõdent: Si magistro annexũ est sufficiẽs bñficiũ siue sufficiẽs stipendiũ publicũ, nõ licet ei aliqd plus à scholaribus exigere: alias Simoniã cõmitteret, qm̃ uẽderet spũale obsequiũ, ad qd ex suo obligat officio. ad qd probandũ uaria iura allegant ex Decretalibus & Decreto. Veruntñ spõte oblata possunt recipe. Porro si tale bñficium aut stipendiũ nõ sit magistro annexũ, aut nõ sufficiat ei pro necessarijs sibi, potest pro laborib⁹ suis collectã accipe. Videtur quoq; Hostiẽsis sentire, quod etiã à clericis ecclesiæ liceat ei exigere, non tñ à paupe, cũ ipse pauperibus debeat potius subuenire. Atq; ut addit Gulielmus, exactio illa non debet esse coactoria, ita quod nisi soluãt, expellat eos à scholis, aut accipiat res illorũ, sed potius eis suã indigẽtiã exponẽdo. Deniq; scdm Hostiẽsem intelligẽda sunt oĩa ista, si magister existat sufficiens. quod si insufficiens fuerit, & nihilominus officiũ docendi assumit, nõ est ei ex debito prouidẽdum, sed culpã imputet sibi. Si uero sufficiens sit, & prouisionẽ non habet, etiam si sit diues, potest à diuitibus licite collectam accipere, quoniam non tenetur eis gratis seruire. Hęc & multa his similia dicuntur in Summis, & ex iure extracta sunt, ubi & multa de ista materia quæruntur. Quocirca considerandum est & seruandum, ut pro spiritali bono impenso & pro spiritalibus actibus atque officijs, sicut pro allatione corporum defunctorum cum processione & cantu, pro sepultura, pro Reliquijs adducendis & consimilibus, rectores & alij

De stipendio recipiendo a studentibus.

aliĳ non temporale intendant, præfigant, requirant tanquã principale præmium, nec tanquam spiritalium pretium rerum, sed solum tanquam stipendium uitę, & pro suo corporali labore, ut secundariam quandam mercedem, quia ut ait saluator, Dignus est operarius mercede sua: & item ut laudabilis consuetudo seruetur in talibus, imò uniuersum suum conatum, laborem ac diligentiam, quos rector impēdit, exhibet & exercet circa scholares, debet ex charitate dei ac proximorum, præsertim discipulorum suorum, principaliter exhibere propter dei honorem & gloriam, & ob suam ęternam salutem: imò ut tam sancta opa exercendo crescat quotidie in omni gratia ac uirtute, proportionaliterq́; in augmento felicitatis æternę. Est quippe angelicum opus, & quasi actus hierarchicus scholares ita purgare, illuminare, perficere, disciplinare, domare, à uitiis cohibere, ad bonos mores atq; uirtutes inducere ad omnipotentis creatoris obsequium, ad ecclesiasticum statũ, ad bonum cõmune, ad uitam religiosam disponere & adaptare, quod synceriter ex charitate & recta intẽtione agendo maxime promeretur, & sine dubio particeps erit omnium bonorum, quę ex sua informatione & cooperatione discipuli sui unquã peregerint, nisi quod absit, ipse peccando ponat obstaculum sibi. Absit ergo ut actus tam inclytós ac diuinos, pręclaraq; dona sapientiæ, scientiæ ac uirtutum administret, communicet, impartiatur discipulis principaliter ob lucrum aut commodum temporale seu humanum fauorem, transitoriumq́; honorem. Præsertim cum de magnis illis gẽtilium philosophis ac magistris Socrate atq; Pythagora recitetur, quòd à discipulis suis dedignabantur temporale emolumentum & lucrum recipere, arbitrantes scientiam & doctrinam moralem cunctis bonis terrenis incomparabiliter pretiosiora pręstantioraq; esse bona. Decreueram demum aliquid de arte & modo dictãdi inserere huic opusculo, sed qa de hoc sunt speciales tractat⁹ diuersi satis magistraliter æditi breuitati studens rescindo, exhortans rectores, ut tales tractatus exponant discipulis, & in arte dictandi rhetoricę exercitent ac prõptificent eos, cum adhuc ars tendat grãmaticę. Sic itaq; omnia ordinate à magistris scholaribusq; agantur ad laudẽ & gloriã super gloriosissimi creatoris, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

AD LECTOREM.

POsteaquam bonorum uirorum non tam opę q̃ opera, idq; non absq; diuino auxilio, Dionysius hic noster caput exerere in publicumq; prodire cœpisset, præter omnem adeo spem nostram, ex omnibus penè dixerim huius nostri orbis angulis, diuini huius uiri scripta ad nos certatim perferũtur, taliaq; præcipue, quorum nulla apud eius uiri uitæ descriptores facta est mentio: ut id planè nobis in diuulgando Dionysio accidat, quod Herculi illi unico monstrorum confectori, in conficienda portentosa illa Lernæa hydra, fabulæ prodiderunt accidisse, ut cui uno resecto capite, tria repullularent. Cum itaq; opera Gulielmi Vuelleni Carthusianorum Ruremunden. bibliothecæ præfecti, indefessi nostro in hoc stadio synagonistæ, nostriq; Dionysij lucubratiuncularum conquisitoris omnium diligentissimi, aliquot libelli Dionysiani in manus nostras peruenissent, inter cæteros & hunc de prædestinatione accepimus: qui etsi Dionysium inscriptione non referat, tamen quia doctissimorum theologorum calculis, quorum censuræ à nobis traditus erat, mirifice probaretur, illum tibi non potuimus non obtrudere, idq; propterea, quod nos non lateat, quantum prædestinationis negotium infirmas quorundam conscientias exercere sit solitum. Vale.

DE PROVIDENTIA,

PRAEDESTINATIONE ET PRAESCIENTIA DEI, QVO ad hominis æternam salutem.

QVIA omnis disputatio & determinatio incipi debet à nomine, pro eo quod secundũ Sapientem nomẽ est indicãns qd est esse rei, ut dicit octauo Metaphysi. ideo uideamus primo, quid per nomẽ prędestinationis importet: aliàs ignorato nomine, ignorat quid significet per nomen. Igit prędestinatio cõponit ex hac prępositione præ, quę designat ordinem in finem futurum, & destinatio, quod est missio uel directio: unde aliquis dicit nuntium destinare, qui aliquem dirigit uel mittit ad aliquem. Augustinus in libro de Prędestinatione sanctorum: Quid est prædestinatio nisi alicuius destinatio? Et qa id quod proponimus in corde ad exequendum dirigimus sic in finem: ideo id quod pro- Prædestinatio unde dicta. Prædestinatio quid.

2. Machab. 6. ponimus dicimus destinare secundum illud secundi Machabęorum de Eleazaro, qui destinauit in corde suo non admittere illicita propter uitę amorem. Sic deus cum proponit aliquem saluare, dicitur illum prædestinare. Vnde cũ prædestinare non fit nisi eius quod est: quia nullus potest mittere quod non est. Prædestinare ratione præpositionis adiunctę scilicet præ, denotat ordinem ad futurũ euẽtum eorum qui sunt, & non eorum qui non sunt. Et propter hoc prędestinatio ponitur sub prouidentia, tanquã pars eius, quia prouidentia ducit ordinem in finem. Prouidentia ponitur etiam à Tullio respectu futuri temporis. Et à quibusdam diffinitur sic: Prouidentia est præsens notio futurorum pertractans euentũ.

Prouidentia quid.

Articulus I. In quo differunt prędestinatio & prouidentia.

QVia uero dictum est, ꝙ prædestinatio continetur tanq̃ pars sub prouidentia: ne possit aliquis credere, ꝙ idem essent, quia pars & totum multam habent conuenientiam, ideo uidendum est in quo differat ab ea. Et dicendum, ꝙ differt in duobus, q̃tum ad præsens spectat: Primo, quia prouidẽtia uniuersaliter & absolute dicit ordinem ad finem aliquem ad quem ordinatur, siue sint rationabilia siue irrationabilia, siue bona siue mala, siue saluandi siue damnandi: Prædestinatio uero tantum ad bonos saluandos. Secundo differunt, quia in qualibet ordinatione ad finem est duo considerare, scilicet ipsum ordinem & exitum, uel euentum ordinis: Non enim omnia quæ ordinãtur in finem, semper prosequuntur eum. Prouidentia aũt ordinem tantum respicit in finẽ. Vñ per dei prouidentiam omnes homines ad beatitudinem ordinantur, sed non omnes beatificantur. Prædestinatio tam ordinem in finem, q̃ ipsum euentum & exitum ordinis infallibiliter consequitur: Nam quos prędestinauit hos, & uocauit &c. & idem alibi: Qui prędestinauit nos in adoptionem filiorum dei scdm propositum uoluntatis suæ.

Roman. 8. Ephes. 1.

Articulus II. Quomodo se habeat prædestinatio ad electionem, dilectionem, gratiam & gloriam.

VIso quomodo se habeat prædestinatio ad prouidentiam, considerandũ est quõ se habeat ad electionem & dilectionem ipsam præcedentes, & gratiam & gloriam ipsam sequentes, ut ipsa prædestinatio possit nobis aliqualiter fieri manifesta. Nam tunc aliquid perfecte cognoscitur, quando nota sunt ea quę pręcedũt & sequuntur. Ad qđ dicendum est, ꝙ prędestinatio non scdm tempus, sed scdm rationem tantum pręsupponit electionem & dilectiõem. Electio uero pręsupponit dilectionem: deus enim nunq̃ aliquem prędestinaret, nisi salutem eius uellet, ad qđ pertinet dilectio & electio. Dilectio uero inquantum uult bonum salutis æternæ: nam diligere est alicui uelle bonum: electio aũt qñ hoc uult bonum aliquibus prę alijs, cum quosdam reprobet, ut infrà dicetur. Dilectio aũt & electio aliter se habent in deo & in nobis. Non enim uoluntas nostra diligens aliquem causat in eo bonum quo diligatur, sed ex bono existente in re dilecta incitatur ad diligendum, & ideo eligimus aliquem anteq̃ diligamus: & sic electio præcedit dilectionem in nobis. In deo aũt est econuerso. Nam cũ deus diligit aliquem, uoluntas eius & dilectio est causa ꝙ illud bonum qđ ipse uult ab eo præ alijs habeat: & sic in deo præcedit dilectio electionem, & electio prædestinationem scdm rationem. Vñ oẽs prædestinati sunt electi & dilecti. Elegit enim nos in ipso ante mundi constitutionem. Ad prædestinationem autem duo sequuntur, scilicet consecutio finis, quæ est glorificatio: & collatio auxilij ad consequendum finem, quę est appositio gratię, qđ ad uocationem pertinet. Vñ prędestinationi duo effectus assignantur, scilicet gratia & gloria, iuxta illud: Gratiam & gloriam dabit dominus.

Ephes. 1.

Psal. 83.

Articulus III. Quis possit prædestinare.

OStenso autem quid pręcedat & quid sequatur, uidendum est cui competat prędestinare. Et est dicẽdum ꝙ soli deo competit prędestinare. Oĩa eñ diuinę prouidentię subiacẽt: sed ad prouidẽtiam pertinet res in finem ordinare, ut dictum est. Finis autem ad quem res ordinantur creatę, duplex est. Vnus & primus qui non excedit finem naturę, sed est ei proportionatus, quem res creata potest cõtingere per uirtutem suę naturę: sicut homo potest ratiocinari, & ignis calefacere: & ad hoc nõ indiget aliq̃ auxilio supra naturã iuuante. Alius finis est & secũdus, qui excedit proportiõem naturæ, similiter & omnem eius facultatem, & hic finis est uita æterna, quę in diuina uisione cõsistit, quę est super oẽm uirtutem cuiuslibet creaturę. Et ideo oportet ut ad hũc finem ab alio trãsmittatur, sicut sagitta à sagittãte ad signum ad quod per se nullatenus potest peruenire. Vñ cum solus deus possit uitam æternam dare, iuxta illud: Ego uitam ęternam do eis ideo

Ioh. 10.

ideo solus deus habet ad illum beatum finem uitæ æternæ aliquos prædestinare. Nã quos Roma. 8
præsciuit. s. deus, & prędestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aũt pdestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit. Quos aũt iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hęc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Vere nullus ut noceat.

Articulus IIII. Quis possit prędestinari.

EX quo ostensum est, φ solius dei est prædestinare actiue, consequenter uidendũ est cuius sit prædestinari passiue. Et dicẽdum φ eorũ quæ fecit deus, quędam sunt capacia uitę ęternę, respectu quorum non est prędestinatio actiue aut passiue, sicut sunt omnes creaturę insensibiles & irrationales, quia carent ratione & cognitione intellectuali, qua mediante uita æterna habetur, ut ipse Christus ait: Hæc est aũt uita æterna, ut cognoscant te solũ deum uerũ, & quẽ misisti Iesum Chr̃m. Ideo nullæ creaturę insensibili, sicut est terra & aqua, & irrationabili, sicut equus & mulus cõpetit aliqualiter prędestinari. Quędã aũt alia sunt qbus cõpetit uita ęterna, quia ipsius possunt esse capacia, eo φ hñt rõnem & cognitionẽ. Et ista aut nunq̃ fuerũt misera per aliq̃d pctm̃, sicut angeli q fuerunt in gr̃a, & istis cõpetit prędestinari rõne intellectualitatis: aut aliq̃n fuerunt misera, sicut homines q̃s miseros facit pctm̃: est em̃ quilibet homo peccator saltẽ pc̃tõ originali, unde psal. Ecce em̃ in iniquitatibus (ait) cõceptus sum &c. Vnde hoĩbus cõpetit prædestinari tũ rõne miserię, quę opponit̃ beatitudini, tũ rõne intellectualitatis seu rõnis, cui cõuenit dilectio & cognitio dei, & per consequens beatitudo, respectu cuius directe est aliquẽ prædestinari.

Ioh. 17 — prouerb. 14 — psal. 50

Articulus V. Quid sit prædestinatio.

POstq̃ ostensum est, cuius sit prædestinare & prędestinari, considerãdum est quid sit prędestinatio. Et dicendũ est φ prędestinatio ex parte prędestinantis signat collectionẽ siue collationẽ alicuius magni boni, & ex parte prædestinati indigentiam eiusdem boni, sine quo bene esse non potest prędestinatus. Indiget aũt rõnalis creatura cum de se sit misera, ut in præsenti uita prius à deo, qui est summũ bonũ, sibi de sua beatitudine prouideat. Sed quia prouidẽtia in prouidente necessitatẽ ponit, oportet scdo ut bonũ prouisum ab ipso cõferre prouidente proponat. Et tertio quia propositũ nõ sufficit, necessario conuenit ut in uita præsenti pręparet, & ut in futuro conferat. Et istis sic habitis creatura rõnalis beata erit. De his oĩbus dicit B. Augustinus in glossa sup illud vbũ Aplĩ Quos pręsciuit & prędestinauit &c. Prędestinatio est scia & pręparatio beneficiorũ dei. De scdo in libro de prędestinatione sctõrũ, φ prędestinatio est propositũ miserendi. De tertio & quarto in eodẽ lib. φ prędestinatio est pręparatio gr̃ę dei in pręsenti & glorię in futuro. gr̃æ. s. ad merendũ in pręsenti, & glorię ad fruẽdum in futuro. Item idem in eodẽ: Prędestinatio est pręparatio bñficiorũ dei. Sic igit̃ patet q̃d prędestinatio scd̃m Augustinũ est pręscientia uel prouidẽtia propositũ miserẽdi, & pręparatio bñficiorũ dei. Executio vo pdestinationis est uocatio & magnificatio iuxta illud: Quos prędestinauit, hos & uocauit &c.

Roman. 8 — ibidem.

Articulus VI. Vtrum prædestinatio causam habeat, & specialiter præscientiam meritorum.

POstq̃ declaratũ est quid sit prędestinatio, cõsiderare oportet, utrum ponat aliquid in prędestinato. Et dicẽdũ est φ prędestinatio potest dupliciter cõsiderari. Primo, q̃tum ad seipsam, scdo q̃tum ad eius executionem, prout est in prędestinatis. Si cõsiderat̃ primo mõ, nihil ponit in prędestinatis, sed in prędestinante. Et hoc patet duplici ratione, primo quia prędestinatio est pars prouidentię, sed in prædestinãte, ergo nihil ponit in prædestinatis, sed in prædestinante. Secundo quia actiones scd̃m Philosophũ trãseuntes in exteriorẽ materiam, ut cõbustio quæ transit in cõbustibile, & secatio quæ transit in lignum secabile, ponunt aliquid in his quæ transeũt. Actiones uero quæ nõ transeũt in exteriorẽ materiã, sed manent in agente tm̃, nihil ponũt extra agentẽ, sicut intelligere, uelle & amare, nihil ponũt in ipsa re intellecta, uolita & amata, sed in intelligente, uolente & amãte. Cum igitur prædestinatio sit actio manens in prædestinante, nihil ponit extra ipsum. Si aũt consideretur scdo mõ prædestinatio. s. quantum ad suam executionem passiue dictam, quę est quędam pręparatio ad bonũ, & gubernatio à malo, sic ponit aliquid in prędestinato, sicut ponit pręparatio in pparato, & gubernatio in gubernato. Vñ prædestinatio actiue sumpta, ponit aliquid in prędestinãte. Passiue uero ponit in pdestinato, quia scd̃m b. Augustinũ, prędestinatio est pręparatio gratię in pręsenti, quę ponit aliquid in gratioso, & glorię in futuro quę ponit nihilominus in glorioso.

Prædestinatio dupliciter consideratur.

Articulus VII. Vtrum prædestinatio ponat aliquid in prædestinato.

In prædestinatione duo sunt consideranda.

POstquam determinatum est ꝙ prędestinatio actiue non ponit aliquid in prędestinato, sed in prędestinante, inuestigandum est, utrum habeat causam aliquā, & maxime præscientiam meritorum per prędestinationem faciendorum. Ad cuius euidentiam considerādum est, ꝙ in prædestinatione est duo cōsiderare. Primo ipsam prædestinationem æternam: secundo, duplicem eius effectum, temporalem, scilicet gratiā & gloriam. De primo dicendum est, ꝙ prędestinatio includit in se uolūtatem diuinam: qa secundum Augustinum est propositum miserendi: ideo quęrere causam prędestinationis ęternę, est quęrere causam uoluntatis diuinę, quæ nullo modo potest nec debet quæri ab aliquo: Nullus enim unq̄ fuit sic insanę mentis, qui diceret merita esse causam diuinę prędestinationis ex parte actus dei prędestinantis: sed ex parte uolitorū dei potest assignari causa, inquantum deus uult aliqd esse propter aliud, ut infrà dicetur. Quantum uero ad secūdum, scilicet effectum prędestinationis, utrum causam habeat uel non, q̄d uertitur in quęstione, an deus pręordinauerit se daturum effectum prędestinationis alicui propter aliqua bona merita per ipsum facienda. Circa quod diuersæ fuerunt opiniones: Nam quidam dixerunt, ꝙ sic: propter merita pręcedentia effectum prædestinationis. Et isti diuisi sunt: qa Origenes posuit, ꝙ animæ omnium hominum ab initio creatæ fuerunt, & propter merita quæ in uita illa meruerunt præcedentia gratiam & gloriam, qui sunt effectus prædestinationis, prędestinatæ fuerunt ad diuersos status, & diuersis corporibus unitæ. Hanc autem

Roma. 9 opinionem falsam & erroneam excludit Apostolus, dicēs: Cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni uel mali, non ex operibus, sed ex deo uocante dictum est: Maior seruiet minori. Fuerūt autem alij qui bona facta in hac uita posuerunt causam effectus prędestinationis, sicut Pelagiani, dicentes initium boni faciendi esse in nobis & ex nobis: quibus contradicit Augustinus in Sermone martyrum dicens: Nempe uox uestra est, ꝙ homo ex

Ioh. 15. semetipso facit iustitiam, hoc est altum elationis uestrę: sed ueritas contradicit, dicens: Palmes non potest facere fructum à semetipso, nisi manserit in uite: cōsummatio uero ex deo est. Et quia unum initium boni perducit ad opus bonum, aliud uero non, ideo uni datur effectus prædestinationis, & non alteri. Initium aūt boni quod in nobis ponebat, dicebat ꝙ

2. Corin. 3. erat præparatio ad gratiam. Sed hanc opinionem excludit Apostolus, dicēs: Non enim sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Nullum autem principium uel initium boni uel mali pręcedit cognitionem. Vnde nō potest dici, ꝙ aliquod initiū boni existat in nobis, quod sit ratio & causa prędestinationis. Fuerunt & alij qui dixerunt, ꝙ merita bona sequentia effectum prædestinationis, sunt ratio & causa prędestinationis, ut intelligatur ꝙ ideo deus dat gratiam alicui & gloriam, & pręordinauit se prędestinando daturum, quia pręsciuit eum bene usurum: Sicut rex dat equum bonum militi, quem scit eo bene usurum & in bello optime pugnaturum, & non illi quem scit formidolosum & fugitiuum. Sed isti sicut primi errauerunt, quia homo quicquid boni facit, siue ex libero arbitrio, siue ex gratia dei, totum est à deo prędestināte. Ideo nullo modo potest poni causa prędestinationis: sequeretur etiam magnum inconueniens, si præsciētia meritorum poneretur causa prędestinationis: quia nullus saluaref, qui talia merita non esset habiturus: & sic nullus puer etiam baptizatus moriens saluaretur, quod est contra fi-

Matt. 19. dem & scripturam sacram, dicētem: Sinite paruulos uenire ad me, taliū em̄ est regnū cęlorū. Exclusis ergo opinionibus falsis, dicendum quòd effectus prędestinationis potest dupliciter considerari: Primo mō in particulari, secundo mō in uniuersali. Primo mō nihil prohibet aliquem effectum prędestinationis esse causam & rationē alicuius, sicut gratia dei quæ datur homini in uita pręsenti, est causa meritoria ipsius gloriæ: nunq̄ em̄ aliquis potest gloriam habere, nisi prius habeat gratiam, qua mediante gloriam mereatur. Vnde Apostolus:

Roma. 6 Gratia dei uita æterna .i. per gratiam acquiritur uita æterna. Ecōtra, gloria est causa & ratio gratiæ, qa nunq̄ datur gloria nisi propter uitam æternam. Scdo mō potest considerari effectus prædestinationis in communi, & sic impossibile est ꝙ causam habeat ex parte nostra: qa quicqd est in homine ipsum ordinans ad salutem, totum comprehenditur sub effectu prædestinationis, siue fint bona faciendo, cogitando, loquendo, agendo per se uel per alium: siue fint mala sustinendo à quocunq; fiant: imò ipsa præparatio gratiæ est à deo, sine

Thren. 5. qua nullum bonum facere potest homo, secūdum illud: Conuerte nos domine ad te, & cō-

Tit. 3 uertemur, scilicet ad tuum mandatum. Et Apostolus: Non ex operibus (ait) iustitię quę fecimus nos, sed secūdum misericordiam suam saluos nos fecit: sicut autem nos fecit saluos, ita

&

& hos prędestinauit saluandos. Non ergo pręscientia meritorum est causa uel ratio prędestinationis, sed ipsa bonitas diuina est causa praedestinationis, & ois effectus eius, ad quē ordinatur sicut ad finem, & procedit ab ea sicut à principio mouente.

Articulus VIII. Vtrum prędestinatio sit certa, uel an falli possit.

EX quo merita non sunt causa praedestinationis, sed bonitas diuina, cōsiderandum est, utrum praedestinatio sit certa, uel falli possit unquam. Et dicendum, ꝙ certitudo alicuius dupliciter haberi pōt: Primo mō in generali per intellectum, & in particulari per sensum: sic certitudo prędestinationis pōt haberi in generali: Primo sic, ꝙ omnis prędestinatus saluabitur: Et hoc certum est, & nunquam potest contrarium mō aliquo euenire. Quos enim pręsciuit, hos & uocauit &c. Secundo in particulari, utrum scilicet Petrus prędestinatus saluetur. Hoc autem potest considerari uel ex parte causae proximę scilicet liberi arbitrij, uel ex parte dei ipsius praedestinantis. Primo mō potest saluari & non saluari, quia in eo est facere bonum & non facere, & si facit saluabitur, si uero non, damnabitur. Eodem modo dici potest, ꝙ mori potest in mortali peccato & non mori, quia in potestate & uoluntate sua est confiteri & non confiteri. Et isto modo praedestinatio non habet certitudinem, sed contingentiam, quia sua causa proxima non est certa, sed dubia & contingens. Secundo modo scilicet ex parte dei, & sic impossibile est Petrum praedestinatum non saluari, quia sicut lapis de sua natura habet ꝙ moueatur deorsum & non sursum, sed ex parte proijcientis habet quòd moueatur sursum uel deorsum. Ita praedestinatus ex parte sui potest saluari & non saluari: sed ex parte dei necessario saluatur: non ꝙ deus libertatem auferat liberi arbitrij, sed auxilia confert praedestinato, uel ꝙ non cadat in peccatum mortale: uel si cadat, ꝙ resurgat sicut per exhortationes, prędicationes, punitiones, consolationes spirituales, orationes, & aliorum dona gratiae, sacramenta ecclesiae, sacram scripturam & multa alia. Ideo nunquam potest mori in peccato mortali ex parte conseruantis & reuocantis ad statum gratiae, si ceciderit. Et stant simul contingētia liberi arbitrij cum certitudine & necessitate praedestinationis dei. Et hoc est quod dicit beatus Augustinus sup isto uerbo Apostoli: Quos praesciuit & prędestinauit &c. Prędestinatio est praescientia & praeparatio beneficiorum dei qua certissime liberantur qui liberantur. Idē in libro de Prędestinatione sanctorū: Veritas prędestinationis est immobilis. Et breuiter ratione tali ostendi potest prędestinationem esse aeternam. Omne autem aeternum est immobile & inuariabile, ergo prędestinatio falli non potest, nec mouere debet quenquam cōtra praedicta, uerbum b. Iohānis: Tene quod habes, ne alter accipiat coronam tuā: super quo uerbo beatus Augustinus dicit, ꝙ alius non est accepturus nisi iste perdiderit. Sed corona gloriae aeternę dicitur esse alicuius dupliciter. Vno mō ex prędestinatione diuina, & sic nullus amittit, nec amisit unquam coronam suam. Alio modo ex merito gratiae. Quod enim quis meretur quodammodo suum est, & sic coronam suam aliquis amittere potest per peccatum mortale sequens & non aliter. Alius autem coronam illam accipit amissam, inquantum in locum eius subrogatur. Nō enim permittit deus aliquem cadere, quin alium erigat, ut sic semper sit certus & completus numerus electorum. Vnde sanctus Iob ait: Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Sicut in loco angelorum cadētium substituti sunt homines, in locum Iudęorum substituti sunt gentiles, in locum Iudae substitutus est Matthias. Dicitur etiam unus coronam alterius accipere alio modo, inquantum bona unius alteri uel prosunt in auxilium gratiae in hac uita, uel in auxilium gloriae in alia, propter connexionem charitatis, quae facit bona membrorum ecclesiae communia. Vnde bona quae fecerunt damnati, non sunt perdita, quia prosunt prędestinatis, quibus omnia dantur à deo. Si uero damnati non fuissent, sed saluati, partem habuissent. Vnde psalmista ait: Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

Dupliciter sit haberi certitudo rei alicuius.

Roma. 8

ibidem.

Apoc. 3

Deus neminē cadere permittit, quin alium erigat

Iob. 34

Act. 1

Psal. 118

Articulus IX. Vtrum praedestinatorum numerus sit certus & finitus.

EX quo declaratum est quòd praedestinatio certa est necessaria, uidendum est utrum numerus praedestinatorum sit certus & finitus, uel non. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd aliqui dixerunt numerum praedestinatorum certum formaliter, s. ꝙ cētum uel ducenti uel mille deberēt saluari, uel in huiusmodi numero

sed

sed non erat certus, materialiter. s. qui & quales saluari deberent. Et hoc dictum sumpsit occasionem ex uerbis beati Iohannis euangelistæ suprà allegatis. s. Tene quod habes &c. & ex glossa beati Augustini ibidem propter contingentiam liberi arbitrij. Hæc autē opinio tollit certitudinem prędestinationis, si absolute intelligatur. Vnde considerandum est, ꝙ dicta distinctio aut accipitur ex parte dei, qui est causa prima prędestinationis, aut ex parte liberi arbitrij, quod est causa proxima & immediata. Si primo mō, dicendū est ꝙ deo certus & determinatus est numerus prædestinatoꝝ formaliter & materialiter. i. quot & q saluari debent, nō solum ratione cognitionis, sicut est ei certus numerus guttarum pluuiæ & arenæ maris, & foliorum arboꝝ, sed ratione distinctionis, electionis & ordinationis ad uitā beatam. Cuius ratio est, quia omnis agens intendit mensuram & numeꝝ finitum in suo effectu, & maxime in partibus essentialibus, quę per se requiruntur ad perfectionē totius, sicut ædificator excogitat determinatam mensuram domus, & determinatum numeꝝ & mensuram parietum & tecti, non tamen eligit determinatum numerum & mēsuram in his quæ non per se, sed per aliud requiruntur, sicut nō eligit determinatū numerum lapidum, arenæ, calcis & lignoꝝ, sed eligit tot quot sufficiunt pro pariete & tecto. Ita fecit deus in creatione uniuersi, pręordinauit diuina sapientia, in qua mēsura deberet esse uniuersum, quot partes eius essentiales, quæ ordinantur quodammodo ad eius perpetuitatem. s. quot sphæræ, & quę stellæ, quot elementa elementata & quot species rerum. Indiuidua uero quæ nō ordinantur directe ad perfectionem uniuersi, & bonum specificum, sed quasi secundario inquantum in eis saluatur bonum specierum, ideo licet deus sciat numerum boum, pulicum, piscium, auium & omnium singularum, non tamē propter hoc ordinatus est principaliter numerus iste à deo, sed tot producit & produxit diuina sapiētia, quot sufficiunt ad conseruationē specieꝝ. Inter oēs aūt creaturas principalius ordināt ur ad bonū uniuersi creaturę rōnales. s. angeli & hoïes, tū qa incorruptibiles sunt, tū qa ad maius bonū ordinanť. s. ad beatitudinem æternam, quæ est ultimus finis. Vnde certissimus est deo numerus prædestinatorum. Ex parte uero liberi arbitrij, quod est causa proxima prędestinationis, sic numerus formaliter nullo modo est certus, scilicet quot saluanť, quia nullo modo humana ratio nec angelica intelligentia potest ad hoc pertingere anteꝗ compleatur. Numerus etiam materialis prædestinatorum. i. qui saluentur etiam non est certus propter uariabilitatem & cōtingentiam liberi arbitrij, per quod homo nec bene nec male operatur. Vnde nullo modo homini certus est numerus prędestinatorum. Deo aūt simpliciter & absolute certus est, quod potest iterum ostendi tali ratione. Iste numerus cui non potest fieri additio uel subtractio certus est, sed talis ē numerus prędestinatoꝝ (ut infrà diceť) ergo eoꝝ numerus est certus. Nec ē contra ista ꝗd dicit Moyses: Dn̄s deus nr̄ addat ad hunc numeꝝ multa milia &c. qa illud intelligitur de numero bonorum, respectu pręsentis iustitiæ, qui augetur & minuiť. Sed non simpliciter & respectu dei: sic em̄ definitus est apud deum, qui nouit qui sunt eius, ut ibidem dicit Augustinus in glossa. Sic ergo certissimus est numerus prędestinatoꝝ. Vn̄ Augustinus in libro de correptione & gratia dicit: Certus est prædestinatorum numerus, qui nec augeri potest nec minui. Idem in Enchiridio: Superna Ierusalem mater nostra ciuitas dei nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur, aut uberiori etiam copia fortasse regnabit. Nō solum autem est certus, sed etiam finitus, quia corpora prædestinatorum oīa erunt in cœlo empyreo post resurrectionem, sed locus iste finitus est, cum omne corpus sit finitum. Duo etiam corpora glorificata non possunt secundum se esse in eodem loco, ergo & numerum prædestinatorum oportet esse finitum & determinatum.

Apoc. 1

Quæ in creatione uniuersi à deo sint præordinata

Deut. 1

Articulus X. Vtrum alicui sit certa & finita sua prędestinatio.

Prædestinatorum certitudo dupliciter consideratur

CONsiderato diligenter ꝙ prædestinatorum numerus certus est, consequens est inuestigare utrum sua prędestinatio sit alicui uel omnibus certa & manifesta. Ad quod dicendum, ꝙ talis certitudo pōt dupliciter considerari. Vno mō respectu alicuius, uel respectu aliquorum paucorum. Alio mō in communi respectu omnium prædestinatorum. Primo mō non est inconueniens, ꝙ alicui sua prædestinatio reueletur scd̄m profunditatem diuinæ sapientię, sicut reuelatum fuit uirgini Mariæ, quæ sciebat ꝙ nullo modo potuit peccare, quia confirmata fuit in gratia. Item beato Iohanni Baptistæ sanctificato in utero. Item beato Paulo apostolo, & omibus apostolis. Certus sum (ait Apostolus) ꝙ neq; mors, neq; uita &c. poterit nos separare à charitate dei, nec ab ipso deo. Vnde sua prędestinatio sibi certa fuit. Sed (sicut dicit beatus Hieronymus) priuilegia paucorum non faciunt legem communem seu certam, ideo non est consequens ꝙ cōmuniter omnibus

Roman. 8

Hieronym⁹.

reueletur & manifestetur eorum prædestinatio, nec esset conueniens. Et hoc duplici ratione. Primo ex parte eorum qui non sunt prædestinati. Si enim omnibus prędestinatis sua prędestinatio certa esset, tunc omnibus non prędestinatis certum esset se non esse prædestinatos ex hoc, quod se prędestinatos nescirent, unde in desperationem laberentur, non curantes facere aliquod bonum, & cōmitterent quęcūque mala, quod esset inconueniens. Secunda ratio sumitur ex parte prędestinatorum, securitas enim negligentiam parit. Si nanque iusti certi essent de sua prædestinatione, securi essent etiam & de salute, & non haberent tantā solicitudinē ad uitandum peccata, & facienda opera bona. Vnde salubriter à diuina sapientia est ordinatū, ut homines communiter suam prædestinationem & reprobationem ignorent, nec unctio quæ docet nos de omnibus, ut dicetur infrà. Nec gratia dei specialis docet suam prædestinationem aliquem, quia hoc intelligitur de ijs quæ sunt necessaria ad salutē, non de his quę quocūque modo ad salutē pertinent. Vnde in Ecclesiaste dicitur: Nemo scit utrū odio an amore dignus sit. 1. Johan. 2. Eccl. 9.

Articulus XI. Vtrum prędestinatio possit iuuari precibus & alijs bonis sanctorum.

POstquam diligenter ostendimus, quod nobis communiter non est certa prædestinatio, inquirendum est utrum prædestinatio possit precibus adiuuari prædestinatorū, seu aliorum bonorum & sanctorum. Ad cuius intelligentiam sciendum, quod prędestinatio potest dupliciter considerari. Primo modo in seipsa prout est in deo: Secundo modo quantum ad suum effectum gratiæ & gloriæ, prout est in prędestinatis. Primo modo prædestinatio non iuuatur orationibus, nec alijs bonis, quæ per prędestinatos fiunt, nec prout orationes & alia bona sunt in seipsis in eorum natura in actu, quia omnia sunt temporalia, prædestinatio uero æterna. Nullum autem temporale potest iuuare æternum, ergo prædestinatio non iuuatur, neque etiam prout sunt futura in se, & existunt in actu, in diuina prouidentia siue præscientia, quia orationes & alia bona omnia non sunt causa prædestinationis, ut in pręcedentibus dictum est. Secundo modo accipitur prędestinatio quantum ad suum effectum, & sic iuuatur precibus sanctorum & alijs bonis eorum, & hoc quęrit quęstio præsens, prout ab omnibus dicitur. Sed diuersimode diuersi errauerunt circa hanc quęstionem: quidam enim attendentes certitudinē diuinę prædestinationis, dixerūt superfluas esse orationes, & omnia alia bona quę fiunt ad consequendā salutē, quoniam his factis uel nō, prędestinati saluantur, & reprobi damnantur. Et hęc fuit opinio Aegyptiorum, qui dixerūt omnia ex necessitate euenire, ex dispositione corporum superiorum, quę deos uocabant: sed contra hanc opinionē est tota sacra scriptura pręcipiendo quędā, alia prohibendo, alia consulendo, alia reprehendendo, alia promittendo, & quicquid boni fit in mundo isto. Alij uero dixerunt totū contrarium, scilicet quod per orationes & alia bona prędestinatio mutatur: & hæc fuit opinio Stoicorum, qui opinabantur ordinationem diuinam, quam fatum appellabant, & sacrificijs & orationibus posse impediri & mutari, quia dicebant res omnes gubernari & regi quibusdam spiritibus, quos deos uocabant, qui placabantur sacrificijs & orationibus, & sic mutabant quod diffinitū erat de hominibus ab eis. Et in istam sententiā sic periculosam incidit Auicenna in fine suę Metaphysicę, qui posuit quod omnia quę procedunt à uoluntate, reducuntur in animarum corporum cœlestium uoluntates. Posuit etiam cœlestia corpora animata, & sicut cœlestia corpora habent influentiam super corpora humana, ita animę cœlestes habent influentias super animas humanas. Et quod ad eorum imagines sequūtur omnia in istis inferioribus, & ideo orationes & sacrificia ualent, ut illæ animæ concipiant ea quæ nobis uolumus euenire. Sed cōtra istas duas opiniones ultimas est illud primi Regum: Quòd triumphator in Israel nō parcet nec pœnitudine flectetur. Et Apostolus: Sine pœnitentia sunt dona dei & uocatio. Omnes autem istæ opiniones sunt contra fidem, quia prima tollit libertatem arbitrij, secunda & tertia tollunt certitudinem prędestinationis diuinæ. Et ideo aliter dicendum est, quod prædestinatio nunquam mutatur, sed tantum orationes & alia bona ualent ad consequendum effectum prædestinationis, scilicet gratiam in pręsenti, & gloriam in futuro. Sicut enim effectus naturales prænisi à deo producuntur ad actum per causas secundas, ita prędestinatio per orationes & alia bona. Vnde conandum est prędestinatis ad bene operandum & orandum per se & per alios, ut eorum prędestinatio adimpleatur iuxta illud Petri: Satagite, id est, satis & bene agite, ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Et beatus Gregorius in libro dialogorum dicit, quòd omnia quæ sancti uiri orando efficiunt, ita prędestinata sunt, ut precibus obtineantur &c. Propter quod dicit Boethius ultimo de Cōsolatione in fine: Nec frustra sunt in deo positæ spes precesque, quæ cum rectæ sunt, inefficaces esse non possunt

Diuersi de prædestinatione errores.

1. Regum 15. Roman. 11

2. Petri 1.

sunt. Illud autem auxilium orationum & aliorum bonorum non est propter defectum diuinæ cognitionis, nec impotentiam diuinę operationis, sed propter bonitatem diuinę communicationis, quę secundis causis unà secū comunicāt, ut effectus suos producant ad actū, uti ait Apostolus: Quis adiuuit spiritum domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? Certe nullus propter suam indigentiam adiuuit, sicut beatus Gregorius orando pro Traiano imperatore ipsum de inferno liberauit, quia non fuerat à deo simpliciter reprobatus, & in inferno damnatus, imò prędestinatus erat, & ideo eius prædestinatio precibus beati Gregorij adiuta est, sicut beatus Paulus prędestinatus simpliciter, & ad tempus reprobatus, precibus beati Stephani adiutus est, ut dicit beatus Augustinus in Sermone domini de eius conuersione: Si Stephanus non orasset, ecclesia Paulum non haberet. Sicut Isaac rogauit dominum pro Rebecca uxore sua, & dedit deus conceptum Rebeccę, ex quo natus est ei Iacob, qui prędestinatus fuit, & saluatus, ut dr̄ in Genesi. Et apd̄ Malachiā: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Et Apostolus: Dei adiutores sumus. Quamuis autem prædestinatio orationibus sanctorum & alijs bonis adiuuetur, tamē nullo modo per aliquem impediri potest, nec quoad seipsam, nec quo ad eius effectus, nec quo ad bona, quibus adiuuatur, quæ omnia cadunt sub prędestinatione necessario, sic ut ipsa prędestinatio diuina est necessaria, ut in pręcedentibus dictum est.

Esaie. 40. Roma. 11. Gene. 24 Gene. 25. Malachi. 1.

Articulus XII. Quid sit prędestinatio malorum.

Postq̄ uisum est de prædestinatione bonorum, nunc uidendum est de reprobatione malorum. Et dicendum ē q̄ deus aliquos reprobat, cuius ratio duplex est. Vna sumitur ex parte diuinę prouidentię, quia reprobatio ē pars prouidentię ad quam pertinet, ut in rebus pręuisis, permittat aliquem defectū euenire, cui subiacent uniuersa. Prouidentia autem particularis, siue prouisio excludit omnem defectum, quantum pōt à rebus prouisis: Prouisio autem uniuersalis non, ne excludatur bonum totius: ideo p̄mittit defectus aliquos euenire. Vnde corruptiones & effect⁹ in rebus naturalibus sunt cōtra naturam particularem, non tamen contra naturam uniuersalem, imò sunt de intētione eius, inquantum defectus unius cedit in bonum alterius: uel etiam totius uniuersi, quia corruptio unius est generatio alterius, per quem modum species conseruātur. Cum igitur deus sit prouisor uniuersalis ad ipsius prouidētiam pertinet, ut permittat quosdam defectus in quibusdam rebus particularibus, ut non impediatur perfectum bonum uniuersi. Si em̄ omnia mala tollerentur de uniuerso, multa bona impedirentur. Non em̄ esset uita leonis, si non esset occisio alicuius animalis, neq; enim esset patientia martyrum, si non esset persecutio tyrannorum. Vnde beatus Augustinus dicit: Deus omnipotens nullo modo sineret aliquem esse malum in operibus suis, nisi usq; adeo esset omnipotens & bonus, ut benefaceret etiam de malo. Vnde cum per diuinam prouidentiam homines ordinentur in uitam æternam, pertinet ad diuinam prouidentiam, ut permittat aliquos ab isto fine deficere, & hoc dicitur reprobare. Vnde reprobatio directe non opponitur prędestinationi, sed electioni, quia qui eligit unum & recipit, & alium reijcit, illum dicitur reprobare, ideo reprobare est quasi refutare, uel indignum iudicare. Sic ergo prædestinatio est pars prouidentiæ, quantum ad illos qui damnantur, sed aliter se habet reprobatio ex parte dei respectu malorum in causando q̄ prędestinatio respectu bonorum. Nam prędestinatio est causa boni, quod datur prędestinatis in pręsenti, scilicet gratię eius, quod ab eis expectatur in futuro, scilicet gloriæ. Reprobatio uero non est causa culpæ originalis & mortalis, nec etiam uenialis in pręsenti ponendo aliquid in deo, nec in reprobatis, sicut prædestinatio, ut dictū est, sed ē quędam desertio diuina non conferens gratiam. Est tamen causa eius quod redditur peccantibus in futuro, scilicet pœnę æternę. Culpa aūt prouenit ex libertate arbitrij eius qui reprobatur, & à gratia deseritur. Vnde dicitur: Perditio tua Israel ex te tantummodo, ex me auxilium tuum. Vnde licet reprobatus non possit finalem gratiam adipisci, usq; ad mortē, tamen q̄ in hoc pct̄m uel in illud labitur ex eius libero arbitrio contingit. Vnde merito sibi imputatur in culpam. Sed de gratia finali Iudę proditoris, quam nō habuit, non fuit, q̄ deus ei dare noluerit, sed quia ipse accipere noluit, ut dicunt beatus Anselmus, & Dionysius Areopagita & cęteri. Secunda uero ratio consideratur respectu diuinæ bonitatis & iustitię, q̄ aliqui sint prędestinati & aliqui reprobati, sic enim dicit deum omnia fecisse per suam bonitatem, ut in ea diuina repręsentetur uoluntas, & quia res creatæ diuinam bonitatem simpliciter repręsentare non possunt propter earum infirmitatem. Inde est q̄ diuersi gradus creaturarum ad completionem uniuersi requiruntur, quarum quędam altum & bonum

Dupliciter aliqui reprobantur.

Osee. 13

Sapien. 11

bonum locum tenent, quædam infimum & minus bonum locũ tenent in uniuerso. Vnde ut multiformitas graduũ conseruet in rebus, deus permittit aliqua mala fieri, ne multa bona impediantur. Sic ergo oportet ut consideremus totum humanum genus, sicut totam rerum uniuersitatem. Voluit nanq; deus in hominibus quantũ ad aliquos esse, quos reprobaret per modũ iustitiæ puniẽdo. Et hæc est ratio quare deus aliquos elegit, & aliquos reprobat. Et hanc causam assignat Apl's dicens: Volens deus ostendere iram. i. uindictã iustitię, & notã facere potẽtiã suã, sustinuit. i. pmisit in multa patiẽtia uasa iræ apta in interitũ. i. malos, ut ostẽderet diuitias gl'iæ suæ in uasa miæ suę, quę pparauit ad gloriã. Et iterũ dicit: In magna aũt domo nõ solũ sunt uasa aurea & argentea. s. boni, sed & lignea & fictilia. s. mali, & quędã quidem in honorẽ. s. prędestinati: quędã ṽo in contumeliã. s. dãnati. Sed quare hos elegit in gloriã, & illos reprobauit, non habet rõnem, nisi diuinã uolũtatem. Vñ Augustinus sup Iohannẽ dicit, Quare illũ trahat, & hũc non trahat, noli uelle diiudicare, si nõ uis errare. Sicut etiam in rebus naturalibus potest ratio assignari in gñe cũ prima materia tota sit informis, quare una pars eius sub forma ignis, alia sub forma terrę à deo in principio condita sit, ut. s. sit diuersitas specierũ in naturalib. Quare aũt hæc pars materię est sub illa forma, & alia sub alia, depẽdet ex simplici uolũtate diuina. Sicut ex simplici uolũtate artificis depẽdet, q̃ hic lapis sit in ista parte parietis, & ille in alia, q̃uis rõ artificis habeat, q̃ aliq̃ sint in hac, & aliq̃ in alia. Et ad hoc redit exemplũ Apl'i dicentis: An non habet potestatẽ figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, & aliud in contumeliam? &c.

Romano. 9

1. Timo. 2

Iohan. 6.

Roman. 9

Articulus. XIII. Vtrum possit aliquis prędestinatus reprobari, & aliquis reprobatus prædestinari?

DEterminatis his quæ pertinent ad prędestinationem sanctorũ, & quæ pertinent ad reprobationẽ pctõrũ, cõsiderandũ uidet, utrũ deus possit aliquẽ pdestinatũ reprobare, uel aliquẽ reprobatũ pdestinare, qđ nihil aliud uidet q̃ quęri, si nũerus pdestinatorũ uel reproborũ possit minui uel augeri, uel etiã aliquẽ pdestinatũ nõ pdestinasse, & aliquẽ reprobatũ nõ reprobasse. Et dicẽdũ est, q̃ istę quęstiones aut accipiunt ex parte dei, aut ex parte prędestinatiõis aut reprobatiõis, aut ex parte prędestinati & reprobati. Si ex parte dei, aut loquitur de potentia dei absoluta, aut de eius potentia ordinata. Si primo mõ. s. de potentia absoluta, tunc non solum unũ uel plures, sed oẽs prædestinatos posset reprobare, & omnes reprobatos prędestinare, quia omnia quęcũq; deus uoluit, fecit. Et non erit impossibile apud deum omne uerbũ. Si uero de potẽtia ordinata quæ iusta, sancta & bona est, non posset, quia non est ut hõ ut mutet. Et ut dicit Boethius in primo de Consol. Stabilisq; manens, dans cuncta moueri. Ideo non posset deus aliquem prædestinatũ reprobare, nec omẽs, nec aliquem reprobatũ prędestinare, & per consequẽs, nec augere nec minuere numerũ prædestinatorũ seu reproborũ, sicut dictum est. Ex parte aũt prędestinationis & reprobationis dicendũ est etiam q̃ nõ, quia actus prædestinationis mẽsurat determinate. Ideo sicut nunq̃ cadit sub præterito, ita nunq̃ sub futuro, sed semper sub præsenti, inquantũ egreditur à diuina uolũtate & bonitate propter suã absolutam liberalitatem. Reprobatio aũt eodem mõ, q̃tum ad pœnam æternam, nõ aũt q̃tum ad culpã, cuius deus causa esse non potest. Ideo absolute deus non potest aliquem prędestinatũ non prædestinasse, nec reprobatum reprobasse, nec augere aut minuere numerum prędestinatorũ aut reproborum. Deus aũt mutabilis non est, ut dictum est. Iterum ostendi, alio modo: Nã si aliquis pręscitus posset fieri prædestinatus, esset contra certitudinẽ pręscientiæ & reprobationis, quia numerus pręscitorum posset diminui. Si ṽo aliq̃s prædestinatus possit reprobus fieri, esset simili modo contra certitudinem prędestinationis, & utrũq; est inconueniẽs & impossibile, facta pręsumptione, q̃ tot & tales prędestinauerit, & tot & tales reprobauerit, sic certitudo numeri prędestinatorum colligit ex duplici certitudine, scilicet ex certitudine prædestinationis, & ex certitudine præscientiæ uel reprobationis, sed aliter & aliter, quia certitudo prædestinationis est certitudo diuinæ cognitionis & ordinis in finem, scilicet uitæ æternę. Certitudo autem præscientiæ & reprobationis est certitudo cognitionis tantum, & non ordinis, quia deus non ordinat homines reprobos ad peccandum, sicut prędestinatos ad merendum & benefaciendum. Ex parte autem prædestinatorum & reproborum cum quæritur utrum deus posset non prædestinare prædestinatos, & non reprobare reprobatos. Dicẽdum est, quòd quælibet illarum propositionum potest accipi in sensu composito, & tunc nulla est uera, sed falsa, quia non potest non facere quod iam fecit. In sensu autem diuiso, quælibet uera est absolute, quia ut dictum est, potest deus hunc præde-

Psalm. 3.
Luca

Malachi

stinatatū nō prædestinare, & hūc reprobatū non reprobare, imò prędestinare, non tamē ex suppositione propter immobilitatem diuinę uoluntatis. Et sic tenēdum est, ꝙ numerus prędestinatorū & reproborū nec augeri potest nec minui, quia prędestinatio est actus egrediens à diuina uoluntate, & manens in ea, & reprobatis similiter q̃tum ad pœnā, non q̃tum ad culpam, unde Augustinus ait: Superna Ierusalē mater nostra ciuitas dei, nulla ciuiū suorū numerositate fraudabitur, aut uberiori etiā copia fortasse regnabit. Nō est aūt simile de creatione & factione aliorum, quando dicitur quòd deus posset plura uel pauciora facere, quia ille actus licet prodeat à potestate diuina, transit tamen in exteriorem materiam, scilicet in res creatas uel factas.

Articulus XIIII. An sint plures prędestinati uel reprobi.

VLterius uidendum est, utrum plures sint prędestinati q̃ reprobi, uel econuerso. Et uidetur primo aspectu, ꝙ sint plures prędestinati, quia prędestinatio procedit ex diuina misericordia: reprobatio aūt pertinet ad iustitiā. Misericordia ꝓ excedit iustitiam, quia miserationes eius super omnia opera eius. Insuper, bonū Psal.144. est communicatiuū suiipsius, ut asserit beatus Dionysius: Deus aūt est summe bonus, ergo summe cōmunicat se, sed talis cōmunicatio specialiter apparet in prędestinatione. Vñ uidetur ꝙ maior sit multò numerus prędestinatorum q̃ reproborum. Ad istam quęstionem est dicendum, ꝙ circa ipsam fuerunt diuersæ opiniones, oēs sumentes originem ex illo uerbo Moysi: Constituit terminum populorū iuxta numerū filiorū dei: uel scd̃m aliam literam, angelorum dei. Nam quidam dixerunt, ꝙ tot homines saluanē, quot filij dei uel angeli ceciderunt. Quidam uero dixerunt, ꝙ tot erant prædestinati saluandi quot ceciderunt & remanserunt, sed quia nulla istarum opinionum habet certitudinem, ideo melius dicēdum est cū beato Augustino in collecta uel oratione, ꝙ soli deo est cognitus numerus electorū in superna felicitate collocandus. Vñ dicendum est cum dolore & timore & cum tremore, ꝙ maior est numerus reproborum in hominibus, sed nō in angelis. Cuius ratio est, quia bonum proportionatum cōmuni statui accidit in pluribus, & deficit in paucioribus, ideo in rebus naturalibus defectus est in paucioribus, & perfectio & bonitas in pluribus, sed bonum quod excedit communem statum naturę inuenitur in paucioribus, & defectus in pluribus: sicut patet quod plures homines sunt qui habent sufficientem scientiam ad regimen uitæ suæ. Pauciores aūt qui hac scientia carent, qui stulti uocantur, sed paucissimi sunt respectu aliorum, qui attingunt ad habendam profundam scientiam intelligibilium rerum. Cum igitur beatitudo æterna in uisione dei consistens, excedat communem statū naturæ, & præcipue secundum quòd est gratia destituta per corruptionem peccati originalis, pauciores sunt q̃ saluantur q̃ damnantur. Et in hoc maxima misericordia dei apparet, quòd aliquos in illam salutem erigit, à qua plurimi deficiunt secundum communem cursum naturæ, & se communicat diuina bonitas prędestinatis secundum suam sapientiam infinitam, qua omnia ꝓduxit in numero, pōdere & mensura: & hoc est quod dicit saluator: Lata & spatiosa est uia Sapien.9 quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrāt per eam: angusta aūt & arcta est uia quę Matth.7. ducit ad uitam, scilicet ęternā, & pauci sunt qui inueniunt eam: imò si essent pauciores, imò si esset unus solus saluandus, quilibet credere & sperare potest, quòd ipse sit ille unus, sicut dicit beatus Augustinus.

Articulus XV. Quòd uoluntas dei reprobans malos non est irrationabilis, nec iniqua, nec iniusta & odiosa.

PRopter hoc autem quòd deus aliquos reprobat, eius uoluntas non est irrationalis nec iniqua, nec iniusta, nec odiosa. Primo non est irrationalis, quia contra suam & aliorum rationem non facit, qui de bonis suis confert cui uult, & non quibus non uult. Vnde dicitur apud Matthæum: Tolle quod tuum est & uade: an non licet mihi facere quæ uolo? &cę. Insuper, non est iniqua si æqualibus inæqualia donat. Tunc enim esset iniqua, si prædestinatio ex debito redderet, & non oībus daretur ex grā. Deus enī non est debitor alicuius absolute, sed ex quadā suppositione, sicut rex non tenetur facere militem, sed ex quo facit, tenetur ei dare equum. Sic deus tenebitur facere hominem, sed ex quo placuit sibi facere, debuit sibi dare intellectū & sensum, & oīa necessaria ad humana

naturam. Gr̃a aũt & gloria excedũt oẽm humanę naturæ limitem, ideo non tenet deus ex debito aliquo aliquẽ prædestinare. In his em̃ quæ ex gr̃a dant, pōt aliqs pro libito suo dare cui uult plus & minus, dũmodo nulli subtrahat debitũ in pręiudicio ęquitatis. An em̃ nõ habeat potestatẽ figulus luti &c. quasi diceret uere sic, & multo magis deus. Itẽ nõ est iniqua uel iniusta. Nã inter deũ & hoĩem non est iustitia cõmutatiua, quę requirit à q̃libet certũ & æquũ, sicut est inter uẽdentes & emẽtes, sed est iustitia distributiua, & maxime respectu gr̃æ & gloriæ, in quibus prędestinatio consistit, sicut causa in suo effectu (ut dictũ est) quas cõfert deus qbuidã sua infinita liberalitate. Ideo si æqualibus hoĩb' in natura, & etiã in originali culpa inæqualia bona confert, huic. s. grãm & gloriã, illi uero pœnã æternã, nõ est eius uolũtas iniusta, quia iustus dñs & iustitias dilexit. Si ꝟo ex debito teneret alicui dare gratiã et gloriã, & nõ daret, tũc iniustus esset deus, & eius uolũtas iniusta. Veꝝ nec odiosa est uolũtas dei, quia aliquos reprobat. Quia ut dicit Sapiens, Diligis oĩa quę sunt, & nihil odisti eoꝝ quę fecisti. s. oẽs hoĩes & creaturas, quia uult oĩbus aliqđ bonum, non tñ q̃dcũq bonũ uult oĩbus. In quantum igit non uult hoc bonũ, quod est uita æterna, propter pctm̃ originale, quod est causa diuinę reprobatiõis in hoĩbus, ut dicit S. Augustinus. Ideo dr̃ eos odire scdm̃ illud: Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Quod exponit beatus Augustinus dicens, ꝙ uolũtas dei, qui unũ elegit & alium reprobat, non potest esse iniusta, nec odiosa. Venit em̃ ex occultissimis meritis, quia hęc est uoluntas dei bona, beneplacens & perfecta. Roman. 9 Psal. 10 Sapien. 11 Malachi. 1.

Articulus XVI. Quòd deus nulli est causa peccati: & quõ intelliguntur autoritates contrariæ.

CVm igitur uoluntas dei non est irrationalis, sed rationalis, super oẽs non iniquã, sed æqua: non iniusta, sed iusta: non mala, sed bona, nulli est causa peccati, sed ipsa uolũtas humana per libertatem arbitrij, sibi est causa omnis peccati & mali, quæ causa proxima est in op̃ationibus hominis. Et hoc est quod dr̃ in Eccõ: Nõ dicas ille. s. deus me implanauit. i. decepit. Nõ em̃ necessarij sunt ei homines impij. Et iteꝝ: Nemini mandauit deus impie agere, & nemini dedit spatiũ peccãdi. Iacobus quoq ait: Nemo cũ tentat dicat ꝙ à deo tentetur, deus em̃ intentator maloꝝ est. Inueniunt tñ quædam autoritates in scripturis sacris, ex quibus uidet colligi manifeste, ꝙ deus sit aliquibus causa peccãdi. Dicitur em̃ in Exodo: Ego indurabo cor Pharaonis & seruoꝝ illius. Et in Isaia legit: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, ne forte uideant oculis & conuertent, & saluẽ eos. Et iteꝝ: Errare fecisti nos à uijs tuis, & indurasti cor nr̃m, ut nõ timeremus te. Et Ap̃ls: Tradidit (inquit) illos deus in reprobũ sensum, ut faciant quæ non conueniũt. & plura alia similia. Quę sic intelligenda sunt, ꝙ deus aliquibus non cõfert omne auxilium ad uitandũ peccatum. s. reprobis, sicut confert electis. Cum ergo auxilia sua deus aliquibus subtrahit pro merito suæ malę operationis (scdm̃ quod diuina iustitia exigit) dicit eos obdurare, excæcare, aggrauare, errare facere, & in reprobũ sensũ dare. Auxiliũ aũt diuinũ q̃d deus p̃destinatis confert, non solũ est gratię infusio, de quo plura sunt dicta suprà, sed etiam interior & exterior custodia, per quas occasiones peccandi hominibus tollũtur, & prouocantia ad peccatum comprimũtur. Interior custodia hominis ad uitandũ peccata est lumen rationis de quo dicit: Signatũ est super nos lumen uultus tui domine &c. Et alia bona naturalia, q̃bus interdum homo ducitur ad bonum, & retrahitur à malo. Et licet reprobi hanc custodiam habeant ita bonam, & aliquando meliorem quàm electi, abutuntur tamen ea facientes non solum contra deum, sed etiam contra inclinationem naturæ. Et boni ecõuerso, mala & corrupta natura inclinante ad malum, bene & ordinate utuntur, sicut patet in multis sanctis, qui grauissime tentati fuerũt, & illicitis actibus non consenserũt. Exterior custodia est angelorum bonorum, de qua dicitur: Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Et bonorum parentum, prælatorum, dominorum, amicorum, sociorum, magistrorum, bonorum exemplorum, et multorum aliorum bonorum, et subtractio oppositorũ. Hanc aũt custodiam petebat propheta dicens: Custodi me domine ut pupillã oculi: sub umbra alarum tuarum protege me. Petamus & nos auxilium diuinæ gratiæ, et interioris exteriorisq custodiam, ut in præsenti simus in numero electoꝝ, et in futuro in numero beatorum: quod nobis præstare dignetur dei filius Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus sublimis et benedictus in in secula, Amen. Eccl. 15 Eodem. Exod. 4. Isai. 6 Isaiæ. 63 Roman. 1. 14. Psal. 90 Matth. 4. Psal. 16

APPENDIX EORVM QVAE IN SVPERIORI LIBELLO DE

Prædestinatione dicta sunt, Venerabilis & eruditi patris, D. Petri Bloemeueni de Leydis, dignissimi Prioris carthusię Colonieñ.

CIRCA prefatum tractatum de prædestinatione, congruum uidetur admonere omnes deo deuotos atq; in cordis puritate ad ęternam salutẽ tendentes, ne occupare se uelint circa ipsam prædestinationem, uel etiam circa reprobationẽ, per quã nõnulli dicunt̃ p̃sciti. Est eñ talis occupatio grandis stultitia, magna præsumptio, & periculosa tẽtatio: Stultitia, quia errant, eligẽdo occupationem rei inutilis prę occupationibus utilissimis ac saluberrimis: Pręsumptio, qa nitũtur intelligere atq; cognoscere qđ eorũ excedit intelligentiam, & cognoscendi facultatẽ: Tentatio, qa per hanc occupationem perducunt̃, uel ad imponẽdũ deo sine eorũ culpa, & ex necessitate ineuitabili reproborũ & suiipsorũ damnationem, uel ad credendũ sine hęsitatione certissimã ipsorum saluationem, etiam si non egerint bona meritoria opera ulla. Quia eñ impossibile est dei prędestinationem ac reprobationem uel pręsciam cassari uel non impleri, & prędestinatio ac reprobatio uel pręscientia nihil ponit in prędestinatis ac reprobatis uel præscitis, sed est simplex dei uolũtas ab æterno (quanq̃ passiue & executiue aliquid ponãt in prędestinatis ac reprobatis uel pręscitis) tam prędestinatorũ salutem q̃ etiam pręscitorũ reprobationẽ soli deo imponunt, & dicunt: Quid opus est q̃ aliquid boni agamus, aut pctã omittamus: si eñ sumus prędestinati, utiq; saluabimur: si uero pręsciti, certe condemnabimur. Sic loquunt̃ hanc sententiam, quasi ex simplici diuina uolũtate prefata necessario sequerent̃, quod fit ex pręsumptione qua putant se intelligere simplicem dei uoluntatem, quod falsissimum est. Idcirco eorum sententia est falsa, & occupatio stulta. Dimittatur diuina simplex uoluntas indiscussa, quæ sp bona est, & nunq̃ reprehensibilis, & omni creatę intelligentię etiam beatę incomprehẽsibilis. Intellectus creatus habet certam limitationẽ & modũ cognoscendi scđm suã naturam, quę se non extendit ad cognoscendũ deum, nisi adiuta per deum. Quicũq; ꝟo utiliter se uoluerit occupare circa futuram salutẽ in fine uitę pręsentis obtinendam, uel dãnationem euitandam, ex sacris codicibus colligat quod pro utraq; parte digne de deo sentire debeat. Recordet̃ ergo, q̃ deus hominem creauit ad imaginẽ & similitudinẽ suam, ut ipsum deum agnosceret, agnoscẽdo diligeret, diligẽdo frueret̃. Capacem eñ hoiem fecit deus suę diuinitatis in intellectu, p fidẽ in pręsenti uita, iuxta illud: Qui crediderit & baptizatus fuerit (quod fit in pręsenti) saluus erit. s. in futura per claram uisionẽ, iuxta illud: Videbimus eũ sicuti est. Et quæ sit illa dñs ait Iesus: Hęc est uita ęterna, ut cognoscant te solũ deũ uerũ, & quẽ misisti Iesum Christũ: Non in speculo aut ęnigmate, sed facie ad faciem. Capacẽ etiã deus fecit hominẽ suę diuinitatis in uolũtate per affectũ, ut agnitũ diligeret: Qđ etiam pręcepit dicens: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo. Cor aũt hic ponit pro uoluntate, quę in pręsenti uita conformatur diuinę uoluntati imperfecte, in futura uero perfecte, in qua uolũtate est affectio: Nõ aũt perciperet amorem, nisi homo capax esset amoris. Quòd uero diligi se pręcipit ex tota mẽte, hoc est intellectu, & ex tota anima. s. sensitiua, & ex tota uirtute uel fortitudine, uult ut utamur intellectu & sensibus & uiribus nostris ad diligendũ ex toto corde: dilectio eñ non est proprie in intellectu aut sensibus aut uiribus, sed in uolũtate. Et ad hęc sequetur gaudium, iuxta illud: Lętitia sempiterna super capita eorũ, gaudium & lętitiam obtinebunt. In futura eñ uita beata humana natura pficietur, qñ intellectus illustrabitur prima & infinita ueritate, & uoluntas diuinę conformata uoluntati (in qua est affectio) coniungetur infinito bono, & memoria. i. intellectus possibilis, in toto replebitur, ut ad alia cõuertenda uacuitas nulla remanebit, iuxta illud: Replebimur in bonis domus tuę, & illud: Satiabor cum apparuerit gloria tua: in qua repletione & gloria omnia intelligibilia & amabilia pręsentialiter habebuntur, ut non remaneat ad quod posset beatus se conuerteret: & tunc requiescet interminabili, infinito (ex parte finis) anima gaudio, redundante illa felicitate in corpus & efficiente illud impassibile, agile, subtile & luminosum. Ad hæc obtinenda creauit hominẽ deus, in quibus cõsistit hois perpetua felicitas. Ergo quantũ in ipso est, uult hoiem esse beatũ & non damnatũ, iuxta illud Apl'i: Qui uult oẽs hoies saluos fieri. Hæc felicitas uocatur in scripturis regnum cœlorum. Pro quo obtinendo orare do-

Gene. 1.
Marc. ulti.
1. Iohan. 3.
Iohã. 17
1 Cor. 13.
Deuteron. 6
Matth. 22
Marc. 12.
Luc. 10.
Esaie. 51.
Psal. 64.
Psal. 16
1. Timo. 2.

cuit

cuit dñs & magister noster Iesus: Adueniat regnũ tuũ. De quo dicturus est bonis: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ q̃d uobis paratũ est ab origine mundi. Et itẽ: Cõplacuit patri uño dare uobis regnũ. Et sunt testimonia innumera in scripturis de hoc regno & hac æterna felicitate. Quòd uo deus uoluerit hominẽ illud obtinere ac possidere, q̃ aptius probari potest, nisi illo maximę charitatis fortissimo argumẽto, ꝙ propterea deus hõ fact⁹ & passus & mortuus est: iuxta illud: Sic deus dilexit mundũ, ut unigenitũ suũ daret, ut oĩs q credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat uitã æternã. Venit eñ (ut ipse ait) filius hois quærere & saluũ facere quod perierat. Et Apostolus: Fidelis sermo & oĩni acceptione dignus, quia Chrs Iesus uenit in hunc mundũ pctõres saluos facere, q̃s primus ego sum. Memor tñ sit saluandus qđ dr̃ à dño: Si uis ad uitã ingredi, serua mandata: qa qui bona fecerũt, procedẽt in resurrectionẽ uitę. Nec sufficit ad tps seruare mãdata, sed oportet pseuerare, iuxta illud: Qui pseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit: pro qua pseuerantia orandus est deus. Homo in bono pseuerans, certus est ꝙ nunq̃ peribit, sed saluus erit. Eiusdẽ eñ ueritatis est, p̃destinationem nõ posse cassari, & pseuerantẽ in bono non posse perire. Simili mõ hõ in malo pseuerans usq; in finẽ, certus est ꝙ saluus esse nõ põt, sed peribit. Eiusdẽ eñ ueritatis est p̃sciam dei non posse cassari, & pseuerantẽ in malo non posse saluari. Præfata omnia intelligunt de pseuerantia finali, de qua maxime & præcipue dr̃ Eccl's IX. Nescit hõ utrũ amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruant incerta. In præsenti quippe uita ante finẽ eius plures certi sunt se odio dignos, cũ sint maximis mortalib⁹ pctis pleni, uel saltẽ in uno rei. Sed de finali bonitate uel malitia nemo certus est. Põt tñ deus aliquẽ de finali bonitate & ęterna salute certificare, sicut factum uidet aplo Paulo propter hoc quod dicit, Certus sum qa neq; mors neq; uita: & post multa cõcludit, Neq; creatura aliqua poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu dño nro. Et 2. Timothei 1. Scio cui credidi & certus sum, quia potens est depositũ meum seruare in illũ diem. Similiter credit factũ nõnullis aliis sanctis, sed paucorũ priuilegia cõem legem non faciũt. Reuelare uero oĩbus p̃destinatis eorũ finalem in bono pseuerantiam atq; beatitudinẽ æternã deus nõ potest, qa per hoc alij qbus non fieret talis reuelatio, desperarent, qđ deo non cõuenit facere: similiter non potest deus reuelare certitudinaliter alicui suã damnationẽ, quia per hoc faceret talẽ desperatũ. Nemo ergo quęrere debet an sit p̃destinatus uel prescitus, qa inutilis est & stolida talis occupatio. Probabilẽ tñ certitudinẽ & coniecturalẽ aliquis habere põt, imò illã oĩno requirere debet de æterna sua salute, de qua loquit apl's Petrus, dicens: Fratres, satagite ut per bona opa certam uocationẽ uestrã & electionẽ faciatis. Talis certitudo est in moralibus & humanis agibilibus requirenda. Disciplinati eñ est intñ certitudinem acquirere scd̃m unũquodq; gñs inquantũ natura rei recipit, sicut dicit Philosophus primo Ethicorũ. Igit qui maiorem certitudinem in his quęrit, indisciplinatus est. Sicut superius aliqua de scripturis adduximus p certitudine saluandorũ, ita nũc pauca ponamus pro certitudine reprobãdorũ: Ait Apl's in epl'a ad Corinthios: Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ cõcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnũ dei possidebũt. Vocat errãtes, quia nõnulli credebant fidem & baptismũ sufficere ad salutem sine opibus, etiã cum operibus malis: ideo dicit, nolite errare. Item ibidẽ XV. Hoc dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere nõ possunt: hoc est, hoies uitijs dediti, & carnis delicijs, regnum dei nõ consequent. Quia in Apocalypsi dr̃: Nõ intrabit in ea aliquid coinquinatũ, hoc est, in ciuitatem dei. Item ad Galatas: Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comesationes, & his similia, quæ prędico uobis, sicut prędixi, qm̃ qui talia agunt, regnum dei non consequent. Enumerat post hęc Apl's pro saluandis fructus spũs, q̃ sunt charitas gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cõtinentia, castitas. Possumus dicere, qui hæc & similia habuerit, regnũ dei consequet. Propter uertibilitatem tñ liberi arbitrij, q̃diu hõ subsistit in hac uita, neq; desperare debet, si fuerit certus de impietate sua, neq; pręsumere de certitudine gratiæ aut gloriæ, etiã si male conscius sibi non est, quia propter hoc iustificatus non est, iuxta Apostoli sententiã, q̃uis habeat certitudinem coniecturę, quæ multam pręstat fiduciã: de qua Apostolus ait: Accedamus cum fiducia ad thronũ grã eius. De hac uertibilitate satis plane loquit dñs per Ezechielem: Si (inquit) impius egerit pœnitentiã ab oĩnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit uniuersa pręcepta mea, & fecerit iudiciũ & iustitiam, uita uiuet, & non morietur

Matt. 25. Luc. 6. Matt. 25. Luc. 12. 1. Timo. 2. Iohã 7. 1. Petr. 2. Iohann. 3. Luc. 19. 1. Timo. 1. Matt. 19. Iohã. 5. Matt. 10. Matth. 24. Eccl. 9. Roman. 8. 2. Timo. 1. 2. Petr. 1. 1. Cor. 6. 1. Cor. 15. Apoc. 21. Gal. 5. Eodem. 1. Cor. 4. Heb. 4. Ezechiel.

Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor, in iustitia sua quã operatus
est, uiuet. Nunqd uoluntatis meę est mors impij, dicit dñs deus, & non ut cõuertatur à uijs
suis & uiuat? Si aũt auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem scd̃m oẽs abomina
tiones, quas operari solet impius, nunqd uiuet? Oẽs iustitiæ eius quas fecerat, non recorda-
buntur. In pręuaricatione qua pręuaricatus est, & in pctõ suo quod peccauit in ipsis, mori-
etur. Et infra: Cũ em̃ auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ, morietur in ea. In
iniustitia quam operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quã opa
tus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animã suã uiuificabit. Considerans em̃ & auertẽs
Ibidem. se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, uita uiuet & nõ moriet. Et infra: Cõuer-
timini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris, & non erit uobis in ruinam
iniquitas. Proijcite à uobis oẽs pręuaricationes uestras, in quibus pręuaricati estis, & facite
uobis cor nouũ & spiritũ nouum. Et quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortẽ mo-
rientis, sed ut conuertatur & uiuat, dicit dñs deus. Reuertimini & uiuite. Hæc ex Ezechiele
propheta. Et loquitur de uita & morte animæ, quę propter uertibilitatem liberi arbitrij ua
riantur in homine in præsenti uita naturali adhuc subsistente. Vigilandum est circa libe-
rum arbitrium nostrum, ne auertatur à bono in malum, sed ut auertatur à malo in bonum:
& ut ibidem diuina auxiliante gratia perseueret. Certum est autem quòd gratiam suam
deus nunquam negabit neq; auferet homini poscenti, & facienti quod in se est. Idcirco per
Osee.13 ditio homini ascribitur apud Oseã, ubi dicit dominus: Perditio tua Israel ex te, tantummo
do in me auxilium tuũ. Concludamus ergo: Cum oia in futurũ seruãtur incerta, nemo oc-
cupet se inutiliter circa prædestinationem & pręscientiam dei, sed secundum monitionem
Phil.2. Apostoli ad Philippenses, Om̃es nos cum metu & tremore nostram salutem operemur in
laudem dei qui est benedictus in secula, Amen. Finis in festo sancti Clementis Papę & mar
tyris, Anno M D X X X I.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE PARTICVLA-ri iudicio singulorũ, collocutoribus FRATRE & DIONYSIO, Dialogus. Prologus.

OMNES nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut
2.Cor.5 referat unusquisq; prout gessit, siue bonũ siue malũ. Inter
sapiẽtes (uel potius inter fatuos) seculi huius fuerũt nõnul-
li, putantes & asserentes deũ summũ bonũ nõ habere pro
uidentiã actuũ humanorũ, nec esse hominũ prouisorẽ, imò
nec inferiora atq; mortalia ista cognoscere: & p cõsequẽs,
nõ esse iudicẽ hoim, neq; post uitã hãc fieri ultionẽ culpæ
uitę pręsentis: quorũ pfidus ac sceleratissimus error, timo-
rẽ dei prorsus excludit, & irrefrenatã pstat peccandi auda
ciã. Deniq;, tantus error à primo illo impijssimo Cain ortũ
Gen.4. & occasionẽ sumpsisse uidetur. Ionathas nãq;, cuius trãsla-
tio Chaldaica pcipuę extat autoritatis apud Hebręos, testa
tur ipsum Cain dixisse in agro ad fratrẽ suũ, sanctũ innocentẽq; Abel: Nõ est iustitia neq; iu
dex, nec seculũ aliud, nec remũeratio iustis, nec punitio impijs. Cũq; Abel renuisset hæc oia,
consurrexit Cain & occidit eũ. De huius erroris nequissimi execrãdis cultoribus fertur in
Psal.72. psal. Dixerũt, quõ scit deus? & si est scia in excelso. Apud Ezechielem quoq; dicũt: Non ui
Ezech.8. det nos dñs, dereliquit dñs terrã. Vñ & in lib. Iob inquiritur: An cogitas q deus excelsior cę
Iob.22. lo sit? Nec nr̃a cõsiderat, & circa cardines cœli perãbulat. Cũ itaq; error iste prauissimus pe
riculosissimusq; cõsistat, sacra & diuina scriptura ipsum sępissime atq; clarissime reprobat
& condemnat in utriusq; testamenti codicibus, seriosissime ac frequẽtissime clamans, q de
us altissimus uniuersorũ creator omnipotẽs, cũcta & singula perfectissime intueatur, agno
scat, prouideat, singulariter quoque curam ac prouidentiam habeat rationalium creatura-
Iob.36 rũ, quibus per temporũ interualla legẽ donauit multiplicẽ: primo uidelicet naturalẽ, dein-
Isaiæ.33. de scriptã, & tertio euãgelicã. Propter qd in lib. Iob recte de ipso asserit: Ecce deus excelsus
in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus, de quo & Isaias fatetur: Dominus iu-
dex

dex noſter, dominus legifer noſter, dominus rex noſter, ipſe ueniet & ſaluabit nos. Hic do
minus à ſanctis prophetis promiſſus, & à beatiſſimis apoſtolis toti mundo notificatus, eſt Eccl.
unigenitus filius dei, uerbum patris ęterni, uirtus & ſapientia genitoris illius: à quo omnis 1.Corin.
paternitas, omnis fœcũditas, omniſq; cauſalitas in toto uniuerſo manauit, nominatur ac da Ephe.3.
ta eſt: qui ut euangeliſta diſſeruit, omne iudicium dedit filio ſuo, domino noſtro Ieſu Chri Iohi.5.
ſto, cuius metuendiſſimo tribunali nos omnes præſentare & aſtare oportet, ut iudicemur
ab ipſo, ſicut & Salomon loquitur: Cuncta quę fiunt adducet deus in iudiciũ, pro omni erra 2.Cori.5
to, ſiue bonum ſit, ſiue malum. Pręterea docet nos ſacra ſcriptura diuinitus inſpirata, q du- Eccle.12
plici iudicio iudicet deus glorioſus & iuſtus genus humanum, utputa iudicio particulari Duplici iudi
in obitu ſingulorum, & iudicio generali in fine mundi. Porrò, de generali illo iudicio mul- cio deus iudi
ta pandit ſcriptura, & de eodem ſancti patres catholiciq; doctores copioſe ac euidẽter ſcri- cabit genus
pſerunt, puta de loco eius & tempore, de iudicis uiſibili apparitione, de ſignis quę eius prę humanum.
cedent aduentum, & qualiter cum uniuerſis ciuibus regni cœleſtis deſcendet, de multiſq;
alijs. Verum de particulari pręcacto iudicio, nec ſcriptura, neq; doctores tam diffuſe & cla-
re inueniuntur locuti, uidelicet qualiter fiat, & quo loco ac tẽpore: hoc eſt, an anima adhuc
exiſtẽte in corpore, an in eius egreſſu, an poſt egreſſum: & ubi uel qualiter, ſeu per quos iu
dici pręſentetur, qualiter etiam tot animæ omni pene hora iudicentur particulariter ac ſi-
gillatim à iudice ſummo, quid item de infidelium iudicio animarũ ſit ſentiendum. Hinc de
omnibus his quidã religioſus frater ſpẽaliter mihi charus, cupiẽs edoceri, paruitatẽ meã iam
diu ac inſtanter precatus eſt, ut de his pro conſolatione & ędificatione ipſius aliquid ſcri-
bam: cuius tam pię & humili petitiõi, q̃tum donauerit dominus, ſatiſfacere opto, pręſertim
cum & ipſe in multis mihi aſſidue tam charitatiue ac prompte obſequioſus exiſtat, imò &
toti corpori fraternitatis. Sed quoniam ea quę per modũ ſcholaſticę inquiſitionis ac reſpõ-
ſionis conſcribuntur ac ponuntur, magis conſueuerunt oblectare & clarius informare, p-
pono in iſto tractatulo ſub dialogi forma procedere, pręcacto fratre quęrente & opponen
te, me aũt pro uiribus reſpondẽte. Poſtremo, ne determinata nominum noſtrorũ expreſſio
quenq̃ offenderet, aut temerarij occaſionem iudicij miniſtraret, decreueram tam fratrẽ me
moratum q̃ me, proprijs ſuppreſſis nominibus, per communia quędam deſignare uocabu-
la. Veruntamen aliunde rationabiliter (ut confido) perſuaſus, propria me appellatione deſi
gnabo. De me quidem iam ſatis uulgatum eſt, q plurima ſcripſerim, non obſtante proh do
lor imperitia mea, imò & cõuerſatione nimium defectuoſa. Vnde etſi hic nomẽ meum pro-
prium exprimatur, non ex hoc nouus de me rumor gignetur. Itaq; ab inquiſitionibus fra-
tris pręcacti pręſens opuſculum inchoetur.

Artic. I. Quęſtiones fratris circa plogũ pręinductũ, & reſpõſio ad eaſdẽ. FRATER.

HAnc ſponſionem tuam iam tactam, qua polliceris te inquiſitionibus meis reſpon-
ſurũ pro uiribus, cum ingenti gratiarũ actione accepto ô pręchariſſime frater. Ve-
rũtamen pręconijs quę tetigiſti de me, indignum me fateor: ſed hoc tuę eſt bonita
tis, bene ſentire de alijs. Verũ, ne ex non intellectis progrediar ad ea quę reſtãt, ad
dubitationes mihi occurrentes circa prologũ introductũ, deprecor mihi reſponderi in pri
mis. DIO. Confidenter interroga, qa hoc ipſum ſtudioſitatis eſt ſignũ. Nã ut ait ſcriptura, Eccl.6.
Auris bona cum omni cõcupiſcentia audiet ſapientiam. Atq; ut loquitur Origenes, ex eo-
dem ſapiẽtię fonte procedit prudẽter interrogare & cõuenienter reſpõdere. Iunioribus q̃q;
q̃uis eruditis, potius cõuenit audire & interrogare, q̃ uelle inſtruere. Ad quod inſinuãdum 1 Cor.12
ſapiẽtia dei patris Chriſtus dñs, cum duodecim erat annorũ, in medio ſedit doctorũ, audiẽs Luc.2
atq; interrogãs illos. FRA. Cum iuxta cõtẽta in prologo, duplex exiſtat iudicium, quo ho
mines iudicãtur à deo, uidelicet particulare in obitu ſingulorũ, & uniuerſale in termino ſe-
culorũ, de quo horũ iudiciorũ intelligenda ſunt ũba Apli aſſumpta pro themate: Oẽs nos 2.Corin.5
manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti? DIO. Quãuis hęc uerba cõmuniꝰ exponant de
gñali illo iudicio, in quo uniuerſi & ſinguli hoies corporaliter ac uiſibiliter apparebunt an
te tribunal Chriſti, tũc corporaliter ac uiſibiliter appariturі ac iudicandi, nihilominus poſ-
ſunt hęc ũba de iudicio quoq; particulari intelligi, quẽadmodum & id q̃d ad Roma. idẽ ſcri
bit Apoſtolus: Oẽs (inquiens) ſtabimus ante tribunal Chriſti. & item q̃d ait Hebręis: Statu-
tũ eſt oibus ſemel mori, poſt hoc aũt iudicium. FRA. Cũ tribunal Chriſti ſit, ubi & in quo Roma.14
reſidet Chriſtus oim iudex, ſi in particulari quoq; iudicio manifeſtabimur, & ſtabimus ante Heb.9.
tribunal Chriſti, ergo in particulari ſuo iudicio unuſquiſq; credẽtium perducet uſq; ad perſo
nalẽ Chriſti pręſentiã: cũq; ad dexterã patris reſideat in ſummo cęli empyrei loco, unuſquiſq;

credentium tempore mortis suæ deducetur ac introibit (saltem quantum ad animam suã) cœlũ empyreũ seu regnũ illud usq; ad Christi conspectũ, cum tñ in Apocalypsi dicaẽ, Non intrabit in illud coinquinatũ. DIO. Dñs & saluator Christus, qui in unitate personæ est uerus deus & uerus homo, scdm deitatis suæ naturã uere ubiq; est: porrò, scdm suam assumptam humanitatem nunc plene glorificatã, cõpetit ei esse in cœlo empyreo: & q̃uis ex parte propriç quantitatis dicatur esse ibi duntaxat, seu uno in loco, tamen ex ui cõuersionis panis & uini in corpus & sanguinem eius, etiam realiter est in sacramento altaris: tñ scdm naturam suam assumptã non est ubiq; realiter, q̃uis per potestatem & iurisdictionem sibi cõcessam possit dici esse ubiq;, queadmodum ait: Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Qualiter aũt, & ubi ac q̃n animç morientiũ Christo iudici manifestenẽ, præsentenẽ & coram stent, infrà plenius inquireẽ, cum istud sit principale huius intentũ opusculi. Idcirco p nunc responsione hac esto cõtentus. FRA. Interim sic contẽtor, sed quid per tribunal Chri intelligendum sit, quæso expone. DIO. Queadmodum in cõmuni usu loquendi, per apostolicam sedem designaẽ pontifex summus seu põtificiq eius summa autoritas aut potestas, ita per Christi tribunal datur intelligi Chrs oĩm iudex seu iudiciaria eius potestas. Propter quod Haymo ait: Stabimus ante tribunal Christi. i. ante iudicẽ Christũ: & dr hoc ipsum à simili. Tribunal eñ sedes est iudicũ, qui in sublimi locatur, ut iudex ab oĩb' uideaẽ, & iudex ipse ex loco eminẽti oẽs ualeat intueri. Ita & Chrs quasi in tribunali sedebit, qui & ab uniuersis uidebiẽ, oĩmq; cõsciẽtias cernet, & causas diiudicabit. FRA. Cum Chrs inquantũ hõ, sit uere corporalis, corporaliterq; in loco per proprias sui corporis dimẽsiones, posset ne p Chri tribunal corporalis locus, materiale 'ue soliũ residẽtiç suç intelligi? DIO. De loco Christi corporeo exponitur uno modo id, quod ipse testatur in Apoc. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo sicut & ego uici & sedi cũ patre meo in throno eius: hoc est, in regno cœlesti, in cœlo empyreo, de quo loquitur in Isaia: Cœlũ mihi sedes est. Apl's q̃q;: Adeamus (inqt) cum fiducia ad thronũ gratiç eius. Deniq;, iuxta hunc sensum, tribunal Christi posset intelligi locus ille in aere, ubi sedebit in die nouissimo ad iudicandũ oĩe hoĩm gñs. FRA. Allegasti in prologo q̃d scriptũ est in euangelio, Pater oĩe iudiciũ dedit filio. Quid ergo est q̃d ipsemet filius in euãgelio ꝓtestatur loquẽs Iudæis: Vos scdm faciẽ iudicatis, ego nõ iudico queq̃: & rursus: Qui audit ṽba mea, & nõ custodit ea, ego nõ iudico eũ, nõ eñ ueni ut iudicẽ mũdũ, sed ut saluificẽ mũdũ. Q̃d etiã alibi ita exprimit: Nõ misit de' filiũ suũ in mũdũ ut iudicet mũdũ, sed ut saluẽ mũdus per ipsum. DIO. Harũ & consimiliũ autoritatũ est una solutio. Quemadmodũ eñ est duplex Christi aduentus, uidelicet primus in paupertate & humilitate, & secundus in maiestate & gloria, ita est duplex iudiciũ. Vnũ est iudicium discretionis, quo inter bonũ & malum, inter uerũ & falsum, inter electũ & non electum discernitur: Atq; aliud retributionis seu remunerationis, quo unicuiq; iusta merces rependitur. Itaq; Christus in primo suo aduentu non uenit ut iudicaret iudicio remunerationis, imò magis ut iudicaretur & patientissime oĩa ferret, sed exercendũ tale iudiciũ ueniet in die extremo. Veruntñ in primo suo aduẽtu uenit exercere iudiciũ discretionis, quia tũc inter electos reprobosq; discreuit, q̃sdam misericorditer uocando & cõuertendo, alios iuste derelinquẽdo, impiorũ quoq; uitia arguendo, & uiã instruendo salutis. Propter quod apd' Iohannẽ dixit: Nũc iudiciũ est mundi, quod quasi exponens, adiecit: Nunc princeps huius mũdi eiicieẽ foras. Ex tunc eteñ misso desup spũsancto, cœperũt in toto orbe terrarũ innumerabilia milia hominũ conuerti ad dñm deum, de quorũ cordibus eiiciebatur diabolus. FRA. Si Christus filius dei in primo suo aduentu non exercuit iudicium remunerationis, quis ergo iudicauit eos qui obierunt in seculo isto tempore primi aduẽtus Christi, omniq; tempore quo inter homines in hoc mundo conuersabatur? DION. Ille utiq;, qui ab exordio mundi usq; ad primum Christi aduentum iudicauit morientes in mundo hoc, utputa uerus deus, pater, filius & spiritussanctus, unus uniuersorum creator, iudex ac dominus: quæ in tribus supergloriosis & superbenedictis personis est una natura, adorandæq; trinitatis operationes ad extra sunt indiuisæ: sicq; Christus ut deus, semper extitit omnium iudex per remunerationem. Porrò, præhabita sunt dicta de ipso secundum naturã assumptam. FRA. Si uniuersi ac singuli iudicantur à Christo dum moriũtur, quid necesse est ponere aliud futurum generale iudicium, cum teste Naum propheta, nõ iudicet dominus bis in idipsum? DIONY. Interim singuli iudicantur quantum ad animam, tũc quo ad corpus & animam. Huius tamen rei sunt aliæ rationes, quæ ab Alexandro de Hales, sancto Thoma & aliis assignantur, & infrà forsan tangentur. Sed iam si placet, ab his & huiuscemodi quæstionibus cessa

Matth. 28
Haymo epi. Halberstaten.
Apoc. 3
Isaiæ. 66.
Heb. 4.
Iohã. 5.
Iohan. 8.
Iohan. 12.
Iohan. 3.
Iudæ. 9.
Iohan. 12
Naum. 1.

cessa,quatenus principale aggrediamur propositum: quo completo, incidētalia & occurrentia proponantur.

Articulus II. De loco ac tempore particularis iudicij animarum credentium. FRA.

De isto potissime cupio informari, ubi & quando iudicētur à Christo animæ morientium singulorum. Nam uerba sanctorum multorum, uisiones quoq; & reuelationes quàmplurium uidentur prętēdere, quòd animę non iudicātur à iudice summo, nisi post egressum earum de corpore, quod & sanctus Papa Gregorius 4. dialogorum uidetur sentire: & itē, quòd angeli boni ac mali aīas Chrō repręsentēt ad iudicandū, quæ si aīæ deferrentur in cœlū ad consistoriū dei, ut iudicētur ibidē. DIO. De ista materia nō nisi ualde caute & sobrie est loquendū, atq; ab omni temeraria assertione prorsus est præcauendū. Idq; in primis pro certo tenendum, quòd animarum remuneratio non differtur usq; ad diē gñalis iudicij, prout quidam hęretici, imò & multi Græcorum dicere præsumpserūt: quorum errorem doctores sup 4. Sentētiarum, & specialiter sanctus Thomas in Summa cōtra Græcos, euidēter & plene reprobarunt. Hoc ergo errore abiecto, scrutādum an credentiū animæ iudicentur à Chrō dum adhuc in corpore sunt, an post egressum de corpore. Quocirca sciendum quòd Innocentius Papa tertius in libro suo de miseria conditionis humanæ, uidetur sentire quòd animæ dum adhuc in corpore sunt, iudicātur à domino, ita quòd ante egressum de suis corporibus sciunt quò pergent: hoc est, an erunt saluatæ, an condemnatæ. Ait quippe ibidem Innocentius Papa: Quatuor dolores patiuntur mali in morte: Primus est corporalis angustia tā grauis & magna, quòd in hac uita nō est dolor ei æqualis. Secūdus dolor est, quū corpore iā plene defatigato uiribus'q; exhausto, anima clare & subito uidet oīa sua peccata præterita. Tertius est, quū anima incipit iam iuste diiudicari, & uniuersa ac singula inferni tormenta suis iniqtatibus debita sibi conspicit imminere. Quartus, dum anima impij adhuc in corpore posita, uidet spiritus malignos ad rapiendum se paratos. Insuper clarius loquens ait: Quatuor leguntur aduentus Christi: Primus ad iudicium, secundus in obitu cuiuslibet fidelis, tertius in carne, quartus in mentē. FRA. Quid circa hoc sentis? DIO. De tam ardua & sublimi materia nequaquā uolo aliquid ex meipso asserere, neq; de corde proprio uaticinari: quid uero de his secundum sanctorum patrum & authenticorum doctorum traditionem, imò & secundum scripturam canonicam, & iuxta reuelationes ac uisiones desuper (ut pie creditur) factas tenēdum sit, diligenter inferius introducā. FRA. Legisti aliquos doctores præfatū dñm Innocētium in materia ista sequentes? DIO. Hucusq; neminem legi, nisi quòd quidā uenerabilis & deuotus pater ordinis nostri frater Ludolphus in 3. uolumine de uita dñi saluatoris, capit. 46. sic scribit: Qualem dominus in morte quenq; inuenerit, talem illum in die iudicij iudicabit, qui etiā in morte iudicium suum cognoscit. Vnusquisq; enim Christianus in morte Christū uidebit, & tunc cognoscet an de electis uel damnatis sit. Vnde Lotharius, qui postea Innocētius tertius dictus est, in libro de miseria conditionis humanæ sic ait: Videt tam bonus quàm malus antequā anima egrediatur à corpore, Christum in cruce positum: malus ad suam erubescētiam & confusionē, ut erubescat se non esse redemptum sanguine Christi, sua culpa exigēte. unde de malis dicitur: Videbunt in quem pupugerūt. quod intelligitur de aduētu Christi ad iudicium, & de aduentu eius ad diem mortis. Bonus uero uidet ad exultationē. Vnde & Christus de Iohanne euangelista testatur: Sic eū uolo manere donec ueniam. s. ad obitum eius. Quatuor nanque leguntur aduentus Christi ad homines, duo uidelicet uisibiles, & duo inuisibiles. Primus aduentus uisibilis fuit in carne, alter erit in maiestate ad iudicandum. Primus aduentus inuisibilis fit in mente iusti per gratiam, secundus aduentus inuisibilis est in obitu cuiuslibet fidelis. Vnde dicitur obitus, quoniam obuiam uenit Christo. Hos quatuor aduentus repræsentat ecclesia in quatuor Dominicis de Aduētu, nō solum numero dierum, sed etiam ratione officiorum. Hæc omnia sumpsit & allegat Ludolphus ex præfato Innocentij libro, aliqua tamē omittit. Nam ad probandū quòd Chrs in morte appareat singulis, Innocentius addit: Et hoc habemus ex uerbis Apostoli, qui ait: Vsq; ad diem aduentus dñi nostri Iesu Christi. i. usq; ad diem mortis, quando apparet tam bonis quàm malis Christus in cruce positus. FRA. Videntur tibi pręallegatæ autoritates scripturę satis probare propositū? DIO. Autoritates istę ab expositoribus catholicis atq; authēticis aliter exponūt ad literā: Idcirco pfacta earum applicatio nō satis pbat intentū, put hoc infra in speciali ostendā articulo. FR. Quid sentis de hoc, quòd Innocētius asserit & Ludolph' allegat, chrm in cruce positū singulis credentibus apparere in morte, antequā animæ egrediantur de corpore? an do-

Gregorius

Dolores 4. patiuntur mali
I.
II.
III.
IIII

IIII. Christi aduentus.

Zachari. 12
Apocal. 1.
Iohan. 19.
Iohann. ulti.
IIII. Christi aduentus.

1. Corin. 1.

ctores alij communiter id affirmant. DIO. Quid circa hoc uideatur dicendum, infra diligenter scrutabitur. In nullo quoq; doctore alio legi hoc, nisi in deuoto quodam tractatulo de arte moriendi, composito à magistro Gerardo Rondelli, doctore theologiæ, decano Leodiensis ecclesiæ nuper defuncto, qui ex Innocentio hoc ipsum allegat ac tenet. FRA. Precor, prosequere & describe quid de proposita quæstione atq; materia secundum doctores authenticos & famosos potius sit tenendum.

Articulus III. De particulari iudicio animarum, ex dictis beati Thomæ. DIO.

An in extremo uitæ aliquis pœnitere possit. Iaco.1.

SVper quartum Sententiarum distinctione uicesima, mouet sanctus Thomas hanc quæstionem: Vtrũ in extremo seu ultimò uitæ suæ possit aliqs pœnitere. In cuius solutione inter cætera dicit: Deus qui dat omnibus affluenter, nulli suam denegat gratiam, dummodo faciat quod in se est, se ad gratiam præparãdo. Præparatio autem ad gratiam fit per motum liberi arbitrij. Idcirco quãdiu manet homini usus liberi arbitrij in hac uita, tam diu potest pœnitere & ueniam obtinere. Talis autẽ usus liberi arbitrij manet homini usq; ad ultimum uitæ præsentis, quia in ea liberum arbitrium nondum est confirmatum in malo: ideo usq; ad extremum uitæ potest unusquisq; salubriter pœnitere. Insuper probat hoc, quia sapientia & misericordia dei uincit humanam malitiam: sed homo potest usq; ad extremum uitæ suæ peccare, ergo potest usq; tũc per misericordiam dei ueniam consequi. Dicit enim super quartũ distinctione XLV. ꝙ per uinculum carnis anima detinetur in uia. Ideo quãdiu hoc uinculum non est solutum, manet in uia & statu merendi ac demerendi. Hinc eodem libro distinctione 47. apertius scribit: Quilibet homo est & singularis persona, est etiam pars quædam totius generis humani. Ideo duplex iudicium ei debetur: vnum singulare, quod fit de eo post mortem, quando recipiet iuxta ea quæ in corpore gessit, quamuis non totaliter: quia nõ quo ad corpus, sed quo ad animam tãtum. Aliud iudicium debet esse de eo secundum quod est pars quædam totius generis humani, quemadmodum etiam alijs iudicari dicitur secundum humanam iustitiam, quando iudicium datur de communitate cuius ipse est pars. Nec tamen deus bis iudicat in idipsum, quoniam pro eodem peccato non infert duas pœnas, quarum quælibet per se sufficiens sit pro illius punitione peccati, sed pœna quæ ante finale iudicium complete inflicta non fuit, in ultimo iudicio complebitur, quando impij cruciabuntur quantum ad corpus & animam simul. Amplius, idem sanctus doctor in tertia parte Summæ suæ quæstione 53. ait: Iudicium de immutabili perfectione (.i. consummatum & certum iudicium) dari non potest ante consummationem seu finem rei, sicut iudiciũ de aliqua actione qualis sit, dari perfecte non potest antequam sit consummata in se & in suis effectibus: quoniam multæ actiones uidentur utiles esse, quæ ex suis effectibus inueniũtur nociuæ. Similiter de homine iudicium perfectum dari non potest, quamdiu uita eius non terminatur. Porro uita hoĩs terminatur per mortem, idcirco post mortem datur de eo singulare iudicium. Hinc dicẽdum ꝙ post mortem, quantum ad ea quæ sunt ipsius animæ, homo sortitur quendam immutabilem statum: ideo quantum ad præmium animæ, non oportet differri iudiciũ ultra mortem. Rursus in eadem asserit quæstione: Quamuis pœna seu præmium corporis depẽdet ex pœna seu premio animæ, tamen quoniam anima non est mutabilis, quo ad statum merendi & non merendi nisi per accidens, scilicet propter corpus, ideo anima separata à corpore, statim habet statum immutabilem & accipit suum iudicium. FRA. Quantum intelligere ualeo, ex præhabitis sancti doctoris uerbis euidenter consequitur & habetur, ꝙ particulare animarum iudicium fiat post earum separationem à suis corporib⁹. Nam usq; ad mortem durat status ac tempus merendi ac demerendi, ipsaq; mors est terminus status ac temporis huius, ita ꝙ statim post eam sequitur immutabilitas status, in qua anima amplius promereri non potest. DIO. Recte consideras. sed audi quid adhuc idem conscribat doctor. Nempe in Summa contra gentiles libro quarto: Animæ inquit, statim cum à corpore fuerint separatæ, immobiles secundum uoluntatem redduntur, ut scilicet ultra uoluntas hominis mutari non possit, neq; de bono in malum, neq; de malo in bonũ. Quandiu eñi anima mutari potest de bono in malũ, uel ecõuerso, est in statu pugnæ atq; militiæ. Oportet nanq; ut solicite malo resistat, ne ab ipso uincatur, uel ut conet ꝙ liberetur ab ipso. Sed statim dum anima à corpore separatur, non erit in statu militiæ aut pugnæ, sed in statu recipiendi pœnam aut præmium pro eo ꝙ legitime aut illegitime certauerit. Propter quod uita hæc comparatur militiæ & diebus mercenarij, iuxta illud Iob: Militia est uita hominis super terram, & dies mercenarij dies eius. Itaq; tota hæc uita est uia ad aliam uitã, & ad

Iob.38

Num. 1.

Aiæ separatæ immobiles sed'm uoluntaté redduntur.

2. Tim. 2.
Iob. 7.

me-

meritum siue demeritum: propter quod ea finita, restat iudicium. Hinc in eodem libro ait: Anima est in statu mutabili quandiu corpori unitur, hoc est, quandiu manet in corpore: non autem, postquam fuerit à corpore separata. Dispositio nanque animæ mouetur seu mutatur per accidens secundum aliquem corporis motum. Cum enim corpus deseruiat animæ ad ipsius animę operationes, ad hoc naturaliter datum est animæ, ut anima in ipso existens pficiatur, quasi ad perfectionem mota. Quando ergo erit à corpore separata, nõ erit in statu ut moueatur ad finem, sed ut in fine adepto quiescat. Ex quibus uerbis elicitur, quod quandiu anima non est à corpore separata, est in statu quo possit moueri, se'que conuertere ad ultimum finem, qui deus est seu beatifica eius fruitio: idcirco quãdiu in corpore est, nõ competit ei iudicari à deo, sed statim post separationem. Præterea, eiusdem libri penultimo ait capitulo: Duplex est retributio pro his quæ homo gerit in uita præsenti: una secũdum animam, quam retributionem percipit homo statim quum anima fuerit à corpore separata: alia uero retributio erit in resurrectione corporum. Et prima quidem retributio singillatim fit singulis, secundum quod diuisim moriuntur: secunda autem retributio simul omnibus fiet, secundum quod omnes simul resurgent. Omnis autem retributio qua diuersis diuersa redduntur, secundum diuersitatem meritorum requirit iudicium: Vnum, quo diuisim singulis quantum ad animam redditur pœna uel præmium: aliud autem commune, quo quantum ad corpus & animam reddetur omnibus simul quod meruerunt. FRA. Satis diffuse & euidenter ex dictis sancti Thomę ostendisti intentum. DIO. Adhuc unum ipsius testimonium introducam, idque doctor iste super secundum Sententiarum distinctione septima, causam obstinationis & impœnitentiæ angelorum, qui corruerunt, assignãs: Quemadmodum inquit, impossibile est à uoluntate indeclinabiliter adhærente recto fini procedere culpam, ita econtrario impossibile est à uoluntate adhærente inconuertibiliter peruerso fini procedere actum bonum. Peccatum autem uoluntatis contingit dupliciter circa finem: Primo ex passione abducente rationem ab actuali consideratione recti ac debiti finis: & taliter peccans, pœnitet passione cessante. Secundo ex malitia, quę secundum Philosophum septimo Ethicorum corruptiua est finis. Dicitur nanque ex malitia peccare, qui ex electione praui finis est peccans, eo quod qualis est secundum habitum, talis finis uidetur ei conueniens, sicut qui habitualiter luxuriosus est, finem sibi cõstituit in delectatione venerea. Et quum error circa finem in operabilibus sit, sicut error circa prima principia in speculabilibus, circa quæ errantem non contingit retrahi ac dirigi ex alijs magis notis, oportet quòd sic peccans sit impœnitens, ut ibidem ait Philosophus. Igitur de peccato nullus potest pœnitere, nisi uel passione cessante, uel remoto habitu quo finẽ malum elegit. Remoueri autem habitum non est possibile, nisi in eo qui est in statu uiæ & mutabilitatis. Vnde quandocunque aliquis deuenit ad terminum uiæ, non potest deflecti ab eo fine cui inhæsit, siue sit bonus seu malus. Finis uero hominis est mors sua, & finis angeli est terminus suæ electionis, quo bono adhæsit uel malo. Vnde sicut homines post mortem confirmantur in bono uel malo, ita angeli post auersionem uel conuersionem. Hæc Thomas. Ex cuius uerbis sic argui potest: Deus particulari iudicio non iudicat animam morientis, quousque ipsa finaliter & indeclinabiliter fixerit se in bono aut in malo, hoc est in auersione à deo uel in conuersione ad ipsum. Indeclinabilitatem autem seu immutabilitatem suæ conuersionis aut auersionis non consequitur nisi uia completa, id est, post mortem: idcirco nec iudicatur nisi post mortem. FRAT. Quamuis hæc rationabiliter dicta uideantur, attamen circa præallegata uerba Thomæ dubitatio mihi occurrit. Quomodo enim affirmat peccatum uoluntatis dupliciter contingere, scilicet ex passione & malitia, quum dicatur communiter quòd contingat tripliciter, utputa ex ignorantia, infirmitate seu passione, & ex malitia? DION. Duo illa tangendo, tertium non excludit. FRAT. Qualiter ergo stabit quod dixit, De peccato nullus potest pœnitere, nisi uel passione cessante, uel habitu malo remoto, quum is qui ex ignorantia peccat, cessare queat à culpa, ignorantia sua per eruditionem ablata? DION. Dici potest, quòd Thomas distinguit & loquitur quantum ad propositum sufficit: uel quòd tertium illud ad aliquod horum reducatur duorum. FRA. Ex alijs quoque doctoribus præinducta (si placet) declara.

Apoc. 22

Duplex retributio eorũ quę pſenti uita agunt.

Voluntatis pctũm dupliciter contingit.

Pniam quid impedit.

Articulus IIII. Ex dictis domini Bonauenturę, Alexandri de Hales & alioꝝ do

ctorum de eadem materia, & præsertim de modo, forma ac durati tione particularis iudicij.

DIO. DEuotus doctor Bonauentura sup quartum Sententiarũ, distinctione uicesimaː Credendum est, ait, quòd in egressu animæ à corpore assistũt spiritus bonus & spiritus malus, uel unus uel plures, & tunc secundum ueritatem ferri sententiam: et si bona est anima, per ministerium angeli boni adduci eam in cœlum aut in Purgatorium, quousq; purgata, per eius ministerium educatur: si uero sit mala, per ministerium angeli mali ducitur ad infernum. Hoc inquã tanquã magis probabile, magis est concedẽdum, quamuis in hac parte nihil sit temere asserendũ. FRA. Ex his apparet quòd anima iudicetur in eius egressu à corpore, nõ post egressum, cum dicat, tunc. DIO. Quòd ait, tunc, intelligendum uidetur. i. tempore illo, utputa mox post egressum. nam ultimum instans quo anima est in corpore, pertinere censetur ad tẽpus quo in corpore mansit, tanquam illius temporis finis. Deniq;, iuxta hunc sensum idem doctor asserit super quartum distinctione 21. Sicut contingit regnum dupliciter obtineri, uidelicet integre & perfecte siue in toto, & alio modo secundum partem siue in anima, sic duplex est iudicium & duplex sententia. Nam sicut homo glorificatur secundum partẽ, ita particulariter iudicatur, & de eo sententia fertur quando anima de corpore egreditur. Iudicium autẽ uniuersale erit, quando homo erit glorificandus secundum corpus & animam. Præterea, his concordant quæ irrefragabilis doctor Alexander de Hales scribit in Summa sua & super secundum Sentẽtiarum, & item quæ Thomas de Erfordia de hac ipsa scripsit materia. FRA. Ex præallegatis Bonauenturæ uerbis manifeste sequi uidetur, quòd animæ morientiũ præsentantur iudici summo nõ in cœlo, sed infrà in medio loco, qui inter cœlum & infernum ac Purgatorium medius perhibetur. Ait enim quod data sentẽtia, si anima fuerit bona, deducitur ab angelo sancto ad Purgatorium uel ad cœlum: si mala, deducitur per dæmonem ad infernum. Ad iudicem etenim pertinet diffinire quò deducenda sit anima, & quantum ac qualiter punienda. DIO. Bene consideras. nihilominus obseruandum quod docet Bonauentura, ut scilicet de his nil temere asseratur. FRA. Qualiter anima iudici præsentatur? DIO. Cum anima sit inuisibilis & incorporalis substantia, cõstat quòd inuisibiliter pręsentetur, tamen uere realiter. Iudex autem secundum suam deitatem uere ubiq; est. FRA. Qualiter profert sententiam? DIO. Quum anima relicto corpore non utatur auditu corporeo, non profertur de ea iudicialis sentẽtia uerbis uocalibus, sed intellectuali locutione, qua animæ notificatur spiritaliterq; exprimitur & intus ostẽditur, quid promeruit, quò ducetur, quid pro mercede suscipiet. FRA. Quid de duratione huius iudicij sentis? DIO. In momẽto pagitur & cõpletur, præsertim cum diuinæ, omnipotenti, infinitæq; potestati conueniat agere in instanti. FRA. Quomodo possunt pręsentatio, accusatio, disceptatio atq; sententię prolatio, quæ in particularibus quoq; iudicijs fieri suo modo creduntur, instãtanee fieri, & compleri? DIO. Quid hoc miraris de particulari iudicio, cum de generali quoq; iudicio dicãt doctores quãplures super quartum Sententiarum, quòd in momẽto complebitur? ad quod allegant quod ipsemet iudex apud Lucam protestatur: Sicut fulgur coruscans de sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt fulget, ita erit filius hominis in die suo. Quod in Matthæo ita exprimitur: Sicut fulgur exit ab oriente & apparet usq; in occidentem, sic erit aduẽtus filij hominis. Hinc Thomas super quartum Sententiarum distinctione quadragesimaseptima loquitur: Probabilius æstimatur, quòd totum illud iudicium & quo ad discussionem, & quo ad accusationem malorum ac commendationem bonorũ, & quo ad sententiam de utrisq;, mentaliter perficitur, & per consequens in momento fieri possit. Hinc uicesimo de Ciuitate dei loquitur beatus Augustinus: Liber uitæ de quo in Apocalypsi habetur, intelligenda est uis quędam diuina, qua fit ut unicuiq; opera sua bona aut mala ad memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernentur, ut accuset uel excuset sciẽtia conscientiam, atq; sic simul omnes & singuli iudicentur. Porro si uocaliter singulorũ facta narrarentur, inæstimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur. FRA. Video mihi esse responsum. sed quum frequenter una hora tot milia hominum moriãtur, & quasi in eodem momento, quod & in magnis solet prælijs euenire, quomodo possunt tot animæ simul eodem iudicari momento? DIO. Iam ad hoc data est respõsio, quoniam incircunscriptibilis atq; omnipotens iudex ita faciliter iudicat eodem momento mille animas sicut unam. Nunquid difficilius ei est, multas animas eodem momento aut instante iudicare quàm creare? Ex his etiam innotescit, quàm mendosum & fatuum sit, quod impijssimus Saracenorum de-

Marginalia: Iudicij duplex. — Thomas de Erfordia. — Lucæ 17 — Mat. 24 — Liber uitæ quid. — Apoc. 3. 20 — Vulgaris quæstio.

deceptor Mahometus affirmat, dicendo quòd finale illud gñale iudicium durabit per qn quaginta milia annorum. Omino em̃ irrationabile esset, iniustum & indecẽs, deum iustũ, sapientem ac omipotentem, sanctos & electos tam diu differre à mercede & gloria, aut occupari tam diuturne ad iudicãdum genus humanũ, qui in principio solo imperio cõdidit mundum. FRA. Ex autoritate illa & uerbis Christi, quæ ex Luca & Matthæo iam allegasti, uidetur necessario seq, quòd finale illud iudiciũ instar fulguris instãtaneum momenta neũ'ue consistet. DIO. Hoc plane cõsequeretur, nisi uerba illa possent & aliter accipi & exponi. FRA. Qualiter exponuntur & aliter? DIO. Hi qui putãt finale iudicium per tempus notabile duraturum, dicunt q Christus præallegata protulit uerba non ad insinuãdum illius iudicij momẽtaneam durationem, sed ad designandum sui aduentus clarã & omnibus uisibilem manifestationem.

Inepriæ & mẽdacia Mahometi.

Gene. 1.

Articulus V. Cõfirmatio eorum quę dicta sunt de loco & tẽpore particularis iudicij, ex uerbis sanctorum patrum & præcipuorum doctorum. DIO.

QVàm periculosum sit pœnitentiã usq; ad finem differre, & tñ in fine posse hominem pœnitere, testatur beatus Augustinus: Periculosum est, inqens, pœnitentiã usq; ad finem uitæ differre: si tñ tunc uera habeatur pœnitentia, hominem liberat, & spũaliter mortuo uitam gr̃æ impetrat: nõ tamen sic, ut nullam sentiat pœnã, nisi forte tanta sit uehemẽtia cõtritionis & gemitus, quæ sufficiat ad punitionem iniqtatis. Licet ergo difficile sit ut tunc uera sit pnĩa, qñ uenit tam sera, dũ cruciatus membra ligat & dolor opprimit sensum, ita ut homo uix ualeat aliud aliqd cogitare, melior tamen est pœnitẽtia sera q̃ nulla. Pœnitẽtia nãq; si in extremo uitæ hiatu aduenerit, sanat ac liberat. Hinc Magister Sententiarum asserit quarto libro: Sciẽdum qđ pœnitentiæ tẽpus est usq; ad extremum articulum uitę. Ideo ait & Leo Papa: Nemo est desperãdus dum adhuc in corpore est cõstitutus, quia nonnunq̃ quod diffidentia ætatis differtur, cõsilio maturiore pficitur. Ex quibus satis sequi uidetur, q anima non iudicatur anteq̃ de corpore egrediatur. Deniq; ad hoc probãdum allegat Climachus quod ait scriptura: In quo inuenero te, iudicabo te, dicit dñs. Hinc Damascenus libri secundi capitulo tertio cõtestatur: Quod angelis est ruina, hoc hominibus est mors: qa nec angelus post ruinam, nec homo post mortem est pœnitẽtię susceptiuus. Oẽs autẽ istiusmodi autoritates fundãtur in scriptura canonica. Nam & in Ecclesiaste scriptum est: Si ceciderit lignum ad austrũ uel ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. In qbus uerbis per lignum intelligitur homo, p casum mors, p austrũ sors seu societas electorum, aut feruor charitatis seu splendor uirtutum, p aqlonẽ frigus uitiorum seu consortium reproborum. Itaq; sensus est, q in ea affectione & dispositione mentis, qua aïa recedit à corpore, pmanet inæternũ, ita q ad electorum numerum ptinebit, si in charitate discesserit: ad reprobos uero, si igne dilectionis carnis in torpore pigritię & pctõ abierit. Vnde & p Ezechielẽ dñs scdm antiquã trãslationẽ asseruit: In quacũq; hora ingemuerit pctõr, oïm iniqtatũ eius amplius nõ recordabor. Præterea, dñs Antisiodorensis scribit in 3. parte Sũmæ suæ, & idẽ fatetur Alexander de Hales, q q̃uis deus omipotens sit, non tñ posset homini absoluta assertione prædicere q extet dãnandus: quia sic homo teneretur despare. Si aũt aïa iudicaretur à deo anteq̃ egrederetur de corpore, desperare mox teneretur adhuc in corpore manens, quod opinari non licet.

Augustinus.

Pœnitẽtia sera periculosa est, & tñ melior est q̃ nullam.

Climachus

Eccle. 11.

Ezech. 18.

Articulus VI. Obiectiones cõtra præhabita, & respõsio ad easdem. FRA.

COpiose probasti, quòd homo usq; ad ultimum instans uitę præsentis inclusiue, possit salubriter pœnitere. Quid ergo est, q̃d sanctus Gregorius in homilijs suis & alibi de qbusdã morientib⁹ recitat, q in extremis agentes uiderunt teterrimos spũs in speciebus Aethiopum aut draconũ ad se uenientes, propter q̃d fuerunt ualde pterriti atq; inducias petierunt, in quibus utiq; pœnitere proposuerũt? & tñ affirmat sanctus Gregorius, q totũ illud illis nil profuit, nec propter eorum emendationẽ, sed ob nr̃am admonitionẽ talia demõstrata sunt ipsis. Ex eisdẽ recitationib. uidet, q illi iudicati fuerũt à deo anteq̃ migrauerũt à corpore. Nã & un⁹ eorum astãtibus dixit: Draconi ad deuorandũ dat⁹ sum. Insup, Climachus refert de quodã magno anachoreta nomine Stephano, qualiter ante migrationẽ suam à corpore in extasi mentis positus, apertis oculis intendebat ad dexteram lectuli ac sinistram: & quasi ad reddendã rationem à quibusdam exactus, cunctis q aderant audientibus, dixit interdũ sic: Vtiq; uerum est, sed confessus sum, & tanto tempore ieiunaui pro isto. Quandoque sic: Nequaquam, sed mẽtimini, istud non feci. Aliquando uero: Verum est qđ hoc feci, sed ploraui & dño ministraui. Atq; nonnunq̃:

Exemplum ex Climacho.

Hoc

Hoc feci, nec respõdere possum, sed deus misericors est. Erat'q; horribile & horrendũ executoriũ inuisibile illud rõnis exactę. & hic tãtus ita sub rõnis reddẽdæ exactione posit⁹, recessit à corpore. Ecce, ex hac narratione uidetur, ꝙ aĩa ante recessum à corpore iudici præ

Hebr.12 sentetur, & rationẽ reddere exigatur & accusetur. Amplius, in ep̃la ad Hebræos ait Ap̃ls: ꝙ Esau non inuenit pn̄iæ locum, quãq̃ cum lachrymis inq̃sisset eũ. Cõformiter de Antio-

2.Mach. 9 cho fertur, ꝙ orauit scelestus dñm à quo non erat misericordiã consequuturus, qui tñ ualde pœnituisse uidetur. Nã & inter cætera sua promissa uouit se Iudæũ futurũ, & totã terrã sanctã peragraturũ, ac prædicaturũ dei potẽtiam, ac templũ esse se ornaturũ optimis donis.

Prouer.1. Postremo, in Prouerbijs loq̃tur increata sapientia de iniquis adhuc in corpore constitutis; quia uocaui & renuistis. despexistis om̃e consiliũ meũ, & increpationes meas neglexistis, Ego quoq; in interitu ur̃o gaudebo & subsannabo, cũ uobis quod timebatis aduenerit, cũ irruerit repẽtina calamitas. Tunc inuocabũt me, et non exaudiã: mane consurgent ad me,

Exod.9. & non inueniẽt me. At uero p Moysen deus dixit ad Pharaonẽ: Quia in hoc ipsum excita

Rom.9. ui te, ut ostendã in te fortitudinẽ meam &c. per quæ uerba pnuntiauit ei suam reprobatio

Matt.26. nem. Adhuc aũt, ipse saluator aptissime dixit de Iuda: Vę homini p quem filius hois trade

Luc.22. tur. Bonũ ei esset si natus non esset. Et hoc Iudas intellexit proferri de se. Petro quoq; prędi

Marc.14. xit: In hac nocte ter me negabis. nõ tñ ob hoc Petrus despauit, desperare'ue debuit se pos-

Ibidem. Iohan.3. se euadere trinã illam negationẽ. Postremo apud Iohannẽ legitur: Qui nõ credit, iam iudicatus est, q non credit in noie unigeniti filij dei. Infideles ergo iam ante obitũ suũ sunt iudicati. Itẽ, multi sanctorũ suscitauerunt defunctos, etiã eos qui in mortalibus obierũt peccatis, qui nõ fuerunt iudicati in morte: imò doctor ille Parisiensis, cuius dãnationis occasione sanct⁹ ordo noster sumpsit exordiũ, primo die post obitũ suũ miraculose se erigẽs, perhibuit esse se accusatũ, secundo die dixit se iudicatũ, tertio condemnatũ. Nõ ergo uidetur statim post mortem suam iudicatus & condẽnatus fuisse. Consimilia multa possem obijcere, sed ex horũ (ut reor) solutione patebit ad illa responsio.

Articulus VII. Solutio instantiarum istarum. DIO.

EX charitatiua & modesta disputatione ueritas clarius innotescit. Ideo tua obiecta sunt diligenter soluẽda: & qm̃ ea quę ex uerbis B. Gregorij obiecisti, duplicem includũt impugnationẽ, uidelicet q̃d multi in fine uitæ suæ nequibãt ueniam obtinere, & itẽ ꝙ tales uidentur ante suũ obitũ iudicati, idcirco ad primũ respõdeo, ꝙ tanta est pietas dei, ꝙ nulli facienti quod in se est, ueniã negat aut gratiã. sed ipse cordium est inspector, nec humanæ astutiæ uerbis ex repẽtino aut uehementi timore prolatis decipi potest. Porro, ut Bonauentura super 4. fatetur, tunc dicitur homo facere q̃d in se est, qñ toto posse suo detestatur peccata, inquantũ pc̃ã sunt, utputa fœda & uilia, & contra iustitiã, offensiuaq; dei: & hoc est detestari ac uitare pc̃ã ex zelo quodã iustitiæ & quodã dei amore, & ultra hæc inuocat dei auxiliũ, ac ea quę deus requirit ab ipso, proponit implere. Qui aũt ex solo seruili timore detestat peccata & pœnitet, emendationẽq; spõdet, is quan

Psal.10. tum in se est adhuc amat iniqtatẽ, nec ad bonũ honestũ afficitur, neq; ad deũ, sed solo horrore incõmodi proprij incitatur ad pœnitendũ: quod nõ est meritoriũ apud infallibilem iudicem, qm̃ ex amore proprio & priuato procedit. Nec dubites quin tales fuerũt de quibus ex Gregorio obiecisti. Ad aliud dico, ꝙ illi nõ fuerunt ante suũ obitũ iudicati, quãuis quædã signa suæ instantiã dijudicationis uel ob eorũ commonitionẽ, uel ad nostrã pmonitionẽ apparuerũt eis. Is quoq; qui dixit, Draconi datus sum ad deuorandũ, ita putauit, nõ tñ sic fuit. Nam & paulopost uere pœnituit. Ad id quod ex Climacho obiecisti, arbitror respondendũ, ꝙ secreta dispensatione oĩpotentis & ex specialibus causis altissimo notis, anachoreta ille ante obitũ suum sic fuit exactus reddere rationẽ, & accusantibus eũ dæmonibus ita respõdit, ut etiã sancti uiri humilient se & diuinũ formidẽt iudicium, & ut agnoscamus q̃ metuenda & districta sint dei iudicia in obitu singulorũ. Climachus tñ nõ refert q̃d anachoreta ille accepit diuinã sententiam ante aĩæ suæ de corpore egressionem: & dato ꝙ ante egressionẽ acceperit eam, hoc tñ prædictis non obuiat: q̃a intelligẽda sic sunt, ꝙ de lege cõmuni fertur iudicium post animarũ egressionem. Oĩpotens aũt & sup beatissimus deus nulla lege arctatur. Certum est etiã ꝙ multis electis & sanctis reuelata fuit diuinitus futura eorũ saluatio, anteq̃ exierunt de corpore, quod fuit ex gr̃a speciali. Nã & diuino ac sãn

Dionysius Areopagita. cto Dionysio in carcere clauso apparuit Chr̃s, dansq; electo illi propriũ corp⁹: Accipe, inquit, hoc ô chare meus, quia merces tua apud me magna est nimis. Deniq;, sanctus Marti-

S.Martinus. nus astanti dixit diabolo: Recede à me funeste, nihil in me reperies, Abrahæ me sinus susci

pi

piet. Conformiter sanctus pater noster Hugo Lincouiẽsis episcopus, positus in extremis disseruit: Nõ erit iudicij, sed refrigerij dies cũ defunctus fuero ego. Ad illud quod de Esau obiecisti, dicẽdum quod uerba Apostoli intelligũtur ad literã, quantũ ad hoc quod Esau nõ inuenit pniæ locum, ita ut posset recuperare ius primogenituræ quam uendidit fratri suo: si tamen postea pœnituit uere de suis peccatis, ueniã est adeptus. Coĩter tamẽ tenetur, quod ad finalem pniam non puenit. Lachrymæ quoq; ipsius non fluxerũt ex uera cõtritione, sed magis ex impatiẽtia & indignatione aduersus Iacob, ut Haymo scribit, uel ex dolore amissionis paternæ bñdictionis, quãtum ad temporalẽ prosperitatem, quam magis q̃ æternã felicitatem amauit. Similiter ad instantiã illam de Antiocho factam, dicẽdum quod callidissimus ac sceleratissimus ille ex pręsenti dolore sibi inflicto & timore maioris supplicij, atq; ex desiderio recuperãdæ incolumitatis, nõ aliquo iustitiæ zelo aut uirtutum amore pœnituit. Idem dicendũ ad uerba Salomonis quæ tetigisti. Ad ea quæ de prænuntiatione facta Pharaoni adducta sunt, respõdet Gulielmus Antisiodorensis in secunda parte Summæ suæ, quod dum deus alicui prædicit suam culpã aut condemnationẽ, intelligendũ est dictum hoc esse sub cõditione, uidelicet nisi pœnituerit aut cauerit sibi. Nec deus hoc prædicit ad certificandũ aliquẽ de sua culpa aut cõdemnatione, quia sic ei pręcluderet uiã salutis. Per quod patet responsio ad obiecta de sacratissimo Petro & nequissimo Iuda. Ad id quod tactũ est, qđ non credẽtes iam iudicati sunt, respondeĩ uerba illa sic esse intelligẽda, qđ sententia de eis in coĩ nunc data est & sub conditione, uidelicet nisi cõuertãtur ad fidẽ, & qm̃ habent in se manifestã causam damnationis, cũ sint absq; fidei fundamento, nec aliqd boni meritorij habeãt sibi admixtũ, unde nec iudicio disceptationis sunt iudicãdi. Veruntamen loquendo de iudicio retributionis, iudicãtur sigillatim in morte quantũ ad animam: generaliter quoq; in die nouissimo, quo ad corpus & animam. Nam & deus iustus ac sanctus pręfigit eis mensuram pœnarũ iuxta mensuram exigẽtiamq; culparũ. Non enim omes ęque iniqui sunt. Itaq; & eis ad memoriã reuocãtur ac desuper ostẽdũtur uniuersa eorũ peccata, ut sciant se iuste damnari, nec rationabiliter cõqueri queant. Præterea, ad id quod obiecisti de resuscitatis, cõcorditer dicũt doctores, quòd in mortali culpa defuncti & resuscitati, nõ fuerunt à iudice summo oĩa pręsciente finali sentẽtia condẽnati, sed p̃scius futuorũ oĩpotens ob id quod sciuit futurũ, suspẽdit ac distulit eorũ finale & absolutũ iudicium, interim tamẽ fuerunt adiudicati tormẽtis ad tempus. Ad ultimum respondendũ, quòd q̃uis ille defunctus uicib. interpolatis apparuit & narrauit se esse accusatũ, iudicatũ & condẽnatũ, tñ oĩa illa potuerũt simul esse pacta. Tribus qppe apparuit uicib⁹, ut plures cõfluerẽt & miraculũ tanto celebrius redderetur, ac fructus copiosior sequeretur. Vel deus dispensatione speciali ac rationabili suspendit damnationis illius iudicialem sententiam ob causas pręta ctas. Quamuis enim de lege communi fiat singulorum particulare iudicium statim (ut dictum est) post animarum à corpore exitum, nihilominus certis ex causis potest omnipotens aliter agere de quibusdam, differendo de eis sententiam. FRA. Non solum ad obiecta lucide ac rationabiliter respõdisti, sed etiã ex iam pręta ctis aduerto, quid de infideliũ generali ac particulari iudicio sit tenendum. Attamen opto agnoscere, an etiam angeli sancti astẽt infidelium animabus dum iudicantur: & uidetur quòd non, quoniã animæ illæ nil boni deferunt secum nec possunt iuuari. Nam & Apostolus loquitur: Omne quod non est ex fide, peccatum est. DIO. Apud Danielẽ legitur, quemadmodum Gabriel angelus dixit ad Danielem: Princeps Persarũ restitit mihi uiginti & uno diebus. Quod sanctus Gregorius & Thomas ac alij multi exponunt de angelo sancto, qui præfuit toti genti Persarum, q angelus fuit de tertio ordine, utputa Principatuum choro, sicut & Michael qui pręfuit tunc synagogæ. Quemadmodum ergo angelus ille coram deo defendit pro posse causam plebis Persarum sibi cõmissæ, quamuis gens illa fuit idololatra, sic forsan quis opinari potest quòd angeli sancti custodes infidelium singulorum comitentur animas sibi commissas usq; ad dei iudicium, quatenus à dæmonum accusatione eas quantum queant releuent uel excusent, & bona ex genere quæ egerunt in corpore, pro ipsis allegent. Quamuis etenim infideles nil meritorij operentur, agunt tamen aliqua bona ex genere, præsertim qui unius ueri dei qualescunque extant cultores, ut subueniendo pauperibus, honorando parentes, deum laudando: & talia forsan ualent eis ex infinita misericordia dei, ad suarum minorationem aut mitigationem pœnarum. Veruntamen, quicquid agunt propter finem quem in sua perfidia præstolantur, peccatum censetur, ut si Saracenus eleemosynam largiatur, quatenus tãdem in paradiso terrestri carnis uoluptatibus perfruatur, prout in Al-

chd

Hebr. 12. 2. Mac. 9. Prouer. 1. Matt. 26. Marc. 14 Rom. 14. Dani. 10. Dani. 12.

Roman.14. chorano promittitur. Hinc quod ait Apostolus, Omne quod non est ex fide, peccatum est,
Dani.10 ita exponitur: Omne quod est contrarium fidei, culpa est. FRA. Verbum illud ex Daniele iam allegatum, Princeps Persarum restitit mihi, putabã de angelo malo seu dęmone intelligendũ. Quomodo enim inter sanctos angelos potest pugna aut resistentia esse, cum scriptum sit, Potestas & terror apud deũ est, qui facit concordiã in sublimib. suis? DIO. Quamuis quæstio ista non multũ sit speculationis præsentis, tñ breuiter respondebo. Atq; id fateor, q & sanctus Hieronymus sup Danielem, autoritatẽ illã exponit de angelo malo, opinatiue tamen & sobrie, non assertiue. Aptius tñ uidetur exponenda de angelo bono, quoniã angelus ille non potuisset tot diebus resistere Gabrieli, nisi iustã causam aliquã habuisset: & si iustam habuit causam, potuit resistentia illa fieri per angelum bonum. Itaq; iuxta expositionẽ Gregorij, cum impscrutabilia sint diuina iudicia, eorũ profunditatẽ non intelligunt angeli sancti, nisi in quãtum eis diuinitus reuelatur: idcirco non semper agnoscunt quid unicuiq; plebi aut homini debeatur secundum dispositionem atq; iudicium dei, quousq; eis desuper reueletur. In diuersis autẽ gentibus sæpe sunt diuersa merita & demerita, propter quæ una debeat alteri subdi uel ab eius dominio liberari. Quilibet uero angelus merita plebis deputatæ suæ custodiæ, ad diuinæ iustitię examen ac iudiciũ refert: sicq; angelorũ sanctorũ mutua pugna nil aliud est, nisi relationes & allegationes cõtrariorũ meritorũ plebiũ eis creditarũ, dum unus angelus sanctus allegat pro plebe sua aliqua bona, & angelus alius pro gente sibi commissa allegat meliora quæ potest. Nihilominus inter angelos sanctos uera concordia est, nulla dissensio, qm̃ dei sentẽtiam unanimiter præstolantur: & quicquid iudicauerit deus, concorditer uolunt & approbant. FRA. An sicut quilibet homo habet duos angelos, unum in custodem, aliũ in tentatorẽ, sic quęlibet gens habeat angelum unum bonum pro cõmuni custode, & aliũ malũ pro generali impugnatore? DIO. Hoc ex uerbis Hieronymi, Bedæ, Alberti, Thomæ & aliorum manifeste habetur, sed non nimium euagemur.

Iob.25 (margin, beside "Potestas & terror")
Rom.11 (margin, beside "expositionẽ Gregorij")

Articulus VIII. Responsio ad autoritates, quibus aliqui probare conati sunt, quòd animæ iudicentur à Chr̃o anteq̃ egrediantur à corpore.

FRA. Quia hucusq; probasti q aiæ iudicẽtur finita hac uita, restat ut ad autoritates alterius positionis respondeas. DIO. Ad primam illam autoritatem, Videbunt in quem pupugerunt, dicendũ quòd ad literã loquitur de Iudęis qui Christi crucifixionẽ procurauerunt, & de Pilato ac eius ministris qui impleuerunt. Vnde
Apocal.1. Iohan.19. Zachari.12 Iohann.19. ad hunc sensum allegatur ista autoritas à Iohãne qui dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Similiter in Apocalypsi, ubi legitur: Videbit eum oĩs oculus & qui eum pupugerũt. Sicq; Augustinus, Beda, Albertus & alij eã exponunt. Loqtur quoq; autoritas ista ad literam de finali & gñali iudicio. Siquidẽ in Apocalypsi immediate ante hæc uerba præmittitur: Et ecce uenit cũ nubibus &c. & hoc dicunt ibi expositores. Sumpta est quoq; ista autoritas ex Zacharia propheta, ubi legitur: Aspicient ad me quẽ confixerunt. Secũda autoritas, utputa, Vsq; ad diẽ aduentus dñi nostri Iesu Christi, habetur in prima ad Thessalonicenses, & in Glossa exponitur, usq; ad finẽ uitæ pręsentis. Sic etiã Gorra exponit. Veruntamen confitendũ est, q Christus ueniat ad quemlibet morientem, non qđ ad singulos psonaliter ueniat & descendat, sed p effectum suæ pietatis seu æquitatis uenire asseritur, uisitando atq; iudiciũ exercendo, quẽadmodum in Apocalypsi comminatur quibusdã: Alioquin ueniã ad te tanq̃ fur, & ueniam tibi cito. Sic etiã potest exponi quod dixit dñs de Iohanne: Sic eum uolo manere .i. in hac uita expectare ac pseuerare, & in uita cõtemplatiua quiescere, donec ueniã tempore mortis suæ, eũ ad me gratiose uocando & assumendo. Deniq;, quãuis Christus uisibiliter apparuerit Iohanni apostolo, & eum de beatitudine sua assecurauerit ante obitũ eius, ex hoc nõ seqtur qđ alijs oĩbus ita appareat: quia ut sanctus Augustinus exponit, quòd Christus uoluit Iohannem ita manere donec ueniret, fuit priuilegium speciale. Priuilegium autẽ dicitur quasi lex priuata, ut Gratianus fatetur. Idcirco ex hoc non sequitur lex communis.

Apoc.1. (margin, beside "Et ecce uenit")
Zac.12. (margin, beside "ritas, utputa")
Apoc.3. (margin, beside "quin ueniã ad te")
Iohan.21. (margin, beside "hanne: Sic eum uolo")

Articulus IX. Declaratio ex Reuelationibus sanctæ Brigittæ uiduæ, qđ animæ iudicantur post egressum à suis corporibus.

Libri quarti capitulo septimo cœlestiũ reuelationum Brigittæ sanctæ narraf, qualiter in imaginaria apparitione uidebatur ipsi Brigittæ in oratione uigilanti, non dormienti, quòd dæmon clamauit ad iudicem summũ de anima cuiusdã peccatoris, adhuc in corpore existentis & protinus exituræ: O iudex, adiudica mihi hãc ani

animam & audi opera eius. Modicum enim restat de uita ipsius in corpore. Permitte etiam mihi punire corpus cum anima, donec abinuicem separentur. ad quod angelus bonus animæ custos respondit: Misericordia dei quamlibet animam sequitur usque ad mortem & usque ad ultimum punctum uitæ, & postea fit iudicium. In isto autem adhuc coniuncta sunt corpus et anima, & manet discretio. Deinde in uisione illa describitur, qualiter anima illa precibus uirginis gloriosæ & amicorum dei accepit à deo gratiam ueræ contritionis ante suam à corpore egressionem. Propter quod angelus sanctus dixit ad Brigittam: Tu prius audisti quòd propter preces amicorum dei illa obtinuit ueram contritionem ex charitate modicum ante mortem, quæ contritio separauit eam ab inferno. Ideo post mortem iudicauit iustitia quòd ardere debeat in purgatorio. Multa alia in uisione hac describuntur, sed ex his patet propositum. Præterea, in alia uisione in eodem legitur libro, quemadmodum de anima coram deo grauissime accusata angelus eius dixit: Audi ò iudex qui omnia nosti, audi ultimam cogitatiouem & affectionem quam anima ista habebat in corpore. Ipsa quippe in ultimo puncto sic cogitauit: O si deus uellet mihi dare spatium uitæ, uellem utique libenter emendare mea peccata, omni'que tempore uitæ meæ deo seruire, nec eum unquam offendere. Memento etiam domine iudex, quòd persona ista non uixit tam diu, quòd obtineret plene intelligibilem cõscientiam. Ideo iuuentutem eius attende & facito misericordiam. Tunc responsum est de libro iustitiæ: Talibus cogitationibus in fine non debetur infernus. Et ait tunc iudex: Propter passionem meam aperietur huic animæ cœlum, quum fuerit sufficienter purgata. Insuper, septimo libro Reuelationum beatæ uiduæ Brigittæ recitatur diffuse, qualiter beatissima uirgo animã Caroli militis filij sanctæ Brigittæ de corpore exeuntem defendit, atque ad obtinendum æternam felicitatem adiuuit, in qua uisione misericordissima uirgo inter cætera ait: Statim dũ egressa fuit à corpore anima, accepi eam in meam custodiam. Deinde dixit ad Brigittã: Qualiter post mortem ipsius Caroli filij tui factum est iudicium animæ eius, ostendetur tibi quum mihi placuerit. Porro diabolus aduersus sacratissimam uirginem exclamauit: Ego ò iudex coram te conqueror, quòd mulier ista quę est mater tua, fecit mihi iniustitiam de anima ista. Nam ego secũdum iustitiam postquam egressa fuit de corpore, debui mihi eam assumere & ante tuum iudicium præsentare. Amplius, sexto Reuelationum illarum libro describitur, qualiter dæmon animam cuiusdam defuncti coram deo acerrime accusauit, quia putauit eam in mortali peccato emigrasse de corpore suo. Virgo autem dulcissima gratiose accedens atque subueniens, dixit iniquo: Præcipio tibi diabole, ut mihi respondeas quoniam domina tua sum: Dic mihi, scis tu uniuersas hominis cogitationes? Et respondente illo q̃d non, benignissima uirgo ostendit quod anima illa in fine uitæ suæ uehementer pœnituit: ꝙ item nullus est tam immũdus peccator, aut tam auersus à deo, quod non posset pœnitere & ueniam consequi quandiu uiuit in mundo. Ex quibus omnibus multisq; alijs uisionibus, uerbis ac reuelationibus in præallegato libro descriptis, mõstratur, quòd animę post recessum à corpore iudicantur, & ꝙ iudicia talia fiãt inuisibiliter in momẽto, quamuis per corporalia prolixe ac similitudinarie exprimantur ac reuelentur, quoniam aliter ab hominibus in carne degentibus nequeunt comprehendi.

Exemplũ ex Reuelationibus sanctæ Brigittæ.

Aliud exemplum.

Aliud

Aliud.

Articulus IX. Confirmatio prædictorum ex his quæ in libro de obitu sancti Hieronymi recitantur.

DIO.

Refert (ut creditur) sanctus Cyrillus Hierosolymitanus episcopus, quemadmodum defuncto glorioso Hieronymo, quædam inter Græcos orta sit hæresis, negans purgatorium esse, & asserens animas sanctorum ac electorum ante futuram generalem resurrectionem non posse ad beatificam deitatis pertingere uisionem, nec animas impiorum interim sensibilem pati pœnam. Ad cuius impijssimæ hæresis extinctionem sanctus Hieronymus tunc defunctus, procurauit à CHRISTO tres mortuos suscitari: qui resuscitati, retulerunt uniuersis qui aderant, supplicia purgatorij ac inferni atque sanctarum gaudia animarum. Cum'que beatus Cyrillus ad unum trium illorum acerbissime & inconsolabiliter lachrymantem uenisset, interrogauit eundem obnixe, ut sibi referret quid circa se gestum extitit hora mortis. At ille: Adueniente, inquit, exitus mei hora, tanta immundorũ spirituum affuit multitudo in loco quo iacui, ut pręmul-

Exemplũ ex Cyrillo

Tres mortui resuscitati intercedẽte Hieronymo iã defuncto.

titudine dinumerari non possent: quorum forma fuerat talis, quod ea nil pœnalius, nil formidabilius potest excogitari. Potius nanque quilibet hominum flammis ardentibus exponeret se arsurum, quàm ictu oculi potiretur uisione formæ eorum. Tandem apparente glorioso Hieronymo aufugerunt, & iubente eodem anima mea recessit à corpore tam grauiter & acerbe, quòd certe quantæ fuerunt illæ angustiæ & pressuræ, non caperet humana mens, nisi ut ego per experientiam didicisset. Itaque anima mea cum tam ineffabilibus pœnis atque doloribus separata, subito in ictu oculi fuit ante dei iudicantis præsentiam ineffabiliter deportata: sed qualiter, non agnosco. Nec inde mireris, quia nunc carnis aggrauor mole, tunc autem anima fuit sine carne. Vniuersa & singula peccata nostra iudici clarissime patuerunt, imo & cunctis astantibus. Dæmonum quoque astitit multitudo accusans: locum, modum, tempus, numerum'que mearum declarans culparum, & contradicere non ualebam. Heu quid dicam, qualem præstolabor sententiam? Quū igitur nil restaret nisi damnationis sententiam promulgari, gloriosus Hieronymus impetrauit à iudice nostram differri sententiam. Deinde me & duos mecum resuscitatos assumens, ostendit nobis locum & beatitudinem animarum sanctarum: deinde ad infernum et purgatorium nos deducens, non solum quæ ibi gerebantur ostendit, sed etiam uoluit ut ea experiremur. Quibus peractis, iussit ut rediremus ad corpora, & ea quæ uidimus ac sustinuimus, alijs denuntiaremus, sic'que animæ nostræ nostris corporibus subito sunt coniunctæ. Miraculū ex uita Hieronymi Insuper inter miracula sancti Hieronymi legitur, quod quidam Andreas nomine Cardinalis, quum esset defunctus & iudici præsentatus, fuerat æternis supplicijs deputandus ob suam in uestimentis & cibis ac potibus superfluitatem, nisi gloriosus Hieronymus subuenisset, qui meritis suis ac precibus impetrauit à iudice animam illius restitui corpori. sic'que anima illa fuit in ictu oculi corpori restituta. Exemplū ex uita S Martini. Præterea in uita sancti narratur Martini, qualiter ipse magnus sanctus Martinus quendam qui seipsum suspenderat laqueo, suscitauit à mortuis, & alium quendam catechumenum, qui nondum consecutus fuit baptismum. Qui resuscitatus, sæpius retulit qualiter anima sua à corpore separata, fuit à iudice locis tenebrosis adiudicata: quò cum à malignis duceretur spiritibus, duo angeli iudici suggesserunt hunc esse pro quo sanctus oraret Martinus: quo audito, precibus tanti pontificis reddita est anima illa ad corpus. Exēplum ex uita christinæ mirabilis Amplius, in Vita Christinæ mirabilis, quam descripsit uenerabilis uir qui & librum Apum composuit, ipsamet admirabilis uirgo Christina narrauit, qualiter anima sua exuta à corpore ac iudici præsentata, fuit ab eo benigne recepta. Cum'que & pœnas inferni purgatorij'que uidisset, data est optio ei manere cum CHRISTO, uel redire ad corpus & diuersa pati supplicia pro liberatione animarū in purgatorio detentarum: quæ cum ex ardentissima charitate & pietate petisset ad corpus reuerti, repente reuixit. Et breuiter, huiusmodi quasi innumerabilia leguntur miracula, in quibus resuscitati testati sunt se post recessum à corpore fuisse iudici præsentatos ac iudicatos. Nec recolo me de aliquo resuscitato legisse, quòd dixerit se iudicatum, anima sua adhuc in corpore existente. FRA. Sufficienter (ut reor) istud per exempla monstratum est. Precor autem ut exprimas quid æstimes sentiendum de hoc, quod (ut prætactum est) Innocentius scribit in libro de miseria conditionis humanæ, CHRISTVM in cruce positum unicuique fidelium apparere ante exitum animæ suæ de corpore, bonis ad consolationē, malis ad confusionem.

Articulus XI. An CHRISTVS quasi in cruce positus appareat singulis ante mortem.

DIO.

De incertis nihil temere diffiniēdum QVid necesse est incaute & temere diffinire, quod absque periculo ignoratur? tamen quoniam prouide sciscitaris quid æstimem, non quid affirmem super hoc sentiendum, seu potius opinandum, tangam breuiter quod occurrit. Porro quæ fidei sunt & naturalem rationem prorsus transcendunt, probari possunt uel per miracula, aut per scripturas seu per determinationem ecclesiæ, deinde etiam per doctores authenticos, præsertim si communiter atque concorditer dicunt qd tale. Autoritates uero ad hui⁹ dicti probationē inductę, satis solutę supra cap. 7. quo patuit, quod autoritates illę à doctoribus ad literam aliter exponuntur communiter. Dictū est quoque, quod doctores & sancti patres non uidētur concurrere in huius rei assertione seu opinione. Insuper, cū multi ualde sint resuscitati à morte, qui & exposuerunt uiuentibus quæ eis in morte & ante

&

& postea contigerunt, non tamen recolo me legisse aut audiuisse de aliquo tali resuscitato, quòd dixerit se habuisse talem CHRISTI apparitionem tempore mortis. Sed non est ambigendum quin multi sancti utriusque sexus, tam martyres quàm confessores, ex speciali beneficio pietatis diuinæ & propter merita sua, CHRISTVM ante suum obitum conspexerunt: de quibus tamen non legitur, quòd apparuerit eis tanquam in cruce distētus. Denique, à sequentibus illam Innocentij positionem esset quærendum, quali uisione uideāt omnes CHRISTVM ante obitum suum, an scilicet uisione corporali & exteriori, an uisione imaginaria, an solum intellectuali: & circa hoc multa occurrerent inquirenda, an etiam CHRISTVS in propria persona illis appareat, & qualiter species illa crucifixi existat in ipso, an ministerio angeli formetur in ui imaginatiua huiusmodi forma CHRISTI taliter repræsentatiua. Verum de ista materia tutius arbitror ꝑtransire, quàm pro incertis certa inserere. FRA. Quia iam satis locutus es de particulari singulorum iudicio, & ubi ac qualiter fiat, iam cupio ut respondere non abnuas ad dubitationes & quęstiones, quæ mihi circa prætactam occurrunt materiam. DIONY. Quantum domino concedente potero, respondebo. Innocentius Qua specie christus morientibus appareat

Articulus XII. Vtrum horum iudiciorum duorum uideatur magis horribile ac timendum, particulare 'ne an generale. DIO.

De utroque uerificatur quod scribit Apostolus: Horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Porro particulare iudicium quantum ad aliqua, potest horribilius reputari: tum quia propinquius imminet, unde et Iacobus ait apostolus, Ecce iudex ante ianuam assistit: tum quia pericula singularia ac propria solent amplius formidari quàm generalia atque communia: tum quoniam qui in particulari suo iudicio sententiam damnationis euaserit, in iudicio illo generali erit securus. Veruntamē absolute loquendo, uidetur generale illud iudicium formidabilius esse, ob multa quę quisque faciliter potest perpendere: quoniam coram uniuersis rationabilibus ac intellectualibus creaturis agetur, singulorum'que uitia singulis innotescent: & tam iudex quàm angeli tunc uisibiliter apparebunt, stabit'que mundus in igne conflagrationis: & reprobi qui nunc quantum ad animam inferno adiudicantur, tunc quo ad corpus & animam damnabuntur, tartareum quoque chaos patebit. Hinc sancti patres de terribilitate illius iudicij & copiosius sunt loquuti. Vtrunque tamen ineffabiliter est terribile ac pauendum: Primo ex parte iudicis summi, cuius omnipotentię nullus potest resistere, cuius sapientiam nil ualet latere, cuius iustitia tunc flecti nequibit, qui & reprobis iratus ac terribilissimus apparebit. Secundo ex parte iudicandorum, qui comparatione iudicis tanti nullius extant momenti, neque tunc poterunt appellare, nec ullo se modo poterunt excusare, imò & accusabuntur acerrime. Tertio ex parte sententiæ, quæ impijs acutissima & pœnosissima erit. Quarto ex parte retributionis, quæ in generali iudicio erit uel infernalis damnatio, aut sempiterna saluatio. Quinto ex parte circunastantium ipsum iudicium, quoniam particulare iudicium in præsentia fit multorum, generale autem in conspectu uniuersorum, elementis ardentibus, circunstantibus angelis, imò & omnibus sanctis. Si metuendum est iudicium creaturæ mortalis, quàm expauendum est iudicium dei omnipotentis? Si sententia temporalis mortis est formidanda, quàm formidolosa est æternæ damnationis sententia? Si confusibile est & pœnale coram paucis hominibus increpari & secretorum uitiorū denudationem audire, quàm confusibilissimum pœnalissimumq; consistet, coram uniuersis & singulis angelis sanctis ciuibusq; supernis atque dæmonibus ac cunctis hominibus manifestari de omni peccato, quantūlibet paruo & magno, fœdo & turpi, enormi ac erubescendo. FRA. Mirum quòd ista non magis ueremur. DIO. Si ea debite & circunstantionaliter ac frequenter consideraremus, ea utique penetratiuo horrore metueremus. Affectiones nanque, ut timor, amor, spes, desiderium, ex præuia aliqua apprehensione cognitiua nascuntur, quum obiectum appetitus sit bonum cognitum. FRAT. De terribilitate utriusque iudicij plenius aliquid tange, si placet. DIO. De terribilitate finalis iudicij alibi satis multa legisti, ac plurima aliunde audisti. Porro de horribilitate particularis iudicij, de quo in isto opusculo principalis ac specialis est mentio, aliqua tangam. FRA. Nihilominus aliquid precor tange & de generalis terrore iudicij, ut ea tanto tenacius commendem memoriæ, quanto specialius propter me aut mei occasione commemorantur. DIO. Prætet & ultra prætacta quæ illud iudicium tam metuendissimum reddunt, id quoq; nos debet inducere ad intensissimum eius timorem, quòd uiri eximiæ sanctitatis, ut diuinissimus Diony

Hebr. 10. Iaco. 5. Gene. 18. Iudith. 16. Esai. 47

onysius, gloriosus Hieronymus, illuminatus Gregorius, alij'que innumerabiles uiri uirtutum, illud tam formidolose atque assidue expauerunt. Ait quippe Hieronymus: Quoties diem illum considero, toto corpore contremisco. Siue etenim comedo, siue bibo, siue aliud aliquid facio, semp uidetur mihi tuba illa terribilis insonare auribus meis, Surgite mortui, uenite ad iudicium. Iudicaturo equidem domino, lugubre mundus immugiet, & tribus ad tribum pectora feriet. Hinc quoq; Gregorius: Præsentis, inqt, temporis ita est agēda lætitia, ut nunquam amaritudo sequentis iudicij recedat à memoria. Sic nanque omnipotens deus uias nostras considerat & cunctos gressus nostros dinumerat, ut nec minimę cogitationes, nec minutissima uerba quæ apud nos uiluerūt, in eius iudicio indiscussa permaneant. Tunc plane, ut deuotus & subtilis ille Anselmus ait, à dextris erunt peccata accusantia, à sinistris infinita dæmonum turba, subtus horrendum chaos inferni, superius iudex iratus, foris mundus ardens, intus conscientia urens. Ibi uix iustus saluabitur. Heu miser peccator sic deprehensus quò fugiet? Latere erit impossibile, apparere intolerabile. Insup, sanctus dei propheta Daniel, cum angelum in forma quadam uisibili conspexisset, ut ipsemet scribit, dixit: Domine, in uisione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit uirium, sed & halitus meus intercluditur & emarcui. Si tantum perterritus, consternatus, deiectus fuit uir iustus ex unius intuitu angeli apparentis in forma terribili, qualiter in die nouissimo terrebuntur & affligentur reprobi & iniqui, tam innumerabilia angelorum milia intuendo, quæ eis in forma præmetuenda tunc apparebūt? Tunc etenim non solum orbis terrarum, sed & politia tota cœlorū pugnabit pro suo creatore contra insensatos ac reprobos. FRA. Non inutiliter postulaui hæc tangi, quorum aliqua nondum consideraui. nempe si tam metuendus & afflictiuus erit iniquis angelorum aspectus, quàm intolerabile ipsis erit iudicem ipsum, cui tam ingrati fuerunt, conspicere? sed & dæmonum qui tunc (ut credo) uisibiliter apparebunt, aspectus erit impijs inęstimabiliter grauis. Sed cum Iohannes dicat apostolus, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quomodo uerum est quòd uiri in charitate tam eminenter perfecti, eatenus illud timuerunt iudicium? DIO. Quemadmodum perfecta charitas foras mittit & expellit timorem seruilem, sic parit timorem filialem. FRA. Timor filialis directe respicit malum culpæ, quemadmodum timor seruilis malum pœnæ. Timor autem iudicij est timor mali pœnalis, non mali culpabilis: filiali ergo timore non timuerunt illud iudicium. DIO. Sicut timor seruilis directe & immediate concernit malum pœnale, id est supplicium, atq; ex consequente & secundario malum culpæ, hoc est peccatum, inquantum pro peccato infligitur pœna, sic timor filialis directe & immediate concernit malū culpę, quā fugit & abominatur ex diuino amore, ne separetur à deo: ex consequente aūt & secundario, potest respicere malū pœnę secundū q̄d pœna culpā cōcomitat, nec simul cū plena dilecte fruitiua & amorosa p̄sentia stare potest. Et qd miraris si uiri p̄fecti in isto exilio illud formident iudiciū, cum & tunc cœlorū Virtutes atq; angelicę p̄tātes mouendæ sint, motu utiq; reuerētialis timoris & admirationis cuiusdā ingentis? Merito igit unus sanctorū locutus est patrū: Si possibile esset aīas exire de corpore præ timore, in dei aduētu oīs mundus moreret' prę formidine & horrore. Quale enī est cœlos scissos uidere & deū reuelatū cum ira & indignatione, atq; innumerabiles angelorū militias & totū simul genus humanū intendere? Propter q̄d uiuere sic debemus, tanq̄ de singulis motib' nr̄is rationē daturi. FRA. Copiose de isto disseruisti: tn̄ si non grauat, expone qualiter cœli tūc scissi erunt. DIO. Nō necesse est opinari, q̄ cœli q̄ eminēt elemētis, substātialiter tunc scindētur, sed secundū apparentiā quandā, ita q̄ hiatus q̄dam & uelut aptiones apparebūt in eis ex fulgureis q̄buidam luminibus seu coruscationibus, quæ erūt in cœlo aereo, quēadmodū & tēpore fulgurationis aliqualiter cernimus. Nā & in euangelio cœli leguntur dn̄o baptizato apti. FRA. Iam iuxta promissum, de terribilitate particularis iudicij placeat loqui. DIO.

Hieronym⁹.
Iob.31.
Anselmus
1.Petr.4.
Sapi 5.
1.Iohan.4.
Iohann.1.
Luc.3.
Matt.3.
Marc.1.

Articulus XIII. Quàm metuendum sit particulare iudicium.

Sicut iam tactū est, particulare uniuscuiusq; iudicium ex multis causis redditur metuendū, sicut & uniuersale iudicium: & prẹsertim q̄m si in particulari iudicio fuerimus dep̄hensi in pc̄tō mortali, nō solū tūc quantum ad aīam adiudicabimur pœnis ęternis, sed in finali q̄q; iudicio q̄ ad corpus & aīam condemnabimur inæternum. Hinc sancti patres ex consideratione sui particularis iudicij proxime imminētis ualde p̄timuerūt. Vnde & sanct' abbas Helias: Ego inqt, tres res timeo: Vnā, q̄n egressura ē aīa mea de corpore: scd̄am, q̄n occursur' sum deo: tertiā, quādo de me proferetur sentētia. Alius q̄

Tres res timendæ.

que senex locutus est fratri: Vade & cogita sicut cogitant rei incarcerati. Ipsi enim interrogant homines, Vbi est iudex? quando ueniet? & suarum expectatione pœnarum lugent. Sic monachus debet semp solicitus esse & animam suam obiurgare, dicēdo: væ mihi, quō modo habeo stare ante tribunal Christi & actuum meorum reddere rationem? Et alter: In omni (inquit) re increpet homo animam suam, dicēdo ad eam: Memor esto quia oportet te occurrere deo. Sed & alius senex dixit: Flere semper debemus. Cum enim senex quidã obisset, atq; post longam horã redisset ad se, interrogauimus eum: Quid uidisti ibi pater? Respondit cũ lachrymis: Audiui ibi lugubrē uocem incessanter dicentem: Vę mihi, uę mihi. Sic & nos dicere semp debemus. Præterea Climachus refert de quodam sancto anachoreta, qp ex intenta atq; assidua mortis meditatione frequēter patiebatur mentis excessum, uiribusq; deficiens & fere absq; flatu existens, reportabatur à fratribus qui eũ inueniebant.

FRA. Cum dicat Apostolus, Cupio dissolui & esse cum Christo, itemq;, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Psalmograph⁹ quoq;, Sitiuit anima mea ad deum fortem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei, & denuo, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, &, Educ domine de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo, constat quòd perfectorum sit mortem potius desiderare quàm formidare. Quomodo igitur sancti uiri mortem taliter timuerunt? Philipp.1. Roma 7. Psal. 41 Psal. 119 Psal. 141.

DIO. Naturale est homini mortem timere, quemadmodum naturale est uitam diligere: sed uigor gratiæ charitatisq; feruor ac futuræ prælibatio felicitatis sic possunt augeri ac prædominari in homine, ut mortem tanquam huius miseræ defectuosæ'que uitæ terminum atque futurę beatitudinis ianuam optet. Verum ut loquitur Paulus apostolus, Vnusquisque suum donum habet à domino. Et unus electorum magis in hac, alter magis in illa abundat uirtute & gratia. Propter quod de unoquoq; sancto cantatur: Non est inuentus similis illi. Quidam ergo electi qui elegerunt coram deo iugiter esse soliciti, timorati, custoditi, mortem quamplurimum timuerunt, non propter ipsam corporalem mortem principaliter aut duntaxat, sed maxime propter particulare dei iudicium morti statim annexum, & propter pœnalia quę concomitantur, & quoniam certi non erant an amore digni inuenirentur, & an cursum suum feliciter terminarent, & quia circa mortis articulum contingere solent tentationes grauissimæ. Nempe & si teste Philosopho, omnium terribilium terribilissimum est mors, loquendo de malis pœnalibus uitæ præsentis, nihilominus præ tacta horribilia morti annexa & eam concomitantia, omni morte corporali sunt ineffabiliter terribiliora. Vnde et multi ex eo quòd talia uel uiderunt in spiritu & excessu, aut sustinuerunt ad tempus, reuersi ad se seu ad pristinam uitam, pœnitentiam egerũt mirabilem, & rigorosissime ac timoratissime deinceps uixerunt. 1. Cor. 7 Eccl. 44 Eccle. 9.

FRA. De hoc aliqua refer exempla, quia exemplaris narratio magis solet ædificare, compũgere atque accendere.

DIO. Recitat Climachus de solitario quodam eremita, qui iuxta montem Sinai longo tempore negligentissime uixit: qui quodam tempore infirmatus extreme, migrauit perfecte à corpore quasi per integram horam. deinde reuersus ad se, rogauit omnes qui astabant recedere. Quo facto, ianuam cellulæ suæ obstruens, mansit intus per annos duodecim, cum nullo penitus colloquium habens: nec aliud quàm panem gustans & aquam, sedit stupens ad ea quæ uidit in extasi, morem suum de cætero nunquam mutans, & calidas lachrymas iugiter fundens. A quo cum migraturus erat, hoc solum audiuimus: Indulgete mihi fratres. Nemo habens mortis memoriã poterit peccare. Ecce quàm horribilia uidit in spiritu, qui repente tam extreme mutatus est. Insuper legitur de quodam ordinis Cistertiensis conuerso, in quodam magno peccato defuncto, & precibus gloriosissimæ uirginis ad corpus reducto: qui resuscitatus, narrauit se grauiter coram iudice accusatum: & orante pro eo dulcissima uirgine, iudicem cũ aliquibus contulisse secrete, quasi tractando quid de ipso esset agendum, seq; interim tam uehementissime timuisse, quòd si anima sua fuisset mons æreus, defluxisset & liquefactus fuisset præ immensitate sui terroris. Postremo, de beatissimis patribus Arsenio & Agathone in Vitaspatrũ describitur, quòd in extremis positi ualde extimuerunt occulta & iusta dei iudicia. Dixitq; unus: Non præsumo quòd uereor, quoniam alia sunt iudicia dei & alia iudicia hominum. Arsenius quoq; à discipulis inquisitus, In ueritate & tu ò pater formidas, respondit: Timor qui nunc in me est, semper fuit in me ab ea hora qua monachus factus sum, & timeo ualde. Exēplũ ex Climacho Aliud exemplum. Exēplum ex Vitaspatrũ.

FRA. Si tales ac tanti sic timuerunt, quid restat nobis agendum? Sed precor ut de supplicijs animarum post uitam hanc paulisp loquaris.

DIO. De pœnis purgatorij & inferni tot alibi sæpe legisti, ut opus non sit hinc in isto tractare dialogo.

FRA.

Ex speciali causa istud desidero. Intendo equidem adhuc interrogare qualiter intelligenda sunt quædam, quæ in diuersis uisionibus, reuelationibus & libellis, imò & libris de huiusmodi pœnis leguntur, ad quorum ordinatam & fructuosam inquisitionem ex tuis responsionibus & doctrinis cupio peruenire.

Articulus XIIII. De pœnis purgatorij. DIO.

AD tractandum utcunque de supplicijs Purgatorij, primo commemoro quod magister Sententiarum libro quarto ex uerbis allegat Augustini dicentis: Prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis & si æternus non sit, tamen miro modo est grauis. Excellit enim omnem pœnam quam unquam passus est aliquis in hac uita. Nunquam in carne inuenta est tanta pœna, licet mirabilia passi sint tormenta martyres sancti, & multi nequiter magna nimis sustinuerunt supplicia. Præterea de Purgatorij pœnis scribit Thomas super quartum: In Purgatorio, inquiens, erit duplex pœna: uidelicet damni, inquantum retardantur à uisione diuina: alia sensus, inquantum ab igne corporali puniuntur. Et quantum ad utrunque, minima pœna purgatorij excedit maximam uitæ præsentis pœnam. Quanto enim aliquid plus desideratur, tanto eius absentia extat molestior: & quia affectus quo desideratur summum bonum, post hanc uitam in animabus sanctis est intensior, quoniam corporis mole non retardatur, et etiam quoniam tempus seu terminus fruendi summo bono iam aduenisset, nisi aliquid impediret, ideo de tardatione maxime dolent. Similiter quum dolor non sit læsio, sed læsionis sensus siue perceptio, tanto plus aliquis dolet de aliquo læsiuo, quanto est magis læsiuum seu sensitiuum. Propter quod læsiones quæ fiunt in locis maxime sensibilibus, maximum causant dolorem. Et quoniam corporis totus sensus fluit ab anima, ideo si in ipsam agat animam aliquid læsiue, oportet de necessitate quod maxime affligatur. Hinc utraque pœna purgatorij omnem excedit pœnam uitæ præsentis.

Snia Augustini.

Thomas Duplicē esse ī purgatorio pœnā.

Vtraque purgatorii pœnā excedere oēm mundi pœnam

FRAT. Circa hæc oritur mihi timor & quæstio multiplex. DION. Timor iste est utilis, sed quæstiones curiosæ compunctionem non fouent. Ideo idiotæ & simplices ex suo salubri timore frequenter magis proficiunt, quàm qui circa singula quæstionibus implicantur. Sed quoniam quæstiones tuæ non ex curiositate, sed ex charitate nascuntur, dubia tua (si placet) propone. FRAT. Scientiam ad charitatem esse ordinandam noui ex eo, quod in euangelio Iohannis ait saluator loquens ad patrem: Notum feci eis nomen tuum, ut dilectio tua in eis sit. Fateor tamen quod circa quæstiones superflue occupari, deuotionis sit impeditiuum. Curiositas uero humana quæstionibus immoderate inuoluitur, sicut & Salomon contestatur: Deus fecit hominem ab initio rectum, & ipse se immiscuit quæstionibus infinitis. Quod si huic superfluitati uacauero, tuum erit me charitatiue dirigere. DIO. Audenter quicquid te mouet propone. FRA. Primo oritur quæstio circa id quod asserit conscius secretorum dei unctissimus Augustinus, pœnam purgatorij omnem uitæ præsentis pœnam excedere. Cum enim sint multa peccata quibus in hac uita debetur minor pœna quam sunt quædam pœnæ uitæ præsentis, cur in purgatorio debetur eis pœna tam grandis, omni pœna seculi huius intensior? Hoc nanque uidetur diuinæ contrariari iustitiæ, cum in Deuteronomio scriptum sit, Secundum modum delicti erit & mensura plagarum. Præterea capere nequeo, qualiter desiderium illud fruendi summo bono propter dilationem & retardationem fruitionis illius, pariat dolorem omni pœna seu dolore præsentis uitæ maiorem. Cum enim in anima in purgatorio detenta maneat uirtus patientiæ, potest de necessitate facere uirtutem, & dilationem illam æquanimiter ferre, nec tantum affligere semetipsam desiderando quod ante tempus statutum adipisci non ualet. Deinde apparet quòd immaterialis incorporalis'que spiritus, scilicet anima à corpore separata, tam dire pati & affligi non possit ab igne illo corporeo, à quo (ni fallor) nec calefieri potest nec corporaliter transmutari, cum iuxta philosophorum & theologorum doctrinam, quicquid in aliquo recipitur, in eo recipiatur secundum modum ipsius recipientis. Ideo quicquid talis spiritus ab igne recipit, immaterialiter ac spiritaliter uidetur recipere. Insuper, in anima separata non est nec remanet tactus, nec aliquis sensus corporeus, quæ est potentia organica. Quomodo ergo à corporalibus rebus poterit lædi, affligi, sentire aut læsionem percipere? Non uidetur quod aliter quam spiritaliter & immaterialiter, quod non esset dolorosius omni doloroso seculi huius aut uitæ præsentis. Amplius, si anima separata ideo magis affligitur ab igne, quam aliquis in hoc mundo, ob hoc quòd ignis ille agit in animam ipsam, à qua profluunt omnes corporis sensus, consequens erit quòd animæ in purgatorio existentes grauius afliguntur ab illo, quàm animæ

Iohan. 17.

Eccle. 7.

Augustinus.

Deut. 25

In inferno post resurrectionem futuram: quia tunc animæ condemnatę erunt corporibus reunitæ, sicq; ignis ille non aget in animam immediate. Amplius, non uidetur q minima pęna purgatorij, loquendo de pœna sensus, maior sit omni pœna uitæ præsentis, cum multæ sint minutissimæ culpæ, quibus non uidetur tam intensa pœna deberi: & item quia secundum hoc maiores purgatorij pœnę, quę pro grauissimis sceleribus contritis, sed per satisfactionem non deletis infliguntur, essent inęstimabiliter durę & afflictiuę: & etiam quoniam pœnæ purgatorij paulatim (ut creditur) remittuntur ac minuuntur. DION. Obiectiones istæ charissime frater difficiles sunt, & partim à doctoribus super quartum Sententiarum mouentur. Ideo in sequenti articulo ad eas pro uiribus respondebo.

Articulus XV. Solutio obiectionum præcedentis articuli.

DION.

Ad id quod allegasti, q secundum mensuram delicti erit & plagarum modus, dicendum quòd uerum est in eodem statu & cæteris paribus. Status autem animarum in purgatorio & inferno, est alius à statu uitæ pręsentis. Ideo peccata ibi grauius puniuntur quàm hic, præsertim quoniam in punitione culparum deus magis aspicit uoluntatem patientis, quàm pœnam in se. Qui autem in hac uita pro suis peccatis pœnam assumunt ac sustinent, sponte & libere eas assumunt & sufferũt. Non sic in purgatorio. Hinc super quartum sententiarum distinctione secunda ait Bonauętura, & concordat dominus Alexander de Hales in Summa: Duplex est pœna, uidelicet assumpta & inflicta. In pœna assumpta non solum complacet deo ordinatio pœnę ad culpam, sed etiam ordo & rectitudo uoluntatis pœnam assumẽtis. In pœna uero inflicta placet deo ordo pœnæ ad culpam. Quoniam ergo pœna pœnitentium in præsenti est pœna assumpta, pœna autem existentium in purgatorio est pœna inflicta, quia in eis est tempus recipiendi, non promerendi, ideo modica pœna in præsenti plus satisfacit, & de ea magis contenta est diuina iustitia, quàm de magna in futuro. Hinc quasi improportionabiliter maiorem exigit pœnam deus in purgatorio, quàm in seculo isto, ut suæ satisfiat iustitiæ, cuius exemplum accipi potest in materialibus debitis. Creditor nanq; magis acceptat unam marcam auri, quàm decem marcas argenti. Pœna autem hic sponte assumpta, plus pretiosior est pœna purgatorij, quàm aurum argento. FRATER. Placet responsio, & ueritas eius delectat, sed dubitatio oriens auget & incitat ad quærendum. Videtur quippe ex ista responsione, quòd pœna purgatorij non sit uoluntaria, sed coacta, & per consequens, deo non placita, nec satisfactoria. Quæritur ergo an sit uoluntaria, & uidetur quòd imò, quoniam existentes in purgatorio sine huiusmodi pœna nequeunt beatitudinem adipisci: & rursus, quia in charitate consistunt & iusti nec deo rebelles. Idcirco quod deus eis iuste inflixit, uoluntarie non inuoluntarie patiuntur. Porrò quod inuoluntaria sit, hinc apparet, quoniam cupiunt & precantur liberari ab ea. DIONYSIUS. Ex præhabita responsione magis accendi debemus ad faciendum pœnitentiam, in hac uita condignam & plene satisfactoriam, quàm ad quærendum non necessaria ad salutem. Veruntamen quæstio tua est utilis, ad quam breuiter dico, q pœna purgatorij dicitur uoluntaria, non absolute, sed conditionate, quoniam aliter saluari non ualent, quemadmodum æger uult incidi aut uri. Vnde secundum Alexãdrum, & idem tangit Bonauentura super quartum: Pœna dicitur uoluntaria tribus modis. Primo, quia à uoluntate imperante assumitur, & talis est pœna pœnitentialis. Secundo, quia à uoluntate acceptante ęquanimiter toleratur, ut est martyrum pœna, quæ intantum placuit eis, quòd ab ea erui noluerũt. Tertio, quia à uoluntate tolerante suffertur, sicut dum cupiens sanitatem infirmatur, sustinet quidem infirmitatem tãquam pœnam diuinitus inflictam, & tamen ab ea liberari procurat: & talis est purgatorij pœna, talisq; pœna minus habet de ratione uoluntarij quàm prædictæ. FRA. Bona solutio, responde ad alia. DION. Ad id quod dicis comprehendere te non posse, qualiter desiderium seu dilatio beatificæ fruitionis gignat maiorem pœnam in animabus purgatorio deputatis, quàm sit aliqua pœna seculi huius, respondeo tibi per uerba Bonauenturæ dicentis, q cum magister in litera, & multi sancti affirment pœnam purgatorij esse omni pœna huius uitæ maiorem, oportet nos ita tenere, etiam si nõ appareat nobis ratio ad hoc. In huiusmodi enim magis est adhęrendũ autoritati q̃ rõni, qm totũ illud est potius supra naturã & rõnem, q̃ scd̃m naturã & rationẽ. Veruntamẽ pręallegatis ũbis Thomæ, dicentis q desideriũ illud

Deuter. 25.

Pœna duplex.

Pœna uoluntaria dicitur tribus modis.

illud propter dilationem atq; carentiam beatificæ fruitionis inducat tam grauem dolorē
Bonauentura. & pœnam, doctores aliqui contradicunt, quemadmodum & ipse dominus Bonauentura,
qui super quartum distinctione XX. scribit: Aliqui uoluerūt assignare rationem, partim na
turalem, & partim supernaturalem de acerbitate pœnæ purgatorij. Dixerunt nanq; φ aïæ
exutæ habent potentias suas expeditas, habentq; naturale desiderium pertingēdi ad sum-
mum bonum, ad quod creatæ sunt: & ultra hoc gratia est in eis quæ istud desiderium ma
gis inclinat. Idcirco cum sciant hoc ultimum bonum, & retrahantur ab eo quasi in carcere
positi, modica pœna sensibilis cum ista tristitia est maxima eis, & pro tanto dicunt purga-
torij pœnam maximam esse. Nam sicut delectationes sp̄ūales sunt multum intensæ & cor-
Tristitia de absentia summi boni, omnem corporalem excedit dolorem porales excedunt, sic tristitia de absentia summi boni excedit omnem corporalem dolorē.
His uerbis addit Bonauētura: sed certe nec ista ratio bene manuducit, si quis bene aspiciat.
Primo, quoniam desiderium summi boni necessario habet adiunctam fruitionem quandā,
& aliquam boni illius possessionem. Ideo facit gaudium. Vnde qui magis desiderat summū
bonum, magis delectatur in eo: quia in hoc differt desiderium corporalium ac temporaliū
à desiderio spiritualium rerum, ut Augustinus ostendit in libro octogintatriū quæstionū:
Ephe. 3. & hoc ueritatem maxime habet, cum deus per charitatem inhabitat animam: imò secun-
dum istam rationem pœna lymbi maxima fuisset in patribus sanctis, in quo tamē creditur
fuisse requies sancta, non pœnalis. FRA. Quid tibi circa ista probabilius esse uidetur? DIO.
Inter tantos iudicare doctores non est meæ iam paruitatis: tamen quia interrogas quid mi
hi probabilius uideatur, sine incauta assertione respondeo, φ positio Thomæ prætacta ra-
Prouerb. 13. tionabilior esse apparet, quoniam & sacra scriptura in Prouerbijs protestat: Spes quę differ
tur, affligit animam. Lignum uitæ desiderium ueniens. Et experiētia docet dilationem bo-
ni optati, & eius carentiam tanto esse pœnaliorem, quanto bonū illud magis amatur. Inter
cæteros quoq; charitatis effectus sunt, uulnerare & languidum facere diligentem. Conce-
dendum est etiam, φ in purgatorio existentes aliquo modo habeant summum bonum, ut
puta in spe. Vnde & aliquam habent consolationem, inquantum certam spem obtinēdi ha-
bent bonum tam infinitum. An tamen fruanẗ aliquo modo hoc bono per spem, fruendoq;
gaudeant actualiter in eodem, certum non reor. Forsitan enim magnitudo supplicij ita ab-
Obiectio. sorbet in eis rationem & uoluntatem, φ à tali aliquantula fruitione & gaudio impediūtur,
nisi fortassis aliquando habeant aliqua lucida interualla. FRA. Si summi boni carentia &
dilatio beatificæ fruitionis tanto plus affligit, quanto bonum illud magis diligitur, sequi ui
debitur φ animæ in purgatorio existentes habeant pœnam damni tanto dolorosiorē, quā
to sunt magis perfectę in charitate, sicq; animæ meliores ibi plus affliguntur. DIO. Quan-
Responsio. tū est ex parte dilationis atq; carentiæ & ex charitatis radice, posset sic esse: sed aliunde cre
ditur fieri recompensatio, dolorisq; huius mitigatio in animabus in charitate perfectiorib.
puta ex maiori fiducia cito obtinendæ felicitatis, imò & felicitatis maioris, & forsan inter-
dum ex qualicunq; fruitione boni summe amati aliquantiq; gaudij consequentis. FRAT.
Quid dicis de animabus patrum sanctorum in lymbo? an carentia beatificæ fruitionis fuit
in eis pœnosa? DIO. Communiter dicunt doctores, φ in lymbo patrum ante Christi descē-
sum ad illum, non erat pœna sensus, sed pœna duntaxat damni ex dilatione atque carentia
gloriæ. Vnde in tertia parte summæ suæ quęstione 47. loquitur Thomas: Christus ad lym-
bum patrum descendendo contulit eis quantum ad gloriæ adeptionem, & per consequēs
soluit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriæ, ex cuius tamen spe gaudiū
magnum habebant. Deniq; Bonauentura super quartum distinctione 45. Sancti patres qa
Loci in quo patriarchæ detenti fuerūt nomina. in superiori parte inferni erant, & dei uisionem expectabant, non solum in lymbo, sed etiam
in sinu Abrahę dicūtur fuisse. Ille igitur locus patrum dicebatur infernus, & quia inferior,
& quia aliquo modo fuit locus miseriæ. Dicebatur etiam lymbus, quoniam erat ibi pœna
carentiæ: sed sinus Abrahæ uocabatur, quoniam ibi erat expectatio gloriæ. His concordāt
scripta Petri de Tharantasia, Richardi de Media uilla & Thomæ de Erfordia. FRA. Prædi
Zach. 9. ctis obuiare uidetur, quod in Zacharia fertur de Christo: Tu quoq; in sanguine testamen-
ti tui eduxisti uinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. Quod de eductione patrū ex lim
bo tu ipse super Zachariam exposuisti, ubi & per aquam refrigerium designatur. Nō ergo
erat ibi gaudium aliquod. DIONYSI. Glossa ibidem aliquid plus inducit: Tu inquiens
liberasti eos qui tenebantur uincti carceribus, ubi nulla misericordia eos refrigerabat. Ve
rum ad hęc & similia est una secundum sanctum Thomam solutio, quia intelliguntur quā-
tum ad refrigerium perfectæ liberationis, quam ante descensum Christi ad eos consequi
non

non ualebant. Porrò uectes seu carceres, quibus sancti patres detinebantur inclusi, intelli-
guntur impedimenta quibus prohibebantur exire reatu originalis peccati. FRATER. Cu-
pio edoceri an pœna damni erat animabus patrum sanctorũ in lymbo tam pœnalis, ut exi- Pœna patrũ in lymbo q̃lis fuerit.
stentibus in purgatorio, in quibus secundum beatum Thomam excedit omnem pręsentis
uitæ dolorem. Et uidetur ꝙ sic, imò apparet ꝙ extitit maior in patribus sanctis: tum quoni-
am magis dispositi erant ad gloriam, quàm in purgatorio existentes: tum quoniam clarius
considerauerunt quantum bonum esset beatifica illa fruitio, & quantum damnum ex eius
dilatione incurrebant. DION. Non puto ꝙ dilatio gloriæ fuit eis ita pœnosa, ut existen-
tibus in purgatorio pœna damni: quia non sustinebant dilationem glorię pro personali &
propria culpa, sed reatu originalis peccati. Porrò ad argumẽta tua reor dicendum, sicut ta
ctum est pauloante, ꝙ quãuis illa dilatio potuerit sanctis patribus esse ualde pœnosa, quan
tum fuit ex parte carentię ac dilationis atq; ex radice charitatis, tamen aliunde releuatio &
recompensatio fuit ex consolatione & gaudio spei certissimæ liberationis. Et quoniam de-
um per fidem formatam, & per donum sapientiæ aliquo modo contemplabantur, imò &
per charitatem aliqualiter fruebantur: Omnipotens quoq; iustus & pius deus pœnam da-
mni in diuersis diuersimode moderabatur, secundum quod diuersimode erant dispositi ꝑ
merita siue demerita. Etenim aliter erat & est pœna damni in condemnatis, aliter in paruu-
lis in solo originali peccato defunctis, aliter in purgatorio, & tunc aliter in patrum sancto-
rum lymbo. FRA. Istud optarem mihi clarius explanari, sed uereor te nimium fatigari.
Nempe cum existente in inferno nullatenus diligant deum, sed maxime odiant, nõ uideo
ꝙ carentia uisionis diuinæ sit eis molesta: quia non cupiunt deo uniri nec eo frui, sed rebus
caducis, in quarum affectione migrauerunt à corpore. DIONYSI. Subtiliter tangis, sed
breuiter dico, ꝙ quamuis non capiant gloriam electorum per respectum ad dei honorem
eiusq; laudem, attamen in quantum gloria illa esset eis accommoda, atq; à tantis miserijs ere
ptiua, sic gloriæ huius carentia est eis pœnosa: & ita non cupiunt deo frui, sed uti, quemad-
modum & hi qui diligunt deum, solum propter beneficia sua: qui utiq; plus amant seipsos,
q̃ deum, cupiuntq; seipsis & rebus transitorijs frui, & per consequens deo uti, quod est me-
re præposterum ac summa peruersitas. FRAT. Placet responsio. Idcirco si placet, ad resi-
dua responde obiecta. DION. Sequentium obiectorum solutio præcipue stat in hoc, ut
ostendatur qualiter animæ à corporibus separatæ, & etiam dæmones pati ualeant & affli-
gi ab igne corporali: & quia de hoc est pręcipua difficultas, quę paucis uerbis expediri nõ
potest, idcirco obiectorum residuorum solutio in sequenti ponetur articulo.

Articulus XVI. Qualiter animæ separatæ ac dæmones possint affligi & torqueri ab igne corporeo.

DE hac difficultate scribit Magister Sententiarum libro quarto distinctione 44.
Et eadem distinctione super hac re multa scripserunt doctores, & longum est
oĩa recitare. Porrò Thomas recitat ibi diuersas aliorum opiniones. Quidam Aiæ ab igne quõ crucient opiniones aliquot.
namq; dixerunt, quòd hoc sit animę separatæ affligi ab igne quòd uidet ignem,
quod reprobatur, quoniam uisio illa animæ separatę est intellectualis, quæ ut talis, non est
ita afflictiua. Ideo alii posuerunt, quod anima talis patitur atq; affligitur ab igne corporeo,
inquantum apprehendit illum ut sibi nociuum: sicq; ex tali apprehensione afficitur timo-
re & dolore, ut impleatur in animabus damnatis seu in purgatorio constitutis, quod scri-
ptum est: Illic trepidauerunt timore ubi non erat timor. Istud rursus improbat Thomas: Psal. 13. Psal. 52
Quoniam sic non pateretur anima separata ab igne, sed à similitudine ignis quam concipit
Nec probabile est quòd animæ ac dæmones ingenij subtilitate pollentes, putarent ignem
illum esse eis nociuum, nisi sic esset in ueritate, & nisi ueraciter grauarentur ab eo. Hinc alij
dicunt, quòd ignis ille agit in spiritus incorporales, uidelicet in animas atq; dæmonia, non
ut res naturæ, sed ut instrumentum diuinæ iustitiæ. Istud quoq; asserit Thomas, non esse
sufficienter probatum, quoniam agens instrumentale non agit in aliquid, nisi in quo ha-
bet etiã aliquã naturalẽ & propriã actionẽ, queadmodũ serra secando lignũ introducit for-
mã artificialẽ. Idcirco assignare oportet igni aliquã naturalẽ actionem in aĩa ad hoc ꝙ agat
in eã tanq̃ instrumentũ diuinę iustitię. Cõsequenter ponit hic doctor modũ sibi placentẽ di
cẽdo: Corpus in spm̃ naturaliter agere non põt, nec ei aliq̃ mõ obesse, nec ipsum grauare,
nisi secundum quod corpori aliquo modo unitur. Spiritus autẽ corpori unitur dupliciter: Spũs corpori unit dupliciter.
Primo ut forma materię, ut ex eis fiat unum simpliciter. & hoc modo anima & dęmon non
uniuntur

uniuntur corporeo igni. Secundo sicut mouens mobili, uel sicut locatū loco, eo modo quo incorporalia sunt in loco. Incorporei enim spiritus sunt in loco diffinitiue, quoniā ita sunt in loco uno, ꝙ non in alio: quis autem res corporea ex sua natura habeat ꝙ spiritum incorporeum loco diffiniat, non tamen ex sua natura. Hoc superadditur, quòd spiritum incorporeum loco diffinitum detineat, ut ita illi loco alligetur, quòd ad alia diuertere nequeat, cum spiritus non sit naturaliter ita in loco, ut loco subdatur. Sed hoc superadditur igni incorporeo, inquantum est instrumentum diuinæ iustitię, quòd sic detinet spiritum, & ita efficitur ei pœnalis, retardans eū ab executione proprię uolūtatis, ne scilicet possit operari, ubi uult & secundum quod uult. Hęc Thomas, qui etiam in Summa cōtra gentiles libro quarto ponit hunc modum. Sed cōtra hunc modum multa obijci possunt. Primo, quoniam iuxta istā positionem nequaquam uidetur, quòd pęna sensus animarum separatarum in purgatorio uel inferno existentium, excedat omnem pœnam uitę pręsentis: Nam spiritum detineri ab igne, & ei esse alligatum, multò minor est pœna q̄ uere corporaliter cremari in medio ignis: Nam & ignis ratione sui caloris uerissime perhibet esse maxime actiuus & afflictiuus. Deniq; quis regis filio esset ualde graue detineri in carcere, non tamen detentio illa esset ei ita pœnosa, ut alteri cuicunq; cremari & comburi in medio æstuantissimi ignis mundani. Amplius, crimina dęmonum saltem peiorum non sunt minora criminibus hominum: idcirco supplicia dæmonum etiam post diem iudicij non erunt minora supplicijs hominum reproborum, q tunc in corpore & anima punientur ab igne: sed si tunc dæmones solum punientur ab igne tartareo, per alligationem & detentionem præfatam, multo minor esset tūc pœna eorum q̄ hominum, qui tunc infernali incendio per caloris impressionē ineffabiliter torquebuntur. Præterea secundum istam opinionem spiritus incorporei multo grauius punirentur, si alligarentur & detinerentur infimo elemento, utputa terrę, & pręsertim terrę lutosæ, fœtenti ac sordidę: quoniam talis res corporalis & huiuscemodi locus esset eorum naturæ ac dignitati specificę multo magis contrarius. Vnde ut refert Gulielmus Parisiensis in libro de uniuerso, quidam dixerunt, dęmones q̄sdam nunc detineri cloacis & huiuscemodi impurissimis locis. Insuper ista positio non uidetur consonare diuersis ac plurimis uisionibus ac reuelationibus hoīm deuotoꝝ, atq; sanctoꝝ, q dixerūt atq; scripserūt se uidisse pœnas purgatorij ac inferni, & animas ibi uere realiter immutari, pati, affligi uehementissimo ignis calore, imò multi à morte resuscitati, testati sunt se ita esse expertos: & quidam in spū multa talia se uidisse passosq; esse asseruerūt. Infrà quoq; probabitur, quòd ista positio non satis concordare uidetur cum positione sanctorum Augustini, Gregorij, ac plurium aliorum. Adhuc autem si non affligerentur animæ separatæ ac dęmones ab igne, nisi per pręfatam detentionem, possent ex assuefactione & diuturnitate huiusmodi maxime mitigare, faciendo de necessitate uoluntatem q̄dam patientiamq; coactam: Quemadmodum incarcerati scientes se non posse euadere, assumunt sibi patientiam quādam. Postremo quod Thomas affirmat, agens instrumentale non agere aliquid uirtute superioris agētis, nisi habeat aliquam naturalem & propriam actionem in illud, q̄uis in naturalibus communiter ita fit, non tamen oportet sic esse in effectibus, q sunt super naturam, quales sunt punitiones spirituum ab igne materiali: imò deus altissimus q est super om̄em legem naturæ, & super oēm ordinem uniuersi, interdum ad ostendendam superliberrimam & illuminatissimam omnipotentiam suam, agit aliqua per ea, quę minime per naturam possunt cooperari ad illa, imò per ea quę ex sua natura habent operari contrarium. Vnde super illud Isaiæ, Iussit Isaias ut tollerent massam de ficis & cataplasmarent super uulnus Ezechię, & sanaretur: dicunt cōmuniter expositores, ꝙ applicatio illa ficorum naturaliter erat contraria curationi uulneri Ezechiæ. Ideo deus per Isaiam iussit apponi tale emplastrum, quatenus curatio Ezechię miraculosior monstraretur: Nempe ut ait Hieronymus, Per uulnus Ezechię Theodocion, Symmachus & Aquila intellexerunt regium morbum, alij apostema, quorum utriq; contrariatur applicatio dulcium. Vnde scd̄m Hieronymum ut sanatio Ezechiæ ostenderetur diuinior, per res noxias atq; aduersas fertur collata. Itaq; ad indagandum qualiter spūs illi patiantur ab igne corporeo, non expedit nimis inniti naturali inuestigationi, quemadmodum nec in alijs multis quę credimus. FRA. Vt mihi apparet, ad deuotionis & compunctionis profectum plus confert in his simpliciter credere, q̄ ea quæ fidei sunt, per rationē discutere: tamen quia materiam istam ingressi sumus, opto audire quid alij quoq; doctores de hac ipsa scribant materia.

Obiectiones aliquot. I.

II.

III.

IIII.

Verba Thomæ solutio.

Isaiæ. 38. Ezechiæ uulnus quale fuerit, eiusq; curatio.

In spūalibus indagandis nō est naturaliter procedendum.

Articulus

Articulus XVII. De alia quorundam doctorum positione, circa modum quo incorporei spiritus affliguntur ab igne materiali. DION.

DE hac re super quartum distinctione 44. scribit Bonauentura: Aliqui sumere uoluerunt modũ actionis istius ex parte naturę ipsius animę: & sumpserunt istud ex uerbis Augustini XII. super Genesim, ubi ostendit, quòd anima pati potest corpore non patiente etiam acerbissimas passiones, quemadmodum probat ibi per exempla in somnis, & in ægritudine quadam uexationibusq; quibusdam. Si ergo anima secũ trahit affectiones & imagines corporales, & in illis atq; per illas potuit pati in corpore, corpore non patiente etiã ad ignis absentiam, multo plus cũ separata fuerit à corpore poterit pati per illas & in illis, igne purgatorij seu inferni præsente. Quoniam quamuis nõ sit ibi passio corporalis, est tamen passio ibi animalis seu spiritalis, quę uera est passio & uera afflictio. His uerbis addit Bonauentura: Sed istud non uidetur animę fideli sufficere, quoniam credimus etiam dæmones qui carẽt huiusmodi imaginationibus & affectionibus à corpore tractis, pati ab illo igne. Credimus etiam, q; pœna illa infernalis & etiam purgatorij fit per ueram ignis actionem, non per phantasticam imaginationem. Amplius, si substãtia spiritalis separata certa est q; ab igne lædi non potest, ergo imaginatio illa ignis non generat in ea terrorem, nisi aliud accurrat quàm ipsius animæ natura aut dispositio ex corpore cõtracta: & ideo cum non possit sufficiens ratio sumi ex parte diuinæ iustitiæ, quæ rationem nostram quietet, nec ex parte solius animæ quæ fidei per omnia concordet: Ideo ratio sumi potest aspiciendo ad utrunq;. Inter plures autem modos persuadendi iste uidetur probabilior esse: nam secundum Augustinum decimoquarto de Ciuitate, Dolor siue tristitia est dissensus ab his rebus quę nobis nolentibus accidunt. Ad hoc igitur quòd dolor generetur in anima ab aliquo, duo concurrunt ex parte animę patientis, uidelicet perceptio ex parte cognitionis, & detestatio ex parte affectionis: Similiter duo requiruntur ex parte agentis: unum est, quod immutet animæ perceptionem: aliud, quod uiolenter & inseparabiliter adhęreat contra repugnantiam uoluntatis. Ex his quatuor duo sunt secundum ordinem naturæ, & duo secundum ordinem diuinæ iustitię. Quòd enim ignis immutet cognitionem animæ, & anima percipiat actionem & calorem ignis, hoc est de naturali potentia utriusq;, quod patet sic: Quia dum ignis agit in compositum ex anima & corpore, duplex ibi est passio: una naturalis, quę est calefactio corporis: alia animalis, & hęc est immutatio sẽsus: & prima est uera naturalisq; passio, quoniam est ab igne tanquam à naturali agente: secunda passio est ab anima seipsam mouente, & ab igne occasionem præbente, ut dicit Augustinus Sexta Musicæ. Quemadmodũ ergo postquam separata est anima à corpore suo, corpus potest pati ab igne passione naturali, quoniam potest calefieri & inflammari, & hoc per naturalem potentiam utriusq;: Sic spiritus separatus potest pati ab igne passione animali, & ab igne pręsenti immutari, naturali potentia ignis & animæ. Duo ergo sunt ibi per ordinem naturę, & alia duo per ordinem diuinę iustitiæ. Quòd enim ignis animæ indissolubiliter alligetur, & anima in eo recludatur tanquam in carcere, hoc est diuinæ iustitiæ, ad quam spectat malefactorem includere carceri. Quòd item anima refugiat ignis calorem, q ei per naturam nocere non potest, & trepidet timore ubi non est timor, hoc est diuinę iustitię, quæ facit trepidare peccatores immittendo timorem & horrorem huius rei, qua secundum naturam sunt superiores: & quamuis istud sit opus diuinæ iustitiæ, non tamen est cõtra ordinem naturę: uel spiritum trepidare quod trepidandum non est, uel spiritum corpori alligari. Hæc Bonauentura, cuius positio partim concordat cum pręinducta Thomę positione, & partim ab ea discordare uidetur. Nempe cum Thomas dicit spiritus illos igni alligari & detineri in igne, uelut in carcere. Quod uero subiungit eos trepidare ubi trepidandum non est, recedit à Thoma: Multaq; alia in ista opinione tãguntur, quę impugnationibus patent. Nam quod ait animam mouere seipsam ad sentiendum, & ignem prębere occasionem, sic uidetur sonare, quasi sensatio fieret non recipiendo, sed extra mittendo: & quasi sensus sit actiua non passiua potentia, quod Platonicum est. Item quod dicit animam separatam pati ab igne passione animali, qua sensus immutatur à suo subiecto: non enim manent in anima separata uires organicę, aut sensus exteriores. Conformiter quod ait spiritus illos trepidare ubi non est timor, non apparet: nisi deus intellectum illorum spirituum taliter hebetet & obscuret, ut naturam, proprietatem & uim ignis ignorent, qui multa ualdè altiora

Bonauentura.

Ad doloris generationẽ duo concurrunt.

Ignis qñ in cõpositũ agit duplex oritur passio.

Plato.

Thomæ & Bonauenturæ discrepantia.

altiora & subtiliora intelligunt. Deniq; iuxta istam opinionem non uidetur posse defendi, quod etiam post resurrectionem communem dęmones punirentur tam grauiter ut hoies reprobi, ut pręcedenti tangebatur articulo: nam & ibi obiecta contra hanc quoq; positionem militare uidetur. Tantis tamen doctoribus non est irreuerenter aut temere contradicendum. FRAT. Quid de ista materia uerius putas? DION. Ad hoc sine alioꝝ praeiudicio in sequenti respondebo articulo.

Articulus XVIII. Quid uerius uideatur de modo quo animae separatę ac dęmones affliguntur ab igne materiali. DION.

EGo firmissime atq; simpliciter credo, teneo & affirmo, ꝙ ignis ille purgatorii & inferni uere realiter ac poenalissime influat, agat & imprimat in aĩas separatas ac daemones immutando & affligendo eosdem suo calore ineffabiliter acrius ac poenalius q̃ aliquis in hoc mundo affligi & immutari queat ab ignis calore. Veruntamen modum & qualitatem immutationis illius arbitror comprehendi non posse ab homine uiatore, quoniam ignis ille non agit ut agens naturale, sed ut instrumentum diuinę omnipotentis iustitię, & sicut omnipotens deus supernaturaliter contulit materialibus ac sensibilibus rebus, utputa sacramentis, ut aquae seu tinctioni in aqua, & unctioni ac sacramẽtalibus uerbis, uirtutem agendi salubriter in incorporeas animas adhuc in corpore existentes: sic supernaturaliter cruciat, affligit, immutat & urit aias separatas ac daemones. Rursus quemadmodum creator benedictus & gloriosus dedit inuisibilibus creaturis, ut angelis sanctis, imò & dęmonibus uirtutem naturaliter influendi ac imprimẽdi creaturis corporeis, & mouendi, transmutandi, puniendi easdem: sic corporalibus ac sensibilibus rebus supernaturaliter dedit uirtutem hanc immutandi affligendiq; animas separatas, quod & iusto ac decẽtissimo egit iudicio. Ex quo eñ aĩae prauę ac dęmones peccãdo fecerũt seipsos sensibilibus, corporalibus inanimatisq; entibus uiliores per culpã, iustum est ut rebus huiusmodi subijciãtur per poenam, detentionem & immutationem maxime afflictiuam. Nã & huiusmodi afflictionibus ac passionibus uult iudex omnipotens spiritus prauos subdi & affici, q̃uis ineffabili modo aliter sint in eis q̃ in rebus huius mũdi corporeis. FRAT. Haec omnia, ut mihi uidetur, catholice sonant, sed autoritatibus sanctorum & exemplis ea corrobora. DIO.

Gregorius Quoniam diuersi diuersimode, imò & truncate ac incomplete uerba allegant sancti Gregorij, uolo uerba eius integre commemorare, ut clarius pateat mens ipsius. Itaq; IIII. Dialogoꝝ libro disseruit: Si uiuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem igne teneatur corporeo? Ad quod Petrus (cum quo disputauit sicut & ego tecum) respondit: In uiuente quolibet idcirco incorporeus spũs tenetur in corpore, quia uiuificat corpus. Ad quod Gregorius: Si incorporeus spũs in hoc teneri potest, q̃a uiuificat,

Spũs igne q̃ modo teneantur. cur non & ibi poenaliter teneatur, ubi mortificatur? Teneri autem spm̃ per ignem dicimus, ut in tormento ignis sit uidendo ac sentiẽdo: ignẽ nãq; eo ipso patitur quo uidet: & quia cõcremari se aspicit, cõcrematur: sicq; fit, ut res corporea incorporeã rem exurat, dũ ex igne uisibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: ut per ignem corporeum, mens incorporea flamma crucietur. Quãuis colligere ex dictis euãgelicis ualeamus, ꝙ incẽdium anima nõ solum uidẽdo, sed etiam experiendo patiatur: ueritatis etenĩ uoce, diues mortuus dicitur in inferno

Luc. 16 sepultus: qui deprecatus est Abraham, dicẽs: Mitte Lazaꝝ, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Deniq; ueritas in

Matt. 25 fine reprobis dicet: Ite maledicti in ignem aeternum, qui pręparatus est diabolo & angelis eius: Si ergo diabolus eiusq; angeli, cum sint incorporei, corporeo igne sunt cruciandi, q̃ mirum sit & animae antequam recipiãt corpora, corporea tormenta sentire cogãtur? Ad hęc Petrus ille respondit: Placet ratio, nec debet animus de hac quaestione ulterius dubitare. FRATER. Quomodo ignis ille corporeus dicitur, cum aliqui sancti uideãtur ambigere, an corporeus incorporeus 've existat: quemadmodum te legisse ac melius scire non dubito. DION. Fateor doctorem egregium beatissimum Augustinum, de his interdum inquisitiue & quasi dubitatiue locutum: Nam & super Genesim ait: Spiritualem arbitror ignem illum. Et iteꝝ dicit: Cuiusmodi sit ignis ille aeternus arbitror scire neminẽ posse, nisi cui spũs diuinus ostendit. In libris quoq; de Ciuitate dei: & super uerba illa Apostoli: Alij aedificãt

1. Cor. 3. lignum, foenum & stipulam: loquitur de his dubitatiue. Et rursus XII. super Genesim: Spiritualem, inqt, arbitror esse locum, in quem anima defertur post mortem. Insuper Damascenus quarto libro: In fine inqt tradetur diabolus & dęmones, & hõ eius, uidelicet Antichristus, & impij in ignem aeternum, non materialẽ, qualis est qui apud nos est, sed qualem nouit

uit eum deus. Verum ut Bonauentura fatetur, Ipse beatus Augustinus in suis sermonibus, manifeste testatur, ignem illum esse corporeum. Damascenus quoque non negat ignem illum esse materialem, sed dicit quod non sit taliter materialis ut ignis qui apud nos est: uel dicit eum esse immaterialem, quantum ad suas proprietates. Verum ut rursus scribit Bonauentura: Talem dubitationem de igne purgatorij ac inferni, abstulerunt nobis posteriores sancti doctores, ut Gregorius, cui spiritussanctus multa reuelauit: atque Isidorus in libro de ordine creaturarum, ac alij sancti, qui euidenter testati sunt, ignem illum esse corporeum. FRATER. Cum diues in inferno sepultus, non habuerit ibi linguam corpoream, nec Lazarus in limbo patrum digitum corporalem, uidetur quod totum illud, de flāma intinctioneq; digiti, & refrigeratione linguę, sit spiritaliter intelligendum. DION. Verum est, uerba illa de lingua & eius refrigeratione, intinctiōeq; extremitatis digiti in aquā, esse spiritaliter accipienda, prout super Lucam poteris inuenire. Flamma tamen corporalis ibidem est, quę qualiter agit in spiritum, iam audisti. FRATER. Proposui quęrere, quid spiritaliter per diuitis condemnati, seu potius suę animæ linguam, & quid per digitum extremitatemq; digiti animæ Lazari, quid etiam per intinctionem eius in aquam sit intelligēdum: sed quia ad expositores super Lucam me remisisti, nunc ista interrogare non audeo: Nam & super Lucam te ista exposuisse nō ambigo. Sed precor ut ex aliorum quoq; sanctorum patrum doctrinis elucides, qualiter incorporei spiritus, affligantur ab igne corporeo.

Ignis purgatorij corporeus est.

Luc. 16

Articulus XIX. Prosecutio declarationis, qualiter animæ ac dæmones possint tam dire affligi à corporeo igne.

DION.

AD huius rei ueritatem declarandam, primo affirmo quod sanctus asserit Augustinus in quodam sermone: Ignis ille purgatorij, durior est, quā quicquid pœnarū in seculo isto uidere, sentire, aut cogitare quis poterit. Deinde quod quarto Sententiarū magister ex uerbis sapientissimi Augustini allegat, dicentis: Quisq; ꝓfiteri renuit animā posse habere similitudinē corporis, corporaliumq; membrorū, potest negare animā esse quæ uidet in somnis se ambulare, sedere, uel huc illucq; ferri uolatu aut gressu: quod sine quadam corporis similitudine non fit. Proinde si hanc similitudinem & apud inferos gerit, non corporalem, sed corpori similem, potest & ibi sic pati. Insuper ad idem probandum inducit magister uerba Iuliani Episcopi, qui uerba Gregorij precedenti capite introducta, allegat in forma, & sequitur ea. Addit quoq; magister: In Cassiani etiā uoluminibus legitur, quod animæ separatę non sunt otiosæ, neq; nihil non sentiant, cum diues ille in inferno flamma cruciari se clamet: unde probatur, animas defunctorum nō solum suis sensibus non priuari, sed nec istis affectibus, scilicet spe, gaudio, tristitia, metu carere: Hæc magister. FRAT. Ex his non satis intelligo, qualiter animæ separatæ, ac dæmones affligantur ab igne corporeo, nisi forte ex quadam phantastica ignis apprehensiōe, & imaginatione rei læsiuæ, à qua tamen nequeunt immutari: & magis à similitudine ignis quàm ab igne. DION. Ea quę fidei sunt, rationem & comprehesionem trāscendunt, nihilominus per ea quę naturaliter fiunt, aliqualiter declarantur. Si ergo anima adhuc existens in corpore potest absq; corporis passione tam horribiliter affligi in somno ex sola imaginatione & similitudine corporalium rerū, quanto magis ꝑ omnipotentiam dei possunt animę separatę ac dæmones nunquam dormientes affligi & immutari, ineffabiliterq; puniri igne corporeo, ex ignis illius apprehensione, presentia, impressione, per similitudines, species ac diuinationes ipsius: ita quòd sicut spiritus illi uitiosi ac turpiter in rebus caducis sunt delectati, sic iuste & innaturaliter, uiolēte & supernaturaliter compellantur rerum corporearum ac uilium impressionibus atq; punitionibus subiacere & affici. Insuper, nō obstāte omni animę rationalis simplicitate & incorporeitate, anima naturaliter efficitur intrinseca corporis forma substantificans, essentians atq; uiuificans illud: & ex consequenti, passionibus afflictionibusq; corporalibus communicans, subiacens, & formata. Nonne ergo omnipotēs iudex potest tam animas separatas quā dæmones taliter alligare & unire corporeo igni ut uere subiaceant, afficiantur & torqueātur impressionibus eius? Cum nec in dęmonibus nec in animabus separatis consistant sensus interiores, qui sunt uires organicæ, inter quas sunt uis imaginatiua ac memoratiua, quomodo poterit in illis spiritibus esse imaginatiua apprehensio, seu imaginaria cognitio ignis & corporalium rerum? DIO. Nonne supsimplicissimus & immaterialissimus deus cognoscit uniuersa hæc corporalia, deinde & angeli sancti in quibus nequaquam est sensus interior, aut imaginatiua potentia? Nonne etiam

Animæ defunctorū sensibus non priuantur.

Luc. 16. anima diuitis condemnati posita in tormentis, recordabatur fratrum suorum? Porro an & qualiter potentiæ sensitiuæ exteriores & interiores maneant & consistant in anima separata, & qualiter non, specialis est difficultas, quę à doctoribus sup quartum Sententiarum determinatur, & circa hoc aliter senserunt Platonici, quos in hac parte Augustinus & alij quidam catholici sequi uidentur: aliterq; Peripatetici, quos doctores nostri communiter sunt secuti. Certum est autem quòd potentiæ sensitiuę ad minus radicaliter & originaliter manent in anima separata. Veruntamen Augustinus in libro de Spiritu & anima dicit: Recedit anima à corpore secum trahens sensum imaginationum, rationem, intellectum, concupiscibilitatē & irascibilitatē. & rursus: Aīa (inquit) recedens à corpore ex his puta, ex imaginatione, cōcupiscibilitate, irascibilitate, secundum merita aut demerita afficitur, ad delectationem uel ad dolorem. imò super Genesim XII. ait: Neq; enim uideo cur habeat anima similitudinem corporis sui, dum iacente sine sensu corpore, non tamen penitus mortuo, uidet talia qualia multi ex tali seductione ad se reuersi, alijs narrauerunt, & non habeat similitudinem hanc, dum perfecta morte penitus de corpore exierit.

FRATER. Cum ista sint satis difficilia mihi, cupio de ista materia plenius per exempla certificari.

Articulus XX. Demonstratio per exempla, quàm acerbissime patiantur animæ defunctorum ab igne purgatorij & inferni.

DIO. De hac re recitat multa exempla Gregorius Papa quarto dialogorū, quæ te puto legisse, uidelicet qualiter uir nomine Reparatus, educt⁹ de corpore uidit rogum ingentem paratum, cui superimpositus fuit Tiburtius presbyter lubricus, & igne supposito est crematus, eademq; hora obijt ille Tiburtius, cuius anima fuit incendio deputata. Alium quoq; uidit rogum parari, cuius cacumē uidebatur à terra usq; ad cœlum extendi. Vidit autem rogos parari, non q̄ in inferno ignis cōstruatur ex lignis, sed per ea ex quibus apud nos ignis nutritur, ostensa sunt ei supplicia impiorum, ut ea uiuentibus, per solita aptius recitaret. Insuper, refert de quodam curiali repente defuncto, eo q̄ puellam quam de fonte leuauit baptismatis, uiolauit: de cuius sepulchro cunctis cernentibus, diu flamma erupit, quousq; omnia eius combussit, imò & totum eius sepulchrum consumpsit, quod ut ait Gregorius, ideo fecit omnipotens deus, ut ostēderet q̄d anima eius pertulit in occulto, cuius corpus sic combustum est in sepulchro: atq; ut hinc pēsemus, q̄d anima uiuens ac sentiens pro suo patiatur excessu, cuius insensibilia ossa, tanto sunt concremata supplicio. Amplius scribit de eremita monacho nomine Petro, qui antequam eremiticam uitam assumpsit, defunctus fuit, sed corpori protinus restitutus, testabatur se uidisse inferni supplicia, atque innumera loca pœnarum, quosdam quoque seculi huius potentes, in eisdem flammis suspensos: cumq; & ipse iam demergendus esset in ignem, angelus mox apparens eripuit eum & dixit: Egredere, & qualiter tibi deinceps uiuendum sit, attende cautissime: Qui resuscitatus, tantis deinde uigilijs se ieiunijsq; constrinxit, ut eum inferni tormenta uidisse ac timuisse conuersatio loqueretur, etiam si id lingua non fateretur. Præterea recitat de milite nomine Stephano, qui defunctus iacuit inhumatus usq; ad diem sequentem, & tunc resuscitatus, perhibuit se uidisse inferni supplicia, quæ non credidit prius audita. Refert quoq; de alio milite educto de corpore, qui reduct⁹ ad corpus retulit se pōtem uidisse, sub quo ponte decurrebat niger caliginosusq; fluuius, nebulam intolerabilis fœtoris exhalans. Transacto ponte, erant amœna atq; uirentia prata, odoriferis herbarum floribus decorata, in quibus dealbatorum hominum conuenticula uidebantur, & tantus erat ibi odor suauitatis, quod uniuersos illic habitantes ambulantesq; sanauit, ibi mansiones diuersorum singulę multitudine lucis fuerunt plenę, ibi quoque ædificabatur domus miræ potentiæ, quæ aureis uidebatur latriculis construi: sed cuius erat, nequiuit agnosci. Erant etiam super ripam prædicti fluminis nonnulla habitacula, quorum aliqua ab exurgente fœtoris nebula tangebantur, alia uero exurgens fœtor non tetigit. Porrò, hęc erat in pōte illo probatio, ut quisq; iniustorum uellet p eū, pcedere in tenebrosum & fœtidū flumē delaberet. iusti u͛o q̄bus culpa nō obstitit, securo p eū ac libero gressu ad prata amœna ptingerēt. Ibi quoq; uidisse se dixit Petrū quendā maiorē, ante 4. annos defunctū, deorsum in

Reparati uisiones.

Petri eremitæ uisio.

Stephani militis uisio.

in locis illis teterrimis positum, magno pondere ferri religatum atq; depressum, quoniam reos magis ex crudelitate, q̃ ex obedientia & æquitate puniuit. Asseruit item se uidisse in pōte illo Stephanum quendā, quo uolente trāsire per pontem, lapsus est pes ipsius, atq; ex media corporis parte fuit extra pontem deiectus, & à quibusdā uiris teterrimis ex flumine surgentibus per coxas deorsum, & à quibusdam albatis ac speciosissimis uiris cœpit trahi per brachia sursum: per quod dabatur intelligi, q̃ in Stephano illo erāt eleemosynarum largitio, & carnis lasciuia. FRAT. Diu te de his recitantem libenter audiui: & q̃uis circa narrata multe mihi dubitationes & quęstiones occurrerent, has tamen proponere distuli, quia perpendi ex tua relatione mihi dari occasionem diligentissime inquirendi, quod diu ac sępe inquirere concupiui, utputa quid ęstimes sentiendum de uisionibus reuelationibusq; nōnullis, q̃bus quidā modicā adhibent fidem, quæ t͞m ex prę inducta magni Gregorij relatione roborari uidentur, atq; credibiles fieri. DION. Quæ nam sunt uisiones reuelationesq; illę? FRA. Visio Tondali, uisio cuiusdam monachi quæ Anglicana uocatur, uisio facta de purgatorio Patritij, & uisio Christinæ mirabilis. DION. Quid tibi in uisionibus illis uidetur amplius inquirendum, & mirum seu magis ambiguum?

Articulus XXI. Quid sentiendū uideat̃ de uisione Tondali militis, & an uisio illa facta sit anima Tōdali existēte in corpore, an eo ueraciter mortuo. FRAT.

DE uisione Tondali prolixum est cuncta referre, & longa narratione molestare te uereor, cum in omnibus studeas breuitati. Verum aliqua compēdiosius quo potero, enarrabo. Itaq; sicut is qui uisionem illam descripsit, testatur: Tondalus miles Hibernię, post uisionem suam reductus ad corpus, dixit: Cum anima mea corpus exueret, & illud mortuum esse cognosceret, conscia sibi de malo, cœpit timere, uoluitq; ad corpus redire, nec poterat illud intrare: sicq; miserrima confidebat in sola dei misericordia. Tandem uidit uenire ad se tantam multitudinem immundorum spirituum, ut non solum domum, sed & omnes uias ac plateas uiderentur implere, qui dentibus suis stridebant in eam, & unguibus proprijs præ nimio furore laniabant genas teterrimas. Post hæc misit deus angelum in occursum ipsius, quem uidens anima mea à longe uenīētem, indesinenter eum aspexit, qui dixit: Esto securus, quia non deerit tibi misericordia dei, quia patieris pauca de pluribus quæ pati promeruisti: sequere me, & quæcunq; monstrauero tibi, memoriter retine, quia debes iterum ad corpus redire. Cūq; longius pergerent simul, tādem uenerunt ad uallem, ualde terribilem, tenebrosam, profundam, ardentibus carbonibus plenam, habentem operculum ferreum sex cubitorum, quod nimio ardens calore, superabat carbones, cuius fœtor animam prę om̄ibus (quas sustinuit hucusq;) pœnis afflixit: descendebat autem super ferream laminam, illa multitudo miserrimarum animarum, & illic cremabantur donec omnino liquescerēt, instar cremij in sartagine concremati, & quod grauius est per illam laminam colabantur, sicut colari solet cera per pannum, sic'que in carbonibus ignis ardentibus renouabantur ad pœnas. Deinde anima cum angelo uenit ad quandam incredibilis magnitudinis bestiam, cuius os uidebatur posse capere nouem milia hominum amatorum, intra quā erāt multa milia uirorum ac mulierum, dira tormenta luentium: tunc angelo disparente, dæmones traxerunt animam in bestiæ uentrem ubi ineffabilia tolerauit tormenta, ferocitatem canum, ursorum, leonum, serpentium, & innumerabilium aliorum animalium monstrosorum, dæmonum ictus, ardorem ignis, asperitatem frigoris, fœtorem sulphuris, caliginem oculorum, fluxum lachrymarum, dētiumq; stridorē, ita quod proprias genas præ dolore potuit lacerare. Post hęc miro quo nescio modo eruta de bestia, cum longius debilis iaceret, aperiens oculos, uidit angelū prope se stantem, qui eam confortans, & duxit ad stagnum amplum & tempestuosum, in quo erant terribiles bestiæ mugientes, nec aliud postulantes, nisi animas deuorare. Porro per lacū eius erat pons lōgitudinis duorum miliariū, & latitudinis palmę unius, cui inserta ęrat tabula clauis ferreis acutissimis plena, omnesq; bestiæ conueniebant ad pontē sumerę escas, utputa animas pertransire non ualentes, dixitq; angelus animæ: Oportet te pontem istū trāsire, nec uacua ibis: sed uaccam indomitam, quam (dum in corpore eras cum patre tuo, furata fuisti) oportet te conducere, & illæsam mihi ultra pontem exhibere. Tunc anima ait: Quomodo ego miserrima potero transducere uaccam in tali periculo, ubi stare non possum omnino. Videns autem anima quod oporteret eam sic facere, cœpit reluctantem trahere uaccam, & cum ea ire per pontem, & cum staret anima cadebat uacca: cum sta-

Bestia incredibilis magnitudinis.

ret uacca,corruit anima:sicq; uiceuersa,modo stabant,modo cadebant,quousq; uenerunt ad medium pontis,ubi obuiauit eis quidam,furatos manipulos super se portans, sicq; animæ istæ rogabant seinuicem,ne una alteram,à suo impediret itinere,et plantarum suarum sanguine pontem cruentabant,tandem (nescientes qualiter) senserunt,quod una aliã per transisset.Cumq; anima pontem transisset,uidit angelum suum,ostẽditq; ei pedes suos cruentatos.

Domus igni bus plena.

Post hæc angelus duxit eam ad domum ignibus plenam, de qua exibat flamma, per mille passus comburens omnes animas quas inuenit. Vidit autem anima ante domus portam stantes carnifices cum securibus,cultris,sarmentis,falcibusq; acutis,cum dolabris terebris,uangis fossorijs, cum quibus poterãt animas excoreare,decollare,scindere,detrũcare:& sub manibus illorum carnificum uiderunt animas innumerabiles:hæc omnia sustinentes,tunc (angelo permittente) dæmones animam rapuerunt,& præfatis instrumentis dissipauerunt,& dissipatam ac fractam tradiderunt incendio. Doloribus uerendorum maxime torquebantur luxuriosi.Consequenter duxit angelus animam ad loca atq; tormenta prædictis horribiliora,monstrauitq; ei infernum,& principem tenebrarum in horribilissima forma.Tandem cum anima uidisset & experta esset huiuscemodi pœnas,processit cum angelo.& uidit murum excelsum,intra quem erat plurima multitudo uirorum ac mulierum,uentum ac pluuiam,famem ac situm sustinentium, & erant ualde tristes: & interrogante anima qui essent,angelus dixit:Isti sunt mali,sed non ualde mali, qui in mundo se habuerunt honeste,sed bona temporalia non communicauerunt pauperibus quemadmodum debuerunt,ideo patiuntur has pœnas per aliquot annos, & tunc deducũtur ad requiem bonam.

Locus nõ ualde malorum.

Post hæc angelus & anima uenerunt ad portam,quam ingressi uiderunt cãpum pulcherrimum,odoriferum,floribus consitum,lucidum & amœnum,in quo erat multitudo innumerabilis animarum uirorũ ac mulierũ,& nox ibi non erat, nec sol occumbebat, & erat ibi fons aquæ uiuę.Interrogante'q; aĩa,quarũ animarũ est requies ista? Angelus ait: Hic habitant boni,non ualde boni,qui de supplicijs liberati, nondum merent sanctis coniungi:& inde procedens anima, uidit laicos sibi notos. Cumq; angelus & aĩa processissent, uiderũt murũ nimis sublimem & pręclarũ:& ingressis eis ibidem uidit choros angelorũ deum laudantium,uiros ac mulieres lętantes pulcherrime uestitos,& suauissimus odor extitit ibi,dixitq; angelus:Ista sunt præmia coniugalium, qui fidem coniugalem seruantes, & suam familiam bene regentes, temporalia sua communicauerũt pauperibus & peregrinis atq; ecclesiis.

Coniugatorum locus.

Cum ergo angelus & anima sic plurimos pertransissent, apparuit eis murus tam altus ut primus de auro purissimo,quo pertransito,apparuerunt sedilia de auro & gẽmis cõstructa,ꝓtiosissimis sericis coperta,in q̃bus sedebãt seniores uiri & fœĩę,uestiti sericis & stolis albis,& tyaris,& uniuersis ornatib.& splẽduit facies uniuscuiusq; sicut sol in meridie,cecinerũtq; deo dulcissime Alleluia. Et angel' dixit:Isti sunt cõtinẽtes, q per aliq̃d tp̃s carnis debitũ ꝑsoluẽtes,reliquũ uitę in seruitio dei duxerũt,uel martyriũ patiẽtes pro Chro, uel seipsos cũ uitijs & concupiscentijs crucifigentes. Verũ dum aĩa curiosius cõspiceret,uidit castra & papiliones,ex purpura,bysso,argento,auro & serico,mira uarietate cõstructos in quibus audiuit quàmplurimos omni musicorũ gñe suauissime concinentes,quorum beatitudo & gloria, omnium præcedentium gloriam transcendebant. Dixitq; angelus: Isti sunt monachi & moniales qui uere regulariter sub obedientia sancta uixerunt. Post hæc uiderunt murum altitudine, pulchritudine,& splendore dissimilem alijs, ex omni lapide prætioso constructum, qui pro cemento habuit aurum, erantq; in muro omnes lapides pretiosi.Conscenso itaq; muro uiderunt nouem ordines angelorum,& audierunt inenarrabilia uerba,quæ nec potuerunt nec licet hominibus loqui.Ab illo igitur loco (mirabile dictu) uiderunt oẽm gloriam ante uisam, & totum mundũ quasi sub uno radio solis, stãtes eni nec se gyrantes,cunctos ex eodẽ loco,& ante,& retro positos cernebant. Non solũ aũt uisus,sed & scientia accessit insolita animę illi,ut iam non egeret interrogatione,sed omnia nosceret integre, qua exultante & ibi manere sperante,angelus blande locutus est ei:Vidisti hæc omnia?ideo quę uidisti memoriter retine, qm̃ te ad corpus redire oportet: iuste & sobrie amodo uiue. Argue,obsecra, increpa peruersos & lasciue uiuentes. Hoc audito ingemuit anima,& corpus reinduere horruit,attamen eodem momento quo in cœlo loquebatur cum angelo,sensit se in terris induere corpus suum,& debiles aperiens oculos circũstantes aspexit,& cuncta quæ uidit,narrauit.Ista prout breuius potui ex uisione pręfata ꝑstrinxi.DION.Satis succinctim hæc (multis omissis) narrasti,nũc si placet, propone dubia, quæ tibi circa hæc oriuntur.

Apoc. 19.

Gal. 5

2. Corin. 12

2. Timo. 4

Articulus

Articulus XX[illegible] Introductio dubiorum quę circa hęc oriuntur. FRA.

PRimo me mouet, an anima Tondali ista uidendo fuerit realiter in corpore illud uiuificando, an separata à corpore, & substantialiter extra illud, ita quod corpus uere mortuum fuerit, & quidem uisionis huius descriptor manifeste testatur & asserit, quod Tondalus per triduum quo anima eius cõspexit hæc, erat defunctus. Sed oppositum huius uidetur ex multis, nam animæ separatæ non competit uidere dæmones in forma corporali sensibili, neque localiter ambulare, nec pedes corporales qui sanguine cruententur, habere. Nec realiter in inferno aut purgatorio sunt bestiæ, nec animabus separatis competere potest excoriari, decollari, scindi, liquefieri, aut secari. Nec in illis tormẽtis sunt canes, ursi, leones, serpentes, & similes feræ. Nec rursus anima separata potuit sic ducere realiter indomitam uaccam per pontem. Nec uidetur quod ista possint animæ separatæ per formas imaginarias aut per similitudines corporales ostendi: cum in ea non maneant nisi potentiæ intellectuales, propter quod omnia iam prętacta aptius ostenderentur ei per intelligibiles species. Pręterea secundum sanctorum patrum doctrinam, omnes animę sanctæ separatæ à corpore, & sufficienter purgatæ in purgatorij igne, mox euolant in regnum cœleste, & quamuis in inferno diuersa genera sint pœnarum, in purgatorio tamen non est nisi supplicium ignis, loquendo de pœna sensus. Dicunt item doctores, quod animæ in purgatorio non puniuntur per dęmones, quomodo ergo quidam defuncti, non sustinebant nisi uentum & pluuias, quod non uidetur omnem huius uitæ excedere pœnam, & quomodo anima ista uidit defunctos puniri per dęmones, antequam ad inferni loca peruenit? Insuper, secundum fidei ueritatem, omnes beati sunt in uno paradiso cœlesti, non in pratis uirentibus, nec in regno cœlesti aut mansionibus beatorum sunt muri aurei siue argentei, nec castra aut papiliones: ergo nullum horum ostensum est animæ huic secundum ueritatem seu existentiam rei, sed solum per imaginariam repręsentationem, & ita uidetur in tota hac uisione fuisse in corpore, & rapta fuisse in spiritu, ac alienata prorsus ab omĩ actu atq; officio exteriorum sensuum, ac membrorum. Postremo, quamuis angelici spiritus sint altioris naturę & dignioris speciei, quàm animæ separatæ aut homines, nihilominus ex electis & sanctis animabus ac angelis gloriosis constat una triumphans ecclesia, ita quod ad singulos ordines angelorum, aliquæ animę sanctę perueniunt, quemadmodum & ex singulis angelorum ordinibus aliqui corruisse creduntur. Quando ergo hæc omnia uidit in loco altissimo, infra aureum murum nouem choros angelorum, quasi ibi sint uniuersi angeli gloriosi, & ipsi duntaxat. Porrò si anima ista uidendo hæc omnia, fuit realiter separata à corpore, atq; localiter dicebatur, & uniuersa prætacta ueraciter uidit, precor ut mihi expõnas, quo & quali uisu ac qualiter uidit hæc, & qualiter à dæmonibus trahebatur in bestiæ uentrem, & qualiter iuit per pontem, an etiam in re fuerunt aut sunt talia prata, castra, papiliones, muri ac musica instrumenta, & si non sunt, qualiter ostensa sunt animæ separatæ. DION. Multa ardua & profunda compendiose sententioseq; tetigisti, sed quia hæc eadẽ circa alias quoq; uisiones, de quibus dixisti te uelle inquirere, possunt moueri & obijci, idcirco si placet de alijs etiam uisionibus tange quæ mouent te, ut ad omnia simul respõdeat.

Articulus XXIII. De quibusdam in uisione monachi Anglicani contentis. FRATER.

VIsio & reuelatio illa Anglicana de multiplici pœna purgatorij & inferni, uidetur mihi per omnia uisioni Tondali consonare. Nam & in uisione hac Anglicana, inter cętera continetur, quemadmodum frater deuotissimus, cui reuelatio illa est facta, dixit sibi apparuisse sanctum & uenerabilem senem, uidelicet beatissimũ Nicolaum, qui apprehensa dextera fratris ait: Sequere me, statimq; frater fuit in extasi mẽtis, in qua à nocte cœnæ domini, usq; ad uesperas sabbati paschæ permansit, omnium exteriorum sensuum ac membrorum orbatus officio, & reuersus ad se, in die paschę post prandium, ad importunam, affectuosam, humilimam fratrum instantiam dixit: Ibamus senex ille & ego simul, quousq; peruenimus in regionẽ spatiosam, horrendã, in qua uidimus multitudinem infinitam, uarijs & inenarrabilibus immanitatibus suppliciorum expositam, & tamen omnes in spe futuræ liberationis aliqualiter respirabant, quia non erant damnati. Gemebant, flebant, & pœnis urgentibus eiulabant, quorum quidam repente exilire conantes mox ab emergente flamma inuoluebantur, ac dire conflagrati occurrentibus & resistẽtibus tortoribus, cum flagris atq; tridentibus, ac uario suppliciorum apparatu relabebantur in pœnas. Nihilominus sic exusti, cæsi, discerpti, sic frigore glaciali contracti, paulatim

Qualis fuerit Tondali uisio.

Visio horrenda.

Tormētorum species uariæ. ad tolerabiliora pergebant tormenta. Infinitę erant ibi species tormētorum, hi ad ignē torrebantur, hi in sartagine frigebantur, hos ignei ungues usq; ad ossa & solutionē compagū radendo sulcabant, alios balnea confecta ex pice & sulphure, ære & plumbo resolutis, calore cū fœtore excoquebāt horrendo, alios uermes monstrosi cum dentibus uenenosis rodebant. Multos mihi olim in seculo agnitos & familiares ibi aspexi. Porrò clericos & monachos, laicos & fœminas, tam seculares q̄ sanctimoniales, eo minoribus cruciatibus uidi addictos, quo in uita sua minoribus fuerunt honorū seu officiorū priuilegiis fulti. In ueritate dico, φ speciali acerbitate suppliciꝫ uniuersos affligi aspexi in linguis suis, quos aliorū iudices aut prælatos fuisse cognoui temporibus nostris. Nulla tñ hominis lingua sufficienter ualet exprimere, leuissima regionis illius supplicia, nec æstimatio potest concipere uarietatem ac multiplicitatem, qua uicissim alternantibus pœnis subduntur, nec aliqs posset ea dinumerare. Testis mihi est deus, qa si uiderē aliquē hoiem (q me & oēs charos meos afflixisset oībus pœnis atq; iniuriis quę possunt homini in uita hac irrogari, aut etiā occidisset) deputari suppliciis quę uidi ibidem, millesies (si fieri posset) pro eius ereptione mortē appeterem, intātum cūcta quę uidi ibi excedunt mēsuram & modū doloris & angustiæ, amaritudinis atq; miserię.

Locus secūdus. Post hęc uenimus ad locū aliū tormētorū, uidelicet ad tenebrosissimā ac profundissimam uallē, in qua erat teterrimus fluuius, nebulā ineffabilis fœtoris exhalās, rogus quoq; usq; ad cœlum succēsus. Tanta etiā immanitas frigoris, sęuientibus procellis niuis & grādinis, ut putarem me nil pœnalius illo conspexisse algore. Tāta fuit ibi multitudo aiarū, ut solent aluearia apum multitudine abundare: animabus illis fuit hoc gñale supplicium, φ nūc in amnem fœtidū, nūc inde erumpētes ignibus immergebātur. Tormenta huius loci erant grauiora suppliciis loci prędicti.

Locus tertius. Tandē uenimus ad tertiū purgatorii locū, ad campū horribili chaos opertum, ubi erat sulphureus fumus fœtoris immensi, planicies campi ita scatebat multitudine uermium, ut solet pauimētum domus iuncis cooperiri, & hi uermes ultra oēm æstimationem horridi, monstrosi, deformes, terribiles, rictu & igne spirantes, inexplebili uoracitate miseros lacerabant, quos & dæmones frustatim per membra singula igneis ferramentis trūcabant. Deum testor, parū est, imò tanq̄ nihil qcqd dicere nitimur de pœnis loci illius. In breuissimo eñ tpis spatio intuebar eos centum uel amplius pœnarū diuersitatibus annullari, moxq; restaurari, & rursus quasi in nihilū redigi, & harū uicissitudinū nullus erat finis, tam edax fuit incēdium ignis illius, ut quasi tepere crederes qcqd in mūdo feruere aut exurere solet: uermes dirupti ac mortui, ac per frusta cōminuti, sub infelicibus cōgerebātur, qui fœtore execrādę putredinis adeo uniuersa replebāt, ut feculentia illa oēm prędictarū pœnarum excederet cruciatū. Deniq; uisis tot cruciamentis, cœpit procedentibus nobis, lumen gratissimum apparere: hinc fragrātia odoris dulcissimi, atq; amœnitas cāpi multimoda florum iucunditate uernātis, incredibilem nobis pręstitit uoluptatē. In hoc cāpo inuenimus infinita milia hominum, seu potius animarū, felici quiete post expleta tormenta gaudentium: quos in prima illius campi parte inuenimus, utebātur uestibus albis, sed non satis nitentibus, nil tamen nigredinis aut maculę erat in eis, minori tamen gratia cādoris pollebāt. Vidi ibi quādam uenerabilem Abbatissam, quæ magnæ fuit uirtutis in uita hac, & nuper de tormentis euaserat, quæ in cāpo hoc uestibus immaculatis, sed non satis cādentibus utebatur, hæc marcida specie, & tali habitudine uidebatur, quasi longa ęgritudine confecta, & ex balneis nuper fuisset egressa. Vidi ibi & quendam priorem, beata quiete cum spiritibus iustorum felicem, certa expectatione uisionis diuinę, qua erat remunerādus incomparabiliter lętiorē. Post hęc ad interiora huius cāpi progressi, uidimus in medio spirituum beatorum, quorum ibi infinita milia circumstabant, crucis mysterium adorari. Videbatur saluator quasi in stipite crucis suspensus: ad quod uitale spectaculum cum ineffabili alacritate undiq; concurrebatur, mira intuentium deuotio, magna pro tātis beneficiis gratiarum actio. Quis non admiretur tantam in saluatore nostro clementiam, ut quod semel pro nobis in carne passibili pertulit in hoc mundo, hoc impassibilis nunc existens, ob nimium humanarum animarum amorem, ad earum gaudium & deuotionem ampliandam, imaginaliter repręsentare dignetur in paradiso? Deinde post horam non modicam, uisio ipsa disparuit, & singuli ad proprias sedes cum gaudio redierunt. Post hæc uidi eminus quasi murum crystallinum, cuius nec altitudo, nec longitudo poterat peruideri, per cuius lucidissimam portam intrauimus, ibi deliciosissimus splendor. Porrò ad altiora prospiciens, uidi dominum saluatorem in throno gloriæ residentem. Veruntamen locus iste non fuit ubi uidetur deus facie ad faciem, sed inde iam remota omni difficultate & omni dilatione,

ascē

ascenditur ad cœlum illud æternę deitatis uisione beatum. His uisis & auditis, sanctus Nicolaus ductor meus me breuiter salubriterq; admonuit, dicens: Iam tibi ad tuos est redeundum. Hæc pauca ex uisione iam perstrinxi. DION. Magistraliter perstrinxisti: ideo dubia quæ tibi circa hæc occurrunt, propone. FRA. Pene omnia quæ præcedenti articulo tetigi, hic quoque poterunt tangi, quæ nunc repetenda non sunt. Specialiter uero me mouet qualiter uerum sit, quòd animæ in purgatorio emundatæ, dicuntur in hac uisione uenire ad paradisum terrestrem antequam ad cœlestem perueniũt paradisum, præsertim quoniam inter receptacula animarum post uitam hanc non computatur paradisus terrestris, sicut tu melius nosti. Deniq;, cum animę post hanc uitam nõ sint amplius in statu merendi, cur eis in paradiso fieret talis repræsentatio dominicæ passionis? DIO. Sapienter interrogas, & rationabiliter dubitas. Veruntamen antequam ad solutionem omnium horũ procedam, adhuc tange de alijs uisionibus aliqua, quæ maiorem tibi pariunt dubitationẽ. — S. Nicolaus.

Articulus. XXIIII. De purgatorio sancti Patritij. FRA.

QValiter sanctus Patritius impetrauerit sibi à domino demonstrari quẽdam purgatorij locum sub terra, uulgatum est satis: qualiter etiam inter multos qui locum huiusmodi intrauerunt, quidam miles introierit atq; exierit, & quæ ibi cõspexit de supplicijs peccatorum gaudijs'q; iustorum, reuersus retulit, communiter legitur in libello qui de purgatorio sancti Patritij intitulatur. Retulit quippe qđ fossam profundam ingressus, primo deuenit in campum & aulam, in qua uenerũt ad eum quadringenti & quindecim uiri sancti, admonentes eum de futuris periculis & de constãtia obseruanda. Post quorum disparitionem apparuerunt ei uisibiliter dæmones multi in formis horrendis cum strepitu magno: quorum dum uerba contemneret, ab eisdem proiectus est in magni rogum incendij, de quo Christum inuocando repente ereptus est: quo facto, dæmones eum traxerunt ad campum quendam longissimum, plenum hominibus nudis utriusq; sexus, qui uentre humo hærebant, & clauis ferreis atque candentibus terrę affixi extendebantur. Deinde traxerunt eum ad alium campum, maioribus plenum miserijs, in quo homines diuersæ ætatis & sexus resupini iacebant fixi in terram, super quos iacebant dracones igniti, quasi comedentes ac lacerantes subiectos. Aliorum capita uel brachia aut totum corpus circũcinxerunt serpentes, & capita sua pectoribus miserorum imprimentes, ignitum ac uenenosum oris sui aculeum, illorum cordibus infigebant. Bufones quoque miræ magnitudinis & quasi ignei, super quorundam pectora consedebant, quibus sua rostra deformia infigentes, ipsorum corda quasi extrahere nitebantur: super quos etiam dæmones discurrebant, flagris cruciantes eosdem. Inde traxerunt eum in tertium campum miseris plenum hominibus, qui à summitate capitis usque ad digitos pedũ ita erant clauis transfixi, quòd in eorum membris locus uacuus non uidebatur: insup uento frigido ac urente flagrisq; dæmonum cruciabantur. Deinceps traxerunt eum in quartum campum, multis ignibus & omni tormentorum genere plenum, in quo catenis igneis suspendebantur, alij per pedes, alij p manus, alij p membra, capitibus eorum ad ima uersis, atq; sulphureæ flammæ immersis: alij in fornacibus sulphureis cremabantur, alij super sartagines urebantur. Omnia gña tormentoꝝ quę excogitari possunt, erant ibidem. Ibi uidit hic miles aliq̃s sibi notos. Eiulatus & clamores uniuersoꝝ q̃s ibi audiuit, nec lingua exprimere, nec sensus mortaliũ sufficit excogitare. Post hæc traxerũt eũ in domũ pmaximã incẽdijs plenã, rotundis & profundissimis fossis repletã, quæ erant plenę liquefactis metallis feruentibus, in qbus plurimi torquebãtur. Deinde traxerũt eũ ad flumẽ magnũ ac fœtidum, totaliter cooptum sulphurei flamma incẽdij: sup q̃d flumen à ripa in ripã pons lubricissimus ac strictissim' tendebať, qui in tantã altitudinẽ paulatim fuit extẽsus, quod horribile erat uidere, p quem hunc militem oportuit ire: qui fiducialiter transeundo inuenit pontem continue latiorem. Quibus peractis, dæmones militem reliquerunt: ipse uero uidit ante se muꝝ magnũ & altũ, pulchritudinis admirandæ incomparabilisq; structurę, in quo extitit porta ex gemmis & pretiosis metallis resplendens, ex qua uenit ei obuiam processio maxima cũ crucibus & uexillis, cũ cereis & aureaꝝ ramis palmaꝝ, q̃ militẽ cũ ingẽti ueneratione & concẽtu dulcissimo introduxit p portã. dixeruntq; archiepiscopi duo ad militem: Regio ista est paradisus terrestris, de qua ob suam culpam eiectus est Adam. Oẽs nos per loca pœnarum ad requiem istam transiuimus, ad quã etiam uenient oẽs q̃s in purgatorij pœnis uidisti, cum fuerint expurgati. Nullus nostrum nouit q̃diu hic erit: & licet ab oñi hic liberi sumus culpa, ad supnam tñ sanctoꝝ lętitiã nondũ digni sum' ascendere:

Margin notes: Descriptio purgatorij s. Patritij. — Purgatorij campus 1. — 2. — Bufones ignei. — 3. — 4. — Domus incẽdijs plena. — Flumen fœtidum. — Paradisus terrestris.

quotidie societas nostra crescit & decrescit, dum singulis diebus & à pœnis ad nos, & à no bis ad cœlestẽ ascenditur paradisum. Deinde duxerunt militem in montem sublimẽ, ostẽ deruntq; ei portam paradisi cœlestis. quibus auditis & uisis, reuersus est miles. DIO. Conuenienter hoc recitasti, sed qd tibi circa ista apparet? FRA. Specialia dubia mihi ex his nascuntur, quæ tibi mouebo.

Articulus XXV. Dubiorũ circa hæc orientium propositio. FRA.

Dubium primum, HIc apertissime dictum est, quòd à purgatorio non ascẽditur ad paradisum cœlestem, nisi per paradisum terrestrem, cuius oppositum (sicut & tu certius nosti) dicunt doctores cõmuniter: qui & multipliciter probant, q̄ satisfactione in purgatorio persoluta, animæ mox uolent in cœlum empyreũ: quod & rationabile esse uidetur, cum nulla sit causa dilationis à gloria q̃ culpæ reatus. Deniq; sicut præhabitũ est, sola dilatio gloriæ, quæ & pœna damni uocatur, excedit in animabus separatis non cõdemnatis, omnẽ pœnam uitæ præsentis. Si ergo animæ in paradiso terrestri nondũ deo bea-
II. tifice perfruuntur, ergo sunt ibi in pœna grauissima. Insuper, qualiter potuit miles ille intra diem naturalẽ pertingere usq; ad paradisum, atq; reuerti ad portam per quam fuit pri-
III. mam fossam ingressus. Item dubitatur, qualiter tot animæ in purgatorio existentes apparuerũt militi huic uisibiliter in humanis corporibus. quomodo etiã animæ in paradiso terrestri (ut dicitur) constitutæ, apparuerunt & occurrerunt militi in humana effigie. Et q̄cq̄d de uisionibus præmemoratis dicatur, uisio ista dici non potest imaginaria extitisse, sed
Gene.5. exterior & in plena uigilia, sicq; taliter uisa realiter ita se habuerũt ut uidebatur. & iuxta
Eccl.44 hæc dici non poterit, q̄ soli Helias & Enoch sunt in paradiso terrestri, cum ibi sint & innu
Hebr.11. merabiles alij. DIO. Fortia sunt quę moues & difficilia ad soluendũ, mallemq; super his instrui q̃ docere. unde nec de ista materia uolo quid dicere cũ assertione incauta. Porro si & aliquot alias uis tãgere uisiones, & ex eis ꝓponere quæstiones, hoc facito anteq̃ ad horũ solutionem progrediar. FRA. Possem & alia quædam referre ac sciscitari, præsertim ex Reuelationibus Brigittæ sanctæ, cuius reuelationes prædictis satis consonare uidentur. Verũ ut arbitror, ex horum solutione, illorum quoq; satis elucescet solutio, imò & infra opportune poterunt tangi: idcirco si placet, ad præinducta discutienda, declaranda ac soluenda te modo accinge.

Articulus XXVI. De triplici uisione. DIO.

TRiplex secundũ Augustinum est uisio: Prima est exterior, qua ad oculum exteriorem aliqd sensibiliter cernitur aut apparet, quemadmodum beatissima uir-
Luc 1. go uidit angelũ Gabrielem, qui ei multa prędixit futura: sic quoq; Zacharię pa
ibidem. tri sacratissimi Iohannis Baptistæ idem apparuit atq; locutus est angelus. In ue
Iudic.13.6.2. teri etiã testamento patri Samsonis ac Gedeonis, imò omnibus filijs Israel angeli ita appar
Ex.14.23.33 uerunt, sicut in libro Iudicũ scribitur. sic etiam assidue uisus ac locutus est angelus Moysi. & hæc uisio non fit nisi in uigilia. Secunda est uisio imaginaria, qua p̄ similitudines in interiori sensu, puta ui imaginatiua formatas, aliquid cõspicitur: & tales fuerunt communiter
Iere.1. uisiones prophetarũ, quemadmodũ Ieremias uidit uirgam uigilantem & ollã succẽsam, at
Ezech 40 q; Ezechiel ædificiũ templi ac ciuitatis in monte. Porro huiusmodi uisio aliquãdo fit in so
Matth.1. mno. Vnde & in euangelio legitur angelus apparuisse & locutus esse sancto Ioseph in so
Nume.12. mnis. In Numeris quoque dominus protestatur: Si fuerit inter uos propheta, in uisione
Iob.33 apparebo ei, uel per somnium loquar ad eum. Et in libro Iob: Per somnium in uisione nocturna quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, aperit deus aures uirorum, & erudiens eos instruit disciplina. Aliquando uero imaginaria uisio fit in uigilia, ex-
Isai.6. terioribus tamen sensibus alienatis & abstractis ab omni actu & exercitio à suis obiectis.
Apo.1.4. sicq; Isaias uidit dominũ sedentem super soliũ excelsum & eleuatum. Tales fuerunt uisiones sancti Iohannis euangelistæ, quæ in Apocalypsi conscriptæ sunt. Vnde fatetur: Fui in spiritu in dominica die, & audiui post me uocẽ magnam. et rursus: Vox inquit, prima quã audiui tanq̃ tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quę oportet fieri cito. & statim fui in spiritu. Tertia est uisio intellectualis & anagogica seu sursum ductiua, qua per species intelligibiles & mentalem illuminationẽ puriq; luminis infusionẽ aliquid homini demonstratur: & tales fuerunt uisiones & reuelationes Dauid prophetæ, se
2.Reg.23 cundũ quod ipsemet innuit in libris Regum: Spirit⁹ domini locutus est per me, & sermo eius per linguã meam, sicut lux auroræ oriẽte sole mane absq; nubibus rutilat, & sicut pluuijs germinat herba de terra. Pręterea scire oportet, q̄ uisio dicitur imaginaria dupliciter:

Pri

Primo, quoniam sola est imaginaria & non intellectualis, quando uidelicet alicui aliqd demonstratur per imaginarias species, nec tamen agnoscit quid per huiusmodi species seu similitudines designatur. sic uisio Nabuchodonosor qua uidit statuam magnam, & illa qua uidit arborem pulchram in somno, uisio quoq; qua Pharao uidit in somno septem boues & septem spicas, fuerunt imaginariæ, & tales uisiones non merentur dici propheticę, quia (ut apud Danielem legitur) Intelligentia est opus in uisione. Hinc præfati regēs non fuerunt prophetę, sed Ioseph & Daniel qui uisiones illas exposuerunt. Secundo dicitur uisio imaginaria, quoniā partim est imaginaria & partim intellectualis, quando uidelicet is qui habet imaginariam uisionem, intelligit quid designetur per eam. Similiter uisio dicitur intellectualis dupliciter: Primo, quoniam est pure & solum intellectualis, quando per solas intelligibiles formas repræsentatur, & per spiritualem illustrationem intelligitur. Secundo, quoniam pro parte est imaginaria, atq; pro parte intellectiua: propter quod interdum imaginaria & aliquando intellectiua uocatur, talisq; uisio intellectualis non differt à uisione imaginaria secundo modo sic dicta. Deniq; per hanc distinctionem possent faciliter solui ac concordari uerba doctorum, qui de hac materia diuersimode loqui uidentur. Præterea, sicut ex doctrina diuini & magni Dionysii in libris de Angelica & Ecclesiastica hierarchijs manifeste habetur, propheticæ uisiones ministerio angelorum sanctorum administrantur & fiunt prophetis, quod etiam Thomas in secunda secundę, Alexander de Hales super secundum Sententiarum, Albertus quoq; ibidem ac alij concorditer tenēt, & ex scriptura probatur canonica, Isaia testante: Volauit ad me unus de Seraphin. Vnde & Zacharias frequenter: Dixi, inquit, ad angelum qui loquebatur ad me. & rursus idem asserit Zacharias: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius & dixit: Curre & loquere ad puerum istum. Hoc ipsum insinuatur in Apocalypsi, ubi ait Iohannes apostolus & propheta: Vidi similem filio hominis uestitum podere. Non ait, Vidi filium hominis, sed, similem filio hominis, id est, angelum in persona Chr̄i apparentē atq; loquentē, ut Haymo, Beda, Albertus exponūt. Propter q̄d in Apocalypsi fili⁹ hoīs cōtestať: Ego Iesus misi angelū meū testificari hęc uobis in ecclesiis. FR. Placet p oīa ista uisionū distinctio. sed instrui cupio qualiter discernať ꝙ uisio sit uera nec fallax.

Dan. 2. 4. Gene. 41. Danie 10. Gene. 41. Dan. 2. 4. Visio intellectualis dicitur dupliciter. Isai. 6. Zac. 1. 2. Apoc. 1. Apoc. 22.

Articulus XXVII. Ex quibus queat cognosci aut persuaderi, ꝙ uisiones & reuelationes, illuminationes & consolationes sint uere à deo.

DIO. MErito istud ingris, q̄a in uisionib⁹ potest de facili euenire piculū maximū, cū dicat ap̄ls: Ipse satanas se trāsfigurat in angelū lucis. Hinc q̄dā diabolicis uisionibus decepti miserabiliter corruerūt, sicut & Cassian⁹ describit. Verū multa sunt ex q̄bus ꝑpendiť, ꝙ uisiones sint uere à deo. Primū est, si scripturis sanctis concordēt: scd̄m, si à sanctoꝝ patrū doctrina nō dissonēt: tertiū, si cōmuni documēto doctoꝝ catholicoꝝ cōsentaneæ sint: quartū, si ad spiritalē profectū & sanctā deuotionē inueniaň accōmodę: q̄ntū, si q̄d in eis p̄dicit uere implet: sextū, si psonę in q̄bus fiūt, sunt uere catholicæ, uirtuosę ac stabilitę in bonis, quanq̄ etiā malis hoībus interdū fiūt reuelationes, ut cōstat de Balaā. q̄m ꝓphetia & uisio sunt dona gr̄ę gratis datæ, quæ bonis & malis, electis & reprobis extāt coīa. Præterea, ex hoc coiter potest aduerti, an illuminatio, uisitatio seu cōsolatio aut reuelatio sit à deo, dū homo ex hmōi influētia inclinať ac trahiť ad sui ꝓpsius cordialē cōtemptū, ad humiliationē profundā, ad oīm uanitatū ac uitioꝝ detestationē, ad feruidū boni cois amorē, ad ḡnalem charitatis ac grǣ sibi cōcessę coīcationē ad oēs, ad ardentem spiritalis ꝑfect⁹ affectū, ad boni ꝓpositi synceriſſimā integritatē, ad puꝝ deitatis amorem, ad fidei illuminationē, & ad eoꝝ q̄ sunt fidei intelligentiā clariorē, ad patientiā firmā & obedientiā sanctā. Nēpe queadmodū ex solis p̄sentia oriūtur in aere splēdor & calor, ita summo sapiētię atq; iustitię sole apparēte, radiāte ac opante in aīa, mox nascunť in ea ueræ sapiētiæ fulgor, charitatisq; ardor: & q̄uis practicāte diabolo possit in hoīe gigni sensibilis quędā deuotio & cōsolatio quędā seu dulcedo suo modo interna, p̄fati tñ̄ affect⁹ esse nō ualent à dęmone, nec diabol⁹ potest agere immediate in apicē affectiuę aut uerticē intellectiuę, nec ita pstringere mentē, ut uelit nolit rapiať syncere ad deū, atq; ī lucis dimergať abyssum, ita ꝙ ex huiuscemodi pręuētione, influxu aut uisitatione oriūtur in mente saluberrimi effectus p̄fati. FR. Vidētur mihi hęc oīa sonare ualde catholice, nec his (ut reor) poterit contradici. Verū ut suspicor, hæc introduxisti ut p ea r̄ndeas ad quæsita supius: idcirco si placet, ostende ex his quid æstimes sentiēdum de uisionibus & reuelationibus præmemoratis, quæstiones etiam circa eas supra inductas solue.

2. Cor. 11. Num. 22. 23

Articulus XXVIII. Quòd uisiones Tondali & monachi Anglicani, & quæ de purgatorio Patritij factæ sunt, uideantur ueræ & fide dignæ. DIO.

SI attendamus uisiones & reuelationes prophetarum ueteris testamenti & sancti Iohannis apostoli, non uideo quod præfatæ uisiones ac reuelationes sint reprobandæ: primo, quoniam similes leguntur in scripturis utriusque testamenti canonicis, ubi inueniuntur horribiles ac mysticæ apparitiones prophetis ostensæ, & sancti prophetæ referunt se translatos fuisse in spiritu ad loca remota, in quibus ostensa sunt eis inuisa ante & inaudita, & quæ secundum quod sonat litera intelligi nequeunt, sicut dum sanctus Ezechiel asserit se uidisse quatuor animalia, cum dispositionibus, formis ac motibus ibi expressis. & rursus alibi describit se transpositum à Chaldæa in Ierusalem in uisionibus dei: spiritu utique, non corpore: quod subtilissime innuit, dicens: Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus inter cœlum & terram, & adduxit me in Ierusalem in uisione dei. & reliqua quæ ibi habentur. Et iuxta expositores, tota uisio illa fuit imaginaria, ipso Ezechiele in Chaldæa in suo loco realiter ac immobiliter permanente, at quod in interiori suo sensu, ui scilicet imaginatiua, formatis per angelum similitudinibus repræsentantibus uniuersa quæ ibi describit, seque uidisse & fecisse testatur. Similiter & aliàs: Facta est, inquit, super me manus domini, & adduxit me in uisionibus dei in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium ciuitatis. Et ibi per aliquot capitula scribit se in illa uisione multa uidisse, audisse, egisse, cum tamen totum hoc ageretur & esset in sola imaginaria uisione, non tamen inani, sed magna quædam repræsentante. Iuxta hunc modum ait etiam in Apocalypsi Iohannes: Venit ad me unus de septem angelis, & sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem: & habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa uero ciuitas ex auro mundo, fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Alias multas uisiones imaginarias, admirabiles & horrendas scribit in Apocalypsi Iohannes, dicendo: Vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem & cornua decem. Itemque, Vidi, inquit, cœlum apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat super eum, uocabatur fidelis & uerax. & exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in uestibus albis. Et apprehensa est bestia, & cum illa pseudopropheta, & uiui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure. Multa huiusmodi habentur in Apocalypsi, ex quibus probatur quòd uisiones Tondali & monachi Anglicani, & quæ de purgatorio Patritij sunt ostensæ, non discordant à scriptura canonica nec à fidei ueritate. Porro, quod nec à doctrina sanctorum dissonent patrum, monstratur ex his quæ supra ex dictis sancti Gregorij quarto dialogorum sunt allegata. Siquidem sanctus Gregorius refert ibidem atque in homilijs, ad morientes frequenter uenisse angelos bonos & malos, & angelos malos in forma apparuisse Aethiopum aut draconum, ac morientium membra ligasse, eorumque animas ad loca amœna aut pœnalia deduxisse: animas quoque defunctorum redisse ad corpora sua, atque uiuentibus retulisse se maxima conspexisse aut etiam tolerasse tormenta, & deinde iustorum gaudia gaudiosaque loca uidisse, & in recitationibus suis quasi per omnia nominibus corporalium rerum similitudinibusque earum sunt usæ, uidelicet flamma, ignibus, pontibus, pratis florentibus, domibus atque nauigijs. Insuper, personæ quæ ista uiderunt, post horum uisionem & experientiam tam abstinenter, rigorose, compuncte & sancte uixerunt, quod tanta eorum conuersio aut profectus attestabatur uerbis eorum. His quoque quæ de purgatorio sancti Patritij leguntur, attestatur Legenda ipsius & Passionale sanctorum. Postremo, præfatæ uisiones ualde sunt inductiuæ & inflammatiuæ ad dei timorem, ad internam compunctionem, ad sanctam deuotionem, ad pœnitentiam salutarem, ad mundi contemptum, ad cordis custodiam, atque ad emendationem in omnibus. FRA. Libentissime hanc tuam audiui censuram seu positionem, confidens quod & alij multi his auditis cum maiori credulitate copiosiorique fructu, præfatas & consimiles lecturi sint uisiones. Nunc superest ut quæstiones circa uisionem Tondali motas dissoluas.

Ezec.1. Ezec.8. Ezech.40. Ez.41.42.43.44.45.46.47.48. Apocal.21. Apoc.17. Apo.19. Gregorius. S.Patricius

Articulus XXIX. Solutio dubiorum quæ circa uisionem Tondali mota sunt supra articulo uicesimosecundo. DIO.

CIrca uisionem Tondali primo quæsisti, an anima eius fuit realiter separata à corpore in tota illius uisione, an potius realiter mansit in corpore, ita quod uidit omnia illa sola imaginaria uisione, & in ea per similitudines quasdam sustinuerit tot & tanta de quibus scribit tormenta. Ad quod (ut tetigi) uidetur haberi responsio

Solutio dubii primi.

ex recitatione historiæ de Tondalo illo, in qua fertur quòd protunc mortuus fuerit. Vnde & ipse reductus ad corpus seu corporis usum ac sensum, dixit: Cũ aïa mea corpus exueret & illud mortuũ esse cognosceret, uoluit ad corpus suũ redire, nec poterat illud intrare. Veruntamen huius oppositum posset probari ex eo quod in eodem narratur libello, quòd Tondalo subito corruente, apparuerunt in eo oĩa signa mortis, dempto quòd calor modicus in sinistro eius latere sentiebatur ab his, qui corpus eius diligenter palpabant: propter quod & corpus insepultum super terram seruabant usque ad tertium diem, quo reuiuiscere uidebatur. Ideo posset quis probabiliter dicere, quòd anima eius mansit toto tempore uisionis illius realiter in corpore suo, atque quòd sola imaginatiua uisione conspexit ac supplicia pertulit per omnipotentiam dei dispensatione occulta & modo quodammodo incomprehensibili nobis, quemadmodum de animabus separatis ac dæmonibus dictum est, quòd uere & ineffabiliter atque grauissime affliguntur ab igne corporeo. Hinc Augustinus in libro de cognitione ueræ uitæ ait ad quæstionem interrogatus: Nonne legitur quòd sæpe multæ animæ de corpore eductæ uiderunt multa loca pœnalia, loca quoque amœna ac florida, & multas animas in utrisque, atque ad corpus reuersæ retulerunt se multa audisse ab illis? Ad hoc Augustinus respondet: Sciendũ quòd hæ animæ non penitus reliquerant corpus, sed sensus tantum corporeos suis destituerunt officijs. Corpus autem non ex toto uitali caruit spiritu: unde ea quæ audierunt, non res corporeæ, sed similitudines corporearum rerum fuerunt, quas reuersæ constitutis in corpore narrauerunt. Sicque ulterius diceretur quòd propter uehementem illam alienationem & abstractionem animæ Tõdali à corpore suo & omni sensu, motu & actu corporeo, & propter intensissimam occupationem eius circa ea quę sunt alterius seculi, uidebatur ei quòd esset separata à corpore. Nec hoc incredibile reputetur de anima Tõdali, cum diuus dicat Apostolus se nescire an in corpore uel extra corpus fuerit raptus. Aliqui quoque interdum tanta replentur suauitate cœlesti, ut eis uideatur quòd animæ eorum de corporibus suis exiliant, aut extra corpus consistant. Fronto quoque episcopus dixit se interfuisse sepulturæ beatæ Marthæ, similiter sanctus Ambrosius perhibuit se sepulturæ sancti interfuisse Martini: & tamen Richardus de Media uilla super primum Sentẽtiarum distinctione decimaseptima, & alij multi dicunt sanctos illos antistites non fuisse in sepulturis illis personaliter nec animas eorundem. Sic quippe ait ibi Richardus: Dici potest quòd in ueritate nec corpus nec anima Ambrosii interfuit sepulturę S. Martini, sed forte angelus in specie Ambrosii apparens: quod dũ fieret, uidebatur Ambrosio soporato quòd interesset illi sepulturę. Nec est putandũ quòd phantasticũ hoĩs realiter exeat de hoĩe dormiẽte, sed quandoque contingit quòd homo somniat se esse præsentẽ alieno conspectui: & quando hoc somniat, tũc spũs in specie illius hoĩs apparet illi, in cuius cõspectu ille dormiẽs somniat se esse præsentẽ. Hęc Richardus. De hac aũt materia diffusius scribit beatus Augusti. 18. de Ciuit. dei, ubi satis mirãda refert de trãsformationibus apparitionibusque quibusdã. Præterea ad intelligendũ qualiter aïa in corpore manens possit per imaginariã uisionẽ talia cernere, sicque moueri, pati, terreri ualet, quod 12. super Genesim loquitur Augustinus de iacẽtibus absque sensuum usu, quòd gerunt quandam similitudinem corporis sui, per quã possunt ad loca corporalia ferri, & talia qualia uidẽt similitudinibus sensuũ experiri. Nihilominus potest quis etiã probabiliter dicere, quòd in oĩni præfata uisione fuerit anima Tondali uere separata à corpore, & interiori intellectualique uisu conspexerit ea quę se uidisse narrauit. Intellectus nãque (ut docet Boethius) quodammodo in se includit ac comprehendit oĩes exteriores interioresque sensus, & actus illorum exercet simpliciori altiorique modo quàm illi. Vnde quemadmodũ deus ęternus & gloriosus per ideales simplicissimas & immaterialissimas formas uidet & noscit uniuersa & singula quantũcunque corporalia & terrena distinctissime atque plenissime, ac deĩn angeli sancti ac dęmones quamuis immateriales, tñ per suas intelligibiles species distincte cognoscunt corporea & sensibilia quæque, ita & anima separata potest per intelligibiles species, secundum quod sibi tunc insunt, sensibilia & corporea intueri distincte ac taliũ reminisci. Verũtñ ad istud facilius responderet secundum beati Augustini inuestigationẽ, qui super Genesim 12. ait libro: Non uideo an habeat aïa similitudinem corporis sui, dum iacente corpore sine sensu, non tamẽ penitus mortuo, uidet talia qualia multi ex illa subductione seu alienatione uiuis redditi narrauerũt, & nõ habeat similitudinem illam, dum perfecta morte penitus de corpore suo exierit. Huiusmodi autem similitudines dicitur anima separata habere secundum quod inspicit eas. De hac re multa scribit Cassianus in libro de anima separata, quod scilicet anima separata à corpore,

Augustini responsum.

1. Cor. 12

Ambrosii dictum quõ intelligendũ

Cõparatio

re, adhuc uidet, audit, imaginatur & recordatur. Vnde ut supra est allegatum, Augustin⁹ in libro de spiritu & anima fertur dixisse, quod anima recedẽs à corpore, secum trahit sensum, imaginationem, intellectum & intelligentiam, cõcupiscibilitatem & irascibilitatẽ. In libro quoque de ecclesiasticis dogmatibus loquitur Augustinus: Homines solum credimus habere animam substantiuam, quæ exuta corpore uiuit, & sensus suos atq; ingenia uiuaciter tenet. Verũtamen prętacta Augustini & Cassiani ac aliorum quorundam uerba secundum quod sonant, magis consonant & cõcordant Platonicorum quàm Peripateticorum doctrinis. sed in his q̃ fidei sunt, p̃sertim in om̃i ista materia, magis arbitror insistendũ autoritati quàm philosophicæ rationi: quia secundum supernaturalem omnipotentis dei operationem nobis in uita hac imperscrutabilem, multa contingunt in his. FRA. Prolixe disseruisti, qualiter utrunq; prædictorum probabiliter queat teneri, qđ scilicet in corpore uel extra corpus realiter fuerit anima Tondali in uisione præscripta: restat ut soluas argumenta ad hoc introducta, quòd tunc extra corpus realiter esse nequiuit. DIO. Hoc noueris, tantam esse infirmitatem intellectus humani quãdiu in corpore est, quod etiam animę à corpore realiter separatæ, dum ad corpus fuerunt reductæ, non potuerunt perfecte intelligere nec aliis plenarie recitare ea, quæ ipsis extra corpus contigerunt, & quæ de immaterialibus rebus uiderunt: sed ea per corporalia quædã, prout aptius poterant, expresserunt. Hinc ut refert Cyrillus, unus trium meritis sancti Hieronymi resuscitatorum, interrogatus à Cyrillo de his quæ sibi post dissolutionẽ à corpore contigerũt, respõdit: Quod me interrogas, non est bene possibile plene fari, quoniam spiritualia nostris sensibus minime comprehenduntur. Nam scis deum & angelos esse, & tamen quid sint perfecte intelligere nequis. Cum enim sint multa notissima in natura, quæ nostræ intelligentiæ paruitate comprehendere non ualemus, supercœlestia & spiritualia om̃ino aliena à nostra cognitione quomodo intelligeremus? Itaq; si anima Tondali in illa uisione fuit realiter separata à corpore, sic ea quæ uidit separata, retulit prout potuit corpori restituta, præsertim quia & Tondalus miles non uidetur naturali philosophia multum fuisse instructus aut assuetus, ita ut de spiritalibus per appropriationem dissereret. Itaq; respõdendum ꝙ nec situs, nec ambulatio, nec esse in loco, proprie competant incorporeis rebus. Vnde quod Tondalus retulit animam suam supra corpus stetisse, & undiq; circunspexisse, dæmonesq; uidisse per loca & ambulasse, ac consimilia sunt spiritualiter intelligenda. Quemadmodum enim conuenit animæ separatę esse in loco diffinitiue, non circunscriptiue, sic competit ei moueri, ambulare & ferri de loco ad locum. Qualiter autem poterat corporalia intueri ac pati, modo discussum est. Porro animarum tormenta eo modo ostensa sunt animæ Tondali ac animæ monachi Anglicani atq; Christinæ Mirabilis & aliorum quorũdam, quo utiq; modo debuerũt ac potuerũt ea aptius, intelligibilius ac fructuosius recitare hominibus post earum reditionem ad sua corpora. sicq; separatarum & inuisibilium animarum ac dæmonum supplicia ac personæ demonstrata sunt animabus præfatis sub similitudinibus corporalium rerum & bestiarum, materialiumq; pœnarum: non quòd anima Tondali habuerit corporeos pedes, aut quòd animæ in purgatorio excoriabantur, scindebantur, decollabãtur, liquefiebãt aut urebantur in uerubus, ollis, patellis: aut ꝙ redigebãtur quasi in nihilum aut in unam massam conglobabãtur, sed ꝙ omnes istiusmodi pœnæ uere & ineffabili modo sint in animabus in purgatorio cõstitutis, aliter tamen, imò & supernaturaliter & incõprehensibilius ac prorsus pœnalius, q̃ esse possint in aliquo homine, aut in q̃buscunq; hominibus in hoc mundo. Et iuxta hunc modũ sunt intelligenda, quæ de stagnis, ponte, lamina ferrea ardente & cõsimilibus afferuntur. Dæmones quoq; in formis diuersarum apparuerũt ferarũ, bufonum, draconum, serpentum, ad insinuandum diuersas eorũ crudelitates atq; multiplices atrocissimasq; pœnas, quas minantur aut inferunt animabus. nam & frequenter in talibus formis apparuerunt sanctissimis uiris Antonio, Hilarioni ac consimilibus, quos suis tentamentis ac terroribus cupiebant deiicere. Præterea utrum animæ de purgatorio euolent immediate in regnum cœleste, an mediate, ita ꝙ primo terrestrem introeant paradisum, infra in speciali discutietur articulo. Similiter & id, an minima purgatorii pœna (loquendo de pœna sensus) maior sit omni præsentis uitæ tormento. Cætera etiã supra 24. articulo circa uisionem Tondali obiecta & tacta, infra clarius exponent. Postremo, doctores sup 4 Sententiarũ cõmuniter dicunt, ꝙ animæ in purgatorio non puniũtur per dæmones, q̃m eos uicerunt: neq; per angelos sanctos, qui suos cõciues futuros non punirent tã dire, sed ꝙ solo igne torquẽtur per diuinã iustitiam. Huius tñ contrarium

Intellect⁹ humani infirmitas.

Spiritualia corporeis sensibus cõphendi nequeũt.

Visio Tõdali q̃lis fuerit.

non in prænarratis uisionibus tantum, sed & in alijs reuelationibus multis insinuari uidetur. De isto tamen non est aliquid ab ecclesia determinatum: unde nec periculosum aut illicitum reputatur, circa hoc diuersimode opinari. nec ratio ista multũ cogit, quòd ideo à dæmonibus non torquentur, quoniam eos uicerunt. Quamuis enim uicerunt finaliter, frequẽter tamen uictæ fuerunt ab illis, nec pro hoc satisfecerunt in seculo isto. sicq; posset quis dicere, quòd meruerunt adhuc puniri ab ipsis dęmonibus, ut subdantur eis in pœnis, quibus se sponte subdiderunt in culpis: & per quos peccauerunt, per hos & puniantur, quemadmodum & quarto Sententiarum ait Magister: Hos habebunt in tormentis tortores, quos habuerunt in uitijs intẽtores. Verum de hac re nihil diffinio, quemadmodum nec de isto, an sola pœna ignis animæ in purgatorio affligantur, loquendo de pœna sensus. circa quod Thomas & alij multi tenent quòd imò, quoniam pœna purgatorij ordinatur ad purgationem, quæ maxime competit igni. Ex multis tamẽ reuelationibus aliter esse uidetur, nec apparet negandum quin ad minus dæmonum aspectus sit etiam his, qui in purgatorio sunt, ualde pœnalis.

Articulus XXX. An animæ in purgatorio satis punitę, & igne purgatorio satis purgatæ, mox euolent in paradisum cœlestem.

FRA. DE isto nunc cupio diligenter tractari, an animæ ex purgatorio liberatæ, perducantur ad paradisum terrestrem, & ibi demorẽtur ad tempus, antequam ad cœlestem patriam deducantur atque ingrediantur. DIONY. Ad hæc uideretur protinus respondendum, quòd in purgatorio sufficienter punitæ & expurgatæ, immediate introeant regnum cœlorum, nisi prætactæ & etiam quædam aliæ uisiones uiderentur oppositum affirmare. Sed forsan me aliqui irridebunt, quòd in tanta materia non respondeo indilate, absolute & assertiue, iuxta generalem & concordem doctorum traditionem, propter reuelationes quasdam phantasticas & incertas. Veruntamen nec doctoribus contradico propter uisiones prætactas, nec propter doctorum traditionem audeo tot sanctorum hominum uisiones & reuelationes appellare phantasticas aut mendosas, quandiu ecclesia super hoc nihil determinat. Nam & qui eas descripserunt & approbauerunt, fuerunt religiosissimi atque doctissimi uiri, & quidam eorum fuerunt doctores in theologia. FRA. Si placet, breuiter tange quid ad huius quæstionis utranq; partem posset induci & allegari. DIO. Ad probandũ quòd animæ de purgatorio immediate pertingant ad gloriam paradisi cœlestis, multa satis authentica & robusta possunt argumẽta adduci. Primo, quoniam super quartum Sententiarum distinctione quadragesimaquinta, ubi Magister ex uerbis Augustini tractat de abditis receptaculis animarũ, scribunt doctores concorditer, quòd ante passionem Christi receptacula illa fuerunt limbus patrum, quãtum ad iustos & sufficienter purgatos: & limbus paruulorum, quantum ad animas in solo originali à corpore separatas: & infernus, quantum ad reprobos: ac purgatorium, quantum ad animas sine mortali, tamen cum obligatione ad pœnam exeũtes de corpore. Porro post Christi passionem & ascensionem limbus patrum cessauit, & pro eo cœlum empyreum factum est receptaculum animarum sanctarum, atq; in purgatorio plenarie purgatarum. Istud est doctrina Alexandri de Hales, sancti Thomæ, Alberti Magni, Bonauẽturæ & aliorum: nec quisquam sanctorum patrum aut scholasticorum doctorum uidetur paradisum terrestrẽ inter receptacula ponere animarũ. imò super quartum asserit Thomas: Quẽadmodum leuia per leuitatem statim feruntur sursum, nisi aliunde impediantur, sic animæ soluto uinculo carnis, mox præmium seu beatitudinem consequũtur, nisi aliquid impediat, scilicet ueniale peccatum quod purgari oportet: & quoniã locus deputatur animabus secundum congruentiam præmij aut pœnæ, statim ut anima à corpore absoluitur, in infernum demergitur aut ad cœlum euolat, nisi impediatur aliquo reatu, quo oporteat euolationem differri, ut anima prius purget. Et huic ueritati autoritates scripturæ canonicæ manifeste attestantur & documenta sanctorum patrum: unde contrarium pro hæresi est habẽdum, ut patet quarto dialogorum & in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Hęc Thomas, qui etiã in Summa contra Gręcos istud multipliciter probat. FRA. Si huius contrariũ extat hęreticum, ergo non licet aliter opinari. DIO. Hęreticum est dicere animas ante futuram generalem resurrectionem non pręmiari, & hoc Gregorius quarto dialogorum ex scriptura ostẽdit canonica: quid uero ad ea quæ Thomas & alij introducunt, ualeat responderi, infrà habebitur. FRA. Disputationẽ tuam prosequere. DIO. Ad huius partis probationem Thomas de Erfordia breuiter multa introducit motiua in suo cõpendio non paruipendẽda: Animæ, inquiens,

Alia receptacula ante Christi passionem quę fuerint, & quæ nũc sint.

tus, cũ fuerint sufficienter purgatæ in igne, euolãt statim ad gloriam. quod patet multiplici ratione: Primo, quoniam post purgationem non manet in anima aliqua dissimilitudo ad gloriam, ideo merito debet gloriæ iungi. Secundo, quoniam ianua cœli aperta est ei, quæ nullum habet introeũdi obstaculum. Tertio, quia necesse est illos spiritus, in quibus est charitas sursum eleuans & nihil retardans, ad gloriam eleuare. Quarto, cũ deus pronior sit ad miserendum & beatificandum quàm ad puniendum, merito debet purgatos coniungere gloriæ, quos purgandos subiecit pœnæ. Quinto, quia non punit deus bis in idipsum, idcirco dum quis satisfecit in pœnis ignium, non debet amplius puniri in dilatione præmiorum. Sexto, quia post purgationem non debet talis amplius esse in purgatorio, cum iam sit purgatus, non purgandus: nec debet esse in limbo, cum nõ sit de numero paruulorum: neq; in inferno, quia non habet mortale: ergo oportet quòd sit in cœlo, cum non sint alia post mortem receptacula animarũ. Septimo, quia efficacior est charitas quàm iniquitas: sed iniquitas statim ducit ad supplicium, ergo charitas statim ducet ad præmium. Octauam quoq; subiungit, quæ iam ex uerbis Thomæ est introducta. FRA. Augustinus in Enchiridio scribit, ꝙ usq; ad diem iudicij animæ separatę sunt in abditis receptaculis: ergo nec in inferno, nec in cœlo, cum hæc duo sint omnibus nota. Gregorius quoq; quarto Dialogorũ refert quasdam animas electorũ alibi ꝙ̃ in purgatorio esse punitas, q̃d & in alijs multis fatetur historijs. aliquos etiã narrat in paradiso fuisse & inde redisse. DIO. Ad ista & cõsimilia claret responsio ex uerbis Bonauẽturæ, super IIII. Sententiarũ distinct. XLV. scribentis: Triplex est status animarũ: primus est retributionis, secũdus quietę expectationis, tertius purgationis. Nam anima exuta duplici causa potest impediri à retributione beata: primo, propter hoc ꝙ ianua clausa est: secundo, q̃m anima non est plene purgata. Itaq; statui retributionis correspõdet proprius locus, receptaculũq; determinatum in se & quo ad nos, uidelicet, cœlum empyreũ quo ad iustos, & infernus quantum ad impios. Statui autẽ quietæ expectationis correspondet locus determinatus quo ad se, sed nõ quo ad nos, quoniã ex scripturis non constat ubi sit limbus. Statui uero purgationis correspõdet locus indeterminatus & quo ad nos & quo ad se: quia non omnes in eodem loco purgãtur, licet in aliquo uno loco purgẽtur multi: & quantũ ad hæc loca, in q̃bus diuersi ex diuina dispẽsatione diuersimode purgantur, loquitur in Enchiridio Augustinus. Denique limbus debetur peccato originali, infernus mortali, purgatorium ueniali. estq; probabile, ꝙ hæc tria loca gradatim se habeant, & circa eandẽ terrę partẽ existant. Insup receptacula aliq̃bus dant secundũ cõsiliũ dei quod incõmutabile est, & secundũ causas superiores: aliq̃bus uero secũdum sententiã dei quę aliquãdo reuocatur, & secundũ causas inferiores. & de aĩabus hoc secundo modo deputatis alicui receptaculo, intelligẽda sunt uerba Gregorij in suo dialogo. Hæc Bonauẽtura. Porro secundũ Thomã, etiã cœlũ & infernus inter abdita receptacula cõputant, q̃a inuisa sunt nobis, & sola fide noscunt. Coĩter q̃q; asserit, ꝙ de lege coĩ est un⁹ g̃nalis purgatorij loc⁹: sed ex speciali dispositione iudicis summi diuersa sunt loca, in q̃bus aĩę quædã purgãtur. FRA. Modo (si placet) tange motiua, ex q̃bus apparet ꝙ aĩę in paradiso terrestri recipiant ac demorẽtur, anteq̃ cœlestem introeant paradisum.

Triplex animarũ status.

Articulus XXXI. Persuasiones, ex q̃bus apparet ꝙ aĩę in purgatorio satis purgatæ, primo ingrediantur paradisum terrestrẽ, deinde cœlestem. DIO.

AD hoc primo inducitur, quod (ut supra XIIII. articulo cõmemoratum est) Gregorius narrat quarto dialogorũ de quodam post uisa tormẽta reorum ac gaudia electorum ad corpus reducto: qui dixit, ꝙ ponte piculoso transacto, erant amœna atq; uirentia prata, in quibus dealbatorum hominũ conuenticula uidebãtur: & tantus erat ibi odor suauitatis, ꝙ uniuersos illic habitantes ambulantesq; satiauit: ubi & mansiones diuersorũ singulæ multitudine lucis erant plenæ. quod de paradiso terrestri intelligendũ uidetur. quibus concordat quod in uisione legitur Tondali, ꝙ scilicet angelus & aĩa Tondali uenerunt ad portam: quam ingressi, uiderunt campũ pulcherrimũ odoriferum, floribus consitũ, lucidum & amœnum, in quo fuit multitudo innumerabilis animarũ. & cætera quæ supra uicesimo articulo sunt conscripta. Porro in uisione Anglicana & in historia de purgatorio Patritij clarissime dicitur, quòd animę purgatoriũ exeũtes, primo introeunt paradisum terrestrem, & manent ibidẽ ad tempus, quousq; aptæ reddãtur ingredi regnũ cœlorũ. In reuelationibus demũ sanctæ uirginis Mechtildis narratur, ꝙ animam ei⁹ dñs assumpsit ac duxit in amœnissimũ hortũ, in q̃ erat multitudo aĩarũ ad mẽsam sedentiũ, quibus Chr̃s pro ferculo apposuit officia atq; suffragia, quæ à uiuis fiebant pro illis. dixitq; Me-

xitq; Mechtildis: Mi domine quid prosunt hæc illis cũ sint in gaudio magno? Tunc aperientibus se cordibus animarũ, uidit in corde cuiuslibet quasi uermem cor ipsius torquentem, eo quòd non meruit sine impedimento & dilatione post mortem ad dominum euolare. & dictum est ei: Hic uermis non moritur, nec ab eo anima liberatur donec intret in gaudium domini. sicq; uidetur quod animę à purgatorio liberatę sint in loco amœno & pulchro, puta terrestri paradiso, in quo quãuis multum lætentur, quod purgatorij sensibilia supplicia euaserũt, & de ęterna beatitudine cito adipiscenda extent securæ, doleãt tñ de gloriæ dilatione, & quòd non satis synceriter in hoc mundo uixerunt. Amplius, his concordare uidetur quod in quarto libro Reuelationum sanctæ Brigittæ capitulo septimo angelus ad sanctam Brigittam in spiritu raptam legitur protulisse: Supra infernum est locus quidam, in quo est maxima purgatorij pœna quam animę possunt sustinere: & ultra locum hunc est alius loc⁹, in quo minor est pœna, quæ non est alia nisi defectus uiriũ in fortitudine & pulchritudine, sicut per simile tibi dico, quasi si aliquis esset infirmus, & infirmitate cessante ac pœna, nihil haberet de uiribus donec eas paulatim recuperaret. Tertius uero locus superior est, in quo alia nulla est pœna, nisi desideriũ perueniendi ad deum. & ut melius in conscientia tua intelligas, dico tibi per similitudinem, quasi si ęs misceretur cũ auro, & in igne ardentissimo aurũ tam diu esset purgandum, donec æs totum consumeretur & aurũ fieret purũ: quanto aũt æs fortius esset ac spissius, tanto ardẽtiori igne egeret, quousq; aurum esset quasi aqua currens & totum fulgens. deinde magister eius profert aurũ in alium locũ, in quo obtineat ueram sui formam in uisu & tactu: postea mittit aurũ in tertiũ locũ, ubi custodiatur & possessori suo repræsentetur. Sic spiritualiter est de locis prędictis: quia in primo est maxima purgatorij pœna. ibi est dæmonum tactus, & ibi per similitudinem apparent uenenosi uermes & similitudo animaliũ ualde ferocium: ibi calor & frigus, tenebræ atq; confusio. Deinde magister (.i. diuina iustitia) profert aurum (id est, animas) in alium locum, in quo non est nisi defectus uermiũ, ubi animæ morabantur tam diu, quousq; habeãt refrigerium per suffragia amicorũ suorum aut de continuis sanctæ ecclesiæ operibus. Nã anima quo maius habeat auxilium, eo citius conualescit ac liberatur. Post hæc anima fertur in tertiũ locum, ubi non est pœna nisi desiderium perueniendi ad dei pręsentiã & eius uisionem beatam. In hoc loco morantur multi & nimis diu, præter illos qui dum in mũdo uixerunt, perfectũ habuerũt desiderium perueniendi ad dei beatificam uisionẽ. Alibi quoq; quædam his consonantia asserit Brigitta sancta. Possent etiam ad hæc alię quædam persuasiones adduci. Nam cũ diuinus Dionysius protestetur, quod à distanti nõ itur in distans, nisi per medium, & tanta sit in purgatorio pœna tam damni quàm sensus, apparentiam habere uidetur quòd à purgatorio nõ perueniatur ad paradisum cœlestem, nisi (ut dictum est) per terrestrem, aut à loco in quo non est nisi pœna dãni. Ambrosius etiam sup Lucã: Illuc, inquit, redeũdum est nobis, unde eiectus est Adam. & Gregorius: Quoniã primus homo per ueriti esum ligni perdidit paradisum, illuc reduci non possumus, nisi per abstinentiam salutarem. Deniq;, in Legenda sanctæ Dorotheæ habetur, quemadmodũ ipsa de paradiso sponsi sui misit Theophilo in mense Ianuarij tria mala et tres rosas, sicq; uidetur terrestris paradisi spem habuisse ac docuisse. In Legenda demum beatissimi Thomę apostoli narratur, quemadmodum frater regis Indię resuscitatus à morte, perhibuit se ab angelis ductũ in paradisum, & ibi uidisse formosum palatium ex auro, argẽto & gẽmis constructũ, & regem suo demerito perdidisse idipsum. Vnde uidetur in paradiso terrestri esse quædam remuneratio hominum, cum in cœlesti paradiso non sint palatia talia. FRA. Quid tibi de horum ueritate uidet? DIO. Horũ determinationem alijs magis cõmitto, & si concordari hęc queant, peritis relinquo: quia nec tantis doctoribus, neq; tot reuelationibus contradicere audeo. Determinationi autem ecclesiæ hæc tutius committuntur. FRA. Conuertamur ergo ad alia: & quia interdum iam tactum est, quòd in purgatorio existentes transferuntur paulatim ad leuiora tormenta, non uidetur quod minima purgatorij pœna sit maior omni uitæ præsentis supplicio.

Simile. Gene. 3.

Articulus XXXII. An minima purgatorij pœna sit maior quacunq; pœna uitę præsentis.

DIO. Sicut præhabitum est, sanctus Thomas & alij multi doctores affirmant, q̃d minima pœna purgatorij, tam pœna dãni q̃ pœna sensus, sit acrior qualibet hui⁹ seculi pœna: quod etiam multi à morte resuscitati se esse expertos sunt testati, imò multa horribiliora & quasi incredibilia inde locuti sunt. Sed obuiare uidet q̃d circa hoc scri-

bit Bonauentura super 4. Sententiarum distinctio. 20. Sane, inquiens, intelligendũ est hoc, ut gñaliter pœna illa sit maior ista, scđm regulã illam Philosophi: Si optimum in uno gñe est melius optimo alterius gñis, & hoc simpliciter illo meli⁹ est. siſr intelligendũ est hic, ꝙ illa pœna sit maior, nõ qa minima ĩ illo gñe sit maior maxima in gñe isto, sed qa maxima pœna in gñe illo maior ẽ maxima pœna gñis hui⁹ seu status ac uitę pñsentis. Nã ut ait B. Gregorius, qbusdã est reuelatũ quasdã aĩas esse punitas in umbra. Hęc Bonauentura. FRA. Quid circa hæc uerius putas? DIO. De incertis mihi nihil diffinio. sed q̃d Thomas fatet, iuxta illorum positionẽ uidetur ꝓcedere, qui opinãtur pœnã in purgatorio pro aliquo pctõ inflictã à principio sui usq; ad finẽ ęque intẽse durare, q̃usq; satisfactũ fuerit ꝓ pctõ. Porro positio Bonauenturæ uidetur secundum illos procedere, qui dicunt pœnã purgatorij tanto plus minui, quanto satisfactio magis propinquat ad sufficientiã, seu quanto purgatio pro maiori parte fuerit cõsummata. Cui positioni reuelationes prætactæ magis concordãt, sicq; exponi posset ostẽsio illa odoriferorum uirentiũq; pratorum, ꝙ in eis adhuc restabat aliqd persoluendũ de pœna dãni, & ꝙ prata hmõi significabãt amœnitatẽ paradisi cœlestis. sancti aũt qui insinuare uidentur quòd ad terrestrem paradisum redeundum sit nobis, utuntur figura pro re figurata: quia sub nomine paradisi terrestris cœlestem intelligũt paradisum, in q̃ est finalis & plena remuneratio electorum. Esset quoq; hæreticũ affirmare, quòd animæ non pertingant ad regnum illud cœleste, cõpleta omni pœna pro culpis inflicta, loquendo tã de pœna damni q̃ de pœna sensus. Nec aliquo modo negandũ est, hoĩes in hoc mũdo tãtæ posse perfectionis consistere, ut sine omni dilatione ꝑtingant eorũ animæ ad regnũ cœleste post recessum à corpore: nec in uisionibus pręallegatis alicubi hoc negatur, sed magis asseritur. Insuper, ad dubia quæ articulo 24. mouisti circa ea quę de purgatorio leguntur Patritij, potest fortassis se aliqs breuiter expedire, dicendo cum Augustino, q̃d in his quæ sunt super naturã, tota causa seu ratio facti aut operis est oĩpotentia ac dispositio dei agentis, cuius uirtute poterant animæ defunctorum illi militi apparere, sicut & dæmones in qbusdam assumptis corporibus aut in quibusdam præstigijs: magis tamẽ uidetur ꝙ in corporibus ad horã assumptis. Conformiter poterat miles iste in spatio tam breui per tam longa itinera ferri, moueri, trahi, redire. Nam per aliqua loca à dæmonibus, quorum uelox agilitas est, tractus describitur, & diuina uirtute atq; angelica ope sic redijt. Veruntñ non arbitror expedire, talia immoderate aut curiose scrutari, sed diuinam uereri iustitiam, & nunc taliter conuersari, quòd tanta euademus supplicia. FRA. Quantum in tam abdita arduaq; materia fieri posse uidetur, satis diffuse & clare iam respondisti, atque quàm diro & ineffabili modo incorporei spiritus tam in purgatorio quàm inferno affligãtur, elucidasti. ita ut merito debeam contentari. DIO. Adhuc ad hoc persuadendum duarum sanctarum testimonia fœminarum inducam.

Pœnarum uisio quõ intelligenda.

Dubiorum aliq̃ solutio.

Articulus XXXIII. De acerbitate pœnarum purgatorij & inferni. DIO.

Aĩæ dãnatæ misera facies

QVarto libro cœlestium reuelationum sanctæ Brigittæ recitaĩ, qualiter in uisione imaginaria uidit hæc Brigitta animã cuiusdam defuncti stantem iuxta æstuantissimũ clibanum, & ignem incendij ascendere usq; ad animæ caput, intrã cꝑpori stabant sicut uenæ currẽtes cũ igne ardente: aures uero uidebanĩ quasi sufflatoria fusorum, quæ totũ cerebrũ cum flatu cõtinuo cõmouebant. Oculi aũt euersi uidebanĩ & inuersi, & apparebãt ad occiput int⁹ esse affixi. os q̃q; erat aptũ, & lingua extracta per nariũ aperturas, dependebat ad labia: dentes etiam erant quasi claui ferrei per palatum affixi. brachia uero erant tam longa, quòd tendebant ad pedes. sed & manus ambę uidebantur habere atque comprimere quandam pinguedinem cũ pice ardente. At uero cutis quæ super animam apparebat, erat quasi uestis spermate circunfusa: & erat tam frigida, ꝙ omnis qui eam uidebat, contremuit: de qua etiam tam grauis & intolerabilis prodijt fœtor, quòd nullus fœtor in mundo hoc ei possit assimilari. Ecce incorporea anima illa in tam miserabili & pœnosa corporali effigie est ostensa, ad designandum quod ipsa in se inuisibiliter sustinebat talem angustiam & pressuram, tale incendium & tormentũ. Hinc rursus de alia anima separata & rea ac purgatorio deputata loquitur Brigitta sancta: Videbatur mihi quasi quòd uinculum quoddam esset alligatum in capite animæ instar coronæ, & stringebatur tam fortiter, quòd frons & occiput pariter iungebantur: oculi uero deciderunt à sedibus suis, depẽdentes per radices suas ad genas. crines quoq; quasi igne cõbusti aruerunt, & cerebrum rumpebatur defluens per nares, & per aures lingua extendebatur, dentesq; comprimebantur: ossa etiam confringebantur in brachijs & contorquebantur

Aĩæ purgandæ tristis aspectus.

tur

tur ut funes. Porro manus decoriatę ligabantur ad collum. pectus uero & uenter tam fortiter dorso coniungebantur, quòd costis confractis cor cũ omnibus interioribus euersum crepuit. Femora uero pendebant ad latera, ossaq; confracta extrahebantur eo modo, quo filum tenue solet in globum conglomerari. Ecce per omnia ista imaginarie uisa significabatur, q̃ qualem pœnam haberet homo, si per possibile sic uiolẽtaretur ac torqueretur in corpore, q̃ uniuersa membra eius ac intestina taliter dissiparẽntur, talem, imò inenarrabiliter grauiorẽ in purgatorio pœnã sustinet anima. Pręterea, Mirabilis illa Christina, cuius Legendã conscripsit doctus uir suffraganeus episcopus, qui & librum Apum composuit, illa in quam uirtuosa mirabilisq; Christina, post primam suam à morte resuscitationem reducta ad corpus, interrogantibus quid sibi post egressum de corpore cõtigerit, dixit: Statim ut defuncta sum, susceperunt animam meam angeli lucis, & deduxerũt eam in locum tenebrosum ac horridum, animabusq; hominũ plenũ. Tormenta quę ibi uidi, tanta tamq; crudelia erant, q̃ nulla id lingua ualet exprimere: & cogitante me q̃ esset infernus, angeli responderunt purgatorium esse. Inde duxerũt me ad pœnas inferni, & inde in paradisum corã domino maiestatis qui cum me hilariter accepisset, sup omnem modum gauisa sum, putãs me ibi æternaliter cum domino pmansuram, qui ait ad me: Reuera dilectissima mea hic mecum eris, sed duarũ optionem nunc tibi propono, uidelicet mecũ manere uel reuerti ad corpus, & in eo pati pœnas satisfactorias, p ereptione animarũ, quas in purgatorij pœnis uidisti. Me aũt sine hæsitatione mox eligente reditionem ad corpus, iubẽte dño statim reuixi. Præterea, q̃ uerissima fuerit ista mirandæ Christinæ relatio, probant immanissima tormenta, quæ post resuscitationem sponte sustinuit, imò sibi ipsi inflixit. Intrauit enim frequenter ardentissimos clibanos pro panum decoctione paratos, in qbus tam uehementissime cruciabať, ut præ angustia clamitaret, nec tamen in ea egrediẽte ulla apparuit lęsio. Sępe quoq; in ignium incendia se piecit, & in cacabos plenos bullientes intrauit usq; renes, uel ubera, ac reliquis membris aquã bullientem pprijs manibus supfudit, & p dolore clamauit uelut parturiens: exiens tñ non habuit læsionem. Interdum etiam, imo multoties in aquas congelatas se pcipitauit, & sub glacie sex diebus aut amplius morabať. Quãdoq; inter suspensos ad patibulũ se suspendit, & biduo mansit suspensa: deinde illæsa descẽdit, & mortuorum intrauit sepulchra, deflens ibi hominũ uitia. Tempore quoq; hyemali consueuit sub rotis molendinorũ stare erecta, ita q̃ aqua corruebat super caput eius & mẽbra, ceciditq; interdum sup rotarum circuitum: & tamen rediens fuit illæsa. FRA. Nũquid & tu qui naturalis rationis uiges acumine, atq; in philosophicis es eruditus scientijs, credis hęc uera esse? DIO. Male & nimis male naturali uiget acumine atq; scientia acqsita, qui ex hoc ea quæ fidei sunt seu fidei digna narratione inueniuntur, suo præsumit ingenio mensurare, diiudicare & coartare. Deniq;, quæ præfatus autor Legendæ Christinæ Mirabilis de ea conscribit, & iam partim commemorata sunt, probat idem descriptor testimonio reuerendi patris Iacobi Aconensis episcopi, postea Cardinalis, qui se eam & eius mirabilia uidisse testatur, imò & alia multa prætactis mirabiliora narrant de ea. Ego quoque in loco quo fuit sepulta, fui frequenter: & dum in pueritia in oppido sancti Trudonis frequẽtaui, scholares ex relatu suorum parentum sæpe loquebantur de ea. FRA. Quia iam de particulari iudicio singulorũ & pœnis purgatorij ac inferni ac punctis hæc concernentibus tam diligenter & plene locutus es, precor ut in fine huius dialogi aliqua scribas, qualiter debeamus nos quotidie ad mortem & ad mite iudicium dei disponere, ne incidamus rigorẽ diuinæ iustitiæ. De tentationibus quoque, quæ solent agonizantibus magis esse molestę, & de remedijs contra eas, & qualiter muniendus sit agon & exitus morientis. DIO. Pia, fructuosa ac sapientialis petitio, ad cuius impletionem utinã essem idoneus. Attamen te orante pro me, tentabo pro uiribus adimplere quod postulas.

Christina Mirabilis

Mirabilia et uita Christinæ Mirabilis

Iacobus Aconensis epus.

Oppidum S. Trudõis nomine est idē excest Leodiensi

Articulus XXXIIII. De præparatione quotidiana ad mortem & ad mite iudicium.

DIO.

Quemadmodum tota uita sacerdotis timorati cupientis celebrare deuote, debet esse continua præparatio incessabilisq; dispositio ad celebrãdum condigne, ita ut diligentissime uitet quicquid impedimentũ est celebrationis deuotæ ac feruidæ: & quicquid ad eam disponit ac confert, uiriliter apprehẽdat & exequatur, ita tamen ut hora celebrationis instante, per specialia & peculiaria quædam exercitia deuotionalia orationũ, meditationũ, psalmodiarũ, contritionis, cõfessionis & satisfactionis ad instantẽ celebrationẽ se pparet: sic tota cõuersatio cuiuslibet Chriani deũ timẽtis ac mo-

Cõparatio

ri salubriter cupiētis, debet esse una iugis pręparatio ad mortē & ad particulare iudicium dei, ita nihilomin⁹, ut graui seu letali ęgritudine incūbens ipse infirmus ꝑ exercitia apta ac specialia, ꝑ suæ cōscientiæ diligentissimā discussionē, ꝑ plenā contritionē & integrā confessionē, ꝑ profundissimā sui cordis corā deo protestationē, poŕones ardentes, ꝑ meditationes de passione dñica, de imminēti sibi diuino iudicio, de supplicijs impiorum & gaudijs electorum, per grāde & integrale totius emēdationis propositū, ꝑ eucharistiæ affectuosam susceptionē, atq; ꝑ sacrā unctionē præparet se ad mortem & ad occurrendum iudici metuendo. Itaq; optima & uere tutissima ad mortē dispositio est, tēpore sanitatis & iuuentutis taliter deo seruire & ita se corā ipso in cunctis hre, ut in extrema, summa & piculosissima illa necessitate mereaẽ homo nō derelinqui, sed adiuuari, cōseruari ac saluari à dño, quēadmodum & Psalmista orauit: Cū deficiet uirtus mea, ne derelinquas me. Porro si qs ita nō egit, nō tñ in extremis despet, imo tunc saltē ꝑ confessionē & alia iam pręctacta, ad salubrem exitum se disponat. Sed inæstimabiliter piculosum tam diu differre, quēadmodū 4. libro magister Sententiarum ex uerbis cōprobat Augustini, dicētis: Si qs positus in ultima necessitate uoluerit accipe pniam & accepit, sicq; decedit, fateor uobis, non illi negamus quod petit, puta uiaticū aut pœnitentiā, sed non præsumimus ꝙ bene hinc exeat. Nunqd dico damnabitur? sed nec dico ꝙ liberabitur. Si ergo uis à dubio atq; periculo liberari, age pœnitentiā dum sanus es. Si sic agis, dico tibi ꝙ securus es, quando pniam tunc egisti, quando peccare potuisti. Si uis pœnitentiā agere quando iam peccare non potes, peccata te dimiserūt, nō tu illa. Nullus ergo expectet quſq; peccare non potest. Arbitrij em̄ dñs quærit libertatē, ut delere possit cōmissa, non necessitatē: charitatē, nō tātum timorem, quia non in solo timore uiuit homo. Quem igitur sero pœnitet, oportet nō solum timere iudicem, sed etiam diligere, quoniā sine charitate nemo potest saluus esse. Non itaq; tantum timeat pœnam qui pœnitet, sed anxietur pro charitate & gratia. Sed quoniam uix uel rara est in fine tam iusta conuersio, timendū est de pœnitēte sero. Attamen qm̄ deus semper potēs & pius est, semp etiam in morte potest iuuare. sed quoniam multa sunt quæ tunc impediunt & languentem retrahunt, piculosissimum est interituiq; uicinum, usq; ad mortem protrahere pniæ remedium. Hinc item loquitur Augustinus: Plane aut non aut uix inuenio te mortis tempore aliquam posse pniam facere. Tunc nanq; omnes potentiæ & uirtutes sunt occupatæ uehemētia mortis, & destituta sunt oīa libertate. Hinc ꝗq; Hieronymus: Qui dum sanus & iuuenis est, deū offendere non ueref in corde, indulgentiam non meretur. O charissimi filij, qualis est pœnitētia illa quam tunc & idcirco quis accipit, quando & quia se diutius non posse uiuere cernit? Hinc etiam ait Bonauentura, ꝙ anima in extremis ita intenta est dolori mortis & ægritudinis, quòd uix potest redire ad se. In Horologio quoq; æternæ sapientiæ in persona improuise ac indispofite morientis sic dicitur: Quomodo possum me modo conuertere? & qualiter nunc ualeo ueraciter pœnitere? Nonne uides angustias mortis me pręuenientes? Ecce timore & horrore tam uehementer perterritus sum, sic alligatus sum uinculis mortis & anxietatibus nimijs premor, ut quid agēdum sit non uideā.

FRA. De horum ueritate non ambigo, at ut cerno, non tm̄ secularibus praue uiuentibus, sed religiosis quoq; se negligēter habētibus grande instat piculū: qm̄ sicut homo se habet circa deum dum sanus & fortis est, sic deus se habet circa illum dum letali ægritudine cōtabescit. Sed cū naturale sit homini libēter gaudere, recreationē amare, faciliter'q; resolui in risum & tristitia fugere, ꝑ quæ omnia solet saluberrima & intenta mortis cōsideratio tolli à corde & mētis cōpunctio dissipari, imò & ꝑfata ad mortē ꝑparatio impediri, precor te ostēde mihi talē de morte ac moriēte imaginationē, ut ꝑ eā possim abijcere oēm cordis dissolutionē, inanē lætitiam, uanitates, iocos ac risus.

Optima ad mortē dispositio.

Psal. 70.

Augustinus

Quando sit pœnitētiā

Hieronymus.

Bonauentura

Nota.

Articulus XXXV. Qualē debeat homo imaginationē de morte ac moriēte suo cordi imprimere atq; assidue diligenter reuoluere. DIO.

Cōparatio

Sicut is qui uult de passione & morte dñi nostri Iesu Christi fructuose & optime cogitare, ita debet imaginari ac si iam ipso cernente Christus cōprehendatur, conspuatur, & omnia illa sustineat quæ eum euāgelica historia pertulisse testatur: hoc est, quasi proprijs corporalibus oculis uideat innocentissimum ac mansuetissimum filium dei nudari, alligari columnę & atrocissime flagellari, spinis coronari, cruci affigi, diris clauis per sacratissimos pedes & manus tenerrimas transforari atq; uiolentissime in cruce distēdi, & in tam uehemētissimo dolore ibi pendere: ita q cupit compunctā & saluberrimā mortis cōsiderationē assumere, imprimat cordi qualiter qui infirmatur usq; ad mortis ex

tre

tremum perducatur articulum, & quasi præsentialiter uideat aliquem morientem. Imaginare ergo & corde recollecto diligentissime cogita, qualiter homo dum morti propinquat, iacet in lecto miserabilis, uiribus destitutus, relicturus omnia quæ in hoc mundo habuit & male amauit, & aliud seculum ingressurus, moxq; metuẽdissimo iudici præsentandus, & seipsum amplius iuuare non ualens, qui pauloante tam fortis & agilis, tam iucundus, liber ac imperterritus uidebatur. Perpende qualiter tunc frons obduretur, corpus rigescat & cadãt capilli, labiaq; pallescãt & oculi errent ac euertant, manus nigrescant, uultus pallescat, pulsus caprizet, habitusq; deficiat & amarissimæ mortis puncturæ interiora circundent, & ipsum cor premant ac penetrent, mox quoq; assit sudor mortis, naturam esse uictam demonstrans ac membra pertransiens. Tunc certe commouentur custodes domus & nutant uiri fortissimi, & otiose existunt molentes & tenebrescunt uidentes per foramina. Tunc rumpetur funis argẽteus & recurrit aurea uitta, atq; cõteritur hydria super fontem ac rota confringitur super cisternam: quoniam ibit homo in domũ ęternitatis suę, reuerteturq; puluis in terrã, & redibit spũs ad deum qui dedit illum. Cumq; naturalia ista sint ita pœnosa, tñ aliunde instant grauiora & magis horrenda, uidelicet teterrimi & laruales dæmonũ uultus, acerbissimæ etiã impugnationes eorũ & metuendissimum dei iudiciũ. Intuere quibus & qualibus angustijs, doloribus atq; terroribus misera anima concutiatur, dũ exterioribus sensibus à suo actu cessantib' ad seipsam reuertitur, & uniuersa sua peccata subito ac clarissime intuetur, imminentes sibi malignissimos ac procacissimos spiritus cernit, & super omnia pauendum præstolatur iudicium. Insup ipsa mors ineffabiliter est amara in tantũ, ꝙ quidã precibus sancti Hieronymi resuscitatus à mortuis dixit Cyrillo: Anima mea corpus reliquit tam grauiter & amare, ꝙ certe quantæ fuerunt illę angustiæ & pressuræ, non caperet mens humana, nisi ut ego experientia didicisset. Si enim omnis hominum intelligentia uniuersas quas uellet angustias & dolores excogitaret, omnia reputarentur pro nihilo respectu dissolutionis animæ à corpore. Si hanc morientis effigiem cum uniuersis circumstantijs nunc prætactis nostræ memorię imprimeremus firmissime, & recogitaremus assidue ac profunde, puto q̃d nec ridere, nec iocari, nec leuitatibus aut uanitatibus locum tribuere delectaret. FRA. Vere salubris doctrina, suauissimumq; cõsilium, atq; (ut puto) istud est scire mori & uera ars moriendi. DIO. Scire mori, est adimplere id quod in euangelio ait saluator: Vigilate omni tempore orantes, quia nescitis diem neq; horã. Hoc est digne deo conuersari iuxta exigentiã proprię uocationis aut professionis, & cum metu, timore ac tremore propriã operari salutẽ. sicq; paratũ esse ad mortem, quod est omni die ita se corã deo habere, ac si in eo tollendi essemus de uita præsenti. FRA. Vtui deo, hucusq; nimis negligens fui ac dissolutus. DIO. Bonũ est seipsum humiliter accusare, supest ut nos pariter & efficaciter emendemus. FRA. Restat ut de tentationibus quæ morituris & agonizantibus solent contingere, & de remedijs contra eas loquaris.

Eccle. 12. (beside "se uictam demonstrans … custodes do-")
Mortis amaritudo (beside "spiritus cernit … ineffabili-")
Marc. 13 / Ephe 4. / Philip. 2. (beside "filium, atq; (ut puto) … neq; horã")

Articulus XXXVI. De tentationibus quæ agentibus in extremis accidere solent, & de remedijs contra eas.

DIO.

IN Apocalysi legitur ꝙ ascenderit diabolus de abysso habens iram magnam, sciens ꝙ modicum tempus habet: quod ad literam à multis exponitur de principe tenebrarũ & eius impugnationibus, quibus instãte tempore generalis iudicij & termino mundi, inuasurus & tẽtaturus est genus humanum tanto inuidiosius, acrius ac multiplicius, quanto breuius tempus tentãdi sibi sciet esse residuum. Quemadmodũ ergo tunc tam rabidissime aduersus genus consurget humanum, ita (ut creditur) dæmones tanto grauius tentant eos, qui letali infirmitate laborant, quanto certius uident sibi modicum temporis superesse, quo suis tentationibus poterunt illos ad auersionem à deo & ad damnationis barathrum trahere. Veruntamen tunc quoque locum habet quod ait Apostolus: Fidelis deus qui non patietur uos tentari super id quod potestis. Denique angeli sancti in hora tam extremæ & summæ necessitatis non minus soliciti sunt ad subueniẽdum, quàm angeli tenebrarum ad seducendum. Præterea, sicut sanctus docet Ambrosius: Callidissimi ac impijssimi dæmones tempore mortis specialiter enituntur hominem à fidei ueritate auertere, & alicui periculoso errori doctrinæ ecclesiæ contrario implicare: quoniã fides est totius spiritualis ædificij fundamentum & radix merendi ac oculus mentis. Prima ergo moriẽtium impugnatio solet esse de fide, qui tunc sacramentum accipiunt eucharistiæ, in quo sola fides præcipue habet locum. Huic maledictæ tentationi non potest homo nec in uita, neq; in morte melius salubriusq; resistere, q̃ eam tanquam diabolicum quoddã susurrium peni

Apoc. 12. (beside "IN Apocalysi legitur …")
1. Corin. 10. (beside "ratrum trahere … Fidelis deus")

tus contemnēdo & irridendo, imò nec aduertendo, atq; simpliciter intra se cogitādo: Ego firmissime credo sicut sancti apostoli, innumerabiles martyres, infiniti & gloriosissimi cōfessores ac uirgines sanctę & uniuersalis ecclesię dei crediderunt & docuerunt, quorum fidem & doctrinam deus omnipotens, neminem fallens, per innumerabilia miracula sibi soli possibilia confirmauit, & de quorum sanctissima uita nullus potest ambigere, qui om̄es per fidem hanc deo placuerūt, quos & deus fidelis ac uerus mirificauit tam in uita eorum, quàm in morte atque post mortem. Secunda tentatio qua impijssimi spiritus solent in extremis aliquos impugnare, est de impietate blasphemiæ, & ut turpe ac indecens cogitent
Eusebius Hieronymi discipulus. aliquid de deo aut sanctis eius, qua tentatione uehementissime inuaserunt sanctum Eusebium Hieronymi gloriosi discipulum, à qua tentatione debet se homo omnino auertere & intra se dicere: Ego sum certus quòd deus est summe & infinite bonus, perfectus & superlaudabilis, & omnes sancti eius omni uirtute repleti sunt. Tu autem diabole omni malitia, falsitate, inuidia & uituperabilitate es plenus. Ideo ex hoc ipso quòd tu suggeris mihi ista, scio quòd falsa & praua ac pessima sint. Absit à me in æternum ut de deo & sanctis eius indignum quid sentiam. Tertia tentatio est de desperatione. nempe ut sanctus uir Climachus
Climachus. scribit: Dum homo est sanus, persuadet ei diabolus quòd deus uere & infinite misericors est, & pœnitentiam hominis etiā in fine uitæ acceptet: idcirco interim non esse tam grande ut fertur periculum. Sed hora mortis iam imminente, suggerit homini deum inflexibilem ac prorsus iustissimum esse, nullumq; peccatum manere inultum, & pœnitentiam ex timore prodeuntem esse inutilem. Tunc quoque reducit infirmo ad memoriam uniuersa peccata quæ fecit, & quanta bona omisit, & ea uehementer exaggerat: & præscribit quæ homo confessus non est, sicq; multos ad desperationis pertrahit lacum, quos ante ad præsumptionem, securitatem, negligentiamq; induxit. Hæc tentatio multos in hora illa tā grauiter uexat, sicut & quidam à morte resuscitati testati sunt, quòd absque speciali & gratioso dei auxilio nequeat superari. Cōtra quam optimum extat remedium, ut homo intra se dicat: Certus sum quòd desperatio maxime displiceat deo, & quòd infinitam dei bonitatem, pietatem ac ueritatem grauius non possim inhonorare atq; offendere, quàm desperādo de ea. Absit ut putem maiorem esse meam prauitatem quàm dei bonitatem, aut meam impietatem quàm altissimi pietatem. Ipse quoq; qui mentiri non potest nec fallere, om̄i uere pœnitenti & in spe speranti ipsumq; inuocanti, misericordiam indulgentiamq; spopondit. Incomprehensibilis, omnipotēs & immensa est bonitas eius ac pietas, quę omnem meam iniquitatem infinite excedit. Non igitur desperabo de deo creatore ac saluatore meo,
Iob 13. sed in ipso etiam si occiderit me, sperabo. In deo salutare meum, & gloria mea deus auxi-
Psal. 61. lij mei, & spes mea in deo est. Quarta est de nimia securitate seu gloria uana, aut superflua complacentia periculosa ac stulta: quia ut instruit Cassianus, dum impius ille tentator hominem ad desperationem, pusillanimitatem aut diffidentiam superfluū'ue timorem non potest allicere, conatur eum ad periculosam securitatem, complacentiam fatuam aut gloriam inanem perducere persuadendo eidem: Euge euge, quàm bene prǫualuisti, quàm bene te habuisti, quàm prudenter te præparasti ad mortem, quantum habes deo regratiari, quàm secure hinc exies, quanta tibi iam restat felicitas. Contra tentationem istam pesti-
Eccle 9. feram remedium est sapientiale & prorsus salubre, ut homo intra se dicat: Nescit homo an
1. Cor. 4 amore sit dignus an odio. &, Quid habes quod non accepisti? & item, Qui gloriatur, in do-
1. Cor. 1 mino glorietur. & quia alia sunt iudicia dei, & alia hoīm. & quod pharisæus qui iustifica-
2. Cor. 10. uit & magnum reputauit seipsum, fuit desuper reprobatus. Veruntamen aliqui uirtuosi
Luc. 18. ex inspiratione & consolatione speciali'que gratia spiritus sancti solent in extremis gaudere in domino, & mortem tanquam amicam imperterrito animo præstolari atque hilariter acceptare. Porro securius est inter timorem & spem mori, hinc ex diuina misericordia confidendo, hinc ex propria culpa & insufficientia metuendo. Quinta tentatio est de impatientia, quæ solet accidere eis qui longa & graui ægritudine consumuntur. Contra quam uerum extat remedium, ut intra se pensent ac recognoscant huiusmodi ęgritudinē esse signū diuinę dilectionis & uisitationē dei paternam, atq; culpaꝝ purgationem, redemptionem quoq; & euasionem maiorum suppliciorum quæ hanc uitā sequūtur, & occasionē, imo & pparationem ad grām ampliorem & ad protectionem diuinam. Cōsideratio quoq; dn̄icæ passionis intenta ualet ad reprimendum impatientiā istā. Sexta tentatio est stulta spes euadendi infirmitatem ac uiuendi diutius, ex qua sequitur dilatio confessionis & impparatio mortis. Contra quā remediū est partē eligere tutiorē, nec uanis speb⁹ prębere au-

auditũ, neq; piculo seipsum cõmittere, nec cõsolatores carnales aduertere. Septima est immoderata occupatio circa rem familiarẽ, & sobolẽ ac propinquos, & circa terrena, quæ relinquere mox oportet: de quibus debet se homo expedire, & rebus rite dispositis atq; præsentibus salubriter admonitis & instructis se totum ad deum conuertere, & quæ suam cõcernunt salutem, pensare. FRATER. Placent hæc dicta, & bonum est prçcognoscere ea, quia ut fertur, iacula præuisa minus percutiunt: quemadmodum etiam ait scriptura: Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Idcirco peropto ut plenius exequaris de ista materia, qualiter imminente iam morte assistendum sit migraturo, & qualiter ipse habere se debeat. Prouerb.

Articulus XXXVII. Qualiter assistendum sit mox morituris, & quomodo ipsi debeant se habere.

DION.

HOra tantæ necessitatis ac periculositatis instante, debet unusquisq; fidelis charitatem suam ad proximum migraturum, tanto feruentius abũdantiusq; monstrare, quanto tunc maior est indigentia, & prçsertim omnis prælatus seu eius uicarius ad sibi commissos, ne ex negligẽtia sua ouis sibi credita, ab infernalibus illis lupis crudelissimisq; prædonibus, & procacissimis ac fallacissimis hostibus deuoret, decipiatur, ac omnium creatori saluatoriq; animarum çternaliter auferatur. Pastor ergo & custos ac medicus animarum tunc præcipue curet adesse migraturo, pro quo & ipse coram deo rationem reddere obligatur. Quod si personaliter adesse conuenienter nequiuerit, cum diligentia summa disponat, ut deuotæ, religiosæ, & prudentes personæ assistant illi quousq; exhalauerit spiritum. Prouidendum est quoq; ut sancta crux tunc ante morientis oculos collocetur, & aqua benedicta super ipsum & undiq; circa lectulũ eius sæpius aspergatur. Insuper aliqua persona ad hoc magis idonea sedeat assidue iuxta ægrum mox decessurũ, & eum diligenter & opportune, feruenter & deuote exhortetur de necessarijs ac pertinẽtibus ad salutem, quàmdiu capax esse uidetur: specialiter uero admoneatur ut nulli diabolicę suggestioni, nulli mortiferæ tentationi prçstet consensum, imò omnibus illis uiriliter reluctetur, in infinita dei misericordia confidendo, ac uiscera pietatis diuinæ humiliter inuocando, & si assidens deprehendere poterit qua tentatione moriens impugnetur, debet eum specialiter contra illam tentationem armare, commemorando ei congrua contra illã remedia. Vniuersi demum qui adsunt, debent pro eius defensione, conductione & salute indesinenter cum omni compunctione & feruore orare, excluso omni carnali & inordinato amore, omniq; impertinenti occupatione. Admonendus est etiam æger, ut Christi passionem attendat, & Christum pro se passum mentaliter amplectatur, atq; pro uniuersis beneficijs suis ei pro posse regratietur. Prouidendum est item ut aliquis passionem Christi tunc legat, & symbolum fidei alta uoce legatur, ac sæpius repetatur, præsertim obitu ęgri iam de proximo imminente, sed & septem psalmi cum Litanijs, cum ingenti deuotione legendi sunt. At uero de interrogationibus quæ proponendæ sunt ęgris spiritualibus secularibus ue personis Anselmus & Cancellarius Parisiẽsis alijq; satis conscribunt, & ut uidetur, sufficit ut breuiter à migraturo quæratur: Tu credis quicquid sacra scriptura & sancta mater ecclesia docent esse credendum? Quo respondente quòd imò, quæratur: Tu doles quòd dominum deum tuum unquam offendisti, & uelles quòd magis inde doleres ex uera charitate & zelo iustitię, non ex solo seruili timore? Quo respondente q imò, quçratur: Tu petis tibi de omnibus tuis peccatis ab infinita dei misericordia misericordissime indulgeri? Quo respondente q imò, quçratur: Tu habes propositum integrum, nunq̃ peccãdi de cętero, & seruiẽdi deo perpetue, si contigerit te sanari? Quo respõdẽte q imò, addat: Tu in hac hora cõmẽdas aĩam tuã tuo benignissimo ac fidelissimo creatori, & nunq̃ uis separari ab eo, & merito passiõis domini nostri Iesu Christi optas saluari, atq; à gloriosissima uirgine Maria, & à sancto angelo tuo, & ab omnibus sanctis dei postulas in hoc tempore & in omni hac tua necessitate iuuari, & in omnium horum, de quibus te interrogaui affectione ac fide cupis separari, à corpore ac summo iudici præsentari? Quo respondente quòd imò, persona interrogans dicat: Et ego & omnes qui adsumus, commendamus te infinitæ misericordiæ dei tui, ut ipse te defendere & saluare dignetur, & meritis domini nostri IESV CHRISTI, ut tibi succurrant, & tuum suppleant imperfectum, ac pre-

Hebr. 13

Interrogationes ægris proponendæ

cibus beatissimę genitricis dei uirginis Marię, omniumq́ sanctorum, & sancti angeli tui, ut te
Quorum admonēdus sit æger. circundent, & incessanter finaliterq́ conseruent. Præterea ipse æger satis tēpestiue est admonendus, præsertim a suo superiori, quatenus dum adhuc bene compos est mentis, plene & integre confiteatur & omni uana spe conualescentię spreta omnia sua disponat, cunctis indulgeat, sibi ab omnibus indulgeri precetur, ablata & cūcta bona iniuste adepta, seu habita reddat & debita sua persoluat, & pro sua subuentione largiatur ecclesiæ, & egenis pro posse. Instruendus est quoque, q confessio ex solo timore seruili facta non proficiat ad salutem, ideo de uniuersis peccatis suis studeat pœnitere, ac confiteri ex charitate & zelo iustitiæ, inquantū fuerūt displicentia deo & offensiua ac inhonoratiua sanctitatis ac maiestatis diuinæ, qbus pactis, cū omni posse suo mentē suā cōuertat ad dñm eius misericordiā inuocando, eius pietati & gratiæ se recommendando, diuinæ liberalitati ac beneficentiæ grates pręcordiales agendo, diuinæ uoluntati suam uoluntatem humiliter conformando atq; subdendo, diuinæ quoq; ęquitatis rigorē sapienter timendo. In sola dei pietate & gratia confidendo, et omne bonum ac meritum deo plene ac integre ascribendo. Insuper recolendo acerbissimā passionē, domini nostri Iesu Christi, & cætera beneficia eius, & omnē charitatem ipsius ad homines, inuocando quoq; ex corde uirginem gloriosam & sanctos, eos præsertim, ad quos maiorem habet deuotionem, & sanctum angelum suum, & patientiam conseruando in omnibus: omni itē prauæ suggestioni prorsus dissentiendo, ac summę curando, ut in pura ac feruēte affectione ad deum, seu in syncera conuersione ad ipsum recedat à corpore, certus quòd in tali conuersione, seu auersione æternaliter permanebit, in qua à corpore suo recesserit. FRATER. Quia hæc omnia catholice ac saluberrime descripsisti, restat ut aliquas orationes feruentes, à migraturo si poterit, alias à pręsentibus proferendas conscribere, nūc digneris: quo facto te ad alia festinantem, de hac materia amplius fatigare non uolo.

Articulus XXXVIII. Orationes à migraturo dicendæ, uel ab his qui affuerint ei. DION.

Matt.6. Luc.6. Diuersis hominibus diuersæ orationes conueniunt. Porro inter omnes orationes sententiosissima, excellētissima & communissima est oratio illa dominica, quā dominus & saluator proprio ore edocuit dicens, sic orabitis: Pater noster qui es in cœlis. Hãc ergo orationem sanctissimam tam infirmus quàm qui ei assistūt possunt frequentius deo offerre ac iterare. Vnde de sancto Hugone Gratianopolitano episcopo legitur, quòd in extremis laborans una nocte trecentis uicibus orationem istam dominicam deuotissime iterauit. Aliquibus autem infirmis, magis sapiunt psalmi & eos libentius legunt & faciunt coram se legi, quousque spiritum tradunt. Vnde & sanctus Augustinus agens in extremis, septem psalmos pœnitentiales fecit in pariete scribi, & oculis suis opponi, quos legens ac intuens fleuit uberrime. Aliqui uero in quibusdam psalmorum
Psal.25. uersiculis amplius delectantur, ut in illo: Domine dilexi decorem domus tuæ &c. Quàm
Psal.83. dilecta tabernacula tua dñe uirtutū &c. Quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum
Psal.41. &c. & in quibusdā sequētibus psalmi illius uersiculis: & isti atq; cōsimiles uersus magis de-
Psal.6.&.37. seruiunt hominibus in charitate feruentibus ac perfectis. Sunt aūt & alij uersus imperfectis
Psal.78. & pœnitentibus magis deseruientes, uidelicet Dñe ne in furore tuo arguas me &c. Dñe ne
Psal.26. memineris iniquitatū nostrarum antiquarum &c. cum uersu & semiuersu sequentibus: Mirifica
Psal.9. misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te. Miserere mei deus: cum multis uersibus
Psal.50. psalmi illius, & multi consimiles uersus. Sunt insuper alij deuotissimi uersus, tam perfectis
Psal.58 q imperfectis morientibus conuenientes, ut isti & cōsimiles uersus: Illumina oculos meos
Psal.59 ne unq̄ obdormiā in mortem neq̄ñ dicat &c. Ne derelinquas me dñe deus meus, ne decesse-
Psal.12 ris à me. Intende in adiutoriū meū dñe deus salutis meę. A resistentibus dexterę tuę custo-
Psal.37. di me, ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuarum protege me &c. Cor mundū crea in me de-
Psal.16 us &c. Ne proijcias me à facie tua &c. Dirupisti uincula mea tibi sacrificabo &c. Illustra fa-
Psal.50 ciem tuam sup seruū tuum: saluum me fac in misericordia &c. Clamaui ad te dñe, dixi tu es
Eodem. spes mea, portio mea &c. Educ de custodia animā meā ad confitendū nomini tuo &c. Præ-
Psal.115 terea uersus iste dignissimus à Christo in cruce prolatus: In manus tuas dñe cōmendo spiri-
Psal.30 Psal.141. Ibidem. Psal.30. Luc.23. tum meum, est agonizanti ac morienti etiam, quis aduertere nequeat, sæpissime ingerendus ac insonandus, qm̄ grandem & specialem uim habet. Præfati itaq; & consimiles uersus à morituro sunt proferendi, uel si eos proferre non ualet, ab aliquo ei pręsente sunt ipso audiente pronuntiandi, & qui morientis dispositioni magis conueniūt sunt ei specialiter pro

po

ponendi. Laicis quoq; in Theutonico possunt proponi: potest etiam dici hic hymnus, Maria mater gratiæ mater misericordiæ &c.

Articulus XXXIX. De specialibus orationibus tempore mortis. DION.

PRæter orationes prætactas possunt & aliæ orationes deuotæ ac feruidæ pro moriente offerri, imò & ab ipso si ualet proferri, modica mutatione facta in uerbis. Itaq; ad deum patrem potest ista effundi oratio. O pater omnipotens & æterne, pater misericordiarum, & deus totius cõsolationis, tuam deprecamur bonitatem superpijssimam & immensam, per ineffabilem illam charitatem, qua dilexisti genus humanum, quando unigenitum atq; charissimum filium tuum misisti in hunc mundum pro nostra redemptione, & ipsum ex sacratissima ac mundissima uirgine Maria uoluisti incarnari, & inter homines conuersari, ac tandem acerbissimam & ignominiosissimam mortẽ subire: ostende o domine in hac hora pietatis tuæ abyssum, & charitatis tuæ dulcedinem in hac tua rationali creatura nunc mortaliter infirmante, & ad te patrem spirituum redeunte: ostende ei ò clementissime ac supergloriosissime deus pater lucem miserationum tuarum. O deus sancte, fortis, & immortalis, conforta mentem eius in te, intellectum eius illumina, uoluntatem eius accende, & conserua in te omnium ultimato ac beatifico fine summo & incommutabili, infinito & incomparabili bono: protege eum ò præstantissime pater ab omni aduersaria potestate, ab omni occursu contrario, à tentationibus uniuersis, non secũdum peccata sua facias ei, sed secundum tuæ benignissimę bonitatis immensitatem, secundum tuam charitatem affluentissimam & paternam, secundum multitudinem miserationum tuarum, ei nũc o superdulcissime deus pater miserere, & indulgere, parcere ac adesse digneris, & suscipe spiritum eius in brachijs tuę dilectionis per unigenitum tuum dominum nostrum Iesum Christum, per uniuersa mysteria & bñficia eius, per omnia quę ipse pro nostra salute assumpsit, fecit ac passus est, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritussancti per omnia secula seculorum, Amen.

1. Cor. 1 Iohã. 3. 1. Iohan. 4. Baruch. 3 Sapi. 1 Psal. 78

Alia oratio ad deum patrem.

DOmine rex omnipotens, in cuius dispositione atq; imperio uniuersa sunt posita, cuius uoluntati nullus potest resistere, qui iuxta tuam omnipotentem, sanctam, supersapientissimam atq; liberrimam uoluntatem facis tam in uirtutibus cœli, quàm in habitatoribus terrę, cui nullus dicere potest, quare sic facis? qui quibus uis misereris, & quos uis induras: aperi oculos tuæ misericordissimę pietatis super hanc tuam miserabilem creaturam uiribus destitutam in extrema necessitate ac summo periculo constitutã, hostibus suæ salutis ac aduersarijs tui honoris horribiliter ac malitiose undiq; circumuallatam. O pater altissime, ne memineris iniquitatũ quas ex humana fragilitate aut ignorantia, aut alia quauis causa seu occasione incidit aut commisit. Attende o benignissime ac suauissime pater, q̃ prona sit humana natura ad lapsum, quanta sit eius infectio, q̃ procliuis sit ex seipsa humana cõditio ad peccãdum. Quid o superexcellentissime pater, est genus corruptibile, luteum uas, carnale ac mortale figmentum, ut ita amariceris de eo, & uiscera misericordiæ tuę super illud contineas, & permittas illud perire? Memẽto o domine, q; propter miseros peccatores misericors appelleris. Idcirco o fons totius pietatis & gratię ob tuam infinitam potentiam conforta in te hanc tuã deficiẽtem ac debilem creaturã, propter immensam sapientiam tuã animam eius illustra, propter tuam abyssalem & interminabilem pietatem uniuersis culpis eius ignosce, propter omnem beatitudinem tuã prorsus illuminatã libera eam ab infernali miseria, & ab omni calamitate eam circundãte ac opprimente. Da ei sanctissime pater cum tanta contritione à corpore emigrare, ut benignissime suscipiatur à te per unigenitum tuum dominum nostrum Iesum Christũ, per preces & merita clementissimæ uirginis, tibi o pater æterne comparentalis, per intercessiones ac merita totius triũphantis ecclesię, & omnium uiatorum tibi placẽtium, qui cum unigenito tuo & adorando paracleto spiritus unus es uerus, solus ac summus deus.

Hester. 4. Eccle. 8. Exod. 33 Roman. 9 Gene. 8. Eccl. 14. Daniel. 14 Exod. 23 Isai. 58

Tertia ad deum patrem Oratio.

O Deus & pater domini nostri Iesu Christi, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, cui proprium est misereri ac parcere, à quo alienũ & peregrinum est irasci, punire ac uindicare. Obsecramus te o superpijssime & superdulcissime pater, per communicationem illam adintra, qua totam deitatis tuæ plenitudinem communicas unigenito filio tuo per generationem æternam, atque spirituisancto, per diffusionem æternam & immanentem: effunde super hanc tuam creaturam paupe

Ephe. 3.

petem & infirmam omni solatio destitutam, liberalissima dona gratiæ tuæ, præueni & conuerte eam piissime, applica eam tibi ò gratiosissime dñe, fac eam ò gloriosissime ac serenissime deus pater esse uas misericordiæ tuæ immensæ. Nihil proficiant in ea aduersarij humanæ salutis, protege eam sub umbra tuæ omnipotentis uirtutis. In tanta tentationum & afflictionum caligine animam eius irradia gratiarum tuarum suauissima luce, & consolationum tuarum interna tranquillitate, periculum eius in manibus eius est, & nunc in unius horæ momento, aut æternæ damnationis sententiam merebitur obtinere, aut in tua charitate & gratia decedendo iudicium saluationis perpetuæ consequetur. Ecce ò pater adorande & benedicte, qui à nobis pauperculis atq; fragilibus creaturis ad omne malum pronissimis, pater appellari dignaris, ecce q̃ infinitum periculum misericordissime, ergo succurre ò clementissime ac fidelissime pater, nec in hac periculosissima hora auferas misericordiam tuam salutificam à creatura hac agonizante, sed eam benignissime intuere, corrobora, salua, possidē p unigenitū tuum in charitate & pietate spiritussancti, interuenientibus omnibus sanctis tuis pro ea, ad laudem & gloriam nominis tui.

1. Timo. 2. Psal. 88 Psal. 16 2. Machab. 4

Oratio ad filium dei prima.

OBsecramus te dñe Iesu Christe per charitatis tuæ ardorem, quo teipsum pro nostra redemptione tradidisti in mortem, mortem autem crucis acerbissimam atq; turpissimam, & per tui pretiosissimi pro nobis liberalissime fusi sanguinis pretiū, per tuæ quoq; amarissimæ passionis indeficientissimum ac copiosissimum meritum, atq; per tuam dilectissimam matrem, & suæ maternæ compassionis acerbitatē assistentiamq; fidelissimam, qua astitit tibi usq; ad tuam in cruce expirationē, mirifica pietatis tuæ abyssum in hoc tuo famulo aut famula à luce uitæ præsentis, ad te omnium iudicem metuēdissimum pergente. Præpara animam eius ò domine ad occurrendum tibi salubriter: nequaquam sine uera contritione ac filiali ad te conuersione permittas eum separari à corpore: uisita & illustra mentem eius uisitatione tua secreta piissima & paterna, qua in ictu oculi, in instanti conuertis atq; iustificas impium, & de immundo efficis mundum. Mitte ei ò domine & saluator auxiliū gratiæ tuæ à throno gloriæ tuæ, & ea pietate qua latroni sero pœnitenti indulgentissime promisisti: Hodie mecum eris in paradiso. Etiam in isto ostende uiscera tuæ charitatis ac pietatis, & præcipe eum ad tuam misericordiam peruenire saluator mundi, rex gloriæ, princeps uirtutum, iudex altissime, qui cum patre tuo æterno & suauissimo spiritusancto uiuis & regnas deus per omnia secula æternaliter benedictus, Amen.

Isaiæ. 53. Phil. 2. Iohan. 19 Prouerb. 17 Iob. 14. Luc. 23. Psal. 23

Oratio secunda ad filium.

PRopter charitatem illam superardentissimam & immensam, qua tu ò unigenite fili dei, patrem tuum æternum æternaliter diligis, atq; ab eo infinito amore diligeris, animam huius morientis tua charitate informa. Propter omnem suauitatem, amabilitatem ac munificentiam spiritussancti charismata gratiæ tuæ in eo confirma, ò sancte, iuste & innocens agne dei, qui propter nos ab hominibus diiudicari dignatus es, & quæ non rapuisti exoluere uoluisti, esto huic in exitu suo potius propitius aduocatus, q̃ iudex seuerus. In tuis sanctis ac profundis uulneribus absconde eum dulcissime domine Iesu Christe, à cūctis hostium tentationibus atq; insidijs. Tu domine qui es uia, ueritas & uita, sine cuius ductu & gratia nemo uenit ad patrem, per uiam salutis duc eum in splendore summæ ueritatis ad uitam gloriæ æternalis, ea pietate immensa, qua respexisti Petrū, dum te ter negauit, & fecisti eum ex uera contritione flere amare, respice cor istius, & oēm obicē culpæ tolle ab eo, quatenus in sancta contritione decedens à carne mortali, mereatur à te stola immortalitatis uestiri, & te regem gloriæ in tuo decore beatifice contēplari. Qui cum deo patre & spiritusancto uiuis & regnas per secula uniuersa in cœlesti illa splēdidissima ac amœnissima patria.

Iere. 11 Iohan. 8. Isaiæ. 53. Psal. 68 Iohā 14 Eodem Matt. 26 Marc. 14 Lucæ. 22.

Oratio tertia ad filium.

DOmine Iesu Christe unigenite patris summi, ob tuā te obsecramus dignissimā incarnationem, sanctissimam in hoc mundo conuersationem atq; plenissimam charitatem, quam omnibus nobis in cœna nouissima demonstrasti, corpus tuū purissimum ac pretiosissimum sanguinē tribuēdo discipulis in escam & potum, & per uehemētem illam anxietatem, qua cōtremuisti quando post ternam tuam orationē factus est sudor ex tenerrimo corpore tuo erumpens sicut guttæ sanguinis decurrētis in terram, atq; per omnem mansuetudinem, humilitatem & patientiam, quas tempore passionis habuisti, dū à sceleratissimis transgressoribus captus, ligatus, consputus, irrisus, blasphema

Matth. 26 Marc. 14. Iohann. 13 Luc. 22. Matt. 26. Iohan. 18. Marc. 14. Luc. 23.

tus,& alapis cæsus fuisti: per omnem quoq; dolorem, quem sustinuisti quando tam inhumaniter es flagellatus, spinis coronatus, proprijs humeris crucem baiulãs ductus, diris clauis perfossus, & in crucis patibulo uiolentissime es distentus, & ipsam mortem perpessus, per omnem etiam compassionem, qua tibi tunc condoluerunt discipuli & amici tui astantes, specialiter sanctus Iohannes, & deuote fœminæ te secutę, specialissime tua dilectissima genitrix uirgo Maria: esto in hora hac pijssimus miserator huius animæ à suæ carnis ergastulo recedentis, ad cuius deuorationem concurrerunt & astant tot lupi ac dracones ac bestiæ infernales, à quorum rabie, importunitate atq; ferocia eam eruere modo digneris, circunda & imple eam lumine tuæ clementiæ, uirtute constantiæ, charitatis ardore, & omni pietate ac gratia ei necessaria ad salutem. O domine & saluator, rex, iudex ac legifer noster, propter charitatem illam perfectam & ineffabilem pietatem, qua in cruce pendens pro tuis crucifixoribus exorasti, indulge pijssime huic mox migraturo, & nos pauperes seruulos tuos, exaudi nunc misericordissime domine deprecãtes pro illo, ut angelica ope protectus, tuo metuendo tribunali pręsentetur saluandus, ac clementer tractandus. Qui cum patre & spiritusancto unus es deus æternaliter uiuens, & omniũ dominans.

Matth.17 Marc.14. Iohan.18 Iohã.19 Matt.27. Marc.15. Luc.23 Iohann.19 Esai.53. Esaie.53. Luc.23.

Oratio prima ad spiritumsanctum.

ADorande paraclete spiritussancte, qui ex patre & filio æternaliter manas, cui bonitas, communio, pietas, pax, dulcedo, charitas atq; connexio appropriantur, obsecramus tuam liberalitatem pijssimam & immensam per tuam æternam ex patre & filio processionem, infunde nunc radium tuę propitiationis in animam istã undiq; angustiatam, omnem malignorum spirituum falsitatem & obscurationem expelle ab ea: diffunde in eam diuitias gratiæ tuæ, eamq; conforta & erige contra uniuersam aciem uitiorum ac dęmonum: fac eam plene contritam ad suum creatorem feruide aspirare, & ad fontem totius puritatis ac sanctitatis purificatã uenire. Ea largitate ac dignatione qua in die pentecostes in igneis linguis super Christi discipulos descendisti, & mentes eorum copiosissime adimplesti, splendidissime illustrasti, & calidissime inflammasti, etiam nũc mẽtem animæ huius hinc abeuntis benignissime imple, illumina & accende, & ad te totius salutis ac gratiæ fontalem originem digneris saluam perducere. Qui cum patre & filio æternaliter uiuis & regnas deus uerus omnipotens.

Act.2.

Oratio secunda ad spiritumsanctum.

OBsecramus bonitatem tuam munificentissimam atq; dulcissimam o spiritussancte, qui es laborantium subleuator, periclitantium liberator, errantiumq; reductor, ut propter mutuum illum ardentissimum & immensum amorem, quo tu uerus deus, patrem æternum & unigenitum eius filium æternaliter amas, & ab eis amaris. Ostende nunc charitatem tuam in anima agonizantis istius. In hoc laboriosissimo eius conflictu gratiosissime subleua eam, in tanto constitutam periculo misericordissime adiuua, si in aliquo deuiat, ne differas eam reducere, septiformem gratiam tuam effunde in eam. Esto ei ductor & finis, beatificator & custos propter superliberalissimam illam donationem, quæ tibi à patre & filio data est, deitatis plenitudo per æternam spirationem, inenarrabilem magnitudinem tuę liberalissimę benignitatis declara in anima ista hoc seculũ relinquente, q̃tenus educta de carcere huius exilij, inueniat hodie receptaculum gratiosum consolatoriumq; hospitium. O superdignissime consolator spiritussancte, qui cum patre & filio uniuersorum es conditor, iudex ac dominus, Amen.

Act.2.

Oratio tertia ad spiritum sanctum.

O Clementissime atq; dulcissime spiritussancte, quo pater & filius se inuicem æternaliter diligunt, qui es amor amborum, pax serenissima, tranquillitas infinita, cõmunio plena, sempiterna atq; communis lætitia: cuius dono & cooperatione celebrata sunt uniuersa nostrę redemptionis mysteria, de quo illibatissima ac diuinissima uirgo Maria uerbum patris æterni uerum deum concepit: tu qui ab exordio mundi gratiarum tuarum charismata hominibus multipliciter infudisti, & multorũ indurata corda gratiose pũenisti, emollisti & conuertisti, cõuerte nũc aiam hinc pergẽtem ad te cõuersione completa, quicquid duritię, quicquid obstaculi gratię tuę, quicquid impedimenti salutis in ea extiterit, dignanter & superpijssime tolle ab ea, & gratiam consummatam ei largire: per quam consequi mereatur æternam felicitatem, & inter uasa tuę misericordię computetur ad laudem & gloriam pietatis tuæ penitus infinitæ.

Oratio

Oratio ad superbeatissimam trinitatem.

O Trinitas adoranda, unitas summa, & deitas simplicissima, ob tuam inseparabilem unionem coniunge tibi per charitatem perpetuam gratiamq; finalem, spiritum huius nunc morientis, ut per gloriæ unionem plenariam unus tecum sit spiritus, per feruentissimę dilectionis intimissimam transformationem. O trinitas consubstantialis, coæqualis & coæterna, ob tuam substantialem identitatem essentialemq; unitatem, animam istam Christo incorpora, & mystico eius corpori insere eam, ut tanq̃ oliua fructifera plantetur in paradiso cœlesti, & choris inseratur angelicis. O supergloriosissima trinitas, propter cõmunicationem & emanationem tuam ad intra, effunde super istam agonizantem dona gratię tuæ, & abũdantiam pietatis ac largitatis tuæ in hac hora in ipso demonstra, ne abducatur aut separetur à te. O pater æterne, o unigenite dei superpulcherrime, o suauissime paraclete spiritussancte deus unus & trinus, ob tuam mutuam intuitionẽ, plene comprehensiuam, & infinite iucundam, fac animam istam te nunc per fidem synceriter intueri, ob tuam mutuam dilectionem superardentissimam ac intensiue immensam, accende eam tuo sancto amore ob tuam mutuam fruitionem beatissimam & æternã, perduc eam ad tui beatificam fruitionẽ, propter oẽm charitatem, misericordiã & gratiã tuam super genus humanũ, educ eam de corpore omni uirtute ornatã, per uniuersa mysteria, merita ac beneficia Iesu Christi, per preces & merita uirginis gloriosę, omniumq; sanctoꝝ & electoꝝ tuoꝝ.

1. Cor. 6.

Oratio ad uirginem gloriosam, & ad omnes sanctos.

B Eatissima uirgo Maria, totius humani generis fidelissima aduocata. O regina misericordiæ, cui regnũ misericordiæ à deo omnipotente cõmissum est. O affectuosissima hominum miseratrix, & ardẽtissima eoꝝ amatrix, ob incarnationẽ, natiuitatẽ & educationẽ unigeniti filij dei ex te, ob oẽm tui & eius mutuã in hac uita cõuersationem mutuãq; dilectionẽ, propter oẽm charitatem, perfectionẽ, uirtutẽ & excellentiam, gratiam & gloriã, tibi à superbeatissima trinitate exhibitam. O uniuersa triumphans ecclesia, o omnes angelici chori, & cuncti ciues cœlestes, sancti patriarchæ, illuminati prophetæ, gloriosi apostoli, martyres uictoriosi, cõfessores fideles, uirgines sacrę: O sancte Michael princeps ecclesiæ, & tu angele sancte custos huius infirmi, clementer succurrite animę hinc migranti, eam consolari ac adiuuare dignemini, quousq; ad uestræ beatissimæ societatis admittatur ingressum.

Commendatio animæ emigrantis.

O Dilecta nobis in Christo anima, adorandæ trinitatis imagine ac similitudine insignita, sanguine filij dei redempta, ad æternã beatitudinẽ condita, & nunc ecclesiasticis sacramentis munita, egredere confidẽter de corpore mortis huius, & ad tuũ perge creatorem ac iudicẽ, qui te misericorditer dignetur suscipere, ac mititer iudicare. Occurrant atq; subueniãt tibi oẽs sancti & ciues cœlestis Ierusalem, nec tibi auxiliari desistant, quousq; ad locum habitationis glorię eoꝝ ad paradisum cœlestẽ, ad regnum fœlicitatis æternę introducaris ad laudem & gloriã omnipotentis. FRATER. Petitioni meę per omnia supererogan ter uideo satisfactũ, ideo pręcordiales tibi grates ex totis pręcordijs offero. DION. Adhuc in fine opusculi breuiter cõmemorabo, q̃ pium sit defunctis in purgatorio detentis, fideliter subuenire.

Psal. 15.

Articulus ultimus. Quàm charitatiuum sit & benignum subuenire defunctis.

DION.

F Requẽter prohibitum est, q; tam pœna damni q̃ pœna sensus in purgatorio extãs, omne uitę pręsentis excedat suppliciũ. Nonne ergo ferrea pectora habent, qui existentibus in tantis tormẽtis non compatiuntur, neq; pro posse auxiliari conantur. Deniq; dum proximos nostros tanq̃ nosipsos iubemur diligere: dũq; præcipimur facere eis sicut nobis ab ipsis fieri affectamus, per proximos intelliguntur oẽs rationales intellectualesq; creaturę, quę beatitudinis sunt capaces: ergo & animæ in purgatorio existẽtes: illis itaq; facere ac subuenire tenemur, queadmodum nobis fieri in simili casu uellemus. Præterea si quis uideret queq̃ mortalium, quis ignotũ & alienum, imò & inimicũ in medio æstuantissimi fornacis iacere, & posset ei ad euadendum succurrere, nec tamẽ succurreret: nonne ab omnibus durus, immisericors ac crudelissimus reputaretur? Quanta est ergo eorum negligentia, immisericordia atque peruersitas, qui detentis in purgatorio animabus non condolent neq; auxiliantur, præsertim parentibus, propinquis, notis, benefactoribus & amicis, imò uix semel in die recordantur illorum. Amplius, ut communiter dicitur, existentibus


Matt. 22
Marc. 12.
Luc. 10.
Tob. 4
Matth. 7.
Luc. 6

ſtentibus in purgatorio intantum proſunt uiuorum ſuffragia facta pro illis, quantum ipſi in uita hac meruerunt ut talia poſſent eis prodeſſe. Idcirco qui tardi & negligentes ac duri ſunt ad ſuccurrendum defunctis, ſciant quoniam qua menſura metiuntur, eis quoq; remetietur: & taliter eis ſubuenietur, quemadmodum meruerunt & ſubuenerunt. Inſuper tales non uidentur attendere, quòd pro defunctis orando, eleemoſynas tribuendo, diſciplinas accipiendo, peregrinando & ſancta loca uiſitando, celebrãdo, Miſſam'ue audiẽdo, pſalmos & officia defunctorũ legendo, non ſolum defunctis ſubueniũt, ſed etiam ſibipſis promerentur gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, dum prædicta agunt ex charitate. Nã quicquid ex charitate efficitur, meritorium eſt gratiæ ac ſalutis. Exiſtẽtibus autem in purgatorio non poteſt quis amplius gratiam promereri nec gloriam, ſed gloriæ accelerationem, per hoc quòd ſatisfaciendo pro illis, impetrat pœnas ipſorum abbreuiari. Etenim idẽ opus bonum eſt meritorium & ſatisfactorium: meritorium, inquantum ex charitate procedit: & ſatisfactorium, prout defunctis applicatur & communicatur, id eſt, propter annexum laborem ac alias cauſas. Hinc in quadam uiſione oſtenſa beatæ Brigittæ uiduæ legitur angelus ſanctus dixiſſe: Benedictus ſit ille in mũdo, qui iuuat animas orationibus & bonis operibus atq; labore corporis ſui. Deinde de purgatorio audiebantur multæ uoces, dicentes: O domine IESV Chriſte, iuſte iudex, mitte charitatem tuam ſpiritualibus eccleſiaſticisq; perſonis, quia tunc magis quàm nunc adiuuari poterimus de eorum cantu, lectione, oblatione ac precibus. At uero ſupra ſpatium, de quo clamor uocum illarum audiebatur, apparebat quaſi domus, in qua multæ uoces audiebantur, dicentes: Merces ſit illis qui mittunt nobis auxilium in noſtris defectibus. In ipſa quoq; domo uidebatur quaſi aurora conſurgere, & ſubtus auroram apparuit nubes, quæ nihil habebat de luce auroræ, de qua proceſſit uox maxima, dicens: O domine deus, da de tua incomprehenſibili poteſtate unicuiq; centeſimam remunerationem in mundo his, qui ſuis ſuffragijs nos iuuant ac eleuant in lucem tuæ deitatis & in uiſionem diuini uultus. FRA. Hucuſq; non perpendi tam clare, quàm pium ac iuſtum, imò & debitũ ſit ſubuenire defunctis. unde propono deinceps circa hoc ſolicitior atq; inſtantior eſſe. DIO. Bene agis. & certum eſt quòd hi qui de uiuorum aut defunctorum eleemoſynis uiuunt, uidelicet prælati, ſacerdotes, canonici, religioſi ac cęteri, ſpecialiſſime obligẽtur per orationes, celebrationes ſeu actus conſimiles ſuccurrere illis, quorum ſuſtentantur ſtipendijs. FRA. Graue eſt ergo de talibus ſuſtentari, niſi legitima fiat ſubuentio. DIO. Plane ſic eſt. imò iuxta ſanctorum patrum doctrinam, furtum, rapina ac ſacrilegium perhibetur. Reſtat ergo ut unuſquiſq; ſecundum exigẽtiam ſui ſtatus, gradus aut ordinis, uocationis aut profeſſionis ſtudeat condecenter ac debite conuerſari. Ad laudẽ, gloriam & honorẽ altiſſimi, qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & benedictus. Amen.

TOMI I. OPERVM MINORVM D. DIONYSII A *Rickel Carthuſiani, finis.*

TERNIONVM I. TOMI INDEX.

a, b, c. a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y, z, A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z, Aa, Bb, Cc, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, Ii, Kk, Ll, Mm, Nn, Oo, Pp, Qq, Rr, Ss, Tt, Vu, Xx, Yy, Zz, Aaa, Bbb, Ccc, Ddd, Eee, Fff, Ggg, Hhh, Iii, Kkk, Lll, Mmm, Nnn, Ooo, Ppp, Qqq, Rrr, Sss, Ttt, Vuu, Xxx, Yyy, Zzz, Et & &. Omnes ſunt terniones, præter b, c, e, m, n, Y, Ii, duerniones. Et N, Rrr, Sss, Ttt, Vuu, Xxx, Et & &, quaterniones.



Coloniæ excudebat Iohannes Soter, Anno M.D.XXXII. mẽſe Martio.



ALARDI AEMSTELREDAMI IN LAVDEM DIONYSII
RICELI CARTHVSIANI EPIGRAMMA.

Quis nouus extaticus sophus hic? Dionysius ille
  Ricelus, e cœlo ceu Cato prosiliens.
Quatuor ista nimis metuēda nouissima quorsum?
  Hoc gētilitium uendico stemma mihi.
Quid latus clauus, uestisq; simillima cygno?
  Index germanæ candor amicitiæ.
Quid calami? quid pugilláres? plurima produnt
  Scripta, quibus quosuis hortor & admoneo.
Ecquod habes epiphonema tandē singula claudēs?
  Sit deus in seclum, sit benedictus amen.
Quid sol in manibus sibi uult? errātibus unde
  In rectā possent, monstro, redire uiam.
Sub pedib' pstratus humi cacodęmō, inanes
  Demonstrat fastus, quos ego despicio.
Quid sibi uult tādē cœlū undiq; & undiq; lumē?
  Nil cœleste nisi mens mea solicitat.
Sed qd op' multis frustra me prodere signis?
  E scriptis melius noueris effigi[illegible]m.